





2 400 40 Jafta MADE IN SPAIN

K.9654

MARTINI

AZPILCVETAE

DOCTORIS NAVARRI,

IVRISCONSVLTORVM NOSTRAE

AETATIS CLARISSIMI, ET PERSPICACISSIMI,

solertissimaque sacrorum Canonum, & Vtriusque Iuris

& facti quæstionum interpretis

OPERA

IN TRES TOMOS DIGESTA.

QVAE PARTIM AB IPSO, DVM ADHVC VIVERET, SAEPIVS edita & recognita, partim eo iam mortuo MS. reperta, vel ab ipso vulgari sermone conscripta, Latinitate à viris doctis donata, nunc primùm prodeunt: quibus etiam aliqua sparsim scholia sunt adiuncta, & nonnulla etiam ornamenta addita, de quibus Epistola ad lectorem consulenda est.

Del Colegio de la Comp.ª Lib.r de Granada

TOMVS PRIMVS.

QVI PLVRIMA COMMENTARIA IN CERTA QVAEDAM DECRETI *capita, & integras septem de Pœnitentia distinctiones continet, quorum Catalogum post vitam Auctoris à Simone Magno Ramlotæo scriptam, & auctam, videre poteris.*

PRÆTEREA SVNT QVINQVE INDICES, QVORVM PRIMVS QVÆSTIONVM, vel Theologicarum, vel Iuris seu facti, qui initio cuiusque Tomi habetur: Secundus locorum S. Scripturæ, qui vt plurimùm interpretationem suam fert adiunctam. Tertius Iuris Canonici capitum, quæ nunc strictim, nunc fusè declarantur. Quartus est Iuris ciuilis, qui leges ex eo explicatas refert. Quintus est Verborum & Rerum omnium copiosissimus, qui D. NAVARRI opes litterarias ob oculos subiicit.

LVGDVNI,

SVMPTIBVS IOANNIS BAPTISTÆ BVYSSON.

M. D. XCV.

Corregi este Libro conforme al expurg.º del año de 1632. por comision de los Señores Inquisidores. Gran.ª 14 de mayo de 1682.

El Colegio de la Compañía de Jesus de Granada

UNIVERSITARIA GRANADA

Insignis forma, doctrina insignior vnus:
At superat summi cultus vtrumque Dei.

Anno Domini M. D. LXXV. Ætatis LXXXII.

Corporis effigies hæc est veneranda Nauarri,
Mentis at ipsius dant monumenta fidem.

Aliud.

Corporis effigiem potuit licet ipsa Nauarri,
Mentem non valuit pingere docta manus.
At quam non potuit pictor depingere nobis
Ad viuum Auctoris grandia scripta dabunt.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO ANTISTITI, D. PETRO DE VILLARS VIENNAE ARCHIEPISCOPO, ET COMITI, & Primati Primatum, Ioannes Baptista Buysson Lugdunensis Bibliopola, S.

NON ignoras, Reuerendissime Antistes, & illustrissime Primatum Primas, sapientissimos illos viros, qui aliquas olim ciuitates, aut imperia sua industria, & prudentia à principio constituerunt, vel iam constituta, recte moderari, & longe latéque propagare voluerunt, in eo in primis curam omnem, studiumq; suum posuisse, vt non solum viribus corporis, armisque se suáque omnia ab hostibus tutarentur, vel vicinas, & finitimas gentes, quibus ipsi imperitare cupiebant, adorirentur, sed vt etiam sapientia, consilióque suos ciues, & populares in officio continerent, & alios etiam, quos vi subigere non poterant, ingenij artibus, aut alia ratione perdomarent. Nolo esse in re peruulgata, & omnium gentium litteris, & monumentis consignata longus, domesticis exemplis contentus ero. Quis adeo est antiquitatis rudis, qui non legerit, vel audiuerit maiores illos nostros Celtas veteres, quorum fortitudinem, & animi magnitudinem Philosophus admiratur, & qui adeo armis excelluerunt, vt in ipsa media vrbe Roma victoria aliquando sua trophæa erexerint, & in Græcia, Asiáque permultas regiones, & Prouincias subegerint, domi, & priuatis in suis vrbibus, Druydum, sapientissimorum scilicet virorum concilia, & cœtus habuisse, à quibus ipsi non modò de animorum immortalitate, & religione, cæremoniisque, & cæteris alijs ad pietatem, moréque spectantibus erudiebantur, sed etiam eorum legibus, & institutis rempub. ipsi suam, & ciuitates soliti erant temperare? Ex quo profectò (si quid cōiectura ex alijs veterum historijs licet assequi) haud vanè, vt puto, colligere possumus euenisse, vt qui in veteribus Græcorum, Romanorum, Carthaginensium, & cæterorum populorum Annalibus legimus, sæpius inter ipsos vnius ciuitatis, vel prouinciæ incolas, seditiones excitatas, & bella commota ciuilia: Gallos tamen veteres inter se concurrisse, & sua fortissima arma in sua viscera conuertisse, nullis, quod sciamus, veterum monumentis traditum audiuimus. Quod illi etiam testatum esse posteris hoc eleganti emblemate voluerunt, dum Herculem suum, non aliarum nationum instar effarmatum in templis, arisque suis collocabant, sed catenulis quibusdam ex eius ore emanantibus, & ad perforatas multitudinis auras alligatis, eum ingentem populi vim ad se trahentem proponebant: quo, vt equidem sentio, significabant, consensum illum, qui inter ipsos maximè vigebat, concordiámque mutuam, non aliam ad causam esse referendam, quàm quòd ipsi prudentum maximè virorum consilio, & eloquentia regi se paterentur.

Quòd si status populares, & ab hominibus instituta ciuitates, non solùm armis ad sui tuitionem, sed etiam prudentia & legum scientia ad sui conseruationem indigent, illam rempubl. quam Christus Dominus, Deusque noster in terris instituit, quámque vulgato nomine Ecclesiam nuncupamus, prudentia, sapientiáque esse non munitam, vt armis etiam destitutam, credendũ ne est? quibus illa faciat, vt sui ciues, qui sunt in cælo cum Christo sempiternum ævum acturi, sic hanc vitam instituant, vt pax & concordia inter ipsos quàm diutissimè conseruetur, & hostes, qui illi numquam desunt, procul admodum è suis finibus arceantur. Quod si terreno Imperatori dicere licuit Imperatoriam maiestatem, non solùm armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, vt vtrumque tempus & bellorum, & pacis, rectè possit gubernari, & princeps Romanus non solùm in hostilibus prælijs victor exiitat, sed etiam per legitimos tramites calumniãtium iniquitates expellat, & fiat tam iuris religiosissimus, quàm victis hostibus triumphator magnificus, *nonne æquius est, vt suprema omnium Regina, cui imperia omnia cesserunt, vel cedere iuxta prophetarum prædictiones debent, armis non quidem carnalibus munita sit,* sed potentibus Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentibus, *vt loquitur Apostolus, & legibus etiam, seu Iurisconsultorũ responsis abundet, quibus illa calumniantiũ iniquitates expellat, pacémque componat. Habet, habet Ecclesia, cùm ea quæ in perfecta & absoluta republ. requirantur omnia, tum duas præ reliquis omnibus facultates præstantissimas, quarum altera, princeps & moderatrix scientiarum omnium est, (S. Theologiam dico,) qua ad suam arcem omnes alias disciplinas euocat, & quasi domina, & regina omnibus eis imperat, qua ratione sua placita tueri debeant, simúlque eis leges præscribit, quibus ea verbis debeant enunciare. Altera est Iurisprudentia præsertim Canonica: qua S. Theologia ita assidet, vt eam aliquando submonere, & ci ad aurem dicere, quid opus facto sit, cùm aliqua particularis quæstio emergit, ipsa videatur. Est sacra Theologia, qua arma omnium generum suppeditat, quibus Ecclesia hostes tam externi, quàm domestici debellantur, & longè latéque profligantur, vel victi prostratique deduntur: Est Iurisconsultorum prudentia, pacis & concordiæ amica, qua facti, iurisque contentiones ex æquo & bono componere, vel iure diuino, humanóque dirimere numquam desinit. His duabus facultatibus Horatianum illud aptè quadrare posse sanè existimo.* Alterius sic Altera poscit opem res & coniurat amicè. *Et quoniam duæ hæ facultates longo intervallo post se reliquas præcurrunt, factum equidem puto, vt summum Pontificatum hi fere semper consequantur, qui alteram illarum ab adolescentia ita coluerunt, vt successu ætatis eximij, vel Theologi, vel Iurisconsulti euaserint: Testes huius rei sunt duo præstantissima huius sæculi lumina, Pius V. & Gregorius XIII. quorum alter ex schola Theologica, quam in doctissimo Prædicatorum ordine frequentarat post multiplices amfractus ad summum Pontificatus apicem pertingere meruit, alter ex Bononiensis Academiæ maximorum Iurisconsultorum alumnæ subsellijs, cùm & ipse variis perfunctus esset, tum in Romana curia, tum extra eam muneribus, ad eamdem euectus est dignitatem. Quæ sane cogitatio ita animum penetrauit meum, vt quamuis alias ego liberales artes non despiciam, præcipuum tamen meum studium, & cura ad id maximè incumbat, vt quos auctores in his duabus facultatibus excellere deprehendo: eos ego quanta possum diligentia edere in lucem pro communi vtilitate desiderem. Cùm itaque his paucis annis, quibus officinam librorum aperui, inter alios libros trium præstantium Theologorum Societatis Iesu commentaria in tres præcipuas Theologiæ partes ediderim, Ludouici Molinæ in primam partem D. Thomæ, duos commentariorum tomos, Roberti Bellarmini Controuersiarum tomum tertium, qui cùm sit de gratia, libero arbitrio, iustificatione, & cæteris facit maximè ad secundam S. Theologiæ partem summæ D. Thomæ elucidandam, Francisci denique Suares tomum primum in tertiam eiusdem D. Thomæ partem, quo Incarnationis admirabile mysterium per sex & viginti quæstiones à D. Thoma pertractatum, fusissimè & doctissimè explicatur: operæpretium etiam me facturum putaui, si iuris Canonici aliquem insignem & eximium Doctorem emitterem, qui ius vniuersum Pontificium quàm varium & multiplex, tam difficile & nodosum, & labyrintheis quasi amfractibus inuolutum nobilissimis commentarijs, & locupletissimis explicaret. Et profectò si ille nostræ ætatis Iuris Canonici professorum Coryphæus* Martinvs azpilcveta doctor Navarrvs *commentarium, seu lecturam, vt vocant, in ius vniuersum Pontificium elucubratam, non tineis & blattis rodendam commisisset, sed ad quod eum hortatur, & obsecrat huius rei oculatus testis Simon Magnus edidisset, ne ego omnes meas facultates exhausissem, vt possem vnum vel præcipuum nostri sæculi Scæuolam, aut Papinianum, aut alterum Vlpianum, vel Paulum, vel si mauis, Ioannem Andream, Panormitanum, Abbatem, Archidiaconum, Felinum, vel potius vnum quemdam ex his duobus Iurisconsultorum generibus compositum seu conflatum, perfectúmque Canonistam, qualem ipse alicubi describit, typis mandare. Sed heu hic commentarius solem numquam vidit, & tamquam fœtus abortiuus priusquam in lucem veniret, vel ab ipso parente suo extinctus est, vel ab obstetricibus suffocatus. Nos tamen quia illius operis quasi specimina quædam iam pridem orbi ab Auctore ostensa fuerant, & magno in pretio ab omnibus habita, & æstimata, ea nos etiam simul coagmentata rursus emittere in communem vtilitatem decreuimus. Quamuis enim optimus ille vxoris meæ præmortuæ auus* Gvlielmvs Rovillivs *(quem ego semper tamquã parentem meum viuum colui, & mortui memoriam semper suspiciam & venerabor) & nos qui tunc illius officinæ præfuimus, dederimus operam, vt omnia eius Doctoris opera, quæ antea quasi Penthei aliqua membra discerpta huc illucve circumferebantur, conglutinarentur, & in iusta tria volumina redigerentur, ea tamen editio à nemine antea prælusa, & multis vt fieri solet, nauis abundans Pœonia aliqua manu, quæ eos tolleret, indigebat. Accessit etiam quod vt aliqua in ea editione obrepserunt superflua: sic cõmentaria quædam nondum edita, vel certè Hispano sermone ab Auctore conscripta, & in Latinã linguam non conuersa, fuere in priore editione desiderata, quæ postquã à nobis non sine nostro, amicorúmque labore sunt inuenta, ea propter summã eorum eruditionẽ diutius latere noluimus, sicq; nouam editionem moliri coacti aliquando fuimus. Quapropter cùm iam Auctoris Consilia, & Responsa, vt in secunda Romana editione prodierant, ex nostra officina emanassent, gratiã me aliquam initurum putans, tum ab ipso* Gvlielmo Rovillio *parente meo, cui sanè cum* D. Navarro *in cælo degenti, gratam hanc nostram operam esse arbitror, tum ab omnibus* D. Navarri *studiosis: ad opus illud sedulo incubui. quod tãdem Deo propitio ad finem vsque perduxi. Equidem, quicumque tandem sim, ego semper in* D. Rovillivm *parentem meum, eiusque nomen & familiam is semper ero, qualis ab infantia fui, nominis scilicet & memoriæ* D. Rovillii *obseruandissimus, eis semper Auctoribus multùm tribuens, quos ille magni fecit, & eos amore quàm maximo prosequens, quos ille summo est amore complexus.*

Cùm ergo is D. Navarrvm *tanti fecerit, vt cùm eius scripta in Gallia adhuc essent minimè peruulgata, non semel illa ediderunt, quomodo ego melius* D. Rovillii *nomen, & memoriam me colere profitebor, quàm si eiusdem Doctoris opera omnia ita enitar typis mandare, vt eius doctrina, qua viuus viuus multum profuit, mortui etiam ipsius studiosis magnum afferat emolumentum. Interpretabuntur alij fortè secus ani-*

mum meum, sed hoc tamen verè ego affirmare possum, me pluris longè publicã vtilitatem, quàm mea commoda in hac editione feciſſe & facere, & D. Rovillii erga D. Navarrvm ſtudium & voluntatem imitari cupiuiſſe: quem ſcio, ſi adhuc viueret, nouam hanc editionem moliturum fuiſſe, ſi ea commentaria, & alia, quæ adiunximus, reperire potuiſſet. Cuius ego mei animi nullum alium ſecundum Deum teſtem eſſe volo, quàm te Reuerendiſsime Antiſtes, & Primatum Primas illuſtriſsime, qui me intus, & in cute cognouiſti, & animi mei integritatem perſpectam habes: cuius ego fidei tamquam optimo vadi, & fideiuſſori me, & mea omnia committo. Et hæc fuit cauſſa, vel vna, vel præcipua, ob quam ego hanc ſecundam editionem volui rurſus in tuo nomine apparere, vt qui es teſtis locupletiſsimus, & omni exceptione maior, & ſuperior, & huius mei animi conſcius, aduerſus eos maximè meam, pro tua ſingulari pietate, cauſſam ſuſcipias, qui mihi fortè vitio vertent, poſt primam editionem hanc ſecundam nimium maturaſſe, cùm primam, & noſtram etiam Conſiliorum Auctoris editionem, Romana altera eorumdem Conſiliorum editio anteuerterit: quod quidem nemo ſanæ mentis rationiſque compos vertendum eſſe vitio iudicabit. Tibi etiam nos, qui tunc officinæ Rovillianæ ex parte aliqua ſucceſſeramus, poſt D. Rovillii funus elatum primam operum Auctoris editionem nuncupauimus. Quocirca iniuſtum nobis, & à ratione valde abhorrens viſum eſt, quaſi duos vellemus ex vna filia generos comparare, alteri etiam Principi viro eadem opera dedicare. Tu ergo, Reuerendiſsime Antiſtes, qui animo tam hilari, & fronte adeo ſerena primam editionem, quam tibi dedimus, ſuſcepiſti, hanc meam etiam ſecundam editionem, auctiorem, quam tibi ego ſolus iam offero, tamquam proprium meum munus quæſo beneuolè: & amanter accipe

& Ioannem Baptistam Bvysson tibi, tuæque familiæ addictiſsimum, in tuorum clientum numero ſemper habe, Vale.

BENEVOLO LECTORI
D. NAVARRI STVDIOSO,
IOANNES BAPTISTA BVYSSON
BIBLIOPOLA S.

IN tibi, Beneuole lector, tuum, quem tantopere deſideras, Martinvm Azpilcvetam doctorem Navarrvm, noſtra opera de nouo ſub incudem miſſum, & ſi aliquid ex fabulis depromere licet, tamquã Æſonem alterum, non veneficis quidem incantationibus, ſed multorum laborum, & vigiliarum ſucco iuueneſcentem, & non ſolùm characterum venuſtate, & elegantia perpolitum, ſed multis alijs tamquam emblematis exornatum, atque decoratum. Vix profectò dici poteſt, quot mihi ſumptus faciendi, quórque labores exanthlandi fuerint, vt in tanta temporum iactatione, tantiſque fortunarum mearum procellis, hæc noſtra nauis curſum ſuum teneret, & ad optatum portum deueniret. Sed nil deſperandum, non, vt ille ait, *Tenero*, ſed potius *Chriſto duce & auſpice Chriſto*, nihilque reperitur adeo laborioſum & difficile, quod *virtute duce, fortunáque comite* vt habet M. T. non adipiſcamur, adeo verum eſt, quod alibi ait Horatius *Nil mortalibus arduum*. In quibus autem Religioſi cuiuſdam viri, cuius in hoc opere laboribus ſumus vſi, enituit induſtria, hæc ferè ſunt omnia. Dedit ille in primis operam, vt integer D. Navarrvs citationibus ad marginẽ reductis prodiret in publicũ, qui in altera editione hac cõmoditate in primo, & ſecundo tomo caruerat. Quamuis autẽ D. Navarrvs cupiens fortè, ab eo labore non exiguo typographos liberare, Manuale Latinum, & alia quamplurima ſua ſcripta ita ediderit, vt loca, quæ citantur, in textum includeret, tamen Hiſpanum Manuale, quod ſi non prototypum illud Auctoris fuit, ad illius tamen exemplar Antuerpiæ excuſum habemus, citata loca ad marginem habuit, & quæ Romæ ab ipſo Auctore edita fuerunt, Enchiridion de oratione, & Miſcellanea, eadem etiam loca ad marginẽ prænotata habuerũt. Ex quo factum eſt, vt ipſum etiam nos Manuale confeſſariorum, non vt antea, cum citationibus textui incluſis, ſed ſeparatis ediderimus: quod non parum probatum fuiſſe, accepimus, & proinde quod in tomo ſolùm tertio in priore editione fuerat factitatum, id iam in hac tribus alijs tomis communicauimus. Quo in opere non ſolùm te eo labore & tædio leuauimus, quod tibi legenti tam crebra afferre ſolebat locorum enumeratio, ſed ſumptui etiam pepercimus, cùm non pauca folia ex ſingulis tomis detracta ſint, quæ ſi citationes, ſicut antea erant, textui inſertæ remanſiſſent, inſumenda in eorum impreſsione à nobis fuiſſent. Vnde euenit, vt cùm minus chartæ priore editione hæc habeat, non tanti iam hæc tibi ſtet, quanti alioqui ſtetiſſet, ſi plus in ea chartæ fuiſſet inſumptum. Sed hoc fortè nihili, vel parui admodum facies. At quod pluris faciendum tibi iudicamus, eſt tot errorum, quot ſubrepſerant, emendatio, qui ſanè multiplices exiterunt. Quantùm enim aſſequi coniectura poſſum, errores quidam fuerunt, in quos Auctor ſponte incurrit, alij quos alios errantes ipſe ſequutus, non rarò commiſit: alij denique typographi incuria euenerunt. Fuit ſanè D. Navarrvs memoriæ fœliciſsimæ: nullus eſt tamen, quẽ ea aliquãdo non fallat, cùm præſertim aliquid ſcribit, quod perſpectum ſibi ſatis eſſe putans, ſit necne ſit ita, parum laborandum ſibi exiſtimat. Vnde ſemper grauiſsimis etiam Scriptoribus nonnumquam quædam μνημονικὰ ἁμαρτήματα obrepunt, quæ ab æquis lectoribus facilè condonantur. Hinc eſt illud Horatianum. *Sæpè opere in longo fas eſt obrepere ſomnum:* & illud *quandoque bonus dormitat Homerus.* Huiuſmodi ergo errores ſicubi ſunt animaduerſi, vbi præſertim Scripturæ aliquid citatur,

ſublati,& de ijs lector fuit in ſcholijs admonitus. Plures autem,& frequentiores illi fuerunt, quos ab alijs imbutus ipſe commiſit. Nam D. Navarrvs tot annos iura profeſſus M. Gratianum tamquam viæ ſuæ ducem & moderatorem ſequutus; non mirum eſt, ſi eius inhærens veſtigijs, à veritatis aliquando tramite abſceſſerit, cùm ipſe M. Gratianus à vero ſæpè ſcopo aberrarit. Fuerunt ſanè nonnulli, qui hos Gratiani errores indicarunt, inter quos maximè D. Antonius Democharis enituit, qui opus ſanè valde laborioſum, & difficile ſuſcepit, dum Decreti margini loca Doctorum appoſuit, per quæ eſt ſæpè M. Gratianus de errore conuictus. Sed ille cœpit quidem, minimè tamen id perfecit in omnibus. Seruabatur videlicet huius correctionis laus Gregorio XIII. Pontifici maximo, qui cùm multis nominibus Eccleſiam ſibi vniuerſam deuinxerit, ſumma tamen eius gloria eſt, quod Kalendarium correxerit, & Decretum ſicut corpus vniuerſum canonicum emendauerit. Et ſanè magna habenda eſt gratia M. Gratiano, aurei voluminis, quod Decretũ dicitur conſarcinatori, multa etiam laus Gregorio IX. debetur, quòd Decretales Pontificum Max. epiſtolas ſic aptè in ordinem & iuris titulos redegerit: magnam gloriam ſibi comparauit Bonifacius VIII. qui ſextum Decretalium quinque libris Gregorij IX. adiecit: ſed ſi quid poſſum hac in re verè ſentire non minore dignus eſt gloria Gregorius XIII. cuius beneficio vniuerſum ius canonicum & maximè Gratianum habemus emendatum. Huius ergo emendationem cùm cuncti tanti faciant, viſum etiam eſt ex ea quotieſcumque cùm M. Gratiano D. Navarrvs errare viſus eſt, ipſum corrigere, & eius errorem, vel ad marginem, ſi capax correctionis eſſe poterat, reponere: vel certè illũ inter ſcholia recenſere. Cùm verò in Patre aliqua citando, nec M. Gratianus falſus eſt, nec D. Navarrvs, non tamen locum vbi hoc habetur apud eum Patrem retulerunt, ſed Iuriſconſultorum more Decreti lorum Auctor appoſuit, data opera eſt, vt liber, in quo hæc Patris ſententia habetur, ſiue in margine, ſiue in ſcholio adiiceretur, & caput etiam libri annotaretur: imò etiam ſi quando diuerſa aliqua verba apud Patrem eſſent, ab his quæ vel Gratianus, vel Auctor retulerat, Patris verba ipſa integra adducta ſunt, vt ſententiam ipſam ex fonte petitam tibi liceret cernere. Si quando autem D Navarrvs ex Patribus etiam laudat aliquem, præter eos, qui in Decreto Gratiani producuntur, quod tamen ſatis apud eum rarum eſt, conquiſitus etiam locus eſt ſæpenumero, in quo Pater ille hoc dixerat, & vbi inueniri potuit annotatus. Similis etiam labor ſuſceptus eſt, cùm Pontificum Maximorum extrauagantes corpori iuris non incluſæ in hoc opere ſunt relatæ: Quas enim Bullarium habuit ex his, quæ ab Auctore in hoc opere memorantur: indicatum eſt, & quota quæque eſſet hæc conſtitutio, inter Pontificias Bullarij cõſtitutiones eſt annotatum. Et quoniam Bulla cœnæ magno Confeſſarijs eſt vſui, & valde ſcire eſt operæpretium de Simonia Confidentiali, quid in Gallia Fœl. Rec. Sixtus V. ſeruari præceperit, Gregorij XIII. Bullæ cœnæ adiectum id eſt, quod eidem Bullæ ipſe Sixtus vel adiecerat vel in ea mutauerat & quomodo idem Bullam Pij V. de Simonia Confidentiali pro Gallia temperauerat. Rurſus quoniam, ea fuit eruditione D. Navarrvs, vt quaſi ſibi cum ſuis auditoribus iuris formulas & vocabula planè intelligentibus ei res ſemper eſſet, tam multa Iuriſconſultorum verba vſurpauit, quæ moleſtiam & difficultatem lectoribus legum nouitijs faceſſere aliquando poſſent, non alienum ab officio & ratione eſt viſum, ea, quæ huiuſmodi occurrerunt, vocabula, vel obſcura aliqua dicta ex eorum ſententia & ſcriptis, qui de his cõmentati ſunt explanare, & ſic ignorantiæ, vel labori indoctiorum conſulere, vt non ſolùm peritis in iure, ſed etiam iuris ignaris hæc D. Navarri doctrina vſui eſſe poſſet. Potuiſſet aliquis in eo genere magis exercitatus, & pluribus libris Iuris abundãs, quàm qui eas adiecit notas, plura huiuſmodi explicare vocabula, pluribúſque ea verbis illuſtrare: ſed tempori, cuius magnã penuriam ob alias occupationes patitur, danda eſt venia: & ſimul excuſandum, quod cum plurimarum aliarum facultatum librorum non deſit ei copia, immenſorum tamen Scriptorum, qui in vtrumque ius ſcripſerunt, laborat inopia. Meminerint autem lectores docti, qui in eas inciderint, Annotationes non fuiſſe in eorum gratiam ſcriptas, vnde cum bona venia ipſius facilè poterunt eas prætermittere, & vni Auctoris lectioni inhærere, Tarentinis enim & Conſentinis, & Siculis vt dicebat Lucilius apud M. Tullium, non Perſio voluit eas ſcribere: multò minus Scipioni atque Rutilio, ijs videlicet, qui aliquantulũ iuris formularum rudes D. Navarrvm ob difficultatem,

ficultatem legere aliquando retractant, vel non aſſequuntur, quibus ille eum planum facere, quantum potuit deſiderauit. Vt autem typographici errores, qui poſtremum locum tenent, tollerentur, diuerſa quæ nanciſci potuit exemplaria, & auctores etiam citatos interdum conſuluit, cùm vel iudicio ſuo diffidit, vel difficultate loci fuit coactus. Hæc porrò ſunt ferè omnia, quæ antiquæ editioni adiuncta ſunt. Sed quod pluris omnibus his facimus ſunt octo aut nouem cõmentarij, qui partim Auctoris opera antequam è viuis excederet Latinè cõſcripti, nuſquam fuerant editi, qualis eſt tractatus de eleemoſyna in cap. quieſcamus XLII. diſt. & alij, nonnulli: partim iam olim quidem Hiſpano ſermone editi ipſius Auctoris manum expectabant, quæ eos Latinos faceret, vt commentarij de Cambijs, & de Simonia mentali & alij, quos hic habemus cum Hiſpano manuali editos quos poſt Auctoris mortem viri ſanè docti & probi Latinitate donatos, ad nos ex Vrbe miſerunt, quos omnes in ſecundũ tomum reiecimus, vt ibi ſignificauimus. Præter quos tamen primo tomo adiecta eſt ſubtiliſsima & omni eruditione referta. Sexta Concluſio cap. inter verba XI. quæſt. III. ad quam toties tam in Manuali, quàm in alijs ſuis ſcriptis auctor ſe remittit: Ediderat quidem ipſe vna cum alijs quinque, hanc concluſionem, ſed vt ipſe loquitur admodum contractam, quippe cui ob alias occupationes fortè non licebat eam Latinam reddere: ſed quidam vir pereruditus, noluit eam in Hiſpana tantùm lingua extare: dolendum tamen eſt eum plus æquo fidi interpretis partes ſumpſiſſe, nimirum cùm curæ ei eſſet planè Auctoris librum, interpretari verbum è verbo penè reddidit, quo quidẽ modo perfecit, vt minus quàm alijs in operibus D. Navarri fluat oratio. Vt vt ſit tamen magna eſt ei, ſicut & alijs, qui alios cõmentarios Hiſpanicè ſcriptos Latinos fecerunt, vel ab ipſo Auctore ſcriptos, ſed non impreſſos ad nos miſerunt, à me, & ab omnibus Navarri nominis ſtudioſis habenda eſt gratia: quorũ opera & ſtudio ſic noſtrum Navarrvm auximus: Monendus tamen es, lector, in hac ſexta Concluſione mutatos fuiſſe numeros, quibus ſolet auctor quaſi ſectionibus quibuſdam ſuorũ operum partes diſtinguere: Cùm enim in Hiſpana huius commentarij editione numeros à prima concluſione ita appoſuiſſet, vt in ſecunda, & reliquis numeros continuatè produceret: in Latina editione hoc non fecit, ſed initio ſingulas concluſiones in ſuos numeros diuiſit. Viſum itaque fuit etiam ſextam hanc Concluſionem non à numero, quem præferebat, ſed à primo ſimiliter, ac alias inchoare. Vnde ſæpè eueniet, vt ſi tibi occurrat in Manuali, vel alibi ex his concluſionibus citatum aliquid, quod his numeris non reſpondeat ſubducenda, tibi ſit ſingulorũ Numerorum ratio, & de his qui ſextæ Concluſioni aſsignabuntur centũ & octo ſubtrahẽdi, à quo numero Sexta Cõcluſio in Hiſpanica editione inchoabatur, & deducto eo numero, qui reliquus erit noſtræ editioni, vt equidem puto, verè quadrabit. Hęc ferè ſunt omnia, de quibus te, Beneuole lector monendum duximus; ſed hoc etiam non prætermittemus, nos Auctoris vitam à Simone Magno Ramlotæo ſcriptã fuiſſe nactos, quam in priore editione deſiderauimus: quæ ſanè, vt tibi verũ fateor, non prorſus ei, qui operi præfuit, ſatisfecit. Tota enim eſt in Auctoris laudatione; & encomiaſten is agens, ſe non meminit eſſe rerum à D. Navarro geſtarum vitæque ipſius enarratorem: & cum in Moralibus generalia minus præcepta proſint: ſed ſit ad particularia deſcendendum: ille generatim geſta D. Navarri exponens, in ſingulis vitæ annis, quæ memorabilia geſſerit, vel quæ aduerſa pertulerit non recenſuit. Nam & multa aduerſa pertuliſſe, & infamia aliqua laboraſſe, certè ſi nihil aliud teſtaretur, cõmentarius in cap. inter verba Hiſpanicè primum editus, abunde demõſtrat, qui ea maximè occaſione fuit compoſitus, quòd aliqui in Luſitania, eius famam & exiſtimationem lædere tentarint. Qualis tamen cumque ſit, eam nos edimus, quæ vt eſſet plenior, ea etiam adiuncta, quæ à Iulio Roſcio Hortino paululum diuerſa referebantur. Habes iam omnia, Beneuole lector, quæ de hac noſtra editione præfari apud te voluimus, tuum eſt noſtris fauere laboribus, & in tanta temporum iniquitate nos & noſtra, ſi gratia aliqua poteris, tueri: ſin minus nobis ſaltem ex animo bene precari. Vale.

VITA

EXCELLENTISSIMI IVRIS MONARCHAE MARTINI AB AZPILCVETA DOCTORIS NAVARRI.

SIMONE MAGNO RAMLOTAEO BELGA I.V. DOCTORE Auctore, aucta ijs quæ Iulius Roscius Hortinus in alia eiusdem D. NAVARRI *vita habuit, quæ fuerant à Simone Magno prætermissa.*

AD LECTOREM.

SIMON Magnus Ramlotæus Auctoris familiaris fuit, de quo ipse in prima editione Latina sui Manualis cap.25.nu.85.ita scripsit. Quod ipsum in Gallia Belgica etiam nunc fieri audio,& meus frater in Christo Simon Magnus Ramlotæus I. V. D. non solùm humaniores literas, sed etiam iura diuina & humana egregiè callens,qui mihi hoc Manuale recognoscenti & prælo mandanti, in scribendo,corrigendo,& alijs multis egregiam nauat operam,vnà cum Francisco Ranurio, &c. Hic ergo viuo Auctore vitam eius conscripsit, & typis etiam Romæ mandauit: quod tamen Auctor adeò indignè tulit,vt eum propterea à sua familiaritate excluserit: quemadmodum ipse in quadam Epistola,quæ habetur in fine libri,De paupertate Regularium,in hac vrbe iam pridem editi,testatus est. De qua auctoris vita, ipse etiam Simon Magnus hoc endecasyllabum scripsit, quod fini Manualis illius primi Latinitate donati insertum,hic in proprio loco apponere visum est. Sic ergo habet.

AVctoris tibi, (Christiane Lector)
Doctrina,& pietas stupenda nota est,
Toto notus in orbe nam NAVARRVS.
DOCTOR *gloria magna Christianæ*
Gentis,quin etiam monarcha iuris
Qualem sæcula prisca non tulere,
Nec præsentia, nec ferent futura
Sed ne singula persequi laborem,
Scripto quæ memoro politiore,
Olim quod dabo voce sed soluta.
Librum perlege,ponderáque,quo nil
Est exactius,eruditiúsque
Deprendes(siquidem nequit supremum
Numen fallier)laborem probatam
Suauem non nisi posse ferre fructum.

AD ILLVSTRISSIMVM, omníque virtutum heroïcarum genere Clarissimum Cardinalem, FRANCISCVM ALCIATVM,

SIMONIS MAGNI RAMLOTAEI Belgæ I. V. Doctoris.

HENDECASYLLABON.

ILlustrissime Præsul Alciate,
Clarum Purpurei iubar senatus,
Viuã quam mmmi referre voce
Iampridem tibi,non graue audienti,
En vitam damus illius NAVARRI
A Gange occiduas ad vsque Gades
Cuius fama vnã per ora currit
Doctoris,similem cui Monarcham
Iuris,secula prisca non tulere,
Non præsentia,non ferent futura.
Isthæc,nominibus tibi quod essem
Deuinctus varijs, sed & NAVARRVS
Quo non Stemmatis alter Alciati
Mirator magis,æquiórve cultor,
Certum grati animi futura pignus,
Sacrati intrepidè tui sub vmbra
Prodit nominis:ipsa te patrono
In lucem caput exeret,petulcæ
Spernens verbera virulenta linguæ:
Nec ronchos metuet seueriorum,
Qui gannitibus improbis lacessunt,
Pellem rodere nec sinunt caninam.
Hoc abs te peto, flagitóque supplex
Tanto vt prosequier velis fauore,
Hunc semper tibi deditum clientem:
Vultu suscipias vti sereno
Qualem hunc cumque tibi librum dicatum,
(Rubro & si petaso,infulisque clarum
Maiora addeceant) feraque culpam,
A damno omnia sarta tecta præstans,
Et morsus clypeo tuo retundens
Nil non, vel temerè calumniantum.
Huic(si contigerit)tuo fauori
Cræsi diuitias nec anteponam,
Nec gemmas mage fecero,nec aurum,
Non emblemata,sericasque vestes,
Non rubri nitidos maris lapillos.
Non quæcumque etiam obstupescit orbis.
Dicat qui volet,esse nos ineptos,
Auræ vel popularis appetentes:
Scripta hæc iudicio modò approbari
Tanti cernere Præsulis licebit,
Tu nostri memor interim benigne
Antistes,columis,dúque viuas:
Te in terris Superi beare tandem
Æternumque velint, vti meueris.

VITA AVCTORIS.

SI OLIM pictores,& statuarij præcellentes, qui statuas & imagines, non animorum,sed corporum simulacra,qui numismata, qui trophæa docta manu fabrefacta,priscorum memoriæ dicabant, eorúmque præclarè gesta ab obliuione vindicare pro sua virili satagebant, perennem nominis sui memoriam ad posteros, & nepotes suos transmittere se existimabant: si scriptores cùm Græci, tùm Latini, ingenio & eloquentia præstantes, qui vitas Imperatorum, virorúmque bellicæ laudis, aliáve haud absimili gloria clarorum, vel omnino à religione nostra abhorrentium, & nonnumquã condigno vitæ detestabilis exitu damnatorum (ne idem tumulus, qui corpus eorum contegeret, nomen etiam obrueret)litterarum monumentis mandabant,& stylo, seu oratione(quæ pictura ad id, quod vult, exprimendum,& veritatem oculis subiiciendam longè est efficacior)illustrabant, atque perpetuabant,summo semper in honore habiti sunt:potiore sanè quidem iure suspiciendos, maioréque honore cohonestandos semper censui eos, qui id officij viris sanctitatis,& eruditionis nomine claris præstandum sibi putarunt,ac veræ virtutis in eis relucentis memoriam, eorúmque velut excellens quoddam archetypon, ad quod nostras omnes actiones referamus, morésque & vitam componamus, Christiano homine digna oratione,mortalium medallis infigunt, veluríque insculpunt. Quid enim aut Ethnicis illis occasura cum sæculo scriptorum gloria profuit?aut quid posteritas emolumenti tulit,legendo Hectorem,Scipionem, Marcellum,Fabium,Cæsarem, Alexandrum, Hannibalem, & id genus alios fortiter pugnantes? Aut Prometheum,Pythagoram, Xenophanem,Heraclitum,Empedoclem,Gorgiam, Epimarchum, Parmenidem, Architam, Zenonem,Democritum,Proragoram, Platonem, Aristotelem, Socratem, Diogenem, & alios eius furfuris Ethnicos philosophantes? quandoquidem eos non modò imitari,stultitia maxima, ac non acerrimè etiam impugnare væsania sit. Quippe qui hanc vitam præsentibus duntaxat actibus æstimantes spes suas fabulis, animas inferis dedere, & dum perennem hominum memoriam sectati sunt, æternam vitam (quam non pugnando, aut Philosophando, sed fobriè, castè,ac piè viuendo quærere decebat) neglexere. Certè, vt qui assiduè aliquid atrociter fieri legunt, vident,vel audiunt, etiam si natura mitissimi sunt,assiduitate molestiarum, sensim omnem humanitatis exuunt: ita, qui virorum sanctorum res gestas assiduè voluunt,meditantur,ruminant, barbara & efferam feritate deposita, humanitatem induunt: adeóque nil rerum omnium,quibus ad virtutem,pietatem, Dei cultum,& studia incitamur, est, quod nos perinde excitet, ac si imitandi ij nobis proponantur,quibus ob singularem sanctimoniæ, eruditionísque opinionem ab omnibus plurimùm tribuitur:qui nimirum vana illa Ethnicorum posthabita militia, & Philosophia (quæ ni perpetuo erga summum Deum amore, studióque fulciatur, insipientia potius dicenda est) ad veram legis diuinæ sapientiam (cui cæteræ disciplinæ suos fasces submittere debent) & cælestis Imperatoris militiam sese contulerunt. Cuius rationem quaquam insci Clemens D. Petri Apostolorum Principis discipulus, & Fabianus, ambo Pontifices Maximi in numero Sanctorum relati, indubitatæ fidei in diuersas orbis plagas missêre nuncios, qui martyrium ac virorum sanctitatis nota insigniũ eximia facta ad cæterorum qui Christi fidem profitebantur,exemplum,fideliter describerent.Nimirum Sanctorum virorũ,qui se totos diuinom inisterio dedicarunt:exemplis velut stimulis quibusdam,ad eorum virtutes imitandas incitamur,&(si magno Basilio credimus)qui Sanctorum res gestas sedulò perlustrat,optimè suæ vitæ prouidet. Nam vt in arguendis malis, correptio cæterorum est, ita conferunt,non parum præclaris ingenijs gesta Sanctorum ob oculos posita, quæ nobis subdunt tamquam calcar, & incitamenta quædam ad eorum, quos laudari conspicimus æmulationem. Et quidem existimo Maiores nostros, & luculentas orationes, quæ in virorum Illustrium funeribus,aut publicis triumphis habebantur:& Imagines,ac trophæa, quæ eorum consecrantur memoriæ, non tam ad ipsorum laudes & gloriam retulisse, quã posteris consequendæ virtutis eorum exempla præbere voluisse. *Sæpe audiui,*(inquit Sallustius) *Q. Maximum, Pub. Scipionem,præclarè cuitatis nostræ præclaros viros solitos ita dicere, Cùm Maiorum imagines intuerentur, vehementissimè animum sibi ad virtutem accendi: scilicet non ceram ipsam, neque figuram, tantam vim in sese habere, sed memoria rerum gestarum, eam flammam egregijs viris crescere,neque prius sedari, quàm virtus eorum famam, atque gloriam adæquauerit.* Sallust. in princ. belli Iugurt.

Cùm itaque vitæ sanctimonia venerandi senis MARTINI AB AZPILCVETA DOCTORIS NAVARRI virtutes,quasi mercedem rerum præclarè gestarum ab eruditis iure quodam reposcerent, vt in memoria hominum tamquam in luce ponerentur, inque orbis totius, imò sæculorum omnium theatrum producerentur; eáque obstrictus essem memoria beneficij sempiterna; adeóque ex eius vita summa omnium mortalium admiratione digna, singularem vtilitatem ad omnes vitæ nostræ partes, functionésque permanare posse haud obscurè animaduerterem;operæ sanè quidem pretium putaui, si eam,quam mihi & fratri meo Ludouico Magno Rupefortensi Decano, necnon clarissimis ac nominis mei studiosissimis viris Antonio Ghenart Leodiensi Canonico, summo Theologo,& hæreticæ prauitatis apud Eburones inquisitori: Ioanni Brictio Diui Dionysij ibidem Decano, Francisco Frapertio Leodio Iurisconsulto celeberrimo, Illustrissimíque Principis Leodini Consiliario:& D.Ioanni Ballano Aredaginensis seu Diui Huberti in Arduenna Priori, cognato meo, priuatim describeram: publico mortalium vsui cognoscendam, imitandamque proponerem. Qua in re ita nostri quoque rationem compendij duximus, vt non inanem ab hominibus memoriam, sed æternum à Deo Opt. Max.præmium expectemus. Etsi namque ipsi non ita viximus, vt exemplo alijs esse possimus, dedimus tamen operam,ne is lateret qui esset imitandus, & quale quale talentum, quod Dominus nobis credidit, in communem conferimus vtilitatem:quo nimirum vsuram exigenti,qui sortem commisit, si nihil aliud certè

conatum sedulitatem,& promptam animi voluntatem vice fœnoris exhibere valeamus. Cæterùm, cùm totius vitæ ipsius curriculum adeò illustre sit, vt ne si ipse quidem Tullius ab inferis resurgeret,virtutes eius pro meritis & dignitate posset explicare, neque sim insçius, me præcone balbutiente non egere, aut à tam insulso pingi mereri artifice, mediocritatis meæ nequaquam ignarus: vereor equidem, ne sicut omnis materia, quantumuis excellens, & pretiosa, si ab imperito artifice composita fuerit, non solùm deformitatis, verùm etiam ruinæ damna patitur, ita dum omnium mortalium voce, ac prædicatione comprobata, omnium populorum vno ore testata, meâ oratione illustrare contendo, rebus clarissimis caliginem effundere videar. Et quidem cùm tanti, & humanam gloriam supergressi viri laudes oratione adæquare foret difficillimum, imitabor hac in parte Timanthem pictorem præcellentem,qui in depingenda Iphigeniæ immolatione cùm paterni mœroris acerbitatem condignis nequiret exprimere affectibus,obuelauit eius caput, & suo cuique animo reliquit æstimandum. Atqui vt gemmæ nitorem, ac splendorem effingit quidem,seu verius,adumbrat Artifex,at natiuam illius vim numquam imitatione assequitur: sic etiam habet suam ἀνέκφατον virtus,ac veritas,quam nullum æquare potest artificium.Nihilominus tamen si quantùm splendor & dignitas postulant eius virtutes oratione complexus, aut dicendo assequutus nequaquam fuero,

Vt desint vires,tamen est laudanda voluntas,
Hac ego contentos arbitror esse Deos.

At inquies,vtilius longè esse, hominum memoriæ,postquam eius vita naturæ cesserit,laudem dare,quàm nunc,dum viuit, vt illo nimirum potissimum tempore virtutum merita extollantur,quando nec laudanti, adulatio nocet, nec laudatum tentat elatio. Laudandam quippe naufragantis fœliciratem;at cùm portum nauis attigerit: Laudandam Ducis inclyti,ac strenui militis virtutem, ac vbi perductus fuerit ad triumphum: Viuos verò interdum fortunam, sæpè inuidiam fatigare: Viuos omnes huoris ventos circumflare: Quin etiam ita comparatum est apud mortales pleróque,vt quemadmodũ nil mali beneuolentia in amico, ita nil boni in aduersario videat inuidia: Vtriusque nimirũ affectũ hyperbolen in vitijs, virtutibúsque alienis facere: Et vt quædã ocularia specilla grandiora omnia, quàm re vera sint,oculis nostris exhibent;ita luuor,benignitásque, vbi semel animum occuparint. *Ne laudaueris* (inquit Scriptura) *hominem in vita sua*, quasi dicat, lauda post mortem, magnifica post cursus consummationem. Equidem, verè fœlicem, qui temporum mutationi, & humanæ vitæ Euripis,adeóque salutis suæ discrimini subiacet, dici posse neminem, non ignoro; sed viri eruditionis,& sanctimoniæ nomine percelebris, veréque mundo mortui, & licet adhuc superstitis, in cœlis tamen cum Deo ipso, Angelísque ac Sanctis numquam non versantis,sanctissimam vitam, ceu virtutum omnium certissimam normam, si publicæ vtilitati velut leui penicillo exprimo, dicam, an verius adumbro? quis æquus rerum æstimator factum non probauerit? præsertim,cùm liberum sit alterum laudare, de quo quicquid detrahas,necesse est,aut infirmitati, aut inuidiæ assignetur. Quid? quòd scriptores præstantissimi virorum bellica virtute, vel literarum splendore illustrium,non modò fato functorũ,sed & superstitũ præclara,& litterarum memoria digna corporis vel animi facinora, atque elogia studiosè descripserunt. Et quidem magnus ille Iouius in huiusmodi virorum elogijs perscribendis, & imaginum supellectile comparanda per triginta amplius annos perpetua curiositate incensus,neque diligentiæ, neque sumptui pepercit vllt: vt vel hoc solo tanti viri exemplo,mihi liceat iure optimo instituti mei veniam deprecari. Testor verò Deum Opt.Max.& Sanctos eius me nihil in gratiam, nil more blandientium dicturum, neque velut quamdam Aesopicam Cornicem alienis plumis fictis ve coloribus,aut assertis Rhetorum fucis eum adornaturum: sed candido animo omnia pro veritatis testimonio dicere, minoráque,esse meritis eius quem velut Christianæ pietatis nostri seculi lumen tota Vrbs, imò vero Orbis vniuersus Christianus pleno ore canit. Porrò vt vnde conuenientissimum est, suum oratio nostra ducat exordium. Natus est anno à partu Virgineo M.CD.XCIII.die D.Luciæ sacro.Parente vtroque Nauarro, ex illustri prosapia duorum Palatiorum Celtiberiæ siue Nauarræ, quam,Solariegam eius loci incola turba vocat; Azpilcueta videlicet & Laureguizar siue Bazan: vnde Bazanes Castellani Magnates originem traxêre.Ea duo Palatia longè ante Carolum Magnum Nauarræo Regno nascente in saltu Pyrenæi montis,qua parte Vascones Celtas diuidit à Celtiberis erectæ in hunc diem, nulla vllius damnatæ sectæ labe contaminatæ, in accepta per D. Saturninum B. Petri discipulum fide Catholica perseuerant. Regio porro ipsa Solariega eam fidem qua à principio imbuta fuit ita tenuit hactenus, vt nec hæreticorum vicinia infecta sit vmquam, & contra errantes impiásque opiniones,quibus illisin locis Ecclesia Christiana,tamquam tempestatibus agitatur, vindicem se & hostem præbuerit. Quamquam de patriæ neque dignitate,neque de fumosis maiorum imaginibus scribere institui: quos ille egregijs factis, ita superauit, vt eorum commendationem minimè requirat. Prodijt ergo in lucem, die festo D.Luciæ, vt lucem maximam afferret, non modo patriæ ac suis, sed vniuerso orbi terrarum. Quo eodem tempore penè,& in eadem Hispaniæ parte,quæ ad Pyrenæum pertinet alterum gentium lumen exortum est, Ignatius is,quem Societas Iesu parentem agnoscit, cuius fructus tantus extitit in religionem Chriastianam,vt penè nulla sit orbis terrarum pars,ad quam non Ignatij nomen,vel alumnorum eius vox viua peruaserit.Sed Palatiorum illorum de quibus dictum est D. Nauarrum genus duxisse,alterum alteri hoc solo nomine præstat,quod est vnum è duodecim, quæ memorato Regno surgenti regendo fuêre destinata. Eorum domini à Catholica Maiestate ante quinquennium perpetuis stipendijs, ac alijs donarijs aucti in Pyrenæi montis angustijs aduersus hæreticos vicinos stare cœperunt.Alter, nimirum Azpilcuetus Vice comes Solinæ præfectus Roncalibus (genti omnium Celtiberorum suapte natura fortissimæ) ea in parte, qua Nauarrum a Beartio diuidit.Alter verò,pura Laureguizanis,siue Bazanus, ea in parte, Pyrenæi montis in præsidio stare iussus est,qua Vascones Celtas à Celtiberis seiunguntur,in quamcumque occasionem cum suæ domui confœderatis ad arma paratus. Possem hic in scenam proferre innumera, in quibus exaggerandis, & amplificandis veteres Ethnici plurimi erant, & à quibus ferè huius generis orationum

Eccles.30.

exordia

exordia ducebant,patriæ claritatem, quam etiam quidam ex illis primam partem fœlicitatis esse dixerunt, nobilitatem generis, opes copias,bonáque externa:sed quum ex philosophia etiam Ethnica didicerimus ea vix esse nostra, canente poëta:

Et genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi
Vix ea nostra voco, &c.

Eáque demum sit Christiano digna nominis gloria,non quæ ex stemmatis,aut fumosis, superbísque Maiorum imaginibus,sed ex vita piè,sanctéque acta nascitur:neque tam pulchrum sit bene nasci,quàm præclarum benè institui:prudens omnia prætereo.

Inter ipsos verò Parentum Christianissimorum amplexus,& nutricum blanditias;purum religionis Christianæ succum (qui qualis initio, velutíque à puero fuerit,permagni interest.Vt enim in semente spes messis posita est, ita totius reliquæ vitæ expectatio ab educatione pueritiæ pendet) imbibit.Puerum autem ex his quæ consequuta sunt, licet coniicere in seueriſsima disciplina educatum fuisse, atque ex nobili domo non profanos hausisse spiritus: mox autem Christianæ religionis rudimentis & literis, quarũ ea tum ætas capax esse poterat,imbutus,postquam ingenium adoleuit, & ineuntis ætatulæ teneritatem robur adolescentiæ excepit,ijs quæ sibi nomen ab humanitate ascuerunt literis solidius erudiendus Complutum (quæ Castellæ nouæ Academia est) tamquam ad mercatum omnium disciplinarum sese contulit, vbi ætatis suæ florem philosophiæ dedicauit. Quo toto tempore, neque fabulis Poëtarum, neque oratorum pigmentis delibutus, neque Sophistarum tendiculis irretitus,quod in singulis purum erat ac solidum,quasi apis delibauit. Nam ex Rhetorum scholis tantum arripuit, quantùm sibi ad scribendum satis esse videretur:atque ex subsellijs Philosophorum quicquid acceperat,ad animi curationem longè sapiẽtius Platone traduxit. Tantùm abest, vt eum abstulerit nostrorum seculorum deprauata opinio, quibus nobilitas literarum splendore obscuriorem sese fieri existimat.Non eum vmquam aut rationis inimica voluptas, quæ adolescentibus maximè suis illecebris & ficta recti specie pernicioſas insidias tendere,præcipuámque ætui partem sibi vendicare solet, aut fucatus humanarum rerum splendor,à studio virtutis deduxit:adeóque ipsi cùm indignis homine docto voluptatibus bellum irreconciliabile καὶ πόλεμος ἀδιάλακτος, καὶ ἄσπονδος fuit: Cuncta námque voluptatum genera ita summus ardor in studia literarum restinxerat,vt ab omni earum rerum quas aut natura tribuit, aut largitur fortuna,quásque vulgò homines ac studiosè appetunt, cupiditate semotus, in Dei vnius amore atque studijs conquiescerer. Itaque factum est, vt ipse qui viuido ac perspicaci pollebat ingenio, multis parasangis æqualium studiorum commilitones anteuerterit, nullámque liberalium artium reliquerit intactam; adeóque Philosophiam Peripateticam probè edidicerit.In hac tamẽ velut ad scopulos Sireneos (vt quidam assolent)ingenium suum sensim ad grauiora,& sublimiora attollens,consenescere noluit, sed primum ad sacrarum litterarũ studium in eadem Complutẽsi Academia & præsertim ad Scholasticam Theologiam animum adiecit.Qua quidem non extremis modò(quod aiunt)labijs,sed pleno ore toto quadriennio degustata Tholosam,quæ Galliæ ciuitas omni semper laudatarum artium & præsertim Iurisprudentiæ gloria floruit profectus,ad Iurisprudentiæ sinum sese recepit,totúmque abdidit.Ita verò lectione assidua,meditatione diuturna, & indefesso studio omnes totius Prudentiæ Canonicæ ac legalis partes absoluit,vt nullum sacrorum Canonum,legúmque angulum non perlustrarit, nihil tam abditum, tam varium, tam latens, aut retrusum, quod ille non in numerato habuerit.In summa, sic vniuersam Iurisprudentiam edidicit, imbibit, concoxit, versauit, meditatus est, vt illustribus superiorum sæculorum iuris Antistitibus breui par redderetur. Itaque Doctoris laurea in celeberrima Tolosana Academia donatus, & ex discipulo Magister effectus Caturci primùm(quæ est etiam Galliæ ciuitas in qua Academia à Ioanne XXII. instituta eo tempore satis florebat) deinde in ipsa etiam Academia Tolosana ius vtrumque magna cum sui nominis gloria est interpretatus.Ex quo sperabant omnes,vt breui magnas opes & dignitates in Gallia amplissimas consequeretur,quas ille minimè omnium expetebat. Tandem verò suasu Illustrissimi ac Reuerendissimi D. Francisci à Navarra Regio sanguine orti,Roncæuallis Prioris, Episcopi Ciuitanensis tunc electi, ac postmodum ad Archiepiscopatum Valentinum euecti, cognati sui, Gallias non parum opum & gloriæ sibi promittentes reliquit; inque sacri ordinis Roncæuallis militiã(quæ nulli vmquã de sanguine infecto prognato patuit)cooptat[a] est. Sunt autẽ hi ordinis S.Augustini Canonici regulares,cuius ipse ordinis insigne perpetuo prætulit,& habitũ. Nec multò post Salmanticam veteris Castellæ ciuitatem florentissimo, litterarum emporio percelebrem D.Franciscum Navarrvm comitatus proficiscitur. Vbi decretorum & primæ tandem functionis cathedras,summo omniũ applausu (ceu quoddã præcellẽtis suæ eruditionis & laborum in Palæstra litteraria olim exanthlatorum trophæum)cæteris cãditatis competitoribus nequicquam cõcurrentibus,ac competentibus obtinuit.Vbi maximo cum omnium plausu, eam partem iuris Canonici,quæ Decretum dicitur explicauit. Cúmque ibi annos circiter 14. Gymnastæ munus masculo pectore obijsset,à Serenissimo Lusitanorum Rege Ioanne eius nominis III.vso in id D.Caroli V.& Augustæ Regię Sororis,quin & D.Francisci à Navarra opera,in Conimbricã Lusitaniæ,confirmandæ Academiæ recens ibi id tẽporis erectæ causa excitus fuit,mille aureorum annuorum Mineruali constituto:quod postquam bissenos aut circiter annos Primariæ functionis in iure pontificio cathedrã rexisset, etiam rude donatus(iubilarum vulgus dicit)dum maneret vita, mereret. Itaque,licet ægrè iucundam, perpetuamque nominis sui memoriam Salmanticensibus relinquens,Conimbricam emigrauit.Tandem verò vbi totos 16. annos magna omnium admiratione, Iuris oracula interpretatus fuisset,inque Lusitaniam,vti anteà in Salmanticam,solidam ac perutilem Iuris sapientiam inuexisset,comitatus dignitate ac rude donatum,Conimbrica excedentẽ,vtraque Castella & Navarra gratulabundæ benignissimè exceperunt.Non exiguum autem diligentiæ suæ fructum retulit, quod postquã diu perfunctus legendi munere rude donatus est: duplex ei reseruatum est honorarium. Post id tempus se ad iuris responsa reddenda conuertit, quæ in illa ipsa studiorum contentione nemini non patebant. Itaque eius opera & consilijs gratuitis duodecim circiter annis Castella & Navarra vsæ sunt. Vbi sorori germanæ Regis, in-

comparabili Principi Lusitaniæ Ioannæ Austriacæ,ciúsque ex sorore Neptibus Bohemiæ Principibus, non solùm titulis auitis,ac patrijs,sed etiã propria indole virtutũ,animorum corporúmque glorioſiſsimis à sacra delictorum expiatione fuit. Post id tempus cùm se rursus in Lusitaniam procul ab ambitione & curis humanis recepisset Regis Catholici Philippi huius nominis II.iussu gemino,Illustrisimi Archipræsulis Toletani Bartholomæi Carrancæ Hispaniarum Primatis, causam defendendam suscepit, & tandem ex vltimis earumdem finibus,nempe Vlysipone,eius rei ergò,penè tunc octogenarius in Vrbem venit: vbi, vt & anteà Pinciæ in Hispanijs,quanta fide,cura,studio,iuuenili labore,& Reip. Christianæ zelo, solam Dei iustissimi omnium iudicum Iudicis gloriam spectans, cum hactenus propugnarit, nouit is cui animorum nostrorum sensus,& intima consilia patent. Nec mora, Vrbem ingressus ad radices collis Hortulorum constitit, vbi mira comitate,nullóque pretio responsa daret, qua parte & cœlum clementissimum,& solitudo vt vacaret litteris commodior. Statim verò in sacrum summæ Pœnitentiariæ Prætorium ab Illustrissimo & Reuerendissimo Cardinali Borromæo summo id temporis Pœnitentiario, cooptatus est. Vbi quantum doctrina & auctoritate valeat,argumento esse potest, quod pridem Illustrissimus Cardinalis Franciscus Alciatus, Magno illi Andreæ Alciato, vt natura, ita virtutibus ac ingenij dotibus quàm simillimus, summus tunc Pœnitentiarius, cùm sanctum virum aduersa valetudine conflictatum, qua est humanitate & beneuolentia inuisisset,ingenuè me audiente dixerit, absente NAVARRO, sacrum Pœnitentiariæ Prætorium viris sanè quidem omni disciplinarum genere clarissimis ornatum, ἀκέφαλον esse, adeóque Illustrissimum illud prætorium abeo ob diuinam scientiã,ferè pendere vniuersum. Cæterùm vitæ ipsius scenam, qua etiam nunc octogenarius,& ætatis exactæ, capularísque senex, dum priscam illam Patrum vetustorum simplicitatem, ac sanctimoniam nobis repræsentat,totam vrbem,imò verò orbem in sui admirationem rapit,velut in quadam breui tabella depingamus. Magnus ille Aurelius Augustinus, vt interim Ethnicorum studia indefessa ac perpetuam in litteris venationem præteream, cùm iam septuagenarius esset, non minus operosè exercuisse dicitur diuinarum litterarũ studia,quàm iuuenis media ætate fecerat: Scripsit itaque plura quàm quisquã legerit,si verus est eius discipulus Possidonius. Isque decipi eũ opinione credidit, qui omnia quæ ipse scripsit, arbitretur sese legisse. Origenis sena millia librorum legisse se D. Hieronymus scribit, nec tamen tam longæuus ab opere & studio cessauit vmquam;tantíque ingenij fuit & doctrinæ,vt septem amanuenses, seu notarij sibi inuicem succedentes, vix ei sufficerent. Librarios habuit totidem,& puellas apprimè eruditas:quos omnes ingenij copia,& vbertate effusa defatigabat. Fuit prætereà omniscij illius D. Thomæ Aquinatis lectio adeò diligens & pensiculata, vt nec in proximo stantes,viderent oculi, neque interpellantium vocem audirét aures. Enimuerò corporei sensus, vt animo adessent,suum quisque officium relinquere,aut certè relicti præstare non potuerunt. Eximia quidem hæc,& omni æuo memoranda, sed quæ sanctissimi senis si non superare, certè adæquare studia posse planè crediderim. Is adhuc ætate iuuenis sed mente canus, ne quid obstreperent affectus,cœlestem molienti vitam,voluptatibus cunctis bellum indixit,inedia,vigilijs,& incredibili vitæ austeritate rebellantem carnem spiritui seruire sollicitè docebat: tempus omne studijs & orationibus partiebatur,bonam etiam noctium partem his operis addens. Minima portio dabatur somno, minor cibo,nulla otio. Cùm verò etiam totos sexaginta & amplius annos in Iurisprudentiæ meditatione sudasset, tantùm abest,vt extremo senio iam confectus,de studio quicquam remiserit, vt etiam in dies augeat: nimirum assiduis,magnísque laboribus ad omnem patientiam ab ineunte ætate corpus ita firmauit, & ad omnes labores callum abduxerit vt nullum non laborem iuuenili robore sustineat, nullámque horam, quid dico horam?imò ne momentum quidem à spirituali profectu vacuum abire sinat. Fortis quidem,& inuictus miles postquam luculenta sui animi, suæque virtutis signa dedit, multis præliorum laboribus ac periculis perfunctus,multísque victorijs potitus, si non vacationem militiæ & excusationem ætatis,at certè laborum remissionem ab Imperatore impetrat: beatus verò hic senex tantùm abest,vt extremo senio confectus, & rude donatus studium imminuat,vt etiam illud adaugeat. Memini,dum in acerbam febrim iam pridem incidisset, eumque medicus & nominis ipsius studiosi viri graues deprecarentur, vt iam in tam longæua ætate constitutus,velut receptui canens à diuturna illa auiteræ vitæ ratione, vix homini iuueni, athletico & benè firmo perferenda abstineret;rationem valetudinis haberet; maioréque in otio,quod superesset vitæ exigeret. Memini,inquam,audire eius responsum,haud absimile cuidam non tam ethnico philosopho, quàm Christiano Theologo dignissimo Diogenis responso Is admonenti, vt iam senex quiescerét à laboribus. *Quid*, inquit, *si in stadio currerem,an oporteret,iam metæ vicinum cursum remittere, an magis intendere?* Recte, nimirum, sentiens virtutis studium hoc magis intendendum, quo minus superest vitæ: quòd turpe sit ab honesto instituto refrigescere. Temporis verò(cuius vnius honesta auaritia est,cuiúsque iactura nullam maiorem esse solitus erat dicere Zeno stoicus)obseruantiorem vidi neminem: Habet nimirum pectori insculptum illud Theophrasticum πολυτελὲς ἀνάλωμά ἐστιν ὁ χρόνος, seu pretiosa impensa tempus. Porrò somno tantum indulget, quantum ad perferendos diei labores sat putat. Neque verò in plumis, & molli Sardanapali strato, requiescit, sed in duro lectulo, quem luctum verius dicere possis, vbi nimirum suspiria & gemitus, non ronchi exaudiuntur. Horas non amplius quinque dat somno. Tum nos (nam toto iam quadriennio quæ diuina & eius benignitas est, studiorum ipsius & conuictus particeps sum) experrecti antelucana oratione, & studijs aurorã expectamus:quibus 4. aut 5. horis insistimus. Tandem in ædem sacram aut sacellum,quod sanctissimi D.N. Papæ permissu domi suæ habet,prodiens,Deo Opt. Max. immolat, diuináque exoluit officia. Quibus peractis ad intermissa studia in prandiũ vsque sese cõponit. At qui,cùm in summis delicijs,& maxima rerum affluentia viuere,escæ lautioris illecebras,& gulæ irritamenta sectari possit, mẽsa tamen illi simplex & frugi est,vt qui Frugalitatem, Temperãtiam,ac sobrietatem,virtutum omnium matrem dicere sit solitus. Semper autem lectione aliqua sacra cibũ suum condit. Post epulas grauis aliquis sermo,aut de studijs, aut de officijs vitæ,statúque Religionis,ac Reipub. Christianæ doctissimè simul ac prudentissimè inducitur. Quo finito, pensum precum(quas ob nullas vmquam occupationes aut morbos nisi semel ac iterum, à medicis cõpulsus

Possidonius in vita Augustini.

ac concla

ac conclamatus totis 70. annis & eo amplius, videlicet à nono anno suæ ætatis quo beneficiolum quoddam, vt alicubi dicit adeptus,eas cœpit persoluere, vsque ad nonagesimum & amplius annum,quibus eas recitat, prætermisit)persoluere,ac paulisper quiescere solet,non tàm vt dormiat,quàm vt sese colligat,& vegetior ad studia protinus redeat. Nec mora(nisi ad negotia seria euocetur,aut ab aduentantibus & eum consulentibus interpelletur,interpellatur autẽ sæpissimè)ad intermissa studia in cœnam vsque,quæ prandio similis est:sese comparat. Porrò salutatores,& salutationibus officij caussa indulgentes amicos χρονοφάρους vocare solitus est quasi fures & raptores temporis. Sub cœnam orationi cum suis domesticis sese dat. A cœna (honesto aliquo colloquio spiritu prius recreato) itidem facit. Tum demùm in cubile se recipit. Numquam tamen somnum init,nisi lectione aliqua sacra fatigato somnus tamdem obrepat. Hæc illa est studiorũ sancti viri dispensatio. A qua quàm simus pleriq; omnes alieni, argumento est, quòd si vel secunda hora nos legentes repererit, oscitamus,manu faciem defricantes,continemus stomachum,capitis vertigo nos infestat,& quasi post multũ laborem, rebus ludicris & profanis animum laxamus. Ipse verò lectione assidua & meditatione diuturna, pectus suum fecit bibliothecam Iuris, tantaque fœlicitate omnes totius eruditionis & Encyclopædiæ partes coniunxit,vt quæ vix singula reperias in alijs,in eo mireris vniuersa. Testantur id præter cætera præclara ingenij ipsius munimenta, eruditorum ac piorum omnium iudicio Reipublicæ Christianæ vtilissima: ac in ijs quidem Enchiridion seu Manuale confessariorũ,& pœnitentium,quod lingua Lusitana primùm cõpositum, ac iampridem Castellano sermone donatum,postremò auctum, locupletatum, & recognitũ quàm plurimis vtriusque Hesperiæ magni nominis viris erudita pietate claris,auctoritate Pontificia, Illustribus quin etiam prima ac suprema dignitate Illustrissimis efflagitãtibus,in Latio Latinitate donauit. Eluxit hic NAVARRI industria Erat hoc doctrinæ genus,quod ad humanam institutionem pertinet,à pluribus descriptum,sed ita, vt ex multitudine immensa,necessariò illud accideret,vt cum permulti essent,ex ijs pauci aut noti aut vtiles essent. Artis sanè huius, vt iurisprudentiæ ea videtur esse natura, vt casuum infinita perpetuaque varietate, scribendi materiam suppeditãte,neque modum neque finem habere videatur. Itaque cum tanta commentariorum quasi eluuies plurimorum ingenia occuparet, statuit ad conscientiarum tranquillitatem compl. cti paucis,& illustrare ea, quæ perturbatè ab alijs,& interdũ non tuto iactabantur. Qua ex re cum multiplicem fructum sui temporis homines sunt cõsecuti;tum verò vel maximè posteri percipient,qui nec virtutem præsentem odisse possunt,& in monumentis consignatam adamare cogantur. Neque mirum est,si passim querimoniæ audiebantur expostulantium,in tanto numero scriptorum,aliquid vtile Confessarijs,& omnibus qui peccatorum suorum culpas delere exoptãt. Quibus prouidit eo libro,de quo loquimur,quod manibus omnium teri debet,in quod, vt mihi sæpius retulit,quicquid sciuit,aut alibi scripsit,coniecit:Ac quod optandũ erat,artem etiam addidit ac methodũ,quæ legentibus quasi gubernaculi viam præberet. Neque est,cur aliqui stylum asperiorem abiiciant. Nam si singula ab vnoquoque, prout instituti ratio postulat, exigantur,quàm multi,qui in luce hominum sunt,tenebras quærerent. Licet autem rei dignitatem, non parum verborum copia & elegantia augeat,aurésque simul & mentes,nescio qua suauitate perfundat eloquentia: ipse tamen etsi politioris litteraturæ callentissimus,propter simpliciores quosque multùm in deiiciendo sermone, & Laconica breuitate laborans,non elaborata(tersa tamen)verborũ oratione, plausuque populari, qui solet imperitorum aures demulcere, panibus vitam non siliquis sustentandam ratus,sua opera,&(mea quidem sententia) prudenter descripsit:neque enim de numero eorũ est, qui se operæ pretium fecisse putant, si inuolucra quædam cõpegerint,quæ Oedipo coniectore,& natatore Delio(vt de scriptis Heracliti dixit Socrates)indigeant, quibúsque Gordij nodus,labyrinthus Dædali,Sphyngis ænigmata,numeri Platonici, Lycophronis tenebræ, & Saliorum versus,suis Sacerdotibus vix benè intellecti comparari nequeant. Et certè, si alterutrum deserendum sit,multò malim,sine orationis nitore, cognitionẽ rerum,quam intelligentia inanem volubilitatem linguæ. Quis verò æquus rerum æstimator diuini illius hominis dicam an beatissimi,cœlorum indigetis, Thomæ Aquinatis indissertam sapientiam,ineruditæ multorum loquacitati, infinitis partibus non anteponat? quamuis si quis hæc vtraque coniungere conetur, quis vsque eo iniquus futurus est,vt eius industriam contemnendam potius,quàm commendandam existimet? Cæterùm locupletissimam bibliothecam, & thesaurum pretiosissimum rerum omnium ad functiones quotidianas, & animorum nostrorum salutem necessariarũ habere se nouerit,quisquis hoc vnum NAVARRI Enchiridion habebit. Ipse namque velut sedula apicula,per amœnissimos disciplinarum omnium hortos circumuolitans,ex vnoquoque,quod est eximium aranceæ suæ venena relinquens ad illius mellificium iam totos 60. annos congessit. Neque verò silentio prætermittendum,commentarium,seu,vt aiunt,lecturam ipsam ordinariam,omniiuga, eáque recondita eruditione refertam super vniuerso iure Pontificio multis vigilijs & lucubrationibus composuisse, quam vt orbi Christiano vtilissimam fore non dubito,ita per sacra canonum placita, cum rogo, ne illam cum inuidiosis blattis,& inertibus tineis diutius pugnare sinat, tantúmve bonum Reip. Christianæ inuideat. Quin potius prima quaque opportunitate oblata, earum faucibus ereptam, fideli typorum memoriæ committat,& publicet. Illud verò eximium,atque omni æuo memorabile,quod tantus ipsi annorum numerus,nil de iudicio, nil de memoria (qua secundùm rationem nihil dedit Deus homini ad eruditionem præstantius, nil vtilius, nil aptius,vt quæ est thesaurus disciplinarum omnium, artiúmque studio & labore quæsitarum custos fidelissima, & Iurisconsulto apprimè necessaria) nil etiam de cæteris animis potentijs abstulerit. Mithridates Rex Ponti fertur duabus & viginti diuersis nationibus,quibus imperabat: sua cuique lingua ius dicere solitus est, & pro cõcione singulas sine interprete affari. Cyrus etiam Persarũ Medorúmque Rex,qui immensos duxit exercitus, omnibus militibus nomen reddidit. Quin & L. Scipio,quod æquè mirum videri possit, populo Romano. Superfuit & Cæsari Dictatori id doni,qui scribere, & legere vno tempore, dictaréque & audire sit solitus. Epistolas magni ponderis quaternas pariter dictabat,aut si non aliud egisset,septenas. Præclara hæc equidem, & omni ætate memorabilia, sed quæ sanctissimi viri memoriæ ac polytropiæ conferre nil aliud sit,quàm scarabæum aquilæ,vel culicem elephanti exæquare. Quis enim auctor, quem ille non in

promptu habeat? Quis angulus sacrorum canonum ac legum, (vt interim sacræ Theologiæ, historiæ, antiquitatis, adeóque artium omnium, quæ vel humano ingenio repertæ, vel diuino beneficio nobis concessæ sunt, exactam cognitionẽ prætream) quem non accurate perlustrarit. Quid tam abditum, quid tam varium, quod ille non in numerato habeat? Quis sic vniuersam Iurisprudentiam edidicit, imbibit, concoxit, versauit, meditatus est? An verò non præclarius non modò myriadibus Canonum, & legum, sed & §§. versiculorum & glossarum tam digesta & tam præsente memoria sua nomina reddere, Doctorúmque abditissima quæque dogmata ad amussim callere, vt si quadam in tabella, aut prænitenti speculo intentis oculis ea omnia contemplaretur? Et quidem, quàm omnes penè virtutes corporis mutentur in senibus, & exundante in eis humore frigido, seu pigra quadam effœti corporis hæbetudine, vigor quoque hebetetur animorum, raróque eius ætatis videre liceat non γεροντολίφους, ætatéque desipientes, seu delyros, ac corpore malè affectos (quæ res contrito vetustate prouerbio locum fecit, *Bis pueri senes,*) dum hic podagra, ille chiragra; iste lippitudine, alius spasmo, fistula, hernia, phtisi, polypo, paralysi, tussi, alius delyrio, men isque alienatione, & id genus alijs sexcentis animi, corporisve morbis infestatur, prosperrima tamen ipse fruitur valetudine. Non capitis, non stomachi infestatur doloribus, pedes imprimunt stabilia, certáque vestigia: Auditus ei penetrabilis: oculi & si diuturnis laboribus ac vigilijs caligantes, suo etiam nunc funguntur officio: vox seuera, corpus solidũ, vires cum ætate ita dissentientes, vt senis virtus in ipsa senectute senescere nequaquam videatur. Non memoriæ tenacitatem, vt in plerisque cernimus exacta senecta dissoluit, non validi acumen ingenij frigidus sanguis obtundit; non denique tremula manus per curuos chartæ tramites errantem stylum ducit. In summa adolescentiã in extrema ætate octogenario supra primum iam ætatis circulo reuoluto, verè beatus senex mentitur: Nimirum ipse cibi ac potus parcissimus, omnésque voluptatis illecebras, certissima vitæ humanæ venena aspernatus, per continentiam, & laborem vitam transigens ieiunio (quod pro ludo semper habuit) ceu muro quodam aheneo corpus, animúmque suum aduersus eiusmodi monstra acerrimè tutatus est. De tanto viro plurima narrare alij poterunt, nobis omnia persequi necesse non fuit. Dicent, quod est planè singulare in hac nostra mortalitate, virginitatis florem perpetuo obseruasse, ac ætate deuexa iamque octogenarium vel nonagenarium potius non modo de studijs numquam remisisse; sed quod non multi mirantur, quod que in iuuenibus admiramur, senem scimus non perhorruisse inter ieiunia, Quadragesimę perseuerãter, vsque ad solis occasum cibo potuque solitum abstinere. Nunc verò de abstinentiæ & continentiæ, adeóque totius vitæ suæ integerrimæ amœno semine fructus dulcissimos metit crassa & obesa corpora, quæ crescendi mensuram impleuerunt; nisi protinus ablatione sanguinis minuantur, in paralysin & pessima morborum genera erumpere, ac degenerare tradit in Aphorismis, Hippocrates. Ideoque necessariam eis demptionem esse, vt rursum habeant, in quo possint crescere. Non enim in vno statu manere naturam corporum posse; sed aut crescere semper aut decrescere, nec viuere animam, nisi crescendi capax sit. Et certè quotus quisque quæso mortaliũ est, qui vel trigesimo ætatis circulo euoluto, vi morborum pressus, sese sanguine non minuerit?

Rara auis in terris, nigroque simillima cygno.

Hic verò senex, ita prudenter, ita grauiter, ita sobriè omnem vitæ suæ cursum instituit, vt neque in extrema senectute nimia repletione obrutus purgationem suscipere vllam fuerit coactus. Verùm enimuerò, cùm omnium rerum pietas in Deum, sit fundamentum, cunctarúmque scientiarũ infirma sit gloria, ni perpetuò erga summum Deum amore, studióque fulciatur: adeóque ipsa Iurisprudentia nostra, si tota profana sit, vix suum tueri nomen satis possit: operæpretium fuerit, eius sanctimoniã eruditioni coniunctam obiter descri bere. Multos sanè quidem videre est, ætatis nostræ excellentes viros, vna quapiam virtute excellenti & eximia insignes: In quibus verò omnes omnino virtutes, omnem vim suam expresserint, præter hunc cognoui perpaucos. Et quidem animus eius ab omni humanarum rerum cura solutus in vnius Dei amore conquiescit: Quæcumque gerit, ea velut in illius oculis sese gerere arbitratur (vsurpata persæpè hac sententia vulgari Hispana. *Aqui esta Dios delante que nos oye y nos vee,* id est Deus hic astat ante nos, qui nos audit videtque. Itaque viuit vt semper extremum diem & nouissima sua cogitet, Numquam in illius ore nisi Christus, numquam in illius corde nisi pietas, nisi pax, nisi misericordia inest, nihil vmquam in eo sensi, quod sanctum virum non deceret, vt non hominẽ sed Angelum quemdam humana inter mortales versantem specie putes. Ecquem verò non moueant, vehementérque afficiant quotidianæ illæ exhortationes, quibus nullam officij partem prætermittens ad Regnum Dei appetẽdum, & quærendum, verborum quasi facibus admotis vnumquemque accẽdit? At verò si victus continentiã inspiciamus, cibi & potus parcissimus est, mero nonnumquam dilutissimo, cóque permodico semper vtitur: Illud etiam cum primis memoratu dignũ, quod Quadragesima superiore dies totos ieiunijs ducens, studiisque ac orationibus transigens, ipse octogenarius ante Solis occasum cibo aut potu corpus suum non reficiebat: nimirum saturatus Christo & studiorum oblectatione non sentiebat esuriem: deliciásque sæculi aspernans, delicijs spiritus perfruebatur: Quid verò humilitatem verè columbinã, & cultum eius sine culcu deprædicem? Equidem ipse omnem sæculi pompam pro purgamẽto habens, vanáque ducens vniuersa, vt Christum lucrifaciat, ornatum quem pleríque gerunt ni corpore, ipse in mente gestat. Vestes sumptuosas, nitentes gemmas, latas porticus, aurata laquearia, postes auro, argentóve radiantes, parietes immundis simijs, frendentibus leonibus, biformibus centauris, satyris capripedibus, cornigeris faunis; maculosis tygridibus, sphyngibus tricorporibus, chimeris flãmiuomis, innumeris denique diuersissimarum formarum monstris ac spectaculis, mirificè quidem diuitum oculos pascentibus, sed pauperum aluum famelicam defraudantibus, miserorúmque pœnis & damnatorum labore luxuriantes, varietatem supellectilis, opulentiam, dignitates, honores, aliáque id genus vanitatis atque elationis seminaria, ac malorum irritamenta quæ suspiciunt mortales tamquam lethifera vitæ venena in primis fugienda ducit. Idem semper ei habitus, neglecta mundities, inculta vestis, in qua nullus omnino nitor, aut fastus, sed castigatæ potius humilitatis, modestiæ & Christianæ simplicitatis (quæ crescentibus opibus Ecclesiæ magnopere decreuit) significatio mentísque candidæ indicium, ac sæculi contemptus reluceant.

Arbitratur nimirum beatus senex indumentorum splendorem hunc, cultúmque corporis nimis accuratum, & plusquàm Regium luxum, viris præsertim sacratis nequaquam conuenire, nisi fortè ijs quibus nulla excellens virtus auctoritatem vendicet, vt quod proprijs luce non possunt, externo fulgore oculos vulgi perstringant. At in quo vniuersæ honestatis, & modestiæ, veraéque ταπεινοφροσύνης καὶ ἀπαθείας eluceat species, maiorque certè gloria est, & hominum admiratio ex veste vulgari. Nimirum vt pulchritudo corporis apta compositione membrorum, mouet oculos & delectat hoc ipso, quòd inter se omnes partes cum quadam lepore consentiunt, sic hoc decorum quod elucet in vita, mouet & ceu magnes quidam allicit approbationem eorum, quibuscum viuitur, ordine & constantia, moderationéque omnium dictorum atque factorum.

Licet autem seueram & castam domi disciplinam seruet, non eam tamen tetricam, sed conditam liberali quadam comitate, vrbanitate, & gratissima morum festiuitate. Dubium vt mihi sit, an admirabilis in eo doctrina humanitati, an humanitas eximiæ doctrinæ, an vtraque sanctitati concedat. Pauperibus (quibus se magis inuidere, quàm purpuratis Regibus dicere solitus est) eleemosynam manu propria distribuere gaudet. Quod olim (ne reprehendẽdum putes) diuus Hieronymus Paulino præcepit. Pauperibus (inquiens) & fratribus refrigeria sumptuũ manu propria distribuere; rara est in hominibus fides, non credis verum esse quod dico? cogita Iudæ loculos. Nulli autem (diui Iobi instar) vmquam petentium stipem, & caritatis officia, denegare solitus est, vixque vmquam buccellam vnam edit, quin partem suæ cœnæ pauperi reseruet, & quos aduersa valetudine, vel egestate premi intelligit, in dies cibo nummísve subleuet: Vt quod olim Cicero Cæsari adscripsit, id non abs re ipsi à nobis tribui possit. Nullam de virtutibus eius, nec admirabiliorem, nec gratiorem misericordia esse. Et certè quàm in egenos quoslibet benuolo sit animo, vel hoc vnum argumento esse potest, quòd ipse pridem insigni pietatis Christianæ exemplo, ijs suscipiendis in solo suo natali Xenodochiũ Diuæ suæ tutelari Luciæ Syracusiæ (cuius dies festus nascenti ipsi primus illuxit) sacrum restaurauit. Venio nunc ad animi ipsius libertatẽ, & constantiam, qua tanta est, vt nil vmquam in dicenda sententia, aut metui, aut gratiæ det, numquam ad cuiusquam nutum aut voluntatem, orationem suam aut scripta accommodet, nihílque prius, aut antiquius veritate habeat: non inflecti gratia, non perfringi potentia, non adulterari pecunia potest. Tanta verò est ei prudentia ætatis diuturnitate collecta, tanta rebus in prosperis moderatio, inque aduersis, animi magnitudo, vt secundis numquam efferatur rebus, aduersis semper ædificetur, tantùm abest vt deprimatur. Idem ei vultus in omni re, eadem in omni casu mens est: omnibus fortunæ telis spretis præter vnam culpam & peccatum, nihil pertimescens. Quàm verò φιλοδόξου, ac non ambitiosus sit, vel illud vnum abundè magno potest esse argumento, quòd non semel in Hispanijs, aliísque Regnis, amplissimas dignitates & officia sibi vltrò oblata caducis mundi huius immundi honoribus, otium litterarium, & pacatam animi quietem præferens, constantissimè renuerit. Sed quid opus tantis? Equidem vt satietatem longæ orationis effugiam (nam si omnes eius virtutes narrare velim, modum excedam voluminis) id vnum dicam, eum tàm sanctè viuere, tamque grauiter disponere vitam suam, vt non modò criminis expers, sed ab omni etiam illius suspicione sit alienus, adeóque de eo sinistri quicquam ne fingi quidem possit: dum nimirum fingere quisquã veretur, quod à nullo putat esse credẽdum. Nihilominus tamen, cùm Pius V. (qui Reip. Christianæ commoda, ac Religionis negotia, si quis vmquam Pontifex Max. priuatis semper habuit antiquiora & potiora, cuiúsque viuit expers sepulcri gloria, immortalísque memoria) meritis tanti viri, & fama excitus, honore pilei coccinei ipsum exornare decreuisset: insurrexere homines maleuoli, & alienæ fœlicitatis impatientes, qui, vt olim θεάνθρωπου illius IESV CHRISTI acta & vitam innocentissimam Hebræi Pontifices infamare veriti non fuerunt, licet veritate non potuerint, virum tamen sanctum, calumnijs & vanis confictis rumoribus lacerarint, tantum, abest vt cano capiti assurrexerint, & venerandi senis personam (vt certè multis nominibus debuerant) honorarint. Eo nimirum ingenio pleríque omnes mortales sunt, vt magis eos celebritas famæ ad maleuolentiam, quàm virtus ad amorem inducat.

Vsque adeò pensi ac sancti nihil impia ducit,
Inuidia, & cæco mens prauа agitata furore.

Atqui horum ille rabiem (crudelem eum esse æstimans, qui famam suam negligit) & si aduersus obtrectatorum libidinem pugnaret, meriti magnitudo & per omnes vitæ partes sanctissimè acta vita (quæ hactenus nil aliud fuit quàm diuturnum, perpetuúmque martyrium) epistola apologetica, commentario quem de finibus humanorum actuum scripsit, adiuncta refrænauit. Tandem verò hisce virtutibus & incredibilis eruditionis fulgore sic inclaruit apud vniuersos NAVARREI nominis celebritas, vt viuens ea perfruatur gloria, quam post fata & cineres, mortalium paucissimi assequuntur, ac non modò ametur: sed colatur, sed spectetur, sed plausum ferat ab omnibus. Nimirum habet hoc illustris & excellens virtus, vt species eius & pulchritudo, etiam in hoste posita, amoris nescio quos igniculos accendens, & quosdam honestæ cupiditatis aculeos iniiciens, delectet, inque suum possessorem certatim omnium studia, & ora conuertat. Tantum, inquam, illi famæ & auctoritatis peperit vitæ integritas, & eruditionis splendor, vt nominis ipsius celebritate & fama adducti viri Principes pleríque, ac in ijs Illustrissimi Cardinales Ioannes Riccius Politianus, & Iulius Antonius Sanctonus Sanseuerinus importunè apud eum contenderint, vt se manu excellentis alicuius artificis ad viuum effingi permitteret in numerum virorum Illustrium (quorum ipsi simulacra studiosè conquirunt sua illis musæa adornantes) referendum. Verumenimuerò id aliquam vel superbiæ, vel gentilitatis notam præ se ferre cõtendens, longíve satius ad posteros præclara animi quàm corporis simulacra transmittere ducens (sunt enim animi lineamenta pulchriora quàm corporis) vt suo id accedente calculo fieret, numquam adduci potuit. Cuius rei haud ignarus Antonius Lamferius Burgundio excellentem quemdam artificem Philippum Soyum Eburonem induxit, qui corporis ipsius effigiem clanculum, dum Deo Opt. Max. mmolaret, docta sua manu exprimeret, quæ passim prostat, & circumfertur hoc addito distichо:

Insignis forma, doctrina insignior vnus:
At superat summi cultus vtrúmque Dei.

Cicero pro Marcello.

Nimirum fugientem laus & gloria vel inuitum sequitur. Tantus verò Vrbi & orbi nominis ipsius splendor illuxit, vt ad eum ex omnibus penè totius orbis regionibus ceu ad quoddam Apollinis Pythij templum, certissimúmque Iuris oraculum, illiúsque vnicum huius sæculi decus & ornamentum certatim concurratur, si quid vel obscurum vel dubium, vel controuersum emergat, támque parata est eruditionis vis & potestas, vt & vnus & senex tot argumentis sufficiat. Licet autem animis hominum innata quædam opinio sit, vt dumtaxat operam suam in eis ponant, quæ commodum & fructus sint allatura, frigidæque esse soleant nostræ actiones, cùm nullo accendimur præmio: ipse tamen B. Iuonis & Anargyrorum Cosmæ & Damiani instar, omnibus prodesse cupiens, omnibus nationibus, omni sexui, omni ætati operas suas gratuitas accommodat, & vitæ huius commodis perpetuam summi Dei gloriam anteponendam ratus, nil habet antiquius quàm talentum sibi à Deo creditum in communem conferre vtilitatem; non ignarus fructum ingenij & virtutis, omníque præstantiæ, tum maximum capi, cùm in proximum quemque confertur, omnèque bonum tanto diuinius esse, quantò fuerit communius. Cumque totum penè illud genus hominum, qui ex alienis litibus victitant, quæstúsque sibi ex aliena stultitia colligunt, rationum suarum proram & puppim in pecunia constituere soleat, eiúsque oculos auri, argentique splendor ita perstringat, vt pulchritudinem virtutis, veritatémque ipsam intueri nullo pacto possit: aureo hamo anguillas putres crumenimulgum illud hominum genus piscari: NAVARRO præcipua cura est, vt falsa atque inani bonorum specie reiecta, ad veram, solidamque fœlicitatem, quæ in ipso Deo posita est, expedito cursu contendat. Non ipsius mens oppressa præmio, non lingua adstricta mercede: sola ei caritas pro præmio est, sola ei veritas ob oculos versatur. Conueniebam ego hominem sæpius (ait Roscius Hortinus) quo tempore mihi adolescenti animorum cura, & carcerum in primis Romanæ vrbis credita erat: in quibus plurima incidere solent, & sanè lubrica. Admirabar sensi prudentiam & consilia, quæ non nisi in scriptis & proprio symbolo signata dabat. Cúmque iure optimo studiorum ac responsorum suorum mercedem à se consulentibus (vt cæteri assolent) exigere posset, ipse tamen præter oracula & responsa doctissima, operáque suas gratuitas (quas nulli non promiscuè impendit) quàm plurimis etiam nummos elargitur, nonnumquam subridendo à me perquirens, an ea mihi æqua laborum suorum merces videretur. *Cui ego, mercedem se laborum suorum, ac eleemosynarum, si non in hoc, certè in futuro sæculo & cælesti solio, ad quod totis sensibus anhelabat, ab omnium bonorum assertore, malorumque æquissimo vindice Deo, cumulatissimam acceptuum.* Porrò de tangentibus animarum salutem, & si versatissimus in omnibus, etiam verbo cunctanter respondere solitus est. Manu verò propria responsum vllum refragante conscientia, non firmaret, etiam si vniuersum orbem sese lucrifacturum duceret. Hic deplorare lubet execrādam, fœdámque nostræ tempestatis Iurisconsultorum, & Aduocatorum ab huius Anargyri vitæ instituto planè alienam auri famem, qui si dolosi spes refulserit nummi (vt dixit satyrographus) per fas & nefas, iure ne an iniuria viderit Aristarchus quispiam, lactantes vana spe clientes, & calumnias innocentiæ ac iustitiæ struentes, causas quaslibet defendendas suscipiunt. Quibus vtinam ἐφόπτρεις illa Christi Domini nostri in mentem veniat. *Quid prodest homini, si totum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?* Matth. 16.

Multis hic illustribus testimonijs NAVARREI nominis gloriam confirmare possem. Et quidem eius testes sunt præcipui Hispaniæ & Lusitaniæ Doctores, ac Præsules, & in his eius discipulus Didacus à Leyua seu Couarruuias Episcopus Segobiensis, alterum Hispaniarum decus, earúmque Illustrissimus Præses, seu Iurispræfectus, vt Cæsarei & Pontificij Iuris callentissimus, ita populo acceptissimus, qui præter cæteros, NAVARRO eruditionem suam omnem, quin & eam ad quam euectus est, dignitatem, litteris nuper ad eum datis, quas legere memini, ingenuè accepram refert. Testis locupletissima est Hispania, testis Gallia, testis Lusitania, ac nunc demum Italia ipsa, adeoque orbis totius caput, cælique vicaria Roma. Quid dico, Roma? Imò verò summus Christi D.N. Vicarius, vrbísque & orbis Episcopus Gregorius XIII. cuius de NAVARRO præclarum isthic referre non alienum duxi elogium. Is paulò antequam ad celsissimum dignitatis inter mortales solium maxima Principum & Patrum consensione eueheretur, cùm ego ipse ei Apologiam illius de Reditibus Ecclesiasticis obtulissem. *Lubens*, inquit, *munus hoc litterarium suscipio, si quidem D. Doctoris* NAVARRI *inconcussam, sanctámque & è Iuuis penetralibus depromptam esse doctrinam non addubito, eóque nomine eam veneror & ampiector; præsertim cùm ea eruditione, sanctitate, vitæque integritate sit D.* NAVARRVS, *vt non nisi sancta & pia eum scribere certò in animum inducam: ac non modò scribere, verum etiam quæ scribit, vita ac moribus exprimere, æqualem verbis vitam agere, optaque vt cæteri in sortem Domini vocati se imitentur.* O singulare sanctissimi D.N. de diuino homine iudicium! Quis verò dubitet, quin quantùm ingenio, eruditione, consilio, pietatéque valet, tantundem nunc apud eumdem in Nauis Petri specula locatum, auctoritate valeat & gratia? Neque enim ipse in amplissimo dignitatis culmine diuinitus constitutus, cuiates sint homines, quibúsve terris, aut regionibus oriundi, at quibus moribus, quo ingenio, qua virtute præditi sint, scisciatari, totúmque in vna virtute constituere solet. Purpurati prætereà ordinis Patres omnes, Episcopi, cæteríque Primates, Senatus etiam P. Q. R. eruditionis ipsius ac virtutum admiratione succensi, eius amore & studio incredibili flagrant, eúmque consulunt, atque suspiciunt. In summa fatentur omnes, se qui sanctitatis, fidei, doctrinæ, religionis, caritatisque illustrius præ se ferret exemplum, vidisse neminem. Et certè cùm totus sit probitas, totus candor, totus humilitas, nihílque præter Christum, ædificationem proximi, & litteras cogitet, ferreus planè sit & omnis humanitatis expers, qui non illum amore complectatur, colat, veneretur. Quid autem de ea quæ supremæ proxima est, dignitate, velut iure ei debita sperent, augurentur, & compitatim prædicent homines, nil opus est commemorare. Ipse verò ab auiditate gloriæ, & omni ostentatione planè alienus, tantæ ætati caducis honoribus onerari indecens ratus, solam præ oculis gloriam æternam, & omni ætate circumfluentem habet beatitudinem. Qua nos summus ille Imperator cùm velut milites suos ex hac statione, & rerum humanarum teterrima caligine euocarit, donare dignetur, Amen.

Reliquit doctrinæ suæ innumera monumenta, quorum argumenta, & quasi consignationem hoc loco non aperiam; sunt enim in luce hominum, nec operam nostram desiderant, vt nec vita, quam sanctissimè

tenuit, oratione nostra potest vllo modo illustrari. Nec dubito tantum esse omnium gentium de Azpilcuetæ doctrina, prudentia, continentia, pietate, cæterísque virtutibus consensum, tantámque admirationem, vt non desint, qui vt viuum, sic & mortuum venerentur & colant. Reliquit etiam, quod sciam duos celeberrimos in vtraque Hesperia discipulos, in altera Couarruuiam Episcopum Segobiensem, in altera Romani Gymnasij Iuris Pontificij professorem Georgium Calandram. His gradibus sibi non ad humanas dignitates, quibus sæpè priuatum, pacatúmque statum prætulit, sed ad æternam, ac bonis omnibus affluentem gloriam, ac fœlicitatem aditum facit. Itaque iam nonagenarius, quasi somnum suauissimum capiens in cælum euolauit. Eius corpus delatum est humeris virorum religiosorum, ac sepultum in Aede D. Antonij de Padua nuncupati, in Campo Martio, nationis Lusitanæ, cuius se ciuem etiam moriens professus est. In choro effigies eius extat, quæ & colli proceritatem, & totius oris gracilitatem ostendit, ac monumentum, quod subscribam insculptum legitur sub effigie; quod paucis quidem, sed luculenter posteris insignem huius viri vitam actam exponit, est autem tale.



D. O. M.

MARTINVS. AB. AZPILCVETA. NAVARRVS. H. S. E. DIVINI. HVMANIQVE. IVRIS. CONSVLTISS.* QVI. SALMANTICAE. PRIMVM. DEINDE. CONIMBRICAE. FAVENTIB. PORTVGALLIAE. REGIBVS. IVS. PONT. DOCVIT. ROMAM. PROFECTVS. PIO. V. GREG. XIII. SIXTO. V. PP. MM. CARVS. OMNIB. NATIONIB. GRATVS. HVIC. XENODOCHIO. BENEFICVS. OBIIT. XI. KAL. IVL. CIↃ. IↃ. XXCVI. AETATIS. ANNO. XCIV. M. VI. D. VIII. MVLTIS. DOCTRINAE. SVAE. ERVVLGATIS. MONVMENTIS. MARTINVS. ZVRIA. AVVNCVLO. B. M. POS. * *DICENDVM. ERAT.* QVI. CATHVRCI. PRIMVM. DEINDE. TOLOSAE. IVS. VTRVMQVE. ET. POSTEA. SALMANTICAE. *ET. CAETERA. GALLIA. ENIM. EST. QVAE.* NAVARRVM. *VIRVM. FECIT. VTIPSE. AIT. ET. EX. QVA. IPSE. VERAM. IVRISPRVDENTIAM. IN. HISPANIAM, ET. POSTEA. IN. LVSITANIAM. INVEXIT.*

IVLII ROSCII HORTINI.

In Martini Nauarri viri doctiss. Tumulum.

Marmore sub gelido NAVARRI *arentia membra*
Stant clausa in cineres non abitura leues:
At animus puris purus sese intulit astris,
Claráque perpetuò fama superstes erit.
Ille quidem dignus non cuius stamina Clotho
Solueret, est vitæ quo duce aperta via:
Vt tamen in terris æquauit Nestoris annos,
Sic cœlo indigeti stat sine fine quies.

IDEM DE D. NAVARRI OPERIBVS.

Complerunt monumenta orbem tua, Nulla sub astris
Qua non NAVARRVM *nouerit, ora fuit.*
Curentur qua lege doces fera vulnera mortis
Quáve animus ope sit restituenda salus.
Hinc queritur per te præda spoliatus opima
Tartarus, & versas in sua damna vices:
Lætetur tibi iure orbis, tibi plaudat Olympus,
Te merito ciuem iactet vtérque suum.

COMMENTARIORVM D. NAVARRI, QVOS HIC PRIMVS OPERVM IPSIVS TOMVS CONTINET.

COmmentarius in cap. *inter verba.* XI. quæst. III. in quo de gloria, honore, & laude, ac bona fama, & ijs contrarijs, dedecore, vituperio, infamia, & detractione, post aliqua de sermone & silentio tractata subtiliter, & eruditè disputatur, & quando horum quicquam appetere, vel audire, vel dicere virtutis & vitij actus sit, & quando hæc bona, vel mala sint, quæque inter ea sint peccata mortalia, vel venialia. Compositus primùm sermone Hispano & Catherinæ I. Lusitaniæ Reginæ dedicatus: deinde verò ab eodem Latinitate donatus, & auctus, & Gregorio XIII. Pont. Max. oblatus, habetur pag. 1. & seq.

Eiusdem Commentarij Conclusio sexta, quæ ab eo, dum hunc Commentarium Latinitate donaret. 1584. fuerat ferè integra omissa, nunc autem 1593. ab eiusdem exemplari Hispanico Conimbricæ impresso de verbo ad verbum translata. In qua de detractionis malo abundè agitur, de fama eiúsque restitutione, deque infamia; de denunciatione, inquisitione, accusatione; de reo, & testibus; de tegendi secreti, vel detegendi necessitate; de correctione fraterna; de confessionibus, & confessis; de complicibus reuelandis, vel non; de blasphemia, de iuramento, de tormentis; de excommunicationibus, & monitorijs, aliísque id genus ad iudicia pertinentibus, quæ confessarijs (præsertim cum detentis in carceribus versantibus) scitu digna, atque adeò necessaria sunt habetur. pag. 33. & seq.

Commentarij de regularibus quatuor, quorum primus in cap. *cui portio.* XII. quæst. I. de fine principali, & paupertate ipsorum disputat. pag. 93.

Secundus in cap. *Non dicatis.* ead. caus. & quæst. de dominio bonorũ eorũdẽ differit. pag. 104.

Tertius in cap. *Nullam.* XVIII. quæst. II. de quibusdam institutionibus & potestatibus prælatorum eorumdem agit. habetur pag. 130.

Quartus in cap. *Statuimus.* XIX. quæst. III. de stabilitate & mutabilitate eorumdem tractat habetur. pag. 156. Glorioſissimæ cœlorum reginæ Virgini Matri Mariæ Roncæuallis patronæ dicati, & Gregorio XIII. Pont. Max. commendati.

Commentarius in principium & glossam summæ caus. XII. quæst. II. de alienatione rerum Ecclesiarum, & sup. cap. *Non liceat.* ead. caus. & quæst. de spolijs clericorum: Gregorio XIII. Pont. Max. dedicatus habetur. pag. 186. & 192.

Cõmẽtarius in cap. *si fœneraueris.* XIIII. quæst. III. in quo de vsuris, & cẽsibus acutè subtiliterq; disputatur, & multa dubia ex manuali confessariorũ orta dissoluũtur, ad illustrissimũ Dominũ D. Carolum Borromæũ Cardinalẽ, & Archiepiscopũ Mediolanẽsem scriptus, habetur p. 227.

Commentarius in cap. *Quoniam quicquid.* XVI. quæst. I. de reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, quo docetur, quibus vsibus sint impendendi, aut quibus personis dandi, aut relinquendi in quo insertum est ad verbum propugnaculum Apologiæ eius libri & ideo prætermissum in hac editione fuit: ad Gregorium XIII. Pont. Max. habetur. pag. 157.

Francisci Turriani è Societate Iesu ad Gonzalum Herberam Episcopum Laodicensem de ijsdem reditibus Ecclesiasticis doctissima epistola & elegantissima, habetur. pag. 336.

Commentarius in cap. *Humanæ aures.* XXII. quæst. V. de veritate responsi partim verbo expresso, partim mente concepto redditi, ad Gregorium XIII. Pont. Max. habetur. pag. 344.

Commentarius in cap *cum minister.* XXIII. quæst. V. qui est de finibus humanorũ actuum ad D. Gabrielem à Cuua ducem Alberquerquensem, habetur. pag. 353.

Epistola Apologetica ad eumdem, qua se contra aliquos eius famam in curia Romana proscindentes defendit, habetur. pag. 367.

Commentarij in septem distinctiones de pœnitentia ad Illustrissimum Dominum D. Philippum Boncompagnium S. R. E. Cardinalem, habentur. pag. 373. Cæterum quid in his commentarijs doctissimis, & omni eruditione Theologica, & Canonica refertissimis contineatur longum esset dicere, quæstiones autẽ quæ postea recensentur, hoc ex parte explicabunt.

INDEX

QVAESTIONVM TAM THEOLOGICARVM QVAM CANONICARVM, QVAE IN HOC PRIMO TOMO IN VTRAMQVE partem disputantur.

IN COMMENTARIO CAP. INTER VERBA.

QVAESTIO PRIMA.

AN iniuria verborum læsus potius debeat omnino silere, quàm pro sua innocentia quicquã respondere. pag.2. col.1.litter.a.b.& seq.
2 An quis laude sua falsa tristari debeat. 4.2.e.f.
3 An vituperio suo quis gaudere, vel tristari debeat. 11.2.c.d. & sequen.
4 An testimonium nostræ conscientiæ nobis sufficiat. 13.2.e.f.
5 An vnius bonum testimonium gloria vocari possit. 14.2.a.
6 An bona honoraria,gloria, fama, honor, reuerentia, bonis corporis præstent, vt vita & similibus. 17.1.e.
7 An appetitus bonorum honorariorum sit vitiosus,vel indifferens. 19.1.c.d.
8 An minus bonum magis boni finis principalis esse possit. 20.2.e.f.
9 An facere ea quæ ad diuinum cultum pertinent principaliter ob bonum temporale sit peccatum mortale. 28.2.c.d.
10 An honor rei alteri quàm virtuti debeatur. 30.1.e.
11 An per actus malos saltem venialiter præceptum impleri possit. 32.1 a.
12 An detractor censendus sit qui defectus naturales & accidẽtales alterius reuelauit.39.2.e.f
13 An detractor sit, qui coram vno solo de alio obloquitur. 44.2.a.
14 An sit peccatum detractionis asserere de bonis operibus proximi ea fuisse mala intentione facta. 47.2.d.e,
15 An infamare seipsum sit maius peccatum,quàm alterum. 50.2.b.c.
16 An inquiri possit contra delinquentem occultum, cùm crimen aliquod notorium est. 53.1.c.d.
17 An reus antequam iudici respondere teneatur, scire debeat se iuridicè interrogari. 55.1.b.c.
18 An per generalem inquisitionem peruenire possit, ad inquisitionem alicuius proprij delicti, & delinquentis. 62.2.d. & rursus. 66.2.a.
19 An ad testificandum quilibet teneatur. 69.2.b.c.
20 An reo in initio litis de tota lite iuramentum deferendum sit. 74.1.a.b.
21 An tormenta ei inferri debeant, cuius delictum est plenè probatum, vt illud fateatur. 76.1.c.
22 An procuratores aduocati & medici, secreta litium, & infirmitatum per monitoria reuelare teneantur. 81.2.d.e.
23 An priuilegiati testes teneantur denunciare, vel testari per monitoria sub pœna excommunicationis. 84.1.c.d.
24 An filij teneantur reuelare parentes in crimine hæresis. 85.1.e.f.
25 An ei qui est infamatus in aliquo loco notoriè, liceat in alio crimen imponere, de quo est infamatus. 87.2.a.b.

IN COMMENTARIO PRIMO DE REGVLARIBVS.

QVAESTIO I.

AN Clerici omnes proprium habere possint. 94.2.c.
2 An obligatus ære alieno possit debitis suis non persolutis religionem ingredi. 95.1.a.
3 An vouens paupertatem simpliciter voueat paupertatem primi vel tertij generis. 100.1.f.
4 An paupertas seu expropriatio bonorum omnium sit ad perfectionem Christianam necessaria. 103.1.a.

IN COMMENTARIO II. DE REGVLARIBVS.

QVAESTIO I.

AN religiosus etiam canonicus regularis possit dicere aliquid esse suum. 104.2.a.b.
2 An regularis aliquid proprium habere possit. 105.1.c.d.
3 An regularis acquirens aliquid,illud quærat suo monasterio vel ordini. 105.2.d.
4 An regularis accipiens litteras ab alio sine consensu superioris peccet contra votum paupertatis. 109.2.c.d.
5 An regularis possit habere aliquid proprium de licentia sui superioris. 110.2.c.d.
6 An Papa dispensare possit iusta de caussa super voto solenni paupertatis,sicut dispensare potest, super voto castitatis, respondetur negatiuè. 112.2.b
7 An regularis habens aliquid proprium de licentia iniusta sui prælati peccet peccatum proprietatis. 113.1.f.
8 An regularis extremè egenti eleemosynam dare possit. 114.2.e.f.
9 An iustè monasterio eiectus quærat illi, quæ per suam industriam acquirit. 116.1.c.
10 An eiectus semel iustè & definitiuè ab aliquo ordine & monasterio, compelli possit redire ad illud per superiores illius ordinis.117.1.c.d.
11 An liceat regulari eiecto, vel ei qui vouit simplex paupertatis votum,& dedit omnia sua pauperibus à labore cessare & mendicare. ibid.2.a.b.
12 An regularis foris quæsita, quæ cum iusta licentia potest in suos vsus conuertere, possit ea in opera pia erogare,& impendere. 119.1.c.
13 An regularis possit obligari naturaliter absque superioris consensu. 120.1.a.
14 Regularis an testari possit, de alijs bonis quàm pertinentibus ad monasterium, de consensu eorum ad quos pertinet cum licentia Superioris. 124.1.a.b.

IN COMMENTARIO III. DE RPGVLARIBVS.

QVAESTIO I.

AN Abbates & alij prælati religionum debeant esse perpetui, vel triennales. 131.1.e.f.
2 An diuisio bonorum conuentus Roncæuallis iusta sit,vel irritanda. 134.1.c.
3 An stante diuisione Roncæuallica, Proprior siue Supprior à Priore solo, vel ab ipso, & conuentu eligi debeat. 141.2.f.
4 An bonorum diuisio inter prælatos & subditos post Concilium Trid. valere possit, vel sit per illud Concilium reuocata. 143.2.b.c.
5 An tolerabilis sit status Canonicorum regularium,& quorumdam monachorum,quo illis certa quantitas panis & vini, & reliquorum pro victu & pecuniæ pro vestitu quotannis tribuitur. 144.2.a.
6 An post Concilium Tridentinum liceat regularibus vel monachis ex portionibus priuilegiatis viuere. 148.1.b.c.
7 An liceat conuentui regularis Ecclesiæ habere clericos sæculares ad inseruiendum eis, & qui eos in diuinis officijs adiuuent. 149.2.e.f.
8 An ad Priorem seu Præfectum Canonicorum regularium pertineat tota administratio rerum spiritualium, & temporalium eorumdem. 150.2.f.
9 An possit dari regularis, qui non subsit alicuius monasterij præfecto. 152.1.b.
10 An regularis possit appellare à suo prælato ad superiorem illius, & ad eum per viam querelæ recurrere. 154.1.c.d.
11 An liceat prælato suos regulares ad triremes damnare. 154.2.e.f.

IN COMMENTARIO IIII. DE REGVLARIBVS.

QVAESTIO I.

AN regularis per Simoniam ingressus monasterium, possit & debeat manere in eo, & habere victum,vt alij professi. 164.2.c.
2 An iure humano vel diuino regulares obligentur ad seruandam clausuram. 166.2.e.f.
3 An monialium clausura diuino, vel humano iure constituta sit. 171.1.d.e.
4 An regularis à superiore ad carcerem perpetuum legitimè dãnatus fugere possit. 179.1.a.

IN COMMENTARIO DE ALIENATIONE RERVM Ecclesiasticarum.

QVAESTIO I.

AN alienatio rerũ Ecclesię facta sine causa iusta cũ debita tamen solẽnitate valeat.187.2.a.b.
2 An prælatus,qui iurauit non alienare bona Ecclesiæ, possit alienare illa iusta caussa occurrente & seruata forma. ibid.e.
3 An beneficiarius locans ad vitam,vel ad aliquas generationes bona sui beneficij pro vtilitate Ecclesiæ sine iuris solennitate bona fide peccet,& pœnas incurrat. 188.1.e.f.
4 An qui alienat malè rem Ecclesiæ etiam sine iusta caussa nec seruata forma iuris, peccet & incidat in pœnas. 189.1.e.
5 An Papa possit alienare res vnius Ecclesiæ in aliam,vel alios Ecclesiasticos vsus. 196 1.e.f.
6 An bona inconsumpta,quæ Prælati & alij regulares beneficiarij relinquunt sint spolijs annumeranda. 200.1.f.
7 An iure antiquo aliqua spolia pertineant ad Papam. 208.1.e.f.
8 An beneficiarij successor teneatur soluere debita sui præcessoris ratione suæ personæ contracta. 211.1.a.b.
9 An Papa spolia iure reseruare sibi potuerit. ibid.2.e.f.
10 An consuetudo non soluendi spolia Papæ excuset. 214.1.d.e.
11 An consuetudo aliqua possit esse rationabilis, etiamsi sit contraria legi etiam rationabili. 215.1.c.d.
12 An beneficiarius possit legare rem mobilem, vel se mouentem, quam episcopus in diœcesi Conimbricensi solet optare. 217.1.a.
13 An episcopus in Lusitania,vbi est consuetudo vt beneficiarij demortui rem quam voluerit optet, possit pecuniam in monte sitam optare. 217.1.a.
14 An bulla Pij V. super affrancatione bonorum Ecclesiasticorum iusta sit. 220.1.d.e.
15 An partes rei sacratæ per benedictionem constitutiam sacri,in vsus profanos vendi possint. 222.1.c.

IN COMMENTARIO EE VSVRIS.

QVAESTIO I.

AN contractus societatis, quo pecuniæ salua sorte mercatoribus dantur, sit licitus. 233. 2. d.e.
2 An contractus iste ita iniri possit, vt tertius contractus,qui est securitatis principalis non nisi cum tertio iniri possit. 234.1.e.f.
3 An capi possit interesse lucri cessantis contingentis ante moram & culpam, in casu quo quis sponte pecunias negotiationi expositas mutuat.

mutuat. 235.2.c.d.
4 An montes pietatis, in quibus aliquid vltra sortem à mutuatario soluitur, sint liciti. 239.1.c.d.
5 An census annuus constitui ita possit per sententiam iudicis, vt reus condemnetur ad soluendum mille, vel censum quousque illa mille soluerit. 247.2.a.
6 An condemnatus soluere mille vel censum, possit soluere particulatim, & cogere creditorem ad recipiendam solutionem. 248.1.c.d.
7 An bulla Pij V. de censibus sit diuini iuris declaratoria, vel humani tantum inductoria. 249.1.f.
8 An hæc bulla seruanda sit in regnis quoad temporalia domino Ecclesiæ non subiectis. ibid. 2.e.f.
9 An census constitutus in alia re, quàm in numerata pecunia, debeat reduci ad pecuniam numeratam, quæ iustè ei respondeat. 253.1.e.f.

IN LIB. DE REDITIBVS ECCLESIASTICIS.

QVAESTIO I.

PRincipalis quæstio illius lib. prima hæc est, An mortaliter peccent beneficiarij superfluè & profanè fructus suorum beneficiorum impendentes, quæ tractatur à pag. 264.2.e.f.
2 An beneficiarij ægrotantes possint superflua redituum suorum beneficiorum donare pauperibus & pijs operibus. 274.2.e.f.
3 An regulares ægrotantes possint dare superflua suorum beneficiorum pauperibus æquè ac sæculares. 275.2.a.b.
4 An quæ dantur à sede Apostolica aliquot Cardinalibus in subsidium expensarum, quò se decentiùs sustentent, sint bona Ecclesiastica, vel patrimonialia. 279.2.c.d.
5 An dominium bonorum Ecclesiasticorum sit penes beneficiarios, vel solùm D. N. Iesum Christum. 280.1.e.f.
6 An beneficiarius id quod reliquat de suis reditibus parcius viuendo quam teneretur, possit dispendere pro suo libito. 283.1.c.d.
7 An beneficiarius sit adeo dominus redituum sui beneficij ac aliorum sui patrimonij, & an plus peccet illos profanè impendendo, quàm si ita impendat suos profanos reditus. 286.1.d.e.
8 An diuisio bonorũ Ecclesiasticorum inter Episcopum & Capitulum primariam eorum naturam quoad hoc mutauerit. 290.1.a.
9 An milites ordinum militarium, quibus licet vxores ducere, sint verè religiosi. 295.1.d.e.
10 An præfatæ monialium quæ tot susceperunt, quot monasterij reditibus sustentare possunt, possint alias sufficienter dotatas accipere. 303.1.e.
11 Secunda quæstio principalis hæc est. An beneficiarij impendẽtes superfluè vel prophanè reditus suorum beneficiorum ad restitutionem teneantur, quæ tractatur à pag. 303.2.d.e. & postea. 306.
12 An demortuis beneficiarijs debeantur tantum fructus à solo separati, & nondum in horrea reconditi. 309.2.a.b.
13 An accipiens aliquid à beneficiario iniustè ex rebus Ecclesiasticis teneatur ad eius restitutionem. 312.1.a.b.
14 Tertia quæstio principalis est, an possint beneficiarij de reditibus beneficiorum testari, quæ tractatur à pag. 314.1.a.b.
15 An licentia testandi morte concedentis moriatur, sub qua tractatur hæc generalior. An gratia facta morte concedentis illam expiret. 319.1.a.b.
16 An testandi facultas per primum testandi actum expiret. ibid.f.

IN COMMENTARIVM CAP. HVMANAE AVRES.

QVAESTIO I.

IN hoc commentario tres quæstiones principales tractantur. 1. An N. interrogatus à iudice, an dixerit fœminæ se eam ducturam, cui dixit, sed sine animo ducendi eam, & negat iudici se dixisse, coram Deo mentitus sit. 344.2.b.
2 An confessarius possit dicere, hunc vel illum sibi tale peccatum non esse confessum, intelligendo, quod quæ in confessione audiuit, sciat vt Deus, non vt homo. 422.1.a.b.
3 An vxor adultera, cui stricto gladio maritus mortem intentat teneatur illud confiteri, & amphibologia vti non possit. 346.1.c.d.
4 Secunda quæst. principalis, an ille qui negat se dixisse, quod fictè dixit, coram Deo peieraverit. 347.1.a.b.
5 Tertia quæstio. An ille saltem alia ratione, peccauerit, & si non peieraverit. 349.2.c.d.

IN COMMENTARIO CAP. CVM MINISTER.

QVAESTIO PRIMA.

AN iuris ciuilis & Canonici idem finis, & scopus sit. 358.1.e.
2 An bona honoraria alicuius virtutis finis esse possint. 362.1.a.b.
3 An omnis appetitus laudis, honoris & glorię humanæ de re falsa, puta de excellentia, quæ non est vera sit peccatum m. 365.1.c.
4 An Missas & alia diuina officia peragere ob vanam gloriam sit mortale peccatum. ibid. 2.d.e.

IN COMENTARIIS PRIMAE DISTINCTIONIS DE PŒNITENTIA.

QVAESTIO I.

AN sola contritione peccata remittantur. 374.2.e.
2 An voluntas pro facto reputetur tam in bonis, quàm in malis. 379.2.e.f.
3 An conatus ad delinquendum debeat puniri lege humana. 382.1.d.e.
4 An bonorum publicatio ob crimen læsæ maiestatis fiat ipso iure, vel per sententiam iudicis. 385.2.a.b.
5 An necare infantem grauius scelus sit, quàm necare adultum. 386.1.e.f.
6 An infans nondum natus, sit homo. ibid.2.b.
7 An qui conatur percutere clericum, nec percutit sit excommunicatus. 388.1.c.
8 An actus omnino interior legibus puniri possit, vel an cogitatio nullo conatu prodita sita in appetitu possit puniri. 389.1.c.d.
9 An hæreticus purè mentalis excommunicari possit. ibid.2.e.f.
10 An lex pœnalis & odiosa de vno casu ad alium extendi possit. 395.1.e.f.
11 An diuisio criminis in facta, dicta, scripta, & consilia bona sit. 396.2.e.f.
12 An furiosus & demens propter aliquem euentum atrocem puniri debeat. 398.1.e.f.
13 An calore iracundiæ facta valida sint. 400.1.e.f.
14 An is facere videatur, qui facere non perseverat. 401.1.e.f.
15 An qui crimen alteri per iracundiam obiecit, excusari debeat, si in eo non perseueraverit. ibid.2.d.e.
16 An canon vel lex imponens pœnam excommunicationis, vel aliam facienti homicidium, vel aliud delictum includat consulentem, vel consentientem. 402.2.e.f.
17 An Iudæis tempore passionis Christi liceret iudicium sanguinis ferre. 403.1.c.
18 An peccata omnia æqualem pœnam in inferno mereantur, seu an tria homicidiorum genera pari pœna punienda sint. 404.1.c.d.
19 An qui nocuit proximo in bonis animæ ad restitutionem teneatur. 407.1.f.2.a.b.
20 An peccet mortaliter, qui vellet se delectare cum aliqua, si sua esset vxor. 409.2.d.e.
21 An vidua, quæ se delectat de copula cogitando habita cum marito dum viueret, peccet mortaliter. ibid.f.
22 An delectatio de pulchra muliere visa sit mortale peccatum. 410.2.e.
23 An delectatio, insurgens ex tactu fœminæ vel masculi sit peccatum mortale. 411.1.e.f.
24 An delectatio venerea quæ sine periculo consentiendi in actum carnalem insurgeret alicui ex tactu fœminæ illicito sit peccatum m. 412.1.d.
25 An voluntas efficax tantum præmij vel pœnæ mereatur opere non sequuto, quantum cum illo. ibid.2.b.c.
26 An confessio minuat pœnam vel tollat. 413.2.c.d.
27 An pœna interior minor sit exteriori. 421.2.a.
28 An parricidij crimen omnem cædem cuiuscumque hominis comprehendat. 422.2.d.e.
29 An Cain mentiendo Deo plus peccauerit, quam occidendo fratrem. 423.1.d.e.
30 An misericordia sit omnium virtutum maxima. 424.1.e.
31 An iustificatio peccatoris magis opus sit misericordiæ Dei, quàm potentiæ vel iustitiæ. 425.1.d.e.
32 An absolutio à peccatis per verbum indicatiuum fieri debeat. 426.1.e.f.
33 An vera sit illa conclusio *qui potest absoluere, potest & condemnare vel contra.* 427.1.a.
34 An martyr aliquis esse possit citra sanguinis effusionem. 430.1.d.e.
35 An peccata aliqua sint per pœnitentiam irremissibilia. 431.1.a.b.
36 An claues sint in Ecclesia. 432.1.c.d.
37 An sacerdos virtute clauium remittat culpam & pœnam æternam, an solum pœnam in purgatorio luendam. ibid.2.c.d.
38 An Deus sit aliqua ex parte mutabilis. 433.
39 An castitas absque alijs virtutibus saluare nos possit. 434.2.b.c.
40 An tanto tempore pœnitere quis debeat quanto peccauit. 436.2.f.
41 An peccator sit in Ecclesia. 437.1.f.
42 An omnis motus sensualitatis in peccatum, sit peccatum saltem veniale. 438.2.c.
43 An pœnitentia secunda post naufragium tabula iure dici queat. 439.2.b.
44 An pietas Deo conueniat. 440.2.c.
45 An Deus pronior sit ad clementiam quàm ad vindictam. 441.1.a.
46 An securitas & curæ vacuitas sit laudabilis. 442.1.c.d.
47 An eleemosyna res corporalis effectum spiritalem habeat. 442.2.e.f.
48 An eleemosyna sit præcipua partium satisfactionis. 443.2.e.f.
49 An pœnitentiæ diuisio, qua in eam quæ ante baptismum, & post baptismum venialium, & mortalium diuiditur, bona sit. 445 2.a.
50 An qui peccat venialiter ex contemptu peccet mortaliter. 446.1.e.f.
51 An pœnitentiæ sacerdotis arbitrio imponendæ sint. 448.1.e.f.
52 An plus dolendum sit de peccato, eo quod sit offensa Dei, quàm aliam ob causam. 449.2.a.
53 An peccata sua secreta publicè quis confiteri teneatur, & an malè faciat, qui sua peccata publicat. 450.1.a.
54 An peccati memoria continuò habenda sit. 453.2.c.d.

IN COMMENT. IN SECVNDAM DISTINCTIONEM, De Pœnitentia.

QVAESTIO I.

AN caritas virtus sit diuinitus infusa, vel acquisita. 459.1.f.
2 An caritas sit amicitia inter Deum & creaturam rationalem. 461.1.f.
3 An cum caritate facilè quis peccatis possit resistere. 461.2.b.c.
4 An diligere Deum sit *illi* copulari animo & concipere fruendi eius visionis affectum. 462.1.e.
5 An Deus in cælesti beatitudine omnia in omnibus sit futurus. 463.2.f.
6 An cupiditas radix omnium malorum censenda sit. 464.2.a.
7 An carjtas radix omnium bonorum censenda sit. ibid.2.d.e.
8 An caritas patriæ rectè dicatur Seraphica. 466.1.a.
9 An Deus timeri possit. 467.1.d.e.

10 An caritas in hac vita perfecta esse possit. 468.1.a.
11 An in caritate existentibus omnia cooperentur in bonum. 470.1.f.
12 An omnis homo sit gratus Deo aut exosus. 430.2.e.f.
13 An omnia peccata hominum sint ex suggestione diaboli. 473.1.a.
14 An Dæmones habeant fidem. ibid.d.e.

IN COMMENTARIO IN TERTIAM DISTINCTIONEM, De Pœnitentia.

QVAESTIO I.

AN pœnitentia sit iterabilis, id est, An qui semel verè pœnituit, possit iterum peccare & iterum verè pœnitere. 476.1.c.d.
2 An pœnitentiæ definitio, qua dicitur, *pœnitentia, est præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere, bona sit.* 477.1.c.d.
3 An satisfactionis definitio bona sit. *Satisfactio est peccatorum causas excidere, & illorum suggestionibus aditum non indulgere.* 478.2.d.e.
4 An venialia peccata sine pœnitentia tolli possint. 483.1.a.

IN QVARTAM DISTINCTIONEM, De Pœnitentia.

QVAESTIO I.

AN peccata per pœnitentiam ritè dimissa, iterum per nouam culpam redeant. 486.1.c.d.
2 An peccator resurgens à peccato per pœnitentiam, semper resurgat ad maiorem gratiam, vel maiora merita. 487.2.d.e.
3 An bona mortua in statu mortalis peccati facta restituantur per pœnitentiam sequentem, ad satisfaciendum pro pœna temporali debita peccatis antea remissis. 488.1.a.

IN QVINTAM DISTINCTIONEM. De Pœnitentia.

QVAESTIO I.

AN peccatorum confessio instituta sit in paradiso terrestri. 489.2.f.
2 An confessio peccatorum sit de iure naturæ. 490.1.c,d.
3 An fuerit instituta tempore Iosue cum præcepit Achor da gloriam Deo, &c. 490.2.c.
4 An fuerit instituta à D.Iacobo. ibid.e.
5 An generali Ecclesiæ constitutione vel consuetudine inducta sit. 491.1.a.
6 An quis post peccatum commissum conteri statim teneatur. 493.2.c.d.
7 An ad omnia sacramenta suscipienda necessaria sit confessio. 497.2.a.
8 An circumstantia peccati rectè definiatur, *accidens quoddam ipsius peccati.* 499.1.d.e.
9 An circumstantiæ, quæ augent culpam, licet non mutent speciem necessario confitendæ sint. ibid.2.f.
10 An omnes species peccatorum sint necessario confitendæ. 502.2.b.c.
11 An circumstantia loci sacri sit semper necessario confitenda. 503.1.a.
12 An circumstantia temporis sacri sit confitenda necessario. ibid.1.f.
13 An peccatorum numerus toties augeatur quoties voluntas peccandi interrupta iteratur. 505.2.d.
14 An circumstantiæ scientiæ & dubietatis confitendæ sint necessario. 506.2.e.f.
15 An circumstantia quæ cum alieni peccati manifestatione detegenda est, sit necessario confitenda. 510.1.e.f.
16 An qui oblitus est confiteri circumstantiam necessario confitendam, teneatur iterum peccatum confiteri cum illa circumstantia. 510. 2. e. f.
17 An pœnitens non ideo solum dolere debeat, quod peccauerit, sed quod se etiam virtute priuauerit. 513.1.c.d.
18 An huius vitæ tempus longum vel breue censendum sit. 513.1.c.d.
19 An peccatum melioris cæteris paribus sit grauius. 514.1.a.
20 An circumstantia peccati publicè facti seu scandali necessario confitenda sit. ibid.2.d.e.
21 An peccati circumstantia qua quis publicè peccauit sine animo alios ad peccandum inducendi sit confitenda. 515.1.b.
22 An pœnitentia necessaria à pœnitente subeunda sit. 516.1.c.d.
23 An pœnitentia totius vitæ spatio definienda sit. 518.1.a.b.
24 An Deus nouerit omnia. ibid.f. sed fusius tractatur in cap. *nouit.* de iudicijs. tom.2.
25 An sit necessarium, vt confessio peccatorum eidem sacerdoti integra fiat. 519.1.c.
26 An absolutio ab excommunicato lata teneat ipso iure. 520.1.e.
27 An in die sumptionis Eucharistiæ ludere conueniat. 521.1.c.d.
28 An grauius peccet, qui peccatum condonatum iterat. 521.2.c.d.
29 An negotiatio sit licita Christianis. 522.2.c.d.
30 An contrahentes & mercatores se inuicem decipere possint. 524.1.c.d.
31 An militare post conuersionem Christiano liceat. 526.1.a.b.
32 An omnino Christiano militare liceat. ibid.2.a.
33 An propter pœnitentiam non adimpletam necesse sit confessionem reiterare. 527.1.c.
34 An pœnitentia falsa rectè definiatur, *quæ non secundum auctoritatem patrum pro qualitate criminum imponitur.* 528.1.e.f.
35 An ille textus agat de pœnitentia vt à sacerdote imponitur, an verò de virtute pœnitentiæ. 529.2.e.f.
36 An ars seu officium quod vix aut nullatenus exerceri sine peccato potest, sit licitum, & ad illud pœnitens redire possit. 530.2.c.
37 An omne mendacium in confessione dictum peccatum sit. 534.2.c.d.
38 An absolutio peccatorum excommunicato scienter collata valeat, & an sacerdos eum absoluens sacrilegium committat. 336.2.c.d.
39 An peccata omnia etiam mentalia tantum in sacramentali confessione pandenda sint, & an ad id obligare Ecclesia possit. 538.2.c.
40 An pœnitens quam maximam potest teneatur adhibere ad confessionẽ diligentiam. 539.1.c.
41 An omnium peccatorum reus est qui in vnum offenderit, quod fuse declaratur. 542.1.c.d.

IN SEXTAM DISTINCTIONEM, De Pœnitentia.

QVAESTIO I.

AN confiteri meliori sacerdoti sit necessarium. 544.1.a.
2 An sacerdoti confessiones audituro sufficiat scire ligare & soluere. 545.2.c.d.
3 An absolutionis forma sit optatiua vel indicatiua. 546.1.d.e.
4 An confitendum sit laico in absentia sacerdotis. 552.1.c.
5 An laicus in mortis articulo ab excommunicatione possit absoluere. 552.2.f.
6 An publica peccata publica sint confessione purganda. 553.1.f.
7 An quilibet Christianus optimum confessarium eligere possit aut debeat. 553.2.e.f.
8 An Confessarius petendus is non sit qui ab Ecclesia diuisus sit. 554.2.d.e.
9 An per extrauag. Martini V. de excommunicatis non vitandis minime notorijs, etiam suspensi notoriè vitari in diuinis prohibeantur. 555.2.a.
10 An excommunicatus speciatim ante denunciationem, ab eo qui scit eum esse excommunicatum vitandus sit. 556.2.a.
11 An Sacerdos cui confessio facienda est omni crimine carere debeat. 557.2.c.d.
12 An Sacerdos in mortali peccato sacramento ministrans peccet m. 558.1.e.f.
13 An vtens spiritualibus in peccato mortali, mortaliter peccet. 158.2.d.e.
14 An peccatum veniale sine mortali dimitti possit. 559.2.c.d.
15 An confessarius pœnitentem interrogare teneatur. 563.1.b.c.
16 An Confessarius præmittere debeat interrogationes quasdam antequam ad confessionem accedat. 563.2 d.e.
17 An confessarius cùm audire debeat, quem scit in statu mortali esse & nolle eum deserere. ibid.f.
18 An pœnitens ad pristinam dignitatem post pœnitentiam redire possit. 564.2.d.e.
19 An reuelare secretum contra ius naturæ sit. 566.1.b.c.
20 An præter confessarium vllus alius sigillo confessionis teneatur. 569.1.c.d.
21 An liceat non expressa pœnitentis persona, peccatum quod in confessione auditum est, alteri narrare. 571.2.d.e.
22 An peccata publica, publica etiam pœnitentia punienda sint. 572.2.e.f.
23 An pœnitentiam in publico fieri conueniat. 573.2.f.
24 An sint aliqui casus, in quibus confessio aperienda sit. 547.2.e.f.
25 An sacerdos in itinere constitutus, cui socius confessus est se cum socijs eum interficere in sylua decreuisse, eam syluam ingredi debeat. 576.2.c.d.
26 An Confessarius productus in testem dicere possit, se nihil audisse, vel scire eorum quæ audiuit in Confessione. 577.2.a.
27 An Confessarius qui per Confessionem nouit aliquem indignum esse prælatura, eligens illum sit suspensus. 578.1.a.
28 An saltem liceat de licentia pœnitentis cum iusta caussa reuelare confessionem. 578.1.d.e.
29 An licuerit ante Vrbanum cuilibet sacerdoti confiteri. 582.2.c.
30 An ad audiendas confessiones iurisdictio necessaria sit, seu an liceat alteri quàm proprio sacerdoti confiteri. 583.1.c.d.
31 An confessarius Papæ super eum iurisdictionem habeat, & quam. ibid.2.b.c.
32 An sacerdotes omnes confessarij deligendi facultatem habeant, & quis ad hoc facultatem eis potuit concedere. 585.1.c.d.
33 An à sacerdotibus tolli non possit iurisdictionis potestas, sicut nec consecrandi. 586.1.c.d.
34 An quibus Parochus diligendi confessarij potestatem facit, possint eos deligere qui nullam habeant iurisdictionem. 587.1.a.
35 An quibus à Papa vel Episcopo deligendi confessarium potestas est data, debeant etiam à Parocho licentiam petere. 587.2.b.
36 An in præiudicium parochorum cedat, quod alijs audiendi confessiones facultas concedatur. 588.1.a.b.
37 An Vicarius parochi ad tempus constitutus audiendi confessiones facultatem alteri possit concedere. 589.1.b.
38 An Scholastici mercenarij, negotiatores & alij viatores possint libere cui voluerint confiteri. 59.1.c.d.
39 An ratione studij scholastici vbi studeat, domicilium habere dicantur. ibid.e.f.
40 An confessio per spem ratihabitionis à vicino parocho audita, valida sit. 591.1.e.f.
41 An humana lege quis obstringi possit ad bis confitendum peccata sua. 592.1.a.
42 An vnus, pluresve vnicuique Christiano sint proprij sacerdotes. 594.1.e.f.
43 An si proprius sacerdos ignarus sit, possit subditus sine eius licentia alteri cõfiteri. ibid.2.c.d.
44 An proprius parochus parochianum audire teneatur quoties confiteri voluerit. 595.2.c.d.
45 An licentia confitendi morte concedentis moriatur. 596.1.c.d.
46 An licentia eligendi confessarium primo actu finiatur. 596.2.c.d.

IN DISTINCTIONEM SEPTIMAM, De Pœnitentia.

QVAESTIO I.

AN pœnitentia ad finem vitæ dilata sit ad salutem sufficiens, vt per eam saluari quis

posſit. 598.1.e.2.a.b.
2 An præſumendum ſit aliquem in fine pœnitentem,damnandum eſſe. 600.1.c d.
3 An aliquis ſecurus ſuæ ſalutis ex hac vita exire poſsit,maximè ſi ſanus pœniteat. 601.1.c.d.
4 An nullum ſit tempus huius vitæ in quo homo peccare poſsit. 601.2.b.c.
5 An pœnitentia in articulo mortis imponi poſsit non ſolùm notificari. 602.1.b.c.
6 An verum ſit quod dicitur. *Tene certum & dimitte incertum.* 604.1.c.d.
7 An vera ſit Panorm. differentia in foro exteriori partem mitiorem eligendam eſſe, in interiori verò tutiorem. 606.2.c.d.
8 An confeſſarius poſsit abſoluere pœnitentẽ qui nõ vult ei parere, eo quod ipſe pœnitẽs ſequatur alios doctores,cõtrarium eius, quod confeſſarius tenet credentes & opinãtes, 609.2.1.d.
9 An quis teneatur obedire ſuperiori cum dubitatione peccati mortalis. 612.2.b.c.
10 An quis teneatur obedire ſuperiori in eo quod credit eſſe malum. 616.1.e.f.
11 An Iudex in cauſſa dubia poſsit pro amiciore pronunciare,vel pro altera parte. 616.1.e.f.
12 An liberum arbitrium in mortis articulo quis habeat. 618.2.a.b.
13 An peccata hominem relinquant ante veram pœnitentiam. ibid.d.e.
14 An Chriſti dolores purgatorij dolores ſuperauerint. 622.2.d.c.

QVÆSTIONVM PRIMI TOMI FINIS.

COMMENTARIVS IN CAP. INTER VERBA, XI. Q. III.

IN QVO DE GLORIA, HONORE, LAVDE, ac bona fama, déque ingloria, vituperio, infamia, & detractione, præmiſſo nonnihil de ſilentio, & loquutione profundè, & reſolutè traditur, quandóque cuiúsque horum appetitio, auditio aut dictio ſit virtutis, aut vitij actus, & qua bona, quaque mala, mortifera, vel venialis.

PROOEMIVM.

DOnaturus latinitate illum commentarium in quoddam celeberrimum celeberrimi Gregorij elogium, iam pridem quibuſdam de cauſis ſermone Hiſpano compoſitum, in quo tractaueramus de laude, & vituperio, déque gloria, & ingloria, fama, & infamia, déque bene, maléque verborum meritis: imprimis quàm humilimè inuoco Verbum illum ſupernum à Patre coæterno ante ſæcula genitum, & vnà cum eodem Patre ante eadem ſæcula producens Spiritum ſanctum vtrique coæuum, qui linguas etiam infantium efficit diſertas, cuiúsque virtute Verbum caro factum eſt, vt glorioſiſsima Virgine matre Maria, quæ ante preces necdum obſecrata fauorem donat, & ad miſeros maternas explicat vlnas, totam eorum ſanctiſsimam Trinitatem, eandémque indiuiduam vnitatem exorãte, ita explicemus verbis aptis, eiſdémque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cuius cenſuræ omnia ſubmittimus, probatis, verborum fructum, eorumdémque damnum, quo ſemper defæcata, fructuoſa, eíque placida loquamur, & audiamus. Amen.

ARGVMENTVM.

PRæmoneo te imprimis Chriſtiane Lector, quòd regenti mihi primæ functionis cathedram in ſacra Canonum facultate in Academia inclyta Conimbricẽſi maximo cum fauore Chriſtianiſſimi Regis Ioannis Luſitaniæ huius nominis III. & totius regni Florentiſſimi, quorum obnixo rogatu Cæſar ille glorioſiſsimus, & Iſabella eius vxor incomparabilis Augusta, quæ præfati Regis erat ſoror, me illo Salmantica relicta eiuſdem functionis cathedra miſſo, cùm viderer verbis iniuriis cuiuſdam appellationis extraiudicialis læſus, venit in mentem dubitatio, an deberem reſpondere aduerſario plenè retaliando, quantùm caritas Chriſtiana permittit, an omnino, ſilere, quantum vera religio ſuadet, an medium inter vtrumque tenere: cuius rei cauſa nouem præludia præfato commentario Hiſpano præmiſi, quorum omnium medullam gratia breuitatis in ſummam in trta infra ſcripta redigo.

PRIMVM PRÆLVDIVM.

SVMMARIVM.

1 *Loquendum regulariter lingua loquenti aptiore.*
1 *Maiora minoribus ex cauſa poſtponi.*

QVOD duo prima præludia continebant excuſationem, & rationem, cur in hoc commẽtario potiùs ſermone Hiſpano quàm Latino loquuti fuim[a], cùm vnuſquiſque debeat vti ſermone illo, quo aptius mente concepta Cicerone auctore,[a] explicare poteſt, & conſtabat longè aptiùs potuiſſe me concepta mea de literis Latinis excerpta & imbibita, Latinè quàm Hiſpanè proferre. Cur item edebam prius hunc commentarium nondum promiſſum, & quiddam minùs, quàm quædam alia promiſſa, & maiora, cum maiora minoribus præponi debeant, iuxta iura,[a] cum ſuis gloſſ. pro ſingularib[b] habitis,[b] & [c] Cardinalé S. Sixti. & S. Thomam,[d] qualia ſunt, quæ poſſunt honeſtè quidem donari, ſed nõ exigi. [c] Eſt enim ratio excusãdi, quòd multa ſint ſuo genere meliora & maiora, magiſque debita aliis, quæ tamen ob circumſtantias perſonarum, temporum, locorum, & alias frequẽter poſtponi debent, & minoris haberi iuxta iura,[f] & S. Thomam [g] & multæ circumſtantiæ quas non expedit nunc referre, tunc aderant, ob quas Hiſpana verba oportuit Latinis præferre, & poſtponere maiora minoribus, ſolutionémque debitorum iuſtitiæ donationi honeſtæ. [h]

B

SECVNDVM PRÆLVDIVM.

SVMMARIVM.

1 *Iniurijs verbis læſo an omnino tacendum.*
1 *Silentium valde laudatum.*

a *li. 1. officiorum.*

a *ca. bene quidem. 96. diſtin c. quorũdam. de elect. lib. 6.*
b *& ca. 1. 30. diſt.*
c *ibidem.*
d *2. 2. q. fin. art. 6. & qu. 101. ar. 2. 4. & q. 117. ar. 5.*
e *l. mulier bona. ff. de iure dotiũ. Guido. q. 407.*
f *cap. niſi. de præb. c. Lugdunenſe. 9. q. 2. l. ius ſingulare. ff. de legibus. ca. 1. & 2. 29. diſt.*
g *1. 2. 9. 7. & 9. 8. art. 6. & 10.*
h *arg. l. omniuerſa. C. de precib. Imp. offer. cn. trã. laia in 3. 2. cauſa 25. Caiet. 2. 2. q. 62. art. fin.*

2 *Gratia multa ad loquendum gratis data.*
3 *Loquutio in se dignior silentio.*
4 *Stilere, & loqui per se nec bona, nec mala.*
4 *Loqui & tacere nec semper, nec numquam bona.*
5 *Bonum & malum suo genere quid.*
6 *Bonum an sit vllum, quod nulla circumstantia fiat malum.*
6 *Tacere vel loqui quod bonum vel malum.*
7 *Actus omnis defectu circumstantiæ fit malus.*
8 *Alphonsus Castrensis laudatus.*
8 *Concordia multorum pro, & contra silentium.*

I QVod continet summam aliorum quinque sequentiũ: An iniuria verborum læsus potiùs debeat omnino silere, quàm pro sua innocentia quidquam respondere. Et quidem pro parte priori facit illud. [a] *Non respõdeas stulto iuxta stultitiam suam, ne similis ei efficiaris*: & illud. [b] *Obmutui & humiliatus sum & silui à bonis.* super quo quidam eruditus ait, quosdam sanctitate, & eruditione insignes, qui plus satis loquuti fuerunt perpetuo siluisse: & illud. [c] *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum.* & illud vulgare, *In buccam clausam non intrat musca.* & illud Latinum. *Silentij tutum præmium.* & illud Horatij, *Silendo nemo peccat.* & illud Menandri. *Silentio nihil vtilius.* & illud Simonidis. *Nulli tacuisse nocet, nocet esse loquutũ.* & illud Xenocratis. *Sæpe loquutum me pœnituit, siluisse nunquam.* Et quòd sunt qui narrant anseres licèt loquacitate nimia sint infames, quando tamen vt Grues ad hyberna transeunt, ex Cilicia montem Taurum Aquilis inhabitatum, claudere arena guttura, & singulos lapides suis oribus imponere. [d]

2 Et quòd Zeno cum aliis philosophis ad cœnam Athenis inuitatus, cùm in toto conuiuio tacuisset, interrogatus à quibusdam legatis quid possint de illo in sua patria narrare? respondit vidisse Athenis senem, qui inter pocula nouit tacere, significans gloriosam esse taciturnitatẽ, præsertim in sene suæ natura loquace, & Athenis ciuitate diacissima, & inter fœcundos calices, qui vt Horatius ait, [e] & glossa. [f] *Neminem non fecere disertum.* Et quòd Pythagoras quinquennale silentium suis discipulis indicebat, vt diuturna taciturnitate discerent rectè loqui. Et quòd periculosa est loquutio, iuxta illud Horatij citatum à glossa. [g] *Semel emissum volat irreuocabile verbum.* & illud. [h] *Linguam nemo domare potest.*

3 Pro posteriore autem parte, scilicet quòd non debeat silere omnino, nec tacere, sed respondere facit illud. [i] *Responde stulto iuxta stultitiã suam, ne videatur sibi sapiens.* Et quòd loquutio est per se nobilior silẽtio, vt significatur per illa verba. [k] *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* & Apostolus docet, [l] multas gratias gratis datas à Deo in illis verbis, *Alij sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ.* non enim loquitur ibi Apostolus de illa sciẽtia, & sapientia, de quibus tractant Arist. [m] & alij. & S. Thomas, [n] nec de sapientia, & scientia, quæ sunt duo dona Spiritus sancti, apud Esaiam, [o] sed de gratiis datis ad sermocinandum verbis efficacibus, docendo, monendo, & delectando auditores ea, quæ ad illa dona Spiritus sancti pertinent, vt eruditè vterque Thomas post & ante alios, [p] declarat. Idẽ etiam significatur per eundem Apostolũ. 9 ibi. *Alij genera linguarũ, alij interpretatio sermonũ.* quæ sunt aliæ duæ gratiæ gratis datæ à præfatis duabus differentes: vbi recentiores aiũt, inter gratias gratis datas cõputari posse illã, qua quibusdam dabatur facultas loquendi aliena lingua, quã non intelligebant. Quamuis hæ duæ postremę nemini dentur: quia non sunt necessariæ secundum S. Augustinum apud S. Thomã. [r] Et quòd Apostolis data fuerunt dona loquendi, quibus variis linguis loquebantur magnalia Dei. Et quòd Concilium generale, [s] sub Innocentio III. coactum significauit tã vel magis nobis esse necessaria verba quàm panis quo viuunt, corpora, in hæc verba, *Inter cætera, quæ ad salutem spectant, populi Christiani pabulum verbi Dei permaximè sibi nosciũr esse necessarium: quia sicut corpus materiali, sic anima spirituali cibo nutritur: eo quòd non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* facit & illud adagium *Amyclæ silentium perdidit.* Et quòd prælatos (qui sunt quidam pastores) aduersus vitia non latrantes Esaias increpat, appellando eos canes mutos non volentes latrare, vt pulchrè D. Gregorius exposuit, [t] & Ioannes Theutonicus glosse materius adiecit illum senarium Simonidis elogio

a *Prouer. 26.*
b *Psal. 38.*
c *Iacobi. 1. c.*
d *Plinius lib. 10. c. 23.*
e *in arte poetica.*
f *c. à crapula. de vita & honest. clericr.*
g *c. sit rector. 43. dist.*
h *Iacobi 3.*
i *Prouerb. ca. 26.*
k *Psalm. 33.*
l *1. ad Cor. c. 12.*
m *6. Ethicorum.*
n *1. 2. q. 57. art. 2.*
o *Cap. 11.*
p *1. 2. q. 68. & 2. 2. q. 45. & q. 67, ar. 1. & 2.*
q *1. ad Corinth. 12,*
r *2. 2. 107. ar. 1. ad 3.*
s *ca. inter cætera. de offi. ord.*
t *in ca. sit rector. 43. dist.*

A contrarium. [a] *Nam silitisse nocet, multosque silentia damnat.* Et quòd qui virtutes proximi tacet, vt minoris habeatur, & qui tacet audiens derrahi proximo, quique tacens audiens suas iniurias, vt iniurians magis irascatur teste S. Thoma, [b] peccat, vt infra latius repetetur. [c]

Pro concordia præfatorum in vtramque partem allegatorum dicendum est primò, maius quiddam esse suo genere loqui, quàm tacere. Tum per citata, pro posteriore parte. Tum quia, tacere sonat priuationem tantùm, & negationem nihil ponentem, loqui verò habitum, vel potentiam, & actum: & constat maius quiddam esse suo genere habere, quàm non habere, habitum, quàm priuationem, & facere, quàm nõ facere. [d] Tum quia minus bonum est non male agere, & malum benè agere, iuxta illud. [e] *Declina à malo.* aut secundum aliam verfionem, *cessa & fac bonum.* & tradit S. Thomas. [f] Tum quia peccatum in omittendo suo genere non est adeo magnum, ac est peccatum in committẽdo. [g] Vnde prodiit illa iurisconsultorum conclusio maius esse delictũ, quod consistit in faciendo, quàm quod consistit in non faciendo. [h] Tum quòd Aristol. i & Tullius, [k] post & ante alios recepti, dixerunt homines cæteris animantibus præstare facultate loquendi: cùm tamen non præstent facultate tacendi, & Hesiodi est illud dictum in Latinum sermonem versum.

Optimus est homini linguæ thesaurus, & ingens
Gratia, quæ paucis mensurat singula verbis.

5 Secundo dicendum, quòd licèt loqui suo genere quidam maius sit, quàm tacere, neutrum tamen suapte natura, & genere suo est malum, vel bonum, tum per prædicta. Tum quia id dicitur suo genere bonum, cuius obiectum ex se simpliciter considerata conuenit rectæ rationi. Et illud dicitur suo genere malum, cuius obiectum simpliciter consideratum rectæ rationi repugnat, vt declarat S. Thomas, [l] post & ante alios receptus, & sentit Bonifacius VIII. [m] exemplum primi generis est largitio eleemosynæ, quæ simpliciter considerata consonat rationi rectæ dictanti, vt proximo egeno subueniatur: exemplum secundi est hominis occisio, quæ simpliciter considerata repugnat rectæ rationi dictanti, ne malè fiat proximo: licèt illa, vt largitio eleemosynæ ex circumstantiis possit fieri bona, vt S. Thomas probat. [n]

Tertio dicendum, quòd ex proximo dicto per locum à maiori ratione infertur, neque loqui neque tacere esse de genere talium malorum, quæ nullis circumstãtiis possint iustificari: qualia sunt mendacium, & fornicatio, [o] vt tradit S. Thomas ab aliis receptus, [p] neque de genere illorum bonorum quæ nulla circumstãtia possunt fieri mala, cui [q] generis an inueniri possit aliquid magnæ quæstionis est: nam Ioannes Maior partem negantem tuetur, [q] & Almainus latius omnia conuoluit, [r] nobis autem in præsentia magis placet sententia Maioris. [s]

6 Quarto dicendum, tunc esse loqui malum, cum tacendum est, & tunc esse tacere malum, cum loquendum est, quod satis colligitur ex illo S. Gregorij. [t] *Sit rector discretus, in silentio vtilis, & cautus in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat.* Quod ipsum sensit S. Bernardus, [v] & S. Thomas, [x] & S. Antoninus, [y] & S. Augustinus, [z] quatenus ait, *Vterque reus est, & qui mendacium loquitur, & qui veritatem occultat.* Nemo tamen credat sufficere ad bonitatem silentij, quòd taceat id quod tacendum est, neque ad bonitatem loquutionis, quòd loquatur, id quod loquendum est: oportet enim præter hoc, quòd cõcurrant aliæ circumstantiæ, puta finis, vt scilicet in bonum finem fiant, & aliæ loci, & temporis cõuenientis, & vt seruetur modus, ordo, & reuerentia, quæ deceant & loquentem, & eum quem alloquimur: quarum si aliqua desit est peccatum saltem veniale, etiam si taceamus tacenda, & loquamur loquẽda, vt præ aliis vtiliter S. Antoninus docet, [a] & S. Hieronymus, [b] & Gregorius, [c] sub finem antea insinuarunt: & licèt nemo id diceret nec vllo textu authentico probaretur, sufficeret tamen ad id illa conclusio generalis magis nota quam vsitata, nempe nullum opus nostrum esse bonum eo solo, quòd ex suo genere sit tale, si præfatarum circumstantiarum aliqua defuerit, vt Aristoteles docuit, [d] & id S. Thomas dilatando declarat. [e]

7 Quæ conclusio obseruatu difficilis, & parua cura, quæ

a *eod. c. sit rector. 43. dist.*
b *2. 2. q. 73. art. 3.*
c *in 6. cõclas. num. 6.*
d *l. si mora. vbi glos. memorabiles. ff. soluto matrimonio.*
e *Psalmi 33.*
f *super eodẽ psalmo, & in 2. 2. q. 79. ar. 1.*
g *arg. c. sicut hi. 47. dist. in principio.*
h *d. l. si mora. & l. si constante. cum glos. memor. ff. soluto matrimonio.*
i *1. Politicorum.*
k *1. libr. efficiorum.*
l *1. 2. q. 18. art. 8.*
m *capit. venerabilibus. de iudicem. excom. lib. 6.*
n *1. 2. q. 18. ar. 8. & 9.*
o *cap. primũ. 22. q. 2. cap. cum infirmitas. de pœn. & remiss.*
p *di. art 8. & qualib. 9. art. 15.*
q *in 1. lib. sententiarum. dist. 19. q. 8.*
r *c. 6. moral. s dicta. q. 8.*
t *Greg. in 2. parte sui pastor. c. 4. d. ca. sit rector. 43. dist.*
v *in sermone de triplici custodia, man⁹, lingua, & cordis. fol. 85.*
x *2. 2. q. 73. art. 1. ad 3. & Psalmo 31.*
y *Est Isidor. in lib. 3. de sũmo bon. cap. 59. 1. part. tit. 2. c. 4. §. 5.*
z *c. 1. de crimine falsi. & d. 1. par. tit. 2. c. 4. §. 5.*
a *ca. quoties. 22. q. 5. cd. ca. sit rector. 43. dist.*
b *3. ethicorũ. c. 1. 2. q. 18. art. 3. & per tot. & q. 7. art. 3.*

præfatis

præfatis circumstantiis obseruandis adhibetur, potuerunt esse occasio Luthero asserendi, omnia nostra opera esse saltem peccata venialia: qui merito damnatur ab Alphonso Castrensi, [a] nostro quondam Compluti condiscipulo, nunc autem eximio verbi Dei concionatore, & egregio scriptore, & latiùs à Ioanne Roffensi. [b] glorioso Christi martyre, & ante & post illos ab aliis egregia pietate & eruditione viris.

8 Quinto, quòd ex his infertur, Auctorem, & quemuis alium iniuria læsum ex circumstantiis personarum, locorum, temporum, & aliarum debere colligere, an debeat omnino tacere, ad quod durè potest salua conscientia respondere, an tẽperatè tacendo aliqua, quæ posset proferre.

Sexto, quòd illud dictum Sapientis. [c] *Non respõdeas stulto iuxta stultitiam suam, ne similis ei efficiaris*, & aliud eiusdem. [d] *Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne videatur sibi sapiens.* non sunt contraria, sed ita conciliãda, vt colligitur ex S. Thoma, [e] & paulo clarius traditur infra. [f] Per quæ conciliara colligitur quæstionis supra propositæ resolutio, nempe verborum iniuria læsum non teneri ad omnino tacendum, sed posse moderatè respondere, imo & nonnunquam in bonum finem debere id facere.

Septimò, quòd ex hac resolutione infertur, quòd præfata dicta Horatij, Menandri, & Xenocratis, & id genus alia, quæ in laudem silentij sunt citata, aut possunt citari, vniuersaliter intelligẽda esse de rigore verborum falsa: & ideo moderanda ita, vt intelligantur pro maioti parte, siue vt plurimùm, siue frequentissimè esse vera. Infertur etiam tacendum quidem esse, sed non semper, sed quod, quando, quare, vbi, quomodo, tacendum est, & contra non esse semper loquendum: sed quòd quare, quomodo, vbi, & quando, loquendum est.

TERTIVM PRÆLVDIVM.

SVMMARIVM.

1 *Consulendus quis an sit silentium, an loquendum.*
1 *Silere & loqui male consulunt mundus, caro, & dæmon.*
2 *Consulendus qui secundum Deum consulit & quis ille.*
2 *Legis, cuius obseruantiam metus non excusat.*
3 *Fides confitenda non obstante metu mortis.*
3 *Excommunicatum alloqui metu mortis cur non est peccatum.*
4 *Excommunicandi potestas diuinitus data, sed modus vitandi excommunicatum humanitus temperatus.*
4 *Missa ab audienda, vel non audienda excusat metus mortis, nisi cum implicatur negatio fidei necessariò confitendæ.*

QVòd continet summam duorum sequentium, & præsupposita resolutione proximè scripta, quæritur quis consulendus sit ad deliberandum in casu occurrenti, verum eorũ faciendũ sit, ad quòd respõdetur primò quod frequẽtissimè hactenus cõsulti fuerũt, & nunc cõsuluntur, & vt par est credere post hac cõsulentur mũdus, caro, & diabolus, qui maxima cũ iactura, & dãno animarũ consulunt. Mundus quidem sic, loquẽdo aut tacendo illud aut illud, cõsequeris gratiam, & fauorem principum, magnatum, vel illius aut illius: ergo id facito: & è contrario. Caro autem sic, loquendo, aut tacendo illud, aut illud hanc, vel illam corporis voluptatem, & oblectationem assequeris. Ergo id facito: & è contrario loquendo, aut tacendo illud, hoc, vel illo corporis, vel animi dolore, aut molestia vexaberis: ergo id ne feceris. Diabolus autem sic, loquendo, aut tacẽdo illud, aut illud, vlciscẽris te de illo, aut illo, calcabis pedibus tuis illum, aut illum: ergo id facito: & contra, loquendo, aut tacendo illa, aut illa pacem, & amicitiam sibi, aut proximis compones, minues, aut augebis sibi, aut proximis cum Deo, diuis, aut aliis: ergo id feceris: imo vindictam & irreuerentiam intra cor tuum recondẽ. Quo fit vt plurimis (proh dolor) amussis, & regula librandi, & perpendendi id quod loquendum, aut tacendum est sint diuitiæ & honores, quos mũdus offert, vel auferat, aut voluptas, & molestia corporis, quas caro fragilis suadet, aut dissuadet, au furiosæ vindictæ, executio iræ, vel inuidiæ, & irreuerentia Dei, quas Diabolus suggerit.

Secũdo respõdetur hoc nullatenus esse faciendũ. Tum quia cõtra cõsulentes mundum ait * D. Augustinus, *Melius est pro veritate pati supplicium, quàm pro adulatione beneficium.* [a] Et S. Chrysostomus. [b] *Nolite timere eos qui occidunt corpus, ne forte propter timorẽ mortis nõ dicatis liberè, quod audistis.* Quinimo ipsamet veritas id clamet per Matthæum, idque infra, [c] venerabilis Beda, Sanctus Hieronymus & Augustinus declarant. [d] Tum quia contra cõsulentes carnem ipsa veritas Ioanne teste, [e] reprehendit eos, qui eam consulebant, dicens, *Vos secundum carnem iudicatis*, vt post alios ibi declarant Cardinalis Caietanus & alij, & Petrum laudauit dicens. [f] *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis nõ reuelauit tibi, sed Pater meus quæ est in cœlis.* Tum quia contra consulentes Diabolum Saluator apud Ioannem, [g] ait, *Diabolus mendax est, & pater mendacij.* Et idem Ioannes, [h] ait. *Satanas seducit vniuersum orbem.* Et Papa Ioannes. [i] *Mille nocendi modos habet, nec æstutiam eius ignoramus.* Non ergo consulendus est vmquam mundus, non caro, non Diabolus, neque vllus eorum, qui iuxta illorum mentem, & intentionem de agendis rebus deliberant & iudicant.

2 Tertio, quòd consulendus est is, qui consulturus est secundum voluntatem Dei, qui nec falli, nec fallere potest, [k] quique per Sapientem, [l] dixit. *Omnis sapientia à Domino Deo est* à quo magna cum animi submissione petiit ipsemet præfatus Sapiens, [m] in hæc verba. *Mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret, & sciam quid acceptum sit apud te.* Verum quis hic est qui conformia voluntati diuinæ consulit? Respondeo, quòd sacrosancta mater Ecclesia Romana, quæ vt omnium nostrum magistra & mater veracissima liberè consulit per sacram Scripturam, per sacros canones, per quæ sacras leges, probatósque doctores, & non secundum affectus, & passiones nostras.

Ex quibus colligitur illud Innocentij III. [n] dignissimũ, quod numquam à memoria decideret, nempe in deliberando & consulendo tria esse perpendenda, scilicet, an liceat secundum æquitatem, an deceat secundum honestatem, an expediat secundum vtiliratem. Per quod elogium significatur, id quod est illicitũ siue peccatũ saltẽ veniale nullatenus esse consulendum, neque quod est licitum, sed non decet, & sapientibus grauioribũsque viris displiceat, etiam si alioqui sit vtile. Ob quod frequenter, interdum cum effectu, interdum absque illo consului multis obnixissimè quærentibus modum obtinendi à iudicibus, & aliis ea quæ ardenter desiderabant sibi vtilia, quæritę prius à viris eruditis, Deumque timentibus, an quod desideratis liceat necne, quàm modum ea obtinẽdi: quoniam si non licet, & est peccatum saltẽ veniale, nullatenus est de modo quærendi curandũ: quia nullo modo quæri debeat. Ex præfatis colligitur id, quod vna pars præludij octaui sermone hispano cõpositi incidenter continebat: nempe aliquando non licere etiam metu mortis tacere quædam, vel loqui, & aliquando sic. Tum quia per prædicta loquendũ, & tacendum est quãdo Ecclesia Christiana per suas leges id præcipit, & frequenter id facit per leges, quas non licet etiam metu mortis transgredi, & frequenter per leges, à quarũ implemento metus mortis excusat. Tum quia multa iubemur tacere iure naturali, & diuino, à quorum obseruantia numquam, vel tarò metus mortis absoluit, iuxta iura, [o] & glossam receptã, [p] multa quoque iubemur loqui, aut tacere lege humana, à cuius obseruantia vt plurimùm metus mortis, imò & alia magna necessitas absoluit, vt ait Fœlix, [q] & eius glossa facit cap. concedimus. [r]

3 Ex quibus infertur primo non licere Catholico interrogato ab hæreticis vel aliis infidelibus, an sit Christianus vel Catholicus tacere etiã metu mortis, ita vt crederetur nõ esse Catholicus: quia lege diuina, quæ colligitur ex illo Pauli. [s] *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* obligat eum ad loquendum, & confitendum esse Christianum & Catholicum, vt probat S. Thomas receptus, [t] neque contra, metu mortis loqui verba, quibus significaret se nõ esse Christianum, vel Catholicũ: imo neque accipere signum aliquod in capite, vel alia parte corporis, quo infideles discernuntur à Catholicis, vt pulchrè annotauit Caietan, [v] qua in re audio multos in Gallia peccare.

4 Infertur secundo, licere Catholico metu mortis alloqui excommunicatum. Tum quòd ait Innocẽtius, [x] licere Catholico trãseunti per terrã hæreticorũ, ab eis necessaria

* *Similia leguntur apud Isid. l. 3. de sũmo bon. ca. 59.*

a *c. nemo peritiarum. 11. q. 3.*
b *Matthæi c. 10.*
c *hac ipsa quæstione.*
d *ca. abiit c. existimant. c. non solum.*
e *Cap. 8.*
f *Matth. 16.*
g *Cap. 8.*
h *Apocal. 12.*
i *ca. vigilate. 16. q. 1.*
k *ca. à nobis. de sententia. excom.*
l *Ecclesiast. cap. 1.*
m *Sapien. 9.*
n *ca. magna. de voto.*
o *c. sunt quidam. 22. q. 1. ca. itaque. 32. q. 5.*
p *in cap. sicut de rer. di. 1. q. in 1. sicut. de cons. di. 1.*
r *de cons. d. 2. & ea. di. 1. pulsos. de cons. dist. 5.*
s *ad Romanos 10. ca.*
t *2. 2. q. 3. ar. 2.*
v *in dicto ar. 2.*
x *c. si vere. de sent. excommunicationis.*

A 2 emere,

emere,& petere. Tum quia licèt potestas excõmunicandi sit iure diuino tradita prælatis: & licèt teneamus opinionem eorum, qui dicunt hæreticum esse iure diuino excommunicatum, forma tamen, & modus vitandi iure humano sunt inducta, vt ad saluandam extrauagantem ad euitanda Martini V.& aliquot alia nuper diximus in Enchiridio siue Manuali de orat. & horis canonicis.[a]

Infertur & tertiò, licere metu mortis non dicere, vel non audire missam:quia instum impedimentũ ab audienda ea excusat,vt latiùs diximus,[b] & metus mortis videtur maximum impedimentum.[c]Quod tamen intelligendum est, nisi iuberetur quis non audire, vel non dicere in contemptum missæ,vel ad significandum per hoc missam non esse faciendam, vel non continere consecrationem veri corporis Domini,vt hæretici blasphemant: quia hoc esset tacere, vel dicere aliquid contra legem diuinam: nam quamuis præceptum de audiendo, vel dicendo missam, aliquibus diebus sit humanum,& ideo à faciendo eo non solùm metus mortis excuset, sed etiam aliud iustum impedimentum, præceptum tamen de non tacendo, vel dicendo aliquid ad significandum non licere missare, vel in ea non confici verum Sacramentum corporis Domini, est diuinum præceptum, à cuius obseruantia nullus mortis metus excusat, vt prædictum est.

Infertur & quarto singularis intellectus cuiusdam responsi celebris Innocentij III.[d] quatenus significat communicantem excommunicato,etiam metu mortis peccare mortaliter,nempe quòd intelligitur de communicante in contemptum, vel negationem clauium, vel auctoritatis excommunicantis,vel potestatis Ecclesiasticæ. Quia igitur cùm primis omnium iuris auctorum docet Gregorius ille Magnus quid facere debeat verbis laudatus, vel vituperatus,[e] ideo conabor explicare illud, & alia ipsum propugnantia, & impugnantia quàm vtilissimè potero, dignante ipsomet, vna cum præfata Matre virgine gloriosissima Maria intercedere ad D. N. IESVM CHRISTVM, vt paradisiaco nobis aspiret ab Orbe. Amen.

CAP. INTER VERBA. 11. q. 3. desumptum ex S. Gregorio Papa lib. 8. Epistolarum, capit. 45.

INter verba laudantium, siue vituperantium ad mentem semper recurrendum est: & si in ea non inuenitur bonum, quod de nobis dicitur, magnam tristitiam generare debet: & rursum si in ea non inuenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætitiam prosilire. Quid enim si homines laudent, & conscientia nos accusset, aut quæ debet esse tristitia, si omnes accusent, & sola conscientia liberos nos esse demonstret? Habemus Paulum[f] *dicentem.* (Gloria nostra hæc est, testimoniũ conscientiæ nostræ.)*Iob* E *quoque dicit* (Ecce in cœlis testis meus.)*Si ergo est nobis testis in cœlo, testis in corde, dimittam*[g] *stultos foris loqui, quod volunt. Quid aliud detrahentes faciunt, nisi in puluerem fussant, atque in oculos suos terram excitant, vt vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant. Vocandi tamen etiam sunt ipsi, & tranquillè admonendi, eisque satisfieri modis omnibus debet: scientes, quid de Iudæis veritas dicit* [h])ne forte scandalizemus eos.)*Si autem satisfieri sibi ex veritate noluerint, habes consolationem, quam in Sancto Euangelio conspicias. Cum enim Domino dictum fuisset*[i] (scis,quia Pharisæi audito verbo hoc scandalizati sunt:)*respondit* (finite illos: cæci sunt,& duces cæcorum:)*Paulus quoque Apostolus*[k] *admonet, dicés* (si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.)*Dicturus quippe* (cum omnibus pacem habentes,) *quia difficile esse prospexit, præmisit* (si fieri potest.)*Sed tamen adiunxit, quod posit fieri, cùm dixit* (quod ex nobis est,)*quia si nos in mente caritatem erga odientes seruare cupimus, etsi illi nobiscum pacem non habent, nos tamen cum illis sine dubio habemus.* Ex hoc cap. sex conclusiones colligo.

Prima non debere quem de laude falsa gaudere, sed contristari.

Secunda debere nos vituperio falso gaudere.

Tertia sufficere nobis laudem conscientiæ nostræ.

Quarta laudem vnius tantùm interdum parere gloriam.

Quinta licere desiderare gloriam, eáque frui.

Sexta detractionem, siue murmurationem esse peccatum.

a *super capit. quando. de consec. dist. 1. c. 22. num. 9.* b *in c. missas, de cons. dist. 1. & in Manu. Confes. c. 21. nu. 35.* c *l. metum. ff. quod met. ca.*

d *in c. sacris. de his quæ vi metusve causa fiunt.*

e *in ea. inter verb. 11. q. 3.*

f *2. Cor. 1.*

g *Iob 16.*

h *Matth. 17.*

i *Matth. 15.*

k *Rom 12.*

A PRIMA CONCLVSIO.

SVMMARIVM.

1 *Laude de falsa non gaudendum, sed tristandum.*
1 *Laus Dei, & laus Iouis contraria.*
1 *Mendacij pater Diabolus.*
2 *Simulare se bonum cum sit, malus, peius quàm esse malum.*
2 *Peccati proximi pigendum, & eius miserendum.*
3 *Laus, panegyrica, & encomium quæ videri mala.*
3 *Gloria res est propria Dei.*
4 *Laude falsa, quatenus est talis, non gaudendum.*
4 *Peccato vt est aliquid, & nihil, an quis gaudere queat.*
5 *Contraria duo diuerso respectu eidem insunt, sed non eodem.*
B 5 *Gaudium & tristitia sunt contraria, & vt insunt eidem.*
5 *Actio displicuit, passio grata fuit.*
5 *Laude falsa non gaudens gaudet præcedenti, & sequenti eam.*
6 *Libros fabulosos legenti à quo cauendum.*
6 *Laudatus falsè princeps quare lætari potest.*
6 *Peccatum minus si lateat, maius si pateat.*
7 *Credere de se aliis magis quàm sibi vitium.*
C 7 *Laureandus, & laureans vt peccant laudando.*
7 *Papa, rex, & Episcopus vt non peccant titulis laudati.*
8 *Laudans medicus, & laudatus ægrotus vt peccant.*
8 *Medicus sic absque peccato laudet ægrotum.*
9 *Debet verbũ, regulariter, sed non semper, inducit obligationem.*
C 10 *Laudatus falsè cur ferè semper venialiter peccat.*
10 *Laude falsa gaudens coruo: Æsopico similis.*
10 *Iano excepto rarus à fanna liber.*
11 *Gaudeo tuo dicto, licèt mentiaris, dicere non licet.*
11 *Laus falsa malè procuratur, & vera vt quærenda.*
11 *Lauream literariã meritã licitè quis petit, sed non immeritam.*
11 *Gradus literarius, & pottora loca, vt male petantur.*
12 *Laureandis, siue graduandis fauens vt peccat.*
13 *Beneficia petens in concursu, & fauens illis, qui peccant.*
13 *Officia etiam secularia laude falsa qui malè procurant aliis.*
13 *Competens beneficia, vel alia munera, vt varie peccat.*
13 *Concurrentes Gymnasta vt peccant.*
14 *Scientia sine conscientia res diabolica.*
D 14 *S. Benedictus cur à scholis scienter nescius recesit.*
14 *Laudandi cur plurimũ, qui cõperituris iucunde cõiuunt, &c.*

PRIMA quidem conclusio,scilicet non debere quem de laude falsa gaudere, sed contristari ex huius capitis initio colligitur, quatenus habet contristari nos debere, cùm dicitur inesse nobis aliquod bonum, quo caremus: si enim debemus contristari de laude falsa, non debemus gaudere de eadem: cùm sit contrariũ tristitiæ iuxta Aristotelem receptum.[a] Confirmatur eadem conclusio illo S. Gregorij elogio.[b] *In vno ore, cum laudibus Iouis, laudes Christi se non capiunt.* laus enim falsa laus Iouis saltẽ quadantenus dici potest: quia est laus mẽdacij, cuius pater est Diabolus: facit & illud Plutarchi elogium, *Non oportet quem voluptatem capere, cùm pro graui, excelso, ac iusto prædicatur elegans & hilaris.* Confirmatur & illo Ioannis Gersonis.[c] *Peccat qui sua vitia celat, vt falsè laudetur, quique ore aut gestu vitium, quod amat, execratur, quo illud odio habere videatur.* Confirmatur etiam multiplici ratione, scilicet quòd pigere nos debet,nõ esse adeo bonos,ac alij putant, & in hoc ipso cap.[d] sentit S. Gregorius, & quòd peius est, simulare se bonum cùm sit malus, iuxta illud B. Augustini.[e] *Malum est*, inquit, *cadere à proposito, sed peius est simulare propositum, si non seruat sanctitatem foris dimidius cecidit, si verò intus habuerit simulationem totus.* Et quod debet nos omnis vanitatis pigere, iuxta illud.[f] *Vt quid diligitis vanitatem*, & illud,[g] *Auerte oculos meos ne videant vanitatem.* Et quòd secundum S. Augustinum,[h] & Bernardum,[i] pigere nos debet peccati proximi,& ei compati & misereri: imo & eum interdum fraternè corrigere.[k] peccat enim qui falsè laudat: & quod vt plurimùm gaudet de re deliberata, qui non dolet de illa: & gaudere de laude falsa est saltem vt plurimùm peccatum veniale.

a *lib. 7. Ethicor.*
b *Greg. li. 6. epist. ca. 37. indict. 10. ad.*
c *lib. de vitiis & remedijs. 2. part. ti. 1. colum. 6. pag. 3.*

d *inter verb. 11. qu. 3.*
e *Aug. ser. 2. de com. vita. cler. ca. certe 12. q. 1.*
f *Psal 4.*
g *Psal. 9.*
h *c. tua sunt. 45. dist.*
i *super cant. serm. 44. Botrus.*
k *Matth. 18. cap. nouit. de Iudiciis. ca. si peccauerit. 2. q. 1.*

Sex opposita huic conclusioni.

PRimùm, quòd multa extãt panegyrica à viris præstãtibus scripta,in quibus fuerunt Callisthenes, Lysias, Isocrates, Plinius, & multi alij, quibus Imperatores & Reges laudarunt: tribuẽres eis omnes virtutes, quas ipsorum dignitates requirebant: quæ laudatis multùm placuerunt: & constat eos multis earum caruisse, & eas quibus ornati erant non fuisse adeo egregias, ac ipsa panegyrica sonabant. At non solùm non carpũtur ea,& eorum Auctores, imo laudantur ipsa,& fuerunt magnis muneribus donata.

Secundum, quòd videmus quotidie scholasticos, qui ad superiores literarum gradus euehuntur, siue laureis Minervalibus donantur,laudare cãcellarios & laurearum collatores,magistrosque suos,& Doctores tribuendo illis multa,quibus penitus carent, aut certè maiora, quàm habent: & contra Cancellarij,Magistri,& Doctores, laureis donandos siue (vt aiunt) graduandos, magnificè laudant ob multa,quibus omnino carẽt,aut certè maiora his, quæ habent: attamẽ videmus fere omnes laudibus sibi tributis gaudere, & nullos aut raros pœnitere peccatorum huiusmodi gaudiis contractorũ,& pauciores fortè illa cõfiteri.

Tertium,quòd videmus Pontifices Max. pati se appellari Beatissimos & Sanctissimos, etiam si forte sciant se non esse tales.[a] Videmus item quosdam Reges appellari Christianissimos,[b] Gaguinus,[c] alios Catholicos, omnes Serenissimos, Ioannes Lupi,[d] audeque se sic vocari, etiã cum nouerint se peccatis mortiferis infectos,[e] & ira aliis animi affectibus perturbatos interdum esse, imo & forte aliqua hæresi correptos.[f] Videmus etiam prælatos gaudere, quòd appellentur Reuerendi, Reuerendissimi, & Beati, & vltra, licèt nouerint se peccatores & malè à populis audire: quorum tamen nulli videntur sibi peccare,nec appellari, nec qui eos sic appellant.

Quartum, quòd medici passim laudant ægroros, quos curant, vultum & colorem eius tali laude indignos: fictis item laudibus pedagogi puerorum animos ad bene agendum prouocant & accendunt: attamen pauci medici, & pædagogi huiusmodi, vt opinamur, sese talium peccatorum accusant. Et Tullius,[g] apud S. Augustinum,[h] docet alendum esse principem laude, ac gloria, nihil distinguens inter veram, & falsam laudem.

Quintum, quòd nullo iure naturali, diuino, vel humano videtur quis obligari pigere laudis sibi falsò tributæ: si qua enim esset, maximè foret aliqua ex quinque, quibus conclusionem nostram supra confirmauimus, quod tamen nulla necessariò, si bene perpendatur, concludit, per id quod ad diluenda hæc opposita infrà præsupponetur.

Sextum, quòd hæc conclusio videtur significare à contrario sensu, posse nos laude vera nobis tributa gaudere, quod videri potest falsum. Tum per illud S. Augustini.[i] *Sanius videt, qui amorem laudis vitium esse cognoscit.* Tum per illud Pauli.[k] *Qui gloriatur in Domino glorietur: non enim qui se ipsum commendat: ille probatus est, sed quem Deus commendat*, super quo sic ait B. Bernard. *Noluerat Apostolus gloriam rem propriam esse creatoris non creaturæ, secundum illud.*[l] Gloriam meam alteri non dabo, *sed considerauit rationalem creaturam adeo affectare gloriam, vt vix aut nunquam ab hoc compesci desiderio posset, quippe quæ ad imaginem factæ est creatoris, propterea secundum datam sibi à Deo sapientiam saluberrimam, adinuenit consilium, dicens, quandoquidem nobis persuaderi non potest non gloriari: saltẽ qui gloriatur in Domino glorietur.* hæc Bernardus.

i *lib. 1. de Ciuitate Dei, c. 13.*
k *2. Corinth. 10.*
Bern. 1. serm. de hoc verb. Apost.
l *Esaiæ 42.*

Responsio ad præfata sex opposita.

AD horum primum oppositorum respondetur, quòd præfata conclusio intelligitur de illo, qui gaudet laude falsa, quatenus est inordinata, vana, & mala saltem venialiter: qualis est illa, quæ est mendacium, aut assentatio dolosa, vel captatoria cuiuspiam muneris, aut officij pro aliquo eo indigno, vel est cuipiam iniuriosa: non autem intelligitur de illo, qui gaudet laude falsa, quatenus est quædam res, siue quoddam ens naturaliter bonum: quoniam, vt latius diximus in Manual. Confess.[m] peccatum constat ex duobus, videlicet ex ipso actu, qui est quædam res naturalis,& ex defectu rectitudinis, qua caret ex eo quòd deuiat, & est contra legem, quæ carentia appellatur priuatio, inordinatio, tortuositas, & deformitas: & quòd quatenus est actus, & res meritò dicitur quoddam bonum naturale, iuxta illud.[n] *Vidit Deus omnia quæ fecerat & erant valde bona*, sed quatenus est defectus, & priuatio

m *præl. 7. nu. 15.*
n *Genes. 1.*

A boni, dicitur malum,& nihil, vt à S. Augustino. a *Sine ipso factum est nihil.* exponit de peccato: quod non est intelligendum de peccato, quo ad ipsum actum, quatenus est quædam res: sed de peccato quatenus est inordinatio, & deest ei rectitudo, vt post & ante alios declarat S. Thomas.[b] Non etiam intelligitur conclusio de illo, qui gaudet bono vel bonis, quæ præcedunt laudem falsam, vel præsupponit illa:qualia sunt ingenium, ars,pronunciatio, elegantia,& modus laudantis,vel cõsequuntur eam: qualis est monitio virtutum laudari officio necessaria, & exhortatio ad illas, & alia bona, quæ inde nascuntur, non gaudendo de ipsa laude falsa, vana, & mala, quatenus talis est, neque de peccato, quod laudatus, vel encomiastes committit in componendo, scribendo, vel pronunciando panegyricum,vel encomium.

Nec obstat, quòd hoc responsum præsupponit, posse quem de vna & eadem re gaudere, & tristari: quod videtur contrarium illi dicto philosophorum, *Duo contraria non possunt esse in eodem subiecto* nõ enim potest quis esse albus, & niger, nec bonus, & malus, vt Aristoteles,[c] & canones,[d] & etiam leges,[e] facræ docent: & gaudium & tristitia eodem Aristotele auctore,[f] sunt contraria, non inquam hoc obstat. Tum quia secundũ aliquos philosophos, duo contraria in gradibus remissis sese cõpatiuntur: quos tamen quia non sequimur respondemus aliter, quòd gaudium,& tristitia de vna & eadem re diuerso respectu non sunt cõtraria, vt S. Thomas receptus docet,[g] verbi gratia, tristamur de passione D. N. Redemptoris, quatenus fuit iniuriosissimè illata: gaudemus autem de eadem, quòd fuit ab eo sponte, miraque cum patientia suscepta iuxta illud cuiusdam glossæ celebris,[h] & S. Thomam.[i] *Actio displicuit, passio grata fuit.* Et responsio nostra non habet, quòd nemo gaudere possit simul & tristari de eadem re diuersis respectibus: imò habet contrarium, scilicet, quòd potest quis dolere de laude quatenus est mala, & peccatum, & gaudere de bonis, quæ illam præcedunt, vel quæ illa præsupponit, vel illam consequuntur. Ob quæ aliaque his similia non semel admonui eos, qui causa voluptatis legunt libros fabulosos amadis de Gaula, aut ei similes, & audiũt nouas vel veteres monomachias, siue duella, aut bella iniusta, in quibus narrantur vulnera, & homicidia iniusta, peccare quidem gaudendo de iis, vel de ipsis bellis iniustis: quia omnia illa sunt peccata, & est peccatum gaudere de peccatis, iuxta illud Pauli.[k] *Digni sunt morte, non solùm qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus.* non autem peccant, si delectentur eleganti auctoris vel historiographi stylo, aut viribus, & dexteritate pugilis, & bellantis: quia nõ gaudent de peccatis, sed de donis Dei, quibus illi abuntur, & ea manifestant, & aliquãdo magis peccant, qui peccata illa scribunt, vel narrant. Quod ferè ipsum repetetur infra,[l] vbi agitur de gaudio habendo de vituperio: & in corollario primo. num. 12.

a *Ioan. 1.*

b *In li. 2. sent. dist. 37. q. 1. art. 2.*

c *in prædicamentis.*
d *ca. cum reuerentiam. 12. q. 1. & c. si enim. de pœnit. d. 2. col. 2.*
e *lib. 1. Co. de furtis. l. vbi repugnantia. ff. de regulis iuris.*
f *7. Ethicor. 1.*
g *2. 2. q. 35. art. 4. & clarius in 3. par. q. 46. art. 8.*
h *ca. 1. de consecratio. l. 6. in 2. dist. 40. qu. 1. art. 4.*

k *ad Rom. 1. & c. notum. 2. quæst. 1.*

Ex quibus sequitur responsio specialis ad oppositum, scilicet, quòd Princeps falso panegyrico, seu encomio laudatus, non peccat pulchra laudatoris arte, ingenio, & elegantia, gaudendo: & quòd moneatur virtutes dignas, quæ in Principe viro splendeant, etiam si in ipso nõ inueniantur: imo nec mea sententia peccaret, si laudes illas malè meritus gauderet, eo quòd illæ sint occasio, vt subditi eius desinant scandalizari in ipso, putando eum non esse malum, aut non tantùm quantùm ipsi ante laudationem putabant: nam etsi nemini liceat verbo, opere, vel alio signo mentiri, nec negare in se illa mala esse: licet tamen, vt honestum est, tacere illa, vt probatum est supra in quinto opposito: tolerabilior enim est culpa si lateat.[m] Et satius est mala nostra abscondere sine mendacio, quàm cum veritate (cùm eam dicere non tenemur) detegere illa, iuxta illud Esaiæ.[n] *Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, & non absconderunt.* super quo D. Hieronymus ait. *Secundum remedium post naufragiam est peccatum abscondere.* quod per supradicta est intelligendum esse faciẽdum absque mendacio, nec verbo, nec facto mentiendo.

l *conclus. 2. in responsione ad secundum oppositum.*

m *cap. nemo. 32. q. 4.*

n *Cap. 3.*

Peccat autem Princeps, si audito falso panegyrico seu encomio mentitur, significando verbo, aut facto illa esse vera, quæ non sunt talia, aut gaudet eo, quatenus est laus

inordinata, aut ob eam pluris se ipsum facit, quàm antea, & inflatur, imiturque pauonem suas alas plusquàm liceat pandentem, magis de se aliis quàm sibi credens, aut si ob id est negligentior in corrigenda vita mala, & infructuosa, aut maiorem ad exercendam tyrannidem audaciam concipit. Quod ipsum dicendum est de panegyrici, seu encomij auctore, & alio quouis laudatore.

Ad secundum oppositum principale respõdemus, concedendo peccare illum, qui cùm cõfert, aut capit lauream minerualem, seu gradũ litterarium, laudat malè, aut inordinatè tribuendo scienter falsa, vel mala, vel bona in malum finem, vel Deo aut proximo iniuriosa, & etiam laudatus qui scienter gaudet huiusmodi laude, præsertim si ea inflatus tumeat instar illius, qui est cõrentus solo pecuniæ tinnitu pro pecunia sibi tradenda, vel solo ciborum odore pro cibo ei propinando. At si gaudet de bono inde sequuto, vel illam præcedenti non peccat, vt in responsione ad primum est dictum, & dicetur infra conclus. 2. num. 9.

Ad tertium respondemus, concedendo non peccare illos, qui tribuunt titulos in argumento contentos eis, qui non merentur illos, si eos tribuunt vel suscipiunt ratione dignitatis, quam habent, sed sic si dentur vel sumantur ratione personarum immeritarum: non enim peccat Papa volendo se vocari sanctissimum, nec Rex volendo se vocari Christianissimum, vel Catholicum, neque Episcopus volendo se vocari beatum, &c. neque qui eos sic vocant in hunc sensum, quòd habent dignitates, quarum possessores iure deberent esse tales: peccarent autem tam vocantes quàm vocati, si appellare seu appellari vellent ratione suarum personarum, si scirent eas non esse tales: quia vocantes mentirentur, & vocati gauderent mendaciis, quorum vtrumque est peccatum, [a] per quæ conciliantur conclusio & oppositum.

Ad quartum respõdemus, quòd quidquid dicat quidam in suo panegyrico ad Philippum, videntur peccare tam me dici, quàm pædagogi siue magistri, qui roborant & accẽdunt ægrotorum aut puerorum animos mẽtiendo: nam omne mẽdacium, etsi non sit pernicio sum, sed officiosum, vel iocosum tãtùm, est peccatum saltem veniale, vt S. Augustinus docet, [b] & cõsequenter ægrotus sciens esse mendacium, peccat, si placet illud ei: prudens tamen & bonus medicus potest vultum, & colorem ægroti talibus verbis absque mendacio laudare, vtendo verbis generalibus, vel ambiguis in vtramque partem flexibilibus, vt ægrotus credat id quod ei conuenit, iuxta quandam glossam, [c] receptam non solùm à canonistis, sed etiam à S. Thoma [d] & aliis Theologis. Quod ipsum potest facere pædagogus siue magister: & illud Tullij dictum relatum à B. Augustino, [e] damnatur ab eodem, vt ethnicum & paganum.

Ad quintum oppositũ respondemus, concedendo, quòd nulla ratio naturalis, diuina nec humana, concludit Christianum cõmuniter esse obligatũ sub pœna peccati pigere falsæ laudis, vt efficaciter probant in eo citata, nec verisimile est S. Gregorium voluisse docere illud, [f] nam licèt dicat, *magnam tristitiam generare debet*, quamuis item dictio, *debet*, propriè sumpta significet debitum, & obligationem ad id necessariam, vt peccet qui debet non faciendo, vel non præstando illud vt ait glossa singularis, [g] quæ tamen similem habet, [h] pro qua facit textus, [i] ibi. *Nõ solùm possunt, sed debent*. sæpè tamẽ impropriè accipitur, denotatque decentiam quãdam, & debitum ex honestate: ita quòd præstare illud esset opus laudabile & sanctum, non præstare autẽ non esset peccatum, [k] verbi gratia, filius cum peruenerit ad iustam ætatẽ debet ducere eam, quam velit pater, vt Honorius III. ait. [l] Excommunicatus item citatus ad iudicium ob sua debita debet per alium respondere, vt docet Alexander III. [m] attamen nec filius peccat non ducendo eam, quam pater vult, nec excommunicatus per se respondendo, iuxta glossam communiter receptam, [n] & hoc posteriori modo capit hic S. Gregorius hoc verbum, *debet*, dum ait hic, debere quidem nos pigere laudis falsæ honestatis debito, sed non iustitiæ, quæ ad peccatum nos obliget: & ita quoad vitandũ peccatum sufficit non gaudere de illa, licèt non pigeat nos eius, non significando saltem verbo, nec signo id, de quo laudamur nobis inesse.

Ad sextum & alia duo, aut tria opposita respondebimus infra, [a] decem aut duodecim conclusionibus quotidianis confessariis pœnitentibusque perutilibus.

a *Per hoc c. iunõo.c. primũ.22.q.2.*

b *In l. de mẽdacio, ca. primum 22.q.2. cum similibus.*

c *ca. ne quis. 22. q.2.*

d *2. 2. q.110. art. 3. & qu. 111. art.1.*

e *Lib.5 de ciuitate Dei ca.13.*

f *In hoc c. in ter verba. 11. quæst.3.*

g *Panor. & Card. ibi. de. attendentes in principio, verbo debet, de statu monachor.*

h *In c. propo suit. de appella. & cap. statutum. §. cum vero de reseri. li. 6. & l. sæpe audini Cæsarem. ff. de offi. præsidis.*

i *In c. vt fama. de sententia excom.*

k *c. 1. de sententia excom. & cap. 1. 25. q. 1. l. cæ 1. de despõsat. impuberum.*

l *ca. intelleximus. de iudiciis.*

m *In d. c. 1. de despõsat. impub. & in d. ca. intelleximus. de iudiciis.*

a *5. conclus. nu. 1. & 40. ibidem.*

Corollaria quæ ex præfatis inferuntur.

PRimùm, ferè semper nos peccare saltẽ venialiter, cùm falsè laudamur. Tum quòd ferè semper subito, vel deliberatè gaudemus laude falsa, quatenus est falsa, si nobis aliàs non est prima facie nocua: cùm tamen id numquam liceat, per supradictam conclusionem, & responsionem ad primum oppositum, & determinationem S. Thomę, [b] Antonini, [c] Abulensis, [d] & aliorum communiter doctorum, Caietani, [e] Maioris, [f] Angeli & Siluestri, [g] imo visum est Abulensi, [h] regulariter esse mortale, ob rationes infra relatas, vbi tamen eius dictam molliemus, quãtùm fieri potest. Tum quòd appetentia, & complacentia cuiusuis laudis humanæ, raro etiam vere caret peccato, iuxta illud S. Augustini & Bernardi citatum suprà, [i] & infra, [k] vtiliter resoluitur. Tum quòd gaudere laude rei, qua caret, est sese extra quærere: quod etiam Persius paganus damnat, [l] ibi. *Ne te quæsiteris extra* & [m] ibi, *Tecum habita, vt noris quàm sit tibi curta suppellex. Tollat sua munera Credo.*

Secundum, quòd non absre iudicantur stulti, qui laudibus immeritis gaudẽt, vt Thraso ille Terentianus, & vt coruus ille Æsopicus, cui per laudem falsam canẽdi sibi à vulpe datã, inflato & voleti canere excedit è rostro case[o]. Tertium, quòd non absre dixit Persius. [n]

O Iane à tergo, quem nulla ciconia pinxit,
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas.

Significans paucos esse præter Ianum (qui fingitur habere oculos in occipite) quos non irrideant, & non subsannent aliqui à tergo mouẽtes in eos capita, labia, nares, vel alias corporis partes. Quod enim, & quoties præsentibus laudant prælectiones, repetitiones, conciones, & orationes, sententias, gestus, dicta, & facta, & eosdem laudatos abscedentes à tergo irrident, subsannãt, in fabulamque, & derisum, eos habentes, maximè vbi hæc olim scribebantur.

Quartum, quòd nemo in hac materia licitè vtitur eo adagio vulgo recepto. *Gaudeo tuo dicto, licèt mentiaris.* gaudendo de falsa laude.

Quintum vtilem esse illam exhortationem Persij. [o]

Vos ô patritius sanguis, quos viuere fas est,
Occipute cæco posticæ occurrite sannæ.

Sextum peccare illum, vel illam, qui vel quæ laudari cupit de virginitate, obedientia, aut paupertatis obseruantia, quibus caret, maximè monacha, quæ cùm nõ sit virgo, desiderat pro virgine confecrari. [p] Simili modo peccant Doctores, & scholastici, qui laudari cupiunt apud Reges, Prælatos, Magnates, parẽtes, & amicos, quòd sunt studiosi & docti, cùm tamen non sint tales, aut adeò ac laudari volunt, maximè cum id prece aut pretio procurant: quibus simul & mihi (ne tam miserè pasim peccemus) omnibus maximè percupio, vt veniat in mentem illud Socratis apud Valerium Maximum, [q] qui interrogatus modum quærendi famam respondit, *Talis esse studе qualis haberi velis.*

Septimum, verè dixisse quamdam glossam singularem communiter receptam, [r] probatam ibi per omnes, & per Paulum Rauennatẽ & Decium, [s] cui concordant Archidiaconus, & Alexander, [t] quòd quãuis liceat lauream Minerualem, siue gradum literarium, quem Magisterium, Doctoratum, Licentiaturam, vel Baccalaureatum vocant, appetere, & petere merenti eam, vt disputãdo S. Thomas concludit, [v] & tam per sacram, [x] quàm Canonicam scripturam, [y] probatur, & multiplici ratione fundatur: peccat tamen, qui eam immeritus cupit, & vt ait prædicta glossa petit: is enim probari, & laudari cupit, cùm nõ sit, aut pro doctiore quàm sit, quod peccatum esse mortiferum multis rationib[9] determinauit S. Antoninus, [z] addẽs aliud, quod est magni momenti, nempe & eos qui eam merentur peccare mortaliter, si eam cupiunt & petunt principaliter in honorem suum, vel lucrum bonorum temporalium, & non principaliter ad honorandum Deum, eidemque seruiendum, multis rationibus, ad id motus: cui fauet quoddam venerabilis Bedæ dictum, [a] quod infra, [b] tẽperabitur.

Octauum corollarium, grauissimè item peccare illos, qui cum aliquam lauream Minerualem cupiũt assumere, & vident eam sibi iure non collatam iri, absque aliquo

b *2. 2. q. 131. art. 1.*

c *2. parte ti tu. 3.*

d *Matthæ. 6. quæst. 3.*

e *in dicta qu. 131. art. 1.*

f *in 2. li. sententi. dist. 42. quæst. 1. 6.*

g *in summa.*

h *dicta qu. 3.*

i *Num. 3.*

k *in quinta conclus. n. 37.*

l *in Satyra 1.*

m *in Satyra. 2.*

n *Satyra 1.*

o *Satyra 1.*

p *ca. deuotis. 20. q. 1.*

q *lib. 7. tit. sapienter dicta.*

r *in cle. 2. de magist. in verbo honorem.*

s *in c. cum in cunctis. de electi.*

t *c. 1. 4. 8. dist.*

v *quolib. 3. art. 13.*

x *Esaiæ. 6.*

y *in scripturis 8. qu. 1. ca. quanto. de magist.*

z *2. part. tit. 3. ca. 5. §. 6.*

a *in c. non solum. 1. q. 3.*

b *in 5. conclu.*

magis studẽdi onere, nihil non agunt quo eis absolutè, sine onere vllo conferatur. Tum quia contra iustitiam laudem falsam cupiunt, & petunt. Tum quia procurant, prębentque occasionem peccandi & peierandi examinatoribus, volentes vt contra iustitiam, contra iuramentum, & contra bonum publicum sibi suffragentur. [a]

Nonum corollarium, peccare grauiter eos, qui in hac splendidissima Academia, quæ omniũ, quas vmquam vidi literarum studiosis est aptissima Conimbrica fiunt Baccalaurei iuris canonici, & ciuilis, aut aliarum facultatum licenciati, qui licèt gradum, quem desiderant, & petunt mereantur, meliora tamen, aut priora loca, quàm merentur appetunt, quia in alterius præiudicium falsè cupiunt & laudari, & approbari: quid dicemus de iis, qui amicorum & magnatum literis id procurant? quid de iis, qui donis & pecuniis? quid de iis, qui hanc præcedentiam quærunt prælectionibus non à se factis, quod statutum vellet, sed à literatis iam formatis: imo à Gymnastis siue Cathedraritis compositis, vt eas memoriæ mandatas pronuncient, instar cæcorum suas orationes memoriter proferentium: 12 Decimum corollariũ, quòd non solùm peccant mortaliter, qui appetunt, & petunt, procurando per fas & nefas, iustè aut iniustè, laureas Mineruales, siue literarum gradum, quem non merentur, aut præcedentiam locorum sibi indebitam, verùm etiam omnes, qui eis ad hoc fauẽt verbo, epistola, vel aliis factis, vt aperiendo librum in ea parte, in qua nouit aperiens laurea donandum habere cõpositam prælectionem, quam ad ipsam est habiturus, aut componendo prælectiones, aut earum partes, quas est habiturus. Tum quia non solùm facientes, sed etiam consentientes digni sunt morte. [b] Tum ob infra dicenda in corollariis sextæ conclus. de audiente murmurationem, cui non contradicit. Tum etiam ob id, quod alibi scribimus contra iuuantes, & fauentes Salmanticæ competentibus in concursu cathedras, cùm sint eis indigni, vel certè manifestè minus digni, quàm alij sui competitores. Quod ipsum dici potest de iis, qui falsis laudibus, & approbationibus apud Regem D.N. scripto, aut verbo vtuntur super Academię cathedrarum collatione indignis, vel certè minus merentibus.

Dixi iuuantes ad hoc, id est, vt per fas, vel nefas, iustè vel iniustè quærant ea, quæ petunt: nam qui solùm iuuant ad hoc, vt quærant id, quo sunt digni absque præiudicio manifestè digniorum, non videntur peccare, etiam si fortè præter intentionem suam præferantur dignioribus: quia in iis cessant rationes prædictę.

13 Quod ipsum etiam eadem ratione dicendum est de iis, qui fauent vel suffragantur competentibus Ecclesias parochiales, iuxta statuta Tridentina, ita fauendo & laudando plusquam par est indignos, aut minus dignos, vt præferantur dignis aut dignioribus. Idem & de fauẽtibus iis, qui competunt per concursum beneficia in Episc. Pallent. Calagurrita. & aliis, vbi beneficia per cõcursũ conferuntur, vt & frequenter à paucis annis Romæ conferuntur: idem eadem ratione diximus nuper in Enchir. de orat. [c] esse dicendum de fauentibus iis, qui competunt beneficia in vrbe, vbi extendimus hæc etiam ad fauentes competentibus non solùm in concursu formali, sed etiam virtuali, cùm scilicet vacant beneficia, quæ multi sperant, & tacitè vel expressè competunt ea, & collatores eorum sciunt, vel scire debent eos petere illa expressè vel tacitè, quæ omnia videntur nobis nunc esse amplianda ad fauentes sua laude, & approbatione competentibus quæcũque beneficia, & officia tã sæcularia, quàm Ecclesiastica, quæ tam Reges & alij Domini seculares, quàm præsules, & alij Prælati regulares tenẽtur lege naturali, diuina, & humana cõferre dignioribus ad vtilitatẽ Reip. quam administrãt.

Vndecimũ corollariũ, simili modo eos peccare, qui post collatas laureas, præcedẽtias, cathedras, beneficia, vel officia iniustè conqueruntur de collatoribus, & suffragatoribus, & interdũ etiã de Rege ipso, déque proceribus eius, dicentes se affectos iniuria, qua verè non sunt affecti, alios vocando nomine probroso, aliis negando colloquium, aliis iratũ mõstrando vultũ, aliis cõminando verbis, alios minis, aut terroribus iniuriando. Peius autẽ peccãt, qui à principio suorum concursum religionis, vel literarum incipiunt se odisse, eo quod in illorũ fine sint futuri cõpetẽtes super præfata graduũ, locorũ, vel munerũ præcedẽtia. Idcóque alij aliorum tam naturæ, quàm morum publicãt defectus secretos, interdum eos augendo: & contra celãt dona eorum naturalia, vel gratuita, quibus illos præcellũt, aut illis æquantur. codẽ fere modo peccant Gymnastæ vna & eadem hora prælegentes, dum per se, pérque suos amicos plusquam par est, laudant, rogántque auditores, vt se audiant desertis competitoribus sibi vtilioribus, nolẽtes alloqui eos, qui se non audiunt, imo iratum vultum eis ostendentes, quin etiam insinuantes eis se futuros aduersarios cum laureas, siue gradus vel præcedentias competierint, facientes encomia, vt maius quàm merentur auditorium habeant, & pluris quàm par est habeantur, & laudentur. Quæ omnia, cum mecum dolenter repeto, cogor agnoscere quòd scientia sine conscientia secundum Apostolũ, [a] & secundũ Baldũ, [b] est diabolica. & secũdũ eundẽ, [c] rusticũ facit superbũ. Cogor itẽdolere, quòd multi, qui à pueris incipiunt discere artẽ, quę licitum ab illicito, cquũ ab iniquo separat, iã inde ab, eadẽ ętate incipiũt iniustè appetere sibi aut aliis laudes, honores, murmuráq; aliis debita. Dolere itẽ quòd quidã parũ Christianè in qui busdam regionibus docent laudem, honorem, & gloriam vt Ethnici iam inde ab infantia plusquam virtutem appetere, subindéque adigor intelligere causas, ob quas non abs re Beatus ille Benedictus à scholis recesit, *Sciẽter peccius, & sapienter indoctus*, vt in eius vita refertur relata à D. Antonino, [d] & alij multi, qui eum imitantes secedunt in loca secreta, in quibus nõ est necessũ ab alio quàm à Deo, & Curia eius cęlesti laudari, & approbari: quamuis nunc audiã etiam in eis spiritũ ambitionis, & præsũptionis ita interdũ grassari, vt sint qui laudes, honores, & munera magis aliis, quàm sibi debita variis technis, & artibus obtinere nitantur.

Adigor item, & meritò, magnificare, susp iceréque illos, qui magno animo huiusmodi puerilia cõtẽnentes tã sereno, tãq; alacri animo incũbunt religioni, & literis, vt cõmilitones, siue cõdiscipulos eque amẽt, equæq; iucũdè eis cõuiuãt, ac si núquã essent quidquã cõ ipsis cũpetituri, parati ad suscipiendũ equo animo quæcũq; loca, gradus, & munera fortunę, quę prouidẽtia diuina est, eis dederit, per suadẽdo sibi, quòd præsides, iudices, & electores rectè designarũt loca, grad[9], & munera, agnoscẽtes se corã Deo nõ mereri altiora, aut id placuisse Deo, vt submissiori animo sue Maiestati seruirẽt, aut quòd nõ licuit eis sua merita satis patefacere: vel quia forte de morte iacta, vel interrogationibus de more factis obuenit eis materia ad dicẽdum, sterilior, aut ignotiores fuerũt aliis aut quòd in cõponẽda prælectione, vel pręueniẽda respõsione noluerũt aliena ope, vel illicitis technis iuuari, sed tãtùm diuina ope suóq; marte niti, alio animo vt vẽri Christiani versãtes illud Regij Psalt. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* paratum ad prospera modestè susc ipienda, paratúmque ad aduersa patienter ferenda.

SVMMARIVM.

15 *Cathedras conferendi modus Salmaticensis cur mutandus. & num. 16.*
16 *Cathedrarũ prouisio per suffragia scholasticorũ cur periculosa.*
17 *Laudans alium falsè apud Principes, Magnates & prouisores.*
17 *Peccatum mortiferum est, quod notabiliter separat à caritate Dei, vel proximi.*
17 *Lex naturæ vetat, vt quis quæ ignorat exerceat.*
18 *Peccatum vt est mortiferum vtì munere in damnum proximi.*
18 *Ignorans necessaria officio suo dimittat illud, aut discat.*
19 *Periculum qui amat peribit in illo.*
19 *Iudex non sit, qui caret animo resistendi Magnatibus.*
20 *Laudatus falsè vt perplexus, & quomodo se soluet.*
20 *Laudantis falsè scribendo vt respondendum.*
21 *Virgo putatus aut putata an iustè celet corruptionem secretam.*
22 *Bigamia ex corrupta nascens ignoranti an noceat nuptæ.*
23 *Laudi falsæ alteri damnosæ vt contradicendum.*
23 *Stultitiæ species credere de se plus aliis, quàm sibi.*
23 *Nobiles & diuites cur nihil bene discunt, nisi equitare.*
24 *Laus falsa quæ nec probanda, nec refellenda exterius.*
24 *Laudans falsè, confessurus quid debebat facere.*
24 *Laudẽ falsa procurãs, vt male carpit sũmates nolẽtes id facere.*

a *Arg. c. fin. & similiũ de iniur. prater præditã.*

b *2. 2. q. 131. art. 1. c 2. parte ti tu. 3. d Matthæ. 6. quæst. 3. e in dicta qu. 131. art. 1. f in 2. li. senten. dist. 42. quæst. 1. 6. g in summa. h dicta qu. 3. i Num. 3. k in quinta conclus. n. 37. l in Satyra 1. m in Satyra. 2. n Satyra 1.*

a *1. ad Cor. 8. & cap. nisi. col. 2. de renunc.*

b *In l. hac edictali. nu. 15. C. de secund. nupt.*

c *In l. mercatem. C. de cõdict. ob turpem caus. d 2. par. titu. 1. cap. 12. in principio.*

c *C. 22. misse la. 45.*

a *Ecclesia.31. glo.verbo cōfessus.de.1.de relig.& venerat.sanctō.*
b *Saty.1.*

c *1. ad Cor. 13.ca.caritas. 2.& ca.quia radix.de pœ. dist.2.*
d *c.21.de domo interiori.*

e *de trāquillitate animi.*

f *contra ca.1. de pœ. dist.2.*

g *super illis verbis, Porrò unumest necessarium. sermone 5. de Assumptio. lit. D. E. F.*
h *ca.13.lib.5. de Ciuitate Dei.*
i *sermon. 36. super Cantt. lite. P.*

k *In sexta conclus. principali.*

If DVodecimum Corollarium, quòd de illo, quē modo in fine proximè præcedentis corollarij descripsimus, dici poteſt illud Sapientis,[a] *Quis eſt hic, & laudabimus eum.* Et illud Perſij,[b] *Rara auis in terris, nigroq; ſimillima cygno.* Ob quæ arbitror iſta loca, & præcedentia huius Academiæ magnam eſſe occaſionem multorum peccatorum, & multi temporis ad ſtudēdum impedimentum: ideóque ea eſſe in totum tollenda, aut bona ex parte mollieda. Tū ob ea quæ in proximo corollario ſcripta ſunt. Tum quòd non ſemel is, qui ſcit minus, melius prælegit, & arguit, & quòd indoctior, aut qui minùs rectè prælegit, ſæpè nanciſcitur locum honeſtiorem. Tum quòd caritas præſtet ſcientiæ,[c] & pulchrè S. Bernardus. [d] Et quòd ſæpè primus, aut ſecundus locus ſunt quibuſdam potiùs occaſio elationis & tumoris, quàm actionis gratiarum Deo habendarū, & ad ſe magni faciendum, alios minus faciendo, & ad dedignandum audire ea, quæ ſibi conueniunt, & ad credēdum finem ſcientiæ attigiſſe, & ad culmen eius peruenīſſe. quod eſt cauſa, ne vlterius progrediātur, iuxta illud ſcitum & ſapidum ſapientis Senecæ dictum,[e] *Multi ad culmē ſcientiæ peruenīſſent, niſi ſe iam peruenīſſe putaſſent.* Qua in re nonnulla præſtantiora ingenia grauiter errare ſolent, tū quod loca illa inferiora rarius quàm oportet ſunt cauſa humilitatis,[f] & patientiæ (vt eſſe debent) ſed potius ire, odij, derractionis, minarum, & inimicitiarum: & quòd maximè quærēda ſit occaſio caritatis, & amoris, teſte D. Bernard.[g] iis præſertim, qui ſuopte ingenio parum ſunt in amorem propenſi. Tū quòd amori ſiue appetitu glorię, & honoris humani reſiſtere potius iuxta B. Auguſt.[h] quàm cedere debeamus. Tum quod ſcientiam principaliter ad honorem quæſitam S. Bernardus,[i] vanitatem appellat. Tū quòd amor, & appetitus altioris loci multos multùm fatigat, & facit vt multi audiant aliquos prælegentes qui minus quàm alij ſibi vriles ſunt: & quòd multi multum tēporis in ea re terentes frequenter viſitant, & comitantur quoſdam; quibus etiam adulantur, mēriuntur, & ſeruiunt. quæ non facerent, niſi timerent, eos alioqui fore ſibi contrarios in deſignandis præfatis locis, & aliis muneribus. Quò fit, vt frequenter magis honorent minores ſcientia, & virtute præditos, minuſque in ea conſtantes, eo quòd magis timeant eos, quàm alios iuſtiores. Tum quòd audire, ſtudere, prælegere, & ſimilia facere principaliter ob laudem, & gloriam humanam eſt ſaltem veniale peccatū, vt infra latius dicetur.[k] Tum quia mediocris ſcientia virtuoſe ad ſeruiendum Deo principaliter quæſita pluris valet, quàm maior vitioſè ad gloriam, & vanitatem acquiſita. & quòd multi diligēter ſtudēt in academiis, in quibus huiuſmodi loca nō deſignātur, & nō pauci negligēter, vbi hæc loca proponūtur. Tū quòd huiuſmodi loca, & præcedētia reddant hanc noſtrā Academiā exoſā multis, qui pareatum imperio ferè inuiti retinentur in ea. Tum deniq; quòd multum temporis huic rei impendatur, cogitando, & loquendo, & inueniendo vias rectas aut prauas aſſequēdi loca deſiderata: quòdque nōnulli honoratiores, & ſtrenuiores aliquam circa hoc ignominiam timentes, ad alias Academias tranſeunt, quamuis nouerint, ob mirabilem huis regionis temperiem, poſſe quē 12. menſibus Conimbricæ plus proficere, quàm in alia, vbi frigus & calor intenſa multis modis impediunt, quatuordecim.

17 Decimumtertium corollarium, quòd per proximè dicta & alia meritò viſum fuit mihi olim cathedram Canonum primæ functionis Salmanticæ regenti, & poſtea alteram ſimilem eiſdem priuilegiis ornatam Conimbricę habenti, mutari debere modū conferendi cathedras ſuffragiis ſcholaſticorū, iam inde ab Academiarū inſtitutione obſeruatum, in alium quemdam Deo gratiorē, & Reipub. vtiliorē. Tū vt dixi per proximè dicta. Tū quia vt pauło ſuperius dictū eſt, laus, honor, & gloria nō ſūt quærēda de rebus, quæ nō ſunt, neq; de falſis, neq; per vias vanas & malas: & præfatus modus prouidendi eſt in cauſa, quòd quàm ſæpiſſimè multi competentes cathedras quærunt, imo quadamtenus coguntur quærere illa de doctrina, & moribus qui non ſunt vel nō tot, & tanta, quot & quanta aſſeruntur, vel per vanas & malas vias. Tum quòd per illum modum vix nullus exterus, vel in extera educatus Academia quamliber eruditus, vllam cathedram primæ fūctionis, ſaltem proprietatis, in primo cōcurſu obtinere poteſt. Tum quod ſecūdum eum, bona pars victoriæ cōſiſtit in ſubornanda iuuentute puerorum, & adoleſcentū & pauperum; qui facile corrumpi poſſunt, non ſolū pretio, ſed etiam prece nobilium; pedagogorum, & creditorum; ſed & blandimentis mulierum, tum pudicarum, tū impudicarum, & prædictarum etiam opera in hoc multi abuntur. Quo fit, vt eruditiores, & ſcholis vtiliores, qui ne Deum offendāt à male ſubornando abſtinent, frequētiſsime ignaris poſtponātur. Tum quòd eſt magna occaſio, vt Gymnaſtę in caſibus occurrentibus dent reſponſa prę cocia, parum librara, & affectu, potius quam iuſtitia nitentia; rogaru ſcholaſticorum; vt placeant eis, de quorum ſuffragiis pendet eorum victoria. tum quod etiam eſt in cauſa, vt iuuentus à iuuentute ſua incipiat corrūpi, & magis affectu, amicitia, voluptate, munerib⁹, & mēdaciis pluſquam iuſtitia, & veritate duci. Qua ex re magni obligationis reſtituēdi ſcrupuli naſcuntur. tum quod multi ſcholaſtici multum temporis perdunt, dum vacantibus cathedris, vel ægrotantibus cathedrariis intendunt ſubornationibus actiuè & paſsiuè ſubornando, & patiendo ſe ſubornari: conuiuia dando, & accipiendo, promittendo & accipiendo promiſſa, & alia id genus multa faciendo. Tū quòd oportet eos, qui competunt, vel ſe ad competendū patant impendere ante quæſitam cathedram, non ſolùm propria, ſed etiam aliena, cum cognatorum, tum amicorū ad mutuādum multis ſcholaſticis ſuffragaturis, & eorum aliquibus donandum, & ad quoſdam conuiuandū: & eos, qui eas quærunt oportet inſuper poſt eas quæſitis in referendis gratiis publicis tribuere ſympoſia omnibus, conuiuia opipara multis, & aliquibus donaria, adeo quidem largis, vt vix ſe omnino per totam vitam ære alieno leuēt. Qui verò eas perdunt remanent debitis onuſti, & coacti decoquere, vel vertere ſolum, vel ſoluere tum intereſſe tum vſuras & quadamtenus viuere rapru: & augendo æs alienū expectare alias cathedras vacaturas, quas qui perdiderint omnino perduntur, & qui quærunt longè maiori ære alieno ſubmittuntur. Tum quòd rari ſunt ſcholaſtici, imo & prælectores, qui non incidant in aliquam tot excommunicationum per Academię ſtatuta latarum contra ſubornantes, & ſubornatos, dantes, vel accipientes munera, & contra loquentes candidatis ſiue competentibus, & comitantes eos, & aliqua huiuſmodi dicētes vel faciētes. Quo fit vt nulla cathedra proprietatis vacet Salmanticę, ex cuius vacatione & prouiſione non reſultet diabolo reditus vnius miriadis, & amplius peccatorum mortiferorū, & plurimarū in excommunicationes incurſionum & non paucarum irregularitatum, ex earum fractione oriētium, tantuplex eſt ars dæmonum in peruertendo ad mala, quæ ſunt ad bona conſtituta. Propter quæ, cogente me ad id caritate, qua in Deum & proximum eſſe debebam, olim auſus fui orare Regem illū Luſitanię nulli tunc regnanti pietate ſecundum Ioannem huius nominis III. duo, alterum, ne permitteret cathedras illius almę, inſignisque Academiæ Conimbricenſis conferri iuxta antiquum eius inſtitutum inſtar modi Salmanticenſis. Alterum, ne mutaret illum in eum, in quem olim Toloſę mutatus fuit, ſcilicet vt Rector, Conciliarij, & Doctores eas conferrent: quoniam adfuit in cauſa, vt quiſque ſuam cathedram poſſet donare, & vendere alteri Doctori cum magno rei literariæ, ac eruditiorum detrimento. Quæ duo ſemper ſua Maieſtas dum vixit ſeruauit, ſeruārque in hunc diem ſucceſſores eius. Quę duo ipſa quamuis tunc non fuiſſem auſus orare Imperatoriam Caroli V. Maieſtatem, vt dignaretur curare illa in ſua præcellenti Academia Salmanticēſi, & aliis celebribus in ſuis regnis cōſtitutis ſeruari: in unc autem videns in nulla Italię, quę in hac re magiſtra omniū prouinciarum dici poteſt, Academia ſeruari modū illum antiquum Salmanticenſem: & quòd neque in vlla Galliarum ſeruatur, audeo quàm humillimè, quámque obnixiſsimè poſsū orare Regiā Maieſtatē Regis & D. N. Philippi II. multis nominibus glorioſiſsimi, vt dignetur pro ſua maxima in D. N. Ieſum Chriſtū reuerentia, & caritate imitari præfatum Ioannem ſocerum ſuum Chriſtianiſsimum quoad cathedras, quæ vocantur proprietatis, & ſunt perpetuæ, ac omnium quæ ſunt in Europa maximæ

dignitatis maximóque reditu & priuilegiis, etiam comitatus ornatæ. Et quod omniū qui nobis occurrūt, modorum optimus eſſet, vt Illuſtriſsimus Preſes ſupremi cōcilij cum perilluſtribus proceribus eiuſdem nominarent cū, qui ſibi videretur ad cathedram vacantem aptiſsimus, iuxta informationem pro ſua maxima prudentia & in ſuā Rempub. egregia caritate: ipſi enim tum viſu, tum auditu & fama, tum teſtimonijs purioribus ſerenius quam inuētus præfata, cuius bona pars ferè ſeſe ignorat, & facile decipitur, norunt, & facilè noſcere poſſunt competentium, & eorum qui competere poſſunt genus, mores, ſcięti am, & in docendo & ſcholaſticos ſolertiam, artem, & facundiam, & conſtantiùs, ac prudentiùs, imo & amantius eligent eum, qui fuerit vtilior. Tum quòd in iure ſeruando & reddendo vnicuíque quod ſuum eſt aſſuetiſsimi ſunt. Tum quod ex animo amant eā vti matrē, quę ferè omnes eos genuit, & diu educauit; quæque ſemper filios, nepotes, & alios cognatos, & amicos eorum gignit, & educat. & conſequenter volent illi tamquam matri ſuæ dilectiſsimæ mittere, vel deſignare Gymnaſtas, qui ei optimè inſeruiant.

Decimumquartum corollarium; peccare illos & quidem, mortiferè qui appetunt, aut gaudent laudari, & qui laudant apud Papam, Regem, & alios Magnates, Eccleſiaſticos & ſæculares, imo etiam alios quoſuis homines de virtute, prudentia, ſcientia, quibus, carent, in finem, vt officia Eccleſiaſtica, vel ſecularia, quibus ſunt indigni ipſis conferantur. Exemplū de illo, quicupit laudari vel laudat ſe, vel alium, quòd eſt egregius Doctor, prædicator, aduocatus, medicus, nauis gubernator, aut dux militaris ſtrenuus, confeſſarius idoneus, pharmacopola, ſcribat, vel alia peritia ornatus in finē, vt ei conferatur aliquod munus, vel officium, quod ſine illo, quod in eo laudatur, non poteſt abſque notabili damno, & periculo animę, corporis, honoris, vel rei familiaris proximi exerceri. Tum quia hoc eſſe peccatum ex concluſione prima prædicta, & ei adiectis neceſſario ſequitur. Quod autem ſit mortiferum probatur: quia omne, quod nos à Dei amore, aut proximi notabiliter ſeparat eſt peccatum mortiferum, vt S. Thomas receptus determinat,[a] & S. Antoninus,[b] pro quibus eſt illud,[c] *Omnis qui non diligit manet in morte,* [d] & qui facit aliquod prædictorum efficit hoc. Tū quia mortiferè peccat, qui vult inferre proximo damnum notabile animæ, ſalutis, honoris, vel pecunię, aut nolendo reſarcire id cùm poſsit, vt S. Thomas receptus ait. [e] Et qui vult falsè laudari aut falsè laudat in finem, vt aliquod Eccleſiaſticū, aut ſæculare officium ipſi conferatur, aliquid horum facit. Tum quia omnia præfata repugnant legi naturali, iuxta illud Perſij, ab omnibus probatum.[f]

Publica lex hominum, naturáque continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inſcitia debilis actus.
Diluis helleborum certo compeſcere puncto,
Neſcius examen vetat hoc natura medendi.
Nauem ſi poſcat ſibi peronatus arator.
6 Luciferi rudis, exclamet Melicerta periſſe,
Frontem de rebus.

Ac ſi clarius ita diceret, lex naturalis & humana prohibēt, nequis artem, quam ignorat, exerceat.[g] Tum quia, omnia præfata ſunt actus ſuperbiæ, ambitionis, præſumptionis, vel vanæ gloriæ, iuxta ea, quę S. Thomas receptus,[h] ſuper hoc peſsimo malorum genere tractat: & actus quatuor præfatorum vitiorum ſunt mortifera peccata, cùm aliquid in damnum notabile cultus diuini, aut boni proximi fit, aut appetitur, iuxta S. Thomæ declarationem communiter receptam in locis prædictis.

18 Tum per rationem, qua D. Antoninus determinat ſupra relatus peccare mortifere illum qui ſuſcipit, aut appetit lauream Minerualem ſiue gradum literatium, abſque ſufficienti ad illum aſſumēdum ſcientia. Ratio enim eius, qua id determinat, eſt, quòd vult laudem, vel approbationem cum bonorum proximi ſui notabili damno, & periculo: eiuſdem enim ſpeciei ſunt velle facere aliquid, quod eſt peccatum, & facere illud, iuxta S. Tho. recep.[i] & & Anton.[k] Tū deniq; faciūt illa multa eiuſdē S. Anton. ſcripta,[l] maximè vniuerſalis illa regula, quā ex multis ſpecialibus deciſionibus infert;[m] eos omnes qui aliqua offi-

a *1. 2. q.72. artic. 5. & melius qu. 77. art. 2. & melius in 2.l. senten. d. 42. q.1. art.4.*
b *3. parte, tit. 17. ca.18.*
c *Ioan.3.*
d *c.omnis. de pœn. dist.1.*
e *In d. di. 42. q.1. art.4.*
f *Saty. 5.*

g *c.non eſt ſine culpa. de regul. iur. lib. 6. cum concord. ibi citatis.*
h *2. 2. q. 130. & duab. ſeq. & 161.*
i *2. 2. q. 72.*
k *3. par. titu. 17. cap. 19.*
l *In q. qua de ambitione & præſumptione tractat 2. part. tit. 3. ca. 9. per totum, & ca. ſeq.*
m *nempe 2. par. tit. 3. c. 6. §. 4.*

a *quodlib. 10. arg. 3. g.*
b *In c. venerabilis. de præbendis.*
c *Eccleſiaſt. 3. relatum in c. ad audientiam. de homicidio.*
d *In ca. ſiquis autem. de pœnit. d. 7. nu. 4. & ſeq.*
e *Eccleſ. 7.*

f *Greg. lib. 7. ep. 110. c. non eſt 1. q. 1.*

g *e. fin. de iur. & l. qui occidit. §. in hac ſ. ad legem Aquil. arg. cap. peccatum. de regul. iur. lib. 6. & l. ab emptione. ff. de pactis.*

h *Num. 4.*

i *c. primum. 22. q. 2.*
k *Num. 3.*
l *Nume. 3.*

Ex quo magiſtralis illa regula colligitur, peccare mortiferè illum, qui ſe ingerit loco, perſonis, aut factis, in quibus ſe peccaturum mortiferè probabiliter credit, vt latius declaramus alibi, [d] ex illo, [e] *Noli quærere eſſe iudex, nisi virtute potens ſis irrumpere iniquitatem, ne fortè extimeſcas faciem potentis.* ac ſi clarius dixiſſet, ne velis eſſe iudex etiā ſi ea, quæ ad hoc ſpectāt ſcias, ſi de te ipſo ſentis, & cognoſcas te nō habiturum animum iudicandi contra id, quod dominis & potentibus placuerit. Tum denique per illud ſingulare S. Gregorij,[f] *Quiſquis ſacerdotium non ad elationis pompam, ſed ad vilitatem adipiſci deſiderat, prius vias ſuas cum eo, quod eſt ſubiturus, onere metiatur, vt ſi eſt impar abſtineat, & ad id cum metu etiam, cui ſe ſufficere exiſtimat, accedat.* Inter voluntatem autē, & appetitum inordinatū accipiendi munera, quibus quis eſt indignus, & aſſumptionē illorū ab vna parte non conſecuto damno, & eadē eo ſecuto eſt illa differentia, quòd eo nō ſecuto nulla imminet reſtituēdi neceſsitas, illo vero ſecuto ſic, & tā approbāti falsè ſuſcipiētē, quā ipſi ſuſcipiēti & ſcięti ſe falsè laudatū, & ob id ſibi collatū munus.[g] 20 Decimumquintum corollariū, non abs re videri cuidā viro eloquētiſsimo implexū, & quadātenus perplexū, & auribus lupū tenere illum, qui verbo vel epiſtola falsè laudatur: nā ſi obticeſcat magis laudari velle videbitur, ſi par pari referat, incidit in illud adagiū. *Mutuo muli ſe ſcalpunt.* ſi ſe reſellat, offendit proximū laudantē imprudētiæ, ſi approbat, offendit Deū: nec tamen ſatis docet præfatus vir, quo ſe modo, abſque peccato ſe expedire queat. nobis autem videtur, quòd huiuſmodi falsè laudatus obligatur in primis, ne ſibi placeat laus falſa quatenus eſt talis, vel adulatio vel mendacium, vel dolus laudantis: aut quatenus eſt cauſa, vel occaſio dandi aliquid alicui quod absq; peccato dari, vel recipi non poteſt, per ſupradicta.[h]

Secundò, quòd etiam obligatur, ne verbo vel alio ſigno ita ſe rem habere, aut verum eſſe oſtendat: nam id eſſet mentiri: & conſequēter peccatum,[i] vt ſupra dictum eſt.[k] Tertio, quod non tenetur falſæ laudi contradicere, ſi probabiliter credit per illam ab aliis creditam nulli damnum iniuſtum illatum iri, iuxta id quod ſupra,[l] de Principe per panegyricum laudato diximus.

Quarto, quòd iuſtè reſpondere poteſt, non refellendo penitus, nec approbando, ſed vrbanè gratias agendo laudanti, ob charitatem, & animi cādorem, quib usque inducitur ad credēdū tāta, & talia de ipſo, quæ tamē ob ſuā nimietatem pro modeſtia, qua eſſe debet acceptate nequit.

Decimum ſextum corollarium, quòd rectè nos reſpondiſſe videmur, non peccaſſe ſaltem mortifere quendam nobilem laicū, qui licèt in vitium carnis ſecretiſsimè lapſus fuiſſet, fama tamen virginitatis clarebat, non contradicendo illi bonæ opinioni de ſe conceptæ, licèt quædam Illuſtriſsima virgo eo nomine incitaretur ad ei nubendū, alioquin minimè illi nuptura: quoniā nihil inde iuſti dāni ſaltem notabilis proueniebat vxori, eo quòd erat corpore ſanus, & firmo propoſito non fallendi fidem ſancto matrimonio debitam.

Maioris tamen quæſtionis eſt de fœmina, quæ fama eſt virgo, & recorrupta, quam quiſpiam vult ducere putans eam eſſe virginem, alioquin nullatenus eam ducturus. Ad quam dicendum videtur primò quòd non tenetur reuelare illum defectum, ſub pœna ſaltem peccati mortiferi, ſi fuerit firmo propoſito debitam fidem ſeruandi marito, & modo ille ex circumſtantiis perſonarū probabiliter credatur talis, qui ſatis æquo animo feret eiuſdem corruptionē, cū eam nouerit, modo fides ei in poſterū ſeruetur, nemini enim ex eo damnū iniuſtū notabile inferri videtur.

Secundo dicendum, quòd fœmina huiusmodi, quæ fama est virgo, & re corrupta, non debet nubere viro, qui probabiliter credatur esse talis, qui adeo iniquo animo talem deceptionem ferret, quòd veritate comperta occideret eam, aut in Indias, vel alias terras longinquas spreto matrimonio abscederet, vix vmquam rediturus (quod aliquos fecisse audiuimus) aut quòd eâ per totâ vitâ durè, asperèq; tractaret, quod alios frequêter fecisse accepimus.

2 Parum tamen nunc putamus referre, an futurus maritus sit purus laicus, an clericus in minoribus constitutus; licèt hoc in loco olim contrarium visum fuerit, iuxta mẽtem cuiusdam opinionis relatæ à quadam glosſa solenni,[a] propter damnum bigamiæ, quæ ex consummatione matrimonij ex corrupta resultat, iuxta dictum celebre cap. si cuius.[b] ea ratione autem nãc cõtra putamus, quòd damnum illud bigamiæ, & amissionis priuilegij clericalis, quę eam incurritur,[c] videtur esse effectus magis extraneus, & remotus, qu àm qui debeat imputari tali fœminæ corruptæ sine reuelatione corruptionis contrahẽti, arg. glos. singularis,[d] quæ habet eũ qui dat causam remotam homicidij, non esse irregularem, sed solũ qui dat propinquã.

Tertio dicendum, quòd si aliqua necessitate huiusmodi fœmina cogeretur nubere tali viro imparienti, deberet eum prius per confessarium, secretissimè monere suam corruptionem, quanta honestate posset eam excusando: quamuis hæc conclusio dura videtur; contrarium tamen ipse non auderem consulere, ob supra dicta.[e]

Decimum septimum corollarium, quòd si falsè quis laudatus aduertit laudem illam creditam iri, & quòd credita in alicuius iniustum damnum verget, debet ei tantum contraire de bita cum prudentia, humanitate, & cautela, quantum ne tale damnum consequatur conuenit, vt supra dictum est.[f]

Ob quod respõdimus, quòd monacha laudata de qualitatibus bonę ostiarię conuenientibus & necessariis, quę sciebat se non esse sufficienti animo ad contradicendum & negandũ id, quod vellent aliquę genere, aut ætate maiores, debebat tantùm de hac reuelare, quantùm ne tale officium illi committeretur, sufficeret. quod ipsum facere debet quis cum sit laudatus pro bono confessario, experto nauis ductore, strenuo duce, aut egregio aduocato, iuxta ea quæ supra diximus.[g]

Decimumoctauum corollarium, quòd huiusmodi falsè laudatus obligatur ad non credendum id, quod de se dicitur, cùm sciat esse falsum. Tum quia contrarium facere species stultitiæ est (licèt, proh dolor, communis) maiorẽ adhibere fidẽ de se aliis, quàm sibi ipsi, & suæ cõscientiæ, contra huius capituli tenorem, & aliorum multorum;[h] & contra sententiam Persij satyrici supra citatam.[i] Tum quia innumera hinc nascuntur mala, in quibus sunt assentatio & adulatio, auctore Plutarcho,[k] qui citat illud Charneadis nobilioribus studiosis, & patribus eorũ notatu dignissimum, nempe diuitum & regum filios nihil rectè, neque bene discere, præterquam equitare, propterea quòd his suadẽt præceptores se scire, quod nesciũt, laudando quidquid dixerint vel fecerint: equus autẽ non intelligens an sessor sit priuatus, an magistratus, diues, aut pauper, precipitat eũ quisquis sit si est ignarus equitandi.

24 Decimumnonum, quòd falsè laudatus de aliqua virtute statui suo necessaria, cuius defectus est occultus, tenetur ad non approbandam; neque reprobandam laudem, quæ ob illam virtutem ei tribuitur. Exemplum de Christiano de fidei firmitate semper seruata, & de monacha de virginitate seruata &, de nupta de fide maritali custodita, laudatis: cum tamen occultè lapsi fuerint, qui laudes illas nec approbare nec reprobare debent exterius, sed tacere; quamuis dolendo interius de laudis falsitate postìnt iustè gaudere, quod credetur habere virtutem statui suo necessariam, quo proximi scandalum vitetur per supradicta[l] quia id non est gaudere de falsa laude, sed de bono, quod illam consequitur, quódque iustè fieri posse supradictum est ad oppositum primum.[m]

Vigesimum corollarium, quòd confessurus rectè sua peccata confessario, debet inter alia recogitare quoties verisimiliter laude falsa gauisus fuerit; aut falsè alios laudauerit cum damno notabili cultus diuini, aut alicuius boni proximi inde secuto, vel probabiliter sequuturo; & dolere iusto dolore cõtritionis, quam venia peccati mortalis requirit. Dixi cum damno notabili, &c. quia nõ esset aliqui mortiferum, nec consequenter necessariò confitendum: quamuis Abulensis,[a] vir alioqui magnæ auctoritatis absolutè diuerit, gaudere de falsa gloria aut laude, esse mortale; quia, vt supra dictum est,[b] & latius infra dicetur, limitãdum est, vt solùm procedat in falsa laude nocẽti, vel probabiliter nocitura, & si nocumentum notabile sequatur non sufficit contritio absque restitutione, iuxta illam regulam iuris. *Non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum.*[c] Vnde infertur incautè, maléque facere multos, præsertim summates verbo vel scripto facilè laudando, & plumis alienis vestiendo aliquos interdum etiam sibi ignotos, de vitiis, actibus, & aliis dotibus, quibus carent, aliquando apud Pontifices & Reges, aliquando apud Respublicas & alios priuatos homines, qui credentes eorum literis conferunt eis beneficia, & alia munera, quibus sunt indigni: quandoque cũ magna cultus diuini Reipublicæ, vel priuatę, iactura, ad quam resarciendam, si ea consequatur, haud dubio tenentur, immodestéque facere illos qui huiusmodi fauores petunt, & grauiter conquerũtur de iis, qui prudẽter & piè nolũt eos concedere, dicentes adeo miser & inhumanus est ille vel ille, quòd etiam solo verbo vel scripto noluit mihi fauere. Quæ profectò magna tentatio est iis, à quibus illi petuntur ad flectendos animos in viam vanitatis, & iniquitatis, à qua nos omnes liberet D.N. IESVS CHRISTVS, cui gloria in sæcula sæculorum Amen.

SECVNDA CONCLVSIO.

SVMMARIVM.

1 *Gaudendum esse falso vituperio nobis illato, intelligẽdo eo modo, quo declaratur.*
1 *Laus interdum nocet, iniuria semper prodest.*
2 *Philippus Macedo iniurijs benefaciebat.*
2 *Ambrosius optauit haberi parum honestus.*
2 *Augustinus, & Anselmus peccata prodiderunt.*
3 *Gaudium ex tribus coniunctis causis nascitur.*
3 *Iniuriæ nobis quare vtiles.*
3 *Superbia delictum maximum, cur primum & vltimum.*
4 *Detractio in bonos cur permittitur à Deo.*
4 *Gaudium est pericula mortis euasisse.*
5 *Fama & laus magna quibus noceat.*
5 *Otium quærendum, negotium cur suscipiendum.*
6 *Peccat mortiferè, licet non sit excommunicatus, qui gaudet de percussione mortifera clerici, etiã sine suo mandato facta.*
6 *Gaudium de peccato, vt differt à gaudio de bono inde nato. & num. 9.*
6 *Bona vt veniant, non facienda mala. & num. 9.*
7 *Contraria de vno eodem respectu non dici. & num. 9.*
7 *De peccato proximi dolendum, & compatiendum.*
7 *Occasio peccandi vt nemini danda. & num. 10.*
7 *Amare plus debet se, quàm alium, at minus alijs nocere. & n. 10.*
8 *Famam negligens quis crudelis. & 10.*
8 *De fama bona & bono nomine vt curandum. & num. 11.*
8 *Famam suam multi Sancti defenderunt, & curæ & num. 11.*
10 *Famam negligere vno de quinque modis peccatum.*
11 *Respondendum, & non respondendum stulto, vt conciliantur.*
12 *Gaudens de peccato ob bonum et iam diuinum, peccat.*
13 *Gaudere potest quis, & tristari simul iustè de vna & eadem re diuerso respectu.*
14 *Mulierem suspectam retinens, vt peccat non peccando.*
14 *Concubinæ qualis excusatio falsa.*
14 *Solus ad solam accessus, vt peccatum.*
14 *Monachus non conuertat malas solus.*
15 *Monachia quales famam tueri debent.*
15 *Fredicator, Doctor, & qui alij famam defendent.*
16 *Infamantes ordines probatos excommunicati.*
16 *Infamantes personas ordinum non excommunicati.*
16 *Iniuria personæ redundans in ordinem non ferenda*
17 *Christus non pertulit omnes iniurias.*
18 *Iniurijs pauci derepente bene respondent.*
18 *Iniuriam ferre, vt iniurius magis infremat, malum.*

1 SEcunda conclusio principalis, quam ex hoc c. colligimus, fuit, debere nos falso vituperio nobis illato

a Matth. c. 6. q. 3.
b Num. 9.
c de regul. iur. lib. 6. c. si res aliena. 14. q. 6.

a cap. si cuius 34. dist.
b 34. dist.
c c. 1. de bigamis. & ea. 1. de cleri. coniug. lib. 6.
d cæ. de cæter. de homicidio.
e corollario. 14.
f in corollario 14.
g in corollario. 14.
h scilicet cap. senti. & c. in mulieri. & ca. custodi. sup. ead. q.
i Num. 10.
k in libr. quo pacto fass. adulat. ab ami. dig. pag. 8. & seq.
l Num. 3.
m Num. 3.

gaudere. Quæ cõfirmatur illo eiusdẽ. D. Greg.[a] *Quę cõscientis defidit, liber est inter accusationes, & liber vel sine accusatione esse non potest, si sola quæ interius* x *addicite conscientia accusat.* cui cõsonat & illud S. Aug.[b] *Sẽti de Augustino quidquid libet, sola me in oculis Dei conscientia nõ accusẽt.* & illo cuiusdã recẽtiorum cum primis eloquentis, *vt fere numquam non nocet laudator; ita semper prodest reprehensor: etenim si verè reprehendit, discedo doctior; si falsò, tamen acuor, stimulor, expergefio, reddor attentior, cautiorq;, animor ad defensionem veri. Si quidem non minus acre calcar, habet gloriæ cupiditas, quàm ignominiæ metus.* Corroboratur etiam illo Euangelij,[c] *Cum maledixerint vobis homines mentientes propter me, gaudete, & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* Huius rei testes fuerunt Apostoli attestante sic Luca,[d] *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Cõcilij: quoniam digni fuerunt pro nomine Iesu cõtumeliã pati.*

2 Eiusdem quoque rei exemplo fuit Philippus Macedonum Rex, qui ab Athenien sibus iniurijs lacessitus, pro iniurijs beneficia rependebat. Eiusdem quoque exemplo fuit Pericles, qui grauissimè verbis ab alio lassus, tacuit, & in portam quandam se abdidit; vbi mansit vsque ad vesperam, quando iam ei necesse fuit domum adire; ad quam vsque iniurijs infectatus eum est conuiciator, iamque eã ingressus. quoniam nox erat, dixit puero accende facẽ, & commitare hunc hominem vsque ad ædes suas. Et multi sancti Patres, quorum res gestæ narrantur in eo libro, qui in vitas patrum inscribitur, factas sibi, vt refert S. Tho.[e] iniurias alacri animo tulerunt. facit quod aliqui viri non minus sancti, quàm eruditi optarunt, vt malè de illis diceretur; & aliis de se ipsis abiectè locuti fuerũt D. Ambrosius, vt legitur in eius vita relata à S. Antonino,[f] optauit publicari, & haberi pro parum casto. B. Augustinus peccata sua in libris confessionum publicè confessus fuit, & specialiter in secundo libro, vbi se iuuenem in carnis vitium lapsum fuisse confitetur. Et S. Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis lamentatus fuit in suis libris in deploratione virginitatis amissę, de sua virginitate amissa, in hęc verba, *O virginitas iã nõ dilecta mea, sed perdita mea, iã nõ iucunda mea, sed desperatio mea, quò deueneristi: in quã fœtido, in quã amaro cœno vitæ meæ dereliquisti?* hæc ille. Et hæc quidẽ, quæ quotidiana est conclusio, nõ solum auctorum elogiis & exemplis, sed etiam rationibus efficacibus fulcitur.

3 Prima, quòd ex tribus coniunctis causis nascitur alicui gaudium; scilicet quòd cognoscat aliquid esse sibi bonum: & quòd illud sit adeptus, & sciat se illud adeptum esse, vt inquit Aristoteles[g] & declarauit S. Thom.[h] & certum est, quòd iniuriæ, & detractiones, quæ nobis falsò iniiciuntur, sunt nobis vtiles: vtile enim nobis est carere superbia, quam diuinus ille Psaltes[i] delictum maximum vocat secundum S. Augustinum, qui super eisdem verbis ait, *vere mundus est, qui hoc delicto caret: quia hoc est vltimum redeuntibus ad Deum, quod recedentibus primum fuit.* quo in loco Thomas à Vio[k] addit, hoc esse vltimum vitium, à quo serius Dei mundatur, si tamẽ vmquam perfectè mundatur: & falsæ iniuriæ, & detractiones ad id nobis conferũt, vt non minus ornatè, quàm eruditè testatur D. Gregor. relatus à nostro Gratiano.[l]

4 *Sunt*, inquit, *plurimi, qui vitam bonorum fortasse ampliùs, quàm debent laudant; & ne qua elatio de laude surrepat, permittit Omnipotens Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prorumpere, vt si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur ab ore vituperantium suffocetur.*

Secunda ratio, qua præfata conclusio fulcitur, est quòd gaudere debet is, qui meminit se in magnis periculis versatum non periisse, iuxta illud Aenei. apud Virgilium[m] *Hæc olim meminisse iuuabit.* & illud Ciceronis[n] *Suauis est memoria laborum præteritorum.* At homines qui quædam vasa fictilia sumus, & versamur inter tot vitiorũ saxa, quæ vafer hostis Diabolus, mundus, & caro tamquam offendicula ad pedes nostros voluunt, vt D. Petrus[o] ibi ait, *Diabolus tamquam leo circuit quærens quem deuoret, &c.* & D. Ioannes[p] ibi. *Omne quod est in mundo, &c.* ac alij Sũmi Pontifices,[q] tradiderunt, audentes dicere, quod incidimus in talia vitia, & considerantes quod fuimus in periculo cadẽdi, & nõ cecidimus, iure optimo gaudere possumus, quẽadmodũ, qui somniat mala sibi accidisse, & excitatus se videt liberũ ab eis, & ægrot[r], qui morti adeo proximus fuit, vt iã fuisset cõclamat[s], morbo leuat[t] lętatur, & immortales gratias deo agit, eo q; cũ à tãto periculo liberauit.

5 Tertia ratio, qua præfata conclusio fundatur, est quòd plerisque obest magna laus & fama vitæ, & eruditionis, iuxta quoddam elogium Christianum Ethnici Galeni,[a] in quod, aliud quęrẽs, casu incidi, & satis miratus fui Ethnicum hominem tam orthodoxè locutum, cùm multi orthodoxi saltem factis contrariũ significemus, eius verba, vt de Græco conuertit doctissimus Linacer, sunt hęc. *Multitudinis Laus commodum ad vsus nonnullos instrumentum: viuentibus aliquando est; mortuis certè nihil prodest, sicut nec viuentibus quibusdam: nã qui viuere in tranquillo optarunt, ac fructũ ex philosophia cœperunt; & iis qui corpori sufficiunt sunt contenti, his vtique impedimento non parua est apud vulgus fama, quæ hos à rebus pulcherrimis plus iusto transuersos auferat.* & paulo post. *Ego verò haud scio, qua ratione ab ipsa vsq; adolescẽtia mirificè, siue inspirat[u] siue furore percitus, siue quodcũq; dixisse libet, & vulgi famã contẽpsi, & veritatis scientiaq; studio flagraui, nullã esse hominibus honestiorem, nec diuitiorem possessionem ratus.* hæc ille. cui egregiè consentit illud S. Augustini,[b] *Otium sanctum quærit caritas veritatis: negotium iustum suscipit necessitas caritatis* & illud Euangelicum,[c] *Beati pauperes spiritu*, & illud Psalmi.* *Beatus vir qui in lege domini meditatur die ac nocte.*

Octo opposita conclusioni.

6 COntra tamẽ præfatã cõclusionẽ opponũtur octo. Primũ, quòd cõsęsus in peccatũ, est peccatũ, & tale, quale est peccatũ in quod cõsentitur, iuxta Cõciliũ Agathense,[d] & Laodicẽse,[e] & illud Caietani: f quod antea tenuit S. Thomas, g scilicet, eum qui interest iocis, & spectaculis libidinosis & crudelibus, & de illis malis delectatur, peccare mortiferè. Per quæ nos Salmanticæ, dum Decretum prælegeremus, [h]renuimus contra opinionem Ioannis Andreæ, Dominici, & Franci, eum qui gaudet de iniusta percussione, vel occisione alicuius clerici ab alio facta sine mandato eius, & alio nomine quàm suo, licèt non incurrat excommunicationem, neque irregularitatẽ, peccare tamen: venialiter quidem: si percussio fuit venialis, & mortiferè si percussio fuit mortifera: quamuis patres illi vtroque casu sentiant eum peccare tantùm venialiter. At iniurians peccat. Ergo non debet quis consentire in iniuriam: & qui gaudet de iniuria consentit in eã: ergo non debet, nec iustè potest de illa gaudere.

Secundum, quòd non licet facere mala, vt inde eueniãt bona, vt Apostolus,[i] ait non enim licet furari, vt pauperi elargiamur,[k] neque fœnerari, vt captiuos redimamus,[l] ergo non est consentiendum in peccatum, & minus gaudendum de illo, quod est malum, propter bona, quæ ex eo sequuntur.

Tertium, quod duo contraria non dicuntur de eodẽ,[m] secundum Philosophos. At dolor, & gaudium sunt contraria, ergo non possunt haberi de eodem. at dolendum est de peccato proximi secundum S. Augustinum,[n] & Leonem,[o] & secundum illud dulcis Bernardi dulce dictum,[p] *Peccanti homini homo peccator quasi quemdam suauissimi odoris balsami rorem sudans pium exhibeat compassionis affectum.* & secundum Gratianum,[q] *Descensus Redemptoris* D. N. *Iesu Christi de monte ad planum, & ex alto ad ima notat iustos debere se demittere per compassionis affectum, iuxta Apostolum*[r] *dicentem. Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Ergo non potest quis gaudere de iniuria sibi facta, cum sit peccatum proximi, de quo debet dolere.

Quartum, quòd nulli debemus dare occasionẽ saltem proximum peccandi,[s] nam secundum leges tam Pontificias, [t]quàm Cæsareas, [v] qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, at qui patitur famam suam per detractionem lædi, occasionem peccandi detractori dare videtur.

Quintum, quòd vnusquisque tenetur magis diligere seipsum, quàm proximum,[x] & omnes debemus obuiare, vt nemo coram nobis famam proximi, neque præsentis neque absentis lędat,[y] quod secundum aliquos voluit Salomon[z] illis verbis. *Qui imponit stulto silentium, iras mitigat.* & illis, *respõde stulto iuxta stultitiã suã, ne sibi sapiẽs videatur.*

Sextum, quòd Salomon ait[a] vnicuique mandauit

Deus

a Greg. lib. 8. epistol. 14. capit. in cœtus. sup. ea. q. * Audi.
b Aug. li. 10. Confess. Matthæi. c. 1. c. 3. & ead. q.
c Matth. 5. c. quod Christus. 23. q. 4.
d Actor. 4.
e qualib. 10. art. 13.
f in 2. par. tit. 10. cap. 8. in princip.
g In Rhetori. & 7. Ethic. h 1. 2. q. 32. art. 1.
i Psalm. 18.
k super psalmo decimoctauo.
l Greg. lib. 9. epist. 39. ca. sunt plurimi. 6. q. 1.
m Aeneid. 1.
n lib. 2. de finib.
o 1. cap. 5. p 1. Cap. 2. q Greg. li. 7. epist. 33. & Ioan. scribens Isaac ex Syracusc. quia sanctitas. 50. dist. ca. visis. 16. qu. 2.

a l. 7. de Methodo curandi in princ.
b Aug. li. 10. de ciu. Dei c. 10. c. otij epist. copetum. 8. quæst. 1.
c Matt. 5.
* Psal. 1.
d Con. Apa. c. 30. ca. prestbyteri. 34. dist. sinnet.
e Cõcil. Laodicen. ca. 54. c non oportet 2. de consecrat. dist. 5.
f in summa. q. 2. 2. a. 167. ar. 2. ad 2.
h in c. cum ex eo de sententia excõic. lib. 6.
i ad Rom. 3.
k e forte. 14. quæst. 5.
l ca. super eo. de furtis.
m l. vbi repugnantia ff. de regul. iur.
n Aug. in ser. 94. & 109. de tẽpo.
o c. duo ista. 23. q. 4. Leo. ep. 90. seu. 92. ca. adhic. 86. d.
p Serm. 44. super cant. qui incipit Bonum.
q ca plerumque. 2. q. 7. § ita.
r 2. ad Corinth. 11.
s l. conueniri. ff. de pact. dot. c. ex parte de consuetud. cap. ille. cap. qui exigit. 22. q. 5.
t ca. fi. de iniur.
v l. qui occidit. ff. ad legem Aquil.
x c. si non licet. 23. q. 5. l. præses. C. de seruit. & aqua.
y c. non solũ. sup. ead.
z ca. 26. Prouerb.
a Ecclesiast. ca. 17.

Deus de proximo suo, ideſt ſecundum gloſſam vt proſit verbo & exemplo. quod non videtur poſſe facere gaudẽdo de infamia, & non defendendo famam; cui vehementer aſſentitur magnus ille Auguſtinus [a] in hæc verba; *Duæ res ſunt conſcientia & fama; conſcientia neceſſaria eſt ſibi, fama proximo ſuo, qui conſidens conſcientiæ negligit famam crudelis eſt.* hæc ille. At conſtat crudelitatem eſſe peccatum, vt probat S. Thomas, igitur peccat qui peccato gaudet.

Septimum, quòd Salomon [b] expreſſe hic præcipit. *Curam habe de bono nomine.*

Octauum, quòd Dominus ac redemptor noſter non fuit gauiſus, nec conſenſit appellari dæmoniacus [c] neque quòd in Beelzebub principe Dæmoniorum eiiceret dæmonia [d] & quòd D. Paulus [e] defẽdit ſuam famã: & [f] ſic eã auget. *Si amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in deſtructionẽ veſtram, non erubeſcam.* Et alio loco, [g] revelat magna quædã arcana, vt eum habent pro tanto Dei nuncio, quatenus erat: & quòd B. Hieronymus & alij plerique ſancti, & Illuſtres viri ſcripſerunt Apologias & defenſiones eorum, quæ dixerunt, & fecerunt; ob quas tamen non reprehenduntur, imo laudantur. ergo nõ debemus gaudere de vituperio & infamia.

Confutatio oppoſitorum.

9 AD primum horum oppoſitorum reſpondetur, quod noluit hic dicere Beatus Gregorius vt gauderemus de iniuria ipſa, quatenus peccatũ eſt: ſed de bono, quod ex ea naſcitur ob rationes, quibus ſupra concluſio fundata fuit.

Ad ſecundum, quòd non dicimus licere gaudere de peccato propter bonum, quod ex eo ſequitur, ſed licere gaudere de bono, quod ſequitur, dolendo vel certè non gaudendo de peccato, quatenus eſt peccatum; vt gaudere iuſtè poterat Berſabeę, quòd haberet filium Salomonem, dolendo, vel certè nõ gaudendo de adulterio, ex quo fuit ille natus, [h] ſimiliter nos gaudemus de contritione, quæ naſcitur nobis de peccati memoria, non gaudendo, imo dolendo de peccato, [i] vt ſupra in ſimili diximus etiam [k] reſpondendo ad primum oppoſitum, non licere gaudere de falſa laude, neque de iniuſto duello ſpectato, audito, aut lecto quatenus ſunt peccata ob bonum, quod inde naſcitur, ſed quòd dolẽtes vel certè nõ gaudẽtes de illis, poſſumus gaudere de bonis inde ſecutis, puta de cognitione hiſtorię, & artis dicendi, vel ſcribendi, vel de honoribus, & muneribus, quę ob ea nobis, vel aliis obuenerunt; & de oſtenſione induſtriæ, dexteritatis, & roboris, quæ ad multa eſt vtilis.

* Ex quo ſunt ille natus. *Fallitur D. Nauarrus, Salomonẽ ex adulterio Bethſabee natum hoc loco ſcribens. Nam filius eius ex adulterio ipſius & Dauidis natus, percuſſus à Domino mortuus eſt, vt habetur 2. Reg. 12. verſ 15. 16. & 18. Salomõ autẽ natus eſt Bethſabee iam vxore vltima exiſtente, vnde Scriptura ibidem ait*, & conſolatus eſt Dauid Bethſabee vxorem ſuã, ingreſſúsque ad eam dormiuit cum ea, quæ genuit filium, & vocauit eum Salomon.

Ad tertium concedimus, quòd duo, quæ ſunt vere cõtraria non poſſunt verè vno & eodem reſpectu, & vno & eodem tempore, de vno dici, ſed negamus, quòd dolere de peccato, eo quod eſt malum, & gaudere de bono, quod ex peccato ſequitur, ſint contratia de eadem re: cùm aliud ſit peccatum, & aliud quod ex eo ſequitur: aliud enim eſt fornicatio, & aliud filius ex ea natus, vt palam eſt.

Ad quartum reſpondetur negando, quod qui modeſtè paritur famam ſuam per detractionem lædi præbeat occaſionem, ſaltem proximam peccandi. quoniam non maiorem præbet occaſionem, quàm qui non repetit à fure rem ſibi furto ſublatam: quem palam eſt iuſtè id poſſe facere.

Ad quintum reſpondetur, vnumquemque magis obligatum eſſe ſibi, quàm alteri: negando tamen, quòd ex hoc ſequatur, non poſſe quem plus præiudicare ſibi, quàm alij. etenim poteſt quis iuſtè conſentire, vt alius capiat aut retineat decem aureos ſuos, [l] non tamen poteſt iuſtè conſentire, vt alius retineat totidem inuito alio eorum domino: ſic etiam poteſt quis regulariter conſentire, ne ſibi fama reſtituatur; non tamen quòd proximo id iuſtè petenti non reſtituatur.

10 Ad ſextum reſpondetur, illa duo dicta Salomonis & D. Auguſtini, *Crudelis eſt qui negligit famam.* poſſe intelligi de illo, qui negligit eam aliquo de quinque caſibus. Primo faciendo opera in ſe bona ſpeciem mali habentia, proximõſque ſcandalizantia. quod eſt peccatum, & quædam erga proximi animam crudelitas, iuxta illud S. Gregorij, [a] *Coram cæco offendiculum ponere eſt diſcretam quidem rem agere; quæ tamen ei, qui lumen diſcretionis non habet, ſcandali occaſionem præbet.* cui ſatis conuenit contextus c. noſtri [b] Secundo, cùm gerendo perſonam publicam ita negligit famam, vt adimat ſibi auctoritatem proficiendi aliis; & impediat fructum bonorum operum, quẽ cum illa facere poterat. is enim etiam peccat iuxta eundem S. Gregorium in eadem epiſtola, ex qua hoc caput depromptũ eſt. *Hi quorum*, inquit, *vita in exemplo imitationis eſt poſita, debent ſi poſſunt, detrahẽtium ſibi verba compeſcere.* & paulo poſt, *Linguas detrahentium oportet aliquando compeſcere, ne dum de nobis mala diſſeminant, eorum, qui nos audire ad bona poterant, cordis innocentia corrumpatur.* hæc ille.

11 Tertio modo, videcs ſe infamari intelligensque probabiliter infamantem emendatum iri, ſi ei reſponderet priuatim, vel publicè eo tempore, quo eum infamat, vel poſtea tempore oportuno negligit reſpondere: nã is peccat, eo quòd non adimplet præceptum illud Sapientis. *Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens videatur.* in quo præcepto verba illa, *iuxta ſtultitiam ſuam*, ſignificant ſimilitudinem malitiæ, & non medicinæ, id eſt reſpondeas, vt oportet ad ſanandum eius peccatum; & vt intelligat eſſe ſtultitiam id, quod ſibi videtur ſapientia: neque aduerſatur huic reſponſioni illud eiuſdem. *Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ei ſimilis efficiaris.* quia verba illa, iuxta ſtultitiam ſuam, in hoc præcepto ſignificant ſimilitudinem, non in medicina, ſed in malitia, id eſt non reſpondeas ſtultè vel immodeſtè, vt fuit alter locutus reſpõdẽdo illi malo modo; ſicuti etiam ille malo modo locutus eſt. Quarto modo, famam negligendo cauſa vlciſcendi ſe, vt conuiciator videns eum nihil de infamia curare, magis iraſcatur & fremat: quoniam is etiã, vt ſentit S. Thomas [c] peccat, contra illud Pauli [d] *Non vos vlciſcentes.* vel vt alia tranſlatio habet. *Non vos defendentes.* & contra illud [e] *Mihi vindictam.* Quę quidem duo dicta Gratianus noſter ad pulchrũ propoſitum in hunc librum tranſtulit. [f] Quinto, negligendo vbi, & inter eos qui eum imitarentur, ſi crederent illum eſſe virum bonum. in quo modo præfatã auctoritatem intelligunt Gratianus, & gloſſę huius libri. [g] qui quidem intelligendi modus, ſi rectè expendatur, partim reducitur ad primum, partim ad ſecundum, partim ad tertium. Quapropter ad argumentum in forma concedimus, quòd præfata duo dicta Salomonis & Sancti Auguſtini habent locum in eo, qui negligit famã aliquo modo de prædictis quinque modis, nõ autem in aliis qui bono modo, & fine, opportunóq; loco, & tẽpore, abſque aliorũ ſcandalo negligit reſpondere, vel tueri ſuam famam.

Ad ſeptimum reſpondetur eodem fere modo, quo ad ſextum; ſcilicet, quòd per illud præceptũ Salomonis. *Curã habe de bono nomine.* præcipitur nobis habere hanc curã, ne vllo modo de quinque proximè dictis nomẽ noſtrum, vel famam negligamus, & quòd ſeruemus atque augeamus illam aliis modis in bonos & aptos fines directis, quorum vnus eſt quotidianus, nempe, vt per eam tuitam & auctam eueniant nobis, vel noſtris aliquta bona temporaria, de quibus honeſtè viuamus: & alius viliſſimus, quo ſæpè vſi fuimus, vt eo cõſtantius quis in bonis operibus perſeueret, quo magis eũ quã alios ad id bona fama obligat, quodq; magis quã alij peccaret ſi ei cõtraueniret.

Ad octauum reſpondetur, concedendo quòd Chriſtus, Paulus, Hieronymus, & alij qui honeſtas apologias ſcripſerunt non fuerunt gauiſi de infamia, ſiue de actu infamãdi, quatenus erat malus, neque de malo, quod inde ſequebatur, quod non eſt contra concluſionem noſtram modo ſupra dicto declaratam: negando tamẽ, quòd eorum exẽpla probent, quòd ipſi non fuerint gauiſi de aliquo bono, ſi quod ex illa infamia fuiſſet conſequutum, de quo poſſent infamatum gaudere noſtra concluſio habet.

a *ca. nolo. 12. q. 1. & c. non ſunt audiẽdi. infra eod. q.*
b *Eccleſiaſt. c. 41.*
c *Ioan. 8.*
d *Matth. 12.*
e *1. ad Cor. 9.* f *2. ad Cor. 10.*
g *ſcilicet 2. ad Cor. 12.*
h *2. Reg. ca. 1.*
i *cap. 1. §. deflent. de pœn. diſt. 5.*
k *concluſ. 1.*
l *l. inſeq; omnes, §. recte. ff. de furtis.*
a *Greg. in paſtor. 3. par. ca. 1. admon. 36.*
b *in verſ. vocandi.*
lib. 8. ep. 45.
Prouer. 26.
Ibidem.
c *2. 2. q. 71. ar. 3. ad 3.*
d *ad Rom. 12.*
e *Deuteron. ca. 32.*
f *23. q. 1. §. 1. in cap. ſenti. ſup. ead. q.*

Corollaria huius concluſionis.

12 PRimum corollarij, ex ſupradictis omnibus ſit illa cõcluſio vitæ Chriſtianæ agendę perutilis: ſcilicet quòd non ſolùm peccat, qui de peccato gaudet quatenus eſt tale, aut quia fuit inde ſecutum aliquod malum peccatori, & proximo, qui ſunt diabolici reſpectus: ſed etiam qui gaudet de peccato ob aliquod bonum, vel honorem etiam iuſtum inde ſibi, proximo, imo & Deo ſecutum: & conſequenter peccare illum, qui cogitando, audiendo, & legendo ſe, aut alium in duello, vel aliquo alio certamine iniuſto aliquem ſuperaſſe gaudet: & quòd inde laudem vel aliqua munera, vel honores quæſierit. Item qui gaudet aliquem iniuſtè fuiſſe occiſum, eo quòd illius beneficium ſibi collatum fuit. Et quæ gaudet fuiſſe concubinã, alicuius Principis, eo quod eſt mater filiorum eius. Et qui gaudet ſe fuiſſe mediatorem adulterij, vel ſtupri, vel occidiſſe aliquem propter bona inde quęſita, & id genus alios. Veruntamen nõ peccare illum, qui deteſtando, aut certè non conſentiendo præfatis modis malis acquirẽdi, gaudet de acquiſitis.

Secundum corollarium, quòd licèt de vna & eadem re, quæ non eſt peccatum, poſſit quis iuſtè gaudere & dolere diuerſo reſpectu: piè namque diſcipuli B. Martini flebant, quòd relinqueret eos ſua preſentia priuatos: & piè gaudebant, eo quòd ad gloriam ſempiternam tranſiſſet. Et quotidie dolemus de paſſionibus Martyrum, eo quòd fuerunt iniuſtè illatæ, & gaudemus de eiſdem, eo quòd per eas coronas martyrij fuerunt adepti. Et iuſtè gaudemus de cognatis & amicis ad honorifica munera euectis, propter honorem & commoda, quæ aſſequuntur, & dolemus, propter maximos labores, quos in fugẽdo eis oportebit illos pati.

14 Tertium, quòd licèt quis gaudere poſſit de filio habito per fornicationem, non tamen de fornicatione, neq; de conuictu etiam caſto cum matre illius. quia inordinatè & malè ſuam negligit famam, per reſponſum ad ſextũ oppoſitum, & propter ſcandalum populi, [a] & eadem ratione licet poſſit quis gaudere de bonis colloquiis, & caſtis fœminæ, non tamen de conſuetudine habendi ea ſecreta in loco ſuſpecto ſolitariè, [b] nec eadem ratione debet quis adire ſolus fornicarias prętextu conuertendi eas, ob periculum ſuę peruerſionis. iuxta illud. [c] *Qui amat periculum peribit in illo.* & ob periculum ſuæ infamiæ. [d]

15 Quartum, quòd peccant Concionatores, Doctores, & Prelati, imo & quiuis alij, qui modeſtè non reſpondent iniurijs, & detractionibus quæ probabiliter videtur fructũ ſuarũ concionum, prælectionumq; impediturę: quãuis illatas ob regiminũ, & quarũuis aliarum virtutum actiones, ſicut & quęuis alię perſonę priuatę, quarum infamia non nocet aliis, nec ſibi quo ad animę, corporis ve ſalutẽ, ſanctè poſſint eas diſſimulare, per dicta in oppoſito ſexto, & ex reſpõſo ad illud. Dixi *non nocent aliis*: quia ſi redundarent in detrimentũ, & infamiam aſiorum, puta ſui ordinis, ſtatus, vel famę alicuius alius perſonę publicę, aut priuatę, deberent pro ſua innocentia reſpondere, veluti ſi eos, vel eas vocarent fornicarias, aut perſonas mali ſtatus, aut Religionis improbatæ, aut nationis, vel gentis crudelitate, vel alia infamia notatæ.

16 Quinimo eſt ſancitum (quod nonnulli parũ curant) vt qui ſcripſerint famoſum carmen, vel libellum contra ordinem illorum prędcellentium Patriarcharum S. Dominici, & Franciſci ipſo facto ſint excõmunicati, [e] quod ipſũ dicendum eſt de iis, qui affirmãt ſtatum ipſum non eſſe ſtatum perfectum, aut non licere ipſis de eleemoſynis vitam ſuſtentare, declarante id B. Antonino, [f] aduertendum tamen, quòd præfata excommunicatio non comprehẽdit infamãtes perſonas prędictorum ordinũ: ſed tantùm infamantes ipſorũ ordinẽ, vel ſtatum, & religionem. quod etiam aduerterat Caiet. [g] cui tamen addendũ eſt, [h] ad incurrendum prędictã excom. non ſufficeret infamare prædictos ordines indirectè, ita quòd ex infamatione perſonarum reſultaret infamia ordinum: ſed oportet, vt ipſos ordines principaliter infamet, actus enim ex principali fine recipiunt ſpeciem, & iudicantur, & non à ſecũdario, neque accidentali. [h]

17 Quintũ, quòd ex his colligitur ratio quæſt. quã angelicus Doct. [a] reſoluit, ſcilicet quare Dominus ac redẽptor noſter diſſimulauit ſe vocari à Phariſæis voracẽ & potatorem vini, [b] & dici ei à Diabolo, *mitte te deorſum*, [c] nõ tamẽ diſſimulauit dici à Phariſęis dſe in Beelzebub eiiicere Dæmonia, neque vocari dæmoniacũ, neq; Diabolo, vt ei diceret *hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me*: imò ſtatim eũ reiecit. Eſt enim ratio, quod hæ duæ poſteriores iniuriæ tangebant ineffabilem diuinitatem, priores verò reuerendiſſimã humanitatem, ſuper quibus verbis Ioannes Chryſoſtomus in hunc modum hortatur dicens. *Illius diſcamus exẽplo noſtras quidem iniurias magnanimiter ſuſtinere, Dei autem iniurias neque vſque ad aduentum ſufferre: quoniam in propriis iniurijs eſſe quemlibet patientem laudabile eſt: iniurias autem Dei diſſimulare nimis impium eſt.*

18 Sextum Corollarium, paucos eſſe, ſic vt cõuenit, qui impleãt illud ſapientis ſupra citatum & expoſitũ: *Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam.* pauci enim ſunt qui derepente modo debito, & principaliter propter finem debitum, & vt profint iniurianti, reſpondeant iniuriis ſibi factis, aut dictis, vt experiẽtia, quæ rerũ magiſtra eſt, abũdè docet. [e]

Septimum, errare multos, qui putant ſuadendum eſſe iniuriam paſsis, vt eam diſſimulent vel contemnant, vt quanto plus illi ſiluerint, tantò magis iniurius & conuiciator iraſcatur & fremat, & laudant plurimum eos, qui ob id tacuerunt: quã pèr ſupradicta ad ſextum oppoſitũ conſtat id eſſe peccatum, & ſuadere peccatum eſt peccatum, vt paulo ſuperiùs dictum eſt. Vnde conſequitur non fuiſſe laudabilem conſuetudinem cuiuſdam nobilis viri planè boni à multis laudatam, qui quando vxor & filia prudentes quidem fœminę eum iuſtè obiurgabant interdum diſſimulabat, & contemnebat illarum obiurgationem, interdum verò dicebat eis abſque vlla ira, *ſcitis aliud quod obiiciatis?* ſciens eas id acerbè moleſtęque laturas.

TERTIA CONCLVSIO.

SVMMARIVM.

1 Laudem conſcientiæ noſtræ ſufficere ſic intelligitur. & nu. 3.
2 Gratiam ſe habere nemo nouit, niſi reuelatione.
3 Indefinita non ſemper æquipollet vniuerſali.
4 Pœna indignè veniens vt dolenda.
4 Socrates iratus vxori dolenti, quòd ſine culpa damnabatur quid dixerit.

TErtia Concluſio, quam ex hoc capite deſumpſimus, eſt, ſufficere nobis laudem conſcientiæ noſtræ, quę colligitur ex illis verbis. *Quid ſi nos omnes laudent & conſcientia nos accuſet? aut quæ debet eſſe triſtitia, ſi omnes accuſent, & ſola conſcientia liberos nos eſſe demonſtrat? habemus Paulum dicentem, Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Cui concluſioni cõſentaneũ eſt illud ſobi, [f] *Nõ me reprehendit cor meũ in omni vitæ meæ.* & illud Ioan. [g] *Si cor noſtrum non reprehendit nos fiduciã habeamus ad Dominum.* & illud Pauli, [h] *Ipſe enim ſpiritus teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei.* & illud Aug. [i] *Sẽti de Auguſtino quidquid lubet, ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet.* & illud Menandri. [k] *Mortalibus omnibus conſcientiæ Deus.*

Oppoſita concluſioni.

2 COntra tamen hanc concluſionem facit illud B. Pauli, [l] *Non qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat* per: quod ibid. S. Bernardus ſupra relatus, [m] ſic inquit, *Nobis non ſufficit teſtimonium conſcientiæ noſtræ*, Vrget & illud Apoſt. [n] *Nihil mihi conſcius ſum: ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum.* & illud Iobi. [o] *Et ſi ſimplex fuero, hoc neſcit anima mea.* Et illud ſapientis. [p] *Nemo ſit an odio vel amore dignus ſit.* & illa S. Thom. 9 & S. Antonini, [r] & aliorum communis concluſio, *Neminẽ ſcire poſſe ſe gratiam Dei gratum facientem habere, niſi ei ſpecialiter reuelatum fuerit.* quod eſſe de fide lõgè poſt hęc ſcripta declarauit S. Cõc. Trid. [s] igitur neq; anima noſtra, neq; cõſequẽter cõſcientia noſtra id ſcire põt. Huc accedit, quòd multa nobis ineſſe noſtra cõſciẽtia nouit, quorũ contrariũ iudicat Eccleſia: conſcientia enim eius, qui ſine vero

a *arg. c. nihil. de præſcript.*
b *arg. c. legitur quodlib. 81. diſt.*
c *Eccleſ. 3.*
d *arg. c. cum omnibus. & ca. volumus. 81. diſt.*
e *Caiet. in ſumma caſu. 81.*
f *par. 3. titu. 24. ca. 7.*
g *in ſum. verb. excom. caſ. 81. ſub fin.*
h *l. ſi quis nec cauſ. ff. de re. credit. cum multis ibi à Iaſo. allatis. & l. cum aurum. §. fin. ff. de auro & argẽto leg. c. cum voluntate. de ſenten. excom.*
a *in quo. 5. art. 26.*
b *Matth. 11.*
c *Matth. 4.*
d *Matth. 12.*
Ioan. 8. Matth. 4.
Prouer. 26.
e cap. quam ſit. de elect. li. 6.
2. *Cor. 1.*
f *Iob cap. 27.*
g *Ioan. 3.*
h *ad Rom. 8.*
i *Lib. 2. contra Secundin. c. ſenti. ead. quæſt.*
k *Manich. ca. 1.*
l *2. ad Cor. 10.*
m *Ber. in ſer. de hoc verb. Apoſt. concluſ. 1. nu. 3.*
n *1. ad Cor. 4.*
o *c. 9. vela. in c. fin. de iurg. canon. & in ca. ſi enim. de pœnit. diſt. 1.*
p *Eccleſ. 9.*
q *1. 2. q. 112. art 5. & lib. 1. ſenten. diſt. 16. q. 1. art. 1. ad c. & in 4. diſt. 21. q. 2. art. 2. ad 4.*
r *4. par. ti. 9. ca. 4. §. 4.*
s *can. 10. ſeſſ. 6.*

consensu contrahendi matrimoniū,verba in id apta proferr,eiúsque qui sine maritali affectu sponsam de futuro carnaliter non cognouit,non esse eius maritū nouit,[a] cuius contrarium,iudicat Ecclesia:& Susannæ, [b] parū profuisset verum testimonium conscientiæ suæ , nisi ipsius sapientis Danielis examinatio eam iuuasset.

a c.i.qui. & c.tua.de spōs.
b Daniel.13.

Confutatio oppositorum.

3 SEd non obstantibus his,vera est conclusio,& ad ea omnia simul respondetur , concedendo quidé nobis testimonium conscientiæ nostrę non sufficere quo ad omnia, quod probant illa: negando tamen hoc esse contrariū conclusioni nostræ , quæ non habet testimonium conscientiæ nostræ sufficere ad omnia,sed indefinitè sufficere.ad cuius veritatē sufficit , quòd ad aliqua sufficiat, iuxta glossam memorabilem , [c] & ita licèt non sufficiat ad sciendum nos habere gratiam Dei gratum facientem , neque ad sciendum nos liberos esse à peccato mortifero , neque ad liberandum , vel condemnandum nos vel alios in foro exteriori,neq; ad hoc vt princeps,vel alius Magistratus ecclesiasticus , vel secularis nobis conferat, vel adimat aliquod munus vel beneficiū Ecclesiasticum,aut seculare, [d] licèt ité in foro exteriori plus prosit testimonium alienum,quàm nostrum,& plus extraneū quàm familiare:sufficit tamen ad sciendum nos admississe vel non admisisse illa vel illa peccata mente,verbo, vel opere & ad credēdū probabiliter opera nostra esse Deo grata, & nos esse à mortifero peccato liberos,iuxta vtrūque Tho. & Anto. [e] addentes alia indicia & argumenta ad id coniiciendum. sufficit etiam ad consolandum nos in tribulationibus nostris,de quo effectu B. Paulus in hoc c.relatus agit,dum testimonio conscientiæ suæ se consolatur , dictantis ob suam culpam non pati quædam mala, quæ patiebatur.

c ea.vt circa. de elect.li.6.
d c.1.de sepult. ab ordin. faciem.capit. ex parte. 50. dist.
e vbi supra.

4 Neque obstat illud. *Quę venit indignè pœna dolenda venit* quoniam licèt id verū sit vno respectu,non tamē aliis, vt probè docuit sapientissimꝰ Socrates,apud Valeriū Max. [f] qui vxori suæ indolenti,& queritanti,quod sine culpa iniustè necaretur, respōdit , *Malles igitur , vt ob culpam iustè necarer?* quasi diceret,cōsolari te debes ꝙ cōscientia apud animū tuū testatur,me nō ob vitia,sed ob virtutes necari.

f lib.7.ca.2.tit. sapienter dicta, aut facta.

QVARTA CONCLVSIO.

SVMMARIVM.

1 Gloria etiam vnius testimonio constat,declaratur.nu.8.
1 S.Nicolaus tres virgines clam dotauit.
1 Laus paucorum laudatorum maior,quàm multorum vulgi.
2 Platonem solum pluris fecit Socrates,quàm reliquos.
3 Gloriæ varia definitio & eius declaratio.& nu.7.
4 Bona honoraria quinque.scilicet laus,honor, &c. sic differūt & seq. & sic conueniunt,nu.17 .
4 Laudis definitio,& auctarium eius.
5 Honoris definitio etiam aucta.
6 Famæ definitio Iuris consulti explicata.
6 Fama in proposito quid.
6 Iulius Cæsar,licèt malus,fuit glorioſus,
7 Mardochæus quomodo glorioſus.
8 Reuerentia definitio perpensa.
8 Reuereri quo modo quis seipsum potest.
8 Bonum naturale supernaturali minus:eiq; subiiciendum.
8 Bona nostra,vt nostra minora nostris,vti diuinis.
9 Christus vt homo reueretur se ipsum vti Deum.
9 Episcopus,vel alius vti se ipso maior.
10 Definitio vnius rei vnæ tantùm.
11 Honor,& laus vt differunt.
12 Honor ato quo respectu debetur honor,& quo laus.
12 Laus quo respectu Deo conueniat.
13 Gloria quędam filia laudis,& honoris.
13 Reuerentia non est honor,& vt finis eius.
14 Reuereri,honorare,laudare,& glorificare sic se habent,vt posterius priori aliquid adiiciat.& seq.
16 Honor multa significat.

1 QVarta Conclusio est , bonum testimonium vnius rectè gloriam vocari,desumitur ex illis verbis Apostoli [g] relatis in textu.*Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ.*cui consonat illud eiusdē, [h] *qui gloriatur in Domino glorietur* quod,iuxta vnam triū expositionū S.Tho.ibi significat,vt qui quærit gloriā, quærat eam in Domino,cognoscendo eū scilicet & diligēdo, iuxta illud Hieremiæ. [a] *In hoc glorietur qui gloriatur scire, & nosse me.* & ita cognitio & dilectio Dei, qui vnus est gloria vocatur.Et ad hæc illud S. Hieron. [b] *Gloria Episcopi est pauperum inopiā prouidere.*facit c.sacerdos , [c] & quæ vterq; Thomas post B.Paulum ponit, [d] quod perspicuum est, eū aliis ignorantibus facere posse,vt B.Nicolaus relatus à S. Anton.tres virgines,nemine sciente dotauit: & vulgatū illud est,maiorē esse laudem paucorum laudatorum , quā multorū illaudatorum , ꝙ planè significat Persius Saty.1.

Non si quid turbida Roma eleuet,accedas.

2 Cui satis quidem consentaneum est illud Socratis,dū pluris fecit Platonem solum in adiutorio suo cæteris abeuntibus remansisse,vt eum audiret , quàm si eo solo abeunte cæteri remansissent Cuius rei rationem insinuauit S.Thomas, [e] esse præstantiam iudicij, quo sapientes vulgo præstant.

g 2. Cor.1.
h 2. ad Cor. 10.

a Cap.9.
b relatum c. gloria. 12. q. 2.
c Hier. epist. 2. ad Nepot.
d 1. ad Cor. cap. 9.
e 1.2.q.2. ar. 2.ad 3.

Oppositæ conclusioni.

3 COnclusionem hanc facit primo,quòd gloria, quā Græci δόξαν appellant , definitur à D.Ambrosio, quem S.Thom.sequitur, [f] *clara cū laude notitia,*& à Marco Tullio quē etiam idem S.Tho. probat, *frequens de aliquo cum laude fama.* & à S. Augustino, [g] *iudicium hominum bene de hominibus opinantium.* At vnius testimonium non est clara cum laude notitia,neq; iudicium hominū,ergo neq; poterit esse gloria.Secundo, quòd si bonum testimonium posset appellari gloria, consequeretur laudem & honorē vnam & eandem rem esse cum gloria & fama.quod aperte falsum esse instā ostendemus.Tertio facit illud Fabij, [h] *neque tēpus gloriandi mihi apud vnum est.* Et cōmunis omniū præsertim S.Tho. [i] conclusio est,Gloriam appellari Græcè κλέος id est claritatem,& manifestationem bonitatis,& excellentiæ vnius apud plurimos. ergo ad hoc vt approbatio gloria dicatur non sufficit,vt fiat ab vno.Quarto, ꝙ fama,iuxta omnium sententiam,minor est, quàm gloria: quæ tamen non dicitur haberi de aliqua re, eo quòd vnus vel alter id proferat,sed requiritur vt maior cuiuspiam vniuersitatis id efferat,iuxta Barto. [k] Abbatem, [l] & cōmunem sententiam multis textibus suffultam, quorum optimus est c.inquisitionis, [m] vbi Panorm.Fel.& alij, [n] & relati à Felino. [o]

f Id habet Aug.in li.83. quæ.quæ. 31. circa finem. 1.2.q. 2. art. 3. & melius 2.2.q.103.ar. 1. ad 3. & 132.art.1. & lib. 3. contra Gentiles.cap. 29.
g lib.5.de ciuita. c.12.
h apud Titū Liuium.
i 2.2. q. 132. art. 1. & q. 103.ar.1. ad 3. de malo q. 9.
k in l. de minō. §. plurimum.n.7. & 13.de q. l.c.vestra. de cohabi. clericō. & mulier. nu.12.
l §.quæsiti. de accusatio.
m in ca. cum oporteat. nu. 6.eod. tit.
n Aug.tract. 81.& 100. in Ioan. & D. Thom. 2. 2. quæ.132. artic. 1.

Confutatio oppositorum.

4 AD horum contrariorum locorum dissolutionem, & totius materię pleniorem declarationem , tria præsupponimus.primum est, hæc quinque bona honoraria,Laudem,Honorem,Famam,Gloriam,& reuerentiam inter sese differre.quod primo probatur ea firma ratione quòd earum definitiones sunt diuersæ: laus enim latinè, Græcè verò κλέος, est iuxta S.August.& S.Tho. [p] *sermo elucidans magnitudinem virtutis.*Cui quidem definitioni licèt ab omnibus recipiatur,addenda est illa particula,*quatenus in aliquem finem ordinatur*,ob ea quę idem S.Thom. & Antoninus infra relati in alio loco dixerūt. Conuenit etiam intelligere,quòd verbo,*virtutis*, in definitione posito cōprehendatur quodcumque bonum siue animæ , siue corporis,siue fortunarū:etenim quodlibet horum secundum omnes est laudis capax.Quapropter longè perfectior esset definitio,si loco illius verbi,*virtutis*, poneretur verbum,*boni*,& adderetur finis eius aliquid , *sic laus est sermo elucidans magnitudinem alicuius boni , quatenus est ad aliud ordinatum.*Honor verò latinè,quem Græci τιμὴν appellant, est iuxta Aristot. & S.Thomam , [q] ac alios quos refert S. Antoninus , [r] *exhibitio reuerentiæ in testimonium excellentiæ,* quæ definitio licèt communiter recepta sit,oportet tamen,aut certè expediret addere ei, sine eius in alium finem relatione.Fama Græcè φήμη,Callistrato Iurisconsulto, [s] est *dignitatis illęsæ status legibus ac moribus approbatus:* cui definitioni addit Bernardi glossa , [t] *in vllo diminutus.* quæ tamen verba Accursius subtiliùs apposuit eisdem Callistrati verbis non addendo , sed exponendo verba illa , *illęsæ dignitatis.* quæ omnia probant famam esse dignitatis illęsæ statum , legibus ac moribus approbatum

p Aug.tract. 81.& 100. in Ioan. & D. Thom. 2. 2. quæ.132. artic. 1.
q 1. 2. q. 2. ar. 2.& 2.2. q. 63.art.3.
r 4.par.tit.5. c.10.§.1.
s in l. cognitionem. §. existimatio. ff. de variis, & extraord. cogni.
t c.vestra. de cohab. cler. & mulier.

in nullo diminutū. Quæ definitio licèt ab omnibus probetur,& licèt sit Iurisconsulti , & ideo necessariò defendenda,& suo proposito aptissima:nostro tamen nihil deseruit. Tum quia iuxta illam de nulla re alia , quàm de virtute animi haberetur fama.at in materia , de qua in præsenti agimus , habetur fama etiam de aliis bonis,tum animi,vt ingenij,iudicij,memoriæ,morum & studiorum, ad Salomonem enim audita fama sapientiæ illius venit Regina Saba, [a] tum corporis,vt velocitatis, virium , pulchritudinis,proceritatis,& habitudinis , iuxta illud. [b] *Gigantes vocauit scriptura viros potentes,& famosos.*tum fortunarum, vt diuitiarum,& dignitatis. [c] *fama Mardochæi quotidie crescebat.* Denique quia secundum illam nulla fama esset de malis,vitiis,& peccatis,neque de infamibus, de quibus tamen habetur fama , immo & gloria , quæ est plusquam fama:Henricus enim VIII. Angliæ Rex, cuius cor & sensus singulari sua clemētia Spiritus sanctus Deꝰ Opt.max.illuminet, malus,hæreticus,& infamis est: quia omnis hæreticus est talis, [d] nec vllam famam haberet,habet tamen,immo gloriam , quòd omnes alios Reges doctrina,eruditione eq; superet,& quòd in Mattinū Lutherū adeo luculenter,atq; erudite scripserit , vt ob illud acerrimi protectoris Ecclesię nomē meruerit teste Ioan. Rofensi, [e] licèt postea grauissimè fuerit lapsus,indiesq; magis ac magis labatur.Iulius item Cęsar infamia tyrannidis in Rēp. Roma laborauit,nihilominus tamen ob eius singulare in bellis gerendis industriam , & alias egregias animi sui dotes glorioſissimus fuit.Itaque fama,vt in proposito sumitur,*est multorum de aliqua re voce prolata opinio.* qua in significatione sumitur in sexta conclusione , vt in ea fusius tradetur.

a 3. Reg. 10. & 2.Para.9.
b Genes.6.
c Hester 9.
d l. quisquis. §.1.C.ad leg. Iuli. maiest. c.2.§.hæretici.& c.statutum 2. de hæret.lib.6. ein libro de veritu. corp. & sang.pag. 2.

7 Gloria Græcis δόξα,*est clara cum laude notitia,*vt paulò suprà secuti B.Ambrosium & S. Thomā definiuimus. in qua definitione licèt communiter recipiatur,aperiendum est verbum *laude* non capi ita strictè , vt suprà dum definitum fuit,sed largè, ita quòd etiam honorem includat,quo modo capi infrà multis locis dicemus. nam laus vt suprà definiebatur , verbis tantùm constat : at fieri potest, vt aliquis consequatur gloriam sine verborum laude,solùm ob honores,vt Mardochæus ille clarissimę Reginæ Hester aununculus cito fuit assecutus. [f]

f Hester .c.

8 Reuerentia denique quæ quintum est,à Thoma Valdensi, [g] definitur,*animi reputatio , qua quis bonitatem alterius magni facit,& suam illius collatione parui.* Contra quā definitionem, licèt id nemo animaduertat, facit efficaciter , ꝙ non solùm possumus reuereri alios , sed etiam nosmetipsos. Tū quia possumus subiicere nos , qua parte sumus nudi diuinis donis gratuitis, nobismetipsis, qua parte sumus eis vestiti. Tum quia etiam possumus subiicere nos vti nudos bonis naturalibus quæsitis nobismetipsis, eis vestitis:iure enim possumus subiicere minora maioribus. Tum quia sicut alios ob sua bona naturalia , vel gratuita iustè laudare,& honorare possumus ita nosmetipsos propter eadem interdū iure laudare, & honorare possumus: cùm secundum præfatas definitiones laudis , & honoris, laus & honor dici possint exteriores notæ interioris reuerentiæ.Denique quia omnia quæ sunt à nobis, tamquā à nobis,quæ sunt parua,& imperfecta,debemus subiicere omnibus bonis à Deo nobis datis , iuxta illud Apostoli, [h] *Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis,sed sufficientia nostra à Deo est.*Cùm igitur reuereri aliquē sit eum aliquo respectu superiorem putare,& qui subiicit se vti rem naturalē, & sua vti naturalia ipsi sibi vti Christiano, & rei quadamtenus supernaturali, & donis à Deo gratuitò datis , reputet se ipsum,hoc vno respectu consideratum maiorem se ipso alio respectu considerato , efficitur, posse quem se vno respectu cōsiderantem se ipsum alio respectu considerātum colere,& reuereri. Quapropter videtur mutandum in prædicta definitione ly *aut alterius* , in ly,*alicuius*:ita quòd definiatur esse *reputatio animi , qua quis bonitatem alicuius magnifacit, & suam illius collatione parui.* neque refert an illa bonitas sit in ipsomet reuerente, an in alio.

g l. de sacramentis.c. 18. col.6.
h 2. Cor.3.

9 Cui quidem definitioni sic innouatæ præclarè excellentérque concinnunt hoc caput , & Apostolus in eo relatus, quatenus habent , *conscientiam nostram nobis esse testem,testimoniumque suum nobis veriorem gloriam parere,quàm alienum.* Id quod probant & alia multa huius libri capitula,& facit illud Sancti Thomæ, [a] quòd humilitatis virtus non inclinat nos ad subiiciendum bona à Deo nobis data illis, quæ alteri dedit, si iustè putamus illa esse minora. neque ad subiiciendum nos , quatenus habemus maiora, illis quatenus habent minora,tametsi quæcumque sunt in nobis tamquam à nobis , & nosmetipsos quatenus sumus res naturales cum illis , subiicere debeamus bonis supernaturaliter à Deo nobis,& proximis , datis , ac ipsi proximo tamquam illis aucto & ornato.quod vtinam ob mentis nostræ oculos iugiter versaretur. Facit rursus quòd Dominus,& redemptor noster quatenus homo,reueretur se ipsum quatenus est Deus [b] & S.Thom. [c] & quòd Episcopus quatenus canonicus (quando etiā canonicus est) honorat,& reueretur se ipsum episcopum. [d]

a 2. 2.q.161. art.3.
b Lucæ 6. c 3. part. qu. 21.art.1.
d c.a.& collatio ne. de appellat.libro ſexto.
e libro primo Topicor.

10 Cum igitur per omnia prædicta consteт definitiones horum quinque laudis scilicet honoris, famæ , gloriæ , & reuerentiæ esse diuersas,cúmque teste Aristotele, [e] vnius rei vnica sit definitio,consequitur hęc quinque esse inter se diuersa, ratione firma suprà proposita. Secunda ratio, qua prędicta quinque diuersa esse probantur , est , quòd ea quæ differunt nomine sunt diuersa. [f] Tertia, quòd tota Ecclesia Christiana laudando Deū illis verbis *laus , honor, virtus,gloria Deo Patri & filio* & aliis similibus præsupponit ea esse diuersa.

f l. si idem. Cod. de caducis.§. est & aliud. instit. de donatio.

11 Quarta, quòd duas differentias Diuus Thomas, [g] & Antoninus, [h] sub fin. constituunt inter laudem & honorem.altera quòd laus solis verbis constat,honor verò non solùm verbis,sed etiam aliis signis exterioribus.altera, ꝙ laus est testimonium boni alicuius rei , referendo eam in alium finem,honor verò est testimonium absolutum boni absque vlla relatione in alium finem,qui bonum illud consequatur. Quarum quidem differentiarum prior per prædictas definitiones probatur, dictum quippe fuit laudem esse sermonem dilucidantem magnitudinem virtutis.Secunda verò illo dicto Aristotēlis , [i] innititur. *Optimorum nō est laus,sed aliquod maius laude.*& in eo Psalmo 64. in quo nostra translatio habet:*Te decet hymnus in Sion.* habet Hieronymiana , vt testatur Sanctus Thomas , *Tibi silet laus in Sion.* Accedit iis , quòd sacræ & diuinę litteræ habent , Deum maiorem esse omni laude. quam quidem differentiam breuiter, ac graphicè , descripsit Bap. Mantuanus illo disticho.

g 2.2. q. 103. art.1.ad 3.
h 4.part. tit 5.c.10.§.1.
i Ethicorum primo.

Est honor in portu,cum puppis ab æquore venit,
Laudibus inceptum continuatur opus.

12 Et licèt communis opinio has differentias sine vlla alia dolabra amplectatur , tamen prima videtur aliquantulum dolāda,limandāque vt scilicet intelligatur de laude strictè sumpta, vt ibi ab Arist. capitur, & non de laude largè,vt vulgo accipitur:siquidem Angeli laudant, & benedicunt Deum sine exteriori sermone,*Laudate dominum,* inquit,Regius prophetа, [k] *omnes angeli eius.* Neque plane credendum est , non laudasse Deum Zachariam nouem illis mensibus quibus loquela caruit. Sol item,& Luna,& omnes stellæ dicuntur suo modo laudare Deum : & Regius psaltes illos ad id inuitat. [l] *Laudate,* inquit, *eum Sol & Luna,laudate eum omnes stellæ & lumen.*& maior est laus animæ interior sine vllo sermone , quàm laus exterioris sermonis sine interiori anima,iuxta illud Apost. [m] *Laudantes & psallentes in cordibus vestris.* id sic exponēte Sancto Hieronymo à nostro Gratiano relato . [n] Secunda item differentia, quatenus scilicet ex ea colligitur,laudem non cadere in Deum , cùm sit maior omni laude , dolanda , limandāque videtur, vt procedat tantùm quo ad ineffabilem eius essentiam,quę non potest,neque deber in alium finem referri,cum illa sit omnium finium extremus & vltimus : ratione namque eius operum & effectuum,qui in alium finem referuntur appositè dignęque potest maiestas sua laudari,iuxta illud. [o] *Laudem Domini annunciabo super omnibus,quæ reddidit nobis* Dominus.vt declarat S. Tho. [p] & Antoninus, [q] & corroboratur illo psalmorum , [r] *Laudate dominum quoniam bonus.* &, [s] *Laudate dominum omnes gentes.*&, [t] *Laudate pueri dominum.* In quibus omnibus nos Regius psaltes & Ecclesia crebrò inuitant ad laudandū Deum.

k Psal. 148.
l d.psal.148.
m Ephes.5.
n Hier.li. 3. comment. in c.5.ep. ad Ephes.c.1. 92. dist.
o Isaiæ c. 63.
p 2.2.qu. 91. art. 1. ad 2.
q part 4. tit. 5.c.10.§. 1.
r Psal.146.
s Psalm. 116.
t Psalm. 113.

Quinta ratio,quòd inquit S.Tho. [a] gloriam esse quasi filium laudis & honoris: quippe ex laude alicuius extensa venitur in illius bonitatis cognitionẽ. Sexta , quòd idem S.Thom.ait,[b] reuerentiam non esse idem quòd honorẽ: sed aliquando finem, aliquando causam eius: sæpe enim aliquem honoramus,vt ab aliis magnifiat.aliquãdo, quia eum magnificamus,honoramus:& reuerentia est,qua bonum alicuius magnificamus.

14 Septima, quòd Tho.Vualdensis doctissimus vir, & de Christiana religione benemeritus,[c]notat reuereri,honorare,laudare,& glorificare,ita ordinari, vt posterius aliquid priori adiiciat. Reuereri etenim est secum reputare,& in honore habere bonum alicuius. Honorare est aliquo exteriori signo illam reuerentiam exprimere:nunc quidem verbis,nunc gestu,nũc capitis apertione,nũc statua,nũc sedili, aut aliquo munere. Laudare autẽ est corã aliis probare bonũ, quod in aliquo est. Glorificare verò eiusdem laudes prædicare, & quasi præconem publicare.

15 Ex quibus quidẽ omnibus infertur primò , inueniri posse reuerentiã sine aliis:põt enim inueniri in aliquo reuerentia interior erga aliũ, quẽ tamen non laudet,honoret,prædicet neque glorificet,vt palàm est.Secũdò, quòd inueniantur reuerentia,& laus sine reliquis: potest enim quis aliquem reuereri,simul & verbis laudare referendo id in alium finem.Tertiò,quòd possunt inueniri reuerentia,& honor sine aliis, potest quippe quis reuereri aliquẽ animo,& alio signo exteriori, sine verbis, non referendo id in aliũ finem,quod totum propriũ est reuereri , & honorare. Quartò, quòd potest haberi fama sine gloria,honore,& laude : etenim potest haberi de aliquo bona opinio sine illius tanta diuulgatione,quæ non sufficiat ad efficiendam gloriam,ad producendam autem famam sic,& absque signo exteriori laudis , vel honoris , sine quo non erit laus,nec honor:attamen erit fama.

16 Quintò,quòd non possunt haberi laus,& gloria sine reuerentia,laude,& honore , vt cuique id altius speculãti patebit.Sextò,quòd verbum gloria, quod ponitur in illo Apostoli à B.Gregorio hic citato,non capitur propriè, & strictè, vt suprà definitur:sed ita largè,vt includat omnem approbationẽ etiam vnius, & solius conscientię proprię, vt testatur S.Tho. [d] qua in significatione capitur in illo Hieremię,[e]quod paulo supra recitauimus,& in aliis multis locis,[f]faciunt quæ vterque Tho.post B. Paulũ , [g] scribit.Septimò,ꝙ etiam verbum,*honor*,vt supra definitur,capitur propriè & strictè pro solo signo reuerentiæ alio, quàm verbali exteriori in testimoniũ alicuius excellentię exhibitæ,in aliũ finem non relatæ:& non ita largè, vt cõplectatur quodcumque signum exterius , siue verbis siue alio modo exhibitum in testimoniũ alicuius excellentiæ relatæ,siue non relatæ in aliũ finem:quo in significatu sępe accipi testatur S.Thom.[h] dicens , quòd tũc honor sub se continet laudem tamquam genus suam speciem,& tãquam id,quod generalius est includit quod specialius est: neque accipitur adeo largè,vt contineat publica munera, & reip.administrationes,vt in multis legibus Romanis, [i] passim includit.Neque mercedem, aut præmium,vt in l. remunerandi, [k] & in illo Paul.[l] *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habentur*.Neque pulchritudinem, quẽadmodum in illo Vitgiliano.[m]

Et lætos oculis afflarat honores.
Neque castitatem, vt illo eiusdem.[n]
Et rapti Ganimedis honores.
Neque sunus,vt in illo,[o] eiusdem.
Et mortis honore carentes,
Neque amorem, vt illa eiusdem.[p]
Si quis Amatæ,tangit honos animum.

Neque tam latè,vt contineat solam interiorem reuerentiam , quam mente sola sine exteriori signo Deo , vel alteri exhibemus.quo modo solere aliquando vsurpari testatur Sanct. Thomas. [q] Octauo , quòd etiam verbum *laus*,vt supra definitur,capitur propriè & strictè pro solo exteriori sermone , quo approbatur bonum alicuius ad alium finem relatum:ita vt non contineat honorem propriè sumptum,vt supra definitur, quamuis frequenter ita largè accipiatur,vt includat illum,& probatur per quoddam dictum Sancti Ambrosij,in quo certam partem orationis vocat laudem: at oratio potius est honor , quam laus:quia est actus illius virtutis,quam Latini religionem, Græci verò λατρείαν appellant. Tum qu'a in Deum non cadit laus propriè & strictè sumpta , nisi eo modo , quo paulo superiùs expositum fuit:neque quidem adeo largè capitur,vt includat virtutem,vt in illo Virgilij. *

* *Aeneid.5.*

Primam meruì qui laude coronam.

Bona præfata quinque honoraria in quibus conueniant.

SVMMARIVM.

17 Bona honoraria non sunt virtutes,neque per se amanda.
17 Virtus est bona qualitas mentis,&c.
17 Virtute nemo malè vitur,aliis sic.
18 Bona honoraria ob aliud tantùm amanda.
18 Bona, quæ ob se tantùm , quæ ob aliud,quæ ob se , & aliud amanda.
19 Bona honoraria pretiosiora pecuniariis.
19 Bonorum exteriorum maximus honor.
19 Restitutio cur non fit cum honoris damno.
19 Vxor mœchata non tenetur se infamare ob hoc.
20 Bona honoraria inferiora bonis vitæ,& salutis.
20 Deus vti solus dominus vitæ.
20 Bonorum honorariorum dominus etiam priuatus homo.
20 Vitæ tuendæ cur maior cura,quàm reliquorum.
21 Morte non peiora infamia & adulterium nu.22.
21 Moriendum pro honore quo sensu verum.& nu.25.
21 Eleazarus noluit mori pro gloria & nu.25.
21 Mors,& vulnus vt pecunia restituuntur.& nu.26.
22 Intellectus Listi quidem.ff. quod met. caus. & l.in codicillis.§.à matre.nume.23.& nouus vtriusque,nu.24.
22 Morte peius peccatum præfertim mortiferum.
23 Patrem magis qui debet diligere,quàm filium.
23 Vita data tollitur per mortem , danda per mœchiam.
24 Gloria Romanis Ethnicis finis vltimus fuit.
25 Moriendum non pro honore.sed pro virtute eo digna.
25 Milites errant patiendo magnos labores.
25 Martyres victorum genus optimum.
26 Bonorum honorariorum restitutio quomodo fiat.
27 Bona honoraria cur dicuntur exteriora.
28 Gloria largè,& strictè accipitur.
28 Definitur sæpe aliquid per effectum.
28 Appellatio quomodo sententiæ rescisio.

17 SEcundum principale , quod ad oppositorum solutionem,totiúsque materiæ dilucidationem præsupponimus,est,quòd præfata illa quinque laus , honor , fama,gloria,& reuerentia, quamuis non parũ inter sese differant , vt supra monstrauimus , in multis tamen conueniunt.Primum est,quòd non sunt virtutes,neque intellectuales,neque Theologicæ, vt palam est. Tum quia virtutes omnes sunt habitus & qualitates,quæ animam magnificè exornant,ampléque illustant, vt apertè colligitur ex definitione magni Augustini , [a] & S. Thomæ, [b] facit glossa penultima, [c] & glossa §.hæc quæ ante, [d] virtus scilicet, est *bona qualitas mentis , qua rectè viuitur & qua nullus male vitur*. Et constat, quòd nullum horum quinque est qualitas animæ , saltem illius , cui fiunt, aut exhibentur, saltem quatenus illi fiunt:igitur non sunt virtutes. Dixi autem,*quatenus illi fiunt*, eo quòd per supradicta in definitione reuerentiæ,potest quis se ipsum reuereri , laudare, & honorare,& tunc temporis eadem anima,quæ reueretur,laudat,& honorat, dat , & recipit diuerso respectu illam reuerentiam, laudem , & honorem. Tum quia nullo illorum,saltem immediatè bene viuitur , immo illis passim abutitur.multi enim contenti aura populari, & quòd pro nobis habeantur , rumore de vano populari gaudent alienisque testimoniis fiunt mali & virtiosi, quæ est miseria incomparabilis secundum Boëtium. [e]

18 Secundum , in quo prædicta quinque conueniunt, est,quòd omnia sunt bona vtilia,id est amabilia , siue appetibilia tantùm propter aliud & non propter se. non etenim sunt virtutes,nec bona honesta,quæ propter se & propter aliud iustè amari possint,vt testatur* Diuus Ambrosius & S.Thomas:nec minus sunt Deus , qui propter se tantùm,& non propter aliud amari potest,vt nuper lõgè post hæc scripta tradidimus in commen. cap. cum minister. [a]

Tertium,quod omnia hæc quinque, quamuis non sint virtutes,nec bona honesta,sed tantùm vtilia , sunt tamen pretiosa,& inæstimabilia,& quæ suapte natura superant omnia alia bona vtilia pecuniaria, iuxta illud Salomonis,[b] *Melius est bonum nomen,quàm diuitiæ multæ*. & illud Iesu filij Sirach.[c] *Curam de bono nomine,magis enim permanebit illud,quàm mille thesauri magni,& pretiosi*.& gloss.[d] dixit honorem præferri omni diuitiarum commodo Similia habentur in capit. deteriores , [e] & apud Aristotelem , [f] quem sequitur Sanct. Thomas, [g] vti etiam alter Thomas vidẽdus est * & rursum de eadem re agens D. Thomam in eadem parte , quam in 1. secundæ aliquid de ea re tangens honorem bonorum exteriorum maximum esse, adeo quòd ipse Thomas à Vio , [h] & alij præcellentes doctores alibi definiant,neminem in foro conscientiæ teneri alteri ad restitutionem bonorum pecuniariorum, si eã non potest facere absque suæ famæ,honorisq; sui iactura. bona enim famæ & honoris sunt altioris ordinis,&,vt ita dixerim,quidditatis,quàm bona pecuniaria.

19 Ex quibus inferunt præfatus Thomas à Vio, [i] & alij alibi vxorem,quæ mœchata est,non obligari in foro conscientiæ palàm facere , se admisisse adulterium , etiam si per illum solum modum , & non alium filios mariti sui legitimos seruare posset à damno partis bonorum , quod paterentur , filio adulteri illam vendicãte. & ad id allegant Decretalem solennem Innocentij III. [k] quæ licèt, vt aliquando super ea diximus,non loquatur expresè de iactura famæ,sed de iactura vitæ : vt etiam Marcellus Iurisconsultus in idipsum allegatus,[l] de bonis corporis loquitur, tamen idem dicendum est de iactura bonæ famæ, vt lõgè post hæc scripta latius tradidimus in Man.Cõf.[m]

20 Quartum,in quo hæc quinque cõueniunt, est, quòd omnia sunt ex se esse minora, quàm vita,& valetudo cõmoda,lumen occulorum,& alia corporis bona, vt post alios tradidit eruditissimus Dominicus à Soto. [n] Primo quia solus Deus est dominus vitæ, id quòd significat illud , [o] *Ego occidam,& ego viuere faciam* & illud , [p] *Tu es Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem*. quamuis etiam Respub.eiusdemque rectores , & magistratus maiorẽ super ea ab Immorrali Deo sibi tributam,quàm cæteri priuati habeant, [q] licet etiam ipsi sint domini sui honoris , famæ, gloriæ , & laudis,vt infra probabimus. Secundo , quia vita est basis, & fundamentum reliquorum bonorum, ad quam tuendã & conseruandam maior est insita nobis à Deo cura, quàm ad tuenda & conseruanda illa. [r] Postremo, quia non est nobis data facultas commeandi ex hac vita ad aliam , iuxta Diuum Thomam,[s] cùm tamen interdum concedatur commeandi de statu decoris & famæ , ad statum dedecoris & infamiæ.[t]

21 Cæterum contra hanc conclusionem facit primo, quòd Iurisconsultus Paulus , [v] videtur definire infamiam morte peiorẽ esse.Secundò ꝙ Scævola,[x] videtur respondere adulterium vxoris marito peius esse morte. Tertio, quòd Ludouicus grossus Franciæ apud Gaguinum , [y] Sallustius , [z] Valerius Maximus, [a] de Fabio Maximo,& plerique omnes scriptores,& probi omnes aiunt, moriẽdum esse honorato pro honore.Et de Eleazaro memorat Machabæorum historia, [b] quòd glorioſam mortem magis, quàm odibilem vitam complectens gaudenter præibat ad supplicium. Quarto, quòd damnum per mortem,vel membri mutilationem , aut vulneris illationem datum potest iure naturali, diuino , & humano pecunia restitui, secũdum leges diuinas,[c] Pontificias,[d] & Rom.[e] S.Tho.[f] communis,[g] & planè non alia ratione quàm quòd valori vitæ & sanitatis potest æquari valor pecuniæ. ergo bona corporis non sunt maiora pecuniariis.

22 Ad hæc tamen oppositæ respondeti potest , ad primum quidem,quòd iurisconsultus Paulus, [h] non dixit infamiam peiorem esse morte, licèt multi eum ad id allegent:sed dicit quòd vir & fœmina pudica & honesta potius debent ferre mortem,quàm consentire stupro , vel adulterio,quod est verum : etenim hoc est peccare mortaliter, & oprare , atque eligere mortem animæ ad euitandam mortem corporis,vt diximus in Man.Confess. [a] Vnde Godofredus per illum textum notat probari animam præponendam esse corpori.& Albericus addit eodem textu comprobari hominem potius debere mortem sufferre , quàm mortifere peccare quòd licet contextus in specie,& à parte non dicat, satis tamen illud colligeret , qui expenderet,peccare mortaliter eam quæ metu etiã mortis stupro,vel adulterio consentit.

23 Ad secũdum respondetur primo,quod Scævola, [b] nõ æquat adulterium morti,neque eum ea illud cõparat,nam vt ibi dicit Iacobus de Arenis , verbis illis *filium nostrum occidit,& alia deteriora fecit*, rectè intelligi potest eum suũ patrem illi occidisse.quod est peius, quàm occidere filiũ. Licèt enim multa sint , ob quæ inclinatur pater ad amandum plus filium suum,quàm patrem,nihilominus tamen magis obligatur ad diligendum patrem tamquam principium,causam,& fontem,à quo emanauit, quàm filium, vt optimè exponit Diuus Thomas. [c] Quamobrem peius esset occidere illi patrem,quàm filium. Secundo respondetur,quod Scævola non comparat adulterium cum propria morte , sed cum morte filij. Et ita tamen probaret, peius esse marito adulterium , quàm mortem filij, sed nõ peius esse,quàm mortem propriam.qua de re licèt fusius, non tamen adeo resoluté loquuntur Ioan. Lupus, [d] Andr. Sicul.& Decius. [e]Neque arbitretur quis nos dicere velle, non esse peius,ac grauius ex se peccatũ mortis filij, quàm adulterium:hoc enim planè falsum est , nam homicidium est contra secundum mandatum secundæ tabulæ : adulterium verò contra tertium,iuxta glossam, [f] ab omnibus receptam, [g] & per homicidium aufertur vita data , per adulterium autem impeditur dãda,vt inquit S.Thomas, [h] quem maximè in hoc Caietanus prædicat.

24 Posset etiam respondeti præfatis duabus legibus nõ minus verè,quàm nouè,quòd eorũ auctores fuerunt ethnici Romani , qui gloriam pro fine vltimo, ac summæ suæ beatitudinẽ habebant,vt testatur Diuus Augustinus [i] , in hęc verba.*Romani pecuniæ liberales,& laudis auidi erant.gloriã ingentem diuitias honestas volebant,hanc ardentissimè dilexerunt, propter hanc viuere voluerunt , pro ea mori non dubitarunt* hæc ille.quos,& Marcum Tullium postea vehementer reprehendit:tametsi non desint etiam hodierno die Christiani aliquot, qui licèt non verbis , factis tamen eos sequantur gloriam,& honorem tamquam idolum quadantenus colentes. Quapropter merito dici posset Paulum & Scævolam putasse illud idem, quod illa Lucretia, Cato Vticensis , & alij ethnici Romani:qui videntur gloriam & famam pro suo vltimo fine habuisse , cùm ob eam mortẽ sibi conscíuerint:quos etiam idẽ Augustinus vbi supra [k] reprehendit, & ita putasse illos peius esse perdere famam & gloriam,quàm vitam.

25 Ad tertium respondetur, illud commune dictum, moriendum esse pro honore, communem errorem esse: etenim pro honore mortem oppetere non est fortitudo vera,sed falsa,secundum Aristotelem, [l] ab omnibus receptum , in quibus D. Gregor. [m] Sanct. Thomas. [n] Et ad hoc,vt præfatum commune dictum non sit communis error,sed verum,debet capi in eo sensu,vt significet, moriendum esse pro eo,cui honos debetur,id est pro virtute, & non pro honore,qui virtuti debetur,quique longe minor est illa. Quocirca omnia dicta tam Catholicorum, quam Ethnicorum,quibus docent eligendam esse potius mortem,quàm turpem,& ignominiosam vitam,interpretanda sunt,vt significent potiùs vitandum vitium,& peccatum,à quo oritur infamia & turpitudo , quàm mors honesta quę iustè ac gloriosè subitur,ac toleratur.Qua planè in re,tum intelligenda,cũ exercenda bene videtur bona pars militum & nobiliũ errare,dũ potiùs labores intolerabiles,& mortem ipsam pro diuitiis & honoribus tolerant,quã pro virtute , quæ in defendenda rep. & in obseruãdo iuramento suo Imperatori & Regi præstito cõsistit,diſplicétes in eo Deo graniter, cùm pari labore possent eos tolerare principaliter pro virtute,& minus principaliter pro diuitiis , & honoribus Deo in eo multùm placẽtes:neque nos qui in scholis publicè interpretamur,

a 2.2.q.103. ar.3. ad 2.
b eadẽ quæstione 103.ar. 1. ad 1.
c de sacrament.tit.14. c.118. colũna quinta.
d 2.2.q.132. art.1.
e Cap.9. Vos in c.gloria epist. 12. quæst.2.c.sacerdos.sub finem 1.q.3.
f 1. ad Cor. ca.9.
g 1. ad Cor. ca.9.
h 2.2.q. 103. art.1. ad 3.
i rubr. ff. de muner. & honor.& l 2. & l. honorẽ. & l.vt gradatim & leg. honor. eod. titul. & l. in honoribus.& l. his honoribus.ff.de vacatio.muner.
k in prine.cũ gloss ff.manda.
l 1. ad Timoth.5.
m Aeneid.1.
n Ibidem.
o libr. 6.
p In 12.
q 2.2.q.103. art.1.
a Aug.l.2.de lis.ar.cap.18. & 19.
b 1.2.quæst. quinquagesimaquinta, arti quarto.
c ca.ille rex. de pœn.di. 3.
d ca.dum setam. de pœn. dist.2.
e l.2. de consola.

* *Amb.lib.1. offi. & D. Thom. in 1. par.q.5.ar.6.*
a *23. quæ 5.*
b *Proverbiorum 22.*
c *Ecclesiast. 41.*
d *Extrauag. ad conditorẽ Ioannis 22. de verborum sig.ca. verbor. honorari.*
c *6. quæst. 1.*
f *1n.4.Ethi. cap.5.*
g *2.2.q.129. art.1.*
* *in 2.2. qu. 131 art. 1. ad 2.& 103. ar. 1. ad 2.& in 1.2.q.2.ad 1.*
h *2.2. qua. 62. art.6. in fin.*
i *Tomo 1. opusculorum. opus. 31. respons.24.*
k *ca. officij. de pœ.& remissio.*
l *in l. inseruorum.ff. de pœnis.*
m *c. 16. à n. 43.*
n *de ratio.tegen. & dete. secreti mẽb. 1.q.3.*
o *Deutero. 32.*
p *Sapien.16.*
q *ca. ille gladiũ.23. q. 4. & cap. si non licet.23. q.5.*
r *l. vt vim. ff.de iust. & iure.ca. dilato. de sentẽ. excom. lib 6*
s *2.2. q. 64. art.5.ad 3.*
t *Cap. 1. de pœ. dist.4.*
v *in l.isti quidem.ff. quod metus caus.*
x *in l.codicillis. §. matre. ff.de leg. 2.*
y *lib. 6.*
z *in Catil. & Iugur.*
a *lib.5.stu.de gratiis.*
b *lib.2. r. 6.*
c *Exod.c.21.*
d *ca.1. de iniuriis.*
e *l.ex hac. ff. si quadru.*
p *aupe. fecit. dica. l. fin. ff. his qui effud. l.qui actione in princ.ff. ad l. aquil.*
f *2.2. q. 62. ar.2.ad 1.*
g *In 4.l.sent. dist.15.*
h *In d. l. isti quidem. ff. quod metus causa.*

propter aliud iustè amari possint,vt testatur* Diuus Ambrosius & S.Thomas:nec minus sunt Deus , qui propter se tantùm,& non propter aliud amari potest,vt nuper lõgè post hæc scripta tradidimus in commen. cap. cum minister. [a]

Tertium,quod omnia hæc quinque, quamuis non sint virtutes,nec bona honesta,sed tantùm vtilia , sunt tamen pretiosa,& inæstimabilia,& quæ suapte natura superant omnia alia bona vtilia pecuniaria, iuxta illud Salomonis,[b] *Melius est bonum nomen,quàm diuitiæ multæ*. & illud Iesu filij Sirach.[c] *Curam de bono nomine,magis enim permanebit illud,quàm mille thesauri magni,& pretiosi*.& gloss.[d] dixit honorem præferri omni diuitiarum commodo Similia habentur in capit. deteriores , [e] & apud Aristotelem , [f] quem sequitur Sanct. Thomas, [g] vti etiam alter Thomas vidẽdus est * & rursum de eadem re agens D. Thomam in eadem parte , quam in 1. secundæ aliquid de ea re tangens honorem bonorum exteriorum maximum esse, adeo quòd ipse Thomas à Vio , [h] & alij præcellentes doctores alibi definiant,neminem in foro conscientiæ teneri alteri ad restitutionem bonorum pecuniariorum, si eã non potest facere absque suæ famæ,honorisq; sui iactura. bona enim famæ & honoris sunt altioris ordinis,&,vt ita dixerim,quidditatis,quàm bona pecuniaria.

19 Ex quibus inferunt præfatus Thomas à Vio, [i] & alij alibi vxorem,quæ mœchata est,non obligari in foro conscientiæ palàm facere , se admisisse adulterium , etiam si per illum solum modum , & non alium filios mariti sui legitimos seruare posset à damno partis bonorum , quod paterentur , filio adulteri illam vendicãte. & ad id allegant Decretalem solennem Innocentij III. [k] quæ licèt, vt aliquando super ea diximus,non loquatur expresè de iactura famæ,sed de iactura vitæ : vt etiam Marcellus Iurisconsultus in idipsum allegatus,[l] de bonis corporis loquitur, tamen idem dicendum est de iactura bonæ famæ, vt lõgè post hæc scripta latius tradidimus in Man.Cõf.[m]

20 Quartum,in quo hæc quinque cõueniunt, est, quòd omnia sunt ex se esse minora, quàm vita,& valetudo cõmoda,lumen occulorum,& alia corporis bona, vt post alios tradidit eruditissimus Dominicus à Soto. [n] Primo quia solus Deus est dominus vitæ, id quòd significat illud , [o] *Ego occidam,& ego viuere faciam* & illud , [p] *Tu es Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem*. quamuis etiam Respub.eiusdemque rectores , & magistratus maiorẽ super ea ab Immorrali Deo sibi tributam,quàm cæteri priuati habeant, [q] licet etiam ipsi sint domini sui honoris , famæ, gloriæ , & laudis,vt infra probabimus. Secundo , quia vita est basis, & fundamentum reliquorum bonorum, ad quam tuendã & conseruandam maior est insita nobis à Deo cura, quàm ad tuenda & conseruanda illa. [r] Postremo, quia non est nobis data facultas commeandi ex hac vita ad aliam , iuxta Diuum Thomam,[s] cùm tamen interdum concedatur commeandi de statu decoris & famæ , ad statum dedecoris & infamiæ.[t]

21 Cæterum contra hanc conclusionem facit primo, quòd Iurisconsultus Paulus , [v] videtur definire infamiam morte peiorẽ esse.Secundò ꝙ Scævola,[x] videtur respondere adulterium vxoris marito peius esse morte. Tertio, quòd Ludouicus grossus Franciæ apud Gaguinum , [y] Sallustius , [z] Valerius Maximus, [a] de Fabio Maximo,& plerique omnes scriptores,& probi omnes aiunt, moriẽdum esse honorato pro honore.Et de Eleazaro memorat Machabæorum historia, [b] quòd glorioſam mortem magis, quàm odibilem vitam complectens gaudenter præibat ad supplicium. Quarto, quòd damnum per mortem,vel membri mutilationem , aut vulneris illationem datum potest iure naturali, diuino , & humano pecunia restitui, secũdum leges diuinas,[c] Pontificias,[d] & Rom.[e] S.Tho.[f] communis,[g] & planè non alia ratione quàm quòd valori vitæ & sanitatis potest æquari valor pecuniæ. ergo bona corporis non sunt maiora pecuniariis.

22 Ad hæc tamen oppositæ respondeti potest , ad primum quidem,quòd iurisconsultus Paulus, [h] non dixit infamiam peiorem esse morte, licèt multi eum ad id allegent:sed dicit quòd vir & fœmina pudica & honesta potius debent ferre mortem,quàm consentire stupro , vel adulterio,quod est verum : etenim hoc est peccare mortaliter, & oprare , atque eligere mortem animæ ad euitandam mortem corporis,vt diximus in Man.Confess. [a] Vnde Godofredus per illum textum notat probari animam præponendam esse corpori.& Albericus addit eodem textu comprobari hominem potius debere mortem sufferre , quàm mortifere peccare quòd licet contextus in specie,& à parte non dicat, satis tamen illud colligeret , qui expenderet,peccare mortaliter eam quæ metu etiã mortis stupro,vel adulterio consentit.

23 Ad secũdum respondetur primo,quod Scævola, [b] nõ æquat adulterium morti,neque eum ea illud cõparat,nam vt ibi dicit Iacobus de Arenis , verbis illis *filium nostrum occidit,& alia deteriora fecit*, rectè intelligi potest eum suũ patrem illi occidisse.quod est peius, quàm occidere filiũ. Licèt enim multa sint , ob quæ inclinatur pater ad amandum plus filium suum,quàm patrem,nihilominus tamen magis obligatur ad diligendum patrem tamquam principium,causam,& fontem,à quo emanauit, quàm filium, vt optimè exponit Diuus Thomas. [c] Quamobrem peius esset occidere illi patrem,quàm filium. Secundo respondetur,quod Scævola non comparat adulterium cum propria morte , sed cum morte filij. Et ita tamen probaret, peius esse marito adulterium , quàm mortem filij, sed nõ peius esse,quàm mortem propriam.qua de re licèt fusius, non tamen adeo resoluté loquuntur Ioan. Lupus, [d] Andr. Sicul.& Decius. [e]Neque arbitretur quis nos dicere velle, non esse peius,ac grauius ex se peccatũ mortis filij, quàm adulterium:hoc enim planè falsum est , nam homicidium est contra secundum mandatum secundæ tabulæ : adulterium verò contra tertium,iuxta glossam, [f] ab omnibus receptam, [g] & per homicidium aufertur vita data , per adulterium autem impeditur dãda,vt inquit S.Thomas, [h] quem maximè in hoc Caietanus prædicat.

24 Posset etiam respondeti præfatis duabus legibus nõ minus verè,quàm nouè,quòd eorũ auctores fuerunt ethnici Romani , qui gloriam pro fine vltimo, ac summæ suæ beatitudinẽ habebant,vt testatur Diuus Augustinus [i] , in hęc verba.*Romani pecuniæ liberales,& laudis auidi erant.gloriã ingentem diuitias honestas volebant,hanc ardentissimè dilexerunt, propter hanc viuere voluerunt , pro ea mori non dubitarunt* hæc ille.quos,& Marcum Tullium postea vehementer reprehendit:tametsi non desint etiam hodierno die Christiani aliquot, qui licèt non verbis , factis tamen eos sequantur gloriam,& honorem tamquam idolum quadantenus colentes. Quapropter merito dici posset Paulum & Scævolam putasse illud idem, quod illa Lucretia, Cato Vticensis , & alij ethnici Romani:qui videntur gloriam & famam pro suo vltimo fine habuisse , cùm ob eam mortẽ sibi conscíuerint:quos etiam idẽ Augustinus vbi supra [k] reprehendit, & ita putasse illos peius esse perdere famam & gloriam,quàm vitam.

25 Ad tertium respondetur, illud commune dictum, moriendum esse pro honore, communem errorem esse: etenim pro honore mortem oppetere non est fortitudo vera,sed falsa,secundum Aristotelem, [l] ab omnibus receptum , in quibus D. Gregor. [m] Sanct. Thomas. [n] Et ad hoc,vt præfatum commune dictum non sit communis error,sed verum,debet capi in eo sensu,vt significet, moriendum esse pro eo,cui honos debetur,id est pro virtute, & non pro honore,qui virtuti debetur,quique longe minor est illa. Quocirca omnia dicta tam Catholicorum, quam Ethnicorum,quibus docent eligendam esse potius mortem,quàm turpem,& ignominiosam vitam,interpretanda sunt,vt significent potiùs vitandum vitium,& peccatum,à quo oritur infamia & turpitudo , quàm mors honesta quę iustè ac gloriosè subitur,ac toleratur.Qua planè in re,tum intelligenda,cũ exercenda bene videtur bona pars militum & nobiliũ errare,dũ potiùs labores intolerabiles,& mortem ipsam pro diuitiis & honoribus tolerant,quã pro virtute , quæ in defendenda rep. & in obseruãdo iuramento suo Imperatori & Regi præstito cõsistit,diſplicétes in eo Deo graniter, cùm pari labore possent eos tolerare principaliter pro virtute,& minus principaliter pro diuitiis , & honoribus Deo in eo multùm placẽtes:neque nos qui in scholis publicè interpretamur,

a *c. 16.n.44. & in comen. cap. humanæ. aures. 22. q. 1.nu.9.*
b *In d.l.codicillis.*
c *2.q.q. 26. art.9.*
d *de donatio. inter virum, & vxo. fol. 56.col.4.*
e *In c. atſi §. de adulteriis. de iudic.*
f *c. quia omnibus. 32. q. 7.*
g *In d. §. de adulteriis.*
h *1.2.q.122. art.1.*
i *li.3. de ciuita. Dei c.12.*
k *lib.1. de ciuit.cap.19.& sequent.*
l *3.Ethic.c.8.*
m *Greg.l.19. c.27. vel 29. in cap.omnes. 47.dist.*
n *2.2.q. 128. art.1.ad 7.*

& acta publica inimus ab hoc vitio longè abhorremus. Eleazarus autem nolebat mortem ob gloriam & honorē oppetere, sed ob legū diuinarum obseruantiā, atque custodiam, quæ gloria & honore maximo digna est, ob quā & martyres dicūtur ab Ecclesia *victoriū genus optimū*. Neq; cōtextus historię habet, quod anteposuerit honorem vitę, sed quòd *postposuerit odibilem vitam morti gloriosæ, & dignæ laudę, & honore*, quod est præponere virtutem vitio, & eligere potius mortem quàm peccatum.

Ad quartum respondetur concedendo, quòd aliquando tā iure naturali & diuino, quàm humano fit aliqua restitutio damni illati per mortem, mutilationē, vel vulnera, negando tamen quòd id fiat in pretium vitæ, membri, vel vulneris, quæ æstimari non possunt: sed in pretium dāni ex eis emergentis, vel lucri ob ea cessantis.

26 Quintum in quo præsata quinque reuerentia scilicet, laus, honor, fama, & gloria conueniunt est, quòd licèt nullum eorum sit verè æstimabile: tamen dānum, quod ex eo prouenire potest quadantenus æstimatur, dum arbitrio boni viri pecunia reficitur læsio in aliquo eorū accepta, nō quidem omnino debita quātitate, & qualitate eorum: sed arbitraria secūdum cōmunem sententiā, quæ in multis locis concludit, quòd non potest læsa fama restitui, debet pecunia refici dānum ob eam læsionem susceptum, sicut in fine conuenientiæ præcedentis de bonis corporis & salutis dictum est.

27 Sextum in quo prædicta quinque conueniunt, est, quòdomnia fere hęc bona, vt Boëtius inquit, [a] sunt extetiora, & in potestate aliorum sita, extant enim teste S. Thoma. [b] in voluntate & opinione aliorum volentium illa dare, vel tollere, quod etiā ex suis definitionibus constat. Dicitur autē, *fere*, propter limitationem, quæ potest colligi ex definitione reuerētiæ ex iis, quæ in ea diximus, & postea iterum tetigimus in prima conuenientia.

a *li.2.de consolat.*

b *1.2.q.2.ar. 2.*

Responsio oppositorum Conclusioni.

28 His igitur breui præsuppositis de quidditate, differentia, & conuenientia præfatorum quinque bonorum honorabilium, respondetur ad omnia simul opposita cōclusioni. Primum quòd hoc verbum *gloria* in nostro textu, & conclusione positum non accipitur strictè, vt supra definitum est, iuxta mentem Marci Tullij, S. Ambrosij, & S. Thomę: sed largè, ita vt includat etiā notitiam approbatiuam paucorum: immo & vnius tantùm, & solius conscientiæ propriæ. Secundo quòd laus, honor, & gloria res diuersę sunt strictè acceptæ, vt accipiūtur in supra traditis definitionibus: sed largè ea accipiēdo omnis honor potest dici laus, & contra omnis laus honor. Tertio quòd licet, vt supra dictum est, gloria propriè strictęq; sumpta sit filia laudis, & honoris, tamē potest accipi pro sua causa, vt sæpè causa sumitur pro effectu, vt D. Augustin. [c] definiendo fidem dixit: *Fides est credere quod non vides*. cum tamen fides sit habitus, & causa ad credendum mouens, & non idem actus credendi: & Azo, [d] relatus à Bartholo, [e] & defensus à Decio, & à nobis in rubrica de probationi. dixit appellationem esse sententiæ rescissionem, cùm tamen appellatio sit causa rescisionis sententiæ, & non idę actus rescisionis iuxta omnium receptam opinionem.

c *Aug. tract. 40. in Ioan. & in summa ti. de appellat.*

d *In l. 1. ff. eo.*

QVINTA CONCLVSIO.

SVMMARIVM.

1 Bona quinque honoraria licet appetere, & amare.
1 Laude gloriaq; humana licet gaudere.
2 Bona honoraria contemni & appeti possunt.
3 Gloriam bonus & ignauus diuersa tamen via querunt.
3 Gloriam ab humili queri, vt intelligendum.
3 Humilitas Latino Ethnico non est virtus.
4 Periclis caput olea ornatum.
4 Coronæ variæ pro variis gestis.
4 Fœminæ vno viro contentæ quæ laureæ.
4 Laureæ Minerales cur scholasticis præstitutæ.
4 Brauia certantibus cur præstituta.

A 1

Vinta conclusio suprà deprompta; nempe licere gloriā & laudem appetere, & eadē gaudere, depromitur ex illis verbis Apostoli à S. Gregorio hic relatis, *Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ*. quæ verba apertè probant Apostolū gaudium fuisse testimonio conscientiæ suę, appellando illud gloriā suā. Et per eadē ampliatur conclusio, vt nō solū procedat in appetitu, & gaudio gloriæ, & laudis humanæ, qua homines nos laudāt: gloria enim conscientiæ, de qua in præsētia Apo. & Greg. verba faciūt, humana & nō diuina est. 2. Cor. 1.

B 2 Ampliatur ēt, vt procedat in appetitu & gaudio glorię & laudis diuinę, qua quē Deo probat: sed ēt in appetitu, & gaudio glorię, & laudis humanæ exterioris aliorū hominū: ac etiā in appetitu honoris, famę, & reuerētiæ. Primo quia omnia ista sunt bona magna: & pretiosa, & maiora, quā pecuniaria, vt supra [a] probatū fuit. Secūdo facit, q̄ licet vitā appetere, & illius vsū gaudere, vt gauisus fuit Paulus, quādo quidā prefectus custodiæ eum de manibus Iudęorū insidiantium ei liberauit, [b] quando itē se ab insidiātiū sibi eripuit. Et q̄ licet bona valetudine gaudere, vt aptis in id verbis D. Hier. [c] & Chrysost. [d] significāt. Et eadē fere ratione ampliatur ad alia bona honoraria famę, reuerētię, & laudis, & honoris, de quibus supra, [e] dictū est: etenim licèt hęc nō sint adeo magna ac bona vitę & valetudinis, ī multis tamē eis asimilātur. Facit ēt, quia sicut appetitus, & gaudiū laudis, honoris, glorię & reuerētiæ ex se nō sunt bona, ita nō sunt de se mala: sed sunt indifferētia, vt S. Tho. notat. [f] in hęc verba, *Vtrūq; scilicet & cōptus famę, & appetitus poteſt esse laudabilis & vitiosus*. Et probatur ea ratione, q̄ illorū obiectum nihil habet, quod cū recta ratione pugnet. Qua eadem ratione nos quoque supra, g diximus, silentium & locutionem sicut non sunt de se bona, ita nec esse de se mala, sed indifferentia.

a *In concluſ. 4. num. 19.*

b *Actor. 21. c.*

c *Hiero. li. 2. aduersus Iouinianum. capitul. non mediocriter. c. nec tales. c. legimus, de consecr. di. 5.*

d *Chriſoſto. hom. 29. ad c. 12. ad Hebr. cap. nihil. de consecr. di. 5.*

e *In concluſ. 4. num. 20.*

f *2. 2. q. 132. art. 1. & q. 129. art. 1. ad 3. præſertim verò in quolibeto 12. in art. 13.*

C 3 Facit etiā quòd D. N. Iesvs Christvs, [h] inquit. *Sic luceat lux vestra coram hominib. vt videāt opera vestra bona, & glorificent patrē vestrū, qui in cęlis est*. & Saluſt. [i] quē refert S. Tho. [k] ait, *Gloriā & honorē bonus & ignauus æquè exoptat. sed ille vera via nititur, hic, quia ei bonæ artes desunt, dolis, atq; fallaciis contēdit*. Et Valer. Maxim. [l] postquā profectus est me à quodā nobili Rom. gestas, iis verbis cōcludit, *Nulla est ergo tāta humilitas, quæ dulcedine gloriæ nō tangatur*. Quā sentētiā videtur referre D. Anton. [m] dū inquit, *ethnicū quemdam dixisse, nullā esse tā absolutam virtutē, quàm dulcedo gloriæ non attingat*. quod quidē Valerius nō videtur voluisse dicere, sed aliud, nēpe nullū esse adeo vilē & abiectū, qui gloriæ cupiditate interdū non tangatur. Tū quia Latinis ethnicis, de quibus erat Valerius, verbū *humilitas* nō significat virtutē humilitatis, quę etiam Aristoteli fuit incognita, sed abiectionē, & vt ita dicā, vilitatē. Tū quòd res illa gesta, de qua loquitur Valerius, significat hāc fuisse illius mētē.

g *In Caieti. 2. 2. q. 131. art. 1. ad 3.*

h *lib. 8. c. 15.*

i *m 2. par. tit. 4. c. 1. in prin.*

4 Facit etiā, q̄ Athenienses clarū Periclis caput vti boni cuius olea coronarū, decreuerūtq;, vt idē de cętero aliis fieret, qui Pericli similes existerēt. Et idē Valer. [n] narrat, Rom. constituisse, vt illi fœminę, quæ solo vno marito cōtenta esse, corona pudicitię donaretur. Et Plini [o] post & ante alios atteſtatur multas diuersorū genetū coronas à Populo Romano inuētas fuisse. quib. bonos ciues honorārēt, alias quidē pro illis, qui ciues suos ī prēlio seruarēt, alias pro illis, qui primū murū subirēt, inq; oppidū hostiū per vim ascēderent, alias tandē pro illis, qui prēclarū aliquod facinus gererēt: vnde alias appellarūt ciuicas: alias murales; alias vallares, seu castrēses; aliās tādē rostrales. Ex quib. omnibus planè percipitur honestū & laudabile duxisse sūmā illā Romanorū prudentiā, vt sui ciues honorē, famā, laudem, & gloriā expeterent, eāmq; ardenter quærerent: idque indicat D. Aug. P illis verbis. *Romani gloriam ardentissimè dilexerunt, propter hanc viuere voluerunt; pro ea mori non dubitarunt*. Id quod etiam sanctissimus idēmque doctissimus vir probat variis ex Virgilio desumptis carminibus, cui addi potest & illud. q

n *li. 2. ca. 1. de Areopagit.*

o *lib. 3. c. 4.*

p *l. 5. de ciuit. Dei ca. 12.*

q *5. Aeneid.*

vitamque volunt pro laude pacisci.

& ætate nostra viri Christiani, qui torneamenta, siue iustas institurunt maiora brauia, siue præmia proponunt illis, qui dexterius certauerint: & exercituum imperatores atque præfecti præclara brauia præstituunt eis qui vel in pręliis, insultibus, & incursionibus illo aut illo modo se insignes fecerint. Ad quorum similitudinem toto Christiano orbe sunt multæ institutæ præclaræ Academiæ, doctbúsque magnis doratæ, in quibus scholastici diligentem litteris operam nauantes variis laureis minerualibus siue gradibus, immunitatibus variis, & præeminentiis donantur, vt laudis & gloriæ cupiditate, & infamiæ, & ignominiæ metu plus discant, vehementiúsque laborent: quas planè omnes Academias Sancta sedes Apostolica suis diplomatibus & bullis laudat, atque approbat: quod tamen non faceret, si desiderium, & appetitus gloriæ humanæ peccatum esset.

Octo contra conclusionem opposita.

SVMMARIVM.

5 Amor laudis qui bonus, & qui malus. &c.
5 Gloriari in Domino, vt intelligendum.
6 Opprobrium meum amputa, vt intelligendum. & 9.
6 Amor gloriæ parit timorem infamiæ.
6 Gloriæ amor vt parat casum fidei.
7 Prædicans ob laudem non meretur laureolam.
7 Magnanimo quare res parua honor, & eius munera. & 11.
7 Catonem gloriam fugientem ea sequebatur.
7 Gloria multis nocuit.

C 5 Cæterum contra hanc conclusionem multa opponuntur. Primo illud Augustini [a] superius [b] allegatum, *Sanius videt, qui laudis amorem vitium esse cognouit*. Quo in loco carpit Ciceronem aientem reip. expedire, vt ciues sui excitentur, & accēdantur ad studium laudis, & glorię.

a *l. 5. cap. 3. de Ciuit. Dei.*

b *In oppoſitione 6. prima concluſio.*

c *2. ad Cor. 10.*

Secundo, dictum illud Pauli. [c] *Qui gloriatur in Domino glorietur*. scilicet eo quòd habeat eum cognoscendo & diligendo, iuxta vnam expositionem ex tribus, quas ibi tradit S. Thomas, vel gaudendo rebus eius, quatenus eius sunt secundum aliam expositionem, vel referendo omnia ad eius gloriam, secundum tertiam. Igitur, qui gaudet honore, & laude non referendo ad Deum illa, vel aliis rebus quatenus suæ non sunt, peccat.

d *Num. 91. ſuper prædicātis Apoſtoli verbis.*

Tertio commentariolus ille D. Bernardi [d] scriptus, in quo post multa cōcludit, nos debere laudem appetere, vt solùm laudemur à Deo, & nō ab hominibus, iuxta illud, [e] *In hoc glorietur. qui gloriatur, scivе & nōsse me*.

e *Ieremię c. 19.*

Quarto quod Apostolus [f] dicebat. *Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neque me ipsum iudico*. hoc est, vestrum de me iudicium parui ęstimo, quinimmo neque iudicium meum mihi satisfacit, vt ibi vterque Thomas exponit. Et alibi. [g] *Neque gloriam ab hominibus quærentes*.

f *1. ad Cor. 4.*

g *ad Theſſal. 2.*

6 Quinto illud Ieremiæ. [h] *Nolite timere opprobrium hominum*. Et illud Regij psaltis. [i] *Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum*. quod secundum recentiorum expositionem significat, Auferà me opprobriū infamiæ & ignominię, & consequenter amorē honoris, & gloriæ, timor enim infamiæ de amore honoris, & glorię nascitur: & difficilius est resistere infamiæ metui, quàm appetitui honoris & famę.

h *Cap. 51.*

i *Pſal. 118.*

k *Matthæi c. 6.*

Sexto, illud eiusdem veritatis. [k] *Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud Patrē veſtrum, qui in cœlis eſt*. Et paulo post obiurgat hypocritas, qui publicè orabant, vt laudarentur ab hominibus: & rursus ait. [l] *Quomodo poteſtis vos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis*. Per quæ verba notauit S. Augustinus, [m] hoc vitium appetitus glorię humanæ vehementer repugnare fidei Christianæ. Cui addunt doctissimi recentiores, perimendas esse vires appetitus gloriæ humanæ, qui non solùm caritatem tollit: sed etiam fidem periclitari facit, & illas esse causam præcipuam, quæ magnates, qui condemnantur, ducit ad infernum.

l *Ioan. cap. 5.*

m *lib. 5. de ciuit. Dei c. 14.*

7 Septimo, quòd vanitatem appetere est peccatum, iuxta illud. [n] *Vt quid diligitis vanitatem?* Et illud, [o] *Auerte oculos meos ne videant vanitatem*. Et fama, honor, laus, & gloria videntur esse quædam vanitates. adeo quòd etiam discere ob laudem sit vanitas, iuxta illud Bernardi. [p] *Sunt qui ſcire volunt, vt ſciant, & turpis vanitas eſt*. Et S. Thomas [q] definit eos *qui laudis gratia vellē concionantur laureolam non mereri*. Et alibi [r] dixit, *eos qui appetunt* aliquod munus, siue officium peccare, aut peccatum superbiæ, aut iniustitiæ, quod

n *Pſal. 4.*

o *Pſal. 118.*

p *ſer. 36. ſuper cantic. col. 3.*

q *quodl. 15. art. 24.*

r *quodlib. 5. art. 12.*

A & tenet S. Augustinus, [a] quem S. Thomas secutus est.

Octauo, quòd Aristoteles [b] aiebat (id quod aliqui nobiles parum perpendunt) non esse magnanimo cura, vt laudetur. Et cuidam philodoxo responsum fuit, summam esse laudem non ambire laudem. quibus quidem omnibus satis consentit S. Augustinus, [c] dum refert illud Salustij* de Marco Catone, *quo minus appetebat gloriam, illum ea magis sequebatur*. Confirmantur etiam hæc omnia, quòd gloria non paucis nocuit, Phocionem enim, & Socratem duro veneno necauit, Epaminundam & Scipionem capitaliter accusatum in exilium abire compulit, & M. Catonem quadragies in iudicium vocatum in necessitatem depellendi opposita sibi crimina, quòd multi narrant.

a *In 9. de ciuit. Dei. relatus in c. qui epiſcopatū 8. q. 1.*

b *4. Ethic.*

c *l. 5. de ciuitat. c. 12.*

* *Salluſt. in Catil.*

Confutatio oppositorum.

SVMMARIVM.

8 Appetitus laudis qui bonus, & qui malus.
8 Augustinus cur carpat ad gloriam incitantem.
9 Paulinum illud, mihi pro minimo, & c. vt intelligendum.
10 Finis vltimus vel principalis nequit esse vllī bonū honorariū.
11 Laudem summam non esse nullam ambire laudem.

B 8 Ad tria prima opposita respondetur, quod D. Paulus, Augustinus, & Bernardus in illis citati non damnāt omne desiderium, & appetitum horum quinque, nempe reuerētiæ, famæ, gloriæ, laudis, & honoris: sed tantùm inordinatum, vanum & malum, cuiusmodi erat Romanorum, vt infrà dicetur: declarando quis honor, & quæ fama dicantur vana, & quæ mala. Augustinus autem non carpit Tullium, eo quòd scripserit reip. interesse ciues suos incitari, inflammarique ad famę atque glorię cupiditatem ordinatam, solidam, & bonam, cuiusmodi erat cælestis, & etiam terrena, concurrentibus circumstantiis, de quibus infra dicetur: sed quia ei visum fuit præcipuum rerum gerendarum finem esse gloriam, & famam, hoc enim non solum est vanum: sed etiam falsum, & præposterum, cùm sit ordinare maiora, nempe virtutes, ad minora, scilicet ad prædicta quinque, quæ supra [d] diximus, longè minora virtutibus, & facere finem de iis, quæ sunt media ad finem. quod omni iuri est contrarium, iure enim naturali, & diuino inferiora debent seruire superioribus, & non contra superiora inferioribus. quòd * Persius tametsi Ethnicus pulchrè notat illis senariis.

d *conclusione 4. num. 19.*

* *Perſ. ſaty. 1.*

Non ego cùm scribo, si fortè quid aptius exit,
Laudari metuam, neque enim mihi cornea fibra est:
Sed recti, finémque extremúmque esse recuso.
Euge tuum, & bellè.

9 Ad quartum respondetur, Diuum Paulum in eo citatum non dicere, quòd reputaret malū, vt ab omnibus laudaretur, neque quòd eius pigebat: sed tātum dicere, quòd laudem humanam pro re minima, & incerto testimonio habebat, docendo nos, quòd quamuis liceat hominū laudem & gloriam appetere tamquam testimoniū humanum & incertum, ac tamquam bonum quoddam temporarium paruum, qualia sunt etiam cætera temporaria: non tamen licet eam appetere tamquam bonum magnum & perpetuum, & tamquam testimonium certum, quod non impugnat: sed declarat nostram conclusionem.

Ad quintum respondetur, quod Dauid & Ieremias non præcipiunt ne infamiam, & ignominiam timeas: sed ne timeamus illa, plusquam ratio dictat. idest, ne metu infamiæ & ignominiæ quidquam veritum admittamus, nęve quidquam præceptum omittamus, ne ve transgrediamus legem diuinam aut humanam, à cuius obseruantia nullus metus infamiæ excusat, vt supra prælusimus. e

e *præludio vlt. num. 2.*

F Ad sextum respōdetur, quod Dominus & Redemptor noster, à quo tamquam ab vberrimo, perennique fonte, Dauid, Ieremias, Paulus, Augustinus & Bernardus suam scientiam hauserunt: illud ipsum, quod ipsi, dicere voluit, nempe, vt nihil agamus præstituendo nobis in finem vltimum, & principalem scopum humanam gloriam, quod infrà magis aperietur. Neque Caietanus in eiusdem argumenti calce citatus aliud voluit dicere.

Ad septimum fatemur esse peccatum saltem veniale expetere vanitates, & consequenter esse peccatum expetere aliquod horum quinque reuerentiæ, laudis, honoris, famæ, & gloriæ quando sunt vana: verumtamen negamus quod semper sint vana, vt infrà explicabitur.

Ad octauum respondetur, elogia in illo citata aptè concludere, hæc quinque non esse admodũ magna bona: quoniam non sunt bona animæ, vt explicatum fuit [a] & quòd ideo magnanimus parui faciat illa, quia de paruis non multum curat. Fatemur etiam virtuosum esse contemnere illa, quando, & quomodo ratio dictat: negamus tamen, quòd ea præfatam conclusionem expugnent, cùm potius declarent.

11 Illud verò elogium. *Summa laus est, non ambire laudem.* magis pulchrum est, quàm verum. Tum quia persæpe dedecus est non appetere laudem. [b] Tum quia laudabilius est amare Deum, quàm contemnere laudem: nam amare Deum est actus virtutis caritatis virtutum omnium principis iuxta Apostolum [c] & S. Thomam, [d] & reuereri Deum est actus latriæ, siue religionis moralium summæ: contemnere verò laudem est actus humilitatis & magnanimitatis, quæ sunt lõgè prædictis duobus inferiores. Neque illud S. Augustini probat illud elogium: quoniam licèt probet dignum esse laude contemptum gloriæ: non tamen probat dignum esse magna laude.

Corollaria & elogia quintæ conclusionis declaratoria.

SVMMARIVM.

11 Bonum nullum pecuniæ, vel honoris est finis principalis boni actus, & nu. 31.
13 Iustus non est qui facit iustitiam, nisi id faciat, quia iustũ est.
14 Bonum non est dare, facere, bene viuere ob victum, vel pudorem principaliter: sed sic minus principaliter. & 35.
14 Baptizatur qui ob veniam pœnæ principaliter peccat. & 20.
15 Actus omnis inordinatus malus.
16 Metu agere, vel parere vt bonum, vel malum: & nu. 19.
17 Bona in opera incitare brauiis, vt bonum.
17 Bona honoraria, vel temporaria promittere sacra suscipienti. vel facienti, litteras discenti, & docenti, concionanti, & psallenti, an bonum. & num. 20.
18 Bona corporalia, pecuniaria, & honoraria precari, petere, ac quærere, an bonum. & nu. 19.
21 Timore seruire Deo an bonum. & num. 22.
22 Finis duplex operationis, & operantis, ille potest esse lucrum temporarium: hic verò non principalis.

12 HAnc quintam conclusionem, & supra dicta consequuntur multa corollaria. Primum, quòd neque laus, neque aliquod horum quinque potest esse finis principalis: adeo quòd omnia opera etiam ex se bona, & optima facta principaliter ob laudem, honorem, famam, gloriam, & reuerentiam sunt peccata saltem venialia. Quod probatur primò per illud Euangelij [e] & declaratum, supra citatum. [f] *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Et per illud eiusdem, *Te autem faciente eleemosynam nesciat sinistra tua, quid faciat dextera.* vbi B. Augustinus nomine sinistræ intelligit appetitum gloriæ, & nomine dexteræ appetitum adimplendi præceptum, vel consilium. Et ita vetat facere bona opera, & adimplere præcepta principaliter propter laudem, id est præstituendo eam in finem principalem eorum.

13 Secundo probatur per illud Persij. [g]

Sed recti finémque extremúmque esse recuso.

Euge tuum & belle. licèt, vt idem paulo inferius subdit, virtutis studiosus, siue virtuosus possit rectè vera laude virtutis suę debita gaudere, nõ tamen potest studiosè, siue virtuosè aliquid facere principaliter ob eam querendam.

Tertio probatur, & maximè declaratur per illud Adriani [h] eruditissimè dictum, quod in præsenti ad verbum ob duas causas referã. Altera est quod addit, hoc corollarium procedere, non solùm quando honor præstituitur tãquam finis principalis totus, siue totalis, & integer boni operis: verum etiam quando præstituitur tamquam partialis, siue pars principalis totius finis. Altera, quòd ampliat hoc procedere etiamsi præstituantur bona temporalia vitæ, ac salutis pro fine principali, totali, vel partiali: eius enim verba sunt hæc: *Qui vult bene agere, Deo placere, iustè iudicare liberalem, fortem, magnanimum, temperatum se exhibere propter honorem, corporis salutem, hominum gratiam, vel pecuniam, aut aliam quamlibet temporalem mercedem. siue intendat, vt finem totalem, siue vt finem partialem actus, nec iustus, nec liberalis, aut*

a *In 4. concluſ. num. 17.*
b *ca. nõ sunt audiẽdi. 11. q. 3.*
c *1. ad Cor. 13.*
d *1. 2. q. 66. art. 6. & 2. 2. q. 23. ar. 6.*
e *Matth. 6. & In 6. arg. contra concluſionem ſacem.*
g *Satyra 1.*
h *quodli. 10. art. 10.*

magnanimus est: sed agit malè, & peccat.

13 Quarto probatur, quod Aristoteles in Ethicis [a] & Diuus Thomas, * & cæteri, qui ea de re scripserunt, definiunt, eum qui pugnat in bello, & animosè occidit, aut occiditur, non esse censendum fortem, neque virtuosum, si fecit id principaliter honoris humani, vel gloriæ causa, aut metu infamiæ, vel ignominiæ. Qui etiam [b] concludit, solum illum iustum iustitia speciali esse, qui facit aliquid, eoquòd est iustum, & non qui facit illud ob ignorantiam, obliuionem, timorem, vel alium respectum licèt bonum, non tamen quia id est iustum.

14 Quinto, quòd Durandus [c] inquit, *concionantem vt victum paret, non mereri,* immo peccare, quantò minus meretur, qui vt paret gloriam concionatur: & Almainus [d] censet peccatum esse dare eleemosynam ob Dei amorem, & humanam gloriam: & Caietanus [e] eum qui elargitur, vt laudetur, venialiter saltem peccare: & Adrianus [f] ait piè, & sanctè viuere, ob diuitias, non esse piè, & sanctè viuere, neque velle placere Deo propter terrena bona esse Deo placere: & Gratianus noster, [g] eum qui dat ob pudorem, & rem, & merita perdere: & paulo post addit: bonum fieri non timore, sed amore iustitiæ. Quòd planè ipsum sentit, D. Augustinus. [h] Immo Iudæus, Turca, vel Paganus ad mortem damnatus, qui principaliter baptizatur vt ei pœna remittatur peccat, sed non tantùm, quantùm si prorsus baptismum renueret. Quapropter licet eum ad id inuitare, iuxta eiusdem Gratiani sententiam: quoniam quamuis non liceat inuitare aliquem ad peccandum, saltem si ad id non est paratus: licet tamen inuitare ad minus peccãdum, vt singulariter sentit D. Augustinus [i] quem secutus prædictus Adrianus [k] vehementer carpit eos, qui contra dicunt, probátque. Etsi melius cæteris cõciliando omnes resoluat Caietanus, [l] & diximus nos post S. Thomam [m] in Manua. Confess. [n] & ille angelicus Thomas definit, concionantem ob aliquod præmium temporale peccare.

15 Per quę quidem omnia satis, superque apparet nullã actionem bonam esse, cuius finis principalis est acquisitio honoris, gloriæ, pecuniæ, reditus, seu prouentus, muneris, vel aliorum quorumcumque bonorum temporariorum.

Sexto denique principaliter probatur id ipsum ea potissimum ratione, quòd nullus actus potest esse bonus, nisi rectæ rationi consonet, iuxta Aristotelẽ, [o] S. Thomam, Patnon consonat rectæ rationi, vt supra etiam traditum est, vt maius, & melius bonum inseruiat minori, & minus bono [p] idem S. Thomas [r] nec consequenter quod maius, & melius est inseruiat tamquam medium ad cõsequendum id, quod minus, & minus bonum est, cùm finis debeat esse medio longè præstãtior, vt latè nuper [s] tradidimus. Cùm igitur virtutes, & omnia honesta sint maiora, meliora, atque præstantiora, quàm hæc quinque, vt ex supradictis cõstat, adeo quòd hęc nõ sunt appetibilia, nec amabilia propter se, vt illa iuxta S. Thomam, [t] sed tantũ propter aliud, plane consequitur facere bona opera, actusque virtutum propter hæc quinque minimè consonum esse rectæ rationi, cùm sit accipere id quod maius, & melius est pro medio assequendi id, quod minùs, & minus bonũ est, & consequenter peccatum, quia est actus inordinatus, & quia secundum Apostolum [v] relatum à Bonifacio. [x] *Quæ à Deo sunt ordinata* sunt. & sectndum Iustinianum imperatorem semper Augustum. [y] *nihil debet esse inordinatum.*

a *Lib. 3.*
* *In 2. 2. qu. 123. art. 1.*
b *lib. 5. ca. 13.*
c *2. l. sentent. d 38. q. 2.*
d *ca. 12. moral. col. 3.*
e *in ſumma caſ. 7. pag. 2.*
f *quolibet. 10. q. 1. lit. M.*
g *Cap. fi. 23. q. 6.*
h *Aug. in ep. 48. ad Vincẽ. & cõtra liter. Petiliani l. 2. ca. 84. vt habetur in cap. vides. 23. q. 8. & c. ad fidem. 23. q. 5.*
i *Aug. l. 2. de Aduleri. cõiug. cap. 15. & habetur. in c. ſi quod verum. 33. q. 2.*
k *quodlib. 9. lit. E.*
l *2. 2. q. 78. art. 4. & to. mo 1. opuſ. tract. 1. reſponſ. 13.*
m *quolib. 2. art. 12.*
n *c. 17. num. 203.*
o *2. Ethic. & c. ratio nulla, ca. ad hæc de præben.*
p *1. 2. q. 100.*
q *arg. cap. ad hoc. 89. d. l. 1. in princip. ff. de aqua plu. arcen.*
r *in 2. li. ſenten. d. 38 q. 1. art. 1 ſub fin. & art. 2. in 3. arg.*
s *in commẽt. de ſinib. human. actuum ſuper c. cum miniſt. n. 17.*
t *1. par. qu. 5. art. 6.*
v *Rom. ca. 13.*
x *in extrau. vnam ſanctam. de maior. & obed.*
y *in §. nihil. auth. de hæred. & falci. col. 1.*
z *23. q. 6.*
a *In Concilio generali. c. vt clericorum. de vita & honeſtate cleric.*
b *c. 1. c. qualiter. de pactis. ca. quamuis. eod. tit. l. 6. c. cum contingat. de iure iur. & authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vẽditionem. & ff. & C. ad le. Aquil. c. 1 & fin. de iniur.*

vi aliquid facere esset peccatum, sequeretur Ecclesiam, & Imperatores inuitare subditos ad peccandum pœnis à se constitutis, quod absurdum esse nemo non videt.

17 Secundo, quòd licet fideli offerre infideli munera, & dona, vt fidem Catholicam recipiat, immo vt id fiat aliquorum regnorum legibus cauetur. Probè item faciunt, qui famulos suos, & famulas promissis aliquot munusculis inducunt ad sacram confessionem, vel communionem faciendam, vel suscipiendam. Item qui constituunt quotidianas distributiones canonicis, vel clericis horis canonicis interessentibus, & scholasticis, qui tanto, vel tanto tẽpore studuerint: & Doctoribus qui illud vel illud munus, illam vel illam cathedram, illud vel illud suggestum vel pulpitum subierint, vel rexerint, & alia huiusmodi plura.

a *Matth. 10.*
b *23. q. 4. in ſumma.*
c *Pſal 12.*
d *Acto. 9. & 22. & 23. q. 6. in ſumma.*
e *cap. Nabuchodonoſor. 24. q. 4. Ecce non omnis. 5. q. 5.*
g *Prouer. 30.*
h *l. de orãdo. Deũ ad Probum.*
i *Matth. 6. Luce. 11.*
* *Iuuen. ſa. 10.*
k *2. 2. q. 83. art. 3.*
l *2. 2. q. 81. art. 6.*
m *c. quanto. de magiſt. & clem. 1. eod.*
n *quodlib. 3. art. 9.*
o *clemẽ. 1. de iureiur. l. fin. C. de quadrien. præſcr. proœm. reg. Cancel. gloſſ. in data Sexti.*
q *Auguſt. in Pſal. 70. & habetur in c. licèt cauſam. de probation.*
r *quemã. 88. diſt.*
s *2. 2. q. 77. art. 1.*
t *ff. de adquir. har. lega.*
v *ff. de legatis 1.*
x *6. Ethic.*
y *1. 2. q. 20. art. 4.*

Tertiò, quòd Redemptor noster [a] iubet nobis, eum timere qui potest animam, & corpus perdere in gehẽnam quo planè in loco, verbum illud timere secũdum Gratianum [b] & potuit colligi ex illo Dauidis. [c] *Seruite Domino in timore.* significat cum timore seruire. Et idem Apostolum Paulum quasi inuitum, coactũmq; conuertit. [d] Nabuchodonosorem flagellis saluum fecit [e] & Patriarchas, vt eos meliores efficeret, modo beneficijs animabat, modo fame durè exercebat. [f] Et populum Iraëliticum, vti & hodie Christianum nunc malis curabat, nunc donis recreabat. Ex quibus quidem omnibus colligi videtur, iustè posse quem animæ saluté, virtutésque alias quærere operibus, prædmij amore, vel formidine pœnæ factis: & consequenter illis, quæ facit appetitu quærendi, vel metu amittendi præfata quinque vel illorum aliquod.

18 Quarto, quòd licet à Deo precari salutem, & alia bona vitæ humanæ, vt fuit precatus Salomõ [g] in hæc verba, *Tribue victui meo necessaria.* & auctore S. Auguſt. [h] id licet orare quod licet desiderare: immo & Redemptor noster [i] nos docuit petere temporalia per illa verba, *Panẽ nostrum quotidianum da nobis hodie.* & sancta est (secundum Satyricũ * receptum à Christianismo) oratio, quæ petit mentem sanam in corpore sano. At oratio est actus virtutis, & non qualis qualis, sed omnium moralium suprema: est enim actus, teste S. Thoma [k] illius virtutis quã Græci, λατρείαν, Latini verò religionem appellant, quæ est iuxta eundem [l] moralium omnium princeps. Præterea licet pauperi, & inopi eleemosynam petere, atque magnatibus à Regibus munera postulare, cum debitis saltem circumstantiis: laureg; itẽ Mineruales, siue doctoratus, ac magisteria ab scholasticis eruditis sanctè petuntur [m] vt S. Thomas disputando concludit. [n] Romanorum insuper Imperatores coronas sibi debitas iustè petunt: [o] & Summi Pontifices summis infulis se ornari iure optimo procurant, [p] à quibus quidem omnibus directè honor petitur: quinimmo frequenter etiam in iudicio honor debitus postulatur, & vt quis in eius possessione defendatur, petitur. [q] Licet item mercari ad quærẽdum lucrũ, quo quis se honestè sustentet vt S. Augustinus [r] ait, & disputando S. Thomas concludit. [s] Denique q, licet iuste delatã hæreditatẽ adire [t] & fide cõmissa capere, [v] quorũ planè omniũ finis est lucrũ.

Confutatio oppositorum.

19 AD primum horum oppositorum respondetur, faciendum quidem licere compellere homines ad faciendum opera de se bona: negando tamen, quòd qui ea faciunt principaliter ob metum, & compulsionem probè faciant, & non peccent. Nec ista quidem sibi mutuo repugnant. Etenim, vt ait Aristoteles, [x] aliud est opus de se bonum esse, aliud verò bene illud facere: nam qui ob metum vel verecundiam audit missam, vel sua peccata confitetur opus virtutis, & de se bonum facit: sed non illud bene facit, immo peccat. Præterea qui abstinet ab exteriori peccato principaliter ob metum, verecundiam, vel pudorem non abstinendo ab interiori, malè facit, & peccat licèt minus vt plurimum, quàm si ab exteriori non abstineret, S. Thomas [y] quia vt plurimum pauciores circumstantię augentes peccatum inueniuntur in peccante mente sola, quàm in peccante mente, & opere sine actu exteriori. Neque abs re tamen nos arcet Ecclesia metu pœnarũ à peccatis exterioribus, quia saltẽ operatur, vt ab eis metu pœnæ coerciti, postea paulatim ac sensim incipiamus sponte

a *Aug. lib. 2. contra litt. Petili c. 54. ea. ad fidem. 23. q. 5 & ca. vides. ead. cauſa q. 6.*
b *ſub ca. fin. ead. q. 6. Horat. lib. 1. epiſt. 15. ad Quintium.*
c *c. ſicut ſexta. & ca. qui vult. de pœn. diſt. 2.*
d *In cõment. de ſinibus hu manorum actuum ſuper c. cum miniſter. nu. 7.*
e *Num. 23.*

eleemosynam,mineruales laureas,infulas Pontificales,& Imperiales ad eundem finem. Quare vt prædictæ apperitiones,& petitiones,& aliæ illis similes sint iustę,oportet, vt earum finis principalis extrinsecus operantis sit amandi,vel seruiendi Deo,vel quærẽdi beatitudinem,vel bene honestéque viuendi secundum rectã rationem, vel alium similem finem bonum & aptũ. Qua planè ratione responderetur ad id,quod de emptione,hæreditatis aditione,legati,vel fideicommissi admissione obiicitur, quòd lucrum est iustum obiectum & finis operationis præfatorum actuum, vel aliquid aliud ex eis immediatè resultans. non tamen est finis principalis extrinsecus operantis,sufficiẽs ad faciendũ illos actus bonos,& studiosos,siue virtuosos. Itaque oportet ad hoc,vt sint boni,quòd lucrum,quòd ex his fit referatur in aliquem vlteriorem finem bonum, & aptum: quod quidem ipsum dicendum est de aliis suapte natura, & obiecto suo in lucrum tendentibus. Et facit ad prædicta,quòd regulariter ex obiecto solo, & fine operationis non redditur actus bonus, nisi alius finis extrinsecus operantis ad id aptus concurrat, quòd ex S. Thoma apertè satis colligitur. [a]

a *1.2.qu.18. & de malo q.2. & alibi sæpe.*

SVMMARIVM.

22 *Finis minus principalis actus virtutis potest esse bonum temporarium.*

23 *Bonum est seruire Deo, vel Ecclesiæ minus principaliter ob temporaria.*

24 *Beneficium ob aliquod seruire licet minus principaliter.*

25 *Opera eo meliora,quo à temporarijs puriora.*

25 *Opera quorum finis Deus meliora eis,quorum finis aliud.*

23 SEcundum corollarium satis consolatorium, quod ex prædictis omnibus colligitur,est, peccatum non esse facere actus virtutis propter aliquod horum quinque non proponendo,aut accipiendo illud pro fine principali,totali,vel partiali, sed secundariò,& minus principali, & quadam causa impulsiua. Quod quidem corollarium probatur fere omnibus argumentis,& illorũ solutionibus aduersus primum corollarium adductis: nam ex illorum primo,si diligenter expendatur,colligitur,quòd quamuis non liceat facere bonum opus principaliter ob præmium, mercedem,aut metum: licet tamen secundariò, & minus principaliter.Ex secundo verò desumitur, quòd licèt non sit bonus,neque meritorius actus, qui principaliter fit pro remuneratione temporali: est tamen talis,si secundariò,& minùs principaliter fiat propter illam. Ex tertio tandem deducitur sanctum esse Deo seruire principaliter propter ipsum,etiamsi metus pœnæ, vel spes præmij ad id nos incitet.Præterea probatur hoc corollarium,eo quòd Vrbanus [b] & Cælestinus [c] constituerunt,licere clericis seruire in Ecclesia Dei cum spe ascendendi ad dignitates, & honores.Et Gelasius [d] clarius quàm ipsi hęc in verba statuit, *Commoda presbyteri propensius, quàm Diaconi consequantur, vt hac saltem ratione constricti,& honorem quem refugerant, appetere nitantur,& quæstum*,hæc ille:& Valerius Maximus [e] affirmat,vberrimum virtutis alimentum esse honorẽ. quod tamen intelligendum est de honore proposito in finem minus principalem per prædicta. Marcus item Tullius [f] quotidie ab orthodoxis celebratus relatus à S. Augustino [g] ait, *Honos alit artes*. quod etiam intelligendum est de honore proposito in finem minus principalem, quoniam intelligendo de honore proposito in finem principalem falsum est, & reprobatur ab Augustino vbi supra: quo prorsus etiam modo intelligendum est illud Iuuenalis. [h]

Qui enim virtutem amplectitur ipsam: Præmia si tollas?

Et etiam illud cuiusdam philodoxi, *virtus non aliter gaudet agnosci,quàm sol amat lucere*,cui satis post S.Augustinum consentit super illis verbis,*Clarifica filium tuum*.Aquinas [i] & S.Antoninus. [k] Præterea corroboratur hoc corollariũ multis receptis glossis,quarum vna ca.quid proderit. [l] ab omnibus laudata inquit *licere clerico Ecclesiæ inseruire cum spe conscendendi ad dignitatem & honorem, modo principaliter propter id non faciat*. Fere idem dicit alia, [m] cui satis consentanea est alia, [n] aiens quòd *quamuis pecunias mutuare principaliter ob lucrum sit vsura:mutuare tamen principaliter ob alium finem rationabilem non est vsura, licèt minus principaliter inde lucrum expectetur. Neque planè desunt alia pleraque glossemata.* [o] affirmantia simoniam esse prælato principaliter ob beneficium ecclesiasticum inseruire præsertim verò cum pacto:attamen nõ est simonia inseruire illi principaliter ob alium finem aptum,& secundario propter beneficiũ.qua quidem de re de more satis eleganter loquitur Adrianus [a] & aliud glossema. [b] sentit, quòd licèt sit peccatum surgere ad horas matutinas principaliter causa lucrandi distributiones: non est tamen peccatum surgere principaliter causa seruiendi Deo,& quærendi suam gratiam,& beatitudinem,& secundariò causa lucri.Prætermitto breuitatis causa pleraſque alias solennium Doctorum determinationes,& decisiones, quas videre licet apud Adrianum, [c] Siluestrum, [d] Maiorem, [e] Iasonem, [f] Felinum, [g] cum aliis ab eis citatis.

a *quolib. 9. art. 2.lit. M. N. O.*
b *c.1.de cleri. non residen. lib.6.*

25 Tertium corollarium est quòd opera nostra cæteris paribus tanto sunt meliora, quanto minorem mixturam habent appetitus honoris,& gloriæ,& illa excellẽter meliora,quę penitus nullam habent,sed solo Dei aut virtutis amore fiunt:quamuis tamen meliora sint cæteris paribus ea,quæ propter Deum,quàm quæ propter virtutem.Deus enim, vt Ochã [h] & Gabriel [i] pulchrè definiunt maior,& melior finis est, quã virtus,quippe qui est finis vltimus,& propter se tantũ amabilis, cũ tamẽ virtus sit finis medius propter se & aliud amabilis, vt paulo post explicabitur.

c *quolib. 9. art.2.M. N.*
d *verb.simonia.q.9.*
e *in 4. di. 15. q.29.col. 10. & d.25.q.2. col.2.*
f *in l. si quis nec causam. ff.de cert. pet.*
g *in c.non dubium de sententia.excom.*
h *li.1. senten. q.1.col.3.*
i *in 2.dist.38. q.1.col.5.*

SVMMARIVM.

26 *Finis cognitio iustæ conscientiæ necessaria.*

26 *Finis quid.*

27 *Finis vltimus & medius definiuntur,diuiduntur, & subdiuiduntur.*

28 *Finis duplex finis cuius,& finis quo.*

29 *Finis duplex operationis, & operantis, & possunt esse idem diuerso respectu, alter est prior executione,alter intentione.*

30 *Finis duplex, bonus,& malus.*

31 *Finis principalis alicuius actus virtutis potest esse vita, & salus contra Adrianum.*

32 *Fines qui principales omnium bonorum,& qui cuiusque virtutis.*

33 *Fines qui faciunt actus meliores.*

34 *Finis malus,quia est culpa, & malus quia ineptus,differunt.*

34 *Finis quinto duplex principalis,& minus principalis:& quid illi.*

35 *Finis minus principalis virtutis potest esse honor, vel lucrum.*

36 *Actus non est bonus,qui in aptum finem non refertur.*

36 *Eleemosyna maior data maiori petitori quæ liceat.*

36 *Eleemosyna maior,quia petitur publicè,quæ mala.*

36 *Missam nouam facienti,cui plus dari potest.*

37 *Finis principalis operis potest esse aliqua virtus.*

37 *Beatitudo cælestis vt dicitur vltimus finis.*

37 *Fines generales apti omni virtuti qui.& 41.*

38 *Meritum vt sit quidpiam,in quem finem referendum.*

39 *Finis operationis,& operantis vt differunt.*

40 *Relatio virtualis in finem aptum quæ est,& quæ sufficit.*

40 *Gratiæ magnus fructus relatio actus in Deum.*

42 *Actus plurimi qui non omnino probandi, nec reprobandi & 43.*

42 *Opera bona quæ solius relationis defectu mala.*

43 *Opus melius,quo finis melior:& peius quo finis peior.*

44 *Actus etiam suo genere bonus factus in finem quærendi aliquod bonum honorabile,non referendo illud in altiorem finem,est malus.*

44 *Actus omnis inordinatus peccatum est, & irreferibile in bonum finem.*

44 *Peccatum quatenus est tale irreferibile in Deum.*

26 QVartum corollarium est, multum expedire ad iudicandũ,quę appetitiones laudis,& aliorum quatuor bonorum honorariorum sint bonæ,& quæ malæ, atque ad bene viuendum, & ad examinãdam perfectè conscientiam,atque peccata integrè confitendum, nosse,quis dicatur finis principalis,& quis minus principalis actuum humanorum.Quandoquidẽ omnis actus,cuius finis principalis est laus,honor, vel aliud bonum tẽporale, siue honorarium,siue pecuniarium, est malus propter circũstantiam finis inepti,quamuis ex se, suoque obiecto sit bonus, & optimus,vt supra in primo corollario explicatum est. [k]

k *Numer.12.*

Quintum corollarium præsupponendum esse pro huius rei cognitione, primùm quid sit finis, vt in præsenti hac materia sumitur, & deinde quot modis diuidatur.

Finis

a *1. 2. q. 8. art.2.*
b *in 2. sent. dist.38.*
c *1.2.q.1.ar. 7.*
d *ad Philipp. 3.*
e *libr. 1. offi.*
f *1. Ethic. ca. 7.*
g *vbi supra.*
h *1.2.q.2. ar. 6.*
i *1.o. Ethic. c. 2.*
k *vbi supra art.1.*
l *art.2.& 3.*

Finis itaque secundum S. Thomam, [a] vbi hoc Caietanus laudat,*est bonum,quod propter se desideratur*, siue alia desiderentur propter se ipsum,siue nõ,&siue ipsum desideretur ob aliud,siue nõ,iuxta mentẽ Greg. Ariminen. & Gabr. [b]

Sextum corollarium,quòd finis diuiditur primo in vltimum,& medium. Vltimus est,qui propter se tantũ amatur.Et hic est duplex,alter verè vltimus, & omniũ supremus,& vnus omnium creaturarum scopus, qui propter se tantùm,& non propter aliud est amabilis, qualis est solus Deus, vt docet S. Thomas receptus, [c] quippe qui super omnia est diligendus.Alter est falsus,quem falsi homines pro sua falsa imaginatione impudentissimè, stolidissimèque,tacitè,vel expresse fingunt,& adorant,iuxta illud Apostoli. [d] *Quorum Deus venter est*.Qualis etiã voluptas Epicureorum,in quos Cicero duos libros de finibus ferè prodegit. Finis medius est,qui propter se, & propter aliud amatur, qui est duplex. alter verè medius,ille scilicet qui verè est propter se,& propter aliud amabilis, quales sunt virtutes,& omnia honesta, secundùm S.Ambrosiũ. [e] Alter falsò medius , ille scilicet qui non potest esse amabilis propter se,qualis est pecunia:vel non est amabilis propter aliud,qualis est Deus.Quæ autẽ propter se, & aliud amari queunt sunt omnes scientiæ speculatiuæ secundum Aristotelem, [f] & virtutes morales,aliàque honesta iuxta Ambrosium: [g] hęc enim rectè possunt amari propter se tantũ, & iustius propter Deum,vel alios fines eis superiores.An autem delectabilia sint talia quæstionis est.Etenim Diuus Thomas [h] ait,*delectationes esse propter operationes*. Et ibidem inquit,*delectationes propter se appeti,& non propter aliud*, si illud *propter* causam finalem sonet:immo in eodem loco allegat Aristotelem [i] aientem, ridiculũ esse ab aliquo quærere propter quod vult delectari,cũ palam sit, quòd propter ipsam delectationem. Et hoc videtur verius per latè tradita à Caietano in præcitato loco,vbi dicta Diui Thomæ conciliat,dicens *bonum diuidi in bonum propter se,& propter aliud. Bonum propter se in bonum honestum, & delectabile*. Quapropter salus,& vita quæ ad delectabilia reducuntur à Boethio,sunt de genere bonorum quæ propter se solùm iustè appeti possunt: id quod ad multa multùm perpendere oportet.Cætera verò bona,quæ vocantur vtilia non sunt amabiliter propter se,sed solùm ob aliud:qualia sunt bona pecuniaria secundum eundem S.Thomam, [k] qualia etiã honoraria,nępe honor,fama,& gloria,iuxta eũdem. [l]

28 Septimum corollarium, quòd secundo diuiditur finis in finem cuius,& in finem quo. quorum planè mẽbrorum nomina quamuis Ciceronianis parum probẽtur:volentibus tamẽ perfectam veramque finium cognitionem clarè rectèque sine fuco, & ambagibus cognoscere valde commoda sunt.Finis itaque cuius est,in quo est ratio boni.finis autem quo acquisitio,& possessio,& vsus eius: vt auari finis cuius est pecunia, in qua est ratio boni,& finis quo est acquisitio , possessio , & vsus eius, vt declarat S. Thomas. [m] Quamobrẽ finis cuius totius humanæ vitæ ipse Deus est,in quo summa,& infinita ratio boni est.Beatitudo autẽ,quia beati vidẽtes eũ eo ipso fruũtur est finis quo.

m *1.2.q.1.ar. 8. & q.2.ar. 7.*

29 Octauum corollarium est,quòd tertio diuiditur finis in finẽ operis,siue operationis,& in finem operantis, siue operarij, finis operationis est obiectũ,in quod suapte natura ipsa dirigitur.finis operantis est in quem per operantem operatio dirigitur,vt cùm quis ædificat domum, quo locando eam lucretur,ipsa domus est finis operationis:finis autem operantis est lucrum,quod per eam intenditur. Qua quidem diuisione ad graues difficultates diluendas Diuus Thom.vtitur. [n] Quibus planè omnibus addo,quòd quamuis finis operationis sit tantùm vnus,finis tamen operarij,siue operãtis potest esse multiplex, nempe ille ipse,qui est operationis , & alij multi:vt ieiunij,quod est operatio,finis est corporis afflictio,finis verò operantis,& ieiunantis potest esse illa,& alia multa,puta vitia comprimere,mentem eleuare,virtutẽsque augere, vt missæ præfatio habet,& Diuus Thomas declarat. Quamuis itẽ finis operationis,quando est alius à fine operãtis,sit prior illo secũdum ordinem executionis,vt idem Thomas probat: non tamen secundum ordinẽ intentionis,iuxta illud Aristotelis, [o] *Qui furatur vt adulteretur,magis est adulter,quã fur*. & ędificantis domũ ob lucrũ per locationem eius quærẽdũ,prior & principalior finis est lucrũ,iuxta ordinẽ intentionis,quia ille mouet primũ ad ędificãdũ,licèt sit postremus in executione,quia post ędificationẽ dom[o] quęritur.

n *præsertim in 2.lib. di. 1. q.1.art. 1. & 3.& dist. 30. q.1.art. 5. ad 5.& d.38.ar. 5.& in 4. di. 19.q.3.art. 1. qu.2.ad 3.& 2.2.q.141.ar. 6.ad 1.*
o *Arist.lib.5 Ethic.c.2.*

30 Nonũ corollariũ,quòd finis quarto diuiditur in bonum,& malum.Bonus finis est bonum verum,aptum medio, quo quæritur. non enim potest esse bonus finis, nisi verè bonum:nec sufficit,quòd sit verè bonũ,nisi medium quo quæritur sit aptum:siquidem non est bonum diligere Deum propter pecunias,vt suprà dicitur. Illud autem est bonum aptum,quod est obiectum actus,in quod ille suapte natura dirigitur, aut aliquid aliud illo melius. Finis autem malus est malum culpæ,vel bonũ medio,quo quęritur ineptum. Finis enim in quantum huiusmodi superior est medio secundum Diuum Thomam. [a] At malum est superiora inferioribus postponere,immo & æquare, [b] quippe omnia inordinata mala sunt,cum nihil debeat esse inordinatum [c] & quæ ea quæ à Deo sunt ordinata sunt [d] & quia prædia inferiora non debent dominari superioribus,sed eis subseruire. [e]

a *1.2.q.1.art. 1.ad 1.*
b *cap. statuimus.& c. solitæ de malo. & obed.*
c *§. si vero. versi. inordinatum autẽ nihil de hær. & fals.ca.ad hoc.86 dist.*
d *ad Rom. 13. extrau. vnam sanctã de maior. & obed.*
e *l.1. §. sicut. & leg. 2. in princi. ff. de aqua pluuia. arcen.*

31 Decimũ corollarium est,quòd ex prędictis colligitur primo id quod supra latè probatum est,nempe quòd quicumque aliquem virtutis actum agit principaliter ob bonum aliquod temporale pecuniarium, immo & honorarium,quod pecuniario minus est, peccat, si actualiter vel virtualiter non referat illud in Deum, aut beatitudinem, vel in aliquam virtutem ei conuenientem generalem,vel specialem. Tum quia vera est illa regula topica à nobis, f vnde hæc desumptimus citata. *Cuius finis malus est, ipsum quoque malum est*.Tum per alia multa supra adducta. Quod quidem corollarium ampliandum esse ad eum,qui agit aliquem virtutis actum ob corporis salutem , expresit Adrianus [g] sed nos contra putamus. Tum quia paulo superius ostensum est vitam , & bona delectabilia iustè posse amari,& appeti propter se tantùm:cui consequens est iustè fieri posse finem aliquarum bonarum operationum. Tum quia alioqui consequeretur, quòd actus abstinendi à nimio cibo,& potu, qui sunt actus virtutis abstinentiæ, & sobrietatis ad conseruandam salutem,& vitã,vti etiam pharmacis, & aliis medicamentis ad recuperandam salutem amissam esset peccatum. quod est cõtra omnium doctorum mentem. Quare præfatum Adriani dictum arbitramur limitãdum, vt solum habeat locum in actibus virtutum maiorum virtutibus aliis,quarum actus iustè ordinari non possunt ad salutem,& vitam, quales sunt amor Dei,& actus spei,& religionis,quarum finis aptus,& proportionatus,nequit esse salus , & vita hominis. Vnde qui amaret Deum,vel crederet in eum,vel speraret in eo , vel veneraretur eum principaliter propter salutem,vel vitam suam conseruandam,peccaret:quia de eo,quod est minus bonum faceret finem maioris boni. Ille verò, qui actum abstinẽtiæ,sobrietatis,tẽperantiæ,continentię,& aliarum similiũ virtutũ finẽ faceret vitã suã, vel salutẽ,non peccaret,immò si alia in id necessaria concurrerent,mereretur.

f *1. Ethic. §. sicut. & leg. 2. in princi. ff. de aqua pluuia. arcen.*
g *in quolli. q. 1.*

32 Vndecimum corollarium est, quòd omnium actuum quarumcumque virtutum finis principalis aptissimus est Deus ipse,qui est vltimus finis cuius omnium rerum:Beatitudo item,quia est vltimus finis quo,potest esse finis , & principium omnium actuũ intellectus,& rationis, quamuis nequeat esse finis principalis caritatis,& amoris Dei, qui propter seipsum solùm principaliter est diligendus, vt Diuus Thomas [h] declarat. Virtus item in genere , & recta rario sunt fines boni , & apti omnium virtutum , & actuum illarum:quisquis enim agit iusta,fortia,& temperata:quisquis amat Deum,vel credit in eum, vel sperat in eo, quia id facere est virtus Theologica , vel moralis , vel quia ratio naturalis vel supernaturalis id dictat benè facit. Quæliber etiam virtus est finis aptus ad eam conuenientium:quippe qui iusta facit,quia iusta sunt,qui fortia, quia fortia, quique temperata,quia temperata sunt, benè facit. Finis item aptus est quælibet virtus altior & maior respectu cuiuslibet actus inferioris virtutis:nam qui iusta, fortia , vel temperata facit, vt placeat Deo,vel vt caritas, fides,& spes magis in eo augeatur,rectissimè agit.

h *2. 2. q. 27. art. 3.*

Duodecimum corollarium , quòd obligationi quàm omnes habemus præstituendi fines bonos,& aptos omnibus nostris actionibus deliberatis, vt longè post hæc scri-

pta.

pta [a] diximus, satisfaciemus optimè quidem, si eos agamus, vt Deo placeamus, & egregiè, vt fiamus beati, & sufficienter, si eo quòd sunt recti, vel honesti, seu virtuosi, seu quia recta ratio diuina, vel humana dictat: nam quodlibet horum, quæ in effectu idem sunt, licèt verbis differant, est iustus generalis finis omnium actuum quarumlibet virtutum. sufficienter item satisfacit præfatæ obligationi, qui aliquod iustum facit, quia iustum est, vel forte, quia forte, est, & modestum, quia modestum est, quia quælibet virtus specialis est iustus finis actuum ad eam pertinentium. Satisfacit etiam qui ieiunat, aut refrænat iram, vt animam & corpus quadamtenus Deo sacrificet: quoniam virtutem altiorem, atque superiorem religionis scilicet facit finem actuum virtutum inferiorum, videlicet abstinentiæ & mansuetudinis. Non tamen contra satisfaceret, qui oraret, vel sacrificaret principaliter, vt abstinens fieret: quia virtutem inferiorem faceret finem principalem actus virtutis superioris, quod non licet per prædicta.

33 Decimum tertium, quòd finis malus, eo quòd est malum culpæ, & malus, non eo quòd est malum culpæ, sed quia ineptus est, eo quòd sit medio minor, plurimum differunt. Primò quidem, quia ille non potest esse finis principalis, neque minus principalis actus boni, etiam si tantùm veniale malum sit. hic autem licèt non possit esse finis principalis: potest tamen esse minus principalis; ieiunando siquidem, & orando, imò & diligendo Deum, si ea etiam minus principaliter ob furtum paruum veniale tantùm, vel ob inanem gloriam (quæ venialis tantum sit) agas, peccas, etiam si principaliter ob Deum ipsum ea feceris. Qui autem illa principaliter facit ob Deum, beatitudinem, vel virtutem, siue quia recta sunt non peccat, etiamsi minus principaliter ob ea speret assequi aliquod bonum temporale pecuniarium, vel honorarium, vt supra probatum est. Secundo differunt, quòd ille nulla relatione ad superiorem finem potest fieri aptus, hic autem sic: qui enim ieiunat vt furetur ad dādum pauperibus, peccat: quia nullum peccatum rectificatur per eius in finem bonum relationem. Qui verò ieiunat ob pecuniam, quam ob id sperat, ad hoc vt eam pauperibus eroget, non peccat, immo bene meretur: quoniam illa pecuniæ acquisitio in erogationem pauperibus amore Dei faciendam relata, transformatur in finem caritatis, quæ finis omnium operum sanctissimus esse potest.

34 Decimumquartum corollariū est, quòd quinto diuiditur finis in principalem, & minus principalem. Principalis, vt glossa 1. [b] & gloss. [c] & gloss. Hostien. Ioan. Andreę & communis [d] glossa verb. periculosis. [e] cum aliis, quæ recentiores citant [f] Dominicus post Ioannem Andream [g] & Bartholus [h] dixerunt, est quod cessante cessat actus: sed incautè dixerunt. Tum quia si bona esset hæc definitio, consequeretur fere omnia nostra opera esse mala, cum fere omnes, & fere semper ita operemur, etiam cum operamur propter Deum & rationem, quòd si omnes causæ temporales omnino cessarent, etiam nostra opera cessarent, iuxta illud Iuuenalis [i] paulo superius allegatum,

Quis enim virtutem amplectitur ipsam Præmia si tollas?

Tum quia datur finis principalis, quo cessante non cessat dispositio, quando scilicet duæ vel plures sunt causæ finales alicuius dispositionis, tunc licèt vna cesset, dispositio tamen non cessat, iuxta omnium sententiam. Tū quia hoc loco nō disputamus de notis & signis, per quæ in foro exteriori illud aut illud præsumitur esse causa finalis, de quibus notis & signis agunt Ioannes Andreas, Bartholus & alij, vbi supra, sed quæ re vera, & ante Deum sit causa finalis: & licèt quidem cessatio vel duratio operis sit argumētum non paruum ad præsumendum, an causa sit finalis vel impulsiua, tamen hoc iudicium quoad forum exterius nihil agit. Tum quia hoc reprobat S. Thomas [k] in hoc eodem proposito per illud Pauli. [l] *Debet in spe qui arat arare.* annotans illud intelligēdum esse de illo, qui spiritualiter operatur, cum spe metendi aliquod temporale, sine quo non operaretur. Bartholus verò [m] & alij dixerunt, quòd finis principalis est finis, in quē intellectus finaliter tendit, sed etiam incautè: quia finis & media ad consequendum illum ad voluntatem, & non ad intellectum pertinent iuxta S. Thomā [n] & intentio non est actus intellectus, iuxta cumdem S. Thomam [a] sed voluntatis: hæc enim tria velle, intendere, & frui sunt actus potentiæ appetitiuæ, siue voluntatis, & respiciūt finem, licet diuerso respectu: nam velle respicit illum quatenus est quoddam bonum, intentio quatenus est mediorum terminus, frui autem quatenus est vltimum, in quo quiescitur, vt dilucidè tradit S. Thomas & commendat Caietanus. [b]

Tertia igitur, eademque satis cauta finis principalis definitio est, hæc finis principalis est *finis, gratia cuius solius fit, vel fieret opus, etiam si alius non concurreret actu, neque virtute, vel saltem tantum, vel aequè gratia eius, propter quem solum, vel tantum propter illum, ac propter alium fit opus, saltem quo ad actionem operis.* Dixi, *finis*, ne definitio careat genere. Dixi, *propter quem solum*, ad significandum esse aliquos fines principales totales: qualis est virtus respectu operis, quod quis facit eo solo quòd est honestum, vel quòd recta ratio dictat. Dixi, *vel tantum propter illum ac propter alium*, ad significandum esse aliquos fines principales partiales, & non totales: quales sunt illi duo fines ieiunij ieiunantis aliquo die quatuor temporum, & quadragesimæ ad satisfaciendum duplici præcepto, quo illud præcipitur, videlicet præcepto dei ciunando dies quatuor temporum, de quo in iure, [c] & præcepto de ieiunādo quadragesimā, de quo alibi. [d] Dixi, *saltem quoad actionem illius operis*, ad comprehēdendum finē principalem concurrentem cum alio maiore & principaliori, vt cū quis ieiunat die ad id indicto, vt obediat præcepto Ecclesiæ, & placeat Deo, nam licèt finis Deo placēdi quoddam maius, & principalius sit, quā obedire, quippe quod est actus caritatis, quę, vt supra quoque tradirum est, excellit omnes virtutes [e] tamen quo ad hoc est quadātenus par obediētiæ: quia propter eam solam fieret opus. Finis minus principalis, *est incitatio siue impulsio ad faciendum aliquid, propter aliud. siue fine illa id fieret, siue non*: quales sunt timor inferni, & spes paradisi, quibus ad amandum Deum principaliter propter seipsum quis mouetur, iuxta mētem S. Thomæ [f] qui ait eam reduci ad causam materialem: & quòd non est simpliciter causa, sed secundum quid: Dixi, *siue fine illa*, ob multos fines minus principales operum, sine quibus ea non fieret, non tamen fiunt equè ob illos, ac fiunt ob alium. exemplum de illo, qui venit Romam ob grande aliquod negotium proprium, & non veniſſet nisi aliquis aliud minus cum aliquo salario ei commisisset, huiusmodi enim aduentus finis minus principalis est negotium alienum licèt sit causa sine qua non venisset.

35 Decimumquintum corollarium est, quòd licèt nullius actus virtutis finis principalis possit esse bonum temporale, imo quilibet actus virtutis quamlibet in se bonus, efficiatur malus, si fiat principaliter ob aliquod bonū temporale: non tamen si fiat minus principaliter ob illud. Primo quidem per illud. [g] *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes in æternum propter retributionem.* Tum propter alia multa quæ supra ad hoc induximus.

36 Decimumsextum corollarium, hinc inferri quasdam quotidianas decisiones dubiorum, super quibus olim interrogati fuimus, qualsque post hęc scripta tradimus in cōment. c. cum minister. [h] Prima est bene mereri eū, si aliud non desit, qui largitur maiorem eleemosynam publicam, quam fuisset largiturus secretam, modo minus principaliter illam maiorem laudem de maiore eleemosyna requirat, eamque actu vel virtute in alium finē debitū referat.

Secunda non esse peccatum, imò meritum, si adsint cętera, largiri maiorem eleemosynam pauperi, absenti, pro quo petit aliquis amicus, vel vir egregius, quàm dedisset si pauper ipse, vel alius homo gregarius eam petiisset, modo principaliter non respiciatur persona.

Tertia, nō peccare illos, qui aliqua de magna causa procurant, aut consulunt, vt petatur, ad aliquod opus piū publicè per egregiam quampiam personā Dei amore, vt maior eleemosyna fiat, quàm si secretò, vel per alias personas gregarias fieret, seruatis tamen modis prædictis. Dixi, *aliqua magna de causa*: quia sine tali, vt id fieret, non consuleremus, quoniam cum bona pars hominum sit vel pauper, vel insueta humilitatis actibus, vel plus satis glorię humanæ auidа, facilè credi potest bonam partem eorū, à quibus petitur tantùm, aut magis, largituram illud plus, quod largitura est publicè, quàm secretè ob gloriā humanam, vel

pudorem,

a *vbi sup. 9. 1. art. 1. & 9. 11. ar 1.*

b *1. 2. qu. 12 art. 1. ad 4.*

c *in c. 1. 2. & 3. 76. dist.* d *in ca. quadragesimam. de conse. distinct. 5.*

e *ca. caritas. 2. de pœnit. dist. 2.*

f *2. 2. q. 27. art. 3.*

g *Psal. 118.*

h *23. q. 5. nn. 72.*

a *in prol. 5. Manualis Confess.*

b *leg. 1. ff. de neg. gest.*
c *l. 1. §. 6. ff. de postu.*
d *In cap. post translationē. de renun.*
e *c. cupientis de elect. li. 6.* f *in cap. cum cessante. de appellat.*
g *in ca. quoniam. de immuni. eccl. li. 6.*
h *in l. 2. §. fi. de don.*
i *Iuue. saty. 10.*

k *in 2. li. senten. di. 38. q. 1. ar. 1. ad 5.*
l *1. Cor. 9.*
m *In l. ambitiosa. 211. 19. ff. de decret. ab ordin. faciend.*
n *1. 2. q. 8. ar. 2.*

pudorem, & ignominiæ timorem, ex necessitate quadā, & tristitia, quàm hilari mēte in hoc ab Apostolo *requisita. Propter quod & alia quædam olim, cū primam missam cātaui non permisi, vt vllus ad eā inuitaretur, nec vt mihi quidquam offerretur contra meæ more m gentis, & contra expectationem cognatorū, & amicorum parentū. quod ipsū aliqui postea meo exēplo, & hortatu fecerunt.

Quarta, iustè peti aut dari posse plus eleemosynæ, cum in aliquod pium opus publicè peritur exaltari, vel suggestu publicante parocho, vel alio quis & quantùm largiatur, aut promittat, vt pro eo circūsedentes Deū orent, quam decisionem limitandam arbitror, vt præcedentem.

Quinta, posse quem absque peccato plus offerre missā primā dicenti, vel nuptias, aut baptismū celebrāti, eo ꝙ ad id inuitatus fuerit, vel populo spectante offerat, quàm offerret, si nemine vidente aut non inuitatus id faceret, eadem ratione seruatis prædictis modis.

Decimūseptimū corollariū est, ꝙ licèt interdū principalis finis boni operis sit vltimus omniū bonorū operū: nō tamen omnis finis principalis boni operis, vt supra satis abūdè explicauimus, est vltimus omniū bonorū operū. Tū quia vnus solus scilicet, æternus Deus est finis omniū bonorū operū, vt ait S. Thom. [a] sicut, & principiū, ob quod appellatur à D. Ioā. A & Ω [b] id est principiū & finis omniū, nā licèt dicatur beatitudo sancta, & summū gaudiū, omniūq; bonorū operū quidā vltimus finis, iuxta Magist. sent. [c] nō dicitur tamē talis, eo ꝙ absolutè sit vltimus finis, sed ꝙa est vltimus actus, & proximū glutinū, quo bonū, opꝰ & eius auctor vltimo fini omniū, qui est Deus cōglutinātur, iuxta S. Tho. [d] Tū quia multorū bonorū operū finis principalis est aliud à Deo, beatitudine, & sancta voluptare, quę sub ea, vt modo diximus, continetur. Tum quia vt aliquis act- sit ex circūstātia finis bonus, sufficit vt eius finis prīcipalis, actualis, vel virtualis sit virtus aliqua particularis, vel finis proximus eius, iuxta S. Tho. [e] nempe vt fiat propter iustitiam, vel temperantiā, &c. vel quia est iustum, aut temperatum, &c. quæ sunt singulares virtutes, aut fines proximi singulatum virtutum. sufficit etiam, quòd finis eius sit virtus generalis, vel proximus finis eius, quippe sufficit quòd fiat, quia est rectè viuendū, quod est generalis finis omnium virtutum moralium.

Decimumoctauū corollarium est, nullū opus quod nō refertur actu siue actualiter, aut virtute siue virtualiter in vltimum finem, vel in aliquam virtutem, aut eius finem esse meritorium, neque bonum: immo peccatū, si fiat deliberate cū iudicio sufficienti ad peccandū: tū per suprādicta. Tū quia est sentētia B. Augusti. * quā magister sententiarū, [f] & eius cōmētatores præsertim recētiores amplexi sūt. Tū quia nihil temporale, vt suptadictū est, potest esse finis principalis etiam partialis boni actus. Tum quia facere contrarium est subiicere maius, & melius minori, & minus bono, & facere illud, quod est maius & melius medium ad consequendum id, quod est minus & minus bonum, quod est præposterum in ordinatum, & peccatum, vt supra, [g] probatur. Tum propter illud S. Aug. à Magistro relatū. [h] *Nō est euāgelizandum, vt māducem*[i].

39 Decimumnonū corollariū est, quòd proximè dictum limitandū est procedere in fine operātis, quia non est necesse, vt talis finis sit proximus, & primus secundū ordinē executionis, sed sufficit, vt sit talis secundū ordinē intentionis: exemplū, iter facit quis, mercatur, militat, iudicat, litteras discit, &c. in finē, vt honestè, iustèque viuat, & sic probè facit, tametsi proximus finis secundū ordinem exequutionis, qui est lucrū, nō sit finis vltimus: neq; alius alicuius virtutis: quoniā licèt sit proximus secundū ordinē executionis, non tamen est principalis secundū ordinem intentionis. Tū quia non facit hæc tam vt lucretur, quàm vt rectè, & honestè viuat. Tū quia finis qui est prior secūdū ordinē intētionis, est principalior eo, qui est prior secūdū ordinē executionis, vt supra ostensum fuit, attamen si quis prędicta faceret principaliter propter lucrū, nō referēdo illud actu, vel virtute in finē benè rectèq; viuēdi, vel Deo seruiēdi, peccaret. Dixi aūt, *virtute siue virtualiter:* quia nō est necesse quādo lucrari intendit, vt referat lucrū in hos fines. Videbitur aūt satis id facere, si roganti eā causam quare vult illud, posset verè respondere, se illud

velle, ad bene, beateque viuendum, siue ad rectè iustèque viuendum, vel ad Deo seruiendum, vt supra probatum fuit. Et facit illud Magistri [a] paulo supra relatum, quòd quamuis sit peccatum prædicare ob lucrum, prædicare tamen vt eo sustentatus plus prædicet, iustiùsque, ac honestius viuat, non est peccatum, imo meritum.

40 Vigesimum corollariū, operæ pretiū esse nosse, quæ intentio, vel relatio actuū nostrorū in aliquē finē dicatur virtualis, quandoquidē per prædicta, illa sufficit ad cōstituendam bonitatē, vel malitiā actus relati. Et prætermissa operosa doctorū disputatione supet hæc habita [b] & attētis [c] magnis argumentis Ioan. Maior contra cōmunem, in quā etiā inclinat S. Thom. [d] & Caiet. [e] definiri potest, relationem virtualē illā esse, quæ tacitè resultat, eo quòd includitur in alia generali actuali antea facta, vel eo quòd aliam actualē specialem cōsequitur, vel eo quòd inest actui aptitudo ad relationē talē, concurrente gratia habituali, quæ ad eā inclinat. Exemplū primæ partis est relatio illa tacita, quę resultat ex eo solo, quòd quis facit bona opera postquàm generaliter aliquando dicauit, & retulit omnia bona suæ vitæ opera amori, vel obsequio Dei: aut cū professus fuit Christianismū, monachismū, vel alium viuendi statū accepit, aut aliàs quandocúque, & postea mentē cōtrariā non habuit. Exemplū secundę partis est relatio milliariū siue leucarū, & passuū itineris quod sine vlla Dei actuali memoria facit is, qui visit S. Iacobū in Cōpostella, quæ resultat ex eo, quòd ipse illā virtualitēr vouit. Exemplum tertiæ partis est relatio bonorū operū eius, qui sine vlla Dei actuali memoria facit in statu gratiæ gratū faciētis, & caritatis resultans ex eo, ꝙ sint apta, vt in vltimū finem referantur, & fiūt ab eo, qui habet illū præcellentem habitū caritatis & gratiā, quæ ad huiusmodi relationē inclinat, vt S. Thomas, Maior, & Caieta. vbi supra probant. Breuius etiā definiri potest secundum S. Bonauenturam, quem sequitur Gabriel, [f] quòd virtualis relatio vnius in aliud est illa, de qua interrogatus operans, an tacitè illam sentiat, verè, ac affirmatiuè respondere potest ita sentire.

41 Vigesimumprimū corollarium est, ꝙ licèt sit peccatū ieiunare, corpꝰ affligere, missare, & alia huiusmodi sancta opera facere, eo fine principaliter, vt Deus nobis cōcedat longam vitā, salutē, vires, honores, & alia tēporalia, nō referendo illa neque actu, neq; virtute in aliū altiorē finem, sed sistendo gradum in eis tamquam in termino, & fine principali: non est tamen peccatum, si ea bona temporalia actualiter vel virtualiter referantur in vltimum finem, qui est Deus Opti. Maxim. vel in alium vniuersalem omnium virtutum, vel aliquem particularem alicuius virtutis ad id aptum, nempe ad seruiendum melius Deo, vel ad sanctius, & temperantius viuendum: hæc enim actuali vel virtuali eorū relatione efficitur, vt ea bona temporalia, quæ sine illa essent finis principalis præfatorum operum, sint finis minus principalis eorum, iuxta ea quæ diximus. [g]

42 Vigesimūsecundū, ꝙ possūt esse bona vel mala ieiunia puellarū & virginū, quæ ieiunāt in aliquibus regionibus oīb. diebus sabbati septē annorū, peregrinationes, itē preces, & alia pia quæ faciūt, vt Virgo mater Maria, vel alius sanctus aut sācta ad cōsequēdū aptos maritos eas adiuuet.

42 Ieiunia item, & alia pia & sancta opera militū, vt recitatio illa venatorum Euangelij S. Ioannis, ne Aquila eorum falcones, & accipitres rapiat, nę ve occidat. Orare item, diuina officia recitare, vouere, aut per se vel aliū dicere missam S. Antonij pro re perdita inuenienda. Missa itē, preces, supplicationes, sine processiones, eleemosynæ, ieiunia, peregrinationes, & disciplinæ, quæ fiunt pro vita, salute, peste fugāda, prospero viatorū itinere, discordium concordia, pro pluuia siccitatis tēpore, aut pro serenitate tēpore nimis pluuioso. Itē vt Deus naues ad portū saluas reducat, & Regibus nostris pacē tribuat, & filios coniugibus eis carentibus concedat. Denique omnia opera, quæ vel afflictionis vitādæ causa, vel prosperitatis temporalis consequendæ gratia dicimus, facimus, patimur, vel curamus, vt alius dicat, faciat, aut patiatur: si enim ad hęc, veluti principalem finē pia illa opera ordinentur, sunt peccata, sin verò hęc in finē minus principalē proponūtur, præstituendo eis aliū finem aptū, ad quod referatur, minimè.

43 Quare qui faciunt præfata, vel alia opera suo genere

a *in d. di. 38.*

b *in 2. libro sententiarū dist. 40. circa col. 3. dicit. art. 5. c. 2. 2. q. 22. art. 3. & q. 100. art. 10. & aptius ad propositū q. 8. art. 3. & q. 18. art. 8. & 9. in additio. magna.*

c *in 2. li. sententi. distin. 41. col. 8.*

g *in 10. corol.*

* *Aug. Enchi. c. 121.*

a *in 2. dist. 38.*
g *Num. 15.*
h *Aug. l. 2. de semone Dom. in mōte. c. 20. lib. 2. dist. 38.*

bona,ad assequendū prędicta, & alia bona honoraria, vel pecuniaria,debent ea facere principaliter eo ꝙ sint grata Deo,pluris ęstimātes eius gratiā,& pietatē, qua erga eum esse debēt,quàm bona prędicta appatita,& desiderata, vel referendo illa in illū finem aptū,reputantes secū,ꝙ tantò meliùs faciēt,& magis Deo placebunt, quo in finē principalem meliorem,& magis Deo placentem ea referent. quoniā & melius facerent si adderent intentionē viuēdi rectius,cum illis,quàm sine illis,& optimè,si intenderent seruire melius Deo cum illis,vt S.Thomas testatur,[a] quia cæteris paribus quantò præstantior & excellentior est finis operis,tantò excellentius & præstantius est opus: sicut è contrario tanto peius & Deo exosius est opus, quātò pejor & exosior est finis,in quem collimatur.

a 1. 2. q. 18. art. 4. & 7. idem cum communi 2. lib. senten. di. 38.

Vigesimumtertium corollarium, quòd Doctores qui omnia prædicta opera rident & damnāt, & qui omnia defendunt & laudant,partim rectè,& partim malè faciunt: quandoquidem neque omnia sunt bona neque omnia mala,cùm ea quæ in bonum finem & aptum collimantur, sint bona,& quæ in malum vel ineptum mala.

44 Vigesimumquartum,quòd qui orant,ieiunant, eleemosynam dant,litteris student, militant, honestè & iustè viuunt,vel alia suo genere bona faciunt ob prædicta quinque bona honoraria, aut aliquod illorum,laudem nēpe, honorem,famam,gloriam,& reuerentiam nullatenus referendo illa in vltimum finem,vel alium alicuius virtutis aptum,peccant,non tamen si referunt illa actu vel virtute in vltimum finem,vel alium aptum,in quem iustè possunt appeti[1], de quibus mox dicetur. quod intelligimus de ipsismet quinque,& de appetitu recto eorumdem:non autem de appetitu eorundem inordinato : quia ille cum sit peccatum in nullum finem bonum rectè referri potest. Tum quia nullum peccatum, quatenus est tale est bene referibile in Deum, vel alium bonum finem, vt diximus in Man.Conf.[b] sequuti Caietanum. [c] Tum quia vnum & idem numero opus afferente Thoma, [d] non potest esse bonum & malum,[e] nam & qui eleemosynam inopi propter Deum, & vanam gloriam simul largitur non rectè facit,immo peccat,idem S. Thomas, [f] & Iacobi Almai. [g] nisi quando distinctè vno actu voluntatis inopi vult opitulari,eo quòd est bonum : & altero actu voluntatis vult hominū gloriā vanè aucupari:tunc enim duo actus volūtatis essent distincti:alter bonus & alter malus, cuius malitia venialis alteri,vt testatur S.Tho.[h] multū dānū affert.

b c.20.mu. 3. [c] 1.2.q.8.ar. 5. & q.100. art.10.
d in 2.li. senten.dist.40.
e ca[n]. cumre-nunciatur. 32.q.1.c. si enim.de pœnit.dist.2.
f de senten. di.38.q.1. ar. 4.ad 4.
g de moral.c. cap. 12.col.3.
h Vbi supra arti.4. ad 4.

SVMMARIVM.

45 Bona honorabilia in quinque fines bene appetibilia.
45 Amare se magis,quàm proximum quisque tenetur.
45 Finis vnus relatus ad alium sit minus principalis illo.
46 Actus vt sit bonus sufficit vnus bonus finis.
46 Iustitia quodam respectu moralium virtutum maxima.
46 Laudem & alia quatuor bona honorabilia maiora meritis vt quis capit iustè.
47 Papa,Reges,& alij currectè suscipiant oscula pedum,manuum, & alios honores,eo solo fine,quòd eis debentur.
48 Bonum honorabile solum est vtile.& ob aliud appetibile:& ita potest peti & quæri,vt bonum pecuniarium.
49 Bona propria licet cognoscere eo modo,quo cognosci possunt.
49 Bonum quod nequit sciri naturaliter,non est per eam quærendum.
49 Gratiæ scientia non est naturaliter querenda.
50 Laudem sui operis in finem aptum licet quærere.
51 Boni honorabilis appetitus per se nec bonus,nec malus : est enim bonus tribus concurrentibus,aliàs vanus.
53 Appetitus cuiusque honorabilis vani semper peccatum, sed solis tribus casibus mortiferum.
54 Finē vltimū nō ponit quis in eo,quo scienter mortaliter peccat.
55 Laudis appetitus de re falsa,vel quæ non est, non semper mortifer contra Abulensem.
55 Iniustitia non omnis mortifera.
56 Honorem in proprium facere illa, quæ sunt dicta in diuinum principaliter non est mortiferum,licèt sit graue veniale.
56 Contemnere quid proprie,& quid largè.
57 Bona vt iubet Christus fieri,vt videantur,& non videantur.
57 Bona tantùm esse facienda in gloriam Dei vt intelligendum.
58 Magnanimus quam laudem,& honorem contemnit.
59 Laudem & honorem colendo maiores vt magis errent.
59 Hispani magis alta,& Galli magis humilia filios docent.

45 Vigesimumquintum corollarium,quòd hæc præfata quinque bona honoraria possunt in multos fines rectè appeti.primo ad Dei gloriam.secundo, vt ait S. Thomas [a] ad proximi spiritualem vtilitatē.Tertio ad nostrum spirituale bonum , quo incitemur & animemur ad perseuerandū in bonis operibus inceptis,& ad perficiendum & faciendum alia illis similia,ad quod quidam citat eundem S.Doctorē,[b] quatenus adducit illud Isaiæ,[c] *Laudem meā infrænabo eum.*sed parum aptè:quia illud intelligitur de laude,qua Deū laudamus:& non de laude,qua nos homines laudant. Vera tamen est conclusio, quia non solùm tanta, sed etiā maior ratio persuadet, vt meæ laudis amor rectificetur fine proficiendi alteri tęporaliter:quādoquidem iuxta S.Augustini [d] & omnium sententiā magis debemus diligere nosmetipsos quàm alios,& per illud, [e] *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* significatur amorem proprium esse exemplar amoris proximi, & ita esse magis debitum & propriorē, quàm sit amor proximi, quā conclusionē clarius & fusius confirmarit Abulensis, [f] & breuius eam tradidit S.Antoninus. [g] Quartò,ob bonum aliquod temporale honestum propriū, vel aliorū:quia nemo damnat eos,qui appetunt laudari ob suum genus clarū, habitudinē,conditionem,& alias bonas, quas verè habēt,animi & corporis dotes, vt facilius conuenientes nuptias inueniant.Neque illos qui cupiūt, vt de sua in administrando prudētia,voce sonora, suaui cantu,expedito in scribendo modo,sana doctrina,& in prælegendo vel patrocinādo dexteritate illi vel illi sint cōtenti,& vt eos tantùm & nō plus quàm merentur laudent.Neque illos,qui optant laudari ob illa bona,quę Deus Opt.Max.illis est impertit[e],vt ob id filiis suis,vel cognatis , aut famulis,vel aliis aliquod bonū tęporale donetur. Neq; obstat quòd,vt supra dictū est,nullū bonū tęporale potest esse finis boni operis principalis,saltē extrinsecus, quē vocamus operantis:& quòd peccatū est,vt ex S. Thoma [h] probatur,id quod est maius & melius ordinare ad cōsequendū id, ꝙ est minus & minus bonū,nō in quā hoc obstat:quoniā hic quartus modus rectè appetendi intelligendus est de appetitu præfatorū, ordinando ea & referendo actu vel virtute in Deū,vel ad vitam benè rectęq; agendā,perquam ordinationē & relationem desinunt esse principalis finis eorū , & Deus vel vita bona fiunt talis , per ea quæ suprà adduximus : [i] ita quòd expetere laudē etiam verā in bonum tęporale proprium vel alienum,sistendo gradū in eo est peccatum , & referendo illam in Deum vel vitam,bene rectęque agendam,aut alium bonum, & aptum virtutis finem est bonū.

a 2.2.q. 131. ar.1. in cor.
b 2.2.q. 91. art.1.
c Cap.48.
d Aug. l.1.de ciuit.Dei. ca. 17. & 20. cap. si non licet 23.q.5.& l.præses.C.de seru. & aqu.
e Leuit.9.& Matth.22.
f super ca. 6. col.7. & 8.
g in 2.par. ti. 4.ca.1.§.1.& §.3.col.6.
h in 2.li. senten.di.38.q. 1.ar.1. sub fi. & art. 2. in 3.argu.
i in 14. vorollario.

46 Quintus finis rectè expetēdi & recipiēdi hæc quinque vel aliquod illorū est,quòd sit debitum,& expectatur & recipiatur,quia debitum,vt fusè probat Caietan. [k] pro quo faciunt primo tria illa argumēta suprà pro conclusione principali adducta. Secundo,quia sicut vni pecunia,ita alteri honor debetur,iuxta illud Apostoli.[l] *Reddite omnibus debita,cui tributū,tributū.cui timorē,timorē,& cui honorē,honorē.* Et expetere & recipere debitā pecuniam,eo ꝙ debita est absque relatione in vltimum finē,non est malū,neque peccatum.Ergo neque expetere & recipere delatū honorem,etiā sine relatione in vltimū finem erit peccatū,cum eadem ratio in vtroque casu militet. [m] Tertio, ꝙ ad hoc, vt vsus alicuius rei sit bonus & rectus,non est opus vt dirigatur in omnes fines bonos , in quos dirigi honestè potest,sufficit enim,quòd dirigatur in vnū illorū. verbi gratia,pecunia possumus vti ad multos fines ad soluendū debita,ad insumendum in necessaria,ad deponendum eā, & ad ostentandū diuitias:[n] attamē,vt vsus pecunię sit honestus,nō est necesse in omnes hos fines referri, sed satis est, vt in vnum eorū referatur : ita ergo,cū vnūquodque horum quinque bonorū sit vtile,vt ante Caiet.S.Thomas, [o] & S.Antoninus [p] tradiderunt:& vt valeat referri in multos bonos & aptos fines sufficiet,vt ad vnum eorū referatur:& cōsequenter,vt tamquā debitum expectatur & recipiatur. Quarto,quòd qui appetit, vt aliquid sibi debitū soluatur,appetit illud ob iustitiā,quæ est virtus,& ita finis est āptus,in quē dirigatur receptio debiti:virtus inquā est iustitia,& nō qualis qualis,sed vt S.Thomas [q] & Aristoteles [r] inquiunt omniū moraliū aliqua ratione princeps.

k 2.2. q. 131. art.1.
l ad Rom. 13.
m c.1.de trāslat.pralat.& l. illud. ff. ad l. Aquil.
n l.3.§.fin.& l.4. ff. commoda.
o 2.2.q. 132. art.1. ad 3.
p 2.p.tit.4.c. 1.§.4.col.6.
q 2.2.qu.58. art.12.
r li.5. Ethico.

Sextus finis est , cùm aliquod horum quinque expetitur & recipitur non tamquā debitum,sed tāquā donum gratis datū,& causa humilitatis, caritatis, & gratitudinis. exempli gratia,alius me præstantior mihi se humiliat,vel me præire,aut præsidere facit, vel dicit aut scribit ad me verba,quæ alius me minor non teneretur facere,admitto libenter delatum mihi honorē non tamquā debitū , neq; ob aliquē prędictorū finem,sed tamquā beneficiū gratuitū,& signum beneuolentiæ , & humanitatis absque alterius præiudicio mihi delatum,non pecco:quinimmo mereor,sicut non peccarem, sed mererer accipiendo amicè, hilaréque aliquod beneficium , vel donum, quod sine alterius præiudicio mihi donaretur,vel deferretur vt ait S. Thomas [s] post Senecam. [a]

a 2.2.q. 106. art.1.

47 Vigesimum sextū corollariū est,errare illos qui putant peccare Sūmos Pontifices gaudendo osculo pedū,& Reges osculo manuū,& alios earū petitione ad eas osculandū,aut genu flexione,vel capitis apertione , nō referētes ea neq; actu,neq; virtute in alium finem bonū vel malum,sed tāquam debita eis lege,vel more, aut vrbanitate, in signū honoris & reuerentiæ,nō enim solùm malè,immo & rectè faciunt,& si sunt in statu gratiæ merentur illius augmentū: quia suscipiunt præfatos honores & reuerentiam eo fine,quòd sint sibi debita de iustitia, pietate, beneuolentia,vel benignitate . Errāntve qui arbitrantur peccare gymnasiarchas,cācellarios,doctores, licēciatos, baccalaureos,& scholasticos petentes , vt eis concedatur præsidere,præloqui , laureā dare, vel vt illo vel illo loco, aut gradu donētur,&alia quę honoris sūt dicere,vel facere nullo alio fine,quàm quòd sunt eis debita lege, statuto,vel consuetudine.Errant item qui credunt male facere Dominicanos volentes Franciscanis præire illa sola de causa,quòd sit iuri consonum,[b] neq; obstat dicere , quòd religiosi renūciant omnibus externis bonis,& consequēter omnibus honoribus,& præeminentiis, quæ, vt supra dictum fuit,bona externa sunt,nam vt ait S.Thom.[c] non renunciant honori,qui eis ob virtutem debetur , sed tantùm illi,qui ad exteriorem ostentationē & apparatum eis defertur,vt post eū aperuit Caiet. & nos infra tangimus.

b c. quorundam. iuncta gloss.de electi. lib.6.
c 2.2.q. 106. art.7. ad 4. & in lib. contra impng. relig.c.2.

48 Vigesimumseptimum corollarium,verum esse illud Card.Caiet.[d] tā licitum esse expetere ac quærere humanā gloriā,& consequenter hæc quinq; bona honoraria , quā expetere & quærere alia bona pecuniaria. Tum quia etiā hęc quinq; sunt bona vtilia,& non parua. Tū quia neque alia bona pecuniaria debēt , neq; possunt iustè propter se ipsa principaliter expeti,aut acquiri,sed propter alia tamquam vtilia , & quæ possunt esse media in aliquē bonū & aptum finē,cuiusmodi sunt etiā hæc quinque,vt inquiunt S.Tho.[e] & S.Antonin. [f] ab omnibus recepti, possunt enim prodesse ad illos sex fines suprà relatos, ob quos debent & possunt rectè expeti.Tū quia, sicut non expetere alia temporalia bona,quādo,quomodo,& quare ratio dictat,restantibus eisdē S.Tho.[g] & Antonino, [h] est peccatū,ita non expetere hęc quinq; quādo,quomodo,& quare ratio dictat est peccatū vt idē S.Thom. [i] & S.Anton.[k] aiunt. Tum quia sicut nullum opus factum principaliter ob gloriam temporariam potest vocari bonum , ita nec factum ob alia bona temporaria, vt suprà ostensum fuit.[l]

d 2.2.q. 108. art.1.
e 2.par.tit. 1. cap.1.
f 2.par.tit. 1. cap.1.
g 2.2.q. 132. art.1.
h 2.part. tit. 4.c.1.§.3.col. 6.
i 2.2.q. 117. art. 1. ad 1.
k 4.par.titu. 5.capit.17. in princip.
l corollario 4. m 2.2.q.132. art. 1.
n 1. ad Cor. 2.
o Luc.2.ca.
p conclus. 3. nu.2.
q sess.6.cā. 6.
r 2.2. q. 163. art.1.
s Eccles.3.

49 Vigesimumoctauum, non esse peccatū velle quē agnoscere sua bona,quatenus,& eo modo , quo possunt agnosci,neq;,vt ait S.Tho.[m] iam agnita approbare , iuxta illud B.Pauli. [n] *Vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.* & illud omnium glorioſissimę ac humillimæ virginis matris. *Fecit mihi magna qui potens est.* [o] Dixi,*quatenus,& eo modo quo agnosci possunt* : quia multa sunt quæ certo sciri nequeunt naturaliter , & ideo nō licet illa velle naturali via scire, quale est donū gratię gratū faciētis:nam illud non potest certo sciri,nisi per diuinā reuelationem , vt suprà dictum fuit,[p] & longè post hęc scripta per S. Conc. Trid. [q] in fidei catholicę articulū redactū est:quamuis liceat,per cōiecturas probabiles coniicere illud haberi,& consequenter qui expetūt via naturali hoc certò scire peccāt quarto modo curiositatis,quē de illa loquens ponit S.Tho.[r] nē pe velle scire naturaliter id quod intellectus naturaliter non potest assequi , contra illud Sapientis. [s] *Altiora te ne quæsieris.* id est , quæ intellectus tuus naturaliter nō valet attingere,ne velit via naturali ea quærere, quamuis liceat per coniecturas probabiles coniicere illud habere.

m 2.2.q. 132. art.1. ad 3.
n Luc.2.ca.
o Dixi,quatenus,& eo modo quo agnosci possunt.

50 Vigesimum nonum , non esse de se malum , neque peccatum appetere & gaudere , vt nostra bona opera ab hominibus laudentur, vt asserit præcitatus S. Thomas [a] cui consonat illud Persij. [b]

Non ego cùm scribo si forte quid aptius exit,
Laudari metuam,neque enim mihi cornea fibra est.

Dixi *de se malum*:quia talis appetitus est bonus, si actu vel virtute laus illa expetita vel grata referatur in aliquem bonum,& aptum finem,licèt esset inordinatus, & malus, si principaliter propter se appeteretur.

a 2.2.q. 132. art.1.
b Satyra 1.

51 Trigesimum,appetitum horū quinque,scilicet reuerentiæ,laudis,honoris,famę,& glorię,nisi aliud addas,immo etiam si addas humana,non esse de se bonū neque malum,vt suprà [c] ostensum fuit,& est propositio S.Thomę. [d] & si addas diuina est bonus, sanctū enim & bonum de se est expetere laudari,honorari , & glorificari à Deo, & ab eius aulicis , iuxta illud Apostoli, [e] *Qui gloriatur in Domino glorietur.*& glossam S.Bernardi suprà [f] relatam. & illud. [g] *In Domino laudabitur anima mea.*quod perpulchrè quidā recentiorū ibi dilatat.Similiter bonū esse,& honestū appetitū laudis,& aliorū præfatorū quatuor cōcurrentibus tribus.Primū, vt nō appetantur maiora,quā bona opera merentur.Secundū,vt appetātur,tāquā testimoniū humanū, incertū,& infirmū,& tāquā res vti sunt paruæ,& caducæ, & nō tamquā testimoniū diuinū,quod est certū & firmū. Tertium,vt expetantur in aliquē bonum & aptum finem.

c in hac ipsa conclus. circa prine.
d in multis locis præsertim vero in quodlibeto 10.ar.1. ad 3.
e 2. ad Cor. 10.
f conclusio. 1. num 3.
g Psal. 33.

52 Trigesimumprimum corollarium,appetitum horum quinque laudis , honoris , gloriæ , & reuerētiæ vanæ esse malum & peccatū,saltē veniale,vt suprā [h] tactū est:vnumquodque enim illorum cum illa additione vana notat rē honestæ rationi repugnantem,quæ dictat, vt [i] quoq; tradidimus,ne quid vanum appetamus: dicitur autē vnumquodque horum esse vanū tribus modis secūdum S.Thomam, [k] quem sequūtur Abulēsis [l] S.Antoninus [m] & Caietan.[n] primò,ex parte materiæ,de qua hæc quinque appetuntur,scilicet cùm appetuntur de excellentia,quæ nō est, vel non tanta,quæ mereatur tantū laudis, quantū appetitur. Secūdò,ex parte appetentis:quia appetit ea tāquā maius & certius testimoniū quā sint. Tertiò,ex parte rei appetitę finis:quia non refertur in aliquē bonū & aptū finē.

h nu.7 huius conclus.
i Vbi suprà.
k 2.2.q.131. art. 1. & q. 132.ar.1. & de malo q.9. l super Matt. ca.6.q.3.
m 2.par.tit. 3.c.3.§.1.
n in d. duob. art.1.2.

53 Trigesimumsecundum,est,appetitum horū quinque scilicet reuerentiæ,laudis,honoris , famæ, & gloriæ vanæ semper ad minus esse peccatū veniale, & vt plurimū non esse mortale,præterquā in quinque casibus. Primus,de re mortifera, vt decidit Caietan. [o] & ante eum paulo latius S.Antoninus,[p] & post eum breuius Angelus & Siluester, licèt id S.Thomas.nō plane expresserit, qui quidē omnes nituntur illo, [q] *Quid gloriaris in malitia.*Neq; obstat,ꝙ illud tantum videatur probare,quòd gloriari in malitia sit malum,sed non mortiferū:quia saris probat, quòd qualis est malitia,talis est gloriæ appetitus,quę appetitur de illa,venialis nēpe si illa est venialis, & mortifer si illa est mortifera:apertius tamē probatur illo singulari Innoc.III.elogio,*c. quam sit graue crimē in clericis cum male fecerint gloriari nullus sane mentis ignorat.* Secundus casus,in quo illorū appetitus & cōplacentia sunt capitale peccatum , est cū appetuntur cum diuina irreuerentia notabili,vt Cyrus Tyri princeps appetiuit taliter venerari & haberi pro Deo iuxta illud. [s] *Eleuatū est cor eius.& dixit, Deus ego sum.* Tertius, cùm pluris fit illud de quo petitur aliquid horū quinque, quàm ipsemet Deus. Quartus, cū aliquod horū præponitur Deo,secundū illud. [t] *Dilexerunt magis gloriā hominū,quā gloriam Dei.*Quintus, quando in vltimū finem proponitur gloria. quibus omnibus addo perpaucos orthodoxos esse tā stultos & corruptos,qui expresse in iis tribus posterioribus casibus offendāt:nā quis quęso est qui dicat se pluris facere honorē suum,quā Deū, & testimonium humanum quam diuinum ? quis honorem suum ita in vltimū finem suorum operū cōstituit , vt præter eum aliā beatitudinem non speret? Veruntamē multi(proh dolor)interpretatiuè & tacitè videtur in hoc peccare:nā illi videntur interpretatiuè,& tacitè laudē & gloriā Deo, & testimoniū humanum diuino præponere,qui ad eā acquirendam vel cōseruandam non verentur admittere aliquid,quod sit mortiferum peccatum vt ait S. Thomas [v] quod pulchrius om-

o 2. 2. q.131. art.2.addi.1.
p 2. par.titu. 4. c.1. §.3.
q Psalm.51.
r c. quam sit graue de excess.prælator.
s Ezech. 28.
t Ioan.:12.
v de malo q. 8.ar.2. & q. 12.arti.2. & 2. 2. q. 132. art 3.

a 2. par. titu. 4. cap. 1. §. 2.

nibus expresit Ioan. Tabien. & S. Anton. [a] exempli gratia, proposui potius falso iurare, adulteriũ committere, ad vsurã dare, iniustã sententiã definitiuã vel interlocutoriã pnũciare, iniustã appellationẽ cõcedere, iustã denegare, quã officium meũ vel dignitatẽ ecclesiasticam, aut profanam perdere, quàm honorem meũ in aliquo diminui videri, videri inquam possum potius honorẽ meum, quàm Deum diligere, & in eo vltimum finem ponere. Omitto item in consilio sententiam, quæ mihi videtur iustior, dicere, ne alij male de me dicant, neve mihi infamiam inurant: videri etiam possum pluris facere testimonium humanum, quàm diuinum. quod exemplũ possuit S. Anton. [b]

b Vbi supra,

*Vt Cyrus Tyri princeps. *Ezechiel neq; in eo capite, neq; suo toto in opere nusquam Cyrum nominat: sed solùm principem Tyri. Sunt enim verba prophetæ cap. 28. v. 2.* fili hominis dic principi Tyri. Hæc dicit Dominus Deus. Eo quod eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum. *Inferius autem versu 12. eumdem regem Tyri nominat. Caterum hunc Tyri regem Cyrum non fuisse manifestum, cùm Cyrus ab hac insania adeo alienus semper fuisse videatur, vt Deum cœli & terræ i. verum Deum post Babylonem expugnatam & imperium Assyriorum destructũ cognouisse videatur, vt constat ex 2. Paral. capit. 36. vers. 23. Esd. 1. vers. 2. Porro quę de Principe Tyri seu rege vers. 12. ab Ezechiele dicuntur, ea D. Gregor. lib. 32. Moral. & cap. 24. & 25. & homil. 34. in Euang. ad diabolum dæmoniorum principem, non ad vllum regem terrenum accommodat.*

54 Aduertendum tamen primo, quòd dixi & reperij videntur, videor, & videri possum, ad significandum, quòd licèt omnes qui scienter peccant morifere propter honorem, vel aliud horum quinque acquirendum vel conseruandum quadam tenus præsumi possint diligere plus illud, quàm Deum, & in eo ponere vltimum finem, iuxta illud Apostoli, [c] *Quorum Deus venter est.* non tamen omnes verè id faciunt: timo arbitror paucos Christianos id facere, alioqui omnes bis mortiferè peccarent, aut semel cum circunstantia necessario confitenda, alij quidem cùm sciẽter frangunt legem sub pœna mortiferi peccati obligantem: quia ponerent vltimum finẽ in eo, propter quod eam frangerent vel diligerent plùs illud quàm Deum, quæ sunt diuersa peccata mortifera, aut certè vnum circunstatum circunstantia necessario confitenda, vt longè post hæc scripta expressius admonuimus. [d]

c ad Philip. 3.

d in cõment. cap. cum minist. 23. q. 5. nu. 21.

Aduertendum secundo prædictos quinque modos, quibus appetitus horum quinque est mortifer, posse reduci ad tres. Primus est, cùm aliquod horum appetitur de peccato mortifero. Secundus, cùm appetitur infringẽdo legem ad mortiferum obligantem. Tertius, cùm in illo ponitur vltimus finis, qui enim præfatos quinque modos satis expenderit, comperiet eos omnes sub iis tribus includi. quod satis videntur sensisse Caiet. & Tabien. [e]

e in suis summis, verb. gloria.

55 Tregesimum tertium corollarium, q̃ nõ videtur vera illa magni Abulensis conclusio, appetitum gloriæ humanæ semper esse peccatum mortale, cùm appetitur de re falsa, & excellentia, quæ non est. D. nãque Thomas supra relatus, cuius auctoritate ille nititur, non ait absolutè appetitum gloriæ humanæ esse peccatum mortiferum, cùm appetitur de re falsa diuinæ reuerentiæ contraria, vt suprà ostensum fuit. Quãobrem, vt suprà etiã diximus, debet limitari eius dictũ, vt procedat in appetitu de rebus falsis, vel appetitis cũ notabili diuini cultus, vel proximi præiudicio. Neque obstat illius argumẽtum, scilicet quod sic appetens videtur esse non solùm vanus, cùm appetat fructum eius rei, quæ non est, verùm etiam iniustus, cùm appetat, quod non est suum, & pluris quàm par est auidus est, vel plus sibi sumit, quàm par est. Tum quia, licèt regulariter omnis actus iniustus sit mortifer, vt ait S. Thom. [f] is tamen desinit esse talis propter rei paruitatem, vt furtũ pomi, astrigmenti, acus, & similium, aut ob insufficientes deliberationes, qualis est subitus appetitus alienæ rei notabilis, quam matura deliberatio statim reprimit: secundum vtrumque Thomam, [g] & S. Thomam, [h] & ideo licèt omnis appetitus gloriæ rei quæ non est, vel est falsa esset iustus, tamẽ non hinc sequitur omnẽ talem appetitũ esse mortiferũ. Tum quia appetere recipereq; pecunias, quæ nobis nõ debentur, sine alterius præiudicio nõ est peccatũ mortale secundũ omnes, neq; appetere recipereq; aliqua bona ob falsam aliquã causã sine alieno præiudicio. Exempli causa, Pater tuus mihi debebat centũ aureos, eo quòd emit equum à me, & centum, quos mihi in donationem propter nuptias promisit, & hos soluit, & non illos, amisique ego chirographum, in quo promisit illos, & habeo chirographum, in quo promisit illos solutos, possum absque mortifero peccato recipere saltem illos centum, quos debes vti patris tui hæres pro equo empto, eò quòd in hoc nullum præiudicium iniustũ tibi neque alteri fit. [a] quod illius dicti celebris Innocentij III. [b] & eorum, quæ pulchrè tangit Caietanus, [c] argumento confirmatur, & consequenter appetitus honoris & gloriæ ob falsam causam, sine alterius præiudicio spiritualis, vel temporali, publico aut priuato non erit mortifer.

a arg. glo. singul. c. ius gẽtium. 1. di. & l. nulli. C. de iudic.

b in ca. olim. de rest. spol. c 2. 2. q. 59. art. 4.

56 Trigesimumquartum corollarium, quòd prædicare, missare, & alia huiusmodi principaliter ad diuinũ cultum dedicata facere, etiã principaliter ob aliquod horũ quinque non est peccatum mortale, licet miraculis post mortem, vt fertur illustratus Angelus à Clauasio, & magna in reuerentia, vt audio habitus in monasterio nostræ Dominæ Angelorum nuncupato à ciuitate Taurina per vnum milliare distante in Pedemuntio contrarium deciderit. [d] Tum quia tunc demum est illorum appetitus ratione solius finis mortifer, quàndo finis est mortifer, vel pro vltimo fine accipitur, iuxta communẽ S. Thomæ, & aliorum supra relatam sententiam: & frequẽter contingit, vt quis prædicet, misset, & alia similia faciat principaliter, ob aliquod horum quinque, non ponendo in eo vltimum finem. Tum quia si contrarium, quòd Angelus inquit, esset verum, væ possemus dicere fere omnibus, qui sunt status clericalis, iuxta cuiusdam doctoris sententiam eruditionis resoluræ, quam refert Siluester. [e]

d in sua summa ver. vana gloria. §. 1.

e verb. vana gloria. Elib. 1. de doc. Christi. Hic locus apud D. Augustinũ toto libr. primo de doctrina reperiri nõ potuit.

Verum pro opinione Angeli facit primo illud dictum S. Augustini [f] ab eo citatum, *Diuina Scriptura principaliter ordinatur ad honorem Dei, in quo Deus contemnitur, si principaliter ad alterius honorem ordinatur.* Secundò facit illud D. Antonini paulo superius adductum, *Appetere, vel recipere lauream doctoratus in sacra Theologia principaliter propter lucrũ, & illius prærogatiuas, atque immunitates est peccatum mortale; licèt illum appetens, vel recipiens habeat scientiam ad id sufficientem.* Tertiò facit, quòd videtur admittere simoniam qui principaliter huiusmodi spiritualia operatur ob gloriam, laudem, aut aliud prædictorum quinque, iuxta ea quæ dicit Grego. [g] post alia, quæ post eum latè satis scribit Adria. [h]

f Matt. 5. ca.

g 2. part. alphab. 39. in tractat. de temper. col. 3.

h super Matth. c. 6. col. 2. i Matth. c. 5.

Ad primũ tamen horum potest respondeni id quod aliqui sentiunt, scilicet verbum principaliter præfato dicto insertum soluere argumentũ, intelligẽdo D. Augustinum sensisse, peccatũ esse prædicta facere ponendo in eis vltimũ finẽ, quo verbo cũ vratur Angelus air illius scholiastes siue postillator noluisse eũ dicere, q̃ ei Siluest. imponit.

g Greg. hom. 4. in Euang. & habetur. in c. sunt non nulli. 1. q. h quoli. 9. ab H. ad O.

Contra quam tamẽ solutionem facit primo, quòd aliud est facere aliquid principaliter in aliquem finem, & aliud in eo vltimum finem ponere, vt supradictum fuit. Secũdo quòd Angelus apertè sentit differre in hoc opera principaliter diuino cultui dedicata, & alia quę principaliter illi non dedicantur, & capiẽdo verbum illud *principaliter* in præfato significatu nulla inter hęc inuenietur differentia: cum omne opus factum ob gloriam, ponendo in eo vltimum finem, sit mortiferum peccatum, iuxta Sanctũ Thomam & alios supra relatos. Alius tamẽ aliter responderet fortè dicto S. Augustini nẽpe illũ de sacra Scriptura verba facere, & non de aliis: quod tamen non videtur satisfacere. Tum quia fere omnia, quæ ad diuinum cultum pertinent, aut à sacra Scriptura sumuntur, vel per ipsam fiũt, & consequenter Angeli cõclusio semper esset vera, si hoc esset verum. Tum quia eadẽ ratio, qua hoc esset de sacra Scriptura dicendũ, scilicet quòd principaliter est ad Dei, cultum destinata. concluderet esse dicendum de aliis omnibus, quę principaliter ei sunt dicata: & consequenter in omnibus idem esset dicẽdum. [i] Quare verius nobis videtur respõderi posse, S. Augustinum verbo illo *contemnitur*, non intelligere formalem contemptum, & expressum, neque etiam tacitum tam grandem, qui culpam mortalem constituat, sed tãtum intelligere contemptũ, qui tacitum veniale graue constituat: & vt differentia, qua præfatus D. Augustinus inter principaliter ad cultum diuinum dedi-

i l. illud. ff. ad l. Aquil.

catũ, & non dedicatum esse sentit, sit, quòd licèt vtrumque sit peccatũ, maius tamen est quando id quod ad honorem Dei principaliter dedicatur, principaliter ad honorem hominis vsurpatur. Ad illud verò D. Antonini respondetur negando, quod negat Siluester. [a] Ad tertiũ autem respondetur primo, hic tantũ disputari, an hoc sit peccatum vanæ gloriæ mortiferum nec ne, & an sit peccatũ alterius speciei. Secundo nos in præsentia veriorem putare Caietani resolutionem, [b] scilicet quòd dare aut facere aliquid spirituale ob laudẽ, vel gloriã nõ vti pretiũ, sed vti gloriam non esse peccatũ simoniæ, quidquid dicant Adrianus & ab illo citati, [c] vt lõge post hæc scripta tetigimus in Manual. Confess. [d] Et gaudeo quòd nobis consentit scholiastes seu postillator eiusdem Angeli, licèt immerito neget quod Siluester Angelo tribuit: nã certè iam inde ab adolescentia magnum nobis laborem addidit illa Angeli decisio in sacrarũ confessionum præparatione, licèt non parum iuuerit ad arcendum laudis, & gloriæ appetitum.

a in summa ver. doctor.

b In summa, ver. simonia.

c quodlib. 9. lit. M. d c. 23. n. 102.

57 Trigesimumquintum corollarium, quòd in illo Redemptoris. [e] *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* dictio illa, vt, denotat finẽ principium, seu principalem, qui neque actu neque virtute refertur in alium finem debitum: & quòd eadem dictio denotat causam minus principalem, & finem ordinatum in alium finem debitum, vt in illo alio eiusdem Redemptoris. [f] *Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.* quæ quidem concordia clarior est illa, quam tradit Ioannes Gersonus. [g] Quo fit primo non licere opera bona facere, vt videamur, siue laudemur ab hominibus, sistendo in eo solo gradum, sed licere ea facere, vt laudemur quò Deus glorificetur, id est, vt velimus laudem & gloriam nostrã, referendo eã in laudẽ & gloriã Dei. Fit q; secundo, verũ esse illud, quòd specialius quàm alij asserit Maior, [h] nẽpe *gloriam propriam, quàm quis sibi quærit propter laudem & gloriã Dei, non esse inanem.* Fit quę tertio, quòd illud Abulensis, [i] *gloriam bonorum operum quærendam esse ad laudem Dei*, & illud Caietani, [k] *ob bonum opus debere quem laudem velle non sibi sed Deo*, intelligenda esse de laude principali hominis, & non de minus principali, vel virtualiter relata in Deũ, vel alium finem bonum & aptum.

e Matt. 5. ca.

f Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.

g 2. part. alphab. 39. in tractat. de temper. col. 3.

h super Matth. c. 6. col. 2. i Matth. c. 5.

k Ibidem.

58 Trigesimũsextum, dictũ illud Aristote. [l] à S. Tho. [m] S. Anton. [n] & aliis receptum, & à nobis supra [o] laudatũ, magnanimi nẽpe esse contẽnere laudẽ & alia prefata quinq; intelligẽdũ esse, cũ illa sunt vana, aut nõ sũt vana, verùm humana, ac præsertim profana, & non diriguntur in aliũ finem prę terquam ad ornamentum suę personę, & ad bonum particulare temporariũ: nam sic, & in hunc finẽ considerata parua sunt, cùm non sint nisi bona externa & tẽporaria, vt colligitur ex septem articulis, [p] in quibus diligenter inquirit S. Tho. de bonis supernaturalibus & diuinis, in quibus vera beatitudo consistit. Non esse autem intelligendum, cùm illa non sint vana, sed diriguntur in laudem Dei, & salutem animæ propriæ, vel proximi.

l Ethicor. 4. m 2. 2. q. 131. art. 1. n 2. part. tit. 4. c 1 §. 3. o Num. 7.

p 1. 2. q. 2.

59 Trigesimũsẽptimũ, quòd multi animo suapte natura excelsiore, nobiliorq; præsertim eorum qui suo genere sunt tales, decipiuntur & errant credẽdo præfata quinque bona honorabilia tanti magis æstimanda esse, quàm vita & salus: & ideo deliberant ea potius quàm gloriam & famã perdere, licet, id non exigat præceptũ diuinum, nec humanum iustũ nec publica salus, nec priuata suę, vel proximi animæ, neq; rerum defensio ad id necessaria, sed solùm vt laudem, & honorem assequantur quod esse manifestũ errorem constat ex prædictis, quibus probauimus quinque bona honoraria minora esse quàm corporaria vitæ & salutis. Quod autem prædicti nobiliores magis in hoc, quã cęteri errẽt, cõstat ex eo, q̃ vt plurimũ cęteri gratia Deo pluris faciunt vitã, & salutẽ quã quinque prefata; vt experientia, quæ rerum omnium magistra est, [q] docet: & quòd illi iam inde ab incunabulis secuti Tullium & Gentilium Romanorũ consilium à S. Aug. [r] damnatũ, incitant ad laudis & gloriæ studium, atque cupiditatem, obliti illud euangelicum, [s] *Discite à me: quia mitis sum, & humilis corde.* & illud. [t] *Beati pauperes spiritu*: Immo & illud Ethnici Persij, [v] irridentis matres quæ precantur à Diuis

q c. quàm sit. de elect. r l. 5. de Ciui. Dei ca. 13. s Matth. 11. t Eiusdẽ c. 5. v Satyra 2.

honores, & diuitias suis filiis, per illa verba. *Ecce auia aut metuens Diuum matertera cunis. Eximit puerum & c. Nunc Lucini, & c.* Qua in re iudicio meo minus, vt plurimum, peccatur in Galliis, quàm in Hispaniis, in illis enim plurimi filios suos tradunt aliis genere & opibus inferioribus, virtute tamen prudentia, & scientia egregia præditis, vt eis inseruiant, & discant, & doceantur ab eis prædicta, tradentes eis frequenter victum & muncra, quo eos humilitatem, pietatem, & in Deum & eius sanctos reuerentiam, præ omnibus aliis artibus, verbo & exemplo doceant.

SVMMARIVM.

60 Parens doceat filios, vt non ament principaliter bona honoraria, sed virtutem, cui debentur illa, referendo ea in Deum vel alium finem aptum.
60 Regina Galliarum Blanca genere Hispano prognata exemplar christianissimum ad filios christianè instituendos.
61 Gloriam in diuinam omnia facienda sex habet intellectus.
62 Peccare volentes ob honorem, diuitias, pulchritudinem, & alia bona corporalia, vel pecuniaria, vel ornamenta eorum, sine aliquo iusto virtutis respectu.
63 Virtuti soli per se debetur honor, aliis aũt per respectũ ad ipsũ.
63 Honor deberi potest vitiosis ob multos ad virtutem respectus.
64 Honoris appetitus de re inepta sic nobiles, & monachi reformment.
64 Voto solenni paupertatis cui honori renunciatur.
65 Honor non est quærendus à clero ob staturam bonam, & c.
65 S. Martinus malè despectus ob despicabilem vultum.
66 Honorem appetentes moniales de variis rebus vt variè peccant.
67 Honorem de sordibus quærentes an peccent.
68 Honor non potest iuste queri, nec appeti de nimio rerum sordidarum, vel splendidarum vsu.
68 Vestium sumptus clericorum, & monachorum nimius multis damnatus.
69 Vestes caudatæ vt sunt dæmnatæ.
69 Gloriæ vanæ suspicionem fugere nequeunt prælati nimium insumentes.

60 TRigesimooctauum corollarium, quòd parentes deberẽt pueros suos ita instituere, vt minoris habeant hęc quinque bona honorabilia, quàm bonum virtutis cui debentur, admonendo eosdem, se consecuturos ea, si virtutẽ amplexi fuerint, & vitia cum peccatis fugerint: exemplo illius gloriosæ Galliarum Reginæ Blancæ Hispano de genere prognatæ, quæ filium suum Regẽ Francorum S. Ludouicum, cum adhuc puer esset, ad virtutem amplectendam & peccata fugienda adhortans sępe inculcabat dicens, *Mallem te videre vita corporea defungentem, quàm mortiferè peccantem.* nouerat enim prudentissima mater illud, * *Quo semel est imbuta recens seruabit odorẽ Testa diu.* Et illud Aristotelicum. [a] *Non parum, quin potius refert totum an sic vel sic homines ab adolescentia consuescant.* cui consonat illud Ambrosij clarissimum. [b] *Facilius inuenì qui seruaret innocentiam, quàm qui congrue egerit pœnitentiam.* Per quæ constat Ioannem Maiorem [c] piè dixisse, impium esse illud senatium *Angelicus iuuenis senibus sathanizat in annis.* quod alibi alius eloquentissimus dixit auctore sathana prodiisse, non tamen nobis est animus dicere nullatenus esse pueros incitandos ad laudis, & gloriæ amorem, sed non esse incitandos, vt illa principaliter, & propter se appetant, sed referendo ea in Deum, vel alium finem bonum & aptum.

* Hor l. 1. ep. a 2. Ethic. 2. b Amb. in li. 2. de vnic. pœ. ca. 10. ca. reperiuntur de pœ. di. 3. c. ex studiis. & ca. fin. de præsump. c In 4. di. 22. q. 2. col. 3.

61 Trigesimumnonum, ex supradictis colligi verum & germanum intellectum illius Pauli. [d] *Siue manducatis siue bibatis omnia in gloriam Dei facite.* Et illius eiusdem. [e] *Omnia quæcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in verbo D. N. Iesu Christi facite.* Vel secundum aliam versionem. *Quidquid egeritis sermone aut facto in nomine Iesu facite.* Nam iuxta vtrũque Thomam [f] & Aquinatem, [g] possunt duo illa loca multis modis intelligi. Primo negatiuè, id est, ne quicquã contra Dei gloriam & honorem faciamus, iuxta quem intellectum continẽt præceptum, & omnino sunt obseruanda: & quotiescumque morraliter aut venialiter peccamus, illa illis transgredimur. Secundò affirmatiuè, scilicet vt quidquid dicimus aut facimus sit aptum ad laudem & gloriam Dei, iuxta quem intellectum etiam continet præceptum: significant enim cuncta, quæ facimus siue comedendo, siue bibendo debere fieri ea bene saltẽ moraliter.

d 1. ad Cor. 10. e ad Colos. sens. 3. & ca. non licet. 26. q. 5. f In d. ca. 10. ad Cor. & c. 3. ad Colos. g in 2. li. sentent. dist. 40. art. 5.

Tertiò, vt singula verba, & opera nostra, quæ fecerimus vel dixerimus fiant & dicantur propter Deũ, referendo illa actu, vel virtute in Deum, aut obsequiũ eius. iuxta quẽ intellectũ continent consilium & non præceptũ, significant enim multò meliùs esse facere ita illa referendo in Deũ, qui est vltimus finis, quàm in alios fines etiam aptos, qui sunt multò inferiores. Quartò vt omnia nostra dicta & facta, sumpto verbo, *omnia*, collectiuè ita dicãtur & fiãt, vt nullũ illorum sit, quod actu non referatur in Deũ & eius obsequium, quod quia obseruare non possumus in via, cũ propriũ sit alterius vitæ status, neque præceptum, neq; consiliũ continet. Quintò præter S. Tho. intelligi potest, vt significet, ne quicquã agamus principaliter ob humanam gloriam, vel laudẽ nostram; iuxta quẽ sensum etiam continet præceptũ, ob ea quę supra diximus. Sexto etiam vltra eundẽ Thomam possunt intelligi, vt significent ne quicquã dicamus vel faciamus principaliter, vel secundariò ob laudem vel gloriam nostram; iuxta quem intellectũ continent consilium: quandoquidẽ possunt esse bona & facta opera facta minus principaliter ob laudẽ & gloriam propriam; dum tamen non sint vana, vt supra ostendimus; tametsi essent meliora & sanctiora, si absq; aliqua mixtura appetitus gloriæ vel laudis nostræ fierent, quàm cum illa, vt supra satis supérque diximus.[a]

62 Quadragesimum corollarium, peccare appetentes magnum honorem, & reuerentiam ob pulchritudinem, vires, salutem, & bonam corporis habitudinem, sine alio respectu; & grauius appetentes ea, ob diuitias, & pretiosas mollésque vestes, quæ satis perpensæ non sunt aliud quàm linum, lana, pellis, & vermium stercus: & magis qui appetunt ea ob pingues multas, & spumantes equos, quibus insidendo incedunt. Tum quia iuxta S. Thomam ab omnibus, vt supra diximus, in eo receptum,[b] inordinatus est appetitus honoris ob rem, quæ illum non meretur, aut non tantum quantum appetitur: & constat inter bona humana solam virtutem per se honorandam, vt idem ipse post Aristotelem,[c] definit. At exploratum omnibus est præfata non esse talia, vt supra monstrauimus. Igitur qui honorem ob ea solum appetit peccat. id quod continet nostrũ corollariũ. Tũ quia peccat qui alium ob illa solùm tãtum sine alio respectu honorat, aut reuereturD. Iacobo damnante,[d] illos qui altiorem locum deferant alicui, eo quòd annulum aureum ferat, ac in veste candida intret. Tum quia teste S. Thoma,[e] falluntur, qui sibi persuadent, se magnos esse, aut magna mereri ob diuitias, & cætera bona pecuniaria, quibus abundant. Tum quia idem,[f] ait stultorum esse opinionem illam, quæ iudicat maiorem ac præstantiorem eum, qui pulchrioribus vestibus ornatur, aut alios spernit, vel iniuriis afficit. Et[g] dicebat insipientium & non sapientium esse sententiam iudicantium eũ, qui alios diuitiis, superat maiori honore & reuerentia dignum esse.

63 Cæterum contra hæc aliquis opponet illud Aristotelis, *Horum qui honorantur aliquid virtute excellentius esse, nẽpe Deum & beatitudinem & alia infra virtutẽ vt nobilitatem, posentiam & diuitias.* Secundo quòd totus mundus nobiles, potentes, & diuites etiam si vitiosi sint honorat & reueretur. Ad quæ primum ex mente S. Thomæ,[h] respondetur concedendo quidem, quòd multi iustè honorantur, licèt non sint virtuosi siue studiosi: & multi etiam virtuosi propter alia, quæ non sunt virtutes, negando tamẽ quòd honorẽtur propter se sine virtutis respectu: quoniã quidam honorantur propter Deum, quem repræsentant, vt præsules Ecclesiastici, Reges, & alij præfecti etiam sæculares, immo, parentes: & domini, qui etiam repræsentant eundem quatenus est omnium pater & dominus: & alij qui repræsentant Ecclesiam, cui non potest deesse virtus, vel repræsentant Rẽpublicam, cui semper inest, vel præsumitur inesse virtus: item senes, quatenus per se ferunt indicia virtutis, iuxta illud, [i] *Gloria senum est canities.* Alij verò honorantur, quia habent apparatum & instrumenta exercendę virtutis, puta nobilitatem, potentiam, & diuitias. Itaque honor, vt iustè alicui deferatur, debet deferri ob virtutem eius propriam, aut ob illius, quem repræsentat, aut ob virtutem ad quam exercendam habet maiorem aptitudinem, vel apparatum ad illam.

64 Quadragesimumprimum, quòd ex proximo corollario colligitur, nobiles, potentes, diuites, & alios prædictis bonis exornatos non debere admittere honorem, neque alios illis deferre, eo quòd rectè & directè mereantur illum, si non sunt verè studiosi siue virtuosi, sed eo quòd maiorem habilitatem & apparatum, quàm alij habeant bene merendi illum per aliqua virtutum opera, aut quia referunt maiores aliquos suos, qui virtutibus claruerunt, vt S. Thomas receptus [a] & Caietanus [b] docet, quòd deberent etiam atque etiam secum reputare ad fugandam pestem superbiæ, ambitionis tumultum, quæ sæpius super illos, quàm alios triumphant, & ad assequendã & conseruandam animi tranquillitatẽ, mentísque compositionem, quæ de hac humilitate, & cæteris virtutibus promanant.

Colligitur etiam ex eodem corollario monachos & monachas, qui se magnificũt, eo quòd ex illo vel illo genere descendant, cõtemnuntque alios genere inferiores, & interdum piget eos, quòd foris sciatur intus alios, vel alias præter filios filiasve magnatum in suis monasterijs sibi conuiuere, debere reformare suos cogitatus: quoniam licèt per votum paupertatis non renunciẽt honoribus & præeminẽtijs virtuti probitatíque debitis, renunciãt tamẽ honori eis ex ostentatione & exteriori apparatu prouenièti, vt pulchrè ac dilucidè vterque Thomas declarauit.[c]

65 Quadragesimum secũdum, errare clericos & monachos, qui tantum honorẽ sibi volunt deferri, quantũ aliqui deferendum putant ob magnã corporis staturã, pulchram habitudinem, vultum honorabilem, & id genus alia. Tum quia non sunt virtutes, neque illarum actus, sed quædã instrumenta ad eas exercendas idonea & apta: ob quæ, vt in proximo superiori corollario dictum est, nemini debetur rectè & directè honor, vti ob virtutes & earũ actus. Tum quia meritò dissertissimus Sulpitius dãnat quosdã episcopos, qui glorioso illi beato Martino detrahebãt honorem, eo quòd esset vultu despicabili: quoniã forma vel deformitas per se non est honore, vel vituperio digna, cùm nõ sit virtus, neque virtutis actus, vt supra monstratum fuit: Magis tamen errare illos, qui volunt & quærunt sibi honorem ob vestes pretiosas, & politas, vel adeo demissas, vt verrant terram, eleuent puluerem, lutum cogãt, vel ob vsum barbæ nimis compositæ & vnctæ, aut ob vsum comæ pulchrè pectæ, & crispatæ & id genus alia: quia hæc frequenter sunt mala culpæ, saltẽ venialia, & ideo vitupetio potius quam honore digna, excepta delatione demissarum vestium, quæ quibusdam ob magnã personæ dignitatem permittitur, saltẽ cõsuetudine rationabiliter recepta.

66 Quadragesimumtertium, quòd ex duobus proximis corollarijs deducitur, quid respondendũ sit cõfessarijs interrogantibus demonialibus, quæ pro varietate regionũ variis de rebus appetũt & quærunt sibi honorẽ & laudẽ, aliæ quidem de proceritate, forma speciosa, & habitudine pulchra, propter quòd nonnullę ferunt sandalia ad palmũ eleuata, de quo tamẽ alicubi fuit dubitatũ an etiam laicis fœminis esset peccatũ mortiferum, aliæ de caudatis vestibus, quibus verrũt terrã, & puluerem excitant, alię de vittis sericis, elaboratis, crispatísq; velis, ac variis modis consutis, aliæ de electis manibus, pulchris & lõgis digitis, atque interdũ annullis fulgẽtibus, alię de musco, aliísq; suauibus odoribus, quibus inunguntur, alię de peritia exquisitè parãdi saporandique varias epulas, aliæ ob animũ tam elatũ, quod despiciunt subsannántque sodales parũ cultas & cõpositas, & præsertim eas, quæ conténunt huiusmodi.

67 Quadragesimumquartũ, è contrario debere suos appetitus laudis, & honoris reformare illos, qui appetunt laudem, vel honorẽ ob solam gestationem vestis, vel habitus vilis, fœrdidi, vel pãnosi variis variorũ colorum frustis veteribus veluti picturati, ob facies, & manus macie extenuatas, ob barbas, & capillitia incõposita, vel alio modo sordidata, ob vestes, & vittas oleo, vel alio liquore maculatas, & id genus alia. Tũ quia omnia præfata sunt peccata mortifera, aut venialia, aut certè acta, vel facta naturalia, vel tam parui generis virtutũ, vt nulla sint laude, vel honore digna: aut certè non tanta, quanta faciẽtes ea desiderant: & consequenter mala, vel vana, per rationem corollario insertam. Tum per illud S. Augustini, [d] *Interiores animi sordes contrahit mũdæ vestis nimius appetitus.* & per illud

a *corollar. 3.*

b 2.2. *q. 63. art. 3. & q. 130. art. 2. ad 3.* 144. *art. 1.* 145. *art. 1. ad 2. & 4. &* 186 *ar. 7. ad 4.*

c 4. *Ethicor.*

d *Epiſt. ca. 4.*

e 2.2. 130. *ar. 2. ad 3.*

f *in eodem art. 2.*

g 2.2. *q.* 145. *art. 1.*

h 2.2. *q. 63. art. 1.*

i *Sapien. 20. & ca. porro. 65. diſt.*

a 2.2. *q. 63. ar. 3. & quolib. 10. ar. 12.*

b *ibi, & ſuper c. 3. Iacob.*

c 2.2. *q.* 186. *ar. 7. ad 4.*

d *in reg. cleric. cap. 4.*

a *Ibidem c. 3.*

b C. *clerici. de vita, & honeſt. cleric.*

c *c. nõ liceat. 23. diſt.*

d *cap. 3. regu. cleric.*

e *Cap. 1. 21. q. 4.*

f *Baſil. in re. bren. c. 48.*

g *In princip. 41. diſt.*

h *c. Eccl. 41. diſt. Hier. ep. 22. ad Cuſto. Hiero. in 2. ca. Mich.*

i *In tract. de temperan. in cibo, potu, & veſtibus, prælato. 2. par. alphab. 39.*

eiusdem. [a] *Non sit notabilis habitus vester.* id est, non posit damnari neque nimiæ curæ, neque nimiæ incuriæ, in fingendo adhibitæ. Tum quia in generali concilio, [b] Innocentius huius nominis III. constituit, ne vestes clericorum nimia longitudine, vel breuitate essent notandæ: sed, vt ibi ait glossa ad talos attingerent, & eos non excederent. Quod & multo ante in alio concilio Martinus Papa præcepit secundum Aaron talarem vestem clericos debire induere, & post vtrumque in Concilio Clemens V.[c] definiuit, ne monachorum vestes nimia breuitate, vel longitudine notarentur.

* Multo ante in alio Concilio. *Legebatur antea Multo ante in alio Concilio non literas. 23 distinct. Clemens V. manifesto errore librarij vel impressoris. Nam quis nescit Clementem V. longe post Innocentium III. Ecclesiæ præfuisse. Itaque sicut impressum est, Martinus Papa I. præcepit secundum Aaron talarem vestem clericos debere induere (hoc enim in capite non liceat 23. distinct. nomine Martini Papæ habetur decretum) & post vtrumque in alio Concilio Viennensi scilicet Clemens V. &c. quod est sumptum ex Clement. ne in agro de statu monachorum. Cæterum sciendum est Gratianum nomine Martini Papæ solere citare ea quæ Martinus Bracharensis in Collectione Græcorum Synodorum habet. Nauarrus qui Gratianum tota vita legit, vt erat ante Gregorium XIII. editus eidem etiam Martino Papæ solet tribuere, quæ ex Græcis synodis ab eo Martino Brachar. collecta sunt. Paulo post quod citatur ex* D. *Basilio est apud illum in regulis breuiori capit. 4. Quod vero ex* D. *Hieronymo priori loco adducitur est in epist. 22. ad Eustochiũ, & in posteriori est in 2. c. cõment. in Micheã.*

69 Quadragesimumquintum, quòd arbitror non habere quid satis rectè respondeant aliquæ monachæ, quæ scire volentes pluſquàm vniuersalia Concilia, & vniuersa mater Ecclesia, arbitrantur tantò maiorem esse suam honestatem & grauitatem, quantò maiorem caudam suarum vestium deferunt. Cum id neque D. N. Iesvs Christvs plenissimus totius vitæ Christianæ architypus, & dux, neque glorioſissima Virgo mater eius tale quidquam fecerint, vel docuerint, neque Ecclesia constituerit: immo sæpe vanitatem huiusmodi iuri naturali contrariã prohibuerit, tũ ob illud eiusdẽ magni Augustini. [d] *Non affectetis placere vestibus, sed moribus.* & illud septimæ synodi, [e] allegantis magnum Basiliũ, [f] *Omne quod nõ propter necessitatem, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumniam.* & illud S. Hieronymi. [g] *Neque affectata sordes, neque exquisita delitiæ laudes pariunt.* & aliud eiusdem. [h] *Gloriam fugiendo non quæras, & an non confusio & ignominia est Iesum crucifixum, pauperem, & esurientem fariis prædicare corporibus, & ieiuniorum doctrinam rubentes buccas, tumentiáque ora proferre? si in Apostolorum loco sumus non solùm sermonem illorum imitemur, sed etiam conuersationem, & abstinentiam.* Tum quia Gersonus ille maximo in pretio à Collegio Sorbonico habitus, [i] aiebat, nullatenus posse vanæ gloriæ, aut superbiæ suspicionem effugere prælatos Ecclesiasticos, qui faciunt immoderatos sumptus in cibo, potu, vestitu, & familia, licèt dicant se id facere in honorem suarum dignitatum, & ecclesiastici stamus: neque dicendo se id facere, vt tempori cedant, & ne habeantur tristes hypocritæ, aut auari, quod multis eisdémque sufficientibus rationibus comprobat, dignis quidem illis, quas prælati & cæteri Ecclesiastici die noctúque ob oculos versent.

SVMMARIVM.

70 *Appetitum bonorum quinque honorariorum esse nobis continuum hostem.*
70 *Gloriæ inanis amor hostis maximus, insidiosus, secretus, &c.*
70 *Ambitio torquens omnes omnibus placet.*
70 *Gloria vana dux maxima, gignit septẽ produces iactantiã, &c.*
61 *Bona suo genere per amorem laudis quo ad gratiam perdi.*
72 *Præceptum & finis præcepti non sunt communiter idem.*
72 *Præceptũ per peccatũ etiã mortale impletur ad hunc effectum.*
73 *Missam audiens, horas dicens, &c. peccando vt satisfacit.*
73 *Peccato non impletur præceptum quo ad gratiam.*
74 *Contraria duo diuerso respectu insunt eidem.*
74 *Contraria vt non sunt mereri gratiam, & mereri mortem.*
76 *Pœnitentia bene moraliter acta, vt pluris est quàm venialiter acta.*
77 *Papæ cum consecratur incenditur quædam stuppa, qua ardente dicitur ei: sic transit gloria mundi.*

A 77 *Bona honoraria per eg̃ ac pecuniaria appeti, & cõtẽi iuſtè poſſ.*

QVadragesimumsextum corollarium est, appetitum horum quinque, scilicet laudis, honoris, famæ, glorię, & reuerentiæ esse infensum, & continuum inimicum: nã præter ea, quæ supra citauimus, quædã S. Augustini glossa, per S. Thomam relata, [a] sic habet, *Quas vires nocendi humanæ gloriæ amor nõ sentit, nisi qui ei bellum indixit: quia etsi cuicumque facile est laudem non cupere dum negatur: difficile tamen est non delectari, cum offertur.* estque hic amor cautus insidiator iuxta illud Chrysostomi. [b] *Inanis gloria occultè ingreditur, & omnia quæ intus sunt, insensibiliter aufert.* est item admodum audax, ingreditur enim eò quòd alia vitia non possunt ingredi, eodẽ sic testante, *Cùm vitia cætera locũ habeãt in seruis diaboli, inanis gloria etiã locũ habet in seruis Christi.*

Aduertendum tamen est, quòd hęc S. Chrysostomi elogia videntur sibi contraria, licèt de contrarietate non admonuerit nos doctissimus ille Aquinas, qui ea ambo citauit, [c] nam si gloria inanis aufert quæcumque intus in anima inuenit, vt prius elogium habet, auferret etiam caritatem & gratiam, quibus qui fuerit orbatus non erit seruus Dei, imo capitalis eius inimicus, & consequenter nõ inuenietur in iis, qui sunt serui Dei, vt posterius elogium habet, sed in iis qui fuerunt aut erunt serui eius, in quibus etiam alia vitia inueniuntur. sed conciliari possunt, intelligendo prius elogiũ de inani gloria mortifera, posterius verò de inani gloria veniali. Est item hic appetitus sine amor glorię dux primarius superbię, secũdum S. Gregorium, [d] sub quo multi alij militant, ex quo mulræ aliæ produces oriuntur, nam ex appetitu laudis, honoris, & reuerentiæ nascitur ambitio, quæ est secundum S. Thomam, [e] inordinatus appetitus honoris, de qua ait S. Bernardus, [f] *O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torquens omnibus places?* & alio loco, *Ambitio subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, linuoris parens, vitiorum origo, tinea sanctitatis, excæcatrix cordium, ex remediis morbos creans, & ex medicina lãgorem generans.* de qua eadem gloria inani ait S. Thomas, [g] eam gignere septem filias, quas vti totidem Amazones fouet & nutrit. prima est iactantia, *qua quis verbis excellentiam suam veram vel falsam inordinatè iactat.* Secunda est inuentio nouitatum, *qua quis factis veris se inordinatè magnum exhibet.* Tertia hypocrisis, *qua quis se falsis, confictisque factis alium quàm sit facit.* Quarta est pertinacia, *qua quis se maiorem aliis scientia ostentat.* Quinta discordia, *qua quis inordinatè contendit sententiis aliorum suam præualere.* Sexta contentio, *qua quis inordinatè clamore in colloquiis & disputationibus venditat.* Septima inobedientia, *qua quis omittit mordinatè facere, quod sibi est præceptum, aut non facere eo quòd sibi præcipitur,* sed quia id ei placet, aut alio iniusto respectu.

75 Quadragesimum septimum corollarium, quod suo genere bona per appetitum præfatorum quinque pereũt saltem quoad gratiam & gloriam; nam licèt præfatus appetitus non sit mortifer, nisi quando habetur de peccato mortifero, vel cùm ponitur vltimus finis in eo, vel cùm aliquod præceptum ad mortale obligans frangitur, est tamen venialis cùm habetur de aliquo eorum propter se tantùm principaliter, vel propter aliud, quod est veniale, vel finis ineptus: & ad hoc, vt boni operis fructus perdatur quo ad gratiam & gloriam, sufficit quòd sit veniale, vt S. Tho. tradit [h] & Maior, [i] & Caie. [k] & probatur per illud S. Aug. [l] ad seruos Dei. *Alia quæcunque iniquitas in malis operibus exercetur, vt fũt, superbia verò etiam aliis bonis operibus insidiatur, vt pereant.* Et per illud S. Gregorii [m] *Cauete fratres, ne per hoc, quòd à vobis rectum geritur, fauor aut humana gratia requiratur, ne appetitus laudum subrepat, & quod foris ostenditur, intus à mercede euacuetur.*

72 Quadragesimũ octauũ, per proximè dicta facilè cuipiam videri posset, quòd nullum præceptũ potest impleri per actus malos, saltem venialiter, & consequenter audiẽtem missam die festo, recitantem horas præceptas, ieiunãtem diebus, quibus ei præcipitur vt ieiunet, & alia præcepta opera faciẽtẽ principaliter ob aliquod horũ quinq; vel ob alia pecuniaria bona, vel cũ defectu alicuius circõstãtię, propter quã in præcepto adimplẽdo peccauit, teneri iterum audire missam, recitare horas, ieiunare, & adimplere præceptum malè complerum. Primo quia S. Augu-

a *Ibidem c. 3.*

b C. *clerici. de vita, & honeſt. cleric.*

c *c. nõ liceat. 23. diſt.*

d *cap. 3. regu. cleric.*

e *Cap. 1. 21. q. 4.*

f *Baſil. in re. bren. c. 48.*

g *In princip. 41. diſt.*

h *c. Eccl. 41. diſt. Hier. ep. 22. ad Cuſto. Hiero. in 2. ca. Mich.*

i *In tract. de temperan. in cibo, potu, & veſtibus, prælato. 2. par. alphab. 39.*

a 2.2. *q. 132. art. 3.*

b *Chryſ. in opere imperf. hoc habet hom. 13. ſuper Matth. ca. 6. ibidem.*

c 2.2. *q. 132. art. 3.*

d *Ca. 31. libr. Moral. c. 31.*

e 2.2. *q. 131. art. 1.*

f *lib. 3. de cõſidera. ad Eugenium. Bern. ſerm. 6. in pſal. 90. habitat.*

g 2.2. *q. 132. art. 5.*

h *In 2. lib. ſenten. di. 40. q. 1. art. 4.*

i *diſt. 17. q. 11.*

k *ſuper Matth. ca. 6.*

l *ca. 1. regula. ad ſeruos Dei.*

m *Gre. hom. 13. in Euang. Matth. c. 25.*

ſtinus & Gregorius in precedẽti corollario allegati, aiunt talia opera eſſe inania & inutilia. Secundò quod impletio præceptorum peccando nihil præmij meretur, immo demeretur pœnam, vt prædictum eſt. Tertio quòd duo contraria nõ poſſunt eſſe ſimul vera, neque de vno & eodem verè dici.[a] Et mereri, & demereri, ſeu bene mereri & male mereri ſunt contraria, vt palam eſt: ergo non poſſunt verè de eodem dici & vni & eidem ſubiecto ineſſe, [b] at impletio præceptorum peccando meretur pœnam, ergo non poteſt bene mereri præmium: quale eſt completio præcepti & abſolutio ab obligatione illud implendi. Quarto quòd qui obligatur facere aliquid ſi non facit, vt debet, non videtur ſatisfacere.[c]

Sed contra renendum eſt. Tum quia adimpletio præcepti non requirit communiter, vt per eam perueniat implens in finem, in quẽ præcipiens eum intendit inducere: quoniam communiter aliud eſt quod præcipitur, & aliud finis, in quem præcipitur, vt egregiè S. Thomas à Paludano, Caietano, & aliis communiter receptus definit.[d]

73 Ob quæ Maior,[e] determinat eum qui ob vanam gloriam baptizatur adimplere præceptũ de ſuſcipiendo baptiſmo, & recitantem horas præceptas, & ieiunantẽ diebus præceptis ob vanam gloriam non teneri iterum recitare aut ieiunare, & hanc eſſe communem ſentẽtiam affirmat Iacobus Almaynus,[f] qui ambo addunt nõ ſolùm per opus quod eſt tantum peccatum veniale adimpleri præceptum ad effectum, vt non teneatur iterum adimpleri, ſed etiam per opus valde mortiferum. Cuius rei exemplum ponit Maior in eo, qui obligatus dicere pro altero miſſam eam dicit in mortali peccato, & conſequenter valde mortifere peccando, vt poſt Apoſtolum [g] Innocentius ait.[h]

Non obſtat in oppoſitum adducta: ad primũ enim eorum reſpõdetur, quòd Auguſtinus, & Gregorius loquũtur de merito gratiæ & gloriæ, quod nõ meretur qui peccãdo ſaltẽ venialiter adimplet præceptũ, quòd etiam nos cõcedimus: noſtra verò cõcluſio loquitur de ſolo merito liberãdi & abſoluẽdi ab obligatione iterũ implẽdi præceptũ, & excuſandi à nouo peccato, q̃ incurreret, ſi nec bene, nec male impleret, quæ ſũt diuerſa, & à diuerſis nõ fit illatio.[i]

Ad ſecundum reſpondetur concedendo quidem, quòd adimpletio præcepti peccando nihil gratiæ, gloriæ, nec regulariter ſatisfactionis pœnæ meretur, ſed negando tamen quòd non mereatur liberationem ab obligatione iterum implendi præceptum, & à nouo peccato, quod incurreret, ſi ſaltem peccando non adimpleret.

74 Ad tertium reſpondetur cõcedendo, quòd duo contraria non poſſunt eſſe vera, quatenus ſunt verè contraria, nec ſe compatiuntur: negando tamen primò, quòd ſint verè cõtraria implere præceptum quoad vnum effectum, & nõ implere illud quo ad alſũ: quia ad hoc vt aliqua ſint contraria oporret, quòd per ea expreſsè, vel tacitè, aliquid de eodẽ affirmetur & negetur, vt in iis, *hoc meretur gratiam, hoc idem non meretur gratiam*, in quibus idem de eodem expreſsè affirmatur & negatur: & in iis, *hoc eſt peccatum mortale, hoc ipſum meretur gratiam*, in quibus tacitè idem de eodem negatur & affirmatur, cùm id quod eſt peccatũ mortale, non mereatur gratiam. Negando item ſecundò, quòd ſint contraria mereri pœnam, & mereri gratiam: quia mereri vitam animæ ſiue gratiam, & non mereri vitã corporis non ſunt contraria: & quia iuſtè damnatus ad mortem patienter & chriſtianè obediens iudici meretur quidem vitam animæ, ſiue gratiam, & non vitam corporis, immo eius mortem, & è contrario homicida malè negans occidiſſe, ſi non probetur contrarium, meretur vitam corporis apud iudicẽ, & mortẽ animæ apud Deum: & conſequenter eadem ratione adimplere præceptum quoad effectum vitandi nouum peccatum tranſgreſsionis illius, & non adimplere quoad effectum merendi gratiã, non ſunt cõtraria, nec per conſecutionẽ adimplere præceptũ de audiẽdo miſſam, vel de recitando, vel ieiunando quoad effectũ vitandi nouũ peccatum, & liberandi ab obligatione iterum audiendi miſſam, recitandi, vel ieiunandi, & non implere illud quoad effectum merendi gratiam, non ſunt cõtraria.

75 Ad quartum reſpondetur concedendo, quòd non ſatisfacit præcepto, qui non adimplet illud eo modo, quo debet, intelligendo de modo ad quem ſeruandum inter-

dit obligare præcipiens, ad effectum, vt ſolutio ſit iuſta negando tamen, quòd non adimpleat non ſeruando modum implendi ad alios effectus, quem deberet ſeruare per alias leges, ad effectum bene merẽdi de Deo, & alios effectus, exempli gratia, debet quis alteri centum ſcuta mutuo gratioſè accepta, is lege naturali, diuina, & humana de ſoluendo, obligatur ſibi ſoluere eo modo, quem requirit iuſtitia ſpecialis, ſcilicet quod ſoluat totidem iuſti auri, iuſti ponderis, & quod ſolutio fiat in loco, & tẽpore ſtatis: & ſi hunc modum ſoluendo non ſeruat non ſatisfacit. Is item ſecundum præcepta & leges caritatis & aliarũ virtutum ad effectum bene merẽdi de Deo obligatur ſoluere amanter, vrbanè, & modeſtè cum gratiarum actione, & propter Deum aut alium finem aptum, & debitũ; adeo quòd aliter ſoluendo peccet, ſed ſatisfacit legi & præcepto iuſtitiæ ſpecialis de ſoluendo: quia licet non ſoluat, vt debet ad effectum bene merendi de Deo, & aliter ſoluendo peccet, ſoluit tamen ad effectum ſatisfaciẽdi legi iuſtitiæ, quem præceptum de ſoluendo requirit. ſic qui audit miſſam præceptam, & ſeruat ieiunium præceptum, & recitat horas præceptas ſeruando modum, ad quem præcipiens intendit obligare; puta audiendo miſſam integram, & attente, ieiunando, non comedendo carnes, nec alia vetita, nec niſi ſemel, & recitando horas integras, cum attentione debita adimplet præceptum ad effectum excuſandi ab iterum adimplendo, & à nouo peccato, quod incurreret ſi nõ adimpleret ſaltem peccando: quamuis non adimpleat ſecundum modum, ad quem alia præcepta, & aliæ leges ad effectum bene merendi de Deo obligant.

76 Quadrageſimumnonum corollarium, ex proximè dictis inferri, quòd implens pœnitentiam ſibi à ſuo confeſſario præceptam, etiam ex defectu alicuius circunſtantiæ peccando, ſatisfacit præcepto confeſſarij quo ad effectum liberandi ab obligatione eam iterum implendi, & ab incurrẽdo nouo peccato, quod incurreret ſi nõ impleret, ſaltem peccando eo modo, quo præceptum fuit, licet ob eam non ſatisfaciat, neque aliquid pœnę confeſſo peccato debitæ in purgatorio ſoluat. Non eſt tamen idẽ dicendum de pœnitentia in peccato mortali iuſte ſiue bene mortaliter impleat: nã illa licèt non profit quo ad meritũ gratiæ, neque gloriæ, profeſt tamen non ſolùm quoad complendum præceptum, ſed etiam quoad ſatisfaciendũ, & ſoluendum pœnam peccato confeſſo in purgatorio debitam, vt,[a] ſecuti opinionem Scoti & aſſeclarum eius omiſſa contraria, licèt probabili ſcripſimus.

Ex quo ſubinfertur illa elegans concluſio: impletionẽ ſcilicet pœnitentiæ bene moraliter bonam in ſtatu peccati mortiferi factam, magis prodeſſe, quàm impletionem pœnitentiæ venialiter malam in ſtatu gratiæ factam, licèt per vtramque ſatisfiat præcepto ad hoc, vt faciens non teneatur iterum illam implere & euitet nouum peccarum quod incurreret, ſi non impleſſet illam ſaltem peccando.

77 Quin quageſimum corollariũ, quòd non abs re ſummo Pontifici dum conſecratur, quidam ob oculos proponit parum ſtuppę incenſæ in ſummitate arundinis eleuatum, clamãdo. *Beatiſſime Pater, ſic tranſit gloria mundi.* Neque fruſtra S. Baſilius, quoties pontificalia exercebat ſibi recitari imperabat, *Pater ſepultura tua nõ eſt perfecta, iube perficere eam.* Et merito ſacra ſcriptura adeo frequenter nobis glorię appetitum diſſuader proponens in primis exemplũ glorioſiſſimi Redemptoris eam parui pendentis, dicẽtis,[b] & clamantis per Eſaiam,[c] *Omnis caro fœnum, & gloria eius quaſi flos fœni*, & per Petrum [d], *Omnis homo fœnum, & gloria eius flos fœni.* & introducẽs Angelũ, qui diuidens bona inter Deum & homines *tribuit gloriam Deo, & hominibus pacem.* Et Paulum clamantem, [e] *Abſit gloriari, niſi in cruce* D. N. *Ieſu Chriſti.* Non tamen putemus, vt aliqui malè putant, præfata quinque bona honoraria, gloriam nẽpe, laudem, honorem, famam, & reuerentiam eſſe de ſe mala, neque eorum appetitum eſſe ſuo genere malũ, & nullatenus debere nos appetere illa neq; illis habitis gaudere, hoc enim palam falſũ eſt, vt ſupra probauimus: ſed putemus illa eſſe quidem meliora, & ſuo genere pretioſiora, quàm bona pecuniaria: & quod iuſtè poſſunt appeti vt illa: & quòd [illa] nostra poſſunt iuſtè appeti principaliter propter ſe [ſ]ua vtraque poſſunt iuſtè appeti propter Deum

& alios

a C. 1. de poſtul. prælat. l. ſiue hæreditaria. vbi gloſſ. ff. de negot. geſt. l. relegatorio. §. fin. ff. de interd. & re.
b cap. ad noſtrã. de appell. & l. 1. ff. eod.
c Le. qui non facit. ff. de reiur. c. ea te. de iureiuran.
d 1. 2. q. 100. art. 9. & ſatis art. 10. & q. 96. art. 3. ad 2. & 2. 2. par. 44. art. 4. ad 1. & art. 8.
e In 3. l. ſentent. d. 37. q. 15.
f In 4. di. 16. q. 1. col. 42.
g 1. ad Cor. 11.
h In c. de homine. de celeb. miſſar.
i Le. Papinianus ff. de minor. c. ad audientiam. de decimis.
a In cap. 1. in princip. n. 49. de pœn. di. 6.
b Ioan. 8. Ego gloriam meam non quæro.
c Cap. 40.
d Luc. c. 1.
e 1. ad Cor. 1. & Galat. 6.

& alios fines bonos & aptos. Quò fit, vt appetitus ordinatus vtrorumque ſit bonus, & appetitus inordinatus vtrorumque ſit malus. Ratio autem quare ſacra Scriptura magis videtur nobis diſſuadere appetitum horum quinque bonorum honorariorum, quàm appetitum bonorum pecuniariorum eſt, quòd natura humana propenſior ſit ad appetenda illa, eo quòd ſunt ſuo genere meliora, quàm alia: & ita indiget illorum appetitus maiori fræno, ne inordinatè appetendo præcipiteturin ea. Quæ planè omnia firmiter credentes omnes cuiuſcumque ordinis ſimus, ſiue ſummates, ſiue infimates, ſiue mediocres frequentiſsimè ruminemus, mediteмur, & reputemus omnia præfata bona ſiue honoraria, ſiue pecuniaria eſſe terrena, parua, & caduca, & appetendo & contemnendo ea, vt recta ratio dictauerit, ſic tranſeamus per illa, vt non amittamus æterna. Amen.

D. MARTINI NAVAR. SVPER Capit. inter verba Commentarium. Sexta Concluſio Principalis.

SVMMARIVM.

Detrahere, murmurare, maledicere, quomodo conueniant. nu. 1. & quomodo differant. ibid.
Murmuratio eſt peccatum mortale, & magnum. num. 2.
Murmurator ſimilis ſerpenti qui ex inſidijs mordet. num. 3.
Murmuratio condemnat alia opera bona. num. 4.
Male dicens male audiet. num. 5.
Murmuratio aufert fidem, & conuerſationem bonorum. num. 6.
Murmuratio excæcat, vt ſi quis pulueri inſufflet. num. 7.
Cæcitas animæ oritur ex ſola murmuratione. num 8.
Murmuratores homicidæ videntur & Crucifixores Chriſti. numero 9.
Murmurationis damnum non poteſt per partem læſam remitti ſine reſtitutione. num. 10.
Silentium magni ſit in Religionibus. num. 11.
Religio eſt totus populus Chriſtianus, & cur. num. 12.
Canonici regulares S. Crucis magnum exemplum ſilentij, aliarumque verum. num. 13.
Moniales in ſilentio imitentur S. Ioan. Baptiſtam. num. 14.
Conuerſationes malæ ac vanæ fugiendæ exemplo S. Ioann. Baptiſtæ. num. 15.
Conſtantinus celator culparum ſecretarum. num. 16.

1 EXTA concluſio principalis, quam ex hoc textu ſupra collegimus. *num. 67.* eſt, quòd detrahere, ac murmurare, quæ pro vna eademque re accipio, ſicut etiam maledicere, ſequendo communem loquelam (quam infra differentiam, quæ inter ipſa eſt explicabo) eſt peccatum mortiferum, & non parum.

2 Colligitur ex illis verbis, *Quid aliud detrahentes faciunt, &c.* Hæc etiam probatur per alia multa fundamenta. Primum, quòd detrahere, & murmurare, eſt iniuſtè auferre, ſeu damnificare famam proximi, ſecundum D. Thomam,[a] & communem, at infra fuſius dicetur. Bona autem fama pluris valet quàm pecunia, & alia bona fortunæ, vt probatum eſt ſupra. [b] Et nemo dubitat mortiferè peccare eum, qui furatur pecunias, vel alias facultates notabilis quantitatis proximo ſuo, non exiſtens in extrema neceſsitate, vel valde magna.[c] Ergo à fortiori peccabit qui furatur alienam famam. Secundum, quòd S. Paulus dicit. [d] *Detractores Deo odibiles*, & ante eum Dauid. [e] *Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar*, & poſt filius eius Salomon. [f] *Abominatio eſt hominum detractor*, & [g] *Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occultè detrahit.*

3 Tertium, quod prius Papa dixit.[h] *Nihil enim prodeſt homini iuuare, & orare, & alia religionis bona agere, niſi mens ab iniquitate, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur.*

4 Quòd ſi murmuratio non eſſet peccatum mortale, non eſſet verum, quòd per eam alia bona opera inutilia remanerent, quia ſolum peccatum mortale ea talia reddit,[a] Dico *inutilia*, ad conſequendum gratiam in hac vita & gloriam in futura. Alioqui pro aliis multis effectibus vtiles ſunt, & fructuoſæ iuxta capit. *quarat.* [b] & alios quos bis ibi citaui: & gloſſam, cap. *quod quidam*, [c] cũ his, quos etiam ibi citabam.

Quartum, quod Alexander Papa dicit,[d] (Summa iniquitas eſt detrahere) id intelligendo, vt inferius dicetur [e] & S. Anaclecus, [f] ſentit *peiores eſſe eos, qui nobis ſurripiunt famam, quàm qui ſurripiunt facultates.*

5 Quintum, quòd murmuratio cauſa eſt multorũ tam murmuratori quam aliis: vt enim Heſ. dicit (Vbi male: dixeris, peius audies) Ac pro prouerbio, atque adagio vulgo dicitur. (Vbi dixeris quę velis, cogeris audire q; nolis.)

6 Aufert fidem, quoniam vt ſapiens quidam dixit (Obtrectator, quoniam odio duci videtur fide caret.) Tollit conuerſationem bonorum iuxta verſus, quos S. Auguſtinus adſcripſerat ſuæ menſæ, vt refert Poſsidonius in vita Aug. (Quiſquis amat dictis abſentum lædere vitã: Hanc menſam vetitam nouerit eſſe ſibi) & referuntur à gloſſa. Olim etiam incipienti murmurare in menſa Principum architriclinus panem vertebat, & ante eum inuerſum ponebat.

7 Sextum, quod murmuratio excæcat murmurantem, vt ait S. Gregorius, [h] vbi eum comparat ſufflanti puluerẽ, qui quanto magis id facit, eo minus videt, nec immerito, quia vt declarat S. Thomas,[i] oblectatur homo ſuo ſermone, ac ſententiis, iuxta illud Salomonis [k] (lętatur homo in ſententia oris ſui.

8 Ac propterea quo magis amat, ac credit quod dicit, eo magis elongatur à cognitione veritatis, quod eſt magis execãri. Non tamen negatur animæ cæcitatem ex aliis peccatis oriri, præſertim ex iis, quæ continent odiũ proximi, ſecundum eundem S. Thomam,[l] cum quo concordat eius commentator. & ex peccato luxuriæ ſecundũ S. Gregorium,[m] & S. Thomam.[n]

9 Septimum, quòd detractores, & murmuratores aliqui aſsimilant crucifixoribus noſtri Redemptoris, quia gloſſa ſuper illis verbis,[o] Pro eo, vt me diligerent, detrahebãt mihi) *Plus nocent*, inquit in membris detrahentes Chriſto, qui animas crediturorum occidunt, quam qui eius carnẽ mox reſurrecturã peremerũt) licet illa gloſſa nõ loquatur de ſimplici detractione, ſed de ea, quæ tranſit in blaſphemiam, vt in fin.[p]

Octauum, quod S. Ioannes per Alexandrum Papam citatus,[q] ait *omnis qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt.* [r] & S. Clemẽs refert S. Petrum docuiſſe ſpecies interfectionis, & homicidiorum eſſe tres, occidere, infamare, & odio habere.[s] quãuis nec iſtę auctoritates intelligendæ ſint ſine gloſſa, vt inferius dicetur.[t]

10 Nonum, quòd multi doctores, vt Maior,[v] non ſine fundamentis valdè apparentibus reuerunt, damnum detractionis eſſe irremiſsibile, nec poſſe remitti per partem læſam, niſi reſtituatur damnum, & fama ſublata, ſeu diminuta, & ſi aliquid cõtrarium ſtatuerint, quos omnes noua concordia aliquanto inferius concordabimus.

11 Decimum, quod malitia, ac frequentia huius vitij fuit potiſsima cauſa, cur tanti æſtimentur, ac præcipiantur in Religionibus bona ſilẽtia,[x] vt teſtatur magnus ille Chriſti culter Ioannes Gerſon.[y] addendo id, quod omnes Religiones, præſertim monialium (quæ cũ ſint fœminæ, cõmuniter magis propenſæ ſunt ad loquacitatem, multum notare debent, nimirum in illis ſolis Religionibus regulam bene ſeruari in quibus ſuper ſilẽtio eſt maxima vigilãtia. Et licet Gersõ loquatur tamẽ de modis viuẽdi quos ius, & vulgus communiter vocat Religiones, in quibus ad melius honorandum & amandum Deum, ac fruendum ipſo, renunciatur propriæ voluntati, cum delectationibus carnis, & mundi diuitiis.

12 Id ipsũ enim multò ante ipsũ dixit Iacobus Apoſtolus de tota Religione Chriſtiana, & religioſis eius, quales ſumus omnes Chriſtiani, qui expreſsè in baptiſmo abrenunciamus Sathanæ, & omnibus pompis eius. Quod, inquã dixit per illa verba Iacobi, (Si quis putat ſe religioſũ eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt Religio.) S. autem Iacobus cuius tempore

non

a 2. 2. q. 173. art. 1.
b In 4. Con. num. 216.
c Exo. 22. ca. pœnale 14. q. 2. C. ſi præter. de furt.
d ad Rom. 1.
e Pſal. 100.
f Prouer. 24.
g Eccleſ. 10.
h c. nihil. 1. de conſecrat. d. 5.
a 1. Cor. 13. & c. fin. de pœnit. d. 3.
b §. quod autem. de pœn. d. 2.
c de pœn. & remiſſ.
d c. ſumm. 6. qu. 1.
e Coroll. 25.
f ead. cauſ. & q. c. deteriores.
g c. conniuia. 44. d.
h In noſtro textu.
i 2. 2. q. 73. art. 3. ad 4.
k Prouer. 15.
l 2. 2. q. 73. art. 3. ad 4. & q. 51. ar. 4.
m 31. moral.
n 2. 2. q. 153. art. 5.
o Pſal. 108.
p In 26. coroll. qea. ſumma. 6. q. 1.
q 1. Ioan. 3.
s ca. homicidiorũ de pœ. di 1.
t In corollario 25.
v in 4. d. 15. q. 16.
x cap. cum ad monaſterium de ſtat. monacho.
y 1. par alphab. 33. litera G. ſub ca. quari.
Iacob. 1.

non erat niſi vna Religio, in qua omnes Chriſtiani profitebantur, loquebatur de omnibus religioſis eius. Non dixi autem otioſè (Silentia bona) quia exiſtunt etiam mala intus,& extra clauſtra, vt ſupra [a] reſolutum fuit.

a *In 7. præludio.*

13 Hoc fuit meo iudicio valida cauſa, vt in admodum inſigni monaſterio S. Crucis huius ciuitatis Conymbricenſis Canonici regulares eius ſilentiis Carthuſianis ſe ſubiecerint,nõ ſine magno, & heroico exemplo pro omnibus quo ad hoc, vt ſunt etiam in aliis multis.

14 In hoc fundatur, quòd aliàs à me dictum eſt, quod velut mihi videbatur res valde ſancta, ac debita, vt moniales laudarent S. Ioannem Baptiſtam, ita etiam videtur, quod nos omnes Chriſtiani, ſinguli in ſuo gradu, & ipſe in ſupremo,illum imitari deberemus in eo,in quo ab Eccleſia laudatur, dicente.

Antra deſerti teneris ſub annis,
Ciuium turmas fugiens petiſti,
Ne leui ſaltem maculare vitam,
Famine poſſes.

15 Cur tantùm laudamus omnes mirabilem iſtũ virum, & eum tam parum imitamur, cur tantopere affectantur colloquia,in quib[9] nõ agitur de virtutibus,nec de ſcietia, nec de negotiis aliquibus, vbi de vita tantùm aliena diſputatur,hanc taxant, & abominantur, ac propriam canonizant. Vbi tantum temporis apti ad orandum, ſtudendum,aliáque bona opera agendum conteritur ſine fructu, quin cum multo detrimento proprio,& alieno? Cur omnes monachi, & moniales nõ curãt tamquã vitam ipſam, facere quod aliqui faciunt.videlicet eſſe quod vocantur, Monachi inquam, hoc eſt ſolitarij,ac mœſti, mœſti in deplorandis ſuis peccatis,ac alienis,ſolitarij in fruẽdo,ſeorſum conuerſatione illius ſolius, pro cuius amore diſſociati morantur,ac etiam ſegregati ab aliis Chriſtianis? Vt etiam declarat ac ſentit eccleſia cum ſuis doctoribus. [b] Cur me non delectabit morari in meo muſæo, & conuerſari cum omnium huius mundi Illuſtriſſimis,ac probatiſſimis viris, præteritis & præſentibus? Cur non me magis delectabit audire, & deprecari meum Deum per ſacram ſcripturam , ac ſuos vicarios, conſiliáque vniuerſalia, & prouincialia , per ſacros eorum canones , acque iuris conſultos,qui me erudiunt? (Cum hoc ſit planum & ſolidum,illud verò malum,montuoſum,ac vacuum) potiuſque manere cum aliis leuibus mei ſimilibus metiendo,ac iudicando omnia ex mea ſentẽtia tam certa iudicio meo cæco,quam eſt fallax lucido ſupradictorum, commẽdando vt vicum præclarum illum ſolum , quem euangelium condemnat , atque ſacri canones , cum bene ponderatis legibus reprobant, magnificando quod illa paruiſaciunt, & paruiſaciendo quod illa magnificant, inquirendo alienam vitam coram meo proximo,& meam corã Deo meo.

b *c.1.4. & 5. & aptius in ca. placuit 2. 16.q.1.*

16 Cur non imitabor magnum illum Imperatorem Conſtantinum,qui dicebat. (Si propriis oculis viderem ſacerdotem , aut Monachum peccantem chlamyde me ſpoliarem,& cooperirem eum.) [c] Verum quod peius eſt, cur de his,ac aliis ſimilib[9] dictis,& factis ridemus?Cur interdum perimus nos monachi, & moniales, cùm ſcimus aliquam culpam,vel defectum alienum, niſi illud propalemus,dicamus,vel per literas ſignificamus noſtris amicis?Cur vel modo , vel paulo poſt quod vnus ſecreto ſcit , ſtatim notum eſt tori Monaſterio, & ſtatim toti ciuitati? Bonus eſt amor,& bona amicitia,quæ ſunt cauſa communicationis: attamen debent eſſe (vſque ad aras) vt eſt in prouerbio. Hæc debent eſſe inſerta caritate,quæ nemini cõmunicat, quod Deus,honor,ac fama proximi requirunt eſſe intrinſecum,atque ſecretum. (Non quærit quæ ſua ſunt,ſed quæ Ieſu Chriſti.) Non id quærit ad quod ſuæ propenſiones, & appetitus vani, aut mali impellunt. Deperit tamen vt impleat ſolidos, ac Sanctos Chriſti Ieſu impulſus. Fateor me ſæpiùs in hoc deliquiſſe , ſæpiùs de eo pœnituiſſe, ac cõfeſſum eſſe, numquam tamẽ adeo cognouiſſe ſubtilitatem, turpitudinem ac frequentiam huius tam communis vitij,ac poſteaquã vbi ego prælego,docendo modicum id boni,quod ſciebam,auxi multum id mali,quod callebam, nõ quia vbique nõ ſit eius magna ſuperabũdãtia,ſed quia alicubi de hoc nõ curabã, alibi non credebam, & alibi ad hęc mihi tẽpus nõ ſupererat.Et licet in nullis mihi multũ ſuperfuerit,tamẽ ex nũc mihi,& iis qui credere mihi voluerint ad hoc poti[9] nobis deerit. Adiuua nos potẽtiſſime Deus, ad imitandũ S. Ioannẽ Baptiſtã in tacendo,& Ioannem Euangeliſtam in operando , quaſi Apoſtolam Magdalenam(in cuius feſto hæc emẽdatur ad imprimendam) vt velimus moriendo viuere,& viuendo mori,vt te fruamur,& vtrũque ſimul vt te ſemper amemus , tibiqu e ſeruiamus,vt multos video(licet paucos, omnino in hoc bene obfirmatos,etiã pro maiori mea cõfuſione ex tibi deuoto fœmineo ſexu. Quibus oĩb[9],vt gẽti,meo iudicio,generoſiſsimę, & altiora meditanti,non immerito inuidere poſſumus,non quia nos præcedant , ſed quoniam vt pigri,puſillanimes & negotiis onerati longè poſt eos remãſimus. Sed quo me ſolitudinis, ſilentij,otij literarij,& deuotionis Chriſtiano digne(quæ heu nimirum tardè,ac ſegnis meditor) rapit amor? Vt igitur radicitus vitium illud cognoſcamus,& ipſum eradicemus,videamus quid ſit detractio,& murmuratio,ac ex earum definitione,& deſcriptione educamus per corollaria deciſionem multarũ particularium dubitationum magis profundè,quã aliquis hucuſque id fecerit,vt ſciamus quando detrahere ſit peccatũ:& quãdo merirum,quando peccatũ mortale,& quãdo veniale,& quis bene de hoc,& quis male cõfiteatur.

c *In ſcripturis 90. diſt.*

DIFFERENTIA, ET CONuenientia inter murmurationem, ac detractionem.

SVMMARIVM.

Detractio, & murmuratio non ſunt idem.nu.17.
Murmur latinè quid.ibid.
Murmuratio non eſt vitium per ſe ſeparatum, ſecundum Caieta. approbatum.nu.18.
Murmuratio eſt magis generalis quam detractio, comprehenditq; magna peccata.nu.19.
Maledicere,murmurare, & detrahere pro eodem hic accipiuntur. nu.20.
Murmuratio,& detractio accuratè definita.nu.21.
Peccata cordis,oris,& operis omnia ſunt eiuſdem generis & equalia ceteris paribus.nu.22.
Peccato malitiam non addit,nec minuit opus exterius ceteris paribus.nu.23.
Infamant aliqui per ironiam,licet verba ſonent laudem.nu.24.
Contumelia,& detractio quomodo differant,nu.25.
Blaſphemia,& non detractio eſt inhonorare Deum verbis infamatoriis.nu.26.
Murmurare de carentibus ratione ex ſua natura eſt blaſphemia. num.27.
Blaſphemia eſt murmurare de ſanctis.nu.28.
Infamare alios ſecundum ius commune non eſt peccatum, ſed. ritum.nu.29.
Infamans ſe ipſum detractor eſt,& peccat mortaliter.nu.30.32.
Murmuratio,& detractio inuenitur etiam contra præſentes.n. 31.
Peccatorum ſpecies diuerſificant diuerſi fines, ac rationes.nu.32.

17 PRimò,pro ſuprадictorum intelligentia,dico quod detractio,de qua loquitur hoc c.ac murmuratio nõ ſunt idem:immo murmuratio eſt, quid magis generale quã detractio. Detractio enim comprehendit colloquia ſecrera & non omnia,de malis alienis , ſecundũ communem doctrinam,quamuis nos cum ratione eam extendemus ad colloquia publica , & de malis propriis , quibus damnificatur proprtia fama,vel aliena : murmuratio autẽ multa alia comprehendit.

Primo,quia *murmur* latinè propriè ſignificat ſtrepitum aquæ lenem ; ac mitem , iuxta illud Virgilij in Georgicis relatum per D.Hieronymum.[a]

Vndam
Elicit illa cadens raucum per leuia murmur,
Saxa ciet,ſcatebriſque arentia temperat arma.

Quamuis ad inſtar huius ſumatur etiam pro aliis ſtrepitibus,vt idem Virg.vſurpauit Æneid.4.

Interea magno miſceri murmure cœlum,Incipit.

Et ab hac voce *murmur*,deſcendit *murmuro,murmuras*,quod ſignificat facere iuſtum ſtrepitũ, & cõſequenter [b] *murmurationes* dicũtur omnes actus,quibu s fit ſtrepit[9],preſertim obſcurus & obuolutus,vt nubis onerate grandine,& velut verborum inter dentes,atque ſecreto prolatorum.

a *c.numquã. de conſecrat. d. 5.*

b *Murmurationes.*

18 Probatur idẽ ſecundò per reſponſum illud prima facie perpulchrum, quod dedit Cardinalis Caietanus, [a] cur de vitio murmurationis nec ipſe , nec S. Thomas in tota ſecunda ſecundæ,vbi agitur de omnibus virtutibus,ac vitiis , vllam ſpecialem mentionem fecerunt , cum ſit adeo frequens ? Reſpondet autem vitium murmurationis non eſſe genus , neque ſpeciem peccati per ſe deſtinatam ab aliis , quin reperiri in omnibus generibus , & ſpeciebus peccatorum linguæ , tum etiam aliorum.

a *2. tom.libr. 17.reſpon. 13. in par. opuſc. cuidam pertinenti.*

19 Tertio probatur iſta concluſio,quia licet omnis murmuratio non ſit detractio,omnis tamẽ detractio(ſumẽdo eam,vt ſumitur in hac materia)poteſt meo iudicio appellari vera murmuratio. Quoniam licet Reuerendiſsimus, in eo reſponſo ſuperius dicto , affirmet murmurationem ſolum ſignificare peccata parua,& imperfecta,quæ committuntur verbis,inobedientia,impatientia,ac præſumptione & conſequenter non comprehendere detractiones, quæ ſunt peccata mortifera,ac grauia,iuxta illud Apoſtoli,[b] relatum in vno ca.huius libri,ſcilicet [c](Ne murmuraueritis,ſicut quidam eorum murmurauerũt,& perierunt) & cap.illud præcipit reiici orationem,atque bonum opus eius, qui murmurat, & ſequens cæp. *ſi quis monachus.* comparat contentioſum, ac murmuratorem , & vtrumque iuber facere pœnitentiam. Maria quoque ſoror Aaron quæ meruit eſſe dux choreæ, & componere cãticum quod cecinére poſt tranſitum maris rubri mirabiliter deſiccati, propter murmurationem lepra fuit punita. [d]

b *1. ad Cor. 10.*
c *Ca.alienus 90.diſt.*
d *Num. 12. & e plerumque §. item obijcitur.2.q. 7.*

20 Ex quibus omnibus conſequitur detractionem, ac murmurationem differre,vt ſpeciem,ſeu quid ſpeciale,& genus , ſeu quid generale. Species eſt detractio , genus murmuratio. Quia tamẽ communis loquutio in hac præſertim materia ſumit iſtud vocabulum(murmuratio)ſtrictè adeo vt non comprehendat pluſquam detractio, & Ariſtoteles*dicit(loquendum eſſe vt plures,ſentiendum vt pauci) pro eodem inſtà accipiam vt ſupra accepi iſta duo vocabula, ac etiam(maledicere.)

* *1. Topicor.*

21 Secundum, quod principaliter dico pro declaratione huius materiæ , eſt quod (Detractio, ſiue murmuratio eſt voluntas denigrandi , vel denigratio directa, vel indirecta famæ , aut gloriæ hominis nondum catalogo Diuorum adſcripti , contra ius.)

22 Dixi (denigrare , vel velle denigrare)duabus rationibus. Prima , quia eiuſdem generis , ac ſpeciei ſunt peccatum malæ voluntatis , & malæ loquutionis , ſeu operis ei reſpondentis vt ante, & poſt alios determinat S. Thomas duobus locis. [e] In quorum vtroque Reuerendiſsimus,hoc declarando pro doctis,magis obſcurat pro aliis, Secunda , vt admonerem quod cæteris paribus , non minus malum eſt habere propoſitum , & volũtatem firmam ac efficacem murmurandi, vel malum aliud agendi,quam id facere iuxta cap. *quiſquis*, cum, quatuor ſequentibus: [f] & colligitur ex locis proximè citatis. [g]

e *2. 2. q. 72. art. 7. & 3. par. q. 90. ar.3. de pœnit.diſt.1. f & 1. 2. qu. 76.ar.1. g ca. magna de pœnit.d.1. h 1. 2. q. 20. art.4. i 2. 2. q. 73. art.1.*

23 Quia opus exterius , cæteris paribus, non addit, nec detrahit malitiam peccato, vt alibi id latius probo, [h] poſt S. Thomam , [i] & alios in hoc communiter receptos. Ex quo infertur quam imprudens fuerit quædam Domina aliàs valdè honeſta , quæ procul ab hoc loco mihi dixit, (Quæ peccata committere poſſumus nos mulieres , quæ tam rarò egredimur domum.) Quia non eſt opus egredi, etiam è cella,vt quis tantùm peccet quantum quiuis alius extra eam.

24 Dixi(directè , vel indirectè) quia multi proſunt famæ eius , de quo loquuntur , iuxta id , quod eorum verba directè ſonant,eum tamen infamant,iuxta id,quod per ea aliis ſignificant.Exemplum ſit eius,qui coram me de quodam monacho dicebat. (O quam bene conſtituta eſt, quam nobilis vir, quam rubicundus & pinguis exiſtit, & quam bene vibret gladium verſatilem) vt ego intelligerem eum magis occupari in perficiẽdis deſideriis carnis quam ſpiritus.

25 Dixi(famæ,aut gloriæ)quia infamare, vel velle infamare alium in honore, ipſumque inhonorare, appellatur contumelia, aut iniuria,& non detractio, ac eſt peccatum alterius ſpeciei , & generis , vt poſt & ante alios declarat S.Thomas.

26 Addidi(hominis)Quoniam lædere vel lædere velle famam,& gloriam Dei,non eſt detractio,ſed potius blaſphemia,ſiue quis obloquatur de eo , vt eum inhonoret, ſiue vt infamet,ſiue vt deridęat & ſubſannet, vt ſentit S. Thomas, [a] & magis exprimit Reuerendiſsimus. [b]

a *2. 2. q. 73. ar.1.*
b *2. 2. q. 73. ar. 2.&q.12. art. 1.*

27 Dixi etiam(hominis)quia infamare carentia rationis vſu quoad ſui naturam , & inquantum ſunt creaturæ Dei,non autẽ vt id redunder in infamiam proximi,non eſt peccatum infamiæ,& detractionis , immo eſt blaſphemia ſecundum eundem S.Thomam. [c]

c *2. 2. qu. 76. art. 2.*

28 Dixi etiam(hominis)& addidi(non canoniſtati)quia etiam ſi Angeli , & ſancti canoniſtati ſint noſtri proximi, vt ait S. Auguſtinus, [d] & S. Thomas. [e] De ipſis tamen maledicere,ipſosque infamare,blaſphemia eſt:non autẽ peccatum detractionis,& murmurationis,licet dicatur ad eos infamandos,nec contumelia,licet dicatur ad eos inhonorandos,ſeu ob alios huiuſmodi fines,vt declarat Cardinalis Caietanus, [f] & magis declaratur infra. [g]

d *li.1.de doct. Chriſt.*
e *2. 2. q. 25. art.10.*
f *d.q.73.ar.2.*
g *In corollar. 19.*

29 Dixi(contra ius)quia non eſt peccatum , ſed meritũ alium infamare iuxta ius diuinum,ac humanum, vt ait S. Antoninus, [h] & infetius melius explicabitur.

h *2. p.tit.8.c. 4.in princ.*

30 Nõ tamẽ addidi,vt S. Thomas,S. Antoninus,& communis vocem illam(aliena)quia non tãtùm detrahunt, & murmurant qui alios,ſed etiam qui ſe ipſos infamant, vt aſſeruit idem S. Antoninus, [i] & ſentit Gaietanus, [k] qui ambo dixerunt peccare mortaliter eos , qui ſe ipſos infamant,etiam ſi id faciant timore tormentorum, quod tamẽ paulo inferius declarabitur. [l]

i *2.par.tit.8. c.4.§.1.verſ. primo modo.*
k *2. 2. q. 73. art.1.*
l *In corolla. 44.*

31 Nec etiam addidi(ſecreto)vt etiam addunt ſupradicti,quia licet communiter detractiones, ac murmurationes fiant in abſentia,poſſunt tamen fieri,& ſæpius maiori cum peccato fiunt in præſentia:ſi enim vt te infamem,iniuriam falſam coram te dicam,& ſi,vt ait communis,peccatum illud ſit contumelia,& non detrãctio , vel murmuratio , quatenus te inhonoro, quatenus tamen per eam volui denigrare tuam famam,ac te infamaui,peccatum eſt detractionis,vt idem S.Antoninus [m] decernit , & facile probari poteſt per dictum illud Ariſtotelis [n] (Qui furatur vt adulteretur,per ſe loquendo,magis adulter eſt : quam fur)propter quã auctoritatẽ aliaſque rationes S.Tho. recept.ab omnibus,dixit,[o] fines,ac rationes diuerſas,propter quas peccatur,diuerſificare ſpecies peccatorũ.Præterea qui alium præſentem appellat Concubinum talis amaſiæ,vt adſtantes id credant,& remaneat infamatus, nõ tantum peccat peccatũ contumeliæ & iniuriæ , eum vituperando,ſed etiam detractionis eum infamando. Omnes item fatentur peccare peccatum detractionis eum, qui ſe ipſum infamat , vt ſuperius dico, & conſtat neminem de ſe ipſo loqui in ſua abſentia.

m *In princ. illius c. 4.*
n *Et hic ca. 5.*
o *1. 2. q. 18. art. 6.*

COROLLARIA, ET CONcluſiones,quæ ex ducta definitione & deſcriptione inferuntur.

SVMMARIVM.

33 Murmuratio eſt cum intentione infamandi, & ſine illa.
34 Murmuratio eſſe poteſt ſine infamatione, nec voluntate infamandi,non tantum venialis,ſed etiam mortalis.
35 Peccat qui periculo peccandi ſe exponit.
36 Peccant qui vident , vel videre cupiunt mulieres nudas , & quæ vident,vel videre cupiunt viros nudos, licet non omnes mortaliter,dato quod id facerent ex curioſitate.
37 Mulieres ſtare ad videndum,quomodo homines natent ,turpis eſt,& periculoſa animi recreatio.
38 Opus non dicitur bonum, aut malum quia bonum aut malum ex eo ſacceſſit,niſi id præuiſum fuerit vel præuideri debuerit.
39 Occaſiones peccandi tollendæ,quantum fieri poteſt.
39 Periculum ſi non ſit in particulari, ſed in genere ,non obligat ad mortale eũ ſe exponentem.
40 Confeſſores multi peccant in hoc audiendo peccata detractionis.
41 Murmurationum alia formalis,alia materialis.
42 Murmuratio formalis à paucis benè expenſa , & à pluribus benein confeſſione explicata.

43 *Murmuratio committitur non tantùm loquendo, ſed etiam audiendo, tacendo, & per geſtus, aliáque ſigna.*
44 *Murmuratur ſeptem modis, qui reducuntur ad tres.*
45 *Intellectus, & declaratio cuiuſdam dicti S. Thomæ.*
46 *Murmuratur laudando, & interdum pluſquam vituperando cum exemplis.*
47 *Laus ſæpe eſt vituperatio, cum exemplis quotidianis.*
48 *Franciſcus de Mendauia magnus concionator Nauarrus laudibus infamatur.*
48 *Author laudibus infamatus.*
49 *Murmurare laudando inuentio eſt curialium.*
50 *Murmurat aliquando qui murmuratori contradicit.*
51 *Murmurat qui refert mala ea non affirmando in tribus caſibus.*
52 *Murmurat aliquando qui refert mala, dicens ſe ea non credere.*
53 *Murmurat qui amplificat malum tam pœnæ, quàm culpæ quod inter aulicos, & acutos eſt frequens.*
53 *Murmurat qui dicit opera per ſe bona fieri mala intentione.*

33 PRimũ Corollarium, quod inuenitur peccatum detractionis, ac murmurationis cum intentione, & proposito infamandi, atque ſine illo. Primo, quia ex dicta definitione colligitur: quòd ad committendam detractionem, non eſt opus vt concurrat voluntas infamandi cum dãno, ſed ſatis eſt vnum ſine altero. Secundo, quia ſæpius etiam nos ipſos infamamus, vel alios, abſque proposito nos infamãdi in aliis bonis fortunæ, vt qui relinquit puerum, vel ciſternam apertam ex inconſideratione, in quam poſtea aliquid cadendo moritur, aut perit, [a] & qui non cuſtodit ſuum bouem cornupetam, vt non feriat. Tertio, quia multoties quis vt delectetur loquendo, vel ex leuitate, vel quia tædio affectus eſt, ſine intentione infamandi aliquid dicit, quod famæ proximi officiat, & peccat peccatum mortiferum detractionis, ſi damnum famæ eſt notabilis qualitatis, vt expreſſe determinat idem S. Thomas, [b] & etiam addit teneri ad ſatisfactionem damni, quod idem [c] dicit Caietanus.

a *c. ſi quis ca. ſi bos. de iniur.*
b *2.2. q. 73. art. 2.*
c *Ibidem.*

Secundum Corollarium.

34 SEcundũ Corollariũ reperiri detractionẽ non ſolùm venialem, ſed etiam mortalem ſine infamia, nec voluntate infamandi, nempe cum ſine proposito infamandi dicitur tali loco, & coram talibus, talis perſona dixit tali quid contra te, quòd quilibet cordatus poterat cogitare ex eo infamiam tibi conſequuturam, non tamẽ conſecuta eſt, vel quia caſu ſuperuenit alius maioris auctoritatis, qui ſtatim ei contradixit, vel aliis de cauſis. Quæ concluſio etſi dura videatur, tamen probatur.

35 Primò, quoniam qui ſe probabili periculo exponit peccandi mortaliter peccat, ſi periculũ erat peccati mortalis, vel venialiter ſi non erat pluſquã veniale. Regula eſt Ioannis Gerſon. [d] quàm potuit colligere ex S. Thoma, [e] & probatur per illud eccleſ. [f] (Qui amat periculũ peribit in illo) vt lati[9] dixi alibi videlicet, [g] cũ aliis, quos ibi allego. [h]

36 Ad hæc facit, quod S. Antonin. [i] reprehendit aliquos homines ſpirituales, qui ſub ſpecie experiendi an carnem habeant mortificatam, coram ſe denudare faciebant mulieres, eaſque turpiter ſpectabant, & ſi enim hi viſis illis non peccarent, ſpectando tamen eas, vel deliberatè ſpectare volendo ſine alia neceſsitate, vel vtilitate, peccarunt propter periculum. Idem ego reſpondi ante hac de mulieribus, quæ cum aliàs eſſent admodum ſpirituales viderunt, vel videre quæſierunt homines omnino nudos. Tanta autem, & maior ratio eſt mulieris, ac viri cum eius conſtantia maior ſit quàm illius, iuxta Sanctum Auguſtinum qui ait, [k] (grauius puniri oportet viros, quia magis pertinet ad eos & ratione vincere, & exemplo regere fœminas.) Propterea aliquãdo reſpondi, valde periculoſam, ac turpem recreationem eſſe fœminas conſiſtere ad ſpectandum homines natare, vt alicubi perſpexi, & valdè digni reprehenſione ſunt, qui vnius ſexus exiſtentes procurant videre illos alterius ſexus cùm lauantur, cùm denudantur, vel quando dormiunt. Sed & facit id, de quo credo à nemine me reprehenſurũ iri, quoniã anno 1540. cum tranſirem per Caſtellam renui videre pudenda cuiuſdam monachi ſacerdotis hermaphroditi, ſeu duarũ naturarum, maſculinę, & fœminæ, qui turpiter abuſus eſt ſæpius fœminina, immo conſultus ab eius confeſſario, ſi poſſet celebrare, & deberet reputari pro malè ordinato cum mulieres ſint ordinum incapaces, [a] & rogatus ab eo vt ſecreto ipſum inſpicerem, reſpondi, vt medici ſcientiæ, & conſcientiæ prædicti eum inſpicerent, & ſi ſatis certiores facti, decernerent magis fœminam eſſe quam virum, numquam Miſſa celebraret, iuxta legem Romanam, [b] quamuis ſi eum inſpexiſſem, puto quòd non peccaſſem, ſicut neque condemno quoſdam valde honorabiles ſacerdotes qui antequam me conſulerẽt, eum inſpexerunt. Nec etiam mortalis peccati reum facerem eum, qui apud ſe, vt certum habendo ſe inſpectione mulieris nudę non dimouendum à bono ſuo ſenſu, eam ex ſola curioſitate ſpectaret. Hic enim non ſe exponit periculo probabili, ſicque mihi videtur dictum S. Antonini, & omnia ſupra ſcripta eſſe limitanda. Contra verò peccati mortalis damnatem virum, vel mulierem, qui ſe exponit ad colloquendum, & ſolùm faciem vnius videndum, pro certo habendo quòd id faciens; concepturus eſt aliquod malum propoſitum cum deliberatione, etiam ſi caſu noſtro conciperet illud.

a *ca. noua. de pœ. & remiſ.*
b *l. queritur ff. de ſtat. homin.*

43 Tertium, quo dicta concluſio, & omne ſupra dictũ eſt probatur, quod noſtra opera non denominantur bona, aut mala, ex eo quod contingit ex illis ſequi, niſi fuerit præuiſum, vel præuideri debitum, vt determinat S. Thomas. [c] Non eſt mala mea eleemoſyna, quia pauper ea aburitur, nec deſinit eſſe mala mea iniuria, quia tu illam ſuffers cum patientia, vt ait S. Thomas. [d] Nec verum eſt apud ſapientes illud Ouidij, [e] à vulgo receptum (exitus acta probat) Quin verum eſt quod idem poëta mox ſubiungit.

Careat ſucceſſibus opto,
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

c *1. 2. q. 20. art. 2.*
d *Ibidem.*
e *Epiſt. 2.*

Bonum euentum ſortita eſt venditio Ioſeph, [f] ſed non propterea deſiuerunt peccare eius fratres, qui ipſum vendiderẽ. Bonum euentum habuerunt tres viri fortes, qui contra voluntatem inimicorum hauſerant aquam Dauid de ciſterna Bethleem. [g] verùm quoniam ſine vrgenti cauſa expoſuerant ſuã vitam periculo, renuit Dauid ex illa bibere. Vtinam omnes nos Chriſtiani memoria retineremus Corollarium iſtud cum ſuis rationibus.

f *Gen. 37.*
g *2 Reg. 23.*

44 Vtinam ex ſuggeſtis quotidie admoneremur vt caueremus non tamen ab operibus mortiferis ne ſolùm à voluntate ea perpetrandi, verùm etiam ab eorum occaſionibus tam propinquis, quæ iudicio ſapientum in magnum periculum coniiciunt ea agendi vel volendi, pro certo habentes omne illud eſſe peccatum mortale. O quã multi abſtinerent à converſatione aliquorum, qui ferè ſemper in vno vel altero genere eos peccare faciunt, vel peccare velle? Quot fugerent viſum, & colloquium perſonarum cũ quibus ſuã carnẽ fœcauerũt? Quot præſertim ex Deo dicaris, eiicerẽt è ſuis domibus famulos & famulas, ſeruos & ſeruas? Quod autem dictum eſt de periculo, intelligi debet quando periculum offertur in particulari, nõ autem cum in genere, vt declaro non minus nouiter quam vtiliter in cap. *qualitas*. [h] determinãdo, quòd nec qui proponit eſſe mercator, nec miles peccat propterea mortaliter, quamuis ſe exponat magno eius periculo, quoniam periculum eſt in genere. Ad materiam huius corollarij pertinet etiam contentum in 30. & in ca. 28. quod addidi Manuali confeſſ. id compleтè declaro.

h *Num. 18. de pœnit. diſt. 5. & in ca. ſiquis autem illat. 22. nu. 136.*

Tertium corollarium.

40 TErtium corollarium eſt, quod multi confeſſarij grauiter errant, cum pœnitẽtibus, qui cõfitentur ſe murmuraſſe & eis interrogatis ſi hoc egerunt cum intentione infamandi, reſpondendo quod non, dicunt (Progredere ergo, quia hoc ad ſummum eſt veniale)

ſi enim qui murmurauit, notabiliter læſit famam, peccauit mortaliter, etiam ſi non habuiſſet animum infamandi, iuxta primum Corollarium: & etiam ſi non infamauit, ſed veriſimile erat, & præcogitare debebat, quod infamaret, poſtquàm definitio detractionis non requirit voluntatem auferendi famam, ſed eſt contenta cum iactura eius, & ſufficit quoad peccatum teneri cogitare quod infamabit, licet, non quoad reſtitutionem, iuxta illud Corollarium. [a]

a 2. *huius vt. concluſionis.*

Quartum Corollarium.

41 QVartum Corollarium eſt quod duo genera detractionis, ſeu murmurationis ſunt, vnum quod recentes Doctores Theologi vocant formale & S. Thomas cum Iuriſperitis vocarunt ex proposito, & intentione. Detractio formalis, ſeu ex proposito, eſt detractio, quæ cum proposito, & intentione damnificat famam, vel gloriam. Detractio materialis eſt quæ ſine proposito & intentione infamandi infamat. Inter has ſatis magna eſt differentia: quoniam omnes nos, qui loquimur, tacemus, vel audimus, cum proposito, & intentione, vt inde remaneat aliquis infamatus, peccamus, ſiue id credatur, & alter remaneat infamatus, ſiue non, ſiue bonum ſit, ſiue malum quod loquimur, tacemus vel audimus, ſiue indifferens idque multi parum expendunt, minus accuſant, multóque minus confitentur.

42 Remitte Deus miſericordiſsimè noſtras ignorantias, & abſterge noſtras malitias. Contra verò licet ſit malum, & valdè malum quod loquimur, ſi tamen id non diximus cum proposito infamandi, nec ſequuta eſt infamia, nec fuit periculum vt ſequeretur, attentis loco & perſonis, & coram quibus dictum eſt, non peccatur peccatum detractionis, vt clarè probat eius definitio ſupra ſcripta.

Quintum Corollarium.

43 QVintum eſt, quod peccatum detractionis non ſolum committitur loquendo, ſed audiendo, & etiam tacendo, ac præterea faciendo alia opera, atque ſigna. Hoc peccatum conſiſtit in damnificando, vel volendo damnificare propriam, ſeu alienam famam, vt conſtat ex definitione 1. & interdum infamamus, vel volumus infamare loquendo, aliquando audiendo, aliquando tacendo, ſcribendo, geſtibus, & aliis actibus, & ſignis, vt experientia demonſtrat.

Sextum Corollarium.

44 SExtum eſt, verum eſſe, quod magnus ille Alexander de Ales dixit, [b] ſex modos detractionis reperiri, & quod puteus illæ bonæ ſapientiæ S. Thomas, [c] rectè poſuit quatuor directos, & tres obliquos, ac indirectos. Quatuor directi ſunt imponere falſum alteri, augere peccatum, reuelare ſecretum, quod bonum eſt, dicere factum eſſe mala intentione. Tres indirecti ſunt, negare, reticere, aut minuere bonum aliorum. Hoc Corollarium clarè ſequitur ex dicta definitione, quoniam illa continet detractionem committi voluntate damnificãdi, vel damnificando famam, aut gloriam directè, vel indirectè, & per quemlibet horum ſeptem modorum illud agitur. Verum eſt quod meo Iudicio ſi ſeptem poſſunt reduci ad duos de tribus, quos Scotus ponit, [d] videlicet imponere falſum, & reuelare occultum, ac negare verum crimen ſibi ipſi impoſitum: quoniam vt iſtud tertium mẽbrum ſit detractio indirecta, nec comprehẽditur in aliquo illorum ſeptem modorum: ita ſex illorum videntur comprehendi ſub primo iſtorum, & tertius ſub ſecundo. Præterea poſſet etiam dici omnes iſtos ſeptem S. Thomæ & adhuc tertium Scoti, includi in primo, & in tertio S. Thomæ. Quod ſi attentè inſpicis, inuenies per omnes illos directè, vel indirectè imponi falſum, vel reuelari ſecretum. Quia tamen parum hoc refert, non immoror in illo. Hoc tantum dicam Scoti doctrinam magis reſolutam videri.

b 2. *par. qua. 146. memb. 2. ſub fin.*
c 2.2. *q. 73. art. 3. ad 3.*
d *In 4. d. 15. q. 4. in princi.*

Septimum Corollarium.

45 SEptimum, quod dictum à S. Thoma de iſtis ſeptem modis imponendi aliis falſum, negandi, tacendi, aut diminuendi bona aliorum, extendendum eſt ad imponentem falſum ſibi ipſi, & ad negantem, tacentem, vel diminuentem bona propria contra ius, quia noſtra definitio detractionis non minus comprehendit damnificantem ſuam famam, quam alienam. Non obſtat opinionem S. Thomæ & communem loqui tantùm de damnificante alienam, quia id ipſe propterea fecit, quod pauci ſunt, qui id agant, non autem quia tales non peccent peccatum detractionis, vt ſuperius dictum eſt, & infra etiam dicetur, & qui loquitur de re aliqua, quia frequentius contingit quam altera, non propterea videtur alteram tacere, ſecundum gloſſam receptam & valdè memorabilem, [a] & ita vt dixi intellexit hũc locum S. Thomas, Adrianus, [b] & hic poteſt appellari octauus modus detractionis.

a *Clem. 1. de reſcript. ver. præſidentes.*
b *In 4. de reſtit. q. 32.*

Octauum Corollarium.

46 OCtauum, quod omnes iſti Patres obliti ſunt alium modum detrahendi, qui fit laudando. Multi enim laudando famam damnificant, vel damnificare volunt laudant directè, & damnificant indirectè, & conſequẽter detrahunt iuxta definitionem: laudat te vnus tam modicè, & tam remiſsè, vt qui audiunt cogitent, nihil aliud eſſe in te laudandum, poſtquam credunt eum eſſe tuum amicum, quandoquidem te laudat, eumque ſi plura de te bona ſciret, non taciturum. Propterea dicebat Philoſophus Phauorinus, citatus per Aulum Gellium. [c]

c *lib. 19 noct. Attic. c. 3.*

47 Turpius eſſe exiguè, ac frigidè laudare quam inſectanter, & grauiter vituperare. (Hoc enim non creditur, vt ab inimico dictum, illud verò ſit vt teſtimonium amici.) Alij procurant te laudare ab vno, qui firmiter creditur numquam veraciter laudare, & ita perſuadent id quod in te laudant, eſſe mendacium. Alij laudant, vt tibi inurãt notam valde odioſam, cum qua te perdas, ac tuam famam. Alij te laudant vt magnum medicum, cùm ſis Iuriſperitus. Alij vt nobiliſsimum equitem, agilem in haſtiludiis, & valde robuſtum, cùm ſis epiſcopus, preſbyter, vel Monachus, vel vt perpulchram mulierem, bene compoſitam, ac ornatam, quæ eſt monialis. Alij ſatagunt, vt te laudet coram Rege, aliquis ei ſuſpectus, vt cogitans te eius eſſe amicum, ei te ſimilem reputet. Quidam cum ſciret ſe priuandum ſuo officio, ipſumque petiit pro illo, qui inſtabat vt eo priuaretur, multum eum laudando, & ſic fuit cauſa, vt non obtineret laudando{que impediuit (ne ſcilicet daretur ſimili, vel amico eius) quod non potuiſſet vituperando.

48 Audiui referri in Caſtella magnum illum concionatorem fratrem Franciſcum de Mendauio Nauarrum mihi obſeruandiſsimum patrem, ac dominum, tempore, quo fuit Prior fratrum S. Hieronymi Salmanticæ, & mihi valde familiarem ac condiſcipulum in artibus liberalibus, fuiſſe laudatum coram Imperatore, qui eius concionibus vehementer oblectabatur, tamquã virum futurum fructuoſiſsimum inter gentes, & ſic aſſecuti ſunt, vt eius fama in Hiſpania non creuerit, & vt loco epiſcoparus Caſtellæ illum Nicaraque ei contulerit, quæ eſt in noua Hiſpania, ſeu vt poſt collatum iſtum, eum cum alio non permutarit, ac ſic per mare nauigans, cum nondum cùm illum perueniſſet, neque ad portum, peruenerit ad id, quod omnes ſperamus, & procuramus. Ne quoque, cùm opponerer primæ cathedræ Salmanticæ commendabant competitores, eorúmque agentes pro appoſitiſsimo omnium ad cathedram Decretorum, vt illa me non removerent, quibus artibus mihi multum obfuêre, licet non a deo, vt mihi impedimento fuerit quin quaſi quingentorum ſuffragiorum ius aſſererer, idque Dei gratia ac dominorum ſcholarium, qui ſemper & vbique de me bene merentur, & meriti ſunt.

Addo, quòd adhuc laudare te, vt magnum Chriſtianum, interdum eſt detractio, vt ſi de hoc te laudent pro

tuo malo ante Turcas. Secundum Adrianum, [a] & eadem ratione si ante Regem, vel Dominum te laudarent vt tibi onus daret valde honorificum, & non iudicis, ob timorem, quod eis non complaceres contra ius, quod alicubi factum est.

49 Modum hunc diabolicum maledicendi benedicendo, & vituperandi laudando dicit Polybius ortum fuisse in aulis Principum, & ibi alitur, & requiescit ad libitum.

50 Vidi quoque, aclegi alium modum, scilicet contradicere obloquenti, & absentem defendere arte tam callida, vt alter indignarus clariùs obloquatur, & multò plura, quàm sine ea contradictione dixisset.

Nonum Corollarium.

51 NOnum est, quod quamquam communiter referre mala aliena, non tamen affirmando, vt dicendo, (Hoc mihi dixerunt, hoc audiui) non sit detractio, saltem mortalis, vt inferius dicetur, est tamen tribus in casibus. Primus, si aliquid addit, vt credatur. Secundus, si id diceretur mala intentione, & Tertius si suspicaretur, vel merito suspicari deberet attenta persona relatoris & esse audientium credendum fore relatum, ferè ac si fuisset affirmatum per ea, quæ dicta sunt in corollario 2. & per id, quod sentit Scotus, [b] & clarius Adrianus. [c]

Ratio autem est in promptu, quoniam in his tribus casibus, vel habet propositum infamandi, vel infamat vel exponit se magno periculo, vt sequatur infamia, nec iam est nuda relatio, imo vestita mala intentione vel authoritate tacita, seu expressa, vt perspicuum est.

Decimum Corollarium.

52 DEcimum Corollarium esse verè detractores eos, qui referunt, non affirmando, mala aliena, quamuis dicant ea se nescire, neque posse credere, si suæ relationi addant esse verum, non prodire fumum, vbi non adsit ignis, vel Aristotelem dicere, vt [d] (Quam populi celebrant, omnino fama perire.

Nulla potest) vel alia huiusmodi quæ sunt argumenta persuasiua simplicium audientium, ac etiam interdum sapientium, & consequenter magis roborant quod dicunt, quàm extenuent.

Quid verò dicemus de iis, qui in suo cubiculo, seu cella dicunt, aut scribunt. (Talis fecit tale, vel tale malum) ac postea referunt, & narrant aliis, quod id audierunt, vel scripta viderunt? nisi quod ait Psalmista. [e] Qui plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculum non considerat? Cur fallimini existimantes in proximo fallere Deum.

Vndecimum Corollarium.

53 VNdecimum est, detractorem esse qui affirmat me furatum viginti aut triginta ducatos, si non furatus sum nisi quinque, vel me dedisse multos ictus, si vnum tantùm dedi, quoniam amplificat verum malum, qui est secundus modus detrahendi, vt dictum est in sexto Corollario.

Est autem aduertendum, quod licet S. Thomas & alij Doctores loquantur de solo augmento peccati, non propterea sentiunt non esse idem dicendum de illo, qui auget aliud malum, vel naturalem defectum, seu accidentalem, nempe si de vno, qui parum videt, aut audit, dicat eum esse cæcum, vel surdum, vel de parum claudo, quòd nequit se mouere: ô quam frequens est iste modus inter aulicos, & alios, qui cum sint nimis acuti, in disputando, & ignorantes rhetoricam Christianam, abuntur amplificationibus & hyperbolis rhetoricæ Ciceronianæ. Tum de homine, qui cum eis non vsus est humanitate, quæ ipsis debita videtur dicunt.

(Est alter lucifer in superbia) de alio, qui aliquid contra eos malitiosè agit, inquiunt, (est venenosus anguis vt diabolus.)

Tum de eo, qui non largitur, vel non expendit quantum ipsis videtur oportere, aiunt.

(Est sordidus, vir nequam & magnus auarus.) De eo vero, quem viderunt alloquentem, vel spectantem etiam modicè aliquam mulierem, statim dicunt esse suum amicum, vel suam amicam.

Tum de eo, quem consperexerunt ludere, confabulari cum aliis, recreare se vel in aliquo suspecto loco consistere dicunt.

(Est continuus lusor, numquam studet, num quam à ludo diuellitur.) Ac eum, qui aliquid dicit, quod in vno sensu satis apto intellectum est Catholicum, in alio vero non appellât hæreticum, atque Lutheranum, etiam si declaret se id protulisse in sensu Catholico. Tum vt percipiunt Ecclesiasticum hominem, Monachum, vel Monialem aliquid absurdum perpetrasse, dicunt.

(Diaboli sunt isti ecclesiastici. Dæmones isti religiosi, tales, ac quales sunt Moniales istæ) pro vno taxando centum, & interdum propter vitium personæ taxando ordinem, non absque periculo excommunicationis superius relatæ.

Duodecimum Corollarium.

54 DVodecimum, quod multi decipiuntur, putantes se non peccare, si tibi pandant delictum, quod secreto fieri viderunt ab homine bonæ existimationis, & dicunt.

(Ne putes me id ei imponere, sed iure per hoc, & illud, quod ego ipse vidi dum fieret, vel audiui dicentem. Talis secreto mihi iurauit se vidisse.) Vt enim sit detractio, non est necesse falsum ferre testimonium, sed satis est velle infamare, seu actu auferre famam alicuius contra ius, vt probatum est per definitionem. Omnes quoque Doctores conueniunt asserentes, propalare malum secretum, etiam si sit verum esse detractionem, vt supra dictum extat Corollario 6. num. 44. & in hac eadem conclusione.

Decimum tertium Corollarium.

SVMMARIVM.

55 Murmuratio est dicere opera per se bona fieri mala intentione.
53 (Væ) dictio significat damnationem æternam.
54 Murmurat qui tacet virtutes alienas, quas scit, si propter bonum illius interrogetur.
57 Murmuratores sunt componentes fabulas, & pasquillos, vel libellos infamatorios, atque de his scribunt schedulas, vel publicant.
58 Murmuratio & detractio est aliquando iniuria.
58 Peccatum vnius generis potest esse materia aliorum ad quæ ordinatur, & vna virtus materia aliarum.
58 Circumstantia omnis mutans peccatum vnius speciei in aliam est necessario confitenda.
59 Murmurare, susurrare, maledicere, & irridere diuersa, aliquando tamen diabolico modo coniunguntur.
60 Murmurator est, qui reuelat defectus, qui non sunt peccata, & quandoque reuelatas virtutes.
61 Murmurare est interdum de Christiano dicere, quod est Christianus.
62 Fama quid secundum Bernardum, & quid secundum Callistratum.
63 Fama quid secundum Doctores recentiores.
64 Fama multis modis sumitur in iure.
65 Fama quid secundum Bartholum.
65 Fama quid secundum Auctorem.
66 Murmuratio aliquando est dicere de corrupta, quod est virgo, & de Christiano quod non est Maurus, & de nobili, quod non est rusticus.
67 Murmuratio est aliquando reuelare virtutes, & amplificare paruum, & diminuere magnum in brutis, & insensibilibus.

55 DEcimum tertium, esse detractores, qui de vno largiente eleemosynas, & eunte ad stationes quàdo

[a] *quodlib. 11. litera E.*

[b] *In 4. d. 16. q. 4. art. 1.*
[c] *quodlib. 11. sub litera G.*

[d] *Ethic. 7. c. 13.*

[e] *Psalm. 93.*

lucratur indulgentias, frequentat ecclesias, audit quotidie vesperas (cum alij non audiant Missam etiá festis diebus) iciunat, recitat officium, & se flagellat magis quàm cæteri, dicunt eum id agere ob vanam gloriam, & hypocrisim, ac vt laudetur ab hominibus.

Quoniam esto quod hi aliquando peccent peccatum iudicij temerarij, cum sine sufficientibus indiciis iudicent, vt dixit Cardinalis S. Sixti, [a] non tamen propterea desinunt peccare peccatum detractionis, & etiam mortiferum, si id agunt cum proposito infamandi notabiliter suum proximum, vt determinat S. Antoninus, [b] & ante ipsum S. Hieronymus, [c] cum glossa & capit. sequenti, & ante vtrosque dixit Isaias. [d] (Væ qui dicitis bonum, malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras &c.) super quibus verbis Hugutius receptus per alios, dicit, [e] quod dictio illa (Væ) significat æternam damnationem, & consequenter peccatum mortale contra eum, de quo dicitur.

Similiter esse detractorem illum, qui audiens narrari (Talis bene iudicat, bene gubernat communitatem sibi commissam, eleemosynarius, est, & bonarum qualitatum) respondet.

(Non eum bene cognoscis, parum intelligis de eius sententiis, ac processibus: Non es allocutus Monachos, Moniales, ciues, & studentes, quibus præest) quoniam hoc est velle damnificare, seu reipsa damnificare famam alienam directè, vel indirectè, si verum erat quod narrabatur, vel saltem, nemo aut pauci sciebant esse falsum.

Decimum quartum Corollarium.

56 DEcimum quartum, esse detractorem illum, qui cum alij inquirunt, & inuestigant de aliquo, si est æruditus, si est virtute pollens, si est bonarum qualitatum, vt ei conferatur bonum officium, vel bonum beneficium, seu offerant coniugium, cum bene cognouerint suas literas, & virtutes, ac bonas qualitates, tacet: Quoniam vt ait S. Augustinus, [f] vterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat.)

[a] *In c. si quis dixerit 11. q. 3.*

[b] *2. par. ti. 8. c. 4. c. d. ca. siquis dixerit.*
[d] *c. 5. & cap. ve q. 11. q. 3.*
[e] *In d. c. ve qui.*

[f] *Ca. 1. de cri. fals. & cap. quisquis 11. q. 3.*

Decimum quintum Corollarium.

58 DEcimum quintum esse detractorem illum, qui componit fabulas, pasquillos, libellos, vel cantiones de delictis, & defectibus suis, seu alienis, & pariter, qui scribit schedulas, in quibus illa contineantur, easque proiiciunt in loca publica, vel secreta, quæ legantur, & diuulgentur.

Similiter & qui inueniunt tales schedulas, & eas non lacerant, sed retinent, contra ea, quæ Pontifices Adrianus, & Gregorius præcipiunt, [g] & Imperatores statuerunt, [h] videlicet non solùm peccare, & flagellandos esse de iure canonico, eos, qui talia agunt, verum etiam de iure ciuili qui tales schedulas scribunt, vel repertas publicant mœreri pœnam capitalem. Huius Corollarij ratio concludens est, quod qui in eo contenta agunt, damnare intendunt, vel damnant, seu occasionem valde probabilem præbent damnificandi famam hominis non canonizati contra ius, quod sufficit, vt quis sit detractor, vt constat ex definitione, & ex primo, ac secundo Corollario.

[g] *Ca. 1. 2. & 3. 5. q. 1.*
[h] *l. 1. C. de fam. libell.*

Decimum sextum Corollarium.

58 DEcimum sextum est, quod licet iniuriam facere, & inhonorare non sit detrahere, secundum S. Thomam, [i] & omnes alios, & vt constat ex definitione superius declarata, si tamen te aliqui inhonorarent, aut infamarent tòque vocarent concubinarium, seu concubinariam, non solùm, vt te iniuria afficerent, sed etiam vt audientes crederent ita esse, detractio vera, ac formalis esset, ac duo peccata diuersarum specierum, & generum in eo committerentur, nimirum contumeliæ, vel iniuriæ, ac detractionis, seu murmurationis: vt enim vna virtus potest esse materia operãdi aliam, i. quia potes ex iciu-

[i] *1. 2. q. 73. art. 1.*

nio, qui est actus virtutis abstinentiæ, facere actum virtutis, quæ dicitur religio, eo vtendo ad sacrificandum tuam carnem Christo Iesu pro te carius sacrificato, secundum S. Thomam, [a] & qui dat eleemosynam, opus, quod ex se est caritatis, aut misericordiæ, potest eam ordinare in satisfactionem suorum peccatorum, qui est actus pœnitentiæ, sic etiam aliquod vitium sæpius malum & peccatum est materia aliorum vt furari, & frangere ieiunium ad peccandum cum meretricibus, non sunt tantùm actus iniustitiæ, & gulæ, sed etiam luxuriæ, secundum S. Thomam per omnes receptum. [b] Pariter etiam locutio iniuriosa ordinata ad te infamandum, præter id, quòd est contumelia, est detractio.

Vnde sequitur, quòd qui aliquid tale dixit, non satisfacit confitendo se tibi talem iniuriam dixisse, nec satis est confiteri se id dixisse, vt te infamaret, vel quod infamauit, nisi confiteatur se vtrumque voluisse agere, aut egisse, per illam regulam in confessionibus tam necessariam, quàm vtilem, quam fusius declaro alibi, [c] nempe quod omnis circumstantia, quæ mutat peccatum vnius speciei vel generis in aliam, vel addit genus ad genus, necessariò est confitenda. Quod obliuioni traditum sit, est reiterandum, vt ibi declaro.

[a] *2. 2. q. 85. art. 3.*

[b] *1. 2. q. 16. art. 6.*

[c] *In c. Consideret de pœnit. d. 5. & in Manual. c. 6.*

Decimum septimum Corollarium.

59 DEcimum septimum, quòd licet alterius generis sint peccata irridendi, susurrandi, & maledicendi quàm detractio, vt declarat S. Thomas, [d] quia finis irrisoris est, vt confundatur irrisus, & finis maledicentis, vt malum illud ei eueniat, finis susurratoris discordiam serere inter proximos, & detractoris infamandi, si tamen irrides, maledicis, vel susurras etiam ad infamandum, vltra quod incurris vitium, etiam in istud incidis, & præter id, quod teneris confiteri, quod peccasti irridendo, susurrando vel maledicendo, opus est manifestare istam circumstantiam, & dicere, quod eriam vt infamares, illud fecisti, propter easdem rationes, propter quas proximo Corollario concluimus, quod etiam si inhonorare, & iniuriam inferre sit aliud peccatum, quàm detractio: aliquando tamen diabolico modo in vnum coniunguntur, quod pro multis valet.

[d] *2. 2. q. 74. & 76.*

Decimum octauum Corollarium.

60 DEcimum octauum est, quod non solùm dicitur detractor, & murmurator qui reuelat peccata, sed adhuc qui reuelat alios defectus naturales, vel accidentales, & præterea aliquando qui propalat virtutes. Definitio enim non continet quòd vt sit detractio, necesse est vt dicant de aliquo esse peccatorem, vel malè viuere, sed satis est quod velint ei auferre, vel auferant famam, quæ ipsi iuxta suum statum in aliquo prodest. Dicis de Doctore, lectore, Aduocato, Medico, Chirurgo quod nihil scit, vel valde parum in sua facultate, de equite quod non tenet artem militarem, de mercatore, aromatario, sartore, fabro lignario, & aliis artificibus mechanicis, quòd nihil sciunt, vel non quantum ipsi sciunt, detractor es malúsque murmurator.

61 Dicis de Christiano, qui non cognoscitur pro tali, propterea eum non occidunt Mauri quod sit Christianus detractor es.

Tum si aliquando de vno aliquid affirmes, & de altero contrarium, contra vtrosque eris murmurator. De paupere qui mendicat dicis, quòd sit diues, cum non sit, de mercatore verò, qui viuit credita pecunia, dicis quod sit pauper, cum sit diues contra vtrumque es detractor.

62 Contra istud tamen Corollarium facit, quòd (Fama est illæsæ dignitatis status, vita, & moribus comprobatus, & in nullo diminutus) secundum glossatorem Bernardum. [e]

Et licet Iurisconsultus Callistratus per eum citatus, [f] in aliquo ab ipso differat, quia loco (vita) dicit (legibus) & loco (in nullo diminutus) ait, (qui ex delicto nostro, auctoritate legum, aut minuitur, aut consumitur) vterque

[e] *Cap. Iuuestra de cohabit. cleric. & mulier.*
[f] *In l. cognitionem. ff. de vari. & extraord. cogni.*

tamen sentit famam esse statum de vitiis non notatum. Detractio ergo, & murmuratio consistit tantú in notanda alicuius vita. Confirmat hoc, quòd omnes septem modi infamandi, quos S. Thomas posuit, & etiam octauus, quem ego ex Scoto addidi, sunt de infamia causata ex peccato, omnesque Theologi antiqui, & recentes communiter, [a] idem sentiunt.

a *In 4 d. 15. b In eund. d. 15. q. 18.*

63 Sed & Gabriel etiam dixit. [b] (Fama est bona opinio de honestate vitæ, ac morum) atque idem sentit Maior, ac Almaynus. Confirmatur hoc, quia illud sapientis. [c] (Melius est nomen bonum quàm diuitiæ multæ) & (curam habe de bono nomine, quia plus permanebit tibi, quam mille thesauri &c.) intelligitur de fama virtutis, Doctoréque in hac materia communiter loquuntur de fama, eam ita sumendo.

c *Eccles. 41.*

His tamen argumentis non obstantibus, nostrum Corollarium est verum, quod fundatur in definitione tam communi quàm mea, ac in exemplis Corollarij supradictis, & magis in verbis S. Thomæ, [d] vbi per illa verba (præcipuè in his, quæ pertinent ad honestatem vitæ) præsupponit ibi latius Cardinalis Caietanus & etiam Adrianus. [e]

d *2. 2. q. 73. art. 2.*

e *In 4. de restit. q. 32. & quodlib. 11.*

64 Ad primum argumentum respondeo, quod hæc vox (Fama) in iure multis modis sumitur. In titulis enim qui tractant de infamia, capitur eo modo, quo Bernardus & Callistratus eam describunt, [f] non autem in nostra materia, quia ad committendam detractionem & murmurationem etiam mortalem sufficit communiter notare aliquem de peccato mortali, quod tamen non sufficit, vt quis perdat famam, eam dicto modo accipiendo, & vt sit infamis de iure, vel de facto, vt singulariter annotauit Adrianus, [g] & latius tractaui, [h] vbi magis radicitus quàm vllus ante me demonstro, honestatem morum necessariam esse ei, qui de beneficio prouideri debet.

f *Cap. de his, qui not. infa. ff. & c. quib. ex caus. in fam. irrogat.*

g *In illo quod lib. 11. c.*

h *In c. fiquãdo de rescrip. excep. 10.*

65 (Alio modo sumitur fama, vt definit Bartholus. [i]) (Fama, inquit, est communis opinio, voce manifestata, ex suspicione proueniens.) Quem modum nec conuenire etiam nostro instituto, aperte vider, qui considerat magis peccare eum, qui infamat eum, quem bene viuere scitur, quàm eum de quo est sola suspicio: & quod ad incurrendum hoc peccatum, non est necesse infamare aliquem coram toto populo vel maiori parte.

i *l. de minore §. plurium ff. de quæst. n. 7.*

Tertio modo sumitur fama in hac materia, secundum Adrianum in locis præcitatis (pro existimatione habita, quàm homo habet penes alium de præstantia virtutis, artis, vel doctrinæ) contra quam describionem facit, quod idem Adrianus, [k] fatetur esse detractorem illum, qui ante Imperatorem Turcarum commendaret aliquem, vt magnum Christianum, ad eius malum.

k *Eod. quodlib. 11.*

Perspicuum verò est hunc non auferre ei opinionem, quàm Turca habebat de aliqua sua excellentia, facit etiam quod vt supra dixi, qui mendacio attribuit quod est dines, & ea ratione facit eum amittere suas eleemosynas, detractor est, non tamen aufert opinionem alicuius excellentiæ. Et quamuis istis argumentis poterit aliquo modo responderi, ac etiam teneri posset non esse detractionem, nisi quando inuritur nota peccati, tum quod in his exemplis saltem indirectè imponitur macula veri peccati, seu quod pro tali eum habet ille, corá quo fit detractio: tum quod cum in aliis materiis aufertur fama, potest aduocati peccatum mendacij vel loquutionis pernicioſæ, non autem detractionis, possunt enim afferri etiam replicationes valde vehementes, quas breuitatis causa sileo. Qua propter plenior, solidiorque doctrina mihi, videtur dicere, quod fama in hac materia describi potest vt sit (opinio habita de aliquo, vtilis ei ad aliquid, cui communis contraria non reclamat) Dixi (opinio) & non subiunxi vt Bartholus (manifestata per vocem) quia non est necessarium. Sufficit enim vt me habeant pro sapiente, vel bono, vel diuite, vel paupere, ad hoc, vt qui de me contrarium dixerit causa infamandi, reputetur pro detractore, etiam si de me talia dicta non fuerint.

Non addidi (communis) quoniam sufficit hic, vel ille, qui mihi vtilis futurus erat, nisi tu murmurasses, non concepissēt de me talem opinionem, dummodo communiter non credatur contrarium, quam ob rem addidi in fine (cui contraria communis non repugnet) quod si de contrario existeret opinio, vel fama communis non esset infamia quicquid ei conforme diceretur, vt postea disputabitur: addidi (vtilis ei) & non dixi (proficua) quia satis est vt sit vtilis, honorifica, vel proficua, nam satis est vt sit talis in eo, in quo tu me infamasti.

66 Turpe est alicui mulieri lapsam esse, & extitisse in publico cōcubinatu. Si tamen pœnituit, & propterea volunt eam amici collocare in Monasterio Conuersarum, & tu vt impedias illi ingressum, asseras eam esse puellam virginem, quæ numquam lapsa est, & hac de causa non potest in illud ingredi, detractor es, quoniam aufers ei opinionem, quàm de ea habebant, & ei vtilis est ad aliquid. Infamia est Christiano esse Maurum, si tamen intra Mauros sine aliqua mea culpa, habeor pro vno ipsorum, & propterea non me occidunt, neque capiunt, quin aufugere potero, & quia tu dicis me esse Christianum, me capiunt, vel carcerant detractor, & murmurator es.

Honorabile est esse nobili genere, filium Regis, vel magni Principis, es captiuus, & te æstimant pro plebeio, adeo vt pro decem ducatis redemptionem tibi offerant, si quis vt tibi officiat dicat te esse Principem, vel dominum, detractor appellari potest.

67 Ex quo clarè constat verum esse nostrum Corollarium. Hinc sequitur primo, aliquos detrahere reuelando peccata, alios reuelando virtutes, alios reuelando alia bona vel mala.

Secundo infertur esse aliquando detractionem extenuare, vel amplificare etiam ea quæ sunt brutis vel aliis, quæ sunt inanimata.

Extenuo falsò pretium tui equi, tuarum equarum, vaccarum, ouium, tuarum possessionum, & redituum, ne te habeāt pro tam diuite, neque tibi tantam fidem præbeant, tantum honorem, vel recreationem. Amplifico è contrario omnia supradicta, vt magis tibi inuideant, sum verus detractor.

Decimum nonum Corollarium.

SVMMARIVM.

68 Murmuratur contra eos, qui nequeunt murmurare, nec peccare.
69 Murmurare contra mortuos, & luctari cum laruis.
70 Argumentum à sufficienti partium enumeratione, non est validum, nisi omnes enumerentur.
71 Murmurare de aliquo sancto quo ad ea, quæ fecit, ante quàm sanctus esset, non videtur blasphemia, nisi fieret ad extenuandam sanctitatem, quam nunc habet.
72 Non blasphemant dicentes sanctos lapsos esse in peccatum carnis vt Hieronymum & Magdalenam, etiam si sit falsum.
73 S. Ioannes Baptista, vel Euangelista, vter eorum sit maior cum periculo iudicatur.
74 S. Ioannes Euangelista, & S. Petrus vter eorum sit Maior, magisue dilectus iudicare præsumptuosum est.
75 Infamare cum ratione Latinè dicitur detrahere.
76 Murmuratio & detractio, communiter est peccatum mortale.
77 Peccatum mortiferum est communiter omne id quod contra ius agitur, etiam si sit humanum.
78 Murmuratio est contra septimum vel octauum præceptum Decalogi.
79 Murmuratio in multis casibus est peccatum veniale, vt cum læditur, nec lædi intenditur, nisi parum.
80 Peccatum mortale si sit opus de suo genere, non est pluſquam veniale, si sit paruum.
80 Peccatum venale est parua iniustitia, parua vindicta.
81 Excommunicatus non est qui leuiter vulnerat clericum etiam ad se vlciscendum, sine intentione eum plus vulnerandi.
82 Excommunicatio maior lata à iure non incurritur sine peccato mortali.
83 Parua furta, & de re parua non transgrediuntur peccatum veniale.

84 Excommunicatio per generalem monitionem in scriptis lata non ligat nisi per mortale.
85 Differentiæ multæ, sunt inter excommunicationes latas à iure, & latas ab homine.
86 Absoluere qui potest ab excommunicatione lata à iure potest & à lata ab homine generaliter.
87 Murmuratio subreptitia sine deliberatione non est plus quàm venialis.
88 Peccatum cum est mortale ex suo genere aliquod opus, fit veniale tantum ex insufficienti deliberatione.
89 Accidia seu tristitia rerū spiritualium, & si ex suo genere sit mortalis, cum ex earum detestatione oriatur, est tamen venialis cum sine deliberatione in nobis oritur.
90 Vindictæ appetitus subito conceptus ratione non aduertente nec deliberantes est tantum venialis.
91 Maledictio subreptitia, & sine deliberatione rationis non est pluſquam venialis.
92 Hæresis subreptitia, quæ sine sufficienti deliberatione oritur, non est mortalis.
93 Scrupulus circa fidem contra voluntatem habentis est venialis.
94 Mortale peccatum non est vlla voluntas surreptitia, & sine deliberatione, etiam in rebus fidei.
95 Damnum famæ notabile quod sit.
95 Excommunicatio pro peccato tantum mentali, etiam si sit mortale non incurritur.

68 Decimum nonum, est posse detractionem, & murmurationem committi contra non potentes peccare, nimirum contra infantes non habentes vsum rationis, contra mente captos, stultos, vel furiosos, vel contra defunctos.

a *l. illud. ff. de iniur. inserta. 15. q. 1. cap. illud.*

Primo quoniam isti & si nequeant inferre iniuriam, eam tamen pati possunt. [a] Tum quia detrahi potest contra aliquem non notando eum de peccato, per id quòd in præcedenti Corollario dictum est. Dicis de infante, vel stulto. Non est filius eius, de quo dicitur, est ex mala stirpe, vt eum vituperes in illo, in quo contraria opinio poterat ei vtilis esse, detractor es.

Tum quia licet mortui peccare nequeant, potuēre tamen peccasse, ac propterea in illis omnis detractio locum habet, eoque abominabilior est, quo ipsi iam se defendere nequeunt.

69 Hanc appellant aliqui detractionem larualem, ac de huiusmodi murmuratoribus dicit adagium (luctantur cum laruis) & Aristoteles in sua Rhetor. refert Platonem æquasse istos canibus, qui mordent petras in ipsos iaculatas, & non accedunt ad eas iaculantes. Contra hoc tamen potest obiici hæc difficultas, nam aut mortuus est saluus, aut damnatus, si saluus, eius detractio videtur blasphemia, de quo diximus in definitione, & in corollario decimo octauo, si est damnatus, omnis infamia in ipsum cadere posse videtur, quia nulla caritate dignus est, pluſquam dæmon, secundum S. Thomam. [b]

b *2. 2. q. 25. art. 2.*

Ad hoc responderi potest primo posse fieri, vt defunctus neque sit saluus, neque damnatus, & quod adhuc manet in purgatorio, [c] & proinde in argumento non enumerantur omnes partes necessariæ ad concludendum, cui consequens est non bene fuisse formatum.

c *Ca. tempus 13. q. 2.*

70 Argumentum enim quod fundatur in partium enumeratione, non valet, si earum enumeratio minus est sufficiens. [d]

d *Tex. cum glo. in princ. de obligat. quæ ex quasi contra. instit.*

Secundo, quod non sufficit aliquem existere in paradiso, vt detractio eius dicatur blasphemia, si adhuc non est canonistatus, vel pro tali receptus.

71 Tertio, quod detrahere contra Sanctum de rebus, quas ipse fecit antequam talis esset, non videtur blasphemia. Ratio enim qua detractio Sancti transit in blasphemiam, est, omnia quæ pertinent ad Sanctos quatenus tales, referti ad Deum, & quicumque illis iniuriam facit, Deo ipsi eam irrogat, iuxta Cardinalem Caietanum. [f]

f *2. 2. q. 13. art. 1. sub fin.*

72 Quod autem fecit Sanctus priusquam Sanctus esset, non refertur in Deum.

Vnde sequitur eos, qui asserunt S. Hieronymum lapsum in peccatum carnis, non esse blasphemos, licet id nequaquam verum esset, nec haberent vllam rationem, qua à detractione excusarentur, esto quod quoad me sufficientem habeam ad eos excusandum.

Sequitur secundo, quod posito veram esse opinionem S. Hieronymi, qui defensus per aliquos recentiores, tenet contra communem, magnam illam Magdalenam sororem Lazari, & Marthæ, illam apprimè deuotam familiarem nostri Redemptoris, aliam, ac differentem fuisse à Maria Magdalena inhonesta, communis tamen opinio, quæ contrarium tenet, ac affirmat, nempe fuisse vnam tantùm, & ob vitium carnis valde infamem, non diceret blasphemiam, licet rationem non haberet, qua excusaretur à peccato detractionis, quàm mea sententia validam habet.

Sequitur tertio, eum qui recenseret mala, ab aliquo sancto, antequam talis esset, perpetrata, vt eius famam diminueret, quam nunc iusta ratione habet, peccaret meo iudicio peccatum blasphemiæ. Hic enim murmurator, non intendit lædere eius famam, quàm priusquam sanctus esset habuit, sed quam modo obtinet, quæ iam est res Dei, cum sit sua, quatenus sanctus est.

73 Sequitur quarto, periculosa esse colloquia Monachorum, & Monialium, in quibus aliqui Sanctum Ioannem Baptistam, alij Euangelistam exaltant multoties, alterum paruifaciendo, tum illa, in quibus qui sunt vnius ordinis, mirum in modum exaltant in doctrina, ac sanctitate sanctos ipsius, abiiciendo sine modo sanctos alterius.

Præterea aliqui temerè præferre audent suos sanctos, illis supremi illius collegij duodecim Apostolorum, parum recogitando quod illustris ille, nec minus humilis Aquinas pelagus sanctæ sapientiæ dixit. [a]

a *1. par. q. 20. ar. 4. ad 3.*

74 Præsumptuosum esse diiudicare, vter eorum adeo gloriosorum Apostolorum S. Petrus, vel S. Ioannes fuerit melior, ac magis dilectus.

Vigesimum Corollarium.

75 Vigesimum est, quod merito infamare dicitur latinè (detrahere) & infamator (detractor) (Detrahere) enim latinè significat auferre, & (detractor) ablator.

Infamator autem, licet non semper auferat, nec velit auferre famam ab eo, de quo loquitur, quia interdum augeat, vt [b] dictum est, semper tamen aufert, vel auferre intendit de fama, seu opinione, quæ ad aliquid vtilis est ei, cui detrahitur, iuxta id, quod habetur supra. [c]

b *In 18. Coroll. 19.*
c *In Corollario 18.*

Vigesimum primum Corollarium.

76 Vigesimum primum est, quod omnis detractio communiter, & regulariter est peccatum mortiferum.

d *2. 2. q. 60. art. 4.*
e *Ca. 2. vbi Anto. in vlt. not. & Panor. in 1. de maiorit. & obed. ca. nam de constit. vbi latè Felyn. & Deci.*
f *1. 2. q. 96. art. 4.*
g *In 4. d. 15. q. 4. col. 2. & in 3. d. 37. q. 16. & q. 36. col. 10.*
h *In 4. d. 16. q. 2. not. 6.*
i *1. par. ti. 18. c. 1. §. 1.*
k *lib. de reg. mora. in 11. & 12. circa superbiam.*
l *In Anti-luther. l. 1. c. 17. & in respon. ad 11. obiectio.*
m *In ca. quæ in ecclesiarū. de constit.*
n *2 tomo tit. de oblig. præcepti.*
o *2. 2. q. 122. art. 6. ad 2.*

Primo propter decem fundamenta, super quibus fundamus hanc sextam conclusionem.

Secundo, quia omnis detractio est contra ius, & iustitiam, vt ex capite definitionis supradictæ constat, & communiter omnis iniustitia est peccatum mortiferum, vt definit S. Thomas. [d]

77 Sic etiam communiter, quod contra ius fit, pro peccato mortali habetur, licet sit ius humanum, modo sit præceptiuum iuxta iura, [e] & Thomam, [f] & ibi Cardinalem, latè Maiorem, [g] Gabrielem, [h] & B. Antoninum, [i] quicquid latrent miserabiles Lutherani, quicquid dixerit Gerson, [k] quos confundunt multi Catholici, præsertim Iodocus Clichtoueus. [l]

Dixi (regulariter, & communiter) quia multoties non est pluſquam peccatum veniale, vt latius declarauī, [m] limitando glossam 1. & singularem, eius, quæ hanc conclusionem maximè ampliat, & vt admodum subtiliter id tangit Cardinalis Caietanus. [n]

78 Tertium quod probat istud corollarium est, quod detrahere non tantum est contra legem humanam, sed etiam cōtra diuinam, contra scilicet septimū præceptum, quod prohibet furtum, secundum aliquos, seu contra octauū quod prohibet falsum testimonium, secundum alios, è quibus est S. Thomas. [o] Istud Corollarium maximè

procedit in detractione formali, quæ fit cum proposito, & intentione infamandi, de qua loquuti sumus in Corollario quarto, in multis tamen casibus locum non habet.

79 Primus, quando intentio fuit parum lædendi famam, & non sequitur est damnum, vel satis paruum, nec data est sufficiens causa ad magnum.

80 Probatur hoc per illam perutilem, & singularem regulam conscientiæ, quæ habet omne opus quod de suo genere est peccatum mortale, non esse amplius quàm veniale, quando est paruum, & non prouenit ad notabilem quantitatem, quam ponit S. Thomas ab omnibus receptus, [a] & sentit glossa, [b] loquens de ira, atque ego soleo ad hoc ponderare verba illa S. Augustini, [c] quæ singulariter id probant. (Quoties pauperes importunè petentes exasperat) & in illis (si plus aut proximum, aut vxorem, aut filium, aut seruum exasperauit, quam oportet) in illis enim doctissimus vir dicit esse peccatum veniale aspere tractare pauperes importunos, aut vxorem, filium, aut famulum, cuius causa est paruitas materiæ. Nam male tractare personas ex suo quem mortale est, cùm sit contra quintum præceptum. Ex his sequitur primò, bene determinasse S. Thomam, [d] dicendo, quod si ob excandescentiam deliberaret quis tibi dicere paruam iniuriam, si ipsam diceret, non peccaret mortaliter, & [e] dicit paruam iniustitiam non esse mortalem.

81 Secundo sequitur quod frequenter respondi, scilicet quod quando in lusu manuum, vel consurgentium, vel alibi aliquis vulneratus, vel compressus, seu impulsus ab aliquo ordinis clericalis, reuulneraret aliquantulum, recomprimeret, vel reimpelleret illum clericum, quod sæpe accidit, etiam si id ageret vt se vindicaret, non habens intentionem faciendi, neque faciendo damnum, neque iniuriam notabilem, non esset excommunicatus, quia non peccauit mortaliter per supradictam conclusionem.

82 Nulla autem excommunicatio maior lata à iure ligat non peccantem mortaliter per illam aliam singularem conclusionem doctissimi, nec minus resoluti Paludani, [f] quem sine additione generaliter citauit, & sequutus est Adrianus, [g] & satis probatur in Concilio Meldensi, [h] si bene expenditur.

83 Tertio sequitur partia furta, & de re parua non transgredi peccatum veniale, secundum S. Thomam, [i] quem omnes sequuntur, in quibus est Adrianus. [k]

84 Quarto sequitur verum esse quod soleo etiam respondere, videlicet neminem incurrere excommunicationem per generales literas monitorias, editas contra eos, qui furati fuêre, si furtum non fuit tantæ quantitatis, vt attentis personis intra quas, & modo cum quo factum fuit, pertingeret ad mortale, quamuis ascenderet ad quantitatem in monitoriis expressam.

Idem enim quod superius dictum est de excõmunicatione lata à iure, dicendum est de generali excommunicatione lata ab homine, quo ad hoc propositum, postquam eadem ratio in vtroque militat.

85 Licet quoad alia multæ differentiæ ponantur inter excommunicationes latas à iure, & latas ab homine. [l]

86 Facit ad hoc determinatio illa singularis Ioannis de Imola, [m] videlicet quòd qui potest absoluere aliquem ab excommunicatione lata à iure, potest etiam à lata per hominem generaliter.

87 Secundus casus, in quo detractio, & murmuratio non est peccatum mortale, est, quando velle infamare, vel infamare, vel sufficientem ad id occasionem præbere est subreptitium, & sine sufficienti deliberatione.

88 Hæc est enim altera causa, ob quam opus, quod de suo genere est peccatum mortale, remanet solum veniale, secundum communem opinionem, quam declarat S. Thomas. [n]

89 Dicens tristitiam de rebus spiritualibus, licet de sua natura, quia oritur ex detestatione earum, sit mortalis, quando tamen sine nostra deliberatione in nobis producitur, esse tantùm venialem. [o]

90 Idem dicebat de magno appetitu vindictæ, quem subitò concipimus, ratione non aduertente, nec deliberante circa eum.

91 Pro hac limitatione soleo etiam ponderare alia verba S. Augustini, [a] in quibus dicit nos nõ peccare plusquam venialiter, quando (cum omni temeritate, ac facilitate maledicimus) licet maledictio de suo genere sit mortalis, iuxta illud Apostoli. [b] (Maledici regnum Dei non possidebunt.)

92 Ob has easdem rationes minus transcendunt peccatum veniale aliquæ dubitationes, quæ circa fidem Catholicam, & sacram Scripturam interdum aliquibus oriuntur, vt rectè exponit Ioannes Andreas communiter receptus, [c] & aprius Maior. [d] dicentes hæreses, ac infidelitates subreptitias, quæ sine nostra deliberatione oriuntur non pertingere ad mortale.

93 Minus quoque scrupulos, qui circa fidem sæpe veniunt, contra voluntatem illos habentis, quod est singulare remedium ad consolandum scrupulosos, ac alias animas benedictas, quæ ob quamliber cogitationem non bonam, quæ eis in mentem veniat, se peccare credunt. Quod si sit circa res fidei Catholicæ, timêt se incurrisse in hæresim, & consequenter in casus bullæ, & excommunicationem Papalem, quam contra hæreticos, & alios in die cœnæ Domini Papæ Romæ pronunciata.

94 Vt enim ego dixi, & sic consolatus sum aliquos, pro firma conclusione habere debent, nullam voluntatem subreptitiam, atque conceptam sine deliberatione rationis esse peccatum mortale, etiam si sit in materia Sanctæ fidei Catholicæ. Vbi autem non est mortale peccatum non incurritur censura posita à iure, nec à iudice generaliter, vt dictum est in præcedendi limitatione.

95 Neque etiam incurritur excommunicatio pro peccato tantùm mẽtali, licet sit mortale, quicquid dicat quædam glossa singularis, [e] vt defendunt multi excellentes viri, quos eo loco citaui, cum Salmãticæ prælegeré Clementinas, & in ca. cogitationis, [f] cum illud prælegerem 1. Conimbricæ. Resolutio autem huius Corollarij est, quod quicumque cum intentione notabiliter lædendi tuam famam, de te obloquitur, vel voluit deliberatè loqui, mortaliter peccauit, etiam si nullum inde sibi sequutum sit damnum. Quod verò sine intentione te lædendi, vel cum intentione parum lædendi, ac sine notabili damno, nec præbens ad id sufficientem causam, de te loquutus est, non peccat mortaliter.

96 Quæstio tamen vtilis est, quod damnum famæ sit appellandum magnum, vel notabile, & quod paruum, ac qualis esse debeat intentio notabiliter lædendi, ad effectum iudicandi, sit ne mortale peccatum an non. Ad quam dico esse illam, quæ est causa, vt sic læso, aut infamato auferatur, aut desinat dari aliquod bonum notabile pro eius anima, corpore, honore, vel pecunia vt clarè sensit, (licet non vsquequaque declarauit) Cardinalis doctissimus, [g] quod est singulare fundamentum ad illustrandum istam materiam. Et si vlterius interrogetur, quid dicendum sit notabiliter bonum pro anima, corpore, honore, aut pecunia? Dico non esse determinatum in iure, & ideo dicimus esse illud, quod prudentibus, & bonis viris debet videri notabile, attentis circumstantiis personarum, locorum, temporum, & huiusmodi argumento iurium, [h] & eorum, quæ latè congerit Petrus Rauennas, [i] & Ioannes Lupus, [k] & Decius. [l] Præter ea quæ scripsimus in Comment. super ca. fin. [m] quod circumfertur impressum cum aliis in fine nostri Manuali confessariorum, in quo latius tractamus quam vllus quod furtum dicatur notabile, vt vocetur mortale, quod ad hæc vsui esse multum potest.

Vigesimum secundum Corollarium.

SVMMARIVM.

97 Murmuratio ex sua natura non est maximum peccatorum etiam eorum, quæ contra proximum committuntur.

97 Peccata, quæ directè, & immediatè contra Deum, grauiora, maioríque malitiæ, quam quæ contra proximum.

98 Peccatum minus damnosum, maius esse potest ex maiori deordinatione illius, vt odium proximi, quam furtum.

a 1. 2. q. 88. art. 5.
b Matth. 5.
c Ca. vnum col. fin. 25. d.
d In d. q. 88. art. 5.
e 2. 2. q. 60. art. 4.
f In 4. d. 18. q. 1. art. 2. & 2. concl.
g In 4. de clauibus col. 8.
h c. Nemo. 2. 11. q. 3.
i 9. 59. art. 4. q. 66. art. 6.
k quodlib. 8.
l ca. à nobis. 2. de sent. excom. ca. 2. de consuet. lib. 6. ca. Romana. de sent. excom. lib. 6.
m Cap. graue col. 4. vers. Aduerte de præben.
n 1. 2. q. 88. art. 6. & 2. 2. q. 35. art. 3.
o In 2. 2. q. 58 art. 3.

a Ca. vnum 25. d. col. fin.
b Ad Galat. 5. relatum in fin. d. c. vnic.
c Cap. 1. de hæret.
d In 3. d. 25. q. 4. col. 3.
e Verb. eo ipso clem. 1. §. verum. de hæret.
f Depœ. d. 1.
g 2. 2. q. 77. art. 2.
h l. 1. ff. de iur. delib. ca. de causis de offi. deleg.
i In Alphab. aureo. verbo arbitrium.
k Cap. per vestras. de donat. fol. 17.
l In ca. sedes col. 3. de rescript.
m 14. q. 6.

99 Damnum dicitur maius, vel minus, quo maius, aut minus bonum auferetur.

100 Adulterium & alia luxuriæ peccata sunt grauia, quia per se sunt contra generationem humanam, per quam recipitur vita.

101 Peccatum ex sua natura minus ob circumstantias sæpe fit maius.

102 Odium Dei ex sua natura est maius omnibus peccatis, est tamẽ aliquando minus propter circumstantias, & aliquando est veniale.

103 Murmuratio non est maximum peccatorum contra proximum solo verbo commissorum, sed etiam minus quam iniuria, vel contumelia, & quam susurratio.

104 Damnum in honore, & amicitia, maius est quam damnum famæ.

105 Alexander Papa quomodo intellexit c. summa 6. q. 1. summam iniquitatem esse detrahere.

106 Murmurator cur dicatur homicida.

107 Murmurator ideò blasphemus merito dicitur crucifixor Christi.

108 Murmuratio, iniuria, susurratio, derisio, & maledictio commissa contra proximum sunt diuersi generis, commissa contra Deum, vnius, scilicet blasphemia.

109 Detractio, seu murmuratio fit etiam in præsentia vt iniuria, licet in aliis differant.

97 VIgesimum secũdum est, quod detractio, vel murmuratio, sua natura, & genere, licèt sit magnum, non tamen maius omnibus peccatis. Primo quia detractio, & murmuratio directè est contra proximum, & non contra Deum, vt notatum est in eadem definitione. [a] Peccata autem, quæ directè, & immediatè sunt contra Deum, ex suo genere, ac natura differunt ab omnibus, quæ sunt immediatè contra proximum, velut probat S. Thomas, [b] communiter receptus: sic etiam in malitia ea excedunt, secundum eundem non minus probatum. [c] Secundo, quia detractio suo genere, & natura est minus quã aliqua peccata contra proximum perpetrata; vt determinat S. Thomas, [d] non sine ratione. Peccatum enim aliquod, quod cõtra proximum committitur, tantò est maius sua natura, ac genere, quanto per ipsum maius ei damnum infertur vt est aptus tex. c. *sicut dignum*, [e] aptior in ca. *aut factæ*: hæc intelligendo de magnitudine, quę ex eo, quod est perniciosum, conuenit peccato, de quo hic loquimur.

98 Peccatum quippe minus perniciosum bene potest esse maius magnitudine, quę oritur ex ipsius deordinatione, quam aliud, quod est perniciosius, vt odium interius proximi est maius quam furtum, licet sit munus damnosũ, vt probat S. Thomas, [g] & certum est per alia multa peccata maius damnum inferri proximo, quam per detractionẽ.

99 Damnum enim tanto maius est quanto maius bonũ aufert, iuxta l. *siquis*, [h] & tradit S. Thomas, [i] ex tribus autem speciebus bonorum, quæ habemus, scilicet animæ, corporis, & externorũ, vt bona animæ sunt maiora cæteris, nec possunt vi auferri, sic bona corporis, in quibus est vita, & sanitas excedunt alia exteriora in quibus est fama cum diuitiis, [k] quod probat S. Thomas, [l] & superius in 4. conclusione principali, [m] latius disputatum est: quãdoquidem cõstat per homicidium tolli vitam iam acquisitam, & per adulterium impediri eius acquisitionem, ac aditum ad eam vt singulariter docet idem S. Thomas, [n] cum suo doctissimo commentatore, & per detractionem solam famam lædi, vt constat ex definitione: detractio ergo non est maius omnibus peccatis, nec etiam illis, quæ directè committuntur contra proximum, quod est contentum in nostro corollario.

100 Obiter autem colligere debemus rationem latentem, propter quam adulterium, & peccata luxuriæ sunt grauia, quia scilicet per se sunt contra generationem humanam, per quã recipimus vitam. Quam rationem multum commendauit Cardinalis Caietanus, [o] ac potest multum dilatari per ea, quæ ipse ac S. Thomas dixerunt, [p] licet aliquid obiici contra illas sine peccato possit.

101 Non addidi tamen sine causa toties huic corollario verba illa (de sua natura & genere) quoniam alia est grauitas peccati, quam ex sui natura, & genere secum trahit & alia quæ accidentaliter illi aduenit ob circumstantias personæ, loci, temporis, & aliàs, vt dicit S. Thomas. [a] Vnde prouenit, quod multoties peccatum, quod est maius alio sua natura, & genere, est minus accidentaliter. Odiũ Dei maximum peccatorum ex suo genere, vt probat S. Thomas, [b] ob circumstantias autẽ sæpius desinit in peccatum veniale, quando scilicet est subreptitium, vt [c] dictum est de tristitia rerũ spiritualium. Ita aurũ transcendi omne plumbum mundi in pretio, & valore, quem habet suo genere, & natura, talis tamen circumstantia quantitatis vel qualitatis posset adiungi, plumbos quod aurum ab eo separaretur, vt videmus 100. libras plumbi non vendi vno grano auri: sic etiam infamia tali personæ, tali loco, tali tempore imposita posset excedere vnum, ac centum homicidia.

Vigesimum tertium Corollarium.

102 VIgesimum tertium est, quòd detractio ex suo genere non est adhuc maius omnibus peccatis, quę committuntur verbis contra proximum. Contumelia enim seu iniuria, quibus proximus corã inhonoratur, quod est vitium alterius generis, vt dictum est in definitione, & consistit in verbis, ac susurratio, per quam dirimitur familiaritas, quam proximus cum alio habet, & est vitium etiã alterius generis, consistitque in verbis, sunt maiora quã detractio, vt determinat S. Thomas. [d]

103 Eadem ergo ratione, quæ habetur in corollatio præcedente concludimus detractionem esse minus peccatum quam homicidium, ac adulterium, quoniam maius damnum est ex suo genere contumelia, qua te in tua præsentia afficio, & maius damnum amicitiæ, qua te priuo susurratione, quam damnum famæ quamuis ob circumstantias interdum damnum famæ sit maius, quam contumeliæ, & inimicitię. Qua propter multę murmurationes, ac detractiones maiores sunt quam contumelia, & susurratio, non tamen ex suo genere, & origine, sed ob circumstantias.

Vigesimum quartum Corollarium.

104 VIgesimum quartum est, quod id, quod Alexãder Papa dicit, [e] (Summa iniquitas est detrahere) est intelligendum semotis iniquitatibus, quæ contra Deum immediatè perpetrantur, vt probatur supra. [f] Positis etiam iniquitatibus, quæ perdunt animam, & corpus, honorem, vel amicitiam proximi, vt probatur in Corollario præcedente, adeo quòd Alexander intendit dicere detractionẽ esse suprematn iniquitatem inter iniquitates, quibus damnificatur proximus in bonis fortunæ exterioribus, exceptis bonis honoris ac amicitiæ, quæ sunt alia bona ab his distincta, differentia bona, & præstantiora quam bona famæ, vt probat S. Thomas, [g] & Cardinalis S. Sixti. [h] Ex quibus ego latius, quam vterque Salmanticæ id declamabam.

Vigesimum quintum Corollarium.

105 VIgesimum quintum est, quòd illud Ioannis, [i] citatum per Alexand. Papam videlicet (omnis, qui detrahit fratri, homicida est quod etiã dixit S. Clemens, [k] intelligendum est cum glossa, nempe quod murmurator est homicida, & murmuratio homicidium occasionaliter, quia præbet occasionem ad illud, vt declarat S. Thomas, [l] vel quia priuat hominem fama, qua viuit in alienis animis, (secundum Alexandrum de Hales. [m] Non tantùm intelligendum de homicida, vel homicidio vero, quia murmuratio nõ aufert veram vitam, vt [n] probatum est, velut post Cardinalem declarauí super illo dicto S. Clementis, tam Salmanticæ in lectione ordinaria Decreti, quàm hîc in extraordinaria eiusdem in primo anno.

Vigesimum sextum Corollarium.

106 VIgesimum sextũ est, quod illa glossa, [o] quam allegauimus in 7. fundamento huius 6. conclusionis num. 9. quæ videbatur æquare detractores crucifixoribus Redemptoris, non est intelligenda, vt ibi notaui, de simplicibus detractoribus, & murmuratoribus, sed detrahentibus, & murmurantibus de Christo & qui consequenter sunt blasphemi. Omnis enim murmuratio

a 2. 2. q. 73. art. 3. & latius 1. 2. tota q. 73. præsertim art. 7.
b 1. 2. q. 34. art. 2.
c In Corollario præcedenti
d 2. 2. q. 73. art. 3.
e Cap. summa. 6. q. 1.
f In coroll. 22.
g 2. 2. q. 73. art. 3.
h In illo cap. summa.
i 1. Ioan. c. 3.
k Ca. homicidiorum. de pœn. d. 1.
l 2. 2. q. 73. ar. 3. ad 2.
m 2. par. q. 146. mem. 7.
n In Coroll. 22.
o Psal. 108.

& detractio, quæ fit contra Deum, suósque Sanctos est blasphemia, non autem simplex detractio, vt notauimus in definitione, & magis explicauimus in coroll. 9.

167 Et licet differant origine, & genere ipsa quinque vitia iniustitiæ verbalis, quando admittuntur contra proximos (vnius enim generis est contumelia, vel iniuria, & alterius detractio seu murmuratio, ac alterius, susurratio, seu dissidij inductio, tum alterius derisio, & illusio, atque alterius maledictio, seu imprecatio maledictionis, quâdo tamen committuntur contra Deum supremum, vel eius Sanctos, omnia fiunt vnius generis, nimirum blasphemiæ, vt subtiliter adnotauit Caietanus.[a] Verum est literam illius,[b] iuxta translationem quam ipse fieri curauit, non habere. (Pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi) sed (pro amore meo impedient me) vt non eis prædicem, & fungar officio meo &c. sicut quilibet videre potest in expositione mirabili, quam super psalterium composuit.

a 2. 2. q. 73. art. 1. ad fin.
b Psal. 108.

Vigesimum septimum Corollarium

c 2. 2. q. 73. art. 1.

108 VIgesimú septimú est, non esse omnino veras duas differentias, quas inter detractioné vel murmurationé,[c] & contumeliá seu iniuriá ponit S. Tho. videlicet quod contumelia sit in præsentia, & per ipsá auferatur honor, & murmuratio sit in absentia, & per ipsá, quatenꝰ est talis tollitur non honor, sed fama. Quãuis enim ipsis consentiat ibi Caietanus, & S. Antoninus,[d] & alij multi, ac secunda proculdubio sit valde firma: prima tamen multoties est falsa. Vt enim in declaratione definitionis dixi, detractor est qui facie ad faciem in honorat alium, vt lædat eius famam, secundum omnes. Detractor etiam est qui se ipsum infamat, secundum omnes, & nemo est, qui hoc nõ dicat coram fieri. Quapropter videtur mihi dicendum S. Tho. posuisse illas duas differentias, intelligendo quod secunda semper & prima vt plurimum, ac communiter inter illa duo vitia inuenitur.

d 2. par. tit. 8. c. 4. in prin.

Vigesimum octauum Corollarium.

SVMMARIVM.

109 Murmurat qui detegit alterius malum vni soli & aliquando magis quam si multis.
110 Murmuratio est quæ diminuit famam, etiam si non inurat infamiam.
111 Peccatum est semper dicere mala aliena, vel propria contra ius, & si non semper sit murmuratio, nec semper quæ est eiusmodi est mortale.
112 Peccatum veniale est communiter reuelare in confessione personam cum qua quis peccauit sine mala intentione.
112 Veniale est consulendo peritos reuelare personam quæ reliquit fideicommissum, vel commissionem tacitam incapaci, in quo peccauit si ignoranter fiat.
113 Murmurare aliquando coram vno erit mortale, & coram multis veniale.
114 Murmuratio de malo paruo, venialis est.
115 Intellectus cuiusdam dicti S. Augustini.
116 Murmurationem de peccatis venialibus esse venialem limitatur.
117 Murmuratio quod quis sit superbus, iracundus, leuis, venialis est secundum aliquos, quod iure limitatur.
118 Murmuratio verborum generalium quæ comprehendunt tam venialia, quam mortalia, venialis est secundum aliquos quod tamen limitatur.
119 Genus propriè, comprehendit omnes suas species, quamuis vna sit maior altera.
120 Murmuratio mortalis, & venialis in quo sunt æquales, & in quo differunt.

c 2. 2. q. 73. ar. 1. ad 2.

109 VIgesimum octauum, quòd sufficit, vt maledicere, & murmurare sit detractio, detegere malum vni soli. Hæc est determinatio singularis S. Thomæ,[c] in illis verbis. (Quamuis vni soli aliquis malum de absente dicat, corrumpit famam eius non in toto, sed in parte) & quamquam S. Thomas id non dixisset, probari poterat. Primò, quia quicquid aliquis dicat animo inferendi damnum famæ alicuius, detractor est formalis, & verissimus, etiam si non inferat vt constat ex definitione, & primo corollario. Potest autem aliquis coram alio solo dicere aliquid de vno tertio, cum intentione eum infamandi; vt quotidie euenit. Secundò, quia potest fieri vt de me obloquaris sine intentione infamandi coram vno tantùm, & quod magis mihi officiat illud, quam si idem dixisses corá aliis centum, vel mille. Peius est, vt malè loquaris de me coram D. N. Rege solo, vel coram eius filio Principe, seu alio, siue Prælato, siue Domino, à quo solo ego sperabam mihi succurri,[a] quam si id dixisses coram aliis multis, & fuisses detractor, ergo etiam eris cum dixeris coram vno.

a Argu. l. illud. Ad legẽ Aquil. & ca. 2. de trãslat. prælat. vel certe argu. Aeth. multo magis. C. de sacr. sanc. eccles. & clem. Dominum de relig. & venerat. sanct. b In l. de minore. §. plurimum. ff. de q. c In illo verse. ad 2.

110 Cõtra istud corollarium tamé faciũt tres difficultates. Prima, quod qui corá vno tantũ detegit mea mala cũ debita cautione, vt non detegantur aliis, non corrumpit cõmunem opinionem, quæ de me habetur, nec consequenter meam famam. (fama enim est opinio ab omnibus, vel maiori parte concepta) secundum Bartholum cõmuniter receptũ.[b] Secundò, quod Cardinalis Caietanus, sine ponderatione verborũ S. Thomę, [c] dicit notitiã, quę datur vni cũ debita cautione, vt nõ detur alteri nõ producere infamiam, modo sit verum id, quod notificatum est. Tertia, quod parum aut nihil maculatur mea fama, etiam si vnus quispiam de me malam habeat opinionem, si bonam cõmuniter omnes habeant. ergo vel non est peccatum, vel tantum veniale si de me malum dicatur vni, per ea, quæ latius determinata sunt suprà.[d]

b In l. de minore. §. plurimum. ff. de q.
c In illo verse. ad 2.
d In coroll. 21.

Ad primam respondeo, eum qui mea mala vni tantum detegit cum debita cautione, vt non detegantur aliis, non corrumpere bonam opinionem communem, quæ de me habetur, ita vt faciat producere malam opinionem communem contrariam, nec ita vt desinat esse communis opinio illa, quam de me alij habebant. Sed nego hoc opus esse, vt quis sit detractor, quoniá ad istud sufficit bonã opinionẽ de me cõceptã corrũpi, vel quod intẽdatur corrũpi corá aliquo. Et prꝛterea meo iudicio satis est bonã opinionẽ, quã vnus solus de me habet, corrũpi corã ipso tãtũ cõtra ius, per ea, quę dicta sunt suprà, [e] declarando, quid significet istud nomẽ (fama) positum in nostra definitione. Ad secundam nego Caietanum dicere non esse detractionem reuelationem verorum malorum factam vni soli contra ius, & si fatear eum dicere, per id non indui infamiam. Ad induendam enim infamiam non sufficit vnum, aut duos, nec etiam plures id scire, si omnes, vel maior pars vicinię, collegij, vel vniuersitatis in qua quis moratur, id nesciunt, iuxta Bartholum. [f] Tum nego (vt in solutione præcedenti dixi) quòd vt sit detractio obloqui de me, sit necesse vt per id ego incurram infamiam, quia satis est meã famam pati detrimentum. Ob hoc autem in definitione non est positum, detrahere esse famam auferre, sed velle eam lædere, vel lædere re ipsa.

e In coroll. 18.
f Ca. inquisitionis. §. quasitum. de accus.

Ad tertiam, confiteor multories parum, aut nihil lædi meam famam eo quòd tu detegas aliquod meum malum coram vno tantũ, & consequenter fateor, quod tunc non erit peccatum detractionis, vel saltem non mortale, sed istud non est contra hoc Corollarium quod continet sufficere, vt sit detractio maledicere vt detegatur malũ coram vno solo, modo alia necessaria concurrant, sicut etiam nec sufficere illud propalare cũ multis, si cętera, quæ ad detractionem sunt necessaria non cõcurrerẽt, vt notabitur in sequenti corollario.

Vigesimum nonum Corollarium.

110 VIgesimum nonum, quod dicere mala propria, vel aliena contra ius, etiam si non dicantur nisi vni soli, semper est peccatum, licet non semper sit detractio, neque semper cum est detractio, sit mortale. Primò, quia etiam quælibet obloquutio coram multis de malis propriis, vel alienis contra ius, semper est peccatum. Si enim tale non esset, non foret contra ius,[g] licet non sit semper detractio, quia non semper qui obloquitur, vult lædere, vel lædit, seu exponit se periculo probabili lędendi famam alicuius. Exemplum sit eius, qui otiosè, vel leuiter dicit mala notoria propria, vel aliena illi, qui ea rectè tenet, sine aliqua mala intentione. Secũdo quia sępissimè contingit detegi mala vera secreto, vni vel alteri contra ordinem positum à iure, cum intentione lædendi sed parum, ac sine magno dãno seu sine intentione lędẽdi & cũ paruo dãno famæ. In his casibus illa obloquutio est detractio, non tamen mortalis, per allegata suprà.[a]

g C. qui peccat. 23. q. 4.
a In coroll. 21.

112 Tertio, quia solum veniale peccatum peccat, qui cõfitens sua grauia peccata manifestat personam cum qua peccauit suo confessario inconsideratè, vel saltem sine intentione lædendi, quãdo confessor est talis, vt eius prudẽtia non sit lęsura, vel valdè modicum, tertium, vt determinauit vtiliter Reuerendissimus,[b] idem determinando de iis, qui super fideicommissis tacitis, vel commissionibus, quæ tacitè fiunt incapacibus per testatores, petunt consilium ab eruditis scientia, & conscientia, manifestando personam, quæ ea legauit, & legando peccauit, iuxta leges scriptas. [c] Quarto quia tunc dicitur fama alicuius notabiliter lædi à detractione, quando illa est causa, vt desinat dari, vel auferatur ab eo aliquid notabiliter bonũ, seu pro anima, seu corpore, seu pro honore, aut pro pecunia, vt suprà dictũ est,[d] & millies cõtingit esse tã bonum, vel tã rudem, vel tam obliuiosum, seu tam paruæ virtutis illum vnum, cui meum malum manifestatum est, vt propter illum non mihi auferatur, neque desinat dari aliquid tale, quo casu detractio erit tantum peccatũ veniale, & consequenter totum corollarium remanet verificatum in omnibus partibus suis.

b 2. 2. q. 73. art. 2.
c I. non intelligitur. & l. ita fidei. ff. de usur. fisci. cum eis similibus.
d In coroll. 21.

Trigesimum Corollarium.

113 TRigesimum est posse contingere, vt dicere huiusmodi malum alicui tali soli sit peccatum mortale, & dicere idem multis aliis non. Dicis tu cõtra ius aliquos defectus naturales, vel veniales meos, vel mortales absque mala intentione Regi, filio ipsius Episcopo, quos ipse multum abhorrent, & in causa fuisti, vt auferrent mihi, vel dare desinerent beneficium aliquod seu officium notabilis emolumenti, mortaliter peccasti. Quòd si illos eosdem aliis decem, vel centum, qui illos nihili faciunt, dixisses, peccatum tantum veniale commisisses, quia nec habebas intentionem me lædendi, nec me læsisti notabiliter.

Trigesimum primum Corollarium.

114 TRigesimum primum, detractionem, seu murmurationem mali paruuli esse tantum peccatum veniale. Primò, quia ita determinat S. Thomas.[c] Secundo, quia iuxta illum sic intelligitur illud dictum S. Augustꝰ. qui ait, esse peccatum veniale (cum omni temeritate, vel facilitate maledicere) quod dictum, licet non dicat S. Thomas, est in hoc libro.[f]

c 2. 2. q. 73. ar. 2. ad 3.
f Ca. vnum sub fin. 25. d.

315 Ac potest etiam intelligi de subreptitia, ac indeliberata detractione, vel meli°de subreptitia maledictione, vt suprà 8 intelleximus, atque in proprio loco intellexit Hugutius illis verbis.

g In coroll. 21.

Temeritas enim & facilitas excusat à mortali: quibus clare significat causam cur id sit peccatũ veniale, non esse exiguitatem mali quod dicitur, vt exponit S. Thomas, sed temeritatem, & paruam considerationẽ cum qua dicitur. Tertio, quia sup.[h] conclusum est, omnẽ detractionẽ, quæ sine intentione multum lædendi, & sine multo damno, ac sine magno periculo multum lædendi fit, esse peccatum veniale, & hanc de qua loquimur constat esse talẽ. Quarto per dicenda in corollario sequenti, vbi hoc etiam declaratur & limitatur.

h In coroll. 21.

Trigesimum secundum Corollarium.

116 TRigesimum secundũ, quod detractio de solis peccatis venialibus, communiter est peccatum veniale. Probatur hoc iisdem rationibus corollarij sequentis, ac

præterea, quia S. Antoninus,[a] ita expressè determinat; quem in hoc sequitur Siluester vir valde præclari ac resoluti iudicij.[b]

a 2. par. tit. 8. c. 4. in princi.
b In verbo detractor.

117 Tum etiam, quia vterque dicit in prædictis locis, nõ peccare illum, qui de aliquo dicit esse superbum, iracundum, & cõtentiosum, aut leuem. Ratio est secundum Syluestrum, quoniam illa verba sic possunt intelligi de peccato veniali, vt de mortali, ac proinde qui ea audiunt, debẽt ea intelligere in sensu, quominus lędãt, iuxta regulã iuris.[c]

c Cap. estote de reg. iur. & l. merito ff. pro socio.

118 Ex qua ratione Siluestri colligitur illa magna conclusio in hac materia, videlicet, detractionem, quæ fit verbis generalibus, quæ ex sua natura ita comprehendunt peccata venialia, vt mortalia, non esse communiter mortalem, sed venialem tantum.

Contra quæ omnia, ac præcedens corollarium multa argumenta afferri possent, quæ breuitatis gratia prætereo, ac solui poterunt limitando supradicta, quando paruum malum, aut peccatum veniale imponitur, seu detegitur sine intentione multum lædendi, quia aliter morale esset per ea quæ dicta sunt supra,[d] limitando id etiam, quando detractor refert malum illud paruum, vel illud peccatum veniale corã illis qui pro parua nota id habẽt, vt in dubio præsumi debet. Si tamẽ id diceret coram talibus, qui magis abominantur malum illud paruum, quam aliud magnũ, peccatũ illud veniale, magis quá mortale, meo iudicio talis detractio esset mortalis, per id quod supra [e] generaliter conclusimus, & specialius alio in loco.[f] Scio quendam, qui omisit conferre bonam præfecturam ecclesiasticam alicui, quoniam infamatus fuerat, quòd esset homo præsumptuosus, ac superbus, quam dedit alteri, qui fuerat olim concubinarius, & filios habebat, testes sui peccati, idque fecit etiam si non expresserant ei in specie vlla opera superbiæ mortalis, sed tantùm quod erat præsumptuosus & superbus. Quis autem auderet dicere delatorem illum, si falso detulit non peccasse mortaliter? quandoquidẽ tantum illum læsit in sua fama, vt ob id desitum sit à conferenda illi præfectura magni honoris, ac prouentus.

d In coroll. 21.
e In coroll. 21.
f In coroll. 30.

119 Limitare etiá vellem conclusionem prædictam particularem S. Antonini & generalem Siluestri, quod difficile sit eas simpliciter sustinere. Primò, quia verba generalia tam propriè comprehendunt vnam speciem sub illis contentam, & aliam, licet vna sit altera maior, vt ait Baldus,[g] & facit l. fin.[h] & quę citat Decius,[i] secundò quia idem S. Antoninus, ac etiam Siluester dicunt vocem istam (detractionem) magis propriè significare detractionem magnam ac mortalem, quàm venialem. Cui valde consequens est cum qui dicit (ille est superbus, vel magnus superbus) de quo Siluest. locutus est, magis propriè velle dicere superbum mortalem, quàm venialem. Tertiò, quoniá video, quòd (licet non deberent) communiter tamen audientes credunt mala aliena audita nõ solùm esse tã magna, vt verba ea narrantium propriè significant, verum adhuc maiora, cui consequẽs est, quod licet nolit lędere vel lædat famam, qui per talia verba generalia detrahit: in magno tamen periculo se ponit eam lędendi, & hoc sufficit vt sit mortale, per id quod dictum est suprà.[k]

g In l. 2. c. de iust. aur. anno. h ff. de fund. instruct.
i In c. pastoralis. §. quoniam de rescript.
k In coroll. 2.

120 Quarto, quia detractio, siue sit de venialibus, siue de mortalibus, semper est mortalis; si fiat cum intentione lędendi notabiliter eum cui detrahitur, vel si notabile damnum ei infertur, vel eius periculo exponitur, vt suprà [l] dictum est. Contra verò detractio, siue sit de mortalibus, siue de venialibus, si fit sine intentione lędẽdi notabiliter, & sine notabili damno, ac sine periculo dãni notabilis nõ est plusquam venialis, vt concluditur infra. Quare non est alia differentia inter detractionem peccatorum mortaliũ, ac venialiũ, quoad hoc, nisi quod per se, & cõmuniter illa mortalium est notabilis damni, & nõ illa venialiũ.

l In coroll. 21. m In coroll. 32.

Istæ rationes multum me mouent, vt sentiã contra supradictos, vel ob reuerentiam, quę illorum auctoritati debetur, vt limitem tamen eorum dicta, & dicam detractionem, ac murmurationem factam per verba generalia, quæ possunt intelligi æquè de mortalibus, ac de venialibus, esse mortalem, quando fit cum damno notabili, vel eius magno periculo, tum etiam cum fit coram talibus personis, quod credẽdum est eas concepturas etiá culpas mortales, vt veniales, si expressè, vel tacitè non

fuerunt monitæ,quod agitur tantùm de venialibus.

Trigesimum tertium Corollarium.

SVMMARIVM.

121 Murmuratio materialis,& sine proposito lędendi communiter est venialis.
122 Concordia inter 3. et 33. coroll. de detractione materiali, quæ tunc est mortalis si lędat,vel probabili periculo lædendi quis se exponat.
123 Murmuratio materialis,quæ est de malis,quæ non sunt peccata & quæ de ijs,quæ sunt, in quo differant.
124 Murmuratio materialis de peccatis mortalibus quando est venialis.
125 Murmuratio materialis de vno peccato contra vnum est mortalis, & de eodem contra aliũ est venialis.
120 Asperitas in corrigẽdo non est bona, nisi quando est necessaria.
127 Corrigendi subtilitas verbis honestis, & non diffamatoriis.
128 Castigatio,& omnis punitio sit sine iniuria.
129 Correpti verbis iniuriosis scandalizantur,putantes ex odio id fieri.
130 Peccat Prælatus,qui asperè corrigit,quamuis ad petendam veniam non sit obligatus.
131 Asperum iratúmque esse subditis prodest eis, Prælatisque communiter nocet præsertim in Lusitania.
132 Rex D.Ioannes tertius,& Imperator Don Carolus V. & Rex Philippus magnum exemplum in blandis, ac mansuetis reprehensionibus.
133 Asperi fuêre aliquando,Iesus Christus,ac S.Paulus.
134 Aspera verba bona sunt,cùm sunt necessaria, vt etiam aspera facta.
135 Christianis à Dominis vocari canes seruos Christianos turpeest.
136 Nobilitatem non tãtum Christianam,sed & gentilicam nõ decet eum qui talis est vocare,cæcum,gibbosum,senem,nihili, claudum,vel rusticum,etiã si communiter id non sit mortale peccatum.
137 Don Petrus,de Nauarra Mareſcalius,vir insignis.
138 Don Franciſcus de Nauarra Archiepiſcopus vir præclarus.
139 Intellectus,& concordia duorum dictorum.
140 Peccatum murmurationis, ac iudicij temerarij quomodo conueniant,& differant.
141 Murmurator cur meritò appelletur,qui iudicat intentiones.
142 Reſtituere famam quando non obligetur qui male iudicat de intentionibus.

a *In coroll.1.*

121 TRigesimum tertium,quod detractio, seu murmuratio materialis,de qua locuti sumus supra,[a] nempe illa, qua murmuratur de vno sine intentione eum lædendi,communiter est peccatum veniale, iuxta Caiet.[b] Nec satis est,vt sit mortalis,verba per se apta esse ad lædẽdum,sed opus est,vt actualiter lædant,iuxta eundem.Hæc conclusio sufficiẽter colligitur ex S.Thoma.[c] Sed clarius ex eodem,[d] vbi vna cum Reuerendissimo dicit, quòd dicere iniurias, vel contumelias alteri, etiam si sint valde graues,sine tamen intentione iniuriam inferendi, non est peccatũ mortale,neq; aliquãdo veniale,dũmodo'nõ sequatur vituperiũ,vel infamia.Hoc quotidie accidit Prælatis, patribus,maritis, ac dominis, qui verbis iniuriosis corripiũt suos subditos,filios,vxores,& famulos.Quę cõclusio est valde notabilis ad cõsolationem multorũ,qui singulis horis murmurant sine intentione lædendi, sed tantùm ob recreationem,vel vt habeant materiam loquẽdi, seu propter alias leuitates.

Hæc tamen conclusio videtur mihi limitanda, vt tunc solùm procedat,quoniã qui murmurat,loquitur tali modo,tali loco,tali tempore,& coram talibus personis, vt nõ sit credendum,quod ob eius dictum lædetur notabiliter fama eius,cui detrahitur, in casu enim dissimili peccaret mortaliter,licet de facto non læderetur notabiliter fama, quia constituit eã in probabili periculo,vt lædatur,quod solùm sufficit ad peccatum mortale, ac si actualiter læsisset, licèt non quoad obligationem restituendi, per id quod conclusum & allegatum est supra.[e]

Posset aliquis hîc obiicere,quòd istud corollarium videtur minime cõstare cum tertio,in quo diximus errare confessarios, qui interrogant confitentes se murmurasse, si id egerunt cum proposito lædendi famam, & respondẽtibus eis quod non dicunt (pergite,quoniam hoc ad summum est veniale)quia postquam detractio materialis , ac facta sine proposito lædendi,communiter est venialis, videntur confessarij scopum attingere dicendo supradicta.

122 Ad hæc respondeo Corollarium hoc non contradicere tertio neque tertium huic,quia & si communiter, ac regulariter detractio materialis sit peccatum veniale , sæpius tamen est mortale,vt ibi dictum est; & colligi latius potest ex supradictis.[a] Quapropter bonus cõfessarius cõsitens se murmurasse in genere non solùm debet interrogare an murmurauerit cum intentione lædendi notabiliter,sedetiam si lęserit,seu cõstituerit se in periculo probabili lædendi, nisi Deus,& aliqua bona sors non prohibuisset,iuxta ea, quæ inferius,[b] dicemus,de modo , qui est necessarius,ad bene confitendum detractionem.

a *Coroll. 21.*

b *In coroll. fin.*

Trigesimum quartum Corollarium.

123 TRigesimum quartum,quod est magna differentia inter murmurationem materialem,quæ fit de malis,quæ non sunt peccata,& eã quæ fit de peccatis,quoniã illa raro admodum est peccatum mortale,quando verum est malum quod dicitur,videlicet quod est claudus,luscus, incuruus,gibbosus, quassatis viribus, vel similes defectus habens:alia verò quę fit de malis quæ sunt peccata,est sæpius mortalis , vt dictum est in corollario præcedenti. Determinatio est vtriusque Thomæ.[c]

c *2.2.qu. 73. art.2*

Trigesimum quintum Corollarium.

124 TRigesimum quintum, quod detractio materialis de peccato mortali multoties est tantùm veniale peccatum. Dicis de adolescẽte aulico consueto se iactare de fornicationibus,quòd fornicatus est,& rem habuit cũ plerisque mulieribus,sine intentione illum lędendi, non peccasti mortaliter,etiam si illud esset falsum, vt singulariter determinat Caietanus , [d] & clarè probatur, per dicta supra, [e]ex qua determinatione colligitur quædam conclusio valde magna,videlicet non esse peccatum mortale falsum crimen alicui imponere sine intentione eum lędendi,licèt crimen sit de mortale, quando ei cui tale crimen imponitur ob illud nõ infligitur damnũ notabile,attento eius statu,& conditione.Colligitur præterea alia conclusio valde quotidiana,quod attribuere peccata mortalia illi,vel ea detegere qui se solet iactare de huiusmodi , sine intentione illum lędendi, non est illum lædere notabiliter,nec consequenter peccatum mortale.

d *2. 2. q.73. art.2.*
e *Coroll. 21. & 23.*

Trigesimum Tertium Corollarium.

125 TRigesimum sextum, quod murmuratio materialis de eodẽ peccato attributo,vel delicti vnius personæ est venialis, & alterius est mortalis, quoniam vnius personæ lędit famam notabiliter;& alterius non.Sunt enim personæ quæ facilè infamantur,cuiusmodi sunt Moniales,virgines,nuptæ honestę,religiosi suæ famæ solliciti ac sunt personę , quibus paulo maius damnum infertur, dicendo de ipsis,quod se polluerunt cum aliqua muliere, quam dicẽdo eos non cœnasse, vt dixit Reuerendissimus.

Trigesimum septimum Corollarium.

126 TRigesimum septimum,quòd melior est correctio Prelati,Patris,mariti,domini,vel senioris,qui corripit subditum,filium,vxorem,famulum, seu seruum, vel adolescentem,verbis honestis,& quę per se non sint iniuriosa,vel diffamatoria,quam iis contrariis.

127 Primò,quia licet talis corrector, & castigator non proferat illud cum intentione inhonorandi,vel infamandi,potest tamen ex eo sequi iniuria,vel infamia. Audiui enim quandam puellam amisisse bonum coniugem, quia resciuit is , qui eam in vxorem postulabat , eius patrem,

cum eam castigaret,eam appellasse meretricem, & ebriã. Audiui etiam aliquem puerum non receptũ fuisse à quodam Domino , quia resciuit eius patrem appellasse illum latronem,& improbum cùm eum redargueret.

a *li.1. de offi.*
b *Cap. nihil de præscript.*

128 Secundo,quia ait Tullius, [a] (omnis animaduersio, & castigatio contumelia vacare debet.)Tertio,quia(nihil est cum scandalo agendum) [b] & correpti verbis iniuriosis frequenter scandalizantur,existimãtes prę odio ac mala voluntate illa sibi dici,vt singulariter dixit Cardinalis eruditissimus.[c]

c *2.2.q. 72. art.2.*

129 Quarto quoniam magnus ille Augustinus citatus in isto libro,[d] dicit.[e] Prelatum,licet ipse nõ teneatur petere veniam à subdito,propterea quod in eo corripiendo, verba nimirum aspera in eo protulerit,nihilominus:in eo peccare saltem venialiter,vt ait glossa, [f]per omnes recepta,& insinuat Vmbertus.[g]

d *Cap.quando.80.d.*
e *In ca. 5.sua sanctæ regula.*
f *In d.c.quãdo.*
g *In expositione dictæ regulæ c. 151.*

130 Vnde infero viros multæ eruditionis, & virtutis errare,ac errasse , eo quod existentes Prælati Ecclesiasticorum,monachorum , vel religiosorum,eos à se eiiciunt, data opera verbis satis asperis,& asperiori gestu , licèt sic electi & confusi magis merearentur id sufferendo.

131 Idem dico de Abbatibus, & Prioribus , præsertim in his Regnis Portugalliæ, vbi gens non est minus mollis ad tolerandas iniurias,quã perspicax ad eas percipiendas, ac etiam ad sentiendas reprehensiones tantùm significatas. Idque monet Leo Papa dicens, [h](Plus erga corrigendos agat benevolentia,quam seueritas , plus exhortatio quàm comminatio , plus charitas, quam potestas)idem sentit S. Gregorius.[i]

h *Cap. licet. 45. dist.*
i *Cap. disciplina.45.d.*

Magnũ huius rei præbent exemplũ Rex don Ioannes tertius huius nominis,Rex Portugalliæ,ac Imperator don Carolus V.Rex Castellæ, eique annexorũ,qui meo iudicio magis lenes sunt,& magis alieni ab iniuriis inferendis suis reprehensionibus , correctionibus,& minis cum suo imperio subiectis,quam multi Episcopi, Abbates ac Abbatissæ cum suis subditis.Præ omnibus tamen resplendet in hoc genere, mirabilis benignitas incomparabilis Monarchæ , & quasi inimitabilis quoad hoc, atque quoad compositionem,ac serenitatem interiorem , exterioremque spectat don Philippus secũdus,huius nominis nostri Rex,ac Dominus,filius vnius,gener alterius , qui neminẽ vmquam appellauit alio quam suo nomine, licet esset eius subditus,& in famulatu eius persisteret, etiamsi ipsũ adeo prouocasset,vt propterea mereretur magnam punitionem,quam ei tranquillè infligi iubebat.Hoc addo in hac secunda editione anni 1566. quoniam cum numquã cum eo egissem ante annum 1563. non videram virtutem hanc heroicam,peculiarémque S.M.vt testimonium rederem de illa,vt eius exemplo dimittamus nostras asperitates nos,qui eo fortiori ratione ipsis carere deberemus, iuxta illud Claudiani.

(*Regis ad exemplum totus componitur orbis*) quod citauit glossa.[k]

k *Cap. Magna de voto. l Capit.3. m Luc. vlt. n 2. 2. q. 72. ar.2.ad 2.*

133 Non obstat huic corollario quod Apostolus scripsit ad Galat.[l] (O insensati Galathæ)& quod Redemptor dixit discipulis (O stulti,& tardi corde ad credendum.) [m]

134 Quia vt dicit S.Thomas, [n] noster Redemptor, & S.Paulus dixerunt illas iniurias,quoniam erãt necessariæ eo animo vt prodessent,velut cum est necesse possunt superiores [o] percutere & verberare inferiores , iuxta illud Sapientis,[p](percute filiũ tuũ virga, & liberabis à morte animam eius:)pari etiam modo cùm est necesse, possunt, ac debent dici verba iniuriosa ad profectum correptorũ: quare dictæ auctoritates non sunt contra nostrum corollarium quin ipsum declarant , vt procedat quando non fuerit necesse facere contrarium.

o *Per c.cum beatus.45.d. p Prouer.23.*

Trigesimum octauum corollarium.

135 TRigesimum octauum, quòd turpe est Christianos appellare,ad singula verba suos seruos,& seruas tã in præsentia , quã in absentia canes,aut catulas, cum sint Christiani,& fratres sui in Christo Iesu.Primò, quoniã & si essẽt adhuc Mauri,satius esset illos vocare aliis nominibus , quibus eos ad amorem prouocarent benignitatis Christianæ,ac euangelicæ,vt ad eam conuerterentur , & integro pectore eam complecterentur,qui eorum vtrumque latè colligitur ex epistola B. Pauli ad Philemonem.

136 Infertur etiam quam alienum sit à nobilitate,& generositate equestri,non tantũ Christiana,sed etiam gentilica vocare plebeios passim,& in absentia,& in præsentia, sine aliqua necessitate,rusticos cum scandalo eius,qui sic vocatur,iuxta illud Persii satyra prima,qui, licet gentilis,reprehẽdit(eum qui lusco possit dicere lusce)& cõsequẽter seni senex nihili, & cęco cæce,& claudo claude, rustico rustice,Christianum nouum,vel cõuersum,vocare conuersum,vel nouum Christianum.

157 Valde laudatus semper fuit præclarus ille vir Don Petrus de Nauarra Mareſcalius & regia prosapia ortus,& pater eius qui nunc est, qui numquam neque in Nauarra, neque in Castella,neque inFrancia auditus est dicere(rustice)ei qui talis erat,licèt in omnibus illis terris se viderit diù exaltatum,& humiliatum.

158 Hunc bene imitatur eius filius Don Franciſcus de Nauarra,Prior olim nostri ordinis de Roncaualle mirum immodum cunctis acceptus,& postea Episcopus ciuitatis Roderici,meus peràtiquus dominus,ac pater ob eius sanguinis nobilitatem,vitam,& dignitatem. Qui ante editionem hanc obiit sanctissimè Archiepisc. valde præclarus Valentiæ qui in multis annis quibus (me licèt indigno) Magistro vsus est,sine vlla vmquam diuisione habitationis,nec mẽsæ,quẽ sẽper obseruaui cauere ab hoc vitio,& alios hortari, vt id cauerẽt.Modus tamẽ hic murmurandi huius corollarii in absentia non mihi videtur peccatum mortale,nisi cũ fit cũ intentione lędendi notabiliter, vel cum tali damno,per supradicta,[a] licet modus sui inhonorandi in præsentia,vt plurimum sit mortale propter scandalum,quòd præbet vituperatio , & occasionẽ irascẽdi,ac mortaliter peccandi.

a *In 33.coroll.*

Trigesimum nonum Corollarium.

139 TRigesimum nonum,quòd non sine causa dubitari potest de veritate eius,quod diximus supra, [b] esse peccatũ murmurationis asserere de bonis operibus proximi fuisse mala intentione factas.Primò,quia alterius generis,ac speciei,est peccatum iudicij temerarij, & alte ris detractiõ,vt colligitur ex D.Thoma:[c] at videtur iudicium temerariũ dicere de bono opere, quòd factum sit, vel fiat mala intentione , cum de cogitationibus nequeant homines iudicare.[d] Secundo,quia qui hoc dicit non videtur afferre causam sufficientem audientibus id credendi,quia bene sciunt,vel scire debent solum Deum cognoscere cogitationes aliorum, [e] iuxta illud, [f](scrutans corda , & renes Deus,)quę tamen rationes dubitandi non obstant veritati illius dicti.& ad primam,omissa responsione Caietani, [g] quæ non est mala : dico aliud esse iudicare tuum bonum opus fuisse gestum mala intentione,& aliud affirmare id ita esse,ac aliud iudicare,& affirmare simul.

b *In coroll.21.*
c *2. 2. q. 73. adiuncta quæ ponit in q.60.art.2.*
d *Ca. cogitatio, &c.cogitationis de pœ.d.1.c.erubescãt.32. d.*
e *Cæ.erubescant.32. dist*
f *Psalm. 7.*
g *2. 2.q.73. art.1.*

140 Iudicare tantum sine indiciis ad id sufficientibus, est iudicium temerarium.Affirmare tantùm est detractio. Iudicare verò,& simul affirmare,duo sunt peccata diuersarum specierum , & ita argumentum dubitationis non concludit,quoniam infert vnum ex altero diuersò , sine sufficienti medio,contra bonum modum argumẽtandi. [h]

h *l. Papinianus exuli.ff. de minor. & c.1. de transl. prælat.*

141 Ad secundam rationem dubitandi dico posibile esse illum,qui id dicit,magis scire,quam audientes de intẽtione,de qua loquitur;quòd eam sibi communicauerit is, qui bonum opus fecit,vel ob aliam rationẽ. Tum est possibile,cum licet illũ nesciat,discere tamen se scire, & esto id clarè non dicat , satis tamen præ se fert se id scire qui dicit ita esse,dato etiam quod non fuerit , visus id dicere neque scirerratio tamen extat presumẽdi,magis eã de hoc scire, quam audientes,ac propterea non concludit secunda ratio non esse id detractionem.

142 Verum est tamen quòd quoniam audientes præsumunt id dicẽtem,nescire magis de intentione,de quo loquitur,quàm ipsos,posito casu,quòd ipse peccet etiã mortaliter,volendo lædere, seu præbendo suo iudicio saltem sufficientem ad id occasionem non teneretur restituere damnum,quia verè non dedit sufficientem occasionem , cùm audientes scirent , vel præsumerent illam nõ posse scire,quod se scire dicebat,seu prefeferebat scire vt concludit Reuerendissimus.[i]

i *2.2. qu. 73. art.1.*

Quadragesimum Corollarium.

SVMMARIVM.

143 *Murmurator quando dicatur audiens detractionem & quando non;*
144 *Murmurare & audire murmurantes est communis, sed diabolica relaxatio.*
145 *Audiuntur quatuor modis murmurationes, & in primo quis plus peccat quam murmurans, & tenetur ad restitutionem.*
146 *Peccat magis qui facit iurare falsum, quam qui iurat, & qui facit murmurare, quam qui murmurat cæteris paribus.*
147 *Restituat famam qui audiuit murmurationem, cuius fuit causa.*
147 *Restituat damnum qui causam illius dedit.*
148 *Murmurare secundo modo audiens, æquè peccat ac murmurãs, non tamen tenetur restituere.*
149 *Restituere non tenetur is cui placet peccatum, si non fuit causa, nec iuuit ad illud.*
150 *Audire tertio modo murmurantem communiter est peccatum veniale nisi in tribus casibus.*
151 *Peccat qui potest, & non impedit mala, quæ præparantur suo proximo.*
152 *Murmurationem audire quarto modo est meritum.*
153 *Murmurationem audire superioribus est periculosius.*
154 *Consuetudo periculosa si petas, aut procures scire mala aliena.*
155 *Intellectus dicti illius S. Bernardi. (Detrahere, vel detractionem audire.*

143 QVadragesimum, quod audiens murmurationes multoties est detractor, & multoties nõ: & sæpè peccat, magis quã detractor, & aliquando minus & quandoque nihil, immo meretur. Quæ omnia probantur per definitionem, quia multi audiunt murmurationem, quæ fit animo lędendi famam eius, cui detrahitur, eadem mala intentione: quibus tota definitio conuenit, vt palam est. Alij audiunt detractionem eius qui sine malo animo detrahit, mala intentione, vt fama eius cui detrahitur, lædatur. Hi, quoniam peccãt detractione formali, & qui dicũt, solum materiali, grauius peccant audiendo quàm alij detrahendo. Alij audiunt sine animo lædendi famam, & cũ eos tędeat illa euulgari, resistendo quãtum debent, & tenentur: hos constat non esse detractores, quia eis nõ conuenit definitio, neque peccant, immo merentur.

144 Pro clariori tamen resolutione dicendorum; de audientibus murmurationes, & relationes malorum alienorum (quæ est communis & diabolica relaxatio maioris partis mundi, dico primo, quatuor modis posse audiri detractionem.

145 Primo causando illam, vtpote interrogando (Quid scis de tali) incitando.

Dicas nunc nobis, quid de hoc circumfertur) præseferendo id sibi gratum futurum, si ei exposueris, tũ aliquando contradicendo, quia scit, quo magis illi fuerit contradictum, eo maiora mala te prolaturum. Secundus modus audiendi murmurationes est non præbendo causam, nec resistẽdo, gaudẽdo tamẽ de illis. Tertius nõ causando, nec gaudẽdo, nec resistẽdo, sed ob solã verecundiã, aut timorem seu negligentiam. Quartus non causando, nec gaudẽdo de ea, quin apertè resistendo verbis, vel tacitè, tristi gestu, vel aliis signis. Primi plus peccant quam ipsi detrahentes iuxta doctissimum Adrianũ,[a] pro quo allegat Decretum Vrbani Papæ,[b] qui tamen non loquitur de eo, qui est simpliciter causa delicti, sed de eo, qui contendit non esse delictum, quæ valde differunt, secundùm glossam & omnes.[c]

146 Melius tamen id probãt duo decreta S. Augustini,[d] quæ singulariter concludunt magis peccare eũ, qui iurare facit eum, quem credit iuraturum falsum, quam eundemmet, qui iurat, quoniam causa est, vt sua anima, & illa alterius perdatur.

Pari modo, quia quę causa est vt tu murmures, peccat, & te peccare facit, maioris delicti reus erit quam tu.

Hæc enim conclusio intelligenda est, existentibus cæteris paribus, quoniam si quis absque mala intentione lędendi famam alienam te ad murmurandum incitaret existimans iure te & sine mala intentione id facere, & tu cũ mala murmurares, magis peccares quã ille; & adhuc posset fieri, vt peccatum eius esset veniale, & tuum mortale.

147 Valde est notandum istos audientes detractorum primi modi, non tamen magis peccare, sed etiam teneri ad restitutionẽ læsionis famę, si tamen lædere, quantam ipsimet detractores, vt inquit Adrianus.[a]

Regula est vera Doctorum, omnes qui causã dant vt alius det damnum, teneri ad eius restitutionẽ: licet autem ipse ibi non eum citet, textus tamen est expressus Gregorij IX.[b] Quæ regula etiã procedit in illos, qui sic sunt causa, vt etiam si ipsi non interuenissent, damnum daretur, vt non minus singulariter, quàm vtiliter ampliauit Caiet.[c] Contra aliquos, qui cùm multo periculo conscientiæ cõtrarium dixêre, in quibus licet ipse neminem nominet, videtur esse Paludani.[d]

148 Qui autẽ secũdo modo audiunt detractionẽ, videlicet non prębẽdo causã ipsius, nec minus impedimentũ, & gaudendo de illa æquè communiter peccant, ac ipsimet detractores, & determinat S. Thomas,[e] & Adrian.[f] & probatur per illud Apostoli,[g] in multis locis repetitũ. (Non solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt, digni sunt morte.[h]

149 Hi tamen secundi modi non tenentur restituere famam læsam, vt primi, vt determinat Adrianus.[i] Quoniã iuxta illum, etsi ego peccem, si mihi placet furtum, quod tu facis, si tamen nõ sum causa nec do auxilium ad illud, licet tibi non resistam, cum possim facere, non teneor ad restitutionem furto ablati, nisi quando ex officio obligrer ad talem resistentiam, vt sentit S. Thomas cum suo illustri commentatore,[k] quem ipse non citat. Ac etiam non hæsitãter Siluester.[l] Pro quibus facit quod Imperator Iustinianus dixit,[m] etsi istud non sit ita certũ, secundũ ius canonicum; & conscientiam, quantum isti Patres putant; per ea, quę alibi ter docui,[n] post Felinum ac Decium viros doctissimos.[o] Adhuc tamen mihi videtur hæc esse cõmunis opinio, ac digna, vt eam sequantur ob id, quod scribit Adrianus,[p] & propter id, quod post primam editionem ante istam secundam scripsimus in commen. c. Non in inferenda,[q] qui extat impressus cum nostro Manuali.

150 Qui tertio modo audiunt detractionem, non prębendo causam, non resistendo, nec de ea gaudendo plerũque peccant venialiter, secundum S. Thomam.[r] qui est communiter receptus & excipit tres casus. Primus, quãdo qui audit ex suo officio tenetur resistere, scilicet, quia videt proximũ peccare mortaliter: ac videt quod si vteretur cum eo fraterna correctione precepta in Euangelio,[s] corrigeretur: vel quoniam habet officium administrandi iustitiam, & videt aliquem offendere, & infamare aliud coram se, ad cuius delicti euitationem ipse tenetur, vt ibi dicit, licet obscurè Reuerendissimus. Quæ cõclusio probatur per ea, quæ scripta sunt (de fraterna correctione) in multis locis,[t] præsertim per illum doctissimum Abulẽsem, & S. Thomam[v] cũ omnibus aliis ibidẽ scribẽtibus & in nostro Manuali.[x] Secundus casus in quo illi tertij modi peccant mortaliter, est quando vident ex illa detractione sequuturum aliquod magnum malum detractori, vel alij, videlicet, quod gladiis vel fustibus se impetent, vel aliud magnum malum inferrent detractori, seu ei, cui detractum est.

151 Quilibet enim tenetur in conscientia impedire mala, quæ præparari cõtra proximum videt, cum saltem cautè potest,[y] vt latè in comment. eius ostendimus, qui cum Manu. est excussus. Tertius casus, in quo vt sentit S. Thomas,[z] peccant mortaliter audientes detractionem tertij modi, sunt qui vident famam eius, cui detrahitur receptuam damnum notabile, nisi resistant nec minus propterea omittunt resistere. si enim ego mortaliter pecco non subleuando, si id agere possim, iumẽtũ mei inimici, quod iacet sub onere quasi moribundũ,[a] vel cuiuslibet alterius proximi,[b] à fortiori peccabo si considerans famam mei proximi oppressam onere detractionis, non eam exonerabo, si id commodè facere potero.[c]

152 Qui quarto modo audiũt resistẽdo modo verbis; modò tristi gestu, ac aliis signis conuenientibus, communiter merentur, vnde[a] rogat Regius Propheta (Domine quis habitabit in tabernaculo tuo) ac respondet, quod inter alios ille, qui iuxta vulgatam editionem (opprobrium nõ accepit aduersus proximos suos) ac secundum Hieronymum (opprobrium non sustinuit aduersus proximum) ac secundum Caietanum (opprobrium non sustinuit super proximo suo). Quę omnia iuxta literam significant eum, qui non suffert coram se murmurationem contra absentem, vt ibi benè exponit Caietanus. De istis intelligitur illud Sapientis,[b] (ventus aquilo dissipat nubes, & facies tristis linguam detrahentem) de istis etiã intelligitur illud,[c] (qui obturat aures suas ne audiat sanguinẽ &c. habitabit in excelsis) id est, in cælis.

a *In dicto quolib. 11. qu. 11.*
b *cap. fin. de iniur.*
c *2. 2. q. 62. art. 7.*
d *In 4. d. 15. q. 11. coll. 4.*
e *2. 2. q. 73. art. 4.*
f *Vbi supra.*
g *ad Rom. 2.*
h *Cap. notũ. 2. q. 1. ca. 1. de offi. deleg.*
i *Vbi supra.*
k *2. 2. q. 62. art. 7.*
l *Verb. restitutio 3. qu. 7.*
m *In § interdum sub fin. Instit. de obli. quæ ex delicto.*
n *Cap. 1. de offi. deleg.*
o *In d. cap. 1. de offi. deleg. & in regula culpa. ff. de reg. iuris.*
p *In 4. de restit. q. 1. in tribus col. final.*
q *23. q. 3. nu. 16.*
r *2. 2. q. 73 art. 4.*
s *In cap. 18. 5. Matthæi.*
t *Cap. nouit de iudic. ea. si peccauerit. 2. q. 1. & in ca. 18. Matth.*
v *2. 2. q. 33. ar. 2. & 3. & in 4. d. 19.*
x *Cap. 2. 4. n. 17. & sequ.*
y *Cap. quante de sent. excomm. 83. in princip. & c. error. & c. non inferenda 23 q. 3.*
z *2. 2. q. 23. art. 4. ad 1.*
a *Exod. 23.*
b *Deut. 22.*
c *Arg. Auth. multo magis cap. de sacro. sanct. eccl. ca. cũ in cunctis de electio.*

a *Initio Psal. 14.*
b *Prou. c. 25.*
c *Esa. ca. 32.*

Quadragesimum primum Corollarium.

153 QVadragesimum primum, quòd sequitur ex dicta definitione, & ex contentis in præcedenti corollario continet multa parua Corollaria. Primũ, quod magis periculum est audire detractiones & murmurationes Prælatis, vtriusque sexus, & laicis, & ecclesiasticiis, quàm aliis, isti enim sæpius tenentur resistere quàm alij, per ea, quæ dicta sunt in corollario præcedenti.

154 Secundum, quod mala consuetudo est rogare aliquem, vt propalet, quid sciat de tali N. homine malo cũ promissione, quòd secretũ id cõseruabit, ac peius est vitium destinandi aliquos ad illum, vel illum locum, vt videat mala, quæ secretè ibi aguntur, & postea ei illa referat. Tertium, quod ad decernendum, quando sit peccatũ mortale, vel veniale audire detractiones, oportet vti iisdem regulis, quæ superius traditæ fuerunt, ad discernendum quando detractio sit mortalis, vel venialis. Quartũ esse summam veritatem, quod dixit octaua Synodus,[d] (Non solum ille reus est, qui falsum de alio profert, sed etiam qui aurem cito criminibus præbent.)

155 Quintum, quod non sine causa dixit S. Bernardus,[e] (detrahere, an detrahentem audire, vtrum eorum damnabilius sit, non facile dixerim.) Quoniam non est facile asſequi quando audiens detractionem, illam audiat in primo, secundo, tertio, vel quarto modo supradictis in præcedenti corollario. Sextum esse bonum consilium, quod tradebat S. Hieronymus Nepotiano,[f] (caue ne aut linguam habeas, aut aures prurientes: ne aut ipse aliis detrahas, aut alios detrahentes audias.) Septimum quod licet sapiens,[g] dicat. (Non contradicas verbo veritatis) detractori tamen, licet veritatem dicat contradici debet, non dicendo nequaquam esse verum quod dicit, sed dicendo, seu significãdo sibi talem sermonem displicere, vt declarat S. Thomas.[h]

d *In c. nõ solum 11. q. 3.*
e *lib. 2 de cõsider. ad Eugenium sub fin.*
f *Cap. in epistola petis à me pag. pen.*
g *Eccles. 4.*
h *2. 2. q. 73. art. 4. ad 2.*

Quadragesimum secundum Corollarium.

SVMMARIVM.

156 *Consentire possumus in amissione nostræ famæ, non sic famæ proximi.*
157 *Obligati sumus interdum euitare, quod potius prodest quam noceat proximo.*
158 *Peccant multi ob cruciatus reuelantes mala propria, seu aliena.*
159 *Dominus suæ vitæ, & membrorũ nemo est, nec etiam ab ea perdenda ob confitendas contra ius, & quando sit licitum.*
160 *Confiteri delictum suum occultum, quia aliter amittitur vita, vel membrum licet.*
161 *Dominicus Soto Magister, & cathedraticus Salmanticensis vir pius & eruditus.*
162 *Murmurator est reuelans peccata confessionis sacramentalis, licet non sit presbyter.*
163 *Tormenta non excusant à peccato eum, qui reuelat secreta Reipublicæ.*
164 *Murmurator est reuelans delictum timore tormentorum, quod iniustè sciuit.*

i *2. 2. q. 73. art. 4. ad 1.*
k *Exo. 23. & Deuteronomy. 2. 2.*
l *Vt e. quãta de sent. excõ. ca. ipse pietas 23. q. 4.*
m *Quoli. 11. q. 2. pag. 4.*
n *ff. pro derelict. l. 1. 3. & per totum. & c. quam periculosum 7. q. 1.*

156 QVadragesimum secundum Corollarium principale est, non nobis licere communiter tolerare detractiones alienas, vt definit S. Thomas communiter receptus,[i] & merito, quia[k] est præceptũ, & in aliis textibus iuris canonici,[l] & ab Adriano,[m] satis declaratum, nõ licere nobis finere perire res alienas, cum possumus eas commodè seruare.[n] Contra hoc tamen facit, quod licet

nobis deferre, renunciare, reiicere, & (vt significantius exprimit Lusitanus) renuere, seu refutare nostra bona, & permittere ea nobis ab aliis auferri,[a] & præterea possumus pati amissionem nostræ famæ, iuxta illud S. Gregor.[b] (linguas detrahentium sicut nostro studio excitare non debemus, ne ipsi pereant, ita per sui malitiam excitatas, æquanimiter tolerare, vt meritum nobis accrescat. Ad hoc argumentum respondet S. Tho. in fama, & in aliis rebus alienis non inueniri eandem rationem, quæ est in nostris, super nostra enim fama, & bonis habemus potestatem disponendi de illis, sine præiudicio aliorum iuxta nostram voluntatem, quam potestatem non habemus super fama, aliisque rebus alienis,[c] verum est tamen, quod sufferre detrahentem, nec ei resistere, ne dicat plura aut peiora, bonum & sanctum opus est, secundum Adrianum,[d] vt etiam desinere fraternè corrigere peccantem, quia creditur ex correctione deterior euasurus, licitum est secũdum S. Thom.[e] & Archidiaconum,[f] & communem opinionem.[g]

a *l. inter omnes §. rectè l. qui vaſ. §. qui ex vsitate ff. de furt.*
b *Homil. 9. super Ezechi.*
c *l. sed & si §. consulit. ff. de pet. hæredit. l. in re mãdata c. mand.*
d *qui l. b. 11. q. 2.*
e *2. 2. q. 33. ar. 6.*
f *ca. si peccauerit. 11. q. 1.*
g *Cap. nouit de iudic. & in 4. d. 19.*

Quadragesimum tertium Corollarium.

157 QVadragesimum tertium est, quod aliquando Christianus tenetur euitare, quod magis directè proximo prodest, quam obest. Quoniam si coram me tibi roditur, vel lædatur fama, esto quod tibi id custodiendo cũ bona patientia magis prosit, quam obsit, ego tamẽ teneor resistere, quoniam directè tibi, obest, etiã si indirectè tibi multum prosit: velut si viderẽ quoque illũ te velle vulnerare, vel occidere, teneor, si possum, te defendere,[h] posito casu, quòd ego scirem te toleraturum illud vulnus, vel mortem cum multa patientia, secundum S. Thom.[i]

158 Adhuc quòd tormenta non excusant à peccato detractionis, & murmurationis quo suis reuelantes culpas proprias, vel alienas. Primo, quia non excusant eos, qui præ timore illorum falsum testimonium sibi ipsis, vel suis proximis impingunt, vt sentit Vlpianus,[k] in illis verbis. (Alij tanta sunt impatientia, vt malint in quouis mentiri quam tormenta pati, ita vt non tantùm se, verùm etiam alios criminẽtur.) In his verbis Vlpianus clarè sentit male agere illos, qui timore tormentorum se ipsos, vel alios falsè infamant, nec immerito, quia eiusmodi murmuratoribus conuenit tota definitio detractionis superius allata. Intendunt enim lædere, vel lędunt famam, seu gloriam suam, sine alienam contra ius, nec excusantur ob tormenta. Mendacium siquidem, vt etiam fornicatio, & aduleriũ est vnum ex his, quæ nullo modo possunt benè fieri, & per se sunt mala, iuxta Aristotelem,[l] & S. Thomam,[m] ac probatur per ius canonicũ,[n] & consequenter est ex illo genere malorum, quod (potius oportet omnia mala pati, quàm eis consentire.)

159 Secundum, per quod probatur istud corollarium, est quod etiam qui reuelant timore tormentorum delicta vera, quæ non debent, contra se ipsos, vel contra alios, pro quibus reuelationibus potest mandari eos occidi, vel mutilari, peccant. Quandoquidem sicut nemo est dominus suæ vitæ, nec suorum membrorum ad effectum ea auferendi seu truncandi,[o] ita nequit contra ius aliquid cõfiteri sine peccato, ob quod sibi ea sint auferenda. Prohibitum enim vna via, alia regulariter non conceditur.[p]

160 Excipio tum ab ista conclusione eum, qui reuelaret aliquod malùm secretum suum, idque quia pro compertо habet se tormentis tentandum quousque exhalet animam, vel confiteatur quod interrogatur, verè vel falsè, vt nõ minus singulariter quã nouiter definit admodũ eruditus, nec minus catholicus, ac pius Doctor, atque Magister Salmanticensis Frater Dominicus de Soto,[q] & iure, quoniam in tali casu non tam reuelat id, ob quod eũ occidunt, quàm euitat multas mortes pro vna, quod multoties contingit, quando iudices sunt adeo feri vt suam gloriam honorémque constituant in crudelibus factis, contra doctrinam Marcelli.[r]

161 Tertium, quo probatur istud corollarium, est quòd reuelantes timore tormentorum de suis proximis delicta cognita medio confessionis sacramentalis, peccant, etiam si sint talia, vt non pertingant ad priuationem vitæ, neque

h *Cap. quanto de sent. excom. c. dilecto. eo. tit. lib. 6.*
i *2. 2. q. 73. art. 4. ad 2.*
k *l. 1. § quæstion. ff. ad l. Aquil. annotatur in c. cõtingat de sæt. excomm.*
l *4. Ethic.*
m *2. 2. q. 100. art. 2.*
n *Cap. super eo de vsur. & c. primum 2. 2. q. 2.*
o *l. liber homo ff. ad l. Aquil. annotatur in c. cõtingat de sæt. excomm.*
p *Cap. cum quid de reg. iur. lib. 6. ca. tua de procurat.*
q *Li. de Ratione tegẽdi, vel deteg. secret. memb. 3. q. 8 conclus. 16.*
r *l. respiciendum. ff. de pœnit.*

membrorum,& etiam si sint peccata venialia,vt valde efficaciter probat præfatus Doctor. [a] Quod procedit non tantùm in sacerdote,ac legitimo confessario, verùm etiã in quolibet alio,qui quod iustè, vel iniustè scit via sacramentalis confessionis,reuelaret,qualis est interpres, per quem aliquis vnius idiomatis,confitetur,& qualis laicus, cui in extrema necessitate aliquis cõfitetur, & qualis doctor,quem consulunt super confessis,ac qualis ille,qui se confessarium simulauit,vt sciret peccata aliquorũ. Omnes isti potius decies mortem quotidie pati debent, nedum tormenta, quàm reuelare quod via hac dedicerunt, vt dictus Doctor dicit, [b] & nos ante eum alibi latè scripsimus, [c] vbi latè conclusimus in nullo casu istud licere ex quantauis causa, nisi quando iusta de causa pœnitens ad id potestatem facit.

163 Verificatur quartò istud corollarium in illis, qui timore tormentorum, vel non perdendi vitam reuelat secreta Reipublicæ, vel eius causa sibi commissa vt sunt dicta secreta testium in litibus, præsertim cum reuelatio esset graue præiudicium rei publicæ, vel partium, vt probat dictus Doctor Dominus Soto, [d] ex quo infertur Hispanum captum per Gallos in bello, quantacumque tormenta sustineat,non posse (salua conscientia) reuelare secreta exercitus Hispanici,spectantia ad sui conseruationẽ.Quod benè denotãt leges Rom. [e] in quarũ vna videlicet, [f] dicitur(cõsiliorũ nostrorum renũciatores,aut viui exurãtur, aut furca suspendãtur)& ne quis dicat istã reuelationẽ etiã si sit peccatum, non esse tamen murmurationis : consideret inter ista secreta reipublicæ esse multa mala,quæ tacita nemini officiunt, & prolata multos infamant, in quibus verificari potest hoc corollarium.

164 Verificatur quinto in eo, qui cognouit delictum secretum alienum vi, vel iniustè, quoniam si est graue ob nullum tormentum debet ipsum reuelare, quæ est conclusio singularis dicti Doctoris, [g] ex quo ego infero eos,qui nouerunt aliquod delictum alienum,quia eorum literas iniustè aperuerunt, quoduis tormentum potius pati debere quam id patefacere. Quæ conclusio valde secura mihi videtur, cum reuelando illud delictum,alteri esset auferenda vita, vel membrum, quamuis si non aquitteretur nisi fama,vel pœna esset pecuniaria,aut exilij, cuius compensatio facilè possit tradi pro diffamante in pecuniis,posset de ea dubitari, per ea quæ inferius dicentur.

Quadragesimum quartum Corollarium.

SVMMARIVM.

165 Murmuratio est,non tamen cõmuniter mortalis, detegere propria peccata cum opinione contraria,& earum concordia.
166 Iustitia,nec iniustitia propriè non est cum se ipso solo.
167 Prodigalitas non est ex suo genere peccatum mortale, etiam si sit famæ,& honoris.
168 Honorem,gloriam,diuitias, & delectationes mundanas cõtemnere euangelium consulit.
169 Murmurare detegendo suam vilem vel malam prosapiam sine causa,& turpiter fugere sine damno Reipublicæ, non est mortale.
170 Murmurare de se ipso est mortale, cum inde sequitur damnum animæ,vel vitæ propriæ,vel alienæ, seu honoris, & substantiæ alienæ,& non aliter.
171 Murmurare de se ipso,falsum testimonium ferendo, quando sit mortale, & quando non, cum concordia contrariarum opinionum.
172 Obligati quando simus sub pœna peccati mortalis curam habere de fama.
173 Intellectus trium sententiarum quotidianarum sacræ scripturæ.
174 Murmurat qui denunciat iudicij, vt iudicij improbabile, vel bono viro ante monitionem.
174 Infirmantur multi vt alii querant medicinam spiritualem.
174 Testes deponentes super crimine contra diffamatum, peccant detegentes personam non infamatam.
175 Murmurant pater, & mater communicando vitia secreta filiorum inuicem, licèt communiter non sit amplius quàm veniale.

176 Murmuratores non sunt, peccant tamen,qui aliquos coram aliis reprehendunt,licet eum omnes sint conscij.
177 Correctio fraterna an permittat; vt duo testes adhibeantur simul?
178 Ioseph non peccauit denunciando suo patri peccata suorum fratrum.

165 QVadragesimum quartum, quod licet reuelatio peccatorum mortalium secretorum propriorũ, vel alienorũ sine iusta causa sit semper peccatum detractionis,& quæ est alienorum ex suo genere & communiter sit mortale, vt supra, [a] iam dictum est illa tamen propriorum ex suo genere,& communiter,non est plusquam venialis, etiam si per eam notabiliter lædatur fama, vel omnino perdatur,secundum dictum Magistrum Sotũ, [b] quod multo antè sensit Adrianus. [c] Primo, quia non est peccatum iniustitiæ,quandoquidẽ illud secundũ Aristotelem, [d] receptum per S.Thomam, [e] & communem,non potest commiti contra se ipsum.

166 Tum,quia non est contra caritatem proximi,siquidem non lædit alium, neque contra propriam, cum neminem obliget illã seruare neque procurare bona temporalia pro se, nisi quantum sunt necessaria pro bonis spiritualibus,vt sentit S.Thomas, [f] & fama bonum est tẽporale,vt [g] dictum est.

167 Tum quoniam prodigalitas non est de sui natura, & genere mortalis,vt sentit S.Thomas, [h] & clarius tenet Caiet. [i] & qui sua propria peccata publicat, & suam solam famam lædit, & non est plusquam prodigus ipsius. Non enim solùm prodigus est(vt dicit glossa,) [k] qui malè consumit suas fortunas,sed etiam qui diſsipat suam famam.Quod clarius, & singulariter expressit Imperator Arcadius. [l] Tum quia licet fama,& gloria per se plus valeant quã fortunæ,hæc tamen ob circumstantiam quantitatis magis valent quam aliqua fama, vt [m] dictũ est:at nõ est peccatum mortale prodigere proprias fortunas, sine iniuria tertij, cui lege diuina, vel humana debeantur,secundum opinionem omnium, [n] ergo neque erit prodigalitas famæ.

168 Tum,quoniam supremus ille,ac vnius magister veritatis in multis locis euangelij nobis consuluit contemptum dinitiarum,famæ, & gloriæ, ac deliciarum mundanarum, & secundum aliquos contemptum spectantem ad diuitias per illa verba* (Beati pauperes spiritu) & ad famam ac gloriam per illa alia (Beati mites) & ad delitias per illa alia (Beati qui lugent)licet ad alium sensum magis naturalem tendant illa verba, quem ibi explicat Caiet. Tum, quia licitum est communiter non restituere suis infamatoribus,vt noster text. dicit, & supra, [o] post Thomam, [p] dictum fuit. Tum quia honor maius quiddam est fama,vt supra dictum est.Et quis audebit dicere esse per se peccatum mortale contemptum honorũ perpenso quod S.Rochus S.Alexius,cum aliis innumeris qui per ecclesiam sunt canonistati,multum commendentur ob contemptum præcelsorum statuum, & magnorũ, honorum?

169 Cùm hoc etiã exploratum sit,q̃ vt dictus Sotus ait, nemo iudicabit mortaliter peccare eum qui cum silere possit,dixerit sine iusta causa se esse ex obscuro aut humili genere,neque eum,qui fugerit à suo inimico,cum se facilè defendere valeret, qui sunt actus, per quos honor perditur, id tamen intelligendo , cum sine damno tertij, præsertim Reipublicæ,agitur.

Contrarium tamen huic corollario videtur tenere eruditissimus ille Doctor,& Cardinalis Caietanus duobus in locis , [q] asserens infamare seipsum esse ex suo genere mortale, & insuper addit peius esse quàm infamare alios, & quòd ad huc à tali culpa tormenta non excusant. Hoc enim secundum eius sententiã est contra caritatem propriam, & contra iustitiam, cùm fiat iniuria Ecclesiæ, ac Reipublicæ.Respondet ad hoc dictus Magister Sotus eius auctoritatem,licèt sit magna, in hoc tamen non esse recipiendam,quoniam eius ratio subsistere non videtur. Nam infamare se ipsum non est communiter contra iustitiam,cũ non sit contra alium, iuxta citata in primo argumento huius corollarij, neque est contra caritatẽ pro-

a *In d.lib. & memb. & q. concluſ. 1. 2. & 3.*
b *Vbi ſupra concluſ. 4..*
c *Cap.Sacerdos. de pœn. d.6.ãnu.116. vſque ad nu. 163.*
d *In d.q.concluſ.6.*
e *Vt l. omne delictũ §. exploratores ff. de remilit.*
f *13. l. ſiquis aliquid §. 1. de pœnit.*
g *in end. 9. concl.7.*
a *In corollar. 21.*
b *De ratio. teg. vel deteg.memb. 1. quæſt. 3.*
c *In 4. de reſtit. quæſt. 33. & quod.11.pag 17.*
d *Ethico.5.*
e *2. 2. q. 57. art. 4. & q. 58. art. 2. & art. 8. & qu. 59.art.3.*
f *2. 2. quæſt. 26.art. 4. & in 3.ſent.diſt. 29. artic. 5. & quodlib. 8.art.8.*
g *In 4. concluſ.*
h *2.2.q.120. art. 2. & 3. ad 1.*
i *In dict. art. 3.& in ſum. verbo prodigalitas.*
k *In præem. Greg. 1 X. declarando quædã verb. ipſius.*
l *Leg. 1. ſub. fin. C. de iis qui potẽtior.*
m *In 4. concluſ.*
n *Arg.l. ſed & ſi §. conſuluit.ff. de petit. hared.*
* *Matth.5.*
o *In concluſ. 4.*
p *2.2. quæſt. 73 ar.4.ad 1.*
q *2.2.quæſt. 73. art. 3. & in ſum.verb. detractor.*

ximi,neque proprium , vt probatum est in 2. Neque tenendum est quod ipse præsupponit, nempe bona famæ, ac gloriæ æquari bono vitæ, vt [a] probatum est. Neque etiam tenendum est, alterum , quod supponit, nimirum minus peccatum esse lædere famam alienam quàm propriam: lædere enim famam alienã est propriè iniustitia, quia aliis aufert suum,& est etiam contra caritatem proximi,vt patet.At lædere propriam famam,neque est contra primum , neq; contra secundum vt in duobus primis argumentis corollarij declaratum est.

170 Hæ duę opiniones contrariæ,meo iudicio possunt, & debent concordari,cum sint in materia tam frequenti hoc pacto , vt opinio Caietani seruetur,cum ex infamatione sui ipsius sequitur dãnũ animæ,vel vitæ proprię,vel honoris,aut fortunæ alienæ.Dixi, *Animę proprię*,vt quando is,quẽ fama cõseruat in bona vita,se infamat. Dixi, *Animę alienę*, vt quãdo quis reputatus pro iusto reuelat admodũ turpia peccata sua,ac præbet scandalũ, atq; ansam,vt alij reputati pro minus iustis cõmittant similia , vel minora delicta.Dixi,*Vitę propriæ*,quãdo reuelat crimẽ ob quod me reatur amittere vitam,aut aliquod mẽbrum sui corporis. Dixi,*Infamię alienę*,vt quãdo Monac.vel Monialis se infamat de peccatis,q̃ redundãt in magnã infamiã sui ordinis, aut Monasterij.Dixi,*Fortunę alienę*,vt si persona necessaria Reip. quæ sine illa non poterat benè gubernari,ob illam infamiam ad id inhabilis redditur.In his quatuor casibus nemo negabit se ipsum infamare esse peccatum mortale,quamuis ex mea sententia sit non tam propter infamationem sui,quàm propter præiudicium , quod contra ius, est rationem alteri fit,vel sibi ipsi in rebus,de quibus non habet potestatem ad liberè de illis disponendum: qualis est anima , & res necessariæ ad salutem spiritualem , vt Doctores in variis locis docent, [b] qualis etiam est vita,& amissio membri corporalis. [c] Altera autem opinio, quam nostrum corollarium continet vt procedat, quando quis infamando se ipsum, non inde sequitur notabile damnum animæ,nec vitæ propriæ , nec honoris, nec fortunæ alienæ. Quæ mihi concordia sic valde vera videtur,quámque cum eo qui contenderit ipsam nõ esse omnino conformem intentionibus,rationibũsque vtrorumque,ego non contendam,nec altercabor.

Quadragesimum quintum Corollarium.

171 QVadragesimum quintum, quod ex hoc præcedenti corollario sequitur , primo alia concordia inter dictos Doctores,super eo,quod Sotus dicit,nõ esse ex suo genere mendacium mortale falsum testimonium quod homo sibi ipsi imponit , dummodo non interueniat iuramentum falsum,& Caietanus affirmat oppositum. [d] Potest autem dici opinionem Caiet. esse tenẽdam,quando ex impositione falsi testimonij alicuius sibi ipsi, sequitur damnum notabile alienum,aut proprium, adeo vt ipse nequeat euitare, & opinionem Soti, quando tale præiudicium non interuenit.

172 Secundo sequitur , illud Sapientis, [e] (curam habe de bono nomine) nos obligare ad habendam hanc curã sub pœna peccati mortalis, in casibus, in quibus se infamare non est mortale, sed in quibus opinio Caietani [f] locum habet.

173 Sequitur tertio,quod illud Prophetę [g] (peccatũ suũ tanquã Sodoma prædicarũt) & illud Dauidis. [h] (Quid gloriaris in malitia)& illud eiusdem , [i] (Vsque quo peccatores gloriabuntur)non esse intelligenda de iis,qui tãtùm euulgant sua mala vera , vel falsa sine iusta causa, sed de iis qui publicant iactando se , & gaudendo de illis. Sequitur quarto confirmatio eius,quod supra dictum est. [k]

Quadragesimum sextum Corollarium.

174 QVadragesimum sextum,quod multi putantes se collineare,à scopo aberrant , & vt alios curent, ipsimet infirmantur.Primo,quia qui sana intentione , sed parũ prudenter denũciat iudici vt iudici peccatum alienũ,quod nullo modo probari potest,peccat, vt significat

a *In 4. concluſ.*
b *In ca.iuratus.vbi latius ſcripſimus.de probat.ca.lator de reiudic. & alibi ſæpe.*
c *Lege , non tantum.ff. de appellat.l. liber homo. ff. ad legem Aquil. ca. contingit de ſent. excom. gloſſ. ſingularis 1. pactũ. inter hæredem. ff. de pact.*
d *2. 2. q. 73. art.2.*
e *Eccleſ. 41.*
f *2.2. q. 119.*
g *Eſaiæ 3.*
h *Pſalmi 51.*
i *Pſalmi. 93.*
k *In concl. 2) n.67.*
a *Cap. ſi Sacerdos de offi. ord.*
b *In reſponſione ad inquiſit. quod exanditur in fin.lib. 3. de ſecreto. & in 4. de correct. frater.col.17.*
c *In c. qualiter.& quando 2.de accuſ. ſub fin.*
d *Matth. 18. 2 monit.de iudic. & cap. ſi peccauerit.2. q.1.*
e *In 4. de correctio frater col.17.*
f *Leuit. 5.*
g *Hoc videtur 22.q.3.*
h *De ratio. regen.memb. 7 q.2. i 1.2. qu.73. art.2.*
k *In 4.de correct.col.15.*
l *Cap.ſi peccauerit 2. q. 1.*
m *Matth.18. & c.nouit.de iudic.*
n *De rat. teg. vel deteg. memb. 2. q. 4. vers. ſed notandum.*
o *Cap. mandato de præb. lib.6.*
p *In ca. inter ceteras. de reſcrip.col. 2.*
q *Super Mat th.18.q.72.*
r *Gen. 37.*
s *2. 2. q. 33. art.7.ad.2.*
t *In 4. de cor rect.col.18.*

Quadragesimum ſeptimum Corollarium.

SVMMARIVM.

179 Murmurator est Prælatus,& visitator,capiens iuramentum à

subditis dicendi omnia delicta, quæ sciunt, non excipiendo occulta.

180 Murmuratores sunt qui interrogati reuelant delicta occulta, esto quod iurauerint dicere veritatem de omnibus, super quibus fuerint interrogati, etiam si essent occulta.

181 Murmurator est iudex qui sine infamia inquirit, neque sufficiunt indicia, contra recentiores.

182 Inquiri nequit, etiam si existant testes de visu iudiciales absque infamia, notorietate, vel accusatore.

183 Intellectus verus cuiusdam dicti S. Thomæ, qui doctum virum fecit cæspitare.

184 Inquisitio in delictis notoriis magis operatur quàm in famosis.

185 Inquirere impellit rebellio denunciati, ad alium tamen effectū quam infamia.

185 Infamia seu infamatus quando dicatur esse.

179 QVadragesimum septimum, quòd merito potest vocari murmurator Prælatus, visitator, vel reformator, qui in sua generali visitatione capit à testibus iuramentum reuelandi omnia delicta, non excipiendo secreta.

Primo, quoniam & si ipsi non infament, præbent tamen causam illis, qui non sunt ita prudentes reuelandi peccata secreta, & infamandi.

Secundo, quoniam interrogare, & præbere tale iuramentum est contra ius, vt benè declarauit Innocentius Papa III.[a] & asseuerat Magister Sotus, [b] licèt nihil pro suo dicto citauerit. Quod ego iamdiu in visitatione duorum præclarorum Monasteriorum ad praxim deduxi, etiam si contrarium sentiat Caietanus. [c]

180 Sequitur etiam murmuratores esse testes, qui generaliter interrogati per visitatores, peccant, reuelando peccata occulta, esto quod visitatores illa non exceperint, & esto quod visitatores eis præbuerint iuramentum de dicenda veritate de iis, quæ fuerint interrogati, & esto quod specialiter iurasset dicere veritatē super aliquo delicto occulto, vt benè determinauit Adria. [d] asserēdo singulariter quod nos in quadam repetitione, [e] defendimus contra doctissimum Genesium de Sepulueda, nempe quod in tali casu testes respondere possunt se nescire, sine timore mendacij, aut periurij, intelligendo intra se restrictionem iuridicam videlicet se nescire ea ratione, vt teneantur dicere. Super quo articulo copiosè multos cito in illa repetitione. Quamquam enim Prælatus, aut visitator ea non excipiat, ius tamen, [f] excipit occulta, vt qui de eis fuerint interrogati non teneantur ea reuelare.

a *Cap. qualiter 1. de accusat.*
b *De rat. teg. vel deteg. memb. 2. q. 2.*
c *Lib. 17. respons. 5. ad 1.*
d *In 4. de correct. frater. col. 48. vers. ad 3.*
e *Cap. 2. de confess.*
f *Cap. qualiter 1. de accusat. c. erubescāt. 32. d.*

Quadragesimum octauum Corollarium.

181 QVadragesimum octauum, quod murmurator est iudex, qui contra aliquem, vt eum puniat, inquirit, informationem capit, ac via inquisitionis procedit nō præcedente infamia, aut aliquo æquipollenti, quoniam tota definitio murmurationis, & detractionis ei conuenit, lædit enim vel lædere vult, seu probabili se periculo exponit, vt lædatur fama proximi contra ius prohibens procedi contra aliquem via inquisitionis, antequam sit infamatus. [g] Etenim mea sententia, vt sæpius dixi, & perspicuum est in iure (licet aliqui Prælati, seu eorum vicarij id credere nequeant) quòd esto iudex sciat esse duos, vel tres, aut quatuor testes, per quos probari valeat delictum alicuius, non tamen procedere potest est officio ad eum puniendum via inquisitionis, antequam eum aliqui accusent.

Primò, quia sic declarauit Innocentius Papa III. [h] Hæc solùm ipse declarat, verùm etiam id probat Concilium generale, [i] auctoritatibus veteris, ac noui testamenti. [k]

Secundo, quia iusta, & sancta, atque quasi naturalis est lex præcipiens neminem sine accusatore puniri, vt satis declarauit Festus, [l] sicut etiam Redemptor noster, quando dixit, [m] (Vbi sunt, mulier, qui te accusabant? Nemo te condemnauit, nec ego te condemnabo) Neque etiam sufficit quemcumque producere accusatorem, nisi

g *Cap. Deus omnipotens 2. q. 1. c. qualiter. 2. ca. inquisitionis de accusat. c. licet Hely. de simon.*
h *d. c. inquisitionis.*
i *d. ca. qualiter 2.*
k *Gen. 18. facit Gen. 4. Luc. 10.*
l *Act. 25.*
m *loco. 8.*

sit benè moratus, & probatur, vt definiunt plures textus. [a]

182 Ex his infero admodum doctum, nec minus prouidum Magistrum Sotum, [b] vna cum Caietano, [c] minus perspicacem fuisse, dicendo sufficere indicia delicti ad procedēdum contra delinquentem via inquisitionis. Inductus est ad id, quia Sanct. Thomas, [d] dicit vnum ex tribus sufficere, vt possit iuridicè interrogari reus, vt testis, & ipsi teneantur respondere super crimine, scilicet infamiam, vel iudicia, aut semiplenam probationem.

Contra suam tamen determinationem, Primo facit determinatio Innocentij Papę III. [e] quæ apertè statuit non posse iudicem inquirere contra delinquentem, licet duo, vel plures testes iurati affirment vidisse talem committere aliquod crimen, si de ipso non est infamatus ille, contra quem procedere decernitur. Quare Panormitanus communiter receptus dixit dictam Innocentij III. determinationem locum habere non solùm quando duo, vel plures testes deponunt istud extra iudicium, vel in iudicio sine tela iudiciaria, verum etiam cum deponunt de veritate delicti sub tela iudiciaria super infamia contexta.

Secundum, quod contra eorum definitionem facit, est propria eorum definitio, in qua dixerunt, [f] Non posse procedi via inquisitionis, etiam si adsint duo testes delicti de visu. Quod si dicta duorum, vel plurium testiū non sufficiunt ad inquirendum sine ipsa infamia, quomodo sufficient sine illa indicia, quæ multo minus sunt.

183 Non obstat dictum Sanct. Thomæ. Primò, quia nullum allegat textum neque rationem contra hoc necessariam, sine quibus nulli Doctori necessario credere tenemur, secundum S. Augustinum. [g]

Tum quia ipse non ait sufficere vnum ex tribus ad inquirendum, & procedendum via inquisitionis, sed quod sufficit, vt possit iudex iuridicè interrogare testem, vel reū super delicto, quæ sunt res valdè differentes, cùm possit esse reus via accusationis, & denunciationis, etiam si non sit via inquisitionis, vt iidem eruditissimi Doctores declarant. [h]

Confirmatur hæc secunda responsio, quæ est melior prima per eumdem Sotum, [i] & hoc modo intelligit illud dictum Sanct. Thomæ, dicendo illam semiplenam probationem, seu medietatem probationis delicti, satis esse vt reus, vel testis teneantur respondere ad interrogationem iudicis, non autem vt iudex via inquisitionis procedat. Videatur tamen quod infra, [k] omnibus istis addo.

184 Nec tamen sine causa addidi huic corollario (sine infamia, aut aliquo æquipollenti) quoniam si delictum est notorium poterit iudex procedere sine vllo accusatore, secundum omnes, in locis ordinariis, [l] & secundum dictum Magistrum, qui licet prima facie videatur sentire, quòd in criminibus notoriis iudex procedat via inquisitionis, & verum sit quantum ad effectum procedendi sine parte, & ex officio, non tamen ad effectum puniendi. Iudex enim tam acerbè delinquentem notorium castigare debet, quando ex officio procedit, quam occultum cum procedit ad instantiam accusatoris vt singulariter definiunt Innocentius & Panormitanus cum communi, [m] & Feli. [n] licèt communiter via inquisitionis diminuatur pœna ordinaria secundum ius canonicum, glossam & omnes, [o] esto quod non secundum ius ciuile Bartholi. [p]

185 Similiter declarandum est, quod dicit de rebellione denunciati, quæ supplet vicem accusatoris, vt procedatur via inquisitionis. Intelligi enim debet quo ad procedendum sine parte & ex officio, non autem quantum ad pœnam. Quandoquidem nec pōt imponi pœna quam meretur via accusationis, nec quam meretur via inquisitionis, sed tantùm potest compelli ad se emendandum si est Euangelica, vel ad soluendum interesse parti, si est iudici alis, vel mali propositi, si est canonica, secundum communem Doctorum. [q] Contra quam ipse ibi tenere non vult, quin ipsemet eandem teneat alibi, [r] valde bene declaratā. Quod si interrogaueris quādo dicatur aliquis esse infamatus de aliquo delicto? Responder doctissimus

a *Ca. 1. ca. fi. P. c. cū oporteat de accusat. c. multi 1. q. 1. c. qui carmen 6. q. 1.*
b *De rat. teg. memb. 2. qu. 6. versic. At vero. & clarius Paulo post vers. Tertium dubium.*
c *2. 2. q. 69. art. 2.*
d *2. 2. q. 69. art. 2.*
e *Cap. inquisitionis §. 1.*
f *De rat. tegen. memb. 2. q. 6. pag. 3. ver. His præhabitis. & laiet. d. art. 2.*
g *Ca. Noli c. ego 9. d.*
h *Ibidem. sci licet mē. 2. in princip. pag. 3. & in d. artic. 2.*
i *Memb. 2. q. 6. pag. 8. versic. Quod si quis.*
k *In Coroll. 63.*
l *Cap. euidentia. de accusat.*
m *D.c. quali ter. 2. vbi Panor. n. 20.*
n *In §. licet col. 4. eiusd. cap.*
o *In d. ca. inquisitionis.*
p *In l. infamē ff. de public. iudic.*
q *Cap. nouit de iudic. ca. si peccauerit 2. q. 1.*
r *Memb. 2. q. 1. in tribus primis pag.*

Doctor, [a] quod quando mala opinio, ac fama sparsa est per maiorem partem vicinæ, vel collegij seu vniuersitatis in qua quis moratur. Non enim ita respondet glossa finalis, [b] neque Bartholus, [c] quem ipse pro se citat, neque alij Doctores ita respōdent. Quin Bartholus ait non esse necesse vt existat infamia respectu alicuius loci sufficit enim communis opinio illorum, ad quos spectat illud scire, vt probant leges, quas ipse citat, [d]

a *De rat. teg. memb. 2. q. 6.*
b *Cap. inquisitionis de accusat.*
c *Leg. de minore. §. plurimum n. 10. ff. de quæst.*
d *d. l. filius §. secundum vulgarem. ff. de legat. 1. l. in: rationē. § quod vulgo. ff. ad legem Falci. l. vulgaris. ff. de furt. trāsla. in cap. vulgaris de pœnit. d. 1.*

Quadragesimum nonum Corollarium.

SVMMARIVM.

186 Murmurator est iudex, qui interrogat confessum de suo delicto de suis complicibus occultis, ac etiam confessus, qui illos reuelat.

187 Murmuratorem iudex inquirens super delicto notorio contra delinquentes occultos, secundum aliquos, contra quos defenditur communis ob consuetudinem.

188 Obligati sunt reus, & testis ad reuelandam veritatem iudicij iuridicè interrogati.

189 Consuetudo tantùm potest quantum lex humana, etiam ad limitandas leges naturales, & ad introducendum casum inquisitionis.

189 Lex, vt iudex non procedat sine accusatore, humana est & non diuina supernaturalis, nec propriè naturalis.

189 Inquisitionis via vt in omnibus delictis procedatur statui potest per statuta particularia ciuitatum.

186 QVadragesimum nonum, quod murmurator est iudex, qui interrogat reum post eius delictum confessum, quinam fuerint ei socij in ipso, si ad huc sint occulti. Primo, quia licet fortè non lædat, nec lædere velit famam proximi, dat tamen ad id magnam causam, ac constituit se in periculo lædendi. Tum, quia facit contra iura, [e] quæ statuunt eum, qui suum delictum confitetur, non esse interrogandum de suis locis. Tum quia non potest inquiri contra non infamatum de delicto, vt dictum est in corollario præcedenti. Murmurator quoque dicetur reus, confessus suum delictum, qui reuelat suos complices occultos, per proximè citata. Quoniam lædit, vel vult lædere famam proximi, contra iura statuentia confessis de se ipsis, non esse credendum contra suos socios, & consequenter, ne sint reuelatores illorum. Multi tamen casus sunt, in quibus confessi suum crimen possunt interrogari, de iis, qui eis auxiliati fuerint ad delinquendum, in quibus tenentur eos reuelare, de quo loquemur infra, [f] & in sequenti dicemus, si hoc sit limitandum, & quomodo.

e *Cap. 1. de confess. c. veniens. de testib. ca nemini. 5. quæst. 3. l. fin. ca. de accusat. l. petitia. ff. de quæst.*
f *In coroll. 52.*

Quinquagesimum Corollarium.

187 QVinquagesimum, quod ob eandem rationem potest appellari murmurator, inquirens super delinquente occulto, esto quod delictum sit notorium? & pariter testis, qui in tali casu reuelat delinquentem, vt asserit Cardinalis Caietanus, [g] & post eum Magister Sotus, [h] & quamquam ipsi non cirent contra se plures quā Sanct. Thomas, quem aiunt dum esset iunior, respondisse contrarium. Idem tamen ante ipsum asserit. Iunior enim III l. communiter receptus, [i] quem Panormitanus, [k] & Imolensis sequitur, & gloss. singularis huius libri, [l] id sensit, ac etiam Bart. aptiùs [m] per Alexandrum, & plerósque iuris peritorum approbatus. Pro qua communi opinione faciunt omnes leges, [n] & Canones, [o] qui statuunt iudices posse, ac debere procedere super delictis notoriis non seruato ordine iuris, facit etiam in particulari, quod Gregorius Papa, [p] procesit contra quemdam, qui publicauerat libellum famosum, remanente auctore secreto, & id prima facie, non ob aliam rationem, nisi quia licet delinquens esset occultus, delictum tamē fuit nocturnum. Pro opinione tamen Caietani, [q] facit quod Sanct. Thomas sentit, non sufficere, vt quis teneatur respondere veritatē super suo proprio delicto, ac crimine, quod de ipso fertur nisi adsint indicia, vel semiplena probatio, quod ipse id fecerit. Secundo, quòd textus, qui statuūt, & probant debere præcedere infamiam ad inquirendum, sentiunt eam esse debere non solùm de delicto, sed etiam de delinquēte. In vno enim c. dicitur (famā ipsius videlicet delinquētis, ac in d. c. *Inquisitionis*, neminē, nisi sit infamatus, puniendum via inquisitionis, & in cap. *qualiter*, [a] (Si quisque fuerit infamatus) & [b] legitur (clamor Sodomorum.) Tertio facit pro Caietano quod occultum non subditur iudicio publico, [c] quotidie contingit incendium, cæsionem, & damnum esse notoria, & eorum auctorem esse occultissimum.

188 Quarto fundatur Sotus, in eo, quod ex contraria opinione sequeretur, quod si inquirendo de illo delicto notorio, casu interrogarent ipsummet eius auctorem, ipse teneretur illud detegere. Semper enim cum iudex iuridicè interrogat testem, vel reum, ipsi tenentur dicere veritatē, at aliquanto inferiùs dicetur. Quintò pro hac opinione facit illud corollarij præcedentis, nempe, quod super delicto confesso non potest inquiri contra complices confitentis, si sunt occulti. Quānam igitur harū opinionum in materia tam quotidiana eligemus? Pluries tenui illam Caietani, etiam antequam illam vidissem roboratam per Magistrum Sotum, nunc vero melior mihi videtur communis, quoniam post supradicta nullū video textum contra hoc expressum & video necessitatem, quæ exrat, vt deregantur delinquentes in delictis notoriis, & puniantur. [d] Video etiam hanc obseruari toto orbe terrarum, vt dicit Innocentius III. [e]

189 Et super omnia video, legem præcipientem, vt iudex non procedat super delicto sine parte accusante, vel sine infamia, quæ suppleat vices accusatoris, esse legem humanam, non autem diuinam supernaturalem, nec propriè naturalem, saltem talem, quæ limitari nequeat per humanam ex aliquibus iustis causis, vt radicitus probat Sotus. At quod facere potest humana lex, potest etiā cōsuetudo, [f] etiam quoad effectum limitandi huiusmodi leges, velut singulariter significat Vlpianus, [g] ab omnibus multū laudatus, vt videre est apud Fel. [h] & Dec. iqui dicūt quod cōsuetudo potest introducere, vt in aliquo casu alicui contra suam voluntatem sua eripiantur. Postquam autem vt Innocentius, omnésque alij testantur in vniuerso orbe esse cōsuetudo inquirendi super delicto notorio, ac delinquēte occulto, sequitur quod licet nulla lex istud expressè permittat, consuetudo tamen sit seruanda. Hoc in isto eodem casu esse iustum sensit idem Cardinalis Caietanus, [k] facit ad hoc, quod per statuta particularia ciuitatum statui potest, vt in omnibus delictis procedatur via inquisitionis, iuxta Bartholum communiter receptū, [l] quem post alios Amadeus, [m] sequitur. Certum autem est consuetudinem tantùm, ac magis posse quàm statutum. [n] Ex his nouis rationibus potest colligi noua concordia inter istas duas opiniones, communen videlicet procedere per consuetudinem, & illam Caietani per ius scriptum. Nō obstant fundamenta Caietani & Soti huic cōcordiæ magis quàm aliis casibus, in quibus ius permittit procedere, ac inquirere sine accusatore. De quibus sunt multi, velut ipsimet post multos alios cōfitentur Caiet. [o] & Sotus, [p] Intelligo tamen conclusionem communem corollarij prout eam declarat Innocētius, nempe non esse interrogandos testes si talis, vel talis perpetrauit delictū illud notorium, nisi sciatur quis ipsum perpetrauerit, quāquā Caietanus, [q] & Sot. [r] negent istud adhuc posse fieri.

a *De rat. teg. memb. 2. q. 6.*
b *Cap. inquisitionis de accusat.*
c *Leg. de minore. §. plurimum n. 10. ff. de quæst.*
d *d. l. filius §. secundum vulgarem. ff. de legat. 1. l. in: rationē. § quod vulgo. ff. ad legem Falci. l. vulgaris. ff. de furt. trāsla. in cap. vulgaris de pœnit. d. 1.*
e *Cap. 1. de confess. c. veniens. de testib. ca nemini. 5. quæst. 3. l. fin. ca. de accusat. l. petitia. ff. de quæst.*
f *In coroll. 52.*
g *1. 2. q. 69. art. 2.*
h *De rat. teg. memb. 2. q. 6. pag. 1.*
i *In ca. bone de electā. ver. testes*
k *Ibi col. 4.*
l *In c. quidā. 5. q. 1.*
m *In l 2. §. si publico. n. 7. ad l. Iuli. de adult. & in l. fin. ff. de qu.*
n *Leg. ea quidem c. de accusat.*
o *Bona de elect. c. euidētia de accusat. c. ad nostram 3. de iur. iurā. p. d. c. quidā 5. q. 1.*
q *2. 2. q. 69. art. 1.*

Quinquagesimum primum Corollarium.

SVMMARIVM.

190 Infamatus de vno delicto, non potest propterea interrogari de alio occulto, in quo Prælati Religiosorum peccant.

191 Consuetudo potest introducere casum interrogandi confessū de suis simplicibus.

191 Consuetudo non probatur per dictum Doctoris, etiam si sit illustris.

a *1. de accusat.*
b *Gen. 18.*
c *Cap. si omnia. 6. q. 1. ea erubescant. 32. d.*
d *Cap. Romana. §. notoria de cens. lib. 6. c. cū sit. §. fin. de appellat. ca. vestra de cohabit. cleri l. ea quidem C. de accusa. e In ca. bonæ de electā. ver. testes.*
f *Leg. de quibus. ff. de legi. c. fin. de consuet.*
g *In l. venditor. §. si cōsta. ff. communia prad.*
h *In cap. cum ommes. col. 1. de constit.*
i *In capitul. quæ in ecclesiarum col. 7. de constit.*
k *Tom. 2. lib. 17. respons respons. 5. vers. in secundo.*
l *In l. 2. §. si publico. ff. ad l. Iulia. de adulter. n. 11.*
m *In libell. de symodo.*
n *Ca. fin. de consuet. l. de quibus. ff. de legib. ca. 1. de constit. li. 6.*
o *Intelligo 2. 2. q. 69. ar. 2. & d. respons.*
p *Vbi supra memb. 2. q. 6. pag. 13. q. 2. 2. q. 69. art. 2.*
r *Vbi supra memb. 2. q. 6. pag. 19.*

191 Confessor iudicum,& carceratorum pro delictis sit doctus.
192 Murmuratores quando sint Prælati præcipientes reuelare delinquentes occultos.
192 Murmurat qui reuelat per generalem monitionem delinquentes,qui restituit.
193 Præceptum reuelandi delinquentem intelligitur salua correctione fraterna.
194 Præceptum reuelandi delicta, & capiendi iuramentum ea reuelandi differunt.
195 Murmurator est quiuis,qui,quando,vel quomodo non debet cõtra ius vult scire delinquentes,vel delicta occulta.
196 Murmuratio est mentalis,verbalis,& realis.
197 Murmuratores sunt qui vinctum dum eum capiunt,interrogãt cum iuramento.
198 Murmurator maiorem,qui facit reuelare peccatum occultum, quã qui reuelat,& maior si ad id compellit, & maior adhuc si est superior.
198 Iudex non potest punire delicta, quæ iniustè detegit, saltem ob grauem timorem.
199 Reus neque testis non tenetur respondere super crimine præiudiciali,vsque quo videat se iustè interrogari.
200 Mandatum superioris in dubio pro iusto est tenẽdum,nisi quando grauè præiudicium continet.
201 Obediri non debet superiori cum dubitatur si benè præcipiat rem præiudicialem,quod extenditur,& limitatur.
202 Dubitando an benè, vel malè agat, aliquid facere, semper est peccatum.
203 Intellectus cap. Quid culpatur.23.q.1.

190 QVinquagesimum primum corollariũ, quod ex his tribus corollariis proximis infertur,Primò posse appellari murmuratoem iudicem, vel Prælatum, qui aliquem, proptera quod sit diffamatus de quodam delicto,& posit super illo iuridicè interrogari, interrogat super alio,de quo non est infamatus,vt sentit S. Thomas ponderatus per Caietanum,[a] & pulchre Adrianus,[b] in quo errari multoties per Prælatos Religiosorum testatur Caietanus. [c] Ratio est,quia contra ius præbent occasionem diffamandi proximum, licèt sine iusta ratione tenuerit contrarium resolutus Paludanus,[d] receptus per Syluestrum & alios,contra id,quod duo textus satis clarè significant,[e] verum est quod eius dictum poterat sustineri,cum vnum delictum foret circumstantia illius, de quo est infamia,iuxta Caietanum d.resp.5. vel illi tam connexum, vt alterius infamiam in ipsum redunderet, vt infamia,quod occideris hominem, cuius cadauer inuentum est spoliatum,redundat in id,quod ipsum etiam spoliasti, secundum Sotum. [f]

Infertur secũdo,quòd in terris,& casibus,in quibus existit lex,vel consuetudo particularis,vt confessi de suis delictis interrogentur de suis complicibus,si eos iudices interrogauerint,tenẽtur eos reuelare, quæ est limitatio valde notabilis corollar.49.quam ibi polliciti sumus. Infertur tertio, quod qui contenderit super delicto notorio posse procedi per viam inquisitionis, & super delicto cõfesso posse interrogari de complicibus,in quibus non est id iure expressum,tenetur probare statutum, vel consuetudinem specialem, vel generalem, nisi existant saltem notoria. Quoniam, licet primum testetur Innocentius IIII. qui fuit Illustris Doctor, non tamen de illo fidem facit suum dictum,secundum communem contra Bartholum,[g] vbi eius postilla citat, quamplurimos cõtra ipsum. Quod etiam Iason, [h] facit latè reprobans eum. Infertur quarto quod sæpius dixi, nempe confessarios carceratorum pro delictis, & suorum iudicum debere esse admodum doctos,ac prudentes.

Vinctus enim sub pœna peccati mortalis tenetur aliquando reuelare suum delictum, non interrogatus, velut quando ipsum reuelando, nequit seruari fama, vel vita innocentis, secundum Adrianum. [i] Aliquando non nisi interrogetur, & interrogatus sic, & aliquando non, etiam interrogatus, ac quoties tenetur reuelare peccatum proprium vel alienum, & non reuelat, peccat ex inobedientia: contra verò quoties non debet reuelare, & reuelat peccat ex murmuratione. Iudices pariter, qui interrogant, cùm non debent, vinctum de proprio delicto, vel alieno peccant: & aliquando interrogando, & iubendo, vt respondeat cùm non possint præcipere, etiam si interrogare possint: ac præterea eum non interrogant, quem debent,vt colligitur ex aliquibus corollariis præcedentibus ac sequentibus.

a 2.2.qu.70. art.1.
b Quodlibet. 11.q.1. lit.I.
c 2.2.q.69. artic.1.& 2. Tom.lib.17. respons. respons.5.
d In 4.d.19. q.4.sub fin.
e Cap. cũ oporteat.c.inquisitionis de accus.
f Vbi supra q.6.pag.11.
g In l. de qui bus.ff.de legibus.q.4.principali.
h Ibid. col. pen.
i Quodlib.11. qu.1.FF.

Quinquagesimum secundum Corollarium.

191 QVinquagesimum secundum,quod murmuratores,ac causa murmurationis possunt dici Prouisores, & Vicarij, qui generaliter mandant omnibus suis subditis, vt qui viderunt, vel audierunt dicere quis tale furtũ,vel tale delictũ fecerint, intra tot dies id reuelent. In eo enim præbent causam diffamandi,& faciunt contra ius,vt definit dictus Magister Sotus. [a]

192 Dicit autem nõ teneri subditos reuelare delinquẽtem occultum,vt eum puniant, sed vt damnum quod dedit restituat, quod restitui potest non deregendo delinquentem. Ac propterea id mandantes magnam causam, præbent, vt huiusmodi delinquentes occulti sine necessitate propalentur. In cuius fauorem addo ego, quod superius [b] diximus, peccare visitatores,qui præbent iuramentum,vt eis aperiantur omnia delicta,non excipiẽdo occulta.

193 Hæc tamẽ opinio videtur mihi magis continere cõsilium quam præceptum. Talia siquidem præcepta intelligenda sunt salua correctione fraterna, secundum S. Thomam communiter receptum, [c] videlicet, quod si qui furatus est,vel damnificauit monitus secretè, satisfecerit,pro vt corã Deo debet, in sua conscientia, non erit qui sciuerit obligatus id reuelare. Tum,quoniam vniuersalis eorum consuetudo seruat contrarium.

Tum quia Caietanus,[d] dixit non peccare iudicem interrogando confessum de suo delicto,de complicibus generaliter,quando eiusmodi sunt, vt de aliquibus interrogari possit, & de aliis minimè, si eius intentio non est interrogandi nisi de illis, de quibus iure potest, & debet.

Neque ergo prouisor peccat iubendo sibi reuelari delinquentes,si intelligit de illis tantùm,qui debẽt, & quomodo de iure reuelari.

Nec obstat fundamentum Soti, quia solùm probat nõ teneri subditos reuelare delinquentem propter tales literas monitorias,cum damnum restituitur;ex quo non sequitur esse præfatas literas iniustas, nisi in illis adderetur, vt siue sit facta restituio, siue non, reuelentur, vt sentit Sanct. Thomas, [e] neque tales literas præbent causam infamandi aliquem contra ius,cum intelligantur salua correctione fraterna.

194 Ad secundum, quod ego addebam, dico aliud esse visitatorem præbere iuramentum generale non excipiẽdo delicta occulta, contra id quod statuit Innocentius III. [f] & aliud esse concedere istas literas, quas per nullũ textum iuris præcipitur dari limitatas, quemadmodum limitandas esse asserit Sotus, quamquam fateor melius fore in ipsis declarari, quod supradicto modo intelligebantur.

a Vbi supra q.6.pag.fin.
b In Coroll. 49.
c 2.2.q.33. art.1.ad 5.
d Lib.17. respons.resp. 5.ad 1.
e Dicto ar.7. ad 5.
f Cap.qualiter.1. de accusat.

Quinquagesimum tertium Corollarium.

195 QVinquagesimum tertium, quod murmurator est omnis Prælatus,iudex,visitator, vel quæuis alia persona priuata,quæ quando, quomodo, vel cur non debet, procurat, vel vult scire contra ius peccata occulta alicuius,vel quis sit qui perpetrauit publicum,procurando lædere,vel lædendo, seu periculo exponendo famam proximi,vt lædatur.

196 Ex quo infertur primo inueniri murmurationem mentalem,verbalem,& realem.Mentalis est murmuratio voluntatis tantùm verbalis verborum,realis operum.

197 Infertur secundo esse murmuratores mille Prælatos,vicarios,ac visitatores,qui capiẽdo aliquid ob quamlibet

libet causam statim eum iurare compellunt se dicturum veritatem super omnibus, de quibus fuerit interrogatus, & interrogant eum in particulari de toto casu, ob quem captus est,& qualibet eius parte.

198 Tum quia magis peccat faciens aliquem reuelare peccatum occultum alienum, quam idemmet, qui reuelat,vt superius probatum est,eum qui audit murmurationem eius causa existens, magis peccare quam ipsummet murmuratorem. [a] Tum quia magis peccat compellens reuelare peccatum secretum, quàm qui sine compulsione ipsum reuelare facit, ac magis Prælatus, & superiores, quàm alius priuatus, vt ad alium propositum asserit Sotus: [b] & posset probari per multos textus,glossam,Barthol um & Communem. [c] Et præterea illud ipse dicit,iudicem non posse punire delicta,quę iniustè detegit,& saltem ob grauem timorem.

199 Tum, quia vt doctissimè determinat Caietanus [d] antequam reus, & ipse etiam testis teneantur respondere iudici in crimine, oportet eos scire quòd iudex iustè interrogat, nempe delictum iam esse semiplenè probatum, vel existere infamiam, seu indicia, quæ æquipolleant semiplenæ probationi. Cuius ratio per Sotum approbata est,quòd vt nemo teneatur implere legem,antequam promulgetur, ac publicetur iuxta Authenticam [e] ita nemo tenebitur implere quod iubetur, priusquam sciat mandatum esse iustum.

200 Contra quam rationem, & conclusionem, quam ipsa præsupponit,facit primò, quòd hæc cõparatio legis, & precepti magis facit contra illos,quàm pro illis. Vt autem lex nos obliget,sufficit quod sit publicata, esto quod nobis non constet, esse iustam, modo nobis non constet esse iniustam, vt affirmat S. Augustinus citatus per Gratianum, & consequenter si in hoc casu lex & præceptum iudicis, vel Prælati æquantur, vt magni illi magistri dicunt, tenebimur implere præcepta iudicum, licet nobis non constet esse iusta,modo nobis non constet esse iniusta. Tum quia præcepta superiorum debemus cogitare esse iusta, quousque iniustitia nobis constet, vt dixit S. Augustinus adductus per Gratianum vbi supra [f] & multæ glossæ receptæ per Doctores,qui super ipsis scribunt. [g] Tertio, quia Paludanus [h] in hac eadem materia determinauit,quod dubitans de iure, vel de facto,an iudex bene, vel male interroget,debet credere ipsum bene interrogare,& illi est obediendum.

201 Ad primum horum argumentorum ego dicerem, quod concludit contra suam rationem dictæ conclusionis, & quòd pro ea melius facit altera opinio,eiusdem Soti, quam antea tenuit Adrianus, [i] quam ipse ad hoc non citat, quod licet communiter ad præcepta superiorum, de quorum iustitia dubitamus, obediendum sit, hoc tamen fallit,quando obedientia potest sequi aliquod magnum periculum reipublicæ, proximi, vel proprium. Tum enim eligere debemus partem minus periculosam. Exemplum huius singulare est quod tractauimus iam à multis annis Salmanticę, [k] Iudex inquirit,& indagat si talis occidit talem,vel si furatus sit talem, vel talem rem,& incidit in me qui dubito, an habeat infamiam sufficientem probatam ad inquirendum, & non notificata mihi infamia, interrogat me quid de illa re sciam. Si respondeam id quod scio,infamabo,vel occidere faciam me, aut meum proximum, ob inquisitionem factam fortasse contra ius. Si autem id non dicam, non sequitur tale periculum,& tunc id tacere,& non reuelare debeo.

Ob hanc rationem remanet solutum secundum argumentum,& auctoritas Paludani declarata. Hanc conclusionem singulariter extendit Sotus [l] vt procedat non solùm, quando interrogatus dubitat, si iudex vt debet procedat nec ne, hoc est non inclinet magis ad vnam quam ad alteram partem, iuxta glossam [m] & rubricam, [n] vt declarauí alibi. [o] Sed adhuc cum multo magis putat quod sic,quàm quod non,si tamen non credit quod sic.

202 Ad soluenda tamen multa argumenta valde fortia, quæ contra hoc fieri possunt, limito istam conclusionem: vt procedat, quando interrogatus intra se statuit in illa dubitatione se non teneri respondere quod scit. Ego autem semper fui in sententia Adriani, [a] videlicet eos, qui aliquid faciunt dubitando,an in eo peccant mortaliter,nec ne antequam dubium à se reiiciant, saltem quoad illum effectum mortaliter peccare: vt magis à fundamentis quam alius ante me, ni fallor, tractaui ac resolui in pœnitijs [b] merito recedendo in aliquibus ab Adriano: limitat etiam hanc conclusionem Sotus, vt non procedat quando delictum super quo inquiritur, esset directè perniciosum Reipublicæ, vt est illud læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ. Tunc enim licet adesset aliqua ratio dubitandi, an iudex posit interrogare,an non, non obstante illa dubitatione,esset respondendum, vt prouideatur potius periculo communi,ac publico, quàm particulari, ac priuato. [c] Quæ limitatio forte non procedit in delicto iam præterito, de quo scitur habere veram pœnitudinem, & recessionem,ac sufficientem restitutionem, per ea, quæ infra dicentur.

Limitanda adhuc est hæc conclusio mea sententia, vt procedat in mandatis extraiudicialibus, vel iudicialibus, quæ fiunt sine causæ cognitione,non autem in alijs, permultos textus [d] ac rationes, determinationésque doctorum,quæ simul colligi facilè possent ad probandum præsumi sententiam iudicis esse iustam,vt ait Felinus,& relati per eum, [e] non tantùm postquam transit in rem iudicatam, sed etiam intra decem dies, qui dantur ad appellandum,iuxta communem, ac etiam postquam fuit appellatum iuxta illos,qui melius loquuntur.

203 Limitanda etiam est quartò, vt non procedat,cùm non implendo mandatum dubium extraiudiciale, posset sequi magnum damnum Reipublicæ, ad quod iussus magis tenetur, licet etiam ex impletione posset sequi alterius Reipublicæ destructio. Pro hac quarta limitatione facit secundo, & probatur singulariter in quodam textu S. Augustini valde celebrato, [f] vbi dicit subditos teneri parere Regi præcipienti illos bellare, etiam si dubitent de iustitia belli, & præcepti. Cetrúmque est ipsum loqui de mandato extraiudiciali, ac tali, vt ex eius impletione possit sequi magnum præiudicium, non tamen particularibus,sed etiam Rebus publicis. Debent tamen impleri, quoniã ex opposito posset sequi magnum damnũ Reipubli. cui quisque magis consulere tenetur quàm alteri, qui est non minus elegans quam nouus modus intelligendi illum textum. Addo omnibus his primo,quod licet suprà dicta conclusio Adriani,& Soti,super qua fundatur ratio probationis huius Corollarij, vera non esset, non tamen propterea desineret verum esse nostrum Corollarium. Esto enim quod subditus semper teneretur implere mandata superioris, quando de eius iustitia est dubium, & esto, quod in casu huius illationis subditus teneretur respondere ad interrogata, non propterea tamẽ sequeretur iudicem non malefacere in interrogando, perinde ac in eodem casu præfati S. Augustini, præceptum bellandi factum per Regem suis subditis potest quidem esse iniustum, quamuis illud implere teneantur.

a Quodlib.2. q.1 pag.24.
b Cap.si quis autem.2. de pœnit.d.7.n. 114.
c Cap. Licet de regula.ca. scu.7.q.1.§. licet Auth. de restitu. & ea quæ parit. col.5.
d Vt c.in præsentia. de renunc. l. iustè ff de acquir. posse ff l.2. C.de essic. civil.iud.
e Cap. quoniam nu. 12. & sequ. de probat.
f Cap. quid culpatur 23. q.1.

a Leg.meminerit.C. unde vi.ca præcipiũt.11.q.3. c.paratus.23. q.1.
b Vbi supra. memb.3 q.1.
c In l. moritus.ff de que.
d 2.2.q.69. art.2.
e Vt facta noua constit. §.1.col.5.32. q.4.ca.dixit sacra. & ca. proposuisti 82.d.ita.
f d. cap.quid culpatur.23. q.1.
g Cap.2.ea. dilecta. de maior.ca.ad aures. de tẽpor.ordin.ca. ex tenore de sent. excom. c.grandi. de suppl. negl. prælat.lib. 6.
h In 4.d.19. q.4.col.3.
i Quodlib.2. pag.23.
k In ca.nouit de iudic.
l De rat.teg. memb.3 q.2. conclus.3.
m Leg. de statu ff.de testa. n ff de iur. & fact.ignoran.
o In ca siquis autem.2. de pœ.di.7.n.10.

210 *Auxiliari vt delinquens fugiat, falteꝫ ſine vi alicuius etiam antequam capiatur, non eſt peccatum illi quem neque eius officium, neque vox Regis, neque mandatum ſuperioris, nec natura delicti obligat, & exiſtimat eum emendandum.*

211 *Murmurator non eſt reuelans peccata ad minuendam ſuæ bonæ famæ amplitudinem, cum ob ſpiritualem vitam eam lædit.*

211 *Famam propriam perdat qui abſtulit alienam.*

211 *Crates Thebanus multum aurum profudit ad comparandas ſibi virtutes.*

212 *Murmurator non eſt qui reuelat ſua peccata ob ſuam conſolationem, ſeu conſilium, & ad liberandum amicum à falſa infamia, ac etiam vera. Quod limitatur.*

204 QVinquageſimum quartum origo multorum aliorum eſt, non exiſtere videlicet murmuratorem eum, qui iuſtis de cauſis, ſecundum ius propalat ſua peccata propria, vel aliena, dummodo intentio bona ſit. Primo, quia non poteſt eſſe murmuratio nec detractio, niſi lædatur, vel lædi intendatur fama aut gloria contra ius, vt apparet ex definitione ipſius poſita ac declarata ſuperius in hac eadem concluſione. [a] Qui autem iuſta de cauſa ſecundum ius propria, vel aliena mala publicat, non lædit, nec vult lædere famam nec gloriam contra ius, ergo non eſt murmurator. Secundo quia multi doctiſsimi, nec minus Sancti viti hoc fecerunt, etiam in peccatis carnis, quæ vt ex ſe ſunt minoris culpæ, ita ſunt nihilominus maioris infamiæ, quam cætera, iuxta S. Gregorium ac S. Thomam [b] ac excuſantur, quia id fecerunt quibuſdam iuſtis de cauſis conformibus iuri diuino, & humano. De quorum numero ſunt S. Auguſtinus, [c] & S. Hieronymus ſecundum multos in Epiſtola. (Quod ad te hucuſque) [d] (Non debet) [e] & Anſelmus. [f] In vita quoque S. Ambroſij relata ab Antonio [g] dicitur, ipſum procuraſſe, vt intrarent in eius domum mulieres impudicæ, vt eum pro improbo homines haberent, nec reciperent pro Epiſcopo, vt ſuperius [h] ad aliud propoſitum dictum eſt.

205 Tertio, quia opus magnæ virtutis, ac pœnitentiæ eſt, vt homicida occultus fateatur, vel reuelet ſuum peccatum iudicibus terrenis, vt patiendo tantum mali quantum meruit diuinæ iuſtitiæ. Satisfaciat, ſuæque conſcientiæ, vt ſingulariter definiuit ille perſpicacis acuminis, multumque laudatus Scotus [i] qui tamen non declarat an ipſe homicida ad id teneatur, vel alius: tamen Magiſter Sotus [k] aſſerit ipſum homicidam non teneri.

206 Mihi tamen videtur Scotum ſentire contrarium, quoniam vtitur verbo illo (debet) quod propriè ſumptum ſignificat debitum neceſſarium, vt Innocentius III. ſenſit [l] ibi (Poteſt, immo debet) & aliæ multæ gloſſæ aſſeruerunt, quamuis allegetur pro ſingulari gloſſa Clementinæ. [m] Et quamquam non eſt credendum virum doctiſſimum id ſenſiſſe de quouis homicida, poteſt tamen verificari in eo, qui per coniecturas probabiles ſibi perſuaderet, quouſque videret ſe traditumiri iuſtitiæ temporali, & confeſſum eſſe ſuum delictum, & mortem oculis cerneret, ſe numquam pœnitentiam acturum, vt debet ſui delicti, quin ei videretur, quod alio modo moriendo, cum gaudio de vindicta quam interficiendo cæpit ex hac vita diſcederet, vel de duelli priuat, in quo ipſe alterum interficiendo ſuperauit.

207 Nemo tamen putet me velle dicere peccata non remitti quoad Deum, & conſcientiam, ob ſolam veram pœnitentiam, non ſuſtinendo, nec ſoluendo, neque volendo ſuſtinere, nec ſoluere antequam condemnetur, pœnam temporalem illis debitam. Hoc enim apud me falſum eſt, & communiter reprobatum per quamdam gloſſam ſingularem [n] aliáſque multas rationes, quas ſatis collegi alibi [o] ſuſtinendo communem contra Decium, cum etiam ſuſtinuerim contra communem noſtrorum canoniſtarum & communem theologorum, nempe gloſſam illam habere locum etiam in pœnis, quæ ipſo iure incurruntur, abſque alia ſententia, ob ipſummet factum, iuxta declarationem Caietani [p] hoc tamen cupio ab omnibus intelligi poſſibile eſſe, vt Deus ob ſua occulta iudicia, & ob ingratitudinem, qua quis eius inſpirationes non acceptauit, deſiſtat illi dare ſufficiens auxilium ad pœnitendum, ſine illo motiuo mortis tam certè expectatæ, per id, quod ſuperius [a] ad aliud propoſitum dixi. Timeo hoc, nec ſine cauſa de quodam homine, cui procul hinc occurri, & mihi communicauit quoddam peccatum, in quo ita erat irretitus, & eius animus adeo mancipatus vt exiſtimauerim eum numquam ab illo receſſurum, quouſque pœna ipſi ſuam iniquitatem indicaret. Timeo, etiam adhuc eſſe aliquos hæreticos huius conditionis, qui quamuis aliqua ex parte reſipiſcere cupiant, numquam tamen omnino volent à ſuis erroribus recedere, niſi pœna, & infamia eis ad id impulerit.

208 Ex hoc infero primum, quod eſt ſuperius [b] dictum nempe quod, licet ſe ipſum infamare non ſit communiter culpa mortifera, ſit tamen talis quando ob id incurritur periculum amittendi vitam, vel membrum aliquod, intelligi debet, quando ſine iuſta cauſa, & ratione quis ſe infamat. Quoniam vt [c] tractabamus de eo, qui temerè ſe diffamat, ſic diſputamus in hoc de eo, qui iuſta cum cauſa ſe vituperat.

209 Ex hoc, & ex ea conſideratione quod ſanctus caritatis amor nos non inuitat ad cupiendam vitam, & ſalutem corporis alterius, vel noſtri, cum cernimus propter eas animæ ſalutem impediri, vt Gregorius, [d] & S. Thomas aſſerunt [e] & cum animaduertam eſſe caſus, inquibus Chriſtianus ſub pœna peccati mortiferi tenetur accuſare alium coram iudice, vt S. Thomas ſcribit. [f] Infertur ſecùdum, me non male egiſſe, cum non auſus fui annuere non multis ab hinc annis cuidam nobili eccleſiaſtico, eum benefacturum tradendo equos, & viaticum cuidam perdito homini qui, quæ horrendum, ac pauendum crimen perpetraturat: quoniam mihi videbatur, eum nec de illo, nec de alijs multis, ac turpibus quæ eum patraſſe ferebant, æque bene acturum pœnitentiam, ſi tenebris carceris ei non acueretur viſus animæ, & angueſtijs, ac clauſura eius, cor ipſi non dilaterentur.

210 Quamquam me non lateret etiam poſſe quem regulariter ſine peccato iuuare malefactorem, vt fugiat, & liberetur à miniſtris iuſtitiæ ſaltem ſine violentia alterius, antequam capiatur, vt ſentit S. Thomas, [g] & amplius declarauit Caietanus. [h] Quando id ſaltem ei non prohibetur per ſuum officium, nec per vocem, ſeu mandatum Regis, aut alterius ſuperioris, nec ex natura delicti, neque alia de cauſa particulari, & reus eius iudicio pœnitebit peccati ſine carcere, & pœna corporali.

Quinquageſimum quintum Corollarium.

211 QVinquageſimum quintum, non eſſe murmurationem culpabilem, immo opus virtutis, ſi quis quem parefaciat aliquod ſuum peccatum, vt diminuat ſuam magnam famam, cum videt eius magnitudinem ſibi officere ad vitam ſpiritualem, quandoquidem iuſta de cauſa deregit ſuam culpam ſecundum Magiſtrum Sotum. [i] Pro quo licet ipſe nihil citet, poteſt induci illud Euangelij. [k] (Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum &c.) hoc eſt omitte videre, & quòd S. Hieronymus narrat illud de Crate Thebano doctiſsimo Philoſopho. [l] (Qui cum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit, neque putauit ſe poſſe, & virtutes, & diuitias ſimul poſſidere.) Facit tertio, quod non tantùm iuſtè poteſt, ſed etiam debet quis ſe ipſum infamare vt reſtituat alteri famam, quam ei abſtulit, vt ſentit S. Gregorius [m] ac S. Thomas [n] cum omnibus affirmat.

212 Facit quarto, quod iuſtè, & ſine peccato poteſt quis deregere ſuum peccatum, vt conſolationem ſeu conſilium capiat ab amico, & adhuc ad liberandum ſuum amicum à falſa infamia, vt ſi pro peccato à me perpetrato tu fuiſſes accuſatus, vt te liberem ab illa infamia, iuſtè poſſem ego me propalare pro tali peccatore, eſto quod non tenerer ad illud, cùm non dediſſem cauſam, vt te accuſarent, iuxta Reuerendum Magiſtrum Sotum, [o] qui admodum rectè addit licere hoc etiam ad liberandum amicum ab infamia vera, vt ſi pro delicto, quod tu commiſiſti, me accuſarent, poſſem ego ſilere, & nō me defendere, vt tu ſine infamia & nota remaneres, iuxta illā doctrinam Euangelicam, [p] (Maiorem caritatem nemo habet vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis) Quas quatuor determinationes ſingulares, licet prælibatus Magiſter non limitet, ſunt tamen neceſſario limitandæ, quando infamia ſuum peccatum reuelantis non nocet ampliuſquam ſuæ ſolæ famæ. Si enim publicatio illa notabiliter læderet Rempublicam, vel alium tertium, adeo vt ex tali infamatione ſequeretur ſe ipſum infamare eſſet peccatum mortiferum, iuxta id, quod ſupra [a] ſcriptum eſt, peccaret. Quoniam licet poſsit quis lædere ſe ipſum in bonis temporalibus, non tamen poteſt Rempublicam, neque ſuam animam, neque alium tertium. [b]

a *Num.* 422.

b *t. 2. q. 72. art. 5. 2. q. 154. art. 3.* c *Lib. 2. confeſſ.* d *Pag. pen. & in epiſtol.* e *Pag. 2.* f *In deplor. virg. amiſſ.* g *2. par. tit. 10. c. 1. in prin cip.* h *In coroll. 2.* i *In 4. d. 15. q. 3. art. 3.* k *De ra. teg. memb. 1. q. 1. pag. 6.* l *In c. oblate de appellat.* m *Attendentes, verbo de bet. de ſtat. monach.* n *Cap. fraternitas. 12. q. 2.* o *In cap. 1. de conſtit.* p *2. 2. q. 61. art. 3.*

a *In coroll. 2. num. 79.*

a *In 44. coroll.*

b *Cap. ſi diligenti de for. competenti l. fin. ca. de patris c. iuratis. cum ei annot. de probat.*

b *In 44. coroll.*

c *In illo coro.*

d *2. 2. moral.* e *2. 2. q. 36. art. 2.* f *2. 2. q. 68. art. 1.*

c *Ad Timoth. 5.*

d *Cap. ſed illud 45. d.*

g *2. 2. q. 69. art. 4. ad 2.* h *Ibidem.*

e *In d. ca. ſed illud.*

f *In ca. ſi ſacerdos n. 86. cum ſeq. de pœn. d. 6.* g *In ſeq. coroll.* h *Cap. ſi peccaueris. 2. q. 1.* i *Capit. 1. de pœ. & remiſſ.* k *2. 2. qu. 33. art. 7. & ſuper cap. 5. ad Timot. 1.* l *1. ad Timoth. 5.*

m *Capit. Soluta de maior. ca. ſi Romanorū 19. d. l. de pretio ff. de public.* n *Memb. 2. q. 4 pag. 3.* o *Cap. tam Sacerdotes. 24. q. 3.* p *2. 2. qu. 33. art. 3. q. 1. ad Timoth. 5.*

i *De rat. leg. memb. 1. q. 3.* k *Matth. 18.*

l *Cap. gloria epiſcopi 12. q. 2.*

m *Cap. quidam 5. q. 1.* n *2. 2. q. 62. art. 2. ad 2.*

o *Vbi ſupra memb. 1. q. 3. pag. 9.*

p *Ioan. 15.*

Quinquageſimum ſeptimum Corollarium.

SVMMARIVM.

213 *Murmurator non eſt qui publicum peccatorem publicè reprehendit. Quod paulo inferius extenditur, & reſtringitur.*

213 *Intellectus illius dicti S. Pauli (peccantem coram omnibus argue) quod ibidem dupliciter exponitur.*

213 *Peccata publica ſunt publicè corrigenda.*

213 *Intellectus cap. Tam ſacerdotes. 24. q. 3.*

213 QVinquageſimum ſextum corollarium eſt, non eſſe murmuratorem eum, qui publicè coram omnibus cum bona intentione reprehendit eum, qui publice coram omnibus peccat. Primo quia non lædit, neque intendit lædere, neque conſtituit in periculo famam alienam, vt lædatur. Secundo, quia talis reprehenſio conſonat iuri diuino, & humano. Diuus enim Paulus dixit, [c] (peccantem coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.) Tertio, quia ſuper illis verbis expoſitis per Diuum Hieronymum & per Gratianum in Decretum congeſtis, [d] doctiſsimus ille Hugusius, quem manu ſcriptum habemus, & additionibus reſolutorijs illuſtratum Deo iuuante edemus, dixit particulam illam (coram omnibus) eam referri ad verbum (argue) quam ad verbum (peccantem.) Itaque ſenſus eſt coram omnibus peccantem coram omnibus argue. Quarto, quia per illum textum, Archidiaconus & Dominicus cum vtroque Cardinali [e] dicunt non ſatisfacere Deo, neque Reipubli. Epiſcopum, vel correctorem, qui ſecreto monet publicum peccatorem, vt emendetur, dato quod ſequatur emendatio, vt fuſius enucleaui. [f] Maxime ſi foret peccatum blaſphemiæ, vt [g] dicemus. Quinto, quia S. Auguſtinus [h] & Alexander Papa [i] dicunt peccata manifeſta manifeſtè eſſe purganda. Sexto quia correctio publici peccati non fit ob ſolam emendationem peccatoris, ſed etiam ob exemplum, & ad remouendum ſcandalum, quod proximo ob illud præbetur, vt ait S. Thomas [k] & colligitur ex verbis ſupradictæ ſententiæ Apoſtoli, [l] quæ habent (vt & cæteri timorem habeant) ex quibus omnibus ſequitur, primum, quod corollarium hoc non habet locum tantùm in peccatis, quæ nocent Reipublicæ vel alicui tertiæ perſonæ, verum etiam in omnibus alijs, quæ ſcandalizant ea cernentes, & inuitant ad alia ſimilia. Si enim D. Paulus, S. Auguſtinus, S. Hieronymus & Alexander Papa de omnibus generaliter loquuntur, neque extat ratio neque textus qui ſupradictos limitent. Et propterea nec nos eos limitare debemus. [m] Sequitur ſecundo, non ſolū Corollarium iſtud locum habere in Prælatis, alijſque ſuperioribus, verum etiam in quolibet particularium, vt definiuit Magiſter Sotus vbi ſupra. [n] Pro cuius dicto, licet ipſe neminem citet, facit ſingulare illud Decretum Anacleti Papæ. [o] (Tam ſacerdotes, quam reliqui fideles omnes, ſummam debent habere curam de his, qui pereunt, quatenus eorum redargutione, aut corrigantur à peccatis, aut ſi incorrigibiles apparuerint, ab Eccleſia ſeparentur.) Hác tamen concluſionem non habeo ego pro multum certa. Tum quia S. Paulus & cæteri ſupradicti loquuntur de Epiſcopis, & alijs habentibus iuriſdictionem. Tum quia correctio, quæ ordinatur ad bonum publicum, pertinet ad Prælatos, & Iudices, vt determinat S. Thomas, [p] dicens de ſolis iudicibus loqui D. Paulum [q] in dicta auctoritate.

Tum quia idem Magiſter Sotus fatetur alibi (vt ſuperius in hac eadem concluſione [a] diximus) peccare illum, qui ſuum proximum coram alijs reprehendit, etiam ſi peccatum norint. Quandoquidem eſto quod fama non lædatur, iniicit tamen verecundiam, & fit contumelia correcto, quæ non eſt actio Chriſtiana. Tum quia caſus ſpecialis videtur, quod teneamur publicè corripere blaſphemos, vt in ſequenti corollario dicetur. Tum quia idem Sotus fatetur iſtud corollarium non habere locum in peccatis publicis, niſi exiſtant tam notoria, vt nullo pacto occultari queant, licet poſsint probari, & coram multis commiſſa fuiſſent. Ob quas rationes mihi videtur eum, qui non habet iuriſdictionem, nec emandandi poteſtatem, quamuis licitè poſsit, non tamen communiter teneri publicè arguere publicè peccantem, cum autem ſic, qui habet iuriſdictionem, & imperium. Non obſtat huic decretum illud Anacleti. [b] Quoniam poteſt intelligi de correctione ſecreta, pro illis qui non tenentur ad publicam, & pro alijs de vtraque. Nec obſtat etiam dicere nos teneri ad remouendum ſcandalum illorum, qui cernunt hos peccare. Tum quia idem fatetur contrarium in ijs, qui publicè, non tamen notoriè peccant. Tum quia ſine reprehenſione publica eius, qui peccauit, poſſumus per alias exhortationes remouere ſcandalum eorum, qui peccantes alios viderunt.

a *Num. 574.*

b *Cap. tam Sacerdotes. 24. q. 3.*

Quinquageſimum ſeptimum Corollarium.

SVMMARIVM.

214 *Murmurator non eſt qui blaſphemum publicè reprehendit.*

215 *Blaſphemus contra Deum, eiuſque matrem, ſi munus publicum ſuſtinet quam pœnam incurrat pro prima, ſecunda, & tertia vice.*

216 *Blaſphemus clericus quam pœnam incurrat pro prima, ſecunda & tertia vice.*

217 *Blaſphemus laicus & nobilis quas pœnas incurrat pro prima, ſecunda, & tertia vice, & quas plebeius.*

218 *Blaſphemo quæ pœnitentia iniungenda eſt in foro conſcientiæ.*

219 *Blaſphemus contra ſanctos quas pœnas incurrat.*

220 *Blaſphemus iudex non puniens quas pœnas mereatur, & etiam audiens ad quid teneatur.*

220 *Exclamatio contra omnes, qui non reſpondemus blaſphemiis.*

214 QVinquageſimum ſeptimum, non eſſe murmuratorem, immo laudabiliter agere eum, qui publicè, & acriter blaſphemos reprehendit. Nihil enim in hoc agit contra ius, quin conformat ſe Concilio Lateranenſi [c] ſub Iulio II. cæpto, & ſub Leone X. completo, cuius definitionem quoad hunc articulum digniſsimam, ac neceſſariam quæ ab omnibus ſciatur hic apponam ad Dei gloriam, eiuſque matris honorem, cuius eſt hic dies dicatus, omniumque Sanctorum ſuorum, per quam cognoſcamus noſtras negligentias in re digna tanta cura, & de ea nos pœniteat.

215 Catholica igitur Eccleſia mater noſtra in illo vniuerſali Concilio præcipit primo vt (quicumque Deo palam, ſeu publicè maledixerit, contumelijſque ac obſcœnis verbis D. N. Ieſum Chriſtū, vel Gloriosam Virginem Mariam eius genitricem expreſsè blaſphemauerit, ſi munus publicum geſſerit, & iuriſdictionem aliquam habuerit, perdat emolumenta trium mentium pro prima, & ſecunda vice, dicti officij. Si tertio deliquerit, illo eo ipſo priuatus exiſtat) & valde notandum eſt, videri, quod ſufficiat ad incurrendam hanc pœnam ter ſolum committere blaſphemiæ peccatum, licet non fuerit punitus, neque conuictus duabus vicibus, nec etiam vna ante tertiam. Tum quia nullam mentionem facit de condemnatione, aut declaratione illius, vt in ſequenti §. Tum, quia id ſcribit Bartholomæus Capella [d] ſuper pœna committentis tria furta.

216 Secundo, quod (Si clericus vel ſacerdos fuerit, eo ipſo, quod de delicto huiuſmodi fuerit conuictus, bene-

c *In ſeſſ. 9. §. Ad abolendam.*

d *In Auth. ed nouo iure q. 10. col. 2. 6. verſ. ſed pœna. C. de ſer. fugitiu.*

ficiorum,quæcumque habuerit, fructibus vnius anni applicandis,vt infra multetur.Et hoc sit pro prima vice,qua blasphemus ita delinquerit. Pro secunda verò, si ita deliquerit,& conuictus,vt præfertur,fuerit, si vnicum habuerit beneficium,eo priuetur. Si autem plura quod ordinarius maluerit, id amittere cogatur. Quod si tertio eius sceleris arguatur,& conuincatur,dignitatibus, & beneficiis omnibus quæcumque habuerit eo ipso priuatus existat,ad eáque vlrerius retinenda inhabilis reddatur, eaque liberè ab alio impetrari,& conferri possint.

217 Tertio,quod(laicus blasphemans, si nobilis fuerit, pœna viginti ducatorum mulctetur, & pro secunda vice quinquaginta, fabricæ Principis Apostolorum de vrbe applicandorum, & alijs vt infra dicetur. Pro tertia verò nobilitatem perdat) si non fuerit nobilis (in carcerem detrudatur. Quod si vltra duas vices publicè blasphemans deprehensus fuerit, velut infamis per integrum diem ante fores Ecclesiæ principalis,mittratus stare cogatur. Si verò pluries *in hoc* ipsum peccatum lapsus fuerit, ad perpetuos carceres, vel ad triremes damnetur ad iudicis deputati arbitrium.

218 Quarto quod in foro conscientiæ nemo blasphemię reus absque grauissima pœnitentia seueri confessoris arbitrio iniungenda,possit absolui.

219 Quinto (Qui in Sanctos reliquos blasphemauerit, arbitrio iudicis rationem personarum habituri, mitius aliquanto puniri volumus.)

220 Sexto, quod sæculares iudices, qui contra tales de blasphemia conuictos non animaduerterint,eosque iustis pœnis minime affecerint, quantum in eis fuerit, quasi eiusdem sceleris obnoxij, eisdem quoque pœnis subiiciantur. Qui verò in illis inquirendis puniendisque diligentes,& seueri fuerint pro qualibet vice decē annorum indulgentiam consequantur, & tertiam partem mulræ pecuniariæ consequantur)septimo,vt (Quicumque blasphemantem audierint, eum verbis acriter obiurgare teneantur, si citra periculum suum id fieri posse contingat, eum denique deferre, vel denunciare apud iudicem Ecclesiasticum,seu sæcularem intra triduum debeant. Quod si plures dictum blasphemantem simul audierint, singuli eum accusare teneantur,nisi fortè omnes conuenerint,vt vnus pro cunctis tali officio fungatur.)Octauo, quòd decem annos indulgentiæ, & tertiam partem pecuniariæ pœnæ lucratur, qui talem blasphemum accusauerit. Has quoque pœnas non tollunt aliæ, quæ per sacros canones inueniuntur sanctæ, vt dicitur in vltimo §. huius articuli.

O Duces,Marchiones,Comites,Barones alijque nobiles,& equites: O Proreges, Archiduces militum, Duces, Centuriones alijque,gerentes munera publica, qui quasi hoc lepidum & fac & non esset & ad nobilitatem pertineret, soleris Deum abnegare, eumque auersari & detestari coram alijs,vestrasque linguas audacter soluere causa recreationis horrendæ, vel vestræ abominabilis impatientiæ, nominando membra pudenda pudentissimi Illius Christi Iesu,Domini nostri,qui nostra scelera pudenda contexit, honestissimæque illius matris suæ,vel in iniurias, & infamias aliorum sanctorum. O Archiepiscopi, Episcopi, Vicarij, alijque Prælati,& beneficiarij ecclesiastici, alijque iudices supremi, inferioresque qui hæc facitis,vel ad preces amicorum non punitis hæc crimina perpetrantes. O Religiosi, alijque confessarij qui pro tam grauibus peccatis, tam leues pœnitentias iniungitis. O nos Christiani omnes qui tam parum honoris Christi studiosi sumus,& qui tamquam sales,& condimenta, audire sustinemus (Pigeat licet Deum, abnego, vel abrenuntio eius fidem) aliáque verba tam horrenda & detestanda quę piorum aures tolerare nequeunt,pigeat nos aliquando,tandem pigeat nostræ nimiæ lœnitatis,in non vituperandis eis, qui Deum ignominia afficiunt. Pœniteat nos immoderatæ nostræ facilitatis,& indulgentiæ,qua vsi sumus non accusando, ac denunciando eum qui Deum suosque sanctos incusat,& iniuria afficit, ac subducamus rationes, quoties paulo plus vel minus singuli in eo, quod ad nos spectat, errauerimus eaque omnia confiteamur,ac si beneficia, seu officia propterea amiserimus, faciamus de illis eorumque fructibus male perceptis restitutionem, renunciationemque debiram, cum firmo proposito numquam amplius cum Dei auxilio blasphemandi,nec tolerandi vt alius blasphemet, qui à nobis non puniatur, vel arguatur & accusetur, seu saltem denuncietur ministris iustitiæ, ad honorem, & gloriam Dei, qui in suo sancto amore, atque timore perseuerantiam nobis elargiatur. Amen.

Quinquagesimum Octauum Corollarium.

SVMMARIVM.

221 Murmurator non est detegens delicta, quæ parantur damnosa, ei ad quem pertinent, etiam ante correctionem secretam,quod inferius limitatur.
222 Clericis sacerdotalis ordinis possunt denunciare præparatas insidias, aliáque similia delicta, sine timore irregularitatis.
223 Confessio non obligat ad secretum, si non est vera, etiam si cum signo crucis,& confessioni generali fiat.
224 Denunciari non debet delictum præparatum, etiam futurum,cum pro certo habetur emendatio,quod raro contingit in proditione,& prædicatione hæresum præordinatis.
225 Denunciandæ sunt delicta cum minori damno possibili famæ delinquentium.

221 QVinquagesimum octauum, non esse murmuratorem,quin facere quod tenetur eum, qui illi ad quem pertinet,denunciat peccatores, ac peccata,quæ parantur, perniciosa reipublicæ vel proximo. Hoc enim secundum ius fieri potest, ac debet, vt fusius alibi [a] probo. Primo quoniam tenemur impedire mortem, atque damna nostrorum proximorum, [b] multóque magis damna reipub. [c] atque animarum, [d] declarando illud vt in proximo Corollario dicetur. Atqui hoc aliquando fieri non potest sine propalatione coniurationum, proditionum, hæresum, monopoliorum, aliorumque similium delictorum. Tum quia quicumque nouit aliquem rem habuisse cum consanguinea eius, quam nunc in vxorem vult habere, tenetur id propalare, ad impediendum iniustum matrimonium, & peccata ex eo consequuntura. Tum quia magnus ille Propheta Daniel. [e] reuelauit iniquitatem illorum iniquorum senum, qui contrà castissimam Susannam falso testificati sunt. Tum, quia hoc fieri potest etiam antequam secretò moneantur, qui talibus peccatis sese inuoluunt, vt ab illis desistant, vt definit S. Thomas [f] receptus ab omnibus [g] & ab Adriano [h] à Soto [i] & vbique.

222 Tum quia hoc potest facere clericus sacerdos qui licet denunciet proditiones constitutas, homicidia præparata, aliáque delicta, propter quæ publicari amittent vitam, non propterea erit irregularis, dummodo quando ea reuelat, protestetur se tantum id agere, vt impediantur mala imminentia, & non vt inferatur pœna sanguinis malefactoribus, vt pulchre definit, & probat doctissimus Caietanus [k] allegando super hoc selectiores canones. [m] Tum quia hoc potest facere etiam qui promisit,& iurauit seruare secretum, & non detegere,vt definiunt multi, qualis est Innocentius receptus, [m] Panormitanus [n] & alij alibi, modo non fuerit ei reuelatum in confessione sacramentali. Illud enim in nullo penitus casu reuelari potest, vt asserit communis, & vera opinio, quam fusè probauimus [o] nisi in vno,quem ibi tracto. Nec addidi tamen otiosè (sacramentali) propterea quod opus est peccatum reuelari in confessione vera, pœnitente veraciter confitente vt diximus. [p]

223 Nec sufficit vt reuelet,dicendo se id aperire in confessione, secundum Innocentium, Panormitanum & cōmunem, [q] nec etiā sufficit vt genuflectat,& facto signo crucis reuelet illud secretum, sine proposito confitendi sua peccata, nec recipiendi absolutionem de illis, neque sacramentum pœnitentiæ. Talis enim reuelatio non sacramentalis est, neque obligat ad maius secretum, quam aliud extra confessionem communicatum, vt bene determinauit Sotus, vbi supra, [a] & ante ipsum clarius, ac seuerius Caietanus [b] quem ipse non citat. Hoc autem multi ignorant,& grauiter circa illud errant, & eos quibus reuelant, constituunt in necessitate ipsos reuelandi aliquando ob litteras excommunicationis, aliquando vt testes præsentantes coram iudicibus, & aliquando quod sit iam malum propalatum pernicioſum reipublicæ vel proximo. Dixi, clarius dixisse istud Caietanum quam Sotum, quoniam declarat hoc verum esse, etiam si reuelans inciperet à confessione generali. Dixi eum secutius id protulisse, quoniam ex verbis Soti posset aliquis colligere (etiam si meo iudicio contra eius intentionem) legem secreti confessionis non ligare, cum quis omnia peccata non confiteatur quamuis non confitentur cum intentione se de illis accusandi, vel quando non interuenit absolutio. Quoniam hæc eius sunt verba (Vbi quis non confitetur omnia sua peccata,cum intentione accusandi se, nullum est sacramentum,atque ideo non interuenit sigillum confessionis) verum autem est, vt supra dixi, & latè probaui [c] quod licet non detur absolutio, & consequenter non intercedat Sacramentum Pœnitentiæ,nec quis confiteatur de omnibus peccatis, & licet dimidia eorum fiat confessio ob aliquam causam ex innumeris, quæ circa id contingere possunt,& confessionem non perficiat pœnitens,sed furgat sine alio sacramento,& absolutione, confessarius remanet obligatus ad seruandum secretum, non minusquam si de omnibus confessus fuisset, & absolutionem recepisset.

224 Corollarium tamen hoc est limitandū,vt non procedat, quando qui dē tali delicto notitiā habet, pro comperto habet quod ad suas preces, & secretam monitionem impedietur peccatum, vt determinat S. Thomas [d] receptus in hoc ab his omnibus, de quibus supra. Dixi quando pro comperto habet,quia si dubitaret, posset, & deberet statim denunciare iudici. Ex quo sequitur,raro in proditionibus præparatis contra Rempublicam, & in hæresibus præordinatis ad alios de eis instruendos, esse necessariam monitionem fraternam secretam, quandoquidem rarò potest quis pro certo habere proditionem illam, aut hæresim nullo modo effectum sortituras, sunt tamen multa delicta, quibus moderatio ista potest conuenire.

225 Corollarium hoc est etiam limitandum, vt procedat cum ad obuiandum malis præparatis necesse est detegere personas, & delicta præparata. Si verò sufficeret generaliter iudicare delicta pernicioſa præparari, non opus esset aliquid amplius exprimere. Quod si expediret declarare delicta,& non oporteret exprimere delinquentes, essent quoque tacendi, vt bene determinat S. Thomas [e] & fusius ego scribo alibi [f] probando multis argumentis quod semper cum animo proximi curari potest sine læsione famæ eiusdem, non est illa lædenda via denunciationis. Item quando periculum, & damnum proximi potest tolli non damnificata fama delinquentis est ita faciendum via hæc denunciationis. Limitandum est etiam hoc Corollarium, vt non procedat in delictis, quæ media confessione sacramentali sciuntur, vt nuper dictum est.

Quinquagesimum nonum Corollarium.

SVMMARIVM.

226 Murmurator non est qui denunciat peccata,occulta, seruata debita forma,etiam si nemini sint perniciosa.
227 Correctio fraterna ad vnum ex tribus effectibus requirit testes.
228 Corripere nos inuicem debemus, fideles, & infideles, subditi & prælati, iusti ac peccatores concurrentibus tribus circumstantijs.
229 Corripere non debent confessarij suos pœnitentes, extra confessionem sine illorum consensu.
230 Denunciatus quando puniendus,& quando non.
231 Peccatum non est permittere, vt quis incidat in maius vitium,vt se melius de illo corrigat,& de alio minori.
232 Malum non debet fieri vt inde eueniat bonum, sed bene permitti.
233 Correctio fraterna sine peccato omittitur timore mortis,infamiæ,vel damni temporalis notabilis.
234 Caritas quomodo, & quando necessario ad sua opera obliget.
235 Denuncians mala intentione peccat.
236 Denunciantes in quo grauiter peccent, & non aduertunt.

226 QVinquagesimum nonum, minus esse murmuratorem,neque maledicum, quin potius cum verbis benemereri eum, qui publicat alienum peccatum secretum, licet sit pernicioſum soli perpetranti, seruando formam denunciationis Euangelicæ, nimium, vt prius corripiat secreto peccantem cum caritate, & adhibendo ad id testes, si se non emendauerit, aut si hæc non suffecerint, eum denunciando Ecclesiæ. Tum quia hoc non est reuelare contra ius, immo conformari legi naturali,diuinæ [a] & alijs prædictis,atque humanæ. [b] Licet autem sint, qui teneant correctionem fraternam non esse præceptam per legem particularem diuinam nemo tamen negat secundum Sotum [c] esse præceptam,saltem per legem generalem caritatis, licèt recens quidam pius vir tenuerit contrarium in tractatu, quem fecit de correctione. Tum quia iusta cum ratione, & causa publicat talia peccata,cum sit iustum, vt pro seruanda anima amittatur fama [d] ac publicationem huiusmodi non esse peccatum superius conclusum est. Tum quia S. Thomas [e] & ibi pulchrè Caietanus & alibi, [f] vbi Richardus & Paludanus,& Gabriel [h] atque Adrianus [i] cum communi decernunt Corollarium istud procedere non solùm in peccato, quod probari potest, etiam si non sit notorium, nec famosum, nec alias publicum, verùm etiam in eo crimine quod tam secretum est, vt non norit nisi qui ipsum vult denunciare: Iste enim potest antequam denuncier, eum iudicare duobus testibus, qui cum videant peccare, vt cum illis valeat conuinci, postquam fuerit denunciatus.

227 Si quidem vt ait S. Thomas communiter receptus [k] quem sequitur Sotus, [l] ad vnum trium effectuum adhibentur isti testes. Primus ad demonstrandum esse peccatum id quod corripitur. Secundus, vt conuincatur de illo,si negauerit se id facere,secundum S. Augustinum in sua Regula. Tertius, vt videat iudex denunciatorem antequam veniret ad eum, fecisse quod potuit ad emendationem delinquentis.

228 Tum quia omnes tenemur inuicem nos fraternè corripere, fideles, & infideles, prælati ac subditi, iusti & peccatores, quamuis plus aliquantulum Prælati & viri maioris authoritatis quàm alij teneantur, modo tres circumstantiæ ad id concurrant. Prima, vt peccatum sit certum, sit que mortale, vel veniale periculoſum. Secunda, vt adsit spes emendationis, vel saltem credatur ob illam non secuturum quid deterius. Tertio opportunitas non tantum personæ, quæ sit persona ad id magis obligat (saltem attenta negligentia eorum qui magis tenentur, verum etiam temporis, quod totum colligitur ex S. Thoma [m] & ex Caietano, ac Adriano [n] & Soto, [o] Innocentio, Abbate, alijsque Decretalium peritis, [p] Archidiacono, Dominico, & alijs Decretorum doctoribus, [q] licet super aliquibus horum articulis inter illos non desit concertatio, quam modo non dirimo, sed quod superius dictum affirmo.

229 Caueant tamen confessarij ne extra confessionem reprehendant parum neque multum, nec secretè, nec publicè suos pœnitentes, ob ea, quæ ipsis confessi sunt, vt bene monet Sotus, [r] & latè probatur per scripta à me alibi. [s] Quod tamen limito, nisi pœnitens præferret se id gratum habere, prouocando confessarium ad huiusmodi colloquium, petendo consilium, vel alio modo. In tali enim casu seorsum bene posset secretè id facere, velut pluries ego feci cū consolatione & profectu pœnitentis ad eius petitionem tacitam, vel expressam. Alibi autē videtur [t] vt certum asserimus posse cum licentia pœnitentis ob iustā causam data, reuelari etiam alijs confessionem.

a In c. Sacerdos.nu.14.& seq. de pœni. d.6.
b Cap.non inferenda 23. q.1.§.1.83. d. c. quanto. de sent. excom. & c.ipsa pietas 23.q.4.
c Leg. minime.ff.de religio. & sumpt. fun.
d Cap.preterea 2.de spōsal.
e Cap. 13.
f 2.2. q.33. art.7.
g In ca.nouit de iudic. & in 4.d.19.
h In 4. de correct. frater.
i Memb. 52. q.4.de ratio. teg.
k 2. 2. q.33. art.7.
l Cap. episcopus ne Cleri. vel monach. lib.6. & cap. prælatis de homicid. eo. lib.
m In c.qualiter. 1. de accusat.
n In ca.dilectus de excess. prælat.
o In c. sacerdos.de pœnit. d.6.a.n. 110. ad 15?.
p Ibidem. n. 151. & seq.
q In c. omnis de pœnit. & remiss.

a Memb. 2. q.7. pag. penul.
b 2. 2. q. 70. art.1.
c In c. sacerdos de pœnit. d.6.
d Vbi supra.
e Quodli. 11. q.12.
f In d.ca. Sacerdos. n. 14. & seq. de pœnit. d.6.

a Matth. 18.
b Cap. nouit. de iudic. c. cit dilectus de accus. at.
c De pœnit. teg. memb. 2. q. 2. pag. 8.
d Cap. duo mala. 13. d.
e 2. 2. q. 63. art. 8.
f In 4. d. 19. q. 2. art. 3.
g quodlib. 11. art. 12.
h In cano. Miss. lect. 24.
i De correct. frater. in 4.
k d. art. 8.
l Vbi supra memb. 2. q. 4 pag. 11.
m 2. 2. q. 33. & in 4. præd. d. 19.
n In 4. de correct. frater.
o Vbi supra, memb. 2. q. 2.
p Cap. nouit de iudic.
q Cap. si peccauerit 2. q. 1.
r Vbi supra memb. 2. q. 1. pag. 5.
s In c. Sacerdos. de pœnit. d. 6.
t In d. capit. Sacerdos. de pœn. d. 6. nu. 131.

230 Caueant etiam Prælati, ac Prælatæ punire iudiciali-
ter denunciatum, vel denunciatam antequam delictum
probetur, ac etiam postea, si promittit emendationem,
quamquá probato delicto, extraiudicialiter,seu fraternè
potest quid ei iniungi vt est flagellatio, vel alia pœniten-
tia ad terrorem,& pauorem;quę sicut magis cautela in fu-
turū quam punitio præteriti, secūdum cōmunem senten-
tiam Doctorum,Præterea ait Caieta. [a] si probato delicto
(cuius ipsemet , qui denunciat potest esse vnus testis) [b]
non speratur in delinquente emendatio, quin creditur
deterior euasurus magisque pertinax, si vlterius proceda-
tur,tunc esse à punitione cessandum. Si tamen emenda-
tio speratur, nec vult obedire Ecclesiæ, nec suo Prælato,
potest puniri, procedendo iudicialiter contra eum pro-
pter suam pertinaciam, quæ est vice accusatoris, ac infa-
miæ,vt ad aliud propositum recte scripsit Sotus. [c] Quod
totum est valde singulare,& summarium multorum, quæ
circa hanc materiam à multis scribuntur.

231 Ex omnibus his infero primo verum esse quod Ma-
gister Sotus definiuit [d](quod me mirificè exhilarauit,cùm
antea idem consuluissem nempe non esse peccatū, immo
meritū non corrigere,sed permittere,ac sinere,vt quis in
aliquod maius peccatū cadat,quò de eo correctius melius
de ambobus emendetur. Hoc enim est obseruare tempus
opportunum ad corrigendum. Perquam decisionem vi-
dentur mihi saluari, qui pueris propensis ad furandum,
vel ad aliud vitium, relinquunt occasionem in illa caden-
di, in quibus comprehensi, possunt iure castigari, &
emendari.

232 Aliud est enim facere malum, vt inde eueniat bo-
num,quod secundum Apostolum numquam, licet [e] aliud
permittere malum, & non impedire, ob bonum, quod
speratur quod multoties est licitum, & quotidie facit bo-
nitas suprema. [f] Infero secúdo, quòd cum bona conscien-
tia potuit quidam, quem ego noui emittere correctio-
nem cuiusdam Abbatis,quem pro certo habebat separan-
dum à sua amasia, si eum admoneret, verùm compertum
quoque habebat amasiam curaturam se ipsum vene-
no , vel ferro necandum, si tunc illum corriperet. Tum
quia tali non aderat opportunitas temporis ad corripi-
endum.

233 Tum quia(vt efficaciter probat Sotus)nulla perso-
na priuata peccat ex omissione correctionis, ob probabi-
lem timorem amittendi vitam,vel notabilem partem bo-
norum temporalium. Tum quia correctio fraterna est o-
pus caritatis spiritualis,iuxta S. Augustinum [g] ac S. Tho-
mam [h] atque Archidiaconum [i] & omnes.

234 Nemo autem tenetur ad opera caritatis, nisi cum
eorum est extrema, vel magna necessitas , cui commodè
potest succurrere , vt sentit S. Thomas [k] asserit nos non
teneri ad exponendam vitam pro salute animæ proximi,
cum eius onus nobis non incumbit, neque sumus Præla-
ti,nisi nostra vita sit ei ita necessaria, vt ipsemet nequeat
saluari sine amissione nostræ vitæ.Raro autem, vel num-
quam dabitur casus,in quo meus proximus non valeat, si
vult, cum diuino auxilio à peccato se expedire, nisi ego
pro eo corripiendo meam vitam corporalem perdam, &
consequenter rarò , aut numquam inuenietur in extrema
necessitate correctionis fraternæ.Ad magnam verò , quæ
non est extrema,non teneor cum meo notabili damno,vt
sentit S.Thomas in materia eleemosynæ, [l] & quidam Iu-
risconsultus dixit [m] neque cum dedecore aut pudore
meo,vt alius sanxit [n] & perutiliter, vt solet, affirmat fre-
quenter lectus Felynus,[o] & ante omnes hos Innocentius
IIII. quem ipsi non proferunt, sic determinauit. [p] Non
obstat huic illationi contra illam in simili casu determi-
nasse Gabrielem [q] ac Adrianum , viros qui valde eruditi
fuêre , quoniam Magister Sotus [r] demonstrat non sen-
sisse quod illi putant S.Augustinum & S.Thomam [s] cu-
ius auctoritati ipsi innixi sunt , quam breuitatis ergo hic
non describo. Moneo tamen me, postquam istud scripsi,
composuisse commentarium super capit.non inferenda [t]
quod cum meo Manu.circunfertur, vbi declaro,ac limito
dictum prædictum præfati Felini.

235 Infero tertio hoc corollarium intelligi de eo, qui
cum bona intentione , ac caritate denunciat : si enim hac
via vellet quem opprimere , & suum proximum infama-
re , apertus murmurator esset, vt rectè dixit Sanct. Tho-
mas. [a] Infero quarto,illi etiam,qui est valde familiaris , ac
consanguineus peccatoris, & potest multum illi prodes-
se,non esse detegendum peccatum alienum , etiam vt illi
prosit, si per secretam correctionem & monitionem spe-
ratur eius emendatio,vt supra dictum est,& rectè decidit
S.Thomas [b] ac Adrianus [c] atque melius Sotus, [d] Infero
quinto,quod si peccator secretè correptus,certè emenda-
tur, non est denunciandus superiori, ad effectum, vt ad-
uertat ne recidat, vt Sotus bene affirmat, & ante ipsum
determinauit Adrianus [e] quem ipse non citat, contra
Richardum. [f]

236 O quam multi, & multæ grauiter peccant,& infa-
mant alios sub nomine virtutis,& illis proficiendi? Quot
existunt,qui Regibus,Episcopis , & aliis Dominis , patri-
bus,heris,& amicis denunciant peccata suorum subditō-
rum filiorum , famulorum , & amicorum,dicentes se id a-
gere, vt eos moneant literis vel verbis, vt recedant ab il-
lis,numquam ipsos antea monendo , cum esset spes quod
moniti emendarentur? O quot sunt qui cupiunt videre,
& scire delicta, vt ea dicant , vel scribant Regi , Prælato,
aliisque Dominis,amicis , & parentibus, vt se gratos illis
reddant , vtque dissensionem inter illos ponant. Et quod
peius quoque est, quot desiderant euenire errata , pecca-
ta, defectumque emendationis , vt habeant quid denun-
cient & scribant?quod cùm præstant, protestantur dicen-
do.(Si vobis placet) Non dico , nec scribo hoc vt detra-
ham , sed quia eum amo , at postquam es noster Rex , no-
ster Prælatus , consanguineus , vel amicus eius fac eum
moneas,vt emendetur, Deus autem videt, quare id dicat,
& desiderium, quod de ipsius emendatione habet , ac sa-
lutationes Angelicas , quas in eius gratiam recitat. O
Christiani nomine & non re , Christique nihil penitus
habentes , quam sumus hypocrisi plenis , cum nobis pla-
ceat, vt peccent alij, & pigeat vt se emendent , cum nos
delectet inuenire cui detrahamus , & de eo mala scriba-
mus,tamen simulando nos dolere intimè de illius perdi-
tione,eum prodimus coram suo Rege, suo Episcopo, suo
Domino,suo Prælato,patri vel amico, ac vnico protectō-
re, qui forte ob id solum cum derelinquet , tantumque
postea obliuiscimur pœnitere horum peccatorum dete-
stabilium , ac restituere damnum , quod illis intulimus,
quamtam curam,ac diligentiam,ac industriam malignam
adhibuimus in noscendis malis atque denūciandis. Aperi
nobis misericors Deus oculos,vt deprehenso nostro erro-
re,proximi misereamur,& ei nequaquā detrahamus. Sug-
gere quæso perspicacissime Domine Regibus , Prælatis,
Dominis,patribus,atque amicis,& reuoca eis ob tuā sum-
mam pietatem in memoriam id , quod ex sancto Euange-
lio,tuis sacrisque canonibus colligitur , videlicet non de-
bere eos gaudere de denunciationibus , quæ non præce-
dente necessaria monitione eis fiunt,multóque minus eis
præcipiendum,obtestandum,vel rogandum,vt sibi id de-
nuncietur,quod regula euangelica , & canonica, & quo-
modo prohibet,vt nos cohibendo , ac remouendo obtrec-
tationes , ipsique male illas audire cessando , omnes be-
ne loquamur , benéque audiamus , atque melius opere-
mur. Amen.

Sexagesimum corollarium.

SVMMARIVM.

237 *Murmuratores non sunt Religiosi, qui reuelant in capitulo culpas leues suorum fratrum, non præcedente monitione.*
238 *Murmurator non est qui accusat de peccato occulto.*
239 *Peccatum est desiderare malum alicui principaliter ob suum malum.*
240 *Accusare non tenemur communiter.*
241 *Accusare aliquando est res sanctæ , & debita etiam in conscientia.*
242 *Intellectus verborum(Dimitte nobis &c.*
243 *Clericus non accusat propter pœnam sanguinis.*

a *quodlib. 15. art. 13.*

b *d. quodlib.* c *In 4. de correct. frater. col. 7.* d *Vbi supra mem. 2. q. 2. pag. 11.* e *In 4. de correct. frater. col. 15.* f *In 4. d. 19. art. 3. q. 1.*

a 22. 2. q. 33. art. 8. b *Cap. in omni negotio. de testibus.*

c *Vbi supra memb. 2. q. 6. pag. 5.*

d *Vbi supra memb. 2. q. 2. pag. 10.*

e *Ad Rom. 2. & c. super eo de vsur. c. forte 14. q. 5.* f *Ca. nec mirum 26. q. 5.*

g *Cap. tria 45. d.* h 2. 2. q. 32. art. 2. i *In cap. tria 45. d.* k 2. 2. q. 32. art. 5. & 6. & ea. 2. 2. q. 26. art. 5. ad 3.

l *Vbi supra.* m *In l. nepos proculo. ff. de verb. signific.* n *l. 3. §. cum Pollidius. ff. de ædilit.* o *d. cap. 2. de hæret.* p *In ca. nouit. n. 4. de iudic.* q *In ca. Missi. lect. 74.* r *De nat. leg. memb. 1. q. 2. pag. 13. & deducitur ex his quæ docte affirmat. q. 1. pag. 8.* s 2. 2. q. 33. art. 2. t 23. quæst. 3.

244 Accusatio non exigit præcedentem monitionem , vt denunciatio.
244 Accusatio, & denunciatio prætendunt diuersos fines.
245 Accusando , & accusare desistendo quando murmuretur , & peccetur.
246 Accusatores,qui christianè accusent , vel ab eo desistant , sunt pauci.

SExagesimum corollarium, nequaquam murmuratorem fuisse S.Petrum, dum propalauit peccatum Ananiæ , & Saphiræ, quamuis ita publicauerit vt tunc vnus post alterum mortuus fuerit. [a] Iusta enim de causa, videlicet interiori inspiratione Dei,qui id ei reuelauit,hoc fecit,vt ait S.Thomas, [b] communiter receptus.

237 Minus esse murmuratores Religiosos , qui in suis capitulis defectus paruos suorum fratrum aperiunt qui vel non sunt peccata,vel non transgrediuntur venialia, nec infamantia. Iusta enim ratione id agunt : Talis namque reuelatio non est tam accusatio , quam reminiscentia pro iis, qui ea obliuiscuntur , vt de illis se accusent,vt dixit S.Thomas receptus. [c]

Hinc sequitur Religiosum , vel Religiosam non debere reuelare de alio quòd ingressus fuit domum suspectam,vel respexit , loquutus est , seu fecit aliquid lasciuè, antequam eum fraternè corripiat, vt declarat in sua Regula noster ille magnus pater Augustinus loquēdo(de oculorum petulantia) quoniam etsi hoc non sit plusquam veniale,secum trahit aliquam infamiam,ob quam sit graue,& dignum, vt si possibile sit prius emendetur , quam sciatur.Quod melius omnibus declarat Vmbertus in dicta Regula. [d]

Sexagesimum primum Corollarium.

238 SExagesimum primum , non esse murmuratorem qui accusat suum proximum de peccato , etiam si sit secretum quomodo, quando, & quare, ac ante quem potest,& debet.Tum quia accusare ad adiudicandam iniuriam auctoritate publica opus est prælatè illius virtutis iustitiæ,vel potius illius,quam vocamus, vindicationē iustam, quæ est de illi annexis,vt post, & ante alios benè declarat S.Thomas. [e]

239 Tum quia licet desiderare pœnam, ac malum alicui(siue mihi malè, siue bene fecerit, siue sit amicus, siue inimicus) principaliter ob eius malum & damnum , sit semper peccatum, cupere tamen malum, vel pœnam iustam ei, qui meritus est,vt emendetur , vt fiat iustitia , vt alij suo malo exemplo talia committere non audeant,vt Respub.sit quieta, non est peccatum, quin potius & meritum,vt declarat S. Thomas , [f] & benè probatur in illa interrogatione Euangelica Luc.18.(Deus non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die, ac nocte?)atque in multis Decretis, [g] probatur.

240 Tum quia quamuis nemo teneatur alium accusare, [h] immo est perfectio Euangelica nō accusare, & parcere, [i] in multis tamen casibus tenetur,vt quando quis est hæres occisi , qui si non vltus fuerit mortem per iustitiam , perdit hæreditatem. [k] In casu quoque homicidij potest iudex compellere partem , vt accuset , secundum Bart. [l] cuius tamen opinio communiter reprobatur per Doctores,Angelum,Raphaëlem & Alexandrum ibi,& in aliis locis.Saluari tamen potest , quando homicida esset Reipub.admodum pernicios , delictúmque per testes probari posset. Tunc enim etiam in conscientia debetur accusatio , iuxta Sanct.Thomam, [m] Alexandrum de Hales, [n] alioque multos. [o] Nec obstat , vel nō habet locum via denunciationis , vel inquisitionis ad impediendum illud malum , secundum Caietanum. [p] Tum quia turpis ignorantia,est secundum eūdem ibidem existimare quod accusare sit contra id , quod in oratione Dominica dicimus , [q] (Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.) Si enim qui hoc existimant,considerarent iustius esse prouidere damno, ac periculo communi Reipublic.quam particulari proximi , & quod Sanctum , ac debitum est custodire proximum à corruptione spirituali vel corporali , statim perspectum haberent esse valde sanctam , ac debitam propositam accusationem ad obuiandum periculo populi, cum non adest,ad id aliud medium.

241 Nugæ verò sunt cogitare eum, qui petit rem suam ac procurat punitionem ad obuiandum malo publico , & ad augendas suas facultates petat rem indebitam , vel iniuriam suam , vlciscí velit. Aliud autem est quærere vindictam auctoritate propria, vel principaliter ob malum delinquentis , quod numquam licet , & est contra dictam particulam orationis Dominicæ , & aliud velle vt fiat iustitia , & vnicuique detur quod per legem iustam meretur, quod est licitum , vt benè declarauit Caietanus. [a]

242 Verum est sane satius fore condonare particulare interesse , secundum eundem. Nemo enim tenetur aliud accusare pro bono temporali suo priuato , nisi (vt rectè dixit Sotus [b]) cum non recuperando sua bona amissa iustè,nequiret sustentare vxorem,filios familiámque quæ eius humeris incumbit , velut minùs tenetur quis seruare iuramentum non seruiendi alteri , cum sine illo nequiret se suó sque sustentare, vt singulariter decidit Archidiaconus per omnes receptus [c].

243 Limitatur tamen hoc corollarium in clericis , qui neminem accusare possunt , quando de pœna sanguinis agitur,vt neque etiam iudicare , attento saltem iure humano canonico. [d] Cuius rationem,& æquitatem S.Thomas rectè explicauit. [e] Dixi (attento iure humano canonico)quoniam attento naturali & diuino , mea sententia bene possunt (vt fit in Æthiopia , iuxta id,quod restatur in suo valde eleganti idiomate Lutitano is , qui terras moresque totius prouincię Presbyteri Ioannis euulgauit, ad magnā Christi gloriam,& bene probat Sotus , Jacque in præcedenti Corollario dixi, ad euitandum damnum publicum , iure inquam possunt denunciare delicta Reipublicæ,pernicios , ac etiam petere sibi restaurari iniurias , ac damna cum protestationibus ibi dictis, & in iure expressis. [g] Limitatur ad huc in laicis , qui communiter non accusant clericos,vt neque subditi Prælatos,ac in infamibus , & criminosis [h] alijsque personis , quæ sunt prohibitæ tam iure ciuili,quam canonico accusare. [i] Limitare etiam aliqui voluêre hoc corollariū vt procedat, dummodo accusationem præcedat secreta monitio accusati, vt dicit S. Thomas, [k] cui hanc sententiam ascribit Silue-ster [l] dicens esse seruandam cum pro bono priuato quis accusatur , ac secundum Caietanum [m] quando accusator quamquam licitè accusare potest , ad id tamen non tenetur.Multo tamen melius mihi videtur , quod determinat Sotus [n] & ante ipsum Adrianus quem ipse non citat & ante vtrumque sensit S. Thomas, [o] qui vult Silue-strum hæc dicere, non mirum quod qui habet ius accusandi potest statim sine alia monitione præcedente id facere.

244 Accusatio enim fit communiter ob punitionē delicti iam commissi, monitio verò non operatur nisi ad impediendum futurum , vt denuo non committatur, vel non reiteretur, quod non sufficit, vt delictum iam commissum non sit puniendum etiam peracta pœnitentia , & obtenta absolutione in foro animæ secundum communem opinionem , glossam & communem. [p] Non obstat dicere, quod via denunciationis est mitior , quàm via accusationis , quodque illam præcedere debet monitio,ergo & hanc , quia non inuenitur in ambabus eadem ratio. Finis enim denunciationis est , vt peccator emendetur, & consequenter bonum priuatum denunciati , quod si sola monitione obtinetur, non est cur amplius quid fiat. Finis verò accusationis est, vt plectatur iusta pœna qui eam meretur, propter quietem Reipublicę & exemplum aliorum , & consequenter bonum publicum, vt S.Thomas [q] ante & post alios declarauit , qui finis non obtinetur ex sola emendatione accusati,quæ est singularis differentia,inter denunciare,& accusare,quoad materiam huius sextæ conclusionis.

245 Ex omnibus supradictis colligi posset , quando murmuratur, vel peccetur in accusando , seu ab eo desi-

a *Act. ca. 5.*

b 2. 2. q. 33. art. 7. ad 2.

c *Vbi supra ad 4.*

C *dap. 19.*

c 2. 2. q. 108. art. 2.

f 2. 2. q. 68. art. 1. & qu. 108. art. 1. g *Libro 23. q. 4. ca. si ecclesia. c. ea. vindicta. c. quisque. c. fin.* h *Leg. 1. c. vt nemo inuit. age. vel accus. cog. ea. licet de accusat.* i *Matth. 6. 90. distin. in princip. & per tot. qu.* k *Leg. 1. c. de his quib. vt indig. iuncta glos. illa memorab.* l *In l. oū. ff. de accusat.* m 2. 2. q. 63. art. 1. n 3. par. qu. 41. memb. 1. o *In 4. d. 19. & in ca. qua propter. 2. q. 7. ca. si quis per capillum.* 22. q. 1. p *In d. q. 68. art. 1.* q *Matth. 6.*

a *Quæst. 68. art. 1.*

b *Vbi supra memb. 2. q. 5. pag. 5.*

c *Cap. 1. 21. q. 2.*

d *Cap. prælatis de homicid. lib. 6. c. hii à quibus. 23. q. 5. & ca. clericis & c. sententiam ne cleric. vel monachi.* e 2. 2. q. 64. art. 4. f *Vbi supra memb. 2. q. 5. pag. 6.* g *d. c. prælatis de homicid. lib 6.* h *Leg. qui accusare cū tribus seq. ff. de accus.* i 2. q. 7. per totam & ca. de accusat. k *In 4. d. 19. q. 2. art. 3.* l *Verbo accusat. q. 3.* m 2. 2. q. 33. art. 7. n *Vbi supra memb. 2. q. 3. pag. 10.* o *In 4. de correct. frater. col. 17. vers. ad 2.*

p *In c. de 3ia. de accusat.*

q 2. 2. q. 68. art. 1. & *in 4. d. 19. q. 2. art. 3.*

ſtendo,& quando non. Quamuis enim leges in foro exteriori tria genera acculatorum puniant, nimirum eum qui de falſo crimine accuſat,ac tergiuerſatorem, qui à propoſita accuſatione omnino ſubtrahit,& præuaricatorem, qui ſecretè iuuat accuſatum, publicè illum impugnando. Verum coram Deo,& in conſcientia non peccat,qui imponit falſum crimen innocenti, bona fide credendo,ſine dolo malo,cum iuſta ratione, eum deliquiſſe. Contra verò peccat accuſans delinquentem ſecretum, non habens ad id probationem,ac etiam habens, ſi id facit principaliter ob nocumentum accuſati, & vt ſatisfaciat ſuo prauo deſiderio vlciſcendi, & explendi ſuá cupiditatem. Tergiuerſator, qui omnino ab accuſatione diſcedit nec etiam peccat, ſi id faciat ſine ſcandalo, & damno Reipub. Si tamen pro illius bono tenebatur accuſare,peccat mortaliter deſiſtendo ab illa ſine iuſta cauſa.Idémque fere reſpondendum & de præuaricatore, vt colligitur ex ſupradictis, & ex his quæ vterque Thomas, iuxta alios Doctores dicit. [a]

a 2. 2. q. 68. art. 4.

246 O quam pauci ſunt, meo iudicio, qui bene, & vt debent accuſant, & quam pauci qui bene deſiſtunt à bona accuſatione, ô quam mores Chriſtianorum corrupti ſunt. Quis eſt hodie,qui accuſet ſine odio,ira,& maleuolentia, cum etiam ferè nullus ſit, qui litiget ea caritate,quę decet ob tres obolos cũ ſuo proximo. Quis non cupit potius ob ſuum priuatum commodum, cũ ſuo intento,& honorem,quàm ob quodlibet bonum publicũ inde reſultás lites perſequi. Quis ex ſolo Dei amore parcit? Quis ab his deſiſtit nõ timens ꝓ vel honoris vel fortunarũ ſuarũ iacturam faciet, ex ſola caritate,& animaduertens,quod non inferatur damnum alicui pluſquam ſibi? Aperiamus pectora,aperiamus, & chriſtianè accuſemus,quando & quomodo ad id bonum publicum nos obligat,hoc eſt,quod finis ſaltem principalis ſit, vt fiat iuxta rectam rationem, ac iuſtitiam, ſine intentione mali alieni,nec eius principalis deſiderio,vel remittamus omnino iniurias,ſi ſoluatur nobis damnum acceptum,ac aliquando etiam aliquid ex eo amittemus quod ferè ſemper eſt ſecurius , vt Deus nobis noſtras dimittat iniurias, Amen.

Sexageſimum ſecundum Corollarium.

SVMMARIVM.

247 Murmurator non eſt Iudex,vel Prælatus,qui generaliter viſitat & inquirit.
248 Inquiſitio ſpecialis quæ,& quando ſit, & quod eſt duobus modis.
249 Inquiſitio ſpecialis qualis ſit,iudex decernit.
250 Inquiſitio particularis ſit,cum ſolùm ſit crimen repertum per generalem,contra communem.
251 Inquiſitio generalis non permittitur in hac inclyta Monarchia Luſitanæ niſi in certis caſibus.

247 SExageſimum ſecundum corollarium non eſſe murmuratorem, nec ad id cauſam præbere Prælatum,vel iudicem,qui non præcedente accuſatione, denunciatione, vel infamia, inueſtigat, inquirit ac viſitat generaliter ſuum territorium, vt noſcat delinquentes, & diligentes illius.Leges enim ciuiles, [b] & canonicæ , [c] hoc permittunt, & probant, etiam ſi id agat antequam ei conſtet de delicto , quicquid Alciatus vir pereruditus dicat, [d] vt probant textus præcipui huius materiæ. [e] Dixi (generaliter) quia in particulari communiter non poſſet, vt [f] ſupra dictum eſt.

248 Et quamquam ex ſcriptis ab aliquo , facilè poteſt quis concipere eſſe inueſtigationem , & inquiſitionem particularem, de qua loquimur, quando, & quomodolibet delictum,ſeu delinquens nominetur, & conſequenter quando inueſtigatur, nominando adulterium , periurium,vel homicidium,ſeu alia delicta,id tamen non ſic ſe habet, quia ipſi net textus, qui permittunt ſolam generalem inquiſitionem, expreſsè decernunt contrarium, ac apertè probant non appellari inquiſitionem ſpecialem illam, quæ nominat per nomina ſpecialia appellatiua & communia perſonas, ſeu ipſa delicta. Vt enim inquiſitio eorum qui præuaricantur in hoc loco leges, vel bonos mores eſt generalis. [a] Sic eſt etiam inquiſitio de eo,quod clerici, vel coniugati, ſeu ſoluti præuaricando leges, vel mores,peccant,occidendo,furando,vel concubinarij exiſtendo. Spiritualis tamen eſt quando nomine proprio, vel communi appropriato per circumſtantias (quod idem valet) nominatur perſona , vel delictum. Specialis verbi gratia iniuſtitio eſt illa, per quam inquiritur ſi Petrus , vel eius filius grandior occidit aliquem , vel ſi aliquis occidit Petrum,ſeu fecit hoc, vel illud homicidium, ſicut illa per quam inquiritur, ſi Petrus occidit Ioannem, licet , vt colligitur ex doct.ina Bartholi [b] iſta ſit ſpecialis quoad perſonas , & delictum,ac vna ex alijs eſt ſpecialis quoad ſolas perſonas, & altera quoad ſola delicta.Addo tamen ad omnes ſcriptores , quod vt ſit inquiſitio generalis, non eſt opus nominare propriis nominibus , neque communibus, aut appellatiuis tam coniunctis, vt idem valeant.Ex hoc quippe ſequeretur, quod inquiſitio,& viſitatio generalis dicetur illa , per quam inquireretur ſi aliquis filius , famulus , aut conſanguineus N. quorum multos habet fecit aliquod delictum , quod nemo fateretur.

a Ca. 1. de offic. ordin. & ca. placuit 10. q. 1. & l. congruit ff. de offic. præſid.

b In l. 2. §. ſi publico ff. ad l. Iul. de adult.

249 Quare dicerem non poſſe de hoc certam regulam dari , ſed debet definiri arbitrio iudicis [c] ſecundum Felynum, [d] adeò quòd dixerit Aret. [e] quod ſi fraudulenter cœpta eſt generalis inquiſitio , ad deregendum delictum particulare alicuius particularis, nihil valet quod factum fuerit. A quo arbitrio poterit, ſi male arbitrabitur, appellari , iuxta caput, *ſuper hu.* [f] & gloſſam , quæ ſunt habita pro ſingularibus , licet tres aliæ ſaltem exiſtant gloſſæ. [g]

c Leg. 1. ff. de iur. deliber. d. de cauſſ. de offic. deleg. c. 1. de dilat.
d In c. Eccleſia. col. 11. de conſtit.
e In c. qualiter 2. nu. 50
f De accuſa
g Leg. ſi quis pœn. ff. de verb. ſign. ſi. & c. Romana §. quod ſi obuiciatur. de appellat. l. b. 6. & ca. 1. de conſeſſ. eo. lib.

Contra hoc facit primò, quod iſta generalis inquiſitio videtur inutilis. Tum quia reſponſio debet conuenire cum interrogatione [h] & incertæ interrogationi non debetur reſponſio certa. [i] Atque ad nihilum proficit vt iudex ſciat aliquem peccaſſe in ſuo territorio non nominato nomine proprio , vel æquipollenti quis, aut quid peccauerit. Tum quia Sotus & ante ipſum Angelus, quem ipſe non citat , cum alijs,tenent virtute eius , quod inuenitur per generalem inquiſitionem, non poſſe tranſire ad ſpecialem, niſi præcedat infamia,quæ præcedente non opus eſt generali inquiſitione.

h Leg. vt reſponſum C. de tranſact. l. prædibus. C. de impub. Ca. de muliere. de ſponſal.

Ad primum horum duorum argumentorum dico,quod quamuis inquiſitor, vel viſitator nequeat interrogare de nominibus proprijs , vel alijs, qui æquipolleant , viſitatus tamen , vel inquiſitus tenetur nominare delinquentem , atque delictum nominibus proprijs, vel æquipollentibus cum diſcretione tamen quæ in hoc magna habenda eſt , cuius defectu multi infamant alios errando , putantes ſe ſcopum tangere , debita potius contrahendo , exiſtimantes ſe illa ſoluere, vt infra [k] dicetur.

k In corol. 63.

250 Ad ſecundum , concedo Angelum de Peruſio , [l] & Sotum ſentire, quod ſuper caſibus repertis in generali inquiſitione non poterit iudex particulariter procedere , ſi ex ſe non eſſent caſus inquiſitionis, contrariæ tamen ſententiæ eſt Bartholus [m] communiter receptus per canoniſtas [n] & legiſtas, ac S. Antoninum. [o] Quod defendit etiam Aretinus [p] motus, quia aliter ſequeretur, quod generalis inquiſitio remaneret inutilis, quoad caſus inuentos per ipſam , qui non eſſent inquiſitionis. Verum eſt facere pro Angelo primò quod non eſt textus vllus, qui contrarium aperte probet. Tum quoniam inquiſitiones ille generales fiunt ob quietem Reipublicæ quæ per crimina de quibus non eſt fama, non inquietatur. Tum, quia teſtes interrogari per inquiſitorem, aut viſitatorem generalem, non debent detegere delicta occulta, ſuper quibus non eſt fama, [q] cùm ſaltem ſuper illis formari nequit particularis inquiſitio, vt infra [r] dicetur : ſi autem detegunt, malefaciunt, vt ibi probabitur. Qua reuelatione videtur vti non debere iudices, neque in eam con-

l In d. l. ſi vacantia.
m In d. l. 2. §. ſi public. & in d. extrauag. ad reprimendam.
n In d. c. qualiter.
o 2 par. tit. 9. c. 1. §. 2.
p In d. c. qualiter. n. 56.
q Ca. cum dilecti de accuſat.
r In corol. 63.

a Cap. 1. de offic. deleg. c. eorum 2. q. 1.

ſentire. [a] Hanc opinionem ſeruaui ego dum viſitarem duo Monaſteria, nec viſum eſt aggrauare pro peccatis occultis, quæ ob incuriam teſtes reuelarunt,ſed de eis nõ erat in Monaſterio fama, nec ſuſpicio. Hinc colligitur reſponſio ad aliud abſurdum, quod poterat opponi contra hanc inquiſitionem generalem, nimirum quod iudex qui vellet inquirere particulariter,facilè id poſſet facere incipiendo ab inquiſitione generali.Poſtquam enim non poteſt inquiri ſpecialiter virtute inquiſitionis generalis ſine infamia vel ſi non ſit caſus inquiſitionis generalis , non eſt abſurdum vllum, vt patet. Neque eſt abſurdum illud , quod pro abſurdo habet Aretinus , [b] nempe inquiſitionem generalem remanere ſine effectu quo ad aliquas culpas per eam repertas.

b In d. c. qualiter. n. 56.

His tamen omnibus non obſtantibus , mihi videtur melior communis. Primo per id, quod ſtatim in ſequenti corollario dicetur.

Tum quia illa ſeruatur ex conſuetudine , quæ ſufficit, etiam ſi ius contrarium ſtatueret eius , quod ſtatuit per allatum , ſupra. [c] Reſponſum meorum fundamentorum nouorum dabitur in ſequenti corollariorum.

c In corol. 50. n. 287.

251 In hac tamẽ inclyta Monarchia Portugalliæ, & ſuis annexis ad euitanda inconuenientia , quæ ex hoc ſequebantur magna,decretum eſt non poſſe generaliter inquiri , niſi in quibuſdam caſibus expreſsis.[d] Huic conſequẽs eſt facilius poſſe iudices in ea eſſe murmuratores quàm in alia,præſertim vbi eſt ordinatio,vt ſuper omni crimine inquiri poſſit,vt teſtantur eſſe Peruſij Angelus [e] & S. Antoninus, [f] de qua in corollario ſequenti aliquid dicetur.

d Lib. 1. titul. 44. §. 1.
e In d. l. ſi vacantia. f 3. Par. tit. 9. c. 7. §. 1. ſub fin.

Sexageſimum tertium Corollarium.

SVMMARIVM.

252 Inquiſitio quando permittatur,& quando non,opiniones quatuor.
253 Inquiſitio ad puniendum regulariter non permittitur iure ciuili,neque canonico.
254 Inquiſitio permiſta per ſtatutum ad quid extendatur.
257 Caſus excepti à regula non inquirendi non ſunt multi , de illis quo multi pro talibus tenent.
256 Inquiſitio generalis eſt iudicium præparatorium , & non deciſorium,& teſtes in illa accepti ratificandi ſunt in ſpeciali.
257 Iudices poſſunt,ac debent procedere ad vtilitatem publicam ex officio.
258 Iudices procedunt ex officio ad vtilitatem particularem, ſine petitione partis,niſi in certis caſibus.
259 Lex vt nemo ſine accuſatore puniatur,videtur caſus excepti à regula.
260 Caſus excepti à regula rationem particularem habere debet.
261 Iudex ob quàm rationem debet eſſe diſtinctus à partibus.
262 Lex vt nemo ſine accuſatore puniatur , in qua ratione fundetur.
263 Caſtigare delicta interdum non vtile.
264 Inquiſitionẽ ad puniendum quaſi in vno ſolo caſu eſſe permiſſam.
265 Inquiritur ſemper ad impedienda mala ventura,& quare.
266 Caſus inquiſitionis omnes ferè reducuntur ad vnum.
267 Inquiri in publicis.
267 Peccata publica ex notorietate,vel fama,niſi puniantur pariũt murmurationem,& reprehenſionem iudicum.
268 Inquiritur quando officialis publicus denunciat,& cur.
269 Inquiritur contra captiuos de eo , qui inuenitur mortuus in domo,& cur.
270 Nauta & captiui per eandem legem habentur ſuſpecti.
271 Inquiritur aliquando ob ſolam ſuſpicionem populi ſine fama, non autem ob iſtam iudicis ſolam.
Fama ad inquirendum aliquando opus eſt maiore , aliquando ſufficit minor.
273 Confeſſio iudicialis ſufficit ad inquirendum.
274 Confeſſio criminis extraiudicialis ad inquirendum non ſufficiat ſed benè infamia ex ea orta.

SExageſimum tertium corollarium non eſſe murmuratorem,nec eius cauſam Prælatum, vel iudicem, qui in caſibus particularibus , in quibus particulariter permittitur inquiſitio, inquirit do peccatis. Siquidem iuxta ius tam ciuile,quam canonicum poteſt hoc in multis caſibus fieri,quos Accurſius,gloſſa & Bartholus & alij. [a] Bartholus rurſus , [b] Angelus de Peruſio , [c] S. Antoninus, [d] Aretinus , [e] Speculator , [f] Salicetus , [g] Alciatus , [h] Angelus & Auguſtinus : [i] Sotus [k] & alij in diuerſis partibus colligunt. In quorum caſuum verificatione non ſolùm ſtyli illorum ſunt varij,verùm etiam ſententiæ contrariæ, & indeterminatæ , vt per S. Antoninum & Aretinum,& magis Salicetum , Angelum,Aretinum ſumque commentatorem Auguſtinum demonſtratur.

a In l. 2. §. ſi publico ff. ad l. Iul. de adult.
b In extraug. ad reprimendam.
c In repetit. l. ſi vacantia C. de bon. vacant. lib. 10.
d 3. par. tit. 9. c. 7. §. 2. & c. 8. §. 1.
e d. c. qualiter.
f De inquiſitione §. quãdo.
g In l. ea c. de accuſat.
h Cap. 1. de offi. ordin. 1 2 offi. prin. li. de maleſic.
k Mem. 2. q. 6. pag. 3.
l In c. de maleficiis. 2. q. 1. & c. 1. vt eccleſ. benef. Inſtit. de public. iudic. in princ. & in l. tutor. §. præterea. ff. de ſuſpect. tutor. & in l. referipto. §. ſi quis ff. de munner. & honor.
m In l. ſi maritus. §. ſi ante extraneus ff. ad l. Iul. de adult.
n In d. l. 2. §. ſi publico , & extraug. ad reprimendã.

252 Pro cuius declaratione(quæ eſt neceſſaria tam, pro foro conſcientiæ præſertim Prælatorum, ac iudicium quã pro exteriori.) Dico primo, in hoc eſſe quatuor opiniones.Prima eſt gloſſarum, [l] quę communiter ſentiunt viam inquiſitionis , & inueſtigationis non eſſe permiſſam niſi inquibuſdam caſibus.Secũda eſt Bartholi qui licet [m] fuerit huius ſententiæ , in alijs tamen ſentit eam regulariter eſſe permiſſam,& ſi mihi videatur parum referre in quam duarum opinionum inclinet : Bartholus enim [n] non dicit , quod poterit procedi ſecundum iſtam opinionem in pluribus caſibus, quam ſecundum primam, ſed quòd caſus,in quibus procedi poteſt,ſunt plures quam illi,in quibus non poteſt. Ac propterea potius eſt facienda de illis regula , quam alijs. Tertia opinio eſt, viam inquiſitionis

non esse communiter permissam,secundum ius ciuile,sed secundum ius canonicum, & hæc est magis communis, quæ colligitur ex citatis per Decium,[a] & Aretin. [b] & Aliciatum.[c] Quarta opinio est in hoc non existere differentiam inter vtrumque ius, quæ est Saliceto, [d] quem Franciscus Aretinus sequitur. [e]

253 Dico secundo,quartam istam opinionem mihi videri magis vera proximam, debetque cum prima coniungi, quam glossatores tenuerunt, videlicet neque secundum ius canonicum, neque ciuile esse regulariter permissam inquisitionem ad puniendum,& in iisdem casibus,quibus permittitur de iure canonico permitti iure ciuili, & contra. Tum quia glossa,[f] cum aliis glosis supra citatis ponūt pro regula (Nemo sine accusatore damnetur) & statim excipiunt casus,in quibus,illa regula fallit,nulla facta differentia inter vnum alterumque ius. Tum quia qui dicūt viam inquisitionis esse permissam iure,canonico, fundantur in cap.*qualiter*,il 2.& in c.*inquisitionis*,[g] quæ probant id verum esse,quando præcedit infamia, & sic non probant inquisitionem regulariter esse permissam,sed tantú esse permissam in delictis,quando adest infamia. Hoc autem non est regula sed casus fallentiæ regulæ , & pro tali ponitur à glossa.[h] Tum,quia etiam si quis velit negare auctoritatē Doctorum, & glossæ : non tamen poterit negare,quod vt vnum ius, ita & alterum disponit , [i] (vt nemo sine accusatore damnetur.) Tum quia illa lex,de qua loquuti sumus supra,[k] vbi me retuli ad istud, & probatur per multos textus,[l] per locum ab speciali, est quasi naturalis,& valde proxima suis principiis.

254 Proinde non sine magna ratione,ac causa debemus recedere ab illa , adeo vt dixerit Salicetus , [m] & Baldus quem ipse non citat,[n] quem ibi Alciatus, sequitur , quod quamuis existeret ordinatio , vt super omni crimine posset procedi via inquisitionis, non propterea posset specialiter inquiri fama de eo non precedente. Tum quoniam hæc opinio obseruat consuetudinem , vt testatus est Gandinus allegatus,& approbatus per Baldum.[o] Tum quia ad particularem profectum particularium non debet procedere iudex nisi ad requisitionem partis. [p] Tum quia doctissimus ille Ioānes Faber, [q] dixit vti iure canonico , ita & iure ciuili posse inquiri de delicto contra infamatum , & testatur istud seruari de consuetudine. Tum quia eadem ratio, quæ extat permittendi, vel prohibendi viam inquisitionis ad punienda delicta iure canonico, extat quoque iure ciuili , vt clarè colligi potest ex eo, quod in quarto principali dicto inferius afferetur.

255 Tertio dico multos casus , qui narrantur, vt liberi, excepti ab ista regula,legéque supradicta, non esse tales. Tum quia afferunt prò casu excepto Panormitanus, [r] S. Antoninus, Sotus,[s] & communiter alij , illum , in quo inquiritur de vita bona vel mala electi , ad confirmandam vel expugnandam eius electionem.Hic autem casus non meretur dici exceptus ab ista regula , quoniam nō comprehenditur sub illa. Regula enim supra dicta inquit (vt nemo sine accusatore damnetur) in hoc vero casu non fit inquisitio ad puniēdum , neque punitur culpatus , nisi,vt non detur ei , quod non meretur , neque auferatur quod non debet.

Tum quia in casibus exceptis ab ista regula videtur etiam ponere speculator,[t] illos , in quibus inquiritur de postulato ad admittendam, vel reiiciendam postulationē vel de Episcopo , [v] an sit conseruandus , vel de clerico an sit ordinandus ob eandem quoque rationem debebat excipere quando inquiritur de præsentato an sit institūēdus, vt ait glo. singularis , [x] ac de expectante Apostolico, cui Papa mandat conferri beneficium si sit idoneus,an sit ei conferendum.[y] Nullus tamen horū est casus exceptus ab ista regula, quoniam non continetur sub illa magis quam primus.[z]

256 Tum quia etiam quasi omnes supra dictos casus ponunt pro casu excepto illum , in quo inquiritur generaliter ad purgandum delictis , & delinquentibus territorium,de quo loquuti sumus , [a] ac præcedenti , & tamen non est. Generalis enim inquisitio non est ad punienda delicta , sed ad inuenienda , non est iudicium decisorium,sed præparatorium , neque per dictum testium in ipsa receptorum potest aliquis condemnari , si post in speciali non ratificabuntur in eodem, vt omnes sentiunt, & colligitur ex Baldo [a] & ex Aretino.[b]

257 Pro quo facit cap.*veniens*.[c] & quod Bartholus annotat [d] quin casus iste cum omnibus supradictis continetur sub illa regula posita à Bartholo [e] per §. 1. & §. quoniam *Authen*.[f] & l.*congruit*.[g] quæ asserit posse iudicem procedere sine petitione partis ob emolumentum publicum, ob quod in omnibus supradictis casibus inquiritur. Tum, quia Angelus Aretinus dixit [h] esse casus exceptos illos in quibus inquiritur ob vtilitatem particularem , scilicet si tutor sit suspectus [i] si hic vel ille sit talis , vt possit esse tutor idoneus [k] si executores publici vexant populum pro tributis excessiuis [l] si sint fraturæ vsuræ.[m] Et Augustinus de Arimino, [n] addit adhuc alios , in quibus iudex inquirit pro commodo particulari.

258 Non tamen illi , neque dicti sunt casus excepti ab ista regula,quæ ait (vt nemo pro crimine sine accusatore damnetur.) In illis enim nemo condemnetur de crimine saltem inquantum proceditur ad particularem vtilitatem. Verumtamen est istos cum alijs esse casus exceptos ob alia regula , quæ continet. (Non debere iudicem vti suo officio ad vtilitatem particularem,sine petitione partis.) Ob eandem etiam rationem inquirere in fauorem miserabilium personarum , & in fauorem rerum piarum (quod potest,& etiam debet fieri,secūdum Bartholum, [o] Innocentium & omnes [p] & Alexandrum,quicquid dicat Ioannes de Imola,[q] non sunt casus excepti à regula,& lege, quam in hoc Corollario tractamus , sed ab ista quam modo tangebamus , nisi quando super suis iniurijs inquiritur,vt inferius dicetur.

259 Quartum principale , quod dico , est regula,& lex, quam tractamus , nempe (vt nemo sine accusatore damnetur)esse mea sententia casum exceptum à regula,quàm modo in tertio dicto tangebam, videlicet iudicem ex suo officio posse procedere , sine requisitione partis ob vtilitatem publicam. Quamuis enim sit publicum commodum castigare delicta: [r] nequit tamen iudex ex suo officio,sine petitione partis communiter illa castigare.

260 At postquam lex ista est casus exceptus à regula aliqua particularis ratio inueniri debet , quare excipiatur ab illa , iuxta id quod sentiunt glossæ receptæ , & pro singularibus commendatæ. [s] Hanc dixit Magister Sotus [t] esse illam pulchram S.Thomæ,[v] scilicet quod (Iudex,secum Aristotelem [x] est interpres , & custos iustitiæ , ad quem confugiunt qui iniuriam patiuntur , tanquam ad iustitiam quandam animatam. Iustitia verò , quia est æqualitas non est nisi inter duos , quorum alter sit actor, alter verò reus,& ideo oportet, quod iudex inter aliquos duos diiudicet) Ratio tamen ista, licet eam legendo multum mihi arriserit , postea tamen non visa est mihi conueniens.

261 Tum quia illa pulchra ratio S. Thomæ , dignáque scitu ab omnibus iudicibus,non est peculiaris huius Conclusionis sed illa, quoniam iudex debet esse tertius distinctus à partibus. Tum quia regulariter possunt iudices procedere ex officio sine parte , ob vtilitatem Reipublicæ , vt dictum est , nec propterea operatur contra rationem S. Thomæ : sufficit enim quod Respublic. cuius est Iudex , est vna pars, & altera is , contra quem proceditur.

262 Itaque poterit dici, quod in puniendis delictis, principaliter ob vtilitatem Reipublic. ipsa tenet locum vnius partis, & delinquens alterius. Conueniens igitur ratio meo iudicio est , quòd licet ex se communiter sit emolumentum Reipublic. punire delicta, tamen non est, quando sunt occulta,nec adest pars accusans , nec querelam porrigens.

263 Non enim est tantùm commodum Reipublic. delictorum punitio , quantum est damnum publicatio delictorum , & delinquentium occultorum ob amissionem famæ,& honoris subditorum , qui sunt ex maioribus bonis exterioribus, vt superius ȳ probatum fuit. Tum

a *In l. ea.nu. 42. de accusat.*
b *Cap.qualiter 2.n.51.de accusat.*
c *2. de testi.*
d *In l. prescriptione.n. 8.C.si contra ius. vel vtilit.publ.*
e *In l. 4. §. hoc autē opp. 3.ff. de dam. infect.*
f *Vt nulli.iudic.colla.9.*
g *ff. de offic. præsid.*
h *In lib. de malef. ī prin. coll.5.*
i *Le.3. §.prætorea de suspectis tutor.*
k *Leg.credēdum.8.fin.ff. de pet.hared.*
l *§. coges in Authen. de mādat. princip.*
m *Ca. ad nostram de iur. iuran.*
n *In eo li. de male.in prin. col.9.*
o *Leg. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infect.*
p *In d. ca. ad nostram 2.*
q *d. l. 4. §. hoc autem.*
r *Leg. si ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.c.vt famæ. de sent. excom.*
s *In cap. sicut vrgeri.1.q.1. & l.filium.c. famil.erciscū.*
t *Memb.2.q. 6.pag.4.*
v *2.2. q. 68. art. 3.*
x *5. Ethic.*
y *In conclus.*

propter incommodum,quod Reipub.datur,in propalandis malis exemplis,quæ imitetur, & præbenda occasione male suspicandi,peiusque murmurandi,ac temere de his, & de illis iudicandi.

264 Quintum principale,quod resoluendo hanc materiam dico , & quod omnes casus excepti ab ista regula (vt nemo sine accusatore damnetur) rediguntur ferè ad vnum,videlicet quando punitio ordinatur principaliter ad impediendo mala futura,& auferendam materiam, & occasionem illorum.

265 Ad quem finem potest semper, & in omni casu inquiri,iuxta illud dictum singulare Innocentij IIII. [a] per omnes receptum , sic & etiam ad hunc eundem finem clericus potest à laico capi,secundum Abbatem per alios approbatum. [b] Correctio autem fraterna est de præcepto,secundum S.Thomam,[c] & Archid.[d] concurrentibus aliis conditionibus superius tactis, tam pro minoribus, quàm pro maioribus , secundum glossam receptam. [e] Quod locum habet tam in delictis priuatis , quæ bonum particulare,quam in publicis, quæ publicum lædūt, tam in secretis, quam in famosis , vt benè demonstrat in specie Sotus.[f] Ratio propria huius est, quia vt in dicto præcedēti dicebam , vna ex principalibus causis,cur non permittitur punire per inquisitionē,est vt bona fama hominum non amittatur.Ista verò ratio cessat quando eius amissio est necessaria ad impediendam iacturam animæ, vt superius dictum est.[g]

266 Quod autem omnes ferè casus inquisitionis reducantur ad hunc directè, vel indirectè suo,vt dicunt pondere probo per sequentia fundamenta , quibus tota hæc materia inuoluta magis declaratur , quam hucusque per quemlibet alium.

267 Primum fundamentum, est, quod ex præcipuis casibus,in quibus inquiri potest sunt illi, quando est fama, vel magnus rumor de crimine, [h] est à fortiori , quando ipsum est notorium.[i] Qui tamen comprehenduntur sub dicto casu. Si enim te interrogarent , cur cum est fama, rumor seu notorietas,potest magis inquiri,quàm quando hæc non adsunt ? Respondere debes cum Concilio Hierdensi. [k] (Ne populus scandalum patiatur) & cum Ismaro.[l] (Ne infirmorum corda de mala fama percutiantur.) Quæ duæ auctoritates licet loquantur de solis clericis , earum tamen ratio in omnibus Christianis locum habet,esto quod magis in clericis, qui secundum nostram professionem mundiores à peccatis incedere debemus,[m] Apostolus quoque super cuius dicto fundatur Ismarus, loquitur de omnibus Christianis.[n] Quando super huiusmodi delictis notoriis, vel famosis iudices non vtuntur diligentia in puniendis delinquentibus, de illis populus murmurat,concionatores ex suggestis eos reprehendunt, præbetur occasio nouis malis , ac peccatis , cum viderint de illis,quæ sunt per notorietatem,vel famam publicam, non haberi curam vt vltio sumatur.Ad hoc facit,quod vt iure canonico communiter potest semper inquiri super crimine notorio,& famoso,sic etiam potest de iure ciuili, vt superius conclusum & in 3.dicto,pro cuius ratione facit hæc singularis consideratio,vt ibi dicebam.

268 Secundum fundamentum est , quod pro alio casu principali omnes ponunt illum,in quo per publicum officialem denunciatur crimen.[o] Iste etiam casus reducitur ad supra dictum de crimine notorio , vel famoso , qui resoluitur in dictum quasi vnicum. Talis enim officialis non debet denunciare nisi crimen notorium , vel saltem famosum,iuxta communem,[p] nec quousque de hoc fidem faciat denunciator,debet iudex inquirere,vt benè annotauit Sotus.[q]

269 Tertium fundamentum est , quod ob hoc de crimine famoso est inquisitio , quæ fit contra seruos,de eo qui domi inuenitur occisus , [r] & contra nautas nauigij,quod submersum est. [s] Quandoquidem licet contra huiusmodi seruos,& nautas non extet particularis infamia hominis , eadem tamen lex suspectos habet nautas, etiam si sint liberi,& à fortiori seruos,vt pulchre declarat Salicetus.[t]

270 Quartum fundamentum, quoniam ad hunc eundem casum criminis famosi , & consequenter ad dictum vnicum euitandi mala,ac materiam, occisionemque illorum reducitur inquisitio particularis , quæ interdum sine probatione infamiæ integra fit.

271 Quam posse aliquando fieri ob solam suspicionem populi vel illorum , ad quos eius sapientia pertinet , determinat Innocentius IIII. [a] dilatatus ibi per Antonium Abbatem & super omnes Aretinum , secundum quos iudex arbitrari debet qualis , vel quanta sufficiet , iuxta quos dixit Salicetus ista verba [b] (Quod diffamatio non debet esse vniformis , quia quandoque maior, quandoque minor , pro vt periculum magis vel minus instat.)

272 Nolo tamen dicere suspicionem soli iudicis, & inditia sola quæ habet , sufficere ad inquirendum. Hoc enim ita se habet , vt probaui supra [c] quamuis moderni contrarium teneant vt Sotus [d] & Alciatus:[e] & vt ibi respondeo cuidam dicto Sanct. Thomæ illud declarando, valde accommodatè: & ita hic dico, quòd nec Antonius [f] neque Aretinus [g] qui pro suo dicto allegat Aliciatum id dicunt , quamuis affirment quod sensit Innocentius & quod modo tangebamus, nimirum aliquando suspicionem, & iudicia, quæ populus habet, quod tale delictum fuerit perpetratum, vel talis deliquerit, sufficiat ad inquirendum, licet non probaretur integra fama de ipso.

Sententia ergo mea est quòd licet non probetur existere integrā famam in populo , si tamen probatur populum id suspicari,vel habere indicia, poterit aliquādo procedi , ad inquisitionem licet non semper. Quin nec adhuc sola fama integrè probata ad hoc interdum sufficit. Per illam enim solam non inquiritur contra Prælatos , si vna cum fama non concurrit etiam scandalum.

Per quæ omnia satis bene verum probatur suprascriptum Saliceti dictum.Bartholus autem [h] quem Augustinus allegat pro Angelo [i] non asserit , nisi quod indicia sufficiunt pro tormentis.Vnde male infert sufficere ad inquirendum de supra dicto.

273 Quintum fundamentum est , quod pro alio casu principali excepto ponit opinio communis illum , quando is contra quem inquiritur,confessus est crimen,vt determinauit Bonifacius VIII. [k]

Hic autem reducitur ad illum de crimine notorio, ac famoso, qui resoluitur in illud dictum quasi vnicum. Confessio enim propria facta ante Iudicem competentem facit rem notoriam de iure , vt affirmant multi Pontifices. [l] Non omittam tamen hic lectori tradere tria monita. Primum est, quòd Magister Sotus [m] nuper absque vlla in id citatione, limitauit istum casum tantùm procedere, quando ante multos illud confessus est , non autem quando ante duos , vel tres , nec etiam quando ante Prælatum ob incuriam , & inaduertentiam , vel literis quæ ei apertæ fuerunt.

Quæ limitatio vera est, intelligendo de confessione extraiudiciali , quoniam illa non sufficit ad Inquirendum.

274 Alterum monitum est , istam doctrinam dicti Magistri Soti præsupponere , quod sufficit confessio extraiudicialis ante multos facta ad inquirendum contra confessum , quod non potest de iure teneri, nisi quando ex ea confessione sparsa otra fuisset infamia. Verum tum non tam inquireretur virtute confessionis , quam virtute infamiæ , vt patet. Supponit etiam confessionem iudicialem factam ante duos , vel tres non sufficere , quod est contra id quod Bonifacius VIII. [n] glossa & omnes Doctores definiunt,ac sentiunt. Sufficit enim vt sit iudicialis , licet aliqua forma accidentalis ei desit , modo nihil essentiale omittatur , vt pulchrè probat decretum dicti Bonifacij eiusque glossæ cum annotatis super ea per omnes Doctores.

275 Tertium monitum sit quod multo singularius limitatur iste casus vt non procedat in eo , qui iudicialiter timore tormentorum confessus est , vt colligitur ex Bartholo [o] & clarius ex Alexandro , Imolensi [p] dummodo

a *In cap.cum oporteat. de accusat.*
b *In d. l. ea quidē. col. 8.*
c *In coroll. 48. nu. 182. & seq. huius conclu.6.*
d *Memb.2.q. 6.pag 3.vers. Hisi & paulo post vers. Tertium dubium.*
e *In cap.1.de offi. ordin.n. 42.*
f *Ibidem.*
g *In l. fin ff. de quæst.*
h *De malefi. verb. fama col.2.*
i *In cap. de accusat. lib. 6.*
k *In l. fin. de tempor. ord. e.vestra.c.fi. de cohab.cleric.*
l *De rat. teg.memb. 2. q.6.pag.15.*
m *In d. cap.1.de accusat.li. 6.*
n *In l. penul. ff de quæst.*
o *In additi. ad Bart. in l. qui in alien. §. Celsus ff. de negotio. gest.*

confessus reuocet suam confessionem, eo quod eam fecerit præ metu vt declarat Petrus de Ancharano, [a] ex quo colligitur idem esse dicendum, quando confessio facta fuit sine tormentis, non tamen sine iniusto carcere. Sextum fundamentum, quod ad veritatem ostendendam istius quinti dicti, facit, est, quod vt alium casum præcipuum inquisitionis ponit Bartholus, [b] & communis, quando iudex ex mero suo officio procedit, & si verum est quod dicit Sotus, [c] istud non habere locum, nisi præcedente fama, vel notorietate, constat reduci ad casum, qui in illum vnicum resoluitur, per iam dictum. [d]

276 Verum est iudicem sæpissimè procedere solere ex mero suo officio, non præcedente fama vt apparet per ante dicta, & quę infra dicentur.

Non tamen sufficit vt valeat castigare inquirendo, iudicem procedere ex suo mero officio, si alia causa non interuenerit, quod nescio quomodo nec Bartholus, [e] neque alij considerauerint, & istum ponant pro casu distincto, qui tamen per se non est sufficiens.

Si enim esset, sequeretur, quod regulariter omnia delicta tam secreta, quàm publica possent puniri via inquisitionis facta ex mero officio, quod est contra ius canonicum, & ciuile. [f]

277 Septimum fundamentum, quod istud nostrum quintum dictum confirmat, est quod pro alio casu principali inquisitionis ponitur, quando iudex inuestigando principaliter aliquid, inuenit incidenter aliquod crimen. Potest enim secundum communem illud castigare in eodem iudicio, vel saltem formando aliud nouũ processum via inquisitionis, per multos canones, & leges, qui sunt de eo. [g]

Hic autem casus reducitur ad illum infamiæ & notorietatis. Vt enim quod principaliter probatur in iudicio, habetur pro notorio, ita quod incidẽter probatur, producit infamiam, & esto quòd eam non produceret completam, habet tamen eam ius pro sufficienti. Occasionem enim præbet obloquendi de iudice, qui omittit punire delictum, de quo sine vlla eius inuestigatione, data est ipsi iudiciter notitia vt parui faciant delicta, nec timeant punitionem, neque iudices, cui consequens est permissionem inquisitionis in hoc casu reduci ad quasi vnicum iam dictum.

278 Verum est quòd adhuc iterum limitat hunc casum dictus Magister Sotus, nihil pro eo allegando, vt solum locum habeat, quando crimen incidenter repertum, est circumstantia aggrauans delictum, de quo principaliter tractatur, & non aliter.

Ponit pro exemplo quando iudex procedit contra aliquem vt concubinarium, & deregitur concubinam esse Monialem, ex quo delictum aggrauatur. Hæc tamen limitatio non mihi videtur digna, quæ merito sequenda videatur. Tum quia est contra omnes canonistas, & Iurisperitos. Tum quia extant expressæ leges probantes, quod etiam crimen detectum incidenter in lite, & causa ciuili, vbi agitur de delicto pecuniario potest castigari, per viam inquisitionis. [h] Tum quoniam differentia, quam communis opinio ponit inter punitionem criminis incidenter reperti, quod est annexum, & accusationem criminalem, ac principalem, multum differt ab ista Soti.

269 Quandoquidem secundum communem delictum, annexum incidenter receptum, siue sit circunstantia aggrauans, siue alleuans, siue nec vnum, nec alterum præstet, potest puniri in eodem iudicio, non ordiendo, & texendo nouam telam iudicij, non autem si sit crimen separatum à principali.

Tunc enim opus esse nouam telam ordiri, & illam ordiendo secundum omnes, potest puniri, vt moderni, & antiqui docent in multis locis. [l]

In quibus prius perbreues ampliationes & deinde per prolixiora scripta id declaramus. [a]

280 Octauum fundamentum sit, quod pro alio casu principali ponitur crimen, quod per generalem, inquisitionem reperitur. [b] Hic autem ob eandem rationem, qua casus præcedens reducitur ad quasi vnicum casum vitandi mala, ac peccata futura verum est etiam Magistrum Sotum [c] nihil pro hac sua sententia allegando, tenuisse etiam in hoc contra communem, vt dixi in præcedenti corollario & allegaui idem tenuisse Angelum de Perusio. Non debemus tamen recedere à communi per ibi citata, ac quoniam in toto orbe est vsitata communis, quod solum sufficiebat ad eam tenendam, & quoniam si probatio incidenter facta sufficit ad inquirendum, vt in septimo fundamento dictum est debet magis sufficere quæ ex proposito facta est. [d] Neque obstant tria argumenta, quæ ibi denuo formaui contra communem [e] est illa quæ non solui, cum ad id mihi impressio typographi præfestina locum non daret.

Ad primum argumentorum igitur nunc respondeo, quòd velut non est pro communi textus expressus, ita etiam nec pro contraria, pro qua non existunt tot, tamque bonæ rationes, vt pro communi. Ad secundum, fateor inquisitiones generales fieri ob tranquillitatem Reipublic. delictaque occulta illam minimè perturbare, inficior tamen illa, quæ iam iudiciali ter sunt reperta, esse occulta, quoniam esto quod non exteat fama neque etiam notorietas, participant tamen iam publicam conditionem iudiciorum. Iam enim id sciunt Iudex, & notarius, vt publicè personæ, quod legislatores habuerunt pro sufficienti ratione ad inquirendum, vt etiam pro tali tenuerunt probationem in Iudicio incidenter factam per citata in septimo fundamento.

281 Ad tertium, quod est validius, concedo testes generalis inquisitionis non debere reuelare peccata occulta iam patrata si saltem speratur non esse reiteranda, vt exponam in sequenti Corollario: si tamen (etiam si male egerint) ea reuelarunt, iudex qui ea scit, tenetur super illis specialiter inquirere. Pro qua responsione facit quædam decisio eiusdem Magistri Soti, [f] videlicet, posse iudicem virtute testium, quos alius deregit per iniusta tormenta, vel alio modo iniusto, illis bene vti, modo ipse non sit comprehensus in illa iniustitia. Facit etiam ad id decisio Bonifacij VIII. [g] quæ probat posse inquiri contra illum qui non debens, & fortè quoque in eo peccans confessus est delictum secretum. Ad quartum, quod ibi assero me seruasse in duabus visitationibus, dico id me egisse, quoniam in genere interrogabam, & iuramentum exigebam super publicis tantùm, ac super fama, vel rumore, pro non dicto reputans id, quod super alia re mihi diceretur. Quo in casu mihi bonum videtur vsurpare, & seruare opinionem Angeli & Soti.

282 Nonum fundamentum istius quinti dicti est quòd pro casu principali ponunt Speculator, [h] Bartholus, [i] S. Antoninus [k] & alij, peccatum factum in iudicio ante iudicem, vel per testes, malè disponendo, [l] vel per partem vtendo literis, vel instrumento falsis, [m] vel testibus falsis [n] vel falsè accusando, [o] vel se remouendo pro pecunijs à bona accusatione, vel alijs modis, qui sunt multi. Hic autem casus eadem ratione, qua duo præcedentes reducitur ad dictum vnicum vitandi mala. Propono tamen lectori tria monita. Primum, quod dictus Magister Sotus, [p] nihil pro eo allegando, dixit, rationem cur in casibus in hoc argumẽto nominatis possit inquiri non esse atrocitatẽ criminis, vt Iurisperiti asserunt, sed quoniam omnia ista peccata sunt pernicio sa, & damnum afferentia, partibus. Secũdum monitum, quod Bartholus, Speculator alijque Iurisperiti communiter non reddunt illam rationem, sed vel eam tacent, vt Speculator: vel dicunt vt Bartholus [q] quòd colligitur ex his verbis (propter magnam offensionem quam faciunt) subintellige Iudici, dum peccant coram eo, non autem quod offensa in se sit atrox.

283 Quod ita intelligendum esse apertè colligitur ex eodem Bartholo. Post hunc enim casum ponit pro alio illam extrauagantem *ad reprimendam*. quod loquitur de crimine

a *Conf. 24. visa inquisitione.*

b *In l. 2. §. si publico. ff. de adulter. & in extraua. ad reprimendã.*
c *Vbi supra.*
d *C. 1. vt ecclesiast. benef. d. C. qualiter & d. e inquisitionis, & c. licet Heli. de simon.*

e *Leg. referipto. §. si quis accusatorem. ff. de muneri. cum ei similib.*

f *Cap. 2. de confess. c. 1. de except.*

g *d. §. si publico. & leg. quod euitandi. C. de condict. ob turp. caus. l. penul. C. si aduers. lib.*

h *d. l. quod euitãdum. ff. de condit. ob turp. caus. & l. penul. C. si aduers. lib.*

i *Cap. 2. de confess. & c. 2. de ord. cog. & c. 1. de except. c. per inquisitionẽ de elect. Traditur in l. 2. §. si publico. ff. de adulter.*

a *In repet. c. 2. de confess.*

b *Leg. 4. ff. ad l. Iul. pecul. C. de offi. profect. prætorum. prouince. ca. 1. de censib. lib. 6.*
c *Vbi supra memb. 2. qu. 6. pag. 1.*

d *Arg. c. 2. de ord. cogn. sub fin. cum his, quæ ibi scripsi latius.*
e *Num. 48. versic. verũ etiam.*

f *Vbi supra memb. 3. q. 1. pag. 8.*

g *Cap. 1. de accusat. lib. 6.*

h *De inquisit. §. quãdo.*
i *In d. Extraua. verbo in quisitionem.*
k *3. par. situl. 9. c. 7.*
l *Leg. nullum. de testib.*
m *Leg. Iubemus. capit. de probat.*
n *d. l. nullũ. de testib.*
o *Cap. 1. de calumn. l. 1. §. ad Turpi. l. fin. c. de abolit.*
p *Vbi supra.*
q *In d. extraua. ad reprimendam.*

mine læsæ maiestatis, & dixit in principio, introduci per illam, casum nouum inquisitionis, etiam quo ad vis canonicum.

Quippe qui affirmat quòd etiam secundum canones non poterat inquiri in illo casu, non præcedente infamia, quousque extrauagans illa facta sit. Vnde clarè colligitur non esse intentionem Bartholi dicere rationem cur in casibus enumeratis in isto argumento, valet inquiri, esse atrocitatem criminis, postquam dicit quod etiam illud læsæ maiestatis non includebatur sub illorum ratione. Nec obstat dicere, quod ante illam extrauagantem poterat inquiri super crimine læsæ maiestatis per leges antiquas, [a] & super crimine atroci: vna si quidem illarum non loquitur de inquisitione, quæ fit sine parte, [b] sed de inquisitione, quę capitur contra accusarum, & accusatorem per tormenta, quando est semiplena, & non integra probatio facta contra reum.

284 Altera autem, [c] quæ dicit posse inquiri contra iniuriam inferentes ecclesiasticis, dum celebrant diuinum officium, debet intelligi, cum est iniuria notoria, seu famosa, vt eam intelligit Angelus de Perusio, [d] approbatus per Angelum Aretinum, [e] & etiam concurrente scandalo, vt dixit Salicetus, & [f] adhuc aliud, quod in vndecimo fundamento tangetur.

Tertium monitum, quod in aliquibus casibus in hoc argumento nominatis, possunt esse delicta, quæ nullum parti nocumentum afferant, vt si testis iuraret falsum ad saluandum eum, contra quem via inquisitionis procedit, vt non minus propterea posset eum iudex castigare, cùm sit crimen coram eo perpetratũ. Quare non sufficit pro ipsis ratio circumspecti Soti.

285 Decimum fundamentum huius quinti dicti, est quod in crimine hæresis, & Apostasiæ sine infamia inquiritur, [g] & ratio est secundum [h] Salicetum, quia sunt delicta, quæ lædunt, & inficiũt. Ex qua ratione perspicuè colligitur, & quod adhuc casus inquisitionis de hæresi, & apostasia reducitur ad dictum quasi vnicum casum inquirendi, qui est vitare mala, ac peccata, ne fiant, neuè frequententur, quod inferius in sexto dicto tangam.

286 Vndecimum, quod adhuc ille alius casus, in quo inquiritur contra complices delectos per reum malefactorem, [i] & ille, in quo de notorio crimine, existente criminoso occulto (vt suprà Corollario dictum est) & quãdo extat fama de delicto, & non de delinquente (quo casu etiam saltem secundum consuetudinem, inquiritur, vt sciatur tandem si commissum sit, & deinde quis commisit) per eandem rationem rediguntur ad supradictum ferè vnicum.

287 Inquisitio quoque, quæ est licita, & etiã debita, contra iniuriam inferentes scholaribus, secundum Baldum, [k] per illum textum, & personis miserabilibus, vt sunt viduæ, orphani, & peregrini, secundum Angelum de Perusio, [l] ad supradictum quasi vnicum casum redigitur. Ratio autem eius est, quoniam si Iudex ex suo officio non procederet contra iniuriam afficientes eas personas quia nequeunt, vel nesciunt petere ius suum, magna occasio præberetur peccatis, & malis futuris.

Eadem ratio meo quidem iudicio est magis consona quam suprataeta in fundamento nono, quoniam contra iniurias ecclesiasticis illatas inquiritur. [m] Postquam enim eorum gloria, & honor, est parcere, & non querelas proponere, vt eadem lex inquit, si iudex ex suo officio eorum iniurias non puniret, nouis iniuriis occasio præberetur.

288 Duodecimum fundamentum est. Ratio cur vocem quasi vnicum casum supradictum, in quem tot resoluuntur, nec absolutè vnicum est, quia de crimine læsæ maiestatis humanæ non habita ratione ad impediendum futurum, potest inquiri ob vindictam præteriti per nouam extrauagantem, *Ad reprimendam*. Dixi (humanæ) quia etiam de diuina potest inquiri. Vt tamen dictum fuit in fundamento decimo ille casus ad dictum quasi vnicum reducitur. Tum etiam, quia bene possunt Pontifices & Reges nõ recognoscentes superiorẽ precipere, vt in aliquo casu nouo inquiratur ad puniẽdum delictũ, vt dixit Innocentius per omnes receptus, [n] ac Baldus, [o] Angel [p] Aretinus, [p] & alij recẽtiores, in aliis locis Alciatus, [q] Hippolytus, [b] & ex commissione eius poterit inquiri, licet non præcedat fama, & dummodo, (vt dicebat gloss. [c] à multis pro singulari commendata) motu proprio, & non ad instantiam partis id fieri mandet.

Sextum dictum principale huius Corollarij habebit multas decisiones planè relatas. [d] Prima non videri verum episcopos, & Archiepiscopos posse inquirere non præcedente infamia, vel absque alio supradicto rum, quod æquipolleat illi, licet glossa [e] recepta per vtrumque Angelum, [f] & quidam alij teneant contrarium per allegata superius in fundamento quinti dicti.

289 Secunda, quod qui virtute famæ, vult inquirere, prius debet super illa capere probationes, secundum Augustinum, [g] contra Angelum approbatum per Alciatum. [h] Maiori tamen ratione reprobatum per Augustinum & Decium, [i] & prius per Ioannem de Anania, [k] ac Fulgosium, [l] atque Felynum, [m] cùm cæteris quos allegat.

290 Tertia, quod ratio propter quàm hodie non annullantur multæ inuestigationes, & inquisitiones, quæ fiunt in foro Ecclesiastico, est quod illi contra quos proceditur, iam citati, vel incarcerati, non opponunt, quod contra ipsos non est fama, vel confitentur culpã: siquidem posito, quod iudex peccet in inquirendo contra aliquem sine fama, vel sine probatione eius; si tamen reus hoc non opponit, vel fatetur culpam, rectè potest ipsum castigare, si id meretur, vt declaratum est per Bonifacium VIII. [n]

Quarta, quod ad tollendum periculum animarum potest inquiri sine fama. Hoc enim satis comprehenditur sub illo quasi vnico cap. *ad nostram*. [o]

291 Quinta, non est tenendum, quod Alciatus dixit, [p] nempè posse inquiri contra Religiosos non debere precedente infamia. Quamuis enim id Ioãnes Andreas dixerit, [q] non tamen id probauit, quippe qui cap. *in singulis*, [r] quod ipse citat, loquitur de inquisitione generali, de qua non dubitat communis posse fieri non præcedente infamia, [s] Alciatus verò de speciali. Non autem est textus neque ratio, cur in religiosis locum non habeant textus expressè canentes, vt inquisitionem specialem præcedat infamia. [t] Quòd si circa religiosos non seruetur, tamen exactè ordo præcedendi, vt quod alios, [v] in aliis rebus, in isto tamen seruatur, vt sentit apertè S. Thom. [x] Caietanus, [y] Sotus, [z] Vmbertus, [a] ac Communis.

292 Sexta, quod nec teneri debet id quod idem Alciatus, paulò inferius tenuit, videlicet in omnibus criminibus atrocibus posse inquiri sine fama, quamuis ante ipsum id dixerit Angelus, [b] quem ipse non citat, confutatus efficacirer per Franciscum Aretinum. [c]

Septima, quod minus tenendum est quod idem Alciatus tenuit multo inferius, [d] cum aliqua dubitatione, scilicet posse sine infamia inquirere iudicem quoties non præsumitur id agere ob calumniam. Tum quia id dicunt Salicetus, [e] & Aretinus. Tum quia ratio, cur index nequeat communiter inquirere, non est, quia, in eo præsumatur malitia, sed alia, quæ reddita est in quarto dicto huius Corollarij.

293 Octaua, quod fama orta post incarcerationem rei non sufficit ad inquirendum, nec etiam quę ante, si non sit orta à personis honestis; neque adhuc tunc sufficiet, ad tormentis exquirendum, si sola sit, vt aptè probat Petrus de Ancharano. [f]

294 Nona, famam non amittere suam virtutem probandi, quia fuerit causa inquirendi & teneat aliquo modo locum accusatoris, vt rectè notauit Aretinus, [g] contra Panormitanum post quam denunciator minus perdit potestatem reddendi testimonium, quamuis teneat vices accusatoris, vt asseruit Bartholus, [h] quando saltem non prosequitur causam, vt dicebat Salice. [i] verùm est quod testes adducti super fama, antequam initium sumat inquisitio & non citata parte, post illam citatam sunt iterum examinandi & probandi, vt idem Aretinus dixit.

a *Leg. 3. C. ad legẽ Iul. maiest. l. siquis in hoc genus. C. de sacro sanct. eccles.*
b *d. l. 3.*

c *d. l. siquis.*

d *In l. si vacantia. lib. 11.*
e *In lib. de malefic. col. 4.*

f *In d. l. ea. col. 9. C. de accusat.*

g *Leg. nullus cap. ad legem Iul. Maiesta. c. excommunicamus. §. adiicimus de hæret. l. Apostatarum C. de Apost.*
h *d. l. ea ca. de accus. col. 9.*
i *Leg. 1. §. si quis. vlt. ff. de quæstio.*
k *In Auth. habita. ca. ne fil. pro patre. n. 25.*

l *In l. mulierem. C. si mancip. ita ne prostit.*

m *Leg. siquis in hoc genus C. de episcop. & cleric.*

n *In cap. cum oporteat. de accusat.*
o *In l. nullus C. ad l. Iul. maiest.*
p *Lib. de malefic. verb fama publica. col. 2.*

a *In c. 1. de offic. ordin.*
b *Sing. 14.*
c *2. cap. 2. de accusat. lib. 6.*
d *In d. c. 2. de accus. lib. 6. c. dict. cap. 2.*
e *In l. si vacãtia C. de bon. vacant. lib. 10. & de malefi. col. 16.*
f *Lib. de malefic. col. 18. vers. Tu aut.*
g *d. cap. 1. de offi. ordin.*
h *In con. 170. visa themate.*
i *Conf. 19. visa inquisitione.*
k *Conf. 136. in causæ citationis.*
l *In c. qualiter col. 3. de accusat.*
m *Cap. 1. & 2. de accusat. lib. 6.*
n *De iur. iuran.*
o *In d. ca. 1. de offi. ordin. nu. 47.*
p *C. olim. col. 2. de accusa.*
q *De stat. monach.*
r *Cap. 1. de offi. ordin. & l. congrut. ff. de offi. præsid.*
s *d. c. super his. ca. qualiter. 2. de accusat.*
t *v. d. c. qualiter sub fin.*
x *2. 2. qu. 33. art. 7. ad 4. & ad 5.*
y *Ibidem.*
z *Vbi supra.*
a *In regula S. Augu.*
b *In d. l. si vacantia.*
c *In d. c. qualiter. 2. n. 63.*
d *In d. c. 1. n. 60.*

e *In d. l. ea. col. 8. in d. ca. qualiter nu. 50.*
f *In cõs. 253. inquisitione.*
g *In d. c. qualiter. num. 5.*
h *In l. diuus. num. 14. ff. de custod. reo.*
i *d. l. ea C. de accusat. q. 12.*

295 Decima, non esse certas omnes differentias, quas Panormitanus scripsit, inter inquisitionem, quæ fit ad petitionem per instantiam alterius, vt illam, quæ fit ex mero officio Iudicis.

Tum quia tamen in vna quàm in altera reus iurat de calumnia, & post Ioannem de Imola præceptorem suum, probat Anania, [a] vel nec in vna, nec in altera, & sequenti Corollario tangetur.

Tum quia in vtraque iudex antequam procedat, debet sumere testes super fama, vt Coradus Horetius bene determinat ibidē, [a] & Anan. approbat, & superius tāgitur. Tum quia in vtraque potest reus probare bonam famam, ad impediendam inquisitionem, vt dixit Cardinalis. [c]

Tum quoniam in vtraque potest Iudex sumere testes post litem conclusam, vt colligitur ex Bartholo, [d] quoniam iudex in omnibus causis criminalibus potest sumere alios testes, tam pro impugnatione, quam pro defensione rei, postquam publicata sunt dicta aliorum.

296 Vndecima, quod licet super crimine hæresis possit inquiri etiam specialiter, non præcedente infamia, vt superius dictum est, [e] non tamen nulla existente suspitione, vt ex quodam dicto Bonifacij VIII. [f] collegerunt satis clarè Ioannes Andreas, Dominicus & Philippus & Franciscus de Aretio. [g] Concesso autem, quod non possit negari sufficere suspectionem in hoc casu, vt probatur, per quoddam decretum Concilij generalis, [h] quod ad hoc Cardinalis, [i] & Ioannes de Anania reputarunt singulare, meo tamen iudicio, cum saltem non adest timor, vt reus fugiat, nemo capitur vinctus pro hæresi, nisi habeatur de illo plusquam suspicio, ob vituperium, quod ex hoc ipso oritur magni momenti, saltem quoad vulgus.

297 Non omittam tamen dicere me risisse, cum quodam in loco non multis ab hinc annis audiuissem citari Concilium illud pro valde singulari, ad probandum Episcopum posse in suo episcopatu generaliter inquirere super crimine hæresis.

Tum quoniam si nemo dubitauit Episcopos posse inquirere generaliter super omnibus aliis criminibus sui episcopatus, [k] quæ ratio erat dubitandi si poterat super crimine hæresis, quod in hoc est magis priuilegiatum. [l]

Tum quia Concilium allegatum non tantum decernit id posse ab eis fieri, quin præcipit vt id agant. Tum quoniam si alij textus magis vulgares pro hoc extarent, ille non satis erat ad probationem dictæ conclusionis, loquitur enim solum de inquisitione, quę debet fieri in loco vbi viget publica fama, hæreses existere.

298 Duodecima est, sumistas in hac materia valde summariè transisse meo iudicio, atque in colligendis decisionibus dubiis paucorum Doctorum lectione fuisse cōtentos. Cuius rei lectorem moneo nec illis plus confidat quam æquum sit.

299 Et vlterius addo, quod licet Magister Sotus, [m] sequens Innocentium, [n] pro eodem habebat infamiam, & clamorosam inquisitionem, de qua textus in hac materia loquuntur, [o] idemque teneant Panormitauus, [p] & Ioannes de Anania, [q] quem ipse non citat, verior tamen mihi opinio contraria videtur.

Quandoquidem textus, dicto cap. *inquisitionis*, [r] apertè eas pro diuersis rebus ponit in illis verbis. (Nullū esse pro crimine inquirendum, super quo aliqua non laborat infamia, seu clamosa insinuatio non præcesserit &c.) idem significat dicto cap. *qualiter*, [s] in illis verbis (per publicam famam, aut insinuationem frequentem.) Dicemus igitur adesse famam ad inquirendum cum testes ad id necessarij asserunt, coram iudice iudicialiter deponentes, vt conuenit super illa.

Dicemus verò existere insinuationem clamorosam, cum multi extraiudicialiter dicunt superiori, hunc, vel illum fecisse tale, vel tale delictum, vt melius omnibus sentit Franciscus de Aretio duobus in locis. [t]

Quod facit pro eo, quod concludit, [v] nempe sufficere ad inquirendum vt fama probetur semel tantum coram iudice, saltem quando citata parte probata fuit.

Sexagesimum quartum Corolarium.

SVMMARIVM.

300 Murmurator non est testis, qui reuelat mala aliena iuridice.
301 Testis falsus Deum iudicem, proximumque offendit.
302 Testis tacens veritatē paulominus peccat quam falsus, licet non omnino tantum.
303 Peccati mortalis pondus, & onus intolerabile per aliquos testes parum expensum.
304 Testimonium non debemus ferre, nisi requisiti, ad impediendā mala.
305 Testis dicat quod scit, non obstante quod promiserit, aut iurauerit id non dicere.
306 Testis vt quis non sit in causa ciuili, si se abscondat, peccat, & præsumitur corruptus.
307 Testes possunt compelli ad deponendum in causis ciuilibus, & criminalibus, ac quando non.
308 Testes non compellit praxis Romæ in causis criminalibus.
309 Testis non deponit de eo, quod sit via confessionis sacramentalis.
310 Testis nō deponit de delictis secretis, si generaliter interrogatur. nec etiam si specialiter.
311 Testis non tenetur, neque potest detegere delicta secreta si ei non constet esse semiplenè probata.
312 Testis magis potest & ad minus tenetur contra accusatū quam contra inquisitum.
313 Testificari in causa criminali non compellit praxis Romæ. neque etiam cum graue damnum sequitur, secundum veriorem resolutionem.
314 Testem ad solam punitionum delicti nemo ob circunstantiam se debet offerre.
315 Testis ex caritate obligatus differt ab eo qui obligatur ex iustitia: iste num. sæpius, & ad maiorem restitutionem tenetur quam ille.
316 Restituere non tenetur, qui ex sola caritate debens euitare dānum proximi non euitat.
317 Testis est quis deponere obligatus, qui ad id non debet compelli.
318 Obligat sapius conscientia ad quod non compellit iustitia & cū lex in falsa præsumptione non fundatur.
318 Peccant pauci ob non se offerendum in testes iudiciales.
319 Testimonium de malis mala intentione datum semper est peccatum, & sæpe murmurationis.
320 Testimonium omne malum non est peccatum murmurationis.
321 Obligant quoad subditos præcepta generalia, suorum Prælatorum, & vittatorum.
322 Denunciare debemus, cum nobis præcipitur ante, & res, quas, non tenemur, nisi nobis esset præceptum.
322 Corripiens publicum peccatorem, si se non emendet, tenetur eū denunciare.
323 Paludanus & Adrianus, videntur contrarij, quia vnus liber eorum est corruptus.

300 SExagesimum quartum est, non esse murmuratorem illū, qui vt testis ante suum iudicem & superiorem detegit mala, & defectus proximi sui. Tum quia hoc non est lædere, vel lædere velle famā proximi contra ius, quod est necessarium ad murmurationem, vt apparet ex eius definitione superius scripta. [a] Tum quia iusta ratio, & causa faciunt, vt non sit murmuratio illa detectio, vt [b] dictum est. Talem autem causam rationemque habet testis, per id quod sequentia fundamenta tangunt.

301 Tum quia testis, qui in iudicio mētitur, peccat mortaliter vt qui Deum, Iudicem, proximumque offendit iuxta illud dictum S. Augustini, [c] (falsidicus testis tribus personis est obnoxius. Primum Deo, cuius præsentiam contēnit, inde iudici, quem mentiendo fallit, postremo innocēti, quem falso testimonio lædit.)

322 Tū quia testis qui veritatē tacet, paulominus peccat (esto quod nō mentiatur, quā qui falsum deponit, & ambo sunt secundū Baid. [d] & Fel. [e] falsarij, quòd satis definit idem S. Aug. in illis verbis, vterq; reus est, & qui veritatē occultat

a *Cap. nequis 22. q. 2.*
b *Vbi supra memb. 2. q. 7. pag. 2.*
c *2. 2. qu. 70. art. 1.*
d *Psalm. 81.*
e *Prouer. 24.*
f *Cap. Non in inferēda. 23. q. 3.*
g *Ad Rom. 2.*
h *Cap. 1. de offi. deleg. ca. notum. 2. q. 1.*
i *Cap. 1. c. error & quasi per totam di. 83. & ea. negligere. 2. qu. 7. & c. aliorū 23. q. 3.*
k *2. 2. qu. 70. art. 1. ad 2.*
l *In c. qualiter. 1. de accus.*
m *In ea. dilectus. de excess. prælat. & sub fin. in d. c. qualiter. & cap. omnis de pœn. & remiss.*
n *Cap. inter. 22. q. 4. & c. quanto de iur. iuran.*
o *Cap. nō est obligator. de reg. iur. lib. 6. cap. in malis. 22. q. 4.*
p *Cap. 1. de iur. iurā. lib. 6. c. veniens. cap. Quinta vallis. de iur. iuran.*
q *Vbi supra memb. 2. q. 7 pag. 10.*
r *De testibus cog. c. sam literis.*
s *Verb. compellas. de testib.*
t *Leg. 1. & per totum. ff. de tabul. exi.*
v *Cap. 1. de testib. cog.*
x *Leg. in sūma de testib. col. 2.*
y *1. cap. 2. de testib. cogen.*
z *In d. c. 1. de testib. cogen. col. 2.*
a *Num. 264.*
b *In rub. de testib. cogen.*
c *In cap. 1. de testib. cogen.*
d *In c. dilectō rum eo. titu.*
e *In c. vt officium. §. verū ver. testium. de hæret. l. 6.*
f *In dicto ca. dilectorum.*
g *In c. 1. n. 4. de testib. cogen.*
h *In dicto ca. dilectorum.*

a *In hac concluſ. o. nu. 21. & seq.*
b *In coroll. 64.*
c *Cap. 1. de crimin. falsi.*
d *In c. frater nitatis de testib.*
e *In cap. 1. de testib. cog.*
f *d. c. 7. & c. quisquis. 11. q. 3.*

occultat, & qui mendacium dicit, quia ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat.) In quo testimonio pondera virum sapientissimum non dicere ambos æqualiter peccare, cæteris enim paribus magis peccat mendax, quam tacens, vt significat Gregorius. [a] Pondero etiam in dictis sententiis, quod Sāctus vir non facit mentionem de iuramento, quoniam si testis obligatus deponere, sine exactione iuramenti, vel iustè præcipiente iudice, vt deponat, diceret falsum, vel taceret veritatem, peccaret mortaliter, quamquam non tantum, ac si iuraret, vt bene annotauit Sotus. [b]

303 Quod parum respiciunt multi, qui solo timore per iurij reuelant veritatem, quam aliter tacerent, vel eius contrarium deponerent. Cæci homines, qui non vident, nec sentiunt pondus, onusque intolerabile peccati mortiferi, obligationisque ad restituendum damnum, quod mentiendo, vel tacendo sine iuramento inferunt proximo.

304 Tum quia etiam non citatus, nec interrogatus tenētur, qui scit malum aliquod id inferre iudici, cum non referendo inde sequeretur mors, infamia, vel damnum alicui innocenti, iuxta S. Thomam, [c] qui ad hoc citat illud. [d]

(Eripe pauperem de manu peccatoris) & illud, [e] (erue eos, qui ducuntur ad mortem) & intelligitur iniustè, secundum glossam, [f] citat præterea illud Apostoli. [g] (Digni sunt morte non solùm qui talia faciunt, sed qui consentiunt facientibus) vt etiam, [h] vbi ait glossa (consentire est tacere, cùm possis redarguere) quod in aliis multis decretis probatur. [i]

305 Tum, quia testis tenetur deponere quod scit, etiam si pollicitus fuisset se nihil dicturum, secundum S. Thomam, [k] per omnes receptum, & etiam si iurasset vt aiunt Innocentius, [l] & Panormitanus, [m] quoniam (iuramentum non est vinculum iniquitatis.) [n] Ac proinde si specialiter iurasti id non reuelare, etiam si vt testis interrogareris, peccasti iurando, non tamen teneris id seruare. [o] Quod si generaliter iurasti non reuelare, vis huius iuramenti ad hoc non se extendit. [p]

306 Tum, quia testis, qui vt nō deponat contra suū amicum, vel cognatum in causa ciuili, atque pecuniaria, se abscondit, vel fugit, sciens sine ipso non posse probari quod petitur, non minus peccat quam qui absēdit, vel radit testamentum, vel scripturam partis necessariam ad probationem, prout bene dixit Sotus, [q] nihil pro hoc citando. In multis autem canonibus vt c. 1. c. *peruenit*, [r] & aptius ca. *cum causam*, iuncta glossa, [s] ac legibus, [t] bene fundari posset, & ipsum peccatum mortiferum affirmat Innocētius, [v] communiter receptus: ac clarius Goffredus. [x]

Tum, quia testis, qui non est priuilegiatus, & citatus refugit deponere in causis ciuilibus pecuniariis, suspectus est, & præsumitur corruptus, secundū glossam (receptam, & adhuc posset contra illum inquiri, secundum communem, quam sequitur Panormitanus, [z] vt contra committentem crimen causans mala, & peccara futura, iuxta dictum in præcedenti Corollario. [a]

307 Tum quia communiter omnes possumus compelli esse testes illius, quod nouimus in causis, in quibus tractatur de facultatibus, & interesse partium, vt resoluit Baldus, [b] etiam si simus priuilegiati, si veritas nequit apetiri per alios, vt dixit Hostiensis, [c] communiter approbatus.

Tum, quoniam post reprobatas plusquam septem opiniones diuersas antiquiorum definiuit Panormitanus, [d] omnes communiter posse compelli ad testificandum, etiam in causis criminalibus, cùm requisiti id agere renuunt, nisi adsint alij, per quos veritas sciri possit.

Quæ quidem doctrina certa est in crimine hæresis, iuxta Archidiaconum, [e] quem ibi Ioannes Andreas & Felinus communiter recepti, [f] sequuntur.

Ac etiam in aliis, inquibus occultare veritatem esset peccatum mortale, ob damnum, quod inde resultat, vt resoluit Innocentius, [g] ac propterea in aliis, in quibus arbitrio boni iudicis, sine suo magno præiudicio, potest testificari, vt resoluit Baldus. [h]

208 Quamuis Hostiensis, [a] Goffredus, [b] & Ioannes de Imola, [c] dicant praxim Curiæ Romanæ non compellere ad testificandum eum, qui renuit super crimine, quacumque ratione de ipso agatur, vt inferius explicabitur.

Tum quia quando quis alium accusat, quia ad id in conscientia tenetur propter bonum publicum, etiam testes tenerentur in conscientia deponere, vt pulchrè, singularitérque definit, ac probat Caietanus, [d] vt infra dicetur, [e] & etiam contra patrem, ac matrem esse testificandum in causa criminali, sub pœna peccati mortalis aliquando tenent aliqui docti viri, vt Sotus. [f]

309 Contra supradicta tamen sunt aliquæ decisiones veræ, ac receptæ.

Prima quòd testis, non tenetur nec etiam iure potest, etiam si velit ferre testimonium de eo, quod nouit per sacramentalem confessionem, siue id sciat, quoniam ipsi is cōfessus fuit, siue quia cōfessarius id ei aperuit, seu ipse audiuit, aut sciuit licitè, vel illicitè quocumque casu, sine facultate pœnitentis iusta de causa concessa, vt superius dixi, [g] & latius in capit. *sacerdos*. [h]

310 Secunda, quod nec etiam testis tenetur nec debet reuelare delicta, quæ nouit alia via quam confessionis sacramentalis si sunt secreta, & iudex eum interrogat, generaliter super illis inquirendo, [i] vt ait Innocentius. [k]

Tertia, quòd nec etiam tenetur nec debet reuelare delictum secretum iudici, licet specialiter eum interroget, si notitia eius non esset necessaria ad implenda mala, vel non sit iam semiplenè probatum per testes, vel indicia, seu quasi semiplene declaratum per sufficientem famam, vt decidit S. Thomas, [l] & Caietanus, communiter per omnes Theologos recepti, etiam si accusator posset incidere in defectum, & pœnā: propterea quòd nequeat probare suam accusationem, postquam sua sponte se iniecit in illud periculum, vt expressè dicti duo Thomæ affirmant. [m]

311 Quarta quod nec etiam tenetur, neque potest testis reuelare iudici delictum secretum, licet de eo extent infamia, vel indicia, si illa non sint iam coram iudice probata, nec etiam si sint, nisi constet testi iam esse probata, vt sentit S. Thomas, [n] & determinat clarè Caietanus, [o] quoad ipsummet reum, & Sotus, [p] quoad testem dicente vtroque, quòd licet quando non adest periculum grauis damni alieni, debet subditus credere iudicem iusse interrogare: non tamen ad id tenetur: cùm agitur de graui damno tertij, vt in nostro casu, qui super multis canonibus [q] & supermultis legibus fundari potest. [r]

312 Quinta, quod testis magis potest, & ad minus est obligatus contra accusatum, quam contra inquisitum. Testis enim cum procedit via accusationis, potest si vult deponere contra accusatum de crimine occulto, non tamen ad id est obligatus, quousque sciat esse iam semiplenè probatum, vel per indicia, vel saltem quasi semiplenè declararatum per famam, nec etiam tunc, nisi vt dictum superius est in argumento penultimo pro corollario formato, & statim infra dicetur post decisionem septimam

Cū enim via inquisitionis procedit, non potest detegere occultum, etiam si sit semiplenè probatum, si ad inquirendum non præcesserit infamia, illāque præcedente est obligatus, vt colligitur ex S. Thoma, [s] & clarius ex eo, quod dictus Sotus [t] exponit, quod mea sententia est limitandum, vt solùm procedat, quando est casus in quo non præcedente infamia, minime inquiritur.

Sexta testis potest, si vult, non tamen tenetur deponere etiam super crimine semiplene probato, vel diffamato, quamuis via accusationis procedatur, quando probabile est occidendum fore ab amicis accusati, si is ob suum testimonium interierit.

Quin immo huiusmodi testis salua censcietia posset se

a *In summa de testib. cog. in fin. §. 1.*
b *In summæ col. 2.*
c *In d. c. dilectorū in vers. fin.*
d *2. 2. qu. 70. art 7.*
e *Post 7. decisionem num. 313.*
f *Vbi supra memb. 2. q. 7. pag. 15.*
g *In coroll. 44. n. 202.*
h *De pœnit. dist. 6. n. 116.*
i *Cap. qualiter. 1. de ac. cuſ.*
k *In cap. 1. de testib.*
l *2. 2. qu. 70. art. 1.*
m *d. qu. 70. art. 1.*
n *2. 2. qu. 70. art. 1.*
o *2. 2. qu. 69. art. 1.*
p *Vbi supra memb. 2 q. 7. pag. 6.*
q *Cap. siquid eum glos. 86. distin. & cap. innocens. 22. q. 4. ca. super eo de offi. delegat. c. quāuis. de referi. lib. 6.*
r *Leg. diuus 2. ff de cuſto. ezhi. l. 2. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco.*
s *2. 2. qu. 70. art. 1.*
t *Vbi supra memb. 2. q. 6. pag. 8. vers. quod ſi quis.*

occultare,

occultare, vt non citaretur, & citatus fugere, vt non interrogaretur, & etiam interrogatus racere veritatem, in nullo tamen mentiendo, vt bene determinauit Sotus, [a] idem dicendum de teste, qui timet sibi opponi aliquam exceptionem grauis infamiæ.

313 Septima neminem posse cogi, vt sit testis in causis criminalibus, quacũq; via in ipsis procedatur, secũdũ praxim Romanã, cuius supra facta est mentio in argumento postremo pro Corollario facto, neque secundum resolutionem Baldi, [b] quem probat ibi Felinus, [c] quæ videtur verior, quando secundum arbitrium prudentis iudicis graue damnum ex hoc ei proueniret, nisi prouideretur saltem, quod eius nomen non publicaretur parti, veluti cum adest iustus timor, prouidetur in crimine hæresis, iuxta decretum Bonifacij VIII. [d] Quam prouisionem licet Dominicus magnæ grauis auctoritatis vir, [e] dicat extendi ad alios casus, vbi est periculum, securius tamen videtur eam non extendere, cum non tractabitur de periculo animæ, vel Reipublic. vt definit Franciscus de Aretio, [f] quem ibi [g] sequitur eius discipulus Felinus, etiam si taceant periculum illud Reipublic.

Ad has septem decisiones respondeo Corollarium hoc cum omnibus per ipsum allegatis, esse limitandum, ac declarandum iuxta illas. Quare in illis casibus testis aliquorum malorum dicetur murmurator, in quibus contra ius ea reuelauerit, nõ tamẽ in quibus ius id ei permittit, multóque minus in quibus id ei mãdat. Quorum supra dictorum vtrumque potest colligi addendo maximè istas alias.

314 Octaua, neminem teneri ad se offerendum pro teste delicti, super quo tãtum ob punitionem delinquentis litigatur, secundum S. Thomam. [h] Quod tamen limitatur locum non habere in delicto ac delinquente, in quo accusatio rei, vel eius denunciatio est necessaria, & obligatoria in conscientia propter bonum publicum, quod sæpius quàm semel contingit, iuxta id quod traditum est supra. [i] Tum enim à fortiori tenebitur esse testis, iuxta determinationem Caietani, [k] suprà memoratam in argumẽto postremo pro Corollario facta, [l] scilicet, quod cum aliquis ex conscientia tenetur accusare, alter qui id nouit tenebitur quoque testificari.

315 Nona est, magnam esse differentiam, vt quis teneatur deponere, ex sola charitate, & ad euitandum proximi damnum, etiam si non citetur, & vt quis ob ipsum citetur, & iubeatur, obligatus, vel non obligatus ad ipsum ex sola charitate. Sit exemplum, scio quod nisi testificer, ob defectum probationis tu amittes tuã domum, & alter qui eam obtinet suam animam, obligat me caritas, vt tibi me ipsum offeram in testem vt tu consequaris tuam domum, & alter suam animam non amittat. Rursus sunt aliqui vel non sunt alij, qui possunt testificari domum illam esse tuam, ego tamen sum citatus, & ad id iussus à iudice, compulsus iustitia tunc, & necessitas parendi meo superiori me obligant ad testificandum. Hæ duæ tamen obligationes nequaquã sunt æquales. In primo enim casu nisi deponam non teneor in conscientia restituere, in secundo vero sic. Item in primo me excusat damnum quod inde mihi proueniet, in secundo communiter non.

316 Charitas nãque nos non obligat necessariò sub pœna peccati ad subueniẽdum proximo, nisi in tempore necessitatis extremę, vel in tempore magnæ, si id agere valemus sine nostro damno, vt dictum est & probatum, superius. [m] Tunc itaque ita nos obligat ad subueniendum, quòd licet non subueniendo peccemus, non tamen nos cogit restituere damnum, quod non subueniendo proximo succesit, vt declarauit Alexander de Hales. [n] & est communis opinio, quam pulchrè defendit Adrianus, [o] & nos probauimus in Manual. [p] concludentes non teneri restituere illum qui cum posit, verbo vel facto impedit furtum, ac damnum proximi, si publicum officium eum ad id non obliget.

317 Decima, quæ ex nono oritur est, quod aliquãdo non potest, neque debet quis cõpelli per iudicem, & iustitiam, ad deponendũ vt testis, & tamen erit ad id in conscientia obligatus. Tũ quia euenit aliquos, vel quia sunt cognati, vel affines, seu ob alia priuilegia non posse, nec debere compelli aliquando iudicis sententia per iustitiam ad testificandum, cùm tamen sint ex charitate, atque in conscientia ad id obligati, animaduertentes defectu sui delicti suum ius partem amittere.

318 Tum quia coactio iustitiæ, & obligatio conscientiæ sunt res diuersæ, etiam quando lex humana non fundatur in falsa præsumptione. Meretrices enim nõ possunt neque debent compelli ad deferendum suam turpitudinem & infamẽ vitam, secundũ communẽ opinionẽ ipse: tamen in conscientia ab ea recedere tenentur, quemadmodũ vtrum que definitur in quodam decreto S. Augustini, [a] eiusque glossa fundata in quodam textu Deute. [b] Nemóque potest compelli vt non comedat in carnis priuio aliquidamplius quàm par est: tenetur tamen ad illud iuxta id quod in altero decreto S. Gregorij, [c] eiusque glossa probatur. Non addidi otiose (etiã quãdo lex humana nõ fundatur in falsa præsumptione) quoniam tunc nullũ est dubium, vt probatur per multos textus vulgares. [d] Vndecima, quæ & ipsa oritur ex nona, est, neminem teneri ad restituendum damnum quod non se obtulerit in testem iudicialem, & rarò quem teneri sub pœna peccati in litibus vel controuersiis ciuilibus, ac pecuniariis. Quandoquidẽ, etiã si sæpius contingat non posse probari accusationem, vel petitionem vnius partis nisi ex tuo dicto, raro tamen est ipsa in extrema necessitate obtinendi victoriam illius litis. Quod si aliquoties sit in magna necessitate, raro tamen ipsi potest suffragari sine tuo damno notabili, vel fortunarum, vel honoris, vel pacis, quietis, amicitiæ, seu alio huiusmodi. Quare credo paucos esse, qui cõscientia huius peccati stimulentur, licet iustum sit stimulari, quando committitur. Videatur ad hoc propositum, quòd postea scripsi in comment. cap. *Non in seredum*, [e] quod est in Manual. Duodecimã, quod iuxta decisionem Soti in tribus locis, [f] tenetur filius deponere de crimine cõtra suum patrem, quando ei mandatur per iudicem, de quo latius in sequenti corollario differetur.

319 Item omnes casus, in quibus superius dixi posse, vel debere testem reuelare crimen, seu malum alienũ, & consequenter id reuelando, non esse murmuratorem, intelligendi sunt dummodo testificetur bona intentione videlicet, vt iustitia exerceatur, vel vt quoad vitã emendẽtur peccatores, seu vt tollatur malũ exẽplũ è Rep. seu vt cuiliber suum tribuatur, & non ob vindictam, inuidiam, seu odium, ad nocendum proximo suo in anima, corpore, honore, seu re familiari. Quandoquidem quamquã non semper (Cuius finis bonus est, ipsumquoq; bonum est) [g] semper tamẽ (cuius finis est malus, ipsum quoque malũ est) [h] vt S. Thomas omnesque alij cũ Magistro sent. definiũt, [i] & per multos textus probatur, [k] & colligitur ex allatis copiose in quinta conclusione.

320 Ac licet non omne peccatũ testimonij lati mala cũ intentione, sit murmuratio, illud tamen saltem erit per quod lædetur, seu lædere intendetur fama, quamuis non lædatur iuxta eius definitionem superius allatam. Bone Deus, quot homines inuenirẽtur vitio murmurationis culpati, ac negligentiæ nota taxati, paruęque caritatis notati, si iuxta dicta in hoc Coroll. numerare vellent, quoties testificati sint seu testificati voluerint de malis alienis, in casibus prohibitis, siq́ue ad memoriam reuocaremus quoties de illis non testificati sint, vel decreuerint non testificari in casibus in quibus obligantur præceptis, & in quibus se occultauerũt, seu abscondere optauerunt, vel omiserunt nos offerre, cũ ad id teneremur.

321 Reliquum huius Corollarij quoddam dictum Magistri Soti, hoc est mãdata, & edicta generalia visitatorũ, & inquisitorum, quibus mandant sub pœna spirituali vel temporali reuelare delicta illis, qui ea norunt, in illis solis casibus & secũdum illum ordinem, quemuis obligare ad ea reuelanda, in quibus & quẽadmodum sine illis præceptis esset obligatus, excepto quòd aliquoties teneretur citius cum illis reuelare quam sine illis. Super quo dico primo absque dubio verã esse exceptionem.

322 Denunciationem namque hæresis, vel alterius delicti, quod ego possũ, & debeo denunciare absque vllo mãdato, sæpius cum recta conscientia possem per aliquod tempus differre, expectando meliorem opportunitatem, vt S. Thomas cum cæteris omnibus

deter

a *Cap. meretrices 32. qu. 4.*
b *Cap. 23.*
c *Cap. denique 4. d.*
d *Cap. 15. qui c. tua de sponsal. c. inquisitioni. de sent. excom.*
e *23. quæst. 3.*
f *Vbi supra memb. 2. qu. 7. pag. 12. 13. & 16.*
g *Cap. nosse 30. q. 1. ca. sicut non sunt 32. q. 4. forte 14. q. 5.*
h *Cap. cum minister. c. cũ homo 23. q. 5.*
i *In 20. dist. 40. & q. 18. art. 3.*
k *d. c. nosse, & alios supra citatos.*
l *Vbi supra memb. 2. q. 6. pag. 12.*

a *Vbi supra, memb. 2. q. 7. pag. 11.*
b *Cap. delictorum. de testib. cogen.*
c *Col. 2.*
d *Cap fin. §. iubemus de hæret. lib. 6.*
e *Cap. 1. de homicid. li. 6.*
f *Cap. 2. de testib.*
g *Col. 4. & in ca. delictorum col. 2 de testib. cogen.*
a 2. 2. qu. 70. art. 1.
i *In coroll. 6. nu. 18.*
k 2. 2. qu. 70. art. 1.
l *Num. 308.*
m *In coroll. 50 nume. 234.*
n 3. pa. q. 87. o *In 4. de restit. qua. 1. col. 9.*
p *Cap. 24. num. 5.*

determinat in correctione fraterna. [a] Quod si Visitator, Inuestigator, seu Inquisitor generaliter iuberet reuelare intra certum tempus, intra illud sine diuturniori mora reuelare tenerẽtur. arguim. cap. *cum sit Romana*. [b] & eorum, quæ latè post Bartholum omnes tradunt, [c] & post Dinum. [d] Eadem tamen conclusio videtur dura. Quamuis enim sit valde certa in delictis secretis, & perniciosis Reipubl. (quoniam ad denunciationem priorum neque cum præceptis, neque sine illis tenemur, [e] & ad illam posteriorum tenemur cum illis, & sine illis, iuxta S. Thomam per omnes approbatum, [f]) non est nihilominus tam certa in delictis manifestis bene emendatis, ad denunciationem quorum non tenemur, nisi nobis præcipiatur, vt idem dicit, sed bene tenemur cum sumus iussi, saltem si nobis iubent vt testibus, & non vt denunciatoribus, per ea, quæ Abbas asserit, [g] Felinus, [h] & alij, quos ego cito in glossa. [i]

Tum, quia videtur posse contingere multa peccata manifesta per famam, vel notorietatem, ad quorum denunciationem quis non teneatur antequam ei generaliter, vel specialiter præcipiatur, postea autem sic. Multi enim sunt qui, vel quia alij melius id agere possunt, & debent, vt ait Maior. [k] seu quia iudices non solent punire talia, vel talia delicta, etiam si ipsis denuncientur, eáque sciant, non tenentur ea denunciare, antequam præcipiantur, per ea quæ S. Antoninus, [l] & Angelus, [m] & ante illos S. Hieronymus, [n] dixerunt, tenentur autem postquam fuerint iussi. Tum quia Paludanus, [o] expressè definit corripientem peccatorem publicum, si non emendetur, non teneri ad eum denunciandum. Potest enim Iudex per famam inquirere, nullo eum denunciante.

323 Quamquam eius verba corruptè referuntur per Adrianum in meo Codice, [p] quia ait (Denunciare debeo, & teneor) pro eo, quod Paludanus dixit (Denunciare debeo, sed non teneor;) & quod litera Paludani verior sit, colligitur ex ratione, quæ sequitur, videlicet, (quia ex fama posset inquirere Iudex, nullo denunciante.) Quæ ratio per vtrumque relata, congruit dicto Paludani & non Adriani, vt in illo refertur.

Tum, quia quamuis dicta decisio Paludani non sit indistinctè tenenda, proculdubio tamen est vera, cum scitur, aut præsumitur iudicem habere illius delicti notorij, aut famosi, notitiam & quod ex mea, vel alterius denunciatione non mouebitur efficaciter ad ipsum puniendum, vt bene colligi potest ex S. Hieronymo, [q] ac S. Antonino, [r] atque Angelo Clauasio. [s]

Tum, quia multi vno duobus, quatuor, decem, & pluribus annis morati sunt in hac ciuitate non denunciando aliquas hæreses, quas nouerant, de quibusdam, quas postea publicatis edictis, & præceptis generalis inquisitionis denunciarunt, seu accesserunt ad deponendum, vt testes, quos tamen nemo iudicat decem illos annos præteritos propterea extitisse in peccato, nec consequenter obligatos ad denunciandum, siue quia ipsæ erant talis qualitatis, quòd aut Iudices eas non punissent etiam si fuissent denunciatæ, siue quia ob alios respectus non tenebantur denunciare, antequam præciperentur: quos tamen nemo excusasset, si post edicta publicata, non deposuissent intra terminum in illis contentum, quod nouerant. [t] Tum quia idem Sotus dicit, [v] quod licet quis teneatur statim, & publicè reprehendere eum, qui publicè peccat, non tenetur tamen ad eum statim denunciandum iudici, quando delictum in publicum damnum non redundat, in quibus verbis videtur sequi supradictam decisionem Paludani. Tum, quia ex hac conclusione Adriani sequitur alia satis dura, nimirum nos omnes teneri ad denunciandum Iudici sub pœna peccati mortalis omnia delicta, quæ scimus famosa, vel notoria, postquam certum est quod omnes teneremur testificari super illis, si iuberemur, per ea, quæ S. Thomas, [x] cum omnibus aliis affirmat.

Quod tamen videtur falsum, & contra decisionem Paludani & eiusdem Soti superius relatas: quæ limitatæ supra dicto modo, sunt veræ, & ab omnibus vsitatæ & seruatæ.

a 2. 2. q. 33. art. 2.
b *De appellat.*
c *In l. 2. de re iudic.*
d *In c. 'indultum, de reg. iur. lib. 6.*
e *Cap. qualiter 1. de accus.*
f 2. 2. qu. 70. art. 1.
g *In ca. dilectus de excess. prælat.*
h *In ca. intimauit de testib.*
i 1. *cap. fin. de pœnit. d. 6. n. 386. & paulo ante n. 36. & seq. & in coroll. 15.*
k *In 4. d. 19. q. 2. col. 2.*
l 2. *par. tit. 9. c. 6. §. 4. in fi.*
m *Verb. denũtiatio §. 1.*
n *In c. quãdo 11. q. 3.*
o *In 4. d. 19. q. 4. col. 1.*
p *In 4. de correct. fratet. col. 15.*
q *In d. c. quoniam 11. q. 3. 2. p. tit. 9. c. 6. §. 4. in fin.*
s *In verb. de nuntiatio §. 1.*
t *Arg. c. 2. de maiorit. cap. qui restitu. 11. q. 3.*
v *Vbi supra memb. 2. q. 4. pag. 4.*
x 1. 2. *qu. 70. art. 1.*

Sexagesimum quintum Corollarium.

SVMMARIVM.

324 *Murmurator non est confitens sua peccata, quando, quomodo, & cur debet.*
323 *Forum pœnitentiale, quasi pœnitentiale, & contentiosum, diuersa.*
326 *Peccat, & quare qui non confitetur suum peccatum iudici, qui iuste interrogat.*
327 *Confitenda sunt delicta notoria, famosa, & semiplenè probata.*
328 *Appellatio pauciorib⁹ conceditur damnatis ad mortem in Castella, ac Gallia, & quare.*
329 *Appellatur magna cum humanitate in Lusitania.*
330 *Confessarius ne absoluat reum, qui non confitetur suum delictum quando ad id tenetur, & ideo supra hoc serio animaduertat.*
331 *Confiteri laico in tempore necessitatis aliquando est peccatum, & etiam confiteri sua proprio confessario.*
332 *Confiteri suum delictum non tenetur reus, antequam sciat esse semiplenè probatum.*
333 *Reus non tenetur se ipsum prodere, etiam si iudex casu illum inueniret in generali, seu speciali inquisitione.*
334 *Dominicus Sotus iterum honorificè commemoratus.*
335 *Confiteri suum delictum quando debeat reus, & quando ei confessarius id præcipere debeat.*
336 *Peccatum mortale est ex sui natura negare, vel tacere veritatem debitam.*
337 *Mendacium iuratum mortale est, quamuis de se sit leue.*
338 *Mendacium omne in iudicio, ac confessione non est mortale licet sit de re ad iudicium, atque ad confessionem pertinente.*
339 *Martinus à Ledesmo Doctor Dominicanus magnus theologus.*
340 *Franciscus à victoria Doctor Dominicanus valde eruditus.*
341 *Iudex non debet statim præbere reo vincto iuramentum faciendi veritatem super suo crimine.*
342 *Iuratur de calumnia in litibus criminalibus.*
343 *Iurat sæpe reus super suo delicto.*
344 *Damnum dat, qui causam damni dat.*
345 *Obligare non debemus eum, quem nulla lex obligat.*
346 *Confiteri suum delictum quando debeat reus.*
347 *Probatio generalis inquisitionis non sufficit in speciali.*
348 *Iuramentum, & tortura conueniunt, & differunt, & in quo.*
349 *Tormentum non est dandum ei, qui non tenetur reuelare veritatem nec minus iuramentum.*
350 *Iuramentum calumniæ quando præbetur, quomodo intelligatur quoad vnum suorum quatuor Capitum.*
351 *Iuratur de dicenda veritate in criminalibus, & respondendum est, ita est, vel non est: non autem per credo, & non credo communiter.*
352 *Intellectus cuiusdam determinationis Bartholi.*
353 *Leges Lusitanę in multis excedunt alias Hispanicas, & Gallicas.*
354 *Confiteri non debet, nec potest iuste reus suum delictũ, quando est secretum, non existente iusta causa.*
355 *Interrogare reum in initio de suo delicto vix non sit vanum, nec malum.*
356 *Dementia est frustra laborare non comparando sibi nisi odium.*
357 *Iudices interrogando reum de suo delicto multoties peccant.*
358 *Iudex non optet haberi seuerus, seu clemens.*
359 *Iudices. Prælati, ac Domini reprehenduntur de nimio desiderio sciendi delicta secreta.*
360 *Mensura deficit vbi non est virtus.*
361 *Vitia multa fingunt se esse virtutes.*
362 *Iustum non est nisi iuste fiat.*
373 *Finem ad bonum, per bonum medium est perueniendum.*
374 *Iudex potest interrogare reum, quod non potest iubere vt cõfiteatur, ipseque id confiteri potest.*
365 *Hippolitus fugiendo malum, in ipsum incidit.*
366 *Positio criminalis quando poni possit reo, & quando non.*
367 *Restituere debet reus, etiam si confiteri id non teneatur.*
368 *Latere quomodo reus possit veritatem, respondendo veritatem eius, quod contra ius interrogatur.*

369 *Sanctus Franciscus patriarcha quomodo tacuerit veritatem, & deluserit interrogantem.*
370 *Intellectus triplex cuiusdam dicti Redemptoris.*
371 *Respondere potest simpliciter se nescire, intelligendo vt possit dicere, id quod contra ius interrogatur.*
372 *Genesius à Sepulueda multis nominibus in literis egregius.*
373 *Tormenta an, & quando possint dari reo, postquam plenè probatum est eius delictum.*
375 *Tormenta non dantur denuo sine nouis coniecturis.*
375 *Intellectus l. 2. C. quorum appellat. non recipit.*
376 *Resolutio declaratoria, & noua Corollariorum.*

324 SExagesimum quintum est non esse murmuratorem illum, qui sua crimina, peccata, erroréque fatetur suo iudici, ac superiori, quando, cur, & quomodo de iure diuino & humano potest, vel debet. Tum quia hoc non est lædere, vel lædere velle, seu eius periculo exponere famam alicuius contra ius, sine quo nequit esse murmuratio per eius definitionem superius scripta, [a] & seq.

325 Tum quia quilibet Christianus tenetur confiteri in iudicio pœnitentiali omnia sua peccata mortalia semel saltem in vita lege diuina, [b] & singulis annis lege humana, [c] vt latius probo in glossa summæ. [d] Post multos quos ibi adduco. Tum, quia etiam in iudicio, quod dicunt quasi pœnitentiali, qui ordinatur, interrogatus si commisit aliquod crimen, tenetur confiteri illud, quod impedit executionem ordinis, etiam peracta pœnitentia, si illud commisit, [e] vel ordinatione abstinere, vt colligitur ex gestis Vrbani Papæ, [f] patiérque promouendus ad beneficium debet fateri interrogatus, si commisit crimen quod impediat etiam peracta pœnitentia, retentionem beneficij, vt significat Innocentius III. [g] Idemque dicendum de ordinando, seu promouendo ad beneficium, si commisit aliquod graue delictum notorium, vel famosum vt colligitur ex Concilio Carthaginensi, [h] aliisque decretis, [i] & ex iis, quæ propter ipsa scribunt multi Doctores in variis locis vt Archidiaconus, Dominicus & Alexander, [k] Panormitanus, [l] Innocentius & alij. [m] Tum quia etiam in foro, & iudicio, omnino exteriori, ac contentioso, quilibet subditus, in omnibus, quæ suus iudex iuridicè ipsum interrogat super propriis delictis, vel alienis, sub pœna peccati mortalis, tenetur respondere tantùm de eo, quod nouit, quantum alter, coram Deo ipsum potest interrogare, & interrogat. Contrarium enim agere, vt ait S. Thomas, [n] & latius ibi declarat Caietanus ac breuius Paludanus, [o] esset operari contra charitatem Dei, cuius est iudicium, & contra charitatem proximi, negando iudici obedientiam, quæ ei debetur.

326 Esset que contrauenire ei, quod Dauid, [p] orabat dicens (Ne declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis) esset male imitari Achor, qui confessus est suum delictum ad dandam gloriam Deo coram Iosue. [q]

327 Tum, quia reus potest, & debet interrogari de suis delictis, ipseque tenetur ea fateri, quando sunt notoria, vel semiplenè probata, seu existit de illis fama, seu sufficientia indicia, vt decernit S. Thomas communiter receptus à Theologis, vbi supra, [r] & Innocentius IIII. [s] per nullum Iurisperitum reprehensus. Semiplenè probatum dicitur, quando existit vnus testis, [t] dummodo sit sine aliqua nota, & integer, vt ait glossa, [v] Bartholus, [x] & aliæ apta glossa, [y] & alia *§. item verborum*, [z] quas alij mirabiles, alij putarunt singulares. Indicia dicuntur sufficientia, quando faciunt plenam, vel semiplenam probationem, & non aliter, siue sit vnum tantùm, siue multa, vt sentit Bartholus. [a] Tum, quia leges sæculares Romanæ ponunt magnam differentiam inter reum conuictum de suo delicto per solos testes, & conuictum ac confessum. Hic enim non appellat, ille autem sic, iuxta iura & leges, [b] & alias, quas citat, & limitat Romanus. [c]

328 Ac præsupponũt reum conuictũ posse, ac debere interrogari super veritate delicti iam probati, adeo vt iam pauciores sint in Castella & Gallia quæ damnentur ad mortem sine confessione, & pauciores adhuc quibus damnatis ad mortem concedatur appellatio. Probatio namque quæ sufficit ad damnandum reum, satis superque est ad infligenda ei tormenta. Quapropter antequã reum condémnent, si nolit confiteri, vila probatione contra eum facta, liberè, & licitè tormentis eum afficiunt, quibus vt plurimum fatentur veritatem. Quę legum forma nescio si in aliquo sapiat crudelitatem.

329 Longè diuersæ sunt leges Lusitanæ, [a] carúmque forma, quę mandant iudici in criminali processu appellare pro ambabus partibus: vnde fit vt hæ leges fauorem magnæ humanitatis consequantur quo aliqui abutuntur.

330 Tum quia confessarius non debet absoluere reum, qui non confitetur suum delictum sciendo iam esse semiplenè probatum, vel famam quod ipse illud patrauisse ferebatur veram fuisse plenè demonstratum verificatam. Vt enim satis recte ait Sotus [b] eiusmodi reus peccat nõ confitendo, & etiam perseuerat in peccato, nec de illo pœnitet, & consequenter non meretur veniam, neque absolutionem, [c] quæ est singularis, & quotidiana Conclusio.

Caueant tamẽ vice versa cõfessarij, vt istã absolutionẽ non facile denegent, nec sine causa vt cùm reus ad id non teneatur, confiteatur id ob quod perdat vitam, membrũ, vel honorem, ac famam, considerentque quod paulo inferius dicetur, vt sciant quando reus tenetur ad hãc confessionem. Propterea bene comprobatur verum esse, quod superius dicebam, [d] confessarium eorum qui in carceribus detinentur ob causas criminales oportere esse eruditum.

331 Ad declarationem tamen totius huius corollarij quod est maximi momenti dico primò subtilem Doctorem Scotum communiter receptum [e] insinuasse peccare virum doctum, qui percipit cur institutum fuerit sacramentum Pœnitentię ac confessionis ad ipsum necessarię, si confiteatur sua peccata mortalia, etiam in tempore necessitatis, laico, esto quod simplicem & idiotam non tantum excuset humilitas, & simplicitas, sed etiam ipsum mereri faciant. Quod dictum est in primis verum, illud declarando vt pl enius quàm quiuis alius ipsum ego tractaui. [f] Dico secundo, quod licet confiteri sua peccata proprio confessario interdum sit peccatum, vt asserit Caietanus & nos probauimus alibi: [g] non solùm quando inutiliter confesio reiteratur per scrupulos superfluos, interdum molestando confessarios, interdum conterendo in eo tempus, quod in rebus maioris vtilitatis posset insumi, vt post Caietanum ibi dicimus. Sed adhuc quoniam eiusmodi posset esse persona confessarij, ac pœnitentis, taliáque peccata, vt confesio eorum superuacanea foret scandalum, vel pœnitenti, vel confessario, vel infamiam tertij, afferret vt latius explicamus alibi. [h]

332 Dico tertio, quòd vt reus teneatur cõfiteri suum delictum in foro contentioso, non sufficit existere vnum testem, si iam nõ depositum, neq; famã, neq; indicia nisi existant iam probata in processu, & notificata reo, vt sentit S. Th. [i] & clari us determinat Caiet. [k] ac significauit Bartholus quando dixit reo esse dandum conscriptum exemplar iudiciorum, antequã tormentis tententur, indiciáque probata in generali inquisitione non sufficere ad torquẽdum in particulari.

333 Ex his infero, quod siue iudex generaliter inquirens de delicto, & delinquentibus, vt iuxta dictum supra, [l] facere potest secundum leges, & canones, [m] siue specialiter informans super aliquo delicto, vel aliquo delinquente particulari, in casibus à iure permissis, & superius, [n] relatis, casu incideret in ipsummet qui commisit delictum, non teneretur ille se ipsum prodere, quæ meo iudicio est sancta, & æquissima conclusio, ac digna iugo, atque onere, quod Redemptor noster appellauit suaue, & leue, [o] cui gratias ago, eo quod postquã hęc nõ sine aliquo metu scripsisse magnóq; desiderio tenerer hęc vera dicere, idẽ ita inueni fuisse cõscriptum per dictum Magistrũ Sotum. [p]

334 Quem egò cupio, vt cum ex hoc mundo Deus eum euocauerit, me inueniat in paradiso vt me cõsolatus fuit, & amorẽ, obseruantiamque qua semper in illum fui mihi auxit. Ex quo inferius quædam valde quotidiana, nec minus grauis differentia, inter hęc duo, hoc est interrogari quem vt testem, velut partem, quam ponit etiam dictus Doctor non minus circumspectus, quàm eruditus.

a *Lib. 5. ordinat. tit. 42. §. I. emtodos. & tit. 1. §. Pero.*

b *Vbi supra memb. 2. qu. 7. pag. 7.*
c *Cap. peccati venia. de reg. iur. lib. 6.*

d *In coroll. 51. num. 288.*

e *In 4. d. 17. q. 1. art. 3. sub fin.*

f *In princ. ca. 1. num. 79. de pœnit. d. 6.*
g *In c. fin. n. 30. de pœnit. d. 5.*

h *In c. considerat. de pœ. d. 5. num. 93. & 99.*
i *In d. q. 69. art. 2.*
k *Ibidem.*
l *In coroll. 62. n. 247.*
m *Leg. congruit. ff. de offic. præsid. ca. 1. de offi. ordi.*
n *In coroll. 63.*

o *Matth. 11.*

p *Vbi supra memb. 2. qu. 7. pag. 15.*

a *In hac conclus. 6. n. 121.*
b *Io. 20.*
c *c. omnis de pœnit. & remiss.*
d *De pœnit. dist. 5.*
e *Cap. fin. & c. quãdo 24. d. & cap. ex pœnitẽtibus. 50. d.*
f *Ca. Attalden. 8. q. 1.*
g *Cap. innotuit de elect.*
h *Ca. ex pœnitentibus. 50. d.*
i *Cap. Tantis Daniel. 81. d. c. fin. de tempor. ordi. cap. accedens de accusat.*
k *In d. ca. ex pœnit.*
l *In d. c. innotuit. & in capit. 2. de confess.*
m *In c. dudũ. de elect. & in ca. inquisitionis de accus.*
n *2. 2. q. 69. art. 1.*
o *In 4. d. 19. q. 4. col. 3.*
p *In psalm. 140.*
q *Iosue 7.*
r *Quæst. 69. art. 2.*
s *Cap. 2. de confess.*
t *Cap. ex insinuatione de procur. c. fin. de success. ab intest.*
v *Le. etiã matris. ff. de probat.*
x *In l. admonendum nu. 37. ff. de iur. iuran.*
y *Cap. 1. ver. maiores. de consang.*
z *Verbo idoneos Inst. de verb.*
a *Leg. fi. n. 7. ff. de quæst.*
b *Leg. obseruare. C. quorum appella. non recip. §. sunt quorum 2. q. 6.*
c *Sing. 619.*

335 Dico quarto, quod quoties interrogatio iudicis non est aliquo respectu iuridica, nec etiam tenebitur reus confiteri suum delictum. Interrogatio porro Iudicis desinit esse iuridica, si deest aliquid ex relatis in præcedenti dicto, tum etiam si iudex est incompetens, [a] vel quia Iudex laicus, & reus clericus, vel ob alias rationes, quæ sunt multæ, aut si licet de se sit competens, sua tamen iurisdictio est suspensa ob legitimam accusationem, seu appellationẽ, [b] adeo quod reus numquã tenetur confiteri suum delictum, nisi quando iam scit, seu scire debet, quod processus iustè factus eum ad id obligat. Neque ei à confessario absolutio deneganda est, nisi in hoc casu, vt rectè annotauit Sotus, quod alij theologi nescio cur non animaduerterint, quin aptis rationib [b] affirmauit Panormitanus, [c] numquam teneri reum ad confitendum suum delictum, quando iudex ad instantiam alterius procedit ad inferendam aliquam pœnam temporalem, vt post eum latius dico alibi. [d] Propterea ergo, vt superius tactum est, confessarius debet esse doctus, ac prudens: quoniam sæpe iudices fingunt se velle condemnare, & iubere occidi aliquem, & interim iubent eum confiteri sacramentaliter, vt per confessarium persuasus, fateatur quod forte non debet.

336 Dico quinto, quod negare, seu occultare contra ius veritatem in iudicio, ex suo genere, ac natura est peccatum mortale, etiam si id fiat sine iuramento per dicta à S. Thoma, [e] & superius tacta in princip. huius corollarij: tum quia eum, qui cum debet, non fatetur veritatem, acribus tormentis iudices afficiunt, [f] quod nequaquam facerent, si in eo grauiter non peccaret. Immo dixit Cardinalis ille doctissimus Caietanus, [g] omne mendacium dictum in iudicio, tam fori pœnitentialis, quam exterioris, esse peccatum mortale, etiam si ex se sit leue, ac eiusmodi, vt dictum extra iudicium, esset tantum veniale, modo sit de rebus pertinentibus ad confessionem rei, seu litem.

337 Quoniam inquit, sicut quodlibet mendacium, quantumuis leue, iuratum dummodo adsit consideratio conueniens est peccatum mortale, vt pulchrè determinat S. Thomas, [h] quicquid sentiant lex castellæ, [i] ita etiam est illud, quod grauitate iudicij roboratur. Quare vt iuxta ipsum mortaliter peccat pœnitens, qui interrogatus per confessiarium si egit aliquid, quod de suo genere erat veniale, mentitur, ita pariter litigator, qui interrogatus per iudicem super re leui, idem facit.

338 Contrarium tamen huius sententiæ nos tenuimus, non sine aliquo metu ob reuerentiam, quæ tam illustri viro debebatur, [k] ob fundamenta.

339 Quæ visa sunt solida Doctori fratri Martino de Ledesmo nostro cathedratico vespertino in sacra theologia, qui vt mihi gratum faceret, & Inquisitorum voluntati annueret illud, & vt opus examinauit.

340 Qui vt est vir, in theologia, præsertim scholastica, ac morali apprime versatus, ita se ostendit verum, ac non minus expertum discipulum illius alterius Magistri fratris Francisci de Victoria Cathedratici primæ Salmãtini, qui primas in hac eximia profundáque, & clara doctrina facile tenuit: cui [l] opera vtinam essent in lucem edita. Cõsolatione itaque in præsentia multum afficior perspiciens nostram illam opinionem, cum aliquo metu scriptam, & à me inuentã, esse defensam per Romanum Magistrum fratrem Dominicum de Soto, [l] in illa repetitione, quæ ferè eodem tempore, quo dictum nostrum opus, composita fuit, vbi alia fundamenta satis solida, dignáque sua eruditione addit ad nostram, quæ omnia breuitatis gratia taceo: tantum dico illa valide concludere non esse peccatum mortale in iudicio, seu dicta confessione mendacium illud quod cum non sit perniciosum, vel saltem non notabiliter, seu non satis deliberatum, extra illa esset tantum veniale, etiam si sit de rebus pertinentibus, ad confessionem, seu ad litem.

341 Dico sexto non sine magno colore tenuisse Hippolitum contra eam opinionẽ quam vocant cõmunem, [m] malefacere iudices, qui statim præbent iuramentum reo incarcerato, in causa criminali, saltem mortis, vel mutilationis membri, vel magnæ infamiæ, antequam respondeat inquisitioni, vel accusationi se dicturum veritatem. Tum quia præbent iuramentum illi, quem est verisimile peieraturum, contra conclusionem, quam ex quadam Decretali Alexandri III. [a] colligit sua glossa singularis. Tum quia qui præbent iuramentum illi qui vult peierare, magis peccant quam ipsemet periurus, vt dixit magnus ille Augustinus. [b]

342 Ista tamen fundamenta non concludunt. Tum quia est conclusio longe verior, & receptior, quam ei contraria, secundum glossas approbatas, [c] quod in litibus criminalibus potest, & debet iurari de calumnia, & idem quoque Hippolytus id satis confitetur. [d] Quod si hæc fundamenta essent bona, beneque applicata pro conclusione Hippolyti, probarent etiam contrarium huius, quod tamen est falsum.

343 Tum quia etiam concluderent numquam posse, neque debere dari iuramentũ reo in custodia detento, se dicturũ veritatem super suo delicto, quod est quoque falsũ per multos textus qui pro eo apti sunt. [e] Tum quoniam, vt ait Innocentius IIII. Si reus potest compelli aliquando se purgare, & consequenter iurare pro se, ac pro aliis maiori ratione potest cõpelli vt iuret tãtum remuneratus.

Conclusio tamen Hippolyti vera mihi videtur, & valde lætatus sum, cum eam vidi, quoniam ea diu Salmanticæ vsus sum, etiam si eam (testis mihi sit Deus) in Hippolyto non vidissem, ipsamque desideraui persuadere vicariis generalibus. Nec minorem mihi cõsolationem attulit videre, etiam Magistrum Sotum esse eiusdem sententiæ. [f]

344 Primum, quod ad id me mouet est, quod iudices, qui contrarium faciunt, præbent occasionem, vt multi simplices, & ignorantes se infament, & incurrant damna, pœnasque corporis, honoris, vel facultarum. Ad quarum pœnarum tolerantiam nec lex diuina, nec humana eos obligabat, si eorum confessio cum sententia subsequuta eos non condemnaret. At qui causam damni dat, damnum dare dicitur. [g]

345 Tum, quia non est vlla lex diuina, nec humana, quæ ad tale iuramentum reum obliget. Cum autem quem nulla lex obligat, non debeamus iudicare esse obligatum. [h]

346 Tum, quia opinio communis tam theologorum, i communiter recepta quam canonistarum Innocentij & Panormitani communiter receptorũ, [k] est, vt paulo superius dicebamus, reum non posse compelli ad confitendum suum delictum, quousque ei ostendatur ipsum esse diffamatum, de eo quod est semiplene probatum, nec tunc etiam si Iudex procedit ad instantiam, & accusationem alterius vt inferat pœnam temporalem secundum Panormitanum supra relatum. [l]

347 Adeo quòd probatio in generali inquisitione facta, & à fortiore informatio extra iudicialis sumpta ad capiẽdum reum, non sufficiunt ad eum ad id obligandũ in speciali inquisitione, antequam testes ratificent sua dicta, audita, vel citata parte, per ea, quæ Bartholus aliique dicunt, [m] & Franciscus Aretinus. [n] Reus verò statim atque est captus nescit infamiã esse iam contra eum probatam, vel delictum semiplenè probatum. Quid autem dico nescit, quandoquidem neque scire potest, neque possibile est probatum esse, cùm nequeat habere probationẽ, quæ sine alia ratificatione condemnet, antequam sit audita, vel citata pars vt dicunt glossæ per omnes approbatæ, [o] & singulares secundum Cardinalem, [p] cui similis est in clement. 1. [q]

348 Tum, quia iuramentum est velut quædam tortura, imo etiam longe grauior opinione multorũ, qui per illud detexerũt ob reuerentiam iuramenti, Deique sibi dilecti, quem in eo pro teste adducebant quæ per tormenta non detexerant, [r] eligentes potius amittere vitam, quã ad colorandum suum mẽdacium adducere diuinam veritatem, ac volentes imitari Redemptorem, [s] qui cum renuisset respondere Pilato ob minas, adiuratus per deum viuum, ei copiosè respondit. Constat autem non infligi tormentum nisi quando est semiplena probatio iuxta glossam & Bartholum, [t] vel indicia, quæ tãtum valeant, secundum arbitrium iudicis vt ait Bartholus. [v] Quapropter vt non inferuntur tormenta corpori, quousque teneatur confiteri, ita non debent inferri animæ cum iuramento. Non tollitur

a *Cap. si à nobis competenti. & per totum cap. At si de iudi.*
b *Cap. cum speciali de appellat. c. nõ solum eo. tit. lib. 6.*

c *In cap. 2. de confess. col. fi. nu. 19. & 20.*

d *In repetit. c. 2. de cõfess.*

e *2. 2. qu. 69. art. 1. ad 3.*

f *Ca 1. de depositis ff. de qui. per totum.*
g *In d. q. 69. art. 1.*

h *2. 2. qu. 98. art. 3.*
i *Tit. 4. l. 34. 1. part.*

k *In c. fin. de pœ. d. 5. num. 22.*

l *Memb. 2. q. 7. pag. 6. lib. de ratio. tegen.*

m *In præt. ver. postquã & in l. penul. col pen. ff. de quæst.*

a *Cap. clericos, de coha bit. cleri. & mulier.*

b *Capit. ille, & c. qui exigit. 22. qu. 5.*
c *Glos. l. 1. per illã tex. C. de iur. iuran. propter cal. dand. & glos. ca. 1. per illum tex. & ibi Imo. Panor. & Cõmu. 20. n. Specul. eo. titul. §. fa quitur vers. 1.*
d *In l. meritus col. fin. ff. de quæst.*
e *Ca. qualiter 1. & c. cũ dilecti de accus. & toto ferè titul. de iurg. canno.*
f *Memb 2. q. 7. pag. 8.*

g *Cap fin. de iniur. l. quid occiui. ff. ad l. aquil.*
h *Cap. legatur. 24. q. 2. l. illam C. de ecllat.*
i *2. 2. q. 69.*
k *In d. 2. 2. de confess.*

l *In 4. dicto nu. 19. & 20.*

m *In l. fi. ff. de quæst.*
n *In c. qualiter 2. de accus.*
o *in clem. præsenti de cenſib. verb. conſtituit.*
p *Ibid. qu. 9.*
q *De verb. commode. & clem. 2. verb. cõfiteritur. de pœn.*
r *Cap. si pectatum. 22. q. 1 & gloss. ibi. mæ eius d. q. & tit. c. & si Christus de iur. iuran. confess. sunt. s Matth 26.*
t *In l. maritus ff. de qua.*
v *In l. fin. ff. de quæst.*

autem ius huius argumenti dicendo multum differre in hoc iuramentum,& tormentum, quia sæpe sæpius offertur iuramentum ei, cui non inferuntur tormenta. Præbetur enim iuramentum quasi in omnibus causis ciuilibus, [a] in quibus tamen non datur communiter tormentum. Quoniam replicari potest, quod licet qualiter non adæquentur in omnibus, sic tamen in hoc de quo loquimur.

349 Vt enim numquam infligitur alicui tormentum ad detegendam veritatem, si quis ad id non est obligatus,ita nec ei,qui ad id non tenetur,conceditur iuramentum.Vnde sequitur numquam debere præstari iuramentum ad reuelandam veritatem ei, cui tortura non debeat infligi ob rationem,quod non sit ad id obligatus.Quæ est singularis ratio, qua aliqui moderni sentiunt, cur non sit communiter inferenda tortura nõ præcedẽtibus indiciis,postea autem sic vt aiunt iura,[b] & tradit Hippolytus, [c] quamquam rationem hanc neque subodoratus est vnquá. Tum,quia communis opinio habet, non teneri reum ad respondendum positioni criminali cum glossa singulari communiter recepta ac vera, [d] saltem quando nihil est probatum. At respondere accusationi,aut inquisitioni criminali cum iuramento plus est quam respondere vni soli positioni, vt per se patet.

a *Cap. 1. de iuram.cal. li. 1.eo.tit.c.fin. de iur. iurand. l. manifeste eo.tit.*

b *Leg. 1. in princ. ff. de quæst.e. quæstionem. cum glos. per locũ à speciali.12. q.2.*

c *In d. l. 1.*

d *In ca.2. de confess.lib. 6. verb. absque rationabili causa.*

Quatuor difficultates notabiles.

CONtra istud tamen dictum quatuor difficultates se offerunt. Prima quod in litibus criminalibus iuratur de calumnia, [e] vt paulo superius dictum est. De quibus quatuor capitibus Iuramenti calumniæ vnum est, quod non neganda est veritas ad interrogata. [f] Secunda, quod communis opinio est cõtra istud dictum, quemadmodum dicit Hippolytus de Marsiliis Doctor in criminali valde eximius,duobus in locis.§ Tertia quod Bartholus, [h] quem miror non allegasse Hippolytum dicit. Secundum vsum, & praxim Italiæ reum non iurare de calumnia , sed se dicturum veritatem. Quarta quod ex hoc videtur sequi esse rem vanã, & ad huc malam, vt Iudex excipiat à reo suum dictum, cum captus est, super delicto, ac suis circumstantiis. Vana est, quoniam cum reus non tenetur ad illud lege,& secundum istud non debet iurare, non confitebitur aliquid,quod illi præiudicet.Mala,quoniam iubet reo illi dicere veritatem,cum non possit id iubere,ac etiam præbet illi occasionem se infamandi sine iusta causa, quod esse peccatum aliquando mortale, aliquando veniale superius est conclusum,atque resolutum.[i]

e *Leg. 1. cum glos. & Salic.C. de iur. iuran. prop. cal.dan.& c. 1. cum glos. Imo. Panor. & commu. ni.eo.tit.*

f *Leg. 2. & Auth. principales. C. de iur.iurã. pro cal. dan. & Auth.vt litigan. iura. in princ. collat. 9.& glos.receptain ca.1. de iura. cal. quæ explicat illa.*

g *In l.pen.co. pon.ff. de qu. & i Practica §. postquam col.2.*

h *In l.1.ea.de iure. iuran. prop. calum. dan.*

i *In coroll. 4.nu. 270.*

350 Ad primam harum difficultatum respondeo primò, quòd iuramentum calumniæ saltem pro tota causa, de qua argumentum loquitur, non datur vsque quo lis sit contestata per responsum,neque potest cogi reus ad illud ante vt determinat Cynus. [k] Panormitanus, [l] ac communis per bonos textus, [m] qui faciunt pro eo. At Hippolytus loquitur de iudicibus qui excipiunt à reo suum dictum statim ac captus est,eum prius iurare faciendo , quæ est quædam crudelitas meo iudicio aliena à Christiana caritate. Respondeo secundo capitulum illud iuramento calumniæ inclusum , quod non negauit veritatem , si fuerit interrogatus, intelligi cum iuridicè interrogabitur, & consequẽter cum ad id fuerit obligatus.Quantum autem ad nostrum propositum etit,quãdo sciuerit delictum iam esse in processu saltem semiplenè probatum,vel infamiam contra ipsum plenè verificatam, vt particulariter determinauit Sotus, [n] vt etiam alterum capitulum , quod non dabit pecunias iudici non intelligitur de iis, quæ iure dare potest, vel debet, iuxta Bartholum, [o] cui consequens est,quod iudex præbendo tunc ei iuramentum, non obligat reum per ipsum ad rem , ad quam sine ipso non est obligatus, ac propterea iudex præbendo tunc ei iuramentum non male agit, nec peccat.

k *Leg. 2. C. de iur.iuran. prop. calum.*

l *In c.1.col.2. de iuram.calum.*

m *Dd. 2. & d.c.1.& c. 1. §.1.eo.tit.li.6.*

n *Memb. 2. q.7.pag.7.*

o *In l.1.ff. de bon. eor. qui mor.sibi conci.*

Ad secundam difficultatem respondeo quod licet Hippolytus, [p] visum sit communem esse contra hoc dictum, qui tamen pensiculatè expenderet quid Doctores per ipsum citati dicant, inueniet contrarium. Bartholus enim qui est præcipuus inter illos,in nullo trium locorum,quos ipse citat,dicit aliquid contrarium opinioni Hippolyti.

p *In l. pen. col. pen.ff. de q. & in Practic.§.postquã col.1.& 2.*

A 351 Solum namque affirmat reum non debere communiter respondere in criminalibus per verbum(credo)sed per(ita est, vel non est)& quod non debet iurare de credulitate,sed de certitudine,quod non est contrarium opinioni Hippolyti ac nostræ,qui dicimus non debere reum respondere accusationi , seu inquisitioni cum iuramento ante facto dicendi veritatem. Atque confitemur, saltem Sotus,& ego,quòd quando tenebitur reuelare potest, & debet compelli respondere cum iuramento per verba (ita est, vel non est.) in iis, quæ scit , non recipientibus eis responsum per verbum (credo , vel non credo.) Neque Baldus, [a] quem allegat Hippolytus licet corruptè, sensit contrarium , dicendo , quòd ad respondendum positionibus criminalibus , reus iurat dicere veritatem , & ad respondendũ ciuilibus iurat se responsurum secundũ suam conscientiam.Nec etiã contradicit illud Augustini qui in postillis Angeli de Perusio per eum citati , [b] in primis verbis, dixit scilicet in causis criminalibus esse iurandum de dicenda veritate , & non id quod reus credit. Magis obstant verba illa, quæ idem Angelus dixit. [c] (Tu iudex ne recipias aliquod responsum rei in criminalibus, nisi antea iuret dicere veritatem.)si tamen eius verba benè ponderentur, non tam dicere vult, vt reus antequam respondeat inquisitioni , iuret quam vt quando fuerit responsurus cum iuramento , illud fiat de dicenda veritate, & non de credulitate.

a *In l.1.C. de confess.n.52.*

b *In lib. de malefic.vers. comparuerũt inquisiti , & negarunt totum.*

c *In eodẽ lib. & vers.*

B 352 Ad tertiã difficultatem respondeo primò,quod cum iurare de confitenda veritate interrogata, sit vnum ex quatuor capitulis iuramenti de calumnia, tandem sentit Bartholus in criminali minus iurare de calumnia reum, quam ciuili. In ciuili enim iurat illa quatuor capitula, & in criminali vnum tantum illorum, & consequenter non sentit quod accusationi seu inquisitioni debeat respondere postquam iurauerit. Hoc enim iam esset magis iurare in criminali , quam in ciuili. Secundum quod respondeo est, non declarare Bartholum an secũdum illam consuetudinem Italiæ reus debeat iurare antequam respondeat accusationi,vel postea,ac in dubio intelligendum est iuxta ius argum.l.*si quando*, [d] & eius quod ait Bartholus. [e] Baldus, [f] videlicet quod potest ſtatim,eodem tempore,in quo debet iurari de calũmnia. Quod valde rationabile est , cum eius loco surrogetur , iuxta multos textus ad id aptos.§ Tertium,quod respõdeo,est,quod Salicetus contradicit Bartholo ibi , tam quo ad illud de consuetudine, quàm quo ad illud iuris. Quartum , quod Bartholus non probat vsum illorum esse iuridicum,immo significat contrarium, nempe quod in criminali debet iurari de Calumnia.

d *Co. de inoffic.testa.*

e *in l. hæredes mei.§. cũ itan.4.ff. ad Trebell.*

f *in l.1.C. de sacr. sanct. eccle.n.9.l. 1. C. de impub.*

g *Cap.eccles. 1.& 2.vt lit. pend. §. fuerat.Instit. de actio.cum cõcord. vtrobique citatis.*

h *tit.u.1.lib. 5. ordinat.*

C 353 Quintum,quod praxis istorum inclytorum Regnorum,quorum leges excedunt omnes aliorum Regnorum Hispaniæ ac Galliæ, in connexione, substantia, ac breuitate, & in colligendo sensu germano legum Romanarum,in his,in quibus noluerunt aduersari illis, seruat nostram opinionem, quæ verè est de iure cõmuni, ac æquissima,vt apparet ex eius decretis. [h] Ad quartam difficultatem respondeo primo , me negare esse vanam , ac malam praxim & consuetudinem bonorum & æquorum iudicum, qui excipiunt à reo suum dictum, eo modo, & ordine,quo ius ponit, nimirum iubendo ei humana grauitate, vt ad accusationem, seu inquisitionem respondeat,vt bonus Christianus potest ac debet.

D 354 Dico non esse vanam , quoniam licet reus non teneatur confiteri suum delictum , vsquequò iudex id ei præcipiat, obseruando formam iuris, hoc est, quando est semiplenè probatum , vel fama plenè verificata , iuxta illud dictum Sancti Ambrosij. [i] (Non dico tibi vt te prodas)vt supra post S. Thomam [k] dictum est, quamuis nequeat iustè ipsum confiteri , quando est occultum, nisi ad id adsit alia iusta causa, quoniam esset se ipsum diffamare sine causa iusta : quod esse peccatum aliquando mortale, aliquando veniale, supra [l] resolutum est.

i *Capit. quis aliquando.§. non tibi de pœnit.d.1.*

k *2.2.qu. 69. art.1.*

l *Coroll. 44. n.370.*

E 355 Videtur tamen iusta causa id confitendi & se infamandi , cùm videt quod ei probabitur , & ipsum non confiteri , ad nihil aliud ei proderit , quam ad plus insumendum æris , & plus patiendum in carcere , & vt aliquando plectatur maiori pœna non reminiscendo illius

sententiæ Salustij, quæ est conformis iuri.([a] Fruſtra niti, & nil nisi odium quærere, extremæ dementiæ est.)

a *Cap. cum contingat. de offi. deleg. l. ad probationem. C. de probat.*

A 356 Propterea que potest, vt confiteatur quod iustè potest,& tunc non tenetur,vnde interrogare non est vanum. Nec est etiam malum , quoniam iudex, qui non oblato ei iuramento,nec tormẽto, nec aliis terroribus eum agitando,humaniter,& grauiter excipit eius dictum non præcipit quod non potest, neque facit quod non debet.

357 Secundum , quod ad hanc quarram difficultatem Respondeo, est confiteri multos iudices, quosdam bonæ intentionis, & quosdam malæ, qui quacumque via licita, vel illicita cupiunt detegere delicta siti quadam inordinata ea puniendi, grauiter peccare , maximè interrogando ab initio reos modis valde exquisitis , aliquando minas tormentorum intentando , aliisque terroribus ipsos terrefaciendo , & sæpius adigunt ipsos ad confitendum delictum , quod bona conscientia fateri minime possent, etiam si ipsum perpetrassent. Aliquando verò ipsos peccatores ita perturbant, vt sibi contradicant, vel confiteantur aliquas circumstantias , ob quas eos tormentis tentant, adeo vt fateantur quæ numquam fecerunt.

B 358 Quos quidem iudices,& si vulgus ignarum laudet, vt homines iustitiæ zelo ardentes,ipsique hac gratia vulgi gloriaque valde lætentur , vereor tamen ne coram sapientia , ac humana ab illa deriuata sint vituperati , & infamati, vt homines , qui non curant illa verba æquissimi Marcelli,digna vt ab omnibus iudicibus sciantur. [b] (Resipiciendum est iudicãti ne quid durius, aut remissius constituatur, quam causa deposcit.

b *l. respiciendum ff. de pœn.*

Neque enim seueritatis,aut clementiæ gratia affectanda est , sed perpenso iudicio , prout quæque res postulat, statuendum est) Neque etiam expendunt illud Anacleti Papæ, [c] (si omnia in hoc sæculo vendicata essent , locum diuina iudicia non haberent) ac si clarius diceret. Non possunt omnia castigari in hoc mundo occulta sunt relinquenda diuino iudicio, quæ sibi reseruauit, pro sua sapientia. [d]

c *Cap.si omnia. 6.q.1.*

d *Ca.erubescant.32.d.*

C 359 Verum ex horum numero non sint multi Prælati, ac Prælatæ, Domini, ac Dominæ, qui parua caritate, sed multa seueritate, [illegible] , innumeris cauelis, licitis illicitisue inquirunt delicta secreta suorum [illegible] , ac subditorum, nil curando de mensura,lege naturali,diuina,& humana in hoc seruanda, dicendo , ac dicere faciendo mille mendacia , fingendo , vel simulando, & fingere, ac simulare procurando innumera falsa ex nimio desiderio puniendi , comparandi sibi honorem , se vlciscendi , vel gratificandi cui bene velint vel à quo bene sperant , & vt habeant ansam expilandi aliena bona, vel non benemerendi,recuperandi suum stipendium, [illegible] .

D 360 Cæci qui non vident quòd

(Est modus in rebus,sunt certi denique fines,
Quos vltra , citraque nequit consistere rectum.)

E 361 Obliuiosi , qui non reminiscuntur illius singularis Decreti S. Gregorij. [e] (Sæpe se vitia ingerunt , & se esse virtures mentiuntur, vt tenacitas,parsimoniæ,effusio, largitas , crudelitas, zelus iustitiæ, remissio , pietas velit videri.)

e *Cap. sæpe d.14.*

362 Inconsiderati, qui non curant illud, [f] dignum vt in omnibus operib⁹ memoria eius habeatur,(Quod iustum est iustè exequere.[g])

f *Deuter. 16.*

g *Capit.sicut tuis de simo. cap. non sane 14.q.5.c. non est putanda. 1.q.1. l. extat ff. quod met. cau.*

363 Propter quod declarando quendam textum in sua glossa dixit quidam doctissimus Cardinalis Ioannes Monachus, [h] quod ad bonum finem per bonum medium est perueniendum , Mediator ille, [i] qui rebus mediis, beneque mensuratis oblectari præ se tulit, [k] cum in medio duorum latronum passus est , [l] & in medio discipulorum apparuit, [m] & promisit quòd inueniretur in medio eorum, qui ipsum quærerent, [n] concedat nobis in omnibus medium attingere , quod erit caput istius dicti, Amen.

F 364 Dico septimum, quòd ex hoc sexto dicto consequitur, Primo quod iudex potest interrogare reum res, quas non potest ei præcipere vt dicat,neque ipse ad id tenetur, potest tamen eas iustè si vult confiteri.

h *In extrauag.1. de sent. excom.*

i *1.ad Timoth.2.*

k *Luc.2.*

l *Ioan.19.*

m *Luc.24.& Io.20.*

n *Matth. 18.*

a *In Præt. criminal. §. postquã col. 2.*

b *Cap. magna de pœn. d.1.*

c *1.1.qu. 20.*

d *Vbi supra. memb.2.q.7. pag.9.*

e *In cap.2.de confess. lib. 6.*

f *In cap.2. de confess.col. fi.*

g *In cap. ille 22.q.5.*

h *In penul.ff. de q.col. pen. & in practica. §. postquã col.1.*

i *1.2. qu. 98. art.4.*

k *Exod. 22. cap. pœnale. 14.q.5.l. 1.ff. de fure.ea fæpe de restitu. spoliat.*

l *Cap. primũ 2.2.q.2.ac.super eo de vsur.*

in 2.2.q.100. eius dem cum omnibus aliis in 3. sent. d. 38.

n *In 4.d. 15. q.4 sub fin.*

ci vt res, quam teneatur confiteri, & non est ita. Tertius, qui negat simpliciter, non addendo aliquid in ore, vel verbis, subiungendo tamen interius, se non fecisse videlicet vt possit dicere, & vt ipse teneatur.

Qui tres modi fundantur in stultitia, quam finxit coram Rege Achis ille perquam sapiens Propheta, ac Rex Dauid, [a] & in dicto Abrahami, [b] qui dixit de Sarra sua vxore, quod esset sua soror, vt verè erat, & in glossa, [c] quæ affirmauit posse quem sine peccato respondere inimico illius, qui ingressus est suam domum, & accedit vt eum interficiat, ac interrogat si est ibi (Non est hic) intelligendo pro est (comedit) & non manet, seu existit, vt communiter intelligitur.

369 Fundatur in illo insigni facto magni illius Patriarchæ Francisci, qui interrogatus ab iis, qui persequebantur homicidam quemdam, qui transierat prope illum, qua ibat, positis manibus intra manicas, respondit (Non transiuit hac) intelligendo non transisse per illas manicas, vt referunt Angelus de Perusio, [d] & Ioannes de Anania, [e] quamuis idem Angelus, [f] dicat quod posuit manum in auricula, in quo quantum ad propositum nostrum nulla est differentia.

370 Fundatur præterea in illa sententia Redemptoris nostri Marc. 13. (De die verò illa, & hora nemo scit, neque Angeli in cælo, neque filius, nisi pater.)

Quod verum est intelligendo id vt intelligebat is, qui dixit, videlicet quòd nesciebat filius in quantum homo per naturam, scientiamque naturalem, vt super illo dicto exponit Caietanus, [g] & ad reuelandum aliis, vt dixit Archidiaconus, [h] velut faceret nos illud scire, vt interpretatur S. Thomas. [i]

371 Fundatur adhuc in illa conclusione recepta per præclaros scriptores recentes, & per nullum antiquorum in particulari reprobata, ac mea sententia veriori quam contraria, vt dixi, [k] scilicet interrgatum contra ius de aliquo, quod nouit, & non debet dicere, posse respondere simpliciter se nescire, intelligendo intra semetipsum, ac coram Deo, se minime scire tali modo sciendi, vt licitè id possit dicere, vel tali vt teneatur id dicere ipsum interroganti: ita duobus in locis affirmat Adrianus, [l] extendendo conclusionem in ambobus etiam ad respondendum cum iuramento.

Et in vno addidit, omnes Doctores esse huius sententiæ, etiam si ei contradicat Doctor Sotus, [m] & ante ipsum Genesius de Sepulueda, [n] vir valde eloquens nec minus doctus in sacris literis, quam illustris in humanioribus tam Græcis, quam Latinis noster condiscipulus aliquo tempore in artibus liberalibus, & in præsenti Magister magni nominis.

Dico igitur, quod licet ipsi dicant, non esse hanc communem opinionem, mea sententia est, vt ostendo ni fallor, [o] & etiam idem Sotus, [p] fuit huius sententiæ, loquendo de teste. Fundatur etiam in illa communi conclusione fere omnium theologorum, [q] & canonistarum, [r] qui dicunt confessarium interrogatum de peccatis sibi confessis, posse respondere, se nihil scire de illis, si alia via quam confessionis ea non nouit.

373 Residuum huius Corollarij erit declarare, quod ab initio eius obiter ipsum fundando dixi, quod in Castella, & magis in Italia, vt plurimum tormentis afficiunt reum post probatum delictum, vt illud confiteatur, & appellare nequeat, quódque illud videbatur crudelitas, sed in re tam quotidiana, & graui non declaraui quid esset tenendum. Declarando id igitur in præsentiarum dico, quod secundum Hippolytum, [s] communis opinio tenet non debere inferti tormenta illi, cuius delictum est rectè probatum.

Tum quia Paulus & Marcellus in duobus suis dictis, [t] videtur hoc dicere.

Tum, quia Ioannes Andreas, [v] in summa, quam de tormentis in eo cap. scripsit, videlicet quando tormenta sint infligenda, respondet, quando deficiunt, nec possunt haberi aliæ probationes, & ante ipsum id dixit quædam glossa solemnis, [x] quam ipse non citat, quamuis citet quoddam Decretum Papæ Eusebij, [y] de quo, nec Hippolytus nec alij per eum citati faciunt mentionem, clarè significatur tormenta inuenta fuisse ad inquirendam, & inueniendam veritatem absconditam, & non ad inueniendam inuentam. Angelus, quoque de Perusio, [a] dicebat male facere iudices, qui reo post probatum delictum dant tormenta, ad effectum, vt illis appellatio non concedatur, & quando fecerint residentiam, posse de hoc accusari, & puniri.

Cuius delictum cum aliis multis bonis collegit Ioannes Igneus vir doctus, [b] maiori elegantia, ac copia, quam resolutione & ante ipsum Augustinus de Arimino. [c]

Quæro & ante omnes, vt ferunt, Cynus non tamen in meo libro, nec vbi Hippolytus eum citat, [d] nec vbi Ioannes Igneus, [e] vbi solum dixit, neque Deum, neque leges ante suos oculos habere iudices, qui iterum tormentis vexant illum, qui semel tortus est, non superuenientibus ad id sufficientibus coniecturis, vt ostentent se bonos iudices. Contrarium communi nullo allegato pro, nec contra, sentit Doctor Sotus, [f] dicendo legem Romanam futuram valde perniciosam, [g] sed reus, contra quem delictum est probatum, non teneretur illud confiteri.

375 Istud tamen fundamentum est valde debile, quoniam lex illa Romana non dicit quod ipse supponit, nempe reo criminaliter damnato concedendam esse appellationem, & non infligendam pœnam quousque confiteatur delictum.

Secundum namque omnes qui eam commentantur, tantum statuit, vt in quinque delictis grauibus ibi nominatis secundum aliquos, ac secundum communem in omnibus, in quibus reus fuerit conuictus, atque confessus, debeat ei denegari appellatio, ac in aliis concedi. Contra communem quoque tenuit Baldus, [h] dicendo benefacere iudices tollendo hoc modo occasiones appellandi, vt delicta patentia puniantur.

Pro hac parte asserunt aliqui facere quoddam dictum Pauli Iuris consulti, [i] quod mea sententia male applicatur. Non enim dicitur in illo debere, aut posse reo dari tormentum ad confitendum delictum iam probatum, sed ad detegendum quis id ei mandauerit. Melius pro eo facit conclusio principalis huius Corollarij in sui initio probata, ac postea declarata, nimirum quod reus, cuius delictum est notorium, famosum, seu semiplenè probatum, tenetur in conscientia illud iudici confiteri, si de eo ipsum interrogauerit, vt post Innocentium IIII. [k] ac S. Thomam, [l] tenet communis.

376 Pro concordia omnium, integráque solutione istius difficultatis, dicerem. Primo, quòd reus in conscientia tenetur confiteri delictum ipsi iam bene probatum, si fuerit de eo interrogatus iuxta Thomam & Innocentium proximè citatos.

Secundo ipsum male facere in appellando, si sententia non est iniusta ob aliquam aliam rationem, licet non confiteatur, siue fuerit interrogatus, siue non, postquam mentitur dicendo sententiam esse iniustam, & iniuriam facit iudici. [m]

Tertio quod si iudex viderit prodesse ad bonum publicum, vt delictum illud citò puniatur, & quia est notorium, vel valde famosum, seu ob alias coniecturas deprehendit, quod malitiosè reus definit ipsum confiteri ad differendam postea suam pœnam per appellationem, posse ad impediendas suas malas intentiones, atque peccata, quæ facere proponit iustè eum torquere vt confiteatur, ac postea ei denegare appellationem, argu. illius dicti celebris Innocentij, [n] & eorum, quæ post illum [o] scripsimus. Quarto, quod etiam posita hac præsumptione, posset etiam torqueri ad detegendos aliquando alios, non tamen ad tollendam reo gratiam appellationis, quam ipsi lex facit, argu. cap. *indultum*, & ei annotatorum, [p] esset namque magnum peccatum, cum possit fieri, vt illa appellatio sit iusta, ac in secunda instantia ei superueniant probationes ad sui defensionem necessariæ, seu refutationem probationis contra ipsum factæ, iuxta legem, *per hanc*, [q] temperatam per clem. 2. [r] omnia superius pro, & contra allegata possunt concordari cum his quatuor cõclusionibus, quòd breuitatis gratia non facio, quoniam hoc Corollarium magis auctum est quam existimabam. Relinquendum est pro sequenti quod in præterito polliciti sumus dicere de

filiis,

a 1. *Reg.* 21. *& ea. ratione* 22. *q.* 2.
b *Gen.* 12.
c *Ca. negotiis.* 22. *q.* 1.
d *In l. idem.* §. *si tibi. ff. de cond. ob turp. caus.*
e *In cap. cum fure, col. fin. de furt.*
f *In leg. qui vas.* §. *qui ex volumine ff. de furt.*
g *In d. ca.* 13.
h *In cap. sacerdos d.* 6.
i *In* 4. *d.* 47. *q.* 1. *art.* 1. *q.* 3.
k *In c. Sacerdos de pœnit. dist.* 6. *num.* 26. *& probo in cap.* 2. *de confess.*
l *In* 4. *de confess.* 10. *dub. coll.* 3. *& quod li.* 11. *littera. CC.*
m *vbi supra mëb.* 2. *q.* 13. *pag.* 15.
n *Lib. de rat. re. testim.*
o *in d. capit.* 2. *de confess.*
p *Memb.* 2. *q.* 7. *pag.* 8.
q *In* 4. *dist.* 21.
r *in c. omnis de pœnit. & cap. sacerdos de pœnit. dist.* 6.
s *In l.* 1. *in princ. ff. de quæst. vers. quarto requiritur, & cõf.* 51. *num.* 51.
t *Leg. editti & l. Diuus pius. ff. de quæst.*
v *In ra. eum in cõtemplatione de reg. iur. col.* 1. *q.* 2.
x *In summa dict.* 15. *q.* 6.
y *cap. illi qui* 5. *q.* 8.
a *Le. etsi certum. ff. ad Sillan.*
b *in d. l. etsi certum.*
c *In addit. ad Angel. lib. de male. verbo fama publica.* 13. *fol. medio ris margi. vers. secundo.*
d *In l.* 2. *cap. quor. appell. non recipit.*
e *In l. fin. C. de quæstio.*
f *Memb.* 2. *q.* 7. *pag.* 4.
g *Leg.* 2. *in quam Co. quor. appell. non recipi.*
h *In d. l. obseruare. cap. quor. appell. nõ recip. n.* 9.
i *In l. & si certus. ff. ad Sillan.*
k *In cap.* 2. *de confess.*
l *In* 22. *q.* 69. *art.* 1.
m *Cap. vt dilectus de appellat.*
n *Cap. post electionẽ de concess. prab.*
o *In ca. licet. de probat.*
p *De reg. iur. lib.* 6
q *De appellat.*
r *De testib.*

filiis, si possunt, ac debent testificari contra suos patres saltem super hæresi.

Sexagesimum sextum Corollarium.

SVMMARIVM.

377 *Denunciari cum mandantur delicta, magna discutio est necessaria.*
378 *Denunciari mandatur multis modis, ijque quomodo extendantur, ac limitentur.*
379 *Mandatum de denunciando, ac de testificando differunt.*
380 *Denunciari non debet, quod nequit probari, etiam si iubeatur denunciari, esto quod nequeat probari.*
381 *Denunciator qui habet vnum testem, dicitur posse probare, ita vt possit, ac debeat denunciari.*
382 *Testificari possumus, ac debemus quod nequimus probare, etiam cum id iubemur tantum generaliter.*
383 *Denunciare quando non videtur præcipere iudex, & quando testificari.*
384 *Denunciare quando iubetur per superiores quomodo, & cui potest sine damno prodesse, quid agendum.*
385 *Familiaris iurans dicere quod scit suo domino fuisse malè acceptum, quid faciet.*
386 *Iudex inquantum iudex, non dicitur persona, quæ possit prodesse, & non obesse, sed bonus vir arbitrans.*
387 *Denunciare quando iubetur quod quis scit: quid dicatur scire.*
388 *Scire tantum, nec posse probare, non sufficit ad incurrendam pœnam non denunciandi.*
389 *Scire quando dicatur aliquid.*
390 *Audire, & nescire quid sit, est non audire, ad effectum testificandi.*
391 *Testes, qui eos excipiunt, in quo errent.*
392 *Audire à quo, & quomodo non debeat mouere, est non audire.*
393 *Audicit qui aliquid ad sanctam inquisitionem pertinens, iuret illum à quo audiuit id dicere.*
394 *Monitorium generale restituendi, ac reuelandi quem comprehendat.*
395 *Restituere quis non tenetur per literas generales alienum pro soluetione debita acceptum.*
395 *Mandata, ac qualibet aliæ dispositiones intelligenda, si fieri possint, ita vt sint iusta.*
396 *Denunciari non debet recompensatio, sed tantum pars iniustæ, vel dubia.*
397 *Denunciari non debet ex debito, quod ante Deum debitum non est.*
398 *Restituere non debet qui non potest, etiam si publicentur literæ excommunicationis, nec reuelare qui scit, neque tamen hoc facere debet cessante impedimẽto debitè interim, prouidendo satisfacere.*
399 *Excommunicatio cum fertur super eo, quod restitui nequit quid agendum.*
400 *Restitutio quandoque differtur, non tamen sine cautione.*
401 *Testificari non debet, neque possunt Aduocati, Procuratores, Consiliarij, Solicitatores, & Medici de eo quod ob necessitatem consilij, & auxilij ipsis communicatum fuit.*
402 *Testificari nemo potest, nec debet, de secreto sibi commisso, si non est præiudiciale id tacere.*
403 *Secreta propalare contra legem diuinam, & humanam est, etiam si publicentur mandato iudicis, aut Prælati.*
404 *Aduocatus testificari potest contra suum clientem, & in quo.*
405 *Testificandum est super fidei commisso secreto, atque illicito.*
406 *Secretum perniciosum conceptum per consilium, vel Dominum, publicari potest etiam per vasallum fundatarium, ad quem pertingit.*
407 *Secretum non perniciosum non reuelandum, nec perniciosum, si damnum reparatur magis quam conuenit, nec etiam tantum, si magis læditur fama propalati, quam substantia alterius.*
408 *Confessarius testificari potest de sibi confessis, si alia via ea scit.*
409 *Intellectus verus cuiusdam dicti Innocent.*
409 *Secretum commissum magis seruandum quam visum.*
409 *Secretum commendatum res magni momenti.*

409 *Exhortatio ad custodiendum secretum.*
410 *Literæ monitoriales reuelandi aliquid non comprehendunt illos, qui eo casu non tenentur testificari.*
411 *Testificari nequeunt, etiam si velint, patres contra filios, neque filij contra patres.*
412 *Testificari nequit vxor contra maritum, etiam si maritus posit contra vxorem, si velit.*
413 *Literæ monitoriales non comprehendunt communiter cognatos intra quartum gradum, secundum computum ciuile.*
414 *Testes cum desunt, cessant priuilegia non testandi, ac quando dicatur esse defectus testium.*
415 *Testes priuilegiati inhabiles sumuntur deficientibus aliis.*
416 *Citatio generalis, cum scitur, vel sciri potest pars, non valet.*
417 *Testes quando dicantur deesse, vt possint compelli priuilegiati, & admitti inhabiles.*
418 *Deesse dicuntur testes ad vnum effectum, licet non dicantur deesse ad alium.*
419 *Defectus testium quomodo probetur.*
420 *Testificatur priuilegiatus super antecedenti, licet ad id non teneatur super principale.*
420 *Testificari nemo tenetur cum suo graui damno.*
421 *Testes inhabiles comprehenduntur in literis monitorialibus, & ad quid possint prodesse.*
421 *Onus non debet esse alleuiatio.*
422 *Testes priuilegiati, qui nequeunt, etiam si velint, testificari, conueniunt cum ijs qui possunt si velint in aliquo.*
423 *Testes priuilegiati non differunt ab aliis, ad effectum vt possint compelli, quando alij desunt.*
434 *Testes priuilegiati, vt non damnificentur, raro compellentur in iudicio exteriori.*
425 *Confiteri potest, & debet quis suum delictum aliquando, cum non possit, nec debeat sui patris, vel cognati delictum.*
426 *Testis esse non tenetur qui sine graui suo damno esse non potest.*
427 *Pater & mater pro Christo Iesu sunt obliuioni tradendi.*
428 *Testificatur contra damnum suum seruus super crimine læsæ maiestatis diuinæ ac humanæ.*
429 *Testificari debet filius contra patrem in casu hæresis cum quibusdam limitationibus.*
429 *Damnum famæ, & bonorum quando concurrunt, quid faciet qui id scit.*

377 SExagesimum sextum, quod ad fugiendum vitium murmurationis, ac detractionis, magna discretione vtendum est ei, qui vult iustè, ac sanctè respondere monitoriis, & edictis generalib[a], inquibus sub pœna excommunicationis iubent Prælati, Vicarij, ac visitatores reuelare furta, latrocinia, damna vel alia delicta intra certum tempus, vt quotidie fit, & iure fieri potest secundum Acursij glossam, [a] quam ibi Bartholus, & alij sequuntur, ac textus significant cap. *qui cum fure*, vbi Panormitanus & communis, [b] *cap. dilectus*, vbi Panormitanus etiam. [c]

378 Tum quia aliquando prælati iubent reuelari quod scitur de delicto, aliquādo iubent reuelari quod scitur de fama, vel notorietate illius, aliquando quod audiere dici vel loqui de delicto, seu de eius fama, aliquando omnia supradicta.

Ac propterea aliqui obligant ad magis, aliqui ad minus, aliqui hos, aliqui illos, postquam aliud est delictum, aliud est eius famæ, & aliud sermo de ea. Atque aliqui sciunt de delicto, & non de eius fama, & alij contra sciunt existere famam, & nesciunt si est delictum, alijque sciunt rumorem esse de illo, ac nesciunt si existat fama, vel delictum, omniaque ista colligi possunt ex multis capitibus, [d] multisque glosis, ac Doctoribus iuris.

Secundo, quia nulla ex huiusmodi præceptis extenduntur ad peccata secreta, nisi salua correctione fraterna, hoc est, quod si qui peccarunt, moniti cum caritate vt restituant furtum, latrocinium, vel damnum, restituerint tantum quantum possunt, ac debent, non debent ipsos reuelare iuxta euangelium, [e] ac sacros canones, [f] adeo vt non sit obediendum prælato, qui præcipit sibi denunciari nil curando de correctione fraterna, vt dicunt S. Thomas, [g] ac S. Antoninus, [h] & alij.

Siquidem (obedire oportet Deo magis quam hominibus.) Dico inquam non posse bene emendarum denun-

a *Leg. simile C. de furt.*
b *De furt.*
c *De excess. prælat.*
d *Cap. inquisitionis.* §. *tertia c. qualiter* 2. *de accusat. l. diuers.* 2. *ff. de cujus. c. presbiter. c. si mala* 2. 9. 5. *cap. vestra de cohabi. cleric. & mul. ca. manifest.* 2. *q.* 1.
e *Matth.* 18.
f *Cap. nouit de iudi. cap. si peccauerit.* 2. *q.* 1.
g 2. 2. *qu.* 33. *art* 7. *ad* 5.
h 2. *par. tit.* 9. *cap.* 6. §. 4. *col.* 3.

ciari, nec etiam ad effectum cauendi, vt non recidat, neque etiam si prælatus sit valde magnus patronus, & familiaris denunciati, vt antea tractatum est.[a]

Tertio, quia statim absque alia monitione denunciandum est in quatuor casibus. Primus, quando delictum commissum est publicum. Secundus, quando commissum est præparatio alterius, vt sunt coniurationes, & conuentiones contra fidem Catholicam, Reges, ciuitates, vel alios priuatos, & non constat monitionem eas interturbaturam. Tertius, cum non speratur emendatio. Quartus cum est veniale, quod non infamat, vt colligitur ex S. Thoma, [b] & ex S. Antonino ac Syluestro, [c] & vt dictum est superius. [d]

379 Quartum cur opus sit discretione, ad discernendum, si præcipitur, vt reuelemus quod scimus, vt denunciatores, vel deponamus vt testes, quod etiam annotauit Ripa. [e] Quoniam vno modo nos debemus gerere in vno casu, & diuerso in alio.

Si enim iubemur denunciare, & quod vt denunciatores reuelemus, non possumus, nec debemus reuelare nisi quod possimus probare iuxta illud dictum S. Augustini, [f] (Plerumque boni viri propterea sufferunt aliorum peccata, & tacent, quia sæpe deseruntur à publicis documentis, quibus ea, quæ ipsi sciunt, iudicibus probare non possunt) concordat quoque cum ipso Concilium Aphricanum, in illis verbis (Caueat Episcopus ne dicat in quemquam quod aliis documentis conuincere non poterit.) Idem statuit cõcilium Vasense ca. *si tantum*, [h] & Eugenius Papa. [i] Anacletus quoque eum sua glossa significat denunciatorem delicti, qui probare nequit, denunciandum pro homine inuido, & non caritatiuo.

Idem affirmant glossæ, [k] per Cardinalem Alexandrinum aliosque recepræ. Ac dixit etiam Angelus de Clauasio, [l] præceptum iudicis iubentis nos denunciare sub pœna excommunicationis quod scimus, etiam si id probare non possemus, esse inutile, atque nullum in se, cum contineat errorem intolerabilem, eiusque excommunicationem esse nullam: facit pro hoc quod in septimo fundamento dicetur.

781 Addo tamen omnibus in hoc duo: vnum, quod nec adhuc quod probari potest, denunciari debet, nisi cum correctio, & monitio fraterna non sufficit ad emendationem, vt superius dictum est. Alterum, quod meo iudicio, vt quis dicatur posse probare quod scit, non opus est vt habeat duos testes, qui id sciant æquè ac ipse, quin sufficit vt habeat vnum integrum, si idem est etiam huiusmodi. Ad probandum enim delictum via denunciationis, & ad effectum iniungendi pœnitentiam, ac emendandi peccatorem, ipsemet denunciator potest esse testis, & ex suo dicto, ac illo alterius integro fit ad hunc effectum plena probatio, vt decernit Decretalis cum sua glossa, ac communis. [m]

382 Si tamen nobis præcipiatur, vt reuelemus tamquam testes tenemur deponere, vt tales, quod scimus, etiam si id probare nequeamus, quemadmodum, quando, & eo pacto, quo supra [n] dictum est. [o] Tum per omnia ibi allata. Tum quia per quamdam Decretalẽ dixit Panormitanus, [p] quod iudex Ecclesiasticus potest iubere generaliter sub pœna excommunicationis, vt qui aliquid sciuerit de iis, quæ attinet scire ad terminandam litem: quæ ante ipsum pendet, accedat ad testimonium de eo ferendum. Atque etiam potest, debeque iudex ecclesiasticus præcipere hoc illis, qui aliquid sciunt, de iis quæ faciunt ad terminationem litium, quæ ante iudices sæculares pendent, saltem quando est penuria testium, vt ipsemet dixit: non tantum in causis ciuilibus, verùm etiam meo iudicio in criminalibus, quando concurrunt illa, quæ ad nos obligandum ad id, esse necessaria supra decretum est, [p] per ibi allegata, & per id quod Hostiensis, [q] melius cæteris mea sententia dicit.

383 Quinto, quare necessaria est discretio ad discernendum quando iudex nobis præcipit vt testibus, & quando vt denunciatoribus, quod nullibi inuenio satis declaratum. Potest enim resolui dicendo, Tum quod Iudex quando nobis mandat denunciare, videtur mandare nobis, vt denunciemus, & quando mandat nobis testificari, vt testificemur.

Quoniam cum ratione materiæ de qua est sermo, vel ex aliis coniecturis non inuenitur alia intentio contraria eius, qui loquitur, communiter intelligenda sunt verba secundum suam propriam significationem, vt probant multi textus, [a] & glossæ quas Felinus, [b] & alij allegant. Tum quodcumque clarè præcipitur nõ denũciare, neque testificari, sed dicere, vel declarare) quod potest intelligi denunciando, & etiam testificando) intelligendum est testificando in negotiis ciuilibus tam incæptis, litigari, quam non incæptis, ac etiam in criminalibus incæptis litigari. In ciuilibus enim non agitur communiter, de punitione, neque de pœnitentia peccari, atque in criminalibus incæptis litigari non sunt necessarij denunciatores, sed testes, vt per se patet. In negotiis tamen criminalibus sæpe quæruntur denunciatores. [c] Tum, quod talis potest esse materia, in qua mandatur, vt licet diceretur denunciare, intelligeretur testificari, & contra pro testificari, intelligeretur denunciare. Verba etenim intelligenda sunt iuxta materiam, in qua pronunciantur, etiam si ad illum effectum prodesset illa accipere secundum impropriam significationem, iuxta multos textus qui sunt ad id idonei, [d] cũ glosis, [e] vt tradit Felinus, [f] Decius, [g] & Georgius. [h]

Tum, quod aliquando iubetur vt detegatur quod scitur, via denunciationis, ac testimonij, vt melius potest, ac deber iuberi, & tunc vtraque via mandatur, inducitur que obligatio aliquando ad faciendum vnum, aliquando alterum, & interdum ad vtrumque, iuxta id, quod latius scriptum fuit supra, [i] vbi de teste loquimur, & supra etiam, [k] vbi de denunciatore.

384 Sextum, cur necessaria sit discretio in hac materia, est, quod aliquando mandant superius sibi denunciari delicta extraiudicialiter, vt personæ quæ prodesse valent, & non obesse, iuxta quoddam Decretum S. Augustini, [l] inter quam formam, & alias supradictas est magna differentia. Mandatum enim factum secundum hanc formam obligat denunciare etiam quod est secretum, etiam si nequeat probari, si fraterna correctio ad illud emendandum non sufficit, & superior est persona, de qua præsumatur, quòd id velit scire ob solam vtilitatem delinquentis, sine vllo eius damno, ac non aliter, velut disputando cum Richardo, [m] conclusimus.

385 Vnde sequitur quòd si pater, dominus, œconomus, vel præfectus familiæ offerat iuramentum illis, vt sibi secretè reuelent, quis ei abstulerit aliqua bona, qui id scit, non debet id dicere eum interroganti, sicèt homo durus, & qui debeat eum furem punire, & custodia bonorum non erat commissa interrogato, nec potest probare ablationem illorum.

Nam aliter tenetur dicere, nempe si custodia illorum bonorum erat interrogato commissa, vel si id probare potest, aut si eum interroget est homo mansuetus, qui nihil aget nisi iustum, & rationabile, vt singulariter determinat Durandus citatus per Angelum, [n] & post eum Siluester [o] & Ioannes de Tabienna, [p] licet nullus citet locum. Cuius determinatio quotidiana non mihi videtur tuta præterquam eam limitando, vt locum non habeat, nisi quando monitio secreta non satis esset ad debitam emendationem, per ea quæ supra [q] remanent probata, cui consequens est in tali casu, famulum, filium, vel familiarem, qui talem rerum acceptionem nouit, non debere iurare se dicturum quod scit de illo furto, vel debere iurare, intelligendo se dicturum, quod nouerit, ita vt iustè posset dicere, & postea respondere, quod id nescit, intelligendo, ad id tunc dicendum, iuxta dictum in Corollario præcedenti, vel petere spatium ad id recogitandum, & intra illud suam secretam monitionem facere, quæ si non sufficeret, videtur mihi, quod licet id probare non posset, teneretur id dicere extraiudicialiter ac secretè, dummodo non præsumeretur interrogantem si id resciret, facturum aliquid valde indignum & in-

a *In coroll. 58.n.235.*

b *In d. art. 7. in corpor. qu. & d.§.4.*

c *Verbo denuntiatio q. 4.*

d *In coroll. 58.n.224.*

e *Depeſte fol. 15.q.11. num. 124.*

f *Cap. plerũque 2.q.7.*

g *Cap. placuit.6.q.2.*

h *6.quæſt. 2.*

i *Ca.ſi ſacerdos de offi. ordin.*

k *In c. ſacerdos de pœn.d. 6.& d.c.plerumque.*

l *In verb.excom.3.§.20.*

m *In cap. in omni negotio de teſtib.*

n *In coroll. 64.*

o *In c.ad noſtrã 2.de iur. iurãp.n.4.3.*

p *In d. coral. 64.*

q *In cap.1. de teſtib. cogen.*

a *Leg.nõ aliter.ff.de le.3. & c.preterea de verb. ſignif.c.ex literis de ſponſal.*

b *In c.nã.col. 1. de conſtitu.*

c *Super hic.c. cum dilectus de accuſat.*

d *Leg.nõ aliter.ff.de lega. 3.c.rogo.*

e *In quæſt. 2. cap.dilectiſſimis,cum gloſ. verb. præcipimus.12.q.1. clem. 1. cum gloſſ. verb. hortamur.de teſtib.*

f *In d.c.nam*

g *Cap. quoniam Abbas de offic. deleg.*

h *In clem.ſæpe de verb. ſignifi.col. 2. & 3.*

i *In coroll. 64. nu. 300.*

k *In corol.59. nu.326.*

l *Cap.hoc vi detur.22.qu. 5.*

m *In d.corol. 59.num. 333.*

n *In ſumma verbo familia.§.8.*

o *In eo.ver. §.8.*

p *In eo.ver. §.5.*

q *In coroll. 59.n.326.*

decorum.

386 Addo hîc illam determinationem mihi singularem Adriani Papæ VI. in epist. illa breui, sed iuris nuclei plena, quæ libello, de secreto apposita inuenitur, perquam melius quam vllus declarauit, non appellari in hac materia hominem, qui prodesse posit, & non obesse iudicem, in quantum est iudex, licet in alijs materijs iuris arbitrium boni viri intelligamus nomine iudicis, vt dixit Venuleius, [a] quin intelligi aliquem sacerdotem, Episcopum, vel aliquam aliam personam non consideratam vt iudicem, de qua pro certo habeatur, quod procurabit impedire delictum, ac damnum, & non intendet ad illud vlciscendum, neque puniendum in iudicio, nec publicè extra illud.

387 Septimum, cur opus sit vti multa discretione in hac materia est, quod multi quos vulgus putat scire, nesciunt ita vt teneantur reuelare; nec multi qui audierunt, videntur audisse, vt teneantur dicere quod audierunt.

388 Quod enim sciunt, & probare nequeunt, nõ videntur scire ad effectum illud denunciandi, vt in quarto fundamento huius Corollarij dicebam, etiam si esset crimen læsæ maiestatis, ac præiudicium, iuxta opinionem Accursij in glossa, [b] & illam, quam semper tenui pro veriori quãuis contrariam, nimirum neminem debere mori, vt non reuelet proditionem præparatam, ac per eum scitam, si eam probare non poterat, vt tenet Baldus. [c] Cùm alijs multis relatis à Felyno, [d] & Decium, [e] & in regula (culpa caret) [f] qui eum sequuti sunt, & sic limitari potest quod Bartholus, [g] per multos approbatus, quos refert Bertachinus, [h] dicebat. Cuius dictũ aliqui dicũt obseruari in praxi, vt Bertach. [i] & Felynus, [k] alij verò non, [l] quamquã sine dubio hîc talis in conscientia teneatur saltẽ facere, quod cõmodè potest ad impediendum damnum, & delictum præparatũ, vel illud denunciando iudici, si potest probare, vel ei dicẽdo vt testis, seu extraiudicialiter, vt ei, qui potest prodesse, & non obesse, siue monendo eum, cui damnum præparatur, vt per ea, quæ dicta sunt, [m] & id quod Adrianus, [n] dicebat; addendo quòd etiam si ad impediendum damnum opus sit nominare personam eius, qui malum illud proposuit habet, idem faciendum. Non dicetur etiam scire delictum, quia solum audiuit dicere quouis modo, & à quocumque; quoniam (Qui cito credit leuis est corde) vt dixit Sapiens, [o] & aliqua decreta probant. [p]

389 Dicitur tamen sciri, quando videtur, aut cognoscitur res per notitiam intuitiuam alicuius ex quinque sensibus, vel intellectus, iuxta glossam singularem, [q] quam confirmaui, & declarai in cap. *Si quis autem*, [r] & quam alibi bene confirmo.

Dicitur quoque scire, quoad nostrum propositum, cognoscere per confessionem ipsiusmet partis id, quod contra illam facit, vt S. Augustinus, [s] determinat, vel id tenere sine aliquo dubio secundum Innocentiũ IIII. [t] intelligo cum iusta ex ratione pro tali habetur, vel quasi tali sine dubio, secundum glossam singularem, [v] intelligendo etiam cum iusta ex causa, quæ pro eo sit, vel audisse certo asserere ab aliquo fide digno, secundum aliam pro tali reputatam. [x]

390 Vnde sequitur excusatos esse à dicendo (quomodo testes solent deponere) multos quod audiere, & nesciunt à quo; & dato, quòd id dicant, non debet iudex id attendere.

391 Sequitur quoque, meo iudicio multos inquisitores & notarios errare, esseque causam vt idem faciant testes, cum in articulo rumoris, & famæ publicè legendo illum testi, & dicente eo, quòd audiuit dicere, sine ampliori declaratione id scribunt, quod is audiuit dicere, & nescit à quo, & quod dicit id, quod iam dixit. Quod ipsum cum mecũ agere aliqui vellent, contradixi illis aliquando, dicendo *Supersedeas*, quia id audiui à tali, & tali, quamuis non audiuerim à tot, nec à talibus, quod sciam de eo esse famam. Siquidem licet meum dictum non proba-

a *In l. continuus. §. cum ita.ff.de verb. oblig.*

b *Leg.vtrum verb.conſciij. ff. de parrici.*

c *In conſ. ille celebri. incipientis Quanquam.*

d *In c. quãta de ſent. excõ. col.2.*

e *In c.1.col.3. de offi. deleg.*

f *ff.de reg.iu.*

g *In l. vtrũ. ff. de parrici. & in l. 1. §. occiſorum. ff. ad Sillian.*

h *Verb. ſcire verſ. 13.*

i *Vbi ſupra.*

k *In cap.1.de offi.deleg.*

l *Vt Felimus. in c. qui alios. de hæret.*

m *In coroll. 58.n.307.*

n *in V. epiſtola.*

o *Eccleſ. 19.*

p *Ca.non ſolum.11.q.3.c. ſi quid vero. 20.d.*

q *In l.2.§. an tepen. ff. de aqua pluui. arcen.*

r *Num.8. de pœnit.d.6.*

s *Ca.hoc videtur. 22. q. 5.*

t *Cap.cum in cauſa de iur. calum.col.2.*

v *In l. ſi quis extraneus.§. ſciendum. ff. de acqui.hæred.*

x *In l. Titio fundus.ff. de cond. & demonſtrat.*

a *Cap. teſtium.3.q.9.ca.licet ex quadam de teſtib.& l. teſtium. C. eodem.*

b *Arg.l. Nepos Proculo. ff.de verb ſi. gnif.& ca.cũ contingat. de of.delegat.c. quando.11.q. 3.*

c *Ar.proœm. ca.& Gregoriani.*

d *Leg.1. ff. de iuſt.& iur.*

e *In præmio Gregor.*

f *In libr. de peſte. foliolo. 158. §. injuper.*

g *Leg.iuſte ff. de acquir. poſſeſſ. & ca. quoniam ſi equenter.§. in aliis vt lit.nõ conteſt.*

h *In c.pro illorum.de præben.verb.cõtradictores.*

i *In d.ca.pro illorum.& in c. cum cõtingat.in 7.cau. nullis.*

k *In ſit. ver. factum.§.41.*

l *Verb.familia. §. 11. in totum.*

m *Ver.furtũ. §. 15. ex parte.*

n *Ver.Inquiſitio.q.7.*

o *Leg. ſi procurator.ff. de condict. inde. c. quintauallis.de iur. iurã.glo.c.dilecto de præbẽ. c.1.de iur. iuran.lib.6.*

retinẽt acceptum in iuſtam compenſationem debiti certi, ſunt iniuſta. Tum quia licet homini accipere alienum in compenſationem, quæ certò ſcit iuſta, de eo, quod ſibi debetur, cum ſaltem nequiret recuperare ſuum debitum per iuſtitiam, vel non ſine magno labore, ac damno facultatum, honoris, amicitiæ, vel aliorum bonorum ſecundum gloſſam reputatam ſingularem, [a] addendo illi, vt ibi cum alijs rebus addo aliam ſimilem gloſſam, [b] quæ alijs eſt ſingularis, dummodo capiatur ſine ſcãdalo, damno vel periculo alterius, ſecundum dictum Innocentij per omnes recepti, [c] & dummodo prouideatur, vt creditor deſinat credere, ſe teneri reſtituere, ſi hoc credat, vt rectè annotauit Caietanus. [d] Si ergo iuſtum eſt hoc agere, mandatum, quod ad eius contrarium obligaret, eſſet iniuſtum. [e] Tum quia licet fortè peccaſſet id capiendo ſua auctoritate, cum facile poſſet ſuum debitum per iuſtitiam recuperare, non tamen peccaret illud non reſtituendo, poſtquam coram Deo nihil illi debet, ac neceſsitas reſtituendi ceſſat. [f]

396 Ex hoc ſequitur primò, quod ſi compenſatio, vt ſolutio accepta partim eſſet certo iuſta, & partim dubia, non foret neceſſe reuelare pluſquam partem dubiam. [g] Quod enim iudicatur de toto, & etiam iudicandum de parte, cùm eadem ratio inuenitur, vt in iſto caſu, & qui contrarium faceret murmurator poſſet appellari. Sequitur ſecundo, bene conſuluiſſe Franciſcum de Ripa, [h] dicendo non teneri reſtituere centum ducatos illum, in cuius poteſtatẽ alius eundo ad bellum, vel ad alium locum eos depoſuit, relinquendo ei illos vt ſuos, ſi inibi mereretur, ſi poſt eius mortem, conditionẽmque impletam, defuncti hæredes obtinerent literas monitorias generales contra illos, qui retinerent bona occulta illius defuncti.

397 Sequitur tertio bene feciſſe eundem Ripam, [i] reſpondendo quod nec etiam amicus, cui hic manifeſtauit illud depoſitum, ipſumque certum de hoc reddidit per ſchedulam eius qui depoſuit, cuius characterem ipſe amicus ſatis bene cognoſcebat in qua huic eos relinquebat, tenebatur poſt illius mortem id reuelare.

398 Sequitur quarto bene me reſpondiſſe non teneri obedire dictis literis illos, qui retinent alienum male acceptum, ſi, quia nihil habent in bonis, vel ob aliam rationem, non ſunt certè obligati ad reſtitutionem eius, nec etiam eos, qui id ſciunt, ad eoſdem manifeſtandos, dummodo tamen inueniatur medium, quo remaneat bene prouiſum, ac illi, cuius erant bona, ſatisfiat ceſſante neceſsitate, vel cauſa, quæ pro tunc excuſat à reſtitutione.

399 Atque cum ſit res tam quotidiana, in qua multi dubitant, ac errant ponam vnum, vel alterum exemplum futurus es, vel damnum intuliſti proximo in aliquo, & me non latet, vel quia id mihi dixiſti, vel aliter, Tu porro adeo es pauper, & contra damnificatus adeo locuples, quod iudicio virorum ſcientia conſcientiáque prædictorum tu non teneris modo ad eius reſtitutionem: publicantur monitoria, ac literæ generales excommunicationis contra eos, qui id furati ſunt, vt reſtituant, & contra eos qui ſciunt, vt id manifeſtent: Si tu & ego vt boni Chriſtiani vitare vitium murmurationis velimus, nec eſſe inobedientes ſententiæ miniſtri Eccleſiæ, quilibet noſtrum debet primo conſiderare, ſi tu teneris ſtatim reſtituere, vel non. Quod ſi per nos ipſos, vel alios ſapientiores reperimus quod teneris, debeo ego te ſecreto rogare, vt reſtituas, & tu debes ſtatim reſtituere optimo modo quo poterit fieri, vt ego de eo certior reddar.

Quod ſi tu non reſtitueris, debeo ego te manifeſtare antequam labatur tempus in literis præfixum, vel vt teſtis, vel vt denunciator, iuxta id, ad quod tenor literarum ac circumſtantiæ negotij me obligauerint, ſecundum ſupradicta.

Quòd ſi inuenerimus te, vel quia non es ſoluendo, vel ob aliam iuſtam cauſam, non teneri in præſenti ad reſtitutionem debemus procurare intra terminum per literas præfixum aptius remedium, quod poterit reperiri, ad ſecurum eum reddendum, quòd reſtituetur ei, cui debetur, adueniente tempore, quo id poterit fieri, ſemper conſeruando, quantum fieri poterit, & debuerit honorem, ac famam eius qui furatus eſt, vel damnum intulit. Quòd ſi de hoc fuerit fama, remedium erit clarum, nempe vt te obliges ad eius reſtitutionem cum poteris, non declarando cauſam debiti.

Si autem de eo non fuerit fama, remedium erit confiteri alicui viro fide digno, illúmque rogare, vt ob charitatem agat cum damnificato, vt ſit contentus, quod pœnitens totum ſimul, vel per partes, pro vt melius poterit ipſi id reſtituat, ac quod ipſe confeſſarius ſubibit onus apud ipſum inſtandi, non manifeſtata tamen parte. Quòd ſi non fuerit de his contentus, quæras tu cognatum, vel amicum, qui creditori cautionem præſtet, quòd intra tantum tempus ei ſoluet, intra quantum tu exiſtimas poſſe ſoluere, quantum debes, non manifeſtando cognato, vel amico cur id facias.

Quod ſi non inuenias virum probum, qui pro te hoc faciat, dicat confeſſarius creditori, pœnitentem eo quòd ſit pauper non inuenire, qui pro eo velit ei fideiubere, niſi te, qui es quoque pauper: ſed tu te obligabis illi ſatisfacere intra centum tempus, & ſpecificerat quantum præſumitur pro eo ſatisfacturum. Quod ſi de hoc creditor fuerit contentus, bene quidem res tranſacta erit. Sin autem noluerit creditor illi reſpõſo acquieſcere, tradatur illi dicta cautio per cõfeſſarium, ipſique dicat confeſſarius in eo agi omne illud; ad quod Deus eum obligat, ac tantum, id eſſe, vt ipſe nihil vltra petere debeat. Si tamen hæc obligatio ita facta cauſa foret, vt perderetur tuus honor, bonáque fama, quam habes, ſufficeret vt te obligares confeſſario, te ipſi ſoluturum intra illud tempus tantam ſummam, vt eam aſsignet ei, cui nouit te eſſe obligatum in cõſcientia, iurante illo tibi ſe totum quod à te recipiet daturum ei, cui debetur. Quandoquidem non videtur mihi iuſtum, vt ad præſtandam iſtam fideiuſsionem, opus ſit te perdere tuum honorem, ac famam: quandoquidem etiam quis à neceſsitate reſtituendi excuſatur, quando ſine amiſsione famæ reſtitutio fieri non valet, vt infra [a] tangetur, cum Angelo, [b] Scoto, [c] & Caietano. [d]

Alterum exemplum. Dedi tibi ſecreto ad cuſtodiendum enſem, ſclopetum, vel aliquam ſummam pecuniæ. Nunc ea à te repeto, & certo ſcis me ea velle ad occidendum, vel occidere faciendum aliquem, vel ad perpetrandum aliquod aliud delictum, eaque mihi non reſtituis, quoniam non teneris, ſecundum S. Gregorium, [e] ac S. Antoninum. [f] Si ego poſſem probare, te ad id compellere, quoniam non potes demonſtrare me illa ad malum velle. Impetro igitur literas excõmunicationis contra detinentes mihi res meas, & contra ſcientes ea ab alijs detineri. Neque tum teneris mihi ad ea reſtituenda, neque ſcientes te ea de cauſa mihi non reſtituere, ad denunciandum, vel teſtificandum contra te, modò intra terminum in excommunicatione præfixum adhibeatur ſufficiens remedium, & cautio, quòd hoc periculo tranſacto meum mihi reſtitueretur ſine nota tui honoris paritérque mei.

Quod ſi interroges cur dicam in iſtis duobus exemplis illum qui non tenetur ſtatim reſtituere debere præſtare iſtam cautionem? Reſpondeo, quoniam video Sanct. Thomam, [g] dicere, illum qui non poteſt ſtatim reſtituere debitum, debere petere dilationem per ſe, vel per alium. Quod idem ſentit Caietanus, [h] & S. Antoninus. [i]

400 Reſpondeo adhuc me id dicere, quoniam video dari caſum, in quo poſſit debitor abſolui, etiam ſi ſtatim non reſtituat quod poteſt, modo præſtet cautionem ſufficientem publicam, vel ſecretam, & non aliter ſecundum Sylueſtrum. [k] Tum etiam quoniam rationabile, vt qui non poteſt facere omne

a In vlt. coroll.
b Verb. Reſtitutio. 3. §. 5.
c In 4. d. 15.
d 2.2. q. 62. ar. 5.
e Ca. nõ quis 22. q. 2.
f 2. par. titu. 2. c. fin.
g 2.2. qu. 62. art. fin.
h In eod. art. & in ſum. verb. Reſtitutio. §. 8. q. 5.
i Vbi ſupra.
k In ſumma. verb. Reſtitutio. 5. q. 5.

a In c. ius gẽtium. 1. d.
b Leg. nullus. C. de iudic.
c In c. olim. 1. de reſtit. ſpoliat.
d 1. 2. qu. 66. art. 15.
e Arg. c. cum renunciator. 32. qu. 1. & l. vbi repugnãtia. ff. de reg. iur.
f Arg. regu. peccatum. iunctæ gloſ. quæ addit. (vel remittatur) lib. 6.
g Leg. quæ de tot. a ff. rei vendic. c. paſtoralis. §. itẽ cum totam. de offi. deleg.
k In lib. de peſte fol. 158. §. inſuper.
i Vbi ſupra.

id quod debet, faciat ſaltem quod poteſt. [a]

401 Nonum quare in hac materia ad vitandum peccatum murmurationis, & alia, ſit opus multa diſcretione, eſt quod Procuratores, Notarij, Aduocati, Conſiliarij, & Sollicitatores, ac Medici quibus deteguntur ſecreta litium, & infirmitatum, non teneantur reſpondere, nec reuelare, quod per partes ipſis eſt reuelatum, vt determinant moderni Iode Hecura, [b] & Philippus Probus. [c] Quod licet nullus eorum, quos ipſi citant, dicat, patet tamen, iuſtum eſſe, probatúrque, vt ſequitur. Tum quod omnes iſtæ perſonæ detegendo talia ſecreta ſibi reuelata, incurrunt etiamen prætiarationis, falſitatis, vel aliud, vt Bartholus. [d] Speculator, [e] Angelus, [f] aliíque docent. Tum, quia intentio Iudicum, qui talia monitoria publicant, non extenditur ad tales perſonas, neque ad alias, quæ habent iuſtam cauſam non reuelandi, ſecundum Collectarium, [g] ſiquidem non præſumitur illos præcipere aliquid iniuſtum, vt ſuperius dictum eſt in octauo fundamento, nec conſequenter eius effectum. [h] Tum, quia fauor, & auxilium debetur ei, qui cum neceſsitate aliquid facit. [i] Neceſsitas autem nos cogit ad detegenda ſecreta perſonis ſupradictis. Tum, quia nemo tenetur reſpondere talibus literis generalibus, ſi ſuis expenſis vadat ad alium locum, vbi reſidet Epiſcopus, vel eius Vicarius, per ea, quæ de expenſis teſtium determinauit Honorius, [k] nec etiam cum alio damno ſuo notabili, id intelligendo iuxta ſupra dictum. [l] Perſonæ autem ſupradictæ magnum damnum reciperent in ſuo honore, ac fama, ſi res illis ob neceſsitatem medicinæ ſpiritualis, vel corporalis, ſeu ſuorum bonorum communicatas propalarent. Tum, quia ſi ipſi tenerentur detegere id, quod cauſa petendi conſilij ipſis ſecreto dictum eſt nemo auderet petere conſilium ab altero, & ſic præberetur occaſio errandi, ac peccandi, atque addendi plura mala malis, contra id, quod leges diuinæ ac humanæ ſtatuunt. [m] Atque vt dixit Sotus, [n] impediretur influxus qui à ſuperioribus in inferiores manare debet, iuxta doctrinam S. Paul. [o]

402 Tum, quia antiquum Adagium Græcorum & Latinorum eſt. (Res ſacra conſultor. Res ſacra concilium, Res ſacra conſultatio) vt recentiores declarant. [p] Tum, quia quicquid dicitur alicui in ſecreto, quiſquis ille ſcit, ſi id tacere non eſt in præiudicium animæ, corporis, famæ, vel bonorum alterius, debet ſecretum ſeruare, quamuis iudex contrarium præciperet.

403 Primo quia ſi lex naturæ, diuina, & humana, vt bene probat Doct. Sotus, [q] nos obligat ad ſecretum ſeruandum: quod vt tale nobis expreſsè committitur, ac etiam quod nobis eo modo dicitur, vt intelligamus nobis dici, vt id ſecretum retineamus, ſecundum Scotum per omnes receptum, [r] multo magis iſtud pro quo facit cap. *cum quid*, [s] cum ei annotatis. Qui Scotus quatuor inſignibus rationibus, quas breuitatis gratia omitto, hoc probat, [t] & manifeſtum eſt iudicem non poſſe nobis aliquid præcipere contra legem Diuinam. [v]

Secundo, quoniam Salomon dixit. [x] (Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana. Qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum) Propter quod, aliáſque rationes concludit Sotus cum communi, [y] eſſe peccatum mortale reuelare ſecretum alienum in damnum ſalutis, famæ, vel opum alienarum.

Tertio, quoniam S. Thomas, [z] receptus per S. Antoninũ, [a] omnéſq; alios Summiſtas, dicit, quod nobis commendatur ſecreto, ſi non eſt damnoſum bono ſpirituali, vel temporali alieno, non debere nos aperire, etiam ſi iudex id præcipiat nobis vt teſtibus ante ipſum præſentatis.

Quarto, quoniam idem S. Thomas, [b] dixit etiam religioſum non poſſe reuelare cum bona conſcientia, quod vt ſecretum acceptauit, etiam ſi eius prælatus id iubeat.

Quinto, quoniam idem S. Thomas, [c] dicit non debere quemquam facilè admittere aliquod ſecretum, vt rem dictam in confeſsione, quippe qui ſi ita admittat, ita debeat ſeruare, ac ſi in confeſsione ſibi dictum fuiſſet, quamuis ſub ſigillum ſecreti confeſsionis ſacramentalis non cadat.

Sexto, quia Paludanus, [a] (licet in hac recognitione non potuerim hunc locum inuenire) declarauit, quod ſi quis detegat ſuum peccatum alicui amico extra confeſsionem, vt ab ipſo petat conſilium, non debet ipſum detegere iudici, etiam ſi præſentetur pro teſte, immo poteſt reſpondere ſe nihil ſcire, intelligendo tamen apud ſe, quod non nouit eo modo, vt ei liceat illud dicere. Quod ſingulariter notandum eſt pro concluſione, quam ſuperius tenuimus, [b] ſuper modo, quo ſine peccato poterat quis tegere ſuum delictum vel alienum, quando id non debet, ſeu non poteſt dicere, & iudex ei præcipit vt illud dicat.

Septimo, quod Stephanus Bruleſer, [c] dixit; illum, cui in ſecreto communicatur delictum, quod eſt paratus quis facere, tenetur illud reuelare: non tamen vllo modo illud, quod poſt ipſum perpetratum ei ita communicatur. Idémque definiuit Ioannes de Friburgo, [d] & Henricus de Gandauo definiuit, [e] quod ſubditus, cui aliquid dicitur ſecreto, non debet illud propalare, etiam ſi id ei iubeat ſuus prælatus. Et magnus ille diſtributor Henricus, [f] idem tenet, quod ſuperius diximus tenere ſanctum Thomam.

Octauo, quod Angelus de Clauaſio, [g] non ſolum tenuit iſtud, verum etiam grauiter dixit, illud S. Bonauenturæ, [h] nempe quod qui admittit aliquid tanquam ſecretum, tenetur illud reuelare, Prælato ei id præcipienti, eſſe limitandum, quando eſt tale quod redunderet in damnum religionis, vel alterius, ſi ipſi non reuelaretur, ſupponendo id eſſe verum, quod ante dixerat, videlicet, quod ſi delictum non reſultaret in præiudicium alienum, non teneretur de ipſo reddere teſtimonium. Eundémque Angelum quoniam, [i] voluit ſaluare dictum S. Bonauenturæ aliquanto laxius reſpondet Sylueſter, [k] dicendo ob nullam rationem neque bonam, neque malam teneri inferiorem in hoc parere ſuperiori; poſtquam ſupremus ſuperior, qui Deus eſt, ei præcipit contrarium; quamuis ſi rectè penſatur dictum Angeli non eſt laxius, quàm quod ante dixit, nam ad illud ſe refert.

404 Contra iſtam tamen concluſionem facit primò, quod meus Procurator, & Aduocatus, ac Sollicitator poſſunt contra me, quamquam non pro me præſentari pro teſtibus, vt declarant gloſſa & commentatores cuiuſdam declarationis Bonifacij VIII. [l] & Panormitanus, [m] Felynus, [n] & Stephanus. [o] Secundo, quod lex naturalis eſt, quæ nobis præcipit obedire patriæ, vt ait Pomponius, [p] in illis verbis (vt patriæ obediamus) quam princeps, eorúmque iudices gubernant ac repræſentant. Quapropter vt illi ita & illis obedire debemus. [q] Contra ergo legem naturæ videtur facere ille, qui non reuelat quod ſcit, licet ſit ſecretum, cum ei id præcipit iudex, vel alius eius ſuperior. Tertio, quòd Papa Gregorius, [r] præcipit cuidam, qui infamauit ſecreto eius Secretarium per quendam libellum de certo crimine, vt ſe propalaret; quod videtur non mandaturus, ſi alter non fuiſſet obligatus ei parere. Quarto, quod Innocentius IIII. [s] per omnes receptus, expreſsè dixit, illum, cui quis communicat ſuum peccatum, cum proteſtatione, quòd ei illud aperit in confeſsione, petendo ab eo conſilium, vel auxilium, poſſe inquam talem compelli ad teſtificandum ſuper illo. Ac in cap. *qualiter*, [t] dixit teneri detegere vt teſtem illum, qui iurauit ſe nulli dicturum quod vidit. Quinto, quod Tholoſæ, [v] per tria dicta Innocentij, [x] & [y] Aretini, [z] vbi textus & Panormitanus cum Felyno deciſum fuit teneri reuelare delictum tres ſocios, qui iurauerunt illud ſeruare ſecretum, ſi fuerint ſuper eo præſentati pro teſtibus.

Sexto, quod nos ipſi ſupra, [a] concluſimus teneri teſtem ad deponendum quod ſcit, etiam ſi iuraſſet ſe id non dicturum, eſto quòd ei dictum fuiſſet vt in confeſsione, poſt Innocentium, [b] & Panormitanum, [c]

a Ca. cum dilecti de dol. & contumac. c. cum parti & ei annot. at. de appellat.
b In Sylu. nupt. folio. 104.
c Ad Io. Monach. i c. 2. de conſtit. lib. 6. n. 67.
d In l. 1. §. 15. qui ff. ad legẽ Corn. de fal. & in l. ſi quis aliquid. §. inſtrumenta. ff. de pœn.
e De Aduocato. §. Nunc tractemus vers. caueat.
f In §. præterea Inſtit. de lege Aquil.
g Cap. omnis de pœnit. & remiſſ. n. 67.
h Leg. non omnis. ff. ſi cer. petat. l. in agris. ff. de negoti. ver. domi.
i l. rem legatam. ff. de admend. leg. c. ſiquis propter de furt.
k Le. quoniã liberi. Co. de teſt. & §. venturus. 4. q. 3.
l In corol. 64. num. 313. & ſequent.
m capit. duo mala. 23. d. c. ex parte. de conſuet. l. cõuenire. ff. de pact. dot.
n In 4. diſt. 21. q. 2. lit. E
o Ad Rom. 7. & 12. & 1. ad Cor inth. 6.
p Chiliad. 2. Centu. 1. pag. 47.
q De rat. legend. mem. 1. q. 2.
r In 4. diſt. 21. q. 1. lit. K
s ff. ſi cer. pet.
t Ibid. lit. D.
v Cap. ſunt quidam. 25. q. 1. ca. ſi dominus. & ca. qui reſtitit. 11. qu. 3.
x Prou. 11. & in c. qui ambulat. 5. qu. 5.
y Cap. ſi dominus. ca. qui reſtitit. 11. qu. 3.
z 2. 2. q. 70. ar 1. ad 2.
a 2. par. tit. 1. c. 9. §. 7. in fi.
b in quodlib. 1. art. 11.
c In 4. d. 21. q. 3. art. 1. qu. 2. ad 2.

a In 4. d. 29. q. 1. col. 13.
b Num. 368. huius conclu.
c In 4. d. 21. q. 10. ſuper. 5. Bonau.
d In ſua ſum. 2. lib. qu. 185. vtrũ liceat.
e Quodlib. 9. in prine.
f In c. omnis de pœn. & remiſſ. ſub fin.
g In verbo confeſſio. vlt. §. 22.
h In 4. d. 21.
i In verb. Teſtis. §. 23.
k Ver. Teſtis. q. 8.
l In cap. Romana de teſtib. lib. 6.
m In c. 2. col. 3. de arbit.
n In ca. cũ à nobis. col. penul. de teſtib.
o De repro. verb. Aduocatus.
p l. veluti. ff. de inſtit. & iur.
q Ca. 2. c. omnes. ca. ſolita de maiore.
r In c. quidã. 5 q. 1.
s C. omnis de pœn. d. 7.
t 1. ſub fin. de accuſat.
v Deciſ. 240. ſirres.
x Ca. qualiter. 1. de accuſat.
y Ibidem.
z Et in c. conſtitutus, & in ca. intimauit. de teſtib.
a In coroll. 64. n. 304. & ſequ.
b In ca. omnis de pœn. & remiſſ.
c In c. ſi facerdos. de offic. ordin. coll. & capit. omnis de pœn. in fin. & c. dilectus. in fin. de excef. prælat. & in coroll. 58. nu. 343.

diximus illud esse verum, etiamsi diceretur vt in confessione, signando se prius signo crucis, etiam præmisso (confiteor.)

405 Septimo, quod Cardinalis Florentinus consuluit.[a] (Quidam habens filium) illos, coram quibus testator rogauit, & obligauit quendam restituere suis filijs nothis post suam mortem legatum quod in suo testamento ei relinquebat, teneri ad reuelandum istud, si præsententur pro testibus, vel moneantur per literas monitorias generales datas contra illos, qui scirent de tali fideicommisso tacito, vt illud propalare curarent.

Octauo, quod Adrianus, [b] cum esset inquisitor maior Castellæ, qui postea ob magnitudinem suarum virtutum, ac literarum fuit electus Papa, & Arnaldus Albertinus inquisitor Maioricæ, cuius literæ postea fuerunt illustratæ cum episcopatu Pacien., in consilio super hoc reddito decreuerunt, quòd sacerdos, cui aliquis secreto reuelauit se tractare de occidendo promotore Inquisitionis, tenebatur reuelare personam, quæ id ei secreto dixerat, si Inquisitor id mandaret.

406 Nono, quod Angelus, [c] & Baldus, [d] recepti, dixerunt quod is qui iurat se seruaturum secretum quod ei vis fidere, nõ tenetur seruare si est illicitum ac glossa, [e] quam Ludouicus Romanus, [f] & alij reputarunt singularem dixit, quod qui iurauit non reuelare secreta alicuius Domini vel alicuius Concilij, potest quidem reuelare illicita. Atque Andreas de Isernia grauis doctor, [g] statuit, quòd si Dominus dicat vassallo quod vult interficere, vel occidi facere aliquem, debet illi vassallus id dissuadere, si poterit, sin autem nequiuerit, id debet patefacere ei, qui possit prodesse & non obesse.

Decimo, quod in lege diuina [h] præceptum est manifestare illũ qui secreto nobis suadet receſsũ à fide Catholica, ac alibi [i] dicitur, quod qui scit aliquid, & renuit esse testis de eo peccat, vt ibi declarat Caietanus, & S. Augustinus, [k] id exponens dicebat, peccare eum, qui videt aliquem falsum iurare, & silet.

407 His tamen omnibus non obstantibus adhæreo primæ conclus. & illi suo fundamento postremo, quæ conclusio est generaliter priori, ac dico neminem debere, nec etiam licitè posse patefacere quod sibi secreto dictum est, si non est in præiudicium alicuius, nec adhuc quando fuerit tale, si alia ratione prouideatur præiudicio. Nec etiam, quando alia via remedium adhiberi nequit, debet reuelari, amplius quam quod pro illo sufficit; cum quod disponitur de tota vna re, debeat intelligi de qualibet parte ipsius, si eadẽ est ratio in ea, vt hîc inuenitur. [l] Neque etiã quod sufficit, quando maius damnum sequeretur in fama eo malo patefacto, quam alteri in bonis, secundũ S. Thomam receptum. [m]

408 Ad primum argumentum respondeo Doctores in ipso allegatos (etiam si nemo id declaret) nolle dicere, Aduocatum posse contra me esse testem de eo, quod ei vt meo aduocato communicaui, sed de eo, quod alia ratione nouit, velut [n] sequẽdo Innocentium, [o] ac S. Thomam, [p] aliosque probauimus, quod meus confessarius potest ferre testimonium contra me de eo, quod ei confessus sum, si alia via id nouerit.

Ad secundũ respondeo non obstare etiã legẽ Dei naturalem ac præceptũ obediendi superioribus. Tum quia est affirmatiuum, & consequenter vt dicit S. Thomas, [q] receptus per Archidiaconum, [r] & ibi Dominicus & vtérque Cardinalis ac per omnes alios Theologos, & Iurisconsultos, non obligat, nisi quando opus præceptum est rectum & bonum secundum omnes suas circunstantias. At opus obediendi detegendo secretum, quod non est alteri damnosum, non est rectum & bonũ, immo malum, ac prohibitum per legem diuinam, [s] & humanam, [t] quæ vetant reuelationem secretorum. Tum, quia cum duæ leges contrariæ concurrunt, si vna est negatiua, & altera affirmatiua, negatiua præfertur, secundum doctrinam Bartho. [v] quæ facit pro ea. Quam etsi aliqui moderni reprobent, vt Iason, [x] alij tamen recentiores, vt Decius, [y] illam approbant. Tum quia cum concurrunt duæ leges contrariæ, specialis derogat generali, secundum glossam receptam, [z] & latè Decius. [a] At constat esse magis genera-

a *In Cõs.35.*

b *In epist. presse. ad Arnaldum scripta.*

c *In l. fin ff. qui satisda. cog.*
d *In l. si ad excludendã C. de reb. cre.*
e *In c. ego. N. de iur. iuran verb. pandã.*
f *In singl. sod. iurat.*
g *In cap. 1. de nouafor. fide. in 6sth. feud.*
h *Deuteron. c. 13.*
i *Leuit. ca. 5.*
k *Ca. hoc videtur. 22. qu. 5.*
l *Leg. qua de tota. ff. de rei vendic. c. pastorale. §. item cum totum de offic. deleg.*
m *In 4. d. 19. q. 2. art 3. qu. 1. ad 2.*
n *In c. sacerdos. de pœ. d. 6. n. 101.*
o *Cap. omnis de pœn. nu. 7.*
p *In 4. d. 21. q 2. 2. qu. 31. arti. 1.*
r *Cap. si peccauerit. 2. q. 1.*
s *Prouerb. 1.*
t *Capit. qui ambulat. 5. q. 5.*
v *In l. 3. §. liberi quoque ff. de iust. & iur. tutorib.*
x *In leg. 1. §. veteres. col. 3. ff. de acquir. possess.*
y *In c. pastoralis. col. 3. de appella. & vt at si col. 13. de indic.*
z *In reg. generi. lib. 6.*
a *In reg. in toto ff. de reiur.*

A

ralem eam legem, quæ nobis obedire præcipit, quamque nobis prohibet reuelare secreta commissa.

419 Ad tertium argumentum dico cap. illud in ipso allegatum, ac male per multos intellectũ nequaquam probare contrarium huius conclusionis per ea, quæ superius leuiter tacta latius dico alibi, [a] quæ ne sim prolixior hîc non repeto, & quoniam aliqui cupierunt scire responsionem huius tertij argumenti fundari in illo solemni cap. *quidam* [b] dico eas rationes, quas ibi glossa reddit non esse bonas; & quam dat Caietanus, [c] nunquam mihi satisfeciſſe, quoniam supponit indicem ita posse excommunicare pro peccato iam commisso, ac pro illo quod est commissurus, potuisseráue Papam absoluerè excommunicare illum, eo quòd commiserat illud delictum, &c. cum sit certum neminem esse excommunicandum, nisi ob inobedientiam, & contumaciam iuxta glossam receptam, [d] quapropter nullus iudex debet excommunicare sine monitione. [e] At quamuis ius excõmunicet aliquos ob quædam delicta, quæ sunt facturi, non tamen ob sua propria facta. In illis enim delictis faciẽdis, prohibitio est monitio, & transgressio est inobedientia, ac contumacia; adeo quod etiam ius non excommunicat nisi pro inobedientia, atque contumacia, si bene aduertitur. Omissis igitur aliorum responsionibus, respondeo breuiter negando S. Gregorium mandasse absoluerè per illud cap. vt ille qui composuit illum libellum famosum contra suum secretarium, se reuelaret, ac manifestaret. Tantummodo enim mandauit, vt se patefaceret, & probaret crimen, de quo eum infamauerat vel peteret veniam de suo errato, & vt interim non communicaret, quod iustè præcipere potuit, eò quod non debet quis communicare in peccato, [f] & (Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum, [g]) ac quòd si cõmunicaret, esset excommunicatus; quod mandauit monendo eum, non valere restituere famam illius, quem in famauerat, nisi se publicè retractaret, & re vera id fuit præcipere, vt restitueret damnũ, quod fecit, aliàs non communicaret, quousque dictam restitutionem faceret. Neque quid amplius fecit, quam hodie agunt episcopi, qui præbent literas excommunicationis contra eos, qui aliquid furati sunt, si id non restituerint, quæ in cap. *Si Sacerdos,* [h] & in prædicto cap. *quidam*, rectè fundantur: neque etiam tantum fecit, quantũ illi faciunt. Illi enim statim excommunicant eos, qui furantur, nisi restituerint; ipse tãtum priuauit illam communione Sacramenti; si se non retractaret, ac restitueret; quodáque si communicaret, non facta dicta restitutione, esset excommunicatus. Quare vt illos, qui secreto furati fuere non obligant Episcopi, vt se detegant, sed ad restituendum damnum, ira S. Gregorius non obligauit illum, vt se patefaceret, sed vt restitueret damnum, ad cuius restitutionem opus erat publicè palinodiam recantare, & reuelare se iuxta viam ordinariam restituendi famam, de qua supra. [i] Si tamen ille infamator satisfeciſſet infamato alia via extraordinaria, de qua supra, [k] nempè per modum remissionis, aut impotentiæ ob timoré mortis, vel alio modo, vt illi qui furati sunt, aliquando satisfacere solent, poterat profectò communicare absque sui reuelatione, & non incurrere excommunicationem. Et consequenter nemo probat illud cap. S. Gregorij esse contra nostram conclusionem.

410 Ad quartum dico illud dictum Innocentij communiter malè intellectum me aliosque circa hoc errare feciſſe, quos pro sua auctoritate hucusque sequutus sum, quod non faciam in posterum. Tum, quia eius dictum generale limitãdum est, iuxta doctrinam S. Thomæ & aliorum in postremo argumento huius noni fundamenti adductorum ob eorum auctoritatem, & rationes, nempe quod ei non sit locus nisi in secreto pernicioso, & in peccato commisso & deliberato vt cõmitteretur. Tum, quia etiam si verba Innocentij sint generalia, & apta ad comprehendendum quoduis secretum: series tamen, & textura illorum demonstrant esse intelligenda de damnoso, ipse enim [l] tractat de delicto constituto vt fieret, & confesso suo cõfessario sine pœnitudine. Ponitque vnam differentiam inter cõfessum in sacramentali confessione, & eum qui alia cõfesione quæ non sit talis, sit cõfessus, videlicet, [m] confessus sacramentaliter non posit, neq; debeat

a *In repetit. c. 2. de confes.*

b *5. quæst. 1. c 22. q. 50. ar. 1.*

d *Ca. episcopi. 11. q. 3.*
e *Cap. sacro de sent. excõ. c. constitutionem. eo. titu. lib. 6.*

f *Cap. quotidie. de consecrat. d. 2.*
g *Ca. peccat. de reg. Iur. lib. 6.*

h *De offi. ordin.*

i *In coroll. 70.*

k *In coroll. 72.*

l *In c. omnis de pœni. n. 7.*

reuelare aliquo modo; alter verò sic, tantum quantum sufficiat ad id impediendum, si aliud plusquam secretum non obstet. Neque miretur quis malè intellectum, fuisse Innocentium, in eo quod spectat ad confesionem non sacramẽtalem, quoniã fuit etiam pessimè intellectus in eo, quod spectat ad sacramentalẽ confessionẽ, licet esset magis clarũ, vt cum cõmuni opinione Theologorũ, contra cõmunem nostrorũ alio in loco [a] satis perspicuè demonstraui, & ante me ibidẽ solus Collectarius affirmauerat.

Ad quintum dico Decisionem illam Tholosanam, & citatá in ea nõ loqui de secreto commisso, de quo nostra conclusio, sed de eo, quod secreto factum est, & iuratum non reuelare, quod est quid diuersum.

Ad sextum dico, quod superius, [b] per nos dictum, intelligitur eo modo, quo declarauimus dictum Innocentij, [c] & dictum aliud alibi, [d] de eo, quod videtur fieri secreto, & non de eo quod nobis in secreto commissum est expresè, vel tacitè, de quo hîc loquimur.

Ad 7. 8. & 9. dico ea loqui de secreto, quod reticere esset perniciosum, quãdoquidem etiam tacere illud mandatum occultum, & illicitum, de quo loquitur septimum, & de quo magis dubitari poterat, pernicioſum erat alteri, si non reuelaretur.

Ad decimum dico loqui etiam de malo statuto fieri, & nondum perpetrato, adeo quòd si vt ibi dicit Caietanus, qui secreto suadet hæresim, secreto monitus se certè emendaret non esset propalandus. Qui enim hæresim aliquam spargit & effutit, si Euangelicè, ac fraternè monitus se certò emendauerit, non debet denunciari, neque diffamari, iuxta S. Thomam, [e] ex cuius doctrina, [f] bene colligi possunt signa indicantia quando credi debeat aliquem se emendasse, vel se emendaturum esse de delicto, & quando non, secundum quæ non facilè debet credi aliquem iam emendatum esse de hæresi, quando iam in ea obstinatus est.

411 Multa corollaria valde quotidiana possunt inferri ab eo ex supradictis qui fuerit in eo versatus, videlicet, quod sæpius nos inueniemus nos obligatos ad silendum, quod in secreto nobis communicatur, quam id quod vidimus secreto fieri. Item idem, quod diximus de peccato aliquo secretè commisso nobis videntibus esse dicendum de communicatione secreti, quando ipsa communicatio est peccatum, vt si quis ad persuadendum tibi suam hæresim, eam tibi communicaret. Item rarius fore nos obligatos ad patefacienda delicta commissa, nobis secreto communicata, quàm debita contracta nobis declarata; quoniam rarius accidit vt sit damnosius illa tacere quàm ista. Item quod nunquam tenebimur reuelare secretum delicti commissi, si nobis constet de vera pœnitentia, cùm non tractatur nisi de eius punitione, saltem si ipsum non puniẽdo nõ sequeretur apertũ damnum reipublicæ. Item quod aliquando non debemus patefacere delictum, inquantum est delictum, sed benè inquantum est ex eo nascitur debitum, & obligatio restituendi damnum, & impensas. Item me non malè respondisse his diebus duobus, quibus communicata fuerat secretò extractio cuiusdam vincti quadam nocte de carcere, à perente ab ipsis ad id auxilium, quod debebant eum retrahere à malo illo proposito, & si omnino ipsum amouerent ab eo, non debebant aliquid reuelare, si eum ab eo non remouerent tenerentur eum reuellare, quoniam delictum erat paratum vt committeretur. Non tamen debebant dicere custodi carceris. Talis hoc facere intendit, quoniam non erat omnino necessarium, sed eum monere, vt illa nocte bene custodiret carcerẽ. Item quod ipsimet quibus fuga hominis in carcere detenti iam facta postea notificata per eum fuerat qui ad ipsam iuuerat, debebãt ipsum admonere, vt de eo pœniteret, & apud se decerneret satisfacere damnais, qui custodi carceris, aliisque inde secuturi essent & illis dare fideiusionem, qua obligaret se ipsum, suáque bona cum iuramento ad hanc restitutionem. Quod si faceret, non deberent se detegere ob literas excommunicationis, quæ publicarentur; & aliter sic, non propter delictum, quod iam commissum fuerat, sed propter damnum, quod id tacendo custodi vinctorum, vel aliis superueniebat.

a *In c. Sacerdos. n. 117. & seq. de pœn. d. 6.*

b *In corollario 58. n. 223.*
c *In d. c. omnis. n. 7.*
d *In coroll. 64. n. 702. & sequ.*

c *2. 2. qu. 33. art. 7.*
f *In 4. d. 19. q. 3.*

411 Sequuntur, & alia sexcenta, ac inter illa valde cordatum fuisse Philippidẽ qui Lysimacho Regi petenti ab eo quid vellet de suis bonis, respõdit, (Se velle quòd ipse vellet, dummodo non esset commissio secreti) atque perquam sapientem Aristotelem, qui interrogatus, quid esset difficilius in hac vita, respondit (Bene tacere, quod nunquam esset aperiendum) ac satis expertum Socratem, qui dixit (facilius esse stultis, ac malis retinere in ore flammam ignis ardentis, quàm secretũ.) Quæ duo dicta quamuis simpliciter accepta non sint omnino vera, sunt tamen aliquo respectu, saltem hyperbolico.

Quare, amore Dei, Christiane lector, extirpem[9] curiosum desideriũ sciendi secreta, & caueamus præbere occasionem vt alij frangant secretũ ad aliquid nobis reuelandum: caueamus acceptare custodiẽda secreta, quæ detecta possunt alijs esse pernicioſa, præsertim cùm iuramento illa nunquam reuelandi, vel promittendo illorum obseruationem vt rei narratæ in confesione. Illi autem, qui ea nobis reuelare voluerit, cũ tali onere agamus gratias pro confidentia, bonáque voluntare, cúmque oremus, vt postquam vult nos ei secretum seruare, ipse primus id seruet, neque imponat nobis onus, quod ipse nequit sufferre. Quod si nostrum ministerium, vel alienum, seu necessitas Consilij, auxilij, siue fauoris pij nostri, vel alieni nos compulerit ad acceptandam obligationem ipsius, omni cura illud conseruemus, ac reputemus nos nunquam audisse, ostendamúsque quod iuxta adagium latinum (Dicere nobis fuit dicere petræ.) Nec id agamus, vt nos pluris faciãt, neque vt nos laudent, sed quia est opus virtutis; & quoniam nobis id præcipit creator, ac Redemptor noster, qui per suam sanctiſsimá passionem nobis gratiam concedat id ita in posterum faciendi, & pœnitudinem, quod hucúsque non fecerimus, Amen.

412 Vndecimum cur in hac materia opus sit magna discretione, est, quod multi post connumeratos in nono fundamento, sunt, quos istæ literæ monitoriales nõ comprehendunt, videlicet cognati, & affines, qui nequeunt compelli ad testificandum in casibus in ipsis contentis, vt colligitur ex Angelo de Clauasio, [a] & ex duobus modernis supradictis Io. de Neuizo & Philippo probo citatis superius, [b] de quorum numero sunt parentes, aliique ascendentes, & è diuerso filij, aliique descendentes respectu parentum aliorúmque ascendentium. Statutum námque est vt non cogantur, neque admittantur, vt sint testes hi contra illos, [c] esto quod filij sint nothi, & existant extra poteſtatem parentum, vt colligitur ex glossa & commentatoribus illius statuti. [d] Quod tamen locum non habet iuxta communem in filijs spiritualibus, vt post illos, quos Felinus citat, [e] id affirmauit quidam Albericus, [f] quamuis Franciſcus Curtius, [g] cũ quibuſdã alijs contrariũ teneat, id fundando in infirmis, & adhuc falsis fundamentis æqualitatis, vel maioritatis cognationis spiritualis, & carnalis male intellectæ, quàm [h] melius declaramus.

413 De eodem quoque numero est vxor respectu mariti. Neque enim potest compelli, vt fit testis contra ipsum vt decretum fuit Tholosæ, [i] ob dictum Collectarij, [k] quod ipsum tenent ibi Panormitanus, & Felinus, atque Cynus & Ioannes Iabolenus. [l] Ob eandem etiam rationem maritus erit in eodem numero, tenendo quod sentit Panormitanus, [m] maritum, nisi velit, non posse cogi ad testificandum cõtra suam vxorem, quamuis Tholosæ contrarium circa hoc concluſum fuerit. Commentator tamen illarum Decisionũ transit cum eo, quod sentit Panormitanus, nec sine ratione meo iudicio attẽto quod sacra scriptura eos reputat pro eadem carne, [n] & ambos quodam modò pro vna persona; licet eam pro reuerentia, quam vxor debet viro, quàm pro subiectione, in qua ei existit, maior ratio sit vt illa non testificetur cõtra ipsum, quàm cõtrario, ob quas rationes possent Concordari hæ duæ opiniones, videlicet, quod maritus, si vult, potest esse testis contra vxorem, etiam si ipsa nolit, vxor verò nequaquam contra maritum, nisi ipse consentiat.

414 In eodem numero ponit lex socerum, generum, vitricum, priuignum, fratrem, sororem, consobrinum, & consobrinam aliósque, qui sunt intra quartum gradum, secundum computum iuris ciuilis, vt sunt patruus, &

a *Verb. denũciatio. §. 13.*
b *Num. 799.*

c *In l. parentes. c. de testi. §. item parẽtes 4. q. 3.*
d *Prædic. l. parentes.*
e *In cap. cum nũcius. col. 2. de testib.*
f *In lib. de testib. col. 2. qui habetur. in 1. vol. Tract. recẽtior. quæ est ille de Rosate in suo tract. de testi.*
g *In libr. de testib. concl. 30.*
h *In c. cũ M. de constitut.*
i *In Decis. 3. capel. Tholo.*
k *In c. in literis.*
l *In l. 2. C. de testib.*
m *Cap. si qui de testib.*
n *Genes. 2. c. debitum de bigam.*

patruelis,amita seu matertera , & neptis ex fratre, vel sorore.[a] Speculator, [b] in eodem ponit libertũ manumissum respectu sui patroni,qui eum manumisit, & suæ vxoris, suorum parentum,suorumque filiorum.Contra verò Patronũ respectu sui liberti,quem manumisit.Nullus enim istorum potest compelli ad testificandum vnus contra alterum,secundum illam legem vbi supra,nec in causis criminalibus:neque in ciuilibus , quicquid Angel. dicat vt declarat glossa,[c] quam Bartholus, [d] probat communiter receptus. Quamuis si velint possunt testificari contra illos,vt significat Iurisconsultus,[e] dicendo (Ne cui horum inuito denũcietur,&c.) significando,quod possent quidẽ, si vellent, (quod glossa communiter recepta explicauit,) excepto liberto,squi etiam si velit non debet audiri cõtra suum patronum.esto quod idem patronus cõsentiat, iuxta glossã,& Salicetum,&vt etiam superius dictum est de patribus , & ascendentibus ac de filiis , & descendentibus, atque etiam de vxore.

415 Ista tamen conclusio quam ad probationem nostrã sumimus, nempe neminem supradictorum posse compelli,intelligitur nisi sit defectus aliquorum testium. Tunc enim, etiam vxor cõtra virum,& vir contra vxorem possunt cogi testificari,vt decretum fuit Tholosę. [h] Iura namque , quæ statuunt de aliquibus , vt non admittantur vt inhabiles, ac de aliis vt non cogantur esse testes , quia sunt priuilegiati,intelliguntur cùm non est defectus aliorum,secundum quandam glosſam quæ quarta est,[i] fundatam in bonis textibus,[k] ac communiter recepta ab Archi. & Alexãdro,[l] Hostiensi & Antonio,[m] & Ant.& Panormitano,[n] & Felino,[o] & glossa,[p] sed non adeo bona.

416 Contra supradicta tamen sunt aliquæ difficultates Prima,quod si hæc declaratio est vera,semper tenebuntur supradicti declarare quicquid sciunt de contentis in dictis literis.Si quidem non excipiuntur illi,nisi quando est penuria testium, & probationis, vt inquiunt recentiores Ioannes de Hausta,& Philippus Probus,[q]fundaturque in eo,quod citatio generalis non valet,quãdo scitur,vel sciri potest pars,vt significauit Bonifacius VIII. [r] explicat Ancharanus, [s] communiter receptus vt per Dominicũ ibi & Felinum.[t] Secundo,quod iuxta hoc non erit differentia aliqua inter personas,quæ non tenentur testificari , sed tamẽ possunt si volunt,ac inter illas,quę etiã si velint nõ valent,cuiusmodi sunt,vt iam dictũ est,ascendentes, & descendentes,& vxor respectu viri,& libertus , ac manumissus respectu patroni, qui eum manumisit.

Tertia quod pro comperto supponit R.Magister Sotus, [v] quatuor in locis filios cõtra patres,patresq; cõtra filios non solùm posse si velint,sed & debere, etiã si nolint cogi testificari,etiã in causis criminalib[9].Quarta,verũ esse teneri quem reuelare suum delictum coram suo iudice,id ipso mandante , & exigente semiplena probatione per vnum testem integrum, vel exigente probata fama ipsum id fecisse, vt superius dictum est. [x] A fortiori ergo tenebitur reuelare illud sui patris & illa aliorum suorum cognatorum supradictorum , quando prædicta concurrunt, postque magis debet se ipsum amare,quam suũ patrem, [y] suosque cognatos.

417 Ad primam istarum difficultatum videtur posse responderi,quòd vt dicatur esse defectus testium in hac materia,non sufficit vt non sint actualiter,quandoquidem est necesse nõ existere,nec solere,nec posse communiter haberi in talibus actib[9] nisi huiusmodi personas priuilegiatas, vel inhabiles , vt sentit quædam glossa, quæ secunda est,[z] Antoninus,Imolensis & Decius & idẽ Antoninus,[a] Alexander,[b] Felinus, [c] Hippolytus,[d] Stephanus, [e] & alij, quos præter illos quos ibi cito,profert citando superius,[f] qui eum sequuntur. Hæc tamen responsio non videtur apta.

418 Tum, quia licet declaratio in ea contenta sit pulchra,& vera ad effectum admittendi in inhabiles,non tamen ad effectum cogendi priuilegiatos.

Isti siquidem poterunt compelli, quoties aderit defectus aliorum vt significat synodus Romana.[g] Tum quia licet exter textus vnde colligitur , quod quando factum est suapte natura tale,vt non soleant alij reperiri, præsumitur esse penuria illorum etiam ad effectum admittendi inhabiles, [a] non tamen extat textus,qui dicat , quod solo isto modo debet probari, & præsumi defectus aliorum ad effectum compelli priuilegiatos.

419 Tum quia ad hunc effectum sufficeret parti iurare se alios non habere,sèque eos renunciare casu, quo haberet,quippe cum nemo in dubio præsumitur malus , [b] nec velle renunciari suo iuri.[c] Et adhuc sufficeret,meo iudicio, solum iuramentum partis,si ea sit honesta, nec allegentur aliæ coniecturæ in contrarium per quoddam decretum Bonifacij VIII. [d] & quod pro illa facit , & alibi Doctores docent.

Tum,quia non debet affirmari quid absurdum,nec indignum auditu,[e] & de huius contrario sequeretur , quid valde absurdum in cõscientia,videlicet quòd duo fratres non tenerentur ferre testimonium contra tertium, cui tu in eorum præsentia mutuasti mille ducatos , etiam si ipsi essent tota tua substantia, & ipse haberet vnde solueret, si eos tibi negaret,vel diceret se non meminisse , & velle vt id ei probes.Quod ex contrario sequi perspicuè videbit,qui considerauerit mutuare pecunias esse actum , qui potest,& solet probari communiter per quosuis alios , & fratres esse ex personis priuilegiatis.[f] Sequeretur quoque quod si aliquis priuilegiatus scit coram Deo non adfuisse alios testes , nisi priuilegiatos, quibus valeat probari huiusmodi debitum, vel damnum,quod de sui natura quolibet probari potest,non incurreret ipse in excommunicationem,si cum præcipitur sub eius pœna ipsum non reuelaret,quod est contra leges diuinas,& humanas, [g] quę nos iubent facere pro proximo quod rationabiliter volumus fieri nobiscum. Quocirca respõdeo ad primam difficultatem,negando quod priuilegiati, semper teneantur respõdere ad istas literas, si deficientibus aliis , tenerentur ad illud. Quoniam licet ipsæ non concedantur nisi ei, qui dicit se nescire,quis habeat,vel fecerit contentum in ipsis, potest tamen fieri, vt priuilegiatus sciat esse multos testes de eo , & quod sciat se propterea excusari, quia separata sunt,& separatorum separata est ratio. [h]

420 Quamquam credo , quod si alij non deponerent, priuilegiatus teneretur reuelare qui possit esse de eo testis. Quandoquidem licet non sit defectus testium ad probandum principale: est tamen defectus ad sciendum esse testes de eo,& quoad hoc cessat priuilegiũ, ratione pari.[i]

Addo tamen ad hoc responsum duo propugnacula. Primum omnia supra dicta intelligi quando priuilegiato non sequitur aliquod grande damnum spirituale vel temporale ob testimonium ferendum. Tunc etenim non teneretur ad illud,vt etiã non tenetur aliquis alius veluti superius tactum est,[k] & in fine huius Corollarij magis tãgetur post Baldum,[l] Felinum,Sotum & alios,[m] vbi etiam Baldus.

421 Secundum inhabiles ad testificandum teneri ad dicendum quod sentiunt de cunctis in dictis literis monitorialibus & excommunicationis.Tum, quia licet eorũ testimonium notari possit per partem, si tamen ipsum non notat valet,& probat, vt definit Ioan. Andreas, [n] ac Stephanus Aufrerius.[o] Tum,quia licet eius dictũ non faciat plenam fidem , potest tamen prodesse pro iudicio & ad integrandam probationẽ,iuxta id,quod de teste familiari, singulariter Bartholus determinauit.[p] Tum,quia quod alicui tribuitur ad onus,non debet ei cõuerti in leuamen, & priuilegium , [q] vt dicimus quod periurus,qui pro onere non admittitur ad iuramenta honorabilia,admittitur ad onerosa[r].

422 Ad secundam difficultatem dico , quod licet hoc quidem posset altè disputari, magis tamen propendeo ad dicendum,quantum ad propositum non esse differentiã inter dictas personas,saltem quãdo vna pars ob defectum testium remaneret cum damno famæ,vel substantię, & altera contra quam deficit,cum præiudicio suę animæ,& onere restituendi debitum,vel damnum, ad quod tenetur iuxta ca. *cum in ecclesia*.[s] vbi glossa sensit, & Panormit. cũ communi expresit. Tum quia quo magis quis est eius cõiunctus,cognatus,vel amicus eo amplius eum rogare debet, & ãdmonere vt à peccato se liberet,iuxta illud Euangelij,[t] Si peccauerit in te, superius [v] tractatum.

a *Leg. lege Iulia ff. de testib. 4. q. 3. §. lege Iulia. facit l. leg. Cornelia. ff. de iniur.*
b *Tit. de testi. §. de testium compulsione in princip.*
c *d. l. lege Iulia.*
d *In l. sequ.*
e *In d. l. lege Iulia.*
f *Leg. liberorum ca. de testi.*
g *In d. l. liberorum.*
h *Decis. 4. capel. Thol.*
i *Cap. quanquam. 14. qu. 2.*
k *In d. capit. quanquam. & c. in necessitate. de consecrat d. 4. l. vlt. C. de haret. & l. consensu. §. seruis verſ. super plagis. C. de repud.*
l *In c statuẽdum 2. q. 6.*
m *In ca. cum nuncius. de testi.*
n *In c. dilectorum. de testi. cog.*
o *In rubri. eod. tit. & ca. 1. nu. 8.*
p *2. quæſt. 6.*
q *Vbi ſupra.*
r *In ca. fin. de electi. lib. 6.*
s *In d. ca. fin.*
t *In c. 1. col. 5. ver. circa tertium. de conſtitut.*
v *De rat. tege. memb. 2. q. 7.*
x *In coroll. 65. n. 329.*
y *Leg. præſes. C. de ſeru. & c. ſi non licet 23. q. 5.*
z *Cap. tertio loco de probat.*
a *Conſ. 24.*
b *Conſ 63. 1. vol.*
c *In c. 1. nu. 8. de testi. cog.*
d *In ſing. 73.*
e *In 4. Deciſ. Cap. Tholoſana.*
f *In coroll. 64. n. 317.*
g *In d. c. quã quã. 14. q. 2.*

a *di. l. conſeſſu. §. ſeruus verſ. ſuper plagis. C. de repud.*
b *Cap. eſtote de reg. iur. l. mercuio ff. pro ſocio.*
c *Leg. cum de indebito ff. de probat. ca. ſuper hoc. de renunciat.*
d *Cap. 2. §. ff. de iuram. calum. lib. 6.*
e *Cap. dudũ de præben. li. 6. l. nã quod abſurdum ff. de oper. liber.*
f *Leg. leg. Iulia. de teſtib. §. item lege Iulia. 4. qu. 5.*
g *Matth. 7. & in princip. Deut.*
h *Leg. naturaliter. §. nihil. ff. de inquiren. poſſeſſ. cap. 2. de traslat. prælat.*
i *Arg. le. illud ff. ad l. Aqui. c. inter cætera de reſcrip.*
k *In coroll. 64. n. 312. & 313.*
l *In cap. cum nuncius de teſtib.*
m *In ca. dilectorum de teſtib. cog.*
n *In addi. ad Specul tit. de teſte. §. 1. ver. quid ſi vidit.*
o *In 4. Deciſ. Ca. Tholoſa. col. fin.*
p *Leg. 2. in princip. n. 7. ff. de excuſat. tut.*
q *Arg. c. aa noſtram. de appellat. & l. legata inutiliter. ff. de adi. leg.*
r *In c. paruulli. 22. q. 5.*
s *Demaiorit.*
t *Matth. 18. & c. ſi peccauerit 2. qu. 1. & c. nouit de iudic.*
v *Coroll. 59 nu. 22.*

Tum quia si nolet ei soluere,teneretur ad eum denunciandum,si id probare posset , quantò magis ad ferendum simplex testimonium per ea quæ singulariter ad aliud propositum dixit Caietanus , [a] per nos supra relatus.[b] Tum quia Hostiensis,[c] receptus ibi Archid. [d] Antoninus, [e] Panorm, [f] & Imol. [g] & in diuersis locis loquendo de omnibus,quos lex Iulia priuilegio excipit, [h] è quibus sunt etiam patres, & filij , sine aliqua exceptione dicunt,quod deficientibus aliis , priuilegiati possunt compelli ad testificandum , ac sentiunt , quod Felin. [i] magis exprimit quod inter priuilegiatos, & alios , ad effectũ eos cõpellendi non est differentia,quando est defectus testiũ.

423 Vnam tamen differentiam per neminem benè declaratam inuenio inter ipsosmet priuilegiatos. Aliqui enim priuilegiũ habent ob suum honorem , vt Episcopi,[k] & alij ne damnum patiantur in exercitio spiritualiũ, vt omnes clerici , [l] alij , ne recipiant damnum in amore, concordia, & substantia, vt sunt cognati supradicti.[m]

424 Ac propterea mihi videtur : quod qui sunt priuilegiati raro in foro exteriori poterunt compelli ob istum tertium respectum,attento quod duo ad hoc debent cõcurrere , nimirum vt non adsint alij , & quod ipsis ex eo non sequatur graue damnum spirituale, vel temporale, atque hoc secundum probare est difficile , attento quod eius intentio est in iure fundata in foro tamen conscientiæ,quoties ipsi videtur,se posse testificari sine graui damno , ad id tenebuntur , ac consequenter ad declarandũ quod sciunt de cõtentis in literis monitorialibus. Ad tertiam difficultatem, & decisionẽ Soti, [n] dico quod locum habebit duobus concurrentibus,videlicet defectu aliorum, & libertate, vt possint testificari sine graui dãno suo. At quoniam in foro exteriori hæc libertas probãda est contra testem per dicta in c.responsionis ad secundam difficultatem,& in illo cõscientiæ,raro tenetur quis testificari super crimine ob solam punitionem corporalem, vel temporalem , quòd ad conscientiam etiam non spectet,per dicta superius. [o] Adhuc autem & illis paucis vicibus,raro continget,vt in illis testificando non incurratur aliquod graue damnum ex dictis, & raro eiusdẽ terminatio potetit ad praxim reduci iuxta eius intentionem, quæ loquitur de mera punitione delictorum,quamquam multis vicibus erit ei locus,quãdo litigatur super euitãdo damno famæ,vel bonorum vnius partis,& damno animæ alterius contra quam est testificandum.

425 Ad quartã difficultatem concedo cum concurrunt circunstãtiæ in ipsa allatæ,teneri reum confiteri suũ delictum, nego tamen inde sequi quod teneatur testificari de delicto sui cognati. Tũ quia licet quilibet magis sit obligatus sibi ipsi quàm alij, in multis tamẽ sibi præiudicare potest,in quibus non potest alij. Potest enim quis vt postea dicetur, communiter consentire in amissionem suæ famæ,non tamen in illam proximi.[p] Tum quia ratio,quæ ipsum excusat à testificando contra suũ cognatũ,vel proximum , scilicet priuilegium quod ad id à lege habet, cessat in suo delicto, tum etiã ratio priuilegij , quæ est auferre discordias,& scandala inter tam coniunctos.Ita etiã reus nequit communiter cũ bona conscientia omittere confiteri debitum ciuile , quod habet, si eius recordatur. Eius tamen filij,& consanguinei supradicti si eos præsentant pro testibus , non tenentur testificari nisi in defectu aliorum , etsi eis ex hoc graue damnum non sequatur , vt iam declarauì.

426 Ex his omnibus inferri potest decisio illius quæstionis toties per confessarios,& pœnitentes à me quæsitæ,& superius,[q] ac in fin.corollar.66.promissæ , videlicet si filij tenentur testificari contra suos parentes super delicto hæresis id mandante iudice competente , ac consequenter si includuntur in literis,& mãdatis generalibus, in quibus inquisitores sancti officij sub pœna excommunicationis nobis præcipiũt reuelare hereses quas nouim[9], & ex vna parte videntur nõ teneri. Tũ , quia filij,etiam si velint,nequeunt esse testes cõtra suos parentes,nec in litibus ciuilibus,nec in criminalibus, ob reuerentiam , quã illis debent,vt iam dictũ est.Tum,quia nemo tenetur denunciare,vel testificari,cũ ex eo sibi sequeretur magnum damnum spirituale,vel temporale,vt asseruit Bal.recept.[r] & rursus ipse,& Felin. [a] & nos superius retigimus,[b] vel si inde scandalũ oriatur,vt dixit Syluest. [c] At pater,quod filio,maximè si vna cũ parte degat,graue damnũ sequeretur ex illa depositione, & magnũ scandalũ afferret parẽtibus, fratribus, & cõsanguineis,vel ad eũ occidendũ, vel dehonestãdũ,caulaq; magnæ discordię,vt dixit Syluester.Tũ, quia in lege diuina,[d] licet iubeatur patrem,maritũ & fratres posse testes esse super hoc , nihil tamen eiusmodi dicit de filio,quę constat magis debere patri , quã suis propriis filiis,vt significat glo. fin. [e] & explicat S. Tho. Freceptus,facit,quod pater non incurrit pœnã reuelando seditionem,quam scit moliri filium,vt dixit Decius. [g]

427 Pro contraria tamen parte facit primo illud , [h] relatum in hunc librũ per S.Hieron.[i] (Si tibi voluerit persuadere frater tuus & filius matris tuę,aut filius tuus, aut filia,siue vxor,quę in sinu tuo,aut amicus, quę diligis aut animã tuam clã dicens.Eamus & seruiamus Diis alienis, ne acquiescat ei,neq; parcat ei oculus tuus,vt misereatis, & occultes eum.) Tum quia ait Cyprianus,[k] quod si ante aduẽtum Messię hoc seruandũ erat in cultu diuino , quãto magis post eius aduentũ?Et alibi dixit S.Hiero.[l] quod in spectantibus ad cultũ diuinũ, patri & matri dicendum est.(Non noui vos) & in Euangel. [m] dixit ipsemet Redẽptor.(Si quis venit ad me & nõ odit patrẽ,& matrẽ,& vxorẽ,& filios & fratres,& sorores,adhuc autẽ & animam suã,non potest meus esse discipulus.) Tum, quia super illo Deut.inquit Caiet. [n] rextũ illum etsi expresè de patre non disponat,id tamen facere tacendo. Maior namq; est cõmuniter amor,quem parentes habent erga filios,quam quem habent filij erga parentes.Consequenter autẽ definiendo non suffecturũ amorẽ,qui filio debetur,ad occultandum suũ crimẽ hæreseos,videtur definire nec suffecturũ amorẽ qui ei à filio habetur. Quãuis ad hanc inductionem responderi posset,concedendo communiter esse intensiorẽ amorẽ patris erga suum filiũ, sed firmiorem esse debere illũ filij erga patrẽ,quia magis debitus est,vt dixit quædã glo.fin.[o] & clarius S.Tho.recept. [p] Quia tamen communis magis separat ab amore Dei patres, amor quo ipsi filios prosequuntur,quã filios amor , quo suos patres diligunt,videtur satis concludere eius inductio. Istud ergo est inferre à maiori minus,quod est iuridicũ.[q] Tũ quia, vt superius dictũ est,quælibet persona priuilegiata potest compelli ad testificandũ in factis,quę cõmuniter probari per alios nequeunt. At crimen hæreseos communiter hodie tale est inter Christianos.[r]

428 Tũ,quia licet seruus non cõpellatur communiter tormentis ad ferendũ testimoniũ contra suũ dominum , [s] compellitur tamen in crimine læsæ maiestatis humanæ,[t] & à fortiori in crimine diuinæ,cuius lesionem multo grauius peccatum esse,quã illã humanæ dixit magnus ille Innocentius III.[v] Tũ quia etiã frater habet priuilegium non testificandi contra suũ fratrem, [x] super hæresi,tamen illi non prodest,secundũ Pan. [y] Tum,quia quædã glo. singul. [z] cum Hostiensi,Aretin. & Ioan.de Imola apertè hoc sentit. Auctor autem libri cui titulus est (Malleus maleficarũ) clarius dicit,[a] quòd admittũtur, licèt silentio inuoluat illud de coactione. Ac Pan.[b] pro eo dixit quod antea sentit Anton.& postea Syluest.[c] nempe patres esse testes idoneos in causis filiorũ, & contra filios in causis patrum cum procuratur correctio,& impedimentum peccati , & illustratio fidei. Vltimo quoniam magis debemus Deo, eiusque honori,quã nostris parentibus,ac nobis ipsis,per allegata superius in 1 & 2.fundamẽto,& per id quod statuit S.Tho.recept. [d] At in crimine hæresęos non excusat nos à testificando graue damnum,quod ex eo nobis sequi potest, postquã remedium habetur pro eo in hoc delicto inuẽtum per Bonif. [e] quod an locũ habeat nec nè in aliis, supratactum est, [f] quamquam modo nõ tractabo ac idem dicendum sit in crimine læsæ maiestatis,vel non.

429 Per ista fundamenta mihi videtur verior pars ista, ac mitior quod pauci ex his quòd legi definierũt hanc quæstionẽ non minus quotidianã,quã obscurã, [g] limito tamẽ eã,vt procedat,dũmodo Inquisitor prouideat vt filio non proueniat damnũ graue pro testimonio ferendo contra suũ patrem,eius nomen occultũ tenendo,iuxtą decretum Bonif. [h] & dũmodo non adsint alij testes,qui sufficiant,&

a *In c. dilecto tum. de teſtib. cog.*
b *In coroll. 64. nu. 313. & ſeq.*
c *In verb. denunciatio. q. 1. & verb. Correctio. 9. 7 ſub fin.*
d *Deuteron. ca. 13.*
e *Ca. 1. 30. d. vbi Card. S. Sixti.*
f *2. 2. qu. 26. art. 9.*
g *In cap. 1. de offi. deleg. nu. 7.*
h *Deuteron. c. 13.*
i *In c. legi. 23. q. 8.*
k *Cap. ſi audieris. 23 q. 5.*
l *Cap. duodecimi. 93. d.*
m *Luc. 14.*
n *d. cap. 13.*
o *In ca. 30. d. p 2. 2. q. 26. art. 9.*
q *Auth. mul to magis. C. de ſacr. ian. eccleſ. ſ. cum in cunctis. de electio.*
r *Cap. cũ ex iniuncto. de hæret.*
s *Leg. 1. §. diuus verſ. ſi ſeruus ff. de quæſt.*
t *Leg. fœmul. c. ad legẽ Iul. maieſtat.*
v *Capit. vergentis de hæret.*
x *d. l. Iuliæ.*
y *In c. litteras de præſumptio. col. penul.*
z *In d. c. litteras.*
a *In 3. par. tertiæ partis prin. q. 4.*
b *In c. in omni negotio de teſtib.*
c *Verb. Teſtis. q. 8.*
d *2. 2. qu. 26. art. 2. & 3.*
e *Cap. fin. de hæret. lib. 6.*
f *Coroll. 64. nu. 313.*
g *Imol. Ioan. Lup[9] in c. per veſtras de donat. §. 27. nu. 8. & Alex. 3. par. in 4. præcepto & Hæric. Herp. in ſermo. 5 in 4. præcep.*
h *Cap. fin. §. inbemus de hæret. lib. 6.*

dummodo pater non verè emendetur, si ipsum suus filius, vel alius admonuerit. Ex quibus limitationibus, atque eis adnotatis in supradictis fundamentis poterit colligi responsum ad allegata in contrarium, quod, vitandæ prolixitatis causa, ego particulariter non explico.

Duodecimum, cur ad respondendum istis literis monitorialibus sit necessaria magna discretio, est dictū quoddam Reuerend. Magistri Soti cum omni eo, quod ipsi superius addidimus, [a] est etiam pulchra illa decisio Sanct. Thomæ, [b] nimirum, quod si quis sciat aliquod malū parvum, quòd tu facere intendis, & te reuelando multum læderetur tua fama & honor, cùm tu sis persona spectabilis, non debet te reuelare. Quin debet potius prouidere magno damno tuæ famæ, quam malo paruo substantię alterius. Quod idem etiam affirmauit Paludanus, [c] non relato Sanct. Thoma. Non declarant tamen doctissimi illi viri, an hoc locum habeat, quando superior sub pœna excommunicationis præcipit reuelare. Ac saluo meliori iudicio, mea sententia est, quod non, quando præcipit reuelare denunciando. Tum ob illud dictum Soti, & totum id, quod ei est additum.

Tum, quia huiusmodi literæ, & mandata intelligenda sunt secūdum ius, vt superius nu. 395. dictum est, tum etiā, quia non comprehendunt illos, qui iustam causam habent non denunciandi, iuxta collectarium superius relatum, [e] qui videtur in hoc casu tenendus existimo tamen, quod si nobis præcipiatur vt eos detegamus vt testes, iā formata tela iudiciaria fundata super infamia, ob punitionem animæ principaliter, vel super interrogatoriis per partem propositis ad recuperanda sua, quod tenemur ad id reuelandum, vel soluendum, & satisfaciendum parti de nostris, vel de suis per superius dicta. [f]

Sexagesimum septimum Corollarium.

SVMMARIVM.

430 Confessus de se, cur non debeat interrogari de suis complicibus.
431 Casus omnes, in quibus sine accusatione proceditur, quasi ad vnum reducuntur.
432 Confessus de se quando tenetur reuelare suos complices.
433 Confessarij, quando monebunt reos, vt reuelent complices.
434 Iudices quando non peccent in interrogandis reis de suis complicibus.
435 Iudices peccant aliquando petendo à reis de suis complicibus in casibus permissis.
436 Iudices peccant cum desiderant benè vel malè comparare sibi famam relatorum iustitiæ.
437 Peccant iudices qui interrogant particulariter, vel per tormẽta reos de suis complicibus sine legitima præsumptione.
438 Peccant Iudices qui tormentis reos adigunt ad confitendum vt ipsis postea negent appellationem.

430 SExagesimum septimum corollarium, quod confessi suum delictum reuelantes suos complices, quantum, & quomodo iure ipsis permittitur, non sunt murmuratores, nec iudices, qui eos interrogant, nec confessarij qui id eis consulunt.

Tum, quia hoc non est lædere famam alienam contra ius, sed iuxta id quod permittit aliquos posse interrogari, [g] videlicet reuelādo latrones, [h] falsarios monetarum, [i] maleficos, [k] proditores, [l] ac hæreticos. [m] Tum quoniā quod suprà dictum est, [n] quod etiam affirmauit Caietanus, [o] scilicet peccare huiusmodi reum confessum in prodendo suos complices occultos, intelligi debet extra casus, in quibus ius præcipit contrarium, vel permittit. [p] Tertio, quia ratio vera, cur confessi suum delictum possunt interrogari de suis complicibus, ipsique tenentur eos propalare in casibus à iure permissis, non est quam Bartholus reddit, [q] quam [r] reprehendit Salicetus & Sotus, [s] licet eā Hippolitus sequatur, [t] neque quam affert Sotus neq; Salicetus licet melius, meo iudicio, loquatur quā cęteri, sed ea, quæ componitur ex illa Papæ Iulij, [v] ac Clem. [x] quā Alexander profert, [a] nempe (Quoniā de se confessi sunt & omnis rei confessio periculosa est) quod periculum magis declararunt Imperatores Seuerus & Antoninus, [b] dicentes, aliquando ad se vlciscendū nominari proprios inimicos vt participes, aliquando vt eorum fauore seruentur alij valde boni, vel valde fauorabiles: & ex illa alia pulchra conclusione, videlicet, regulariter contra neminem posse procedi absque accusatore. Cui rationi consequēs est quod in omnibus casibus, in quibus ipsa cessat (qui sunt ij in quibus ius pro periculoso non habet testimoniū confessi contra se ipsum, quin ipsum admittit, [c]) sine peccato reuelari valent cōplices delicti. Atque tales sunt, vel tales esse præsumuntur omnes casus, in quibus ius permittit iudices interrogare de complicibus, & reis iubet eos reuelare. In omnibus enim illis agitur de delictis, in quibus participantes in crimine, admittuntur pro testibus, vt colligitur ex Saliceto, [d] ac de delictis, in quib. potest procedi sine accusatore, vt apertè videbit, qui dictos casus benè expendet, & ad suam memoriam reducet dictam conclusionem, cum suis duodecim fundamentis superius scriptis. [e]

431 Videlicet, quod omnes casus, in quibus proceditur sine accusatore, rediguntur quasi ad vnum, nimirum quādo punitio ordinatur principaliter ad impedienda mala ventura, & tollendam materiam, ac occasionem ipsorum, & qui expendet rationem ibi scriptā, quare appellatum sit quasi vnicum.

432 Tum quia rei contra se confessi, etiam non interrogati debent reuelare suos complices, quos sciunt, vel iusta de causa credunt non pœnituisse de suis delictis, immo paratos esse ad prosequendum illa, vel committenda alia cum damno publico, vel priuato, & quod ad remouēdū eos ab illo malo proposito, non sufficiet correctio fraterna, & euangelica, cuiusmodi sunt communiter latrones, falsarij monetarū, hæretici, proditores, sortilegi, strīges, malefici, aliique huiusmodi per supradicta. [f]

433 Tum, quia etiam confessarij debent tales reos monere, vt reuelent huiusmodi complices, vt in particulari dixit Sotus. [g] Quod si id nequaquam fecerunt meo iudicio peccant hi eos non reuelando, & illi eos non admonendo, sed absoluendo absque emendatione, nec proposito ipsius contra ius diuinum, & humanum. [h] Quapropter iterum dico quod ante dixi, [i] videlicet confessarios vinctorum in carceribus debere esse valde eruditos.

434 Tum, quia iudices interrogantes reos de suis complicibus, vel iubentes eos simpliciter reuelare, de illis tantum videntur interrogare vel iubere, de quibus secundū ius possunt, & non de aliis, iuxta doctissimū Caietan. [k] & fundari potest per supradicta. [l] Neque rei tenentur respondere nisi de illis, ac respondendo se nullos complices habuisse, intelligendo apud se tales, quod de iure reuelare debeant, non peccant, si eos pro talibus non habent, secundum eundem vbi supra.

Tum quia idem Caietan. vbi supra, sentit iudicem non peccare interrogando reum de suis complicibus generaliter, cum non intelligat, vt ei reuelet, nisi quos iure tenetur reuelare.

435 Quod tamen meo iudicio limitandum est, cum interrogat in casibus, quos ius permittit, & quando interrogatus est tantę discretionis, ac prudentiæ Christianæ, quòd licet ei non declarentur qui sunt quos debet reuelare, & qui illi, quos non debet, non errabit, vel quando ei dat facultatem consultandi super eo confessarios viros scientiæ & conscientię.

436 Secus enim ego profecto non auderem excusare à peccato mortali multos iudices, qui cum eis videatur iustitiam consistere in male vel bene reuelando delicta, & malè vel benè comparando sibi famam propugnatorum, & defensorum iustitiæ, cupiunt, vt malè, vel benè reuelet reus omnes suos complices, etiam si coram Deo sint correcti, & adsit iusta ratio credendi eorum emendationem, nec exter fama, neque indicium contra illos, nec sit casus, in quo dictū participis debeat cōmuniter mouere iudicem, cuiusmodi sunt communiter omnes. [m]

437 Tum, quia ego non excuso iudices, qui interrogāt reos particulariter, si hic, vel ille fuerunt sui cōplices, sed

a *Ca. veniēs de testib.*
b *Leg. fi. C. de accusat.*
c *Matth. 8. Act. 25. ca. de manifesta. 2. q. 1. c. 1. vt ecclesiast. benefi. l. rescripto §. si quis accusatore.*
d *Leg. quoniam liberi. C. de testib.*
e *Num. 383.*
f *In corol. n. 218.*
g *De rat. tegen. memb. 2. q. 6. pag. 17.*
h *Cap. pœnitentia. 1. & 2. de pœnit. d. 3. ca. venia. de reg. iur. lib. 6. c. legatur 24. q. 2.*
i *In corol. 51. nu. 388.*
k *In paru. opusc. li. 17. respons. resp. 5.*
l *In coroll. praced. & in coroll. 65. nu. 395.*
m *Cap. 1. de confess. c. nemini. 15. qu. 5. l. fin. C. de accusat.*

generaliter quis fuit eorum in delicto socius nisi cū quis esset de eo infamatus. Primo, quia peccatum est, ac contra ius, vt determinat quædam glossa recepta, [a] & Cynus ac Salicetus, [b] per legem in hoc claram. [c] Tum quia minus excuso iudices, qui tormentis inquirunt reos, etiam in casibus, quibus permittitur inquiri, quando non est fama, nec indicia, neque præsumptio legitima quod habeant complices, vt bene concludit Salicetus. [d]

438 Vt superius, [e] minus excusaui iudices, qui in Castella & Italia tormentis vrgent reos conuictos per testes de suis delictis, vt ea fateantur, & perdant remedium appellationis, nisi certo modo, quem ibi scribo.

Sexagesimum octauum Corollarium.

SVMMARIVM.

439 Murmuratio non est propalare in vno territorio vitia alicuius quæ sunt publica in alio.
440 Fama mala, vt lepra, excommunicatio, & mutilatio brachij vbique sequitur suum dominum.
441 Scotus Doctor subtilis limitandus in duobus dictis.
442 Fama amittitur coram aliis peccando, & ipsi eam non tollunt.
443 Murmurator non est qui publicat notorium & quod paulo post est sciendum, illi qui id nesciebat.
444 Peccatum quod dicatur publicum, vt qui ipsum publicet non peccat.
445 Fama huius territorij quando perditur ob infamiam alterius.
446 Fama non est opinio, cui communis eiusdem territorij, vel alterius, quæ cito sciri speratur contraria est.
447 Præsens reputatur qui propè est, vel citò expectatur, ad aliquos effectus.
448 Excommunicatus publicus vnius territorij, valide indicat vbi illud nescitur, potest tamen, & debet euitari ab eo, qui id scit.
449 Famosum & notorium potest reuelari ei, qui id nescit.

439 COrollarium sexagesimum octauum, quod non est peccatum murmurationis propalare in vno territorio, vbi nesciuntur, defectus, & vitia, quæ in alios sunt publica, ac notoria alicuius personæ.

440 Tum, quia infamia est nota personalis, & comitatur infamatum quocumq; vadat, vt lepra leprosum, & vt excommunicatio excommunicatum, iuxta glossam singularem, [f] super qua Bart. cōparat infamatum cū illo qui fert brachiū mutilatū, quia hic vbicumque fuerit, vadit sine brachio, ita ille sine bona fama. Tum quia Panormi. [g] annotabat, quod qui est excommunicatus in vno episcopatu, est etiam in toto orbe, quod idem sentiunt multæ glossæ & Docto. [h]

441 Tum, quia amplius dixit ille percelebris Ioannes Duns ob ingenij acumen Doctor subtilis appellatus, [i] quod qui corā tribus fornicatur, vel adeo publicè peccat vt ei probari possit, ipsemet se infamat, ac lædit suam existimationem, non autem qui eum postea accusant.

442 Et quod publicatio postea facta non aufert famā, sed tantum facit, vt quod de sui natura erat publicum, veniat in notitiam aliorum, qui hoc nesciebant, quāuis hoc necesse sit expolire, vt inferius fiet.

443 Tum quia ex contrario sequeretur peccare illos, qui narrāt quælibet peccata quantumuis manifesta illis, qui ea nesciunt, cùm saltem quoad ipsos famam auferant proximis suis, quod tamen falsum esse sentit S. Antonin. [k] Non enim notitiam dare malorum etiam occultorū, quæ statim noscenda sunt, est peccatum, si mala intentio, vel alia mala circumstantia non interuenit, vt colligitur ex S. Thoma, [l] & sensit Siluester. [m] Ego quoque aliquando respondi non esse peccatum patefacere tibi peccatū mortale alienum, quod iusta ratione compertum habeo tibi alia ratione notificandum, quod nisi pro comperto haberem, non tibi ipsum patefacerem.

444 Tum, quia cuipiam eum interroganti quæ peccata possint dici publica, vt aliis possint narrari, nō ob id propterea peccando peccatū murmurationis, respondit doctissimus ille Cardinalis Caiet. [n] non omnia, quę probari possunt, sed bene ea, quæ quis fatetur in iudicio, & ea, quæ perpetrantur in communi hominum præsentia. Quę resolutio, mihi aliquantulum obscura, clara fieret eam intelligendo de peccatis notoriis de iure, vel de facto, & de diffamatis, per textus in id bonos. [a] Et propter hæc Ioannes Maior dicebat, [b] non esse peccatum referre in patria, ac regione alicuius vbi nesciebatur eum in alia regione flagris publicè cæsum esse & suspensum ob sua delicta. Circa istud corollarium tamen, & citata in eius fauorem aliquæ difficultates se offerunt. Prima, quod vt supra dictum est concluf. 4. nu. 18. peius est tibi auferre famam quam facultates. [c] Quod si tibi, cui abstulerunt famā & facultates Parisiis, ego furarer aliquid de substātia, quam hic recuperasti (quod fieri potest,) [d] certè peccarē, æque ergo male, & adhuc peius pecco, auferendo tibi bonā famam, quam hic habes, licet illam quam Parisiis habebas ibi perdidisses. Secunda, quod facta per aliquem iudicem, qui hic non habetur pro excommunicato, etiam si talis sit, in eius territorio notorium, valent, vt definit Panormitanus. [e] Tertia, quod pius ille Adrianus duobus in locis dixit, [f] esse peccatum mortale, quando damnum famæ est graue, dicere aliis, qui id nesciunt, peccatum coram aliis commissum. Et in alio loco, [g] definiuit quod superius, [h] retulimus, videlicet, murmuratorem fore eum, qui coram Turca diceret de aliquo Christiano eius captiuo, quod esset valde pius Christianus, licet in eius territorio Turcæ erat occultum. Ac Siluester dixit, [i] esse murmuratorem illum, qui narrat peccata occulta ei, qui ipsa non nouerat.

445 Ad primam difficultatem ego aliàs respondebam, quod publicans in isto territorio mea mala notoria, vel diffamata in alio, non aufert mihi famam, quam hic mihi comparaui. Solum enim publicat me perdidisse illam, quam ibi habebam, ac propterea non est dicēdum de hoc idem, quod de illo, qui mihi furatur substantiam hic acquisitam, postquam ea adiudicata fisco est, quam Parisiis possidebam. Hæc responsio tamen postea mihi debilis visa est. Tum quia fama, vt in hac materia sumitur, est opinio, quæ de aliquo habetur ipsi in aliquo proficua, vt superius dictum & probatum est. [k] At postquam iste qui condemnatus famam amisit Parisiis, hicque acquisiuit nouam existimationem sibi, illi in aliquo proficuam cum hominibus huius territorij, videtur is qui hanc illi aufert, ipsum priuare fama recenter acquisita. Tum per illud tertiæ difficultatis. Nunc tamen mihi videtur posse defendi, dicendo ad primum huiusmodi hominem non comparasse etiam hic bonam famam, quoniam licet de eo habeatur hic bona opinio ab omnibus vel maiori parte eorum qui hic sunt, ipsa tamen non est talis cui contraria communis non repugnet, postquam contraria istius, vel alterius territorij ei aduersatur.

448 Atque superius [l] dictum est, quòd vt vna opinio sit fama, opus erat vt alia contraria ei non aduersaretur. Ad secundum tertiæ difficultatis concedo murmuratoré esse illum, qui coram Turca laudat eius captiuum quod sit magnus Christianus. Hoc tamen non obstat nostræ responsioni. Tum, quia hic non dicitur tam murmurator, quia infamat, quam ob malam intentionem, quam de hoc habet. Tum, quia illud augmentū opinionis quod ille ipsi dat, vt eū Turcæ magis odiosum reddat, quamuis in eius territorio esset publicū, difficile tamen, & nūquā vel tardè ad Turcæ notitiā peruenisset. Atque ad impediendum vt vna opinio non sit fama, non sufficit contrariam communé alterius territorij ei aduersari, nisi quando sperātur quod cito scietur, quoniā multi vadunt & veniunt ab vno territorio ad aliud: at ille, de quo opinio habetur, est in vtrisque à multis cognitus. Ad quod facit quod S. Tho. aliique supra relati, [m] dicūt, quod patefacere mala secreta ei, ad cuius notitiā cito sunt peruentura non pertinet ad murmuratorem.

447 Facit etiam, quod multoties quæ cito expectantur, vel propè sunt, habentur pro præsentibus, [n] ad multos effectus, quos congessit Felynus. [o]

448 Ad secundam difficultatem concedo excommunicatum notorium alterius territorii, & in hoc occultum, validè iudicare in ipso, quousque id sciatur. Communis namque opinio, & vtilitas publica faciunt, vt valeat per

a *In l. prius ff. ad Sillan.*
b *Leg fi. C. de accusat.*
c *Leg. 1. §. qui quæstionum. ff. de q.*
d *In l fi. q. 2. C. de accusat.*
e *In coroll. 65. n. 375.*
f *Leg. ea ff. de postul.*
g *In cap. 2. de treu. & pac.*
h *Gloss. cap. si quis presbyter. 7. qua. 1. glo. cap. quisquis 4. q. 5. & glo. c. pastoralis §. verum de appellat. & glos. in ca. officij de sæt. excomm. & quæ tradit Archi. in ca. si autem 11. q. 3. Felin. in ca. postulasti. col. 2. de for. compet.*
i *In 4. d. 15. q. 4. art. 1.*
k *2. par. tit. 8. c. 4. in prin.*
l *In 4. d. 19. q. 2. ar. 3. q. 1. ad 2.*
m *Verb. detractio. q. 1.*
n *In paru. opusc. lib. 17. respon. 9.*

a *Ca. vestra. ca. fin. de cohab. cleric. c. fin. de tempo. ordin. c. si fama c. presbyter. 2. q. 5.*
b *In 4. d. 19. q. 2. col. fin.*
c *Cap. deteriores. 6. q. 1.*
d *Arg. ca. fœlicis. §. verū de pœn. lib. 6.*
c *In c. ad nostram. 3. de iur. iurā. col. 1.*
f *In q. 32. de restit. col. 4. & in quodlib. 11. art. 1. litera DD.*
g *Quodlib. 1. art. 1. litera E.*
h *Coroll. 18. nu. 265.*
i *In verb. Detractor. q. 1.*
k *In coroll. 18 nu. 463.*
l *Rod. num. 164.*
m *In hoc coroll. n. 443.*
n *Leg. præsens ff. de pro curat. cum l. sequ.*
o *In ca. cum adeo col. 2. de rescript.*

eum iudicatum.[a] Non tamẽ inde sequitur, quod qui sciuerit ipsum esse excommunicatum, nequeat dicere quod sit, quin iuxta eundem Panorm. [b] post Innoc. communiter receptũ, [c] & communem, tenetur eum in secreto euitare, ac etiam publicè, si ei id probare possit, vt ait Siluester.[d]

Ad tertiam dico, quod illud dictum primum Adriani[1] non est intelligendum de omni eo, quod alij sciunt, sed de eo, quod est notorium, vel diffamatum, ac secundum intelligendum est, iuxta dictum in prima difficultate, ac dictum Syluestri videtur inconsideratum.

448 Ex omnibus his sequitur primò veram esse communem contra Siluestrum, quod id quod notorium est, vel famosum in vna ciuitate, licet non sit notorium de facto, sed de iure, videlicet confessum in iudicio, vel iudicatum, potest dici notorium omnibus illius ciuitatis, & etiam Regni, licet id non vidisset nisi solus iudex, & sine notario, cum iis, qui ad iudicandum erant necessarij, modo mala intentio, vel alia mala circunstantia non concurrat, quoniam adest licentia iuris ad id diuulgandum, & merito potest cito expectari eius diuulgatio. Secundo non peccasse illum, qui in vno regno propalauit illũ, cuius statua in alio, vt hæretici, combusta fuerat, nec qui dixit de duobus alienigenis, qui in quodam territorio se venditabant pro coniugatis, esse hunc patruum, & illam neptem, cum essent notorij in alio. Tertio limitandum esse hoc corollarium cum omnibus in eius fauorem allegatis, vt non procedat, quando territorium, vbi nescitur delictum, tam procul distat ab illo, in quo ipsum est notorium, vel famosum, vel tam exiguum commercium inter illa intercedat, vt merito possit credi, quod numquam, vel valde sero ibi detegatur, dummodo alia causa illud detegendi non concurrat, secundum illud corollarij sequentis, iuxta quod est intelligendum illud dictum Scoti in huius fauorem alle gatum,

Sexagesimum nonum Corollarium.

SVMMARIVM.

450 Intellectus l. eum qui ff. de iniur.
451 Murmurator quando non sit is, qui verè infamat.
452 Peccatum est malum dicere, & etiam bonum malo animo.
453 Murmuratio non est detegere mala iusta de causa.
454 Causæ ob quas licet loqui de peccatis alienis in absentia quatuor sunt secundum Gerson. ad quas limitandas adduntur aliquæ paulo inferius.
455 Causa, quæ sufficit ad detegendum delictum occultum, quod probari potest, an sufficiat ad illud, quod non est probabile.
456 Reuelare mala in iudicio, & reuelare extra illud, multum differunt, quoad forum exterius.
457 Reuelare mala cum causa, non tamen ob illam, malum est aliquando in conscientia, & non extra eam.

450 COrollarium sexagesimum nonum per obscuram videri legem illam Iurisconsulti Pauli, [e] hoc est, (eum qui nocentem infamat, non esse bonum & æquum ob eam rem condemnari) & illud dictum Bartho. [f] non teneri de iniuria illum, qui aliquem appellat periurum, vel mitratum pro falsario, si id scit verum: & illud Cyni, [g] eum non afficere iniuria, qui alium cum veritate vocat homicidam.

451 Et communem praxim, quæ commendat eos, qui nos monent, dicendo. (Ne accipias talem in tuum vicinum, vel famulum, quia est latro. Caue tibi à tali, quia hoc, vel illud vitium habet. Ne marites tuam filiam cum tali, quoniam est lusor, deuorator, & potator, vel deditus inhonestis feminis, vel talem notam habet.)

452 Ad cuius claritatem dico, Primo, quod secundum cõmunem doctrinam quam subtiliter, & copiosè tractat Oldradus, [h] à quo. eum minime citando, maiori ex parte accepit Ioannes Andreas, [i] cuius verba, nulla de eo facta mẽtione, sibi ipsi attribuit Ludouicus Romanus, [k] ac Panormitanus eum citando ea transtulit, [l] non sine molestia Felyni, dicta lex & alia dicta, non sunt intelligenda de illis, qui reuelant delicta, & defectus alienos veros, animo infamandi, iniuriandi, vel vituperandi quempiam. Hoc enim secundum omnes est peccatũ, aliquando murmurationis, aliquando contumeliæ, & vituperij, aliquando vtriusque, iuxta supradicta, [a] siue dicantur in iudicio, siue extra ipsum, siue via defensionis, & exceptionis, siue modo accusationis, atque obiectionis, vt docet Oldad. [b] & probatur per textus in id aptos. [c] Quandoquidem etiã dicere bonum de aliis animo illos iniuria afficiendi, est peccatum, & tenetur de iniuria, secundum Oldradum. [d] Non enim sufficit bona facere, nisi bene fiant, [e] & Deus non remunerat verba, sed aduerbia, vt dicebat glossa singularis. [f] Secundo, quod non sunt intelligenda tantùm de iis, qui in iudicio detegunt mala aliena, vt sensit glos. [g] Sed generaliter loquuntur de omnibus, vt dixit alia glossa recepta. [h] Neque sunt intelligenda de eo, qui sine libello verbis reuelat, vt eadem intellexit. Siquidẽ alia, [i] quam sequuntur Oldradus, Ioannes Andreas ac Panormitanus eam intelligit in omnibus, & non temerè, cum illa sit lex generalis.

454 Tertio, quòd intelliguntur de eo, qui in iudicio, seu extra ipsum, cum causa, ac modo iusto reuelat delictũ alienum per ea quæ superius [k] allegata sunt, vt sensit ille admodum Christianus Doctor Ioannes Gerson [l] receptus per Adrianum, [m] ac alios, non citato loco vbi id dicit, nempe, quod quatuor de causis licet loqui de peccatis alienis in absentia, scilicet ad instructionem audientium, qui ex exemplis notorum magis mouentur, & ob necessariam monitionem, ne eos corrumpat mala societas, & ad reuocandum peccatorem à suis peccatis, id dicendo ei, qui profit, & vt rogetur pro peccatore. Quæ doctrina licet per neminem reprobetur, sitque valde vera, illam intelligendo de peccatis notoris, & famosis, nõ est tamen talis, ipsam intelligendo de occultis quoad primam, & quartam, nec etiam quoad tertiam, nisi quãdo, & quomodo supra dictum est, [n] licet sit vera quoad secundam, ipsam intelligendo iuxta supradicta. [o]

455 Quarto, quod non omnis causa, quæ sufficit ad reuelandum delictum occultum, quod probari potest, sufficit ad reuelandum illud, quod probari nequit, secundũ Adrianum, [p] quia secundum ipsum nullum delictum omnino occultum, quod probari non potest, debet reuelari ob solam vtilitatem, si non adsit necessitas spiritualis, vel temporalis propria delinquentis, vel aliena, publica, vel priuata, sed bene quod potest probari. Veluti ob solam vtilitatem tuam, vel alienam, vel meam non possum tibi furari aliquid de tuis bonis, iuxta Sanct. Augustinum, [q] ac Sanct. Ambrosium, [r] sed possum quidem ob iustam necessitatem, [s] quæ ratio per eundem Adrianum reddita videtur destruere eius doctrinam, attento quòd qui reuelat peccata aliena, licet possint probari, si tamen non sunt alias notoria, vel famosa paulominus lædit famam proximi, ac qui reuelat ea, quæ nequeunt probari. Propterea mihi videtur ea non esse vsquequaque firma, nisi quoad forum exterius. Quinto magnam differentiam esse quo ad hoc inter iudicium conscientiæ, & exterius per nuper dictum, & quia quoad exterius, si in iudicio, vel extra illud, causa existente ad id reuelantur mala, & probantur, præsumuntur dicta bono zelo, ac aliter non, per leges in id bonas, [t] & per dictum Cyni, Bartholi ac communem praxim allegatas in principio corollarij: in iudicio verò conscientiæ non, nisi prout dicuntur. [v] Sexto, quod secũdum Oldradum, [x] & communem Ioannis Andreę & Ludouici Romani & Panormitani in locis prædictis iustè possunt intelligi de eo, qui propalat delicta, vt puniantur, & ad custodiendum proximum à damno spirituali, vel temporali: (Exemplum de eo, qui reuelat hæreticum, vt neminem inficiat, proditorem vt non compleat proditionem præparatam, leprosum, & pestè percussum, vel alio morbo contagioso, vt secum morbum non transfundat in alios, [y] excommunicatum, vt pudore affectus emẽdetur, [z] inhabilem vt eum non ordinent, eo de beneficiis ei non prouident, vel ad indebitam hæreditatem eum non admittant [a] latronem, vt non furetur, periurum vt suo testimonio non noceat, adulterum, ac homicidam, vt ab illis

a *Leg. barbarius. ff. de offi. præto. l. 1. C. de testam. c. 1. 3. q. 7.*
b *In cap. ad nostram. 3. col. 3. de iur. iuran. & ca. eum non ab homine.*
c *De sent. excom.*
d *Verb. excommunicat. 5. dub. 17.*

a *In coroll. 16. itum. 18.*
b *in d. cons. 53. col. 2.*
c *Cap. super his de accusat. c. 1. de elect. lib. 6. l. quisquis C. de postuland. l. si vera. §. 1. ff. qui satisd. cogan. l. siquis dem. C. de in iur.*
d *d. cons. 52. col. 2.*
e *Capit. cum minister, & c. relegentes. 23. q. 5.*
f *In cap. 1. de collus. deteg.*
g *In c. si peccauerit, in verb. proditor. 2. q. 1.*
h *In d. l. eum qui.*
i *In summa. 5. q. 1.*
k *Coroll. 54. nu. 104.*
l *2. par. al phab. 23. ca. quæritur.*
m *In 4. de resti. q. 32. & in d. quodlib. 11.*
n *Coroll. 46. num. 175.*
o *Coroll. 58. nu. 218.*

p *Quodlib. 11. litte. O. & Y. & EE.*
q *Cap. forte. 14. q. 5.*
r *Cap. denique. 14. q. 5.*
s *Cap. siquis propter necessitatem de furt. c. discipulos de consecra. d. 5.*
t *Leg. siquidem. C. de in iur. l. siquis de libertate. ff. eo. l. si tibi. C. de liber. caus.*
v *Cap. tua de sponsal. c. humana. 22. q. 5.*
x *In d. cons. 53. col.*
y *Leg. 1. & 2. C. ad legẽ Iul. repetũd. adiunct. l. ita vulnerata. ff. ad legẽ Aquil. & c. quæpropter. 2. q. 7.*
z *3. quæst. 5. cap. 1.*
a *Ca. arcedes de purg. ca no. & ea. lator. qui fil. sint legit.*

c *Leg. eũ qui ff. de iniur. l. quod reipublicæ. ff. eo facit l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. l. si quidem & l. si nõ cõuicij. C. de iniur.*
f *In d. l. eum. qui.*
g *In l. si non conuicij. C. de iniur. q. 8.*
h *In cons. 53. consuetuit.*
i *In addit. ad Specul. Ti. rub. de iniur.*
k *In cons. 96. super eo.*
l *In ca. cũ te. coll. pen. & vlt. de re iudic.*

alij caueant, aliosque huiusmodi assuetos lædere, qui vel ad id sunt parati, vel esse præsumuntur.

457 Septimo, posse intelligi quoad iudicium exterius, quamuis non quoad interius de eo, qui reuelat mala, habens ad id iustam causam, id tamen ob illam principaliter non faciendo, qualis est qui reuelat cõtentos in præcedenti fundamento, potius vt se de illis vindicet, vel vt eis noceat, vel vt se oblectet, seu alium ex mala relatione de malis, quam ob publicam, seu priuatam monitionem. Hic enim licet in iudicio interiori peccet, per citata in primo fundamẽto & suprà, [a] in exteriori tamẽ non debet puniri, secundum communem Oldradi, Ioan. Andreę, Ludouici Roma. & Panormitani, [b] nec semper in interiori tenebitur restituere famam, iuxta illud quod supra dictum est. [c]

Septuagesimum Corollarium.

SVMMARIVM.

458 Murmuratorum quidam sunt obnoxij famæ restituendæ, nouaque opinio super modo.
459 Restitutionem suæ famæ aliquando procurare debet aliquis.
460 Restitutio bonorum facilius negatur diuiti, quam restitutio famæ.
461 Fama quando restitui nequit, etiam per hæredem compensari debet.
462 Peccat hæres non dando compensationem famæ ablatæ per defunctum.
463 Solutio debitorum defuncti magis proficit hæredi, quam ipsi.
464 Beneficium qui dat, vel procurat, debitum eo non soluit.
465 Fama restituenda etiam sublata infamia.
466 Restituendum est interesse detrimenti, & lucri.
467 Famam restituere non debet, qui leuiter lædit.
467 Famam non restituet, qui nequit sine periculo vitæ, aut salutis.
468 Bona sunt quatuor ordinum, & quæ sunt superioris ordinis, nõ perdenda ob restitutionem eorum, quæ sunt inferioris ordinis.
469 Famam debet restituere, qui ob excessiuas laudes vnius, diminuit famam alterius.
470 Fama non debet restitui, quando infamia est obliuioni tradita.
471 Fama quando ac quomodo restituenda post obliuionẽ infamiæ.
472 Accusatus negans verum delictum, quando teneatur restituere famam accusatori, qui habetur pro calumniatore.
473 Fama non debetur ab eo, qui iusta de causa, quamquam cum mala intentione infamat.
474 Restitutio opus est iustitiæ commutatiuæ.
475 Peccant qui mala intentione iusto in bello furantur inimicis, non tamen tenentur ad restitutionem.
476 Peccat iudex, qui mala intentione fert iustam sententiam, & carnifex qui eam exequitur ob malum finem, atque pars quæ vi sum capit, non enim tenentur ad restitutionem.
477 Fama non debetur ei, qui alia via est infamatus, sed bene compensatio interesse intermedij temporis.
478 Famam quando debet restituere qui retulit mala quæ audiuit.
479 Restituendum omne damnum cum culpa qualibet leui datum in foro exteriori, non tamen in conscientia, contra Adrianum cum communi.
480 Famæ non restituenda, remittenti eius obligationem.
481 Peccat qui temere se infamat, & etiam aliquando qui condonat infamiam eiusdem tamen condonatio valet.
482 Remissio infamiæ valet, etiam cum eius restitutio peti debet.
483 Abbatia S. Isidori canonicorum regularium Leonis propter obseruantiam percelebris.
484 Dominꝰ Bartholomeus de Curua ex primarijs nobilium Castellæ multis nominibus.
485 Pactum, & remissionem ei tantum qui facit præiudicare, non autem rei publicæ, quomodo intelligatur, paulo inferius.
486 Iniuria illata clero, filio, vel Monacho, adeo principalis est pro aliis, vt pro eis.

458 COrollarium septuagesimum est existere quosdã murmuratores obligatos ad restitutionem famę. Primo, quia sunt murmuratores qui lædunt famam, vt probatur ex definitione murmurationis superius allata, ac declarata. [a]

Secundo, quia bona famæ, & honoris sunt maiora quã bona fortunæ, vt latè supra probauimus, [b] & postquam qui proximum læsit in facultatibus, tenetur ad illarum restitutionem, [c] à fortiori tenebitur ille, qui lædit in fama. Tertio, quia S. Thomas, [d] S. Antonin. [e] & communis Theologorum, & canonistarum Thomæ, Richardi & aliorum [f] & Hostiensis, [g] tenent restitutionem famæ læsæ necessariam, nec ad hoc deficiunt textus. [h] Quarto, quoniam secundum omnes qui læsit famam edens falsum restimonium, debet illam restituere, dicendo se mentitum fuisse, & qui læsit reuelando malum verum occultum, debet restituere secundum S. Thomam, [i] & communem, [k] non dicendo se in illo mentitũ fuisse, sed male loquutum, licet Hostiensis, [l] tenuerit (sine ratione tamen) quòd debet dicere se mentitum fuisse. Ioannes autem Maior, [m] dicebat, melius esse, vt dicat, (cum tale malum de N. dixi, putabam illud esse verum, sed postea casu melius considerato, & diligentia in eo adhibita reperi me leuiter ac male loquutum fuisse, & quãquã iste modus videtur melior, quia nullum mendacium continet, nec potest ex eo tam facile colligi, vt ex communi, quod erat verum illud, quod dictum fuerat, & si dici non debebat. Attamen non esset securus id dicere coram hominibus ingeniosis, & eruditis, coram quibus satius esset restituere eum sæpius commendando de virtutibus, quæ in ipso deprehenduntur & procurando apud illos, vt pro tali ipsum habeant, nihil loquendo de eo, in quo ipsum male infamauit, cum veritate tamen secundum Caietanum. [n]

459 Quinto, quoniam etiam infamatus, quãdo ex eius infamia sequitur damnum rei publicę, tenetur procurare restitutionem suæ famę, videlicet, quando est persona publica, secundum S. Gregorium, [o] & S. Thomã, [p] & declarationẽ cuiusdam dicti S. Augustini, [q] superius positã, [r] debet tamen id petere animo firmo sufferendi cum patientia, si ea obligati non restituant, & dicant eum ob vanam gloriam ipsam petere.

460 Sexto, quia diuitiæ illius cui restituenda est fama, magis nos cogunt ad restituendum eam diuiti, quàm bona externa, si eidem diuiti ablata sint vt bene probat Maior. [s] Septimo, quia etiam infamare de aliquo peccato illum, qui ob alia notoria infamatus est, peccatum est huiusmodi, quod communiter obligat ad restitutionem famæ, vt rectè probat Adrianus, [t] & sentit S. Tho. [v] ponderatus ibi à Caiet. quicquid circa hoc teneriit Paludan. [x] & Syluestro vt superius, [y] ad aliud propositum tactum est. Octauo, quia etiam infamans, qui non potest restituere famam ob periculum amittendi vitam, vel ob alias rationes tenetur ad compensationem, vt ille, qui vulnerat, alium, vel amputat manum, quam ei non potest restituere, secundum legem diuinam, [z] & humanam, [a] per Pontifices renouatam, & per Doctores declaratã, [b] vt ait Tho. receptus ab aliis. [c]

461 Ad quam compensationẽ famæ, etiã hæres infamantis remanet obligatus non tantum in iudicio exteriori, sed etiam in foro conscientiæ, vt efficaciter probauit Adrianus. [d]

462 Dicens eum mortaliter peccare si non faciat dictã compensationem pro defuncto, vt peccaret non soluendo alia eius debita per quãdam decretalem Alex. III, [e] cuius litera in aliquib. codicibus dicit (valet) melius quã in aliis (valeant) vt pulchrè ipse probat, & nos eã Salmanticæ prælegẽdo latius affirmauimus contra Panormitan. [f] & alios per eum non relatos.

463 Fallacia liberantes multos hæredes, exequutores, eorúmque confessarios, qui existimant soluere, vel non soluere, accelerare, vel differre solutionẽ debitorum hę reditariorum esse onus, vel exonerationem defuncti, & non eorum proprium, cum certum sit hoc per se damnare, vel iuuare hæredes, & accidentaliter tantũ animas defunctorum, vt ostendit Adrianus, & ante eum S. Anton. [g] & eius cõtẽporaneus Siluester [h] & ante ipsos oẽs S. Tho. [i]

a *In hac 6. conclus. n. 21.*
b *In 4. conclu. n. 16.*
c *Cap. peccatum de restitu. lib. 6. c. si res aliena. 14. q. 6. ff. ad legem Aqui: & si quadrup. pauperi fecit per totũ.*
d *2. 2. q. 62. art. 2.*
e *2. par. situ. 1. c. 2. §. 3.*
f *In 4. d. 15.*
g *In summa. de pœn. §. quibus ver sic. quid de accusatoribus.*
h *Cap. quidam. 5. q. 1. & ea. tres solicitudines, verſic. præcipitas. de pœnit. Canoni.*
i *2. 2. q. 62. arti. 2. & in 4. d. 15 qu. 1. art. 3. ad 2.*
k *In 4. d. 15.*
l *In d. verſ. quid de accusator.*
m *In 4. d. 15. q. 10. col. 4.*
n *22. q. 62. art. 2.*
o *In homil. 6. super Ezechiel. vnde hoc ca excerptum fuit.*
p *2. 2. qu. 73. art. 3.*
q *Cap. nolo. 12. q. 1. & ca. non licet audienti. 10. qu. 3.*
r *In 2. conci. n. 68.*
s *In 4. di. 15.*
t *Quodlibe. 1.*
v *2. 2. qu. 70. art. 1.*
x *In 4. d. 19. in fin.*
y *In coroll. 32. n. 119.*
z *Exod. 21. c. 1. de iniur. a l. ex hac. ff. si quadrup.*
a *2. 2. q. 62. ar. 1. & in 4. d. 15. qu. 1. art. 5.*
b *Quodlib. 11. art. 1.*
c *Ca. in literis de raptor.*
d *In d. ca. in literis.*
e *3. par. tit. 10. c. 3. §. 12.*
f *Verb. Testamentum. 2. q. 9.*
g *In 4. d. 15. q. 2. art. 5.*

quamuis Angelus de Clauasio, aliud concludat, quod bene intellectum est idem. Nouo, quia ad restitutionem famæ obligatus manet etiam ille, qui alteri cum vituperio in aliquo eam minuit, esto, quòd laudibus in aliis ei illam augeat, duplicet, & triplicet iuxta Adrianum.[a] Tum, quia secundum Aristotelem,[b] artificiosior, detrioriue modus infamandi est laudando in aliquibus, vituperare in aliis. Tum, quia magis nobis proficit haberi omnino inculpatos, quam vt existendo in aliquibus laudatos, in aliis esse culpatos.[c]

464 Tum quia furans tibi, vel debens aliquid, non desinit esse obligatus id tibi soluere, ac restituere, quia tibi procuret tantundem, vel maius bonum ac illud, vt si tibi procuraret, ac etiam daret vnum beneficium ecclesiasticum, secúdum id quod scribo alibi.[d]

465 Decimo, quoniam etiam ad illud tenetur infamans, etiam si ipse liberetur ab infamia, suis bonis operibus ostendendo falsum esse id quod ei imponebatur, vel si perdant illi, coram quibus infamatus fuit, malam opinionem animaduertendo postea quam mendax, & detractor esset, is, qui eũ infamauerat.

466 Quandoquidem, vt dicit Adrianus,[e] & si iam fama fuerit restituta, damnum tamen acceptum infamiæ tempore illo remedio ei debetur, velut interesse quod rei dominus perdit ob furtum & creditor, quia ei nõ soluitur debitum termino præfixo, secundum leges Romanas.[f] Siquidem etiam quod omittitur lucrari ob illud, ei debetur vt singulariter determinat Sceuola,[g] cum glossa singulari in iure Põtificio,[h] cui similis est iure Cæsareo,[i] & communis Doctorũ doctrina super prędictis glosiis, & Thomas[k] & Antoninus.[l] Maior post alios,[m] Ioannes Lupus.[n]

Septuagesimum primum Corollarium.

SEptuagesimum primum est existere murmuratorem, qui non tenetur ad restitutionem famæ. Primo, quia existit aliquis intendens lædere famam, & non lædit, interdum, quia non potest, interdum quoniam pœnitentia ducitur: qui licet sit murmurator, per definitionem superius in hac[o], declaratam, non tamen tenetur ad restitutionem, vt ille qui vult furari, licet non furetur, peccat, secundum S. Augustinum,[p] ac S. Hieronymum,[q] idque bene declarat Ioannes Maior.[r] Ad nullam tamen restitutionem tenetur, sicut nec homicida mentalis est irregularis, neque simoniacus mentalis excommunicatus,[s] neq; conuentionalis, secundum Cassador.[t] ac Gomez.[v] quem plurimum commendo alibi.[x]

467 Secundo, quia existit murmurator, qui lædit non tamen notabiliter, qui non tenetur restituere, nec etiam peccat mortaliter. Paruitas enim damni in omni materia excusat à peccato mortifero, & à restitutione, per id, quod post S. Thomam,[y] superius[z] dictum est, & subtiliter disserit Maior ad aliud propositum, & ad nostrum Adrian.[a] dicens, quod qui infamatum de centum homicidiis, infamat de alio, vel infamatum de adulterio, infamat de fornicatione, & de eo, qui habetur pro fure, dicit quod sit auarus, parum lædit, & non tenetur ad restitutionem famę. Tertio, quia existit infamator qui non potest restituere famam sine periculo vitæ, aut salutis, quia si infamatus id resciret ipsum iuberet interfici, vulnerari, vel fustibus cędi. Qui licet teneatur ad compensationem alia ratione honesta huius damni vt superius in corollario præcedenti tactum est, & ab Adriano,[b] non tamen debet se retractare, eo saltem modo, quod id ad notitiam infamati verisimiliter veniat.

468 Cum enim sint quatuor ordines bonorum, scilicet animæ, corporis, famæ seu honoris, & fortunæ, & hæc quarti ordinis sint minora cunctis aliis, ac illa tertij minora quam illa secundi, & illa secundi quam illa primi, vt superius[c] tactum est, nemo tenetur restituere bona ordinis inferioris cum damno suorum bonorum ordinis altioris, sed sic cum damno illorum eiusdem ordinis, vel illorum ordinis inferioris, vt singulariter definiuit Caietanus.[a] Vnde sequitur neminem teneri ad seruandam vitam, vel salutem corporalem proximo cum damno animę suæ, nec ad restituendã ei famã cum damno suæ sanitatis, neq; pecuniaria bona cũ damno suæ famę, aut venditione suæ libertatis, sed famã quidem eius cũ dãno suæ, vt Scotus[b] receptus ab omnibus, & opes eius cum damno facultatis.[c]

Quarto, quod aliqui laudando quendam mediocriter, ac iustè, diminuunt ei famam scientiæ, vel virtutis, quam alij plusquam par est ei attribuunt, qui tamen non tenentur ad restitutionem illius diminutionis, vt sentit Adrianus,[d] ac probatur per id, quod ipsemet citat,[e] & si ad hoc responderi valeat eiusmodi homines non esse murmuratores, quoniam non lędunt famam contra ius.

469 Vtè diuerso sunt etiam ad restitutionem obligati, qui vt nimium laudent alios, diminuunt famã aliorum mediocrem, secundum eundem,[f] de quibus multi sunt in palatiis & in gymnasiis, & adhuc in religionibus.

470 Quinto infamatorem cuius dictum iam est obliuioni traditum, vt si numquam dictum fuisset non teneri ad restitutionem, ne in actu restruẽdi famam, renouet infamiã, iuxta S. Augustinum,[g] licet meo iudicio teneatur facere aliquam compensationem pecuniæ, obsequij, vel laudum, quæ quispiam vir bonus, ac prudens arbitrabitur pro dãno accepto illo temporis spatio, quod intercesit inter infamiam & obliuionem, iuxta dicta superius in tertio fundamento huius corollar. & octauo præcedenti.

471 Non otiosè addidi (vt si nũquam dictũ fuisset) quoniam si scitur eius memoriã superesse, vel dubitatur, est restituendum. Tum, quia singulariter determinauit Caietanus,[h] eum qui cum esset adolescens se falso iactauit coram aliis coæuis rem habuisse cum tali virgine, & postea factus senex recordatus est illius peccati, ac damni, quod suæ proximæ attulit, esse obligatum ad declarandum corã illis, se mentitum fuisse. Tũ, quia difficile est certo scire, quod obliuioni traditũ sit, cum de eo, de quo vno die non extat memoria, alio recordemur, & etiã tanto magis id aliquando credimus quanto minus se retractant ij, qui nobis dixerunt aliqua mala etiã confitendo, & cõmunicando tot annis, totque vicibus. Et adhuc sentit amplius Caietanus illud huius quinti fundamenti non habere locum nisi in infamatoribus, qui reuelant crimẽ occultum, & quod alij, qui falsum testimonium proferunt tenentur restituere non obstante obliuione. Quod tamen mihi videtur durum, & quod saltem sufficeret, vt diffamator interrogaret illos, quibus id dixit, si meminissent alicuius mali, quod ipse eis dixerit de tali, & si responderent quod non, eos rogaret, vt ob suum dictum cum non existimarent peiorem, dicendo se eis mentitum fuisse, non significando in specie in qua re.

472 Sexto, quia accusatus de crimine vero, non tenetur restituere famam accusatori, qui id ei probare nequiuit, si non tenebatur illud confiteri, licet in eo negando peccaret, nec etiam si tenebatur confiteri, nisi dixerit quod accusator eum calũniabatur, sed quod fortè decipiebatur, nec etiam vt dicat quam calumniam, si illi non creditur, quoniam iudices, & homines credunt accusatorem, etiã si suam intentionem probare non potuerit, non tamen accusasse contra suam conscientiam, neque contra id, quod cum ratione credebat, vt pulchrè omnia ista probat Caietanus,[i] quibus in casibus saluari potest quod Richardus cum Scoto & communi dicunt,[k] & Scot[a],[l] & alij in aliis quæstionibus ibidẽ, & Adrianus,[m] & Antoninus,[n] quãquam accusatus, qui cum teneretur confiteri negauit crimen, affirmando suam accusationem esse calumniosam, cum ei in illo fides adhibita fuerit, tenetur ad restitutionem, secundum communem, super quo illa retorquendi ratio, quam Caietanus,[o] facit, videtur magis acuta quã secura.

473 Septimo, quia qui iusta de causa infamant, non tã ob illam, quam vt vituperent, ac ob inuidiam, odium, vindictam, lucrum, vel alium respectum iniustum, & si peccent in illo, vt superius in fundamento primo,[p] dictum est, non tamen tenentur ad restitutionem, vt determinauit Adrianus.[q]

a 2.2.qu.72. artic.6. ad 3. & in paruis opusc. lib. 17. respons respon.14.
b In 4.d. 15. q.4.art.1.
c Ca.fin. 14. q.6.C.peccatum de reg iur.lib.6.
d In 4. de restitut.qu. 32. col.penul.
e In quodlib. 11 pag.7. ante A.
f In d. col. pen.
g 2.par.tit.2. c.2.§.3.
h 22. q. 62. art. 2. ad 2.
i 22. q. 62. art.2.ad 2.
k In 4. d. 15. art.5.q.1.
l q.4. art. 3.
m In 4.de restitut.q.32.
n 2.par titu. 2.c.2.§.3.
o In d.art.2.
p Coroll. 69.
q Quodlib. 15.R.

474 Tum quia restitutio est actus, & opus iustitiæ commutatiuæ ac propterea iniustitia sola commutatiua, quæ ponit inæqualitatem inter partes, & operatur, vt alicui auferatur, vel non detur, quod suum est, obligat ad illam, secundum S. Thomam receptum:[a] vnde etiam si tu peccas publicando mea peccata cum mala intentione quando, & vbi non est iusta causa ea publicandi, hoc tamen est peccatum huius iniustitiæ.

475 Tum quia equites, ac milites, qui mala intentione bellum gerunt potius vt furentur, & se vindicent, quam ob alium bonum finem, sub principe, qui iustum bellum gerit, peccant quidem,[b] non tamen tenentur ad restitutionem illius, quod ab inimicis sustulerunt, vt annotauit Caietanus[c] & omnes affirmant[d] & Adrianus.[e]

476 Atque carnifex peccat suspendendo ob vindictam condemnatum,[f] non tamen tenetur restituere ipsius vestimenta, quę in eo suspendendo lucratus fuit, vt expressit Caietanus. & Ac ille, cui aliquid debes, extorquendo illud à te vi ac propria auctoritate peccat, & suum ius perdere debet,[h] in conscientia tamen non tenetur id tibi restituere quousque id ei iudex præcipiat, vt determinauit Adrianus[i] pro quo facit glossa singularis:[k] illa enim malitia non constituit inæqualitatem inter partes, quoad acceptum, quin ipsas æquauit, etiam si eam postuerit quoad modum. Tum quod multum differt aliquam sententiam esse iniustam, quia sit lata sine causa in id iusta, vel esse iniustam, quia sit lata cum odio, & ira, secundum Gratianum receptum.[l] At Iudex qui sine ratione te condemnat, tenetur tibi restituere damnum[m] licet intentio sit bona.[n] Non autem si iusta ratione, etiam si mala intentione, vt determinauit Adrianus.[o] Ergo nec tenebitur tibi famam restituere ille, qui existente ad id iusta causa illam tibi abstulit, etiam si mala intentione, quæ est magna consolatio pro innumeris qui huiusmodi existunt.

477 Octauo, quia murmurator non tenetur restituere famam quam tibi abstulit reuelando tua delicta vera, postquã illa alia via publicata sunt, sed bene interesse intermedij temporis, quod intercesit, abinde quo te infamauit vsque quo alia via publicata fuêre vt singulariter sensit Adrianus,[p] & fundatur in superius dictis.[q]

478 Nono, quia non obligatur ad restitutionem famæ, quisdum retulit se audisse mala aliena, illa non valde affirmando, etiam si audientes illa credidissent, secundum Adrianum[r] & Syluestrum.[s] Tum, quia Scotus[t] communiter receptus tenet hunc non esse murmuratorem, vt superius[v] dictum est. Tum, quia non tenemur ad restitutionem damni, quod accidentaliter sequitur ex nostro opere sine nostra culpa, quia non caret qui audit murmurationem, ea se oblectando, non resistendo, vel eius causa existendo, vt dictum est ibidem.[x] Hoc tamen locum non habet, quando talis relatio est peccatum, vel quia fit animo lædendi, vel coram personis, de quibus putandum est, quod id credent vt si affirmaretur, vel id postea referrent alijs vt rem certam. Tum quia S. Antoninus[y] tenet contrarium huius fundamenti, at potest saluari in istis casibus, in quo idem tenere videtur Adrianus.[z] Tum quia tenemur restituere omne damnum, cuius opus nostrum est causa, iuxta Gregorium,[a] quamuis sine peccato ipsum operemur, & sine culpa, nisi valde leui, vt significant, & magis declarant Paulus[b] ac Vlpianus & id probat latè Adrianus ad aliud propositum,[c] affirmando contra Innocentium[d] communiter receptum à Ludouico Romano,[e] Panormitano,[f] Felino[g] & Siluestro:[h] quod etiam conscientia nos obligat ad restituendum damnum datum nostra culpa quamtumuis leui. Quod tamen non credo, non tam ob id, quod in sui defensionem dicit Panormitanus[i] quam Felinus.[k] Nec tam ob id, quod dicit Felinus quam ob quod ait Decius,[l] & quod nos ibi ipsi addimus. Decimo quia non tenetur ad restitutionem qui dicit malum illis qui id sciunt, quamuis tunc illud non recogitent. Nec quando qui id dicit est tam leuis, audientesque tam graues, vt suum dictum nihil eos moueat. Nec quando is, de quo dicitur, tam vilis est, ac sine fama in illa materia, vt non perdat quid notabile, secundum Adrianum.[a] Nec qui narrat peccatum alienum tali pœnitudine expiatum vt eius auctorẽ honorer, tantum ab est vt eum aliquo dedecore afficiat. Nec qui dedit occasionem & causam remotã, ac insufficientem ad infamiam, sic enim causa, & occasio differunt, iuxta capit. *Solitæ*.[b] vbi hoc annotat Panormitanus & dilatat Felinus, vt illa mulier, quæ per alienas literas à Moniali, vt ipsam prouocaret ad iracundiam, quæ fuit cur fecisset proijcere suum filium ad portam Ecclesiæ, ab illa de hoc queritando coram Deo, & hominibus de hoc crimine pro certo, remansit suspecta in opinione aliquorum, cum remedium esset silere.

480 Septuagesimum secundum corollarium, quod obligatio restituendi famam potest remitti per infamatum, iuxta id, quod sentit S. Antoninus[c] & eo non relato expressit ab Adriano[d] & post ipsum Sotus iterum scripsit.[e] Tũ quia vnusquisque potest condonare damnum in suis bonis acceptum, secundum omnes, vt habet glossa,[f] cum possit abuti illis & ad effectum, vt dispositio valeat, quamuis non ad vitandum peccatum,[h] vt ait Archidiaconus[i] & fama est bonum eam habentis. Fama autem honor, & gloria sunt partes fœlicitatis humanæ,[k] secundum Aristotelem[k] & fœlicitas bonum est eius, cuius est, iuxta S. Thomam,[l] ergo eius damnum potest remittere eius dominus. Tũ quia quilibet potest soluere quod ei debetur, in casibus in quibus de iure non prohibetur iuxta cap. *statutum*[m] & cap. *exigit*[n] per locum ab speciali. Tum, quoniam qui debitum decem millium ducatorum potest remittere, melius poterit illud modicæ famæ.[o]

481 Contra istam tamen conclusionem tenet Caietanus[p] ac Ioannes Maior,[q] cuius fundamentis potest responderi, aliqua concedendo, & aliqua negando. Concedendo peccatum esse, hominem se ipsum infamare sine causa, & aliquando condonare infamiam, negando tamen ex hoc sequi non valere eius condonationem, cum etiam peccet qui perdit sua bona vel remittit debitum sine ratione[r] vt scribit Archidiaconus,[s] eius tamen remissio est valida, si aliud eam non impediat.

482 Concedendo adhuc, aliquando teneri quem petere restitutionem suæ famæ, vt superius[t] dictum est, negando tamen ex hoc sequi non valere remissionem restitutionis illius, cum etiam quis teneatur petere delictum necessarium, ad sui sustentationem, suæque familiæ,[v] vt Archidiaconus notauit:[x] non tamen desinit valere illius remissio. Concedendo item infamatorem non excusati à peccato ob consensum infamati, quando eum infamat de falso crimine, cum ipse mentiatur, quod numquam licet[y] nec etiam quando de vero crimine, nisi quando & quomodo ipsimet liceret se infamare: vt rectè probat Adrianus: negando tamen eius consensum non auferre obligationem restituendi. Quemadmodum enim peccat qui consentit vt ei vnum vulnus infligatur,[z] ille tamen qui eum vulnerauit, non tenetur eum compensare de damno, vt aliter deberet.[a]

483 Quo tempore visitabam, multis iam abhinc annis Abbatiam S. Isidori Leonis, maxima obseruantia dignissimam multis nominibus, præsertim propter S. Isidori Doctoris sanctissimi corporis præsentiam & viginti fere Regum, & Principum sepulturam totique Hispaniæ celebertimam & notissimam, maximè iis qui sunt in Castella, canonicis regularibus refertissimam.

484 Per Illustrem D. Dominum Bartholomeũ de Cueua eius Abbatem bene moderatum virum, qui vt excelsa prosapia, amore, obseruantia ac deuoto obsequio sui Regis, ita magnanimitate, prompta ingenij viuacitate, dexteritate scribendi, atque prudentia ad gubernandum valde aptus est, & vnus ex primarijs totius nobilitatis Castellæ, putabam, quod vt superius[b] concordaui opinionem, quæ dicebat, non esse per se peccatum mortale hominem se ipsum infamare, cum altera huic opposita, asserendo illam esse veram, cum quis non lædit amplius quam se ipsum notabiliter, istam autem sic, quando lædit alium, aut rempublicam, ita etiam posse concordare istas.

485 Dicendo quod inquantum infamia non præiudicat amplius quam infamato, posse per ipsum condonari, non

a 2.2.qu.62. art.1.
b Cap. mihi tale.ca. quid culpatur. 23. q.1.
c 2.2.q. 40. art.1.vers in eodem.
d In 4.d.15.
e In 4.de restitut.q.2. & q.32. col.penul.& quodlib 11.R.
f Cap. cum minister. 23. q.5.
g In 2.2.qu 40. artic. 1. vers.in eodẽ.
h l.extat. ff. quod met. caus l.si quis intactam. C. vnde vi & c.placuit. 10. q.6.
i In 4.de restitut.qua.2. col.1.
k Capit.fraternitas.2. q. 2.& ca.pau per.§.huic & c.non solum. §. cum ergo. 11.q.3.
l In d.ca. cũ ergo.
m l.fin.C. de pæ. iudic. & in princip. inst. de obliga. ex quas. delict.
n Arg.e.for. 11.q.3.§. & c. non solum. de regul. l. 6.
o In 4.de restitut.q.1. & quodli. 11. R.
p In 4.de restitut. qu. 32. col.penul.
q In 3. & 5. fundamento huius & 8. praced.
r In 4. de restitut.q.32. sub fin.
s In ver.Detractio.q.4.
t In 4.d. 15. q.4.art.1.
v In Coro.9.
x In coroll. 40.
y 2.par.ti.2. §.3.
z Quodlib. 11.art.1.G.
a Cap.fin.de iniur. l. qui occidit. §. in hæc ff. ad legem Aquil.
b l. si putator. ff. ad l. Aquil. & l. in l. Aquilia. 2.eod.
c In 4.de restit.q.18.
d In cap.sicut dignum. de homi ci.col-lum.2. c.fing.105. Pridie.1.col.
e In c.1.col.penul.de constit. & in ea.pen. de constit. & in ca. dilecti col.3. de custod.euchar. & ca.presbyterum de homicid.
f In c.1.col. 11.de constit. & in d.cap. sicut dignum col.fin.
g In c.1.col. 11.de constit. & §.12.
h verb. Restitutio.§.13. & §.12.
i In cap.si egressus de iniur.
k In cap.sicut dignum de homicid.
l Cap.quoniam contra nu.31.de probat.

a Quod lib. 11.art.3.
b De maiorit.
c 2 par.situ. 2.§.3.
d In 4.de restitut.q.33.& quodlib. 11. M.N.
e De rat. tegen.memb.1. q.3.
f Verb.restituatur. ca. peccatum de reg.iur.lib.6.
g Lin re mãdata. l. sed & si §.consulus ff. de pœtis.hæred.
h Cap. quid dicam.14. q. 4.
i In glos.2.c. Sicut hi. 47. dist.
k 1.Rhetor.c. 5.
l 1.2.q.3.ar. 2.
m §. si quid adiuncta. glo.
n De consib. lib.6.
o Arg. Authen. Multò magis.cap.de sacr. sanct. c. cum in cũctis de electio.
p 2.2.qu.73. art. 2. & in summa ver. Detractor.
q In 4.d.15. qu.10. col.4. & 5.
r Cap. quid dicam.14. q. 4.
s In glo. 2. c.sicut.47.di.
t In coroll. 69.
v 1.ad Timoth.5. & ca.sicut.47.d. sub fin. ibi qui suorum. 21.
x In ca. animaduertendũ.22.qu.2.
y Ca.primũ. 22.q.2.c.fe per eo de vsur.
z l. liber homo ff.ad legẽ Aquil.c. contingit de sent. excom.
a Cap.fin.de iniur. l. ex hac ff.si quadrup. paup. l. qua actione ff.ad l.Aquil.
b In coroll. 44.

tamen inquantum præiudicat alteri. Quemadmodum meum pactum non nunciandi tibi nouum opus, valet inquantum mihi soli præiudico, non autem inquantum reipublicæ præiudicat, [b] & condonatio iniuriæ facta per clericum valet, inquantum sibi præiudicat: non autem inquantum Ecclesiæ, & contra condonatio Ecclesiæ præiudicat sibi ipsi, etiã clerico, iuxta glossam 1. [a] vbi Panormitanus & Felinus pro quo facit glossa. [b] Omneque Pactum, quod continet præiudicium publicum, ac priuatum, quoad priuatum valet, & non quoad publicum, vt habet glossa recepta & singularis: [c] pro quo etiam facit cap. *cum tempore*. [d] & annotata in cap. *si diligenti*. [e] Nunc tamen magis, iuri consonum mihi videtur, quod condonatio solius infamati communiter sufficiat ad omnia. Damnum enim principale infamiæ est suum, licet minus principaliter, & tamquam ex repercussione, ac reuerberatione etiam attingat bonum publicum, sed sufficit condonatio illius, ad quem principaliter spectat damnum. Quippe si quis tibi combureret mille modios, vel saccos frumenti, quod habebas ad prouidendum ciuitati, & eleemosynas erogandas noceret pauperibus, & ciuitati, quia tamen damnum principaliter prouenit tibi, pauperibus verò, & Reipublicæ per consequentiam, sola tua remissio sufficeret. Velut etiam dotis alienatio, & legitimæ renunciatio iuratæ per vxorem, & filium non tantum ipsis præiudicant verum etiam earum filijs, & reipublicę ad quos consequenter pertingunt, [f] vt habet glossa singularis & finalis, [g] vbi post alios Georgius hoc annotauit. [h]

a *Le. ius gentium. §. si paciscar. ff. de pact. ea. si is qui, cum glo. 23. q. 4. c. Salonitana. 63. dist.*
b *1. ca. parochianos de sent. excom.*
c *In d. c. Salonitana.*
d *In l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact.*
e *De arbitr.*
f *De for. competet.*
f *Ca. eũ contingat de iur. iuran. c. licet eodem ti. l. 6.*
g *Cap. quãuis de pact. li. 6.*
h *Col. 22.*

A 486 Fundamenta autem, quæ mihi suadebant dictam concordiam, loquuntur de pactis, quæ æquè principaliter spectant ad rem publicam, vel alium, ac ad illum, qui ea facit, concludunt que esse apta quoad infamiam, quæ æquè principaliter pertinet ad alium vt ad infamatum, qualis est iniuria, quæ fit Monacho, clerico, & filio, quæ non minus principaliter pertinet ad Monasterium, Ecclesiam, ac patrem, quam ad ipsos, iuxta cap. *parochianos*, [a] ibi per glossam, Panormitanum, Felinum & alios, [b] & per glossam aliam. [c] Non tamen aliquid concludunt quoad infamiam, quæ ad solum infamatum principaliter spectat, cuiusmodi sunt communiter omnes. Confiteor tamen cum Adriano, [d] quod qui quempiam infamando, priuauit proximos, B exemplo, vel doctrina necessaria ad componendam suam vitam, debet damnum illud reparare, saltem ex charitate, vt ipse dicit. Addoque damnum spirituale quod obligat ad restitutionem, secundum omnes, non posse condonari per partem læsam, vt damnum famę, secundum eundem. [e] Supremus ille Deus, & homo IESVS CHRISTVS D. N. qui pro summa sua bonitate extremam pœnam pertulit pro nobis in huiusmodi tempore, quale est hoc suæ sacræ Passionis, in quo supremam manum imposui huic Commentario iam à viginti annis, & quo nunc ipsum recognitum edo, tribuat nobis mediocrem memoriam turpitudinis huius vitij, ac mediocriter coerceat nostras linguas, & aures suo sancto amore, ac timore, vt discernendo nostros defectus taceamus alienos, præter quam, quando, quomodo, & ob quam causam tenemur. Amen.

a *Cum annotatis.*
b *De sent. excom.*
c *ca. si is qui. 33. q. 4. & l. sed & si vnius. §. filio familias. ff. de in iur.*
d *Quodlib. 11. H. & in 4. de restitut. 9. 33.*
e *In 4. de restitut. q. 31.*

GLORIA DEO, NOBISQVE EIVS gratia, & indulgentia.

FINIS.

COM

COMMENTARIVS PRIMVS DE REGVLARIBVS

DE FINE PRINCIPALI, ET PAVPERTATE ipsorum, in capit. Cui portio. 12. quæst. 1.

AVTHORE MARTINO AB AZPILCVETA DOCTORE NAVARRO.

RECOGNITVRO mihi anno meæ ætatis nonagesimo, tres Commentarios, quos de paupertate Regularium in tria celebria cap.* quos anno ætatis meæ octogesimoprimo edideram, occurrerunt quædam tollenda, aliqua verò addenda, & nonnulla reformanda, & in ordinem aptiorem redigenda. Quod, vt aptius agerem, decreui titulum de paupertate, quem eis præmiseram, in titulum de Regularibus mutare, & præmittere alium commentarium in cap. Cui portio, * desumptum ex Beato Ambrosio * cuius hæc sunt verba.

* Scilicet *c. non dicatis. 12. q. 1. c. nullam. 18. q. 2. & ca. statuimus. 19. qu. 3.*

*CVI portio Deus est, nihil habet curare, nisi Deum: ne alterius impediatur necessitatis munere. Quod enim ad alia officia confertur, hoc religionis cultui, atque huic nostro officio decerpitur. Hæc enim vera est sacerdotis fuga abdicatio domesticorum, & quædam alienatio carissimorum: vt suis se abneget, qui seruire Deo * elegerit.*

* 12. quæst 1.
* *Amb. li. de fuga seculi. cap. 2.*

* Gessit, habetur in orig.

SVMMARIVM.

1 *Ioannes Trullus Abbas S. Christianæ laudatus.*
1 *Augustinus Romanus S. D. N. confessarius, & Sacrista laudatus.*
1 *Sermones in moralibus eò vtiliores quò specialiores.*
2 *Canonici regulares sine vitio ita vocantur.*
2 *Battologiam non omnis repetitio eiusdem verbi facit.*
3 *Geminatio eiusdem verbi vt sit rectè.*
4 *Canonici cur duplices regulares, & seculares.*
5 *Auctor cur noua pro promissis antiquis edit.*
5 *Roncæuallis hospitale omnium Hispaniæ præter Compostellanum antiquissimum.*
5 *Mariæ Virgini matri Roncæuallis patronæ cur hæc dicantur.*
5 *Maria Virgo vndecumque audit, sincerique cordis quantula quæque benignè suscipit.*
6 *Clericus omnis portio Dei, vel eius portio Deus.*
6 *Clericus non regularis capax temporalium.*
7 *Religionem ingressuri qualis debeat esse dispositio.*
7 *Religionis de ingressu vt parum consulendum.*
7 *Religionem vouens non bene dispositus sic ingreditur.*
8 *Religionẽ põt ingredi etiã filius familias & an seruus & debitor.*
8 *Hostes humani generis tres. Mundus, Caro, Dæmon.*
8 *Religionis bona pars scopi victoria triũ hostium.*
8 *Religionis substantialia, & sufficientia.*
9 *Vitæ Christianæ perfectio quæ. & quotuplex.*
9 *Caritas tripliciter dicitur perfecta. & 10.*
10 *Beatitudo vera quid, & quid perfecta, & quid imperfecta. & quotuplex est imperfecta, & ad quã tenetur conari religiosus.*
10 *Regularis carens animo tendendi ad perfectionem secundæ speciei secundum regulam suam, est in statu peccati mortalis.*
10 *Regularis tenetur conari non solùm ad beatitudinem patriæ, vt clerici, sed etiam ad hanc beatitudinem viæ.*
11 *Religioni se dedendi quæ causa fuit multis.*
11 *Mariæ virgo mater cur matri suæ petita negauit.*
11 *Voti paupertatis, licèt sit minus quàm castitatis, & obedientiæ, violatio plus nocuit religionis statui.*

QVÒ dicenda in contextu huius cap. luciditora, sapidioraque fiant, præmoneo sequentia. Primùm, quòd Reuerendus admodum in Christo pater Ioannes Trullus, Prior Canonicorum Regularium sanctæ Christianæ in Pyrenæo monte, qua parte Aragoniam di-

A uidit à Galliis, idemque eruditissimus nuper edidit egregium opus, quatuor libris digestum, in quo Canonicorum regularium ordinis antiquitatem, sanctitatem, & totum orbem Christianum olim amplexam amplitudinem, omniáque ad illam pertinentia elegantius, & vberius, quàm hactenus alius, quem viderim, tradit: in quorum quarto regulam totam exponens hoc fragmentum tractat, altè quidem & latè, conatus ordinem regularem paupertatis voluntariæ amore, & odio proprietatis afficere. Sed quia ea tradit more Theologorum concionantium potius in genere, quam in specie, quod ipsum ante fecerunt prientissimus Hugo à Sancto Victore, & celeberrimus Gersonus, & aliquot alij, & in iis etiam Iordanus à Saxonia, quem manu scriptum tradidit nobis Reuerendissimus in Christo pater Augustinus Romanus, tunc prouincialis Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, idemque quia eruditissimus iuxta ac prientissimus meritò ad sacras eius confessiones à Sanctiss. Domino nostro Gregorio XIII. assumptus, nunc autem etiam Ecclesiæ Sanctæ Romanæ Sacristæ officio ab eodem meritissimè auctus. Sed quia, inquam, omnes præfati tradiderunt ea in genere, nos autem more Canonistarum consulentium conamur sic generatim affectos speciatim admonere, quas facti species amplecti, quasque vitare oporteat, quo generalis ille vterque affectus semper & vbique perseueret illæsus, eo vtilior labor noster fuerit, quo sanctissimus ille, penèque omniscius Aquinas in prologo secundæ secundæ post Philosophum tradit, inter sermones morales vniuersales minus vtiles esse: eo quod actiones in particularibus sunt, eóque difficilius, quo maioris negotij est nosse generalia, & ea specialibus rectè aptare, quàm tantùm ea nosse.

B 2 Secundum, quòd licèt in præfatis quatuor commentariis de omnium Regularium ordinibus tractetur, præcipuè tamen de Canonicis Regularibus agitur, & ideo admoneo, quòd Ludouicus Viues Valentinus, quem ob eius natale solum, & insignem eruditionem suspicere, dum viuere, solebam, & vita defunctum veneror, satis leuiter [a] notauit nomenclaturam Canonicorum Regularium battologiæ, & professores eius ignorantiæ Græci sermonis, & arrogantiæ sanctitatis. Battologiæ quidem: quòd hæc duo Canonicus & Regularis sunt synonima, & ob id superua-

a *Super c. 15. lib. 3. de ciuit. Dei Beati Augustini.*

C caneè

caneè congeminata. Ignorantiæ verò Græci sermonis, quòd professores eius id ei visi sint ignorasse. Arrogantiæ autem sanctitatis, quòd geminata dictione nimiam sibi videntur arrogasse sanctitatem. Quæ non satis cautè tuisse obiecta grauiter monstrat eruditissimus idemque reuerendissimus Episcopus Segobiẽsis Don Didacus à Leyua, siue Couarruuias Præses Consilij Regij illustrissimus, olim auditor noster circiter septem annis feruentissimus, nunc autem lector suspiciendus, & dominus meus obseruandissimus [a] & post eum, & Ioannem de Nigra valle, & Augustinum Ticinensem, præfatus Ioannes Trullus [b] quod meritò iis paucis monstramus.

Primò quidem, quòd non fuit modestiæ censere tot, tanti, omniúmque ordinum antiquissimi viros, Græcè ac Latinè peritissimos ignorasse, κανονικὰ Græcè idem quod Latinè regulam sonare, quod quisque vel anniculus canonum auditor nouit. [c]

Deinde quòd non sit in ea eiusdem verbi cõgeminatio, sed diuersorum diuersæ linguæ, licèt idem significantium verborum coniunctio, quæ frequenter in Scriptura non superuacanee, sed prioris dictionis linguæ ignotæ expositionem operatur, vt in illo Christi [d] *abba pater omnia possibilia sunt tibi.* & in illo Apostoli. [e] *Clamamus abba pater.* & in illo eiusdem. [f] *Clamantem abba pater.* In quibus dictioni, abba, quæ idem, quod pater sonat, adiungitur quasi expositiuè dictio latina pater.

3 Tertio, quòd non omnis eiusdem verbi geminatio, siue repetitio, est battologia, sed tantum superflua, quæ nihil operatur, non enim battologus, sed grauissimus affectuum excitator putatur Dauid in illo. [g] *Deus Deus meus respice in me.* & illo. [h] *Deus Deus meus ad te de luce vigilo.* nec Christus in cruce clamans. [i] *Eli, Eli lammasabachthani.* nec Poeta. [k] *Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit.* Et in proposito nomenclatura prefata geminata mouere potest nominatum ad attentius expendendum suam' regulæ suæ seruandæ obligationem, dum audit se bis appellari regularem: nam & apud Iurisconsultos eiusdem clausulæ, vel dictionis geminatio plurimum operatur, auget enim fidei commissum. [l] Addit effectum clausulæ, *certe scientiæ*, & clausulæ, *non obstante*, & alia, quæ tradunt latius Felinus & citati ab eo. [m]

Quarto, quòd non sumpserunt sibi, vt ille innuit, Canonici Regulares illud nomen, sed Concilia œcumenica, & Pontifices Maximi sic eos appellarunt. [n] Nec abs re, quoniam verbum, *Canonicus*, genus est continens duas species clericorum. Alterum eorum, qui non solùm viuunt simul ex communi Ecclesiæ patrimonio, sed etiam habent, vel possunt habere patrimonia sæcularia separata: de quibus agit cap. quoniam. [o] Alterum eorum qui viuunt simul ex communi Ecclesiæ patrimonio, sed non habẽt, nec habere possunt patrimonia separata. Et ideo merito alij appellantur simplici nomine *Canonici*, quasi vno modo Regulares, & alij *Canonici Regulares:* quasi duplici obligatione vitæ canonicali adstricti. Ex quo infertur, quod *Canonicus Regularis* propriè appellatur Canonicus, vt homo, animal: quia species propriè continetur sub nomine generis, vt elegãter dicit Baldus receptus [p] qua ratione rectè defenditur glossa [q] putata ibi singularis à Cardinale & à Lanfranco & Felino [r] quatenus habet, Canonicum Regularem esse propriè canonicum, cui est alia similis [s] & pro illis est textus expressus. [t]

Tertium, quòd causa, cur prætermisis quibusdam aliis, quos in Opusculis meis promitto Cõmentariis hos, quos numquam antea cõceperam, concinnauerim, * iidemque currente rota pro vrceolis exierint, vt ille ait, canthari, fuit quòd à quamplurimis religiosis, præsertim Canonicis nostri ordinis Regularibus iam dudum, & nuper rogatus, & efflagitatus cogebar scripto facere interpretationem amplam celebris, cap. non dicatis: [v] quod ab hinc circiter quinquaginta annos interpretatus fueram verbo, sed exiliter in celeberrimo Roncæuallis monasterio, & hospitali generali omnium, quæ sunt in Hispaniis præter Cõpostellanum antiquissimo, sito in eiusdem vertice Pyrenæi, qua Celtas ab Iberis diuidens, Celtiberiam Nauarrã cingit. Quod etiam fuit in causa, cur ego, cũ alia mea vix fuerim ausus principibus mortalibus nuncupare, hos tamen Commentarios ausus fuerim dedicare immortali, & non quali quali, sed tibi, ô præpotentissima cælorum regina, virgo mater Maria.

Totus cui militat æther,
Quam trepidant Hereb: cui plurima terra, fretumque,
Vota, precesque ferunt.

quæ vera es θεοτόκος, quæque apud tuam Roncæuallem, licèt inter iuga desertaque montium, rupésque nubibus insessas, & niue canas, frigoréque rigentes, numquam non dignaris coli, numquam non miseris opitularis.

Quæque etsi à nostro spatiis ingentibus orbe
Disiungare, suos quantum polus eleuat ignes,
Non tamen humanos casus oblita, tuumque
Nil pertæsa genus, vigili mortalia cura
Suscipis, ac lacrymæ tangunt tua pectora nostræ,
Sumis & exiles sinceri cordis honores.

Hanc igitur quamrulamcumque oblationem interceſsione tua tuo Filio Deo Opt. Max. vt gratã facias, simul gratiosè accipias suppliciſsimè oro, & flagito, sperans fore, vt ea sit arra tuæ olim dulciſsimæ visionis, & illius, quæ nostra summa beatitudo sempiterna est eiusdẽ filij tui, summique Patris æterni, & Spiritus sancti vtriq; coæui, summæ, indiuiduæque Trinitatis. Amen. Quibus præmonitis.

6 Nota ex principio, hoc caput esse vnum de capitibus huius quæstionis, allegatis à Magistro nostro Gratiano, quæ meliùs probant propositionem suam, quam præponit in principio suæ quæstionis scilicet clericos *nihil proprium posidere debere.* probat enim neminem, cuius est portio Deus, nihil aliud, quàm Deum curare debere. At omnis clericus est persona, cuius portio est Deus, vt probat capit. cleros. [a] Ergo nullus clericus potest posidere aliquid aliud à Deo.

Nec obstat, quòd etiam dicitur clericus, qui habet pro sua sorte Deum, vt in capite sequenti, quia tam is qui est sors, & pars Dei, quàm is, cuius pars est Deus videtur debere esse contentus: cùm Deus sit omnipotens, & infinitus, omnia implens [b] & idem probat hoc caput paulo inferius ibi, *Hæc est vera sacerdotis fuga, abdicatio domesticorum, & quædam alienatio cariſsimorum.* Et ibi, *Vt suis se abneget, qui seruire Deo elegerit.* Ad idẽ facit, quod ait S. Hieronymus, [c] scilicet, *duo esse genera Christianorum. Alterum Clericorum & Deo deuotorum, cui nulla debet esse cura temporalium, quod corona, seu ratio capitum eorum significat. Alterum laicorum, cui est cura temporalium.* Et hanc sententiam tenuit Magister Gratianus. [d] Sed contrarium tenet glossa communiter recepta in summa. [e] Pro qua sunt casus in cap. Episcopi. quod est Concilij Agathẽsis * & in ca. manifesta. quod est Martini Papæ, * & in cap. sint manifestę. quod est canon Apostolorum: * quę omnia efficaciter probant, clericos, etiam sacris ordinibus initiatos, etiam presbyteros, immo & Episcopos posse habere proprium, & posidere bona propria profana, sicut possunt laici.

Nec obstant hoc caput & alia pro notabili nostro citata, cum multis aliis, quæ in hac quæstione Gratianus congerit, quoniam intelligenda sunt de clericis regularibus, siue religiosis, qui expresè, vel tacitè renũciauerunt omnibus bonis temporalibus, vel de clericis sæcularibus voto paupertatis simplici adstrictis, vt dicetur infra. [f] Per solum enim clericatum, nec ordinem sacrum, nec episcopatum, nec Papatum perditur capacitas quærendi, & retinendi dominium, & possesionem bonorum temporaliũ, neque facultas disponendi de illis per contractus, cùm viuunt, neque per vltimas voluntates cùm viuunt, vel moriuntur, vt quoſdam timentes, vbi non est timor audiui timere: & ideo cognatos, & legitimos hæredes, etiam pauperes à bonis suis alienare. quod caput hoc male intellectum significat faciendum, Quin & aliquot religiosos, immò & clericos sæculares intellexi id consuluisse, vt sibi relinquerentur ad faciendas missas, & alia officia diuina: quod iustè quidem potuerunt consulere, si ea ratione id fecerunt, quia erant meliora, & Deo placidiora, quàm relinquere cognatis, etiam egenis: non autem si cupiditate magis, quàm caritate id fecerunt, [g] neque si errore iuris malè consuluerunt, putantes non licere ipsis relinquere, vel donare illa, quibus vellent contra cap. episcopi, [h] & alia superius citata.

Baptiſ. Mantua. 1. Parthe.

a 21. diſtinct.

b Cap. 1. de ſum. Trin. & fid. catho.
c Hieron. ad quẽdã ſuum leuitam in cap. ſeq.

d In c. præcipimus. §. ergo. infr. eod. cauſ. & qu.
e Supra eadẽ cauſ. & que.
* Concil. Agath. c. 48.
* Mart. bracharenſis ex Can. 4. concilij Antio. cap. 15.
* Can. Apoſt. c. 40.

f Num. 19.

g Arg. c. fin. 17. q. 4.
h Huius cauſæ & queſt.

a *In ſtem. 1. de homicid. 1. par.*
b *Lib. 1. ca. 7. de ordine Cancnicor. Regular.*
c *Ca. canon. 3. diſt.*
d *Mare. c. 14.*
e *Rom. 8.*
f *Ad Galat. 4.*
g *Pſalm. 21.*
h *Pſalm. 62.*
i *Matth. 27.*
k *Eglog. 2.*
l *Leg. balliſta. ff. ad ſenatuſ. conſ. Trebellian.*
m *In c. ſi quã do. verſi. geminatio. nu. 14. & in cap. nonnulli. nu. 14. de reſcrip.*
n *In c. nullus. & in ca. mãdamus. 19. q. 3. & in rub. de ſtatu monachorum, & canonicorum regularium, & in ca. quod Dei timorem. & in ca. ſinguli. verſ. hoc ipſum. eod. tit.*
o *De vit. & honeſt. cleric.*
p *In l. 2. C. de de iure au reor. amnior.*
q *Clem. diſpẽdioſam. de iudic. verbo beneficiũ.*
r *In ca. poſtulaſti. col. 9. de reſcrip.*
s *In c. ſi canonici. de offic. ordina. lib. 6.*
t *In c. ſtatuimus. 19. q. 3.*
* *Hor. in ar.*
v *12. quæſt. 1.*

7 Secundo nota ex eodem capite & prędictis, quòd regulares, & religiosi expresè, vel tacitè professi solùm Deum, & quæ Dei sunt curare deberent. Pro cuius ampliori declaratione admonemus sequentia.

Primum, quòd multi parum religiosè intrant religiones, & ideo ingressi facilè egrediuntur, vel professi laxè illas seruant: multi enim fortè admoniti, quod Sanctus Thomas definit, [a] scilicet, quòd intrarit religionem nõ debet esse necessario in præceptorum obseruantia exercitatus, neque consulere multum super suo ingressu: quia in certis non est multum consulendum secundum Philosophum, * & certum est ingressum de se esse bonum: certum item neminem viribus suis innatis rectè illam seruare posse: viribus autem à Deo inditis quemlibet posse: multi, inquam, fortè hæc admoniti sine alia præuia dispositione eas ingrediuntur, alius quidem parentum metu, vel importunitate: alius, vt se de illis vindicet ingerendo illis dolorem: alius, vt viret iustas reprehensiones, fugiat curas, labores, egestatem, opprobrium, vel contemptum aliorum: alius, vt fiat abbas, prior, commendatarius, beneficiarius: alius, quia se prius voto, ira, leuitate, timore mortis, vel alia de causa, quàm deuotionis, vouit ingressum. Sanctus enim Thomas, vt rectè Caietanus in regenda religione versatissimus: quippe qui fuit Generalis Illustrissimi Ordinis Prædicatorũ prouidentissimus [b] aduertit, non est intelligendus de quocumque intrare volente: sed tantùm de bene dispositos: qualis est, qui omnem suam fiduciam sustinendi onus religionis ponit in Deo & interiori affectu vere vult relinquere omnia, ita vt non remaneat affectus ad honorem, nõ ad gloriam, non ad carnem, & sanguinem, neque ad id genus alia: quia in hac renunciatione, seu expropriatione cõstituunt sumptus ędificandi turrim perfectionis in religione, de qua Christus loquitur, [c] nã sine hac interiore renunciatione, siue expropriatione, vt ille ait, numquam ædificabit eam, numquam ad perfectionem peruenier, sed patebit risui. Sicut enim taliter renũcianti, & se abdicanti iugum religionis est suaue: quoniam aufert perturbantia, & molestiam inducentia, vt B. Gregorius citatus ibi à Sancto Thoma dicit, & consolationem dilectionis intrinsecã adfert, ita terrenè sibi imponenti sine tali renunciatione, siue computatione sumptuum fit laboriosum, & molestum, & est palato non sano insuauis panis, qui sano est suauis.

Secundum, quod ex hoc sequitur esse verum id, quod nos latius probauimus [d] scilicet grauiter errare illos, qui anhelant, & nihil non faciunt, vt obtineant à regibus, & principibus, quibus est à Sede Apostolica concessa facultas recipiendi ad ordines militares habitus ordinum militarium principaliùs causa honoris, & ambitionis, & immunitatum ratione illorum competentium: vel spe consequendi commendas magnorum redituum, quàm voluntate pugnãdi aduersus infideles pro defensione fidei, nulla renunciatione, siue expropriatione præfata procurata, immo aucta cupiditate honoris, & diuitiarũ ratione prædictorum habituum à crucibus signatorum speratorum.

Tertium, quòd qui non sunt ita dispositi, debent hanc dispositionem procurare, orationibus, eleemosynis, confessione, lectione, scripturæ, cõcionibus audiendis, & differre ingressum, donec eam acquirant. Quod est intelligendum de illo, qui non vouit ingressum: nam qui eum vouit nõ potest dilatione huiusmodi vti: quia tenetur intrare intra tempus tacitè, vel expresè determinatum: quoniam omnia vota sunt intra tale tempus implenda, secundum sanctum Thomam receptum [e] qui [f] addit quòd res laudabilis est vouere religionis ingressum: quamuis vt ibi monet Caietanus, non debet esse quis ad id facilis. Poterit autem qui vouit votum implere illud sine tali dispositione, concepta spe, & fiducia, quòd eam dabit Dominus ingresso. Aduertendum tamen, quòd non omnia vota, vel professiones malè, & imprudenter facta, sunt paris conditionis: quoniam alia, quorum maior pars est, valent, & obligant: alia vero ipso iure sunt nulla: & ideo non obligant: vt latius traditur infra. [g]

Quartum, quòd ita dispositus iustè potest ingredi religionem, etiam si sit seruus, cõsentiente domino, aliàs non, imo si eo contradicente vel ignorante ingrediatur, etiam post factam professionem potest repeti à domino, cũ omnibus, quæ in monasterium intulit intra triennium à tempore scientię domini, data securitate impunitatis, vt colligitur ex vtroque iure. [a] Potest etiã ingredi filius familias etiã inuito patre sub cuius est potestate: nisi parentes tanta egestate laborarent, quod probabiliter non possent sustentari eo ingresso, secundum Thomã, [b] quamuis contrà pater non posset iustè ingredi relictis liberis sine rebus ad educationem necessariis, secundum cũdem pulchra in id ratione diuersitatis reddita. Potest etiam iustè ingredi debitor de consensu creditorum, & etiam eis inuitis, cedendo bonis suis, & derelinquẽdo ea illis, secundum eundem S. Thomam, [c] quod etiam asseruit Innocentius, [d] quẽ Antoninus & Communis probant. [e] Pro quibus facit primo auctoritas S. Thomę. Secundo facit c. duæ: [f] quatenus habet, legem Dei priuatam preferendam legi hominum publicę, & ideo Rectorem Ecclesiæ posse sine licentia episcopali, ad religionem transire, licèt sit debitor Ecclesiæ suæ cuius regimen sponte assumpsit.

Tertio facit cap. licet [g] quatenus habet, obligatum vni religioni etiam per professionem solemnem posse transire ad strictiorem, etiam non obtenta licentia superioris. [h]

Quarto, quòd vtroque iure cedens bonis suis liberatur à carcere. [i] Contrarium tamẽ tenet Maior, [k] cui adhęreo, primo per cap. commissum [l] qua parte habet, eum qui iuraut ducere aliquam in vxorem, prius debere eã ducere, quàm intrare religionem, etiam si ad id lege priuata duceratur, & postea ingredi illam, & non alia ratione, quã quia debitor prius debet soluere debita, quã intrare. Ergo &c.

Secundò, quòd S. Thomas vbi supra, quem ibi commendat in hoc Caietanus determinat debita certa soluenda esse ante ingressum.

Tertio facit, quòd secundũ eundem S. Thomam obligatus ad ratiocinia, prius debet illa reddere, quàm intrare, quod probat c. 1. [m] & tam Innocentius [n] quàm Antonius & alij [o] illud pro certo habent in obligato ad ratiocinia publica, imo & est casus expressus in l. officiales [p] & glossa recepta. [q]

Quarto, quòd debitor lege naturali, & diuina tenetur soluere debitum iuxta septimũ præceptum Decalogi [r] relatum in ca. quid in omnibus, [s] quo non solùm vetatur acceptio iniusta alicui, sed etiam retentio, [t] à qua obligatione non videtur absoluere ingressus religionis plusquam à iuramento ducendi vxorem, à quo non absoluere talem ingredientem probat prædictum cap. commissum.

Quinto facit, quòd absurdum videtur, vt qui doctor, mercator, pictor, scriptor, vel alia arte, industria, vel munere pollens, vno vel altero anno potest lucrifacere centum, vel ducenta, quæ mutuo accepit, ingrediatur religionem, & fraudet creditorem valde fortasis eis egentem.

Sexto, quòd nõ omnis cessio bonorum excusat cedentem à soluendo, non enim excusat illa, quæ fraudulenter fit, vt probat lex vlt. [v] secundum primũ intellectum glossę, & latè post alios à se citatos tradit Iason. [x] Imo sola illa cessio, quam quis facit, ob inopiam contingentem per infortunium, & ob veram impotentiam non soluendi debita iusta, vt egregiè de more sentit Dominicus Sotus. [y] At qui pollet arte, viribus, industria, vel aliquo munere, quo potest honestè lucrari ea quę debet, & ne quærendo aliis, laboret, & ferat molestias, cedit bonis, non cedit verè bonis, propter veram inopiam, & impotentiam soluendi, nisi creditores vrgerent eum ad statim soluendum per coniectionem in carcerem. ergo cessio, quam debitor sponte facit creditoribus non vrgentibus, ingrediendo monasterium, non excusat eum à peccato non soluendi debita sua.

Septimo facit, quòd non obstant in contrarium citata, ad primum enim respondetur, quòd S. Thomas nõ loquitur de omni debitore ingrediente, sed tantùm de illo, qui cedit bonis, & facit quod potest ad soluenda debita, & non potest soluere: qualem nos quoque cõcedimus posse iustè intrare, imo & quemcúque alium, de quo est probabile non posse manendo in sæculo lucrifacere soluenda, huiusmodi enim debitor iustè quo ad forũ animæ posset intrare etiã nulla cessione bonorũ præmissa, modo bona fide indicaret & relinqueret ea quæ haber creditoribus.

Ad secundum concedo legem Dei priuatam præfe-

a 2. 2. qu. 189. art. 1.
* *Ariſt. 3. ethic. cap. 3.*
b *In dicto art. 1.*
c *Luc. 14.*
* *Greg. li. 4. mor. c. 20.*
d *In commẽt. de reditib. eccleſ. compoſito ſuper ca. quoniã quidquid. 16. q. 1. q. 3. in 13.*
e *1. 2. qu. 88. art. 3. ad 3.*
f *Queſt. 189. art. 2.*
g *In Cõmenta. ca. non dicatis. nu. 37.*

a *Cap. ſi ſeruus. 2. 54. dic. ca. ſi quis incognitus. 17. q. 2. & §. 1. auth. de monachis. collat. 1.*
b *1. 2. 2. qu. ſi. art. 6.*
c *Ibid. ad 3.*
d *In rubr. de obligat. ad ratiocin.*
e *In c. 1. eiuſdem tit.*
f *19. q. 2.*
g *De regul.*
h *Cap. licet. de regulis.*
i *Leg. 1. & 4. ff de ceſſ bon. & l. fin. ff. de his, qui bon. ceſſ.*
k *In 4. di. 38. q 2 col. ante pen.*
l *De ſponſal.*
m *De oblig. ad ratio.*
n *In rubr.*
o *In d. cap.*
p *C. de epiſc. & cler.*
q *In d. cap. 1.*
r *Exod. 20.*
s *22. qua. 7.*
t *Cap. ſæpe. de reſt. ſpol.*
v *§. vlt. ff. quæ in fraud. cred.*
x *In §. Item ſi quis in fraudem. nu. 92. inſti. de act. & in § fin. n. 9. eod. tit.*
y *In 4. lib. q. 7. art. vlt. de iuſt. & iur.*

rendam publicę humanæ,modo sciatur,vel iustè credatur esse lex Dei,vel inspiratio eius: qualis tamen non est omnis inspiratio ad intrandam religionem,vel transeundum ad strictiorem,vt probat ca.statuimus,[a] quod in hoc ponderauit glossa [b] & qualis est credenda illa, qua debitor potens honesto modo soluere debita differendo aliquanto tempore religionis ingressum, incitatur ad ingrediendum statim fraudato suo creditore,quum sit contra legem non solùm humanam, sed naturalem ipsiusmet Dei, vt probatum est: imo merito credi potest, esse spiritus diaboli in lucis angelum se transformantis, quod sæpe facere Dæmonem monet Paulus.[c]

Ad tertium respondetur idem quod ad secundum.

Ad quartum respondet sextú pro hac parte formatum. Concludendum itaque est, quòd debitor siue fisci, siue priuati, qui potest honestè lucrari soluenda differendo aliquanto tempore ingressum religionis, quem creditores non vrgent ad statim soluendũ per coniectionem in carcerem, peccat ingrediendo religionem inuitis & fraudatis creditoribus,nisi monasterium velit pro eo soluere, & probabiliter credit se intra illud æquè vel melius lucraturum,quò eis soluat.Quod videtur procedere etiam in eo, qui vouit ingredi etiam intra certum tempus:quia votum posterius non tollit obligationẽ anteriorem,[d] nec potest esse vinculum iniquitatis.[e] An autem ingressus,& professus teneatur soluere manẽdo in religione traditur infra.[g]

Quintum principale sit,quòd licet neuter Thomas exprimat, vterque tamen sentit, quòd bona pars prædictæ dispositionis bonæ ad intrandum monasterium consistit in præfigendo scopum, & finem sui ingressus victoriam assequendam in se defendendo ab illis tribus horrendis monstris,carne,Dæmone,& mundo, de quibus est illud [h] *Omne quod est in mundo, est concupiscentia carnis,concupiscentia oculorum.& superbia vitæ,*Et illud distichon Mantuani.

Ambitiosus honos,& opes,& fœda voluptas,
Hæc tria pro trino numine mundus habet.

Emittẽdo votum castitatis,contra primũ: votum paupertatis,contra secundum:votú obedientiæ, contra tertium.

Sextũ,quòd hæc sunt tria vota essentialia,siue substantialia religionis strictissimè acceptæ,eo quòd sine illis nõ constat,& illa legitimè facta sufficiunt iuxta S. Thomam receptum,[i] Panormitanum,& Communem,[k] vt infra[l] dicam.De quorum votorum doubus scilicet paupertatis & obedientiæ habetur in cap.non dicatis [m] & de votis paupertatis, & castitatis [n] & de obedientia in dicto cap. non dicatis [o] qua parte habent regulare non habere nolle neque velle, eo quòd voluntas eius à superioris pendeat arbitrio, quod desumi potuit ex fine præfati cap. non dicatis. habente eum non solùm facultatibus, sed etiam voluntati renunciasse.

Septimum ex his sequi, quòd quisquis vouit tria substantialia vota religionis legitimæ,est verè,& dicitur propriè religiosus,vel religiosa siue regularis,quod idem sonat,per notata [p] & ob id eo frequentius vtar,quàm verbo religiosus:quia est breuius, & vtrumque sexum comprehendit:non tamen omnis regularis siue religiosus dicitur propriè monachus: quia canonicus regularis dicitur religiosus,& regularis,per definitionem regularis,& religiosi positam per Panormitanum & alios: [q] non tamen propriè est monachus,[r] & ideo in pœnalibus,& exorbitantibus appellatione monachi, non venit canonicus regularis,vt defendimus in comment. cap. nullam. [s] quem cum hoc edimus.

9 Octauum,quòd licèt etiam neuter Thomas vbi supra exprimat, sentit tamen vterque & alij alibi exprimunt, quod bonę dispositionis ingressuri religionem pars bona consistit etiam in præfigendo sibi pro scopo sui ingressus, perfectionem vitæ Christianæ.

Perfectio autem vitæ Christianæ consistit essentialiter siue substantialiter, & simpliciter in caritate, in alijs autem virtutibus solum accidentaliter, & secundum quid tantùm,vt probat ca.caritas.2.[t] & declarat vterque Thomas [v] & Aquinas alibi. [x] Tum per illud Pauli. [y] *Super omnia caritatem habete,quæ est vinculum perfectionis.* quia scilicet omnes alias virtutes quodammodo ligat in vnitatẽ perfectam. Tum quia vnumquodque dicitur perfectum in quantum attingit proprium finem,qui est vltima rei perfectio. Caritas autem est quæ vnit nos Deo, qui est vltimus finis humanæ mentis.*Nam qui manet in caritate, in Deo manet,& Deus in eo.*[a]

Nonum,quòd perfectio hæc, & vita simpliciter & essentialiter Christianę caritatis est triplex.Prima,qua totũ cor hominis actualiter semper fertur in Deum,& hęc perfectio est caritatis patriæ,quæ non est possibilis in hac vita,in qua impossibile est propter humanæ vitæ infirmitatem semper actu cogitare de Deo, rebúsque diuinis, eisdemque frui prætermissis aliis. Secunda, qua quis fertur in Deum semper, nisi quantum necessitas præsentis vitæ requirit,quæ est possibilis in via, non tamen est communis omnibus habentibus caritatem.Tertia,qua quis habitualiter rorum cor suum ponit in Deo, ita scilicet, quòd nihil cogitet, & velit, quod diuinæ dilectioni sit contrarium:quę perfectio est communis omnibus caritatem habentibus: nemo enim potest esse bonus sine illa, & cum ea quiliber est talis: quia illa excludit peccatum mortale, & excluditur ab eo,iuxta iura,[b] & tradit S.Thomas. [c]

10 Decimum,quòd etiam bona pars dispositionis ad intrandum religionem consistit in præfigendo pro scopo,& fine beatitudinem, non solum perfectam patriæ, & alterius vitæ,sed etiam imperfectam viæ,& huius vitæ magis in dies perficiendam. omnes enim vt alibi [d] diximus, & probamus, desideramus, & desiderare debemus beatitudinem veram,quæ(quicquid hallucinati fuerint Philosophi Ethnici)est *cognitio, & fruitio Dei Opt. Max.* quæque est duplex.Altera perfecta,altera imperfecta.Perfecta est *cognitio Dei intellectiua, intuitiua perpetua, cum fruitione eiusdem producente summum gaudium.& delectationem, & satietatẽ omnium desiderabilium,* cuius partes ibi [e] declarantur, quæ in hac vita mortali non potest haberi: quia in ea nulla cognitio eius est intuitiua.*Nemo enim vidit Deum vnquam.* [f] nisi corpore exuto per mortem, vel quasi per raptum, vt S. Thomas ibi [g] declarat:& quia interrumpitur esu, somno, & aliis ad vitam necessariis. Imperfecta vero haberi potest in hac vita:quia illa est(vt ibidem [h] definitur) *cognitio Dei intellectiua,nõ intuitiua perpetua,cum fruitione eiusdẽ,*cuius partes etiam ibi declarantur. Hæc autem beatitudo vera, sed imperfecta viæ,& huius vitæ est triplex,vt ibid. [i] Prima,infima,qua sola vi naturali Deus cognoscitur,& amatur. Secunda maior,qua vi naturali eleuata fide catholica, absque tamen gratia,& caritate cognoscitur, & amatur. Tertia maxima,qua vi naturali munita fide,& superaddita gratia gratum faciente,cognoscitur, & diligitur. Hæc tertia non compatitur sibi peccatum mortale,iuxta capit. & [k] S.Thomá,[l] aliæ verò duæ sic Apostolus [m] & S.Thomas [n] sentit. [o] Vt ergo intraturus religionem sit bene dispositus, debet habere desiderium non solùm beatitudinis perfectæ in alia vita, quæ est secundum caritatem perfectam primo modo supra dicto, ad quam omnes anhelamus,vel anhelare debemus, sed etiam beatitudinis imperfectæ huius vitæ, non tantùm secundum caritatem perfectam tertio modo perfectionis supra dictæ, quæ communis est omnibus habentibus caritatem, qua scilicet quis habitualiter ita fertur in Deum, vt nil velit, quod sit eius offensa mortalis,sed etiam secundum caritatem perfectam secundo modo, quo quis fertur in Deum actualiter semper nisi quando necessaria vitæ ab illa impediunt,religiosus enim semper debet niti,vt cognitio,& fruitio eius de Deo in dies fiat maior, & magis continua, adeo quidem,quòd S.Thomas implicitè,& Caietanus explicitè [p] dicunt,quòd religiosus non habens animum tendendi ad perfectionem præfatam secundæ speciei secundum regulam suam est in statu peccati mortalis,licèt non ex eo solo,quòd actu non tendat in eam:quę est conclusio terribilis multis religiosis,qui nec actu seu actualiter, nec virtute,seu virtualiter habent animum se in dies magis in caritate perficiendi,nec curant plusquam boni clerici sæculares vel laici,ad eam tendere. Et ne dicas hoc & octauum præsuppositum idem continere, eo quòd perfectio viæ,& beatitudo vię,idem esse videantur,considera quòd perfectio,& beatitudo differunt,eo quòd perfectio respicit habitum caritatis etiam sine actu,qualem habet,qui est ornatus gratia gratum faciente,& caritate habituali,licèt

nil de

a *In verbo (Ieuiatis) 19.q.3.*
b *Ibidem in verb.(distributionis.)*
c 2. *Cor.* 11.
d *Per d.c. cõmissum.*
e *Argu. cap. quãto de iureur. & c. in malis.22.qu. 4.*
f *In commen ca. non dicatis.*
g *Eadẽ causa,& q.n.10.*
h 1. *Ioan.*2.
i 2.2. *q.*186. *art.*6.& 7.
k *In rubr. de regular.& in c. ecclesia. de constit.*
l *Num.*13.
m *Infra ead. quæst.*
n *In ca cum ad monastẽrium.* §. 1. & *fin. de stat. monach.*
o *Et in cap. quorundam & c si religiosus. de electõ. lib.*6.
p *In rubr. de reg.*
q *In rubr. de regul.*
r *Arg. rub. & cap. quod Dei timorẽ. de stat. mon.* §18.*quæst.*2.
s *Depœ.d.*2. v 2.2.*q.*184. *art.*1.
x *In Opusc.* 18. *art.* 1. & *seq*
y *Ad Colloss.* 3.

a 1. *Ioan.*4.
b *Cap. cũ reuunciatur.* 32.*q.*1. & c. *caritas.*2. *de pœn. dist.*2.
c 2.2.*q.*24. *art.*12.
d *In prælud.* 4. *Manual. nostri Confessariorum, num.*11.
e *Num.* 8.
f 1*oan.*1.
g 1. *lect.col.*3.
h *Num.*10.
i *Num.*11.
k *Cap. caritas.* 2. *de pœ. dist.*2.
l 2.2.*qu.*24. *art.*12.
m 1. *adCor.* 13.
n 2.2. *qu.*4. *ar.* 3. & 4.
o *Et q.*2. *ar.* 9.
p 2.2.*q.*184. *art.*5. *ad* 2.

nil de Deo cogitet,& dormiat.Beatitudo autem, quia est actus & operatio,vt S.Tho.recep.docet,[a] requirit actualem cognitionẽ & fruitionem, quæ non sunt habitus,sed actus, quibus anima dilecta cognoscit, & amat suauiter dilectũ suũ,& dominũ Deum, vt [b] diximus: & ideo sicut caritas perfecta primo modo nõ potest esse in hac vita,ita neque beatitudo imperfecta continua:quia interrúpitur esu,somno,& aliis naturæ conseruandæ necessariis, quẽadmodũ contra vt beatitudo patriæ non potest non esse continua & perpetua,ita caritas illius etiam est perfecta primo modo,sicut vbi supra,[c] probatur. Quare vt perfectio caritatis secundo vel tertio modo accepta,tantò magis est perfecta,quantò magis continuè per eam diligitur Deus,ita beatitudo viæ est tantò magis perfecta, quantò est similior beatitudini patriæ, quæ numquã interrumpitur.Quibus est consequens, quòd sicut religiosi muneris est conari ad caritatem secundo modo perfectam, ita est etiam conari,vt cognitione & fruitione Dei,quæ est beatitudo viæ,in dies magis continuè fruatur.

11 Vndecimũ,quòd præfatæ dispositiones, & desidetia vincendi carnem, mundum, & diabolum, & adipiscendi perfectionem caritatis secũdæ speciei huius vitæ,& fruẽdi beatitudine imperfecta omni tempore,quo vitæ necessitas non abducit ab ea, fuerunt causa quæ plurimos viros,& fœminas à nuptiis,negotiatione,agricultura, & aliis artibus etiam sedentariis,& aliis senecauit in eremũ, solitudinem,clericatum, & monachismum anachoritarũ, & cœnobitarum.Hæc eadem caussa mouit virginem matrem adhuc puellam, assuetam Dei diuúmque colloquiis ad negandũ matri roganti,vt more cõmuni vellet sibi dare nepotes,in Parthenicis in hæc verba.

Bapt. Mant. in Partheni. Mar.
Non poterit maculare meum Venus vlla cubile
Virgineumque decus.

Duodecimum principale , quòd quamuis votum paupertatis suapte natura videatur facilius seruatu : quia facilius est,vt ait S. Greg. *relinquere nostra*, quæ votum paupertatis respicit,*quàm nos ipsos*,quòd fit voto castitatis , & obediẽtię:& licèt sit minus aliis duob[9],vt sentit S. Tho.[d] violatio tamen eius videtur fuisse frequentior causa lapsus religionum,& earum obseruantiæ, quàm violatio aliorum,& quæ difficilius corrigitur : quia eius culpa magis latet,& rarius agnoscitur , quàm violationis castitatis, & obedientiæ, cuius primordia induxerunt Ananias , & Saphira,[e] de quibus Baptista Mant.

Hic rapuit miseros Saphiram cum coniuge vortex,
Terraq; mendaces condidit vna duos.

Quare huius voti obligationis penetralia altius rimari conabimur.

Greg. hom. 33. in euang.
d *Vbi supra art.*8.
e *Actor.*5.

SVMMARIVM.

12 Dominium & proprietas idem,& quid,& quotuplex possessio.
12 Dominium,& quasi dominium quid.
13 Vsufructus & vsus duplex.
14 Administrandi ius non est dominium,& c.
14. Peculium vnde dictum,& est octuplex, maximè autem quadruplex,& additur nonum.
15 Peculium duplex alterum iustum,alterum iniustum.
15 Proprium duplex quoad ius, & vsum simplicem facti, & melius in c.non dicatis.nu.15.
16 Paupertas quid,& vnde deducta,& an differat ab inopia.
16 Pecuniæ nomine quid continetur.
17 Paupertas duplex,interior,qua triplex,& exterior.
17 Paupertas exterior duplex,voluntaria,quæ rursus multiplex, & coacta;illa vt plurimùm melior ista.
18 Paupertatem etiam simpliciter vouens ad quid obligatur.
18 Paupertas quæ ad constituendam veram religionem necessaria.
18 Vota tria substantialia religionis non faciunt illam , nisi fiant in religione approbata , etiamsi in modo viuendi approbato fiant.
19 Paupertatis votum solenne sufficiens sit dupliciter tacitè.
19 Votum obedientiæ secundum regulam approbatam, includit vota castitatis,& paupertatis sufficienter , sine alia expressione:quæ tamen etiam expressè aliter facta non sufficiunt.
19 Turris nouæ speculorũ nobiles Romanas non esse vere religiosas.
19 Votum simplex paupertatis licèt non impediat acquisitionem, impedit tamen ne illa sit iusta.
19 Adquiri alteri nemo liber nisi,&c.

12 Decimumtertium principale sit, quòd dominiũ, & proprietas eiusdẽ rei sunt idem iurisperitis[a] & differt à possessione,*quæ est ius insistendi rei non prohibitæ possideri,*iuxta Bartholum. [b] Possessio autem ita definita differt ab insistentia,& detinentia facti, quæ est non ius, sed solum factum [c] qualem habet commodatarius,depositarius, colonus, & quicunque detinet de facto rem. Per possessionem autem intelligo etiam quasi possessionem,quæ est ius quasi insistendi rei incorporali.[d]

Decimumquartum,quòd dominium siue proprietas est *ius perfectè disponendi de re, nisi lege prohibeatur , saluo iure alterius,*vt colligitur ex Bartholo & Aretino. [e] Dixi *ius* pro genere,omne quippe dominium siue proprietas est ius, non contra : nam omnis obligatio est ius: [f] omnis item actio [g] & omnis seruitus [h] non tamen dominium neque proprietas.Dixi *perfectè disponendi* ad differentiã vsus fructus,quem qui habet non potest disponere de re perfectè:quia est ius vtendi, & fruendi alienis rebus ,salua substantia , [i] & ad differentiam vsus, qui est ius vtendi rebus alienis. [k] Dixi *re* non addendo *corporali* vt addit Bartolus qui solius rei corporalis dominium definire voluit: quia nos definimus dominium prout extenditur etiam ad quasi dominium , quod etiam est rerum incorporalium, cuiusmodi est beneficium Ecclesiasticum, iurisdictio , & ius præsentandi , eligendi , conferendi , visitandi , & id genus alia , in quibus etiam datur proprietas à possessione distincta, vt de iurisdictione in cap. licèt causam [l] de iure eligendi,cap.cum ecclesia Sutrina. [m] de iure conferendi. cap.cum super,[n] de iure visitandi cap. cum ex officij,[o] & de iure præsentandi cap. consultationibus,[p] *& de beneficio clem.1.* [q] Dixi *nisi Lege prohibeatur* , ad includendum dominium pupillorum,qui licèt sint veri domini, non possunt disponere perfectè de rebus suis donando,alienãdo &c. [r] & eorum qui habent bona prohibita alienari, [s] & quorundam vxoris transeuntis ad secundas nuptias. [t] Dixi *saluo iure alterius,*quod Aretinus vbi sup.addidit Bartholo,ad includendum dominium directum ſeparatum ab vtili, & vtile ſeparatum à directo,quę qui habent,possunt quidem disponere perfectè,sed saluo iure alterius.[v]

13 Decimumquintum,quòd his est cõsequens differentiam esse inter dominium,vsum fructum,vsum,qui est ius, & vsum facti. Dominus enim de re ipsa disponit , vsufructuarius autem de solis fructibus rei, vsuarius verò de solis fructibus ad suum tantum vsum, ita quòd nec donare, nec locare potest quidquam ex eis,[x] vsus verò simplex facti qui nõ est ius,qualem habet seruus in eo,quod vestit [y] quale conuiua in eduliis ab inuitante sibi appositis , qualem etiam frater Minor in his quæ comedit,& vestit,cap. exiit [z] omnium in hoc aptissimo, cui consonat clem.exiui.[a] quãuis dissonare videantur extranagantes, cum inter nonnullos.& quia quorundam Ioannis xxij.[b] ad quæ respondimus in commentario de reditib.[c] posteaquam prædicta [d] probauimus post Sotum [e] & post Aluarum Pelagium, [f] quem ille non citat,testantem intentionis prędicti Ioannis xxij.cui fuit familiaris,fuisse id quod prędiximus. Quin & talem tantùm habet omnis regularis non solùm ordinum mendicantium , sed etiam aliorum habentium bona in communi, quorum de numero sunt hodie omnes præter illos Franciscanos,quos vulgus vocat obseruantes, & Capucinos post Concil. Trident. [g] nullus enim eorum habet vllum dominium in particulari: [h] talem habet etiam constitutus in extrema necessitate in rebus alienis, quod etiam Soto vbi supra placuit.

14 Decimumsextum, quòd ius solum administrãdi non est dominium,nec vsufructus, nec vsus , est enim *ius dispõnendi de re aliena nomine alieno gratis , vel cum stipendio siue honorario.* [i] neque peculiũ, siue ius,vel administratio peculij est dominium,vel quasi dominium.Peculium autem quasi parua pecunia à pecunia deducitur,quod à pecore seu pecude deductum, significat quidquid in hominis est patrimonio : [k] strictius autem captum significat octo genera bonorum,vt probat glossa rubricæ,[l] & principaliter quatuor scilicet,castrense, quasi castrense,& aduentitium, de quibus agit l. fin. [m] & profectitium , de quo in l.cum non

a *Leg. naturalis.* §. *nihil commune adiuncta l. si quis vi.* §. *differentia. ff. de acq. possess.* & *rubr. ff. de acquir. rer. dom. adiuncta rubri. de causs. poss.* & *prop.*
b *In d.* §. *differentia.*
c *iuxta l. stipulatio ista.* §. *hac quoque. ff. de verb. oblig.*
d *Glo.*1. *l.*3. *ff. de acq. vel amittr. poss. cũ cæt. ab ea.*
e *In d.* §. *differentia.*
f *Iustit. de oblig. in prin.*
g *Iustit. de actio in prin.*
h *Inst. de reb. corp. & incorp. in princ.*
i *Institt. de vsufruct. in prin.*
k *Institt. de vsu & habit.* §. 1.
l 1. *De prob.*
m *De caussf. testess.*
n *eod. titu.*
o *De præscri.*
p *De iure patr.*
q *De sequ. possess. adiuncta. rubr. & cle. 1. de const. possess.* & *prop. & c. accepta. de restit. spol.*
r *Leg. magis puto & toto titulo. ff. de reb. eorum qui & c.*
s *Leg. filius famil.* §. *dimi. ff. de leg.*1.
t *Leg. fœminæ. C. de secund. nupt.*
v *Leg.*2. *ff. de iure emphyt. ca. potuit, de locat.*
x *Institution. de vsu , & hab.* §.1.
y *Leg. id vestimentum. ff. de pecul.*
z §. *porro.* & §. *ad hæc. de verb. signific. lib.*6.
a §. *Cupientes. eod. tit.*
b *Eod. titu.*
c *Quæst.* 1. *monit.*13.
d *In mon.*12.
e *Lib.*4. *q.*1. *art.*1. *de iust.* & *iur.*
f *Lib.* 2. *de planct. Eccles. c.*58.
g *Cap.*3. *sess.*25. *de regul.*
h *Ca. cum ad monasterium.* §. *fin. de stat. monach.*
i *In rubr. ff. de administr. tuto.* & *de administr. rer. ad cuit. pertin* & *c. grãdi de supple. negl. prælat. li.*6.
k *Ca. totum.*1.*q.*3. & *l. peculium ff. de pecul.*
l *ff. de pecul.*
m *C. de inof. testa.*

d *Et l. cum oporteat. C. de bon. quæ. lib.*
b *Cap.17.nu. 141. & sequ.*
c *Cap. Monachi. de stat. monach.*
d *Leg. placet. ff. de acq. hæred.*
e *d.l. id vestimentum.*
f *d. ca. monachi.*
g *De priuileg.*

h *Præsertim cap. monach.*

i *Leg. Stipulatio ista. §. hæc quoque. ff. de verbor. oblig. & d. c. monachi. sub fin. de stat. monach. & l. placet. ff. de acq. hæred. & toto titu. insti. per quas pers. nob. acquir.*
k *In princip. & in fin & d.ca.cum ad. § fin.*
l *c.2. quæst. 186. art.3. & 6.*
m *Delin lat.*
n *In c. quoniã re 8. dist.*
o *Cap. exiit. de verb. signi fic. lib.6. & in clem. exiui. eo. titul.*
p *Psalm. 24.*
q *In Psalmo 11.*
r *ff. de priuileg. cred.*
s *In l. si vero. §. quipro rei qualitate. ff. qui satisda. cog. col 3.*
t *d.c.totum. 1.q.3.*
v *ff. de verb. signif.*
x *d.c. totum.*
y *Matth 5.*
z *Exod. 20,*

a *Cap. quid in omnibus. 32.q.7.*
b *1.Corin. 7.*

c *Matth. 19.*

solùm, [a] de quibus quatuor tractamus in Manuali confessariorum, [b] quibus octo peculiorum generibus addo nonum, scilicet eorum, quæ regularis habet; illa enim etiã vocantur peculiũ. [c] Et quãuis habere peculiũ castrẽse, vel quasi castrẽse sit habere bonorũ proprietatẽ cum vsufructu, & habere aduentitium, sit habere proprietatem communiter sine vsufructu, habere tamen profectitium, non est habere dominium, nec ius aliquod ciuile, sed administrationem bonorum patris, cui subest, [d] sicut nec habere peculium seruile, [e] nec similiter habere peculium monasticum, [f] sed tantum habere iustam vel iniustam administrationem alienorum bonorum, iuxta ca. cũ olim 2. & late tradita ibi ab Innocentio recepto ab aliis.

15 Decimumseptimum principale sit, quod hæc consequitur duplex esse peculium, cuius non est dominus habens illud. Alterum iustum, quod cum iusta licentia patris, domini, vel prælati habetur. Alterum iniustum, quod absque licentia tali habetur, per prædicta iura. [h]

Decimumoctauum, quòd etiam consequitur, quòd proprium est duplicis generis, seu dupliciter dicitur in hac materia. Primò quidem quo ad dominiũ, & proprietatem, vel quasi, vel quoad veram possessionem, aut quasi iuris rei pecuniariæ, vel quoad vsum fructum, vel vsum præsertim quatenus sũt iura: qualis generis proprij Deus, & soli homines liberi, sunt capaces suo nomine. secundò quoad detentionem, & vsum, administrationem, & possessionem facti tantùm, cuius sunt capaces etiam serui, monachi, & quicumque alij homines etiã nomine suo. [i] Et primi quidem generis proprij rei pecuniariæ regulares sunt incapaces: quia per votum solenne paupertatis omnibus eis iam quæsitis, & quærendis, imò & capacitati quærendi renunciauerunt iuxta d.cap. non dicatis, [k] & tradit S. Thom. [l] Dixi *rei pecuniariæ*, quia rei spiritualis internæ & externæ Ecclesiæ pecunia inæstimabilis capaces sunt, vt infra dicam.

16 Decimumnonum, quòd paupertas verbum deductũ secundũ Vatronẽ, [m] à parua pecunia, significat carentiam magnæ pecuniæ, & nõ caritatẽ: quæ est exuberans pretiũ rerum, quæ habentur: & differt ab inopia secundum Archidiaconum, [n] eo quòd pauper dicatur, qui parũ habet, inops qui nihil. quæ non est vsquequaque vera. Tũ quia beatus Frãcisc⁹ & Frãciscani nihil habẽtes dicũtur pauperes. [o] Tũ q pro eodẽ ponuntur in Psal. [p] ibi *Quoniam inops & pauper sum ego.* & [q] ibidem. *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, &c.* Tũ quia est contra legẽ, si creditores, [r] & alia, quæ citat Alexander. [s] Pecuniæ autẽ appellatione, nõ solùm venit pecunia numerata, sed etiã quidquid ea est æstimabile, iuxta dictũ ca. [t] & le. pecuniæ, quę habet hęc verba, Pecuniæ *nomine non solum pecunia numerata, sed etiam omnes res tam soli, quam mobiles, & tam corpora, quã iura continentur,* [v] quæ probat etiã iura, puta obligationes, & actiones pecuniam dici, vt ponderauit glo. [x] & protali pecunia carẽte accipitur in illo Christi. [y] *Beati pauperes spiritu.* secundũ enim Hieronymũ, quẽ ibi sequitur omnis cius Aquinas, nõn intelligitur de carentia spiritus superbiæ, sed de carentia pecuniæ voluntariæ instinctu Spiritussancti, licèt vtramque expositionem sequatur idem S. Thomas in 2.2. quæst. 19. art. 12.

17 Vigesimũ principale, quòd paupertas est duplex. Altera interior, altera exterior. Interior est *carentia voluntatis habendi pecuniam*, de qua intelligitur prędictum illud Dominicũ. *Beati pauperes spiritu.* & est triplex. Prima est volũtatis quærendi, vel retinendi iniustè aliquod ius pecuniarium: & hæc est de præcepto, quippe quæ præcipitur implicitè septimo præcepto, & explicitè decimo Decalog. [z] relatis à glo. [a] Altera est carentia voluntatis habendi, vel retinendi aliquid etiam iustè, nisi quatenus est instrumẽtum virtutis: & hæc est de consilio, iuxta illud Pauli, [b] *Qui habent tamquam non habentes, & qui emunt tamquam non possidentes, &c.* Tertia carentia voluntatis habendi eam vllo modo pro suo etiam iustè, etiam quatenus est instrumentum virtutis; & hæc etiam est de consilio, & magis quàm secunda, iuxta illud Christi. [c] *Si vis perfectus esse, vade, & vẽde omnia quæ habes, & da pauperibus.* Paupertas autem exterior *est ipsa realis carentia pecuniæ, siue sit volũtaria, siue inuoluntaria*, quæ de suo genere neque est bona, neque mala, sed indifferens. Tum quia & benè, & malè, amari, desiderari, haberi, & contemni potest pecunia. Tum quia licèt illa inuet aliquantum ad quærendam, & conseruandam veram animi fœlicitatem, vt dicitur infrà [a] tãtumdem tamẽ, imò magis impedit, & à Christo [b] cõsulitur eius contemptus, & ibidem, [c] docet Dominus difficile diuitem saluari, vt pulchrè adnotauit S. Thomas. [d] Tum quia idem fusius [e] concludit paupertatem, & diuitias, de se neque bonas esse, neque malas, quia non sunt virtutes nec vitia, sed instrumenta, quibus ea quæruntur: & diuitiæ quidem eatenus bonæ sunt, quatenus sustentamur, & alijs benefacimus, malæ verò sunt, quatenus ob eas à virtute auertimur, vel nimia sollicitudine, vel nimio affectu, vel elatione, quæ inde insurgit, irretimur. Paupertas item bona, quatenus per eam liberamur à sollicitudine circa temporalia, & ad contemplanda diuina paramur: mala verò, quatenus nobis sustentandi nos, & alijs subueniendi facultatem tollit, vel honestam occupationem per illud B. Gregorij à S. Thoma [f] relatum. *Sæpe qui occupati bene humanis vsibus viuerem gladio sũt a quieti extinctꝰ sunt.* Quamuis autem hæc ita sese habeant, certum tamen est paupertatem vtriorem esse ad virtutes comparandas, quàm copiam diuitiarum per prædicta, & per illud eiusdem S. Thomæ [g] superillo verbo *elegi te in camino. Paupertas confert multa. I. peccatorum recognitionem. II. virtutum conseruationem, iuxta illud* [h] *Pauper gloriatur per disciplinã, & timorẽ suum. III. cor diu quietẽ iuxta illud.* [i] *Sufficiebat nobis paupertas nostra; vt diuitias cõparemus hoc, quod videbamus filium nostrum. IIII. desiderij impletionem iuxta illud.* [k] *Desiderium pauperum exaudiuit dominus. V. diuinæ faciunt dulcedinis participationem, iuxta illud.* [l] *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. VI. exaltationem iuxta illud.* [m] *Suscitans de pulueregenum. VII. cœlestem hæreditatem iuxta illud.* [n] *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum.* Faciunt & illa multa priuilegia paupertatis relata ab Archidiacono & alijs. [o] Dixi supra *ad virtutes quærendas*, quia ad quærendos fauores, honores, laudem, & gloriam longè plus commodant diuitiæ, quàm paupertas, vt palam est.

Vigesimumprimum: quòd duplex est paupertas exterior. Altera voluntaria, quam quis sua sponte consequitur, vel incurrit, qualis fuit Cratis Thebani, de qua S. Hieronymus [p] & qualis, longèque melior illa, de qua Petrus est. [q] *Ecce nos reliquimus omnia &c.* quæ rursus est multiplex, vt in eodem cap. probatur. Alia quidem nil habentis, nec habere potentis, quippe facti ad id incapacis per võtum solenne. Alia se contentum victu honesto facientis. Alia nil habentis, sed ad habendum capacis, quippe cui non est votum solenne paupertatis, licèt omnia sua reliquerit: quarum omnium prædictarum qualibet inuenitur in alio bona, id est, ob debitum finem debito modo volita, & in alio mala, hoc est, ob indebitum finem, vel indebito modo cum aliquo circumstantiæ defectu volita. Alia est paupertas exterior coacta, de qua illud [r] *Paupertatem & diuitias ne dederis mihi.* & quamuis voluntaria possit esse, vt prædictum est, mala, qualis est eorum, qui affectant eam, vt otiosè vel vitiosè viuant, est tamen bona, quoties sine alterius iniuria expetitur ad magis vacandum literis, virtutibus, vel Deo cognoscendo, & fruendo, siue ad liberius sequẽdum Christvm, & eius præcepta seruanda, iuxta consilium Christi. [s] Coacta verò paupertas est, quam quis contra suam voluntatem patitur, vel incurrit, quæ longe frequentius est mala, quàm voluntaria. Et licèt vtraque ad multa tam temporalia quàm spiritualia per occasionem prosit, & noceat, vt ex prædictis colligi potest, & affirmat S. Thomas [t] vbi probat voluntariam non sicut coactam impedire, immo iuuare promotionem alicuius ad regimen ciuitatis.

Vigesimumsecundum, quòd ex his infertur primo quærenti, ad quid obligatur, qui vouet paupertatem? Respondendum esse, quòd vouens primam obligatur ad non volendum sibi quærere, vel retinere iniustè aliquid pecuniarium: vouens autem secundam, ad non volendum illud etiam iustè, nisi quatenus est instrumentum virtutis: vouens verò tertiam, ad non volendum quærere vel habere, etiam iustè, etiam tamquam instrumentum virtutis. Dixi *ad non volendum* & non *ad nolendum*, quia vouenti paupertatem, ad hoc vt non peccet, sufficit non velle negatiuè,

a *Num. 23*
b *Matth. 19.*
c *Et c.13. eiusdem Matth.*
d *2.2. qua. 186. art.3. ad 4.*
e *In lib.3. contra gentiles. c. 133. & duo. seq.*

f *Vbi supra. Greg. li. 6. Moral. cap. 17.*

g *In Esaia. 48. sub fine.*
h *Eccles. 10.*
i *Tob.5.*
k *Psalm.9.*
l *Psalm.63.*
m *Reg.2.*
n *Matth. 5.*

o *In ca. pauper. 11.q.3.*

p *Hiero. ep. 13. ad Paulinum & habetur. In ca. gloria Episcopi. 11.q.2.*
q *Apud Matth. c.19.*

r *Prouerb. 30.*

s *Matth. 19.*

t *In d.lib.3.c. 135.*

licet

a *Cap. is qui tacet. cum ei annot de reg. iur. lib.6.*

b *Num. 6.*
c *2.2.qu.186. art.6.*

d *In princ. mel⁹ in fine. & sequenti, & c. cum ad monasteriũ. § fin. de stat. monach.*
e *2.2. q. 186. art.6.*

f *Capit.1. de voto lib.6. & clem. eos. de regular.*

g *Clem. ex eo. de sent. excom.*

h *3.part. titu. 6 c.1.§.3.*
i *In Parthenicis.*

k *Cap. quod Dei timorẽ. de stat. monach.*

l *Iuxta.ca.1. §.penult. & fin. de reg. lib. 6. & clem. eos. eod. titu.*
m *Ca. ii qui. & ca. tua de sponsal.*

n *In c. cõsuluit. de regul.*

professos religiosos, quòd professi fuerunt per hæc verba. *Voueo obedientiam secundum regulam B. Augustini*, non vouendo expresè castitatem, & paupertatem. Qua eadem ignorantia laboratum esse audio in quadam alia celeberrima Hispaniæ Merropoli, quaque eadem ductus quidam eruditus, cuius nomen causa honoris taceo, scribit, quòd milites ordinum militatium Calatrauæ, & Alcantaræ in Hispania non sunt religiosi: quia non profitentur expresè castitatem & paupertatem, eo quòd solum vouent obedientiam secundum regulam B. Benedicti, vel Cistercienſis, vt scripsi in propugnaculo comment. c. fin. [a] quod modo est mon. 29. [b]

a *16. quæst. 1. respons. 17.*
b *Quæst. 3. tract. de reditib. eccles.*

Vigesimumquintum principale sit, quòd hæc consequitur rectè me respondisse Illustriss. ac Reuerendiss. D. Cardinali Contarello Doctoris doctissimo, & S.D.N. Prodatario integerrimo, quemdam admodum Reuerendum patrem, non esse ita verum religiosum, vt ei posset conferre beneficium regulare in titulum, licèt in monasterio S. Mariæ de Monteferrato, de more presbyterorum se illi offerentium sine clericalis habitus mutatione, tria substantialia vota voueant, protestantes expresè, non se obligare ad regulam B. Benedicti quæ inibi seruatur: quia non vouit illa seruare secundum illã regulã, sed extra illã.

19 Vigesimum sextum, hæc eadem consequi rectè per multa sarè adducta respondisse, non esse vere religiosas nobilissimas illas, Romanas, quæ oblatæ Turris Nouæ speculorum de Vrbe dicuntur, & non mutato habitu se offerunt monasterio S. Benedicti in manibus prioris eiusdem, non tam ad viuendum secundum regulam eiusdem ordinis, vt vouent aliæ moniales Sancti Benedicti, sed secundum alium modum viuendi, qui licèt sit approbatus pro bono ab ipsa Sede Apostolica, non tamen pro regula religionis effectiua: esto quod interdum vltra id, quod modus ille viuendi requirit, voueant voluntariè castitatem, & paupertatem. Qua eadem ratione sępe respondsum est eos, qui intra annum primum nouitiatus in quacumque religione, aut etiam intra secundum in Societate IESV, simpliciter vouent tria substantialia vota antequam ad solennem professionem admittantur, non esse veros religiosos, neque ob id fieri incapaces matrimonij: licèt contrahendo peccarent, quia illa vota non sunt solennia, sed tantum simplicia. Dixi *(aut etiam intra secundum in Societate IESV, &c.* quia, qui in illa Societate post biennium nouiciatus expletum tria vota præfata substantialia emiserint sunt, & dici debent veri, & propriè religiosi, etiam antequam solenniter profiteantur, ita quòd si iniusti, & absque superiorum licentia exeant, debent cẽseri excommunicati & apostatæ, & ligati omnibus censuris, in quas alij religiosi expresse professi incidunt exeundo foras, absque superiorum iussu, & licentia: adeo, quòd ex parte ipsorum nullatenus possint exire prædictum Societatis ordinem: quamuis de superiorum iussu, & licentia possint dimitti, & liberari à votis prædictis ex rationabili causa, quod est quiddam nouissimũ admirabile concessum præfatæ Societati, & clare declaratum, & confirmatum à S. D.N.* in quadam Bulla, quæ incipit. Quanto, data anno 1582. Calẽdis Februarij. Consequitur etiam, rectè nos absoluisse de commissione Apostolica à crimine Apostasiæ quamdam nobilem Romanam, quæ ingressa intra quamdam religiosam domum, aliquot annos in ea mansit sola obedientia promissa secundum modum viuendi, quem in ea à longo tempore quædam honestissimæ fœminæ seruabant, absque solemni professione facta, secundum aliquam regulam probatam à Sede Apostolica.

* In quadam bulla quæ incipit quanto. *Post hanc bullam idem Gregorius XIII. Societatis Iesu maximus Parens ab illis Patribus habitus aliam bullam longe adhuc pleniorem de Instituto Societatis illius edidit quæ incipit ascendente Domino, & habetur in Bullario Pontificum inter Gregorij XIII. constitutiones, const. 102. in qua quæ hic D. Nauarrus insinuat fusissimè explicantur, ex qua non grauabor aliqua in lectorum gratiam hic inserere, quæ maxime quæ hic habentur declarabunt. Porro inquit non solum professi & coadutores formati, sed ex aliis quicumque absoluto probationis biennio, tria substantialia vota etiam simplicia emiserint. si absque expressa licentia à Societate discedant, etiãsi prætextu melioris fugis & transitus ad quemcumque alium ordinem (Carthusien-*

siū dum taxat excepto) id faciēdo Apostasiæ & excōmunicationis ex decreto sedis Apostolicæ pœnas incurrant, à quibus non nisi à summo Pōtifice, aut à generali Præposito absolui possunt & paulo post subduntur hæc verba. Ad hæc dictam Societatem firmo huius sedis præsidio communire volentes hac nostra perpetua constitutione statuimus, tria vota huiusmodi & si simplicia, esse vere substantialia religionis vota, ac in dicta Societate tamquam in religione approbata admissa fuisse, nec illis à quoquam preter nos, & sedem huiusmodi dispensari, nec ea vllo modo per legitimam dimissionem cessare posse. Et non modo eos qui in coadiutorum formatorum gradu admittuntur. sedes scholares ipsos ac alios omnes, qui tria substantialia vota emiserint, tametsi simplicia, aut emittent in futurum, verè, & propriè religiosos fuisse, & esse & fore, & vbique semper, & ab omnibus censeri & nominari debere. Denique si qui à Societate deficiant tamquam veros Apostatas puniri posse, nec ante huiusmodi absolutionem, aut à societate diuisionem matrimonium contrahere, quinimmo eos omnes ad contrahendum inhabiles, & contractus huiusmodi nullos & irritos esse, prout irritos facimus & annullam[9]. *Hæc ibi & alia multa singulari priuilegio, benignitate Apostolica huic religioni concessa fuerunt, quæ quidem Nauarrus videre potuit: ex quibus si voluisset hoc suum dictū plurimum illustrare potuisset. Memmit aute huius Bullæ in 3. lib. Cōsiliorum titulo de regular. consi. 49.*

Vigesimumseptimū, quòd peccat mortaliter, qui quærit, vel habet, vel quærere vel habere vult aliquod bonū pecuniariū post votum tertiæ paupertatis, etiā simpliciter emissum: quia per prędicta tale votū, licèt non faciat incapacem ad quęrendū & habendum tale ius; facit tamē impotentem, ad iustè quærendum, vel habendum illud absque dispensatione iusta de causa obtenta. Quod consequitur eum, qui votum paupertatis simplex emisit, non posse iustè esse emptorem, hęredem, legatariū, vel donatarium, &c. quia esse talem, vel velle esse, est velle habere aliquod ius pecuniarium, quod est contra votum, & consequenter mortale. [a] Consequitur etiam difficile seruatu esse votum paupertatis extra monasterium: quia difficile viuitur inter homines sine eorum commercio. [b] Cōmercium autem sine voluntate quærendi dominiū sibi vel alij difficile habetur; & talis non potest sibi quærere iustè per prædicta, nec alij: quia libera persona non potest regulariter quęrere alteri, [c] sine mandato eius, neque cū eo quoad directam actionē, neque quoad vtilem, nisi quādo est præsens, [d] vbi post alios tradit Sasou, vel quando stipulatur rem, vel ex re domini, glossa, [e] & Bartholus communiter receptus, [f] & in locis ibi allegatis à se, & ab additione. Potest tamen aliqualiter commerciū habere quærendo alteri tamquam institor, [g] vel procurator ex re domini, vt dictum est: vel Syndicus, aut actor vniuersitatis, [h] vel tutor, vel curator furiosi, [i] sine tamen animo quærendi sibi aliquod ius pecuniarium, instar monachi habētis peculium, de licentia superioris: vt supra dictum est.

SVMMARIVM.

20 Paupertatem simpliciter vouens, videtur vouere tertiam.
20 Verba in obscuris potiùs, vt communiter, quàm pro minimo accipi.
21 Vouens simpliciter paupertatem quomodo iustè vouet.
22 Vouens simpliciter paupertatem peccat volendo quærere & cōtrahendo, sed verè quærit, & contrahit.
23 Regularis simplex in emendo qua mente erit, ne peccet.
24 Paupertas iusta ad religionem debet esse interior, & exterior omniū pecuniariorum præsentium & futurorū, & capacitatis eorundem.
24 Religionis status est exercitium ad perfectionem perueniendi.
24 Deum minus amat, qui cum eo aliud non propter ipsum amat.
24 Caritatis nutrimentum, diminutio cupiditatis, perfectio vero nulla cupiditas.
25 Crates Thebanus auri pondus ob litteras abiecit. nu. 25. sed inaniter 33.

20 Vigesimumoctauum principale sit, quòd dubitari posset, quam paupertatem prędictarum trium videatur vouere, qui vouit simpliciter paupertatem? Et responderi posset, quòd proculdubio tertiam, si id faciat in actu professionis regularis: quia materia subiecta id indicat, secundum quam accipienda sunt verba. [k] Si verò extra professionem regularem faciat, magis dubitari potest: nam quòd videatur vouere primam, vel secundam facit. l. nummis, [l] & cap. in obscuris, [m] cum concordantibus ibi per glossam citatis, quibus probatur in dubio minimū videri legatum, vel promissum: & in specie de voto est casus legatum, vel promissum: & in specie de voto est casus in c. ex parte: [a] sed tenendum est, quòd videtur vouere tertiam. Tū quòd in dubio prius inspicimus quod est verisimilius, quàm quod est minus, iuxta glossā receptam, [b] & l. semper in obscuris, [c] & quū omnes de præcepto teneamur ad primam, vt dictum est, verisimile est, quòd qui vouit paupertatem, vouet maiorem, quàm primam, quum videatur aliquid addere. Tum quòd in dubio videtur quis agere vellе, quod frequentius agitur, [d] & sola tertia cōmuniter vouetur. Tum quia pauci considerant secundam, & ita non videtur illa voueri, [e] quæ probant actum non extendi ad incogitata. Tum quia qui vouet simpliciter castitatem, videtur vouere altiorem, quàm coniugalem, licèt etiam illa dicatur castitas, & minor cælibatu. [f]

21 Vigesimumnonum, quòd rectè respondisse videmur interroganti, quid faciet, qui vouit paupertatem, putans se fore religiosum ordinis cuiusdam, qui noluit eū recipere, nimirum, vt ingrederetur aliū, vel fieret institor, curator, tutor, vel actor vniuersitatis, vel procurator, vel administrator alicuius, quo de sua cōmissione de bonis eius quæreret ei secundum prædicta, cuius nomine, & nō suo contraheret, vel mendicando viueret, vel pro solo victu laboraret: quia validis non licet mendicare, [g] quamuis ei, qui omnia sua dedit pauperibus, id liceat, vt postea dicetur, aut certè petere commutationē voti, vel dispensationem ex iusta causa, [h] super quo arbitror posse dispēsare Episcopum, cùm liceat ei dispensare iusta de causa super omnibus votis, exceptis quinque contentis in extrauagant. [i] quibus hodie annumeratur votum visitandi domum gloriosam gloriosissimæ Virginis Matris Lauretanam, quorum de numero non est hoc, quum palam sit per prædicta non esse votum religionis.

22 Trigesimū principale, quòd licèt vouens simpliciter paupertatē, peccet mortaliter contrahendo, quasi contrahendo, adeundo hæreditatem, acceptando donationē vel legatum &c. contractus tamē, vel quasi contractus, aditio hęreditatis, acceptio legati, vel donati valet, & per eā quęritur ius in re empta, donata, legata, &c. Tū quia, vt supra tactum est, nō est factus incapax iuris pecuniarij per illud votum simplex, sicut fit per votum solenne: quia id nullo iure cauetur, & ita non dicendum. [k] Tū quia licèt contrahens peccet contrahendo, contractus tamen regularitet valet, iuxta glossam singularē. [l] Tum quia licèt qui emisit votum simplex castitatis, peccet mortaliter contrahendo matrimonium, contractum tamē valet: quia per illud votum non efficitur incapax eius, sicut per solenne. [m] Tum quia iurans non emere, non testari, non reuocare mandatum, peccat quidem contraueniens: sed valet actus, argumentum glossæ singularis, [n] & notatur in Mercuriali, [o] & Felinus' & citati per eum. [p]

23 Trigesimumprimum, quòd religiosi etiam canonici regulares tam habentes, quàm non habētes beneficia, aut officia, ratione quorum habeant facultatē emendi boues, yaccas, verueces, porcos, & alia mobilia, seu se mouentia, siue immobilia, magnopere cauere debent, ne comparent illa: imò nec libros, aut vestes, aut quicquā aliud, intendētes actu, seu actualiter, virtute seu virtualiter quærere illa sibi, quia hoc est peccatū mortale per prędicta: nam si voto simplici paupertatis alligato id est mortale, vt proximè dictum est, quanto magis erit alligato solenni, si enim id fit in viridi, quomodo non fiet in arido? [q] debet ergo eiusmodi regularis cùm emit illa, non sibi, sed actualiter, vel virtualiter ordini & monasterio suo ad vsum eius, vel sui de facultate superioris sibi licitum emere. Dixi *virtualiter*, quia virtualis intentio videtur ad id sufficere, per ea quæ tradimus alibi, [r] vbi quæ sit illa breuius, & resoluti [s] traditur quā alibi, & cōmuniter eā habet qui interrogatus; vetè respondere posset, emere se illa quoad dominium quidem Deo ipsi, & quoad ius administrandi generale Papæ, quoad particulare suo monasterio, vel ordini, si sunt capacia talis iuris, & particularem administrationē facti sibi, quatenus ei per superiorem permittitur, per resolutionē positam in quodam nostro cōmentario, [t] latius probatā in eodem libro: [t] quāuis etiam sufficere videatur intentio

quære ndi

a *De cens.*

b *In d. cap. in obscuris. per c. inspicimus. eod. tit. in 6.*
c *ff. eodem.*

d *d. regul. inspicimus.*

e *Arg. d. cum Aquilianus. ff. de transact. & cap. veniens. de iureiu.*
f *Cap. Nicena. 31. dist.*

g *Leg. 1. C. de mend. valid. & ca. nō omnis. 3. q. 5.*
h *Iuxta d. ca. magna. de voto.*
i *Et si dominici. 2. de pœ. & remiss.*
k *Capit. consuluisti. 2. qu. 5.*

l *In c. decet. §. cæsen. ver. processus. de immunit. Eccles. lib. 6.*
m *Cap. 1. de vot. lib. 6.*
n *Cap fin. de procurat. lib. 6. verb. reuocatus.*
o *Cap. quod semel. de reg. iur. lib. 6.*
p *In ca. cum accessissent. num. 12. de constit.*

q *Luc. 23.*

r *In ca. cum minister. 23. q. 3. num. 18.*

s *In mon. 33. qu. 3. tract. de redit. b. eccles.*
t *In q. 1. mo. 40. eiusdem tractat.*

a *Cap. vouentibus. 17. q. 1. c. periculose. de pœ. dist. 1.*
b *Leg. hi qui sanctam. C. de apostat.*
c *Leg. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. & §. si quis alij. instit. de inutil. stipul.*
d *Si procuratori. ff. de ver. oblig.*
e *Adiunct. text.*
f *In l. quod procurator. ff. de procur.*
g *Leg. 1. §. fi. & l. 2. ff. de instit.*
h *Leg. si eum, §. actor. ff. de constitu. pecun.*
i *Iuxta prædictum §. si quis alij.*

k *Cap. intelligentia. de verb. signif. l. si vno. §. 1. ff. locat.*
l *ff. de leg. 3.*
m *De regu. iur. lib. 6.*

quærendi monasterio suo, aut ordini, eo legitimo modo, quo iure diuino & humano licet: quia volens hoc, vult consequenter & illud. [a] Beneficiatiis autem quid in hac re, & quantum plus liceat infra dicemus; simul & de his qui beneficiis quidē carent, sed assignantur eis portiones priuilegiatæ, vel à Papa, vel à superioribus suis concediter facultas conuertendi in suos vsus ea, quæ licitè acquisierint.

24 Trigesimumsecundum principale sit, quòd paupertas siue expropriatio, de qua hoc ca. agit, quæque est omnino necessaria quo ad religionis status substātiam, & essentiam, debet esse primò interior siue intrinseca tertiæ speciei, qua quis sponte vult omnino carere omni iure pecuniario suo, etiam quatenus est solum instrumentum exercendæ virtutis, de qua supra. [b] Secundo, quod debet esse comitata paupertate exteriori de qua ibidem. Tertiò, quòd non solùm sit voluntaria omnium, vel aliquorum iurium pecuniariorum præsentium vel futurorū, sed absolutè omnium. Quartò, vt non solùm sit volita, sed etiā voto solenni firmata, quo vouens fiat omnino incapax quærendi ea sibi. Quæ omnia probantur in princ. & fin. c. non dicatis, [c] & corroborātur à S. Tho. recep. ab aliis. [d] Tum per illud Gregorij, **Sunt nonnulli iustorum, qui ad cō-prehendēdū culmen perfectionis accincti, dum altiora interius appetunt, exteriùs cuncta derelinquunt.* Tum quia status religionis est quoddam exercitium, & disciplina, per quā peruenitur ad perfectionem caritatis, ad quod quidem necessariū est, quòd aliquis affectum suū totaliter abstrahat à rebus mundanis: dicit enim B. Augusti. * ad Deum loquens, *Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod nō propter te amat.* Et alibi dicit. *Quòd nutrimentum caritatis, est diminutio cupiditatis. perfectio nulla cupiditas.* Tū quia ad perfectionem caritatis acquirendam primum fundamentum est voluntaria paupertas, vt aliquis absque proprio viuat, dicēte Dominо. [e] *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me.* Tū quia quū quilibet possit vti re sua vt libet, sine legis vel alterius iniuria, fnec peccat sic vtendo pro dignitate, sed meretur quotiens id recta ratione ductus facit. Ad secundum rectam rationē est, quòd aliquis diuitias abiiciat, vt contēplationi sapiētiæ vacet, quod etiam Philosophi quidā leguntur feciſse, dicente D. Hiero. **in epist. ad Nepotianum, relato à Gratiano.* g *Crates ille Thebanus homo quondam ditissimus cùm ad philosophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit, nec putauit se posse simul diuitias, & virtutes possidere.*

25 Vnde multo magis secundū rationem rectam est, vt homo omnia sua relinquat ad hoc, quòd Christum perfectè sequatur, vnde illud D. Hiero. [h] *Christum nudū, nudus sequere.* Prætrerea, [i] licèt cuiuis renūciare iuri suo priuato, & quod Elisęus laudatur à Scriptura [k] & à S. Ambr. [l] eo quod omnia reliquit, & quòd licet se & sua donare Ecclesiæ vel monasterio mutando statum sæcularem in regularem. [m] Imo & sua omnia præsentia, etiam non dādo se, nec mutando statum secūdum Bartol. [n] & Panor. [o] quæ frequentior opinio est, secundū Dec. [p] Et denique [q] omnes religiosi faciunt eiusmodi donationes, & renunciationes expressas, vel tacitas adeo necessariò, quòd aliàs non essent religiosi, iuxta cap. non dicatis. [q]

* In Epistola ad Nepotianum. *Est in Epistola ad Paulinum quæ est epist. 13. inter D. Hieronymi epistolas: sed quoniam principium illius cap. gloria episcopi à Gratiano collecti ex epistola ad Nepotianum sumptum est, putauit Nauarrus hanc quoque partem ad eam epistolam pertinere, sed illa est ex epistola ad Paulinum vt dixi. sumpta, & ita notatur in decreto Gregoriano nuper edito.*

SVMMARIVM.

26 Perfectio Christiana, & status perfectionis diuersa.
26 Perfectus non omnis in statu perfecto, nec contra.
26 Prodigalitas omnis mala, sed non omnis largitio prodigalitas. & nu. 32.
26 Prodigus, & auarus vitiosi contrarij liberali.
26 Donatio omnium bonorum quæ licita, & quæ non. nu. 33.
27 Bonorum omnium etiam futurorum promissio, quæ non reprobatur. & nu. 32.
27 Mendicare cui licet decisiuè, & remissiuè.
28 Bonorum omnium renunciatio propter Deum nullum salutis spiritualis, vel corporalis periculum minatur.

29 Bona temporalia qua parte prosunt beatæ vitæ & qua non.
30 Eleemosyna maior omnis simul dare, quàm minutatim.
30 Statui necessarium sine illius mutatione donare malū. & 33.
31 Dominium, & ius administrandi bona regularia penes quos.
33 Caritatis, & iustitiæ leges in hoc maximè differunt, quòd facta contra istas rescinduntur, & non facta contra illas.
33 Crates philosophus à B. Ioanne Apostolo prodigalitatis notatus.
33 Donationes multæ vitiosæ: sed validæ.
34 Bonorum, & negotiorum Dei tractatio, cur non ita turbat animi tranquillitatem, sicut propriorum.

26 Trigesimumtertium principale sit, quòd contra proximè dicta facit primo, quòd Christiana perfectio potest haberi absque paupertate: quia Abraham, Isaac, & Iacob, & multi alij veteris testamenti fuerunt perfecti sine hac paupertate: Paulus item primus Eremita qui testamentum fecit, [a] Ambrosius, Nicolaus item, & quamplurimi alij sancti, qui ante Episcopatum consequutio nem non fuerunt religiosi, fuerunt perfecti, nulla tali paupertate professa. ergo prædicta non videntur vera.

Secundo, quòd omnis prodigalitas est peccatum saltem veniale: quia est actus inordinatus vitij contrarij liberalitatis, vt probat S. Thomas, [b] post Aristotelem, [c] Tullium, & D. Ambrosium. [d]

Tertio, quòd nemini licet donare omnia sua bona præsentia, & futura: quia per id se priuaret facultate testandi contra l. stipulatio hoc modo concepta, [e] & tradit post alios Decius. [f]

Quarto, quòd non licet mendicare homini corpore valido [g] præsertim sacris initiato, [h] adeo quidem quòd Calderinus [i] determinat sacris initiatum mendicantem esse puniendum, & pasim videas viros pios, & prudentes durè reprehendere eos, qui corpore valido mendicando viuunt.

Quinto, quòd Apostolus [k] docet ita quem debere facere eleemosynam, vt sibi non eueniat tribulario, id est paupertas, secundum glossam super illud. [l] *Habentes alimenta, & quibus tegamur* dicit glossa. *Et si nihil intulerimus vel ablaturi sumus, non tamē omnino abiicienda sunt hæc temporalia.*

Sexto, quòd vitandum est periculum, & occasio perdendi vitam spiritualem, vel temporalē. [m] At qui dat, vel renunciat omnia sua bona, periculo animæ se exponere videtur, iuxta illud. [n] *Ne forte egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei.* & illud. [o] *Propter inopiam multi deliquerunt.* & etiam corporis, dicitur enim. [p] *Sicut protegit sapientia, sic protegit & pecunia.* & Philosophus dicit, [q] *quod videtur quædam perditio hominis esse corruptio diuitiarum, quia per has homo viuit.*

Septimo, quòd diuitiæ prosunt ad beatitudinem, iuxta illud. [r] *Beatus diues qui inuentus est sine macula.* & Philosp. dicit, [s] quòd organicè diuitiæ deseruiunt ad fœlicitatem.

Octauo, quod dare eleemosynam est opus maxime Deo acceptum, & sicut B. Chrysostomus dicit, *medicamentum, quod maximè in pœnitentia operatur.* At omnium bonorum renutus aufert opportunitatem largiendi eleemosynam. Ergo &c.

Nono, quòd non licèt per eleemosynas priuare suos filios bonis suis, [t] secundum S. Augustinum, *qui ait. *Quicumque vult exheredato filio, hæredem facere Ecclesiam, quærat alterum, qui suscipiat, non Augustinum: imò Deo propitio, neminem inueniet.*

Decimo, quòd quilibet tenetur viuere, si potest decenter secundum statum suum, adeo quòd non solùm non tenetur facere eleemosynam de eo, quod est sibi ad id necessarium, sed etiam peccaret eam faciendo, nisi faciliter aliunde resarcire posset, vt grauiter determinat S. Thomas, [v] & patet ad sensum, quia nemo non reprobaret Ducem, Comitem, vel alium nobilem, qui sic daret sua alij non egenti extremè, etiam in eleemosynam, vt eum oporteret incedere peditem, & vestitum, & comitatum, tamquam plebeium. ergo non solùm omnia licet dare etiam paupertibus, sed neque illa, sine quibus non possumus decenter sustentari.

Vndecimo facit, quod S. Ambrosius, [x] sic ait expresè. *Dominus non vult effundi opes, sed dispensari.*

a *Arg. Lillud. ff. de acq. hered. & c. preterea. de offi. deleg.*

b *Num. 12.*

c *Infra ead. & in princ. & fine ca. cū ad monasterium. de stat. monach.*
d *In 2. 2. qu. 186. art. 2. & 6.*
* *Greg. li. 2. moral. cap. 27.*
* *Aug. li. 10. Conf. ca. 29. In lib. 83. qu. q. 36.*
e *Matth. 19.*
f *Lin re mādata. C. de mand. & l. sed. et si. §. cōstituit. ff. de pet. hæred.*
g *In c. gloria Episcopi. in fin qu. 1.*
h *in epistola. 4. ad Rusticum monachum.*
i *Ca. ad Apostolicam. de regular. & l. si quis in cō-scribendo. C. de pactis.*
k *3. Reg. c. 19.*
l *Amb. lib. 1. offi. ca. 30. & habetur in c. Dominus. 86. dist.*
m *Aut. ingressi. C. de sacro sanct. Eccles. & ca. si qua mulier. 19. q. 2. & c. in præsentia. de probat.*
n *In l. fi. C. de pact.*
o *Capit. 1. de succeff. ab intest. & in cōcil. 102.*
p *Vbi supra.*
q *Infra ead. q. & ca. cum ad. in princ. & fi. de statu monach.*

a *29. q. 3. cap. perlatum. §. è contra.*

b *2. 2. qu. 117. art. 1.*
c *Arist. lib. 4. Ethic c. 1.*
d *D. Amb. li. 1. offi. c. 30.*
e *ff. de verb. obli. & l. fin. cum ei anno. C. de pact.*
f *In c. in præsentia. notab. 7. de probat. & in cons. 488.*
g *l. 1. C. de mendicantib. valid. lib. 11.*
h *Ca. diaconus. 93. dist.*
i *In consil. 1. de vit. & honest. cleric.*
k *2. ad Cor. 8.*
l *1. ad Timo th. 6. Est glossa in ver timeuaris in eum locum.*
m *C. ipsa pietas. 23. qu. 4. c. satisfactio. de pœn. d. 3. & c. cum compassionis. de consuet.*
n *Prouer. 30.*
o *Eccles. 27.*
p *Eccles. 7.*
q *In 4. Ethi.*
r *Eccles. 31.*
s *In 1. Ethic.*
t *Ca. fi. 17. q. 4.*
* *Aug. ser. ad 12. fr. at. in erem.*

v *1. 2. qu. 32. art. 6.*

x *Amb. lib. 1. de offi. ca. 30. relat. in cap. Dominus. 86. dist.*

Duodecimo facit, quod vbique gentium Christianarum passim videas cœnobia ditissima, in quibus sunt aliquot reditus viginti millium scutorum, & amplius annuorum, imò & magisteria ordinum cruce signatorum Sanct. Ioannis, S. Iacobi, Christi, & aliorum, quorum aliquot reddunt plusquam ducenta millia annua. Neque verò tollit vim argumenti dicere, quòd illa sunt vnita coronis Regiis, Castellæ, & Lusitaniæ. Tum quia magisterium, & prioratus S. Ioannis non sunt illis vnita. Tum quia alia non sunt ita vnita, vt sint facta sæcularia; imo manent regularia, & subiecta Papæ perinde ac antea. Tum quia æquè fundatur argumentum in prioratibus, commendis, & præceptoriis variorum ordinum variis, magnorum redituum, quos capiunt singulares personæ, priores, commendatores, præceptores, & alij aliter nominati, qui eorum reditus iure suo, & nomine proprio percipiunt, seruant, impendunt, & distribuunt, perinde ac suos. Quin & passim videas plurimos religiosos assumptos ad Episcopatus, & ad alia munera Ecclesiastica sæcularia, vel regularia, quæ dantur eis in commendam, vel titulum, habere magnos reditus, eosque dispendere, perinde ac alios clericos sæculares suos: nec propter hoc dici esse extra statum perfectionis & religionis. ergo non videtur necessaria tanta paupertas ad statum perfectè religionis, quantam S. Thomas receptus requirit.

Trigesimum quartum principale, quòd ad omnia hæc responderi potest: ad primum quidem concedendo, quòd multi sunt, & fuerunt verè perfecti fideles perfectione caritatis, qui non sunt, nec fuerunt in statu perfectionis religiosorum, seu religionis, vt pulchrè idem S. Thom. concludit [a] ibi, *Aliqui sunt in statu perfectionis, qui omnino caritate, & gratia carent, sicut mali Episcopi, aut mali religiosi*, ergo videtur, quod è contrario aliqui habent perfectionem vitæ, qui tamen non habent perfectionis statum. Perfectio enim caritatis interior quoad Deum potest incipere, crescere, & perfici nulla obligatione superaddita vltra illam, quam religio Christiana vniuersis imponit. Status autem religiosus vltra illã requirit duo, vt ex ipso ibidem colligitur, primum, obligationem ad exteriorem perfectionem caritatis. Alterum, vt illa fiat solenniter solennitate ab Ecclesia instituta. in quibus satis continetur tertium additum ibi à Caietan. *quam obligationem tali solẽnitate firmatam, nulla perfectio caritatis, quantalibet sit illa potest efficere, vnde nec tria vota substantialia paupertatis, castitatis, & obedientiæ emissa aliter, constituunt statum perfectionis religionis, licèt ad sui obseruantiam obligent suos auctores.* hæc ille. Et ita argumentum nil concludit, cùm desumatur à perfectione caritatis, ad perfectionem status religionis, quæ sunt diuersa. [b]

Ad secundum concedo, quod omnis prodigalitas est peccatum saltem veniale; nego autem quòd renunciatio, vel donatio omnium bonorum pecuniariorum facta propter debitum finem debito modo sit prodigalitas: imo est summa liberalitas, & eleemosyna, secundum Diuum Hieronymum mox in responso ad octauum citandum.

27 Ad tertium concedo, quòd non valet promissio hæreditatis, vel omnium bonorum præsentium, & futurorú alia causa, quàm pietatis, & animæ salutis, de qua loquitur d.l. stipulatio: quia nõ fit ob debitum finem; nego autem, quòd nostra conclusio loquatur de tali, sed de facta causa religionis, & animæ salutis.

Ad quartum negamus nulli corpore valido licere mẽdicare, vt infrà latius dicetur: * & quòd S. Augustinus in argumento relatus, non loquitur de omni mendicante, sed tantùm de eo qui id facit, vt otiosè & vitiosè viuat; non autem de renunciante, qui ob id est mendicaturus, vel iustam mendicandi causam habet.

* Et quod S. Augustinus in argumento. *S. Augustinum in eo quarto argumento auctor sed c. diaconi. 5. vt nos emendauimus. Hoc autem cap. diaconi, nõ ex Augustino sed ex lib. de septem ordinib. Ecclesiæ qui inter opera D. Hieronymi habetur desumptũ in cap. de quinto gradu Ecclesiæ.*

28 Ad quintum, quòd non est Apostoli mens vetare cuiquam dare eleemosynam, ita vt deficiat sibi sine legis, vel hominis iniuria; sed quòd non teneatur ad illud.

Ad sextum negamus, quòd per dationem legitimè factam omnium bonorum, incurrat quis periculum probabile perdendæ vitæ spiritualis, vel temporalis, vt habet aptissimus in hoc textus, [a] agens de maxima illa Franciscanorum expropriatione. Quum enim illa quæ fit legitimè, fiat voluntariè propter Deum & Christum, non exponit se periculo perdendi vitam spiritualem, neque corporalem, non quidem spiritualem: quia illud non prouenit ex paupertate voluntaria, sed coacta, qua qui laborat ex affectu aggregandi pecuniam, incidit in multa peccata, secundum illud. [b] *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli.* Quo affectu carent pauperes voluntarij, & abundant diuites, vt ex supra dictis patet. Non item corporalem: quia vt S. Augustinus dicit * *Quærentibus regnum Dei, & iustitiam eius, non debet subesse sollicitudo, ne necessaria desint, quia iustè sidere possunt illi optimo, omnisciо, & omnipotenti, quòd prouidebit, consilium eius bona fide exequenti.*

29 Ad septimum concedimus, quòd bona temporalia qua parte sustentant, & per ea fit bene proximo tamquam instrumenta virtutis, prosunt ad fœlicitatem, sed qua parte occupant mentem in sui cogitatione, & amore, nocent, quum impediant contemplationem, & fruitionem de Deo, in qua illa consistit, vt dictum est supra, iuxta doctrinam Domini, [c] adeo quòd S. Chrysostomus [d] dicat quòd diuitiæ actu habitæ faciunt difficilem aditum in regnum Dei. & eum sequitur S. Thomas, [e] quorum tamen vterque intelligendus est, de affectu inordinato notabiliter, ne contradicant cap. pen. [f] probanti diuites saluos fieri posse.

30 Ad octauum dicimus, quòd maiorem eleemosynam facit, qui omnia simul dat propter Deum, quàm qui minutatim, hic enim offert sacrificium, hoc est partem eius, quod habet, ille verò holocaustum, hoc est totum, quod habet secundum * B. Gregorium, & contrarium est error Iouiniani, quem damnat S. Hieronymus, [g] & S. Augustinus [h] ibi. *Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare, melius est pro intentione sequendi Dominum, insimul donare, & absolutum in solutione egere cum* CHRISTO.

Ad nonum, quòd loquitur de donatione, & renunciatione iniuriosa aliis, nos autem de alia.

Ad decimum, quòd loquitur de donatione indebito modo facta, qua quis contra decentiam sui, & suorum status, quam seruare tenetur sine mutatione status donat, nostra verò conclusio de alia.

Ad decimum, quòd S. Ambrosius ibi loquitur de illo, qui sine sui, & suorum status indecentia, & iniuria non potest omnia simul dare.

31 Ad duodecimũ concedo plurima esse cœnobia ditissima, in hunc sensum, quòd habent ius administrandi in vtilitatem suam multorum bonorum Dei, & D. N. Iesu Christi applicatorum sibi mediatè, vel immediatè à summo ipsius Vicario Papa administratore vniuersali vniuersorum bonorum eius, vt dixi alibi: [i] nego tamen vllum cœnobiorum habere in eis vllum ius proprium etiam alicuius rei nomine, sed simplices quidem, simplicem vsum facti in vestibus & aliis ad victum necessariis, officiarij autem, Abbates, aut superiores ius tantùm administrandi nomine cœnobiorum secundum regulas, quas profitentur: & hoc est quod aliis verbis dici solet, quòd habent in communi, non autem in particulari. Nego item religiosos, qui ad episcopatus, & ad alia munera ecclesiastica sæcularia, vel regularia, ad quæ assumuntur, quærere quidquam iuris sibi, etiam si maximos reditus habeant, quia verum dominium eorum quærunt Christo, ius autem administrandi suis ecclesiis, & sibi earum nomine, modo vbi supra declarato.

32 Trigesimumquintum principale sit, quòd ex prædictis omnibus infertur primò, peccare contra legem iustitiæ specialis, caritatis, vel alius virtutis eum, qui dat vel relinquit omnia bona sua, vel partem illorum prodigè, hoc est vbi, cui, quando, quomodo, & propter quod non debet, hoc est enim prodigè dare iuxta glossam, [k] quæ ponit definitiones largi siue liberalis, qui est virtuosus: & auari, & prodigi, qui sunt ei contrarij, de quibus S. Thomas. [l] Prodigè autem dare semper est peccatum saltem veniale, vt probat S. Thomas, [m] quamuis donatio vel

renuncia

a *Ca. exiit. de verb. signif. lib. 6. §. nec quicquam ex his &c.*

b *1. ad Timo. vlt.*

Aug. lib. 2. de ser. Dom. in mon. c. 23.

c *Matth. 13. & 19.*

d *Homi. 64. in Matth.*

e *2. 2. q. 186. art. 3.*

f *30. distin.*

* *Gre. Hom. 20. in Ezech.*

g *In li. contr eum scripto.*

h *De dogma. Eccles. ca. 71.*

i *In Tract. de redit. eccles. q. 1. mon. 40. & que. 3. mon. 33.*

k *Ca. ex parte. de cõsuet. verb. prodigalitatis.*

l *2. 2. q. 117. 118. & 119.*

m *In 4. ar. 1. d. q. 119.*

a *Per locum à specialit. ff. de ver. oblig.*

b *Cap. 2. de concess. præb. & ca. ne cap tanda. eod. tit. lib. 6.*

c *De redit. q. 2. mon. 4.*

d *De quo in c gloria epist. cop. i. 12. qu. 1.*

e *Tit. 6. ca. 7. §. 1.*

f *1. ad Timoth. 5.*

g *Et ca. ceterum. 86. dist.*

renunciatio regulariter ipso iure valeat, iuxta legem is cui, [a] & glossam eius, & ibi latè disputata per Doctores, præsertim Iasonem modo limites legum iustitiæ specialis non excedat.

Secundo infertur, peccare illum, qui alia de causa quàm religionis, & pietatis donat omnia præsentia, & futura absque reseruatione vlus fructus, vel alicuius partis eorum, de quibus restari possit: quia facit contra d.l. stipulatio. receptam iure Pontificio, [b] licet absque peccato omnia bona præsentia donare posset.

Tertio infertur, quòd absque peccato potest quis dare omnia bona sua præsentia, & futura, causa religionis, cum donatione sui ipsius, vel sine illa mutato statu, vel non mutato, modo id fiat sine alterius iuris præiudicio.

33 Quarto, quòd licet peccet contra legem caritatis, qui dat, vel relinquit Deo, Ecclesiæ, vel operi pio, ea mente vt incommoder filiis, aut cognatis, valebit tamen legatio, donatio, vel exhæredatio, quatenus non excedit limites per specialis iustitiæ leges constitutos, modo non lædat ius alterius: facta enim contra solam legem caritatis, prudentiæ, fortitudinis, vel temperantiæ, non annihilant communiter iura, nec iubent rescindi, nec ob eam, quem ad restituendum cogunt, per ea quæ latius diximus in dicto tractatu. [c]

Quinto infertur, peccare non quidem contra legem iustitiæ specialis, sed prudentiæ, vel modestiæ, qui non mutando statum tantam eleemosynam erogant, vt non possint sine indecentia notabili viuere, secundum suum statum.

Sexto, quòd Crates ille Thebanus à multis laudatus, [d] & supra relatus, vituperari meretur, quia prodegisse videtur pondus auri abiiciendo, vt quidam referunt, in mare, quia non dedit illud, cui debuit, videlicet miseris, vel cognatis, aut amicis honestis, nam & Craton Philosophus grauiter fuit reprehensus à Beato Ioanne Apostolo, eo quòd duos discipulos suos mundi contemptum docuit per comminutionem gemmarum maximi valoris, in quas sua maxima bona temporalia vendita refuderant, dicens ei, quod Dominus noster non docuit contemnere mundum prodigendo, & in puluerem nullius valoris redigendo diuitias, sed vendendo, & largiendo eas pauperibus, vt habetur in vita eius probata per diuum Antoninum. [e]

Septimo infertur, peccare illum qui donat tantùm eleemosynæ de suis bonis, vt fiat impotens ad præbenda necessaria eis, quibus tenetur, iuxta illud Pauli. [f] *Qui suis non prouidet, fidem negat, & est infideli deterior.* Pro quo est cap. non satis, [g] eum item qui mala mente filios suos, vel cognatos exhæredat, vel priuat spe, quam ad eius bona habent, quamuis exhæredatio, & priuatio & aliorum instituto seruata debita solemnitate, valebit, excepta parte per iustitiæ leges eis debita, vt dictum est.

34 Octauo, longè aliud esse, quoad religionis obseruantiam tenere quem, tractare, & administrare aliqua bona tamquam sua, & tamquam dominum eorum, & aliud tenere, tractare, & administrare eadem, tamquam bona Dei, & tamquam procuratorem, vel vicarium eius mediatum, vel immediatum: hoc enim licet quibusliber perfectis, illud autem minimè, vt pulchrè determinat Gratianus, [a] ibi. *Aliud est sua possidere, aliud est communium procuratorem esse: canonici non possident sua, quia res Deo oblatæ non sunt alicuius, vtuntur enim rebus Ecclesiæ: non vt suis: sed tamquam ad dispensandum sibi creditis.* Hæc ille, qui citat in hoc Prosperum, * qui relatus ab eodem in cap. Sacerdos, [b] sic ait. *Sacerdos, cui dispensationis cura commissa est, non solùm sine cupiditate: sed etiam cum laude pietatis accipit à populo dispensanda: & fideliter dispensat accepta, quia omnia sua, aut parentibus reliquit: aut pauperibus distribuit, aut Ecclesiæ rebus adiunxit: & se in numero pauperum paupertatis amore constituit: ita vt vnde pauperibus subministrat, inde & ipse tamquam pauper voluntarius viuat.* Per quod iure imponitur silentium dicentibus nil referre quoad animi tranquillitatem, an quis se immisceat negotijs suis tractandis, vel alienis etiam pauperum, vel aliarum personarum miserabilium; vel Ecclesiasticis diuinum dominium tangentibus: simul docemur debere nos Ecclesiastica bona tractare tamquam bona Dei, & tamquam pauperes, qui ex eis sustẽtamur. Per quam considerationem remittitur valde nimius ea tractandi ardor: & confirmatur voluntas ea ferenè, ac fideliter tractandi, dum ob oculos mentis nostræ ponimus CHRISTVM præsentem, & ita volentem sua sibi à nobis fideliter seruari, & impendi, vt nulla tamen alij, vel minima fiat iniuria. Quapropter licèt pauperior, & optabilior appareat vita illa tranquilla simplicis regularis nullam de rebus pecuniarijs, nec de victu, aut vestitu curam habentis, sed solùm chorum, & altare, refectorium commune, & sellam ad cõtemplandum continuantis; verè tamen non est pauperior, nec tanti meriti, licèt sit in se optabilior, quàm vita minus tranquilla cellarij, œconomi, & prælati fideliter ea tractantis, etiam in opulentis Cœnobijs graues & densas circa prædicta, & lites ea tangentes non sine animi distractione molestias deuorantis. Considerans enim se id facere, non vt sua bona seruet, sed vt Dei Domini sui præsentis, quo seruis suis victus ministretur, vt tranquillè illi seruiant, multùm se expropriat; multúmque meretur, & satis requiescit in amore Dei, & proximi inde nascente, & fugat turbines, quibus negotiatores, & alij diuites sua ob sui amorem tractantes conturbantur. Alia multa vtilia ad votum solenne paupertatis pertinentia tradimus in commentario cap. non dicatis. [c]

a *14. q. 1. §. 1.*

* *Prosper. li. 2. de vita cõ templ. c. 11.*

b *1. quæst. 2.*

c *Inf. ead. n. 30.*

FINIS COMMENTARII PRIMI.

COMMENTARIVS SECVNDVS DE REGVLARIBVS.

DE DOMINIO BONORVM IPSORVM

in cap. non dicatis. 12. quæst. 1. desumptum ex cap. 2. regulæ Patris nostri Augustini, cuius hæc sunt verba.

NOn dicatis aliquid proprium: sed sint vobis omnia communia. & infra. *Quicumque autem in tantum progressus fuerit malum, vt occultè litteras ab aliquo, vel quodlibet munus accipiat, si hoc vltro confitetur, parcatur illi, & oretur pro illo. Si autem deprehenditur, atque conuincitur, secundum arbitrium presbyteri, vel præpositi grauius emendetur.* & infra. * *Cum huius nostræ congregationis fratres non solùm facultatibus, sed voluntatibus proprijs in ipsa ordinationis susceptione renunciauerint, & se per promissam obedientiam penitus aliorum potestati, & imperijs in Christo, & pro Christo subdiderint, certum est eos nihil habere, possidere, dare, vel accipere sine superioris licentia debere. Quòd si propinquus, vel amicus, vel quilibet fratrum cuiquam aliquid offerre voluerit, primo quidem Priori insinuetur: & sic suscipiatur: si ipse mandauerit. De quo tamen nihil fiat aliud, nisi quod Priori placuerit.*

* *Non dicatis aliquid proprium.* Huius cap. 5. initium vsque ad illa verba, Cùm huius nostræ, est apud D. Augustinum in sermon. 3. de communi vita cleric. & in epistol. 109. ad Monachas. Deinde ab illis verbis, Cùm huius nostræ congregationis, vsque ad illa, certum est eos, non est inuentum alicubi apud Augustinum, sed quod est ab his verbis, certum est eos vsque ad finem, est in prima regula D. August. capit. 4.

SVMMARIVM.

1 *Regularis dicens aliquid esse suum in vno sensu peccat mortaliter, in alio venialiter, in alio nihil.*
2 *Regularis peccat mortaliter volens habere dominium cuiuspiam rei pecuniariæ: non autem volens habere dominium aliarum rerum animæ, vel alius rei spiritualis, vel honoris ecclesiastici.*
2 *Canonicus regularis vt laxiori regulæ seruiat, quàm monachus.*
2 *Regularis iustè fieri potest doctor.*
3 *Regularis quid acquirat Deo, quid Papæ, quid monasterio, & quid sibi.*
3 *Monasterio quærere quid, profundius quàm alibi.*
3 *Intell. cap. exijt §. porro. & seq. singul. fundatus.*
3 *Dominium verum bonorum Ecclesiæ penes solum Deum priuatiuè, & vniuersale administrandi penes Papam, & speciale aliquorum penes alios, &c. decisiuè, & remissiuè.*
4 *Regularis, & seruus quomodo æquantur in acquirendo.*
5 *Regularis cui monasterio, vel prouinciæ quærit.*
5 *Regularis non est propriè solùm generalissimè professus.*
5 *Regularis etiam bonæ ante professionem quæsita quærit per eam monasterio, nisi &c.*
6 *Regularis beneficiarius quærit Ecclesiæ, vel beneficio suo, siue sit sui ordinis, siue non; & siue manuale, siue non: non solùm ea, quæ quærit ex fructibus eius, vel ex opera sua; sed etiam ea, quæ aliunde ex contractu, vel vltima voluntate 7.*
7 *Beneficia manualia æquantur non manualibus, nisi in hoc.*
7 *Beneficio manuali, & non monasterio vnde pendet, quæritur pœna statuti occidentis illum.*
7 *Acquirit quis alteri æquiùs ex re sua, quam aliena.*
7 *Beneficiarius regularis æquè disponit de quæsitis aliunde, ac de fructibus, & opera sua.*
7 *Beneficiarius regularis plurium beneficiorum, omnibus eis quærit pro rata redituum, quos ex eis percipit.*

PRÆSVPPONIMVS dicendis in hoc cap. ea, quæ diximus in cap. cui portio, [a] de dominio, & proprietate, de possessione, vsu fructu, & vsu, & de iure administrandi, & de proprio & de periculo iusto, & iniusto.

1 Quibus præsuppositis nota primo peccare Canonicum regularem, qui dicit sibi esse aliquid proprium siue suum. Tum quia mentitur; quia scit vel scire debet nihil esse suum, & omne mendacium est peccatum, [b] etiam bona intentione, & humilitatis causa, [c] & tradit S. Thomas. [d] Tum quia contrauenit præcepto facto hic, illis verbis, *Non dicatis*: ex quibus ait præfatus Hugo colligi, quàm sit contrarium regulæ Sancti Augustini habere proprium, cùm etiam dicere se habere illud, sit peccatum; vnde infert, peccare canonicum, qui dicit, hæc vestis est mea, vel hic liber est meus, quem Archidiaconus, Cardinalis, Turrecremata, & Alexandrinus sequuntur hic, & Iordanus, Vmbertus, Coriolanus, & Tullus in dicta regula.

Contra tamen hoc notabile facit, quòd etsi verba *meum, & tuum* strictè accepta significent dominium iuxta glossam memorabilem, [e] & probatur per l. Quintus, [f] & per d. cap. quo iure. adeo quòd bona fide possessum, non dicatur meum, vt ait prædicta glossa, [g] largè tamen sumptum significat possessum, & etiam detentum secundum glossam receptam, [h] dicentem, quòd coloni appellant agros alienos, quos colunt suos, quàm inter alios commendat etiam Cardinalis Alexandrinus, [i] sicut & genitiuus, licèt denotet dominium iuxta d. l. 2. [k] tamen iuxta materiã subiectam nunc denotat auctorẽ, nunc possessorem, & detentorem, nunc alium, secundum Bartolum, [l] per glossam. [m]

a *Supra ead. nu. 7. & seq.*
b *Ca. primũ. 22. q. 2. c. super eod. de vsur.*
c *Ca. cum humilitatis. ea. causa, & qu.*
d *2. 2. q. 110. art. 3.*
e *In cap. quo iure. 8. d. ver. meum. ff. de aur. & arg. leg.*
g *Per l. 2. §. 1. ff. de relig. & sumpt. fun.*
h *In l. 2. ff. de orig. iur. ver. Papyrius.*
i *In d. ca. quo iure.*
k *ff. de relig. & sumpt. fun.*
l *In rub. ff. de non. oper. nunc.*
m *In l. quoties in fin. ff. de verb. obli. & l. quoties idem. de reg. iur.*

Pro responsione considera tres casus. Primus, cum dicit rem esse suam, intendens dicere se esse dominum eius, vel possessorem nomine proprio, & hoc casu peccat: quia mentitur, vt dictum est, sed non mortaliter, nisi dicat id volendo illud esse suum, & complacendo, eo quòd sit suum, tunc autem sic, quia contraueniret voto paupertatis substantiali regulæ per dicta, [a] aliàs non esset mortale, sed bene veniale iuxta doctrinam S. Thomæ, [b] relatam à nobis in Manuali confessariorum. [c] Secundus casus est, quum dicit illud inaduertenter, cùm incogitantia dominij proprietatis, vel possessionis, & hoc casu ad summum erit veniale, quia est mẽdacium surreptitium, per doctrinã S. Thomæ. [d] Tertius, cum dicit actu, vel virtute, intendens dicere per illud verbum, *mea*, esse suam quoad vsum, administrationem, vel detentionem simplicem facti, & non quoad dominium, nec proprietatem, nec quoad veram possessionem, quo casu nullum arbitror esse peccatum, per adducta in contrarium: imo iudico meritum, modò aliæ circumstantiæ necessariæ eum circumstent, quia est actus virtutis veritatis, quamuis melius diceretur, *nostra*, sed aliquid esse melius altero, non arguit illud esse malum, quia bono melius datur, [e] imo arguit esse bonum per expositionem dialecticam: nec aliud puto Hugonem, & qui sequuntur eum dicturos fuisse, si hoc speciatim considerassent, multos enim egregia eruditione, ac pietate viros regulares præsertim Episcopos, Archiepiscopos, & alios beneficiarios regulares audies dicentes, *meus liber, mea vestis, mea mula, &c.* Quin & quandoque datur aliquid scandali hypocriseos sæcularibus audientibus, *noster panis, nostra vestis*, & ob id ridentibus, cur etiam non dicit, *nostrum caput, nostra manus, nostra febris*: quamuis tale scandalum acceptum, seu passiuum, sit potius quàm datum & actiuum, & ita dicenti nullum est peccatum iuxta doctrinam S. Thomæ receptam, [f] quamuis forte aliter loquenti maius meritum esset apud Deum, qui cor magis quàm manus respicit. [g]

2 Secundo nota, quòd regularis peccat habens vel volens habere proprium, & quidem mortaliter. Tum quia frangit votum paupertatis solemne, quod est mortale, [h] vt dictum est. [i] Tum quia nisi renunciet illud ante mortem, non debet in sacro loco sepeliri, [k] sed in sterquilinio: imo & si sepultus fuerit in sacro, extrahendus est, si absque magno scandalo id fieri potest, [l] cuius rei exemplum narrat D. Gregorius, [m] ab Innocentio III. citatus. Tum per illa verba Concilij Tridentinj. [n] *Si quis aliquid proprium tenere deprehensus, aut conuictus fuerit, is biennio actiua, & passiua voce priuatus sit, atque etiam iuxta regulæ suæ, & ordinis constitutiones puniatur.* Quorum ratio tangitur ab Hugone super illis verbis. (*Qui autem aliquid habebant &c.* in hæc verba. *Duo sunt, quæ relinquere oportet propter Deum: facultatem scilicet possidendi, & voluntatem habendi: hinc est quòd Dominus ait in Euangelio, Qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* & iterum. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, illud pertinet ad substantiam, hoc ad voluntatem: non enim sufficit exteriorem relinquere substantiam nisi interiorem abscindamus concupiscentiam.*

Contra hoc notabile facit primo, quòd præsupponit posse regularem proprium primi generis iustè, vel iniustè habere: quod tamen est falsum, quia est incapax eius, vt dictum est. [o]

Secundo, quòd regularis habere potest iustè tam quoad dominium, quàm quoad possessionem, salutem corporis & alias dotes eius, salutem item animæ siue gratiam gratum facientem, & virtutes tam intellectuales, quàm morales, & alias gratias, & dotes animæ tamquam proprias.

Tertio facit, quòd potest habere iustè honorem presbyteralem, doctoralem, abbatialem, episcopalem, & id genus alios, tamquam proprios. [p]

Quarto, quòd potest habere ius eligendi, præsentandi, confirmandi, instituendi, conferendi, excommunicandi, absoluendi, & beneficia regularia in titulum, & sæcularia in commendam, & ius suscipiendi alimenta ex illo, vel illo monasterio, cathedras in Academiis regendi, & omnem iurisdictionem Ecclesiasticam, imo & sæcularem ciuilem, tam quoad proprietatem, quàm quoad possessionem, non solùm facti, sed etiam iuris, vt demonstrat totius Ecclesiæ consuetudo, quæ seruanda est, [a] ergo potest habere aliquid proprium contra d. notabile.

Quinto facit, quòd potest habere proprium voluntatem nulli homini subiectam, qualem habuerunt omnes regulares ad maximum pontificatum euecti: potest habere etiam propriam vxorem, saltem per dispensationem, secundum Innocentium communiter receptum, [b] ergo potest etiam habere aliqua bona temporalia, & mundana propria, tam quoad dominium, quàm quoad possessionem etiam iuris, etiam suo nomine.

Pro resolutione horum dico primo, textum intelligendum esse de proprio rei pecuniariæ, hoc est pecuniæ numeratæ, vel ea æstimabilis, adeo quòd omnis verè regularis per votum paupertatis solenne fit incapax dominij, & iuris cuiuscumque rei pecuniariæ numeratæ, & non numeratæ, paruæ, & magnæ, & ita non potest habere dominium etiam vestis, etiam breuiarij, vt glossa solennis hic, & vbique recepta dixit. Et consequenter, nec vsumfructum, neque vsum prout est ius quoddam lege humana inductum, [c] quia sunt res pecuniæ æstimabiles, & pecuniariæ; imo neque possessionem eius prout est ius insistendi rei, iuxta Bartolum receptum, [d] vt latius probauimus alibi. [e] Per quod respondetur ad primum, negando quòd hoc capitulum præsupponat assumptum in eo.

Secundo dico, quòd hoc cap. non loquitur de proprio bonorum interiorum; quia non sunt pecunia, nec ea æstimabilia per supra dicta, licèt Coriolanus relatus à Trullo, [f] incautè, aut certè nimis allegoricè extendat hoc notabile, etiam ad scientiam, sapientiam, & quodcumque aliud donum à Deo datum; dicens etiam id non debere esse proprium regularis, sed commune per hoc cap. [g] quia tam hoc cap. quàm prædicta duo Actor. vnde hoc sumptum est, de proprio solitis rei pecuniariæ agunt, & non alius, per quod soluitur secundum argumentum, concedendo regularem posse quidem cupere & habere contenta in argumento, scilicet virtutes, & dotes animi, & corporis ingenitas, inditas, & quæsitas, perinde ac alium clericum sæcularem; & negando id per hunc textum prohiberi per proximè dicta.

Tertio dico, quòd regularis non est etiam incapax, nec prohibetur cupere, & habere honores sanctos Ecclesiasticos contentos in tertio argumento: quia dantur propter merita, quibus non renunciauit, vt docet S. Thomas, [h] vnde colligit alter Thomas posse regularem cupere & habere honorem doctoralem, & alios, qui dantur in testimonium virtutis, & eruditionis, sicut & presbyteralem, & sacerdotalem, & de doctoratu etiam expressit S. Thomas. [i] Quin & Ioãnes Andreas, [k] quem probat Felynus, [l] probat religiosum qui de iusta licentia studet in aliquo studio posse obligare monasterium ad impensam doctoratus: & in regula cum quid, [m] ait licentiam datam ad studendum, extendi ad assumendum doctoratum. Quin & Calderinus, [n] dixit eum, qui ante monachatum studuit sufficienter in iure ciuili, posse post monachatum assumere doctoratum in illo, licèt illi studere non posset. Nec est audiendus Rebuffus qui [o] dixit titulum doctoratus non deberi, nec tribui de stylo Curiæ religioso. Tum quia magister sacri Palatij, qui solet semper esse & est Dominicanus, doctoratu & magisterio insignitus, à tota Curia appellatur Magister. Tum quòd falsum est, quod præsupponit, nempe idem intelligi in stylo Curiæ per professorem Theologiæ, (quò titulo dicit eam vti erga religiosos,) & per doctorem, siue magistrum Theologiæ, quum stylus Pœnitentiariæ habeat, per commissionem factam magistro, vel doctori sacræ paginæ in confessarium eligendo, non posse eligi Theologum etiam religiosum & doctum nisi sit doctoratu, vel magisterio auctus. Per commissionem autem factam sactæ paginæ professori sic. Latius enim patet professor, quam doctor vel magister secundum prædictum stylum. Tum quòd iure verius est contrarium eius, quod ipse ait, nempe auditionem publicam, & studium audientium publicè vetari monachis, & non auditionem priuatam, nec prælectionem, siue (vt ita dixerim) doctionem publicam, vt efficaciter probat Panormitanus, [p] per

a *Ca. Eccle siarum. 11. d. ſt. & c. ſi. de conſuet.*
b *In d. c. cum ad monaſterium. §. ſin.*
c *De quibus inſti. de vſufruct. in princip, & de vſu & habit. in prin.*
d *In l. ſi quis nu. 3. differẽtia ff. de acq. poſſeſſ.*
e *In tract. de reditib. eccl. q. 1. mon. 7. & octo ſeq.*
f *In 3. cap. 4. par. in caute.*
g *Et ca. 2. & 4. Actor.*
h *2. 2. q. 186. ar. 7. ad 4.*
i *In tract. 19. contra impugnantes religionem. ca. 2. & 3.*
k *In ca. quia nonnulli. de magiſt.*
l *In c. cum dilecta. nu. 10. de reſcrip.*
m *In Libr. 6.*
n *Conſil. 2. de magiſt.*
o *In præx. benef. tit. de diſpenſ. cum regul. num. 27.*
p *In ea ſuper ſpecula. ne cler. vel mo.*

contextum illius adiuncto contextu capit. magnopere, [a] quod solidè confirmatur per prædictam determinationem Calderini.[b]

Quarto dico, quòd etiam potest cupere, & habere iura Ecclesiastica in quarto argumento contenta: quia non sunt pecuniaria, néque ad statum regularem, cui religiosi renunciant, pertinentia.

Ex his infertur primò, quòd nullus regularis etiam canonicus potest habere vllum dominium, vel aliud ius in pecunia, vel re æstimabili ea, nec possessionem eius sibi. Dixi, *etiam canonicus*, quia licèt canonici regulares laxiori regulæ, quàm monachi seruiant quoad aliqua, [c] nõ quoad hoc tamen exæquantur. [d] Dixi, *dominium*, quia bene potest habere administrationem, qualem habent Abbates professi, & alij beneficiarij. [e] Dixi, *vel aliud ius*, ad includendum vsum fructum, vsum, seruitutem, vel actionem: quia nil tale regularis habere potest per dicta. [f] Dixi, *nec possessionem*, quia etiam illa est ius, vt patet ex definitione ipsius posita supra, [g] licèt possit habere detentionem facti naturalem, vt de facto quisque palam habet, velut seruus habet in vestibus, & aliis quæ tenet. [h] Dixi, *sibi siue nomine suo*, quia bene potest alij acquirere, vt mox dicam. Dixi, *in bonis pecuniariis*, quia in aliis tam internis quàm externis, potest habere, vt omnes iusti habent fidem, spem, caritatem, & dona Spiritus sancti, & etiam mali fidem, scientiam, characterem baptismi, vel ordinis. In externis item habere potest, vt in iuribus Ecclesiasticis puta titulo, beneficio regulari, vel sæculari episcopatus, abbatiæ, prioratus, vel commendæ, quorum dominium, & proprietas perinde pertinet ad eos, ac dominium, & proprietas titulorum beneficiariorum ad clericos sæculares. Vnde perinde possunt agere, & agunt nomine suo super proprietate, vel possessione suorum titulorum, ac illi, idque suo nomine, & non nomine sui Prælati, vel monasterij: imo frequenter contra illud. [i] Dixi, *in bonis pecuniariis*, quia in honorariis potest habere, vt colligitur ex S. Thoma, [k] vt de facto habent magistri, & Doctores, qui eum honorem sunt assequuti, & iustè possunt assequi, secundum Caietanum, [l] carpentem in hoc illos religiosos, qui ob religionem abstinent ab eiusmodi honoribus, quibus per professionem paupertatis non videntur renunciare.

3 Secundo infertur, quòd cùm regularis non acquirat ius pecuniarium, nec possessionem eius sibi, videndum est cui acquirat: & quidem receptissima sentencia est, eum acquirere ordini suo vel monasterio, secundum Innocentium, [m] & Communem. [n]

Contra quod faciunt duo fortissima argumenta. Alterum est, quòd regulares ordinis Minorum, quos vocant de obseruantia, & Capucini, non possunt id facere: quoniam non solùm suæ personæ sunt incapaces dominij iuris pecuniarij in speciali, sed etiam sua monasteria, & totus suus ordo in communi. [o] Imo & tales erant ante Concil. nuperrimum Trident. omnes mendicantes secundum originatiam suam institutionem. Alterum, quòd dominium etiam speciale omnium, etiam aliorum bonorum pecuniariorum Ecclesiasticorum est Domini Dei nostri IESV CHRISTI, vt dixit Innocentius, [p] communiter receptus per citatos à Decio, [q] & à nobis, [r] quod & determinatum est hodie per Concilium Tridentinum [s] sunt inquam, Dei priuatiuè, & non cumulatiuè, ita quòd non sunt alius hominis, vt [t] declarauimus, [v] ergo non solùm regularis, sed & sæcularis clericus, quibus cæsibus non quærit sibi, & quærit alicui, non acquirit Ecclesiæ, ordini, vel monasterio, sed Deo, & D. N. IESV CHRISTO.

Ad horum prius respondeo, concedendo planè id concludere, quod prætendit, scilicet regularem quidquid acquirit, acquirere quo ad dominiũ soli Deo, & Domino nostro IESV CHRISTO, & ius administrandi eius supremũ & generale Papæ, & Ecclesiæ vniuersæ, particulare verò illi ordini, vel monasterio, cuius est ipse, si sunt capacia iuris administrandi: alioqui etiam speciale remanet apud Papam, & sola detentio, & vsus, & administratio facti penes ordines, & monasteria, quibus acquireretur ius particulare administrandi, si illius essent capacia. Per quod subtiliter, & irrefragabiliter declaratur dictum cap. exijt, [a] & ita declaratur, vt non inducatur ibi ius nouum; sed antiquum exponatur, quatenus habet dominium rerum donatarum, & relictarum fratribus Minoribus incapacibus dominij in speciali, & communi, non quæri eis, sed manere penes donantes, aut sanctam Sedem Apostol. & Romanum Pontificem, & solum vsum, & administrationem facti cum moderatione ibi posita eis permitti. Adiicio tamen id, quod ibi ait auctor eius Nicolaus III. de dominio rerum donatarum, & relictarum pertinere ad Papam, intelligendum esse per dominium ius administrandi: quia verum dominium ipsi Deo quæritur, sicut & dominium aliorum bonorum omnium donatorum, & relictorum Ecclesijs; & ordinibus, & monasterijs capacibus dominij, vel iuris administrandi illa quæritur soli Deo D. N. IESV CHRISTO, & solum ius administrandi supremum Papæ; subalternum verò Ecclesijs particularibus ad vsum earũ, & ministrorum secundum canones exercendum; ita quod verbum *dominium* vel *proprietas* positum in aliquo textu, vel dispositione, per quam Ecclesiæ, vel prælati, vel beneficiarij dicuntur bonorum sibi donatorum, vel relictorum domini, debet impropriari pro iure administrandi per canones concesso; & ita prædicta receptissima sententia Innocentij probata per Nicolaum III. [b] quod quicquid religiosus acquirit, ordini suo, vel monasterio acquirit, debet intelligi de monasterio, & ordine dominij, vel iuris administrandi capaci, & non de dominio vero, quod in omnibus bonis Ecclesiasticis quæritur Deo cum hac differentia, quòd ius administrandi particulare quæritur in sæcularibus, & ordinibus capacibus ipsis secundum canones exercendum; in incapacibus verò soli Papæ, quamuis vsus & administratio facti concedatur eis cum moderatione prædicti §. porro, [c] quod addendum est eis quæ dixi alibi, [d] sicut & ea sunt præsupponenda ad hæc sane intelligenda. Licet autem res ita, vt dictum est, sese habeat, causa tamen breuitatis, caritatis, & conformandi nos communi modo loquendi per illa verba, *acquirit monasterio*, intelligemus acquirit verum dominium Deo, & ius vniuersale administrandi Papæ, & particulare ordini, vel monasterio, si est capax; aliàs etiam particulare Papæ, sola administratione, & vsu facti concesso ordini incapaci, & monasterio eius.

4 Tertio infertur, quod regularis etiam canonicus, vt infrà, [e] latius resoluitur, æquiparatur seruo in habendo, & acquirendo bona pecuniaria, eo quòd neuter potest habere nec acquirere sibi dominium, vel possessionem eorum; & vterque potest habere, & acquirere alteri; seruus quidem domino suo, regularis verò, & canonicus monasterio, secundum Innocentium receptum, [f] & probatur per dict. cap. Abbates, [g] ita quòd quicquid acquirit iustè regularis, ordini vel monasterio acquirit, iuxta sensum proximè positum, sicut seruus domino: quæ verò iniustè, nec sibi, nec illi, sicut nec seruus sibi, nec domino. [h] Nec refert an sit fugitiuus, vel erro, an obediens monasterio, vel ordini, vt idem Innocentius tradit, [i] approbatus communiter, præsertim per Panormitanum. [k]

5 Quarto infertur, quòd monachus quærit monasterio particulari, vbi profitetur singulariter se illi dedendo, ad sensum prædictum iure communi, [l] vel toti ordini, si generaliter ordinem ipsum profiteatur; vel parti ordinis, puta prouinciæ, si se illi dederit secundum Panormitanum communiter receptum, [m] & Calderinum, [n] si autem profiteatur religionem generaliter in genere generalissimo, ita quod obligetur religioni in genere, sed nulli ordini, vel monasterio in specie, qualiter in effectu profitetur, qui facit professionem ante annum probationis completum in ordine mendicantium, [o] si habuit animum profitendi religionem in genere: nam si solum habuit animum profitendi illum ordinem, quem profitebatur non esset obligatus religioni etiam in genere secundum Dominicum & communem, [p] & Angelum, [q] & Syluestrum, [r] & qui profitetur religionem

a *Eod. titul.*

b *Consil. 2. de magist.*

c *Cap. quod Deo timorē. de stat. mon.*
d *Cap. monachi. & ca. super hoc. de stat. monach.*
e *Cap. edoceri. de rescript. & clemen. 1. de supplen. negl. prał. cũ eis aduocat.*
f *In c. cui portio. nu. 12. & seq.*
g *In d. nu. 7. h l. stipulatio ita habere licere. §. hoc quoque ff. de verbor. oblig.*

i *Ca. cum dilecta. de rescript. cap. de monachis. ca. auaritia. & c. nisi de præbend.*
k *2. 2. q. 186. art. 7.*
l *Ibidem.*

m *In d. ca. cũ olim. 2.*
n *In authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles.*

o *Cap. exiit. de verbor. sign. lib. 6. & clemen. exiui. eod. titu.*
p *In cap. cum super. de causs. possess.*
q *In c. constitutus. de rescr.*
r *In d. trac. de redit. mo. 40. q. 1.*
s *Sess. 25. c. 1.*
t *Ibidem.*
v *Et in qu. 2. eiusdē mon. 2.*
x *§. porro. & §. ad hæc. & §. præterea.*

a *§. porro. & §. ad hæc. & §. præterea.*

b *Vbi supra.*

c *Cum sequ. d. c. exiit.*

d *In dict. trāct. a. de reditu. q. 1. moni. 40.*
e *Num. 30.*
f *In d. c. cum olim.*
g *Et ea. quia ingredientibus. 19. q. vlt. & c. 2. de testam. & l. acquiritur. ff. de acq. ver. dom. & l. placet. ff. de acquir. hæred.*
h *In l. quod seruus. cum gloss. ff. de acquir. possess.*
i *In d. c. cum olim.*
k *In ca. fi. col. 2. de regular. l. d. c. Abbates. & d. cap. quia ingredientibus.*
m *In c. in præsentia. n. 64. de probat.*
n *In cõsil. 23. de regular.*
o *Ca. nõ solum. & c. cõstitutionem. de reg. li. 6.*
p *In d. c non solum.*
q *In summa. verb. religiosus. §. 4.*
r *Per religiosus. 5. q. 1.*

generaliter in manibus Episcopi emittendo tria vota substantialia, [a] acquirit religioni in genere, secundum eundem Panormitanum, [b] quod tamen, licèt alij non aduertant, nequaquam est verum, tenendo opinionem Archidiaconi & Ioannis Andreæ, [c] communiter receptam, [d] & à Calderino, [e] scilicet, quòd eiusmodi professus, & obligatus ad religionem in genere generalissimo, non est verè professus, imò licèt malè faciat contrahendo matrimonium, contractum tamen valet: secundum enim hanc opinionem dicendum est, eum non esse verè religiosum, & ideò sibi acquirere, quod acquirit, cùm non ligetur plus voto solemni paupertatis, quàm voto solemni castitatis, licèt peccet acquirendo, sicut peccaret vxorem ducendo per supradicta. Dixi supra (*iure communi*) quia per statuta specialia aliquarum religionum per Papam approbata, distinguitur an intra monasterium, in quo professus est, an in alio moriatur, & an bona sint mobilia, an immobilia, in quibus secundum ea iudicandum est, vt colligitur ex glossa & ex his, [f] & eorum quæ tradit Decius. [g]

Quinto infertur, quòd religiosus non solùm quærit monasterio, vel ordini quæsita post professionem, sed etiam quærit per eam ei omnia bona, quæ antea habebat, nisi de illis aliter ante professionem disposuerit, [h] nisi haberet filios legitimos, quo casu seruanda videtur authen. si qua mulier, [i] translata per Gratianum in decreto, [k] & declarata ibi per glossam de qua latius infra.

6 Sexto, quòd religiosus præsertim canonicus regularis non simplex, sed beneficiarius, quærit suæ Ecclesiæ, vel beneficio, quod non subest monasterio suo, nec ordini, quem professus est. Tum per dict. cap. cum olim. quod efficaciter probat quemdam canonicum regularem illustris admodum Monasterij sanctæ Crucis Conimbricensis ante annos 40. cum primis omnium nostri ordinis ditissimi, nunc verò etiam reformatissimi, & exemplarissimi ea, quæ quæsiuit factus Episcopus, quæsisse Episcopatui, & non monasterio. Tum per cap. 1. quod incipit statutum, [l] quod id ipsum clarius probat: quia religiosus translatus ad talem aliam Ecclesiam, vel beneficium, quærit illi Ecclesiæ, vel beneficio, & definit esse sub obedientia, & potestate prælati, & monasterij regularis, quibus antea subserat, & incipit subesse ordinario, cui Ecclesia illa subest, secundum glossam quam in hoc dicit singularem, [m] Cardinalis, [n] & eam commendat Panormitanus, [o] vbi Ioannes Andreas auctor prædictæ glossæ communiter receptus hoc tenet & probatur efficaciter in capit. si quis iam translatus, [p] quod loquitur in genere de translato ab vna Ecclesia in aliam, & per cap. ne pro cuiuslibet, [q] quod disponit de regulari translato ad Ecclesiam sæcularem.

Septimo infertur, quod eadem ratione idem est dicendum de religioso promoto ad beneficium regulare sui ordinis non subiectum illi pleno iure, sed ordinario, saltem quoad institutionem, & destitutionem, quia etiam is est exemptus à potestate superioris, cum ab eo non possit amoueri, nec reuocari ad claustrum, nec aliquid ei iubere, de pertinentibus ad illam Ecclesiam, nisi ad summum petere pensionem annuam, vel aliquod aliud onus, si quod ei iure impositum est, de fructibus eius soluendum, vel subueniendum monasterio, cuius membrum est. [r] Quod ipsum eadem ratione etiam est dicendum de religioso, qui transfertur ad Ecclesiam regularem pleno iure subiectam monasterio, ita tamen quòd non sit ad nutum, nec sine culpa ad id sufficienti amouibilis, siue id iure communi, siue priuilegio, siue consuetudine iusta contingat: cùm enim nulla ratio efficax diuersitatis reddi posse videatur, idem ius in eo confiteamur oportet, [s] imo idem eadem ratione dicere oportet de eo, cui ex certa scientia Papa concedit ad vitam suam beneficium regulare, siue pleno iure subsit prælato, siue non, siue sit ad nutum amouibile, siue non: quia is non potest onerari, nec amoueri à prælato suo, nec reuocari ad claustrum, plusquam si esset præfectus alicui Ecclesiæ sæculari. [t]

Octauo infertur, quòd idem dicendum videtur de quolibet habente beneficium regulare, & ad nutum superioris amouibile. Tum quia, qua ratione monasterio non quæruntur quæsita ex fructibus beneficij amouibilis

a *Cap. quod interrogasti. 27. distin.*
b *Ibidem.*
c *In d. c. constitutionem.*
d *Ibidem.*
e *In consil. 27. de regul.*

f *Cap. generi. de reg. iur. lib. 6.*
g *In reg. in toto. ff. de regul.*
h *Cap. abbates. 18. qua. 1. & per prædictum cap. in præsentia. de probat. & auth. ingress. Cod. de sacrosanct. eccles.*
i *Cod. de sacrosanct. Eccles.*
k *19. quæst. 3.*
l *18. quæst. 1.*

m *Ibidem.*
n *In clemen. 1. §. ad hæc. verb. claustrum. de stat. monacho.*
o *In c. monachi. de stat. monach. & in cap. fin. de capell. monarch.*
p *21. quæst. 2.*
q *10. quæst. 1.*

r *Iuxta c. de monachis. & c. auaritia. de præben. & c. 1. eod. tit.*

s *Arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. c. inter cæteras. de rescris.*

t *Per not. in ca. ad nostrã. & ca. porrecta. de constit. vtil. & cle. 1. de supplen. negl. prał.*

a *Arg. à toto ad partem, quod notat. d. l. quæ de tota. ff. de rei vendi.*
b *De suppl. negl. prælat.*
c *In d. clem.*

d *In l. si communis seruus ita. ff. de stipul. seruo. sub fin.*
e *Vbi supra.*
f *Consilio. 35. nu. 7. a.*
g *De pœnis. c. presbyteri. in fine in. pro sumitur here. & 12. q. vlt. in fin. & C. de epis. & cler. authen. licere a. §. fin. ibi, Ecclesia cui seruiunt.*
h *Sicut de a. il. & cib. l. ut Mela. C. ne de stat. defunct. l. si mater. ad idem de sepult. c. 3. in fin.*
i *ff. de cond. indeb. l. ssscit. ad quod facit. quod noto de reser. evict. lib. 6.*
k *De iud. cũ deputati.*
l *De priuil. c. 1. & de temp. ordin. ca. pen. in fin.*
m *Vt de rescrip. clem. 2. n 12. dist. c. 2. de offic. delegat. pastoralis. in tertio resp. o. Vt de suppl. negl. prælat. c. vno. in clement.*
p *l. quod dicitur.*
q *ex testamento.*
r *l. si ex re. cum. l. seq. ff. de fidei. seruo. l. acquiritur. §. de his. ff. de acquirend. rerum dom.*
s *In c. in præsentia. à nu. 57. post medium.*
t *In sing. 456. Statuti vrbis veteris.*

qui non est translatus omnino ad aliam Ecclesiam, & liberatus ab obedientia primi superioris: quia non videtur legisse prædictam clem.1.[a] vel certè, non satis ponderasse, quæ supra nos ponderauimus in ea.

Nono infertur ex octauo sequi, quod regularis habens beneficium manuale, tam amplè potest disponere de fructibus sui beneficij manualis, quàm amplè potest de quæsitis opera sua, vel aliàs vndecumque: quia vt nihil eorum est suum quoad dominium, ita illa omnia sunt eius quo ad ius administrandi, & dispensandi.

7 Decimo, quòd qui religiosus habet duo, tria, vel plura beneficia, videtur ea, quæ acquirit ex fructibus illorum, quærere vnicuique secundum quantitatem fructuum, quos ex illis percipit, plus quidem ei, vnde plura percipit, minus autem eis, vnde pauciora, vt expressè videtur determinare Bartholus, [b] pro quo faciunt leges, [c] quatenus habent seruum communem plurium dominorum acquirere omnibus dominis pro his partibus, pro quibus sunt domini eius, & l. si ex re, [d] quatenus probat seruum id, quod quærit ex re vnius domini, quærere quidem omnibus dominis, sed iudicio communi diuidendo dominum rei id consequuturum. Idem videtur dicendum de iis, quæ quærunt opera, & industria sua, quia quodammodo eò plus esse videtur minister, vel operarius, & administrator vnius beneficij, quàm alterius, quò maiora stipendia percipit ex vno, quàm alio, argumento prædictarum legum. Idem videtur dicendum de quæstis aliunde, quàm ex fructibus beneficiorum, & opera & industria: quia suprà conclusum fuit ita eum illa quærere beneficio vel beneficiis suis, ac alia supradicta: ergo &c. Quædam alia de acquisitione monachorum subiicientur infra. [e]

Vndecimo infertur, quod supradicta intelligenda sunt de acquisitione aliarum rerum, quàm titulorum beneficiariorum, hos enim non monasteriis, sed sibi quærunt. Quos autem horum quærere sibi possint, & quos non, præsertim mendicantes transeuntes ad non mendicantes, traditur sub finem tertij commentarij, [f] quem cum hoc edimus.

SVMMARIVM.

8 Bona regularium omnia sunt communia eis, non vt singulis, sed vt vniuersis.
8 Regularis simplex non potest largiri sine sui præfecti licentia, etiam in eleemosynam, nisi in tribus casibus.
9 Regularis habens peculium, solùm potest dispendere, quæ administratio illius requirit.
9 Peculij concedendi Regulari duplex modus, & anterque hodie liceat.
10 Regularis beneficiarius perinde potest dispendere de fructibus sui beneficij, ac clericus secularis de suis, etiamsi beneficium sit manuale.
11 Beneficiarius regularis, vt potest disponere de fructibus beneficij, ita potest de quæstis per se illi in sua opera, vel alio modo. num. 10. sine alterius licentia, vel consensu, nisi statuto speciali aliud caueatur.
12 Regularis habens beneficium, in quo differt ab habente peculium etiam quasi locatum.
13 Litteras dare, vel recipere, sine superioris licentia, cur non liceat Monachis.
13 Literas quas dat, vel capit licitè regularis absque licentia.
14 Regulari licèt habere aliquid proprij de licentia superioris, non quidem quoad proprietatem seu dominium, vel ius aliquod verum, sed quoad vsum simplicem facti tantùm, & non de qualibet licentia, sed de data iusta de causa. num. 15.
15 Negatiua dictio contradictorium sequentium ponit.
15 Correctio iurium vitanda.

TErtio principaliter nota, quòd omnia bona pecuniaria monasterij sunt communia, non quidem vt singulis: ita quod singuli conuentus sint domini aliquotarum partium eorum, qualiter est fundus communis pluribus hæredibus æqualiter institutis, vel emptoribus ex æquo pretium conferentibus, de quali communi agit l. per fundum [g] & glossa [h] sed communia vt vniuersis, de quali communi agit §. qui manumittitur, [a] & prædicta glossa: [b] & ita singuli regularium non habent dominum verum alicuius illorum, etiam tale, quale potest conuenire homini in bonis Ecclesiasticis Dei: quia aliud singuli, aliud Capitulum siue Collegiũ, & vniuersitas [c] vbi late id post alios tractat Felinus & vt habet textus, omnia monasterij bona sunt communia.

Ad cuius notabilis ampliorem declarationem infero ex eo primo, quòd nullus regularis simplex carẽs officio impendendi, & administrandi, potest quicquam dispendere, etiam in pias causas & eleemosynam sine superioris assensu, secundum glossam [d] per illum textum, [e] adeo quidem, quòd rem quam tenet, iussam lege dari pauperibus, non potest dare sine superioris assensu, vt probat prædictus §. sed & tales. quatenus habet, quòd simplex regularis non potest erogare pauperibus suum epitogium nimium breue. quòd illa cle. iubet ei erogare, quod confirmat S. Thomas [f] in hæc verba. *Regularis si habet dispensationem à prælato commissam, potest eleemosynam facere de rebus monasterij, prout sibi est commissum. Si vero non habet dispensationem, quia nihil proprium habet. tunc non potest facere eleemosynam sine licentia Abbatis, vel expresse habita, vel probabiliter præsumpta.* hæc ille: quod tamen fallit primo cum pauper eget extremè iuxta eum [g] & glossam receptam. [h] Secundo quando debita cum licentia longè à monasterio degit causa studiorum, vel alia honesta: quia tunc posset dare eleemosynam de suo viatico, tantam quantam suæ qualitatis sæculares dare solent. Tum quia licentia ita se absentandi videtur tacitè ad id extendi, [i] sicut & videtur habere mandatum tacitum agendi pro suo viatico, & aliis rebus, si eis spoliaretur, iuxta glossam hic, & textum. [k] Tertio, vt alias [l] dixi, potest largiri eleemosynam de eo, quod per parsimoniam relinquat de his, quæ sibi dantur in impensas quotidianas, mẽstruas, vel annuas pro itinere faciendo, vel negotio aliquo agendo, ea lege, vt nil amplius teneatur monasterium ei dare, nec ipse rationem reddere, sed quod suo commodo vel damno id impendat.

* Pauperibus suum epitogium. *Epitogium superioris vestis genus est, ab ἐπὶ τὸ quod est supra & tego tegis, vt vult glossa deducta vel potius à toga, quia est toga ipsi superadditum.*

Secundò infero, quòd etiam habens officium Sacristæ, & Camerarij, Cantoris, Organistæ, vel aliud simile, cui nõ inest facultas dispendendi, non potest quidquam de bonis monasterij sibi accipere: quia tale officium non importat necessitatem impendendi per prædicta, quod videtur fallere, quum ei assignatur salarium, quo rem diligẽtius agat, quia tunc tacitè videtur ei dari licentia in suos, vel pios vsus dispendendi, quum alioqui frustra ei daretur, quod in dubio non est præsumendum. [m] Si autem non daretur salariũ, nihil vt dixi posset accipere de communi: quia omnis opera regularis est debita monasterio, cui se cum omnibus suis per professionem dedit. [n]

Tertio infero, quòd etiam regularis habens peculium etiam iustè sibi commissum, non potest impendere de illo, & circa illud, nisi ea, quæ ratio recta administrandi peculij requirit, illa verò sic. Tum quia concesso aliquo, concedũtur ea, sine quibus id nequit expediri, [o] & quod habetur in terminis propriis ca. exiit. [p] Tum quia seruus. qui æquatur in hoc regulari, id facere potest circa peculium, si sit ei commissum [q] & si sit exercitor, præpositus naui [r] vel institor, præpositus tabernæ, vel negotio [s] quod procedit cùm simpliciter datur illud quasi locatum, vt quum alicui regulari traditur aliqua villa, vel domus cum suis bonis accessoriis administranda ea lege, vt certam pensionem soluat monasterio, vel illam pretiosiorem reddat, siue aliquod melioramentum faciat, & reliqua vsui suo cedant: is enim poterit soluta pensione, & expleto onere meliorandi, vel aliud faciendi disponere de reliquo, modo, quo posset legitimè prælatus eam concedens, sine vllo proprietatis vitio: quia id expressè, vel tacitè continetur in tali concessione. An autem hic posterior modus concedendi peculium hodie sit licitus post [t] Concil. Trid. dicetur infrà, prior enim videtur clarè licere. Tum quia ille nil aliud est quàm constitutio quædam procuratoris ad administrandum illud cum obligatione reddendi iustam rationem de recepto, & impenso, quòd non intendit prohibere Concilium.

a 12. *quæ.* 2.
b *Et ca. quod omnes. cum sua glo. de reg. iur. lib. 6.*
c *Leg. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. ea. eam te. de rescrip.*
d *Hic, & in clem. 2. §. sed & tales.*
e *De vita & honest. cler.*
f *In 2. 2. qu. 32. ar. 8. ad 1.*
g *Ibidem.*
h *Hic, & in d. l. cle. 2.*
i *Arg. l. 2. ff. de iuris. omn. iud. & ca. præterea. de offi. deleg.*
k *In l. si lon-gius. §. filius familias. ff. de iud. & l. fi. ff. ad Maced.*
l *In d. tract. de ved. eccl. mo. 27. qua. 1.*
m *Leg. 1. ff. ad municip. c. in his. de priuil.*
n *Ca. in præsentia. de probat. & auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccl.*
o *Cap. præterea. de offi. deleg.*
p *§. porro. & seq. de verb. signif. lib. 6.*
q *ff. de peculio per totũ.*
r *Leg. 1. §. nõ autem. ff. de exercit. actio.*
s *ff. de institut. act. l. quicunque. §. si ei quem.*
t *Cap. 2. de regul. sess. 25.*

a *De supplẽ. negl. prał.*
b *In l. sed & si quis. §. interdum. ff. de vsufruct.*
c *Le. seruus cõmunis. & l. proinde. ff. de stip. seruo.*
d *Eod. tit.*
c *Anum. 30.*
f *In c. nullã. 18. q. 2.*
g *ff. de seru. præd. rustic. l. Sabinus. ff. commu. diui.*
h *Ca. 15. cum omnes. de cõstit.*

cilium. Tum quia Capitula, & Conuentus, qui suis impensis colunt vineas, & agros, seminando in illis, non possent satis fideliter, & faciliter id facere, si non haberent laicos conuersos in id sufficientes, nisi mittendo ad illa fratres aliquos industrios, & fideles, qui eorum nomine regerent impendendo, & recipiendo necessaria, & vtilia: quamuis melius esset, si pari, vel quasi pari cura, impensa, & fidelitate per alium sæcularem id facerent.

10 Quarto infero, quòd hæc non procedunt in regulari beneficiario: quia omnis beneficiarius regularis perinde potest disponere de fructibus sui beneficij, ac sæculares de fructibus sui, secundum Cardinalem, [a] quod est firmè tenendum. Tum quia licèt quidam recentissimi sine textu, & ratione nescio quo spiritu nuper contradicere ausi sint, nemo tamen alius id facit. Tum quia efficaciter probatur in dicto §. sed & tales: inducto vt supra & vt ante paucos dies inducebam in tractat. de redi. eccles. [b] per quem, & alia ibi id efficaciter probamus, monstrando quòd vtérque potest disponere ad se decenter sustentandum, & ad pia opera, & neuter ad alia, iuxta ea, quæ latè tradimus in eodem tractat. [c] quod procedit etiamsi sit beneficiarius manualis. Tum per ea per quæ supra, [d] probauimus, quòd regularis habens beneficium manuale quærit ei, & non monasterio principali, quidquid quærit de fructibus eius, vel sua opera, vel aliàs contractu, vel vltima voluntate, nam vt ibi latiùs probatur, etiam ille est propriè beneficiarius, vt efficaciter probat prædicta clem. 1. [e] Tum quia eadem est ratio de hoc, quæ de aliis habentibus alia beneficia quoad hæc: quia pro tempore quo beneficium manuale tenet, perinde habet administrationem fructuũ eius ac alij: fructus enim illi, & alia illi quæsita, vt suprà dictum est, [f] non pertinent plus ad monasterium, vbi professus est, quàm fructus aliorum beneficiorum, & alia eis per suos beneficiarios quæsita.

Quinto infero, quòd omnis beneficiarius regularis siue beneficij sæcularis, siue regularis, siue manualis, siue non manualis, quoad quæsita opera sua, vel aliunde perinde potest disponere de illis, ac de quæstis ex fructibus sui beneficij. Tum quia quidquid ita quærit, quærit Ecclesiæ, vel beneficio suo eo modo, quo potest aliis quærere, & quo fructus sui beneficij quærit, & ratione sui tituli canonici ipse est omnium eorum administrator, & dispensator.

11 Sexto infero, quòd hinc sumitur ratio, quare quilibet regularis factus Abbas, Prior, Administrator, Commendatarius, Præceptor, & quicumque alius habens titulum aliquem canonicum, quocumque ille nomine vocetur, potest iure communi solus dispendere fructus bonorum illius iuxta contextum cap. nullam, [g] nam per proximè dicta habetur, quòd quilibet beneficiarius regularis potest fructus sui beneficij solus sine alterius consensu impendere: & constat Abbatiam, Prioratum, conuentualem, & alias præfecturas prædictas esse beneficia, per definitionem beneficij ecclesiastici profundiùs, quàm ab aliis recentioribus collectam à nobis, [h] ex Hostiensi, Felino & aliis, [i] & Ancharano, [k] & aliis relatam in comment. cap. non liceat. [l] Nec obstat, quòd alij singulares conuentuum suorum non possunt etiam eleemosynam dare, vt prædictum est: quia illi sunt simplices regulares, hi verò sunt beneficiarij, qui ratione suorum titulorum canonicorum habent illam facultatem generalem à canonibus & auctoribus eorum eis factam. Dixi, *iure communi*. Tum quia multorum ordinum peculiaribus statutis cautum est, ne prælati eorum possint vltra certam quantitatem disponere de illis, absque consilio, & consensu certi numeri religiosorum, quos alibi consiliarios, alibi discretos, alibi assistentes, alibi aliter appellant. Tum quia in plurimis Ecclesijs, ne prælati præsertim commendatarij pro suo solo nutu impendendo reditus suorum monasteriorum, capitula sua, & hospitalia eis adnexa necessariis alimentis defraudarent, facta est diuisio illorum auctoritate apostolica confirmata, de quibus totum Capitulum, vel Conuentus partem suam, & fabricæ, ac hospitalis sine auctoritate alia prælatorum ministrant, reddituri tamen illis de administratione sua rationem, quod etiam auctoritate ordinaria fieri posset, [a] sed non adeo firma, ob ea quæ scripsimus in Clypeo diuisionis illustris admodum prædicti monasterij Sanct. Mariæ Roncæuallis, cuius summam in commentario in hoc opere, [b] inserimus.

12 Septimo infero, quòd regularis habens peculium de iusta licentia prælati concessum etiam ea lege supra dicta, vt soluta pensione, vel expleto onere impositò, reliqua suæ dispositioni cedant, & habens beneficium canonicè, etiam ab eodem prælato collatum, longè differunt: quia hic omnia quæ quærit, beneficio suo quærit, & in suos vsus, & alios pios, impendere potest, vt prædictum est: qui verò habet prædictum peculium, quæcumque ipse quærit per illius administrationem, & aliunde siue per contractum, siue successionem ex testamento, vel ab intestato, quærit ipsi monasterio, & non potest dispendere in alia, quàm circa illud peculium, & eius administrationem conuenientem. Tum quia nullibi hoc à regula primi dicti superiorum excipitur: ergo standum est illi, iuxta cap. dominus, [c] & glossam celebrem. [d] Tum quia illud peculium est ipsius monasterij, de cuius prælati facultate administratur per eum, cui est concessum: & ita non potest eius administrator de illo, nec pertinentibus ad illum disponere latius, quàm facultas ei concessa extenditur, & ideo omnia, vt ita diximus, melioramenta ab administratore adiecta redeunt vna cum ipso ad monasterium. Quam ob causam frequenter solebant concedi magna peculia immobilia ante Concilium Tridentinum, quod an veretur hodie fieri, etiam iusta de causa per illud, [e] infrà dicetur.

13 Quarto nota, quòd peccat regularis accipiens, vel dans literas ab alio sine superiori consensu, quod probat hic textus in illis verbis. *Quicumque autem in tantum progressus fuerit malum, vt occultè literas ab aliquo, vel quodlibet munus accipiat &c.* & in illis. *Certum est eos nihil habere, possidere, dare, vel accipere, sine superioris licentia debere.* & videtur peccare contra votum paupertatis, vt significat nonum caput dictæ regulæ, vnde hoc sumitur, ibi. (*Quòd si aliquis rem sibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur, &c.*

Contra quæ tamen facit primo, quòd literas dare, vel accipere non videtur de se commodum pecuniarium cuius solius appropriatione frangitur votum paupertatis per supra dicta.

Secundo, quòd in dicta regula, [f] videtur permitti muneris, vel vestium acceptio manifesta: quia solùm vetatur occulta.

Tertio, quòd literæ, & nuncia æquantur. [g] At recipiens nuncia, non videtur peccare: ergo nec recipiens literas.

Quarto facit, quòd in omnibus monasteriis, saltem virorum, videmus regulares secretò, & palam accipere literas, & aliquot munuscula.

Ad horum primum responderi potest, negando quod literarum datio, & receptio suapte natura non sit bonum pecuniarium: quia etiam epistola est res pecunia æstimabilis, etiam quoad suam materiam: & ipsam papyrum, vel membranam, vel tabellam, vt palam est. Et contra votum paupertatis est dare, vel habere, vel velle dare vel habere rem pecuniariam etiam minimam, vt supra dictum est: & ideo regula adiunxit duo illa, munus & literas.

Ad secundum, quòd vel acceptio literarum, sicut & cæterorum bonorum, non est bona vel mala, eo quòd fiat occultè, vel manifestè, nisi quatenus censetur fieri contra, vel secundum voluntatem superioris, & ideo occulta damnatur: quia præsumitur fieri contra eius voluntatem, & non manifesta, quia videtur fieri secundum eam: vnde si verè vtraque esset contra eam, peior esset manifesta, quàm occulta, [h] & si vtraque fiat secundum eam, vtraque erit bona,

Ad tertium respondeo primo, quod licèt fere in omnibus æquentur literæ & nuncia, quia fere in omnibus est eadem ratio, non tamen quoad hoc, in quo est diuersa: nam nuncium ex se non est res pecuniaria, epistola vero sic, licèt parua.

Secundo, quòd si literarum datio, vel acceptio prohibetur etiam alia ratione quàm quòd sit cõtra votum paupertatis, puta, ne dissuadeantur bona, vel suadeantur mala,

a *Per c. edoceri. de reser.*
b *d. ca. nullã. 18. q. 2.*
c *32. quæst. 7. d. l. omnia definitio. ff. de reg. iur. in vbr. eod. tit. lib. 6.*
e *In cap. 2. de reg. sess. 25.*
f *Cap. 9.*
g *Ca. vbi periculum. §. nulli. de elect. lib. 6. & l. 1. ff. de procura.*
h *Cap. quam sit grate. de excess. prał.*

a *In d. §. sed & tales.*
b *Qu. 3. mon. 25.*
c *Qu. 1. mon. 42. & 47. & seq.*
d *Nu. 6. & seq.*
c *De suppl. negl. prała. & prædictã c. ad nostram & ca. præterea. de confir. vtil. vel inutil.*
f *Per prædictam cle. 1.*
g *18. quæst. 2.*
h *In rubr. de præben.*
i *In c. postulasti de rescrip.*
k *In reg. iur. lib. 6.*
l *12. quæst. 2.*

vel ne inquietentur, vel occupentur rebus prophanis animi sacris dicati, etiam nuncia erunt illicita, & ita videmus prohiberi nouitiis.

Ad quartum, concedimus omnes fere religiosos accipere, imo & dare literas, & munuscula palam, & occultè, sed negamus id fieri sine consensu saltem tacito & præsumpto superioris, imo & multæ sanctimoniales, quarum virtuti, arque probitati fidunt earum præfectæ, accipiunt illa de tacito consensu earum, quod est licitum per prædicta de eleemosyna supra, [a] & dicenda infra, [b] post S. Thomam, [c] & vtrumque Cardinalem hic.

Aduertendum tamen, quòd Cardinalis Alexandrinus allegat cap. nemo literas, [d] pro cap. nemo sibi blandiatur, [e] & licèt alleget illud contra hunc textum, & hoc notabile 4. nil tamen facit contra ea, sed contra id quod Archidiaconus notat, scilicet, magis peccare qui occultè peccat, quàm qui palam, prædictum enim cap. nemo: habet quòd tolerabilior est culpa si lateat, quod est verum in se, & quoad Deum, [f] sed non quoad homines, apud quos sæpè præsumitur culpa contra occultè agentem aliquid, contra quem agentem idem manifestè non præsumeretur. [g]

Aduertendum item, quòd hoc notabile procedit in literis, quæ accipiuntur, vel dantur contra vtilitatem, vel honestatem monasterij, vel contra salutem spiritualem, vel corporalem singulorum regularium, & aliis literis, quæ continent inutilia, vel impertinentia prædictis, non autem de literis necessariis vel vtilibus, quas iustè secundum iura possunt ipsi sine superioris voluntate dare, vel accipere, quales sunt illæ, quibus regularis constituit procuratorem contra prælatum, vel denunciat eius delicta, quibus casibus id licet facere, vel accipit literas impetratas à Papa, vel alio superiore super huiusmodi rebus, [h] vbi hoc notat Innocentius receptus ab omnibus, [i] & hoc est quod obscurius significant Archidiaconus & Alexandrinus hic. Per quæ nuper respondimus licuisse Capitulo Roncæuallis sine licentia Prioris dare, & accipere literas publicas, quibus procuratores in Curia, & alibi constituebat, & priuatas, quibus informabat & informabatur, & accipere Apostolicas, & alias ad suas respondentes super administratione duarum tertiarum redituum monasterij sibi, hospitali, & fabricæ applicatarum à Sede Apostolica, cum facultate administrandi eas, nec potuisse illis suum Priorem id prohibere.

14 Quinto nota, quòd licèt regulari habere aliquid proprium de licentia superioris, quod colligitur ex illis verbis (*occultè literas ab aliquo, vel quodlibet munus accipiat*) & ex illis (*nihil habere, possidere, dare, vel accipere, sine superioris licentia debere*) quibus significatur palam, & cum licentia facere posse. Idem probatur in 9. cap. prædictæ regulæ, & Concilium Lateranense relatum in cap. monachi, [k] permittit habere peculium de Abbatis licentia, pro iniuncta administratione: facit cap. de viduis, [l] quod habet, & viduas, & virgines posse fieri regulares, & manere in domibus suis secundum intellectum glossæ, & certum est eas in eis non posse absque proprio peculio viuere. Et quamuis posset responderi aliqualiter illi textui, est tamen textus singularis, & irrefragabilis in cap. insinuante, [m] primum quidem, quatenus habet, fœminam fieri posse verè religiosam vouendo regulam in monasterio virorum, non intrando illud, & manendo in domo, quæ sua erat ante professionem, quo casu necessarium est, eam habere aliquod peculium proprium, quo se sustentet.

Secundo fortius facit, quatenus probat valere professionem factam, cum pacto, vt viuat extra monasterium cum bonis, quæ ante professionem erant sua, sustentando se de illis: vbi. [n] Panormitanus receptus sequitur Bartholum etiam communiter receptum, [o] dicentem valere possessionem, qua quis profitetur adiecto saltem per viam modi, & non per viam conditionis actum suspendentis, vt relinquatur ei administratio bonorum suorum ad se sustentandum, cui pactioni licèt successor prælati sic recipientis, vel mandantis recipere, possit licitè contraire, & etiam de iure stricto ipsemet prælatus, qui eam fecit vt colligitur ex his quæ notata sunt, [p] per Panormitanum receptum communiter ibi præsertim per Decium, [q] licitè tamen etiam potest eam seruare: quod est huius notabilis intentum.

Facit item decisio illa Ioannis Andreæ, [a] quòd valet statutum iusta saltem de causa factum, vt monasterium solùm det victum monialibus, & pro vestitu habeant ea, quæ labore manuum suarum lucrantur, quod in multis monasteriis vsitari vidimus. Per quod Panormitanus, [b] ait, *satis licitam esse constitutionem, vel consuetudinem, qua religiosis certum quid annuum pro annuo vestitu traditur*. quod etiam dixit in aliis locis citatis per Decium, [c] referentem alios idem tenentes. Facit denique, quòd nulla religio tam arctè seruatur, in qua de licentia prælati expressa vel tacita religiosi non habeant aliquod proprium peculium suis vsibus peculiaribus deputatum, saltem calceos, vestes, breuiarium, rosarium, siue calculos precatorios, lectum, stragula eius, & aliquot libellos, imagines, vel reliquias: præter quæ omnes fere habent etiam cellulas priuatas, & claues earum.

15 Contra tamen hoc notabile facit in primis principium huius cap. quatenus vniuersaliter habet. *Non dicatis aliquid proprium habere*, negatiua enim illa, *non*, præposita illi verbo (*aliquid*) idem sonat quod nihil, vt colligitur ex glossa solemni, [d] quatenus habet negationem omnia, quæ sequuntur destruere, & eorum contradictorium ponere: quod sentiens generale Concilium, [e] ait, *ne quis permittatur habere peculium*, hoc est vllum proprium, vt declarat Innocentius III. [f] quod est glossa prædicti cap. monachi, sicut illud est glossa istius capit. At notabile prædictum cum suis confirmationibus probat, regularem posse habere aliquid proprium. Ergo, &c.

Secundo, quòd Concilium Lateranense relatum in d. cap. monachi, [g] habet hæc verba. *Monachi peculium non permittatur habere*. quod repetitur in dicto cap. cum ad monasterium: in principio.

Tertiò facit, & fortius, quòd d. cap. cum ad expressè habet prælatum non posse dare licentiam habendi aliquid proprium, in hæc verba. *Nec æstimet Abbas, quòd super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare, quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eã nec summus Pontifex possit licentiã indulgere.*

Quarto facit, quòd Concilium Tridentinum nuperrimum, [h] sic habet. *Nemini igitur regularium tam virorum, quàm mulierum, liceat bona mobilia, vel immobilia, cuiuscumque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquisita, tamquam propria, aut etiam nomine Conuentus, possidere, vel tenere, sed statim ea superiori tradantur: Conuentuique incorporentur.*

Quinto, quòd idem Concilium Tridentinum ibid. statim subiicit hæc. *Nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui regulari concedere, etiam ad vsumfructum, vel vsum, administrationem, aut commendam.* hæc ibi. Per quæ clarè videtur statui cõtrarium huius notabilis quoad bona immobilia.

Sexto facit, quòd idem Concil. statim subiicit hæc. *Administratio autem bonorum monasteriorum siue Conuentuum ad solos officiales eorundem ad nutum superiorum amouibiles pertineat.* hæc ibi. In quibus pondera verba, *solos officiales ad nutum amouibiles*, per quæ disponitur non posse etiam administrationem committi aliis quàm eis, nec eis nisi ad nutum superioris.

Septimo facit, quòd finis prædicti cap. 2. sic habet. *Mobilium verò vsum ita superiores permittant, vt eorum supellex statui paupertatis, quam profesti sunt, conueniat, nihilque superflui in ea sit.* Per quæ vetatur dari peculium, etiam mobilium vltra certum modum.

Octauo, & fortissimè oppono radicem prædictorum statutorum dictorum Conciliorum, scilicet quòd omnes religiosi emittunt votum paupertatis solemne expressè, vel tacitè, quo iure diuino vetantur, non solùm habere, sed etiam velle habere aliqua bona, vt supradictum est, [i] & non videtur illud restringendum, solùm quoad verum dominium, & veram proprietatẽ illorum, sed etiã quoad vsumfructũ, & vsum, vt ibi dictũ est. At habere aliqua bona in peculiũ, est habere illa quoad vsumfructũ, vel vsum: ergo est contra ius diuinum, quod non solùm prælati inferiores, sed etiã Papa tenetur vsque ad sanguinẽ seruare. [k]

Pro clara horum concordia, præmitto primo, quod supra, [l] dictum est, [m] quòd proprium in hac materia est

a *Nota. 3.*
b *Nota. seq.*
c *2. 2. qu. 32. art. 8.*
d *32. que. 4.*
e *Extr. cauſ. & q.*
f *Iuxta d. ca. quàm ſit grãue. de exceſſ. prał.*
g *ca. 1. vt eccle. beneſ. & l. non exiſtimo ff. de adminiſt. tut.*
h *Iuxta c. cum ſolo. & And. de re iud.*
i *Et c. ex parte. & cap. penult. de accu.*
k *De ſtat. monach. in ſi.*
l *27. queſt. 2.*
m *Qui cler. vel vouent*
p *Et in d. ca. monachi. & c. cum ad monaſterium. de ſtat. monach.*
o *In auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ.*
p *In c. edocti. de reſcript.*
q *Num. 5.*

a *In Mort. reg. non eſt obligatorius. de reg. iur. lib. 6.*
b *In d. c. cum ad monaſterium.*
c *In d. nu. 5.*
d *Cap. cum dilectus. de conſuet.*
e *In princip. d. c. monachi.*
f *In prine. d. cap. cum ad monaſterium.*
g *De ſtat. monach.*
h *In prin. c. 2. de regula. ſeſſ. 25.*
i *Nume. 2.*
k *Capit. ſunt quidam. 25. q. 1.*
l *In c. cui portio.*
m *Nume. 15.*

duplicis generis. Alterum quod est proprium quoad verum dominium, & veram proprietatem, qualem habent homines sæculares iuxta iura. [a] Alterum, quod est proprium alicuius quoad Ecclesiasticam, & liberam administrationem, qualem habent beneficiarij Ecclesiastici, & alio nomine dicitur peculium. [b]

Secundo, quòd proprium secundi generis siue peculium est triplicis speciei. Primæ est, quod conceditur ad administrandum illud in vtilitatem, & damnum concedentis tantùm, quale est quod cõceditur officialibus monasterij, & obedientiariis, quibus committuntur aliquæ villæ, vel domus administrandæ nomine monasterij reuocabiles ad nutum superioris, de quibus agit dict. cap. monachi. [c] Secundæ vero speciei est, quod conceditur in vtilitatem, & damnum accipientis sine vlla pensione, & onere, vel ita, vt certam pensionem soluat, aut aliquod onus expleat, & reliquum commodi, vel damni ei cedat ad disponendum de eo in suos honestos, & pios vsus tantùm, qualis generis proprium habent beneficiarij, & multi iam senes, vel infirmi benemeriti de religione, quibus aliquæ domus salubriores concedi solent ad nutum reuocabiles, de quibus videtur agere prædictum §. tales ibi. *Nec alicui committatur aliqua obedientia perpetua possidenda: tamquam in sua sibi vita locetur, sed quum oportuerit amoueri, sine contradictione qualibet reuocetur.* Tertię autem speciei est, quod conceditur in commodum, vel damnum accipientis cum facultate disponendi pro libito in quoscumque vsus etiam profanos, vt potest sæcularis de sibi verè proprio, de quo agit hoc cap. & [d] Concilium Tridentinum.

Tertio, quòd hæc peculia interdum conceduntur iusta de causa, interdum sine illa, vt monstrat experientia, quæ est rerum magistra. [e]

Ad primum igitur respondeo, quòd contextus huius cap. & principium d. cap. cum ad qua parte probant, quòd nihil habet, nec potest habere regularis, intelligenda sunt de omnibus tam beneficiariis, quàm simplicibus quoad proprium primi generis, cuiuscumque iuris pecuniarij, vt supra dictum est: & etiam de simplici, quoad ius administrandi nomine suo, & etiam quoad vtendum eo etiam vsu facti sine extrema necessitate sua, vel alterius, & sine iusta licentia prælati. Notabile autem nostrum cum suis cõfirmationibus loquitur de eo, quod regularis habet nomine alieno, de licentia iusta, expressa, vel tacita prælati.

Ad secundum, quòd prædictum cap. monachi & prædictum ca. cum ad in principio, intelligenda sunt de peculio tertij generis de supra dictis, & etiam de secundo sine iusta causa concesso, non autem de primo, neque de secundo iusta de causa concesso: quia illud met capit. monachi. in fine habet, posse peculium concedi alicui in administrationem iniunctam illi, & confirmatio vltima nostri notabilis irrefragabiliter probat.

Ad tertium, quòd verba illa, [f] intelligenda sunt de proprio primi generis, non enim potest prælatus, imo nec Papa facere, vt regularis fiat verus dominus alicuius rei pecuniariæ, stante voto paupertatis solemni. Notabile verò nostrum, & ei concordantia loquuntur de proprio secundi generis, hoc est de concessione peculij primi, & secundi generis.

Ad quartum, quòd [g] Concilium Tridentinum in eo allegatum effectu est glossa huius capitis [h] citati, quatenus habet peculum nemini regularium permittendum, & ita eodem modo potest solui ac illud, quatenus enim habet, quòd, *nemini regularium liceat habere aliqua bona tamquam propria*, est glossa huius cap. [i] & intelligitur, vt illa de proprio primi generis, & quatenus habet, quòd, *nã liceat etiam alieno nomine*, est glossa prædicti ca. monachi. Et ita intelligendum est, sicut illud de proprio secundi generis tertiæ speciei, & etiam secundæ sine iusta causa concesso: quia aliqui contradiceret Concilio illi Lateranensi, & expedit iura iuribus concordare, [k] & non est decedendum ab antiquo, nisi quatenus cogit nouum. [l]

Ad quintum, quòd etiam illa pars [m] Concilij Tridentini qua prohibet, *superioribus concedere bona stabilia alicui regulari etiam ad vsumfructum, vel vsum, administrationem, aut commendam*, nil noui iuris videtur inducere, sed solùm videtur continere declarationem principij, dicto cap. cum ad monasterium, [a] sicut illa declararunt cap. nostrum, & ita intelligenda est illa pars de proprio secundi generis, siue peculio tertiæ speciei, & etiam secundæ sine iusta causa concesso, & non de peculio primæ speciei, nec secundæ iusta de causa concesso.

Ad sextum, quòd etiam videtur declaratorium iuris antiqui, de quo in hoc capite, [b] & consequenter videtur intelligendum de concessione peculij tertiæ speciei, & secundæ sine iusta causa facta.

Ad septimum, quòd etiam finis ille [c] Concilij Tridentini videtur continere ius commune, solùm enim continet in effectu non debere prælatum concedere simplici regulari peculium mobilium superfluum, quod nec antea ei licebat: quoniam non licebat antea dare peculium secundæ speciei sine iusta causa, & videtur repugnantia, quòd sit iusta causa dandi, & datum superfluum: quia si est iusta causa concedendi, non est superfluum, nec contra, si est superfluum, causa concedendi erit iusta.

Ad octauum, concedimus omnem regularem esse voto paupertatis solemni astrictum: & quòd sic astrictus iure diuino prohibetur habere, imò & capere proprium primi generis, hoc est aliquid pecuniarium quoad verum dominium, vsumfructum, vel vsum, aut possessionem iuris nomine suo, & sibi, & etiam proprium secundi generis tertiæ speciei, & etiam secundę sine iusta licentia prælati, sed non prohibetur habere proprium secundi generis primæ speciei, nec secundæ de licentia prælati iusta de causa concessum, de quo loquitur nostrum notabile cum suis confirmationibus.

Ex quibus inferri potest, an fuerint iusta illa, quæ ait inter alia illustris Doctor Iordanus de Saxonia, [d] lectorem quemdam insignem, & quemdam prouincialem sui Illustrissimi ordinis Eremitarum S. Augustini fecisse: lectorem quidem volendo necessitati tam suæ, quam ordinis prouidere ex patrimonio suo, & donatione amicorum magnam pecunię summam de licentia superioris impendisse in emendis bonis libris, & de reliquo emisse reditus nomine sui Conuentus, & instrumenta, ac literas super iis confectas eidem tradidisse: Prouincialem autem postea ex officio suo cum consensu Prioris, & Conuentus ordinasse, quòd procurator Conuentus reditus illos reciperet annuatim, & traderet illos eidem lectori ad suos vsus, quoad viueret, expendendos, eo verò mortuo iidem reditus, & libri seruirent bibliothecæ eiusdem Conuentus.

Ex eis enim, quæ dicta sunt in hoc vltimo notabili, & præcedentibus, & eis, quę dicentur in duobus §§. seq. inferrur, quòd lector ille insignis potuit bene meruisse, & peccasse in quærendo præfatam pecuniæ summam: nam si accepisset, vel retinuisset bona patrimonialia, vel alia dona sibi donata tamquam bona Monasterij, & animo quęrendi & retinendi ea illius nomine, & vtendi eis in suos vsus honestos de iusta licentia expressa, vel tacita sui superioris bene meruisset. Si autem accepisset, & retinuisset ea tamquam sua propria, vel animo vtendi eis pro libito, vel etiam in suos vsus honestos, sine tamen prefata licentia, peccasset. Etsi ex dicta pecunia de licentia præfata superioris emisset prędictos bonos, & vtiles libros pro monasterio, & ad vtendum eis seruiendo ei in prælegendo, consulendo, & concionando, vel aliis modis honestis, à superioribus expressè, vel tacitè iussis, vel commissis, bene meruisset, alioquin peccasset. Etsi ex residua pecunia emisset reditus pro monasterio, vel nomine ipsius per scripturas authenticas, quæ id sonarent de licentia expressa, vel tacita superioris eam concedere potentis, vt in Corollario proposito significatur fecisse, bene meruisset: alioquin peccasset. Illud autem, quod Prouincialis cum suo conuentu ordinauit rectè fuit factu: & rectè à præfato lectore (ratione cuius personæ illa pecunia fuit quæsita monasterio) acceptum: dummodo eo animo fuisset ordinatum, vt posset Superior reuocare illam ordinationem quando, & quoties vellet, & lector eo animo acceptasset, vt sine vlla contradictione ordinationis reuocationi consentiret, nisi à Papa confirmata fuisset, per ea quæ traduntur in §§. sequent. Quæ omnia credo sensisse præfatum doctissimum eundemque piissimum Iordanum in loco præfato, asserentem præfatam doctrinam

a *Ca. quo iure. 3. d. & tot. tit. ff. de adquir. rer. domin.*
b *In rubr. de pecul. cler.*
c *In fin. & d. capit. cum ad monaſterium. §. tales.*
d *Prine. d. ca. cum ad. & princ. d. ca. 2. de reg. ſeſ. 25.*
e *Ca. quã ſit. de electt. lib. 6.*
f *d. §. fi. d. ca. cum ad monaſterium.*
g *Prineipiũ. ca. 2.*
h *In 1. argu.*
i *Et prin. d. c. cum ad.*
k *Cap. cum expediat. de elect. lib. 6. & l. 1. C. de in offi. dotibus. l. fin. C. de appellat.*
m *Pradicti c. 2.*

a *Et d. §. tales.*
b *Et in prin. & d. §. tales. d. ca. cum ad monaſterium. c. d. c. 2. de re.*
d *In lib. de vitiis, ſiue geſtis patrum, par. 3. c. 9.*

nullatenus contraire regulæ suæ Illustrissimæ Eremitarum S. Augustini, sicut nec contradicit Canonicorum Regularium Illustrissimæ.

SVMMARIVM.

16 Regularis etiam hodie iusta de causa post professionem potest manere in sua domo cum bonis suis de licentia ad nutum reuocabilis sui prælati.
17 Papa non potest dispensare cum regulari, vt stante voto paupertatis solemni habeat proprium: imo neque liberare eum ab illo aliqua de causa, licèt posset liberare à voto castitatis.
17 Voti paupertatis solemnis tollendi nulla iusta causa inueniri posse videtur, sicut voti solemnis castitatis.
18 Bonorum etiam stabilium administratio concedi potest, etiam hodie iusta de causa regulari non officiario.
18 Intellectus cap. 2. de regul. sess. 25. Concil. Trident.
19 Intellectus cap. 5. eiusdem tit. & sess.
20 Licentia tacita sufficit, quò regularis retineat aliqua propria quoad vsum, modo subsit causa, & modò sit approbatoria, & non solùm permissoria. & num. 22.
20 Restituere non tenetur capiens alienum, quod petitum dominus libenter daret, licèt capiendo clam modo ingrato ei, venialiter peccaret.
21 Proprietatis peccatum peccat, qui etiam consentiente prælato tenet aliqua sine iusta causa, licèt non incurrat pœnam proprietatis.
22 Regularis licèt testari non possit, potest tamen verbo, vel scripto precari, vt sua peculiaria bona in certos pios vsus impendantur.
23 Regularis donare potest sua peculiaria de licentia prælati in eos vsus, in quos ipse prælatus potest, non autem in alios.
24 Regulari qua de causa iusta dari potest licentia habendi proprium.
25 Regulari non concedit Papa tam liberè facultatem disponendi ad pia inter viuos, ac prælatus eius potest.
26 Papa non solet tam liberè disponere de reditu Ecclesiæ inferioris, ac de Sedis Apostol.

16 EX his infertur primo ad quæstionem quotidianam, quæ fœl. record. Pio V. Pont. Maxim. nuper occurrit, de nobilissima quadam Hispaniæ virgine, quæ propter fornicationem, vel adulterium sponsi per verba de præsenti contractum nolebat cõsummare matrimonium, volebat autem illum liberum fieri ad ducendam aliam, quo periculum fornicationis, ob quam relinquebatur, vitaret, ideóque volebat profiteri aliquam religionem approbatam remanens extra monasterium cum dote sua vna cum matertera religiosissima, & sene dum illa viueret. quod certum est licuisse ante prædictum Concilium Tridentinum per d. cap. de viduis, [a] & clarius per dictũ cap. insinuante, [b] supra dicto modo inductum. Certum est item etiam id nunc licere, si prædictorum cap. de viduis. & insinuante. determinatio non est sublata per prædictum. [c] Concilium Tridentinum. Quod verò non sit sublata facit, quòd vt proximè dictum est, correctio iurium vitanda est. Et quòd non est recedendum à iure antiquo, nisi quatenus cogit nouum, quod in hoc casu non cogit. Tum quia licèt etiam hodie concedere religioso iusta de causa proprium, siue peculium secundi generis primæ, vel secundæ speciei per prædicta, & per concessionem prædictam illud tantùm videtur concedi: quoniam ea lege illa volebat manere, vt nisi ampliorem gratiam faceret Papa ad nutum superioris posset ei tolli peculium, & facultas manendi extra monasterium: & concurrebat valde pia, & iusta causa id faciendi, scilicet liberatio viri nobilissimi fornicationis vitio notorio laborantis, qui nisi per professionem sponsæ non poterat illa viuente aliam vxorem ducere. Tum quia si occurreret hodie virgo aliqua nobilis iam senior ditissima, similis illi de qua in cap. insinuante. volens profiteri in aliquo monasterio paupere, adiecto modo manendi in suą domo cum suis bonis, ad nutum tamen prælati, vel prælatæ, videretur admittenda in subsidium paupertatis monasterij futurum, post vitam quidem eius sine vlla querela, & etiam ea viuente, si prælato placeret cum aliqua inefficaci querela eius: quia posset cogi relinquere bona, & intrare monasterium per dictum Panormitani, & aliorum, [a] supra citatum, nisi Papa ex certa scientia confirmaret illam pactionem. Itaque arbitramur hoc etiam hodie licere, non tamen esse satis cautum quoad totam vitam, nisi auctoritas Papæ intercedat. Quare in casu prædictæ virginis nobilissimè consuluimus, vt sanctitas sua oraretur pro confirmatione prædictæ pactionis cum clausula, ne reuocari possit per inferiorem, quod oratus benignè ob prędictam causam concessit.

Secundo infertur, quòd nulla potestate humana etiam Papæ fieri potest, vt aliquis regularis stante voto eius paupertatis solemni integro habeat proprium primi generis, siue vt fiat verus dominus alicuius rei pecuniariæ. Tum quia implicat contradictionem, quòd quis teneatur voto soléni integro, quod facit quem incapacem dominij rei pecuniariæ, vt prędictum est: & quòd fiat dominus talis rei, contra iura. [b] Tum quia non potest facere, vt licitè ducat vxorem stante voto castitatis solemni integro per prædictum §. fin. [c] & per eum hæc duo vota in hoc exæquantur.

Quæstionis tamen est grandis, An Papa possit liberare à tali voto, vel tanta parte voti regularem aliqua de maxima causa, ita vt fiat verus dominus alicuius rei pecuniariæ, sicut potest liberare à voto solemni castitatis, vt fiat verus maritus alicuius fœminæ, secundum Innocentium, glossam, & communem, [d] contra S. Doctoris opinionem, [e] contra quam tenet etiam ibi Caietanus & quidem partem affirmatiuam tenet Innocentius, cum quo transeunt communiter omnes, [f] & Decius, [g] quia eadem ratio persuadet vtrumque: mihi tamen rem altius consideranti, negatiua placuit, [h] non quidem eo quòd putarem Papam id facere non posse, si aliqua iusta in id causa occurreret, sed quia nulla talis occurrere posse videatur: ea consideratione, quòd cuilibet, & quantælibet necessitati, & vtilitati, cui posset prouideri per concessionem facultatis habendi dominium, & proprium primi generis, potest prouideri per concessionem facultatis habendi proprium secundi generis, id est administrationem, quæ sine sublatione voti competere potest, vt de facto competit Pontificibus Maximis de religionibus probatis assumptis in administranda monarchia sæculari quam habent tamquam Reges Romæ, & totius status ecclesiastici, sine vllo vero dominio vllius rei pecuniariæ. Nec obstat ratio, & exemplum Innocentij de populo infideli, qui vellet conuerti ad Christum, si Papa dispensaret, vt aliquis filius Imperatoris, vel Regis monachus, daretur illi Rex, quo casu videtur ei dispensari posse: sicut & si Rex aliquis infidelis cum toto regno conuerti vellet, si Papa dispensaret, vt aliqua filia Imperatoris, vel Regis monacha ei nuberet. Non enim hæc obstant, quoniam licèt in posteriori exemplo inueniatur iusta causa dispensandi super voto castitatis, quia non posset in eo aliter prouideri: priori tamen non inuenitur causa iusta dispensandi super proprio, ita vt fiat verus Rex, & dominus regni: quia satis prouideri potest ei concedendo facultatem habendi ius administrandi illud, regaliter, & rectè. Nec obstat dicere, quòd non prouidetur successioni. Tum quia illa prouisio non est necessaria in Imperio, & Regno, cui non prouidetur per successionem, sed tantum per electionem, quale est imperium Germaniæ, & regnum Poloniæ. Tum quia etiamsi, regnum dandum esset per successionem, dari potest licentia relinquendi monasterium cum sola facultate regaliter administrandi, quoad ipsum cum quo dispensat, & habendi successorem qui fiat verus dominus regni: quod placuit prædicto Sanctissimo Pio, cum aliquando eius Sanctitati hoc incidenter dixissem.

18 Tertio infertur, quòd etiam hodie post Concilium Tridentinum posset prælatus cum suo Conuentu iusta de causa magnæ necessitatis, vel magnæ vtilitatis monasterij, & ordinis concedere administrationem aliquorum bonorum stabilium ad nutum amouibilem; nam etiam post Concilium liceret mittere vnum regularem industrium, & ad id valde vtilem, ad regendam aliquam villam, vel domum ad nutum reuocabilem. Quin & credo id passim fieri, saltem tempore messis, vindemiæ, & sementis,

a 27. qu. 2. b Qui cler. vel vouent, c Ca. 2. de re.

a In cap. cum ad monasterium. de stat. reg. & in d. c. insinuante.

b l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. & c. cum renunciatur. 32. q. 1. c d. c. cum ad monasteriũ.

d In d. c. cum ad monasterium. in §. fi. e In 2. 2. qu. 88. art. 11. f In d. §. fin. g In consil. 330. nu. 17. h In repe. ru. de stat. monach.

sementis, ad hoc enim non solent mitti officiarij ordinarij, puta œconomus, Cellarius, Camerarius, Thezaurarius, siue Sacrista, & Infirmarius.

Quarto infertur, quòd [a] Concilium Tridentinum non inducit ius nouum, sed tantùm renouat, & reuocat ad memoriam antiquum. [b] Prælatis regularium, ne sine iusta causa propter importunitatem, vel propter solam singularem vtilitatem, vel vtilitatem aliquorum regularium variis modis id procurantium, concedatur, vt vidimus pridem concedi etiam apud nostram Roncamuallem.

19 Quinto, quòd videtur prædictum capit. insinuante. singulariter limitari, vel declarari per cap. 5. eiusdem titut. & sess. quo cauetur, vt nemini Sanctimonialium liceat post professionem exire à monasterio nisi &c. vt procedat in Sanctimoniali, quæ iam ingressa est monasterium, & cœpit viuere cum aliis, & non in ea quæ iusta de causa extra monasterium professa, nondum est illud ingressa, nec cœpit conuiuere sororibus suis. Tum quia verba illius cap. quæ loquuntur de exeunte, non conueniunt ei, quæ nõ intrauit, cũ priuatio præsupponat habitum. [c] Tum quia non est eadem ratio, siquidem cessat scandalum, & occasio, quam exiens præstat sociis ad exeundum, cessant & aliquot impensæ, & pericula honestatis, quæ directè, vel indirectè in tali exitu contingunt: & ita non est locus extensioni ratione identitatis, ob quam iura extendi solent. [d]

20 Sexto infertur, quòd dubitari potest, an quibus casibus est necessaria licentia, vt regularis possit habere, vel facere aliqua ex prædictis, quæ sine illa non licerent, debeat esse expressa, & specialis, an sufficiat tacita, & generalis. Et respondetur sufficere tacitam, & generalem, saltem quoad Deum, & forum conscientiæ, quam præsumptam appellat S. Thomas, [e] dicens sufficere etiam ad dandum eleemosynam: sic etiam appellat eam Turrecremata, [f] & tacitam Alexandrinus: & probatur eo quòd regulariter eadem virtus est taciti, & expressi, [g] & glossam secundum iuram, [h] vbi per Decium & alios. Per quæ respondi pridem cuidam monachæ, non fuisse obligatam ad reddenda Abbatissæ quædam munera, à quodam viro accepta, quorum accipiendorum licentiam iustè, & libenter concessisset Abbatissa, si eam petiisset ab ea, vt colligitur ex l. inter omnes, [i] quatenus habet non committere furtum, eum, qui clam capit alienum, quod scitum domino placeret: & quòd, vt in Manual. [k] dixi accipiens alienum clam domino, qui libenter daret illud à se petitum, non tenetur restituere illud: imo quòd non peccauit, si probabiliter credebat, quòd non displicuisset Abbatissæ acceptio illa clandestina, secus si credebat, quòd displicuisset illa, quamuis licentiam petitam non denegasset, [l] vt sentit glossa, [m] peccat enim saltem venialiter, qui clam contra talem voluntatem domini accipit, quamuis non mortaliter, sicut filius, & famulus accipiens clam sibi aliquid, quod petitum parens, vel dominus libenter concederet, peccat quidem venialiter capiendo modo ingrato patri, vel alij domino, sed non mortaliter, eo quòd placeat ei, vt eam habeat, licèt modus habendi displiceat, vt vbi supra significauimus post Caietanum, [n] idem sentientem. [o]

21 Septimo infertur, quòd licèt non requiratur, quòd licentia sit expressa, requiritur tamen quòd sit iusta, hoc est iustè iusta de causa concessa: nam si vi, metu, vel dolo concederetur, non excusaret à peccato, vt colligitur cap. Abbas. cum glossa & ei annotatis, [p] nec si sponte sine iusta causa. [q] Tum quia nec expressa aliter concessa ratione prædicta sufficeret.

Octauo infertur, quòd regularis habens aliquod proprium de licentia iniusta prælati, licèt peccet, non tamen videtur peccare peccatum proprietatis secundum Alexandrinum, [r] sequutum Hupertum, & Turrecrematam, modo sit paratus reddere communitati, vel prælato simul, ac fuerit requisitus.

Contra quod facit primo, quòd ipsi & omnes confitentur eum in eo aliquod peccatum peccare, & non aliud, quàm proprietatis: ergo peccat illud.

Secundo, quòd religiosum peccare peccatum proprietatis, est peccare contra votum paupertatis. At hic contra votum paupertatis peccat: ergo peccat peccatum proprietatis.

Tertio, quòd eiusmodi religiosus non videtur in hoc peccare contra castitatem, neque contra obedientiam: ergo peccat contra paupertatem.

Quarto facit, quòd is peccat, eo quòd proprium tenet sine iusta licentia: ergo ratione proprietatis peccat.

Quinto facit, quòd qui tenet proprium sine licentia peccat peccatum proprietatis: at licentia nisi sit iusta non excusat, quia talis licentia videtur dispensatio contra votum paupertatis, quæ sine iusta causa etiam à Papa facta non excusat. [a]

Sexto, quòd alioqui sequeretur quòd nõ peccaret peccatum proprietatis regularis, qui de licentia prælati teneret, & dispenderet vanè, vel profanè omnes, vel bonam partem redituum monasterij, quod est absurdum, & ita non dicendum. [b]

Septimo, quòd Abbas monasterij prodigens reditus eius in malos, vel vanos vsus videtur esse maximè proprietarius, vt ait Maior. [c] affirmans eum, & eos qui malè ab eo receperunt, nisi probabilis ignorantia excuset, teneri restituere, & non alia ratione, quàm, quia contra regulam bonis monasterij vtitur. Quum ergo regularis de iniusta prælati licentia vtens rebus monasterij vtatur malè, consequitur eum peccare peccatum proprietatis.

Octauò facit, quòd solutio, quam sentit Alexandrinus, scilicet, quòd peccat peccatum auaritiæ, & non proprietatis, refellitur, eo quòd non potest assignari ratio efficax, quare peccat peccatum auaritiæ, plusquam alius non habens votum, nisi quia contra votum paupertatis facit, tenendo sine iusta licentia prælati.

Nono facit, quòd ipsemet Alexandrinus ait, non tantùm ipsum, qui de licentia iniusta tenet proprium, peccare per auaritiam, sed etiam concedentem eam per abusum potestatis, & quòd peccat qui tenet libros, quum sit ignorans, & non vtatur eis ad studendum, docendum, vel prædicandum, eo quòd contra regulam tenet bona monasterij sibi sine iusta causa appropriata.

Quare videtur dicendum primo, quòd huiusmodi regularis peccat peccatum proprietatis, si nõ est paratus ad reddendum communitati simul ac fuerit requisitus, vt etiam ipsi sentiunt, adeò quòd si eo retento moreretur, incurreret pœnam, ne sepeliretur in sacro, sed in sterquilinio, iuxta ius. [d]

Secundo, quòd si est paratus relinquere, peccat quidem peccatum proprietatis, sed non incurrit illam pœnam: quippe quæ non imponitur contra omnem proprietarium, & peccantem peccatum proprietatis, sed contra illum solùm, qui clam sine scientia, & licentia saltem iniusta vtitur bonis omnibus, vel retinet ea sibi appropriata, etiam quoad vsum tantùm, quia multo plus peccat hic, quàm ille, & merito pœna contra hunc posita, non extenditur ad illum. [e] An autem consuetudo antiqua valeat à peccato excusare, tangemus in commentario capit. nullam. [f]

22 Nono infertur id quod prædicti Cardinales tenent, puta taciturnitatem Prælati, qua religiosus tenet aliqua lucrifacta suo artificio, non excusare illum à peccato, intelligendum esse de taciturnitate permissiua tantùm sine consensu approbatiuo, hoc autem de permissione approbatoria iuxta distinctionem glossæ, [g] vel de taciturnitate iniusta non furta honesta causa in id consentiendi.

Decimo, quòd prælatus inferior Papa non potest suo religioso facere facultatem, testandi ad pia: quia id est prohibitum religioso, & prælato iure communi. [h] Quare inutilis videtur esse licentia, quam solent aliqui prælati regulares, vel Capitula regularia habentia bona diuisa à prælato concedere canonicis, vel religiosis particularibus ægrotis relinquendi peculia, vel suppellectilia sua, vel aliquam partem illorum pauperibus, vel famulis. Imo prædictus Ioannes Trullus sentit peccare canonicum regularem, qui morte instante conficit memoriale aliquod voluntatis suæ dehis, quæ post mortem suam fieri de illis desiderat: quod videtur restringendum ad eum, qui fecit illud, ea mente, vt memoriale illud habeat vim, obligatoriæ dispositionis. Arbitror enim non esse illicitũ consolari

a d. cap. 2. de reg. sess. 25. b Ipsius. c. & prædictorum. cap. monachi. & cum ad monasteriũ.

c l. decem. ff. de ver. oblig. & ca. ad diss. soluendã. de desponsat. impub.

d l. non possunt. ff. de leg. & ca. 2. de translat. prə.

e 2. 2. qu. 32. art. 8. f Hic art. 8. g l. cũ quid. ff. de reb. cre. & ca. 2. de rescript. h l. expresse. ff. de regul. iur.

i §. recte. ff. de furt.

k Cap. 17. n. 29.

l Arg. l. qui vas §. vetare. ff. eod. m In d. §. retẽ.

n In Summ. verb. furtũ. o 2. 2. q. 66. art. 5.

p De his que vi. & l. 1. ff. de dolo. q Ca. requisitus. §. nisi rigor. & c. exigit. 1. qu. 7. r Col. 4.

a Gloss. c. non est. de voto & c. quanto. de iureiur.

b Cap. duduũ. 2. de præb. li. 6. c In 4. d. 38. col. 3. & 4.

d d. ca. super. eod. & c. cum ad. de stat. monach.

e Argumět. l. Præses. ff. de pœn. cap. pœne. de pœnit. dist. 1. f 18. q. 2. à n. 25.

g Cap. denique. 4. dist.

h Cap. 2. de testam.

eum, dicendo vt sit bona spe, quòd fient de illis illa pia, quæ ipse cupit & petit: & quòd verbo, vel scripto petat, quod cupit. Neque videtur prohibitum id significare post vel ante illam spem datam nulla promissione ampliori consequuta. Tum quia nec prælatus, & Capitulum faciunt illi facultatem disponendi obligatoriè, nec ipse facit dispositionem verè obligatoriam, nec quam puter esse talem, sed solùm precatoriam, quam si voluerint possunt iustè implere, qui eam sibi fecerunt, qualem facere nec regula, nec vlla iura prohibent, & ideo nec nos debemus dicere esse prohibitam. [a] Tum quia nec Prælatus, nec Capitulum obligantur per hoc facere, quod ipse petiit. Tum quia id quod facerent, non acciperet vires ex illius petitione, nec ex spei datione, sed ex liberalitate tantùm ipsorum, qui cum possent disponere de illis in suos, vel alios pios vsus, disponunt in petitos ab eo: quod est quotidianum & nullo iure prohibitum.

23 Vndecimo, quòd Prælatus, vel Capitula prædicta possunt facere facultatem religioso, vt in vita donet, vel disponat aliqua in eos vsus, & eo modo, in quos & quomodo ipsi possent, & non aliàs, nec alio modo, vt regula iuris habet, *potest quis facere per alium, quod potest per seipsum*, [b] cum ei annotatis.

Duodecimo infertur, quòd non possunt Prælatus, & Capitula prædicta facere religioso facultatem, vt det alteri aliqua quæ directè vel indirectè non vergunt in vtilitatem monasterij, vel in eleemosynam, vel remunerationem, quam ipsi facere non possunt: quia non possunt dare quod non habent. [c]

24 Decimotertio, quòd causa iusta concedendi huiusmodi licentiam est duplex, necessitas, & vtilitas: & rursus vtraque illarum duplex, priuata, & publica. Priuata necessitas, est indigentia personæ particularis, qualis est victus, & vestitus personalis, qualem quisque habet cum ei communitas non prouidet. Publica verò necessitas est necessitas communitatis, qualis est necessitas ad victum, & vestitum communitatis, ob quam licet officiariis monasterij retinere bona, & eis eadem vti. Vtilitas autem priuata est, quam religiosus sibi singulariter prærendit, qualis est informatio, & recreatio animi per lectionem librorum, quos retinet. Publica verò, quam prærendit facere Reipub. docendo, vel prædicando aliis ex libris quos retinet, ex mente vtriusque Cardinalis, [d] quæ omnia satis probantur per dictum §. tales. & §. nisi rigor. adiuncta glossa magistrali. [e]

25 Decimoquarto infertur, quòd quæ causa sit iusta concedendi huiusmodi licentiam relinquitur arbitrio boni viri, & prudentis: quia illis relinquuntur terminanda quæ iure non sunt determinata, [f] & ita consideranda sunt persona, locus, tempus, finis, in quem conceditur, & quantitas rei concessæ, & id genus alia. Per quod aliàs respondebam licere, decerèque concedere facultatem dandi aliqua cognatis pauperibus, vel sociis amicis, & famulis de se benemeritis, religioso, cuius intuitu aliqua bona notabilia ab initio ingressus, vel postea obuenerunt monasterio per successionem, artem, vel industriam eius, vel aliqua munera quæ gessit, vt Dominicani S. Stephani Salmanticæ solent magistris eiusdem ordinis cathedras magnorum redituum ibi regentibus permittere, vt ex illis cognatis pauperibus subueniant.

26 Decimoquinto infertur, quòd Papa non solet, nec debet semper, & tam liberè concedere religioso tantam facultatem disponendi de quæsitis monasterio, quantam & quàm liberè potest concedere Abbas, & Prælatus eius. Tum quia vt probauimus, [g] Papa nec debet, nec solet tam liberè disponere de fructibus ad ecclesiarum, & beneficiariorum inferiorum sustentationem deputatis, quàm liberè disponit de deputatis sustentationi Sedis Apostolicæ, nec tam liberè quàm possunt ipsi prælati & beneficiarij eorum. [h] Tum per rationem neuosissimam in dict. §. 3. redditã, quæ fundatur in quasi contractu, qui inter Ecclesiam & beneficiarium contrahitur, quo ipse seruiat ei, & illa eum sustentet, [i] & in deputatione bonorum, & fructuum illorum per ipsummet & Papam immediatè, vel mediatè, ipsis factam, cui velut cuidam quasi contractui, non debet eius Sanctitas liberè, & sine aliqua causa, & consensu eorum contrauenire. Prælatus autem inferior potest sine alterius consensu facere religioso facultatem disponendi de fructibus suis tantùm, quantùm & quomodo sibi licet, vt dictum est, per potestatem, quam ab ipsomet Papa immediatè, vel mediatè accipit virtute tituli canonici ei collati: quæ est notissima, & singularis conclusio.

a *Ca. consuluisti. 2. q. 4. c. 2. de transl. prael.*

b *De regul. iur. lib. 6.*

c *Cap. quod autem. de iure patro. l. si vniuersa. C. de legat.*

d *Vbi supra.*

e *Sub cap. requisitis. 1. qu. 7.*

f *l. 1. ff. de iur. delib. cap. de causis. de offi. deleg.*

g *In commẽt. ca. non licet. 12. q. 2. §. 3.*

h *Per d. c. nõ licet.*

i *Cap. nisi cũ pridem. de renunciat.*

In glossam primam.

SVMMARIVM.

27 Regulari accusanti Abbatem debentur alimenta à monasterio.
28 Regularis quare non peccat faciendo eleemosynam extremè egenti.
29 Necessitas non facit dominum necessariorum extremè egentem, sed facit facultatem ipsi, & alijs pro eo illa capiendi.
30 Regularis non agit suo nomine in iudicio, etiam iniuriarum.

GLossa prima roborat textum, [a] & aptè quidem per cap. ex parte, quatenus habet, *monachum nil proprium habere*: sed contradicere videtur in duobus. Primo quatenus habet regularem posse accusare prælatum, sine ipsius licentia, quod contradicit fini huius cap. continenti monachum renunciare voluntati suæ, adeò quòd dicatur nõ habere velle, neque nolle, penderéque ex arbitrio Prælati [b] vt dictum est [c] & repetitur [d] infra.

Secundo videtur contradicere, quatenus habet, regulari accusanti Prælatum dandas esse impensas de reditibus monasterij durante lite faciendas: & quòd respondetur per adiecta supra, [e] scilicet quòd regularis potest habere propriũ quoad vsum tantùm de iusta prælati licẽtia vel legis, quæ non potest esse iniusta, qualem habet regularis accusans, & petens aliqua contraria voluntati iure id ei concedentia, [f] sed ca. non magnopere. nil facit contra princ. huius cap. pro cuius concordanti citatur à glossa, nisi quatenus habet, regularem alienum esse debere ab actionibus mundanis: & ideo non debere exire claustrum ad discendam medicinam, quæ ibi appellatur physica, nec ad discendas leges ciuiles, sine licentia Papæ, etiam in finem curandi socios, & tractandi opportunius Ecclesiæ negotia, licèt leges Ecclesiasticas, & ius Pontificium audire, & discere possit, iuxta notata per Panormitanum ibi, & per eundem & melius Felinum, & nos in Manuali Confessariorum. [h]

a *Per cap. ex parte. de accus. & c. non magnopere. ne cleric. vel monach.*

b *Ca. quorũdam & ca. si religiosus. de elect. lib. 6.*

c *In cõment. ca. cui portio. num 3.*

d *In 6. nota.*

e *Notab. 4.*

f *Ca. cum l. & A. cum ibi notat. per Inn. & alios, de re iud.*

In glossam secundam.

28 EX glossa 2. colligitur primo, regularẽ iustè posse facere eleemosynam egenti extremè absque prælati licentia, quæ est prima limitatio posita supra, [i] illius conclusionis quæ habet, regularem non posse regulariter largiri eleemosynam sine licentia Prælati. Contra quod opponit cap. non est putanda, [k] quatenus habet, *de illicitè acquisitis non fieri iustè eleemosynam*, præsupponendo, quòd regularis videtur illicitè accipere de rebus monasterij sine licentia Prælati: & respondet, quòd in casu extremæ necessitatis quilibet tenetur ad succurrendum: & quod superflua danda sunt pauperibus: quæ solutio non est formalis: & contra eam replicari potest, quòd illa vniuersalis, omnes tenentur ad succurrendum in necessitate, debet restringi ad habiles, iuxta glossam iuncto textu, [l] quatenus probant, illam vniuersalem, *omnes possunt legare vsque ad dodrantem*, intelligendam, de habilibus ad testandum: & quòd monachus non est habilis ad largiẽdam eleemosynam, ceu carens proprio & voluntate, vt hoc textu cauetur. Item quòd illud, *superflua dentur pauperibus*, intelligendum est de propriis, non alienis, iuxta pulchrum textum iuriũ, [m] quæ dãnant eum, qui furatur à diuite, vt subueniat pauperibus. Respondendo igitur formaliter, negandum est regularem eo casu illicitè accipere: quia extrema necessitas non solum obligat existentem extra illam ad subueniendum eam patienti de eo, quod superest sibi vltra naturæ suæ necessaria, [n] sed etiam facit facultatem accipiendi, si de suo non habeat, à quocumque superflua naturæ habente ad succurrendum ei, [o] & consequenter licèt bona superflua monasterij non sint singulariter alicuius regularis illius, tamen regularis aliquis monasterij illius potest de illis accipere ad talem subuentionem

i *Not. 3. n. 8.*

k *1. quæst. 1.*

l *In l. 3. ff. ad l. Falcid.*

m *In c. forte. & c. denique. 14. q. 5.*

n *Cap. pasce. 86 d. & l. nec are ff. de lib. agnos.*

o *Arg. c. sicut hi. cum gloss. & adnotat. eis. 47. dist.*

faciendam:

faciendam: non quidem eo quòd necessitas faciat ipso iure patientem illam dominum sibi necessariorum; sed quòd facit, vt eo casu debeant illa ei communicari; & ita facit facultatem non solùm ipsi ad capiendum pro se, sed etiam aliis ad capiendum superflua naturæ alterius pro illo, vt resoluimus in dicto Manuali. [a]

Secundo colligitur, regularem degentem extra monasterium causa studij, vel alia probabili, de licentia prælati facere posse eleemosynam, de quo dicendum, vt supra. [b]

29 Tertio, quòd regularis absens de licentia iusta potest agere in iudicio sine licentia prælati, [c] cuius ratio est; quia videtur habere mandatum tacitum, per dicta, [d] debet autem agere nomine monasterij & non suo: quia debet agere virtute taciti mandati eius, vt dictum est.

Quarto, quòd religiosus non est dominus alicuius rei pecuniariæ, etiam vestis quam gerit, vt dictum est supra.

Quinto, quòd religiosus nihil potest possidere. Tum quia possessus ab alio non potest sibi aliquid possidere, vt ait glossa & probat textus. [e] Tum quia est incapax possessionis suo nomine quatenus est ius, licèt possit eam, quatenus est facti habere, vt dictum est supra. [f]

Sexto colligitur, quòd regularis non potest regulariter conueniri, neq; conuenire ratione contractus cum eo initi: quia in cõtractibus æquiparatur seruo, [g] imo & quoad vltimas voluntates, vt dicetur infrà, [h] seruus autem non potest regulariter agere, neque conueniri ratione contractus. [i] An autem magis æquiparetur filio quàm seruo, dicetur infra. [k]

Septimo colligitur, quòd regularis non potest agere iniuriarum ob iniuriam sibi illatã. [l] §. ait prætor, [m] quatenus habet, eum qui alteri subest, non posse agere iniuriarum, si præsens sit is cui subest, vel procurator eius; alioqui sic: & ita regularis absens à monasterio poterit iniuriarum agere.

a *Ca. 17. à n. 60.*

b *Num. 8.*

c *Arg. l. si ẽgius. §. filius familias. ff. de iudi.*

d *In eodem. nu. 8.*

e *In l. sic eue niet. ff. de adult.*

f *à num. 14.*

g *Cap. multos 50. dist.*

h *à num. 30.*

i *l. vix. ff. de iudi.*

k *Nume. 30.*

l *Arg. l. sed si vmus.*

m *2. ff. de iniur.*

Extra textum & glossam.

SVMMARIVM.

30 Regularis æquatur seruo, & filiofamilias quoad sibi apta: & in quibus est eadem ratio; & ita nil sibi, & omnia monasterio quærit.
31 Regularis Abbatis dolo facta professio valet; sed bona eius non quæruntur monasterio.
31 Professio metu etiam reuerentiali facta non valet; sed dolo facta sic; nisi dolus esset tantus &c.
32 Regularis potest obesse monasterio in iure quærendo, & non in quæsito.
33 Regularis etiam fugitiuus, & eiectus iniustè: quærit monasterio: eiectus autem iustè: & non trãslatus ad aliud, Episcopo: quia ei subest.
33 Regularis depositus priuatur præbenda, & voce in capitulo, sed non desinit esse monachus, etiamsi eijciatur.
34 Regularis delata sua regula, manet regularis ordinario subiectus.
34 Regularis iustè eiectus, vel sua regula delata an originis Episcopo subsit.
35 Regularis exauthoratus, & ad triremes damnatus cui Episcopo subsit.
35 Regularis eiectus, moneat Episcopum se sibi subiectum.
36 Regularis habitu suo priuatus, vtatur clericali; & an cogi possit redire.
37 Mendicare licet regulari, & tali ac tali seculari.
37 Laborare manibus non tenetur, qui vitare otium, & se fusque aliter alere potest.
38 Regularis vsufructu fruitur monasterium eo viuente.
39 Diuisio bonorum inter Prælatum & Capitulum, etiam regulare, valet remissiuè.
40 Regulari quis, & qualem potest facere facultatem manendi extra claustrum, & conuertendi quæsita in vsus suos; & quæ per talia quæsita intelligantur.
41 Regularis potest impendere quæsita in pia per facultatem impendendi ea in suos vsus, & eam habenti testandi facultas facile addi potest.
42 Regularis, quæ, quando, & quomodo teneatur soluere debita ante professionem contracta.
42 Debitor factus regularis, an teneatur manu & arte laborare pro debito soluendo.
42 Regularis etiam sine prælati consensu obligatur, saltem naturaliter tantùm, donec prælatus irriret eius conuentionem, vel ei contradicat, & non postea: & contrariæ opiniones conciliantur.
42 Regularis multa potest velle iustè, & iniustè sine prælati consensu.
42 Fideiussor non obligatur pro non obligato, saltem naturaliter.
42 Vota regularium non contraria regulæ valent, donec ei contradicatur.
42 Regularis conuentio proinde valet, & irritatur, ac eius votum.
42 Obligatio naturalis ex consensu etiam nudo nata obligat in foro conscientiæ.

30 ADdam quædam quotidiana votum solenne paupertatis respicientia. Primum, quoad contractus. Secundum, quoad vltimas voluntates. Tertium, quoad delicta. Quartum, quoad iudicia. Quoad contractus quidem primò, quod omnia iura loquentia de seruis quoad adquisitionem, & amissionem rei pecuniariæ, habent locum in regularibus secundum mẽtem Innocentij, [a] quem in hoc citat Baldus, [b] modo ea illis æquè adaptari possint; vt ibi ait Baldus & rectè quidem: quia lex non comprehendit eum cui aptari nequit. [c] §. penult. [d] quem in hoc iuris optimum dixit Felinus, [e] modò item eadem subsit ratio, vt addit Decius. [f] Quam resolutionem ait esse meliorem illa Iasonis ibidem dicentis æquiparationem serui ad monachum procedere in contractibus, & non in vltimis voluntatibus; quoniam efficaciter ibi probat idem esse in vtrisque concurrentibus prædictis duobus, scilicet quòd eadem sit ratio, & æquè possint aptari vtrisque. Quin & iura disponentia de filiisfamilias habent locum in monachis concurrentibus prædictis duobus. [g] Ex quibus sequitur, quòd regularis acquirit suo monasterio, etiam si de mandato alterius stipuletur, [h] sed cedenda est actio mandati, secũdum Bartholum, [i] & quòd is, quem scit Prælatus non esse verè professum, non quærit eius monasterio, iuxta Bartholum in l. seruus testamẽto, [k] quæ habet, *liberum hominem male fidei possessori non quærere*, & quòd regularis vnius monasterij bona fide possessus ab altero, acquirit illi quod ex opera sua vel re ipsius quærit; alia verò, quæ aliunde, monasterio, cuius est vrsus monachus, secundum eundem Bartholum. [l]

31 Secundo, addo quòd bona eius qui dolo Episcopi, vel Abbatis factus est regularis, vel monachus, vt illa sibi quæreret, non acquiruntur monasterio; sed cognatis eius venientibus ab intestato, iuxta textum, [m] quem inter alios dixit singularem Panormitanus. [n] Et põdera, quòd textus loquitur de decepto ab Episcopo, vel Abbate; & ita non requiritur, quòd totus Conuentus, vel maior pars eius adhibeat dolum, quod dixit requiri Panormitanus, [o] eo quòd delictum Prælati regulariter non nocet Ecclesiæ, [p] quia, vt rectè respondet Decius, [q] hoc casu non agitur de tali præiudicio Ecclesiæ, quale Prælatus non possit inferri. Tum quia agitur de præiudicio rerum illicitè quæsitarum, in quibus potest illi præindicare Prælatus, sicut seruus domino. [r] Tum quia agitur de iure quærendo, in quo potest Prælatus præiudicare, iuxta glossam receptã, [s] tradit Panormitanus, [t] & bonus textus in l. fin. [v] Quamuis autem monasterium non debeat habere bona decepti professio tamen eius valet, vt exprimit prædictum cap. constituit, cuius glossa recepta solerter adnotauit, quòd dolus dans causam contractui, vel actui in spiritualibus non reddit illum nullũ; metus autem sic, [x] quum in temporalibus res è contrario se habeat; quia in eis talis dolus reddit actum nullum, [y] metus autem non, sed solum rescindendum. [z] Quod tamen limitandum est, ne procedat in dolo, quo quilibet prudens circumueniri posset, secundum Innocentium quem ibi sequitur Panormitanus, [a] & è contrario, quod dictum est de metu, ampliandum est etiam ad reuerentialem: quia etiam ille reddit professionem nullam iuxta glossam celebrem, [b] quam dixit singularem inter alios etiam Ioannes Imola, [c] facit glossa notabilis, [d] per quam Panormitanus ibi dixit, professionem factam à fœmina imperio parentis non valere.

a *In c. olim. l. 2. de priuile.*

b *In l. seruus. C. commun. de succes.*

c *Cap. inde nicatibus.*

d *De elect. li. 6.*

e *In c. nõnulli. colum. 31. de rescript.*

f *In l. cum fundus. §. seruum. sub fin. ff. de reb. cre.*

g *Arg. c. licet. de apost. lib. 6. & l. qui in potestate. ff. de testam. adiunctis c. 2. eod. tit. & alle gatis tagre. 31. C. de sacro sanct. eccles.*

h *Arg. l. si liber homo ff. de stip. seru.*

i *Ibid. & melius in leg. 3. §. qui. & sine autem. ff. de reuocand.*

k *ff. eod.*

l *In d. l. si ẽmuis seruus.*

m *In ca. constitut. 20. q. 3.*

n *In c. cũ dilectus. sub §. nem, de his quæ vi.*

o *In c. dudũ. de consuet. coniug.*

p *Ca. si Episcopum. 6 q. 6. c. dilectum. de reg. iur. li. 6.*

q *In c. in præsentia. not. 8. de probat.*

r *l. quod seruus. ff. de acquir. poss.*

s *In d. c. si Episcopus. & d. c. dilectũ.*

t *In cap. 1. de dol. & contu.*

v *ff. de administrat. tut.*

x *Per ca 1. de his quæ vi.*

y *Iuxta l. & eleganter. ff. de dolo.*

z *Iuxta cap. Abbas. cum ei. not. de his quæ vi.*

a *In d. c. cum dilectus.*

b *Ca. præsẽs. 20. q. 3.*

c *In l. si cum dotem §. eo autem tẽpore. ff. solut. matrim.*

d *In ca. cum vinum de regular.*

32 Addo tertio, quòd monachus potest prodesse & non obesse monasterio in iure quæsito iuxta Innocẽtium,[a] & Baldum,[b] In quærendo autem potest facere vtrumque, secundum eosdem, vt prætactum est: vnde Panormitanus,[c] per illius cõtextum ait, quòd *regularis non debet accipere rem sibi legatam, sine Abbatis licentia*, quod ita intelligendum videtur, vt peccet quidem accipiendo; sed acceptio erit valida, & per eam quæretur monasterio; sicut nec cõtrahere debet sine licentia, contractus tamen valebit, quatenus fuerit vtilis monasterio: nam vt ipsemet ait,[d] sequutus Innocentium,[e] regularis potest stipulari monasterio, & siue stipuletur sibi, siue monasterio, siue imperſonaliter, quærit ei, vt colligitur ex lege si communis seruus,[f] & ex his, quæ ibi adnotat Bartolus communiter receptus, & ex his, quæ dicta sunt supra. [g] Vnde Cardinalis,[h] dixit, quòd *monasterium tenetur ex contractu monachi, quatenus est factum locupletius, vel inde quæsitum fuerit versum in vtilitatem eius:* quamuis non videatur idem de hæreditatis additione vt tangetur infrà.

33 Addo quarto, quòd quicquid acquirit regularis etiam fugitiuus, & vagans extra monasterium etiam abiecto habitu regulari, non quærit sibi, sed monasterio suo secundum Panormitanum receptum,[i] & ab eo cum omnibus quæstis vẽdicari potest iuxta cap. Abbates,[k] adiecta causa de iure canonico, iuxta glossam solennem,[l] sicut seruus fugitiuus non quærit sibi, sed domino suo, per latius, dicta supra.[m] Et quòd dubitari potest, An idem dicẽdum sit de electo à monasterio? Ad quod respondeo primò, distinguendum inter electum iniustè, & electum iustè, vt distinguit Panormitanus,[n] dicens, quòd *electus iniustè quærit monasterio: quia per eiusmodi electionem iniustam, non est præcisus ab eo, nec delictis Prælati potuit illi nocere*, [o] Vnde & monasterium cogi potest ad eum recipiendum, adeo quòd si noluerit recipere, Episcopus, vel superior legitimus coget illud ad dandum bona, quæ dedit illi monachus, cum quibus in alio monasterio reponatur, iuxta Cardinalem. [p]

Secundo, quòd electus iustè per sententiam, non videtur quærere monasterio. Tum quia definit esse regularis, & membrum obedientiarium illius, & talis non quærit amplius monasterio, cui fuerat addictus, & à quo est absolutus. [q] Nec obstat, quòd Cardinalis,[r] sequutus Matthæũ ait, *pro nullo crimine posse iustè monachũ à monasterio ejici:* quia id est contra ius & praxim: nam regula Sancti Augustini, & regula Beati Benedicti expresse aiũt posse iustè regularem ejici de monasterio, & capit. vltim.[s] id præsupponit, & glossa penultim. & ibi Panormitanus expresè id tenent, & praxis monachorum quotidie id seruat.

Sed est dubium, cui quærat sic iustè electus, sibi enim quærere non potest. Tum quia est incapax cuiusliberiuris pecuniarij, vt prædictum est,[t] ratione voti solennis, à quo non absoluitur per suam culpam, & sententiã contra eum latam, vt tenet Cardinalis, [v] post Matthæũ & Innocent.[x] dicentem, quòd etiam depositione monachus priuatur quidem ipsa præbenda, si quam accipit, & voce in Capitulo, sed nõ desinit esse monachus, vt etiã tangitur. infra.[y] Tum, ne de sua iniquitate commodum reportet.[z] Tum quia regularitas siue monachatus indelebilis est, secundum Cardinalem,[a] quamuis absoluatur à superioritate illius.

Sed respondeti potest ad primum, quòd quærit verum dominiũ Deo, & *ius* administrandi summo eius Vicario Papæ, & etiam speciale Ecclesiæ sæculari, vel regulari, si ad eam iam legitimè trãslatus fuerit,[b] alioquin Episcopo, vt ait Panormitanus. [c] Tum quia sub eius obedientia vsuendum est illi: quia per electionem iustã, recidit in eam, à qua liberatus fuerat per professionem iustam, cum nemo possit esse acephalus, siue sine capite & superiore, [d] vnde etiã Eremitæ Episcopo subsunt. [e] Tum quia, cùm quærat Deo verum dominium, & *ius* administrandi superiori, quærit illud Episcopo, vt dixit Syluester,[f] cui soli subest immediatè post Papam, nam superioritas est causa, cur regularis quærit alicui, iuxta notata per Innocentium. [g]

34 Addo quinto, hæc consequi, quòd si qua religio deleretur, sicut deletæ fuerunt multæ per Gregorium X. in Concilio Lugdunensi de quo in cap. 1. de relig. dom.[h] & non permitterentur amplius in suis monasterijs secundũ suam regulam conuiuere, & ita viuerent foris, reciderent in obedientiam Episcoporum, & quæcumq; acquirerent, quæreret Deo quoad verum dominium, illis verò quoad ius administrandi, cùm sibi nõ possent obstare voto paupertatis solenni, quod quasi quidã character hæret animis eorum vix delebilis etiã per Papã, iuxta supra dicta.[a]

Quæstio tamen noua oritur, cui Episcopo debeat esse subiectus regularis per iustam sententiam eiectus, an originis, an domicilij, an beneficij, quibus suberat ante religionis ingressum, an Episcopo in cuius diœcesi est situm monasterium, è quo eiicitur? & arbitror subiectum forè Episcopo originis. Tum quia domicilium originis est immutabile,[b] & non perditur per accessionem dignitatis, quæ non aufert, sed cumulat domicilium vt habetur,[c] & Bartolus ibi receptus etiam per matrimonium, nisi à muliere, neque ab ipsa in totum, vt declarat Decius. [d] Tum quia domicilium quæritur per abbatiam, monachatum, vel aliud beneficium, non durat nisi quoad fuerit Abbas, monachus, vel beneficiarius secundũ Bartolum receptũ.[e] Tum quia domicilium ratione habitationis tollitur per translationem eius in alium locum,[f] & per professionem regularem mutat quis domicilium habitationis, etiã plusquam per alias mutationes, cum extra monasterium nequeat habitare, nec exire sine licentia Prælati. [g] Quamquam Episcopus originis aditus, posset ei facere facultatem transeundi ad alium Episcopatum, vbi alij Episcopo subesset, sine qua tamen non puto posse iustè suo solo arbitrio transire, & mutare sibi domicilium, cum adhuc remaneat religiosius, & ideo eius voluntas de superioris arbitrio pendeat, vt dictũ est supra. [h] Cui autem subiiciantur & quærant regulares exauthorati, & habitu religioso priuati, & ad triremes dãnati, si quid in eis quærant commisso aliquo prælio nauali, vel inde fuga, vel pretio redempti, in partes ignotas deueniẽtes, quæstionis implexæ videtur, & satis æquè responderi posset, eisdem Episcopis subditos forè, quibus triremes ipsæ, & alij eis addicti suberunt, donec in eis manserint: postea verò finito tempore ibi remanẽdi, vel redempti debent redire ad Episcopatus suarum originum, & subesse Episcopis illorum, vel impetrãta ab eis facultate trãsire ad alios, perinde ac alij eiecti simpliciter debent eosdem adire, arguměto ab eadem vel simili ratione desumpto. [i] Quæ tamen omnia limitanda sunt, ne procedant in his, qui non solùm eiiciuntur à mõnasterijs, sed etiam relegantur à prouincijs suarum originum: illi enim non possunt etiã si maximè velint, subesse Episcopis Episcopatuum illarum prouinciarum: quia tenentur etiam in foro conscientiæ ad implendam pœnam sibi à iudice comperente latã, vt determinat S. Thomas,[k] quos de rigore iuris arbitror solius Papæ obedientiæ, & iurisdictioni spirituali subiectum iri, eique soli quæcumque quæsierint quæsitum iri, quamuis ex quadam æquitate, & tacita mente Papæ, si longè ab vrbe exterminarẽtur, satisfacerent fortè suis conscientijs, deligendo aliquem Episcopatum, cuius Episcopo obedirent.[l] Quare duobus eiectis à suis monasterijs in Indijs, & exterminatis ab eisdem, cùm in Vrbem venissent, iuste consuli potuit, vt suã infœlicitatem narrarent Papæ, & peterent ab eo facultatem viuendi sub obedientia talis, vel talis Episcopi vel Archiepiscopi. An autem vllo iure, vel ratione huiusmodi Prælati possint subditos regulares ad triremes damnare, tangetur infrà. [m]

35 Addo sexto, quòd his succedit quæstio quotidiana & noua, videlicet, An huiusmodi regulares eiecti, & relegati legitimè à suis superioribus, teneantur præsentare se Episcopis, in quorum obedientia viuere debent, & monere eorundem Reuerendam in CHRISTO Paternitatem, se esse regulares, & eiectos, & teneri ad obediendum eis; simul rogare, vt iubeant sibi tamquam superiores, quid velint se facere in ordine clericali, & statu suo religioso, quem assumpserunt, quibus non potuerunt priuari; licet locis monasteriorum priuati fuerint? Equidem arbitror eos ad hæc teneri; quia qui tenetur ad aliquid, tenetur ad ea, quæ illud necessario consequuntur.[n] At prædicti eiecti tenentur seruare tria substantialia vota, à quibus non potuerunt, nec debuerunt absolui; & id facere debent sub

fuorum

a *In cap. cum olim. de priuileg.*
b *In l. seruus. C. de pact.*
c *In cap. cum ad monasterium. num. 1. de stat. monach.*
d *In ca. quãto. num. 2. de off. ord.*
e *In d. c. cum olim.*
f *ff. de stip. serui.*
g *Eod. nu. 30.*
h *In clem. 1. §. quia vero. q. 6. de stat. monach.*
i *In ca. fin. de regul.*
k *18. quæst. 2. ll. 1. §. per hanc ff. de rei vendic.*
m *Num. 2.*
n *In d. c. fi. n. 3. de regula. & in c. 1. sub fin. de infant. expos.*
o *Ca. si Episcopum. 16. q. 6. ca. delictis. de regul. iur. libr. 6.*
p *Clem. 1. §. quia vero. q. 3. de statu monach.*
q *Arg. cap. si quis iam trãslatus. 21. q. 2. & ca. ne pro cuiuslibet. 16. quæst. 1.*
r *In clem. 1. §. quia vero. q. 1. de statu monacho.*
s *De regula. & à numer. 1.*
t *In d. §. quia vero. q. 1.*
x *In ea. dilectus. 2. de simonia.*
y *In commẽ. c. nullam nu. 45.*
z *Contra. l. itaque fulle. ff. de furt. & cap. 1. de post. prælat.*
a *In c. fi. q. 1. de regul.*
b *Iuxta. d. c. si quis iam, & ca. ne pro cuiuslibet. cãglos.*
c *In d. ca. fin.*
d *Cap. nulla. 93. dist.*
e *Cap. qui verò. 16. q. 1.*
f *Verb. apostasiæ. qu. 9.*
g *In d. c. cum olim. 2. de priuileg.*
h *Lib. 6. §. 1. & seq.*

a *Per c. cum ad. §. fi. d statu. monacho.*
b *l. assumptio. ff. ad municip.*
c *l. Senatores. ff. de senator.*
d *In l. cum quidã puella. ff. de iurisd. omn. iud. notab. 2.*
e *In l. 1. ff. ad municip.*
f *Dict. l. cum quidã puella.*
g *Ca. monachi. 2. 16. q. 1.*
h *Per c. quorundam. & c. si religiosus. eodẽ. ti. lib. 6.*
i *Iuxta. l. illud ff. ad leg. Aquil. c. 2. de translat. prælat.*
k *2. 2. qu. 62. art. 3.*
l *Arg. c. nihil. de elect.*
m *In cõmẽt. c. nullam. 18. q. 2. n. penult.*
n *l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. & c. 1. & ca. præterea. de offi. deleg.*

suorum Episcoporum obedientia per prædicta, qui si nescierint, nec moniti fuerint eos ipsorum obedientiæ subesse, non possunt quæ conuenit iubere illis, nec habere curam debitam de salute animarum illorum. Quare non debuit tristari quidam eiectus, eo quòd nuper sibi fuerit responsum, non satisfacere se suo statui viuendo alioqui bene in Episcopatu, cuius Episcopo debebat obedientiam. Tum quia non seruabat votum obedientiæ, nulli obediẽdo, plusquam si esset sæcularis clericus. Tum quia non poterat seruare votum paupertatis solenne conuertendo sine licentia superioris in vsus proprios, licèt honestos, quæ lucrificiebat canendo, organa pulsando, cantum, & artem pulsandi docendo. Tum quia oportebat vltrà vitæ honestatem patefacere suum statum Episcopo, & petere ab eo, quid vellet se facere secundum regulam clericalem, secundum quam ei tenebatur obedire obedientiæ voto solenni, & dignaretur prouidere de victu, vel saltem facere facultatem conuertendi in suos honestos vsus, ea quæ lucrificaret.[a] Tum quia non poterat satis rectè mori absque proprio, nisi sciente Episcopo bona, quibus vtebatur, pertinere ad suam dispositionem Episcopalem eo mortuo; cùm nec ex testamento, nec ab intestato posset hæredem habere, nec legare.[b]

36 Addo septimo, hæc consequi regularem eiectum, & exauthoratum habitu iustè per sententiam, posse debereque vti habitu clericali ordini suo conuenienti sine vlla dispensatione Papæ: quia religionis habitu contra sententiam vti nequit, & non potest vti habitu alterius, nisi ad eam transiret, & nullo iure cogitur transire.[c]

Suboritur tamen quæstio, an eiectus semel iustè, ac definitiuè ab aliquo ordine, vel monasterio, compelli possit redire ad illud per superiores illius ordinis? Nã pro parte affirmante vrget prædictum cap. vlt. [d] quatenus iubet, vt Visitatores, vel Abbates maiores, vel Priores quotannis requirant fugitiuos, & eiectos, & cogant monasteria recipere illos: quatenus item habet sub finem illa verba. *Si vero huiusmodi fugitiuos vel eiectos inobedientes inuenerint, eos excommunicent: donec ad mandatum ipsorum humiliter reuertantur*, & hoc tenet, licèt perfunctoriè, Syluester. [e] Vrget item ratio quòd alioquin multi procurarẽt suam eiectionem, quo extra monasterium possent degere volentibus nolentibus eorum Prælatis.

Pro parte verò negante facit, quòd res iudicata seruanda est,[f] adeo quòd exceptio rei iudicatæ impedit litis ingressum,[g] & quòd iniustum videtur, vt eiectus definitiuè contra suam voluntatem reducatur ad monasterium, vbi vix æquo animo ferre possit improperia, quæ in eum alij de more obiicient. Facit item, quòd Bernardus in casus positione dicti cap. vltimi sentire videtur contrarium, dum de fugitiuis, & eiectis loquitur, quantùm ad requirendum eos, & compellendum monasteria ad recipiendum eos redire volentes, & tantùm de fugitiuis quoad compellendum eos redire. Idem eodem modo sentit Panormitanus dum in vltimo notabili colligit, Abbatem posse excommunicare monachum, si est fugitiuus, nihil de electo exprimendo, nec postea vllo verbo id significat, & Cardinalis,[h] solùm de expulso pœnitenti, & volenti redire loquitur: S. item Antoninus,[i] licèt tractet de fugitiuis & eiectis; tamen quoad effectum compellendi ad redeundum, solùm loquitur de eiectis volentibus redire in hęc verba. *Nota secundum Antonium de Butrio, quòd monachi eiecti reuerti volentes. admittẽdi sunt ad religionem*, & paulò post inquit. *Nota quòd monasteria, etiam si ordo repugnet, possunt cogi ad præstandum alimenta fugitiuis, & eiectis, vbi velint ad cor reuerti.* Facit item, quòd licèt exauthoratus, siue depositus, & degradatus realiter à suis ordinibus, possit cogi ad preces horarias ratione characteris, & potestatis conficiendi sacramentum, quæ non perdit per degradationem iuxta glossam,[k] citatam à glossa vltima,[l] & S. Thoma,[m] non tamen potest cogi ad dignitatem, & locum quem tenebat, antequam degradaretur: sic etiam videtur, quòd licet monachus depositus definitiuè monachatu, retineat tria substantialia vota, & possit cogi ad seruandum illa; imo ad preces horarias: non tamen videtur posse cogi ad redeundum ad monasterium vnde deiectus est, grandes impatientiæ tentationes deuoraturus.

Ad prædictum autem cap. vltim. de regularibus & rationem pro eo adducta, respondeti posset, intelligenda esse de eiectis iniustè, vel inordinatè, aut per collusionem, vel saltem non definitiuè per sententias ritè & rectè sine collusione latas. Nec obstat, quod culpa sua fuit eiectus: quia iam pro ea punitus est; & non debet quis duplici pœna pro eadem culpa puniri,[a] & qui sentit onus, debet sentire commodum illi annexum.[b]

37 Addo octauo, quæstionis esse, an liceat regulari eiecto iustè vel iniustè qui tenetur seruare votum paupertatis solẽnè; & ei, qui vouit votum simplex paupertatis, & donanti omnia bona sua pauperibus vel operibus pijs, mendicare, & à labore manuum suarum cessare? Ad quod dico primò, quòd S. Thomas latissimè disputando,[c] concludit, religiosos non teneri laborare manibus vltra statuta regulæ. Tum quia nullo præcepto naturali, neque diuino præcipitur ei laborare manibus, qui aliàs honestè sine alterius iniuria potest sustentare se, & suos, quos de præcepto alere tenetur. Tum quia illa tria dicta Pauli sciliçet,[d] quæ contra hoc citari solent, & in effectu habent *ne manducet, qui non laborat*, non probãt quem absolutè teneri laborare manibus; sed ob causam, vt tollat otium vitiosum, & substenteret se, & suos decenter secundũ statum suum sine alterius iniuria; & ita cessante illa, cessant illius dicta. Tum quia intentio Sancti Augustini, * qui etiam contra hoc allegatur est improbare errorem dicentium, non licere monachis manibus laborare; non autem eos obligare ad sic laborandum, si aliàs sine otio vanq, & alterius iniuria viuere possunt.

Secundò dico, quòd eadem ratione idem dicendum est de homine sæculari, qui relinquit omnia quæ habet propter Deum; etiam si non fiat regularis, exemplo Heliszi,[e] relati à B. Ambrosio.*

Tertiò, quòd S. Thomas,[f] laudat paupertatem assumentes, & ex humilitate mendicare volentes; licèt manibus non laborent, nec bonis renuncient: quod probatur licere eadem ratione, qua duo dicta proxima fundantur. Cui consequens est, non peccare illum, qui ad se in humilitatis, & patientiæ virtute exercendum, habitum pauperis suscipit, & mendicando aliquem pium locum longinquum visitat, etiam si nullum paupertatis votum emittat, nec sua bona pauperibus dispertiat, quod certè in hũc vsque diem non satis animaduerti; imo consensi multis reprehendentibus peregrinos alienis impensis, id est eleemosynis mendicando peregrinantes per l. 1. [g] præsertim clericos, per cap. diaconi. 5. [h] quos Calderinus,[i] puniendos esse definit, si sacris sunt initiati: quod tamen non procedit in his, qui ob prædictam causam mendicant; quia per talem mendicitatem eorum, nil honoris perit clero, vt ipsemet Calderinus,[k] annotauit. Idipsum etiam solitus sum limitare, & à fortiori, ne procedat in eo qui peregrinaturus rantundem, vel plus quàm ab alijs mendicat, pauperibus, obuiantibus de suo impenderet,[l] quòd bis cùm adhuc iuuenis iuri audiendo operam darem Tholosæ facere memini. Qua ratione defendi possunt etiã innumeri per nostram Roncamuallem in Compostellam, & ex Hispanijs in vrbem trãseuntes, & ibidem ientaculum, & cœnam tribus diebus, si volunt, nihilo daro suscipiẽtes; etiã si habeãt de suo, quo se sustentare queant, & nil de illo alijs pauperibus tribuãt, quos etiã non semel audiui reprehẽdi.

38 Addo nono, quòd vsufructus, quem habet ingrediens monasterium, quæritur illi quoad vitam naturalem ingredientis secundum glossam, Bartolum, & Communem,[m] etiam si ingrediens sit pater, & vsusfructus pertineat ad eum in bonis aduentitijs filij ratione patriæ potestatis secundum prædictam glossam & Baldum, & Paulum,[n] quæ verior & communior est secundum Decium multos alios referentem,[o] licèt Panormitanus,[p] teneat quòd tantùm dimidium quæratur, & Salicetus quòd nihil,[q] vnde Marianus,[r] dixit legatum alimenti annui relictum cuidam Catharinæ pro ipsa & vna famula, deberi monasterio durante vita ipsius quoad partem suam; licèt non quoad famulam; quia per religionem perdit facultatem habendi eam.

Addo decimo, verum esse id quod Matthæsius relatus à Cardinale,[s] dixit, nimirum quòd si monachus vadens

ad

a *Ca. at si clerici. de iudic.*
b *Cap. qui sentit. de reg. iur. lib. 6. & l. secundum naturam. ff. eodem.*
c *In Opusc. 19 6. 5. & resolutiu. 2. 2 q. 187. art. 3. in cor. qu.*
d *1. ad. Cor. 4. & ad Ephes 4. & 1. ad Thes. 4. & 2. ad Thess 3.*
* *Aug. l. 2. de oper. mo. c. 17.*
e *3. Reg 19.*
* *Ambr. l. 1. ſic ca. 30. & habetur in epist. dominæ. 86. dist.*
f *Vbi supra.*
g *Ca. de mẽ. valid. libr. 11.*
h *93. distinct.*
i *Consil. 1. de vit. & honest. cle.*
k *Ibidem.*
l *Arg c. si episcopus. 12. qu. 1.*
m *In authe. idem est. C. de bon. qua l.*
n *Ibidem.*
o *In c. in præsentia de probat. nu. 66.*
p *Ibid. & in c. cum simões. de regular.*
q *In d. auth. ingressi. qu. 8.*
r *In 2. par. cons. 10. in 6. qu. versi. verum.*
s *In clem. 1. § quia vero. q. 10. de stat. monach.*

ad Curiam Regiam, lucretur in ea multa, & ingrediatur aliud monasterium, etiam legitimè lucrifacti ante ingressum cedent monasterio priori.

39 Addo vndecimo, quòd inter Prælatum regularem & suum conuentum potest fieri diuisio bonorum, [a] per quam quæratur administratio alicuius partis eorum, quæ ante illam pertinebat ad Prælatum, iuxta cap. nullam, [b] in cuius commentario, quem cum hoc componimus, [c] inseró disputationem, qua pridem defendi diuisionem bonorum Roncæuallis in tres partes, quarum vna Priori, altera Capitulo, & tertia Hospitali, & fabricæ cederet: vbi etiam, [d] disputo, an liceat statuere, vt regularibus siue viris siue fœminis certa quantitas detur pro vestiario? & aliqua alia in multis illustribus monasterijs vsitata, & à compluribus scriptoribus grauissimè damnata.

40 Addo duodecimo, quòd quæstionis quotidianæ est, an regulari viro possit superior facere facultatem viuendi extra monasterium, & quæcumque sic viuens quæsierit, in suos vsus conuertendi? Ad quam respondeo primò, non posse etiam Papam id facere sine iusta causa: quia regularis voto adstringitur ad stabilitatem perpetuam in monasterio seruandam, [e] & in confesso est, nullum superiorem etiam Papam posse à voto sine iusta causa absoluere. [f]

Secundò, quod iusta de causa potest etiam inferior Papa ei facere facultatem manendi extra claustrum, vel pro vtilitate monasterij, [g] etiam indirecta, vel vt sit procurator patroni Ecclesiæ, vel alicuius Episcopi, vel amici, qui monasterio profuit, prodest, aut speratur prodesse, iuxta Innocentium receptum, [h] & causa studij; & à fortiori docendi facultates regulari licitas, [i] & ob alias iustas causas, quæ quia iure non terminantur, prudentis viri arbitrio est determinandum, an occurrentes sint tales. [k]

Tertiò respondeo, quòd sola iusta causa facultatis faciendæ ad manendum foris, non sufficit ad concedendum, vt omnia quæsita foris conuertantur in vsus foris degentis: non enim quælibet causa sufficiens ad mittendum aliquem regularem foras ad aliquod negotiũ agendum, sufficit, vt possit ei concedi facultas conuertendi in vsus suos aliquam hæreditatem, vel magnam donationem eo tempore sibi obuenientem, vel factam, vt palàm est. Cui est consequens, alia ratione metiendum esse iustam causam exeundi, vel manendi foris, & aliam iustam causam concedendi facultatem conuertendi quæsita in suos vsus.

Quartò, quòd maior causa requiritur ad concedendum regulari, vt conuertat in suos vsus quæcumque per successionem, donationem, operam, artem, & industriam suam quæsierit, quàm ad concedendam facultatem conuertendi in suos vsus omnia, quæ per suam artem, industriam, & operam quæsierit: quia maior effectus maiorem causam requirit, [l] & in simili, grauiora verba sunt necessaria, vt censeatur contracta societas omnium bonorum, quàm vnius negotiationis, vel vnius rei, vel etiam totius quæstus, seu lucri. [m]

Quintò, quòd facultas conuertendi in suos vsus quæsita per industriam, artem, & operam, non videtur includere quæsita per successionem saltem legitimam, id est lege obuenientem, vt colligitur ex d. lege *Coiri*, cum quatuor sequentibus, [n] quibus probatur socieratem simpliciter contractam, videri esse contractam quoad ea, quæ obuentura sunt ex quæstu: per quæstum autem non intelligi quæ obueniunt ex hæreditate, legato, vel donatione; sed solùm ea, quæ ex opera, arte, vel industria lucrifiunt: & ita facultas siue priuilegium conuertendi quæsita in suos vsus, quod strictius videtur interpretandum, quàm societas, videtur restringendum ad bona quæsita ex quæstu, opera, & industria, & non ad acquisita per successionem & donationem, saltem illam, quæ ob cognationem, vel alia merita fieret. Dixi supra (*regulari viro*) quia sanctimoniali nemo potest facere facultatem exeundi claustrum, nisi secundùm extrauagantem Pij V. cuius tenor est hic.

* * *

a *Iuxta c. edoceri. de rescript.*
b *18. quæst. 2. c à num. 8.*
d *à nume. 25.*
c *Ca. placuit. 1. & 2. c. monachi. 16. q. 1.*
f *Ca. non est. iuncta glo. de vot.*
g *Prædicto c. monachi.*
h *In c. cum 1. & A. de reiud.*
i *Arg. ca. non magnopere. ne cler. vel mon. & c. 2. eod. tit. lib. 6.*
k *Arg. l. 1. ff. de iur. delib. & de causs. de offi. deleg.*
l *Arg. c. pratis rea. iuncto. c. de multa. eli eis adnot. de præben.*
m *l. societas, & l. coiri. ff. pro soc.*
n *ff. pro socio.*

A

PIVS EPISCOPVS seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

B

Constitutio hæc est. 100. inter Pij V. cõstitutiones.

DEcori, & honestati omnium Sanctimonialium, quarum Iesus Christus Dominus noster sponsus est, vt in puritate & castitate superædificantes, in ipso fœliciter inhabitare valeant, consulentes, ea quæ illarum existimationi detrahere possent, decet nos consultò summouere. Sanè periculo, & scandalo plena res est, ac regulari obseruantiæ vehementer aduersatur, Sanctimoniales aliquando parentes, fratres, sorores, aut alios agnatos, vel cognatos, nec non monasteria, & alia filiationes nuncupata, etiam eis subiecta visitandi, aut infirmitatis causa, alióque prætextu à monasterijs exire, & per sæcularium personarum domus discurrere, & vagari, quo veluti colore eximium quoque honestatis, & pudicitiæ decus in discrimen committunt. Vnde nos malo huic pro nostro pastoralis officij debito salubriter occurrere volentes, inhærentes etiam decreto sacri Concilij Tridentini de clausura Monialium disponenti, ac aliis nostris literis super huiusmodi clausura editis adijcientes, volumus, sancimus, & ordinamus nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarúmue monialium etiam Carthusiensium, Cisterciensium, Sancti Benedicti, & Mendicantium, & quorumcumque aliorum ordinum etiam militiarum, ac statuum, graduum, conditionum, dignitatum, ac præeminentiarum existentium, etiam à Regia, vel illustri prosapia ortarum, de cetero etiam infirmitatis, seu aliorum monasteriorum, etiam eis subiectorum, aut domorum parentum, aliorúmue consanguineorum visitandorum, aliáue occasione, & prætextu; nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ: quæ tamen infirmitas præter alios ordinum superiores, quibus cura monasteriorum incumberet, etiam per episcopum, seu alium loci ordinarium, etiam si prædicta monasteria ab Episcoporum, & ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiantur cognita, & expresse in scriptis approbata sit, à monasterijs præfatis exire, sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus stare licere: aliter autem quàm, vt præfertur egredientes, seu licentiam exeundi quomodocumque concedentes, nec non comitantes, ac illarum receptatrices personas, siue laicas, aut sæculares, vel Ecclesiasticas consanguineas, vel non excommunicationis maioris latæ sententiæ vinculo ſtatim eo ipso absque aliqua declaratione subiacere, à quo præter quàm à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolui nequeant. Et insuper tam egressas, quàm præsidentes, & alios Superiores prædictos eis licentiam huiusmodi concedentes, dignitatibus, officijs, & administrationibus per eas & eos tunc obtentis priuamus, & illas & illos ad obtenta, & alia in posterum obtinenda inhabiles, necnon licentias, & facultates, seu indulta, & priuilegia exeundi à monasterijs, & extra illa ſtandi à nobis, seu alio Romano Pontifice prædecessore nostro, ac Sedis Apostolicæ Nuncijs, & Legatis etiam de latere, ac maiore Pœnitentiario, aut ordinum prædictorum Superioribus, aliisve personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis restitutionis, præseruationis, mentis attestationis: etiam nouam gratiam, & datam concedentibus, aliisque efficacioribus, & efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibúsque, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, déque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, necnon S.R.E. Cardinalium intuitu & contemplatione, ac instantia, vel aliàs quamodolibet concessa (quæ prorsus abolemus) ac literas desuper confectas, & in posterum concedendas, & conficiendas nullas, & inualidas, nullíúsque roboris, ac momenti fore, nec illas habentibus, & habituris suffragari posse: & ita per quoscumque iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere: irritum quoque & inane, quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Mandantes vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum ordinarijs in virtute sanctæ obedientiæ, & sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, quatenus per se, vel alium seu alios, præsentes literas in ciuitatibus & diœcesibus propríjs quolibet anno publicent, omniáque in illis contenta, necnon præfatum decretum ipsius Concilij, quod incipit, Bonifacij VIII.

Concilij Tri. decretũ ipsud habet in sess. 25. c. 6. de regula.

C

D

E

F

diligenter,

diligenter, & inuiolabiliter sub censuris Ecclesiasticis, aliisque præsatis pœnis, & in eodem decreto contentis, obseruent & obseruari faciant, & procurent. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes, etiam alijs pœnis auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Nec non legitimis super his habendis seruatis processibus pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, interdictum Ecclesiasticum apponendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus præmissis, &c. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimonono Kal. Februarij, Pontificatus nostri Anno quinto.

Dixi etiam (*extra monasterium*) quia leuiori de causa posset concedere prædictam facultatem intra monasterium; aliqua tamen requiritur: quia licèt Regularis posset etiam sine alia licentia extra horas quibus in monasterij ministerio occupatur, quærere intra illud consulendo, pingendo, scribendo, consuendo, texendo, serendo, vel alia operando, [a] non tamen potest ita quæsita conuertere in vsus proprios & peculiares, nisi de licentia Superioris iusta de causa sibi concessa per tradita suprà. [b]

Idem Pius V. edidit etiam alia exitum prædictarũ monialium angustantia, & interdicentia ingressum ad eas; quę ne hunc Commentariũ nimium augeant, ad cõment. capit. statuimus, [c] vbi amplior erit eis locus, remittimus.

Addo decimotertio, quòd quæstionis est quotidianæ, an Regulares siue viri, siue fœminæ degentes extra monasteria cum iusta licentia, & facultate conuertendi in suos honestos vsus ea, quæ iustè aliunde, quàm ex bonis monasterij quæsierint, iustè possint ea conuertere in eleemosynas, capellanias, vel alia opera pia, absque alia amplíori licentia?

41 Pro parte namque negante facit, primò quidem, quòd regulari non licèt largiri eleemosynam sine licentia, vt dictum est supra. Secundo, quòd prædicta quæsita omnia fiunt monasterij; & nemini de re aliena licet eleemosynam largiri sine domini consensu. [d] Tertio, quòd priuilegia sunt restringenda, & non de alio ad aliud amplianda, [e] & aliud videtur esse conuertere quæsita in suos vsus, aliud conuertere in pios. Ergo facultas siue priuilegium faciendi illud, non extenditur ad hoc. Quarto, quòd à separatis non fit illatio, etiam in non odiosis. [f]

His tamen non obstantibus tenenda videtur pars affirmãs. Primò, quòd regularis posset elargiri eleemosynam de licentia prælati etiam tacita, vt dictum est supra, & eam videtur habere is, cui facta est prædicta facultas. Secundo, quòd anima est pretiosior corpore. [g] Ergo si impendere in vsus corporis, est conuertere res in vsus suos, à fortiori erit tale conuertere in vsus animæ. At largiri pecuniam in eleemosynam, & alia pia, est eam in vsum, & vtilitatem animæ conuertere, [h] ergo qui id facit, in vtiliorem vsum suum conuertit, quàm si in vsus, & vtilitatẽ corporis conuerteret. Tertio, quòd vt asseruimus in Man. Confess. [i] parer dum viuit posset donare in eleemosynas, & opera pia minuendo suorum liberorum legitimam, & non alia ratione, quàm quia id non est donare, sed in suos vtiliſsimos vsus insumere. Quartò, quòd non obstat dicere, quòd hæc sunt intelligenda de eleemosynis & operibus pijs paruis, non autem de magnis; qualis esset institutio capellaniæ, vel dotatio orphanæ: quia eleemosynæ, & alia opera pia, quo maiora sunt, eo cæteris paribus pientiora, & Deo gratiora, [k] adeo quidem vt teste B. Hieronymo ad Rusticum monachum, gratius sit Deo simul, quàm minutatim omnia bona pauperibus elargiri, vt diximus superius. [l] Quinto, quòd primum argumentum alterius partis tollitur per primum huius, & secundum; & reliqua alterius partis, per secundum & reliqua huius. Quibus consequens videtur facilè posse Papam huiusmodi regulari habenti prædictam facultatem, superaddere aliam testandi, & disponendi in morte ad pia, in quæ poterat inter viuos disponere. Tum quia id nil aliud est, quàm extendere facultatem disponendi inter viuos ad facultatem disponendi per vltimam voluntatem, vt infra repetetur. Tum quia facilè potest, dum viuit impendere illa in ea pia, in quæ per vltimam voluntatem impendere intendit, & parum plus præiudicat monasterio hac via, quàm illa, imo minus qua parte certius tollitur monasterio spes habendi donata, quàm relinquenda per testamentum: quod fortè numquam fiet, vt frequenter contingit habentibus eam faciendi facultatem.

42 Addo decimoquarto, quòd quotidianæ quæstionis est, An debitor bene vel male ingrediens monasterium, post ingressum teneatur id soluenda debita prius contracta? Ad quam præsuppositis eis, quæ suprà, [a] diximus de debitore, quãdo iustè potest ingredi monasterium, & quando non, dico primò, certum esse illum vel monasterium teneri ad soluenda illa, vel ad cedendum omnibus bonis, quæ intulit in monasterium, vel reliquit in sæculo, vel in posterum delata fuerint monasterio, intuitu eius via donationis, vel vltimæ voluntatis, secundum mentem omnium. Secundò, quòd controuertitur, an si prædicta bona non sufficerint debitis soluendis, nec monasterium illa velit soluere, teneatur ipse in foro conscientiæ laborando manibus quærere, quò ea soluat? & arbitror eum teneri ad laborandum pingendo, scribendo, vel aliqua alia arte, quam nouit, quæstuaria, vtendo eis modis quibus potest, salua regulæ obseruantia, vt sentiunt Innocentius, & Panormitanus vbi supra communiter recepti: imo & si opus fuerit, superiorem debere sibi facere facultatem sic laborandi etiam multis horis deputatis ad diuina, vel alia officia monasterij, quatenus posset honestè illum ab eis excusare per prædicta; & quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. [b] Addimúsque non esse demendas impensas eius ex illo lucro, si seruit, quantùm regula præcipit: nam qui altari seruit de altari viuere debet. [c] Nec obstat quòd Syluester, [d] sequutus Paludanum teneat, non obligari eum ad operandum in monasterio vt soluat; eo quòd profitendo cedit bonis, & non habet velle vel nolle. Tum quia non omni voluntati renunciat monachus, vt adnotauit Dominicus. [e] Tum quia non omnis cessio bonorum excusat quem à restitutõdo, vt prædictum est. [f] Tum quòd Innocentius, [g] communiter receptus per Antonium, [h] & per Panormitanum, [i] & citatos per Felynum, [k] affirmat quòd debitum contractum in sæculo tenetur religiosus vel soluere, vel alias pro eo satisfacere argumento glossæ, [l] quæ dicit, quòd notarius factus monachus complet in monasterio * rogationes suas inchoatas in sæculo, quam inter alios sequitur Ananias, [m] & glossa, [n] quòd qui iuraurit mihi scribere librum, vel aliud honestum opus facere, tenetur post ingressum monasterij illud perficere, dum tamen à diuinis non retrahatur, & sequitur Archidiaconus vbi dicit Dominicus quòd iurans aliquid facere ante ingressum, si non fuerit liberatus à creditore, tenetur explere in religione; nisi esset actus incompatibilis ei, vt exercere præturam: quia tunc licet sit consilium, vt prius adimpleat; tamen si ingreditur monasterium, liberatur; quamuis peccet faciendo in id fraudem, & addit per illam glossam monasterium non teneri ad debita per nouitium contracta, nisi tantumdem, vel plus tempore ingressus, vel postea peruenerit ad illud de bonis eius: ex quo colligitur limitatio, capit. 1. cum similibus, [o] quatenus habet, quòd quidquid acquirit monachus, acquirit monasterio, non enim procedit quando tenetur ad aliqua debita ante ingressum contracta.

* Rogationes suas inchoatas. *Rogatio est lex sic appellata quod antequam promulgetur populus rogetur, velitne & iubeat legem sanciri, sed in hoc loco non ita sumitur, sed pro tabulis & instrumentis notarij manu confici & signari consuetis, eo quod in his conficiendis stipulantes roget notarius, an ita velint inter se transigi, vnde & Rogatarius tabellio dictus, quia rogat quod quisque stipulatur hoc est promittit. Vide Sipontinum.*

Decimoquinto addo, id quod dictum est suprà, [p] regulares & seruum exæquari quoad acquisitionem actiuam & passiuam, debere intelligi de acquisitione ciuili & efficaci, & etiam naturali actiua inefficaci, non tamen de naturali passiua efficaci, seruus enim sine vllo domini consensu obligatur naturaliter. [q] Regularis autem simplex minime sine præfecti sui consensu, vt tradit Hostiensis, [r] quem sequuntur Panormitanus, & Felynus, [s] & Iason, [t] & alibi idem, [v] quamuis idem Panormitanus contrarium renuisset. [x] Ratio diuersitatis est, quòd regularis renunciat voluntati suæ, [y] seruus non item. Et quòd lex resistit obligationi monachi, obligationi

verò

a *In dicto. ea cui portio. n. 8.*
a *Ca. nũquã. de consec. d. 5.*
b *In 2. notab.*
c *19. quæst. 3.*
d *Ca. non est putanda. prima. quæst. 1. & c. forte. & cap. denique. 14. quæst. 5.*
e *Cap. porro. de priuileg. c. qua à iure communi. de reg. iur. l. 6.*
f *l. Papinianus. ff. de minor. c. ad audientiam. de decim.*
g *Cap. præcipimus. 12. q. 1. & ea. sedulo. 38 dist.*
h *Cap. medicamentum. de pœn. dist. 1.*
i *Cap. 26. nu. 30.*
k *Ca. nõ mediocriter. de consecr. di. 5.*
l *In c. cui portio. nu. 30.*
b *Ca. si res aliena. 14. q. 6. ca. peccatum. de reg. iur. li. 6.*
c *Ca. cum secundum. de præben. & c. 2. 13. quæst. 2.*
d *Verbo veligio. 2. q. 4.*
e *In ca. si religiosus. de elect. lib. 6.*
i *In dicto. ca. cui portio. nu. 8.*
g *In rubr. de obligat. ad ratiocin.*
h *In c. 1. eiusdem. tit.*
i *In cap. cum loan. & Aud. de reiud.*
k *libi. nu. 10.*
l *In verb. ad præmissa. in c. vt officium. §. ad conscribendas. de hæret. lib. 6.*
m *In c. si fraternitas. de hæreticis. num. 17.*
n *In c. præterea. 51. dist.*
o *18. quæst. 1.*
p *Num. 9. & 33.*
q *In naturaliter. & l. si id quod. ff. de condict. indeb.*
r *In Summa de fideiussor. §. pro quo posset. versic. & quia.*
s *In ca. ex rescripto. de iureiuran. n. 1.*
t *In d. ca. si id quod nu. 1.*
v *In dict. l. 1. si id quod. n. 1.*
x *In consilio. 104. in 1. part.*
y *Per hoc ca. & c. 2. de testam. c. si religiosus. de elect. lib. 6.*

vero serui non resistit, licèt non assistat, vt subtiliter ait Panormitanus. [a] Dixi (*Passiua, &c.*) quia secus de actiua; contrahentem enim secum, etiam nudè obligat naturaliter, licet ipse non obligetur illi, iuxta dicta vbi supra. Contra tamen Hostiensem Panormitanus & eorum sequaces, [b] & pro Panormitano, [c] nouè replicari potest primo, quòd suprà probatum est regularem non renunciare omni voluntati suæ: quandoquidem potest iustè sine consensu prælati velle comedere, se vestire, & id genus alia, quæ non sunt contra regulam; imo & iniustè percutere, furari, fornicari, & id genus alia, quæ sunt contra illam, quę si non essent voluntaria, non essent peccata. [d]

Secundo, quòd nulla lex videtur magis resistere obligationi monachi promittentis aliquid, quàm obligationi serui promittentis idem.

Tertio, quòd si eorum opinio esset vera, consequeretur non teneri fideiussorem regularis accipientis aliquid mutuo, commodato, emptione, vel mediante aliquo alio contractu: quia principali non obligato saltem naturaliter, non potest accedere fideiussor, [e] quod ipsum esset dicendum de pignore dato pro securitate obligationis regularis, quod videtur durum & iniquum.

Quarto, quòd valent vota regularis quoad ea, quæ nec in genere, nec in specie sunt ei prohibita, & tenetur adimplere, donec prælatus irritet illa, vel illis contradicat, vt post Caietanum, [f] resoluimus in Man. Confess. [g] ergo pari ratione valebit promissio, & quælibet alia conuentio re, vel verbo contracta, quæ suo genere fuerit bona, & nec in genere, nec in specie per regulam, vel prælatum prohibita.

Quintò, confirmantur hæc, quòd vix reperias vllum regularem qui si promittat aliquid honestum, non censeat se obligatum ad præstandum illud, si quomodo præstare possit, naturali quadam lege id sibi dictante. [h]

Sexto, quòd vix reperies in vrbe iudicem, qui fideiussorem regularis hac ratione absoluat: quamuis ad hoc vltimum possit responderi, quòd huiusmodi fideiussores se obligant, vt plurimum in vrbe in forma Cameræ, secundum quam obligantur, non solum accessoriè, sed etiam tamquam principales. Licèt his fundamentis, piè lector, quàm aptissimè potui pro communi respondissem, & licèt responsiones ita roborassem, vt disputando defendi possent: quia tamen quoad consulendum non mihi satisfecerunt, præsertim ea quæ data fuit ad quartum, cui arbitror non posse sufficienter responderi: & quia materia est quotidiana præsertim in foro conscientiæ, concepi tertiam opinionem, quæ duas prædictas conciliet, videlicet, quòd sicut vota regularis facta Deo sine consensu prælati, quæ non sunt contra regulam in genere, nec in specie, valent & obligant, donec prælatus ea irriter, aut eis contradicat, & non postea; ita promissa quoque facta homini, valent & obligant, donec ea prælatus irriter, vel eis contradicat, & non postea: & sic opinio Panormitani prior, [i] procedat in conuentione post irritationem & contradictionem; posterior verò eiusdem, [k] ante irritationem & contradictionem. Ex quo infertur quòd fideiussor, pignorator, aut hypothecator accedens huiusmodi conuentioni regularis ante irritationem & contradictionem prælati, obligatur efficaciter, accedens autem post irritationem & contradictionem minimè: quia priore casu accedit pro obligato saltem naturaliter, posteriore verò pro nullatenus obligato, per quam nouam considerationem omnia quæ pro vtraque parte adduci possunt rectè conciliantur, quod gratia breuitatis facere omitto, sicut & eadem causa responsiones prædictas cum suis roborationibus taceo. Hactenus de acquisitione regularium per viam contractus; post hæc de acquisitione per viam vltimæ voluntatis.

SVMMARIVM.

43 Regularis similis est filio, & seruo actiuè & passiuè quoad vltimas voluntates.
43 Minimorum monasterium vrbis cum primis religiosum & populo acceptum.
44 Regularis verè professus nullus etiam militaris vel prælatus testari potest, licèt Nouitius, eremita, & tribus votis implicitus id possit.
45 Regularis quid possit disponere inter filios iustos in sæculo relictos.
46 Bona profitentis fiunt monasterij etiam quoad possessionem.
47 Filius legitimus, imo & naturalis æquatur in hoc legitimo naturali.
47 Legi disponenti de multis, est locus in vno, si ratio eadem subest.
48 Legitima filij professi religionem debetur ante mortem eius.
49 Bona nouitij intestati non deferuntur monasterio.
50 Regulari mortuo sine liberis, monasterium quod succedit.
51 Testamentum conditum ante professionem; non rumpitur per eam.
52 Regularis nouitius, non potest ita liberè testari ac miles.
53 Regularis professus, nec reuocat, nec alterat testamentum iam conditum.
54 Regularis bona tenet monasterium capax bonorum eo viuente.
55 Bona profitentis fiunt monasterij etiamsi vsusfructus alij debeatur, etiam data in feudum & emphyteusim, nisi &c.
56 Testari vt non possunt hodie milites religionum militarium.
57 Regularis testari nequit etiam de rebus alijs, quàm monasterij, etiam consensu eius cuius sunt, & prælati concurrente: quamuis ordinatio eius certo modo valeat.
57 Præsumptio pro actus valore præualet alijs.
58 Regulares quadruplici generis, & eorum quibus testandi facultas conceditur.
58 Testandi facultas concedenda est regulari viuenti extra claustrum cum facultate conuertendi quæsita in proprios vsus.

QVoad vltimas verò voluntates addo primò, quòd omnia iura quæ hac de re disponunt de seruis & filiisfamilias, vendicant sibi locum in regularibus, modò eis aptari queant, & eadem subsit ratio, per dicta suprà. [a] Et consequenter sicut seruus, & filiusfamilias possunt hæredes instituì, & potest eis legari, & per quamcumque vltimam voluntatem relinqui, licèt non quærant sibi, sed domino & patri, [b] & sicut serui & filiifamilias non possunt testari, nec per vllam voluntatem vltimam relinquere, [c] ita etiam regularis potest hæres instituì, & relinqui ei per vltimas voluntates, licèt non sibi, sed monasterio quærat, [d] & adeo quidem, quòd non potest exhæredari etiam ex causa ingratitudinis ante ingressum commissæ, [e] & non potest testari, nec per vllam vltimam voluntatē relinquere, [f] & ita omnes tres habent testamenti factionem passiuam, & nulli actiuam. Nec obstat, quòd seruus possit eligere sepulturā argumento cap. de vxore, [g] vbi Hostiensis communiter receptus id tenet, & etiam filiusfamilias, [h] non autem religiosus, [i] quia non subest eadem ratio; siquidem seruus & filius non ita subiiciuntur patris & domini potestati in spiritualibus, [k] sicut regularis. [l] Religiosum autem non posse eligere sepulturam, limitandum est; quum ita longè à monasterio moritur, quòd ad id commodè portari non potest, vt idem cap. fin. à contrario sensu innuit, & est tenendum cum Panormitano, [m] licèt Dominicus, quem sequitur Francus nimia quadam subtilitate contra teneat, [n] vt pridem ante 40. annos Salmanticæ super glossam eiusdem capi. tenuimus, & consuluimus anno 1572. cum Licentiatus Martinus à Naruais nostræ Roncæuallis canonicus, mortem in vrbe obiisset, elegisseque sepulturam in monasterio sanctissimæ Trinitatis ordinis Minimorum cum primis vrbis & Orbis religioso & populo accepto. Quòd autem regularis licèt exeat patriam potestatem per professionem * retineat tamen suitatem, qua parte ibi est fauor, traditur infrà. [o]

* Retineat tamen suitatem. *Sui heredes appellantur, qui domestici heredes sunt. § Sui autem. instit. de hered. quali. & diffi. vnde Suitas vox est à iurisconsultis recentioribus vsitata, quam sic definiunt. Suitas est quoddam ius intellectuale & directum propter patriam potestatem & quandam domesticitatem domini bonorum ascendentium, continuationem ad successores proximos post mortem immediate inducens, vel Suitas est ratio seu beneficium ratione cuius si filius vel nepos in potestate morientis patris vel aui constitutus, moriatur antequam adierit patris vel aui hereditatem, siue sciat sibi delatam siue ignoret, semper transmittit eandem ad heredes sibi succedentes, siue ij sint extranei siue sui, siue ex testamento, siue ab intestato ei succedant.*

[a] *Num. 30.* [b] *l. cum proponas. C. de hæred. instit. & l. 1. & toto tit. C. de necess. serui. hæred. instit. & toto tit. Instit. de hæred. qual. & differen.* [c] *Cap. illud. 13. qu. 2. & l. seruus succes sorem nō habet. C. commun. de succes. & c. licèt. de sepult. lib. 6. & l. qui in potestate. ff. de testam.* [d] *Ca. in præsentia. cum ei annotat. de probat.* [e] *Ca non licet. 19. qu. 3. f d. c. illud. & authen. ingressi. C. de sac. sanct. eccles.* [g] *De sepult. h Cap. licèt. eod. tit. lib. 6.* [i] *Cap. fin. de sepultur. eod. tit. & libr.* [k] *C. 1. de cōiug. seru. & si annum. de iudic. lib. 6.* [l] *Ca. quorūdam. & ca. si religiosus. de elect. eod. lib.* [m] *In c. 1. col. 2. de sepul. & in ca. nimis. 1. col. 1. de excess. prælat.* [n] *In dicto. c. fin.* [o] *In dict. cōment. ca. nullam. quem cū hoc edimus.*

44 Secūdo addo, hæc cōsequi, quod nullus verè regularis potest testari, nec aliam vltimam voluntatem validam facere. Tum quia nihil habet, nec habere potest, per supra dicta. [a] Tum quia est sub potestate alterius, & non habet velle, neque nolle per hoc capitulum. [b] Tum quia æquatur in hoc seruo, vt prædictum est. Imo arctius subiicitur prælato quā seruus domino. [c] Dixi (*nullus*) ad includendum etiam Abbatem & Abbatissam, [d] quia ipsi quoque verè regulares sunt, [e] & nō possunt habere propriū, [f] ad includendum item omnes cuiuscumque ordinis siue mendicantium siue non mendicantium, siue militarium siue aliorum: quia idem iuris esse debet, vbi eadem ratio idem suadet. [g] Ad includendum item regulam testari volentem de licētia sui superioris alius à Papa: quia nec ipse superior si est regularis testari potest sine licentia Papæ, vt dictum est, & tradit Perusinus, [h] & ad volentem testari ratione consuetudinis: quia illa non valet secundū Bald. [i] quem sequitur Perusinus, [k] quamuis ratio eius non sit vsquequaque firma; cum postea fateatur, & sit communis sententia, quòd potest de licentia Papæ testari. & recepta sententia sit posse fieri per consuetudinem saltem immemorialem, quod potest fieri per priuilegiū per hæc iura, [l] & illa multa quæ congerit Felinus, [m] vbi eum cōmendat, & alibi, [n] vbi per eum aliqua declaratiūa & quæsibile per priuilegium, est regulariter quæsibile per prescriptionem & consuetudinem, secundum Panormitanum, [o] dilatatū ibi per Felinum. [p] Quare hæc ampliatio restringenda videtur ad testamenti factionem, quam non possit Papa iuste regulari concedere, de qua postea: quamuis credam nullibi gentium esse vllis religiosis eiusmodi consuetudinem testandi. Dixi (*verè regularis*) ad excludendū sæcularem & clericū, etiam qui tria substantialia vota religionis emisit, sed non illo modo legitimo de quo supra: & consequenter eremitas & alios similes, qui non sunt verè regulares, licèt habitum religiosum deferant, & gaudeant priuilegio canonis, si quis tuadente, [q] iusta cap. *qui vere.* iuncta glossa, [r] qui testari possunt. [s] Ad excludendum itē nouicium, qui intra annum probationis testari potest secundum Innocentium communiter receptum, [t] quia non est verè religiosus, licèt quoad priuilegium prædicti canonis dicatur religiosus, [v] seruatis tamen in testando seruandis ab aliis, & consequenter relicta legitima ascendētibus vel descendentibus: quia nullo iure ab eo onere liberatur: nam authen. *si qua mulier,* [x] per quam, vt infra dicitur, aliqui dicunt eum liberari ab onere relinquendi eā ascendentibus, loquitur in professo.

45 Tertiò addo, quòd non potest testari etiam regularis, qui relictis in sæculo filiis legitimis, ingreditur & profitetur religionem, licèt possit diuidere bona sua secundū formam d. authen. *si qua mulier,* & auth. *nunc autem,* [y] * quæ translatæ sub dict. cap. *perlatum* sic habēt. *Si qua mulier, aut vir monasticam vitam elegerit, & intrauerit monasterium, liberis non extantibus, monasterio, quod ingreditur, res eius competere iubemus. Sed si persona liberos habens, antequam de rebus suis inter eos disponat, monasterium intret: liceat ei postea inter eos diuidere, legitima portione nulli diminuta, triente vel semisse: & quod eis non dederit, monasterio competet. Sed si omnem substantiam inter filios diuidere voluerit, sua persona suis filiis connumerata, partem sibi retineat, quæ monasterio competere debeat. Sed si post ingressum moriatur, antequam inter eos diuidat, filij legitimam portionem percipiant, reliqua substantia monasterio competente.* Nūc autem cum monachus factus est, hoc ipso res suas omnes obtulisse videtur, si prius testatus non sit: exinde iudicio eius cessante. lege disponitur, vt si liberos haberet in quos, aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donandi titulo contulerit, eatenus substantia monasterio destinata detrahatur: ne quid contingat circa liberos iniquum. in quo textu ponderandum primo, verbum illud (*intrauit*) quod tantùm significat, quantùm illa verba. (*solenniter professus fuerit*) iuxta mentem glossæ receptam, [z] quæ verbo (*ingressi*) addit (*irreuocabiliter*) hoc est solenniter profitendo: & consequenter non includit oblatos Ecclesiis sæcularibus, neque oblatos tantùm regularibus, siue vocentur conuersi, siue non; sed tantū conuersos, qui professi sunt tria vota substantialia, vel obedientiam secundum regulam monachalem, vt diximus in commentario cap. *cui portio,* [a] hi enim, vt pote veri religiosi, licèt non sint clerici, non possunt testari. plusquam alij regulares, qui sunt clerici. per quod resoluitur quæstio illa Philippi Franci, [b] an conuersus testari possit? Quæstio item illa an oblatus etiam si non sit verè conuersus testari possit? Ex his enim colligitur eum posse testari, nisi se & sua omnia præsentia & futura obtulerit etiam Ecclesiæ sæculari: nō quidem quia religiosus est, sed quia pia donatione, se illa potestate iustè priuauit, vt dictum fuit in d. comment. ca. *cui portio,* [c] licèt per id non fiat verus religiosus. Dixi (*o*[illegible]*nia*) quia si quid reseruauit, vt sæpe fit, poterit de illo testari.

* Quæ translatæ sunt sub dict. cap. translatu. *In nouo decreto Gregoriano hæ duæ authentica non continētur in cap. translatum: sed cap. separatum constituunt, quod incipit si qua mulier. imo & num. sequenti ipse Nauarrus cap. hoc si qua mulier, vt distinctum à cap. perlatum citat.*

Quarto addo, pōderāda esse verba illa (*monasterio res eius cōpetere*) per quæ probatur bona profitēris religionē ipso iure quæri monasterio, quod est verum, non solum quoad dominium, sed etiam quoad possessionem secundum Innocentium quem sequuntur Panormitanus & Communis [d] post glossam, [e] cuius rationem reddit Decius, [f] ponderandum enim, quod loquitur de persona habente liberos, & non de habente parentes, propter quod glossa eius, [g] & glos. cap. *si qua mulier,* [h] communiter receptæ tenuerunt non esse locum prædictæ authen. in ea persona religiosa, quæ non haberet liberos licèt haberet parētes, significādo eos nihil posse petere de bonis filij, quod etiā exprimit Perusinus, [i] sed verius & æquius est, non esse quidem locum prædictæ authen. sed posse parētes petere, si voluerint eas, quæ sibi iure debentur legitimas, [k] quod Bartholus satis exprimit, [l] & paulo plus Iason. [m]

47 Quinto addo ponderandum, quòd licèt prædicta auth. vtatur verbo pluralis numeri (*liberos*) habet tamen locum etiam in habente vnicum, argumento *non est sine liberis, qui vnum tantum habet.* [n] Et quia dispositio etiam pœnalis vtens verbo numeri pluralis habet locum in vno, modo eadē subsit ratio, iuxta l. 2. [o] per quā notat ibi Bart. quòd statutum puniens producentes falsos testes, includit tantùm vnum producentem, quod & Iason tenet, vbi supra.

Ponderandum item, quòd simpliciter loquitur de liberis: & receptum est non intelligi de naturalibus tantū, & cōtrouersum, an intelligatur de legitimatis, & æquior verioque videtur pars affirmās, vt tradit ibi Iason, [p] imò & arbitror, licèt nemo id aduertat, esse locum in naturalibus tantùm, quum deficiunt legitimi, in eius terris in quibus succedunt deficientibus illis ex testamento, & ab intestato perinde ac legitimi, vt in Regno Nauarræ: quia eadem ratio idem ius in eis suadere videtur.

48 Sextò addo, ponderandum etiam verbum (*moriatur*) per quod & sequentia significatur non posse filium petere legitimam sibi debitam in bonis patris facti religiosi, etiam post professionem, [q] donec pater moriatur: quæ conclusio iuri Cæsareo conformior videtur, quàm contraria: quæ tamen quia æquior est, & satis efficaciter probatur iure Pontificio, [r] & versatur circa ecclesiastica, tenenda est, vt egregiè de more docet Don Didacus à Leyua siue Couarruuias, [s] quicquid maxima turba Doctorum, quorum relatione multæ paginæ impleri possent, controuertat, paucis rationibus facile solubilibus, vt videre est apud ipsum, & Iasonem, [t] & citatos ab eis.

49 Septimò addo, quòd aliqui intelligendo prædictum verbum (*intrauerit*) de ingressu, quo quis fit nouitius, dixerunt, quòd etiam nō sequuta professione, bona ingressi mortui sine testamento, etiam ante professionem debeatur monasterio, quod Cynus & aliquot alij in dict. authen. si qua mulier. tenuerunt, & eos videtur sequi etiam Decius, [v] non facta mentione contra suum morem de Panormitano, quod demitor, quum ille optime affirmet contrarium, [x] nisi ante vel post ingressum donasset, vel obtulisset ea monasterio: quoniam ante professionem nō est verè religiosus, [y] nec perdit beneficium, [z] nec perdit dominiū, neque possessionē bonorum suorum, secundum

a In 2. notabili. b Et nota. 5. c Ca. multos. 54. distin. d Cap. 2. de testam. e Ca. fi. de simonia. f Ca. Abbatis. 54. dist. g. l. illud. ff. ad l. aquil. ca. inter cæteras. de reseri. h In rub. de testam. num. 65. i In princip. auth. ingressi. C. de sacro sanct. Eccles. k Vbi sup. nu. 74. l Arg. l. hoc iure. § ductus aquæ. ff. de aqua quot. & ca. super quibusdam de verb. signific. & l. vendit. §. constat. ff. com. prad. m In ca. quæ in Ecclesiarum. n. 27. de consti. n Nume. 28. o In ca. accedites. de præscript. p Nume. 6. q 17. qua. 4. 116. quæst. 1. s Cap. per latum. §. è contra. 19. q. 3. t In cap. 2. de testam. v Ca. religioso. de sent. excom. lib. 6. x C. de sacro san. Eccles. y C. de Episcopis & Cler. z Auth. ingressi. C. de sac. eccl.

a Num. 14. b In rub. de testam. n. 13. c Num. 28. d In c. in præsentia. de pro. e In c. si qua. 19. q. 2. lit. f Ibidem. num. 68. g verb. liberos. h 19. auc. §. 1. i In rub. de testam. à num. 60. k Arg. l. si filium. C. de in offic. donat. l Bart. nu. 18. m Col. 8. n ff. de verb. sign. o §. sed si vnus. ff. vi bonor. rapt. p Colum. 9. q In ca. cū si mus. de regula. r In cap. 2. de testam. s Vbi supr. à col. 9. t In d. cap. in præsentia. nu. 73. v Ibi. nu. 68. x Ca. religioso. §. quamuis. de sent. excom. lib. 6. y Ca. beneficium. de regul. iur. lib. 6.

omnes, nec transeunt illa in monasterium vsque ad professionem iuxta authen. *ingressi*, [a] quando glossa & omnes intelligunt de ingresso irreuocabiliter, hoc est solenniter professo. Et licèt Bartholus, [b] reliquerit decidẽdum canonistis, Iason tamen ibi serio tenet idem, quod Panormitanus, [c] & ita proculdubio est verum, quod ait Philippus Francus, [d] non referre in hoc an monasteriũ sit ordinis Mendicantium etiam Franciscanorum, vel non Mendicantium; cuiuscumque enim sit, ingressus illud infrà annum probationis, tam liberè testari potest, ac si extra illud esset; & non tenetur quicquam illi relinquere, si nolit secundum Imolam, [e] & rectè quidem, quum nullo iure Cæsareo, neque Pontificio ad id obstringatur, & ita non dicendum. [f]

50 Octauo addo, ponderanda esse in eadem authẽ. verbum (*reliqua*) & sequentia, per quæ significatur, quòd monasterium succedit in bonis professi mortui sine testamento, etiam si haberet liberos excepta eorum legitima. quod est verum, si ordinis non Mendicantium: nam si est Mendicantium Franciscanorum, nihil capiet, [g] si autem aliorum, capient quidem illa, sed immobilia vendent secundum glossam, [h] communiter receptam & singularem secundũ multos, & in his Fel. & Dec. [i] qui alios citãt vbi Dec. [k] satis defendit eã, nõ solũ cõsuetudine, sed etiã iure attẽto procedere, eo q̃ dominium momentaneum nõ infringat regulam secundum Baldum, [l] & quòd in eorum alienatione non requiritur solennitas, [m] quia necessario iubente lege fit. Quæ licèt vera essent ante nupperrimũ Concilium Tridentinum, non tamen videntur esse talia post illud: quia illud, [n] fecit capaces bonorum in communi omnes regulares exceptis Minoribus, qui vocantur de obseruantia vel Capucini, & consequenter monasteria eorum possint succedere ingressis ea, perinde ac non mendicantium. Exceptis item clericis Societatis Iesu, qui sua statuta seruare debent, vt ibidem cauetur: & ita non coguntur vendere statim immobilia eis relicta, vt dixit præfata glossa nec illa iam acceptata vendere possunt sine causa & solennitate in id iure requisitis.

Nono addo, ponderanda etiam esse illa verba (*si priùs testatus non fit*) per quæ clarè probatur testamentum antea factum non rumpi per professionem consequutam, siue factum fuerit post ingressum intra annum probationis, siue longe antea, etiam non cogitando de ingressu. Tum quia contextus, hic, [o] generaliter & simpliciter habet, tum demum monasterium succedere monacho, si ante professionem testatus non fuit. Tum quia eadem ratio in omnibus illis casibus subesset: quia in omnibus eis esset dominus bonorum suorum, & haberet liberam facultatem testandi, & in nullo eorum esset verè religiosus, nec careret voluntate propria, nec sua voluntas ab alterius voluntate penderet; & ita omnes rationes quibus testari prohibetur regularis, cessarent. Quare non videtur curandum de distinctionibus Bartholi & aliorum, [p] nec de cogitatu, ad quem se remittit Francus, [q] vt aliàs tenuimus cum Decio, [r] sicut nec curat prædictus Præses illustrissimus, vbi supra, [s] quod confirmatur theoria illa notabili, quam etiam sequitur Decius, [t] scilicet quòd lex generalis, habet locum in omni specie contenta propriè sub verbis illius, licèt aliquando maior ratio militet in vna, quàm in alia. [v] Nuper quæsitum fuit, an per [x] Concilium Tridentinum annihilentur testamenta nouiciorum & aliorum ingressorum religionem facta non seruata illius cap. solennitate. Ad quod respõdemus negatiuè: quia præfatum cap. non tollit eis facultatem vllam testãdi, sed solùm facultatem omnem disponendi inter viuos.

52 Decimo addo, ponderãda esse eadẽ verba, (*si testatus nõ fuit*) adiunctis illis (*quocumque modo voluerit*) positis in prædicto §. *illud autem*, [y] per quæ videtur significari, quòd ingressus monasterium potest testari sine solennitate in testando iure seruanda, veluti miles, quod tenet Barto. [z] Et quia regulari, qui est miles cœlestis militiæ, concedendũ videtur, quod militi armatæ, iuxta glo. [a] quod etiam clerico concedi tenuit Panormitanus, [b] & aliquot alij, quos refert Decius, [c] cuius contrarium est tenendum, cum Salicet o, [d] vt pridem tenuimus cum Decio & aliis citatis ab eo, [e] & rectè quidem. Tum quia facultas liberè testandi non excludit solennitatem testamento iure necessariam, [a] & quia æquiparatio Bartholi monachi ad militẽ quoad hoc, est inepta. Tũ quia post quã facẽ est monachus, quo rẽpore dicitur verè mules cœlestis militiæ nõ potest testari, vt habet prædictus §. *illud*: cuius contrarium est in milite armatæ militiæ. Tũ quia nil iuuat quod quidam aiunt, eum qui de proximo est cingendus miles, haberi pro milite: [b] quia si de proximo professurus monachissimum, haberetur pro monacho, non posset testari, cuius contrarium dicit ille §. *illud*.

53 Vndecimo addo, ponderanda quoque esse verba illa (*personaliberos non habens*) & consequenter etiam hanc dispositionem vltimam non posse facere, si non habet liberos, neque aliam ab hac, licèt illos habeat. Cui consequens est, firmum esse id quod ait Panormitanus, [c] contra Bartholum, [d] & alios citatos à Decio, [e] quidquid ipse vacillet ibi sub finem, vt aliàs ibi diximus, scilicet, quòd monachus non potest post professionem factam reuocare, nec alterare testamentum ante illam factum. Tum per prædicta verba inducta modo prædicto. Tum quia non solùm speciale, sed etiã mirabile est quòd etiam liberos habens, etiam hanc solam dispositionem facere possit, quum nullum penitus dominium, neque possessionem, quatenus est ius, nec aliquid iuris habeat in prædictis bonis, imò nec in illis, neque in aliis habere possit, nec sit capax habendi per hoc cap. *non dicatur*. & alia multa addita supra. [f] Tum quia facilè teneri posset, licèt nemo alius aduertat, quòd stricto iure Pontificio, non potest etiam istam, de qua loquitur hæc authen. facere: quoniam, ea est facta potestate sæculari, & nulla Ecclesiastica approbatur: imo repugnat canonibus per eam conditis, & supra, [g] citatis. Nec obstat, quòd reperitur in Decreto Gratiani, vbi supra: quia non inseritur alicui canoni authentico, & Gratiano nulla fuit potestas faciendi canonem, nec authoritas vim canonis indendi, vt latè traditur post alios per Felinum, [h] & iniustitia cui obuiare voluit Imperator, [i] satis excluditur per reseruationem legitimæ liberis in bonis, quæ pater per professionem in monasterium intulit, quæ etiam canonibus est conformis iuxta prædicta. [k] Tum quia quamuis teneamus prædictam authentic. saltem tacitè à Romano Pontifice esse probatam, tenendum tamen est etiam illud Angeli, [l] videlicet, *nõ potest reuocare testamentũ qui nõ pòt facere illud*, [m] & per prædictum §. *illud*, prohibetur monachis testari. Tum quia vt ait Imola, [n] sequutus Angelum testamentum sola voluntate reuocari non potest, sed debet aliud fieri, [o] & vt dictum est, monachus aliud facere nequit. Itaque absolutè tenendum est monachum non posse condere post professionem testamentum, nec conditum reuocare, neque alio modo de bonis, quæ intulit in monasterium sine auctoritate Papæ testari; nisi ad summum facere contenta in prædicta authen. quod etiam prædictus Præses vbi supra, [p] multorum recentiorum auctoritate confirmat: quamuis ipso longè magis facio rationes prædictas, per quas id tenendum esset, etiam si omnes repugnarent: quia fundantur in voto paupertatis solenni iure diuino nitenti.

54 Duodecimo addo, ponderanda etiam esse illa verba (*si post ingressum moriatur, &c.*) per quæ significatur quòd bona ingressi etiam si habeat hæredes necessarios, quales sunt liberi, & à fortiori, si habeat voluntariè institutos, vel alios ab intestato venientes, debent manere vsque ad mortem eius naturalem penes monasterium, & ipsum percipiet fructus eorum. quod non est verum quoad legitimam debitam liberis, quam vt dictum est, [q] statim post professionem petere possunt. Est autem verum quoad residua bona secundum Communem Bartholi & aliorum, [r] quos refert & sequitur Iason, [s] & Panormitanus, [t] & Decius, [v] & prædictus Præses, [x] si monasterium est capax bonorum, secus si est incapax; qualia sunt monasteria Minorum, qui vocantur de obseruantia, & Capucini: vnde Socinus, [y] dicit substitutum alicui, si sine liberis decesserit, successurum statim post professionem factam ab instituto in tali monasterio, & idem esse in monasteriis aliorum Mendicantium neruosè contendit Franceus [z] contra communem,

quæ vt dixi supra, [a] tenet contrarium per glossam solennem, [b] quæ habet: Mendicantes alios à Minoribus capere posse etiam immobilia sibi relicta, non quidem ad retinendum, sed ad vendendum illa, & eorum pretio vtendum. At hodie, vt [c] dixi post Concilium Tridentinum cessat hæc disputatio: quia per capit. 3. eiusdem, [d] omnia monasteria præter prædictorum Minorum, sunt capacia bonorum etiam immobilium.

55 Decimotertio addo, ponderanda iterum esse illa verba (*reliqua. &c.*) per quæ significatur omnia quæ regularis habebat ante professionem, transire per eam in monasterium, si testatus prius non fuerit: & consequenter etiam bona filij familias, in quibus pater habet vsumfructum, reseruato tamen eo sibi secundum plerosque omnes, quos sequuntur Panormitanus & Decius, [e] qui iure recedit à Panormitano dicente hoc esse limitãdum, ne procedat quando talis filius familias expressè aliud disponit de talibus bonis, eo quòd clericis & Ecclesiasticis personis quæruntur aduentitia cum plena eorum administratione, etiã quoad fructus, [f] ita quòd fiunt eis quasi Castrensia. Quæ limitatio non est vera quoad vsum fructum bonorum quæsitorum filiofamilias ante clericatum & in monachismum. Tum quia ius quæsitum patri sine consensu eius ab eo tolli nequit. [g] Tum quia ingressurus monasterium, non potest testari propter regulas iuris, vt supra dictum est. Tum quia etiam clericus non potest testari de bonis ante clericatum quæsitis in præiudicium patris, cui ratione patriæ potestatis vsusfructus quæsitus erat: quia prædicta authentic. *presbyteros*, qua Panormitanus nititur, loquitur de bonis post clericatum quæsitis, vt optimè probat Decius ibi, quem etiam aliàs sequuti fuimus ibidem, nam neque vsusfructus iam quæsitus patri ratione patriæ potestatis perditur eo solo, quod illa perdatur, iuxta glossam cõmuniter receptam. [h] Porro conclusioni huius additionis est locus etiam in feudo, quod ingressus habebat, si erat francum, id est, liberum à fidelitate, vel concessum fœminæ, vel cum onere talis seruitij, quod monasterium præstare possit, vel cum facultate præstandi per alium, aliàs secus, vt resoluit Decius. [i]

Idem de emphyteusi qua poterat frui, dum ingressus vixerit, nisi esset concessa ab Ecclesia: quoniam illa non transit nisi in filios veros, qualis non est monasterium, de qua loquitur §. 1. [k] & ad illam restringendus est Panormitanus qui contrarium tenet, [l] vt rectè Decius ibi, [m] aduertit.

56 Decimoquarto addo, videri posse facile alicui, quòd milites ordinum militarium siue Commendatores ad bella professi, & per dispensationem Apostolicam coniugati, & habentes filios legitimos ex talibus coniugis possent disponere de suis bonis iuxta formam huius authen. sine vlla dispensatione Papæ, & rectè quidem quoad bona, quæ habuerũt ante professionem, quæque in religionem intulerunt; non autem quoad ea, quæ post eam professam quæsierunt. Tum quia authen. loquitur de rebus ante professionem quæsitis, vt colligitur ex illis verbis (*res eius*) & illis (*rebus suis*) & constant quæsita post professionem, non fieri sua per prædicta. [n] Tum quia longe alia ratio militat in quæsitis ante illam, quàm in quæsitis post eam, cùm in his non habeat, nec vmquam habuit dominium, in illis verò habuit ante professionem, licèt per eam perdiderit per dicta, [o] & ad pristina facilior est regressus, [p] quod vt maximè quotidianum memoriæ mandandum est. Et id consequitur non posse illos testari, nec disponere per vltimas voluntates etiam inter liberos legitimos & naturales, vltra id quod concedit eis Papa per priuilegia legitima, hoc est iusta de causa concessa, & non reuocata; quæ tamen fœl. record. Pius V. reuocasse in Comment. capit. final. [q] diximus in hæc verba, quæ quia eorum locus proprior est hic quàm ille, non grauabimur hic inserere. *Quarto admoneo id, quo monitum hoc plurimum confirmatur, scilicet: S. D. N. Pium V. Anno Domini M. D. LXVIII. V. idus Septembris * in bulla reuocationis quorundam priuilegiorum militibus religionum militarium testandi facultatem in hac verba abstulisse. Præterea omnes & quascumque licentias & facultates testandi, & alias quomodocumque dispõendi, etiam ad certam, & quantumuis modicam summam & quantitatem, de fructibus, rebus, & bonis immobilibus, mobilibus, & se mouentibus, ad Magistros, Priores, Præceptores, Milites, Fratres, & personas militiarum & hospitalium prædictorum ratione illorum, necnon præceptoriarum hospitalium, & beneficiorum ecclesiasticorum, etiam secularium & aliorum ordinum regularium, ac pensionum, & fructuum quorumcumque prouenientes, necnon facta hucusque, non tamen effectum sortita, vigore licentiarum, & facultatum prædictarum testamenta, & alias dispositiones huiusmodi, etiamsi per easdem licentias & facultates dispõnatur, quod dimidia, vel alia pars rerum & bonorum prædictorum militiis, hospitalibus, domibus & locis, vnde illa prouenerint, aut aliis piis locis relinquantur. Decernentes omnes & singulas reseruationes, assignationes, translationes, vniones, annexiones, incorporationes, suppressiones, applicationes, appropriationes, testamenta, donationes, & alias dispositiones quascumque, quas pratextu priuilegiorum, facultatum, dispensationum & indultorum prædictorum sic reuocatorum, ac contra præsentium tenorem per quoscumque etiam dicta Apostolica auctoritate fieri, vel factas persequi contigerit, tamquam surreptas, & extortas, nullius prorsus roboris, vel momenti esse, nec per eas ius, aut titulum etiam coloratum, cuiquam acquiri, nec quemquam quocumque tempore quauis causa restitutionem in integrum, reductionem ad terminum iuris, aut quoduis aliud gratiæ, vel institiæ remedium impetrare, aut etiam ab allo vel aliis impetratis, aut motu simili concessis, vti, nec præsentes literas de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quopiã defectu notari, vel impugnari, nec sub vllis reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus similium vel dissimilium reuocationum, & ordinationum ab ipsa sede, quandocũq; & quomodocũq; emanãdis, cõprehẽdi; sed semper ab illis excepta. & quoties illa emanabunt, toties in pristinũ & validum statũ restituta: & plenariè reintegrata esse, & censeri, sicque in his & omnibus & singulis aliis supradictis per quoscumque iudices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici auditores, & S. R. E. Cardinales in quauis causa & instantia sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter interpretandi, & iudicandi facultate, & authoritate, vbique interpretari, iudicari, & definiri debere, necnon irritum & inane quidquid secus per quoscumque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem similium priuilegiorum, dispensationum, facultatum, & indultorum concessionem nostris explodi temporibus, & quod nobis licere non patimur, nostris successoribus indicamus. Non obstantibus, &c.* Per quæ tolluntur latissimè omnia contraria, & minuuntur prædicta contra quascumque derogatorias litteras.

* In bulla reuocationis. *Hæc bulla incipit Sacrosanctum, estque 71. inter Pij V. constitutiones.*

57 Decimoquinto addo, tanquam huc maximè pertinens, id quod in [a] tract. de redit. eccl. addidi, primò quòd est adeo magna difficultas, an religiosus possit cum priuilegio Papæ testari, vt nonnulli hoc summo Pontifici remittant decidendum, vt Francus. [b] Alij verò affirmant non posse: quoniam videtur eis, quòd Papa non potest eũ absoluere à voto substantiali paupertatis per finem cap. *cum ad monasterium*. [c] Alij verò generaliter posse propter aliquam magnam causam: ij enim videtur assentire communi opinioni Innocentij, Ioannis Andreæ & aliorum, [d] quæ habet, posse Papam absoluere monachũ monachatu ex magna causa. in qua eadẽ opinione perstat Francus. [e]

Secundo addidi vtrosque plurimum errare existimantes esse necessarium euellere à monacho monachatum, & reddere eum sæcularem, vt ei priuilegium testandi præstari possit: quia sat est efficere, vt sicut potest monachatum non relinquendo, aliquorum bonorum & eorum redituum liberam habere administrationem, vt de illis per contractus inter viuos in pia possit disponere; ita etiam habeat liberam facultatem, vt in vltima voluntate de eisdem bonis in pia disponat.

Quam quidem facultatem tametsi religioso concedere non potest Abbas, neque alius præter Papam: Papa tamen potest ei facilè eam cõcedere, licèt eum à voto paupertatis non absoluat.

Hoc enim non est monachum alicuius rei dominum facere, sed solùm efficere eum executorem atque dispen-

a C. *de sacrosan. eccles.* b *In d. auth si qua mulier.* c *Col. vlt.* d *In d. rubr. num. 67.* e *In d cap. in præsentia. colum. penult.* f *2. q. 4. c. cõsuluisti & §. cõsideremus. coll. 3. auth. de trien. & semisse.* g *Cap. Exiit. §. porro. & seq. de verb. sign. lib. 6. & clem. exiui. de verb. sign. §. cupientes.* h *Capit. 1 de relig. dom. §. 1. verb. domum, lib. 6.* i *In c. in præsentia. de probat.* k *Num. 60. l In c. cũ eau sa. vers. quæro numquid de reiud. ar. l. fin. C. de bon. quæ lib.* m *Cap. sine cessione. 12. q. 2.* n *Sess. 25. c. 3. de regularib.* o *Et in §. illud. auth. de monach. col. 1. & auth. nunc autem. C. de episcopis & cler.* p *In d. authe. si qua mulier.* q *Vbi 3. n. 69.* r *In d. cap. in præsentia. n. 48.* s *Num. 5.* t *Cõsil. 69 p. nu. 3. & seq.* v *Per l. 1. §. quod autem. ff. de aleat. lusu. & ea. solita. si satis p3 deretur, de maiorit.* x *Cap. 16. de regul sess. 25.* y *De monach. coll. 1.* z *In d. auth. si qua mulier. & in l. 1. vers. Secũdo quæro. in fin. C. de sacrosanct. eccl. per d. §. illud. & argu. l. 1 ff. de milit. testam.* a *l miles. ff. de reiud.* b *In ca. quia nos. per illum textum, de testamen.* c *In d. capit. in præsentia. num. 60.* d *In d. auth. si qua mulier.* e *Num. 60. in d. cap. in præsentia.*

a *l. 1. C. de sacrosc. eccl. & l. si quando. C. de inoffic. testam.* b *l. penul. ff. de milit. testam.* c *In d. ca. in præsentia.* d *in d. authẽt. si qua mulier.* e *In d. cap. in præsentia. n. 68.* f *In 2. nota.* g *In d. 2. nota.* h *In ca. 2. de rescript.* i *In d. auth.* k *Et cap. fin. cum ei adno. 20. quæst. 3.* l *In l. 1. ff. de testam.* m *Argu. l. si præsente. C. de nupt. & c. 1. de reg. iur.* n *In eadem. l. 1.* o *§. ex eo autem. instit. quib. mod. test. infir.* p *Nume. 9.* q *Num. 48.* r *In d. auth.* s *Ibid. col. 9.* t *In d. cap. in præsentia. n. 8.* v *Num. 67.* x *In d. c. 2. n. 6.* y *Cons. 92. vol. 1.* z *In d. Rubr. num. 72.*

a *Num. 50.* b *In d. c. 1. §. 1. de relig. dom. lib. 6.* c *In dicto. nu.* d *De regu. sess. 25.* e *In c. in præsentia. n. 62. de prob.* f *Auth. professos. C. de episc. & cler.* g *l. id quod nostrum ff. de reg. iur.* h *In l. 2. C. de bon. mater.* i *Vbi sup. nu. 74.* k *De alien. emph.* l *In d. cap. in præsentia.* m *Num. 77.* n *In notab. 2.* o *In nota. 2.* p *C. ab exordio. 35. distin. & in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.* q *16. q. 1. monũ. 12. q. 3.*

a *Mon. 11. q. 3.* b *In rubr. de test. coll. penul.* c *De stat. monach.* d *In d. c. cum ad monasterium.* e *In d. rubr. col. penul.*

a *Ca.1.de testament.li.6.*
b *Clement. exiui.§. proin de. & §. verum.de ver. signif.*
c *In l.fi.o.col. C. vnde legit.*
d *De procurat & cap 2. de testamen. lib.6.*
e *§ non quis. iuncto §. si quis sua manu. ff. de bon. possess. cont.tab.*
f *C. de legat.*
g *De testament.*

farorem, qualis etiam iure communi esse potest religiosus, [a] nisi fuerit ordinis Minorum, [b] quales quotidie fiunt à testatoribus, & illo munere de licentia prælatorum sanctè vsuntur, nec ob id voto paupertatis contraueniunt. Porro facultas hæc & licentia testandi efficit testationem validam, si superueniat post eam, modo ante mortem testantis, secundum Baldum, [c] relatum in decis. 110. Delphinat. Quibus nunc addo tertiò, quòd facilè videri potest alicui, quòd potest testari de aliis rebus, quàm pertinentibus ad monasterium de consensu eorum, ad quos illæ pertinent, modo id faciat de licentia superioris.

Tum argumento clementinæ, *religiosus*, [d] cum hoc nil aliud videatur esse in effectu, quàm agere procuratorem, vel executorem alterius voluntatis, quod licet ei de licentia superioris per iura prædicta. Tum quia videntur cessare omnino rationes omnes, quibus diximus supra ei esse testari prohibitum. Tum argumento *l. non putauit*, [e] per quam communis habet, posse patrem de legitima filij cum ipsius consensu testari; imo & eum sine causa iusta exhæredare, argumento *l. cum alienam*, [f] & capit. *filius*, [g] per quæ receptum est posse quem, rem alienam de consensu domini sui legare, & de illa testari quoad se consensus extendat.

Sed contrarium videtur verius: quia regularis nullius huiusmodi iuris est capax per prædicta.

Et quia longe alia ratio suadet, vt possit esse executor testamenti, quàm testator, eo quòd executio & procuratio nituntur persona alterius, & fiunt nomine alterius: testamentum autem nititur persona propria, & fit nomine proprio, quo regularis nil iuris habet. & quia licèt cessent aliæ rationes, quibus regularis prohibetur testari, non tamen cessat illa radicalis omnium, nimirum incapacitas inris temporalis, quale est ius testandi.

h *l. nã quod absurdum. ff. de bonis.li. c. dudum. de præben. lib.6.*
i *Libr.6.*
k *Ca.cum ad § fin. de stat. monach.*

Et quia alioqui posset testari etiam de rebus monasterij consentiente prælato quoad ea pia, in quæ prælatus posset illa impendere, quod nullatenus concedi debet, quum id consequeretur via concedendi palsim religiosis ægrotis ius testandi de suppellectili vsui suo deputata, & aliquot aliis; & importunè rogãti prælatos & conuentus palsim, vt eam facultatem illis facerent, ac proinde inferiores Papa, ius testandi concedere possent regulari, quod est absurdum, ideóque non dicendum, [h] quibus consequens est non esse dicendum, quod aliquando visum est verum, nempe quòd regularis potest testari ad pia de illis pertinentibus ad monasterium, de quibus potuisset suus prælatus inferior facere facultatem disponendi in vita: quoniam licèt nulli personæ volenti vel nescienti per id præiudicetur, & ita fieri posse defendi possit argumento regulæ *scienti & consentienti, non fit iniuria nec dolus*, [i] præiudicatur tamen iuri publico & voto paupertatis solenni, super quo alius à Papa dispensare nequit, [k] consequens est item, non esse dicendum, quod aliàs visum est posse concedi; videlicet, quòd regularis potest testari cum prælati consensu de iis, quæ inter viuos poterat dispendere in suos honestos vsus, qualia sunt quæ regularis beneficiarius habet quæsita de fructibus sui beneficij, vel alia de causa tempore, quo beneficium habuit: quæ per supradicta potest inter viuos in pia donare.

l *Arg. l. qui patitur. ff. mand. & l. si me & Titii. ff. de reb. cre. eam eis adnot.*
m *Vbi hoc notat Decius.*
n *ff. de reg. iur.*

Arbitramur autem satis æquè posse compelli eum, qui facit facultatem relinquendi aliquot bona peculiaria aliquot piis operibus, ad dandum vel soluendum ea illis, non tam debita vltima voluntate eius, quàm ex quadam executione mandati illius, qui faciens facultatem eam relinquendi ei, qui non erat capax iuris testandi, videri potest in effectu id mandando obligare se ad faciendum ea, quæ ille velut sui mandati executor fecit. [l]

Et quòd id videtur præsumendum, eo quòd præsumptio pro valore actus prouualet aliis, *l. in contrahenda*, [m] post alios citatos ab eo. [n]

58 Quarto addo, ea quæ resolutius quam alius, vbi supra scribimus, nimirum, quòd quantum ad hanc rem attinet, quadruplices sunt religiosi. quidam enim sunt beneficiarij, Alij sunt simplices religiosi, qui in conuentibus perfectæ communitatis residunt, & nullam rem secularem habent peculiarem separatam.

Alij sunt qui beneficia quidē non habent, sed neque in perfecta communitate viuunt, imo habent cum superiorum licentia certam quantitatem panis, vini, pecuniæ ac aliarum rerum victui suo necessariarū: ita vt si quid eis desit id aliunde quærant, si quid verò superest, id sibi & suis necessitatibus obseruent. Alij denique sunt, qui cum licentia summi Pontificis, aliaue sufficienti extra monasteria degunt, & aluntur bonis quę industria sua, labore, aut eleemosynis quæritant, quorum nil reddunt suis monasteriis, neque ab eis quidquam recipiunt: & quòd summus Pontifex huiusmodi priuilegium primis, hoc est beneficiariis religiosis concedere quotidie est solitus: quoniam nihil vel parum incommodi monasterio, aut beneficio infertur, eo quòd ipsi ea quæ in vita donare possunt piis operibus, in morte relinquant eisdem. Imo ex hoc sæpe monasterio commodum euenit: quoniã aliquot non donant in vita, & parcius viuendo quærunt, quæ iuxta suum priuilegium in morte relinquant: quod minimè fecissent, si tale priuilegium à Papa non habuissent. Postea verò decedunt intestati, & succedit eis monasterium vel beneficium suum. Quinimo aliquibus militaribus ordinibus iampridem facta fuit facultas generalis, vt eorum professores è fructibus & reditibus Ecclesiasticis Commendarum, & aliorum beneficiorum sui ordinis licitè testari possint, dummodo certam quandam summam suo magno Magistro, vel Commendatario maiori soluerent, quam tamen à Pio V. reuocatam fuisse supra diximus: & quòd secundis, hoc est simplicibus religiosis, qui in perfecta communitate degunt, facultatem hanc testandi Papa minimè dare consueuit. non quia concedendo hanc facultatem, videatur eos bonorum proprietarios facere, sed quia non habent, neque habuerunt vmquam in vita rem aliquam quoad proprietatem, vel administrationem: & non decet, vt quis disponat in morte de his bonis, in quibus in vita, neque proprietatem, neque possessionem, neque administrationem vllam habuit. Quamuis si aliquis religiosus, quū ingressus est monasterium, vel post ingressum, aliquam hæreditatem, vel donationes magnas bonorum monasterio quæreret, aut si magna industria sua & labore multa bona lucrifaceret, honestum videtur, vt Superior eius facultatem ei faceret donandi in vita, vel Papa etiam relinquendi in morte aliqua nonnullis cognatis, amicis, aut aliis, nō quidem diuitibus; sed pauperibus, vel aliqua missarum sacrificia, aut alia pia opera in eius memoriam instituendi. Quod frequenter vidimus fieri in eorum remunerationem, & in exhortationem aliorum vt similia quærant, inspicientes ita eorum qui acquirunt bonas intentiones iuuari.

Tertiæ speciei religiosus consueuit Papa huiusmodi facultatem concedere: quia hoc nil aliud est, quàm administrationem bonorum prorogare, vt quemadmodū habent eam in vita de superiorum licentia expressa vel tacita, ita quoque habeant tempore mortis.

Quartis eadem quoque ratione qua tertiis, & maiore; testandi facultatem concedere solet: quia licèt bona quæ vtrique habent, monasterij sint quoad proprietatem & possessionem, [a] tamen ea quæ tertij habent, quęrunt è bonis eiusdem monasterij, cui subsunt, parcius viuendo, quarti ex aliis bonis atque aliis modis.

a *Auth. ingressi. C. de sacr. eccl. c. 2. de testam.*

Decimo sexto addo, ex prædictis inferri posse facilè Papam facere facultatem testandi cuidam Moniali, quæ post contractum matrimonium per verba de præsenti, resciens, suum virum fornicatum fuisse, ingressa fuit monasterium, & professa eo animo, vt soluto per professionem matrimonio, habita licentia Apostolica viuendi foris, cum cognatis suis honestis, conuertendo ea quæ suis manibus & operibus quæreret in suos vsus, quæ post habitam licentiam se honestè sustentata per multos annos 500. aureos quæsiuit, & petiit facultatem testandi de illis in opera pia: hæc enim quæsiuit illos suis operis & manibus, & non de rebus monasterij, à quo nihil accepit, quod extra illud impenderet: & ita erat de quarto genere prædictorum religio-

forum. Atque hæc sint addita quoad vltimas voluntates regularium.

SVMMARIVM.

59 *Regulari multa sunt peccata etiam mortifera, quæ alij non sunt talia.*
59 *Obedire in quibus non tenetur Regularis Prælato.*
60 *Regularem non abstergit professio ab omni irregularitate precedente.*
60 *Professio regularis æquatur indulgentiæ plenariæ.*
60 *Præsumptio regulæ, semel malus libro 6. vt tollitur triennio.*
61 *Regularis adiens superiorem ob grauamen, videtur appellare.*
61 *Regularis eo solo quòd fugiat non excommunicatur.*
62 *Regularis delictum ad quid monasterium obligat.*
62 *Regularis cur non dedendus ob noxam sicut seruus.*

a *In hoc c. & in c. si religiosus. de elect. lib.6.*
b *15. qu.1. §.1.*

59 QVoad delicta verò addo primo, quòd multa, quæ homini sæculari laico, vel clerico non sunt peccata, vel non plusquàm venialia circa paupertatis obseruantiam, sunt mortifera homini regulari. Tum quia licèt dicatur non habere velle, neque nolle, [a] & nihil possit esse peccatum nisi voluntarium, [b] non tamen ideo, quod non possit æquè liberè velle ac nolle sicut alij, sed quia non debet, nec sine peccato potest velle, vel nolle quicquam contrarium regulæ vel voluntati Superioris iubētis ei secundum regulam à se voram, vt sentit glossa, [c] & Domin: cus: [d] nam multa potest etiam licitè velle præter voluntatem Superioris, imo & contra illam, qua iuberet contraria, vel extraria regulæ, secundum Sanct. Thomam receptum. [e] Tū quia cæteris paribus, regularis magis peccat in eodem genere mali ob circumstantiam suæ personæ, quàm alij; & licèt non regulariter adeo magis, quod illi sit mortale, quod alij esset veniale: sed sic quum illud est contra substantialia, vel præcepta suæ regulæ ad mortale obligantia, vt post Caietanum, [f] diximus in principio cap. *concideret*, [g] & in nostro Manuali Confessariorum, [h] & satis sentit Sanct. Thomas, [i] & ita quum omnis regularis vouerit tacitè vel expressè paupertatis obseruantiam, multa circa illam mortiferè peccat, quæ homini sæculari non essent peccata, vel certè solum venialia. ob quod & alia dixit Patriarcha noster Augustinus, [k] quiddam quod nostram regularium elationem facile demittat, nempe, *Testor Deum, & Angelos eius, quòd sicut non vidi meliores, quàm qui in monasteriis profecerunt, ita non vidi peiores, quàm qui in eis defecerunt.*

c *Extraug. quorundam. verb. voluerint. Ioan. 22. de verb. signif.*
d *In prædicto c. quorundã.*
e *2.2.q.104. art.5.*
f *1.2.que.17. art.1.*
g *De pœ. dist. 5. nu. 10.*
h *Ca.6.n. 11.*
i *2.2.q. 188. art.9.*

60 Secundo, quòd dicunt aliqui in quibus est glossa, [l] quòd professio regularis emundat, profitentem ab omni macula & irregularitate illam præcedente, [m] quòd tamē non est verum: nam speciale est, vt abstergat maculam irregularitatis ex natalium defectu prouenientis, [n] imo nec illam penitus abstergit, quia licet abstergat eam ad effectum suscipiendi ordines etiam sacros, non tamē abstergit ad effectum habendi prælationem: quia vt Antonius communiter receptus ibi & praxis vbique habet, illegitimus vel illegitima quamlibet sanctè professa indiget dispensatione Apostolica, quo fieri possit Prælatus, vel Prælata. Quare turpiter errant, qui consulunt regularibus liberari eos ab omni irregularitate contracta ex homicidio voluntatio, vel casuali, & bigamia, vel aliqua alia extra casus à iure expressos: nā & glossa, [o] affirmat eū non liberari etiam ab infamia iuris vel facti. Intelligendum est ergo illud principium quoad præsumptionem maxime illam, quæ oritur ex bona conuersatione triennali, post susceptum monachismum ad hunc sensum, quòd huiusmodi monach° præsumitur mundus ab omni macula humana, donec contrarium probetur, iuxta §. *sancimus*, [p] nam præsumptio, de qua regula *semel malus*, &c. [q] per bonam conuersationem triennalem tollitur, vt adnotauit Felinus. [r] Et quum præsumptio cesset in foro Dei & conscientiæ, quando est contraria veritati, per notata in capit. *is qui fidem*. [s] qui regularis nouit se irregularitatem incurrisse ante monachismum, debet se talem iudicare etiam post 20. & 30. annum, donec per

k *In c. quantumlibet. 47. distin.*
* *Aug. epist. 137. ad clerū & populum Hipponēsem.*
l *Ca. cum deputari. de Iudi.*
m *Per princ. aut. de Monachis. col. 1.*
n *Ca.1. de fil. presbyt.*
o *Prædicti princ. auth. de Monach.*
p *Eiusdem auth.*
q *Lib.6. 1 in prin. d. c. cum deputati. de Iud.*
r *Et c. tua. de sponsal.*

legitimam dispensationem generalem, vel specialem illa tollatur. Posset etiam intelligi prædictum principium de absersione quoad culpam, & omnem pœnam peccatorum: professio enim regularis facta cum debita contritione, indulgentiam plenariā operatur, vt tradit S. Thomas, [a] quamquam non est verisimile Imperatori huiusmodi maculæ ablationem in illo exordio in mentem venisse. Et adeo quidem non liberatur monachus ab omni macula precedenti professionem, quòd licèt per eam si antea erat laicus mutet regulariter forum, vt fiat iurisdictioni Ecclesiasticæ subiectus, [b] nisi fiat monachus post præuentam causam à laico: tunc enim & quandóque, quū fit in fraudem ante illam præuentam, castigabitur ab eo ciuiliter, imo & aliquando criminaliter, consequuta saltē degradatione; argumento *cum quædam puella*, [c] & alia multa, quæ tradit Antonius post Ioannem Andream latissimè. [d]

a *2.2.q. vlt. art.3. ad tertium.*
b *Arg. cap. si quis suaden te. 17.q.4. & c. non dubiū. & ea. de monialibus. de sen. excomm.*
c *ff. de iurisd. omn. iud. cap. proposuisti. de foro. com. l. qui cum vno. §. fi. ff. de re mili.*
d *Præsertim in col. pen. & vlt. de oblig. ad reciocin.*
e *In c. ad nos. præsentem. de appell.*
f *§. is qui ad maiores audi torium. ff. de re iud.*
g *De appell.*
h *1. de appel.*
i *Ca.4. de regula. sessio. 25.*
k *l. si quādo. C. de inoffic. testam.*
l *Ca. cum pastoris. 2. q. 7.*
m *De accusatio.*
n *d.c. cum pastoris.*
o *C. de iudicus vocan.*
p *In summa. eod. tit.*
q *De appell.*

61 Tertiò addo, quòd regularis ob aliquod proprietatis, vel aliud leue peccatum, nimium grauatus sine Superioris licentia exiens monasterium, non est apostata secundum Baldum, [e] præsertim si exiret, vt aditet Superiorem, quo se tali grauamine liberaret, argumen. l. *contra pupillum*, [f] & capit. *cum parati*, cum ei adnotatis. [g] Tum quia dicens se grauatum, ob idque adiens superiorem, videtur appellare, argum. capit. *dilecti*, [h] cum ei adnotatis præsertim per Decium. Non obstat huic cōclusioni, [i] Cōcilium Tridentinum, quod vetat religiosis omnibus recedere à suis Conuentibus etiam ob causam adeundi Superiorem sine licentia in scriptis obtenta: quia non loquitur de adeunte Superiorē ex graui causa, de qua præfata conclusio loquitur: non enim credendum est tantum Concilium voluisse derogare tam iustæ conclusioni, tam graui rationi nitenti, [k] præsertim quòd non est petendus consensus ab eo, ad cuius grauamen tollendum, vel delictum castigandum est agendum secundum glossam, [l] argumento, cap. *ex parte*, [m] licèt à Iudice esset venia petenda secundum Archidiaconum. [n] Sed aliud est vetitum, seu permissum à Iudice petere, & aliud petere à parte vt l. 1. & 2. ° & Azo, [p] & quòd adire Superiorem ob iustum grauamen habet vim appellationis apud religiosos; à quorum Superioribus posse appellari verbo, vel facto irrefragabiliter probant capit. *ad nostram*, & capitulo *reprehensibilis*, capit. *de priore*, [q] in quibus notant omnes posse appellari etiam à religiosis, & à correctione regulari, quando modus excediturr. neque id vetuit Concilium Tridentinum; solùm enim vetat, ne quis religiosus possit exire à monasterio sine licentia Superioris, etiam vt adeat Superiorem: non autem vetat ne grauiter grauatus, per viam iusti grauaminis, & appellationis iustę verbo, vel facto interpositæ possit adire Superiorem ad conquerendum de illo, vt dicit Baldus cū hoc possit obuiare iuri etiam naturali, quo malitiis hominum obuiandum est. [r] An autem & quomodo appellationi sit locus inter religiosos, scribo in comment. cap. *nullam*, [s] vna cum hoc edendo. Tum quia nemo iure ipso incurrit excommunicationem sine peccato mortali. [t] Tum quia per solum exitum temerarium, & sine iusta causa non incurritur iure communi excommunicatio, modo non relinquatur habitus: nullo enim iure id cauetur, imo per locū ab speciali contrarium probatur, [v] quatenus excōmunicat exeuntem à monasterio causa studendi, si intra duos menses non reuertatur ad illud, licèt sine textu & efficaci ratione contrarium affirmet Rebuffus, [x] quin & videtur expressè probari per extrauagan. *viam*, [y] quatenus requirit monitionem prauiam, vt eiusmodi exiens sine licentia excommunicetur.

e *In c. quanquam. de apostat.*
f *In l. 1. & 2. ° & Azo, p & quòd adire Superiorem ob iustum grauamen habet vim appellationis apud religiosos; à quorum Superioribus posse appellari verbo, vel facto irrefragabiliter probant capit. ad nostram, & capitulo reprehensibilis, capit. de priore, q in quibus notant omnes posse appellari etiam à religiosis, & à correctione regulari, quando modus exceditur. neque id vetuit Concilium Tridentinum; solùm enim vetat, ne quis religiosus possit exire à monasterio sine licentia Superioris, etiam vt adeat Superiorem: non autem vetat ne grauiter grauatus, per viam iusti grauaminis, & appellationis iustę verbo, vel facto interpositæ possit adire Superiorem ad conquerendum de illo, vt dicit Baldus cū hoc possit obuiare iuri etiam naturali, quo malitiis hominum obuiandum est. r An autem & quomodo appellationi sit locus inter religiosos, scribo in comment. cap. nullam, s vna cum hoc edendo. Tum quia nemo iure ipso incurrit excommunicationem sine peccato mortali. t Tum quia per solum exitum temerarium, & sine iusta causa non incurritur iure communi excommunicatio, modo non relinquatur habitus: nullo enim iure id cauetur, imo per locū ab speciali contrarium probatur, v quatenus excōmunicat exeuntem à monasterio causa studendi, si intra duos menses non reuertatur ad illud, licèt sine textu & efficaci ratione contrarium affirmet Rebuffus, x quin & videtur expressè probari per extrauagan. viam, y quatenus requirit monitionem prauiam, vt eiusmodi exiens sine licentia excommunicetur.*
r *l. in fundo. ff. de rei vendica.*
s *18. quæst. 2.*
t *Cap. nemo. ca. nullus. 11. q. 3.*
v *In cap. 2. ne cler. vel monach. lib. 6.*
x *In Prax. benefic. tit. de dispensat. cū regul. nu. 17.*
y *De regul.*
z *l. si quis in tantam. C. vnde vi.*
a *Nume. 30.*

filij delicto, quatenus est in peculio saltem post condemnationem filij. [a] Non, inquam, hęc obstat: quia tunc demũ iura loquentia de seruis, vendicant sibi locum in monachis, cùm subest eadem ratio, & possunt æquè aptari eis, vt ibi dictum fuit: & constat pœnam dandi seruum pro noxa, qua tenetur dominus, non aptari monacho, qui vt liber homo & res inæstimabilis, insuper & sacra pro noxa æstimabili commutari nequit, [b] & concedi potest, quòd sicut pater, licèt non teneatur, nec possit dare filiũ pro noxa, tenetur tamẽ post cõdemnationem de dolo filij, quatenus est in eius peculio, ita & monasteriũ de dolo monachi, quatenus esset in eius peculio. Vnde non immeritò de damno dato per monachos habentes peculiũ, coguntur ipsi, vel monasteria eorum resarcire illud, quatenus pęcunia sufficiunt, quæ res quotidiana est, præsertim in eis, qui de licentia Papæ extra monasterium habitant, cum facultate conuertendi in sui sustentationem res à se quæsitas. Hæc pauca sint addita quoad delicta.

a *l. t. §. quod ergo. ff. de vi & vi armata. & l. quod si minor. §. seruus. ff. de minor. & §. §. instit. de noxalib. act. & l. licèt. §. f. ff. de pecul.*
b *Argu. l. liber homo. ff. ad l. Aqui. & inter stipulantem. §. sacram. ff. de ver. obli.*

SVMMARIVM.

63 *Regulari prælato qualis iurisdictio iure communi antiquo sit in subditos, & qualis nouo Tridentino, priuilegio, vel consuetudine.*
63 *Iurisdictionem auget consuetudo.*
63 *Abbas & monachus vbi citandi, & cuius ciuitatis ciues.*
63 *Exempti in causis mercedum, & aliis ciuilibus, vt subsunt ordinario.*
64 *Regularis quis exemptus, & super quo conueniatur coram ordinario.*
64 *Regularis in nullis causis coram laico Iudice conuenitur.*
65 *Regularis simpliex regulariter non est legitima persona ad agendum, neque defendendum in iudicio proprio nomine, neque alieno sine prælati licentia.*
65 *Regularis prælatus, vel beneficiarius potest esse in iudicio Reus & Actor nomine suo, & alieno.*
65 *Beneficio spoliatus à Superiore suo an id repetere possit.*
66 *Regularis absente prælato, vel syndico, vt possit agere, & quæ alimenta petere etiam eis præsentibus.*
66 *Regularis spoliatus à superiore beneficio, etiam manuali, interdum agit contra eum.*
67 *Regularis an postulare iustè possit de licentia prælati pro stipendio, saltem quærendo Monasterio.*
67 *Clericus minorum tantùm ordinum postulare potest etiam in criminalibus, modò id sine rasura in capite faciat.*
68 *Regularis condemnatoria sententia quæ in personam eius fertur.*
68 *Regularis constituit procuratorem sine licentia Superioris, quoties sine illa potest litigare.*
68 *Regularis depositio à monachatu non extenditur ad ordinem, & quid operatur.*
68 *Monachatus & Canonicatus regularis quare ratione dicantur beneficia.*
68 *Regularis Canonicus & Monachus potest esse Vicarius Episcopi, de licentia tamen prælati.*

63 NVnc quoad iudicia addo primò, quòd iure communi iudex immediatus regularium est Abbas, vel alius prælatus eorum in pertinentibus ad regulam suã, & regularia statuta, quod efficaciter fundatur in l. fi. [c] & in cap. *cum ab Ecclesiarum prælati*, [d] quod illius legis ratione nititur quoad collegium cui præest, non tamẽ quoad plebem, quoad quam extendit illud glossa, [e] sed non rectè, nec est verum, nisi consuetudo augeat iurisdictionem, quam dicta lex finalis dat: imò nec iure communi, vt ibi aliàs dixi, prælatus inferior habet iurisdictionẽ in eos, qui sui sunt collegij, quoad extraria, quę non tangunt regulam, nec regularia statuta, siue sint ciuilia siue criminalia: sed nullum Monasterium vidi, in quo priuilegio vel consuetudine non sit obtentum, vt prælatus cognoscat etiam de illis, saltem quum crimina non requirunt depositionem: in dubio tamen videtur præscripsisse quoad illa extraria cumulatiuè, & non priuatiuè, quoad ordinarium per glos. singularem. [f] An autem prælatus regularis, vel secularis damnare possit clericos aut conuersos ad triremes, tradimus in d. commentario ca. *nullam*. [g] Domicilium autem regularis, in quo est citandus, est monasterium, in quo debet residere, vt notat Bald. per illum textum, [a] addens idem esse de Abbate, & rectè quidem: quia etiã Bartholus receptus dixit, [b] Abbatem & Monachum fieri ciues ciuitatis, in qua est eorum monasterium.

a *In l. omnes. C. de Episc. & clerie.*
b *In l. t. ff. ad muni.*

Addo secundò, quòd licèt hæc sint vera, attento iure communi, non tamen attentis priuilegiis, quibus omnes ferè regulares sunt exempti ab Episcoporum, & ordinariorum iurisdictione per sua priuilegia competentia sibi per concessionem directam, vel indirectam communicationis priuilegiorum aliorum, & consequenter habent iurisdictionem quasi Episcopalem iuxta glossam singularem. [c] Quod adeo quidem verum est, quod raro habet locum in religiosis cap. *volentes*, [d] quo cautum fuit, vt ordinarius posset cognoscere contra exemptos ratione delicti, vel contractus extra loca exempta factorũ vel rei sitæ extra illa: nam iã concessum est aliquibus eorum directè, & aliis per communicationem, vt non possint conuenire etiam de factis & sitis extra loca exempta cum derogatione prædicti c. *volentes* editi in Conc. Lugdunensi, & innouati in Tridentino, [e] in hæc verba. *In exemptorum causis constitutio Innocentij III. quæ incipit Volentes, in generali Concilio Lugdunensi edita seruetur, quam eadem sacrosancta synodus innouandam censuit, & innouat, addendo insuper, quod in ciuilibus causis mercedum & miserabilium personarum, clerici seculares aut regulares extra monasterium degentes quomodolibet etiamsi certum iudicem, à sede Apostolica deputatum in partibus habeant, in aliis verò si ipsum iudicem non habuerint, coram locorum ordinariis, tamquam in hoc ab ipsa Sede delegatis conueniri, & iure medio ad soluendum debitum cogi, & compelli possint, priuilegiis & exemptionibus, conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valituris.*

c *Clement. 1. verb. monasterij. de reb. eccles. non alienand.*
d *De priui. l.*
e *Sess. 7. ca. 7. de refor.*

Addo tertiò, quòd ex prædicta Tridentina additione colligitur primo limitatio exemptionum, ne scilicet, prosint quoad causas ciuiles mercedum, & miserabilium personarum. Secundo generalis differentia inter regulares exemptos degentes extra monasteria, & degentes intra: nam hi super nullis causis possunt conueniri coram ordinariis, illi autem sic super prædictis duobus generibus causarum. Est & alia differentia, quòd degentes intra non possunt puniri propter sua delicta ab ordinario, nisi quando extra Monasterium cum populi scandalo delinquunt, & non puniuntur à suis prælatis, monitis ab ordinariis, vt id faciant; degentes verò extra sic, vt in directo sensu, & à contrario habetur in eodem Concilio, [f] in hæc verba. *Regularis nõ subditus Episcopo, qui intra clausura monasterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo scãdalo sit, Episcopo instante, à suo Superiore intra tempus, ab Episcopo præfigendum seuerè puniatur, ac de punitione certiorem Episcopum faciat: sin minus à Superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.* Per quod adiuncto cũ additione præcedenti nuper respondi, non potuisse Vicarium cuiusdam Episcopi Regni Neapolitani cognoscere de quodam censu, qui petebatur à quodam conuentu religiosissimi ordinis Minimorum sancti Francisci à Paula habentium exemptionem cum derogatione d. cap. *volentes*, & rectè quidem, cum quia non degebant extra conuẽtum: cum quia non agebatur de vlla prædictorum duorũ generum causa, neque de delicto extra monasteriũ cum populi scandalo commisso.

f *Sess. 25. cap. 14. de reg.*

Addo quartò, quòd de nullis regularium causis sæcularis iudex nec nunc potest cognoscere, nec antea potuit. Tum per authen. *apud quos op. mon. cauf. di. col 6.* & authen. *causa*, [g] quæ inde sumitur. Tum quia quilibet talis gaudet priuilegio canonis, *si quis suadente*, [h] adiuncto cap. *non dubium*, [i] & fori, iuxta ca. 2. [k] cum ei adnotatis. de nullis, inquam, causis super factis post monachismum, neque super factis antea: quia mutat forum seculare, & fit subiectus ecclesiastico. [l]

g *C. de Epis. & cleric.*
h *17. qu. 4.*
i *De sent. excom.*
k *De for. cõpet.*
l *Arg. d. ca. si quis suadente. 17. q. 4. & d. ca. non dubium.*

64 Addo quintò, & regularis simplex non est persona legitima, contra quam, vel pro qua nomine proprio iudicium fundari possit super iuribus temporalibus, quorum ipse non est capax, secundum Specul. [m] & omnes. [n] Tum quia, vt dictum est supra, [o] æquatur in hoc seruo, & filiofamilias, contra quos, vel pro quibus non potest fundari iudicium, nisi in casibus in iure expressis. [p] Tum quia nulla talia iura habet, nec habere potest, [a] nam per professionem omnia talia iura ante illam ad ipsum pertinentia transeunt in monasterium, [b] & post eam obuenientiam acquiruntur illi, & non sibi, vt supra dictum est, [c] & ita exercitium eorum non pertinet ad eum, sed ad monasterium, cuius etiam nomine non potest agere sine mandato eius, secundum Panormitanum, Imolam & Felinum, & omnes, [d] etiam pro iniuria sibi facta, imo eam remittere potest monasterium, etiam eo inuito secundum Baldum communiter receptum, [e] nec etiam pro restitutione vestis, qua spoliatur per glossam [f] & ei supra adiecta, si superior vel syndicus est præsens, aliàs sic: quo casu procedit decisio 6. Rotæ, [g] nec potest acceptare procurationem, neque constituere, vel substituere procuratorem sine licentia superioris. [h] neque acceptare executionem testamenti, [i] licèt constituti possit, & deputari executor ante licentiam, vt in eisdem iuribus notatur. Dixi (*simplex*) quia Abbas, vel alius Prælatus non solùm potest agere sine licentia Superioris, sed etiam esse procurator alterius iuxta glossam receptam. [k] cum adnotatis ibi per Panormitanum, & idem si habet aliquem prioratum, vel aliam administrationem, in titulum beneficiarium saltem manualem iuxta cap. *cum deputati*. [l] & tradit Speculator [m] post Innocentium [n] & idem Rota 8. [o] titulum, inquam, saltem manualem, quia non sufficit habere in simplicem administrationem secundum Innocentium & Panormitanum & Felinum, [q] qualem habet qui prædia, vel villam gubernat mãdato & impensis monasterij. Dixi (*super temporalibus, quorum ipse non est capax*) nam potest super iure manendi in monasterio & restitutione ad illud, & super iure competenti sibi per professionem, electionem, vel collationem canonicam, & alio quolibet titulo, cuius est capax, iuxta d. cap. *cum dilecta*. [r] & agens super iure electionis suæ, habebit impensas à monasterio secundum Archidiaconum: [s] à monasterio, inquam, ad quod eligitur, & nõ à suo, si ad illud eligitur secundum Felinum, [t] vbi ex Imola ait non posse agere super iure electionis ad illud monasterium sine licentia Superioris, quod non est verum ad literam: nam licèt non possit acceptare electionem, vel prouisionem sibi factam sine consensu Superioris, post acceptationem tamen factam de illius licentia, potest agere sine alia noua, qui est verus intellectus, cap. *quorundam*. & cap. *si religiosus*. [v]

a *Ac. Monach' & cap. fi. de stat. monach. auth. ingressi. C. de sacrof. eccles.*
b *Ca. in presenta de pro. & auth. ingressi. C. de sacro. eccles.*
c *Not. 2. d. in d. c. cum dilecta. de rescript.*
d *In l. præses. qui. vlt. C. de transact.*
e *2. huius c.*
f *De rest. spol. in antiq.*
g *Clem. religiosus. de procur.*
h *Capit. 2. de testam. lib. 6.*
i *d. clem. religiosus. de procur. & d. c. 2. de testa. & c. sapiẽs. de cẽsib.*
k *De iudic. num. 48.*
l *In ca olim. 2. de rest spol.*
m *De actor. num. 48.*
n *In ca olim. de rest spol. in nou.*
o *De iudic. in c. edoceri.*
p *In d. c. cum dilecta de rescript.*
q *De rescript.*
r *In c. cum pastoris. 2. q. 7.*
s *Vbi supra. num. 15.*
t *De elect. lib. 6.*
v *Ca. ex parte. de accusa.*
y *In c. edocere. in nu. 9. vers. omittitur. de rescrip.*
z *l. si longius. §. 1. iuncta glo & doctrina communi. ff. de iudic.*
a *ff. de iurisd. omn. iud. ca. præterea. de offi. deleg.*
b *Num. 30.*
c *d. l. si longius. §. 1. & arg. l. illud. ff. ad l. Aquil.*
d *Arg. l. libera. ff. de pecul.*
e *In d. c. cum dilecta.*
f *Rota 10. de iudic. in nou.*
g *In d. cap. ex parte.*
h *In l. liberis quos. §. 1. ff de alim. & cib. leg.*
i *In l. seruos. ff. de alim. & cib. leg.*
k *De restit. spol.*
l *In consil. 11. de regul.*

65 Addo sextò, quòd hæc in multis casibus fallunt: nam regularis sine licentia superioris potest eum accusare, [x] & eadem ratione agere in illis, ad quę Superior negat licentiam, vel creditur negaturus, argumento eiusdem cap. *ex parte*. & eorum quæ colligit Felinus. [y] Potest etiam agere, & à fortiori se defendere, quum est absens de licentia Superioris in studio, vel alibi, [z] nõ quidem nomine proprio, sed nomine monasterij de mãdato eius tacito, quo vt potest contrahere, ita & agere ex contractu studij causa inito, & accusare pro iniuria sibi facta: quia quum habeat licentiam stãdi in studio, per consequens saltem tacitè, habet etiam mandatum faciendi ea, sine quibus ibi commodè nequit esse, argumento l. 2. [a] & tradit Speculator vbi supra. [b] Et idem eadem ratione, si ob aliquod aliud negotium de licentia eiusmodi esset absens à monasterio, & non esset ibi Abbas, nec Syndicus. [c] Dixi (*de licentia Superioris*) aliàs secus. [d]

Addo septimò, quòd potest etiam si iniustè eiiciatur à monasterio, petere alimenta futura, ei debita à suo monasterio, secundum Innocentium & omnes. [e] Dixi (*futura*) quia præterita non potest, [f] nisi mutuo accepisset illa, vel quibus illa sibi pararet, secundum Ananiam [g] & Bartholũ in simili de filiofamilias. [h] Dixi (*debita à suo monasterio*) quia debita ei ab alio, non potest ipse petere, sed suum monasterium: quia non sibi, sed illi quęrũtur, iuxta Bartholum, [i] saltem si esset religiosus certæ religioni astrictus, aliàs secus, vt ipse ait, quales forte dici possent, qui de licentia iusta Papæ degunt extra monasteria, cum facultate conuertendi in suos vsus sibi quæsita, & post talem facultatem talia alimenta cœperunt ei deberi. Agentem autem vt restituatur ad monasterium oportet probare se esse regularem illius, argumento cap. *ex conquestione*. & ca. *ex parte*. [k] & tradit Calderinus. [l]

x *In c. edoceri. nu. 9. vers. omittitur. de rescrip.*
z *l. si longius. §. 1. iuncta glo & doctrina communi. ff. de iudic.*
a *ff. de iurisd. omn. iud. ca. præterea. de offi. deleg.*
b *Num. 30.*
c *d. l. si longius. §. 1. & arg. l. illud. ff. ad l. Aquil.*
d *Arg. l. libera. ff. de pecul.*
e *In d. c. cum dilecta.*
f *Rota 10. de iudic. in nou.*
g *In d. cap. ex parte.*
h *In l. liberis quos. §. 1. ff de alim. & cib. leg.*
i *In l. seruos. ff. de alim. & cib. leg.*
k *De restit. spol.*
l *In consil. 11. de regul.*

66 Addo decimò non licere regulari etiam canonico postulare pro stipendio etiam cum Abbatis licentia, secundum Ioannem Andream [z] determinantem non posse iustè postulare monachum etiam doctum, & qui ante ingressum fuit aduocatus egregius, etiam de licentia Abbatis, etiam ad soluendum debita monasterij grandi ære alieno grauati. Nec obstat cap. *monachi*. [a] & cap. 2. *de postul.* quę habent, monachum pro vtilitate monasterij posse postulare de Abbatis licentia: quia secundum eum illud est verum de vtilitate immediata ipsius, vt si postularet pro monasterio in litibus, quas haberet aduersus alios, non autem de vtilitate, quæ mediatè prouenit ei, quale est stipendium seu honorarium aduocati, sed hæc solutio videtur refelli. Tum ex eo quod d. cap. *monachi*. & ca. *qui verè*. [b] generaliter videntur concedere facultatem postulandi, & procurandi interuenientibus vtilitate monasterij & licentia eius præfecti. Tum quod Innocentius [c] communiter receptus, ait, quòd monachus de licentia Abbatis potest esse procurator patroni, vel amici monasterij: Quo casu vtilitas inde proueniens, non tangit immediatè monasterium. Tum quòd ratio quare licet monacho postulare, vel procurare in causa monasterij sui, est vtilitas vel necessitas eius. At frequenter maior vtilitas contingere potest ei ex postulatione in causa alicuius magnatis, aut ditissimi maximæ, quàm ex postulatione in causa parua monasterij, puta 20. aureorum. Tum denique quòd Lapus Abbas relatus à Cardinali & Panormitano [d] ex lucro suæ postulationis, suos monachos alebat, & omnes fatentur posse postulare pro miserabilibus personis, [e] sed & Panormitanus non dixit contrarium esse verius, sed honestius. Quare, verius videtur licere monacho postulare

a *In cap. cum inter R. de elect.*
b *De restitu. spol. c. in nou. c. l. & habet. §. enim qui ff. de precar.*
d *In ca cum pastoris. 2. q. 7.*
e *c. de restit. spol. in antiq.*
f *In cap. insinuante. qui cler. vel vou.*
g *in pragm. titu. de colla. §. ita quod parochialis. verb. perpetuis.*
h *C. de prec. impe. offer.*
i *Et c. ad nostram. de cõfirmat. vtil.*
k *In d. c. cum inter R. de elect.*
l *9. de rest. spol. in nou.*
m *6. eod. tit. in antiq.*
n *Cons. 259.*
o *De Actor.*
p *In d. ca. cũ dilecta.*
q *Ne sede vacante. in 6.*
r *In d. c. cum pastoris.*
s *Arg. auth. multo magis. C. de sacrof. eccles. t in d. c. quãto. de off. ord.*
v *Vbi supra. per cap. quod quibusdam. de fideiuss.*
x *In d. c. quãto. nu. 5.*
y *In c. in præsentia. de probat. & decis. capel. Tholosanæ. 221.*
z *In c. in argumentum. de reg. iur. li. 6.*
a *2. 16. qu. 1.*
b *16. quæst. 1.*
c *In c. cum 1. & A. de rebus iud.*
d *In d. cap. 2.*
e *Arg. c. fi. de postul. & cap. peruenit. 86. d. & c. 1. d. 87.*

pro alio, vel aliis in ciuilibus etiam coram iudice seculari de licentia Prælati iusta, quę tunc erit talis, cum vel miseria personæ, vel gratitudo ei debita, vel magna necessitas monasterij, vel grandis commoditas eiusdem, vel paruitas occupationis eam iustificauerit, non autem auaritia, vel ambitio eam suaserit. Quæ quando interueniant, arbitrio prudentis definiendum est. [a] Et quidem vidimus pridem id facientem Legionē quemdam Priorem clausträlem in celeberrimo, eodemque multis nominibus mihi suspiciendo monasterio S. Isidori ipsius sanctissimi corporis præsentia & antiquorum Regum Legionensium sepulchro admodum nobili. Dixi supra (*Regulari*) quia sæculari clerico, si non habet beneficium, nec ordinem sacrum, licèt in ciuilibus causis perinde ac laico, iuxta glossam *in summa* [b] & cap. 1. [c] vbi glossa similis, & trado in Manuali Confessariorum, vbi super additum, & gaudeo, idem esse dicendum in criminalibus. Tum quia eadem ratio si satis perpendatur, idem suadet in eis. Tum quia non obstat periculum incurrendæ irregularitatis, quia sicut non tenetur ad ordinem sacrum, vel beneficium suscipiendum, ita videtur non teneri ad abstinēdum se ab illo periculo. Tum quia alioqui oporteret dicere nullos iudices, nullos aduocatos, procuratores, vel notarios, prima tonsura insignitos causas criminales tractātes, posse absolui à confessariis, nisi depositis officiis, vel conceptis propositis firmis numquam eas amplius tractandi. quod durum est dictu, cùm penè innumeri sint tales, quamuis arbitrer eos peccare, si id fecerint deferendo publicè tonsuram clericalem, saltem rasuram in capite, arg. clem. 2. [c] quatenus suspendit clericum vestem partitam cum tonsura clericali publicè deferentem.

Addo vndecimo, quòd si agatur contra regularem ex obligatione orta ante monachatum, narratio facti concipiēda est in personam monachi: quia cum eo gestum est negotium, & etiam quando obligatio inhæret personæ ipsius, quæ non potuit per monachisimum ab ea tolli, [f] sed conclusio, & sententia condemnatoria referendæ sunt in monasterium, vt tenet Ioannes Andreas, [g] & alij [h] tametsi possit in personas vtriusque concipi & referri, vt ait Panormitanus [i] secutus Baldum [k] & quidem si est exequenda in personam monachi, in eam est concipienda, si verò in bonis, in monasterium, secundum mentem eiusdem, & Ioannis Andreæ. [l]

Addo duodecimo, quod regularis potest constituere procuratorem in quocumque casu potest per se suo nomine agere secundum Innocētium receptum communiter [m] quem Rota [n] commendat, sicut & filius familias potest idem facere, [o] nam & idipsum potest facere seruus & frater Minor secundum Bartholum. [p] Idem etiam excommunicatus secundum Imolam, [q] idem & prælatus & capitulum, quibus enim casibus alter sine altero potest agere, potest sine altero procuratorem constituere, vt ait Innocentius. [r] Quibus est consequens, id quod ait Panormitanus, [s] quòd in quocumque habet regularis legitimā personam standi nomine suo in iudicio, * potest etiam nomine suo libellum concipere, siue agat siue conueniatur, pro quo est textus in cap. *dudum* [t] in quo sententia absolutoria fuit concepta in personam monialis, in quam etiam condemnatoria concipi potuisset, vt ibi Ioannes Andreas ait. imo in eam debuisset concipi, si executio in personam eius fuisset facienda, [v]

* Potest etiam nomine suo libellum concipere. *Libellus est quedam scriptura, in qua continetur nomen actoris & rei res quæ petitur, & causa petendi vnde Hostiensis.*

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur & à quo
Recte compositus quisque libellus habet.

De quo est titulus in decretalibus. Concipere autem est certis verbis rem comprehendere. vnde regularis nomine suo concipere posse libellum hic dicitur, quando potest proprio nomine & in propria causa iudici postulata aliqua offerre scriptis comprehensa, quibus sibi ius dici petat.

Addo decimo tertio, id quòd promissum fuit supra, [x] nempe quòd non est par conditio omnium votorum & professionum malè vel imprudenter emissorum: bona enim eorum pars valet & obligat, etiam si ob alicuius circumstantiæ defectum implicet peccatum etiam mortale, aliqua verò non valent, nec obligant, quorum de numero sunt vorum & professio facta per iracundiam, secundum multos grauissimos auctores, qui fuerunt in causa, vt multi confessarij multis pœnitentibus malè etiam nunc consulant, in quibus sunt Ludouicus Romanus, [a] per glossam quam dixit singularem, [b] & per textum in l. *quidquid*. [c] & Iasonem, [d] & alij quos non expedit referre, quorum opinionem omnino reiiciendam monui Tolosæ ante 50. annos, & postea Salmanticæ, & Conimbricæ, quam etiam nunc video quotidie reiici à sacro Pœnitentiariæ prætorio, ad quòd multi recurrunt conquerentes de multorum Doctorum malo consilio. Omnia enim vota & professiones facta per iracundiam seu passionem iræ, quę non alienat mentem à iudicio sufficienti ad peccandum mortaliter, valent, & obligant vouentes ad illa seruanda sub pœna peccati mortalis, vt resolutè dixi in Man. Confess. [e] & probatur per cap. *sunt qui* [f] & per d. cap. *dudum*. si satis perpendatur, vt ibi Ioannes Andreas probatus à Panormitano & communi, quam etiam sequitur Decius, [g] determinat, & est ratio quòd omne iudicium, quod sufficit ad obligandum quem diabolo, debet sufficere ad obligandum Deo, iuxta glossam singularem. [h] Votum item per metum seu passionem timoris factum, non valet, nec obligat: quod declarandum est, vt diximus, [i] cuius verba quia videmus in prædicto Prætorio etiam multos circa hoc errare, opere pretium visum fuit referre. *Peccat qui vouet præ timore mortis animæ, vel corporis naturalis, vel casualis concepto in periculo infirmitatis, maris, partus, naufragij, belli, hostium, aliusue similibus, & non implet, etiam conditione, sub qua forte vouit, completa. Quoniam timor, quo mors animæ timetur, qui à Deo proficiscitur, neque ille quo timetur mors corporis naturalis, casualis, vel accidentaria: imo neque timor mortis violentæ, qui non infertur ad extorquendum votum infirmat illud,* [k] *nisi tantus sit, vt hominem ab vsu rationis alienet,* [l] *impediret autem timor, qui dicitur iustus mortis violentæ, vel alterius mali ad id sufficientis ordinati ad extorquendum votum, iuxta cap. 1.* [m] *per quod ita tradunt Panormitanus & alij ibi,* [n] *adiunctis quæ aiunt glossa, idem Panormitanus, & communis* [o] *& Fortunius, & nos etiam in cap. verum. de iureiurand. diximus, quidquid dixerit Siluester,* [q] *post Cardinalem* [r] *dum loco eius Panormitanum allegat.* hæc ibi. Quibus addo quod non solus metus reuerentialis patris annihilat professionem, vt ait glossa, [s] quam dixit singularem Imola [t] quam nos quoque citamus in prædicto Manual. [v] vbi de definitione timoris iusti altius & resolutius quàm hactenus alibi tractari videtur. Ex ibi dictis inferuntur duo. Alterum, quòd tunc demum timor reuerentialis operatur hoc, quum est causa, principalis, vel sine qua non fuisset votum emissum, vel professio facta. Alterum, quòd in foro conscientiæ omnis metus, qui verè est causa principalis, vel sine qua non fierer actus, excusat tantùm, quantùm timor iustus in foro exteriori, quod expressius post Hostiensem, Ioannem Andream, Adrianum & Sotum ibi citatos diximus in d. Manual. [x] ratione apta & noua diuersitatis vtriusque fori subiecta. quamuis autem hoc operatur passio timoris, non tamen idem operatur passio spei, vel amoris, nisi mentem à iudicio alienarent: nam votum vel professio facta ob spei, vel amoris passionis vehementiam, non desinunt valere, imo corroborantur ea ratione, quòd hæ augeant voluntarium, timor verò vel tollit, vel minuit, iuxta doctrinam S. Thomæ, [y] vt clarius diximus in prædicto Manual. [z] Quamquam item peruersitas aliarum circumstantiarum nō efficit regulariter votum vel professionem inualidam, peruersitas tamen circumstantiæ finis principalis id efficit: illa enim facta ob malum finem non solùm implicant peccatum, sed etiam sunt nulla, & non obligant, vt dixi in dicto Manuali: [a] cuius ea de re verba, quia prædictum sacrum Pœnitentiariæ Prætorium aduertit multos errare, non grauabor inserere. *Votum maioris boni ob malum finem emissum non obligat, siue finis ille malus sit finis illius boni quod vouetur, quale est votum faciendi eleemosynam ob inanem gloriam aucupandam, vel ob aliquam voluptatem illicitam, siue sit finis ipsiusmet voti, quale est votum, quo Dux ad bellum iniustum proficiscens promittit se alicui operi pio mille ducatos oblaturum vt victoriam, licèt iniquam, consequatur, ea intentione, vt illud votum sit medium ad talem victoriam assequendam, vel in gratiarum actionem victoriæ iniquæ.*

a Sing. 508.
b In c. dudū. de conuerſ. coniug.
c ff. de reg. iuris.
d In l. ſi filiā. C. de inoffi. teſtam.
e Cap. 12. n. 24.
f 17. qu. 4.
g In ā. reg. quidquid.
h In cap. mulier. 32. qu. 2.
i In d. ca. 12. nu. 52.
k Ca. Conſal dus. 17. q. 1. c. ſicut nobis. de reg.
l Cap. ſicut timor. eo. tit.
m C. 1. de his quæ vi.
n Et in d. ca. ſicut nobis.
o In c. abbas. de his quæ vi.
p De vlt. fin. illat. 21. num. 34.
q Verb. metus. q. 8.
r In d. c. Abbas.
s In c. præſēs. ver. partem. 20. qu. 3.
t In l. ſi cum dotē. §. eo. ff. ſolut. mat.
v Ca. 22. nu. 51.
x Ca. 17. nu. 29.
y 1. 2. qu. 6. art. 7.
z Prælud. 6. num. 8.
a In d. ca. 12. nu. 43. & nu. 30.

a Argumen. l. 1. ff. de iur. delib. & cap. de cauſis. de offic. deleg.
b 15. quæſt. 2.
c De poſtul. d C. 25. n. 100.
e de vit. & honeſt. cleric.
f Arg. authe. cauſa. quæ cū gloſ. C. de epiſc. & cler.
g In d. c. dudum. de conuerſ. coniug.
h In diēt. authen. cauſa.
i In cap. cùm I. & A. nu. 27. de reiud.
k In d. auth.
l In cap. cum veniens. & d. ca. dudum. de conuerſ. coniug.
m In d. c. cum I. & A. de reiud.
n 2. de procu rat. in antiq.
o Arg. c. fi. de iud. lib. 6.
p In l. ſeruos. ff. de alimen. & cib. leg.
q In c. intelle ximus. de iu.
r In ea. edoceri. de reſcript.
s In d. c. cum I. & A. n. 26.
t De conuerſ. coniug.
v Vigeſima ſeptima qu. 1. cap. ſi qua monacharū. & ca. de lapſis. 16. q. 6.
x Num 7. con cui portio.

Quoniam omne opus cuius finis eſt malus, ipſum quoque malum eſt, iuxta cap. cum minister. [a] *in cuius commentario latè hoc diſcuſſimus.* [b] *Et conſequenter quamuis id quòd vouetur bonum ſit; votum tamen de illo propter malum finem, malum eſt, & ita non eſt conueniens materia voti.* Dixi (iniquæ) *quoniam ſi quis voueret aliquod bonum in gratiarum actionem euentus victoriæ abſolutè ſine iniquitate, & iniuſtitia conſideratæ, quatenus eſt quoddam donum Dei, valeret votum: ſicut valet votum de faciendo aliquid pium in gratiarum actionem pro filio, quem dederit Deus ex concubina, attenta illa donatione filij abſolutè ſine iniuſtitia fornicationis tamquam quodam Dei dono, vt mox dicetur. At verò, ſi neque finis boni quod vouet, neque eiuſdē voti eſſet malus, licet cauſa quæ impellit ad vouendum mala eſſet, non ideo votum deſineret eſſe bonum, exemplum de eo, qui aliquam religionem profitetur, non collim. ando neque dirigendo ſuam profeſſionem, & ſua vota in finem luxuriandi, licèt ad id impellatur ſpe ibi reperiendi occaſionem luxuriandi: idem eſt omnino dicendum de eo, qui aliquid vouet, antequam in duellum ſiue ſingulare certamen deſcendat. hæc intentione, vt à more vel vulnere liber à certamine egrediatur. Idem quoque de eo, qui vouit aliquid ſi Deus illi concedat filium generare ex muliere, quæ ſua non eſt. Etenim quamuis velle vincere, vulnerare, occidere in duello iniuſto malum ſit, velle tamen ſine vulnere ſanum, & incolumem euadere non eſt tale. Et quamuis habere rem cum illa, quæ non eſt propria vxor ſcelus ſit, ſuſcipere tamen filium ex illa dono Dei, non eſt tale. Idem dicendum de illo, qui huiuſmodi votum fecerit, ſi à Deo illa, aut illa temporalia bona, per fas aut nefas conſequar, illud aut illud bonum opus faciā: quoniam huiuſmodi votum non adhibetur tamquam medium ad peccatum, neque vt gratiarum actio pro peccato, ſed vt gratiarum actio pro re in ſe bona, & dono Dei data. & à fortiori validius erit votum, quod ſit in vltionem proprij peccati, verbi gratia quando aliquis vouet illam aut illam pœnitentiam, vel pœnam ſubire, vel petere Hieroſolymam, vel ſummam aliquam pecuniæ erogare piis operibus, ſi tale vel tale ſcelus admiſerit, vt ſubtiliter & latè poſt alios Cardinalis Caietanus* [c] *confirmat,* hæc ibi. Ratio autem cur id ſola finis circumſtantia operetur, & non alia, illa videtur, quòd hæc habet vicem obiecti, & dat ſpeciem actui veluti obiectum, vt tradit S. Thomas. [d]

Addo decimoquartò, quòd regularis poteſt deponi à canonicatu vel monachatu, licèt non deponatur ab ordine, ſicut ſecularis poteſt deponi à beneficio, quamuis non deponatur ab ordine. Tum argumento gloſſæ magnæ clem. *cupientes*. [a] Tum quia in prima ſuponit Rota [b] in hæc verba. *Nota quòd monachus propter delictum, vel alias, poteſt à monachatu deponi, & operatur depoſitio, quòd non recipiat præbendam à monaſterio nec habebit vocem in capitulo, vt notatur in cap. dilectus* [c] *& Archidiaconus dicit,* [d] *ad quod facit capit.* peruenit. [e] *Pro hoc facit quòd monachus recipiens mutuum, ſi non poteſt ſoluere, non admittitur ad ceſſionem bonorum, imo poteſt priuari præbenda, & illud quod poteſt habere dabitur ſibi ad partem, & extra conuentum, de quo poſſit viuere ad neceſſitatem ſolùm, & alias non.* Hæc ibi. In qua deciſione, per præbendam intelligenda eſt quoad monaſteria in quibus regulares habent portiones priuilegiatas, vel determinatas, quantitas illa panis, vini, ſalis & aliarum rerum, quæ pro victu, & pecuniarum pro veſtitu diſtribuitur, quod autem alia, in quibus omnia omnibus de communi diſtribuūtur prout cuique opus eſt, intelligendum eſt totum illud quod verisimiliter vnuſquiſque illorum conſumere poteſt in victu & veſtitu: ita quòd tribuatur ei ſolum id, quo ſuſtentari poteſt, & reliquum relinquatur monaſterio, vel creditoribus. Qua ratione pridem confirmabamus gloſſam memorabilem clem. *diſpendioſam*. [f] quatenus habet, monachatum perinde poſſe appellari beneficium ac regularem canonicatum. quæ propter hoc ſignificat ſingulariter ſecundum Cardinalem & Lanfrancum [g] canonicum regularem verè dici Canonicum.

Addo decimoquinto, quòd regularis non ſolùm canonicus, ſed etiam monachus poteſt eſſe Vicarius, & locum tenens Epiſcopi, vt ait Rota: [h] quod intelligendum eſt de conſenſu prælati ſui, ſi eſt exemptus à iuriſdictione ordinaria per cap. *monachi*. [i] non autem poteſt eſſe delegatus Papæ, niſi ex certa eius ſcientia detur poſt cap. *ſtatutum*. [k] vt gloſſa ibi [l] annotauit.

Decimoſextò tandem addebam hic aliqua quotidiana, quæ regulares poſſunt, vel non poſſunt facere abſque voluntare Superiorum: quę ne minis creſceret hic commentarius, & quia aptius tradi poſſunt ſub finem prædicti commentarij, capit. *nullam* [m] & cap. *ſtatuimus*. [n] quos vna cum hoc edimus, illuc tractanda remittimus.

FINIS COMMENTARII SECVNDI.

a De præbē. b 1. de præbē in antiq.
c De ſimon. d In cap. quia ſæpe. verb. beneficiis de election. li. 6.
e De fideiuſ.
f De iudic. in verb. beneficium.
g Idem.
h 5. de offic. vic. in antiq.
i 2. 16. qu. 1.
k De reſcrip. lib. 6.
l Verb. canonicis.
m 15. qu. 2. n 19. quæſt. 3.

a 23. quæſt. 5.
b Fr. non eſt putanda. 1. qu. 1.
c In d. q. 88. art. 2.
d 1. 2. q. 7. ar. 4. & qua. 18. art. 2. & 4.

COMMENTARIVS TERTIVS DE REGVLARIBVS.

DE QVIBVSDAM INSTITVTIONIBVS, & potestatibus Prælatorum eorum in cap. nullam. 18. quæst. 2.

Pelagius Papa Opilioni defensori.

MARTINO AB AZPILCVETA DOCTORE NAVARRO AVCTORE.

NVLLAM potestatem de cætero, nullam licentiam monachis relinquimus pro arbitrio suo, aut Abbates expellere, aut sibimet alios ordinare: quia nulla auctoritas remanebit Abbati, si monachorum potestati cœperit subiacere, vt de cætero fideliter, & studiosè vniuersa, quæ vel ad diuini cultus reuerentiam, vel ad vtilitatem eiusdem monasterij pertinent, Abbatis sollicitudo, ad quem potestas tota pertinere conuenit, debeat adimplere.

SVMMARIVM.

1 *Abbas non potest à monachis expelli.*
1 *Appellari potest ab eodem ad eumdem diuerso respectu: quia potest quis esse maior & minor ratione diuersa.*
2 *Abbas non potest à monachis instituì, imo neque hodie, vt plurimum eligi ob reseruationes, vel indulta principum.*
2 *Beneficio regulari vt solus professus est dignus.*
3 *Abbatis auctoritas vt minuitur potestate monachorum.*
3 *Abbates perpetuos non expedire fieri triennales.*
4 *Abbas solus iure communi regit omnia monasterij.*
5 *Regularium creatio, an ad Abbatem sine conuentu pertineat.*
6 *Abbas qui solus omnia monasterij gubernat, in quæ, & quo ordine fructus eius impendit.*
6 *Abbas necessariam & non nimiam familiam habeat, hospitibusque non opiparam sed modestam mensam exhibeat.*
7 *Abbas prius se quàm Ecclesiam, & eam prius quàm conuentum, & eum prius quàm pauperes alat, nisi &c.*
7 *Pauperes cuius hospitalis conuentui in alimentis præferendi.*
7 *Pauperibus & peregrinis nullibi gentium tam religiosè inseruitur, quàm apud Roncæuallem.*
7 *Carolus Cardinalis Borbonius magnum pietatis exemplum ministrando pauperibus apud Roncæuallem exhibuit.*
7 *Abbatum & Conuentuum superfluæ, in quæ maximè impendenda.*
8 *Roncæuallis monasterij bonorum diuiso defensa.*
8 *Don Franciscus à Nauarra Præfectus Roncæuallis Auctor diuisionis bonorum eius, postea Archiepiscopus Valentinus.*
8 *Diuisio Roncæuallis 18. argumentis impugnatur. Et decem munitur.*
8 *Confirmatio subsequens Papæ facit actum valere, ac si à principio fuisset ab eo factus.*
9 *Bonorum omnium monasterij administratio solius prælati quæ mala parit.*
9 *Necessitas fœlix, quæ nos ad meliora compellit.*

NOTA primò, quòd non licèt monachis Abbates pro suo arbitrio expellere, quæ est altera pars summæ Gratiani, & verissima: nullam enim potestatem habet inferior, quatenus est inferior, in superiorem, quatenus est superior. [a] At monachus quatenus talis, est inferior Abbate, quatenus talis, ergo &c. Dixi (*quatenus talis &c.*) quia licèt vnus, vno & eodem respectu non possit esse maior, & minor altero, potest tamen esse diuerso, iuxta glossam celebrem, [b] qua parte habet Archipresbyterum esse iure communi maiorem Archidiacono ordine, minorem verò illo dignitate, * & diuus Augustinus maiorem se ait Hieronymo episcopatu, minorem verò alio respectu, [c] & potest quis à Rege qua parte est dux, tamquam à minore appellare ad eundum, quatenus est Rex & Monarcha, tamquam ad maiorem: quia quatenus est Rex, maior est seipso, quatenus est dux, vt Bartholus communiter receptus ait. [d]

* Et D. Augustinus maiorem se ait. *D. Augustinus hoc habet in epist. 19. ad D. Hieronymum: cuius verba sunt, Quamquam secundum honorum vocabula, quæ iam Ecclesiæ vsus obtinuit, episcopatus maior presbytero sit: tamen Augustinus in multis rebus Hieronymo minor est.*

Nota secundò, quòd non licet monachis abbatem ordinare, quæ est altera pars summæ Gratiani, & vera quidem, si per ordinare intelligamus confirmare, vel instituere, vt intelligitur in capit. *abbas.* [a] secus autem si per ordinare intelligatur eligere: quoniam iure communi electio Abbatis pertinet ad eius conuentum. [b] sed per regulam 2. Cancellariæ Innocentij VIII. innouatâ per eius successores vsque ad S.D.N.GREGORIVM XIII. inclusiuè monasteria virorum valorem annuum ducentorum florenorum auri communi æstimatione excedentia, Sedi Apostolicæ reseruantur, sed & Adrianus Papa V I. indulsit gloriosæ memoriæ Carolo V. & eius successoribus ius præsentandi in suis Hispaniis Abbates, & alios præfectos Ecclesiarum collegiatarum sæcularium & regularium saltem consistorialium per breue, cuius copiam memini videre, cuius auctoritate cum non possit Regia maiestas præsentare nisi dignos, [c] & cum nemo qui non est professus religionem, sit regulari præfectura dignus, [d] imo nec regularis vnius ordinis, vel habitus possit eligi in Prælatum alterius ordinis vel habitus, [e] non satis intelligo, qua ratione Catholica Maiestas præsentabat ante Concilium Tridentinum aliquando regulares vnius ordinis, vel habitus, ad Præfecturas alterius ordinis, vel habitus, & passim, quod est nouius sæculares, nec expresè, nec tacitè professos: nisi fortè quòd id non monebatur, quum sit notissimum Maiestatem eius esse religiosissimam, religionumque, ac regularis obseruantiæ cupientissimam. An autem plus possit post prædictum Concilium dicam infra. Abbas autem Commendatarius quartam partem reddituum suæ mensæ, si haber illam diuisam, debet operibus monasterij, & tertiam omnium fructuum conuentui & fabricæ, si non haber partem diuisam per decretum Leonis X. in Concilio Lateranensi, sess. 9. col. 3.

3 Nota tertio, auctoritatem Abbatis multum diminui per potestatem in eum monachis concessam, pro quo glossa citat illud solenne [f] ibi. *Humanii moris est illius timere, cuius iudicio quis nunc erigitur, nunc deprimitur.* Quod plurimum facit contra eos qui nihil non agunt, vt Abbates ac Abbatissæ, & alij monasteriorum Prælati, vel Prælatæ, qui secundum ius commune, & regulam debent esse perpetui, fiant triennales eligendi à capitulis, quod mihi numquam persuadere potui animarum saluti, & tranquillitati expedire. primo, per prædicta.

Secundo, quòd experientia, quæ rerum magistra est, [g] docente, didici, quod innumera spiritualia inde vitia oriuntur: oritur enim inde ambitio, qua bona pars monachorum ad præfecturas anhelat, contra illud pulchrum ca. *quorundam.* [h] & alia per glossam ibi citatâ. Conuentiones item simoniacæ, quibus alij aliis promittunt suum fauorem futuris triennijs, vt in præsenti sibi faueant contra cap. *quam pio.* [i] adeo quidem vt hinc circiter 40. annis, quidam ex discipulis meis ingressus monasterium valde celebre, nec minus opulentum, vix anno peracto & professione facta, statim scripserit ad me se illinc septennio futurum illius Priorem: quia sic vt puto conuenerat inter candidatos. Oritur item enervatio disciplinæ regularis, dum candidati suffragatoribus fauores, honores, indulgentias siue licentias, & impunitates promittunt. Subornatio præterea perpetua, & collusio, qua alij sibi vel aliis aliorum in finem triennij procurant suffragia contra iura subornationi, & collusioni obuiantia, [k] deinde factiones, & dissidia irreconciliabilia, quæ impediunt cultum pacis Auctoris, qui non colitur nisi tempore pacis. [l] Insuper susurrationes, murmurationes, & detractiones ferè continuæ, dum alij aliorum vetos defectus, & vitia tum naturę, tum morum, detegunt, & augent, & falsos imponunt, quo factionis contrariæ personarum opinionem bonam tollant, vel minuant contra capit. *inter verba.* [m] vbi latè diximus. [n] Ad hæc è contrario pax, & concordia mala, commendatio, & laudatio immodica, immo & falsa, qua suæ factionis personas extollunt, & in cœlum efferunt: contra item cap. *inter verba,* & latè notata ibi per nos. [o] Accedit sublatio, aut certè enervatio auctoritatis corrigendi & præcipiendi, contra capit. *cum inter,* [p] adeo vt feratur raro electos primo anno vllum eorum, qui sibi suffragati sunt in gratiam suffragiorum castigare, aut ingrata eis præcipere, & tertio vix etiam aduersariis displicere, prævidentes eo lapso in eorum, vel eis fœderatorum manus incidere posse. Denique inclementia, & crudelitas vltra, quàm par sit puniendi, corrigendi, & inquirendi eos, qui sibi sunt aduersari, contra notata per S. Thomam. [a] Quin & occasione oblata vel quæsita eiiciendi, vel in alia monasteria relegandi, & nonnumquam in carcerem coniiciendi, vocéque, quam actiuam, & passiuam dicunt, priuandi, præsertim si per statuta liceat in aliud triennium de omnium consensu regimen prorogare: quo tempore vidimus aliquos optimos, qui contradicturi videbantur, longè ad alia negotia mitti, vel in alia monasteria pro pœnitentia agenda transferri, aut voce actiua vltra illud tempus suspendi.

Tertiò, quòd etiam frequenter ex eo nascitur negligentia gerendi, conseruandi, & augendi temporaria quoad reditus vltra suum triennium reddendos, imo & defendendi ac recuperandi illa, quæ reditus sui triennij augere non possunt: & impensis litium diminuuntur, & alia id genus multa.

Quarto, quòd Patriarchæ regularium, quibus visa est commodior quieti Christianæ copia, & cura spiritualium bonorum, quàm temporariorum, ita instituerunt, & periculosa videtur discessio ab eorum antiqua & originaria institutione, tot Concilijs, & Pontificum Maximorum decretis approbata, & à sanctioribus longè quàm nunc sumus exercitata.

Quinto, quòd hoc nouellum inuentum, quo tam multiplex scandalum, & occasio ruinæ spiritualis importatur, ea ferè sola ratione nititur, quòd frequenter perpetui nimium absolutè gubernant, temporarios reditus in vsus malos, vanos, vel ordini extraneos prodigendo, & nimis parcè & auarè in monachos, & ornamenta, & fabricam monasteriorum, & pauperes impendendo. Quæ mala circa sola temporalia versantur, & non semper, licèt frequenter. At de duobus malis minus est eligendum, vel tolerandum [b] ergo hæc pauca, sola temporaria tangentia, & non semper, licèt frequenter contingentia, potiùs sunt toleranda, quàm illa multa tot spiritualia subuertentia, & interdum etiam temporalia diminuentia.

Confirmantur hæc exemplo Tiberij Cæsaris, qui apud Suetonium in vita eius tardissimè aut numquam Rectores Prouinciarum murabat, ea ratione, vt tradit D. Antoninus [c] quòd parceret plebi, quam rectores modico tempore recturi, ad sanguinem vsque emungunt, & recenter superuenientes etiam ipsum sanguinem: referebátque Apologum illum de homine saucio, qui muscas plagis suis insidentes nolebat abigere, & alteri ob misericordiam eas abigenti dixit, *nocuisti mihi abigendo saturas, quæ parum me molestabant: quia eis succedent famelicæ, quæ me acrius pungent.*

Sexto, quòd huic malo ripliciter occurri potest. Primo per obseruantiam [d] Concilij Tridentini [e] quo præcipitur fieri Capitula prouincialia, & in eis statui ad conseruationem & reformationem ordinum necessaria, & vt deputentur visitatores, qui monasteria in capite & membris visitent, faciántque illa seruari, iuxta statuta & notata in capit. *in singulis.* & capit. *ea quæ.* de stat. mon. in hæc verba.

Monasteria omnia quæ generalibus Capitulis aut Episcopis non subsunt, nec suos habent ordinarios regulares visitatores, sed sub immediata Sedis Apostolicæ protectione, ac directione regi consueuerunt, teneantur infra annum à fine præsentis Concilij, & deinde quolibet triennio, sese in congregationes redigere, iuxta formam constitutionis Innocentij III. in Concilio generali, quæ incipit, In singulis. Ibique certas regulares personas deputare, quæ de modo & ordine de prædictis congregationibus erigendis; ac statutis in eis exequendis deliberent, & statuant. Quod si in his negligentes fuerint, liceat Metropolitano, in cuius prouincia prædicta monasteria sunt, tamquam sedis Apostolicæ delegato, eos pro prædictis causis conuocare, quòd si infra limites vnius prouinciæ non sit sufficiens talium monasteriorum numerus, ad erigendam congregationem, possint duorum vel trium prouinciarum monasteria vnam facere congregationem. Ipsis autem congregationibus constitutis, illarum generalia Capitula, & ab illis electi præsides, vel visitatores eamdem habeant auctoritatem in sua congregatianis monasteria, ac regulares in eis commorantes, quam alij Præsides, ac Visitatores in cæteris habent ordinibus, teneantúrque suæ

a *Cap. inferior. 21. dist. & c. cum inferior. de maior.*
b *Cap. deliberatione. verb. electionis. de of. leg. lib. 6.*
c *Ca. quamquam. 2. qu. 7.*
d *In l. si quâdo. per illius contextum. C. de appell.*

a *Sup. end. & c. fin. 18. q. vlt.*
b *Cap. fin. 16. q. 1. & c. de electi c. cum dilectus. de consuet. c. nobis. de iur. patr.*
c *Cap. monasterium. 16. q. 1 glos. c. ciuos. de offic. ord.*
d *Cap. officij. & ca. cum in magistrum. de elect.*
e *C. cum singula. §. prohibemus. de prabend. lib. 6. clem. 1. de elect.*
f *C. ep. visit. 16. quæst. 2.*
g *Cap. quàm sit. de elect. lib. 6.*
h *de elect. l. 6.*
i *1. qu. 2. & ca. vltimum. de pactis.*
k *C. 1. & per totum, de collus. detec. ca. feries. de testibus. & cle. 2. eod. titu.*
l *Clem. dudum. de sepult.*
m *11. quæst. 3.*
n *In cœlu. 6.*
o *Concluf. 6.*
p *De cõsuet.*

a *2. 2. q. 108. ar. 3. & 4. & q. 157. cũ tribus. sequent.*
b *Ca. 1. 13. d. cum ei adnotatis.*
c *1. part. tit. 6. cap. 2. § 1.*
d *Capitul. 8.*
e *Sess. 2.*

congregationis monasteria frequenter visitare, & illorum reformationi incumbere, & ea obseruare, quæ in sacris canonibus, & in hoc sacro Concilio sunt decreta. Quòd si etiam Metropolitano instante prædicta exequi non curauerint, Episcopis in quorum diœcesibus loca prædicta sita sunt, tamquam sedis Apostolicæ delegatis, subdantur. hæc ibi. Quę si mediocriter seruarentur, & consequenter Prælati prodigi & auari remouerentur, suspenderentur, aut aliàs sufficienter punirentur, satis profectò temporariis bonis seruandis, & regularium victui, & Ecclesiarum fabricæ, & ornatui simul & pauperibus à perpetuis præfectis virtutis amore, vel formidine pœnæ prouideretur. [a] Nec obstat, quòd contenta in prædicto capit. 8. non sint hactenus obseruata quoad reductionem in congregationes prouinciales. Tum quia Pontifex Maximus id rogatus facilè fieri iubebit. Tum quia data eorum negligentia, succedunt, vt in eo exprimitur, ordinarij, qui delegata potestate visitatorum defectum supplere possunt, vtentes eodem munere quo ipsi vsuri erant, saltem donec congregationes in eo iustè incipiant fieri, & continuentur.

a *Iuxt. l. 1. ff. de iust. & iu. & ca. irrefragabili. de offi. ordin.*

Secundo occurri potest paulò efficacius per diuisionem bonorum inter Prælatum, Conuentum, fabricam, & pauperes, de qua infra latius.

Tertio per imitationem Carthusianorum, qui Priores habent perpetuos ea lege illis imposita, vt nihil sine consensu Capituli, vel Conuentus, aut aliquorum Consiliatiorum, siue discretorum, siue definitorum in id à Conuentu electorum impendant vltra duos, quatuor, vel quinque aureos menstruos, iuxta monasterij opulentiam, vel indigentiam in eleemosynam impendendos.

Septimo confirmatur propositum, eo quòd ambitio, conuentiones simoniacæ, & alia mala prædicta spiritualia, quæ oriebantur ex electionibus Episcoporum, quas potestate iure communi eis concessa, faciebant Capitula cathedralium Ecclesiarum, iuxta cap. *quia propter*, & similia, [b] fuit in causa vt bonæ memoriæ Leo X. Francisco huius nominis primo Regi Galliarum concederet ius præsentandi eos, vt patet ex concordatis inter eos, cum tamen electiones essent raræ: morientibus enim tantùm perpetuis Episcopis fiebant: quantò magis deberent esse in causa mala prædicta, quæ in electionibus triennalibus admittuntur, non solum ne perpetui fiant triennales, sed etiam, vt triennales fierent perpetui? Confirmatur item ex eo, quòd Dominicanorum & aliquorum aliorum ordinum mendicantium Generales sunt perpetui, & Priores, Guardiani, & alij monasteriorũ præfecti particulares deliguntur in Capitulis prouincialibus, vel generalibus, & non in monasterijs particularibus: & quòd in comitiis Franciscanorum Romæ nuperrimè habitis, tempus officij Generalis, quod antea sex annis tantùm durabat, prolatum fuit octo, quorum omnium causa videtur esse, quòd nimium prædictorum malorum nimia electionum frequentia parit. Quare, vtcumque res toleretur in aliquot ordinibus Mendicantium, quorum præfecturæ non sunt adeo concupiscibiles, certè in ordinibus non Mendicantium expediret esse Prælatos perpetuos, aut quòd triennales deligerentur non à suis Conuentibus, sed à Congregationibus prouincialibus, vel generalibus, vel à Generali, & suis assistentibus à Capitulo generali deputatis, habita prius secretò iusta informatione personarum ad id aptarum, vt ordo Societatis Iesu prouidè seruare videtur: quamuis satis nouerim hæc parum placitura iis, qui per frequentem Præfectorum mutationem, & diligentem sodalium subornationem, & non aliàs, sperant se frequenter præfecturas consecuturos.

b *De elect.*

4 Nota quarto id, ad quod semper hoc capit. citatur, nempè totam potestatem gubernandi monasterium monachorum, tam quoad temporalia, quàm spiritualia pertinere ad solum Abbatem eius, quod efficaciter probat contextus in illis verbis. *Vniuersa, quæ ad diuini cultus reuerentiam, vel ad vtilitatem eiusdem monasterij pertinent.* iunctis illis verbis. *Tota potestas.* An autem idem ita efficaciter probet, quoad monasteria Canonicorum regularium dicetur infra. Idipsum autem dicendum esse de illis probatur primo per cap. 2. regulæ Beati Augustini ibi. *Et distribuatur vnicuique vestrum à Præposito vestro victus & tegumentum, non æqualiter omnibus: quia non æqualiter valetis omnes, sed potiùs vnicuique, sicut cuique opus fuerit.* hæc ibi. Per quæ potestas tribuendi victum & vestitum soli Præposito attribuitur. Nec obstat quòd alius est presbyter, & alius Præpositus in regula Beati Augustini, vt colligitur ex capit. 3. regulæ ibi. *Præposito tamquam patri obediatur, multo magis Presbytero, qui omnium vestrum curam gerit.* Non (inquam) hoc obstat: quoniam Præpositus, qui est Proprior, siue Subprior clausstralis est quasi Vicarius presbyteri, qui est Prior conuentualis, & ambo quasi vnam personam gerunt. Et ita per præfata verba probatur, quòd etiam arbitrium iudicandi, quid & quantum cuique opus sit, pertinet ad Prælatum. Quod parum aduertentes peccant, qui in perfecta communitate viuentes detrahunt Prælatis, eo quòd aliis aliud, vel plusquam sibi tribuant, contra illud eiusdem regulæ Sancti Augustini. [a] *Qui infirmi sunt ex pristina consuetudine si aliter tractantur in victu, non debet alijs molestum esse, nec iniustum videri eis, quos fecit aliqua consuetudo fortiores. Nec illos fœliciores putent, quia sumunt quod non sumunt ipsi, sed ipsi potius gratulentur, quia valent, quod non valent illi.* & contra illud paulo inferius additum. *Nec debent velle omnes, quod paucos vident amplius: non quia honorantur, sed quia tolerantur, accipere.* & contra illud inferius adiectum. *Illos sanè existiment ditiores, qui in sustinenda parcitate fuerunt fortiores. Melius est enim minus egere, quàm plus habere.* & contra illud eiusdem capit. 9. *Si super indumento inter vos contentiones, & murmura oriuntur, & conqueritur aliquis se deterius accepisse, quàm prius habuerat, & indignum se esse, quòd non ita vestiatur, vt alius frater vestitur, hinc vos probate, quantùm vobis desit in illo interiori sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis.*

a *Capit. 6.*

Secundò, probatur prædictum notabile per illud eiusdem regulæ capit. 10. *Ille qui habet aliquo eundi necessitatem, cum quibus Præpositus iusserit, ire debebit.*

Tertiò, per capit. *quando. 86.* distinct. desumptum ex 12. cap. eiusdem regulæ, quo cauetur vt solus Prælatus sit immunis à petenda venia, si dutiora verba suis regularibus subditis dixerit, ne dum nimium seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas.

Quartò, per illud eiusdem regulæ. cap. 23. ibi, *Obediatur presbytero, qui omnium vestrum curam gerit.*

Ampliatur hoc notabile ad Abbatissas, Prioriſſas, Præpositas, & alias quocumque nomine appellatas, quæ monialium conuentibus præficiuntur, secundum Cardinalem, [b] per capit. *delicta*, iuncta glossa, [c] quæ probant administrationem omnem tam spiritualem, quàm temporalem monasteriorũ monialium pertinere ad Præfectas eorum, nisi quoad ea, quorum est fœmina incapax veluti ordinis. [d] E contrario autem limitandum est quoad ea, in quibus tenetur Abbas vel alius Præfectus requirere consensum, vel consilium Capituli, vel Conuentus, vt tangitur infra num. 11.

b *In conſ. 17 col. 4.*
c *De maior. & obed.*
d *Cap. noua. de pœ. & remiſſ.*

Circa hunc textum & hoc notabile quartum quæritur primo. An sit verum id quod ex eis infert Panormitanus, [e] scilicet quod iure communi solus Abbas sine consensu Conuentus possit creare monachos. quod ipsum tenet etiam in cap. *ad Apostolicam.* [f] probatus à Selua, [g] & prius à Felino, [h] & posterius à Siluestro, [i] cuius tamen contrarium tenuit glossa, [k] cum qua transeunt ibi communiter scribentes. Sed pro Panormitano faciunt vltra hunc textum, cap. *porrectum*, & dictum capit. *ad Apostolicam.* [l] inductum vt ibi per eum, qui tamen resoluit secutus ibi Ioannem Andream, quòd Abbas possit creare monachos sine consensu Capituli, sed non sine consilio eius requisito, licèt non teneatur illud sequi, ea ratione quòd Abbas debet expedire præcipua de consilio sui Conuentus, iuxta regulam S. Benedicti, [m] & quòd creatio monachorum videtur esse de præcipuis. Ex quo infertur, Conuentum sede vacante non posse creare monachos, [n] quod videtur vbique etiam de consuetudine seruari, quamuis rara videantur monasteria, in quibus soli Prelati sine Capitulo creent monachos, vel Canonicos regulares. Quare consuetudo, vel priuilegium sunt primum attendenda, & illis non extantibus, prædicta resolutio Panormitani tenenda.

e *In c. cũ Eccleſia Vulterana. col. 4. de elect.*
f *De regula. & in cap. ea. noſcitur, de his quæ. ſi. à prał.*
g *De benefi. par. 2. qu. 22. pagin. 9.*
h *Cap. quoniam. de ſimon.*
i *Verb. religio. 3. q 13.*
k *Cap fin. de regul lib. 6.*
l *De reg.*
m *Capit. 5.*
n *Per c. fi. ne ſed. vac. li. 6.*

Secundo quæritur, an sit verum id, quod ex hoc textu

& notab. infert Panormitanus communiter receptus, [a] quòd Prælatus solus potest agere & conuenire ac conueniri super bonis monasterij? & respondetur solo iure cõmuni attento esse verum, pro quo est id, quod prius idem ibidem, [b] dixit, scilicet, quòd licèt diuisio bonorum vel administrationis eorum fieri possit inter Prelatum & Capitulum, tamen ea non consonat iuri communi, iuxta quod omnia debent esse inter eos communia per cap. *non dicatis.* [c] desumptum ex cap. 2. regulæ B. Augustini.

a *In c. ad hoc ve. ri. de reſcript.*
b *Notab. vlt.*
c 12. *qu.* 1.

Tertio quæritur, in quæ huiusmodi Abbas, Prior vel alius Præfectus, vel Præfecta Ecclesię, vel monasterij regularis habens totam monasterij administrationem debeat solo iure communi attento impendere fructus eius? Respondeo, quòd in primis in necessarios, & honestos vsus suæ personæ. Secundo in similes vsus fabricæ, ornamentorum, & ornatus Ecclesiæ vel monasterij. Tertio in similes vsus Conuentus, vel Capituli. Quarto in sustentationem hospitalis & pauperum in illud confluentium, iuxta ordinationem iustam, antiquam, vel nouam. Quinto in vsus aliorum pauperum, & alios pios, vel in emptionem maiorum redituum ad augendum numerum Canonicorum, vel monachorum in eo alendorum.

Dixi (*in primis in necessarios, & honestos vsus suæ personæ*) quia prius est sustentanda eius persona, quàm reliqua, [d] quod est singulare in hoc secũdum Panormitanum quod tamen in tractat. de redit. eccles. [e] nouè limitauimus per solida fundamenta ibi adducta, procedere solum quoad necessaria personæ, quatenus est beneficiarius illius non habita ratione qualitatum extrinsecarum, scilicet, quòd sit filius Regis, vel valde nobilis, aut Doctor, &c. in qua tamen re multi Abbates perpetui grauiter peccant, nimiã sibi familiam sæcularem, & non tantum necessariam assumendo; quum secundum obseruantiam regulæ suæ primæuum paulo plus quam alij monachi debeant impẽdere, nisi excipiendis hospitibus, quibus tamen mensas non sybariticas, non opiparas, sed quę præ se ferãt religionem modestas exhibere deberent, vt de clericorum mensis diximus in d. tract. [f]

d *Ca. de his. de eccleſis ædiſ.*
e *Quæ. 1. moni. 30. & q. 3. mo. 30.*
f *Queſtio. 1. mon. 45.*

Dixi secundo (*in similes vsus fabricæ, & ornamentorum Ecclesiæ*) prius enim videtur sustentanda Ecclesia cum sibi necessariis, quàm conuentus alendus in ea. Tũ quia locus præcedit locandum, saltem natura: quia nõ entis non sunt qualitates, [g] quod prudentia Hieronymianorum egregia optimè seruat, non deputando Conuentum monasterio ædificando, donec Ecclesia, clausstrum, dormitorium, officinæ, & alia necessaria conuentui sustentando perfecta fuerint. Quo factum esse arbitror, vt in regno Castellæ omnium regnorum Hispaniæ maximo, multæ ecclesiæ Canonicorum regularium inueniantur hodie destitutæ cõuentu, quem olim solebant habere, eo quòd calamitate bellorum fructus earum decreuissent tantùm, vt vix sufficerent ad alendos Prælatos, & conseruandas Ecclesias, quarum præfectos arbitror teneri ad reponendum conuentum, si fructus rediissent, vel redirent ad statum antiquum, vel ad alium, qui sufficeret ad alendum aliquem Conuentum, licèt non æqualem antiquo, [h] quo fit, vt meritò laudetur quidam nobilis Prior, qui nuper trium vel quatuor Canonicorum conuentum reposuit in sua Ecclesia, in qua ante centum annos desierat esse conuentus, eo quòd ad se, & eos alendos, & non plures sufficiebant fructus eius. Fit item contra, vt videãtur mihi esse periculo proximi, qui eiusmodi Ecclesias possident iure simplicium beneficiorum, dicentes non teneri etiam ad residẽdum in eis, & impedientes, ne in eorum parochiis fiant domus, quas habitent aliqui coloni, quorum superuentu incipiant Ecclesiæ illæ fieri parochiales actu, quæ sine illis sunt tales habitu tantùm, iuxta glossam receptam, [i] & ideo non obligantes ad continuam residentiam; nec existentes de numero incompatibilium, de quibus capit. *de multa*, [k] secundum doctrinam communem Panormitani & aliorum ibidem, & alibi sæpè.

g *l. ſi ſeruũ. §. 1. ff. de act. empt.*
h *Arg. capit. quod pro remedio. 1. q. 7. & c. cum ceſſante. de appell.*
i *In c. licet ex non. de elect. lib. 6.*
k *De præben.*

7 Dixi tertio (*in similes vsus Capituli, vel Conuentus*) quia prius videntur alendę personæ Capituli, vel Conuentus, quàm pauperes hospitalis. Tum quia sunt propriores ipsi Ecclesiæ conseruandæ. Tum quia ipsis incumbit administratio fructuum, & largitionis superfluorum pauperibus quod tamen limito non procedere, vbi hospitali prius constructo, & prius à pauperibus frequentato propter auctas facultates fuit additum monasterium & conuentus, vt contigit in nostra Roncaualle, vbi iam inde à Carolo Magno cœpit haberi hospitale generale peregrinantibus ex Italia, Germania, & Gallia, in Compostellam, & ex Hispaniis in limina Apostolorum Petri & Pauli, in terram sanctam, sanctúmque Domini sepulchrum, & longè postea auctis facultatibus fuit institutum monasterium cum Priore, & conuentu Canonicorum regularium quamdam veluti militiam seruiendi pauperibus exercentium cum insigni baculi figuræ F coloris viridis. Quo factum est, vt solennius, quàm alibi vspiam gentium cœnaturis peregrinis, & pauperibus inseruiant. Primò enim quotidie sub crepusculum noctis, quando peregrini & pauperes sunt cœnaturi, signo campanæ ad Completorium facto, conueniunt omnes canonici superpelliciis induti in refectorio pauperum, & iubent eos accumbere ad mensas ordine longo ibi stratas. Deinde ascendunt omnes in quamdam ibi positam orchestram per gradus eius cum suo Priore, & aliquibus aliis primoribus si adsunt. Tertiò, circumstante popello, & aliquot clericis, orant vna cum peregrinis & pauperibus cœnaturis generatim pro tota Ecclesia Christiana, & pro omnibus benefactoribus, & speciatim ac nominatim pro multis Pontificibus, Regibus, Ducibus, & aliis priuatis viris tam Galliarum, quàm Hispaniarum, imo & Italiæ & Angliæ (in quibus olim magna bona donata à peregrinis possidebat.) qui aliqua egregia beneficia in illud contulerunt, quodam clerico ex alto suggesto eos nominatim ad memoriam per suas clausulas reuocante, & vt singuli. *Pater noster. & Aue Maria.* dicant pro illis præmonente, quæ omnes astantes tam peregrini & pauperes, quàm alij deuotè & summisse pronunciant. Quartò, vnus è primoribus, considentium cui causa honoris id munus defertur, quique causa colendi Deum in suis peregrinis, & pauperibus gratè illud suscipit, quantuscumque sit, etiam si sit Rex, vel Cardinalis, descendit, incipiénsque à paupere postremo loco accumbente singulis peregrinis, & pauperibus singulos panes prius à se osculatos apponit, & regreditur ad orchestram aliis ministris potum & obsonia adiicientibus, quando iam canonici solennem mensæ benedictionem agunt, qua peracta peregrini, & pauperes incipiunt cœnare. Quinto, canonici adeunt Ecclesiam ad celebrandum completorium. Quod ministerium (nuper cum illa gloriosæ memoriæ Isabella nupta Regi nostro Philippo II. à patre suo Henrico Galliarum rege II. traduceretur in Hispaniam) illustrauit illustrissimus, idemque Reuerendissimus, Galliarúmque Regum sanguine splendidissimus Cardinalis Borbonius, qui cum fratre suo Rege eam comitabatur, media enim hyeme, niue, gelu, & glacie rigente Pyrenæo monte, in cuius ferè vertice situm est prædictum hospitale, trecentis, qui ea vespere conuenerant peregrinis & pauperibus inseruiuit, trináque regalia Hispana vltra cœnam consuetam benignè largitus fuit. Ob prædictam limitationem, qua hospitalia quædam præferuntur Conuentibus, memini dicere aliquando cum audissem ob sumptus nimios Prioris, & decrementum redituum clausas fuisse hospitalis portas, iustiùs forrè potuisse claudi, vel minui portiones eius, & Conuentus, quàm peregrinos, & pauperes in tam aspero & deserto monte suis fraudare portiunculis, quas aliqua ex parte suppletas fuisse à Canonicis ob pietatem se suo victu fraudantibus, intellexi.

a *Leg. in toto. ff. de regul. iur. & ca. generi. eodem. tit. libr. 6.*

Dixi quarto (*in sustentationem hospitalis, & pauperum in illud confluentium, iuxta iustam ordinationem antiquam vel nouam*) prius enim est prouidendum illis, quàm aliis pauperibus: quia hoc lex generalis, & illud specialis iubet, & generi per speciem derogatur: [a] quod tamen limitandum est, vt supra dixi, ne procedat vbi hospitale est antiquius monasterio, & conuentu, quæ auctis facultatibus illi accesserunt: illic enim hospitale arbitror præferendum Conuentui, vt prædixi.

Dixi quinto, (*in vsus aliorum pauperum, & alios pios, &c.*) Tum quia omnes reditus Ecclesiastici etiam secularium beneficiariorum superflui naturæ & decentiæ, sunt eis

impendẽdi, vt latè probauimus in tract. de redit. eccles. [a] Tum quia superflua monasteriorum & hospitalium diuitum iustius videntur impendi in opus pium augendi numerum canonicorum, vel monachorum, vel alimentorum, hospitaliúmque, quàm in alia extranea etiam pia, eo quod in Ecclesiis & monasteriis tot sunt instituẽdi, quot possunt de reditibus eorum sustentari, iuxta glo. recept. [b] eo quòd auctis facultatibus, augendus sit numerus canonicorum & monachorũ, [c] vt ibi per omnes annotatur. [d] Quo fit primo vt magnopere desiderem nosse, qua ratione iustè defendi possunt à peccato præfecti Ecclesiarum & monasteriorũ, quibus honestè sustentatis, multa supersunt, & non curant augere numerum canonicorum, vel monachorum, nec alimentorum hospitalium, quod ipsum videtur de Capitulis, & eorũ Archidiaconis plurima superflua suæ sustentationi habentibus. Firmȝ secũdò, iustè me respondisse cuidam Reuerendo admodum Archidiacono Cameræ Ecclesiæ Pampilonensis, interroganti me rationem, qua defendi posset à petitione augmenti vestiarij annui canonicorum eius. Respondi enim difficilius defendi posse à petitione augmenti canonicorum, quibus auctis, vestiariorũ numerus augeretur, eo q̃ multa sustentationi suę honesta superfluerent. Fit tertiò, vt Abbates, & alij præfecti, quibus dimidiũ, vel alia pars aliquota per diuisionem canonicorum debetur, cauere debeant, ne putent superflua suæ decentię posse nimis iustè largiri in vsus etiam pios alios ab vsibus respicientibus ipsum monasterium, quum vix vmquam desit causa augendi suorum regularium numerum.

[a] *Quæstio. 1. mon. 42.*

[b] *Capit. 1. de inst.*

[c] *Cap. cum M. de const.*

[d] *Et cap. auctoritate. & contrario sensu, de inst.*

Diuisionis Roncæuallis Clypeus.

Quarto quæritur, An quatuor Priores, qui proximè nostrę Roncæualli præfuerunt, iustè tentauerint irritare diuisionem administrationis omnium fructuũ omnium bonorũ eius in tres partes, quã ante illos fecit nobis obnixissimè procurantibus Salmanticæ dominus Fráciscus à Nauarra, Regio sanguine, literis, & virtutibus heroicis Illustrissimus, qui postea obiit Archiep. Valent. sui maximo desiderio relicto, cuius parte neganté nos anno 1552. neuosè defendimus disputatione illa, quã Clypeũ diuisionis administrationis bonorum Roncęuallis appellauimus, cuius summã paucis dempris, & aliquot ex hoc cõmentario, & ex alio quod cũ eo componimus, [e] adiectis, in hanc quæ sequitur formam subiicimus.

[e] *In c. non diuitis. 12. q. 1.*

ARGVMENTVM.

Anno 1531. mense Maio, cum Salmanticæ iurisprudentiæ addiscendæ incumberet præfatus Dom. Fran. à Nauarra, tũc præfectus & Prior monasterij & hospitalis Rõcęuallis, nunc autem Archiepiscop. Valentinus complurium virorũ, cùm doctorum, tum piorum suasu omniũ bonorum eiusdem monasterij, & hospitalis fructus cũ Cõuentus sui consensu in tres diuisit partes: quarum prima cederet hospitali & fabricę, altera Priori, & eius mensæ, tertia Conuentui & eius mensæ, subiectis multis declarationibus. Quarum prima erat, ne bona vlla inter eas conferentur diuisa, sed sola illorũ fructuum administratio cuius diuisionis confirmatio postea petita fuit à Clem. VII. anno Domini 1532. & quia eo viuo non fuerunt expedite literę, postea Paulus III. eas in forma rationi cõgrua, expediuit anno 1534. mense Nouembri, cum prius eodem anno 34. mense Maio Cæsarea & Regia Maiestas Caroli V. suas ad id porrexisset preces, suumq; tamquam patronus prestitisset consensum. Quibus literis allatis Ro. anno 1541. prefatisq; D. Remigio à Gogni Archid. Pampilonensi, ille, vt erat doctissimus, piissimusq;, seruatis omnibus ad vnguem, quę seruari debebant, eã confirmauit. Quæ confirmatio notificata procuratori prędicti Francisci Prioris & prædicto conuentui, planè fuit ab eisdem approbata: quin & ab eo tempore in hunc Septẽbrem anni 1557. ea diuisio in dicto monasterio fuit, estq; vsitata & vsitatur. Et quidem pro præfatis quatuor Prioribus facit primo, quòd regula grauissimi sanctissimique patris nostri Augustini tota est in nutrienda, conseruandáque Canonicorum monasterij cõcordia, vt eius principum demonstrat, quam tamen per hanc diuisionem aiunt grauiter labefactari.

Secundò, quòd eadem regula eiusdem Patris [a] præcipit, vt omnia sint in monasterio communia, nihilque cuiquam sit proprium, cuius contrarium inducit hęc diuisio, quæ alia Priori, alia hospitali, alia appropriat Conuentui.

[a] *In capit. 2.*

Tertiò facit, quòd regula ipsa & multa, quæ postea emanarunt Concilia, Pontificumque decreta iubent, vt solus prælatus omnia monasterij bona gubernet, vt pater in hoc ca. & notabili quarto ex eo decerpto. At stante ea, de qua loquimur, diuisione, non potest solus Prior omnia bona monasterij Roncæuallis gubernare. ergo, &c.

Quartò facit, quòd Sedes Apostolica nemini intendit præiudicare nisi consentienti. [b] At hæc diuisio, plurimum præiudicat præfatis Prioribus, qui ei non consenserunt, vt palam est. ergo, &c.

[b] *l. 3. §. si quis à principe. ff. ne quid in lo. qub. & c. super eo. de off. deleg.*

Quinto facit, quòd absurdum videtur, vt canonici subditi, obedientiámque Priori præstantes, tantam habeant in administrando monasterio potestatem, quantam ipse Prior eis loco Dei præfectus. At per hanc diuisionem canonici Roncæuallis æquari videntur Priori in administranda ea. ergo, &c.

Sextò, quòd regula prædicti Patris nostri Augustini iubet canonicis, vt in omnibus & per omnia suo Prælato obediant, id quod etiam multi canones & iura testantur, adeo quidem, vt existimẽt, nullum religiosum habere velle, aut nolle, sed totum eius ex sui prælati voluntate pendere arbitrium, [c] cuius contrarium hæc diuisio inducit. Si quidem prębere videtur canonicis potestatem contradicendi Priori quoad ea, quæ ad partis suæ, & hospiralis administrationem attinet.

[c] *Cap. religiosus. de elect. lib. 6.*

Septimò facit, quòd præfatus Domin. Franciscus Prior non potuit successoribus legem ponere, quippe qui in parem non habebat imperium, [d] ac consequenter præfati Priores potuerunt eius diuisioni contraire.

[d] *Capit. innotuit. de ele. & l. penult. ff. de recept. arb.*

Octauo facit, quòd impetrationes subreptitiæ, non valent, [e] & subreptitia est illa impetratio, per quam conceditur id, quod nullatenus, aut difficilius concessisset Papa, si tota ei veritas narrata fuisset. [f] At non videtur verisimile Papam, qui summus est religionis custos, & fautor, prędictam diuisionem confirmaturum ire, si præciuisset per eam diminutum ire religionis obseruantiam in prædicta Roncaualle. Constare autem videtur per eam in illa diminui religionem, quippe quæ causa est, ne in multis rebus canonici suo prælato obediant, occupéntque se multis negotiis, à quibus vellet eos Prælatus abstinere.

[e] *Cap. postulasti. & c. super literis. de rescript.*

[f] *d. ca. postulasti.*

Nonò, quòd qua facilitate Romanus Pontifex prædictam diuisionem ad petitionem D. Francisci confirmauit, eadem ad petitionem successorum eius illam reuocare potest, [g] ac consequenter patet via, qua ea infringatur, & reuocetur.

[g] *Arg. c. 1. de reg. iur.*

Decimò facit, quòd hæc diuisio magnam præstat materiam litibus super ea inter Prælatum & Conuentum habendis. At quæ dispositio materiam delinquendi præstat, non est valida. [h]

[h] *Ca. ex parte. de consue. & l. conueniri. ff. de pact. dotal.*

Vndecimo, quòd D. Franciscus huiusce diuisionis primus auctor numquam eam seruasse dicitur, nec debuit ille aliis legem, quam sibi nolebat, imponere. [i]

[i] *Cap. cum omnes. de cõstitut. & in rubr. ff. quod quisq; iur.*

Duodecimò, quòd nullus adhuc, vt aiunt, Prior, qui in prædicto monasterio resederit, eam seruauit: & ideò nulla de illa obseruanda possessio allegari posse videtur.

Decimotertiò, quòd aliquot Priores dicuntur contra eam protestati fuisse: & constat protestationem ac reclamationem multum solere prodesse reclamanti, ac protestanti. [k]

[k] *Capit. 1. de his quæ vi. & c. fi. de appellat.*

Decimoquartò, quòd licèt intentio animi recta requiratur, quo opus agentis sit bonum, non tamen sufficit, [l] quandoquidem & Iudæorum multi bona intentione pessimum opus crucifigendi CHRISTVM operati, vel cooperati fuerunt: & ideo quamuis intentio prędicti D. Francisci, ac suasorum eius, bona fuerit in prædicta diuisione facienda, non tamen id consequitur diuisionem fuisse bonam: quoniam aliæ illi, vt aiunt, circumstantiæ defuerunt.

[l] *Capit. nõ solùm. de reg. lib. 6.*

Decimoquintò, quòd omnium optima regendi species est monarchia, in qua vnus solus gubernat, vnus omnia præcipit, & verat, ideoque sapientũ sententia postponitur

illi Aristocratia, & Democratia, in quibus totus populus, aut soli eius optimates gubernant. Constat autem doctissimum illum Augustinum voluisse, vt in suis monasteriis, optima regendi species, quæ est monarchia, seruaretur, & non Aristocratia, vel Democratia. At per hanc diuisionem tolliturr illa, & inducuntur hæ, quæ, quia contra regulam sunt, non erunt seruandæ.

Decimosextò facit, quòd hæc diuisio videtur esse in causa, quare nullus Prior reddere possit Deo, nec hominibus eam de villicatione sua rationem, quam debet, cõtra cap. *irrefragabili*, [a] quia villicationem habet generalem & vniuersalem totius Roncæuallis; de qua tamen non potest, quam debet rationem reddere: quia hæc non patitur, vt ipse omnia gubernet.

[a] *De of. ord.*

Decimoseptimò, quòd quando aliqua diuisio fructuũ bonorum Roncæuallis esset facienda, illa non deberet fieri quoad bona, neque quoad administrationem: sed quoad fructus. Ita quod solus Prior ea omnia administraret, & tertiam partem fructuum sibi retineret, altera hospitali, & tertiam conuentui præberet, ad idque faciendũ sub excommunicationis pœna teneretur: quoniam per hanc minus læderetur Prioris auctoritas, minus occuparentur canonici, & æquè omnibus prouideretur, ac per eam, quæ nunc vsitatur.

Decimooctauò facit, quòd nimium magna & nimium libera videtur relinqui Priori sua tertia: nimium quidem magna, quia nulla religio, nulla iusta politia pati videtur, vt tantùm sibi insumat solus Prælatus, quantùm totus conuentus, cum tot presbyteris, pueris, & aliis ad eum attinentibus, & quantùm hospitale adeo generale, & tota fabrica ædificiorum monasterij, & aliorum piorum ei annexorum.

Videtur item relinqui ei nimium libera; quippe quæ relinquitur ei ad suum libitum disponenda.

9 His tamen omnibus non obstantibus, asserimus diuisionem præfatam, validam, vtilem, & vt nunc res humanę sese habent, necessariam esse Roncæualli conseruandæ, augendæque.

Primo quidem, quòd determinatio expressa Romani Pontif. in corpore iuris clausa, nempe in cap. *edoceri*. [b] habet diuisionem bonorum inter Abbatem & conuentum per eosdem etiam sine auctoritate Papæ factam esse validam, vbi omnes Doctores id affirmant: addentes eam tripliciter fieri posse, scilicet, quoad bona tantùm, quoad administrationem tantùm, & quoad bona & administrationem simul.

[b] *De rescrip.*

Secundò, quòd licèt diuisio facta per solum prelatum, & suum Conuentum sine auctoritate Papę valida reuocari possit per eosdem, iuxta communem Panormitani, Decij, & aliorum sententiam, quã ibi sequimur: facta tamen auctoritate eius, præsertim cum clausula irreuocabili obseruantiæ, reuocari non potest per eos, nec per alios inferiores. [c] At hæc diuisio non solum est Prælati, & Conuentus auctoritate facta, sed etiam auctoritate Papæ, & non qualiter, qualiter, sed ex certa scientia cum causæ cognitione, & clausula irreuocabilis obseruantiæ confirmata, ac proinde tã firma, ac si à principio fuisset ab eodem facta, per ea quæ citat Decius. [d] Igitur non solùm valet: sed etiam irreuocabiliter obseruari debet.

[c] *Arg. c. inferior. 21. d. cle. ne Romani de elect.*

[d] *In rubr. de conf. vtil. & nu. 7.*

Tertiò, quòd omnis dispositio, in quam faciendam cõcurrunt potestas, & voluntas ad id sufficientes, valida est, & firma. [e] At hæc diuisio est huiusmodi. quoniam in eam faciendam concurrunt potestas, & voluntas Prioris, & Conuentus, & confirmatio Papæ ex certa scientia, & cũ cognitione causæ. Concurrit etiam assensus Regius patroni, & nihil necessarium deficit. Ergo valida est.

[e] *Cap. cum super. cũ glo. fi. & ei adnotat. de offi. de leg.*

Quartò, quòd innumeræ diuisiones multò maiores quàm ista, de qua loquimur, reperiuntur factæ seruatæ ac cultæ in orbe Christiano, tã in Ecclesiis Cathedralibus, quàm in aliis conuentualibus, præsertim ordinis canonicorum regularium, cuius est prædictum Rõcæuallis monasterium: At nemo audebit dicere illas non valere, infringiue posse à Prælatis, sine Capitulorũ, Conuentúmque consensu. Ergo nemo audeat dicere hanc, de qua loquimur, inualidã, infringíve posse à Prelato suo sine sui cõuẽtus assensu, quia de similib⁹ idẽ debet esse iudiciũ. [f]

[f] *Cap. dudũ. 2. de elect. & l. illud. ff. ad leg. aquil.*

Quinto probatur, quòd predicta diuisio sit vtilis & necessaria ex eo, quòd experientia quæ rerum magistra est, [a] clamat nullam ferè esse in Hispania prædicti ordinis canonicorum regularium Ecclesiam, in qua bona inter Prælatum, & Conuentum non sint diuisa, quæ nõ sit penè destructa, & à prælatis eorum omnia fere suis, suorumque vsibus applicantibus in tantam pauperiem redacta, vt aut conuentu omnino careãt, aut non habeãt nisi vnius, duorum, aut trium, tantùm, id quod plus satis testantur multa, quæ Castella, Lusitania & Galecia continent monasteria. Diuisio enim hæc est in causa, quare illa duo illustrissima monasteria S. Isidori Legionense, & S. Mariæ Parracense permaneant in castella. Quare item monasterium S. Crucis Coimbricensis refulgeat in Lusitania. Quare ité hoc Roncæuallis crescere incipiat in Nauarra, cùm compertum sit reditus eius duplo minores fuisse ante diuisionem, quàm nunc: & pro comperto habetur apud eos, qui hanc rem prudenter quadraginta annis proximis perpenderunt, nouissimum, eumdemque iustissimum Priorem, qui nunc præest longè minores reditus inuenturum fuisse, & longè minus fructuum collecturum, nisi diuisionis beneficio res eius seruata fuisset.

[a] *Cap. quàm sit. de elect. lib. 6.*

Sextò, huius, de qua agimus, diuisionis vtilitas, & necessitas significatur his verbis, quę ei inseruntur, quęque tangunt primariam eius faciendæ causam, nempe. *Visum est omnibus, in quibus monasteriis Abbates, Prioresue insolidum gubernant bona, & reditus delabi, ac perire. canonicos, ac monachos nudos, ac famelicos in sibi præfectos obmurmurare, antiqua passim ruere ædificia, noua rarò consurgere, eorúmque fructus vsibus cognatorum, aliorumque profanis cedere, pauperes Christi non excipi, qua deceret benignitate, præsertim quòd iam fere omnes religiosis non mendicantibus præfecti, commendatarij sunt, ac mercenarij, tondereque magis quàm pascere studeant gregem, quæ maximè acciderent in nostra Roncaualle montis Pyrenæi vertici contermina.*

Septimò eiusdem diuisionis vtilitas & necessitas efficacissimè ex eo colligitur, quòd omnium, qui Roncæualli post D. Franciscum à Nauarra præfuerunt, omniumque, qui posthac ei fortè præfuturi sunt iustissimus, qui suum ius cuique seruaturus sit, videtur esse admodum Illustris D. Don Antoninus Mantricus à Valentia, qui nũc ei præest, quique sæpe dixit, tertiam partem sibi adiudicatã maiorem iusta videri, ideóque nil de duabus aliis tertiis suis vsibus velle applicare: attamen ipsius ministri non pauca eis applicassent, nisi Conuentus illis restitisset. Quoniam procurarunt aliqua ædificia ex sola parte hospitali deputata fieri, quibus faciendis Prioris quoque pars cõtribuere debebat, ægréque tulerunt contradictionem Capituli, quam nostrum responsum sequutum fecit, nõnullis etiam plaustris, bobus, & equis, partibus hospitali, & conuentui contributis in Prioris vsus dicuntur vsi. Quin etiã dicuntur capere tertiam partem tritici, vini, auenæ, & aliorum fructuum, & pecuniarum ex his, quæ iam parata, & bene collecta sunt à clauiculariis, relinquendo pro aliis duabus tertiis, ea quæ nec collecta, nec parata sunt, & quorum aliqua pars numquam, vel tardè parabitur ob grandem debentium paupertatem, fraudem, potentiam, violentiam, vel aliam similem causam, quare quotidie vidimus multos creditores suis fraudari debitis in tempus, aut in perpetuum. At certum est, multò plùs valere tertiam partem ex melius paratis desumendam, quàm aliam tertiam ex aliis malè, ac bene paratis accipiendam. Si igitur tã selecti Prefecti tẽpore, scientis per diuisionem cautum esse primam tertiam hospitali esse soluendam, & affirmantis se sua tertia parte contentum, vix se continent eius ministri ab aliis duabus tertiis per solennissimam diuisionẽ à tertia Prioris sui heri separatis, quid speres aliorum vulgaris ingenij & farinæ Prælatorum tempore, si diuisionis vallo ea quæ ad hospitale & canonicos pertinent, non defenderentur ab eorum incursione?

Octauo, vtilitas diuisionis Roncæuallis eo amplior ostenditur, quòd eo gratior esse deberet Priori, quàm vlla cuiuslibet alius Hispaniæ monasterij, quòd per hanc nihil vltra suas portiones canonicas sibi applicare possint canonici, clauiculatij, vel alij: imo quicquid illis his solutis residuum sit, totum seruatur vel ad augendum numerum canonicorum, vel ad alia opera pia, quę magna est occasio

concordiæ inter Prælatum,& suum Conuentum seruandæ,magnáque occasio Prælato, liberalitatis, & pietatis exercendæ:quoniam id erit magnus impulsus ad plus faciendum partibus hospitalis, & canonicorum quàm suæ: cum circa rationes reddendas, vel alias aliquid dubij emerserit,an Prioris parti,an aliis sit aliquid applicandum. Gaudebit enim pius Prælatus nonnumquam aliquã particulam suæ partis sibi perire,præuidens eam pauperibus, & operibus piis , ac consequenter IESV CHRISTO accrescere.

Nonò,huius diuisionis commoditas, & vtilitas ex eo colligitur, quòd nullum aliud præiudicium per eam fit Prælato , si res satis perpendatur , quàm quòd imponitur ei necessitas vt velit, faciátque id, quod velle faceréque tenetur. *Fœlix autem* (* vt ait Gregorius) *est necessitas , quæ nos ad meliora compellit.* An non tenetur Prior Roncęuallis, si antiqua communitas duraret, velle , vt suis canonicis, qui pondus & æstum cultus diuini,immo & omnium penè negotiorum monasterij portant , victus honestus ministraretur? An non teneretur administrare ? An non teneretur velle prouidere hospitalitati,fabricę,& ornamẽtis cultui diuino necessariis ? Quid autem aliud per Deũ immortalem fit per hanc diuisionem nostrã , quàm quòd volente nolẽte Priore mediocri modo prouideatur prędictis,quibus Priorem oportebat sub pœna damnationis æternæ prouidere? Qui tamen ob varias causas forte non prouideret:audiuimus enim, imò & vidimus frequenter canonicis Roncæuallis suum stipendium non solùm vestiarij,sed etiam victus in plures menses,& annos dilatũ, & fortasis numquam omnino solutum , ea quandoq; ratione , vt Prior prius sibi suæque commoditati consuleret;nonnumquam autem vt vindictam sumeret de canonico,qui ei noluisset malè placere , quo Deo beneplaceret,dum alienationibus , & sumptibus , in cognatos , aut amicos,malè,aut vanè faciendis resisteret.

* Vt ait Gregorius. *Augustinus dicere debuit , hoc enim ille habet in epist. 45. ad Armentarium , ex qua non grauabor , vt nos voti reos id soluere satagamus. Iam inquit vouisti , iã te obstrinxisti,aliud tibi facere non licet,priusquam esses voti reus , liberũ fuit quo esses inferior quamuis non sit gratulanda libertas , qua fit vt non debeatur,quod cum lucro redditur,& paulo post modo inquit tanto quod absit miserior,si fidem Deo fregeris , quanto beatior,si persolueris. Nec ideo te vouisse pœniteat, imo gaude iam tibi sic nõ licere,quod cum tuo detrimento licuisset. Aggredere itaque intrepidus, & facta dictis imple , ipse adiuuabit qui vota tua expetit, fœlix necessitas,quæ ad meliora compellit.*

Decimò , id ipsum comprobatur , quòd ipsemet Roncæuallis Priores aiunt, satis, superq; per hanc diuisionem Prioris mensæ relictum , rationémque tam diuinam , quã humanam dictare,vt tantùm , aut plùs tribuatur pauperũ in hoc generale hospitale confluentium vsui , ob cuius contemplationem omnia bona Roncęualli sunt data, vel relicta , quantùm soli Priori , qui primus in colligendis pauperibus esse deberet. Conuenio vos igitur domini Priores, vultis ne, vt fiant prædicta, quæ iusta esse decernitis,an non? Si non vultis,iniusti estis, & nullatenus audiendi, si verò vultis,quid cõquerimini de diuisione hac, qua fiunt ea,quæ vultis , velléque debetis vt fiant?certè, mea sententia, gratias habere deberetis Deo, & eis, qui eam primùm fecerunt,fierique suaserunt,eo quòd paternitatibus vestris materiam delinquendi abstulerunt, occasionemque facile bene merendi præbuerunt.

SVMMARIVM.

10 *Concordiam & discordiam eadem res diuerso respectu parit.*
10 *Augustino si essent similes Prælati, & Posidonio Canonici, diuisione bonorum nil opus esset.*
10 *Abbates gloriam prodigalitate quærentes , vt eam confundunt.*
11 *Diuisio bonorum Rõcuallis defensa nil proprietatis inducit, nec obligationi antiquæ detrahit.*
11 *Regula de substantia non est , vt solus Prælatus omnia gubernet,imò etiam iure communi multa de consensu, vel consilio Capituli expedire teneatur.*
12 *Principem nulli velle præiudicare , intelligendum est de alio præiudicio,quàm expresso.*
12 *Ius præsentandi ad Ecclesias conuentuales concessit Adrianus VI. Carolo V.*
12 *Vniuersis concessum,non videtur singulis competere.*
12 *Obedire in quibus tenetur regularis suo Prælato,& quod duobus contraria iubentibus,maiori est parendum.*
12 *Par in parem non habet imperium.*
13 *Expressio qualitatis iure inhærentis non est necessaria.*
13 *Legem quam non seruat alij non ponat,nec vllam sibi.*
14 *Possessio absque præsentia domini quæri potest.*
14 *Protestatio contrario facto tollitur , & non præiudicat nescienti,nec non consentienti, nec in dubio videtur quis ei,si est damnosa,consentire.*
14 *Finis bonus non sufficit si aliæ circumstantiæ desint.*
15 *Regiminum triplex species:Monarchia , Aristocratia , Democratia,quibus addutur quarta.*
15 *Prælatus non dicat non posse bene regere nisi totum regat.*
16 *Peccatum mortale de se petit excommunicatione.*
16 *Leges & statuta sine euidenti vtilitate non esse mutanda.*
17 *Bonorum diuisio inter Prælatum & Conuentum, neutrum illorum facit suæ partis dominum.*
17 *Bona Ecclesiæ profanans,& auarè retinens æquè peccant.*

10 AD primum igitur pro dominis Prioribus propositum argumentum , fatemur in primis sanctissimum illum Patriarcham nostrum Augustinum maximè voluisse, sua vt monasteria caritate , ac concordia redundarent , id quod primum eius capitulum palam continet. Fatemur item aliquo respectu concordię seruandæ multũ conuenire,vt vnus solus in vna domo gubernet,dummodo nobis etiam concedatur ei concordiæ aliis respectibus conuenire,ne solus id faciat,sed consilio, & consensu alicuius, vel aliquorum in gubernando ducatur,vel adiuuetur. Et quidem si ætatis nostræ prælati tam parci , tam abstinentes,tam studiosi pietatis , & literarum essent , ac Augustinus erat,si canonici huius sæculi tam obedientes, tam ieiuniorum,& parsimoniæ amantes , tam pietatis literarúmque studiosi, tam parum temporalium cupidi essemus, ac erant Posidonius , & alij Augustini canonici, nulla certè diuisione opus esset: omnes enim quæreremus magis ea quæ CHRISTI sunt, quàm quæ nostra: omnes eò magis gauderemus,quò minus negotiorum, & munerum nobis committeretur, quóque frugaliùs , & parciùs tractaremur. At quia multi ætatis nostræ prælati suam auctoritatem,suumque decus in magna, & lauta familia,in opipara mensa,in veste multa,& fulgida , in conuiuiis sybariticis,& opiparis,in equis , mulis , & mulabus præpinguibus,ac fulgidè vestitis,ponere cœperunt,simul etiam egere cœperunt ad se, suosque alendum omnibus ferè suarum Ecclesiarum reditibus , quos vbi ipsi soli impendere possint,in suos primùm vsus impendunt:eoque fit,vt necesse sit , ibi canonicos & monachos esurire , nudos aut pannosos incedere : necesse, vt ædificia collabantur antiqua , noua rarò surgant, ornamenta & alia in cultum diuinum necessaria pauca , eadémque rupta , fracta, sordida & inepta inueniantur. cui abusui , ne dicam grassationi , nullo alio præsentiore potest occurri remedio, quàm diuisionis bonorum , quæ in plerisque facta est Ecclesiis , aut saltem fructuum , quæ in nostra Roncaualle. Ne quis autem miretur, rem quæ vno nomine parit concordiam , alio parere discordiam : consideret ad concordiam inter prælatum,& canonicos nutriẽdam plurimùm pertinere,vt præficiatur Prælatus,quem totus conuentus, aut maior pars elegerit,ob idque id statutum fuisse in ca. *Adrianus.* cap. *Valentinianus.*[a] & alibi sæpe, multoque tempore obseruatũ. At quia id quodam respectu discordiam inter canonicos & monachos nutrire cœpit , cœperunt Romani Pontifices electionibus derogare, imò & quod multò durius est,ius præsentandi Abbates,& Priores Regibus & aliis dominis sæcularibus concedere contra plurimos canones [b] & alios, licèt illi frequentissimè ad ea præsentent viros totius religionis ignaros & ineptos,qui dum reditibus Abbatiarum, perinde ac suorum patrimo-

a 63. dist. & ca. cum dilectus. de cõsue. & ca. ne pro defectu. & c. ad nostram. & c. quia propter de elect.
b 62. distinct.

niorum vtuntur,maximam monasteriis discordiam, imo & ordini concitant,submurmurantibus , subclamãtibúsque monachis, aut canonicis nil eos religionem promouere, multùm eam suo sæculari exemplo impedire , omnia eos deuorare,deuastaréque , &c. quam,quæ grauissima est,discordiam diu, noctúque in choro , dormitorio, refectorio,locutorio , ac vbique locorum in monasteriis continuatam,sola diuisionis virtus sedare potest. In summa igitur concedimus conuenire vno respectu concordiæ , vt vnus solus in vno monasterio guberner, aliis tamen respectibus eidem concordiæ necessarium esse , ne vnus solus guberner, qui respectus in hac nostra ætate ferrea, vel potius fictili , maximè vigent,per quæ abunde responsum est primo argumento.

Ad secundum fatemur regulam Patris nostri Augustini iubere , vt omnia in eius monasteriis sint communia; negamus autem, quòd per hanc diuisionem quidquam alicui fiat proprium. Nulli enim proprietas rei alicuius per eam conceditur,sed solùm administratio fructuũ permittitur , quæ non solùm Priori , & Conuentui : sed etiam singularibus canonicis, non solùm à supremo Prælato , qui Papa est , sed etiam ab infimo Abbate iusta de causa concedi potest.[a] Neque putet Prior posse plus post hanc diuisionem de suæ partis fructibus donare , disponéreve,quàm ante illa poterat : non enim diuisio hæc facta fuit,quo Prioris potestas cresceret, sed potiùs, vt decresceret, quod latius in tractatu de redit. eccles. nuper longè post hanc disputationem composito efficaciter probamus. [b] Ne quis putet Conuentus aliquid aliud ei per hanc diuisionem in parte sibi deputata concessum, quàm quòd ita ipse Canonicis prouideat , ac Prior, dum omnes fructus ministrabat prouidere tenebatur : nihil enim aliud factum est , quàm translatio potestatis administrandi partem illam fructuum de Priore in Conuentum.

Ad tertium respondemus primò , q̃ licèt regula Patris nostri Augustini innuat solùm Prælatũ omnia monasterij bona gubernare debere, non tamen id iubet tãquam quod de regulæ sit substantia ; qualia sunt castitas , paupertas,& obedientia:ideóque fieri potest , vt absque læsione regulę,alia pars gubernationis alij monasterij officiario committatur,quod palam permittunt præfata duo cap. *Monachi* & *cum ad monasterium* ,[c] cum aliis ibi citatis. Secundo negamus iure constitutum esse, vt omnia solus Prælatus, sine consilio ac consensu Conuentus expediat, imò eo cautum est,vt ardua & aliqua alia , qualis est alienatio bonorum cum consensu,& aliqua cum consilio expedire teneatur, [d] id quod omnes Doctores passim docent. Et ita negamus Concilia, Pontificúmque decreta, quę post regulam emanarunt, iubere , vt solus Prælatus omnia negotia monasterij expediat. Quinimo multa sunt,quæ iubent expediri,cum conuentus cõsensu , multáque cum eius consilio : quin & Benedictus in sua Regula ita faciendum constituit.

Ad quartum concedimus non esse presumendum in dubio Romanum Pontificem,vllúmve aliumP rincipem vellẽ iuri alterius præiudicare:negamus autem non posse id facere : imo velimus nolimus fateri cogimur eum id facere posse,frequentissimóque facere, idque seruari oportere,cùm constat eam ei mẽtem esse. An non est præiudicium Conuentuum , quibus ius eligendi suum prælatum , tam multo canone competit, vt Rex Catholicus præsentet Prælatos in omnibus Hispaniæ Ecclesiis conuentualibus,quæ cõsistoriales sunt, cum vacauerint ? Attamen id Adrianus VI. gloriosæ memorię Carolo V. concesit , eiúsque maiestas ea concessione vsa est , & rectè , omnium Doctorum consensu, etiam in hoc ipso, de quo loquimur Roncæuallis monasterio : quia licèt princeps in dubio nullius ius lædere videatur , lædit tamen cùm est tale ius,in quo lędere potest,& constat eum habere animum in eo lædendi. Quare rectè post alios resoluit Philippus Decius, [e] illud vulgatum desumptum ex l. 2. [f] scilicet, Principis dispositio sine alterius præiudicio accipi debet:intelligendum esse de alio præiudicio , quã expresso. Itaque cùm constet Clementi VII. ac Paulo III. fuisse potestatem , & mentem derogandi Priorum Roncæuallis iuri quoad ea , quæ in præfata diuisione reperiuntur expressa , proculdubio iidem voluerunt in illis præiudicare Prioribus,ac præiudicarunt.

Ad quintum,negamus primum per hanc,de qua loquimur, diuisionem tantam in administranda Roncaualle præberi potestatem Canonicis eiusdem , quantam Prior habet. Tum quia nulli canonico vlla in id potestas per eam conceditur, licèt aliqua Conuentui eorum concedatur,non enim quod vniuersitati conceditur, singulis eius tribuitur. [a] Tum quia per eam Prior solus suam partem administrat, & solus potest exigere rationem à conuentu canonicorum de administratione partis eorum , & an rectè,an secus gesserint cognoscere , & ad soluendum reliqua cogere. Tum quia Prior exigere potest rationem à canonicis de administratione sibi commissa : cum tamen nullus canonicorum, neque Conuentus eorum de partis Priori deputatæ administratione vllam vllatenus rationem exigere aut petere possit. Secundò negamus etiam absurdum visum iri, vt Romani Pontificis auctoritate , & priuilegio de consensu Prælati , & Conuentus æqua potestas Prælato , & Conuentui in re monasterij administranda præberetur. Quandoquidem id iure fieri posset, quamuis fateamur absurdum esse , vt cessante priuilegio summi Prælati,qui Papa est,tanta sit potestas Conuentui, quanta prælato in re monasterij administranda. At nos nõ agimus de potestate Prælati,& Capituli,attento solo iure communi,sed attento illo,& diuisione prædicta Papæ auctoritate ac priuilegio de consensu Prioris , & Conuentus,imo & Regis confirmata:quo planè quintum soluitur argumentum.

Ad sextum negamus primum vllo iure caueri , vt religiosus in omnibus suo Prælato pareat, imo neque in omnibus licitis & honestis , sed solum in honestis , in quibus sua regula expresè , aut tacitè , directè , aut indirectè suo eum prælato subiicit,vt S. Thomas in eo ab omnibus receptus declarat. [b] Quare multa etiam licita velle potest religiosus sine vllo Prælati consensu: quale est edere,bibere,vestiri , ac alia id genus multa facere , id quod etiam Dominicus receptus [c] testatur. Deinde respondemus argumento,quòd maiore , ac minore simul iubentibus,maiori parere debet , & non minori. [d] At summus omnium Prælatorum Romanus Pontifex est. [e] Cùm ergo ipse per huius diuisionis confirmationem Conuentui canonicorum Roncæuallis faciat facultatem administrandi suam partem,contradicendique in eo suo Priori,iustè ac sanctè in administranda ea illi contradicere poterit: quia licèt in eo voluntari Prælati particularis non pareat, paret tamen voluntati Prælati vniuersalis,qui est Papa.

Ad septimum concedimus D. Franciscum antiquum Priorem non potuisse sua diuisione præiudicare successoribus:quia par in parem non habet imperium,iuxta cap. *innotuit.* [f] Negamus tamen id non potuisse facere Romanum Pontificem cuius auctoritate præfata diuisio confirmata est , confirmata , inquam , non in forma communi tantùm, sed ex certa scientia,& causæ cognitione præcedente,vt suprà dictum est.

Ad octauum concedimus , quæ subreptitia est , gratiæ impetrationem nil omnino valere : negamus autem confirmationem præfatæ diuisionis subreptitiè impetratam fuisse. Nil enim celatum fuit Romano Pontifici eorum quæ illi manifestanda erant. Nil item ei dictum,quod verum non esset. nam licèt non fuisset ei formaliter & expresè dictum , canonicos pluribus inuolutum iri negotiis,post præfatam diuisionem,quàm antea,dictum tamen fuit æquiualenter & tacitè, dicens enim expresè aliquid, satis dicit illud,quod ei necessario inest,argumento regulæ , *cum quid prohibetur.* ff. & decisionis *Rotæ.* [h] quæ habet Vrbanum Papam declarasse non esse faciendum in impetratione expressionem qualitatum communi iure inhærentium, tradit Felinus. [i] Et ideo licèt non fuisset Papæ dictum expresè, quòd per prædictam diuisionem dabatur canonicis libertas non obediendi Priori quoad aliqua , quoad quæ ante illam tenebantur, neque quòd imponebatur eis necessitas intrendendi animos ad plura negotia , quàm antea , tacitè tamen & æquipollenter hæc

a Ca. *qui manumittitur.* 12. qu. 2. & l. *in tantum.* §. *vniuersitatis.* ff. de ver. diuis.

a Ca. *Monachi. & c. cum ad monasterium. de stat. mon.*

b *In quæst. 1. mon. 30.*

c *De stat. monach.*

d Ca. *sine cessione. 12. q. 2. capit. nulli. de reb. eccles. nõ alien. c. nouit. & ca. quãto. & c. ea noscitur. de iis quæ fiunt à prælato cum aliis eis adnot.*

e *In ca. super eo. de off. deleg.*

f §. *si quis à principe. ff. ne quid in lo. pu. fi.*

a *Ca. cuncta per mundi. 9. quæst. 3.*

b *2. 2. q. 104. art. 5.*

c *In eod. c. religiosus. in argumento citato.*

d *L. contra pupillum. §. 1. ff. de re iud. & cap. si dominus. c. Iulianus. 11. qu. 3.*

e *Ca. cuncta per mundi. 9. quæst. 3.*

f *De elect. & l. penul. ff. de recep. arb.*

g *De reg. iu. li. 6.*

h *75. de reser. in antig.*

i *In ca. super literis. nu. 8. vers. Secundo regul. eod. tit. & Rot. 13. li. de præben. in antiquior.*

fuerunt illi dicta, quum potestas, & necessitas administrandi duas tertias partes fructuum sine Prioris consensu,illa necessario contineat.

Ad nonum concedimus Romanum Pontificem posse quidem reuocare hanc suam confirmationem petente id aliquo Priore,imo & motu proprio;sed negando quòd non debeat seruari donec eam reuocarit.

Ad decimum negamus,vllam per hanc diuisionis prę-
beri causam illicitè litigandi, quamuis ambitio, & cupiditas, aut Prioris, aut canonicorum occasionem arripere valeat, ex ea indebitè contendendi, quemadmodum & peruicacia,& temeritas multorum ex Ecclesiæ sacrosanctæ sacramentorum institutione causam arripiunt in ea debacchandi. Si enim D. Prior summo omnium Priori Papæ obediens,intra limites sibi ab eo præfixos se voluerit continere,& canonicorum Conuentus noluerit fines suos transilire,& vtrique sibi concessis contenti falces in alienas messes non miserint,nullæ tumultuosæ lites, omnia pax erunt tranquilla.

Ad vndecimum concedimus Don Franciscum à Nauarra,qui huius diuisionis fuit primus auctor, nõ potuisse successori ponere legem, quam ipse seruare noluit; imo neque legem,quam seruare voluisset, [a] potuisse tamen supplicare Papæ,vt sibi,& successoribus poneret legem,& modum, quem ipse, & illi seruare tenerentur, [b] ideóque fatemur hanc diuisionem, quatenus à prædicto D. Francisco tantùm emanauit, nil suos successores ligare, neque ipsummet D. Franciscum ligasse per supra allegata, [c] quatenus autem confirmata fuit à Papa ex certa scientia, & ab illo omnium religiosorum summo Prælato processit,cum irreuocabilis obseruantiæ clausula,ligasse tunc illum,eiúsque successores hodie ligare,iuxta Innocentium receptum. [d] Id autem quod argumentum tangit, nempe D. Franciscum suo tempore eam non seruasse, nobis non constat: quamuis pro satis comperto habeamus per citata, [e] eum non fuisse ad eius obseruantiam obligatum,donec eius confirmatio Papæ auctoritate illi addita fuisset, quoniam non potuit seipsum ligare:quippe qui super se iurisdictionem nullam habere potuit. [f] Simus item pauco tempore illum, postquam confirmatio facta fuit, Roncæualli præfuisse : quoniam paulo post eam factam in Episcopum Ciuitatensem assumptus, eam reliquit. Nec ignoramus parum, imo nil addi,aut tolli,diuisionis prædictæ robori, eo quod obseruata,vel violata fuisset illa à prædicto D.Francisco;quandoquidem firmum eius robur, non erat hauriendum ab eius obseruantia,sed à potestate,& voluntate Papæ.Credimus autem nec absre, prædictũ D.Franciscum seruasse quidem prædictam diuisionem aliqua ex parte à tempore diuisionis in tempus confirmationis, non tamen omnino : quoniam sciebat se ad id de iuris rigore non teneri,à tempore verò confirmationis seruasse illam omnino: quippe qui optimè nouerat parendum esse supremo Prælato, summóque CHRISTI Vicario præsertim post assensum ei præstitum.

14 Ad duodecim negamus primùm nullum Priorem, qui in hac Roncaualle resederit, eam diuisionem seruasse;seruauit enim eam,quantùm prædictum est, prædictus D. Franciscus, quem constat multo tempore in hoc monasterio resedisse. Negamus item id, quod hoc duodecimum argumentum præsupponit, scilicet, non potuisse acquiri possessionem vsus prædictæ diuisionis, [g] nisi aliquis Prior, qui in monasterio resedisset, eam seruasset.

Quandoquidem ad acquirendam eiusmodi rerum possessionem, non requiritur aduersarij præsentia, sed sufficit scientia,& patientia,iuxta iura, [g] vbi Bartholus & alij citati per Ripam, [h] quę in hoc casu affatim concurrerunt.

Ad decimum tertium respondemus, negando primò, quòd vllam talem protestationem,reclamationémve vlsus Prior aduersus præfatam diuisionem,fecerit. Secũdò, quòd esto facta fuisset, sublata esset per contrarium factum, quum protestatio cõtrario facto tollatur, [i] vt glossa, [k] cum Panormitano & omnibus scribentibus ibidem tradit. At manifestum est omnes post Præfarum D. Franciscum Priores, eam seruasse, licèt aduersus eam extraiudicialiter submurmurauerint, quod nil noceat, quominus possessio quæsita fuerit canonicis, siue eorum conuentui super eius vsu,vt palam est, nam protestatio alterius partis in alterius absentia,& ea inscia facta non prodest: imo neque facta ea sciente,si ei non consentiat. Nec in dubio præsumitur consentire,si sit ei damnosa, quæ communis resolutio est, relata & probata post alios à Felino & Decio. [a]

15 Ad decimum quartum concedimus non sufficere quo bonum sit opus, vt recta intentione animi fiat,si aliæ illi circumstantiæ desunt. Negamus tamen huic de qua loquimur diuisioni, defuisse aliquam, quæ illam efficeret iniustam,quod per dicta & dicenda constat.

Ad decimumquintum concedimus absolutè quidèm, ac simpliciter optimam regendi speciem esse monarchiam, qua Reges vtuntur, in qua solus vnus gubernat, solus omnia præcipit,& vetat, secundum Aristotelem receptum à Sanct. Thoma [b] licèt soleat in Tyrannidem degenerare, quæ est pessima species mali regiminis secundum eosdem, præsertim in principio quarti Politicorum. Concedimus item Patrem illum nostrum Augustinum per suam regulam significasse, vt in suis monasteriis potiùs Monarchia,quàm Aristocratia, vel Democratia, quibus aliquot vtuntur populi,seruaretur,verúmque esse id, quod antea diximus,nempe sanctius,commodiúsque monasteria gubernatum iri per vnum, quàm per multos, si prælati essent Augustini, & subditi Posidonij. At quia prælati longè ab Augustini, & subditi à Posidonij moribus degenerauerunt, & monarchiæ absolutæ omnium fere non mendicantium in tyrannidem degenerauerunt: ideo in quam plurimis, loco monarchiæ instituta est aristocraria,aut certè monarchia restricta, qua vnus de consensu multorum ad id deputatorum gubernat, quæ videtur quarta regendi species. cui accedit illa Regum ætatis nostræ qua de consilio multorum id faciunt. Quod ipsum faceret Pater ille noster,si viueret,suorúmque suæ ætatis monasteriorum statum cerneret,animaduerteréque Prælatorum ac subditorum, tantopere quæ sua sunt quærentium ambitionem, & cupiditatem : per hanc autem diuisionem non est sublatum omnino monarchiæ regimen à Roncaualle:sed solùm quoad administrationem duarum tertiarum fructuum Conuentui canonicorum,& hospitali deputatarum,quamquam longè sanctius erat,vt de eius qui nunc præest Prioris,& Regis consensu Romani Pontificis mutaret eam, etiam quoad tertiam priori deputatam:ita quòd nec Prior sine Conuentu, vel deputatis ab eo,neque Conuentus sine Priore impenderent, neque etiam Prior, & Conuentus simul nisi eis vsibus, in quas CHRISTI fideles huic monasterio sua bona donarunt, aut aliena legitimis modis ei procurarunt. Respondemus igitur in summa Monarchiæ quidem regimen absolutè, ac simpliciter omnium esse optimum regiminum, sed Aristocratiam, & Democratiam regimina secundum quid, & attentis certis temporibus, personis, & causis, eo esse meliora, quod in nostro proposito contingit quo ad duas tertias fructuum hospitalis & Capituli.

Ad decimumsextum negamus hanc diuisionem vllatenus esse causam, quare prior Roncæuallis non posit,si velit, optimam suæ villicationis reddere rationem Deo, & hominibus : quoniam non habet vllam villicationem, saltem immediatam, quoad tertiam Conuentui deputatam, neque quoad tertiam hospitali deputatam in solidum.Non tenetur igitur ipse reddere rationem de administratione immediata tertiæ Conuentui deputatæ, neque de tertiæ hospitali deputatæ solus, sed cum conuentu. Quare optimam Deo & hominibus suæ villicationis rationem reddet, si fructus tertiæ sibi deputatæ solus optimè in eos vsus, in quos debet, impendeit, & si vna cum Conuentu impenderit optimè, hoc est in solos eos vsus, in quos dantur fructus tertiæ hospitalis deputatæ, & si de administratione tertiæ canonicis deputatæ ab eisdem facta exegerit rationem optimè, hoc est nullas alias impensas, quàm factas in eos

vsus,

a *Cap. innotuit. de elect.*

b *Arg.c. proposuit. de cõcess. prabend.*

c *Nume. 9.*

d *In cap.1.de constit.*

e *In d. nu. 9.*

fl. pen. ff. de recept. arbit. & l. ille à quo. §. tempestium. ff. ad Trebell.

g *l.quoties.ff. de seruit. ad idmeta.l.2.C. eod.*

h *In rubr. de cauf. poss. & in c. cum ecclesia.eod tit.*

i *Cap. sollici tudinem. de appell.c.olim. cauſ.de cens. ea.cum M.de const.*

k *In ver. praiudicio.*

a *In d.c. cum M.de constit.*

b *3. Politic. lect. 6. & in 4. Polytic. lect.1. & lib. primo, de regimine Princip.3. 4. & 5. capitulis.*

a *Exod.c. 18.*

b *In l. si quis sub cond.ff.de condit.inst.*

c *Cap.nemo. 8.nullus.11.q. 3.*

d *Cap. cum medicinalis. de sententi.ex com.lib. 6.*

e *Arg.c.quatuor.& c. de rediitibus. 12. q.1. fl.in rebus.ff. de constit. Princip.*

vsus, in quos deputantur admittendo, reliquáque iubendo solui, & includi in trium clauium arcam, vt diuisionis habet tenor. Si item in reliquis, quæ per diuisionem nullatenus sunt mutata, ea quæ ipsius prædecessores tenebantur facere, optimè fecerit. Et quidem vix sine aliquo stomacho audire possumus, id quod aliqui Prælati aiunt: non possumus reddere rationem villicationis nostræ, si nos omnia soli & immediatè non tractemus. Tum quia id est contra expressam sententiam B.Benedicti in sua Regula. Tum quia facilius est reddere rationem de parte, quàm de toto. Tum quia non est possibile, vt omnia ipsi per se cognoscant, & non egeant œconomis,promis, thesaurariis,& aliis officiariis,& fecurius potest prælatus toti vni canonicorum conuentui, aliquotæ partis fructuum administrationem credere, quàm cuidam œconomo nescio cui. Tum quia, [a] ausus est Ietro dicere genero suo Moysi omnia per se tractanti,*stulto labore torqueris*,simul ei persuadendo, vt deligeret septuaginta viros, quibus cum sua onera partiretur. Tum denique quòd relinquitur eis facultas exigendi rationem ab ipso Conuentu de sua administratione , vtinam tam exactam, támque sanctam rationem de suæ partis fructuum impensa reddere possint nostri temporis Prælati inferiores summo omnium prælato Papæ, quàm exactam, sanctámque video reddi à quibusdam suis Conuentibus,de fructibus suæ partis impensis.

16 Ad decimumseptimum, concedimus minus quidem discedi à communitate antiqua per diuisionem in argumento descriptam,nempe, vt omnium bonorum administratio penes solum Priorem esset, ipse autem non posset suis, suorúmque vsibus plusquã tertiam partem omnium fructuum impendere, teneretúrque aliam hospitali, & tertiam Conuentui suo tradere,idque sub excommunicationis latæ sententię pœna.Concedimus(inquam)minus discedi à communitate antiqua per illam, quam per nostram. At negamus ex eo cõtinuo inferri non esse bonam, & vtilem diuisionem nostram, & minus eam esse inualidam: imo neque esse minus bonam, neque illam hac nostra meliorem: licèt enim respectu, quo per illam minus à regula & communitate discreditur, melior appareat illa: attamen hæc longè conuenientior apparet multis aliis respectibus. Primò quidem quòd licèt fere in tota Europa innumeræ diuisiones bonorum inueniantur inter Episcopos, & alios Prælatos ex vna parte, & sua Capitula, & Conuentus ex altera, nulla tamen, quod sciamus, inuenitur ad eum modum facta, & insolita eiusmodi, suspecta esse solent, iuxta glossam singularé adiũcto dicto Baldi. [b] Deinde quòd eadem fere incommoda cõsequuntur eiusmodi diuisionem, quæ cõsequuntur antiquã communitatem quoniam à Prælato,penes quem est tota omnium bonorum administratio, & à quo sunt distribuendæ partes Conuentui, & hospitali, non audebunt plus petere canonici,vel Conuentus eorum,quam si omnia omnino essent communia. Eadem enim fere pericula mentis, corporis, honoris,famis,& suis timeri possunt in petendis necessariis à Prælato potenti, nolentique dare,cui tota bonorum administratio hoc modo commissa est, ac in petendis ab eo,cui iuxta antiquam communitatem committitur. Tertiò, quòd timor excommunicationis paulò plùs retraheret Prælatum ab illicita detentione,vel vsurpatione,quàm timor peccandi mortaliter : quoniam peccatum mortale, ob quod solùm quis excommunicatur, [c] peius est excommunicatione, quæ in medicinam eius infertur. [d] Et ita Prælatus, qui peccatum mortiferum non timet, aut non putat se illud admittere, facilè deuorabit excommunicationem, vel non putabit illam incurrere. Quartò, quòd iure ipso satis statutum est teneri Prælatos opulentorum monasteriorum ad non impendendum plusquam tertiam partem fructuum suis vsibus, imò & ad non impendendum tertiam solis suis vsibus, & ad distribuendum plusquam duas de tribus suis Capitulis, siue Conuentibus, & hospitalitati,ac fabricæ, [e] attamen paucos quibus tota bonorum administratio est in solidum concessa, videmus id facere. Quinto, quòd ea quæ rectè sunt statuta, non debent sine vtilitate grandi, & euidenti mutari. [f] At nostra diuisio bene statuta est : quia non potest dici malè statuta

a *Llegata inutiliter. ff. de adimen. leg.cap.fin.de verb.signifi.*

b *De reddit. eccl.q.1.nuoua. 50.*

c *In cap. sicut hi.47.dist.*

abundans fis, indigentibus denegare: resurientium panis est, quem tu detines, nudorum indumentum est, quod tu recludis: & miserorum redemptio est, & absolutio pecunia, quam tu in terra defodis, tantorum te ergo scias inuadere sua bona, quantis possis præstare quod velis. Cuius tamen oris aurei aureum dictum temperandum est procedere, cum iustitiæ, vel caritatis legibus, ad id quis obligatur. Ita nunc quoque tertiæ partis, quam diuisio ei deputat, fructus eisdem solis vsibus debet impendere, & non aliis sæcularibus ac profanis, nec auarè retinere, & abscondere pro illis quibus thesaurizat, & congregat ea certo certius sciens se non esse vel vnius oboli eorum, quæ thesaurizat dominum liberum voto paupertatis solemni eum ad id omnino incapacem reddente. Ecce igitur totam aduersæ partis aciem, quam contra nostram diuisionem in campum produximus fusam penitus, & dissipatam. Ecce ipsam diuisionem defensam, quæ veluti quædam Marpesia cautes mediis in fluctibus immota manet in tuum gloriosissima Virgo mater, cui tota Roncæuallis militat cultum, & ad peregrinorum filij tui Domini nostri Iesu Christi in eam vndique confluentium hospitium augendum, Amen.

* Glorioſiſsimi Doctoris Ioannis Chryſoſtomi. *Hoc caput in nouo Decreto tribuitur S. Ambroſio, in ſermone de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio hominis cuiuſdam diuitis fructus vberes ager attulit. in margine etiam habetur. Ex Baſilij homilia in eundem Euangelij locum. In fine autem eius cap. ſic legitur. Tot te ergo ſcias inuadere bona, quot poſſis præſtare, quod velis, quamuis lectio hæc Nauarri in margine habeatur.*

SVMMARIVM.

18 Aedificia quæ dicantur pia in diuisione bonorum Roncæuallis.
18 Dicens de vno, de altero negare videtur.
18 Obediendum maiori iubenti contrarium ei, quod minor iubet.
19 Locare fructus ad triennium non est alienare.
19 Eleemosyna vt honestius fit in stumento, quàm in pecunia.
19 Humani moris est eum vereri, qui erigit & deprimit.
20 Regulares qui liberè contradicant prælato potenti, rari.
20 Procurator rei spiritualis potest esse laicus, sed non iudex.
21 Referens, non probat contenta in relato.
21 Administrat nemo bona alterius, eo quòd teneatur alere interdum eum.
21 Roncæuallis Prior petit rationem distributionum.
22 Roncæuallis Subprior à Priore & capitulo eligendus.
22 Vicarius prælati quis propriè, & quis impropriè.
22 Prioratus, vel subprioratus monasterij non vacat vacante illo.
23 Roncæuallis diuisio non tollit obseruantiam regularem.
23 Roncæuallis Canonico mortuo, cui cedat eius peculium.
24 Bonorum monasterij diuisio non tollitur Concilio Tridentino.
24 Priſtinum ad ſtatum reditus fauorabilis.
24 Reformatio intenta à Concilio Tridentino qualis.
25 Vita monachorum per portiones priuilegiatas an bona.
25 Contrarietas vitanda, quæ tamen non est in æquiuocis. num. 28.
25 Conſuetudo contra legem naturæ vel diuinam non excuſat: licentia verò ob eam præſumpta ſic. & num. 28.
25 Auctor cur noluit vti hac vita Canonicali.
26 Canonici regulares hac vita viuentes qui habiti pro ſanctis.
26 Regularis non peccat habendo peculiaria de iuſta licentia.
27 Regularibus ſingulis vt dentur ſingulæ portiones ſtatui poteſt.
28 Furtum non eſt acceptio de præſumpta voluntate domini.
28 Ioannis Gerſon liber contra Canonicos proprietarios, non eſt eius, nec vrget.

QVintò principaliter ex prædictis in proxima quæstione inferuntur 14. corollaria. Primum non esse mutandum in principio diuisionis quod prædicti Domini Priores cupiebant, nempe quòd soli Priori detur potestas administrandi, & imponatur necessitas distribuendi omnes fructus in tres partes per responsa ad 17. argumentum. [a]

a *Num. 10.*

18 Secundum corollarium, nil esse item mutandum in secunda declaratione prædictæ diuisionis, de illis verbis. *Fabrica autem comprehendit structionem, & refectionem, Ecclesiæ, monasterij, & hospitalis Roncæuallis, & Ecclesiarum, & locorum piorum, annexorum, sive intra sive extra Nauarram sint sita, ad quæ struenda sive reficienda ego scilicet Prior, aut successores mei teneremur, si nulla huiusmodi diuisio facta esset.* non inquam, aliquid est mutandum eo præcepto, quòd per nimium grauetur hospitale: quoniam & si multarum personarum, & rerum ac fabricæ sustentatio eius parti imponatur, non tamen tantùm, quantùm aliqui putant oneratur. Putant enim aliqui ad eius solius partem spectare omnia ædificia monasterij & membrorum eius, & omnes refectiones eorum, quod tamen secus est. Nam si satis ponderaueris verba illa, *Ecclesiæ, monasterij & aliorum locorum piorum*, facilè videbis, non omnia ædificia, sed tantùm ædificia vnius Ecclesiæ, monasterij, & ædificia aliarum Ecclesiarum hospitalium, & basilicarum, & aliorum similium locorum piorum & religiosorum ad hoc monasterium pertinentium spectare ad onus partis hospitalis, non autem aliarum domuum, prædiorum vallorum, cellarum vinariarum, hortorum & similium, quæ hic vel alibi habet hoc monasterium. Tum quia qui de vno dicit, de alio negare videtur. [a] Tum quia frustra de Ecclesia, & monasterio, & aliis piis ædificiis expresisset, si omnia in vniuersum ædificia comprehendere voluisset. Tum quia nec omnia ædificia pia quæ vellet Prior facere, aut reficere ad onus solius partis hospitalis pertinent: sed illa sola, ad quæ facienda teneretur ipse Prior, si diuisio hæc non fuisset facta. Ex quo subinferas, quòd ædificia, quæ Pampilonæ, Attarrabiæ, vel alibi vellent Prior, & Conuentus ad hospitandum, vel alios huiusmodi fines quamlibet honestos facere, non pertinerent ad onus solius partis hospitalis: quia illa non sunt pia, & religiosa. Non item constructio palatij, aut alicuius domus, quæ vel Prior, vel aliqui Canonici vellent sibi in hoc monasterio construere, quamuis ædificatio dormitorij, & refectorij intra hoc monasterium faciendorum, quæ iuxta Canones & regulam videntur necessaria ad ea spectare crediderim: quia illa satis dici possunt pia loca, quæ Prior olim tenebatur facere, si nulla diuisio huiusmodi facta esset. Non igitur alia indiget additione, aut mutatione diuisio nostra in prædicto versiculo, sed solùm prædicta, quæ iudicia est, intelligentia.

a *Ca. nonne. de præsumpt. & l. cum prætor. ff. de iudi.*

Tertium corollarium, non esse tollenda, vt præfati Domini cupiunt, illa verba posita in tertia declaratione, *per quæ solum sit Priori potestas suam tantùm partem administrandi*: quoniam etsi attenta sola regula & iure communi solus Prior omnes monasterij fructus administrare debeat, attento tamen priuilegio sedis Apostolicæ, quod per hanc diuisionem de consensu Prioris & Conuentus collatum est hospitali, & Conuentui, non potest iustè administrare nisi suam tertiam partem, etiamsi adeo bonus, ac ipse pater noster Augustinus esset: quoniam qui aliena vsurpat, manifestè peccat. [b] At constat stante prædicto priuilegio, administrationem Conuentui, & hospitali deputatam, esse quid alienum ab eo, quod D. Priori subiicitur. Nec est, vt quidam murmurant, contra obedientiam Prælati inferioris facere id, quod maior Prælatus præsertim supremus, qui Papa est, præcipit, imo Prælatus ipse inferior, qui suo religioso, etiam in suo monasterio iuberet aliquid contra id, quod à Papa iubetur, grande inobedientiæ peccatum admitteret iuxta ius: [c] & S. Thomam, [d] & facit l. *contræ pupillum*, [e] & notata in cap. *si episcopus*. [f]

b *Cap. pœnale. 14. q. 5.*

c *Ca. quiresistit. & ca. si dominus. 12. q. 3.*
d *2. 2. q. 104. art. 5.*
e *§. is qui ad maius. ff. de re iud.*
f *18. dist. & ecum parati. de appell.*

19 Quartum, non esse addendum in quinta declaratione id quod nonnulli procurant, videlicet, quòd nullius partis fructus possint vendi, antequá colligantur sine solennitate iuris in alienatione rei Ecclesiæ seruanda: quoniam nulla ratio posset assignari iuri consona qua Prior, hospitale, & Conuentus non possint simul, vel separatim suas tertias partes fructuum locare arrendaréve in vnum, duos aut tres annos sine solennitate in alienatione bonorum Ecclesiæ, vel minorum seruanda. Tum quia alienare fructus bonorum ad modicum tempus non est alienare bona. [g] Tum quia totus orbis Christianus seruat id, quod dicimus. Tú quia variis de causis cõtingere potest, vt necesse sit aut vtile vni prædictorú trium, vel omnibus simul locare, sive arrendare, sive in fictú dare fructus antequam colligantur. Et quidé non paruam causam dicerẽ otium, quod inde Canonicis ad cultum diuinú eueniret.

g *Ca. vestra. de locat. & clem. 1. de re. eccles.*

Tum

Tum quia Episcopi omnes suas fructuum decimarum quartas passim alienant sine vllo Rectorum, & aliorum beneficiariorum consensu, & è contrario Rectores, & alij beneficiarij suas fructuum medietates, tertias, quartas, nonas, decimas, vel decimas sextas: quamquam fateor sanctius fructuros omnes prædictos, si antequam fructus colligantur, non vendant eos, & sanctius, si nec post collectionem, donec tempus opportunum occurrat, præsertim si id illo fine differant, vt egentium necessitatibus prouideant, habeántque triticum, hordeum, auenam, & vinum, quibus pauperes & tenuiores iuuent opportuno tempore, & è quibus donent aliqua his honestioribus, quibus pecunia honestè dari non potest. Tum quia cum bono meliùs, & minus bonum detur, [a] non continuo sequitur, si hoc posterius est melius, illud prius esse malum, vel è contrario.

a *l. vbi aut non apparet. ff. de verborum obligat.*

Quintum corollarium, nullatenus conuenire, vt contra quintam declarationem Clauigeri, Commendatarij domuum, & alij officiarij in illa contenti à solo Priore deligantur. Tum quia id quod omnes tangit ab omnibus approbari debet. [b] At horum officia æquè hospitale, & Conuentum, ac Priorem contingunt. Tum quia experientia olim constitit canonicos & hospitale nihil penè, imo contemptui habitos à Clauigeris, & aliis officiariis, qui à solo Priore ponebantur, maioríque habitos fuisse ministros procuratorum & aliorum familiarium Prioris, quàm ipsos canonicos: vt enim habet cap. *visis*, [c] *humani moris est illum vereri, cuius iudicio ac voluntate quis nunc erigitur, nunc deprimitur.* Tum quia valde verisimile est pauca eos si à solo Priore essent eligendi facturos, omissúróue contra eius voluntatem, etiam si illa parum iusta, & multum contraria esset diuisioni: quod quædam tacita diuisionis destructio esset.

b *Capi. quod omnes. de reg. iur. lib. 6.*
c *16. quæst. 2.*

20 Sextum, id quod in eadem declaratione dicitur de suffragio Prioris, vt solùm sit duplo maius aliorum singulorum suffragiis, non tantùm esse intelligendum in grauibus negotiis, sed etiam in leuioribus, ita quòd nec illa solus Prior, vel eius vicarius de solo consilio Capituli, vel aliquorum seniorum possit expedire. Tum quia id iam statutum est, & quæ bene stant, non sunt, iuxta vulgare adagium, mouenda. [d] Tum quia, quod aliqui putant leue, potest esse aliorum iudicio graue. Tum quia raró venitur ad suffragia in rebus leuibus. Tum quia Prior, qui iustitiam amauerit, solúmque iusta voluerit, proposuerítque suo Capitulo probanda, facilè in suam trahet sententiam: vtinam tanto essent animo canonici, vt etiam in rebus leuibus Prælati voluntati diuinam præferrent. At eiusmodi religiosi coruis albis rariores esse solent: quandoquidem religiosorum pars Prælatis suis, præsertim potentibus, *ais, aio, negas, nego*, esse consueuerunt. Tum quia non est quare prælatus dedignetur facere suum Conuentum consortem sibi etiam in leuioribus, quum debeat esse totius gregis exemplar, & patientia, prudentia, & animi moderatione suos subditos longè superare, * iuxta D. Hieronymum, [e] & iuxta illud Symmachi, [f] *vilissimus, computandus est, nisi præcellat scientia, & sanctitate, qui esthonore præstantior.*

d *d. l. in rebus. ff. de cõst. prin. & l. minime. ff. de legib.*
e *Cap. licèt. 8. quæst. 1. & l. qu. 1. capit. vilissimus.*

Septimum corollarium, non esse tollendam Priori facultatem præstandi suum suffragium, ad negotia in prædicta quinta declaratione contenta per procuratorem laicum. Tum quia diuisio hæc cum causæ cognitione à Papa confirmata id habet: & constat Papam posse id statuere etiam si contra iura humana esset. [g] Tum quia iure cautum est posse laicum fieri procuratorem ad causas spirituales explicandas, [h] licèt nequeat esse Vicarius, aut iudex ad eas definiendas. [i] Tum quia diuisionis tenor non imponit necessitatem, sed solùm præstat facultatem Prioribus explicandi suum suffragium per procuratorem laicum: & fatemur sanctius facturos Priores, si per subpriorem aliúmve canonicum id fecerint, eóque nomine quàm plurimas gratias coram Deo & hominibus beneemerituros.

f *Capit. vilissimus.*
g *Ca. cunctapermũdum. 9. q. 3. & cap. proposuit. de concess. præb.*
h *Capit. 1. de procur. lib. 6.*
i *Capit. 2. de iudic.*

* Iuxta D. Hieronymum. *Caput licet non est D. Hieronymi, sed Origenis homil. 6. ad cap. 8. Leuit. habet autem hæc verba. Sciant omnes & certi sint, quia qui præstantior est ex omni populo, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium, &c. Quod autem ex Symmacho citatur, est in Epistola ad Laurentium Mediolanensem Episcopum, post sextam Synodum Romanam.*

Octauum corollarium, non esse addendum septimæ declarationi, *vt de residuo partis Conuentus accipiatur, quod opus fuerit in vsus hospitalis, & è contrario ex residuo hospitalis in vsus quibus pars Conuentus est deputata*: quoniam hoc effectu esset eas duas partes confundere, & in vnam redigere: quod longè à mente diuidentium fuit: esset Canonicis ansa malè curandi suam partem præcientibus ex hospitalis parte illis esse prouidendum cum sua non esse satis. Esset impedire Canonicorum augmentum, quod ex residuo illo Deo fauente, speratur. Esset minuere vires Conuentus ad se suámque partem modestè ac sanctè defendendam aduersus Priorum impotentem dominandi libidinem, quod vsus & experientia nuper non solum Legione in monasterio S. Isidori; sed etiam in hoc ipso Roncæuallis docuit, quàm sit necessarium. Posset enim Prior cum aliquibus sibi addictis efficere vt Conuentus pars tota exhauriretur in opera pia huius Conuentus, & tota æri alieno subderetur, vt Canonicos oporteret ferè emendicare, quò se suaque defenderent, vindicarentque.

21 Nonum, iustum esse dum durauerit modus viuendi, quem nunc Canonici seruant, & à tempore immemoriali seruarunt in recipiẽdo portiones priuilegiatas, vt charta, quam vocant rationis, cuius prædicta declaratio septima meminit, ostendatur, aut probetur, vt sciri possit; quantùm ipsis Canonicis, presbyteris, ac pueris, olim tribuebatur, & nunc sit tribuendum. Tum quia contenta in scriptura relata, non probantur per referentem saltem quum non exprimit illa. [a] Tum quòd Canonici animaduertere debent partem, quæ Conuentui deputatur, non deputari eorum singulis: sed omnibus coniunctim, & ideo nullus illorum amplius, quàm quod in prædicta charta continetur, potest ex ea parte sibi capere, aut impendere plus quàm alius presbyter, & extraneus posset, mandante id toto Conuentu.

a *Authen. si quis in aliquo documento. C. de edend. c. 2. de sed instrum. l. in testamento. ff. de cond. & dem. cum ei adnot.*

Decimum corollarium, non inferri id quod quidam colligunt ex octaua declaratione; videlicet Priorem solùm debere omnes totius monasterij fructus administrare, ex eo quòd illa contineat eum debere hospitali Conuentuíque prouidere, si qua sterilitate, aut casu contingeret suas partes eis non sufficere. Tum quia Romanus Pontifex clare contrarium de consensu Prioris & Conuentus disposuit, & in claris non est locus coniecturis. [b] Tum quòd alia via, quàm administrationis potest nosse Prior indigentiam hospitalis & Capituli, nimirum per potestatem, quam habet exigendi rationes à Conuentu & eleemosynario parti hospitalis præfecto. Tum quia non omnis, cui necesse est prouidere alteri, si egeat, potest ei suorum bonorum administrationem tollere: nam filius patrem egentem alere tenetur, [c] non tamen ob id potest ea ministrare, & ei eorum administrationem tollere, vt palam est.

b *l. continuis. §. cum ita ff. de verb. obl.*
c *l. si quis à liberis. ff. de lib. agnosc.*

Vndecimum, quòd non solùm debet D. Priori reddi ratio de tertiæ partis prædictæ fructibus, an prouidè sint collectæ, ac impensæ: sed etiam de omnibus, quæ habet Conuentus separata pro quotidianis distributionibus, & anniuersariis: imò & de omnibus aliis, quæ post diuisionem quæsiuit, aut quærit suæ parti peculiaria. Tum quia per nullam diuisionis partem tollitur Priori hæc potestas; & constat eam ad ipsum per ius commune & regulam nostram, & hoc cap. *nullam* pertinere. Tum quia si hæc ratio non esset reddenda Priori, nemo citra Papam eam ab eis exigere posset, quod valde durum esset. Tum quia interest plurimùm Prælati, & animarum donantium, relinquentiúmve, vt bona, quæ Canonicis in distributiones, & anniuersaria relinquuntur, debito modo distribuantur.

22 Duodecimum, quæstionis esse magnæ. An stante præfata diuisione Proprior, sive Subprior, seu Prior claustralis à solo Priore deligi debeat, an à Priore & Conuentu simul? Nam quòd à solo Priore fieri debeat, facit quòd Cardinalis Zabarella ait, quòd Prior in monasterio, vbi prælatus est Abbas, qui est idem quòd Prior, sive Subprior, in monasterio per Priorem gubernari

solito,

solito,est vicarius Abbatis, & ita Proprior Vicarius Prioris. At omnis Prælatus solus ipse vicarium suum facit. [a] Deinde quòd litera diuisionis habet, *officia quæ sunt intra corpus Ecclesiæ consueta dari canonicis à solo Priore esse conferenda.* At proprioratus officium intra corpus Ecclesiæ constitutum est, solitúmque dari canonico. Ergo illud à solo Priore damdum est. Quòd autem Prior, & Conuentus simul debeant illum eligere, facit primò, quòd à iure antiquo non est recedendum, nisi quatenus nouum exprimit. [b] At ante diuisionem ita fiebat, sine vlla contradictione, & post eam ita consuetum est, quoties oportuit id fieri, & talis consuetudo per nullam diuisionis partem sublata est. Deinde quòd magis oportet post diuisionẽ, vt Proprior, siue Subprior à solo Priore non ponatur, quàm ante illam. Tum quia Proprior est Præses capituli siue Conuentus, [c] & illius est proponere negotia Conuentui, ac proposita, & definita exequi: & ante diuisionem pauca negotia erant Conuentui, quæ ab ipso solo sine Priore tractari debebant, post eam autem plurima, quia omnia,quæ ad administrationem suæ partis peculiariter pertinent. Et ita oportet Propriorem minus pendere à Priore post diuisionem, quàm ante illam, eo quòd longè pluries oportet Conuentum obuiam ire suis Prioribus, & procuratoribus eorum, quàm ante illam. Tum quòd verisimile est,quòd Prior, si ei hæc facultas competeret, potius faceret Propriorem eum, quem sciret sibi morem gessturum, eiúsque nutui pariturum, etiam si vir exemplaris, & aptissimus illi officiò esset, quod continuam discordiam produceret,& esset quædam Ecclesiæ destructio: quod autem verisimile sit Priorem id facturum, si hæc illi facultas adesset, constat ex his, quæ nuper inuenimus & egimus in celeberrimis S. Isidori Legionensi & S. Mariæ de Parraces, monasteriis: qua ratione certè plurimum conuenit statui, quem nunc Ecclesia hæc post diuisionem habet, vt Propriorem eligatur à Priore, aut certè non ab eo solo, sed ab eo, & Conuentu. Et ita in omnibus Castellæ, ac Lusitaniæ illustribus monasteriis Proprior à solo Conuentu eligitur, & à solo Priore confirmatur, quod videre est Legione in S. Isidori, & Conimbricæ, in S. Crucis, & videre erat olim in S. Mariæ à Parraces ante illum statum reprobum, quem nuper auaritia duce Abbas & Conuentus assumpserunt,quem tamen propediem expulsum iri credimus: sed iam nunc longè post hæc scripta illius monasterij, quæ grandis erat maiestas, reditus magni alienis traditi sunt, exigente (vt opinor) canonicorum illius nimio in se amore, quod vtinam Deus bene vertat. Arbitror autem non esse iustum lege iustitiæ debitum, vt solus Conuentus Propriorem eligat. Tum quia nullo iure id probatur.

Tum quia id ante diuisionem ei non competebat: at per diuisionem nullatenus est ei data: credo tamen iustum esse, & iustitia debitum, vt à Priore & Conuentu simul eligatur Proprior.

Tum per regulam, *quod omnes tangit.* [d] Tum quòd ante præfatam diuisionem ita fiebat. At per eam nil videtur circa hoc mutatum: si enim per eam esset aliquid in hoc mutatum,maximè esset per illa verba supra pro contraria parte relata. *Officia,quæ sunt intra corpus Ecclesiæ consueta dari canonicis, à solo Priore conferantur.* At per illa verba nil est mutatum: quia ea non comprehendunt Proprioratum. Primo quidem quòd non dicit vniuersaliter omnia officia: sed indefinitè officia, & indefinita non æquipollet vniuersali, vbi ratio est diuersa, per glossam celebrem & ei annotata, [e] vt hoc casu est: quoniam alia officia à solo Priore dabantur ante diuisionem, proprioratus autem non, sed ab eo & Conuentu simul per electionem. Deinde, quòd à lege antiqua non videtur recessum, nisi quatenus inuenitur expressum. [f]

At in illis verbis nil de proprioratu inuenitur expressum. Tertiò, quòd per intellectus subauditos, non corriguntur leges anteriores, nec receditur ab eis, iuxta glossam celebrem. [g]

At si per præfata verba ab antiqua consuetudine recessetimus per intellectum subauditum, profectò recederemus à lege antiqua, quoniam, vt diximus, nulla est in eis verbis de proprioratu mentio.

Quartò, quòd clausula illa solùm agit de officijs, quæ sunt intra corpus Ecclesiæ solita conferri canonicis, non autem de officijs, ad quæ per electionem quis assumendus erat: cuiusmodi est proprioratus: nam iurisperitis, *dare beneficium* significat conferre, non autem assumere per electionem, & constat in materia odiosa, qualis maximè est correctiua, ac per consequutionem hæc, appellatione beneficij pertinentis ad dationem, vel collationem, non contineri id, quòd spectat ad electionem. [a]

Quintò, quòd phrasis ipsa illius clausulæ, dum ponit exempla, clarè indicat eam nullatenus agere de proprioratu: nam post verba præfata sic subdit exempla, *vt Præcentoria, Cameraria*, &c. At si auctor eius proprioratum voluisset includere ab ipso tamquam digniori incepisset exempla, & non à Præcentoria, sed quia nulla de proprioratu cura erat in illo proposito, cœpit à Præcentoria, quæ post prioratum prima esse credebatur ab auctore diuisionis, quam Salmanticæ fecit in hac Ecclesia, sicut & in Ecclesijs Cathedralibus Legionensi & Conymbricensi est prima post Decanatum.

Sextò, quòd facilè coniicitur, quòd nec primus diuisionis auctor, nec canonici ei consentientes aliquid circa hoc voluerunt mutare: nam sine vlla controuersia cum primo post eam vacauit proprioratus, ita omnio fuit electus proprior, ac ante diuisio nem eligi solebat.

Septimò, quòd per omnia sacra iurare paratus sum me,qui literam ipsam contexui,quique bona pars ad persuadendam diuisionem fui, nil de proprioratus prouidendi modo nos mutare voluisse.

Octauò,quòd intentio eorum, qui diuisionem persuasimus,non fuit addere priori aliquid potestatis,quod ante illam non haberet,sed tollere illa, quæ conseruando monasterio videbantur tollenda:& ita non potuit esse nobis animus addendi Priori hanc potestatem, per cuius additionem multum lædenda foret ea, quam nos concipiebamus,diuisio. [b]

Nonò, quòd ratio quare Commendarum, & aliorum officiorum canonicis conferri solitorum collationem soli Priori adiudicauimus, ea fuit, quòd etiam ante diuisionem eo iure vtebatur, & satis toleratur poterat, nec vllatenus diuisioni repugnabat. Potestatem autem conferendi alia officia, quæ non erant canonicis conferri solita, quam etiam constabat ad Priorem solum pertinere, restrinximus faciendo eam communem ei & Capitulo: quoniam alioqui diuisio vix durare poterat: qua eadem ratione etiam beneficiorum collationem fecimus communem alternatiuè: quoniam alioqui presbyteri, clauigeri, & alij officiarij, & amici clerici parum Conuentui fauissent, eíque parum æqui stetissent: qui ergo fieri potest, vt hi quorum proposita vna cum proposito primi Auctoris diuisionis erant, frænare, & non laxare Priori potestatem quoad administrationem, laxaremus in eo potissimùm,quòd diuisioni, & restrictioni maximè cupitæ conseruandæ maximè foret incommodum? Non obstant illa duo,quæ pro parte contraria supra attulimus: nam secundum quod in litera diuisionis fundabatur, latè sublatum est per prædicta.

Ad prius autem respondemus, duo genera esse vicariorum,vnum eorum, qui propriè sunt vicarij, de quibus titulus de officio vicarij tractat,& qui mortuis,aut priuatis prælatis principalibus desinunt esse vicarij ipso iure, iuxta glossam singularem & vltimam, [c] vbi etiam id adnotat Francus Alterum eorum qui dicuntur metaphoricè Vicarij, eo quòd aliorum vices supplent. Quomodo Archidiaconus appellatur nonnumquá vicarius Episcopi, [d] & Archipresbyter, [e] quorum officium non expirat, nèc suspenditur ipso iure, propterea quòd officium eorum, quorum sunt vicarij suspendatur, vel vacet: & de huius generis Vicarijs est proprior in monasteriis, vbi est Abbas,& Prior,siue Subprior, in eis quæ per Priorem solent gubernari: quin & notorium est in hoc eodẽ monasterio alterum esse Propriorem, siue Subpriorem, vel Priorem clausttalẽ,de quo multa glossa Guilhelmi de monte Lauduno, [f] & alterũ vicarium Priori seu locũ tenentẽ eius, ex

quo

quo alibi multa quotidiana inferebamus: quorum vnum est proprioratum non expirare mortuo Priore, quod vbique receptum est, & seruatur, satisque probatur in clem. *ne in agro.* [a] Alterum eum non ita poni & deponi, vt vicarij alterius generis, qui propriè vicarij sunt, & ponuntur, & deponuntur à principali. Ideóque non sequitur. Proprior est vicarius metaphoricus Abbatis. Ergo ab eo debet constitui. Si igitur huius articuli conclusio, quòd vtile, imo necessarium est diuisioni præfatæ seruandæ, vnde monasterij conseruatio pendere videtur, vt Proprior à solo Priore non ponatur, & deponatur, vtilissimum, vt à solo conuentu eligeretur, & à solo Priore confirmaretur, iustum autem vt à Priore, & Conuentu simul eligatur, vt ante diuisionem eligebatur.

Decimum tertium corollarium est, iustum, & æquum esse id, quod noster Dominus Prior prætendit, videlicet per hanc diuisionem non tolli necessitatem seruandi obseruantiam regularem in prædicto monasterio: quia per eam nil tollitur de essentialibus illius, neque de accidentariis, neque de iure communi, nisi pauca, quæ ex ipsa diuisione colliguntur: nil etiam tollitur D. Priori de iurisdictione sua contentiosa: quia per eam neque minuitur, neque augetur illa, imo tanta ei omnino competit, quanta competiisset, nulla facta diuisione. Dixi (*de iurisdictione*) quia de bonorum administratione multùm detrahitur: quoniam ante diuisionem omnia bona solus administrabat, & omnium bonorum fructus solus impendebat iuxta tenorem huius capituli. Post diuisionem autem prædictam restricta est hæc potestas ad tertiam partem fructuum suæ mensæ deputatam, ita quòd nil saltem immediatè administrare potest de fructibus Conuentui & hospitali deputatis: quamquam rationem exigere poterit de eorum administratione, & compellere ad deponendum reliqua in arcis, quæ per diuisionem ad id paratæ esse debent. Dixi etiam (*de iurisdictione contentiosa*,) nam de voluntaria detractum est aliquid: quoniam beneficiorum collatio ad iurisdictionem voluntariam pertinet secundum glossam communiter receptam, [b] & de beneficiorum collatione multum ei detrahitur per decimam quartam diuisionis declarationem à Sede Apostolica approbatam.

Decimum quartum corollarium, quæstionis esse, an illa tertia peculij Canonici demortui, quæ debet cedere Conuentui,iuxta duodecimam diuisionis declarationem, ita debeat diuidi inter ipsos canonicos, vt singuli, suas singulas partes suis peculiaribus vsibus applicare valeant, an ita quæratur tertiæ parti Canonicorum, vt debeat reseruari cum residuo illius ad idipsum ad quod illud est seruandum? Et quidem arbitror ita cedere Conuentui, vt diuidi debeat inter canonicos, quo singuli sui singulis vtantur partibus, saltem dum vtentur eo modo viuendi, quo hactenus à tempore immemoriali vixerunt, & nunc viuunt, videlicet accipiendo certam quantitatem tritici, vini,& cæterarum rerum necessariarum pro victu, & certam pecuniæ numeratæ pro vestitu. Tum quia prædicta duodecima declaratio non habet, vt illa tertia pars quæratur arcæ Capituli, vel patri Capituli. Tum quia etiam tertia pars, quæ cedere debet Priori, ita quæritur Priori, vt non teneatur ex eo augere prioratum quo plus reddat, sed potiùs ita vt ipse possit eam suis vsibus impendere: & eadem determinatio pluribus applicata eodem modo illa determinat, [c] & eodem modo loquitur illa clausula de Priore ac de Conuentu, per hæc verba, *Quæ deinceps canonici morientes reliquerint, diuidantur æqualiter inter Priorem, hospitale, & Conuentum.* Tum quia ante diuisionem Prior, cui totum quærebatur, totum suis vsibus impendebat. At per diuisionem nil aliud in hoc factum est, quàm quòd tertia pars quæreretur Priori, & aliæ duæ tertiæ hospitali, & Canonicis: & ita videtur, quòd quemadmodum ante diuisionem solus Prior totum suis vsibus impendebat, & sicut nunc post eam de sua tertia idem facere potest: ita & canonici de sua tertia idem efficere valeant: quia surrogatum sapit naturam eius, in cuius locum surrogatur. [d] Tum quia ita intellexisse videntur diuidentes, & diuisionem suadentes. Equidem ipse, qui literam diuisionis contextui, ita intellexi, & ante omnia mens, & voluntas disponentis est attendenda. [a] Posttremo, quòd Legione in S. Isidori monasterio, cuius diuisionem bona ex parte imitati fuimus ita hoc seruatur, nec abs re; iustum enim est vt *qui fuerunt socij passionum, sint etiam cõsolationum,* secundum Apostolum, [b] relatum in cap. 1. [c] vtque qui maximè demortui animæ sunt suffragaturi, habeant quoque monumentum, quo id merito meminerint. Quoniam autem ferè semper, quoties aliquis canonicus moritur, aliquot eius consanguinei, aut famuli relinquuntur inopes & destituti, eo quòd canonicus ægrotus nil potuit eis relinquere, sanctum esset, vt D. Prior distribueret, quibus eorum videretur dimidium suæ partis, & Conuentus dimidium suæ. Mouet ad hoc, quòd ante hanc diuisionem solebant Priores, quibus tota canonicorum demortuorum peculia cedebant prædictis destitutis ea nunc omnia, nunc eorum partem, amore Dei distribuere.

Sexto principaliter succedit quæstio; An esto prædicta diuisio, & aliæ similes ante Concilium Tridẽtinum factæ valuissent, sint tamen per illud reuocatæ?

24 Et pro parte quidem affirmante neruosè facit primò, quòd prædictũ Concilium, [d] sic habet, *Omnes regulares, tam viri quàm mulieres, ad regulæ quã professi sunt præscriptũ vitam instituant, & componant, necnon ad communem vitam, victum & vestitum conseruanda pertinentia fideliter obseruent,* hæc ibidem. At in confesso est secundum omnium regularum præscriptum originarium, nullam bonorum vel fructuum diuisionem esse debere inter Abbatem, & Conuentum, imo omnia debere esse inter eos communia, vt latè probauimus in d. commentario cap. *non dicatis.* [e]

Secundo facit,quòd huius capituli contextus,& quartum notabile inde supra collectum probant totam administrationem tam temporalem, quàm spiritualem pertinere ad solum Abbatem,Priorem, vel alium Præfectum qui pro Abbate habetur,secundum primum prædictarum regularum statum,ad quem iubet reduci omnes regulares prædictum Concilium.

Tertiò facit, quòd nil videtur prodesse diuisionibus prædictis,quòd sint factæ auctoritate Papæ & priuilegio eius: quoniam prædictum Concilium tollit omnia priuilegia concessa regularibus circa illa capitula, quæ statuit in prædicto tit. [f] vt videre est in illius vlt. cap. & diximus in Manua. Confess. [g]

Quarto, quòd amplianda sunt ea, quæ rem faciunt in suam pristinam naturam redire, [h] vbi Iason congerit in hoc aliqua, & prius Felynus. [i]

Pro parte verò negante facit primò, quòd partem affirmantem consequeretur maxima confusio, discordia,& scandalum plurimarum Ecclesiarum etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, in quibus ab antiquissimo tempore,cuius initij non est memoria; alia bona spectant ad Archiepiscopos,Episcopos, Abbates,& Priores: & alia ad eorum Capitula, & Conuentus. Consequeretur item sublatio omnium Dignitatum, & Personatuum, puta Prioratuum, Archidiaconatuum, Præcentoriarum, Thesauriarum, & similium; imo & omnium beneficiorum regularium saltem manualium, quum certum sit, nulla talia vllis singularibus competiisse, in primordio regulæ; & ita bona ex parte tolleretur clem. 1. [k] & cap. *ad nostram.* cap. *ad audientiam,* [l] quæ videntur absurda, & ideo non dicenda. [m]

Secundo, quòd lex, cuius finis est bonum commune, iuxta cap. *erit autem,* [n] cum adnotatis eibi, & à S. Thom. [o] non intendit inducere malum commune, qualis esset præfatorum confusio & dedecus, ac scandalum inde secutura.

Tertio facit,quòd etiam consequeretur destructio omnium reformationum elaboratarum ordinis S. Benedicti, S. Bernardi, & Hieronymi, in quibus magno conatu inductum est, ne Præfecti sint perpetui, sed tantum triennales; & ne soli pro solo suo arbitratu, iuxta huius cap. tenorem gubernent monasteria & prioratus, nec fructus eorum impendant, sed cum consilio & consensu aliquorum, quos alibi consiliarios,alibi discretos, alibi definitores appellant, constat enim secundum originarium,

statum

a *Arg.c.1.& c.licèt.& vltim. de offic.vic.lib.6.*

b *l. præcipimus. C. de appell.*

c *Ca.cum ad monasteriũ. §.prior autẽ. de stat. monach.*

d *Lib. 6.*

e *Cap. vt vica. de elect. li. 6.*

f *d.l. præcipimus. C. de appell.*

g *Ca. cupientes. §. quòd si per viginti. de elect. lib. 6.*

a *Capit. cum illis. §.1. de elect. lib. 6. & clemen. 1. de præb. adiuncta. glo.*

b *Arg. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. & c.fi. de verb. signif.*

c *Clem. fi. de procur. & ca. 1. de offi. vic. lib. 6.*

d *Ca. 1. de of. Arch.*

e *Capit. 1. & toto tit. de of. Arch. presb.*

f *In principio extrauag. execrabilis. Io. 22. quam habet inter communes in titul. de præb. verb. priora-tus.*

a *§. si quis. vers. Abbate. de stat. monach.*

b *In c. nouit. de offi. legat.*

c *l. iam hoc iure. ff. de vulgari.*

d *l. si eum. §. qui iniuriã. ff. si quis cau. & cap. eccles. vt lit. pend.*

a *l. in conditionibus. ff. de condit. & demonst. & ca. fi. de præb.*

b *2. ad Corinth. 1.*

c *De sepult.*

d *In cap. 1. & 2. de regul. cess. 25.*

c *Notab. 2. 12. q. 1.*

f *De regul.*

g *Ca. 27. nu. 190.*

h *Cap. ab exordio. 35. dist. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.*

i *In cap. cum omnes. nu. 8. de constit.*

k *De supplend. neglect. prælat.*

l *De constit. viii.*

m *Lnã quod absurdum. ff. de bonis l. ca. diuidum. de prab. lib. 6.*

n *4. distinct.*

o *1. 2. qu. 90. art. 2.*

ſtatum regularum, Præfectos eſſe debere perpetuos, & totam adminiſtrationem debere ad eos ſolos pertinere: conſequeretur item deſtructio bonæ partis reformationum ordinum militiarum, ſecundum quas alia pertinent ad Magiſtros, alia ad Capitula illorum, alia ad Commendatores maiores, alia ad minores, alia ad Priores, & Conuentus eorum, quæ ſecundum præſcriptum originarium regularum S. Auguſtini, & S. Benedicti, vel Bernardi, quas ipſi profitentur, nullatenus illis peculiaria eſſe deberent.

Quartò facit, quòd non præſumitur Papa, vel Concilium, cuius caput eſt ipſe, velle vnico verbo delere tot diſpoſitiones in ſe adeo iuſtas, vtiles & vſitatas, vt in ſimili dixit Imperator, [a] & Pontifex maximus. [b]

Ad primum igitur argumentum pro contraria parte propoſitum reſpondeo quod mens Concilij non fuit decernere vt ſtatus religionum reducantur ad primam omnimodo formam, præſertim iure communi, vel auctoritate Papæ relaxatam, vel mutatam, ſed ſolùm ad eam, quæ habet vt tria ſubſtantialia vota ſeruentur, & vt nullus ſimplex regularis habeat quicquam proprij quoad dominium, neque quoad vſum aliter quàm regula permittit, vt ex tenore tam capitis primi quàm ſecundi, ſatis colligitur. Primum enim caput ſolùm habet in ſumma, vt religioſi tria ſubſtantialia vota obſeruent, & alia ad communem vitam, victum, veſtitum conſeruanda pertinentia. Secundum verò caput totum tendit ad hoc, vt nullus ſimplex religioſus habeat quicquam peculiare aliter, quàm regula permittit, vt ex eodem conſtat. At per præfatas diuiſiones nihil contra vllum trium votorum ſubſtantialium, neque contra pertinentia ad communem vitam inducitur: non enim diſponitur per eas, vt aliqui regulares habeant aliqua ſingulariter quoad dominium, neque quoad vſum aliter quàm regula permittit, neque vt comedant, vel veſtiant ſingulariter & ſeparatim, ſed ſolùm Præfectis conuentualibus tolliatur aliqua pars adminiſtrationis, & additur alia Capitulis & Conuentibus quæ non ſunt ſingulares perſonæ, ſed vniuerſitates, quarum bona vel adminiſtratio non pertinet ad aliquos earum, ſed ad totas eas, [c] & ita non ſunt contrariæ præfatis capitulis Concilij intendentis prouidere, ne ſimplices monachi habeant aliqua peculiaria, nec viuant ſingulariter, & ſeparatim aliter, quàm regula permittit.

Ad ſecundum, colligitur reſponſio ex primi ſolutione, videlicet, quòd Concilium ſolùm intendit reducere regulas ad obſeruantiam trium votorum ſubſtantialium, & modum viuendi communiter, & non tenenda peculiaria aliter, quàm regula permittit, & non ad modum adminiſtrandi ſolis Prælatis conceſſum.

Ad tertium concedo, quòd prædictum Concilium derogat priuilegiis Papæ, quoad ea quæ ibi conſtituit, & intendit conſtituere: ſed negando quòd diuiſiones prædictæ ſint contra ea, quæ Concilium voluit decernere, vt per ſolutionem primi conſtat.

Ad quartum concedo, fauorabilem quidem eſſe reditum ad priſtinam naturam: ſed negando quòd ſit ampliandus vltra intentionem eius, qui reditum præcipit, quum voluntas, & mens diſponentis omnia gubernet. [d] Quare non eſt, cur trepidet quoddam Capitulum, ne ſuus Prælatus hac via tollat ſibi duarum tertiarum partium ſuæ ſcilicet, & hoſpitalis ac fabricæ adminiſtrationem, offerendo ſe ſuam tertiam partem velle in commune conferre, quo ſolus omnium adminiſtrationem haberet, vt quod vna via ſibi prohibetur, alia conſequatur, contra regulam, *cum quid.* [e]

a *In l. ſiquādo. Co. de inoffi. teſtamē.* b *In c. Eccleſiæ veſtræ. de elect.*

c *Capit. qui manumittitur. 12. qu. 2. & l. tantum. §. vniuerſitatis. ff. de ver. diuiſ.*

d *l. cum pater. §. duleiſſimis. ff. de leg. 2. & cap. fin. de reg. iur. li. 6.*

e *De reg. iur. lib. 6.*

De ſtatu vulgari Canonicorum Regularium Hiſpaniæ, an & quomodo ſit tolerabilis.

25 SEptima principalis quæſtio ſit illa quotidiana, & à nemine, quod ſciam, ſatis æquè tractata, an debeat cenſeri damnatus & infernalis, vt quidam aiunt, an probatus & tolerabilis ſtatus ille Eccleſiarum & monaſteriorum ſiue canonicorum regularium, ſiue monachorum, in quibus certa portio panis vini, & reliquorum neceſſariorum pro victu, & certa quantitas pecuniæ pro veſtitu diſtribuitur aliàs per portiunculas quotidianas, alibi per portiones menſtruas, vel annuas: ita quòd nil vltra teneantur eis Eccleſiæ & monaſteria ob vllam neceſſitatem tribuere, nec contra ipſi teneantur eis reſidua reddere, ſed ſuo commodo, vel damno ea reſeruent vel inſumant; modò nil profanè impendãt, & reſidua in vſus pios conuertant.

Nam pro parte affirmante quòd ſit damnatus, & infernalis, faciunt illa 18. fundamenta, quæ ſupra, [a] induximus contra diuiſionem tripartitam adminiſtrationis fructuum bonorum Roncæuallis.

Secundò, & grauius, quòd videtur ſecum pugnare contra *l. vbi repugnantia,* [b] & cap. *ſollicitudinem,* [c] eſt enim ſtatus cuius profeſſores carent proprio, vt patet ex regulis omnium religionum, & habent proprium, vt palam eſt ex propoſitione quæſtionis & eorum viuendi modo.

Tertiò facit, & adhuc grauius, quia videtur repugnare legi naturali, & diuinæ. Naturali quidem, quæ iubet promiſſa præſtari. [d] Diuinæ verò, quæ præcipit vota reddere, [e] & qui ſunt in præfato ſtatu promiſerunt, & vouerunt viuere ſine proprio, & nunquam viuunt abſque illo.

Quartò facit, quòd nullo alio modo excuſari poſſunt à peccato mortali, quàm virtute antiquæ, vel antiquiſſimæ, vel immemorialis conſuetudinis, vt omnes videntur confiteri. At non poſſunt tali conſuetudine excuſari: quia nulla cõſuetudo poteſt excuſare à peccato mortali agentem aliquid contra legem diuinam, vel naturalem, imo dicitur corruptela, [f] & conſuetudo prædicta eſt contra legem illam naturalem & diuinam. *Vouete Domino & reddite,* & relatam in d. cap. magnæ.

Quintò facit, quòd multi hanc partem aſſeuerant, de quibus eſt Illuſtris Ioannes Gerſonus Cancellarius olim Pariſienſis qui in prima parte libelli profert 29. argumenta deſumpta ex regula B. Auguſtini, & in 2. circiter 15. decerpta ex ſacris & iuris Pontificij litteris. Sed & ipſe, quum nimio rogatu ſuſcepiſſem habitum regularem in præfata Roncaualle, quod recuſabam facere ob id, quòd in ea ſtatus in quæſtione propoſitus ſeruabatur, proteſtatus fui, me numquam accepturum portiones illas peculiares, & priuilegiatas in victum & veſtitum, quod ad vnguem ſeruaui, eo quòd mihi non erat gratus huiuſmodi ſtatus.

Pro parte verò negante faciunt primò illa, decem fundamenta, quibus fulta fuit præfata diuiſio Roncæuallis. [h]

Secundò facit, quòd plurimæ fuerunt Eccleſiæ ampliſſimæ, & etiam hodie ſunt in Hiſpania, in quibus eiuſmodi ſtatus ſeruatur, quarum de numero eſt Metropolis Cæſarauguſtana, & Cathedralis Pampilonẽſis, in quibus à tempore immemoriali ſic viuitur, & in quibus vixerũt noſtra ætate, & ante illam viri tam iuris diuini, quàm Pontificij callẽtiſsimi, & vita integerrimi. E quibus fuit ille B. Martinus, qui Legione in valde illuſtri monaſterio S. Iſidori pro ſancto colitur, & oſtenditur, & celebris ille magiſter Epila miraculis clarus in monaſterio S. Mariæ del Pilar præfatæ Cæſarauguſtæ, & durum videtur cõcedere, quod tot viri adeo eruditi, & moribus probatiſsimi, tanto tempore, & tot confeſſarij eorum omnium aliorum ordinum, & tot Epiſcopi & Archiepiſcopi, quin & tot Papæ ſcientes illud fuerint damnati, & quotidie damnentur, alij quidem tamquam facientes, alij verò tamquam conſentientes, tot, tantis, & tam manifeſtis peccatis mortalibus, tot Regna, Ciuitates, & Oppida maculantibus.

Tertiò facit, quòd Ioannes Maior opinionum præfati Cancellarij alioqui defenſor acerrimus, hanc non defendit, dicens, [i] nolle illam affirmare, quia probare nũ poſſet.

Quartò facit, & fortiùs, quòd nullus religioſus dicitur habere proprium, & peccare contra votum paupertatis ſolemne, eo quòd de licentia iuſta de cauſa data habeat aliquid ad vſus cõmunitatis, vel ſuos peculiares honeſtos, neceſſarios, vel conuenientes, vt probamus latè in comment. cap. *non dicatis.* [k] At in propoſito ſtatu, & viuendi modo, nemo habet quicquã ſine licentia ſupremi Prælati, qui eſt Papa, vel alterius ſui particularis, neque cum eorũ licentia, niſi quoad vſus cõmunitatis, vel ſuos peculiares, honeſtos, neceſſarium, vel conueniens. Ergo nemo illorum contrauenit voto, & legi, de non habendo proprio.

a *Eo. nu. 8.*

b *ff. de reg. iur.*

c *De appell.*

d *Capit. 1. de pact. ca. iuramenti. 22. q. 5.*

e *Ca. magna. de vot.*

f *Cap. mala. c. fruſtra. 8. d. c. fin. de conſuetud. cum ei adnot.*

g *Pſal. 75.*

h *Supra eod. num. 9.*

i *In 4. d. 38. qu. 2. col. 6.*

k *12. qu. 1. not. 2.*

Quinto, quòd nemo non concedit licere regulari habere de licentia expreſſa, vel tacita Prælati aliquid ſuis vſibus peculiaribus deputatum, & adeo quidem, vt nulli ſint hodie in vlla religione, etiam Franciſcanorum, qui appellantur de Obſeruantia, vel Capucini, qui non habeant aliquid ſuis peculiaribus vſibus deputatum, puta, breuiarium, diurnale, veſtes, cingulum, calculos precatorios, imo etiam calceos coriaceos, ligneos, vel canabæos, exceptis; paucis & hoc non alta ratione, quàm quia id habet, & tenet de licentia prælati expreſſa, vel tacita. Ergo eadem ratione debet concedi, quòd liceat eis aliquid amplius tenere ratione ægritudinis, vel ſtudij, vel muneris prælegendi, vel concionandi, vel alia, quæ prudenti viro videatur iuſta: & conſequenter, quòd tribuatur eis pro victu vnius, vel alterius diei, vel menſis, vel anni, quo, vel quibus iter facturi ſunt, vel foſſuri, vel vindemiaturi vineam, vel meſſuri ſegetes, vel negotiaturi negotia ſibi licita: & eadem ratione ſi cauſa iuſta, vel inopiæ, vel alia id depoſceret, fieri poſſet eis facultas quærendi ſibi ſingulatim, à cognatis vel amicis, vel mendicando neceſſaria ad ſuos ſingulares vſus edendi, bibendi, vel veſtiendi, donec communitas conſequeretur facultatem, eam illis ſuppeditandi.

Sexto, quòd nemo negat iuſtè poſſe Prælatum concedere alicui ſuo regulari facultatem illam, vel illam eleemoſynam faciendi, quam ipſemet facere poſſet; & qua ratione poteſt eam dare vni, poteſt dare duobus, tribus, & pluribus, & facere ſingulos eorum adminiſtratores ſingulorum aureorum quotannis in eleemoſynas, & vſus pios, in quos ipſemet Prælatus poſſet illos ſanctè impendere: & conſequenter eadem ratione ſi facultates monaſterij ſuppeterent ad hoc vt Prælatus poſſet 200 aureos in eleemoſynas elargiri, iuſtè poſſet. 20. canonicis ſuis tradere illos, vt ſinguli eorum denos in eoſdem vſus impenderent: & conſequenter iuſtè poſſet eis concedere, vt ſuos calceos iam atritos, camiſias, & alias veſtes laceras, & quidquid ſupereſt de his, quę diſtribuuntur ipſis in veſtes, calceos, & aliquem alium vſum honeſtum, diſpendant in pauperes, aut alia pia. At ſtatus in quæſtione poſitus effectu nihil aliud habet, quàm quòd regulares de licentia prælati ſupremi, vel alius ſpecialis habeant adminiſtrationem aliquarum particularum fructuum bonorum monaſteriorum in ſuos honeſtos, & pios vſus. ergo ille non eſt reprobus ſed iuri conſonus.

Septimo facit, quòd palam eſt, quòd Abbates, & Priores conuentuales regulares, qui & ipſi regulares, & monachi ſunt, [a] habentes multa ſuis vſibus peculiaribus deputata [b] non peccant contra votum paupertatis, iuxta ea quæ latè tradidimus in d. comment cap. *non dicatis,* [c] quia illa non habent, vt propria quoad dominium, ſed tantùm quoad adminiſtrationem: & idem eſt dicendum de Prioribus & aliis beneficiariis regularibus etiam manualibus, & ad nutum amouibilibus, iuxta clement. 1. [d] ergo eadem ratione iuſtè poſſunt habere propoſiti ſtatus canonici vel monachi regulares, qui licèt non ſint capaces dominij, ſunt tamen adminiſtrationis, vt diximus in dicto comment, cap. *cui portio.* [e]

27 Octauo facit, quòd Ioannes Andreas [f] efficaciter concludit licere ſtatutum, quòd ſingulis monachis dentur 10. ſingulis annis pro veſtitu, inſinuans eadem ratione poſſe ſtatui, vt certa quantitas daretur vnicuique eorum quotanis pro victu: & quod haberent portiones priuilegiatas, & Calderinus [g] reſpondit, in hæc verba. *Profeſſi poſſunt de licentia prælati habere libros, veſtes, & pecuniam, ad vſum ſuum, non per modum vſus fructus ſed inquantùm ſua expoſcit neceſſitas poſſunt poſtidere ad vſum ſuum, etiam tempore vitæ ſuæ: & de eadem licentia talia mobilia poterunt: non tamen ſuo nomine emere, vel vendere, ſed expendere pro ſuis veris neceſſitatibus, non autem aliàs pro debito voluntatis. Et ratio, quia ceſſante rei dominio, ſiue proprietate, & vſufructu, ceſſat dicta prohibitio: quia per hoc ceſſat materia, ſuper qua edita erat,* [h] *Item per hoc quòd nõ ſuo nomine, ceſſat id quod poſſet opponi, quòd videtur fruiſ: quia nulla conſtitutio verat, quin res, quæ vſu conſumitur vt veſtes, libri, & pecunia pro eius neceſſitate poſſint de licentia prælati habere: imo permittitur* [i] & Paulo poſt. *Et nedum poteſt prælatus in hac licẽtiam dare: imo debet prouidere, vt in neceſſitatibus*

a *Cap. fin. de ſimon.*

b *Cap. abbates 18. q. 2.*

c *Not 2.*

d *De ſuppl. negl. prælat. & ca. cumad monaſteriũ. §. tales. de ſtat. monach.*

e *Nu. 31. In mere. regul. non eſt obligatorium. de reg. iur. libro 6.*

f *Conſt. 2. de regul.*

g *Argum. ca. fi. & hoc diximus. 10. quæſt. 7. & capit. abbate. de verborum ſignificatione.*

h *In d. c. non dicatis.*

a *Argum. capiſcopus ecleſiaſticarũ. 12. quæſt. 1.*

b *Argum. capiſi ſecula de magiſtr.*

c *Quæ incipit ad Conditorem.*

d *Argum. capit. quod pro remedio. 1. queſt. 7.*

e *Capit. ſtatuit & fin. de reſtam.*

f *§. ferro. & ſeq. de verb. ſign.*

g *Caſſio 88. 1. part.*

h *Colum. 4. iume 6.*

i *In reg. non eſt obligatorium de regulis iuris lib. 6. in Mere.*

k *Capi. eccleſiarum. 12 lit. ſi dent. & in l. ſi rem. & pretium. ff. de petit. hered.*

l *In ca. cum ad monaſterium prædilegat.*

m *Qui clerici. vel vouent.*

n *ff. de pecul.*

o *De ſtat. re.*

p *In ca. cum ad monaſterium. de ſtat. monach num 8.*

q *De vit. & honeſt. cler. in capit. ſuper eod. de reg.*

r *In capit. nã, de conſtit.*

s *In capit. edocert. de reſcript.*

t *De panit. in antiq.*

v *In cap dilectus. 2. de præſcrib. (ſaculta.) ibi, alij contrà.*

x *Num. 31.*

faciat eleemosynam, vel aliud pium opus, vel non nisi vsque ad certam quantitatem de superfluo sine licentia particulari Prælati ad vnguem seruent illam.

Quartum, quòd Prælati saltem tacitè ei modo viuendi consentiant, vel consentire debeant, quod addo propter dicenda infra.

Quintum, quòd iusta de causa fiat prædicta licentia expressa, vel tacita per dicta in d. comm. ca. *non dicatis.*[a]

a *Num. 22.* Sextum, quòd non contradicant reformationi legitimæ auctoritate legitima faciendæ. Dixi, *legitimæ*, ob dicenda infra.[b]

b *Eod.* Non obstant adducta in contrarium, non quidem primum continens illa, quæ contra diuisionem prædictam fuere adducta: quia dilui possunt, vt supra in fauorem illius fuere diluta à nu. 11.

Ad secundum autem respondetur negando, quòd prædictus status secum pugnat: non enim vt argumentum præsupponit, illius professores carent proprio, & habent illud accipiendo proprium vniuocè, sed tantùm æquiuocè, carent enim proprio, quatenus proprium sonat dominium, id est facultatem disponendi de re perfectè, & etiam quatenus sonat vsum sine iusta licentia Superioris: habent autem proprium, quatenus proprium sonat peculium, seu facultatem administrandi de iusta licentia rem alienam. Repugnantia autem & contradictio requirit vniuoca, iuxta Aristotelem,[c] nō enim sunt contradictoria *canis latrat*, intelligendo de cane animali, & *nullus canis latrat*, intelligendo de sydere cœlesti, quod canem vel caniculam appellant.

c *In li. Peri herm.* Ad tertium verò negatur, quòd prædicti status professores non seruant votum paupertatis solenne quod vouerunt, eo quòd de licentia suorum Prælatorum habeant administrationem aliquorum fructuum suorum monasteriorum: quia vorum non extenditur ad illud, sed solùm quo ad hoc, vt nihil habeant quoad dominium etiam de licentia Prælatorum, neque quoad administrationem sine illa expressa vel tacita, vt latè probatum est in d. com. cap. *cui portio*,[d] & prædicti status professores, quidquid habent, habent, de licentia prælatorum suorū tacitè vel expressè concessa per titulos beneficiarios, vel officiarios, vel alios, consuetudine, vel licentia generali, vel particulari aliqua iusta de causa præstita.

d *Num. 15.* Ad quartum, quòd est Achilles aduersæ partis, respondeo concedendo quidem nullam consuetudinem legi naturali, vel diuinæ derogare, nec excusare à peccato contra illam agentem, negando tam en prædictos prædicti status professores se excusare propter consuetudinem: quia non se excusant ex illa, sed ex licentia Prælatorum præsumpta ex ea, quod longè aliud est: sicut amicus Petri colligens aliqua poma quotannis vel quolibet mense, hebdomada, vel die in horto eius scientis, & non prohibentis sine vlla expressa licentia, non excusatur à trangressione septimi præcepti per consuetudinem furandi, sed per licentiam tacitam ex ea resultātem, qua fit, ne collectio illa sit furtū.[e]

e *Arg. l. inter omnes §. reēte ff. de furt.* Ad quintum, quòd parum vrget auctoritas Gersonis, & illa multa, quæ in libello supra citato, citantur. Tum quia, vt præfatio libelli præmonet ex stylo & doctrina deprehenditur non esse illius. Tum quia totum pondus in hoc fere solo consistit, quòd regularis non potest habere proprium, quod nemo negat, intelligendo de proprio quoad verum dominium, vel verum ius vsus, fructus, vel vsus, quoad vsum sine iusta licentia superioris, & nemo non negat intelligendo de proprio quoad ius administrandi de licentia iusta prælatis: ita quod difficultas solùm consistit, an regulares prædicti status possint habere & habeant iustam licentiam administrandi illas portiones, de quo infra. Protestationem autem de qua supra tractamus,[f] non feci ego, quòd putarem statum canonicorum Roncæuallis esse reprobum, sed quia longè melior erat, quem ipse concepi, quemque seruaui eo facilius, quòd cathedrarum salariis in Academiis celebribus viuens illis portionibus non indigui.

f *Nu. 25.*

SVMMARIVM.

29 Regularium modum viuendi per portiones priuilegiatas 14. *causæ iustificantes.*
29 Regularium perfecta communitas hanc discordiam, negligentiam, & hæc murmura parit.
29 Publica minori curæ saltem quoad intensionē fit, quàm propria.
30 Vitæ mutatio difficilis.
30 Consueta non ob quamlibet vtilitatem maiorem mutanda.
30 Abstinentiæ, sobrietatis, parsimoniæ, ieiunij occasio est facultas relinquendi sibi aliqui de impendendis.
31 Castitatem parit abstinentia, sobrietas, & facultas relinquendi sibi aliqua de insumendis.
31 Corio de alieno corrigiæ longæ.
31 Finis principalis actus virtutis non debent esse temporaria.
31 Otium tollendum & eius occasio est interdum communitas.
32 Canonicorum regularium status viuendi per portiones priuilegiatas an liceat post Concilium Tridentinum, quod nouem dictis resoluitur.
33 Legis transgressio quò clarior, eò peior.
33 Legis humanæ difficilis transgressio, quæ non est mortalis.
34 Causa potentior producit effectum maiorem.
34 Reformatio facienda cogendo in mare per fluuium.
35 Scandalum quando vtilius nasci, quàm veritatem relinqui.
36 Regularis assuetus viuere per portiones priuilegiatas iussus à suo prælato illas omittere, an & quando peccet?
36 Reformatori quali necessario obediendum.
37 Regularium saltem canonicorum viuentium per portiones priuilegiatas, quæ reformatio videtur expediens.
37 Reformatio huiusmodi canonicorum quales ministros peculiares & communes, & in quæ eis permittere posset.
37 Regulari in Ecclesia clerici seculares, vt assumi possunt.
38 Professionis & habitus diuersorum qui simul esse possunt.
38 Regulari Ecclesiæ an vtilius eligere presbiteros.
38 Regularibus Canonicis Capellanis, & Choralibus adiutoribus quanta portio, & qualiter danda.

29 OCTAVO principaliter succedit quæstio ad prædicta necessaria, scilicet esto prædictus status licet iusta de causa: an vlla talis, & quæ Occurrere possit?

Respondeo posse occurrere aliquas, quæ saltem coniunctæ sufficiant. Prima vitatio discordiæ, quæ nascitur ex prælatione æqualium, iuxta illud glossæ celebris,[a] scilicet *etiam asinus intumescit, dum per comparem videt se apprehendi.* & frequens, imo quasi perpetuum est aliquos communitatis melius aliquibus aliis eiusdem tractari etiam communiter mendicātes, & indenasci murmura, querimonias, & inuidias; quæ satis præsensit etiam ipsemet P. Augustinus in suis collegiis nascitura, per ea quæ citata fuerunt supra[b] præsertim[c] ibi. *Si super indumento inter vos contentiones & murmura oriuntur, & conqueritur aliquis se deterius accepisse quam prius habuerat, & indignum se esse quod non ita vestiatur vt alius frater vestitur, hinc vos probate quantum vobis desit in illo interiori sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis.* Per quæ colligitur, quod etiā ipsomet Augustino viuente & præsidente aliqua huiusmodi murmura nascebantur, quæ sedantur quando certæ res eiusdem quantitatis, & qualitatis singulis perscribuntur.

a *Leg. prima §. veteres. ff. de acquirenda possessione.*
b *In 4. not ab.*
c *Cap. 9.*

Secunda, sumptus euitatio: nam viginti in perfecta communitate degentes longe plus insumunt, quàm totidem seorsim pro arbitrio suo: sibi vestes, vinum, & edulia parari facientes; modo impensa communi ea parari faciant: nam in communitate perfecta, qualis & quanta pars gallinæ, capi, hœdinæ, ceruinæ, vel cuiuscumque obsonij propinatur vni, tanta est singulis aliis propinanda, & qualis placenta, pyrum, pomum, vel species fructus apponitur vni, talis est singulis apponenda, idémque de iurulentis & aliis, quæ in prima, secunda & tertia mensa pónuntur, idem de calceis, caligis, & aliis omnibus vestibus faciendum est. & memini, quod quidam reformatores volentes reducere ad perfectam communitatem quasdam moniales, quæ victitabant quidem in eadem mensa ex eadem culina, & ex eadem cella Penuaria, & Vinaria, sed facientes præparari singulæ pro suo quæque arbitrio panem, vinum, & obsonium multum, aut paucum, non potuerunt eas ad eam reducere: quia compererūt eas ad id egere plusquam tertia parte, eius quo honestè, & sua parte contentæ in illa imperfecta conuiuebant: ad vestiendum se autem ex communi vestiario egere plus

circiter

circiter dimidio eius; quo seorsim vestiebantur, naturale quippe vitium est negligi, quod communiter possidetur,[a] & ideo quùm de communi cellario victitant, plus vt plurimùm panis, vini, obsonij, & fructuum apponitur, plus editur, & bibitur, minus reliqui fit, minúsque custodiatur, maior cura est nouorum, & politiorum calceorum, & caligarum, minor seruandi, & farciendi rupta: nec dicas S. Augustinum voluisse, vt communia magis curarentur, quàm propria. Tum quia aliud est id eum voluisse, aliud id ab aliis præstari: nam & communi lege omnes tenemur anteponere publica priuatis,[b] Deus tamen nouit, quotusquisque id præstet, præsertim quoad intentionem, licèt præstet quoad firmitatem ratio quidem & nouus homo id volunt. At sensualitas, vetus homo fomésque peccati in contrarium trahunt.

a *Leg. 2. C. quando, & quibus quarta pars debeatur lib. 10.*
b *Cap. licèt. cum suis concord. de regulari.*

Tertia causa, quòd in excipiendis hospitibus multò magis & maiore cū murmure impenditur, magis quidem quia plures & opiparius suscipiuntur, & tractantur, maiore vero murmure, eo quòd œconomus alacrius excipit suos & suorum amicorum cognatos, & amicos, quàm alios aliorum, qui ob id murmurant, quæ cessant cum singuli suos seorsim suscipiunt, & alunt.

Quarta causa, quod difficilis est mutatio vitæ,[c] vnde lex & consuetudo recepta non est ob quam libet vtilitatem mutanda, sed solum ob maximam, & euidentem[d] cuius rei rationem tradit de more pulchram S. Thomas[e] & Aphorismus Hippocratis mutationes censuit periculosas, qui non latuit Ioannem Andream in c. cum consuetudinis. de consuetud. vbi aptús in hoc textus cum gloss.

c *§. 1. auth. de monach. coll. 1. t.*
d *Leg. 2. ff. de const. prin. & c. ridiculum 11. dist.*
e *1. 2. q. 97. art. 2.*

Quinta causa, priuilegium Apostolicum verum, vel præsumptum ex tempore immemoriali iuxta ca. *super quibusdam,*[f] quo modus prædictus viuendi fuit inductus, aut approbatus. Nec obstat dicere, quod Papa legem diuinam, quæ paupertatem votam iubet seruari, tollere non valet: quia vt prædictum est, prædicti canonici, vel monachi solùm vouent viuere sine proprio absolutè quidem, quoad dominium: quoad ad ministrationem autem facti vel iuris, conditionaliter, nisi de licentia Superioris, & qui regularis habet prædictum priuilegium verum, vel tacitum à Papa, habet consequenter prædictam licentiam, quum ipse sit prælatus verus omnium tam prælatorum, quàm subditorum regularium, g etiam immediatus, vt etiam est cuiusliber alius Christiani secundum S. Thomam, receptum, h quem inter alios citat Felinus, i tribuens illi contrarium, vitio, vt puto, typographi, ob quod noster Ioannes Lupus grauiter alibi erratit.

f *De verb. sign. & l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quot. & æstiuis.*
g *Ca. cuncta per mūdum. 9. q. 3.*
h *In c. 67. contra errores Græcorum.*
i *In cap. 1. de cens. §. in. 7.*

Sexta causa excusatio cuiusdam magnæ indecentiæ, quæ qua vidimus quosdam opulentissimorum monasteriorum, qui longè lautius comedunt, bibunt, & vestiuntur, quàm aliquot sui amici, vel cognati, petere ab eo aliqua necessaria ad emendum papyrum, & atramentum, libellos, & calculos præceptorios, & alias id genus reculas, quibus humana fragilitas eget.

Septima causa, facultates iuuandi cognatos pauperes, præsertim scholasticos & orphanos: complures enim immo fere omnes canonici regulares prædicti status iuuant huiusmodi cognatos, de his, quæ reliqua faciunt ex portionibus sibi præscriptis, longè pauciora impendendo suo vsui, potui, & vestitui, quàm impenderent, si ea ex communi acciperent sine vlla facultate reliqua faciendi sibi & suis aliqua.

Octaua causa, occasio quæ inde insurgit ieiunandi, & sobrie, abstinenter, castè, & simpliciter viuendi: ieiunandi quidem, quia vt consuetudo, quæ in plurimis diuersoriis habet, vt hospes incœnatus tantùm soluat quantùm cœnatus, est causa, quòd ieiunia præceta frangat, & consuetudo contraria. quæ est in aliis, est causa, vt multi ieiunent etiam non præcepta: ita præuisio quod incœnato cedent, quæ cœnaturus erat, solet esse occasio ieiunandi, & consequenter non cœnandi, vel non edendi, vel[g] non saltem tantùm, ei qui præuidet se aliquid sibi per id reliquum facturum. Sobriè autem, & abstinenter viuendi, eo quòd præuisio quòd edēda, bibenda, & vestienda sibi cedent, qua parte illis pepercerit, mouet quem ad abstinentiam & sobrietatem circa ea seruandam. Quod autē generet & promoueat castitatem, probatur ex eo, quòd omniū maximè eam ingenerant & promouent abstinentia, & sobrietas, iuxta illud hymni Primæ. *Carnis terat superbiam potus, cibique parcitas.* Ergo id quod causa fuerit abstinētiæ, & sobrietatis, erit profecto & castitatis, a Quòd etiam causam præbet simpliciter viuendi, palam est ex illo Adagio. *E corio alieno corrigias longas.* siue *De cute non propria scinditur absque hria,* Quo significaturparcius nos insumere ea, quæ nostra sunt, quàm quæ aliena, qualia sunt communia pertinentia ad vniuersos, & nō singulos, & ita conuenit simpliciores mensas, & vestes habituros regulares, qui viuunt de portionibus sibi assignatis, quàm qui de communibus.

a *Arg. cap fi. de immun.*

31 Nona, quòd monachis, quorū aliqui otij notantur. aliqua honesta occupatio, & exercitatio præbetur, dum additur cura parandi sibi necessaria, & faciendi reliqua nepotulis pauperibus & orphanis, aliquibusque aliis vsibus piis quæ otij vitatio monacho est vtilis iuxta illud Hieronimun ad Rusticum Monachum relatū. in cap. *nunquam,*[b] *Semper te diabolus occupatum inueniat: & illud Ouidij Otia si tollas periere cupidinis artes.* Non obstat his quòd omnia hęc propter Deum & rectam rationem sunt facienda, & non propter quærenda bona, præsertim tam pauca, temporaria, & facultarem faciendi prædicta: quoniam licet temporaria non debeant esse finis principalis alicuius actus virtutis, vt resolutius quàm alij super tradidimus,[c] possunt tamen esse finis minus principalis, & causæ impulsiuæ ad incitandum animos in actus virtutum, quorum finis principalis esse nequeunt, quæ Catholica & sancta conclusio est, & tradita à nobis ibi, & alibi frequenter.

b *De cons. distinct. 5.*
c *In cap. cum minister. 23. q. 5. num. 39.*

Decima causa, vtilitas & honor monasteriorum: nam huiusmodi libertas & administratio paruula, quę parū occupat, & multùm quietat, est causa impulsiua, vt multi eruditi, & moribus probati ingrediantur monasteria, quæ alioqui nullatenus ingrederentur, quis enim doctus, & probè moratus, qui multa monasteria multorū ordinū in locis placidis, & amœnis sita patent, ingrediatur, monasteriū in vertice montium, niue, gelu, & frigore hortentium, perpetuo in eo victurus, nisi aliqua huiusmodi libertas impellat? Equidem scio quedam monasteria ornari viris cicuratis, probis, & doctis, ad Theologiæ, vel vtriusque, aut alterius iuris gradus euectis ob prædictam, licèt paruam libertatem. in quæ alioqui ob durum & rigidum situm vix ingrederentur agrestes, qui latinè satis callerent.

Vndecima, fauor & vtilitas virtutis, & literarum: multi enim se probitati & litteris dedunt, sperantes quod etiamsi alia remedia defuerint, ob suam tamen probitatem, & eruditionem eligentur ad Ecclesias regulares, quarum professores huiusmodi libertate vtantur, in quibus honestam & quietam vitam perpetuò degant.

Duodecima, vt etiam hoc nomine resultet pulchritudo Ecclesiæ ex religionum conuenientia, & varietate, & diuersitate, iuxta illud,[d] *Astitit Regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circundata varietate.* nimirum vt sint nonnulli, qui nihil habeant quoad verum dominium, neque quoad ius administrandi, nec in particulari, nec in communi, quales post Concilium Tridentinum soli sunt Franciscani, qui de Obseruantia, & Capucini dicuntur, & alij, qui habeant ius administrandi in communi, & non in particulari, quales sunt omnes alij iure communi, & alij sint, qui habeant ius administrandi ea, quæ suo victui sunt destinata in illum honestum. & alios pios vsus tantùm.

d *psal. 44.*

Decimatertia, quòd per hanc rationem viuendi, qua inter sodales diuiduntur onera, tollitur aliquibus occasio excusandi se ab officiis diuinis, & contemplatione secreta, causantibus se obrui cura & onere prouidendi sibi, & aliis.

Decima quarta, quòd hoc est in causa, cur in multis Ecclesiis non deliguntur in Canonico pueri, rustici, & ignorantes, & ad negotia ecclesiæ spiritualia, & temporalia inhabiles, sed solum nobiles, presbyteri, Doctores, Licentiati, vel Bacalaurei ad concionandum, & regendum habiles, quales visuntur in ecclesia Cæsaraugustana, Pampilonensi & in Roncavalle & aliis. Hæ certè causæ saltem omnes videntur constituere vnam iustam, qua de reprobabiliter credi potest, prædictum statum esse iustum, imo & aliquo nomine iustiorem communi-

tate perfecta, & saltem eiusmodi, vt probabiliter credi posit esse iustus, & consequenter talis, cuius professores salui fieri possint, licèt per se non sit vsque adeo perfectus a cest ſtatus communitatis perfectæ, apud eos, qui tanta caritate se diligunt & colunt vt sine murmure eam obseruent: quamuis subodoror non esse huiusmodi plures quàm oportet, ob quod ipse ter vel quater Regio iussu missus ad visitandum tria valde illustria & opulenta canonicorum regularium hoc modo viuendi virentium monasteria, non fui ausus illum reprobare, sed solùm reformare, quò perfectæ communitati, quàm maximè posset sine scandalo appropinquare. quod plurimis eruditis & piis æquum visum fuit, & in hunc diem videtur.

32 Nona quæstio principalis succedanea est, esto liceat prædictus ſtatus ob prædictas causas omnes coniunctas vel aliquas earum, attento solo iure communi antiquo, an etiam post Concilium Tridentinum liceat? Et facile cuipiam videri potest non licere. Primo quia illud [a] statuit, vt omnes regulares tam viri, quàm mulieres, ad regulæ quam professi sunt præscriptum vitam instituant, & componant. At omnes regulæ omnium religionum etiam canonicorum regularium, quæ omnium videtur laxissima, [b] habent præscriptum, vt regulares viuant sine proprio, non solùm quoad dominium, sed etiam quoad vsum peculiarem, & quòd omnia habeant communia. [c] Ergo omnes etiam Canonici regulares debent viuere post illud sine vlla propria & peculiari re. & idem Concilium [d] habet, vt nullus Prælatus vlli regulari cõcedat bona ſtabilia etiam nomine monasterij possidẽda: & quòd mobilia vndecumque quæsita ſtatim tradantur Superiori: ergo non licet post illud Concilium vti hac libertate. Sed quia sunt alia in contrarium mouentia, arbitror posse teneri sequentia. Primum prædictum ſtatum non esse iudicandum reprobum, donec per Superiores reformetur, & ad originariam obseruantiam reducatur. Tum quia verba illa prædicti capituli. *Omnes regulares vitam suam instituant & componant*, significare videntur prius esse instituendam, & componendam, quàm teneantur seruare, & idem significant verba illa, *Omnia cura, & diligentia à superioribus adhibeatur*. Tum quia non pertinet instituere, & componere ad singulos, sed ad Prælatos, & vniuersos, siue Capitula, iuxta cap. *cum omnes*. de constit. cum glossis & ei adnotatis: & ita singulares excusarentur à peccato, donec illa institutio & compositio fieret, nec per eos impediretur. Non obſtat, quòd Cardinalis, [e] super illis verbis. *Si quis habet aliquid proprium, incontinenti resignet*. dicit quòd ſtatim, ac rescierunt regulares illum canonem fuisse editum, tenebantur resignare sine aliqua præmonitione: & quòd in [f] Concilio Tridentino eadem fere verba ponuntur ibi. *Et mobilia vndecumque quæsita ſtatim superiori tradantur*. Non, inquam, hoc obſtat, tum quia alij, vt ipsemet Cardinalis ait, præmonitionem requirebant. Tum quia in Concilio Tridentino præmittuntur ſ verba quæ significant debere præcedere institutionem, & compositionem vitæ, vt prædictum est. Tum quia par est credere quod non fuit partitum illi ſtatuto generalis Concilij iuxta expositionem Cardinalis sicut nec Cócilio Tridentino hactenus est ita paritum. Tum quia alioqui omnes ferè omnium ordinum etiam Capucinorum peccarent mortaliter & maior pars eorum peccat nunc, quum vix sit vllus, qui post publicatum Concilium ſtatim tradiderit, nec nunc tradat omnes res suas peculiares, vestem, calceos, brachas, cingula, calculos & libellos precatorios, & contemplatorios, atramentarium, pugillares, & alias reculas, superioribus suis.

Secundo, quòd peccant superiores negligentes instituere & cõponere siue reformare, & magis contrauenientes reformare volentibus, & etiam singulares impedientes ea: quia contrauenit menti & verbis Concilij, quòd est peccatum. [h]

Tertio, quòd magis adhuc peccant, qui post reformationem, eam non seruant: quia clarius legem transgrediuntur, [i] & clarior transgresio cæteris paribus maior est quàm dubia: [j] adeo quòd non est mortale transgredi ius humanum male intellectum secundum Innocentium, [k] quando id contingit propter magnam difficultatem & subtilitatem eius, vt sentit Baldus, [a] relatus à Felino. [b]

33 Quarto, quòd prædicti Superiores non videntur teneri ad reducendam eamdem omnino formam, quæ in principio regularum obseruabatur: tunc enim nulla vestis, nullus liber, nullus calceus, nulla denique alia res erat peculiaris, vt colligitur ex viginti, & amplius locis regulæ B. Augustini notatis à Ioanne Gersone, seu ab alio quisquis fuerit auctor prædicti libelli contra canonicos proprietarios. [c] At nunc etiam quique reformatissimi monachorum, habent non solum prædicta peculiaria, sed etiam cellas, & sellas, claues, lectos, & id genus alia, & satisfacere videretur, qui suos ordines reformarent ad præscriptum horum qui à sapientibus censentur satis reformati argumento illius. *Qui nimis emungit, elicit sanguinem*. [d] relati, in cap. *denique*. [e]

34 Quinto, quòd cum ex causis, cunctis religiosis communibus prædicta peculiaria omnibus permittantur, iuste posset alicui ordini, monasterio, vel alicui personæ singulari, aliquid aliud permitti ex particularibus causis in eis concurrentibus: quia à potentiori causa maior effectus producitur. [f]

Sexto, hoc consequi quòd si Ecclesiæ cathedralis, vel alterius splendor, & consuetudo antiqua, quæ sine scandalo multorum non posset vna vice eradicari, requireret, vt aliquod alia peculiaria relinquerentur, possent iustè illa relinqui sine violatione Concilij: in quod facit responsum illud sapientissimi, prudentissimique Cardinalis Caietani ad Prouincialem Lusitaniæ consulentem super reformatione Dominicanorum illius Regni, scilicet, *Coge intrare mare per fluuium*. significans paulatim, & suauiter si fieri posset, & non vno impetu, & ex abrupto vltimam reformationem esse inducendam, vt multa, & grandia scandala, quæ hoc solent consequi, excusentur.

Septimo, quòd saltem disputando posset defendi etiam post prædictum Concilium licere prædictum ſtatum limitatum in conclusione 7. quæstionis principalis saltem in aliquot Ecclesiis non obſtante illo. Tum quia in dict. comment. capi. *non dicatis*. [g] conclusimus posse teneri quòd prædictum Concilium non corrigit antiquos canones, sed solum explicat illos, quasi quidam Commentarius eorum: & cõsequenter quòd sicut antiqui canones, vt ibidem monstrauimus, permittunt regularibus ex causa aliquot peculia, sic & prædictum Concilium intelligendum sit vetare illa eis, ne sine iusta causa teneant, vel concedantur: & consequenter quòd ille ſtatus limitatus, vt ibi limitauimus, posset permitti vbi iusta causa id poscret.

Octauo, quòd licet disputando hoc septimum dictum defendi possit, consulendo tamen videtur tenendum, quòd mens Concilij fuit, quòd licèt prædictus ſtatus moderatus, vt supra, sit bonus: quia tamen est melius reducere ad antiquum originarium regulæ, restituatur ad illum, quòd proculdubio faciendum est, vbi sine scandalo fieri potest.

35 Nono, quòd dubium est an permitti possit hoc in Ecclesiis, in quibus id sine magno scandalo fieri nequit, quales arbitror esse quasdam Metropoles, & Cathedrales Ecclesias, in quibus canonici vltrà refectorium hommune, & cellas dormitoriorum, intra Ecclesiarum septa habent singulas domus extra illa ad recipiendum hospites, quod Regno, & vrbibus, in quibus sitæ sunt, est pergratum, putaturque splendori Ecclesiarum, Vrbium, & Regnorum conuenire. Equidem arbitror potius esse sustinendum illum, quàm cum maximo Regi, Vrbis, & Ecclesiæ scandalo etiam paſsiuo mutandum, modo illæ quinque moderationes additæ in 7. quæst. seruentur. Non obſtat illud capit. *qui scandalizauerit* [i] *vitilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur*, quia vt ait ibi glossa recepta, illud intelligendum est de veritate seu bonitate vitæ, non autem de veritate doctrinæ & iustitiæ, quæ aliquando omittuntur propter scandalum, & ita si prædictus ſtatus non posset ſalua bona vita, [k] iustitia legis naturalis, & diuinæ seruari, indubiè tollendus erat non obſtante quocumque scandalo. At quia supra in 7. quæstione principali probatum est illum nõ esse contra legem

naturalem

a *In l. ab eod. Cod. quomodo, & quando iud.*
b *In ca. nam. de constit.*
a *In cap. 1. de reg. sess. 25.*
b *Iuxta cap. quod Dei timorem. de stat. monach.*
c *Cap. non dicatis. 12. q. 1. de sumptum ex ca. 2. regula. B. Aug. & c. cum ad monasterium. de stat. monach.*
d *In cap. 2.*
c *In 2. cum ad monasterium de stat. monach. edito. in Cõc. generali.*
f *d. cap. 2.*
g *In fine cap. 1.*
h *ca. qui peccat. 23. qu. 4.*
i *Arg. notat. cap. 3. de constit. & ca. capellanus. de eritis.*
k *In capitulo per tuas 2. numero 4. de simo.*
c *In cap. 1. parte relato supra num. 25.*
d *Prouer. 30.*
e *4. dist.*
f *Ca. 1. & 2. cũ eis adnot. de confirm. vtil.*
g *Numer. 15.*
i *De reg. iur.*
k *Ca. vt constitueretur. 50. di.*

naturalem, neque diuinam, imo neque contra ius commune, si seruaretur ex causa iusta, consequitur potius esse tolerandum, quàm cum grandi scandalo tollendum, iuxta cap. *nihil cum scandalo*: [a] desumptum ex Matthæo. [b]

36 Decima quæstio principalis, an sit in malo ſtatu Canonicus, vel monachus, qui post publicationem Concilij Tridentini viuit modo viuendi supra dicto per portiones priuilegiatas pro suo victu, & vestitu honesto, & non obedit præcipienti Prælato, vt abstineat à percipiendis illis, & de communi, & communiter sine vllo proprio, etiam quoad vsum viuat, & tradat omnem suam supellectilem, & omne suum peculium communi cellario? & facile cuipiam videri potest, quòd sic: quia dictum est supra [c] quòd ad hoc, vt ſtatus præfatus non sit damnatus, requiritur quòd professores eius non impediant reformationem: & quòd Prælatus consentiat illi modo viuendi: at in casu quæstionis, Prælatus eum reformat, & expressè contradicit illi ſtatui.

Contrarium tamen videtur verius, scilicet quod non peccat, donec reformatio legitimè fiat. Tum quia [d] non fuit dictum absolutè oportere, vt Prælatus consentiat, sed quòd consentiat, vel consentire debeat: nec fuit dictum quòd impediens quamcunque reformationem esset in malo ſtatu, sed impediens reformationem legitimam: at in casu quæstionis propositæ, Prælatus debet consentire canonico, vel monacho, vt capiat prædictas portiones, donec reformatio fiat: nec reformare debet vnum vel alterum, non reformando alios: cùm non reformatis aliis, non possit ipse solus de communi, & communiter viuere & nemo ad impossibile tenetur. [e] Quid autem si prælatus præcipiat omnibus, & singulis suis canonicis, vel monachis sub censuris, vt prædicta faciant, an peccent mortaliter, & incurrant censuras non obediendo, & videtur dicendum quòd sic, si opportunè id præcipiat, & nulla causa particularis eos excuſat: quia qui superiori iusta præcipienti non obedit, peccat. [f] Dixi *si opportune*: quia si præciperet ex abrupto, vt ea facerent, ante quam instituerentur Cellarius, Promus, Coquus, & aliæ personæ, & instrumenta vitæ communi necessaria, iustè possent rogare Prælatum, ne sic ea præciperet, & appellare, si nimis vrgeret, adiecta causa, quod iustum modum reformandi excederet, iuxta notata. [g] Dixi (*& si nulla causa particularis eos excuſat*) quia secus si talis causa adesset, vt quia non est refectorium, vel dormitorium, eo quòd essent vi bellorum, aut incendiorum exusta, & solo æquata, vt fuerunt ante nostram ætatem, in nostra Roncaualle, quin & forte aliquot aliæ causæ in quæstio. 8. tactæ saltem aliæ aliis coniunctæ possent efficere iustam causam rogandi Prælatum, vt differret eiusmodi præceptum, donec sancta sedes Apostolica consuleretur, vel in congregatione habenda per religiosos eiusdem ordinis iuxta decreta Tridentina tractaretur. Equidé quicquid commentus fuerim, [h] in ea opinione sum, vt putem gratum fore Deo Opt. Max. in locis, in quibus à tempore immemoriali seruatus est modus viuendi in quæst. 7. defensus, seruaretur in futurum occurrentibus aliquot causis in his sufficientibus, quæ in 8. quæst. sunt tractatæ.

De forma, qua forte reformari potest ſtatus Canonicorum Regularium Hiſpaniæ vulgaris.

Vndecima quæstio sit illa, quam pridem, & nuper sum interrogatus, videlicet, in quam formam viuendi optatem reduci Canonicos regulares, qui à tempore immemoriali seruarunt ſtatum viuendi de portionibus priuilegiatis siue distinctis, de quo in septima quæstione. Respondeo, quòd de S. D. N. consensu, & auctoritate reducerem ad sequentem. Primùm quòd instituerentur tot fere Canonici, quot ex reditibus Capitulo, vel Conuentui assignatis sustentari possint, iuxta cap. *cum M.* [i] cap. *auctoritate* à contrario sensu, [k] & glossam notabilem. [l] Ita vt sit quidem certus numerus, vlta quem non debeat aliquis accipi, non autem infra quem non possit ab acceptione abſtineri: & consequenter per mortem, resignationem, vel priuationem vnius ex eis, non vacaret canonicatus nec posset impetrari, nec sub reſeruationibus cadere, [a] sed quòd cum videretur opportunum eligerẽtur aliquot: videretur autem opportunum, cum deficerent duo, tres, vel quatuor, de numero instituto. [b] Dixi (*fere*) licèt nec glossa nec alius illud addat: quia ob lites, & alia quæ occurrunt expedit plurimùm, vt aliquid superſit, & habeatur repositum in arca communi trium clauium, quamuis & illud satis dici posset pars eorum, quæ sunt necessaria ad talem numerum sustentandum.

Secundo, quòd non assumerentur nisi presbyteri, moribus, & literis insigniti, & non quales quales, sed doctissimi, & probatissimi eorum, qui putantur suæ assumptioni, & electioni assensuri, seu qui candidatos & comperentes ad eiusmodi loca se exhiberent, ne oporteat eos mittere ad ſtudium, & sint præsto, qui spiritualia, & temporalia nouerint tractare: ne item iuniorum, & leuiorum quæ frequens est apoſtaſia, dehonesterur Ecclesia vel monasterium: & quòd omnes comederent in communi refectorio, nisi aliqua iusta causa infirmitatis, hospitalitatis, vel alia licentia Prælati, vel Præsidentis permitterentur edere in cella, vel hospitio.

Tertiò, quòd singulis eorum volentibus eos habere permitterentur pueri in ſtudia pietatis, & litterarum propensi, præsertim cognati, orphani, & pauperes iudicio Præpositi ad id approbati, qui inseruirent peculiariter eisdem in verrendis cellis, & sternendis lectis, & aliis necessariis, & horis vacuis discerent legere, scribere, cantare, grammaticam, & aliam scientiam quam docerentur ab eisdem, si vellent se in ea re occupare.

Quartò, quòd accedant eis sex Capellani sæculares cantu & eruditione satis præstantes, qui adiuuent canonicos in psallendis horis, cantandis Missis tam in altari quàm in choro, & aliquot negotiis expediendis, & in his esset aliquis ad docendos præfatos pueros, & aliquos alios, qui discere vellent, qui sint ad nutum amouibiles, & præter hos assumantur quatuor pueri maiores duodecim annis, & minores xx. ad iuuandum missantes, & psallentes, portandũ cereos, & alia ministeria inferiora obeunda, quæ parum decent presbyteros, quos vulgare Hiſpanum vocat *Monaẓillos*, Italum *Pretricioli*, Gallum *enfans de Chœur*, Latinè dicuntur *choraulæ*.

Contra hoc tamen facit primò, quòd nullo iure probari posse videtur, quòd liceat prælato, & Conuentui Ecclesiæ regularis alere clericos sæculares ad inseruiendum eis, & ita non videtur dicendum. [c]

Secundo * Concilium Hiſpalense relatum in capite in nona. 16. q. 7. ibi. *In vno eodémque officio non debet dispar esse professio, quod etiã in lege diuina prohibetur, dicente Moyse*: [d] *Non arabis in boue simul & asino, id est homines diuersæ professionis in vno officio simul non sociabis*. hæc ibi.

* Concilium Hiſpalense *Cap. in nona ex Concilio Hiſpalensi 2. cui interfuit Iſidorus caput. 9. sumptum est, quamuis hæc verba capit. 8. habeantur, quod reſertur ex Moſe est 22. Deuteron. ver. 10.*

Tertiò, quòd in nullis monasteriis integræ obseruantiæ regularis inueniuntur huiusmodi clerici & pueri.

Quartò, quòd longè satius videtur deligere aliquos adolescentes in canonicos, qui faciant seruitia prædicta inferiora, postea facturi maiora.

Ad quorum primum respondetur. primò quòd sicut non est ius vllum quo speciatim id præcipiatur, ita nullum est, quo id prohibeatur. Et quum agamus de sustentandis ad opera pia clericis, quæ est materia permiſſa, licitum erit, nisi in casibus prohibitis, quorum de numero hic non est, argumento gloſſæ solennis. [e]

Ad secundum respondetur negando, quòd prædicti Capellani, & pueri assumuntur ad idem munus & officium, ad quod assumuntur canonici: non enim assumuntur, vt faciant idem corpus, vel conuentum cum Canonicis, nec vt gubernent cum eis, nec vt habeant commune refectorium, vel dormitorium, sed solùm, vt adiuuent canonicos, & faciant alia, quò canonici expeditius

a *De præſcri. 18. & ca. 2. de nou. oper. nun.*
c *In que. 7.*
d *In d. que. 7.*
e *Leg. impoſsibilium. ff. de reg. iur. & ea. nemo. eod. tit. lib. 6.*
f *ad Rom. 13. ca. 2. de maiori.*
g *In cap. licet de offic. ord. & in cap. Romana. §. ſi autem. de appel. lib. 6.*
h *In rubr. de ſtat. monach.*
i *De conſti.*
k *De iuſtit.*
l *Cap. 1. eod. tit.*
a *Iuxta cap. dilecto de præben.*
b *Arg. prad. cap. cum M.*
c *Arg. c. cõſuluit. 2. que. 4. & cap. 2. de tranſlat. præ.*
d *Deut. 22.*
e *In l. omnis definitio. ff. de regul. iur. & in rub. eod. ti. lib. 6.*

vacent orationi, lectioni, & communium rerum gubernationi, & ideo possunt esse diuersi habitus, & professionis.

38 Ad tertium respondendum negando, quòd in nullis monasteriis integrè obseruantiæ inueniantur homines alterius habitus & professionis. omnia enim ferè collegia, Salmanticæ, Conimbricæ, & Pinciæ variorum ordinum, in quibus canonici, vel monachi eorumdem dant operam literis, habent scholasticos sæculares inseruientes eis in refectorio, dormitorio, infirmatorio, in cellis penuariis, in emendis necessariis, & faciendis aliis honestis seruitiis, quos vocant familiares. Multa item monasteria alunt familiares pueros, & adolescentes inseruientes Abbatibus, Prioribus, & aliquot eruditioribus, etiam cum spe, quòd admittentur postea ad eorumdem habitum, & ordinem.

Ad quartum concedendo, esse quidem bonum adolescentibus, & parum doctis, qui postea maiores & doctiores effecti prodesse poterunt, vt assumantur in canonicos vel monachos, iuxta illud, [a] *Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua.* Per quod & alia, id concludit S. Thomas, [b] sed vtilius est Ecclesiæ, vt assumantur viri moribus probati, & prudentia, literisque ornati. Tum quia ex illorum frequenti casu solent aliqui scandalizari, & horum bono exemplo ædificari. Tum quia eorum industria, & doctrina statim incipit Ecclesia iuuari, cùm tamen illorum imprudentia, & ignorantia sit ab Ecclesia inuanda.

a *Thren. 3.*

b *2. 2. quæst. 189 art. 5.*

Quinto, quòd singulis canonicis tantùm pecuniæ numeratæ, quantùm in id sufficiat, præstituatur pro vestiario lucrifaciendum per viam distributionum quotidianarum interessendo horis canonicis & missæ, iuxta ordinationem aliquam congruentem: Capellanis autem singulis præstituantur singulæ tertiæ partes earum, quæ fuerint præstitutæ canonicis; Monazillis autem siue Choralis singulis dentur singulæ solæ vestes, & quod videretur honestum in educationis eorum subsidium.

Sexto, quòd tanta quantitas panis cocti, & vini distribuatur singulis canonicis quotidie, quanta sufficiat sibi, & vni familiari, & hospitibus per totum annum suscipiendis: ita tamen quòd sit in optione canonici quolibet die suscipere totam illam quantitatem, vel aliquid minus, vel plus pro occasione occurrente, sic quòd pars, quæ non suscipitur reseruetur ei soluenda in tritico vel vino, quod suo arbitrio vendere possit, & vti eius pretio in suos vsus, honestos tamen solùm, & pios.

Septimò, quòd etiam præstituatur obsonium quotidianum certæ quantitatis iustæ singulo cuique canonico: ita tamen quòd sit in optione canonici præmonere an velit sibi præparari totum illud, vel nihil, vel quantam partem eius, vel quòd paretur sesquialterum, vel duplum, vel triplum ad suscipiendum aliquem peregrinum, & hospitem, sic vt pretium eius, quod non susceperit, soluatur ei, & quod plus susceperit, soluat ipse, vel desinat accipere tantumdem.

Octauo, quòd vltra præfata, de communi cella propinentur initio & fine mensæ aliquot fructus, vel bellaria diuersa pro diuersitate temporis, putà vuæ & ficus recentes vel passæ, pruna, mala medica siue narangia, amygdala, nuces, cerasa, pyra, poma, caseus caseolus, oliuæ, & id genus alia parui valoris ex æquo singulis. Diebus item festiuioribus addantur de communi cella aliquot antipodia iuxta festi magnitudinem plus vel minus lauta: & quòd ista quæ de communi cella vltra prædictas portiones priuilegiatas propinantur, solis edentibus in refectorio, & non aliis ministrentur.

39 Nono, quòd nulli prædictorum canonicorũ habeant domos singulares extra claustra cum focariis; sub specie recipiendi hospites, vel se medicandi, sed extra, & prope claustrum monasterij sit hospitium, vel diuersorium, seu taberna meritoria aliqua idonea, ad suscipiendos cuiusque ordinis hospites, & peregrinos, in qua possint hospitari venientes ad negotia in monasterio tractanda, & agenda. amici item, & cognati prælati, & canonicorum, & alij peregrini: hospitari, inquam, possint suis impensis aut Prælati, si causa eius venirent, vel Capituli, siue Conuentus, si causa eius, & vellent eis gratificari soluendo totam impensam, vel mittendo eis aliqua esculenta, vel poculenta: idémque possent, si vellent facere singuli canonici de suis portionibus eis, qui eorum singulari respectu illuc accederent, ne clausttum tumultu hospitum inquietétur, & diuina officia turbentur: quod videtur magis conuenire religioni, quàm hospitium quod communiter habetur intra monasteria. Tum quia vitatur prædictus tumultus. Tum quia fiunt sumptus nimij suscipiendo hospites prodigè de communi cella penuaria. Tum quòd amici cellariorum, & eius amicorum lautius exhibentur, siue tractantur. Tum quia reprimitur temeritas, & insolentia plurimorum, qui iter facientes, & data opera per monasterium transeuntes rectà intrant illa, & se suosque familiares, & equos alunt impensis eorum, interdum vno, & altero, ac pluribus diebus.

Decimo, quòd prædicti canonici nullatenus permitterentur habere aliquas villas commendatas pro certa pensione, neque vaccas, neque boues, nec oues, nec societatem cum habentibus ea, imo penitus ab omni se genere mercimonij abstinerent, contenti prædicto vestiario, & victuario, & facultate reliquandi per parsimoniam ex eo, in suos, & alios pios vsus. Possent etiam concedi domunculæ hospitum, quas mundarent, & pararent hospitibus, aliquot mulieres non suspectæ, vt additur in commen. capit. *statuimus* [a] infra cum hoc edito.

a *19. qu. 3. nu. 66.*

DE POTESTATE PRAEFECTORUM Canonicorum regularium, & monachorum.

SVMMARIVM.

40 Monachi appellatione non venit canonicus regularis.
40 Canonici regulares quatenus tales sunt clerici, monachi verò non.
40 Regula canonicorum est regula clericorum, & laxior monachali.
40 Canonicus regularis non potest transire ad monachos.
41 Lex pœnalis, & exorbitans non extenditur ex identitate rationis, nisi ad id, quod exequatur regulariter iure antiquo in illa materia.
42 Monacho vetatur esus carnis, & camisia linea, sed non canonico regulari.
42 Monachorum præfactus perdit ipso iure præfecturam ob non promotionem: canonicorum autem non item.
43 Beneficia regularia omnia requirere residentiam personalem non probat fundamentum Felini.
43 Beneficia commendata etiam ad vitam, an requirant tantam residentiam, quantam in titulum data.
43 Commendatum beneficium cessatione commendæ fit vacat, ac tempore commendationis vacabat.
44 Monachus sine monasterio, & ordine certo inueniri potest.
45 Professio regularis omnis intra annum probationis facta, nulla.
45 Monachus, & monasterium non sunt correlatiua, sicut monachus, & monachalis professio.
46 Regularis translatus, vel iectus soluitur accidentalibus.
46 Monachus monasterij destructi an sit alsque monasterio.
47 Patriam potestatem perdit pater per suam professionem quo ad omnia, per professionem verò filij, quo ad multa.
47 Filius familias professus transmittit hæreditatem potentia suitatis.
48 Regularis an & quando debeat exire monasterium, ob necessitatem parentum: & de cuius licentia debeat exire. & nu. 49.
48 Necessitas superueniens parenti regularis, minus operatur quàm præueniens.

DVodecimo quæritur, an capit. hoc probet efficaciter ad Priorem seu præfectum monasterij Canonicorum regularium pertinere totam administrationem spiritualium, & temporalium eius? cuius decisio videtur pendere ab intellecta dicti Panormitani, [b] cuius probatio promissa fuit in comm. capit. *cui portio.* [c] scilicet quòd in pœnalibus, & exorbitantibus appellatione monachi non venit Canonicus regularis. Pro quo primo quidem facit, quod Canonici regulares, quatenus sunt tales, sunt clerici, vt tradit S. Thomas, [a] & probatur eo quòd regula, quam vouent, appellatur regula clericorum, vt videre est apud S. Augustinum: & ita appellat eam Gratianus, [b] & bonæ memoriæ Pius IIII. definit, in sua sententia definitiua, & eius executoria lata super præcedentia Canonicorum regularium, & monachorum, cuius tenorem transcribimus in commen. cap. *statuimus.* [c] quem cum hoc edimus. At monachi quatenus tales, non sunt clerici, vt ait idem S. Thomas, [d] & approbatur per cap. *alia.* [e] & consequenter appellatione monachi nõ venit canonicus plus, quã alius clericꝰ.

a 2. 2. q. 189. a ric. 8. ad. 2.
b *In inscriptione c. quando. 86. dist.*
c *19. qu. 3.*
d *Vbi supra.*
e *Et c. si cupis. 16. ca. legi 16. qu. 1.*

Secundò, quòd pro longè diuersis nominantur in rubrica de statu monachorum & canonicorum regularium, & in d. cap. *quod Dei timorem.*

Tertiò, quòd laxiori regulæ canonici, quàm monachi inseruiunt. [f]

Quartò, quòd adeo sunt diuersi, quòd grauiter vetantur canonici transire ad monachos. [g]

f *d. cap. quod Dei timorem.*
g *Ca. mãdamus. 20. q. 3. h ca. pœna. de pœn. d. 1. & l. interpretatione ff. de pœnis i Cap. quæ à iure. de regul. iur. lib. 6.*

Cùm igitur lex pœnalis non debeat excedere proprium casum, [h] nec exorbitans à iure communi debeat extendi ad alium casum, [i] consequens est, quòd non solùm lex pœnalis, vel exorbitans disponens de monacho, non comprehendit Canonicum regularem, sed neque alia non pœnalis, nec exorbitans, plusquam alios clericos: quum nec ex proprietate verbi, nec communi modo loquendi, neque ex significatione Canonici comprehendantur appellatione monachi, & ita dictum Panormitani non solùm est verum, sed etiam ampliandum, ad leges non pœnales, & non exorbitantes, quidquid dixerit Iason rem frigidè tractans. [k]

k *In Authẽ. ingressi. col 4. C. de sacros. eccl. l In c. monachi. 2. 16. q. 1. m l. 1. & l. puto. ff. de postu.*

Contra quæ tamen facit primo cap. 2. de postul. quatenus probat, legem quę verat monachis postulare, [l] comprehendere canonicum regularem, & constat illam legem esse pœnalẽ, vel saltem exorbitantẽ à iure regulari, quo omnes qui expressè nõ prohibẽtur, permittuntur postulare. [m]

41 Secundo, quòd ibidem Hostiensis approbatus per Panormitanũ, monachos & canonicos regulares exæquari ait exceptis casibus expressis in iure. Hæc argumenta tetigit Panormitanus, [n] sed neutrubi ad ea formaliter respondet. At respondeti potest, ad primum quod illud cap. 2. loquitur in materia, in qua est eadem ratio de canonico & monacho, & in qua iure antiquo regulariter reperiũtur exæquati, quibus duobus concurrentibus, fit extensio etiam exorbitantium & pœnalium, vt resoluit Dominicus, [o] & Francus, [p] & ratio qua vetatur monachus postulare, quæ fundatur in abrenunciatione temporalium, æquè militat in canonico regulari, eo quòd perinde renunciat temporalibus per ria solennia vota ac monachus, & quoad hanc renũciationem iure antiquo reperiuntur exæquati, vt colligitur ex regula B. Augustini & Beati Benedicti. Ad secundum autem respondetur negando illud dictum Hostiensis, vt negauit Panormitanus, in d. cap. quod Dei timorem.

l *In cap. 2. de temp. ordinat. lib. 6. in fal. 6.*
p *Ibid. fal. 2.*
n *In d. c. 2. & d. c. quod Dei timorem.*
o *In cap. 1. de temp. ordinat. lib. 6. in fal. 6.*
p *Ibid. fal. 2.*

Ex qua resolutione sequitur primo, ratio quare non est verum prædictum dictum Hostiensis reiectum à Panormitano. [q]

q *In d. c. quòd Dei timorem.*

Secundò colligitur solutio huius 12. quæstionis, scilicet quod hoc cap. probat Priores monasteriorum canonicorum regularium habere iure communi totam potestatem administrandi spiritualia & temporalia eorumdem. quia hoc cap. probat id de Abbatibus & Præfectis monasteriorum monachorum: & constat quòd loquitur in materia renunciationis propriæ voluntatis, & propriorum bonorum, in qua monachi & canonici regulares exæquantur, vt proximè dictum est, & eadem est ratio quoad hoc de præfectis vtrorumque, cum neutri eorum habeant aliquid proprium, & vtrique pendeant à præfectorum arbitrio, & debeant esse illis omnino subditi, quippe qui omnes sunt religiosi, & regulares. & ita subduntur voluntati Præfectorum. [r]

r *d. c. non dicatis. sub fin. & ca. quorũdam. de elect. lib. 6.*
s *Ca. carnem de consec. d. 5.*
t *Ca. cum ad de stat. mon.*

42 Tertio infertur ratio, quare lex quæ vetat monachis edere carnem, [s] & quæ vetat monachis camisias lineas, [t] non comprehendat canonicos regulares secundum omnes, est enim ratio, quia non est omnino eadem ratio. neque loquuntur in materia, in qua iure antiquo exæquantur.

43 Quarto infertur ad quæstionem illam grandem, An Clementina 1. [a] quæ obligat Priorẽ conuentualem monachorum ad promouẽdum se in ordine presbyterij sub pœna amissionis prioratus ipso iure incurrenda infra annum comprehendat Priorem conuentualem canonicorum regularium? Et quidem Federicus tenuit quòd non, [b] cui subscripsit Ioãnes Andreas, sed contradixit ei quidam de Tuderto, cuius ibi fit mentio, & Oldradus, [c] Conclusio tamen Federici secundum quam alràs in contingentia facti respondi, tenenda est, non quidem ob eius, neque Ioãnis Andreæ rationes, neque ob prædictum dictum Panormitani quo videtur niti Federicus, quia resolutio eius suprà dicta potius facit contra, quàm pro eo: quoniam in vtroque videtur eadem ratio: cùm quæ ratio suadet Prælatum conuentualem monachorum debere promoueri, suadet etiam Prælatum canonicorum debere promoueri, & in hac materia iure antiquo erant æquiparati: quia vterque habet dignitatem, vtrique poterat committi causa à sede Apostolica, neuter ante illum *§. ceterum.* amittebat ipso iure præfecturam: ob non promotionem, [d] vterque habet incompatibilem dignitatem cadentem sub *c. de multa.* [e] quæ omnia colliguntur ex notatis ibidem & in Clementina 2. [f] & in cap. *statutum.* [g] & in d. cap. *statutum.* [h] non, inquã, est renenda ob eius rationes, sed ob illam irrefragabilem, quòd prædictus *§. ceterum.* & tota illa clem. 1. [i] disponit de monachis nigris tantum, & non est ei locus in aliis, quę nouè inducit, nisi quatenus exprimit de illis, secundum glossam receptam, [k] & satis sensit in *§. sanè.* [l] & appellatione monachorum nigrorum, nec canonici, nec alij regulares veniunt, etiam in materia non pœnali, secũdum omnes. Est etiam tenenda conclusio Federici, eo quod rationes aliorum sunt fragiles: nam & illa, quæ videtur neruosior Oldradi, quam fundat in ca. *nullus.* [m] adiuncta extensione quã facit *§. ceterum.* [n] tollitur ex eo, quòd illa Clementina loquitur de solis monachis nigris, & non comprehendit canonicos regulares, nec alios monachos, nisi quatenus exprimit illos: & ideo quoad noua per eam inducta, non obligat canonicos neque alios religiosos, nisi qua parte exprimit illos.

a *§. ceterũ. de stat. monach.*
b *In cons. 25.*
c *cons. 222.*
d *Per c. statutum. de elect. lib. 6.*
e *de prab.*
f *De rescrip. glz prim. eod. tit. lib. 6.*
h *De elec. eo. lib.*
i *de statu monach.*
k *in principio illius cle. ver. nigrorum. & in §. quia verò.*
l *1. eiusd. cle.*
m *de elect. li. 6.*
n *Cum vers. sanè. cle. 1. de stat. monac.*

Ex quo videtur inferri aliud valde notabile, à nemine, quod sciam, animaduersum, scilicet quòd *§.* ille *ceterũ.* [o] nõ cõprehendit habentes beneficia regularia, aliorũ ordinũ, quàm monachorum nigrorum. per quod videri potest tolli fundamentum, quo Felinus [p] asserit illam grandem cõclusionem, quòd omnia beneficia regularia, etiam non curata sunt incompatibilia, & requirunt residentiam personalem, non obstãte quacumque consuetudine, fundat enim eam in prædicto vers. *sanè.* qui cùm nil exprimat de canonicis regularibus, neque aliis aliorum ordinum, ad nihilum videtur obligare illos quoad noua, quæ inducit per prædictum nostrum fundamentum. & si dicamus esse nouè ibi inductum, quoad illud, non obligat alios, quàm monachos nigros.

o *Cum vers. sanè.*
p *In c. cũ omnes. de constit.*

Qua tamen consideratione non obstante, tenenda videtur conclusio illa sancta Felini. Tum quia glossa recepta, [q] & Cardinalis & Imola, [r] & alij alibi communiter intelligunt illum vers. *sanè*, de omnibus religiosis, adeo quòd per illum dicunt reprobari opinionem Egidij, [s] asserentis administrationes regulares posse conferri tacitè professis.

q *In c. nulles de elect. lib. 6. & in d. vers. sanè.*
r *Ibi id.*
s *In ca. cùm in magistrum. de elect.*

Tum quia capit. *cum singula.* [t] probat incompatibiliora esse inter se, & maiorem residentiam requirere beneficia regularia, quàm sæcularia, quatenus probat prioratum regularem habitu tantùm curarum, vacare ipso iure per assecutionem alterius curati; quod non contingit in seculari iuxta notata. [v] Tum quia per prædictum capi. *cum singula.* [x] omnia regularia beneficia videntur adæquari quoad hoc, & quoad prohibitionem duorum locorum in diuersis monasteriis.

t *de pra. lib. 6.*
v *In capi. de multa. de pra.*
x *in principio & in §. prohibemus. & ra. fin. de religiosis dom.*

Tum denique quia eadem ratio militat in omnibus & vers. ille *sanè.* non videtur inducere aliquid speciale in monachis nigris.

An autem conclusio illa sancta Felini habeat locum in beneficiis regularibus, quæ dantur in commendam perpetuam, ideſt, ad vitam de more cuiæ sæcularibus, quæstionis mihi grauis est: partem enim affirmantem

veriorem semper putaui,donec venirem ad vrbem, eo potissimum quòd Decius,quē aliàs ibi,alibi sæpe sequutus sū, resoluit, [a] quòd iura statuentia de beneficiariis proprietariis habeant locum in commendatariis,quibus ad vitam per Papam commendantur beneficia: quod regulariter verum est,per ea multa quæ adducit Sarnēsis. [b] Postea tamē quàm in Vrbem veni,substiti,eo quòd in curia non iudicatur idē quoad vacationem,non enim per cessationem commendatum,censentur vacare beneficia commendata aliter, quàm vacabant tempore cōmendationis,quod Sarnensis asserit. [c] Quo ad residentiam, etiam non video ita compelli commendatarios ac titularios, idque approbare videtur præfatus Sarnensis, [d] quod tamen nondum mihi persuadeo.

Quæ omnia sunt memoriæ mādāda,quia quotidiana. [e] Adnertāt verò, qui prædicta regularia beneficia obtinēt,quòd licèt illa non sint ordinis nigrorum monachorum, & consequenter non obligentur ad aliquid, sobligantur tamen ad residentiam per alia iura communia, nisi quatenus consuetudine rationabili excusantur per resolutionem Panormitani. g

44 Decimotertio quæritur, an adeo penes præfectum regularium sit tota potestas eos, & bona eorum regendi, vt non possit dari regularis, qui non subsit alicuius monasterij præfecto,& pro parte quidē negāte facit, quòd vnum correlatiuorum non potest esse sine altero,iuxta Aristotelem, [h] & Baldum, [i] vnde non potest quis esse seruus sine domino, [k] nam & is,in quo alius à domino vsumfructum habet,licet sibi contemplatione suæ personæ illum remitteret, non esset sine domino: proprietarius enim esset eius dominus: quamuis interim viuente vsufructuario quasi sopitum esset dominium,vt pulchrè declarat Baldus, [l] sed & derelictus,& nondum occupatus ab alio non est seruus sine domino:quia non est seruus,eodem enim momento, quo dominus eum dereliquit, fit ipse liber,iuxta §. *& multo potius*. [m] qui licèt loquatur de seruo languente derelicto,idem tamen eadem ratione dicēdum est de sano, quia tam sanus, quàm languens eo momento, quo habetur pro derelicto, caret domino,& consequenter est liber:quamuis glossæ cōmuniter recepte, [n] contradicant per illas leges,quæ probant seruum derelictum fieri occupantis: quibus facile respondeas intelligendo eas de derelicto consentiente se occupari ab alio:nam simul ac habetur pro derelicto, fit liber,& desinit habere dominum, donec de suo cōsensu ab alio occuperur,& ita numquam est seruus sine domino. sed hoc non obstante contrarium videtur verius, scilicet inueniri posse monachum sine monasterio:quod affirmat Bartholus, [o] verificans illud in professo in genere:qualis est,vt ipse ait,professus ordinem aliquem quatuor mendicantiū ante annum probationis finitum, [p] ille enim,vt ipse asserit, est religiosus,nulli tamen ordini,vel monasterio alligatus.

Quæ verificatio duplici nomine reiicitur. Primo quidē quòd vt supra *in commen.cap.non dicatis*, [q] dictum est, ille nō est verè regularis,donec aliquam certam regulam specialiter fuerit professus:quum secundum eam, quæ verior est & receptior,fentemnam,si contraheret matrimonium, valeret,illud,licèt contrahendo peccaret, vt efficaciter probat Calderinus, [r] quia talis professio resoluitur in votum ingrediendi religionem,& ita est simplex,& non solenne impediens & non dirimens contractum per ca.1. [s] inductū vt ibi per eum.

45 Secundo, ideo relinquēdus est Bartholus quoad hoc tempus,in quo post Concilium Tridētinum, [t] omnis professio in quacumque religione etiam non mendicantium intra annum probationis facta,est ipso iure nulla, nullum penitus producens effectum:quare aptius verificatur prædicta conclusio Bartholi in regulari electo per sententiam iustam, & definitiuam, qui nullius est monasterij:est tamen monachus, vt probamus in comment.capit. *non dicatis*. [v]

Ad fundamentum autem à contraria parte adductum respondeo,negando quod monachus, & monasteriū sint correlatiua necessario se inferentia, vt sunt dominus, & seruus,pater,& filius,iuxta Categorias Aristotelis:correlatiuum enim monachi vel regularis est monachalis, vel regularis professio,ita quòd bene sequitur,est monachus vel regularis, ergo monachalem vel regularem regulam professus,& contra est regulam monachalem, vel regularem professus, ergo monachus vel regularis est. quia vt diximus in d.comment.c. *non dicatis*, [a] professio regularis producit in regulari regularitatem quasi quemdam characterem indelebilem per vllam potentiam etiam Papalem, etiam cum maxima causa,iuxta S.Thomam, [b] licèt contrarium huius ampliationis teneat, & verius nostra sententia Innocentius cum communi. [c] Adde quòd id ipsum quod dixi de monasterio est dicendum de ordine certo, & speciali, potest enim dari aliquis regularis nulli particulari ordini, vel regulæ subiectus, talis enim est quicumque per iustam eamdémque definitiuam sententiam eiicitur à monasterio, & ab ordine toto fit alienus.

46 Is enim verè regularis est, adeo quòd tenetur obseruare tria substantialia vota sub obedientia episcopi, vt dictum est in d.comment.ca. *non dicatis*, [d] non tamen subiicitur alicui certo ordini: quia priuatus est, & eiectus ab eo, quem professus fuerat, & non obligatur alteri, cui consequens est non teneri eum seruare alias illius ordinis regulares obseruantias, non enim tenetur abstinere à carne sicut monachus, non deferre habitum priorem iustè sibi ablatum.neque,vt ipse puto,ieiunare,nec se disciplinare:ob quod nuper respondimus cuidam electo per huiusmodi sententiam ab ordine Minorum, non peccare illum tangendo pecuniam numeratam:quoniam licèt hoc sub peccato mortifero veretur in regula Minorum, non tamen est de substantia alicuius trium votorum, quæ omnia sunt quotidiana ob huiusmodi sententias expultrices, quæ frigēte charitate,& benignitate,ne dicam regnante crudelitate aliquorum præfectorum,& crescente inobedientia,& proteruia siue contumacia subditorum,plus satis frequenter (proh dolor!) præsertim apud nostrates feruntur.Hos autem ita electos etiam atque etiam admoneo,& rogo, ne dicant illud, *laqueus contritus est,& nos liberati sumus*. nam in d.comment.cap. *non dicatis*, [e] eosdem admoneo teneri ad se insinuandum episcopis,quo sciant eos sibi subesse, teneríque sub eius obedientia tria substātialia vota ad amussim seruare,quę certè longè difficiliùs quàm intra septa monasterij seruabunt: quare omnes huiusmodi regularium pristinos præfectos plurimū oro, vt eos diligenter, & benignè [f] requirant:& electos obnixè rogo,vt fracti iá vagę vitę labore,& tædio, in pristinum statum redire velint, esto ad id non teneantur, nisi ex circumstantiis suarum personarum, & prælatorum, & sodalium, quibus cum viuendum est, probabiliter coniicerent se peius intra, quàm extra Deo inseruituros.quod mihi à nonnullis responsum est, quibus replicabam, cauerent ne Angelus sataną in lucis Angelum transiatus illud consuleret non est item aptum exemplum id, quod videri posset alicui significari à Barthol.vbi supra, de regulari monasterij occupati à Turcis, vel Lutheranis,vel inundari. Tum quia nō est liberatus ab ordine, neque à monasterio perpetuo,sed tantum donec à fidelibus illud recipiatur,vel quoad permitteretur in pace adillud redire; vel inundatio cessaret,& hoc est, quod sentit Bartholus ibi,dicens eos esse similes seruis hæreditariis, quorum dominus est mortuus, & speratur alius, qui eius locum assumat: & consequenter quod acquiret, acquiret monasterio futuro,quod succedit in locum primi, quamuis similitudo hæc non conueniat ex omni parte: quia huiusmodi regularis,licèt careat fortè immediato præfecto, habet tamen prouincialem vel generalem, qualem seruus hæreditarius non habet,potest autem dari aliud exemplum quotidianum in quolibet religioso translato in Episcopatum,qui verè quidem est religiosus,& tenetur seruare tria substantialia vota,nulli tamen monasterio vel ordini subiicitur, nec quærit illis. [g] Quin & poni potest exemplum in quolibet regulari translato ad Ecclesiam secularem, qui non definit quidem esse regularis, sed eximitur ab omni ordine,& monasterio. [h] Per quod responderi posset quæstioni quam dudum interrogabar de religioso promoto in episcopum cuiusdam Prouinciæ nuper à Turcis occupatæ, An redire posset, vel deberet in suum locum pristinū

suæ

a *In cap.ad-ecer. de reſcri.*
b *In regu. de infirm. reſignant.que§.3. & regula de idiomate, qu§.& regul.de veriſimili notitia qu.4.& regula, de annali, & reg. de triennali, qu§.*
c *In regula de infir. reſignant.qu.5.& in regul. de veriſimili notitia.qu 4.*
d *In d.reg.de triē.qu.5. poſt principium.*
e *Iuxta l.legaui.ff.de lib. legat.*
f *Per d. Cle. d.§.ceterum. verſ.ſanè.*
g *In cap. extirpandæ. §. qui verò. de prabend.*
h *In Categoria ad aliquid, & o. Topic.*
i *In rub.C.de reb. cred. & iureiur. ſub finem.*
k *L1. Cod. de manumiſſ.*
l *Ibid.*
m *Auth. de nupt col 4.*
n *Ibi, & in l. quod ſeruus. ff.de ſtip. ſeruor. & in l.ſi. ff. pro derelicto.*
o *In d.l.quod ſeruus.*
p *Iuxta cap. non ſolum. & cap. conſtitutionem.de regulis.lib.6.*
q *Num.5.*
r *In conſ. 26. de regul.*
s *de vot.lib. 6.*
t *Seſſ. 25. de regu. cap. 15.*
v *12.q.1.n.33.*

a *Num.68.*
b *2.2.q.88.a. 11.per c. cum ad.§.ſi.de ſtatu mon.*
c *In d.§.fin.*
d *Num.33.*
e *Vbi ſupra.*
f *Iuxt.c.ſi.de regul.*
g *Cap.ſtatutum.18.qu.1. & ca.cum olim. 2. de priuileg.*
h *Cap.ſi quis iam trāſlatus 21.q.2.& ca. ne pro Dei. 16.q.1. & glſing. in cle. 1. §. ad hæc. de ſtat.mon.*

suæ religionis? Responderi enim potest primò non teneri eum redire. Secundò non posse eriāsi vellet nolentibus eis, à quibus translatus est. Tertiò teneri eum redire ad suum Episcopatum, si per Turcas liceret et cū populo suo Christianè viuere:argumento cap. *aduersitas*. & eorum quæ in eo citantur. [a]

a 27. *quæſt. 1.*

De patria potestate in Regularem.

47 Decimoquarto quæritur, an tanta sit potestas prælati super regularem subditum, vt adimat patri eius potestatem patriam,quā in eo habebat? Respōdeo quòd sic,iuxta glossam singularem receptam, [b] quam sequitur ibi Baldus, & Bartholus, [c] probatus ibi à Iasone, [d] propter quod ait Angelus, [e] quòd monachus non est suus hæres patri,& ideo requiritur expressa aditio:adeo quòd si decesserit hæreditate non adita,monasterium ex potentia suitatis non succedat. cui tamen in hoc posteriori iustè contradicit ibi Alexand. [f] dicens, quod quamuis exeat potestatem patris,retinet tamen iura suitatis secundum Gulielmum de Cunariis,Iacobum Butrionem & Baldum expressè, [g] per illum textum, vbi dicitur,quòd monachus perinde succedat patri suo, ac si monasterium non fuisset ingressus,ad cuius confirmationē citatis multis aliis adducit Bartholum, [h] dicens quod licet monachus,vel adeptus dignitatem exeat patriam potestatem,non tamē perdit iura suitatis, quatenus sibi sunt commoda. per quod roboratur resolutio Salyceti, [i] dicentis patrem quidem perdere patriam potestatem filium professum quoad aliqua,vt quoad acquisitionem, & vendicationem; ita quod non quærat patri,nec à Parte vendicari possit, non tamen quoad omnia: patrem verò professum perdere illam quoad omnia.

b *In l. ſi ex cauſa.§. Ponponius. ff. de minor.*
c *ca.aut hē. ſi quæ mulier.*
d *Num. 17. Co. de ſacroſanct.eccleſ.*
e *In l. ſub cōditione. ff. de lib. & poſthu.*
f *Num.2.*
g *In l. Deo nobis. C.de epiſc. & cler.*
h *In l. item in poteſtate. ad fin.eod.titu.*
i *In d auth. ſi quæ mulier.*

De facultate Regularis ad ſubueniendum parentibus.

48 Decimoquinto quæritur,an potestas prælati inregularem,& huius ad eum subiectio sit tanta, vt non liceat illi causa subueniendi necessitati parentū exire monasterium sine ipsius licentia,& cum ea sic?

Ad quod respondeo primò, quòd non solum potest sed etiam tenetur exire cum licentia vel sine illa, si necessitas est adeo extrema,quòd etiam extraneo adeo presso teneretur succurrere non obtenta licentia;argumento ca. pasce, [k] & glossa, [l] quæ recepta, vt in ea dicimus,habet regularem teneri facere eleemosynam egenti extremè etiam sine licentia prælati.

Secūdo,quòd si necessitas non est extrema,sed est adeo vrgēs,quòd obligaret filiū,si adhuc esset in sæculo de precepto ad subueniendum ei, multum refert an huiusmodi necessitas præcesserit professionem, an subsequatur, quia præcedens obligat ad non intrandum, & ingressum ad nō profitendum,imo & professum ad exeundum,non autem si subsequatur,vt colligitur ex vtroque Thom. [m] & aliis quos refero conciliādo contrarias opiniones in Man.Confess. [n] Ratio differentiæ est, quòd in priore casu præcesserit debitū, & debitor ante, & post ingressum tenetur soluere debita præcedentia,vt diximus in commen.cap. *cui portio*. [o] subsequentia verò minimè,vt dictum est. [p]

Tertio,quòd ex hoc videri posset alicui inferri non posse iustè peti nec cōcedi facultatem,quæ frequenter petitur à S.D.N.& eius sūmo Pœnitentiario exeundi à monasterio ad subueniendum parentibus,quibus necessitas illa superuenit post filij professionem:quod tamen non est verū, neque ex prædictis infertur: quia aliud est filium professum non teneri ad exeundum,& procurandum exitum, & Papā non teneri ad concedendum,quo succurrat patri oppresso quòd concludunt præmissa, & aliud quod non sit ei iusta causa,qua de causa possit illa iustè ab eo peti,& à Papa concedi,quod habet hæc illatio,ideo inepta,quia à separatis nō fit illa, [q] quæ quotidiana conclusio est:sicut in simili paruus metus,ira,leuitas,& aliquot huiusmodi causæ,per quas non admittur iudicium sufficiens ad peccandum mortaliter,nō efficiunt vt votum sit nullum, neque vt Papa teneatur dispensare,sed frequenter inducunt iustam causam, ob quam

k *86.diſt. & l.necare.ff.de lib.agnoſ.*
l *d.ca.non dicatis.*
m *2.2.q.101. art.4.*
n *cap.14.nu. 14.*
o *Num.8. & in commen.c. non dicatis.*
p *ibid.nu.42.*
q *l. Papinianus ff. de minore.c.ad audiemiam. de ſpeim.*

a *De voto.*
b *Deconuerſione.*
c *Arg.c.Sanctimonialis. 23.diſt.*
d *Cap. clerici 2.de vit. & honeſt. cler.*
e *Eccleſiaſtici 3.*
f *De ſtat.mo.*
g *In l.ſi quis. m § differentia.ff. de acq. poſſ.*
h *Num.12.*
i *l.1.§. per ſeruum, qui in fuga ff.de acquir.poſſeſſ.*
k *C. vbi quis de ciuilibus vel cohortalibus.*
l *C.vbi cauſa ſtat.*

etiam extra prouinciam, capi posse à domino, vel eius auctoritate. Tum quia has leges habere locum in vxore fugiente maritũ, & monacho & canonico regulari fugiẽte Prælatum & monasterium, affirmant ibi Bartholus Baldus Salycetus & communis & præsertim Baldus qui singulariter determinat, [a] quòd hoc potest facere Prælatus etiã antequam moneat eũ redire sub pœna excommunicationis, & ob contumaciam excommunicet, & antequam brachium sæculare imploret. Cuius ratio efficax est, quam in primo fundamento tetigimus, scilicet, quòd eum possidet, & possessor rem suã auctoritate propria capere, & tenere potest, quæ omnia sunt quotidiana.

* Quatenùs habet curiale. *Curialium frequens est in iure mentio, de quibus multa iurisconsulti, mihi placet, quod de his Aciatus in par. scribit. Curiales, inquit, sub Romanis principibus, erãt ex decurionibus seu principalibus ciuitatis, & qui munera omnia sustinere cogebantur, & ab aliis tributa exigere: quorum conditio cœpit pessima existimari, quia à præsidibus ex actoribusque tributorum inquietabantur, cogebanturque de suo tenuiorum onera subire, & ideo prohibita erat eis prædiorum alienatio, & ne solum verterent euitandorum munerum causa. Cohortales autem dicti sunt, eodem teste qui in domestica militia alicuius cohortis sunt, vel ij qui erant ex magistratuum comitatu & satellitio, tamquam paritores iussa eorum exequerentur, vide Petrum Gregor. lib. 40. Syntag. cap. 40 nu. 3.*

De appellatione Regularibus concessa, vel vetita.

Decimoseptimo quæritur, an tanta sit potestas Prælati in regularem subditum suum, & tanta huius subiectio ad illũ, vt non possit appellare ad superiorem illius, neque recurrere per viam querelæ? Et quidem pro parte affirmante facit primò, quòd vox vulgaris habet, *inter probos regulares, nec appellari, nec appellationes admitti debere.*

Secundo facit, quòd Conciliũ Tridentinum, [b] sic habet. *Nec liceat regularibus à suis conuentibus recedere, etiam prætextu ad superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint. Qui verò sine prædicto mandato, in scriptis obtento repertus fuerit, ab ordinarius locorum tamquam desertor sui instituti puniatur.*

Tertio facit, quòd cap. *ad nostram*. [c] sic habet. *Remedium appellationis non ideo est inuentum, vt alicui à religionis & ordinis obseruantia exorbitanti debeat in sua nequitia patrocinium exhibere.* hæc ibi. & cap. *reprehensibilis*, ita. *Nec subiecti contra ecclesiasticam disciplinam in vocem appellationis erumpant.*

Quartò facit, quòd vulgus ait statutis religiosorum prohiberi appellationes, & appellãtes à Superioribus in carceres conijci, grauíque pœnitentia & pœna purgari & puniri.

Sed his non obstantibus contrarium est dicendum, primo quidem, quòd edictum de appellãdo est permissorium, hoc est, quòd quilibet à qualibet sententia potest appellare, nisi prohibeatur iuxta glossam vltimam receptam, [d] & nullo iure prohibetur regularis appellare.

Quin & in dubio appellatio à iudice debet admitti secundum Innocentium, [e] quem sequuntur Decius & citati ab eo. [f]

Secundo, quòd appellatio est defensio, [g] & defensio quę iure naturæ debetur, nemini est deneganda. [h]

Tertio, quòd prædictum cap. *ad nostram* à contrario sensu probat remedium appellationis religioso ad suam innocentiam tuendam, concedendum; quod ipsum satis probat cap. *reprehensibilis*. [i]

Quarto, quòd in cap. *de priore*. [k] grauiter iubetur castigari Prior, qui appellationem non admittit, ex cuius glossa. 1. colligit Decius, quòd non solùm potest appellare religiosus in alia causa ciuili vel criminali, sed etiam in causa correctionis, in qua regulariter etiam sæcularis prohibetur appellare, [l] si modus correctionis excedatur. cui glossę est alia similis, [m] & notat Panormitanus communiter receptus vtrobique: nam moderata debet esse correctio, aliàs ad superiorem recurri potest, vt Baldus, dicit per illum text. [n] per quem dixit etiam Baldus, [o] quòd Abbate nimis sæuiente in monachos, eis licet fugere de monasterio, nec dicuntur apostatæ: quin & Abbate odio grauante monachum, potest pro defensione arma accipere, vt notatio Cardinalis tradit: [p] nam & sacrificus inuasus ab inimico, iustè potest armis assumptis sese defendere, & cum moderamine inculpatæ tutelæ occiso eo, continenter missam continuare, secundum Ioannem de Lignano, [a] probatum à Panormit. [b]

Postremò, quòd in cap. *ad Romanam*. [c] conceditur omnibus oppressis appellare ad sanctam Sedem Apostolicam: nec ab hac cõcessione reperitur vsquã religiosus exclusus.

Nec obstant allegata in contrarium ad primum enim respõdetur vocem illam vulgarem, qua dicitur *inter religiosos non appellari*, intelligendam esse de appellatione à correctione, & mãdatis regulatibus legitimè factis: secus de aliis sententiis, & mandatis non tangentibus illam, si modus regularis, & legitimus excedatur, vt supra dictum est.

Ad secundum, quòd Concilium in eo citatum non verat appellare, sed ire ad superiorem sine licentia Prælati, quod longe aliud est.

Ad tertium quod prædictum cap. *ad nostram*. solùm prohibet appellare ad defendendam nequitiam, & ita agit de non oppresso, & appellante sine iusta causa, nostra verò conclusio loquitur de oppresso, & appellante iusta de causa.

Ad quartum respondeo, idem quod ad primum, & præterea iniquè ac irreligiosè valde facere Prælatos, qui iustas appellationes à se oppressorum non admittunt, & debere acriter castigari, vt iubetur in d.ca. *de priore*. & iniquitatem iniquitati apponere eos, qui non admittunt, nec dant licentiam prosequendi & adeundi Superiores: & pessima malis accumulare, qui non solùm negant prædicta, sed etiam cõiiciunt in carceres duros, inedia torquendos, donec appellationi renuncient. Quæ addenda sunt illis quæ dicta fuerunt in d. comment. cap. *non dicatis*. [d] & etiam dicta ibi his, quæ hic dicuntur. Et admonemus id, quod ibi diximus, de religioso, qui protestatus se grauatũ à Prælato, vadit ad Superiorem, videri appellare, iuxta cap. *dilecti*. [e] Addimus autẽ eiusmodi regularem grauatum, cuius appellationem non admittit grauans, nec vult facere ei facultatem adeundi Superiorem, imo coniicit in carcerem, iustè posse fugere, si verè oppressus est, & adire superiorem, nec ob id incurrere censuram vel apostasiam, vt dixit Baldus, ibi relatus, neque transgreditur Concilium prædictum Tridentinum, quod est intelligendum de illo, qui non grauatus sine vlla appellatione adit Superiorem, eo solo quòd prętendat licere sibi adire illum sine prælati immediati licentia petita saltẽ iusta de causa, quod falsum est, & damnatur in prædicto Concilio. [f] Vnde arbitror quòd licèt ordinarius iustè posset capere talem regularem per suum territorium transeũtem iuxta tenorem prædicti Concilij, non tamen iustè retinere, nec punire, si fidem faceret se grauatũ appellasse, vel de grauamine protestatum iter arripuisse ad Superiorem: & ideo licentiam scriptam non deferre, quia noluit eam dare Prælatus, à quo appellauit, vel iustè metuit eam petere, vel quia ob appellationem, vel licentiæ petitionem in carcerem injustè coniectus, fugit.

De regularis ad triremes damnatione.

52 Decimooctauò quæritur, an liceat prælatis suos regulares ob aliqua delicta ad triremes damnare? Et quidem pro parte negante facit primò quòd nullos prælatos sæculares etiam Archiepiscopos, & Patriarchas audiuimus id facere. Secundo, quod in ca. *vniuersitatis*. [g] prohibetur Abbas castigare clericos, vel monachos aut conuersos percutiendo eos per laicos etiam causa regularis disciplinæ. Tertiò, quòd nemo gaudens priuilegio can. *si quis suadente*. potest eo priuari, nisi modis à iure expressis, de quibus non est dãnatio ad triremes, quum etiam depositus verbaliter gaudeat eo, donec degradetur realiter iuxta contextum, [h] at damnati ad triremes videntur exuti priuilegio, quia grauiter feriũtur à præfectis eis laicis, & vt videtur iustè: quia non censentur excõmunicati. ergo nemo præter Papam potest eos ad eas damnare, solus enim Papa potest dispensare, ne ferientes regulares, in pœnam d. cap. *si quis suadente*, incidãt secundum omnes.

Pro parte verò affirmante, facit primò quòd multi. Prælati regulares dicuntur id frequenter facere. Secundo, quòd Iudex Ecclesiasticus potest verberare, & imponere pœnam verberum citra sanguinem, [i] & quòd damnas ad triremes, ad nullam pœnam sanguinis damnat, nec directè etiam ad verbera, sed solùm per quamdam consequentiam. Tertiò, quòd licèt iure communi non possit iudex Ecclesiasticus

a *In dict. l. 1. C. vbi causa status.*

b *In cap. 4. de regu. sess. 25.*

c *De appell.*

d *In l. qui restituere. ff. de rei vend.*
e *In cap dilectus 2. de rescrip.*
f *In capi. de priore. num. 1. de appell.*
g *l. 1. ff. de appel. cap. cum inter, de excc.*
h *Cle. pastoralis. §. ceterum. de re iudic. l. vt vim. ff. de iust. & iur.*
i *Eod. tit.*
k *Eod. tit.*
l *Ca. licet. de offic. ord.*
m *In d. capit licet.*
n *In l. 2. §. do minorũ. ff. de his qui sũt sui, vel alie. iu.*
o *In d. ca. ad nostram.*
p *In clem. 1. §. præfata. de stat. mon.*

a *De iusto bello.*
b *In cap. cleric. num. 2. de vit. & honest. cler.*
c 1. & 2. 2. q. 6.

d *Num. 61.*

e *De appell.*

f *Cap. 4.*

g *De sentent. excom.*

h *Ca. degradatio. iuncta gl. recepta de pœn. lib. 6.*

i *45 dist. c. vlt B. Paulus. & ca. in Archiepiscopatu. de sepulturis. cum aliis ibi citatis.*

verberare, vel torquere clericum per laicum, iuxta glossam memorabilem, [a] Panormitanũ & communẽ, [b] contrarium tamen seruatur de cõsuetudine: secundum Panormitanum, ibid. & Stephanum Austerum, [c] & quamuis communiter dicatur, quòd talis consuetudo licèt excuset à pœna, non tamen excusat à culpa, vt in simili videntur dicere illæ duæ glossæ celebres. [d] Ipse tamen credo, excusare etiam à culpa: quoniam lex de non torquendo, vel non verberando aliàs iustè clericum per laicum, humana est, & non naturalis, nec diuina, & consequẽter tolli potest per consuetudinem rationabilem qualis est ista, [e] nam & prædictus Stephanus qui aliàs dicit, quod communis, tamen in dicta fallentia fatetur id se frequenter fecisse, iubendo flagellari etiam presbyteros in aula Archiepiscopali per seruientem Curiæ, qui erat laicus.

Quibus omnibus perpensis, videtur dicendum primò, satis alienum videri à caritate fraternitatis, & paternitatis inter regulares habendæ, simul & à cõsuetudine SS. Augustini, Benedicti, Bernardi, Dominici, & Francisci, & aliarũ regularum institutorum huiusmodi pœnas infligere, quum sola electione à congregatione videantur fuisse contenti. Secundò, quòd iure defendi potest potuisse induci consuetudine; vt Prælatorum potestas etiam ad hoc extenderetur, sicut in dicto comm. ca. *non dicatis* [a]. diximus eorumdẽ potestatem, quæ iure quidem communi longè angustior est, valde consuetudine auctam esse, nec mirum, quia illa potest non solum augere, sed etiam dare iurisdictionem. [b] Tertio quod à fortiori eadem consuetudine potest cõuenire Prælatis sæcularibus eadem potestas dãnandi ad triremes, etiãsi iure communi aliqua dubitatio subesset propter rationes pro parte negante adductas.

Proposueram hic quærere alia multa, sed quia eorum decisionibus nimium creuisset hic commentarius, decreui ea inferere commentario ca. *statuimus*. [c] quem cũ hoc edimus.

a *In ca. presbytero. 1. alias est §. 5. qu. 6.*
b *In d. c. vniuersitatis & cap. vt fama de sent. excõ.*
c *In rep. cle. 1. de off. ord. regul. 3 fol. 2.*
d *Cap. denique 4 dist. & cap. cum venerabilis. de consuet.*
e *Cap. final. de consuet. cũ ei adnot.*

a. *Num. 62.*
b *Cap. duo si mul. de offic. ordi. cap. cum contingat. iũctaglo. verb. consuetudine qua aliam ei tas de foro cõpet.*

c *19. quæst. 3.*

FINIS COMMENTARII TERTII.

COM

COMMENTARIVS QVARTVS DE REGVLARIBVS.

DE STABILITATE ET TRANSITV eorum, in cap. statuimus. 19. quæst. 3.

Vrbanus Papa II. Abbati. S. Ruffini. Alias S. Ruffi.

STatuimus, ne professionis canonicæ quispiam, postquàm Dei vice supra caput sibi hominem imposuerit, alicuius levitatis instinctu, vel districtioris religionis obtentu ex eodem claustro audeat sine patris & totius Congregationis permissione recedere. Discedentem verò nullus Abbatum, vel episcoporum, nullus monachorum sine communi literarum cautione suscipiat.*

* *Et totius congregationis,* In tribus vetustis codicibus legitur sine patris totius congregationis, apud Iuonem, autem legitur, sine Abbatis totiúsque congregationis.

SVMMARIVM.

1 *Canonicorum regularium ordo multum differt ab ordine monachorum, & quia laxior, & quia celsior, & num. 5.*
2 *Canonicus regularibus per se ineſt clericatus, monachis verò per accidens, & num. 4. 5. 6.*
3 *Canonicus regularis ad quos monachos non poteſt transire.*
3 *Regularis, quæ de cauſa ad aliam transeat religionem.*
4 *Religione inconſueta facilius bene quis ſeruit, quam in alia.*
5 *Canonici regulares vt digniores præcedunt monachos, quod poſt longiſſimam litem ſententia definitiua declarauit Pius IIII. & num 6.*
6 *Canonicorum regularium Prælati quando præcedent monachorum Prælatos, & quando non.*
7 *Humilitas præclara, & Deo dilecta virtus.*
7 *Canonicorum regularium ordo iam inde ab Apoſtolis cœpit.*
8 *Humilitas res gloriosa, quæ ipſa quoque ſuperbia palliari appetit, ne vileſcat.*
9 *S. Auguſtinus an inſtituerit regulam Eremitarum, & c. induerit cucullam, ſe cinxerit zona pellicea. & c.*

NOTA primò, plurimũ differre ordinem canonicorũ regularium ab ordine monachorum, quod ipsum probant primò ca. 1. & ca. *mandamus*, [a] quæ sicut hoc continent, non posse transire canonicos regulares ad ordinem monachorum.

Secundò idem clarius probat cap. *quod Dei timorem.* [b] quatenus habet canonicos regulares laxiori ordini seruire, quam monachos.

Tertiò, quòd vt determinat S. Thomas receptus, [c] Canonicis regularibus per se ineſt clericatus, monachis autẽ solum per accidens. [d]

Quarto, quòd vt idem S. Thomas determinat ibidem, ideo est altior ordo Canonicorum, quàm monachorum, quòd licèt vtrique sint instituti ad vitam contemplatiuam: Canonici tamen sunt instituti ad contemplatiuam circa ministeria Ecclesiastica publica, Monachi verò ad contemplatiuam priuatam, & ita quantò bonum publicum differt à priuato & præcedit illud tantum differt ordo Canonicorum ab ordine monachorum, & præcedit illum.

Quinto faciunt omnia illa quibus probamus in d. capit. *nullam*, [a] Canonicos regulares non venire proprie appellatione monachorum.

2 Nota secundo, quòd Canonicus regularis non poteſt transire ad ordinem monachorum. quod ipsum probant c. 1. & c. *mandamus*, [b] cuius fundamẽtum præcipuum est, quòd licèt ſtatus monachorum sit arctior, iuxta d. cap. *quod Dei timorem*, ſtatus tamen Canonicorum est altior, quatenus finis institutionis eorum, qui est actio ministeriorum Ecclesiæ publicorum est ſublimior, vt idem S. Thomas, receptus, vbi supra dixit, & Cardinalis Turrecremata, [c] tetigit; & vterque ait principalius consideratur finis, & id ad quod instituitur ordo, quàm eius arctitudo ad iudicandũ quis ordo est altior, & ab altiore non descenditur ad inferiorẽ, etiãsi sit arctior. Ex quo sequitur quòd ab ordine monachorũ laicorũ, vel clericorũ, qui diuinis ministeriis nõ seruirẽt, posset quis transire ad ordinem Canonicorum, vt illi dicũt, & satis probatur in ca *sic viue.* [d] Sequitur item, quòd Canonicus regularis poteſt transire ad ordinem monachorum qui ministeriis Ecclesiæ publicis ita inseruit, ac Canonici regulares, eo quòd arctior est, & finis æquè bonus, ac finis Canonicorum regularium petita tamen prius licentia, iuxta cap. *licet.* [e]

3 Nota tertio, quòd poteſt quis transire de vna religione quam iam professus est, ad aliam, quod probat hoc ca. à cõtrario sensu. quatenus habet, non licere transitum eiusmodi causa leuitatis, & sine consensu sui prælati, significando quòd ex causa graui, & habito consensu pięlati, poteſt: quæ de re pulchrè de more S. Thomas, [f] dicit primò, quòd trãsire de religione ad religionem, nisi propter magnam vtilitatem vel necessitatem non est laudabile. Tum quia ex

a Supra ea dẽ causa & quæſt.

b De ſta. monachi. c 2. q. 189. art 8.

d Cap. alias, cap. ſi clericatus. cap. legi. 10. quæſt. 1.

a 18. quæſt. 2

b Supra eadem. quæſt.

c In cap. 1. ſupra eadem.

d 16. quæſt. 1.

e De regularibus.

f In d. articul. 8. corp. in fine.

hoc plerumque scandalizãtur illi, qui relinquuntur. Tum etiam, quia facilius proficit aliquis in religione, quam consueuit, quàm in illa, quam non consueuit, cæteris paribus. Vnde in collat. patrum Abbas Nestorius sic ait. *Vnicuique vrile est, secundum propositum quod elegit, vt summo studio ac diligentia ad operis arrepti perfectionem peruenire festinet, & nequaquam à sua, quam elegit semel, professione discedat.* Et postea subdit. *Impossibile namque est vnum & eumdem hominem simul vniuersis fulciri virtutibus, quas si quis voluerit pariter attentare, in id incidere eum necesse est, vt dum omnem sequitur, nullam integrè consequatur: diuersæ enim religiones præeminent secundum diuersa virtutum opera.*

* *Cassianus collat. 14. ca. 3.*

Secundò, quòd poteſt quis laudabiliter de vna religione transire ad aliam triplici de causa. Primo quidem zelo perfectioris religionis, quæ quidem excellentia, vt supra dictum est, non attenditur secundum solam arctitudinem, sed principaliter secundum id, ad quod religio ordinatur, secundariò verò secundum discretionem obseruantiarum, debito fini proportionatarum. Deinde propter declinationem religionis à debita perfectione, puta, si in aliqua religione arctiori incipiant religiosi remissius viuere, laudabiliter transit aliquis ad religionem etiam minorem, si melius obseruetur. Vnde in collat. Patrum Abbas Ioannes de seipso dicit, quòd à vita solitaria, in qua professus fuerat, transiit ad minorem, scilicet eorum qui viuunt in societate, propter hoc quod vita eremitica cœperat declinare, & laxius obseruari. Tertio propter infirmitatem vel debilitatem, ob quam interdum prouenit, quòd non poteſt aliquis arctioris religionis ſtatuta seruare, posset autem seruare ſtatuta religionis laxioris.

* *Cassianus colla. 10. ca. 3. 5. & 6.*

Tertiò, quòd in his tribus poteſt esse differentia: nam in primo casu debet quidem propter humilitatem licentiam petere quæ tamen ei negari non poteſt, dummodò constet illam religionem, de qua transit, esse laxiorem: si verò probabiliter dubitetur, est in hoc Superioris iudicium inquirendum, vt habetur de regular. [a] Similiter requiritur Superioris iudicium in secundo casu. In tertio verò casu est necessaria dispensatio, quam quis posit facere, dicetur infra. [b]

a *Cap. licet.*

b *q. 1. nu. 10.*

4 Nota quartò, quòd ordo Canonicorum regularium est dignior ordine monachorum, & debet in processionibus, sessionibus, & aliis comitiis præcedere illum, & honorabiliorem locum habere. Primo quidem per prædicta, quibus probatur, quòd ratione finis ordinis dignitas est considerãda: & quòd finis, in quem instituti sunt canonici, est dignior fine, in quem instituti sunt monachi: & quòd canonici per se sunt clerici, non autem monachi, & clerici digniores sunt laicis: & quòd Canonici non possunt transire ad monachos, quatenus sunt monachi, monachi autem quatenus tales, possunt transire ad canonicos.

5 Secundò, per alia multa, quæ habentur in allegationibus typis excusis multorum eruditiſsimorum Iureconsultorum factis in fauorem Canonicorum coram tribus Cardinalibus designatis ad audienda, & referenda partium iura in causa huiusmodi præcedentiæ cœpta in curia tempore bonæ memoriæ Innocentij VIII. & finita à fel. record. Pio IIII. qui post iura vtriusque partis coram prædictis Cardinalibus cum allegationibus & responsionibus pro eis accuratè adducta, & sibi relata, in hanc quæ sequitur formam pronunciauit.

* Christi nomine inuocato. *Hæc sententia in Bullario Pontificum post illam quæ sequitur constitutionem extat. Sequens porro constitutio est 95. inter ipsius Pij III. constitutiones.*

CHriſti nomine inuocato, pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram definitiuam sententiam, quam ferimus in his scriptis, in causa, & causis, quæ coram nobis, & quas dilectus filius noster Ioannes Michaël Sarraceno tit. Sanctæ Anastasiæ, Ioannes Baptiſta Cicadæ tit. Sancti Clementis, ac Bernardino Scoto, titul. Sancti Matthei S. R. E. Cardinalibus primò audiendas, cognoscendas & per eos decidendas & terminandas, & deinde per præfatos Cardinales per Apoſtolica nostra rescripta nobis referendas commiſimus, inter dilectos filios Abbates, Prælatos, & Canonicos regulares ordinis S. Augustini congregationis Lateranensis, & vniuersam eorum congregationem ex vna, & Prælatos, Abbates, & Monachos ordinis S. Benedicti congregationis Caſinenſis, aliàs S. Iuſtinæ de Padua nuncupatos, & dictam eorum congregationem, de & super præcedentia, & iure inter eos præcedendi, tam in processionibus, quàm in generalibus & synodalibus, seu prouincialibus Conciliis, omnibúsque actibus publicis, & priuatis, rebusque aliis in actis causæ, & causarum huiusmodi latius deductis, & illorum occasione in prima seu alia versæ fuerunt, & vertebantur instantiis, partibus ex altera, causæ huiusmodi coram dictis Cardinalibus ad plenum ventilata, ac sæpius, & sæpius auditis partibus, & dubiis in ea plenè discussis, & resolutis, ac visis de iure videndis, & demum per dictos Cardinales nobis matura desuper facta relatione, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus Abbates, Prælatos, & Canonicos regulares, congregationis Lateranensis, vti clericos dimiſſa superiori veſte, pallio, seu cappa in linea veſte, clericalique habitu incedentes (quod etiam in alma nostra vrbe Romæ consuetum fuit, & nunc obseruatur) in processionibus, & omnibus aliis actibus publicis, & priuatis, tam in dicta alma Vrbe nostra, nostróque & successorũ nostrorũ conspectu, quàm aliàs vniuersis, ac quibuscumque aliis Ciuitatibus, terris, oppidis, & locis, dictis Abbatibus, Prælatis, & Monachis ordinis S. Benedicti Caſinenſis. præcedere debuisse, & debere, eosdémque Abbates, Prælatos, & Canonicos regulares, dictámque eorum congregationem, vt supra incedentes, dictis Abbatibus, Prælatis, & Monachis S. Benedicti, & eorum congregationi in omnibus, & singulis præmiſſis præferendos, anteponendos, & in digniori loco collocandos fore, & esse: Abbates verò dictarum congregationum Lateranensis & S. Benedicti singulariter, & de per se absque eorum conuentibus in Conciliis generalibus, prouincialibus, & synodalibus, & aliis actibus publicis, & priuatis, in quibus Abbates de iure, vel de consuetudine locum, & votum habent, vel pro tẽpore quomodolibet habebunt, inter seſe iuxta singulorum ipsorum Abbatum ibidem interuenientium priorem, & antiquiorem promotionem ad Abbatiam, ac illa promotione dumtaxat, non autem congregatione, & ordine, cuius fuerint attentis, præcedere, ac præferri & in digniori loco collocari debuisse, & debere, prout præferimus, anteponimus, collocamus, præferríque, anteponi, & collocari reſpectiuè mandamus: ita etiationes quoque, moleſtationes, oppoſitiones, perturbationes, vexationes, & impedimenta quæcumque per præfatos Abbates, Prælatos, & Monachos dicti ordinis S. Benedicti, & dictam eorum congregationem eiſdem Abbatibus, Prælatis, Canonicis regularibus dicti ordinis, & eorum congregationi de & super præfatis omnibus, & singulis, & illorum occasione quomodolibet factas, præſitas, & illatas, factáque, præſtita, & illata fuiſſe, & esse temerarias, illicitas, indebitas, & iniuſtas, temerariáque, illicita, indebita, & iniuſta, ac de facto præſumptas, & præſumpta, illasque & illa præfatis Abbatibus, Prælatis, & Monachis feciſſe, & facere minimè licuiſſe, nec licere de iure. Et propterea de & super illis, ac dicto iure præcedendi, vt supra, omnibúſque aliis & singulis præmiſſis perpetuum silentium imponendum fore, & esse, ac imponimus, vtramque partem in expensis iuſtis ex causis abſoluentes.

Ita est I.

Ita refero, & censeo pronunciandum esse Ioannes Michaël Cardinalis Sarracenus.

Ita refero, & censeo pronunciandum esse Ioannes Baptiſta Cardinalis Sancti Clementis.

Ita refero, & censeo pronunciandum esse Bernardinus Cardinalis Tranens.

BREVE EIVSDEM S. D. N. in quo supplentur omnes, & singuli processus, & sententiæ prædictæ defectus etiam substantiales, si qui forsan interuenerint, ac mandatur ab omnibus inuiolabiliter obseruari debere prædictam sententiam sub pœnis & censuris.

PIVS PAPA IIII.

AD Futuram rei memoriam. Sedis Apoſtolicæ prouidentia circumſpecta, ne rursus, ea quæ in controuerſiis inter personas Eccleſiaſticas, præsertim Altiſſimo sub regulari profeſſione famulantes exortis, pro tranquillo religionis ſtatu prudenter ordinauit, in moleſtos contentionis anfractus relabantur, maiorem ſolet, dum id res ipsa requirit, adhibere cautionem. Sanè nuper postquàm, ſicut nobis innotuerat, ab antiquis vſque temporibus, etiam supra cẽtum annos retroactos lis, & causa, seu controuerſia inter dilectos filios Rectorem generalem, & Canonicos regulares S. Augustini congregationis Lateranenſis ex vna, ac Monachos S. Benedicti,

ordinis Cassinensis aliàs S. Iustinæ de Padua congregationem partibus ex altera, super illorum præcedentia, seu iure præcedendi subortæ, & coràm diuersis iudicibus etiam in nostro Palatij Apostolici auditorio ventilata, ac demum non sine animi nostri molestia in œcumenico Concilio Tridentino, inter earumdem congregationum Abbates renouata fuerat. Nos considerantes lites, & controuersias huiusmodi in Ecclesia, præsertim inter religiosas & reformatas personas, quæ relictis mundi vanitatibus, votum suum in humilitatis spiritu, domino & Deo nostro, qui se pro nobis vsque adeo humiliauit, vt formam serui acciperet, persoluere profitentur, non modicum illi præclarè, Deoque præcipuè dilectæ virtuti, quæ est humilitas labem infundere, populóque scandalum generare, ac propterea illas omni ratione submouendas, publicaque religionis tranquillitati, ac ministrorum Dei reconciliationi, & mutuæ dilectioni quàm primùm confulendum esse rati, Motu proprio dictas causas, & controuersias vbilibet, & coram quibuslibet iudicibus motas, & in quibuslibet instantiis indecisas pendentes, ab eisdem iudicibus ad nos auocauimus, illasque dilectis filiis nostris Ioanni Michaëli S. Anastasiæ Sarraceno, Ioanni Baptistæ S. Clementis Cicadæ, ac Bernardino Scoto nuncupatis S.R.E. Presbyteris Cardin. audiendas, cognoscendas, & decidendas per quamdam motus proprij schedulam, & deinde illas per aliud nostrum rescriptum eisdem Cardinalibus per eos audiendas tantùm, nobisque referendas commisimus: qui quidem Cardinales dictis partibus, earúmve procuratoribus, & aduocatis pluries auditis, dubióque emergentibus ad plenum discussis, & resolutis comperto satis per eos ex compluribus literis Apostolicis, diuersísque aliis documentis, rationibus, & probationibus, quod ipsi Canonici fuerunt, & sunt de illis clericis à sancto Augustino, quinimo à sanctis Apostolis institutis, eosdem Canonicos tam suæ antiquæ institutionis huiusmodi, quàm etiam dignitatis clericalis, qua eos statim quòd professionem regularem emittunt, insignitos esse oportet, aliarúmque qualitatum in eis existentium ratione, dictámque illarum congregationem Lateranensem præfatos Monachos, & eorum congregationem Cassinensem præcedere debere censuerunt, & concluserunt, suámque conclusionem huiusmodi ad audientiam nostram iuxta vltimi nostri rescripti prefati tenorem retulerunt. Vnde nos illorum relatione intellecta, eáque per nos diligenter examinata, quoniam eam in omnibus suis partibus veritati & iuri consonam comperimus, per nostram definitiuam sententiam pronunciauimus, sententiauimus, decreuimus, & declarauimus, Abbates, Prælatos, & Canonicos regulares congregationis Lateranensis vti clericos dimissæ superiori veste, pallio, seu cappa, in linea veste, clericalíque habitu incedentes (quod etiam in alma Vrbe consuetum fuerat, & tunc obseruabatur) in processionibus, & omnibus aliis actibus publicis, & priuatis, tam in dicta Vrbe, nostróque, & aliorum Romanorum Pontificum successorum nostrorum conspectu, quàm alias in vniuersis, & quibuscumque aliis ciuitatibus, terris, oppidis, & locis, Abbates, Prælatos, & Monachos ordinis sancti Benedicti congregationis Cassinensis prædictos præcedere debuisse, & debere, ac eosdem Abbates, Prælatos & Canonicos regulares, dictámque eorum congregationem, vt præfertur, incedentes, dictis Abbatibus, Prælatis, & Monachis sancti Benedicti, & eorum congregationi in omnibus, & singulis præmissis præferendos, anteponendos, & in digniori loco collocandos fore & esse: Abbates verò dictarum congregationum singulariter, & de per se absque eorum contentibus in Conciliis generalibus, prouincialibus & synodalibus, ac aliis actibus publicis, & priuatis, in quibus Abbates de iure, vel consuetudine locum, & votum habent, vel pro tempore quomodolibet habebunt, inter sese iuxta singulorum ipsorum Abbatum ibidem interuenientium priorem, & antiquiorem promotionem ad Abbatiam, ac illorum promotione duntaxat, non autem congregatione, & ordinis cuius sint, attentis, præcedere & præferri, & in digniori loco collocari debuisse, & debere, prout ex tunc prætulimus, anteposuimus, & collocauimus, præferrique, anteponi, & collocari mandauimus, iactationes quoque, molestationes, oppressiones, perturbationes, vexationes, & impedimenta quæcumque per Abbates, Prælatos, & Monachos prædictos, & eorum congregationem Cassinensem eisdem Abbatibus, Prælatis, & Canonicis regularibus congregationis Lateranensis super præfatis omnibus, & singulis & illorum occasione quomodolibet factas, præstitas, & illatas, facta, præstita, & illata fuisse & esse temerarias, illicitas, indebitas, & iniustas, temerariáque, illicita, indebita, & iniusta, ac de facto præsumptas, & præsumpta, illásque & illa Abbatibus, prælatis, & Monachis congregationis Cassinensis huiusmodi feciss e, & facere minimè licuisse, neque licere de iure. Et propterea de & super illis ac dicto iure præcedendi, omnibusque & singulis aliis præmissis pe-

A

B

C

D

E

F

rtum silentium imponendum fore, & esse, & tunc imposuimus prout in rescripto, relatione & sententia prædictis plenius continetur. Ne autem de sententiæ aliorúmque præmissorum validitate vllo vmquam tempore dubitari, ac propterea vel alio quouis prætextu rem maturè discussam & iudicatam, rursus in controuersiam retrahi, neue dentro in Ecclesia Dei inter tales personas religiosas, contentiones exoriri, ac populo scandala generari contingat, tempestiuè prouidere, ac supremam huic negotio manum apponere cupientes, nec non veriores literarum singulorum prædecessorum, ac rescripti processus, relationis, sententieque præfatorum, & inde secutorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes: Motu simili, non ad ipsorum Abbatum, Prælatorum, & Canonicorum regularium congregationis Lateranensis vel alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, & certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine ad effectum executionis dictæ sententiæ tantùm omnes & singulos processus & sententias præfatorum defectus etiam substantiales, si qui forsan in eisdem interuenerint, harum serie supplemus, ac eamdem sententiam vnà cum eius processu validos & efficaces esse, suósque plenarios & integros effectus sortiri, & inuiolabiliter ab omnibus obseruari debere, nec partes ipsas ab eis vllo vmquam tempore quouis prætextu, quæsitóve colore resilire posse, sed ad illorum obseruationem teneri, cesturisque & pœnis tam Ecclesiasticis, quàm pecuniariis ad id cogi, & compelli, neque Monachos eorúmve congregationem aduersus sententiam, aliúue præmissa in prisinum statum quouis quæsito colore, vel ingenio restitui, nec illa oppugnantes audiri, præsentésque literas de surreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, aut alio quouis defectu notari, seu impugnari posse. Sicque & non aliter per quoscumque iudices, & Commissarios etiam S.R.E. Cardinales sublatis eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac quicquid secus à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus, præmissáque omnia perpetuò statuimus: & quòd ita fiant, & obseruentur, volumus, atque mandamus, similiter venerabili fratri Episcopo Amerino & dilectis filiis, nostro in alma Vrbe, & eius districtu Vicario in spiritualibus, ac Curiæ causarum camerę Apostolicæ auditori generalibus per præsentes motu pari mandantes, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis cõtenta quæcumque vbi & quãdo opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris generalis, & Abbatum, Prælatorum, ac regularium Canonicorum S. Augustini cõgregationis Lateranensis præfatorum, vel alicuius eorum fuerint requisiti solemniter publicantes, ac illis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos suppletione, decreto, statuto, voluntate, & mandato, alisque præmissis, pacisce frui, & gaudere. Non permittentes eos vel eorum quempiam desuper per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoslibet & rebelles per sententias, censuras, & tam ecclesiasticas & pecuniarias etiam arbitrio suo moderandas, & applicandas, quàm etiam priuationis beneficiorum ecclesiasticorum per ipsos contradictores obtentorum pœnas, aliásque iuris remedia, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, illos sententias, censuras & pœnas huiusmodi incurrisse declarando, illósque etiam iteratis vicibus aggrauando, & interdictum ecclesiasticum imponendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac fœl. record. Bonifacij Papæ VIII. predecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo quibuslibet præsentium vigore vltra tres dietas ad iudicium non traherentur, ac aliis quibuslibet constitutionibus & ordinationibus apostolicis, nec non Monasteriorum, & ordinum, ac congregationum præfatorum etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis eorumque Superioribus, ac personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuslibet etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis capitulis, irritantibusque & aliis decretis in genere vel specie, etiam motu & scientia similibus quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de

indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod præsentium transumptis, manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ muniris in iudicio & extra vbilibet locorum plena, & indubia, eadémque prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die XVIII. Ianuarij. M.D.LXIIII. Pontificatus nostri anno quinto.

Hie. Gadicen.

8 EX qua sententia, & breui executorio colligo primò, plurimum referre, An Prælati in suis capitulis simul incedant, an verò per se à capitulis separati: quia Priore casu Prælati canonicorum præcedunt Prælatos monachorum, etiam si sint promotione nouiores, in posteriore verò minimè, imò præcedunt se inuicem pro suæ promotionis antiquitate, vel nouitate.

Secundo colligo ex breui humilitatem esse præclaram, & Deo dilectam virtutem, præsertim in regulari, cui sine illa parum religio proficiat, [a] *Gloriosa enim res humilitas, qua ipsa quoque superbia palliari se appetit ne vitescat.* vt ait Bernardus * relatus à glossa singulari, [b] quæ definit eam & gradus eius describit.

Tertiò, quòd ordo canonicorum regularium iam inde ab Apostolis cœpit.

Quartò, quòd clericatus ita per se ineat illis, vt dicat S. Thomas, [c] quòd non possit esse canonicus, quin sit clericus.

Quinto, quòd cum ex Posidonio & aliis in confesso sit, patriarcham illum nostrum Augustinũ cum sociis suis Hippone circiter 40. annos secundum regulam Canonicorum Regularium vixisse, nõnullis videtur ipsum numquam induisse cucullam nigram, nec cinctum fuisse zona pellicea ad differentiam monachorum, quin & eam regulam longo tempore præcessisse obseruantiam longè strictiorem regulæ, quam cum habitu differente seruant admodũ Reuerendi patres Illustrissimi ordinis Eremitarum sancti Augustini, qui tamen iis magnis viribus repugnant, asserentes eum, & induisse cucullam, & se zona pellicea, qua ipsi se cingunt, cinxisse, quam quæstionem, quia meo iudicio ad augendum pietatem parui refert vtra pars eius teneatur, & vt audio super ea sub iudice lis est, in medio relinquo, vt & Antonius Sabellicus part. 2. Ennead. 7. titu. 9. reliquit. Nec minus suam in hac re mentem aperuit D. Antoninus, [d] dum ait, non sufficienter probare quemdam virum, prædictum ordinem eremitarum esse antiquiorem aliis ordinibus mendicantibus in hæc verba, *& si ordo eremitarum, & in eremo viuentium cœperit à Paulo eremita: nõ sequitur quòd talis modus viuendi esset ordo beati Augustini, vel viuerent secundum regulam beati Augustini, qui adhuc non erat in mundo, sed postea plusquam per centum annos. Nec legitur alicubi, quòd aliquam communem regulam illi eremitæ haberent, nec tunc aliqui ordo vel religio erat ab Ecclesia approbata, vt postea fuit. Quòd autem* B. Benedictus & eius religio *secundum regulam eius fuerit post Augustinum certum est: vnde & Canonici regulares, qui profitentur regulam Augustini, vtique fuerunt ante monachos Benedictinos, & etiam aliqui eremitæ viuentes religiosè in solitarijs, potuerunt esse, qui viuerent secundum regulam Augustini, & forte illi, ad quos sermones editi dicuntur ad eremitas, sed non erant illi proprie loquendo illius ordinis, & modi vitæ, cuius nunc sunt, qui dicuntur eremitani, & habitant in ciuitatibus, villis & castris. Hæc ille.* Sed & neutri parti præiudicare videntur, qui aiunt capit. 1. [e] non probare B. Augustinum instituisse regulam eremitarum ante Concilium generale, de quo in cap. fin. [f] sed quòd regula eremitarum sancti Augustini, id est, quæ sic appellatur, præcesserit dictum Concilium quod est verisimum, sed longè aliud ab illo. Quicquid tamen hi aut illi sentiant, illam ego partem mihi persuadeo, quam sacrosancta Sedes Apostolica, vel ab ea in id delegati veriorem iudicauerint, satis certus nonnulla origine nouiora præstare vetustioribus, & contra nonnulla vetustiora præcellere nouioribus, in omnique gente, qui maiorem faciunt iustitiam, magis placere Deo, qui non solùm regulares, sed etiam seculares omnes Christianos suæ caritatis vinculo, in suam gloriam perpetuò vinciat, Amen.

a Arg. c. 1. de præn. disp. 1. * Bern. in li. de gradib. humil.

b Clemen. 1. de relig. dom.

c In d. art. 8.

d Historiæ sua. 3. part. tit. 24. ca. 14.

e §. penul. de relig. domib. lib. 6.

f De reli. domib.

Secundò, quòd adiungere poteram hic multa ex prædictis allegationibus typis excusis, quæ gratia breuitatis omitto.

SVMMARIVM.

10 *Regularis de cuius licentia iustè transit ad alium ordinem.*
10 *Vouens vnam religionem ad intrandam aliam, maiori auctoritate eget, quàm professus.*
11 *Canonici regulares ad quos monachos transire possint.*
12 *Regulari translato quanta licentia extra monendi dari potest.*
13 *Regularium Conuentualium eiectorum dubia deciduntur.*
13 *Ordines mendicantium iure communi quatuor, sed particulari plures.*
14 *Verba cum effectu sunt intelligenda.*
14 *Regulares transferendo non recipit, nisi qui potest nouirios.*
14 *Regularem translatum tractet Prælatus, vt vernaculum quoad exitum.*
14 *Intellectus cap. 11. de reformat. sess. 25. Concilij Tridentini.*
15 *Regularis etiam translatus potest esse Vicarius Episcopi.*
15 *Dispensatio odiosa, sed eam faciendi potestas fauorabilis.*
16 *Regularibus Conuentualibus eiectis quod remedium suffficiens.*
16 *Contemniter facilè, quod non diligitur.*
17 *Auctor in omnes Regulares venerabundus, & in nullos factiosus.*
18 *Regularibus Conuentualibus eiectis vberius prouidendum.*
18 *Citatio iure naturæ requisita ex causa omitti potest.*
18 *Iudicis pro sententia in dubio præsumendum.*
19 *Rigor ex causa mollendus.*
20 *Papa in his quæ sunt fidei & morum errare non potest.*
21 *Regularis cogi nequit transire ad strictiorem, nec laxiorem. & num. 22.*
22 *Regularis licèt iure antiquo non posit cogi transire ad aliud monasterium, iure tamen speciali sic, ad hunc modum.*
22 *Canonici regulares qui non possint cogi transire.*
22 *Canonici regulares aliqui habent vnum corpus, & Generalem.*
22 *Regularis transfertur, vt habitator, & vt filius.*
23 *Regularis ad quæ beneficia potest cogi à suo Superiore.*
23 *Regularis cui electioni consentire potest, & cui non. & numero 24.*
23 *Regularis mendicans translatus ad non mendicantes ad hæc est inhabilis. & num. 24.*
25 *Regularis simoniaca professio quoad quid valet.*
25 *Regularis canonia, & monachatus quoad quid beneficia.*
25 *Excommunicati professio & matrimonium valet.*

10 CIrca verò tertium notabile, quod de transitu vnius religionis ad aliam agit, quæritur primò qua de facultate seu licentia sit ille faciendus? Ad quod respondeo, quòd iure communi Prælatus etiam inferior potest facere facultatem transeundi ad strictiorem, argumento cap. *licet*, [a] quatenus probat facultatem etiam solum debitè petitam, & non obtentam sufficere ad id. Et quòd potest etiam facere facultatem transeundi ad æqualem, id quod per hoc cap. asserit glossa recepta, [b] quamuis nõ nimis clare id hîc probetur. Ad laxiorem autem solus Papa facere potest, vt eadem glossa recepta resoluit. Dixi (*iure communi*) quia iure particulari & statutario seruandum est, quod in eo continetur, vt in ordine prædicto Prædicatorum est seruandum ille §. *item statuimus*, [c] suarum constitutionum, videlicet. *Statuimus & ordinamus, quòd quorumcumque mendicantium ordinum fratres, non posint, nec debeant recipere huiusmodi Prædicatorum ordinis fratres, aut sorores subiectas eisdem in ipsorum, aut dictorum aliorum ordinum fratres aut sorores (etiam vigore quarumcumque literarum Apostolicarum super hoc hactenus forsan concessarum, vel in posterum concedendarum, etiam quòd ad parem, vel arctiorem transire possint ordinem continentium, nisi in eisdem de ordinibus, ex quibus recedunt & ad quos accedunt, & ad quos se transferendi licentiam obtinuerint, nec non de præsentibus, & earum toto tenore specialis, & expressa mentio habeatur.* Hæc ibi.

Quibus addo primo, quòd contentis in prædicto §. gaudebunt etiam alij fratres, & monachi habentes communionem priuilegiorum prædicti ordinis.

a De regul.

b In cap. cum singula. §. prohibemus. verb. canonice, de præb. li. 6.

c Capitu. 17. dist. 2.

Secundo addo omnibus, quòd etiam ipse Papa non poteit iustè, nisi ex causa iusta transferre ad laxiorem regulam, quippe qui neminem poteſt ab vllo voto, nisi de iusta causa iustè absoluere, [a] & dare facultatem transeundi ad laxiorem, est effectu absoluere à voto, vel parte voti seruandi strictiorem.

a *Cap. nō est. adiuncta glo. de vot.*

Tertiò, quòd non est idem de eo, qui iam professus est, & de eo, qui vouit intrare religionem: quia qui vouit intrare vnam laxiorem, poteſt intrare strictiorem, nulla ab vllo petita licentia, & non poteſt intrare aliam religionem æqualem sine Papæ, vel eius qui ipsius auctoritate vtitur, licentia, qualis est legatus eius, vel maior pœnitentiarius: quia Prælatus religionis, quam vouit intrare, non poteſt eam ei facere, nondum etiam est ei subiectus: & ita declarandus est Sanctus Thomas, [b] relatus supra in dicto notab. 3.

b *In d. arti. 8.*

11 Quarto addo, quòd licèt canonici regulares non potuerint olim, nec possint hodie transire ad monachos, qui non essent plusquam monachi, quique non tractarent chorum, & ministeria Ecclesiastica, vt Canonici, possunt tamen hodie transire ad eos, qui eadem ministeria tractarent, sicut canonici regulares: quales fere sunt omnes hodie ratione maioris arctitudinis: & contrà, licèt olim monachi, qui non erant plusquam monachi poterant transire ad canonicos regulares propter maiorem perfectionem, hodie tamen non possunt: quia exæquantur eis in perfectione, nam tractant eadem ministeria, & superant arctitudine regularis obseruantiæ, ita quòd Canonicus regularis poteſt hodie transire ad ordinem Prædicatorum, & non Prædicatores ad ordinem Canonicorum regularium: quæ omnia sentit Thomas, [c] & Cardinalis à Turrecremata. [d]

c *Vbi supra.*
d *In cō. 1. supra ead.*

Quinto, quòd Superior etiam inferior Papa poteſt ex causa iusta dispensare, vt transeat ad religionem laxiorem, secundum Panormitanum, [e] cui satis concordat Siluester, [f] & ante illos tradiderunt Innocentius, [g] & Hostiensis. [h] Nam quod paulò antè dicitur, quòd solus Papa poteſt hoc facere, intelligendum est de potentia faciendi sine causa, quoad forum exterius.

e *In c. non est. num. 6. & c. significatum. num. 6. de regula.*
f *Ver. religio. 4. quæſt. 2.*
g *Ibidem.*
h *In summa.*

Secundo quæritur, vtrum Prælatus religionis laxioris licitè recipere possit regularem translatum ad illam de strictiore auctoritate Papæ, animo non retinendi eum in clauſtro sui monasterij, sed statim post receſsionem, & habitus sui dationem, dandi ei facultatem perpetuò, vel ad multos annos viuendi extra clauſtrum quærendo sibi victum sua industria, arte, vel mendicitate? Ad quod respondeo primò quòd hoc frequens esse solebat, imo frequentiſsimum ante Concilium Tridentinum, vt ipsummet testatur. [i]

i *In ſeſſ. 14. cap. 11. de reform.*

12 Secundo quòd eiusmodi receptio cum facultate extra monasterium tam diu manendi & acceptatio vix omnino iustificari poterant. Tum quia cuius finis malus est, ipsum quoque malum est, iuxta cap. *cum minister*, [k] vt ibi latè diximus. At finis eo modo exeuntis & recipientis, vt plurimum solebat esse liberatio à iugo religionis, vagatio, & interdum voluptate fruendi opportunitas. Tum quia imprudentia, & negligentia peccata sunt. [l] At conceſsio tam diuturnæ & vagæ facultatis videtur actus imprudentiæ, & causa negligentiæ, quum non sit prudentis & boni pastoris tam diu curam suæ ouis deſerere, contra illud. [m] *Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, cùm illius ſanguis de manibus tuis ſit requirendus*, [n] nec sit iusta excusatio pastoris, si lupus ouem comedat, & ipse neſciat. [o] Dixi, *vis*, quia tanta potuiſſet occurrere alicui regulari ob aliquos respectus particulares neceſsitas relinquendi suum ordinem, propter moleſtias, perſecutiones, & diſſensiones, vel alios similes respectus, & tanta difficultas inueniendi monasterium, quod vellet eum perpetuo alèdum in clauſtro recipere, & talis de translato confidentia, quòd tali facultate bene vteretur (quales casus non semel ad nos peruenerunt) quòd pij Prælati recipere potentis fuiſſet, recipere talem animo concedendi facultatem manendi foris, non quidem tam vagam & largam, quanta in quæstione proponitur, sed arctatam ad locum talem, vt facilè noſcere posſet eius actus, & eum si opus foret, corrigere, & in alium locum transferre, & aliorum, quæ boni

k *13. quæſt. 5.*

l *Cap. ſit rector. 43. diſt. ca. ea quæſtio. de offic. Archid.*
m *Prouer. 27*
n *Cap. irre fragabili. de offic. ordin.*
o *Cap. quam uis. de regul. iur.*

A pastoris sunt curam gerere: qualibus casibus poterat defendi conniuentia illa Sedis Apoſtolicæ, qua ante prædictum canonem, & Paulum III. tales translationes permittebat.

Secundo, quòd prædictum Concilium vbi supra contra prædictam conſuetudinem in hac verba ſtatuit. *Quia verò regulares de vno ad alium ordinem tranſlati, facilè à ſuo Superiore licentiam ſtandi extra monaſterium obtinere ſolent, in quo vagandi & apoſtatandi occaſio tribuitur: nemo cuiuſque ordinis Prælatus, vel Superior vigore cuiuſuis facultatis aliquem ad habitum, & profeſsionem admittere poſsit, niſi vt in ordine ipſo, ad quem transfertur, ſub ſui Superioris obſeruantia in clauſtro perpetuò maneat.* hæc ibi. Per quæ reprobatur receptio in quæstione proposita, quæ quia vt diximus ante prædictum canonem erat reproba, non videtur ille ius nouum inducere, sed antiquum declarare: & conſequenter posſet limitari in casu, in quo ante illum diximus licuiſſe, saltua Illuſtriſsimorum eorumdémque eruditiſsimorum Cardinalium interpretationi prædicti Concilij deputatorum grauiſsima censura.

B

Tum quia prædictus canon latus fuit ad tollendam occaſionem vagandi, & apoſtatandi ex tali facultate præſumpta, quæ quoad forum conſcientiæ in eo casu ceſsat. Tum quia alioqui eiusmodi perſonæ occluderetur omne remedium salutis, eo quòd eam verè non sperat in priori ordine, & verè non poteſt inuenire monasterium, quod recipiat eum cum onere alendi perpetuò in clauſtro in ordine, ad quem transfertur: & religio, quæ est compendium ad vitam æternam, non debet esse diſpendium ad illam. [a]

C

a *Arg. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. cap. ſi. de verb. ſignifit.*

13 Tertio quæritur, quid respondendum sit multis fratribus ordinis Minorum Conuentualium Hiſpaniarum, qui nuper fuerunt à fœl. record. Pio V. priuati, & electi à ſuis omnibus domibus in omnibus earum Regnis, quibuſque modo fit facultas transeundi ad aliquem ordinem Mendicantium approbatum, in quo beneuolos inuenerint receptores, & in euentum, quòd non inuenerint tales, posſint transire ad ordines non Mendicantes, ſuper multis dubiis occurrentibus eis, & nobis propoſitis? Respondeo, respondiſse me primò cuidam, qui habitum deposuerat, roganti, vt committerem, vel quærerem, qui ei committeret aliquot miſſas à ſe dicendas, quo in Vrbe, & in via redeundo in Hiſpaniam ſuſtentari posſet intra sex menſes præſtitutos ad quærendum ordinem, in quem se transferret, nullatenus posſe illum celebrare, antèquam transferretur: quia cùm ſe reputaret excommunicatum ob habitum derelictum, non poterat celebrare ante abſolutionem à censuris, neque ante diſpenſationem ab irregularitate, & non poterat talem abſolutionem & diſpenſationem conſequi, niſi à Superiore monasterij ordinis, ad quem transferretur, quod sibi graue viſum fuit, ſed adeo notoriè est verum, vt non indigeat probatione. [b]

D

Secundo, quòd eos, quibus fit facultas transeundi ad non Mendicantes, ſi non inuenerint Mendicantes, qui eos recipiant, vt communiter fit, oportet non ſolum tres alios ordines Mendicantes requirere, ſed omnes alios ordines Mendicantium approbatos, qui hodie sunt plures quàm quatuor approbati iure antiquo communi contento in capit. fin. [c] talis est enim ordo Minimorum Sancti Franciſci à Paula, ſeruorum Beatæ Mariæ, imo & Societatis Ieſu, & aliquorum aliorum: negatiua enim illa (ſi non inuenerint exacta diligentia facta Mendicantes,) non verificatur, niſi requiſitis omnibus, & nullis volentibus eos recipere, argumento gloſſæ singularis. [d]

E

b *Iuxta. cap. ad noſtram. & 2. de iureiuran.*

c *De relig. domib. & in ca. 1. eod. titu. lib. 6.*

d *Cap. cū dilectus. de conſuetudine.*

14 Tertio, quòd videntur teneri ad quærendum aliquem ordinem Mendicantium bona fide, & iuſto deſiderio inueniendi eum, non enim sufficit petere verbo tantùm, saltem ſignificando nutu, vel aliis verbis, aut per alias perſonas deſiderare ſe non recipi: quia verba cum effectu sunt intelligenda. [e]

F

Quarto, quòd Prælati ordinum, ad quos transeunt, non possunt eos recipere sine ſuorum conuentuum conſenſu, pluſquam alios nouitios, quos secundum communem, & conſuetudinem receptam de conſenſu Conuentuum

e §. *hac autē verb. de præ. diſt. 1. & cap. relatum. cum multis alleg. in gloſſ. de cler. non reſi.*

ſuorum

a *18. quæſt. 2.*

ſuorum recipiunt, vt dixi in cap. *nullam*, [a] quia verba illa (*beneuolos receptores*, referuntur ad potentes recipere, & incorporare ordini. Vnde non sufficit præstare obedientiam ſoli Prælato, vt ante Concilium prædictum ſolebat fieri, ſed oportet, vt de conſenſu totius conuentus, vel maioris partis recipiantur, vbi nouitij sic ſolent recipi, quum ad valorem actus, non sufficiat voluntas sine potestate, sicut nec poteſtas abſque voluntate. [b]

b *Ca. cū cauſa. cū gloſ. & ei adnot. de offi. deleg.*

15 Quinto, quòd illa verba litterarum suarum, scilicet, *vitámque regularem, ac in clauſtro perpetuo ducendo ſtatueris, & promiſeris, &c.* intelligenda videntur iuxta prædictum canonem Concilij Tridentini qui tollit poteſtatem prælato recipiendi aliquem huiusmodi transferendum, niſi cum animo & obligatione tenendi eum perpetuo in clauſtro, perinde ac vernaculo, & ordinario modo suſceptos.

Sexto, quòd intentio Concilij est per præfata verba ſignificare, vt translatum æquè tractet, ac vernaculum debet tractare quoad concedendam facultatem exeundi, vel manendi foris, & quoad alimenta ordinaria: & conſequenter, quòd prædictus Prælatus non posſit ei concedere facultatem manendi extra monasterium sine iusta cauſa, sicut nec poteſt concedere vernaculo non translato, vt diximus in dicto commentario cap. *non dicatis*. [c]

c *12. quæſt. 1.*

Septimo, ex hoc sequi, quòd sicut posſet iusta de causa concedere id vernaculo: ita posſet & translato. Tum quia non debet esse melioris conditionis hic, quàm ille, [d] cuius tamen esſet, si contra teneremus: quia conſequeretur non posſe translatū cogi ad agenda aliqua extra monasterium, ad quæ posſet cogi vernaculus. Tum quòd mens Concilij videtur fuiſſe æquare translatū vernaculo, quoad māsionē perpetuā in monasterio, & mens legislatoris sequēda est. [e]

d *Arg. clem. 1. de regular.*
e *Cap. fin. de reg. iur. lib. 6. & c. ſi. de præbend.*

Octauo dico, his esse conſequens, Prælatum monasterij ad quod transfertur posſe mittere huiusmodi translatum ad conuiuendum alicui Priori eiusdem ordinis in vtilitatem & decorem ſui ordinis, sicut posſet mittere aliquem vernaculum, [f] tum per prædicta. Tum quia regularis manens extra monasterium de iusta licentia prælati videtur manere in eo, [g] tum quia Concilium non videtur velle honorare magis translatum, quàm vernaculum. Tum quia non obligat Concilium plus quàm votum ſolemne obedientiæ, quo nititur illud, & poteſt Prælatus non obſtante illo, mittere regularem vernaculum foras pro vtilitate, honore, & obſequio monasterij: ergo & etiam translatum, non obſtante prædicto canone. Tum quia ſi translatus esſet latomus, vel faber lignarius, posſet Prælatus eius mittere illum ad operandum & conſtruendum aliquam capellam, vel aliud ædificium neceſsarium & vtile monasterio.

f *Cap. 2. de ſtatu monac. ca. ſin. de capell. mon. & clem. 1. §. ad hæc. eod. titu.*
g *Ca. monachi. 2. 16. q. 1.*

Nonò dico, quòd huiusmodi translatus de licentia Prælati posſet esse Vicarius Epiſcopi, niſi quatenus obstaret ei Clemētina 1. [h] quia etiam vernaculus posſet esse, secundum Cardinalem receptum, [i] & Cubicularius Epiſcopi, vt ait Panormitanus. [k] Procurator item patroni, amici, vel Principis, vnde vtilitas saltem latens redundaret in monasterium, secundum Innocentium receptum. [l]

h *De regul. i. In clem. 2. qu. 16. de reſcrip.*
k *In c. quanto. de offi. ordi. num. 1. per c. cum paſtoris. 2. quæſt. 7.*
l *In cap. cùm I. & A. de re iudic.*

Decimo, quòd non ſolùm Prouincialis, & Generalis ordinis, ad quem translati fuerint, sed etiam Prælatus immediatus monasteriorum, in quæ trāſlati sunt, poterit eos abſoluere, & cum eis diſpenſare: quia verba illa, *ſuperior ordinis*, posita in eorum litteris, non ſolùm comprehendunt Generalem, sed etiā Prouincialem & particularem Prælatum monasterij, non enim debent restringi, vt ſignificent eum ſolùm, qui est Superior toti ordini, ſed etiam eum, qui fuerit Superior eius in illo ordine, qualis est etiam Prælatus particularis monasterij: quia licèt diſpenſatio ſit restringenda, [m] poteſtas tamen diſpenſandi latè debet interpretari, iuxta gloſſam ſingularem & receptam. [n]

m *Cap. 2. de fil. presbyt. lib. 6.*
n *In clem. 1. de offi. vic.*

16 Quarto quæritur, an prædictum remedium prædictis fratribus Minoribus Conuentualibus decretum à S. D. N. & ab Illuſtriſsimis ac pientiſsimis Cardinalibus in id deputatis tantæ multitudini plenè satisfaciāt? Ad quod respondeo primum illud esse quidem prouidum, iuri conſonum, & magnum magnæ religionis decernentium argumentum, non tamen plenè videri eis satisfacere: tum per proximè dicta. Tum quia nulli, vel certè pauciſsimi satis æquo animo transeunt ad alios ordines, alios habi-

A tus religioſos induturi, partim quòd parum vmquam fuerunt eis bene affecti, partim quòd credant multa opprobria, & conuitia in illis ſe paſsuros: & vt Nicolaus Papa, loquens de Monaſtica vita, ait. [a] *Quod quis non eligit, nec optat, profectò non diligit, quod autem non diligit, facile contemnit.* Tum quia feruntur plures quàm mille, & palam est non posſe omnes illos inuenire tot beneuolos receptores ad alendos eos perpetuò in clauſtro, neque apud Mendicantes, neque apud non Mendicantes: adeo quidem, vt acceperim à fide dignis & prudentibus vix inuenturos quadraginta eiusmodi beneuolos receptores in Hiſpania cum onere perpetuo tenendi, & alendi eos in clauſtro. Tum quia pauciſsimi, vel nulli eorum quærunt apud omnes Mendicantes, sed ſolùm apud tres ordines iure communi prædicto expreſsos.

a *In c. præſes. 20. q. 3.*

B

Tum quia etiam apud illos tres, pauci exacta diligentia, quæ eis præcipitur, quærunt, nec adeo candido & vero animo, ac opus esſe, & requiri ſupra dicitur, & ita accipiunt anſam, vt ante exactam diligentiam quærendi eos apud Mendicantes, quærant apud non Mendicantes, contra verba & mentem S. D. N. & de remedio & medicina faciunt venenum & exitium.

C

Tum quia vix vlli beneuoli receptores non Mendicantes, retinebunt eos perpetuò in clauſtro, vt vernaculos, eo quòd quærent, & vtinam non fingant, cauſas, & occaſiones emittendi eos extra clauſtra. Tum quia vix poterunt ipſi æquo ac placido animo in eorum clauſtris perpetuò manere, priuati contentis in Clemētina 1. [b] quæ priuat eos voce actiua & paſsiua, & capacitate beneficij, & officij cuiuſlibet etiam Vicarij, & Vicegerentis: adeo quòd ibi ait gloſſa, [c] quòd non posſunt esse Sacriſtæ, Camerarij, Caſtaldi, & Oeconomi, & c. nec prædicare. Quis autem eruditus, & bene moratus, quales sunt plurimi eorum (feruntur enim esſe circiter 100. in sacra Theologia Doctores, & egregij prædicatores) ferre posſit, perpetuò conuiuere multis iuuenibus indoctis, & fortaſsis parum bene moratis, præeuntibus eum voce, officiis, beneficiis, prædicatione, & aliis præeminentiis, iudicet is qui ex ſe cognoſcit, quæ sunt proximi ſui, [d] & illud adagium gloſſæ. [e] *Etiam aſinus intumeſcit, quum per comparem apprehenditur.*

b *De regular.*
c *In verb. officia.*

D

Secundo respondeo, quòd ob hoc magnopere cupio, & cupere debeo, vt aliquot Patres purpurati, & aliquot alij gratia, & auctoritate apud S. D. N. valentes, ipſum orarent, & exorarent, vt pro ſua miſericordia prædictis Conuentualibus vberius ſuccurrere dignaretur, ne perpetuo pericliterentur, ac ſcrupulis diſcrucieptur tot viri, qui ſacræ regulæ profeſsione inſignes, ſacris ordinibus & preſbyterio, & laureis minerualibus ſeu litterariis decorati, in caſtris principum, in præſidiis arcium, in obſequiis ſordidis, ne dicam, vanis & malis aliquot ditiorum, mutato habitu & omiſsis precibus horariis mentientes ſe alios quàm ſint, inſeruiunt.

d *Eccleſ. 31.*
e *In l. 1. §. veteris. ff. de acq. poſſeſ.*

Tertio, quòd mea ſententia, qui plurima ſecreta per ſacras & vulgares confeſsiones eorum noui, tanta causa occurrit vberius prouidendi, quòd arbitror ſuam Sanctitatem intrepidè posſe illis facere facultatem degendi honeſtè in habitu clericali, ſeruando tria vota ſubſtantialia, & perſoluendo, preces horarias, ſi sunt profeſsi ad chorum, vel ordine ſacro inſigniti, quærendoque ſibi victum iuſta mendicitate, vel vtu suorum ordinum, vel doribus, litteris, & bonis artibus, præſtita prius, vt diximus de eiectis in dicto comment. cap. *non dicatis*. [f] Epiſcopis ſuis obedientia ſub correctione eorum, à quibus viſitentur, corrigantur, & caſtigentur, quatenus opus fuerit.

E

f *Num. 24.*

F

17 Quarto, quòd quidam vanè ſomniant, me præferre Conuentualitatem (*vt ita dicam*) obſeruantiæ, eo quòd ſæpe dixerim hoc, & præterea diſplicuiſſe mihi eiectionem Conuentualium prædictorum, quatenus perditio animarum inde ſubſequuta videtur. Et quòd mallem esſe Conuentualis ſeruando ad amuſsim regulam B. Franciſci relaxatam Apoſtolica auctoritate, qualem Conuentuales vouent, quàm frater de Obſeruantia, non ſeruando illam integram, quam integrè vouent Obſeruantes, iuxta declarationem Nicolai III. [g] & Concilij Viennenſis. [h] Tum quia S. Thomas receptus, [i] & citandus infra, ait vnam

g *In ca. exiit. de verb. ſign. lib. 6.*
h *In clem. exiui. eod. tit.*
i *2. 2. q. 189. art. 8.*

de cauſſis tranſeundi ad religionem etiam laxiorem eſſe declinationem ſtrictioris à debita obſeruantia. Tum quia nil repugnat electionem prædictam iuſtam fuiſſe, & alia de cauſa rectè diſplicuiſſe, cùm vnum & idem diuerſo reſpectu poſsit vni, & eidem placere, & diſplicere, vt mors Chriſti piis placet, vt ab eo ſubita, & diſplicet, vt à Iudæis illata, iuxta illud gloſſæ. [a] *Actio diſplicuit, paſsio grata fuit.* & paſsim mors amici, quatenus iuſtè infligitur à iudice, placet, & quatenus eſt dedecori vel damno, vni & eidem amico diſplicet. Tum quia palam eſt me his ſolitũ adiungere, quòd adeo ſuſpicio & veneror regulam illam altiſſimam S. Franciſci, vt obſeruantes eam ad vnguem, & mentem auctoris, reputem eſſe quoſdã incruentos Chriſti martyres. Tum quia nec exæquare dici debeo prædictas regulas, eo quòd dicere ſoleam, tam in Galliis, quàm in Hiſpaniis vidiſſe, & nunc in Italia videre multos tam Conuentuales quàm Obſeruantes, eruditione, pietate, & moribus inſignes, omni obſeruantia dignioſsimos: non enim ex eo infertur, quòd ipſi ſomniant, ſed quod in eos vtroſque fui & ſum beneuolo, candido, venerabundo, & non factioſo animo, quo gratia Deo, ſemper fui, & ſpero fore etiam in omnes alias religiones à ſancta Sede Apoſtolica approbatas, dum ſpiritus hos regat artus: & vt indoleo, quòd multi Obſeruantes non ſeruant, nec ſatagunt integrè ſeruare ſuam regulam, ita lugeo quòd multi Conuentuales laxius ſeruent illam, quàm à Sede Apoſtolica fuerit laxata, percupiens, vt vtrique legem ſuam intelligant, & ad amuſsim adimplere conentur, & neutri declarationem, & relaxationem Apoſtolicam auctoritate priuata dilarent.

18 Quinto quæritur, ſint ne aliqua vltra prædicta quæ S. D. N. poſsint mouere ad vberius, & modo prædicto prouidendum? Ad quod reſpondeo videri eſſe multa, primum quidem, quòd non deſunt qui murmurent de illorum priuatione, quòd facta fuerit in non citatum, contra Clementinam 1. [b] in non conuictum, nec confeſſum, contra ca. *nos in quemquam*, [c] expellendo poſſeſſorem inauditum, contra cap. 2. [d] æqualiter inæquales damnando, contra cap. 2. *non afferamus*, [e] iuſtos pro iniuſtis puniendo, contra illud. *Anima quæ peccauerit, ipſa morietur*, [f] tranſlatum in capit. *iam itaque*. 8 Et quamuis huiuſmodi murmuratio tolli poſsit, eo quod monarcharum pleráque cogitata, & actorum ipſorum cauſæ ſunt pleríſque occulta, & ſua poteſtate abſoluta, qua iuſtè poſſunt vti ex cauſa, vt qui ſoluti ſunt legibus, [h] poſſunt interdum ex iuſta cauſa omittere citationem, damnare inauditum, priuare ſine culpa iure ſuo, pro altero temporaliter punire, iuxta gloſſam, [i] & latè notata in cap. *quæ in Eccleſiarum*, [k] quamuis inquam, ea murmuratio tolli poſsit, cauſæ tamen eius poſſunt mouere ad miſerendum.

19 Secundo mouere poteſt etiam Sanctitatem ſuam: quòd ſtatuta rigoroſa mollienda ſunt ex cauſa, [l] & quòd negari non poteſt, quòd electio prædicta licèt occultis nobis de cauſis, Monarchis verò notis facta, iuſta fuerit, & talis iudicãda ſit in dubio ab eorum ſubditis, [m] fuit tamen rigoroſa, quatenus tam multi, & in his non pauci ſenes eruditi, pij, & inculpati, & ſacris, etiam preſbyterio initiati, & munere mineruali donati, vna & eadem die in multis Hiſpaniæ Regnis ſubito brachio Eccleſiaſtico, & ſæculari à ſedibus ſuis antiquis fuerunt depulſi. Neque etiam negari poteſt cauſa ea molliendi ab eis, qui nouerunt tot centurias regularium virorum, vt prædictum eſt, conſcientia repugnante pugnare in præliis, militare in caſtris, merere in præſidiis, & ſeruitiis indecoris, omittentes preces horarias, & mentientes ſe alios quàm ſint, qui ſe reducere cupiunt in aliquem viuendi modum, Deo, & ſanctæ ſedi Apoſtolicæ gratum, & eis eorúmque ordinibus, literis, & doribus decorum, quandoquidem paſtor ille Euangelicus, [n] *nonagintanouem oues reliquit in deſerto, quò vnam ſuis humeris in caulas reduceret.*

20 Tertio, quòd ſancta Sedes Apoſtolica, quæ in his quæ ſunt fidei, & morum errare non poteſt, [o] pro longè minore cauſa per multa ſæcula ante prædictum Concilium Tridentinum conſueuit facere Apoſtatis quamlibet peſsimis, quo in viam ſalutis redirent, ſimilem facultatem.

A Poſtremo, quòd Concilium Lugdunenſe, quum, vt habetur in cap. 1. [a] abſtulit aliquas religiones approbatas, fecit profeſſoribus eorum facultatem tranſeundi ad alias quaſcumque inuenerint ad ſe recipiendum benignas, vel manendi in ſuis ſine poteſtate recipiendi nouos, vt ſuauiter finirentur: ita quòd reliquit eis modum aliquem honeſtè viuendi. Cùm ergo is miſeris non fuerit relicta facultas manendi in ſuis, nec vtendi modo aliquo alendi ſe honeſtè, niſi per aſcenſum ad religionem ſtrictiorem, ad quàm cogi non poſſunt, honeſtum profecto, ne dicam debitum legale videri poteſt, vt ſancta ſedes Apoſtolica prouideat eis vberius, quod non videtur fieri poſſe, niſi per præfatam facultatem.

B 21 Sexto quæritur, An Prælatus poſsit regularem ſuum cogere ad tranſeundum ad aliam religionem, vel aliud monaſterium, vel aliam prouinciam? Ad quod reſpondeo ſequentia. Primùm, quòd nullus Prælatus, nec inferior, nec ſupremus poteſt cogere vllum religioſum ad tranſeundum ad aliam regulam ſtrictiorem, neque ad laxiorem: ad ſtrictiorem quidem duplici ratione, ſcilicet, quòd non poteſt cogi ad creſcendum tantùm. [b] Et quia non vouit illam, & hæc res eſt voti non præcepti. [c] Ad aliam autem ſiue æqualem ſiue laxiorem, vna tantùm ſcilicet poſteriore: quia non vouit illam, & nemo poteſt cogi vouere.

C 22 Secundo, quòd iure communi antiquo Prælatus inferior non poteſt cogere regularem in vno monaſterio profeſſum, tranſire ad aliud, etiam eiuſdem ordinis. Tum quia, ſicut illud ſolum monaſterium tenetur eum alere, ita ipſe illi ſoli tenetur ſeruire, argumento multorum, quæ adducuntur in cap. 1. [d] Tum quia, vt beneficiarij ſæculares non poſſunt cogi ad relinquenda ſua beneficia ſine culpa, [e] ita videtur, quòd regulares non poſsint cogi ad relinquenda iura alimentorum quæſita ſibi in monaſteriis, in quibus ſunt profeſsi, [f] licèt leuiore de cauſa regulares poſsint priuari, quàm ſæculares. 8 Tum quia iure communi antiquo non faciebant vnam congregationem, & vnum corpus multa monaſteria, ſed ſingula ſingulariter ſubiacebant epiſcopis, [h] imo neque attento iure nouiore Concilij generalis poſiti in cap. *in ſingulis*, & cap. *ea quæ*, [i] per quæ licet fuiſſet conſtitutum, vt in ſingulis regnis, vel prouinciis omnium ſingulorum ordinum ſingula Concilia ſingulis quibuſcumque triẽniis fierent ad ſtatuendum & reformandum in eis, priuationes tamen Prelatorum remitti iubebantur epiſcopis. Tum quia ſicut vouens intrare aliquod certum monaſterium alicuius ordinis, non tenetur intrare aliud eiuſdem ordinis, ſi noluerit eum recipere illud, cuius introitum vouit, ſecundum S. Thomam receptum, [k] quod etiam ſatis ſentit in quæſt. 189. [l] ita poſtquam eſt ingreſſus, non videtur poſſe cogi ad aliud ſine culpa tranſire. Tum quia, vt intentio ſaltem tacita ipſius vouentis eſt obedire in illo monaſterio, ita recipientis ipſum intentio debet eſſe tamen præcipere vergentia in obſequium illius monaſterij: de correlatiuis enim idem eſt iudicium, [m] & illa quæ latè adducit Felinus. [n] Tum quòd nuſquam in Decreto, Decretalibus, Sexto, & Clementinis videtur fieri facultas Prælatis regularium transferendi eos pro ſua voluntate ſine culpa de monaſteriis, in quibus profeſsi ſunt ad alia. Vnde iuſtè ante paucos dies quidam ordinis non Mendicantium obtinuit à San. D. N. vt ad monaſterium, in quo profeſſus fuerat, reſtitueretur.

F Tertiò, quòd iure particulari regulæ, vel ſtatutorum à Papa confirmatorum poſſunt regulares cogi adire alia monaſteria. Tum quia lex ſpecialis derogat generali argumento cap. *generi*, [o] vbi hoc clarè de more reſoluit Decius. Tum quia vouentes viuere ſecundum regulam ordinis, in quo ſunt eiuſmodi ſtatuta, videntur conſequenter vouere, viuere ſecundum illa, [p] & conſequenter poterunt cogi tranſire ſecundum diſpoſitionem talium ſtatutorum adiectorum. Quò fit, vt omnibus fere Mendicantibus, in quibus quaſi omnia monaſteria ſunt exempta à iuriſdictione Epiſcoporum, quæque ſunt diuiſa in Prouincias, & habent ſuos Prouinciales, & Generaliſsimum immediatè ſubiectum Papæ, Prouincialis poteſt facere facultatem monachis, vel fratribus ſuæ Prouinciæ,

& etiam

a *De religio. dom. l. 6.*

b *Cap. geſta. cum glo. 74. diſt.*

c *Ca. integritas. 32. qu. 1.*

d *13. quæſt. 1.*

e *Cap. ſatis peruerſum. 50. d. & c. inuentum. 16. qu. 7.*

f *Arg. l. illud. ff. ad l. Aqui.*

g *Ca. qualiter & quando. 2. ſub fin. de accuſat.*

h *C. 1. & ca. ſi quis Abbas. & c. Abbates. 18. q. 2.*

i *De ſtat. re. k 2. 2. q. 88. art. 3. ad 2.*

l *art. 3. ad 2.*

m *l. 1. C. de cuproſſis l. 11.*

n *In Proœmio Gregorius, nu. 4.*

o *De reg. iur. lib. 6. & l. in toto. ff. de reg. iur.*

p *Arg. l. illud. ff. de acquir. & c. præterea. de offi. de leg.*

a *Cap. 1. de conſecr. eccle, lib. 6.*

b *§. cæterũ. de reiud.* c *2. quæſt. 1. de cauſ. poſ.* c *24. quæſt. 1.* f *Ezech. 18.* g *1. quæſt. 4.*

h *l. Princeps. ff. de leg. c. pro poſſuit. de cõceſſ. prebend.* i *l. antep. ff. ex quib. cauſ. maiores, c. cũ olim. cum ei adnot. de reiud. c. renouãtes. 22. diſt. & l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt. l. iur verberatum. ff. de rei vẽd. l. Lucius. ff. de auctõ.* k *De conſtit.* l *Ca. requiritis. §. niſi rigor. cum multis capitulis ſubſequentibus. 1. q. 7.* m *Arg. d. ca. in præſentia. & c. quid cul patur. 23. q. 5.* n *Matth. 18.*

o *Ca. hæc eſt fides. 24. q. 1. & c. maiores. de Bapti. cũ eis annot.*

a *21. qu. 2. & ca. 1. 18. qu. 1.* b *Ne in agro. § ad hæc. de ſtat. mon.*

c *2. de pœ. & remi.* d *In 2. 2. qu. 189. art. 8.*

c *Arg. c. 2. de ſtat. mon. & cap. cum de hõneſt. de præb. in 6. 2. 2. 104. ar. 5.*

g *§. prohibemus de præbend. lib. 6.* h *In praxi beneficiali, titulo de diſpenſatione cũ regularibus. nu. 3.*

i *De elect. li. 6.* k *In d. art. 5.*

l *§. cæterum. verſ. ſanè. de ſtat. mon.*

m *Num. 7.* n *De ſuppl. neg. prel.* o *Clem. 1. §. cæterũ. verſ. ſanè. de ſtat. mon. verb. reſidere.*

p *ff. de rei vend.*

q *Cap. ad noſtram. & ca. porrecta. de confir. util. & Numer. 65.*

& etiam cogere eoſdem ad tranſeundum ad ea, cùm ſibi videbitur opportunum: Generalis autem poteſt facere facultatem tranſeundi ſimul & cogere ad tranſeundum nõ ſolùm de vno monaſterio ad aliud eiuſdẽ Prouinciæ, ſed etiam ad aliud alterius, vt videre eſt in libro de inſtructione officialium ordinis fratrum Prædicatorum, [a] cuius morem tamquam Principis ſiue primi ordinum Mendicantium, alij quoque videntur ſequi. Cuius ratio videtur eſſe, quòd omnia monaſteria cuiuſque Prouinciæ faciunt vnum corpus reſpectu ſui Prouincialis, qui eſt caput, & omnia totius orbis Chriſtiani faciunt aliud corpus reſpectu Generalis, qui eſt caput illius. Quod tamen non debent facere pro libito, ſed vt dicitur in d. cap. 1. in hæc verba. *Suum (ſcilicet Generalis) eſt etiam tranſferre fratres de prouincia ad prouinciam pro vtilitate, vel ordinis, vel fratrum tranſferendorum vel Prouinciæ, à qua, vel ad quam tranſlatio huiuſmodi fuerit facienda.* Ad quod facit illud eiuſdem libr. titulo circa poteſtatem: *licèt autem Magiſter habeat plenam & generalem poteſtatem in ordine, tamen numquam eſt ei vtendum huiuſmodi plenitudine poteſtatis, vbi cauſa rationabilis non occurrerit. Specialiter verò eſt cauendum ei, ne in temporalibus grauet, Prouincias, vel Conuentus, vel fratrem aliquem, vt pote libros, vel paramenta vnius alteri concedendo.*

Ex quibus facile inferri poſſet, quòd ſicut iuxta ea quæ diximus in comment. cap. *non dicatis*, [b] & in cap. *nullam*, [c] Prælatus poteſt pro nutu ſuo auferre ſuo regulari beneficium manuale, non tamen debet auferre malo animo, & ſi auferret, poſſet ille conqueri, ita etiam ſi Prouincialis, vel Generalis abſque rationabili cauſa faceret facultatem, vel cogeret ad tranſeundum, poſſet conqueri tranſferendus, vel monaſterium, vel Prouincia, quæ ob id læditur. Et cõſequenter magna deberet eſſe cauſa, ob quam Generalis Hiſpaniam volentem nolentem transferret in Gallias, vel Germaniam, aut contra Gallum, vel Germanum in Hiſpaniam. Quamquam credo obedire oportere illum, donec Papa ſatis informatus contrarium decerneret propter prædicta.

Quarto, quòd ex prædictis deſumitur ratio, quare aliqui Canonici regulares non poſsint cogi tranſire ad aliud monaſterium etiam eiuſdem diœceſis, aliquot autem ſic: illi enim qui non faciunt vnum corpus, nec habent Generalem, qui ſit caput illius, ſed ſingula eorum monaſteria ſingulariter ſubſunt Epiſcopis, vel Papæ immediatè, non poſſunt ad id cogi: quia nec regula, nec ius cõmune, neque particulare ſuum eos ad id adigit: illi verò, quorum monaſteria faciunt vnum corpus, & habent Generalem, qui eſt caput eius, poterũt ad id compelli iure particulari ſuorum ſtatutorum confirmatorum à Papa, per quæ ſuo conſenſu ſuæ regulæ adiecta, faciunt vnum corpus, & habent vnum Generalem, qui eſt caput eius.

Quò fit primò, vt non ſit mirandum, quòd nulli Canonici regulares Regnorum, Caſtellæ, Nauarræ, & Aragoniæ, nec vt puto Galliæ, poſsint ad hoc cogi, & omnes Canonici regulares Italiæ congregationis S. Ioannis Lateranenſis, & bona pars Canonicorum Luſitaniæ ſic: quia ij faciunt vnum corpus, cuius caput eſt Generalis eorum immediatè ſubiectus Papæ: illi verò nullum faciunt corpus, neque habent tales Generales, ſed ſingulariter ſubſunt Epiſcopis, vel immediatè Papæ.

Secundo fit, vt ſubtiliter & vtiliter dubitari poſsit, An executo [d] Concilio Tridentino, [e] quo iubentur omnes regulares etiam Canonici, congregationes in ſuis prouinciis iuxta formam Concilij generalis poſiti in cap. *in ſingulis*, [f] poſsint fieri prædictæ coactiones, & facultates ad tranſeundum de vno monaſterio ad aliud eiuſdem Prouinciæ? Ad quod breuiter reſpondeo, quòd non: quia diſpoſitio illorum capitulorum non ſe extendit ad hoc, neque præcipit, quòd fit, vel fiat aliquis Generalis eorum, imo expreſsè diſponunt, vt Superiores eorum remaneant ſubditi Epiſcopis, vt per ea patet, & ſuprà tactum eſt.

Quinto, quòd tranſitus prædictus ſit dupliciter, vno modo ad morãdum in monaſterio, ad quod tranſit aliquo tempore: alio vt deſinat eſſe filius prioris, & incipiat eſſe poſterioris, & plurimùm refert an ſic vel ſic fiat: quoniam quum fit ad morandum tantùm, omnia quæſita per eum fiunt prioris monaſterij, & illud tenetur ad alẽdum eum, quoties ægrotus, vel ſanus ad illud redierit: cùm verò fit, vt fiat filius ſecundi, talia quæſita poſt talem tranſitum fiunt eius, & illud tenetur alere ipſum ſiue ægrorum, ſiue ſanum, nec prius poteſt ad id cogi, argumento cap. *ſi quis iam tranſlatus*, [a] & gloſſæ Clementinæ, [b] & eorum quæ diximus latius in dicto cap. *non dicatis*, quamuis mobilia eo modo diuidi debeant, quo ſtatuta eorum diſponunt: vidi enim diuerſorum ordinum diuerſa ſtatuta ſuper hoc diuersè diſponentia.

Sextò, quòd licèt ſolus Papa poſsit diſpenſare ſuper voto profitendi, vel intrandi religionem: quia illud eſt reſeruatum ſuæ Sanctitati per ſtylum Curiæ, quem inſinuat extrauagans, *etſi dominici*, [c] ſuper voto tamen tranſeundi ad ſtrictiorem, poteſt diſpenſare Generalis, vel Prouincialis, vt definit Caietanus, [d] & rectè quidem: quia hoc eſt aliud à voto de profitenda, vel intranda religione, quod nullibi reſeruatur Papæ.

23 Septimo quæritur, an Prælatus poſsit ſuum regularem cogere ad accipiendum aliquod beneficium, vel prohibere ab accipiendo?

Ad quòd reſpondeo primò non poſſe quidem cogere ad accipienda beneficia ſæcularia. Tum quia non licèt ei accipere illa. [e] Tum quia licèt per diſpenſationem Papæ id ſibi liceret, tamen id non pertinet ad regulam ſuam, nec ad ſuum monaſterium, ad quæ, & ad illa pertinentia tantùm poteſt cogere ex mente S. Thomæ, [f] nec ad regularia aliorum ordinum, imo nec ad beneficium alterius monaſterij eiuſdem ordinis. Tum quia grauiter id prohibitum eſt per cap. *cùm ſingula*, [g] adeo quòd ſæpe ſit ineligibilis per illum textum, imo & inhabilis, vt ei aliàs conferarur, vt neruosè probat Rebuffus. [h] Tum quia, illa ſunt extraria & non pertinẽtia ad ſuum monaſterium, ad quæ non poteſt cogere, vt prædictum eſt.

Secundo, quòd poteſt cogere ad ſuſcipiendum beneficium conſuetum regi per regulares ſui monaſterij: quia regularis obedire debet ſuo Prælato in omnibus, quæ ſecundum regulam, & ad eam, & monaſterium pertinentia præcipit, argumento cap. *quorundam*, [i] & tradit S. Thomas, [k] & gubernatio beneficiorum monaſterij pertinet ad ipſam, & Prælatum eorum. Quod procedere videtur etiam in beneficio parui valoris, & non ſufficientis victui Canonici ad effectum cogendi eum accipere, non tamen ad effectum relinquendi monaſteriũ, & victum in eo ſibi debitum, etiamſi ſtatuto caueretur id, quod cauetur per Clementinam 1. [l] videlicet vt beneficiarij eant ad ſua beneficia, & in eis reſideant, vt exonerent illud, vt ante circiter quadraginta annos reſpondere memini Legione cum valde Illuſtre monaſterium Sanctiſsimi Iſidori de mãdato glorioſiſsimæ Imperatricis Iſabellæ abſente Carolo V. viſitarem. Reſpõdi enim Conuentui eius cogenti exire vnum Canonicum ad ſuum beneficiũ regulare eiuſdem monaſterij valoris 10. ducarorum ſibi collatum, & acceptatum, quòd non poſſet eum cogere ad relinquendum ob id monaſterium & reſidẽdum ibi, non præbendo ſaltem ei ſupplementum neceſſariorum ſuo victui honeſto: quamuis poſſet ei tollere veſtiarium ſibi debitum, quod tunc non aſcendebat ad ſummam valoris illius.

Tertio, quòd procedit hoc etiam in beneficio manuali, ſiue ad nutum amouibili, qualia ſunt regulariter omnia regularia: quia vt dixi in commentario cap. *non dicatis*, [m] idem eſt iudicandum de illo ac aliis, excepta, vt ita dicam, manualitate, per Clementinam 1. [n] & per gloſſam, [o] quæ ponit nouem in quibus conueniunt, niſi iuſta de cauſa ſe excuſare poſſet, qualis forte erat illa, qua quidam recuſabat accipere, eo quod probabiliter credebat velle eum mittere ad illud, quòd erat litigioſum, vt ſua & ſuorum induſtria, labore, & pecunia pacificaret illud, animo ſtatim amouendi eum ab eo, & conferendi alteri: non eſt enim malitiis hominum indulgendum, iuxta l. *in fundo*, [p] & ea quæ mox dicam.

Quarto, quòd poteſt cogere ſuum, regularem habentem beneficium manuale ad relinquendum illud ſola voluntate, etiam nulla alia cauſa iuſta exiſtente, [q] modo id non faciat malo animo, vt latius, & vtiliter declaramus in d. commen. cap. *non dicatis*. [r]

Quinto, quòd non poteſt cogere, nec habilem facere

a *Capit. 8. de regul.* e *Seſſ. 25.*

f *Et cap. ea quæ. de ſtat. mon.*

ad duo beneficia etiam sui ordinis, & monasterij per d. cap. *cum singula*, [a] quod sic habet. *Cum singula officia singulis sint committenda personis: præsenti edicto prohibemus, ne aliqui monachi, vel religiosi pluribus prioratibus, vel Ecclesiis absque sedis Apostolicæ auctoritate præsse præsumant: nisi vnus ex eis ab aliis dependeat, vel adinuicem sint annexi.* Ex quo notandum esse dixit Rebuffus, [b] quòd licèt monachus & regularis possit vnum habere beneficium regulare, tamen duo habere non potest, nec quidem capellam, vel pensionem, aut portionem monachalem cum beneficio: nam quodlibet beneficium est incompatibile monacho cum primo. Et ita dispensatione opus est, etiam si duo tantùm simplicia vellet habere, & adeo quidem, quòd Regulari non solet concedi dispensatio, vt possit duo beneficia sui ordinis in titulũ retinere, secus in sæculari: sed poni solet in dispensatione, vt religiosus vnum habeat in titulum, aliud in commendam: ratio est, quia si religiosus in titulum haberet duo in diuersis monasteriis, esset sub diuersa obedientia, contra cap. fin. [c] & esset monstrum habens duo capita, contra capitulum, *quoniam in plerisque*, [d] nisi illa duo beneficia dependerent ab vno & eodem monasterio, tũc enim possent ea simul in titulũ haberi: quia nõ subest in hoc casu diuersis, sed vni tantùm, aut nisi connexa essent vel vnita, quibus casibus non requiritur dispensatio ad ea obtinenda iuxta glossam in dict. cap. cum singula.

24 Sextò, quòd transfertur ad suum ordinem de ordine Mendicantium non potest cogere, neque habilem facere ad beneficium etiam sui monasterij, per Clementinam 1. [e] quæ sic habet. *Vt professores cuiusuis paupertatis ordinis eo libẽtius, in qua vocati sunt vocatione persistere, transeunteſque ad non Mendicantium ordinem in eodem conuersari quietiùs studeant: quo in ipsis discordiarum & schismatum productiua ambitio reprimatur, Sacro concilio approbante statuimus, Mendicantes quoslibet, qui ad non Mendicantium ordines etiam auctoritate Apostolica transibunt in posterum.* Et infrà. *Inibi vocem aut locum in capitulo non habere: etiam si hoc sibi ab aliis libere concedatur. Ad prioratus quoque, administrationes, aut quæcumque in antea non assumi officia, etiam tamquam vicarios seu ministros, vel locum aliorum tenentes: quódque animarum curam & regimen, nec per se possint, nec pro aliis exercere.* hæc ibi. Per quæ licet præmonere Mendicantes nihil non agentes quoad non Mendicantes transeant, ne id tantopere curent, quòd, vt etiam superius tactum est, subtristem vitam viuent, videntes se priuatos voce actiua, & passiua, & habilitate habendi vlla ordinis beneficia, fungendi officio, vel mũnere aliquo etiam Oeconomi, Castaldi, portarij, sellarij, imo & prædicatoris & cuiusuis vicariatus, iuxta glossas illius recepras, videntes, inquam, se his priuatos & aliõs iuniores, & fortè ignorantiores, & minus mente compositos, beneficiarios, vel aliis officiis fungentes, & sibi quasi dominãtes. Cuius rei æquanimis patientia nõ est omniũ sed paucorũ.* [*] *Quos Iupiter æquus amat*, vt ille ait, *Et ardens euexit ad æthera virtus.*

Septimo, quòd regularis non potest consentire electioni de se factæ extra suum monasterium sine Superioris consensu, [f] poterit autem ei consentire solus Superior sine Capitulo, vel Conuentu. [g]

Octauo, quòd nullus religiosus ordinis potest consentire etiam de sui Superioris licentia electioni, vel alij vocationi de se in discordia factæ ad aliquam prælaturam extra suum ordinem: quia nullum ius ei quæritur, per cap. *quia quorumdam*, [h] cuius statuti ratione reddit ibi Auctor eius per illa verba, omni Religioso semper memoranda. *Quia quorumdam oculos sic vitiũ ambitionis excæcat, quòd quasi suæ professionis immemores, qua contemptis honoribus, abiectis diuitiis, spretisque deliciis, arbitrium proprium subiugarunt alterius ditioni, retro respiciunt ad aratrum manumissa, dum præcipitanter ruunt in litigiorũ anfractus, & causarum strepitibus se inuoluunt, & extra administrationes proprij ordinis solium prælaturæ conscendere moliuntur.* hæc ibi.

Nonò, quòd nullus religiosus etiam ordinis non Mendicantium, etiam de licentia superiorũ, potest consentire vlli electioni de se etiam intra suum ordinem factæ à minore parte electorum, per idem cap. *quia quorumdam.* §. fin. quo statuitur esse nulla, eo solo q̃ sit à minore parte facta.

Decimo, quòd nullus cuiuscumque ordinis Mendicantium potest transire ad ordinem Canonicorum regulariũ, nec ad vllum alium monasticum non Mendicantium excepta vna Carthusia, adeo quidem quòd ipso iure incurrunt excõmunicationem Papæ reseruatã tam transeuntes, quàm recipientes, per textum singularem in Extrauagante *viam*. Martini IIII. [a]

Vndecimo, quòd illa quæstio gtãdis, An cum monacho translato transeant quoque bona ipsius, vel quæsita per eum? resolui potest quatenus huc pertinet, per vnam conclusionem desumptam ex illa longa distinctione Panormitani & longiore Cardinalis, [b] in hanc formã. Monacho professo valide in vno monasterio trãseunte ad aliud voluntariè, licitè, & validè, omnia bona eius, quæ post professionem primam vsque ad secundam quæsiuit, & etiam ea, quæ habebat tempore illius primæ professionis, remanebũt monasterio priori, siue bona, quæ habuit ante professionẽ, donasset expresè priori monasterio, siue tacitè in consequentiam donationis suæ personæ. Quæsita verò post secundam professionem, erũt secundi monasterij secundum Petrum de Perusio relatum per præfatos. Dixi. *professo*, quia de nouitio est dicendum, vt dixi in comment. capit. *non dicatis*. [c] Dixi. *validè* quia inualidè profitens, pro nouitio habetur: quoniam nihil & inutile exæquantur. [d] Dixi *voluntariè*, quia si fuit translatus in pœnã ad agendam in eo pœnitentiã, dabuntur ei necessaria de fructibus bonorum, quæ attulit ad prius monasterium, iuxta textum iuncta glossa. [e] Dixi *licitè* quia transiens illicitè, tamquam fugitiuus, semper omnia quærit priori monasterio, [f] vt diximus in dict. commen. capituli *non dicatis*. Dixi etiã *validè* quia si translatio nõ valeat, manet semper prioris, & quærit illi regulariter, Dixi, *etiam ea quæ habebat*, sequutus Petrum de Perusio à quo aliquantùm in hoc recedunt Cardinalis & Panormitanus, [g] sine iusta licet colorata ratione. Tum quia opinio Petri est æquior, & fundatior per cap. 1. [h] & authen. *ingressi*. [i] Tum quia videntur niti quadã nimia subtilitate contra cap. *intelleximus*. [k] Tum quia hæc videtur communis animi conceptio, quam etiam videtur habuisse Iason. [l] Tum quia nihil obstat ratio illa, ne sit onerosus secundo monasterio: quia imputetur ei, & transeunti, cum voluntariè transeat, & recipiatur, iuxta regulam *scienti, & consentienti non fit iniuria*. [m] Tum quia opinio Cardinalis & Panormitani potest saluari in eo, qui coactè ob necessitatem, vel vtilitatem publicam, aut valde magnam priuatam auctoritate legitima transiret, quoad hoc tantùm, vt haberet vsumfructum eorum, dum viueret, & ibi maneret, dominio priori monasterio reseruato. Quò fit vt iustè pridem respõderim monialem auctoritate Papæ translatam voluntariè ad suam instantiam de vno monasterio ad aliud, non delaturam secum dotem priori datam, nec bona per professionem eius illi quæsita. Addo tamen, quòd si Papa aliud iuberet, & nõ subesset causa supplicandi, iuxta cap. *si quando*, [n] parendum esset ei, iuxta capitulum *in memoria*. [o]

25 Octauo quæritur, an regularis per simoniam ingressus monasterium possit, & debeat manere in eo, & habere victum, vel portionem priuilegiatam Canonicalem vel monachalẽ, vt alij rectè professi? Pro parte enim negatiua facit primò cap. *quoniam*, & capit. *de regularibus*, [p] quatenus habent, simoniacè professum non debere manere, vbi est malè professus, sed in aliud monasterium eiusdem ordinis ad agendam pœnitentiam detrudendum.

Deinde quòd assecutio loci in monasterio simoniaca nõ videtur valere plusquam assecutio loci beneficiarij in choro, vel capitulo alicuius Ecclesiæ sæcularis simoniaca, quam constat non valere per extrauagantem. [q] Quin & per extrauagantem 1. [r] cauetur, quòd receptus in regularem, siue sit vir, siue fœmina, indiget dispensatione, vt possit remanere, vbi est simoniacè receptus vel recepta.

Tertio, & vrgẽtissimè, quòd Canonia regularis est beneficium, iuxta glossam singularem, [s] & etiam monachatus, quatenus est ius recipiendi victum aut portionem priuilegiatã siue determinatam monachalem secundum Hostiensem, [t] & Panormitanum, [v] & latius tradimus in rubrica illi⁹ tituli. At acquisitio beneficij simoniaca est nulla per d. Extrauagantem 2. [x] ergo & acquisitio Canoniæ regularis & monachatus est nulla.

In contrarium tamen facit, quòd talis regularis post

a *In prine. de prab. libr. 6.*
b *Vbi supra num. octauo.*
c *De relig. dom.*
d *De offs. ordin.*
e *De regul.*
* *Virgil. li. 6. Æneid.*
f *Cap. si religiosus. de elect. lib. 6.*
g *§. 1. eiusdẽ, capituli.*
h *De elect. l. 6.*
a *De regul. inter commu nes.*
b *In ca. quod ad te. de cler. coniug.*
c *Numer. 52.*
d *Cap. 2. de translat. pra.*
e *In c. de lapsis. 26. qu. 6.*
f *Ca. Abbates. 18. qua. 2.*
g *In dict. ca. quod ad te.*
h *18. quæst. 1.*
i *C. de sacrof. eccles. capi. in præsentia. de probat.*
k *De iudic.*
l *In d. authe. ingressi. n. 13.*
m *De regul. iur. lib. 6.*
n *De rescrip. 19. distinct. & capitulis cuncta per mundum. nona. quæst. 3.*
o
p *De simon.*
q *De simon.*
r *eiusdem. ti.*
s *Clem. dispẽ diosam. de iudic.*
t *In c. superinordina. col. 3*
v *Ibidem col. eod. de prab.*
x *De simon*

professionem factam, licèt eam simoniacè fecerit, non videtur posse contrahere matrimonium, nec redire ad sæculum, vt innuit prædictum cap. *quoniam* quatenus habet receptum simoniacè debere in aliud monasterium sui ordinis detrudi, ad agendam perpetuam pœnitentiam: quatenus item habet, quòd si non inueniatur tale monasterium, in quod detrudi possit, maneat dispensatiuè in illo, ne damnabiliter euagetur: significans eum esse professione obligatum, quatenus item habet, quòd possit remanere dispensatiuè, nulla de noua professione facta mentione.

Quartò, quòd professio ab excommunicato facta tenet, iuxta cap. *cum illorum*, [a] quod in hoc commendant ibi plurimum Panormitanus & Felynus etiam matrimonium ab eodem contractum iuxta textum singularem, [b] quem in hoc dixit singulariter Felynus, [c] cum tamen collatio & prouisio excommunicato facta, non valeat, [d] & hanc partem, licèt leuiter, tenet Rebuffus, vbi supra, & ante illum Anannias, [e] sed nemo, quòd sciã, opponit supra opposita, nec respondet illis. Pro quorum solutione, notandum est, quòd, vt in d. rubrica, [f] latiùs dixi, per professionem regularem Canonicalem, vel monachalem, duo quæruntur aut fiunt, alterum est mutatio status de sæculari in regularem, & hoc non impeditur per simoniam, nec per excommunicationem. Alterum est ius habendi victum indeterminatum ex communi, aut per portionem priuilegiatam, seu determinatam Canonicalem vel monachalem, quod quilibet Canonicus, vel monachus rectè receptus habet, & hoc impeditur per simoniam & excommunicationem, donec subsequatur absolutio, & dispensatio. Ratio diuersitatis est, quòd acquisitio status, est quasi acquisitio cuiusdam characteris ordinis, qui perpetuo durat, vt diximus in d. comment. cap. *non dicatis*. [g]

Ius autem percipiendi victum indeterminatum, aut portionem priuilegiatam, est quoddam beneficium, cuius acquisitio impeditur per simoniam & excommunicationem, donec absolutio & dispensatio subsequantur, quemadmodum & vt diximus in d. comment. cap. *non dicatis*, [h] per depositionem regularis, non tollitur status ille, nec mutatur in sæcularem, sed solùm tollitur vox in capitulo, & victus integer ex communi, vel portio priuilegiata relicto solo victu ad vitam omnino necessario.

SVMMARIVM.

26 Regularibus imo & Clericis sæcularibus omnibus venatus est vetitus.
26 Venatus quatenus Clericis sæcularibus & regularibus licet.
27 Regularibus an vestis pretiosa liceat.
27 Veste de regulari iura cur quædam includant clericos.
27 Clericis omnis ornatus vltra necessitatem, & honestatẽ vetitus.
27 Clem. 2. de vit. & honest. cler. innouata.
27 Episcopus monachus non lineam, sed monachalem vestem deferat.
28 Lex prohibens, vel iubens aliqua Clericis, solos beneficiarios, & sacratos continet.
29 Clausura regularium non iure naturali & diuino, sed humano inducta, & tribus seq.
30 Regularis extra monasterium similis pisci extra aquam.
31 Carthusia laudata, & clausura, qua ratione facta arctior aliis.
32 Clausura regularis iure magnificiendæ.
33 Clausura regularis iure tanta, vt augeatur, & minuatur.
34 Regularis an & quando, & quomodo exiens à clausto peccet.
35 Regularis frangens clausuram, vt variè peccet.
36 Dispensatio inferioris sine causa contra ius nil valet.
36 Licentia Prælati generalis exeundi quæ iusta.
37 Monasterio ianitor necessarius.

26 NOno quæritur; an Prælatus subdito suo regulari translato vel vernaculo possit concedere, vel negare facultatem venandi? Ad quod respondetur primò posse; quatenus Canones, & regula permittũt; non autẽ vltra; quia omnes etiam Episcopi tenẽtur iura custodire. [i]

Secundo, quòd debent cogere eos ad seruandum Clementinam 1. [k] cuius verba sunt. *Porrò à venationibus, & aucupationibus omnes semper abstineant, nec eis interesse, aut ca-*

nes, vel aues venaticos per se vel alios tenere præsumant, nec à familiaribus secum morantibus teneri permittãt, nisi saltus, vtiaria, vel garenas proprias, vel ius venandi in alijs habeant, in quibus cuniculi vel ferꝫ aliæ essent: quo casu hoc eis permittitur, dum tamen infra monasteria seu domos quas inhabitant, aut eorum clausuras, venaticos canes non teneant: nec venationi præsentiam exhibeant personalem. Quæ verba ideo transtuli, quòd noui multos alioqui pios, & satis eruditos, non solùm Canonicos, sed etiam monachos, gloria quadam, & laude dignum ducere, accipitres, falcones, & nisos, canes item leporarios, cunicularios & molossos nutrire, & interdum commodare aliis, vt venentur, interdum ipsosmet eis venari. Nec prodest dicere, quod dictum est in comment. cap. *nullam*. [a] Clementinam illam solum ligare monachos nigros, & non alios, & minus Canonicos regulares excepto §. *quia verò*. vbi eos exprimit secundum glossam, [b] quam vbique Cardinalis & Imola probant: quia licèt non obliget illos ad ea, quæ nouè inducit, obligat tamen ad ea quæ etiam ante illam erant statuta, & constat, quòd etiam ante illam, contenta in d. §. etiam clericis sæcularibus vetabantur in cap. 2. [c] in hæc verba. *Omnibus seruis Dei venationes, & syluaticas vagationes cum canibus, & accipitres, aut falcones habere interdicimus.* Et in capitulo 1. decernitur pœna presbytero & diacono ob id imponenda, ex quo tamen colligit glossa posse clericum sæcularem, modo non sit Episcopus, causa necessitatis, vel recreationis aliquando iustè venari, modo non ducat in consuetudinem, præsertim illam reprobandam, qua quidam presbyteri mane vadunt venatum lepores, vel cuniculos, vel piscatum, intrantes nudi aquam, & magno strepitu cogentes pisces in rete, & postea regressi missant, inquiero, & tumultuante spiritu: vel illam, qua generosum putant ducere prædictos canes, vel aues in Ecclesiam, & chorum, cum scandalo pientiorum, & impedimento attentionis debitæ psalmodiæ, diuinique officij cantui. Quod quum est notabile, mortiferum arbitror, licèt veniale tantùm videatur, quum est paruum, argumento eorum quæ de furto notabili diximus in Man. Confes. [d] Arbitror autem quòd regularis non peccat, si eadem causa necessitatis vel recreationis de licentia Superioris venetur, modo id fine scandalo faciat.

Decimò quæritur, an Prælatus subdito suo regulari translato vel vernaculo possit concedere, vel negare facultatem se vestiendi pretiosis vestibus.

Ad quod respondeo, eo modo, quo ad præcedentem quæstionem, videlicet, non posse, nisi quatenus Canones & regula permittunt, & consequenter non potest contra d. Clementinam 1. quatenus omnibus regularibus conuenit, conuenit autem, quatenus interdicit notabilem excessum, & inordinatum omnem, seu exquisitum ornatum, aut cultum in vestibus, necnon in cibis, & potibus, equitaturis, & lectisterniis: conuenit item quatenus in §. 1. statuitur, ne in qualitate panni regularis excedatur modestia, nec quæratur quod pretiosius, & subtilius, sed quod vtilius valeat inueniri: quódque vestis ipsa sit rotunda per circuitum, & non scissa, nec longitudine nimia, aut breuitate notanda: quodque in vestibus sendatum, hoc est sericum, secundum glossam pro foderaturis non portent: quodque nullus zonam, cultellum, calcaria, cum ornatu deferre, aut cum sella clauorum ornatu decorata superfluo, vel nimis aliàs sumptuoso: siue cùm fræno ferraturam ad ornatum habente equitare præsumat. Ratio verò, quare ista custodiri debeant ab omnibus regularibus, & non alia, quæ ibi ponuntur, nisi à solis monachis nigris, est, quia quoad hæc non inducit aliquid noui pertinentis plus ad eos, quàm ad alios: quoad alia verò sic, hæc enim non solùm vetantur regularibus, sed etiam clericis sæcularibus, iuxta illud Gratiani. [e] *Præterea oportet, scilicet clericum, esse ornatum in exterioribus, habitu videlicet, & incessu. Habitu vt nec fulgidis nec sordidis se vestibus ornet, * vt enim ait Hieronymus, Nec affectata sordes, nec exquisita deliciæ laudes pariunt.* Quod tam de vestibus quàm de cibis intelligendum esse subdit ibi Gratian. & iuxta illud septimæ synodi relatum in Capitulo 1. [f] *Omnis iactantia & ornatura corporalis à sacrato ordine aliena est, eos ergo Episcopos & Clericos qui se fulgidis & claris*

a *De sentẽ. excommun.*
b *In c. significasti. de eo qui du. in matr.*
c *In rub. de sponsa. col. 5.*
d *Cap. postulastie. & cap. proposuit. de cler. excom. ministr.*
e *Sub fid. ca. quoniam.*
f *De præben.*
g 12. q. 1. *nu.* 67.
h *Vbi suprà.*
i *Ca. 1. & vltim. de consti.*
k *§. porro. de sent. mon.*
a *18. quæst. 2 num. 3.*
b *In princ. verbo nigrorum, & in d. §. sane. monachis, & in d. §. quia vero. ver. canonici.*
c *De cler. venat.*
d *Ca. 17. n. 3.*
e *In prin. 41. distinct.*
f *21. q. 4.*

vestibus ornant, emendare oportet. Et paulo inferius. *Priscis enim temporibus omnis sacratus vir cum mediocri aut vili veste conuersabatur, omne quippe quod non propter necessitatem, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumniam, quemadmodum magnus ait Basil. sed neque ex sericis texturis vestem quis variatam induebat, neque apponebat variorum colorum ornamenta in summitate vestimentorum: audierant enim quia qui mollibus vestiuntur, in domibus regii sunt.* Hæc ibi. Quibus adde illud regulæ S. Augustini. *Nolite placere vestibus sed moribus.*

* Vt enim ait Hieronymus. D. *Hieronymus non hæc quidem ipsa verba, sed horum verborum sententiam tum in Epist. 22. ad Eustochium habet hoc modo, nec affectatæ vestes, nec exquisitæ munditiæ conueniunt Christiano, tum in Epist. 2. ad Nepotianum, hoc modo. Vestes pullas aque deuita vt candidas, ornatus vt sordes pari modo fugiendæ sunt, quia alterum delicias alterum gloriam redolet. Hæc ibi. Quod deinde ex 7. synodo adducitur est in Can. 16. Concilij Niceni 2. his verbis. Omnis iactantia (Græcè est* Βλαχεία, *quod non tam iactantiam, quam delicias affectatas significat) & ornatus corporeus, est à sacerdotali ordine & statu alienus. Episcopos ergo vel clericos. qui se splendidis & insignibus vestibus exornant, se corrigere oportet. si autem permaneant supplicio tradi, similiter & eos qui sunt vnguentis deliuti, & paulò post. Si inuenti itaque fuerint nonnulli eos irridentes, qui vilem & modestum amictum induti sunt pœna corrigantur. A superioribus enim temporibus omnis vir sacerdotalis cum modesto & honesto indumento versabatur. Quicquid enim non propter vsum sed ostentarium ornatum assumitur, in nequitiæ reprehensionem incurrit vt ait Magnus Basilius, in regulis breuioribus capit. 40. Sed nec ex sericeis texturis vestimentum habebat neque in vestimentorum fimbriis* (Græcè ἄκροις, *i. extremitatibus*) *adiecta erant alieni coloris additamenta. Ex diuina enim lingua audierunt, quod qui mollia serunt sunt in ædibus regum. Hæc ibi. Augustinus autem habet in Regula. Non sit notabilis habitus vester, nec affectatis vestibus placere sed moribus.*

Ex quibus facilè colligas, quàm ineptè aliquot clerici, & ineptiùs Canonici regulares, & ineptissimè monachi, quærunt sibi gloriam, & honorem vestibus sericis, vel earum suffulturis siue foderaturis, vel aforris & aliis ornamentis sellarum, & frænorum. Vnde meritò Salmanticæ quidam Canonicus regularis interrogabat, an liceret sibi se vestire panno laneo pretioso, qui appellatur ibi *contray*, & in Italia *monachino*, & in Galliis *coultre fin.* qualis item curiosus, & nouus, qui vocatur *rascia*. Cui responsum fuit, licere quidem se vestire *contray* mediocris ordinis, non tamen supremi, vel valde fulgidi, quamuis modestius faceret, si alio inferiori vteretur.

Dicat hic aliquis, prædicta, cùm humana statuta videantur, videri per contrariam consuetudinem sublata: cui responderi potest primum, non esse penitus humana, sed bona ex parte iuri naturali, & diuino in eis insinuatis innitentia, deinde quòd non est consuetudo omnii, nec maioris partis clericorũ, vel monachorum, vt palam est.

Tertio, quòd Concilium Tridentinum nuperrimum,[a] statuit in hæc verba clauo indelebili memoriæ infigenda. *Nihil est, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assiduè instruat, quàm eorum vita, & exemplum qui se diuino ministerio dedicarunt. Cum enim à rebus sæculi in aliorem sublati locum consticiantur, in eos tamquam speculum reliqui oculos coniiciunt, ex eisque sumunt, quod imitentur. Quapropter sic decet omnino clericos in sortem Domini vocatos, vitam moresque suos omnes componere, vt habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil nisi graue moderatum, ac religione plenum, præseferant, leuia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant, vt eorum actiones cunctis afferant venerationem,* & infra. *Statuit sancta synodus, vt quæ aliàs à summis Pontificibus, & à sacris Conciliis de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, commessationibus, choreis, aleis, lusibus, ac quibuscumque criminibus, nec non sæcularibus negotiis fugiendis copiosè, ac salubriter sancita fuerunt, eadem in posterum iisdem pœnis vel maioribus arbitrio ordinarij imponendis obseruentur, nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat. Si qua verò ex his in desuetudinem abiisse compererint, ea quàm primum in vsum reuocari. & ab omnibus accuratè custodiri studeant; non obstantibus consuetudinibus quibuscumque, ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas Deo vindice pœnas persoluant.*

Ex quibus colligo primò, Episcopos obligari ad cogendos clericos, vt seruent Canones antiquos de vestitu, victu, incessu, gestu, & aliis eorum moribus disponentes, siue sint in viridi obseruantia, siue non; cùm hac tamen differentia, quòd existentes in viridi obseruantia, sine alia renouatione exequantur, alios verò prius renouent, & postea exequantur: ex quo subinfertur, clericos non teneri ad obseruandum Canones insuetos obseruari, donec Episcopus eos renouet, quæ conclusio multorum piorum scrupulos euertit, & conterit.

Secundo colligo, seruandum esse capit. *clerici*, [a] cuius verba sunt. *Clerici officia vel commercia sæcularia non exerceant maximè inhonesta. Mimis, ioculatoribus, & histrionibus non intendant, & tabernas prorsus euitent, nisi fortè causa necessitatis in itinere cõstituti. Ad aleas, & taxillos non ludant: nec huiusmodi ludis intersint. Coronam & tonsuram habeant conspicuentem, & se in officiis Ecclesiasticis, & aliis bonis studiis exerceant diligenter: clausa deferant desuper indumenta nimia breuitate vel longitate non notanda. Pannis rubeis, aut viridibus, nec non manicis, aut sotularibus consuticiis, frenis, sellis, pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus non vtantur. Cappas manicatas ad diuinum officium intra Ecclesiam non gerant, sed nec alibi, qui sunt in sacerdotio & personatibus constituti, nisi iusta causa timoris exegerit habitum transformari: fibulas omnino non ferant: neque corrigias auri vel argenti ornatum habentes sed nec annulos: nisi quibus competat ex officio dignitatis. Pontifices autem in publico & in Ecclesia superindumenti s lineis omnes vtantur, nisi monachi fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem, pallijs diffibulatis non vtantur in publico, sed post collum vel ante pectus hincinde connexis.*

a 2. *de vit. & honest. cleric.*

Quarto, quòd idem Concilium Tridentinum, [b] sic statuit. *Quia verò, & si habitus non facit monachum, oportet tamen clericos vestes proprio congruentes ordini semper deferre, vt per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant: tanta autem hodie aliquorum inoleuit temeritas, religionisque contemptus, vt propriam dignitatem, & honorem clericalem paruipendentes, vestes etiam deferant publicè laicales pedes in diuersis ponentes, vnum in diuinis, alterum in cærnalibus, propterea omnes Ecclesiasticæ personæ quantumcumque exemptæ: quæ aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia, aut beneficia qualiacumque Ecclesiastica obtinuerint, si postquam ab Episcopo suo etiam per edictum publicum, moniti fuerint, honestum habitum clericalem, illorum ordini, & dignitati congruentem, & iuxta ipsius Episcopi, ordinationem, & mandatum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, reditibus, & prouentibus ipsorum beneficiorum, nec non si semel correpti, denuò in hoc deliquerint, etiam per priuationem officiorum & beneficiorum huiusmodi coerceri possint, & debeant. Constitutionem Clementis V. in Concilio Viennensi editam, quæ incipit,* Quoniam, *innouando, & ampliando.* hæc ibi. Ex quibus collige primò efficacius quàm ex aliquo alio vtriusq; iuris contextu illam memorabilem theoriam Hostiensis, [c] in quẽ sequitur Panormitanus cõmuniter receptus, [d] videlicet, quòd iura quæ iubent vel prohibent aliqua clericis, intelligenda sunt de cõstitutis in sacris, vel habẽtibus beneficia, quod etiam diximus in Manual. Confess. [e] Dixi (*quæ iubent, vel prohibent*) quia secus de his, quæ indulgent. [f] 28 Secundo collige quòd Clementina 2. [g] est innouata, & consequenter, quòd multi sunt à beneficiis suspensi, & multi inhabiles ad ea, eo quòd vestes, virgatas, vel partitas, vel caligas scacatas, rubeas aut virides gestarunt, vel gestant in bellis, quæ contra Turcas geruntur; quum essent vel sint beneficiarij, vel in sacris constituti, vel id fecerunt portantes tonsuram, cum rasura clericali. 29 Vndecimò quæritur, an iure diuino, vel naturali, an humano tantum obligentur regulares ad seruandã clausuram? & quod solùm iure humano obligentur, facit primò, quòd nullo præcepto per se noto, nec ex per se notis illato, ad id obligantur, & omne ius naturale est huiusmodi, [h] & ita nullo iure naturali prohibentur.

b *In sess. c. 6. de refor.*

c *In capit. ne clerici vel monachi.* d *Ibi sub fin. & in capit. de postul. nu. 4.* e *Cap. 25. nu. 110.* f *Cap. si quis suadente. 17. qu. 4.* g *De vit. & honest. cler.*

Deinde quòd in toto Canone Bibliorum non iubeatur huiusmodi clausura, & omne ius diuinum continetur in illo, [i] ergo non tenentur etiam iure diuino.

h *Ca. ius naturale. 1. dist.*

Tertiò facit, quòd passim fit facultas exeundi viris religiosis, etiam interdum sine vlla causa à suis Superioribus, quæ fieri non posset etiam à Papa, si iure naturali

i *Cap. huma num genus. 1. dist.*

vel

a *Sess. 22. c. 1. de reform.*

a *25. quæst. 1.* b *De constit.*

vel diuino seruanda esset, capit. sunt quidam, [a] & resoluitur in capit. *quæ in Ecclesiarum.* [b]

Quartò facit, quòd regularis ad sola tria substantialia vota seruanda tenetur iure diuino secundum S. Thomam, [c] communiter receptum. At clausura in nullo illorum includitur: nam sine illa possunt seruari castitas, paupertas, & obedientia, vt etiam Apostoli, & multi etiam alij Sancti seruarunt. ergo, &c.

c *2. 2. q. 186. art. 9.*

Pro contraria tamen parte facit, primo quòd constat vota obligare iure diuino iuxta illud. [d] *Vouete & reddite Domino vota vestra,* [e] & omnis regularis expressè vel tacitè, explicitè vel implicitè videtur vouere clausuram in monasterio in quo profitetur. Omnis enim regularis faciens professionem legitimam explicitè, vel implicitè, expressè, vel tacitè vouet stabilitatem, & permansionem in monasterio, in quo vouet, explicitè quidem & expressè quando vouet secundum formam traditam à Speculatore, [f] quæ est hæc relata etiam à præfato Trullo. [g] *Ego N. promitto Deo, & sanctis eius, & vobis Domino Abbati, vel Priori coram vobis & conuentu vestro, me perpetuam continentiam seruaturum in hac domo, vel monasterio, quantùm Deus fragilitati meæ permiserit, & renuncio proprijs, & vobis debitam secundum regulam talis ordinis obedientiam, & reuerentiam, ac stabilitatem, & conuersionem morum promitto.* Implicitè verò, & tacitè cum quis vouet obedientiam Canonicalem vel monachalem in manibus porentis eum incorporare ordini & religioni, secundum Innocentium, quem latè retulimus in comment. capit. *cui portio.* [h] is enim implicitè videtur vouere omnia contenta in illa longa forma vouendi Speculatoris, vt sentit etiam prædictus Trullus, & antea Panormitanus, [i] dum [k] ait satis solenniter profiteri eum, qui potenti recipere, ait, *trado me tibi in monachum, & fratrem*, & antea Innocentius relatus, [l] dicens, idem facere qui solum vouet obedientiam regularem.

d *Psalm. 75.* e *Capit. magna. de voto.* f *In tit. de regular.* g *lib. 1. ca. 17. sub fin.* h *12. qu. 1. nu. 19.* i *In ca. porrectum. de regular.* k *Notabil. 3.* l *Vbi suprà.*

Secundo facit capit. placuit. [m] ibi. *Sit claustro suo conuentus: quia sicut piscis sine aqua caret vita, ita sine monasterio monachus.* At iure naturæ piscis extra aquam viuere nequit, ergo eodem iure nec monachus extra monasterium exire debet. Tertio facit canon monachi 2. [n] quatenus significat, monachos à monasterio foras egredi non posse, etiam pro vtilitate illius sine Superioris licentia, & quoad hoc æquantur Canonici monachis, vt colligitur ex ipsa regula S. Augustini, cuius Canonis ratio & fundamentum videtur esse votum, quo se astringit regularis monasterio, ergo iure voti, & consequenter diuino, tenetur ad clausuram. Et quidem miror, præremissam esse ab omnibus, quos legere memini huius quæstionis decisionem, ex qua mille quotidianæ pendent: quare dico primùm, aliqua lege iussam esse clausuram omnibus regularibus, & prohibitum exitum à terminis illi designatis. Tum quia id seruat omnium religionum consuetudo generalis. Tum quia id aperte significat regula Augustini, licèt omnium laxissima sit, [o] tam in principio, dum præsupponit suos Canonicos debere constitui in monasterio, congregari in vnum, & esse in vna domo, quàm appellando octies eorum habitationem monasterium, quàm etiam præcipiendo in hæc verba. [p] *Nec eant ad balnea siue quocumque ire necesse fuerit, minus quàm duo vel tres, & ille qui habet aliquò eundi necessitatem, cum quibus Præpositus iusserit, ire debebit.* tum per illud eiusdem. [q] *Quando proceditis, simul ambulate, cum veneritis quò itis, simul state.* tum per illud Hugonis. [r] *Bene ait, cum quibus Præpositus ire iusserit, ire debebit, scilicet, vt à prælato prouideatur securitas personæ, & à subdito seruetur virtus obedientiæ.* tum per prædicta capit. *placuit. & monachi.*

n *ead. cau. & qu.* m *16. qua. 1.* o *Cap. quod Dei timorẽ. de stat. monach.* p *Capitul. 10.* q *Cap. 8.* r *In prædict. c. 10.*

Secundo principaliter dico durum videri, quòd lex indicens regularibus clausuram, & exitum prohibens, sit naturalis vel diuina. Tum per argumenta pro priore parte facta. Tum quòd Apostoli, qui videntur fuisse propriè religiosi, & vouisse tria substantialia vota secundum aliquos, in quibus satis videtur esse S. Thomas, [s] relatus à nobis in tract. de red. eccl. [t] non leguntur seruasse prædictam clausuram, nec petiisse aut dedisse licentias nunc confueras, nec cum viuerent cum Christo, nec postea eo in cœlũ sublato, * quod dignũ imitatu apparebat aliquot viris heroicis in exordio cuiusdam valde illustris religionis; huius tamen contrarium nobis videbatur, & receptũ fuit: quia licèt insignioris virtutis sit seruare quem se immaculatum cum illa libertate, securioris tamen est absque illa, vt experientia, quæ rerum magistra est, [a] docet. Tum quòd si prædicta clausura lege naturæ, vel diuina præciperetur, omnes regulares essent pares Carthusianis in ea seruanda, quod videtur absurdum, & ideo non dicendum. [b]

s *2. 2. qu. 88. art. 4.* t *q. 1. monit. 7.*

a *Cap. quam sit. de elect. lib. 6.*

b *l. nã quod absurdum ff. de bonis liber.*

* Quod dignum imitatu apparebat. *Hi de quibus hic agit Nauarrus, videntur fuisse decem illi Societatis Iesu primi institutores, quos Lutetiæ Ignatius de Loiola sibi asciuerat. Hi enim cum Romæ de instituenda Societate anno 1538. primum deliberarent, diu multúmque laborarunt, num paupertatis & castitatis votis, tertium obedientiæ votum addere expediret: ficq; clausuram quodammodo sibi initio parum conuenientem videntur existimasse. Tandem tamen vno omnes ore consenserunt, hoc eximium & præcipuum Religionis vorum suscipere, & proinde eligere vnum in caput, & totius Societatis Præpositum, cui omnes voluntates suas & iudicia subiicerent: ficq; factum est & seruatum est, & seruabitur Christo duce in æuum vsque. vide Petrum Ribadeneram lib. 2. vitæ Ignatij cap. 23.*

Non obstant citata iii contrarium, non primum: quia concesso, quòd vota diuino iure obligent, negamus regulares vouere clausuram, eo quòd voueant stabilitatem: quia stabilitas illa vota significat permansionem in proposito, voto, & professione, & in obedientia debita Superiori secundum regulam, & non clausuram, neque promissionem de non exeundo monasterij septa.

Ad secundum respondeo, quòd vt aliqua sint similia, non oportet quòd per omnia sint talia, & ita vt pisci extra aquam assimiletur regularis existens extra monasterium sine iusta licentia, sufficit, quòd peccet aliquo modo, licèt non peccet contra ius naturale.

Ad tertium concedo, quòd regularis peccat exeundo septa monasterij etiam pro vtilitate Ecclesiæ sine licentia Superioris, sed nego, quòd ratio immediata illius peccati sit, quòd vouerit prædictam clausuram, sed quòd vouerit statum, cuius professores lex iusta humana obligat ad illam: sicut ordine sacro insignitus peccat quidem non pronunciando preces horarias, non quia vouit illas, sed quia suscepit statum, cuius professores lex iusta humana ad eas obligat.

Tertiò, principaliter dico, quòd multum refert, an lex illam indicens sit tantùm regularum approbatarum, an Conciliaris, vel Papalis, an Prælatorum ipsorum monasteriorum tantum: si enim est lex ipsorum Prælatorum tantùm, id est non confirmata à Sede Apostolica, vel ipsius regulæ, facilius poterit Prælatus facere facultatem exeundi, quàm si dicatur esse Conciliaris, Papalis, vel à Papa confirmata. [c]

c *Arg. ca. inferior. 21. di. & ca. cum inferior. de maior.*

Quartò, quòd videtur habuisse originem ab ipsis monachis ante institutores quatuor principalium regularum, & clarius illam fuisse inductam ab ipsis, & postea eam fuisse * roboratam à Nicæna synodo, de qua Eugenius, [d] & à Chalcedonensi, de qua Alexan. I I. in cap. iuxta eadem causa & q. & à Concilio Tarraconensi relato in d. cap. *monachi*, & quòd licèt à quibuscumque habuerit originem, robur, & firmitatem, non tamen excedit humanæ legis auctoritatem, & quòd illa continet in summa, ne vllus regularis cuiuscumque ordinis saltem simplex, exeat monasterium, vel septa, & limites ad id designatos sine Superioris licentia, neque cum illa, nisi iusta necessitate, vel vtilitate id suadente, vt efficaciter probatur in d. capit. *placuit*, & d. cap. *monachi*, adiuncto, quòd etiam regulares Canonici in hoc exæquantur aliis, vt ex eorum regula supra collectum est. Dixi *simplex*, quia Prælati & beneficiarij saltem extra monasteria viuentes, non videntur ad illam teneri: quamuis fortè etiam ipsi peccarent, saltem venialiter, sine vlla causa exeuntes, iuxta illam legem naturalem *patere legem quam ipse tuleris*, capitulo cum omnes, de constit. & illius rubricæ ff. *quod quisque iuris in alium statuerit, vti ipse eodem iure vtatur*, quod Carthusia luculenter significauit, dum suis statutis mox citandis pauciſsimas licentias exeundi Prioribus monasteriorum concedit.

d *In dict. cap. placuit.*

* Ro bora

* Roboratam à Nicæna Synodo. *Duo sunt capita in ea causa & quæstione quæ incipiunt, Placuit, quorum prius Nicænæ Synodo tribuitur, quod tamen neque in prima, neque in secunda Synodo hodie habetur: in quo etiamsi de monachis agatur, nihil tamen ad eorum clausuram spectans, continet: posterius autem Eugenij Papæ esse dicitur: quod de clausura apertè satis loquitur tum in initio, vbi sic habetur: Placuit communi nostro Concilio, vt nullus monachorum pro terreno lucro de monasterio exire nefandissimo ausu præsumat, & deinde alia quæ superius allata. Vtrumque caput Nauarrus pro vno habuisse videtur, vel existimasse Eugenium dum dixit, Placuit communi nostro Concilio, Synodum Nicænam intellexisse, quod parum verisimile est cum Nicæna Synodus Eugenium trecentis & pluribus annis præcesserit. Quod vero citat ex Concilio Chalcedonensi est in Canone 4. eiusdem, & habetur ead. caus. & quæst. cap. qui vero. Denique caput Monachi 2. eius. q. est Canon 11. Concilij Terraconensis.*

Quintò, quòd hanc legem communem iure communi statutam, aut confirmatam Carthusiani partim statutis, partim consuetudine inuiolabiliter obseruata, adeo auxerunt, vt eorum clausura videatur quidam carcer perpetuus, quod colligitur ex staturis eorum antiquis, & nouis, quæ videre licuit pridem in illo numquam satis laudato monasterio B. Mariæ de Paula Segobiensis diœcesis & nunc in Vrbe facta mihi copia à Reuerendis admodum iisdémque pientissimis Dominis Andrea Mazzario Priore, & Alphonso Brutio Vicario monasterij B. Mariæ, [a] planè Angelici, recentis quidem erectione, antiquissimi verò Dei, Deiparæque virginis, & omnium virtutum cultu sanctissimo. In quorum capit. 22. [b] habetur, *quòd necessitate vrgente egrediuntur de licentia Prioris Carthusiæ*, supple Generalis, *sine qua nisi vice Priori ad Capitulum generale, aut ad suscipiendos ordines, muro egredi, nulli monacho licet*: & cap. 4. [c] habetur, *quòd Carthusiæ Prior scilicet generalis, numquam terminos suæ heremi egreditur, & quod alij Priores possunt exire è suis terminis, de licentia quidem prædicti Prioris Carthusiæ*, [d] *& quòd Prior nouus, hoc est ad Prioratum nouiter electus, dicitur habere septem licentias exeundi pro vtilitate domus vsque ad cap. generale.* [e] *Et quòd etiam exeunt quando eliguntur in superiores domorum sui ordinis*, [f] *& quòd præterea exeunt in Curias prælatorũ, aut principum ratione negotiorum tractandorum*, [g] *& quòd exijt etiam totus Conuentus imminente periculo tempore belli ad alias domos ordinis huiusmodi*, [h] *& quòd egrediuntur ad alias domos sui ordinis*, nisi à Capitulo generali, [i] *& quòd mittuntur ad grangias siue villas*, vt colligitur ex capit. 26. [k] ex quibus facilè colligas eorum clausuram esse quidem, vt dixi, carcerem quemdã perpetuum quoad delicias mundanas vitandas; quoad spirituales autem, & semper duraturas assequendas, esse viridarium, pomœrium, & paradisum quemdam terrestrem, quo recta in cœlestem transferatur, ob quod ex omni religione transitur ad illam, & ab illa in nullam aliam, religionúmque optimam dixit Parisiensis Maior, [l] cui etiam Curiæ stylus adstipulatur.

Sextò, quòd ad quamdam etiam Carthusianorum imitationem aucta fuit plurimum ante circiter 45. annos in longè illo illustri Sanctæ Crucis Conimbricensis cum primis omnium ordinis Canonicorum regularium opulento, nunc autem omnium, mea sententia, suæ magnæ reformationis seruantissimo, clausura vltra quam regula, & ius commune requirit, vt patet ex primo cap. libri constitutionum eius, cuius copiam nobis fecit hic in vrbe religiosissimus, prudentissimus, multa eruditione conspicuus, admodúmque reuerendus Pater Don Philippus, qui sui monasterij negotia prudentissimè, diligentissimèque in Vrbe multis iam annis agens, rarae integritatis vitæ fuit, & est exemplo, cum in his omnibus sibi quam simillimo Don Eduardo de Arauyo negotia celeberrimi, & etiam quoad clausurã reformatissimi monasterij Thomarensis ordinis Cistercien sis in Vrbe agenti, quorum vterque mihi multis nominibus est suspiciendus.

Septimò dico, non esse mirandum quòd tanti fieri debeat clausura regularium, cum [m] anima etiam cuiusuis sæcularis Deo addicta, & sponsa, *hortus conclusus, & fons signatus* appelletur: cúmque apud Esaiam, [n] relatum in capit. *in loco* [o] *cultus iustitiæ sit silentium*, quod plurimum clausura iuuatur: cum etiam ab ethnicis reprobentur etiam sæculares & ethnici vagi, id est, sine negotio huc illuc inutiliter discurrentes, sic dicti, quod vacui, hoc est sine negotiis agantur. Vnde Seneca. [a] *Bonam spem de te concipio, quòd non discurras.* & [b] *Vt animum positis continere, corporis tibi fugam siste.* & [c] *Nil æquè prodest quàm quiescere, & minimum cum alijs loqui, secum plurimum.* Hinc illud D. Bernardi. [d] *Iuge silentium, & ab omni strepitu sæcularium perpetua quies cogit cœlestia meditari.* & in sermone de sancto Andrea. *Merito comparantur stagnis monasteria, vbi quodammodo incarcerati pisces euagandi non habeant libertatem.* & in sermone 40. super Cantica alloquens etiam laicos ait. *Sede solitarius vt turtur, nihil tibi, & turbis, nihil cum multitudine cæterorum, etiam ipsum obliuiscere populum, & domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum.* [e]

33 Octauo dico, quòd his est consequens primò, quàm incauta, ne dicam, irreligiosa fuit vox illa quorumdam regularium, *cauendum ne includamus septis vel circo, & amittamus libertatem pro libito spatiandi.* Secundo consequitur ratio, quare omnes regulares non sint ad æqualem clausuram obligati, est enim illa, quòd alij sunt obligati ad totam & solam clausuram iure communi præceptam, alij ad maiorem suis statutis, constitutionibus, aut consuetudinibus præscriptis auctam, & longè strictiorem factam, vt Carthusiani, & Canonici prædicti Sanctæ Crucis, & alij ad minorem priuilegio Apostolico, vel consuetudine rationabili præscripta diminutam, & relaxatam: quales esse videntur aliquot Canonici regulares aliquarum Ecclesiarum, & monasteriorum, qui de antiqua consuetudine exeunt, præsertim extra vrbem de licentia Prælati sine sociis singuli, & non bini, vt fit in Ecclesia Pampilonensi, Cæsaraugustana, Roncæuallis, & S. Isidori Legionsi, cùm tamen regula sua habeat, vt exeant sociati, & non soli per supra dicta. Cùm enim, vt supra conclusum est, iure humano sit inducta illa, potest consuetudine rationabili diminui & relaxari. [f]

34 Duodecimo quæritur; An quando, & quomodo iustè posit exire regularis à claustro, & vt peccat exeundo? Ad quod dico primò, quòd iure communi omnis regularis quamlibet simplex potest iustè exire de licentia Superioris non solum Generalis & Prouincialis, sed etiam inferioris immediati; non tantùm expressa, sed etiam tacita, & non tantùm specialiter, & in indiuiduo, sed etiam generaliter data, modo ea detur iusta de causa necessitatis, vel vtilitatis. Dixi (*iure communi*) quia iure speciali quorumdam, vt Carthusianorum & monasterij sanctæ Crucis Conimbricensis, plus requiritur, & iure speciali aliorum minus sufficere posse dictum est. Dixi (*simplex*) ob id quod supra de Prælatis superioribus est dictum. Dixi (*non solum Generalis & Prouincialis*) ad significandum quòd etiam illi possunt eam dare & efficacius, quàm inferior immediatus, argumento à fortiori, quod valet. [g] Dixi (*non tantùm expressa.*) Tum quia regulariter parem vim habent tacitum & expressum. [h] Tum per ea quæ latius diximus in d. commen. cap. *non dicatis*, [i] de licentia tacita tenendi peculium, & largiendi eleemosynam. Dixi (*non tantum specialiter*) propter eam, quam habent procuratores, & Cellarij, & aliquot alij officiarij, & alicubi Doctores, & aliquot seniores exeundi, cum sibi conuenire videbitur: quia regulariter tantùm valet generalis quoad contenta in genere, quantum specialis quoad contenta in specie. [k] Dixi (*modò ea detur iusta de causa*) quia necessaria est illa, qua ea iustificetur, maior quidem cùm maior est licentia, minor, cùm minor: quia cum exitus sit vetitus iure communi Conciliari & Papali, inferior cui fit facultas in eo dispensandi, non potest id facere nisi iusta de causa: quia est quædam dispensatio circa legem superioris, quæ sine causa non est facienda, iuxta definitionem eius positam à glossa solenni, & recepta, [l] & facta non tenet, iuxta dictum singulare Innocentij, [m] commendatum inter alios à Felino. [n] Per quæ videntur excusari posse à peccato, qui destructis ædificiis & septis monasterij, non viuunt intra eamdem domum, & ex domibus, quas inhabitant, exeunt absque licentia speciali, partim ob consuetudinem antiquam, partim ob licentiam expressam vel tacitam, modo non excedant limites in id à Superiore designatos.

a *Degli Angeli.*
b *Parte 1. stat. antigu. §. 15.*
c *2. part. stat. antiq. §. 5. & ca. 6. eiusdem partis. §. 50.*
d *Capit. 6. 2. part. stat. antiq. §. 30.*
e *Part. 2. cap. 5. §. 32.*
f *Ca. 5. 2. par. stat. antiq. §. 28. & 29.*
g *Ca. 10. 2. p. stat. non. §. 1.*
h *Capit. 13. 3. par. compilationis Statutorum. §. 1.*
i *2. par. stat. antiq. c. 32. §. 17.*
k *3 part. stat. antiq. §. 11.*
l *In 4. dist. 38.*
m *Canticorum 4.*
n *32. cap.*
o *5. quæst. 4.*

a *In epist. ad Lucil.*
b *In epistol. 71.*
c *Epist. 107.*
d *In epist. 78.*
e *Psal. 44.*
f *Cap. fin. de consuet. l. 2. C. quia sit lex consuetudo. cũ eis annotatis.*
g *Cap. cum in cunctis. de elect. authen. multo magis. C. de sacrosanct. ecclesia.*
h *l. cũ quid. ff. de reb. cre. c. 2. de rescriptis.*
i *Numer. 22.*
k *l. 1. §. quod autem. ff. de alea lus. & c. solita. de maior.*
l *In §. nisi rigor: sub. cap. requiritis. 1. quæst. 7. in Cap. studii. 2. de elect. sub fin.*
n *In cap. cum inter. de excep.*

35 Secũdo, quòd licet à nemine videam tactum, an violatio clausuræ sit peccatum, & an mortiferum, an veniale tantùm, dici tamen posset nullum esse peccatum, si clausula violata non esset contra ius commune, sed contra tra statutum speciale ordinis, cuius statuta ad nullum etiam peccatum veniale veniale obligant, qualia sunt Prædicatorum auctore S. Thoma, [a] esse autem veniale tantùm, quando sine contemptu regulæ, & perfectionis, & transgresione præcepti specialis Superioris violatur, mortale verò quum id fit cum prædicto contemptu, vel contra præceptum superioris: quia sententia recepta S. Thomæ vbi supra est, contenta in regula non obligare ad mortale, nisi quoad tria substantialia vota, & præcepta ipsius, & superioris. Regularis enim non vouet regulam, nec omnia contenta in ea, sed obedientiam secundum illam in continentia & paupertate, vt dictum est: & ita obseruantiæ aliæ extra continentiam & paupertatem non ligant ex voto, nisi præcipiantur ab ipsa regula, vel à Superiore secundum regulam, vt ibidem vterque Thomas recepti, & de his est obseruatio clausuræ, vt palam est, quam licèt ius commune confirmet, non tamen id facit addendo vim præcepti, sed vim generalis statuti; ita quòd non fiat de obseruantia præceptum, sed de obseruantia regulæ particularis, obseruantia legis generalis. Quibus, & aliis omnibus addo, esse quoque mortiferam eiusmodi violationem, quoties fit cum notabili scandalo, vel damno monasterij, non quidem quatenus est violatio regulæ, sed quatenus est violatio iuris diuini, & communis de non scandalizando, [b] & de nemine lædendo, [c] cum septimo Decalogi præcepto vetetur.

36 Tertio verum esse id quod diximus in commentario cap, *non dicatis*. [d] scilicet necessariam esse aliquam iustam causam, qua licentia exeundi iustificetur, maiorem quidem quum maior est licentia, & minorem quum minor, etiamsi detur à Papa: quia licèt sit solutus legibus humanis quoad vim coactiuam, [e] non tamen quoad vim directiuam, [f] & ita peccat non seruando illam, vel dispensando in ea sine causa iusta, vt tradit vterque Thomas recepti vbiq; ab omnibus, [g] quamuis autem qui dat licentiam sine iusta causa peccet, & etiam qui vtitur illa sciens non esse iustam: non tamen arbitror incidere ipsum in pœnas exeuntis absque licentia, argumento eorum quæ diximus in dict. comment. capit. *non dicatis*. [h] de habente peculium de licentia Prælati absque iusta causa facta. Quæ verò cuiusque exitus iusta causa fuerit, arbitrio Superioris, boni viri, ac prudentis pro varietate circumstantiarum personæ, loci, &c. definiri debet, argumento, leg. 1. [i]

Quarto dico, quòd est consequens, non videri satis iustas facultates illas generales, quæ alicubi dantur omnibus canonicis singulatim exeundi, quoties voluerint causa recreationis, vel deuotionis, etiam extra horas, quibus diuina officia non celebrantur vsque ad mille passus, intra quos occurrunt variæ conditionis viri & fœminæ: quamuis ea, quę alicubi fit Doctoribus, senioribus, & probatissimis quibusque etiam ad longiora spatia pro causa, quæ sibi bona fide videbitur iusta, vt supra dictum est, sit tolerabilis; longe tamen laudabilius, & melioris exempli, obedientiæ, submissionisque animi esset, vt specialis licentia ad exitum quemque specialem peteretur, & fieret, quo memoria statuti intra claustra permanendi in dies & horas renouaretur, & frequentia exeundi onere facultatis petendæ minueretur.

Quinto hinc quoque infero, verum esse, quod frequenter in nostra Roncaualle dixi, non posse iustam reformationem illius monasterij, nec cuiusquam alius ab obseruantia lapsi fieri, nisi prius constructa domo vel claustro, intra quod omnes canonici, vel monachi possent simul habitare; simul refici & dormire, cui esset porta & ianitor continuus, qui aperiret illam, & clauderet opportunè: quoniam alioqui non posset seruari pars illa regulæ de seruanda clausura, confirmata per Concilia & summos Pontifices vt prædictum est.

Sextò dico hæc etiam consequi, intolerabilem esse morem, quo canonici vel monachi quorumdam monasteriorum vi bellorum, vel incendio destructorum, viuunt more quorumdam clericorum sæcularium, sine claustro prope Ecclesiam, singulatim in singulis domibus habentes coquas inuenes; & extraneas, vel etiam senes, vel cognatas, sed habentes famulas, vel comites extraneas iuniores, nullámque licentiam exeundi vltra septa monasterij petentes, & resistentes, vel nolentes, vt reficiantur ædificia, intra quorum portam quàm cito commodè fieri poterit includantur. Tum quòd videntur contemnere regulam, qua parte continet clausuram seruandam, & licentiam exeundi petendam, & binos exire debere, quem contemptum esse mortiferum ait S. Thomas. [a] Tum quia non fugiunt propinquam occasionem labendi mente, vel opere in veneream voluptatem, contra illud Apostoli, [b] *fugite fornicationem*, & quòd contrauenium cap. *volumus*. cum glossa, [c] & cap. *à nobis*. [d] Tum quia videntur remittere propositum ad perfectionem Christianam tendendi, quod est mortiferum, vt in d. comment. cap. *cui portio*. [e] dictum est, post S. Thomam. [f] Tum quia se exponunt magno periculo habendi proprium contra votum paupertatis, quod etiam esse mortiferum traditum est in d. comment. cap. *non dicatis*. [g] Equidem ipse non auderem eiusmodi regulares absoluere, nisi firmum animum in contraria conciperent: an autem hoc casu liceret habere domi omnino non suspectas dicetur infra. [h]

37 Septimo, quòd ex prædictis colligatur ratio statutorum Concilij Aquisgrani sub Ludouico primo Imperatore relati à Trullo, [i] quorum aliquot partes huc pertinentes sunt hæ. *Necesse est, vt claustra, in quibus clero sibi commisso canonicè viuendum est, firmis vndique circumdent munitionibus, vt nulli omnino intrandi, aut exeundi, nisi per portam pateat aditus. Sint etiam interius dormitoria, refectoria, cellaria, & cæteræ habitationes vsibus fratrum in vna societate viuentium necessaria.* Et infra. *Eligatur necesse est à prælato ex congregatione sibi commissa frater probabilis vitæ: cuius officij sit portam canonicorum cum summa obedientia, & humilitate competenti tempore claudere, & referare, vt nulli per eam nisi per licentiam aditus pateat intrandi, aut exeundi. Cui etiam obseruandum est, ne quibus cordi est plus otiũ vacare quàm diuinis obsequiis incubare, forsan euagandi locum præbeat, & eorum nugarum, quod nefas est, particeps fiat. Debet præterea aduenientes quosque cum caritate suscipere, & Priori aduentum eorum, causámque nunciare.* Hæc ibi.

a *2. 2. quæst. 186 art. 9.*
b *Matth. 18. & cap. nihil de præscript.*
c *Exod. 20. & cap. pœnale. 14. qu. 5.*
d *12. quæst. 1. num. 40.*
e *l. Principes. ff. de legib. & cap. propositum. de cõcess. prabend.*
f *Il. digna vox. C. de legibus & cap. iustũ. 9. distin.*
g *12. quæst. 90. articul. 5. ad 3.*
h *Num. 22.*
i *ff. de iurisdict. & cap. de causis. de offic. de leg.*

a *vbi suprà*
b *1. ad Corin. 6.*
c *81. distinct.*
d *De cohab. cler.*
e *Num. 10.*
f *In d. art. 9.*
g *Num. 21.*
h *Quæst. 17.*
i *Lib. 2. ca. 1. Cõc. Aquisg. cap. 117.*

SVMMARIVM.

38 Regulari translato quanta possit dari licentia manendi foris.
38 Priuatio præsupponit habitum.
39 Clausuram regularem fœminarum eodem iure, quo virorum inductam, auxit Bonifacius.
40 Vita austerior cur potuit monialibus indici, & non Minoribus Conuentualibus obseruantia.
40 Clausura regularis Tridentina cur mitior, quàm Pontificia.
41 Clausura regularis monialium quæ non recepta in Gallia.
42 Clausuram monialium iure naturæ inductam suadentia soluuntur.
42 Consuetudine præsertim immemoriali lex humana tolli potest.
43 Constitutio declaratoria extenditur ad præterita.
44 Seu, & siue, coniunctionum propria significatio.
44 Monasterium, & domus, interdum pro eodem sumuntur.
44 Monialibus, & conuersis omnibus clausura indicta.
44 Fundationis statuta contra clausuram tolluntur.
45 Legis mens plus attendenda quàm verba.
45 Monialis quæ professa extra monasterium eximitur à clausura.
45 Monialium non professarum conuentus quomodo finiantur.
46 Abbatissarum ratio quæ excedunt numerum improbatur.
46 Præceptum non importat exhortatio.
46 Clausura monialium non fauentes qui peccant.
46 Pij V. zelus ardens in Deum & sanctimonialium sanctimoniam.

38 DECIMO tertio quæritur, An defendi possint licentiæ illæ datæ ante Concilium Tridentinum nuperrimum, quæ sunt quàm plurimæ, à prælatis, qui præstita sibi obedientia eas dederunt apostatis habentibus Apostolica breuia transferendi se ad ordines laxiores, vt viuerent etiam honestè extra monasteria vbicumque

veilent? Ad quod respondeo primò, non posse defendi si prædicti Prælati sine Capitulis receperunt eos, & sine illis non poterant recipere nouitios, iuxta dicta supra,[a] & si solùm fiebat eis facultas transeundi ad benevolos receptores: quia cùm non possent soli recipere eos, non poterant soli esse benevoli receptores eorum, à remotione generis ad remotionem speciei; quod valere dictum est supra per gloss. iuncto textu,[b] vt si *non est homo, non est homo albus.* & cum receptio non valeret, non fiebant recepti obnoxij ad seruanda claustra eorum, & consequenter non poterant Prælati liberare eos à mansione claustrali: quia priuatio præsupponit habitum.[c]

Secundo, quòd defendi possunt, si per prædicta breuia, qualia memini aliqua videre, fiebat eis facultas viuendi honestè in locis, quæ designarent Prælati aliqui perpetui post præstitam eis obedientiam: quia non requirebatur alia receptio. & opponenti dixisse nos supra etiam Papam non posse facere hanc facultatem iustè sine iusta causa, respondeti potest, causam reducendi apostatam, & iam perditam ouem in aliquales iustè viuendi caulas, fuisse reputatam ab eis pro iusta.

Tertiò, quòd etiam defendi possunt, si supponatur, quòd Pontifices eiusmodi consuetudinis prælatorum facientium prædictas facultates erant conscij, & tacitè approbabant eas. Arbitror autem eos licet essent conscij, quòd Prælati dabant prædictas largas licentias, non fuisse tamen conscios, quòd dabant eas, antequam eos legitimè reciperent. Tum quòd hoc significat Concilium Tridentinum.[d] Tum quod aliquando concedebant, vt dixi, facultatem viuendi honestè, vbi aliquis Prælatus alicuius monasterij perpetuus post præstitam sibi obedientiam designaret, nulla facta mentione de receptione, neque de benevolo receptore.

Quarto, quòd non possunt defendi, si per breuia fiebat facultas transeundi ad alias religiones siue arctiores, siue laxiores, cum clausula, *vt in eis perpetuo manerent*: quia per dicta in dict. cap. *nullam*. non poterat ei fieri vagior, & laxior facultas viuendi extra, quàm vernaculis suis.

39 Decimoquarto quæritur; An eadem, quæ dicta sunt de clausura & exitu regularium virorum, dicenda, quoque sint; de clausura, & exitu monialium? Ad quod respondeo primò affirmatiuè, quoad hoc; vt etiam earum clausura iure tantùm humano dicatur inducta: Iphigenia enim, quam Matthæus religiosam effecerat, vt habetur in eius historia, & apud Caietanum,[e] & aliquot aliæ sanctimoniales temporis Apostolorum, non seruabant eiusmodi clausuram; seruaturæ profectò si lege naturali, vel diuina esset indicta.

Secundo, quòd etiam idem est dicendum secundum iura communia ante Bonifacium VIII. constituta. quoad eum enim vsque nullæ religiosæ, neque Canonicæ regulares, neque aliæ monachæ, tenebantur ad arctiorem clausuram quàm contentam in suis regulis. At eadem regula erat canonicorum, & canonicarum regularium, & Benedictinorum, & Benedictinarum, & Minorum, & S. Claræ, nisi qua parte harum laxior est quàm illorum.

Tertio, quòd prædictus Bonifacius plurimum illam auxit, & strictiorem fecit, per cap. 1.[f] in hæc verba. *Periculoso, & detestabili quarundam monialium statui, quæ honestatis laxatis habenis, & monachali modestia, sexúsque verecundia impudenter abiectis, extra sua monasteria nonnumquam per habitacula secularium personarum discurrunt, & frequenter intra eadem monasteria personas suspectas admittunt, in illius, cui suam integritatem voluntate spontanea deuouerunt, grauem offensam, in religionis opprobrium, & scandalum plurimorum; prouidere salubriter cupientes, præsenti constitutione perpetuò irrefragabiliter valitura sancimus, vniuersas, & singulas moniales præsentes atque futuras cuiuscumque religionis sint, vel ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasteriis debere de cætero permanere clausura: ita quòd nulli earum religionem tacitè vel expressè professæ, fit, vel esse valeat quacumque ratione vel causa (nisi forte tanto, & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quòd non posset cum alijs absque graui periculo, seu scandalo commorari) monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas, nullique aliquatenus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ,) nisi rationabilis & manifesta causa existat, ac de illius, ad quem pertinuerit speciali licentia) vt ingressus, vel accessus pateat ad eadem, vt sic à publicis, & mundanis conspectibus separatæ, omnino seruire Deo valeant liberiùs, & (lasciuiendi opportunitate sublata) eidem corda sua, & corpora in omni sanctimonia diligentius custodire.*

Quarto, quòd prædictam constitutionem Bonifacij nuper innouauit Concilium Tridentinum,[a] in hæc verba. *Bonifacij VIII. constitutionem quæ incipit Periculoso. renouans sancta Synodus, vniuersis Episcopis sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, præcipit, vt in omnibus monasterijs sibi subiectis ordinaria, in aliis verò Sedis Apostolicæ auctoritate, clausuram sanctimonialium, vbi violata fuerit restitui, & vbi inuiolata est, conseruari maximè procurent, inobedientes atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliásque pœnas quacumque appellatione postposita, compescentes, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis: quod auxilium vt præbeatur, omnes Christianos Principes hortatur sancta Synodus, & sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda omnibus magistratibus secularibus iniungit. Nemini autem sanctimonialium liceat post professionem exire à monasterio, etiam ad breue tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa, ab Episcopo approbanda, indultis quibuscumque, & priuilegiis non obstantibus.* Dubitatum est, an is canon includat Episcopos ingredientes monasteria sibi non subdita sine licentia in eo contenta; & responsum à nobis fuit nuper affirmatiuè: tum per illa verba. *Ingredi autem intra septa monasterij nemini liceat, cuiuscumque generis, aut conditionis sexus, vel ætatis fuerit sine Episcopi vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda: dare autem tantùm Episcopus, vel Superior licentiam debet, in casibus necessarijs, neque alius vllo modo possit, etiam vigore cuiuscumque facultatis, vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi.*

Quinto, quòd fœlic. rec. Pius V.[b] per suam extrauagantem. *circa pastoralis.* 1566. 4. Kalend. Iun. editam renouauit tam constitutionem Bonifacij, quàm Concilij Tridentini in hæc verba. *Circa Pastoralis*, & infra, *statuimus atque perpetuo decernimus vniuersas, & singulas monales præsentes, atque futuras, cuiuscumque religionis, ordinis, vel militiarū etiam Hierosolymitanæ sint, quæ vel iam receptæ sint, vel in posterum in quibuscūs monasterijs siue domibus recipientur, & tacitè vel expressè religionem professæ, etiam si conuersæ, aut quocumque alio nomine appellentur, etiam si ex institutis vel fundationibus earum regulæ ad clausuram non teneantur, nec vnquam in earum monasterijs, seu domibus etiam ab immemorabili tempore ea seruata fuerit sub perpetua in suis monasterijs, seu domibus, de cætero debere permanere clausura, iuxta formam dictæ constitutionis fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. Prædecessoris nostri, quæ incipit Periculoso. in sacro Concilio Tridentino approbatæ, & innouatæ, quam nos auctoritate prædicta etiam approbamus, & innouamus in omnibus. & per omnia, ac illam districtè obseruari mandamus. Quòd si aliquæ moniales forsan reperiantur, quæ consuetudine etiam immemorabili, aut instituto, vel fundatione regulæ suæ fretæ, animo obstinato huic clausuræ resistant, aut quoquomodo reluctentur, ordinarij vna cum superioribus earum omnibus iuris, & facti remedijs, compellant easdem tamquam rebelles, & incorrigibiles, ad præcisè subeundum dictam clausuram, & perpetuo obseruandam.* Hæc in hac extrauagantis parte.

* Per suam extrauagantem. *Hæc extrauagans est in bullario octaua inter Pij V. constitutiones.*

Ex quibus nota primò, quòd prædictum cap. 1.[b] innouatum per[c] Concilium Tridentinum innouatur hic denuo per Pium V.

40 Circa quæ, & partes sequentes huius extrauagantis, & extrauagantem *decori*. eiusdem Pij V. & extrauagantem *regularium personarum*. & extrauagantem Gregorij XIII. *Deo sacris*. infra referendas, occurrunt multa, quæ pro dignitate tractata iustum librum complerēt; quorum aliqua breuiter insinuabimus. Primùm, quòd ratio, quare clausura durior & strictior antiqua potuit indici monialibus antea professis contra earum voluntatem, redditur à Ioanne Monacho, & glossa Dominici & Perusini,[d] & præ aliis defenditur à Decio,[e] quæ ratio & prædictum c. 1. allegata fuerunt nuper contra fratres Minores Conventuales Hispaniæ, quòd poterāt cogi ad strictiorem vitam Minorum de Obseruantia: quibus tamen, responderi potuit, quòd aliud est augere arctitudinem vitæ regulæ accedentem nō mutata regula, quod fit augendo clausuram monialium: aliud augere arctitudinem cum mutatione regulæ, quod fieret cogendo Conventuales ad seruandam regulam Obseruantium: quoniam eorum regulæ sunt diuersæ, vt probamus supra.[a]

Secundo, quòd dubitari potest, cur clausura indicta per Concilium Tridentinum sit laxior, & benignior quàm indicta per Bonifacium, & Pium V. quod enim sit benignior, & laxior patet: quia permittit eis exitum ex quacumque causa, quæ ab Episcopo approbabitur esse legitima: prædictus autem Bonifacius solam causam infirmitatis contagiosæ, seu scandalosæ excepit. Pius autem V. excepit causas incendij, leprę & epidimię. Ratio autem fortè potest esse, quòd patres Concilij perpenderunt illud Sapientis,[b] translatum in cap. *denique.*[c] *Qui multùm emungit, elicit sanguinem.* & quòd fragilitas humana fœminei præsertim sexus indiget aliqua consolatione: & quòd tam dura clausula efficit, vt monasteria videantur tam ingressis, quàm ingressuris odiosa, & quidam carceres perpetui: ita quòd raræ sint, quæ omnino liberè, & sponte ingrediantur ea, & multę ingressarum (vt per earum confessiones intelligi dicitur) quasi desperatę maledicentes sibi, & suæ ingressionis, & tantæ clausuræ auctoribus, viuunt in perpetuo quodam luctu, & pœnitentia non tam peccatorum quàm priuationis consolationum, per se honestarum. Perpenderunt item fortè quòd Ioannes Andreas dicit,[d] quòd fetebatur Galliam non recepisse clausuram Bonifacij: & quod ipse viderat Venetiis non seruari: & fictor casuum,[e] testatur ibidem moniales quasdam defensas fuisse à perpetua clausura per senatum parlamenti à conantibus eas ad eam cogere. Et ita veriti sunt ægrè receptum iri ab omnibus, quibus prouidere volebant, tam duram clausuram: nam ipse quoque testor, multas in Hispania aduersum me querelas prompsisse quasdam etiam eo quòd respondissem in Hispanijs clausuram Concilij potuisse iure statui, iustèque staturam esse, seruandamque etiam ab iis, quæ numquam eam seruarunt. Pontifices vero Maximi prædicti perpenderunt augmentum decoris religionis, sponsarúmque Christi munditiam, famam & æstimationem se dignam: quorum vtinam statuta pro sanctissima eorum intentione vbique recipiantur, & seruentur, etiam ab iis, quæ, ne ita includerentur, aufugerunt.

42 Tertio, quòd ex prædictis constitutionibus videntur desumi posse multa argumenta pro his, qui significāt prædictam clausuram iure naturali, vel diuino esse inductam. Primò quidem, quòd Bonifacius videtur dicere statum illi contrarium esse periculosum, & detestabilem, Dei offensiuum, scandalosum, & religioni opprobriosum: quod non esset verum, nisi lege diuina vel naturali esset inducta; cum contrarium legis humanæ induci possit consuetudine, & statui aliqua de rationabili causa.[f] Secundo quòd Concilium Tridentinum, stollit priuilegia contraria prædictæ clausuræ, contra quam si tantùm esset iuris humani, poterant illa dari.[h] Tertio quòd Pius V. in proœmio extrauagātis *circa*, idem sentit quod Bonifacius VIII. qui per eandem extrauagantem iubet eam seruari, non obstante consuetudine, cuius initij non sit memoria; cum tamen iura humana tali consuetudine perinde ac priuilegiis tollantur.[i] Quarto quòd idem Pius in prædicta extrauagante *decori*. asserit contrarium statuto de seruanda clausura, esse rem periculo, & scandalo plenam; quod non esset rale, nisi lege naturali, vel diuina illud damnaretur, & clausura prædicta indiceretur; quia quæ contra mores & leges hominum sunt pro diuersitate morum, & legum vitanda sunt, & eadem ratione amplectenda.[k]

Quibus tamen non obstantibus tenenda est supradicta conclusio. Tum quòd prædicta Iphigenia, & aliæ sanctimoniales eam non seruarunt. Tum quòd nec tempore B. Augustini ea seruabatur, vt colligitur ex eius epistola 109. in qua præscribens regulam viuendi monachis, quæ sub sororis suæ regimine viuebant, tantam facit facultatem exeundi ad balnea, & ad alia opportuna, quanta viris canonicis facit in regula eorum, & per eadem verba, mutatis verbis conuenientibus viris, in conuentia fœminis. Tū quòd non probatur vllo iure per se noto, nec ex illo illato, nec ex vllo iure canonis Bibliorum, nec ex illo illato: quale est omne ius naturale, & diuinum, vt supra,[l] tractum est. Tum quòd nemo diceret omnes sanctimoniales, quæ fuerunt ante prædictum cap. *periculoso*. perpetuo peccasse, non seruando clausuram per illud indictam, quod tamen oporteret confiteri, si illa iure naturali vel diuino esset eis indicta: quia oporteret fateri, quòd illud cap. 1. non inducit ius nouum, sed antiquum declarat, & talis constitutio declaratoria extenditur ad præterita vt iura habent,[a] & tradit latè Felinus post alios à se citatos.[b] Tum quòd alioqui oporteret fateri omnes omnium regnorum moniales non obseruantes prædictum cap. *periculoso*. semper fuisse, & esse in statu dānationis, quod videtur absurdum, & ideo non dicendum.[c] Tum quòd ad opposita responderi potest, ad primum quidem, quòd non ait Bonifacius, quòd status monialium viuendi absque sua clausura, vel alia mitiori, sit periculosus, detestabilis &c, sed quod status aliquarum, quæ laxatis honestatis habenis impudicè discurrunt &c. est talis, quem concedimus esse contra ius naturale, & diuinum: negamus tamen ex eo inferri, quòd status earum viuendi honestè sine tali clausura, vt viuebant tempore S. Augustini, sit contra ius naturale vel diuinum. Et eodem modo potest responderi ad tertium & quintum argumenta videlicet, quòd idem sensit Pius V. in suis extrauagantibus in *eis citatis*. Ad secundum autem respondeo, quòd non habet Concilium non posse per Papam concedi priuilegia cōtra prædictam Bonifacij clausuram: sed quòd non obstantibus priuilegiis iam concessis illa seruetur, quod est longè aliud. Ad quartum item respondeo, quòd non ait prædictus Pius quòd non potest induci consuetudo temporis immemorialis aliqua de rationabili causa contra suam extrauagantem; sed quòd illa seruetur, non obstante quacumque consuetudine, etiam immemoriali iam inducta, quod est longè aliud, vt palam est per notata in cap. fin.[d]

44 Quartò notari potest, quòd dictio (*seu*) capitur hic expositiue secundum propriam significationem, qua sicut & dictio (*siue*) verba, & non sensum disiungit, secundum Panormitanum receptum,[e] quamuis aliquando secundum subiectam materiam, vtraque earum alternet, vel copulet, per latius allegata ibi per Felinum,[f] verbū enim (*domibus*) inter quod, & verbum (*monasteriis*) hic ponitur, idem significant, scilicet ædificium monachis dicatum, & septum, aut necessariò sepiendum, intra quod sit aliqua Ecclesia, vel capella; cum in nulla domo possit esse pia clausura, intra quam non sit Ecclesia, vel saltem capella ad facienda seu suscipiēda sacra inclusis necessaria: & ita non esset locus huic capitulo in domo, in qua vna, vel altera monacha legitima de licētia ad aliquod tempus maneret, imò neque in ea, in qua sine tali licentia maneret: licèt enim ipsa esset excommunicata, quia exiuit à monasterio sine tali, vel vlla licentia, non tamen nouè excommunicaretur ob exitum à tali domo, neque qui, vel quæ ingrederetur in illam incurreret excommunicationem. Extrauagans enim hæc intelligenda est secundum prædictum cap. 1. & quod interpretatur.[g]

Quintò nota declarationem: quia declarat prædictum cap. 1. habere locum in omnibus monialibus tacitè vel expressè professis, receptis, & recipiendis, quorumcumque ordinum, etiam militarium, etiam Hierosolymitani, significando à fortiori comprehendi eas, quæ sunt aliarum militiarum, puta sancti Iacoci Calatrauæ, & Alcantaræ, de quibus vidi pridem dubitari; an comprehenderentur.

Sextò nota, quòd etiam conuersæ modò sint professæ, tenentur ad tantam clausuram, ad quantam moniales, excepto eo quod eis permittitur in extrauagante *decori*. infra referenda.

Septimo nota, quòd statuta in fundatione posita eneruantia clausuram monialium, tolluntur, quod est valde memorabile: cum talia statuta etiam contraria iuri communi cēseantur firmissima, iuxta notata in *c. cum dilectus*.[i]

Octauo nota, quòd etiam comprehenduntur illæ, in quarum monasterio numquam fuit seruata clausura, nec violata: quia numquam fuit cœpta seruari, contra quosdam, qui contra me in Hispania contendebant eas ad illa non teneri, eo quòd verba Concilij solùm iubēt eam seruari, vbi semper seruata est, & vbi est violata, restitui, & apud prædictas numquam fuit seruata, nec violata, quia

a *Eodem nu. 14.*

b *Leg. si causa cognita. C. de transact. facit cap. plerique. 14. q. 3.* c *Leg. decem. ff. de verbo. oblig. cap. ad dissuēdum. de despons. impub.*

d *Cap. 11. de reform. sess. 14.*

c *2. 2. quæst. 88. arti. 11.*

f *De stat. regu. lib. 6.*

a *Sess. 25. cap. 5. de regul.*

b *De regular. lib 6.*
c *Cap. 5. de regular. sess. 25.*

d *In dict. cap. periculoso.*
e *In dict. cap. ad nostram. de appellatio.*

l *Qua. 11.*

a *Eod. num. 21.*

b *Prælat. 30.* c *4. distinct.*

d *In Nouell. super dict. c. 1.*

e *Lib. 6.*

f *Cap. in his. 11. dist. cap. fin. de consuetud.*
g *In dict. c. 5.*
h *Cap. proposuit. de concess. præbend. & §. quod principi placuit. instit. de iure nat. gēt. & ciu. desumitur ex l. 1. ff. de constit. princip.*
i *Cap. super quibusdā. de verb. sig. leg. hos iure. §. ductus aqua. ff. de aqua quot. & æst.*
k *Cap. quæ cōtra mores. 8. dist.*

a *Cap. ex antiquis. 34. dist & §. 1. auth. de sit. æte dotal. instrum.*
b *In cap. fin. de const. 2. n. 4.*
c *Leg. nam. quod absurdū. ff. de bon. lib.*

d *De consuetud. & in d. c. super quibusdam. & in d. leg. hoc iure.*
e *In cap. inter cæteras de rescript. nu. 4.*
f *Num. 3.*

g *De regul. lib. 6.*
h *Argumēt. authenti. hac constitutio. §. hæc igitur. coll. sexta.*

i *De consuetud. & in ca. præterea. de iur. patro. & in cap. Eleutherius. 18. q. 2.*

quod non est, violari nequit. [a] Quibus ergo respondebam mentem legis plusquam verba esse attendenda, [b] & palam est sereno animo rem perpendenti eam fuisse mentem Concilij, quam hic Pius V. opportunè declarat, & addit sequentia. *Mulieres quoque, quæ Tertiariæ seu de pœnitentia dicuntur, cuiuscumque ordinis fuerint in congregatione viuentes, si & ipsæ professæ fuerint ita vt solenne votum emiserint, ad clausuram præcisè, vt præmittitur & ipsæ teneantur. Quod si votum solenne non emiserint, ordinarij vna cum Superioribus earum, hortentur, & per suadere studeant, vt illud emittant, & profiteantur, ac post emissionem & professionem eidem clausuræ subiciant. quod si recusauerint, & aliquæ ex eis inuentæ fuerint scandalosè viuere, seueriſsimè puniantur. Cæteris autem omnibus sic absque emissione professionis, & clausura viuere omnino volentibus, interdicimus & perpetuò prohibemus, ne in futurum vllam aliam prorsus in suum ordinem religionem, congregationemve recipiant. Quòd si contra huius nostram prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad sic viuendum omnino inhabiles reddimus, ac illarum quaslibet professiones, & receptiones irritas decernimus & nullas, prout etiam præsenti decreto irritas facimus & annullamus.* Hæc ibi.

Ex quibus nota teneri ad prædictam clausuram etiam mulieres Tertiarias, cuiuscumque ordinis in congregatione viuentes, si sunt solenniter professæ.

Secundo, nota hic in illis verbis (*in congregatione viuentes*) videri probari à contrario sensu illud, quod in comment. cap. *non dicatis*, [c] diximus, scilicet eam, quæ existens in domo sua faceret professionem in manibus potentis eam recipere ea lege, vt in ea remaneret, quod quædam nobilis fecit, [d] non teneretur ad clausuram, cuius rationem ibi tetigimus.

Tertio nota, quòd mulieres viuentes in congregatione, & profitentes aliquem modum viuendi religiosum, sed non secundum regulam pro vera religione, à sede Apostolica approbatam, quæ non sunt verè religiosæ, non possunt aliquas alias in congregationem suam posthac accipere: quod effectu est earum congregationes finire illo suaui modo, quo Concilium Lugdunense finiuit aliquas religiones approbatas. [e] Sequitur in litera §. porro qui accuratè statuit modum quemdam, quo necessitatibus monialium omnium tam aliarum, quàm Tertiariarũ, sine exitu earum, vel Conuersarum, quæ ad quærendas eleemosynas antea mittebantur, prouideretur: sed eum, & adnotationes in illum factas omitto, eo quòd S. D. N. Gregorius XIII. eius tenore relato, prætulit ei alium per suam extrauagantem *Deo sacris*, quam post adnotationes huius referam, nunc verò refero consequentem illum. *Et ne propter monialium numerum excessiuum clausuræ obseruatio violetur, inhærentes etiam similiter dispositioni dictæ constitutionis Bonifacij, & Concilij Tridentini decreto, monialibus prædictis, & illarum Superioribus, & ordinarijs districtè inhibendo præcipimus, & mandamus, ne plures in earum monasterijs recipiant, & admittant, siue recipi, & admitti permittant, quàm ex proprijs reditibus ipsorum monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commodè sustentari possint.* Hæc ibi. cui remedio adiicitur quiddam in d. extrauagante *Deo sacris*. vt ibi adnotabitur.

Ex præfato tamen §. nota remedium sanctum, prouidum, & necessarium ad obseruantiam regularem monialium, sine quo numquam illa integrè seruabitur, quod licèt plurimum desiderauerim, & contenderim, vt seruaretur in aliquot monasterijs, numquam tamen satis potui persuadere Abbatissis, respondentibus non posse se satisfacere creditoribus, qui omnino necessaria victu crediderant, nisi accipiendo aliquas satis bene dotatas: & replicãti mihi necessitatem monasterij tantò magis crescere, quantò plures ita dotaræ ingrederentur dotibus earum traditis creditoribus, & personis earum multiplicatis, triplicabant, necessitatem præsertim ventris vel victus lege carere, [f] quod intelligendum est, cum vitatur illa faciendo id, ad quod vrget, non quum id faciendo augetur, vt in hoc casu. Vtinam omnes Prælati, & Prælatæ imitarentur in hoc constantiam Carthusiensium, hoc statutum inuiolabiliter obseruantium, iam inde à suo initio iuxta Concilium Arelatense relatum in ca. 1. [g] & confirmatum per Clementem III. [h] ante Bonifacium, [i] & [k] Concilium Tridentinum, [l] & Pium V. hic, quod Concilium Arelatense constituit seruandum esse etiam in monasteriis, & collegiis virorum, quod quia non fit, consequuntur etiam inconuenientia tacta per nos in tract. de redit. eccles. [a]

Sequitur in extrauagante. *Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ; venerabilibus fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & Episcopis, quatenus in ciuitatibus, & diœcesibus propris præsentes nostras literas publicari faciant, ac in monasterijs monialium sibi ordinario iure subiectis, in his verò, quæ ad Romanam mediatè, vel immediatè spectãt Ecclesiam, sedis apostolicæ auctoritate vna cum Superioribus eorumdem monasteriorum clausuram, vt præmittitur, quàm primum poterint seruari procurent, contradictores, &c.* hæc ibi.

In quibus nota, quòd mortiferè peccant episcopi, & alij superiores eorum non publicantes hanc extrauagantem, vbi præcipiuntur publicare: quia transgrediuntur præceptum Papæ, [b] præsertim quod hic fit in virtute sanctæ obedientiæ, & cum interminatione diuini iudicij, quæ verba ad peccatum mortiferum obligare, vna est omnium sententia.

Sequitur. *Ac vt hoc tam salutare decretum facilius obseruetur, omnes principes seculares, & alios dominos, & magistratus temporales rogamus, requirimus, & obsecramus per viscera miserieordiæ D.N. Iesu Christi, eisdem in remissionem peccatorum iniungentes, quòd in præmissis omnibus eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis monialium Superioribus assistant, ac suum fauorem, & auxilium præstent, ac impedientes pœnis etiam temporalibus afficiant.* hæc ibi.

Ex quibus nota, quòd Principes non præcipiuntur, sed rogantur tantùm, & ita non peccant mortaliter, vi huius legis ob negligentiam faciendi hoc: quia exhortatio non importat præceptum. [c] Dixi *vi huius legis*: quia virtute aliarum peccare possent, vt si suum brachium sæculare ordinatè petitum, & inuocatum absque iusta excusatione non præstarent, iuxta notata in cap. 1. [d] vel si eorum omissio esset causa earum dissolutionis. [e]

Sequitur. *Præmissis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, etiam per Sedem Apostolicam approbatis & confirmatis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis etiam in fundatione, & institutione eisdem monasterijs, vel domibus, & monialibus sub quibuscumque verborum formis, & clausulis irritantibus, & aliis decretis quibuslibet concessis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur pro sufficienter expressis habentes, quoad effectum validitatis nostræ constitutionis tantùm derogamus, contrarijs quibuscumque, &c.* Hæc ibi.

In quibus aduerte primò, quòd errore impressoris videtur verbum (*præmissis*) positum pro verbo (*non obstantibus*) aut omissum verbum (*non obstantibus*) ablatiui casus post prædictum verbum (*præmissis*) datiui casus.

Secundo, quòd ex hac amplissima derogatione contrariorum, facilè colligas vehementem illam Pij V. piissimi pietatem, & zelum ardentem in Deum, & sanctimonialium sanctimoniam omnibus Christianis maximè optandam, & procurandam.

SVMMARIVM.

47 *Regularium circa exitum extrauagantes Pij V. vt differant.*
47 *Monialis nulla etiam Prælata nisi tribus de causis exire potest.*
48 *Causæ exeundi monasterium sanctimonialium, quot, & quæ.*
48 *Exheredandi, & reuocandi donationem causæ expressæ ad similes extenduntur.*
49 *Monialis ob quem morbum periculosum exire potest.*
49 *Defensio naturalis nemini tollenda.*
51 *Monialis exeuntis, qui comites, vel recipientes excusantur.*
51 *Exitus regularis in quo maiore pœna quàm homicidium punitur.*
52 *Pœna nulla ipso iure incurritur, nisi id iure caueatur.*
52 *Pœna maior interdum pro minori crimine imponitur.*
53 *Monialium facultates exeundi omnes amplissimè reuocantur.*

a *Arg. leg. de cõ ff. de ver. oblig. & cap. ad dissoluendum. de desp. impub.*
b *Cap. Marcion. 12. qu. 1. & cap fin. de reg. iur. l. 6.*
c *12. quæst. 1. num. 14.*
d *In casu ca. insinuante. qui cleric. vel monach.*
e *In cap. 1. §. 1. de relig. dõ. lib. 6.*
f *Cap. sicut de consec. dist. 1.*
g *De institut.*
h *In cap. auctoritate. eod. titu.*
i *In d. cap. 1. de stat regul. libro 6.*
k *d. cap. 5.*
l *De regul.*
a *Que. 1. nũ. 62.*
b *Arg. capit. 2. de maiori. & obed. & c. quod præcipitur. 14. q. 1.*
c *§. fin. 4. dist. & d. capite. quod præcipitur. 14. qu. 1.*
d *De offi. ord. & cap. omnes Principes de maior & ob. cap. duo cap. si Imperator. 96. dist.*
e *Arg. cap. fi. de iniur.*
a *Capite 5. de regulis.*
b *Co. de lib. præt per quã.*
c *De appella. cap. §. aliud quoq; capitur. unde illa sumitur. & in c. Quinquanalis. de iure iur.*
e *In d auth. non licet.*
f *Cod. de reuoca. donat.*
g *Ibidem. & in cap. pastoralis de rescript. à nu. 1.*
i *In repet. d. leg. fin. C. de reuoc. donat. à nume. 137.*
k *Clem. pastoralis. §. cæterũ. de re iud.*
l *Lege vt vim. ff. de inst. & iure.*

53 *Monialis nulla extra monasteriũ hodie manere potest, nisi, &c.*
54 *Monialibus prouidendi nouus, & exquisitus modus.*
54 *Eleemosynæ largiendæ in incertas personas, & vsus, vt nouè monialibus applicatæ.*
55 *Ordinarius sit delegatus sedis Apostolicæ à lege plerumque.*
56 *Conuersæ fieri possunt etiam hodie non obstante, &c.*
57 *Monialium quantus debeat esse numerus statuendum.*
57 *Clausura monialium in tribus nouè aucta.*
58 *Clausura monialiũ extrauagantes an quotannis publicandæ.*
59 *Monialium monasteria nullus nec vlla ingredi debet; nisi tria concurrant, & quid de infantibus, & fatuis.*
59 *Licentia ingrediendi monialium monasteria, qua de causa, à quo, & quomodo danda.*
60 *Intellectus cap. 5. de regul. Concilij Tridentini.*
61 *Moniales alloquẽdi quæ frequẽtria, & qui accessus prohibeatur.*
62 *Monialium monasteria intrandi facultates omnes reuocatæ.*
62 *Coniunctiones (ac) & (&) proprie diuersa verba diuersa significantia copulant, sed non hic.*
62 *Coniunctiones, seu, & siue, propriè diuersa verba idem significantia copulant.*

47 POST præfatam verò extrauagantem circa idem Pius * edidit alteram in qua præmisso pulcherrimo proœmio, statuit in hęc verba, *Decori*. & infra.

* Edidit alteram. *Hæc extrauagans decori est 100. in Bullario inter Pij V. constitutiones.*

Volumus, sancimus, & ordinamus, nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarúmve monialium, etiam Carthusiensium, Cisterciensium, Sancti Benedicti, & Mendicantium, & quorumcumque aliorum ordinum etiam militiarum, ac statuum, graduum, conditionum, dignitatum ac præeminentiarum existentium, etiam à regia, vel illustri prosapia ortarum de cætero, etiam infirmitatis, seu aliorum monasteriorum, etiam eis subditorum, aut domorum parentum, alioriúmve consanguineorum visitandorum, aliáve occasione, & prætextu, nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ, quæ tamen infirmitas præter alios ordinum Superiores, quibus cura monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu alium loci ordinarium etiam si prædicta monasteria ab Episcoporum, & ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiantur cognita, & expressè in scriptis approbata sit, à monasterijs prædictis exire, sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus stare liceat. Hæc ibi.

In quibus aduerte primò, quòd hæc extrauagans differt à præcedenti. Tum quòd ista prohibet egressum monialium à monasterijs, illa ingressum aliorum in ea. Tum quòd clausula derogatoria obstantium illius principalius tollit facultates ingrediendi, hæc principalius facultates egrediendi. Tum quòd illa solùm excommunicat personas egredientes vel ingredientes; hæc autem excommunicat, & alijs grauissimis pœnis afficit egredientes, & comitantes, recipientes, & licentiam dantes. Tum quòd illa declarat dubia quędam, quæ ante illam inter doctos emerserant circa prædictum cap. *periculoso*. & dictum Concilium hæc autem alia quædam, quæ post illam super illis emergebant.

Circa quod in Pœnitentiariæ prætorio dubitatum fuit; an hæc extrauagans comprehendisset comitantes, & recipientes quamdam nobilem egredientem è monasterio de scientia Abbatissæ ad quemdam amatorem sui, qui eam corruperat: & visum fuit mihi quòd non. Tum quia hæc extrauagans loquitur de Monialibus, quales non sunt propriè nouiciæ; licèt gaudeant priuilegio canonis *si quis suadente*. [a] Tum quia capit. 1. [b] ad cuius declarationem hęc extrauagans facta est, solùm comprehendit; expressè, vel tacitè professas. Tum quia etiam extrauagans *circa pastoralis* Pij V. Professas tantùm comprehendit, & non Tertiarias non professas, etiam in congregatione viuentes.

Secundò nota, quòd communis Doctorum sententia, quę habet, *in dict. cap. periculoso*. quòd etiã Abbatissis, & alijs prælatis prohibetur egressus, [c] hic apertissimè approbatur.

Tertiò nota, quòd illa conclusio declaratur hic, vt Prælatæ non possint exire plusquam moniales etiam causa visitandi filiationes sui monasterij, etiam si sint ordinis militiarum, & ex Regia prosapia ortæ, etiam causa infirmitatis, etiam visitandi parentes, nec ex vlla alia causa præter tres scilicet, magni incendij, infirmitatis lepræ, aut epidimiæ.

48 Quartò nota, quòd licèt prædictum cap. *periculoso*. ob solam vnam causam, scilicet infirmitatis periculosæ, vel scandalosæ, permittat egressum; tamen in hac extrauagante Pius V. permittit egredi ob tres, videlicet incendium, infirmitatẽ lepræ, & infirmitatem epidimiæ; quamuis hæ duę postremę videntur contineri sub illa vna cap. *periculoso*. quę est infirmitatis periculosæ vel scandalosę, talis enim est vtraque istarum: & ita permissio egressus facta per d. cap. *periculoso*. ob vnam solam causam prædictam, extenditur etiam ad aliam magni incendij, quod facit ad quęstionem grauiter coram prędicto Pio V. propositam, An hæ quoque tres exceptiones huius extrauagantis eiusdem debeant extendi ad similes; sunt enim qui dixerunt non posse; nos autem antea contra responderamus, interrogati de moniali electa in Abbatissam alterius monasterij, quòd poterat exire, & adire illud, vt ei pręesset: & licitum fuisse dixeramus exitum quarumdam ob timorem belli ab hęreticis in Gallia prope Narbonam gesti. Pro hac parte facit primò hęc extrauagans, quæ casum vnicum exceptum in d. c. *periculoso*, extendit ad tres, vel saltem ad duos, vt dictum est. Secundo facit [a] Concilium Tridentinum quatenus significat posse illas exire qualibet de causa probata ab Episcopo pro legitima. Tertio facit, quòd quamuis solùm exprimuntur quatuordecim causę, ob quas filij exhęredari possint, vt est in auth. *non licet*. [b] & auth. *vt cum*. [c] id ait etiam glossa celebris. [d] Opinio autem Gulielmi recepta, [e] habet posse illos, ob alias similes causas exhęredari. Quarto facit, quòd quamuis ob solas quinque causas posse donationem reuocari habet l. fin. [f] glossa tamen communiter recepta, [g] habet etiam ob alias similes posse reuocari, vt latius refert Felinus, [h] & Ripa. [i] & alij alibi. Quinto facit, quòd etiam Carthusiani, quorum clausura omnium strictissima est, possunt exire ob bellum ingruens, & ob electionem in Priorem alterius monasterij, vt supra dictum est.

Quæstionis tamen quotidianę est, an prędictæ exceptiones extendantur ad quemlibet morbum etiam non contagiosum, de quo medici docti & pij iudicãt aliquam moriturum, nisi exeat monasterium in aliquem locum illi tali morbo infectę salubriorem, & si exeat non? & videntur extendendę. Tum quia credendum videtur Pio Pontifici fuisse mentem adeo piam, vt talis ægrotę misereretur. Tum quia defensio naturalis nemini est tollenda, [k] & facultas defendendi vitam est naturalis. [l] Tum quòd S.D.N. Gregorius XIII. Sanctimonialibus cuiusdam illustris Monasterij per quoddam breue, in hęc verba indulsit. *Vobis, & vestrum cuilibet, vt de vtriusque medici consilio, ac habita prius à Superiore vestro licentia, quotiescumque ingruerit periculosa infirmitas, pro illa curanda absque conscientiæ scrupulo, vel alicuius pœnæ incursu monasterium prædictum exire, & ad domos parentum, seu consanguineorum vestrorum accedere, & ibi per congruum tempus prædicta ex causa dumtaxat manere, & deinde ad illud redire liberè, & licitè valeatis, licentiam & facultatem concedimus per præsentes. Non obstantibus literis Pij prædecessoris, ac aliis prædictis &c.* Hæc ibi.

50 Cuius breuis copiam tradidit nobis Ludouicus de Copones, genere, ingenio viuido, iudicio acerrimo, ac libertimo, egregia eruditione, omnigenaque virtute apud S. Sedem Apostolicam cum aliis duobus ei quàm similimis, multisque nominibus clarissimis, Principatus Cathaloniæ Legatus illustrissimus. Tum quòd nõ deerunt, qui putent prædictum Concilium Tridentinum temperasse aliquantum rigorem prædicti capituli *periculoso*. & desiderent prędictas extrauagantes Pij V. ad illam mediocritatem reduci, quorum desiderium an iustum fuerit S. D.N. æquitatis, & mediocritatis obseruantissimi iudicij fuerit definire.

Sequitur in dicta Extrauagante. *Aliter autem, quàm, vt præfertur, egredientes, seu licentiã exeundi quomodocumque concedentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices personas, siue laicas, aut seculares, vel Ecclesiasticas, consanguineas, vel non excommunicationis maioris latæ sententiæ vinculo ſtatim eo ipso absque aliqua declaratione subiacere, à quo præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolui nequeant. Et insuper tam egressas, quàm præsidentes, & alios Superiores prædictos eis licentiam huiusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, & administra-*

[a] *Capitu. relatos. 1. de sententia excommun. lib. 6.*
[b] *De sta. reg. libro 6.*
[c] *Argumen. de sumpto. ex § verum illius cap.*

tionibus per eas & eos tunc obtentis priuamus, & illas, & illos ad obtenta, & alia in posterum obtinenda inhabiles, &c. Hæc ibi.

51 In quibus nota primò terribilem clausulam, qua excommunicatione Papæ reseruata ipso iure excommunicantur, non solùm moniales exeũtes in aliis casibus, quàm in duobus vel tribus contentis in principio huius extrauagantis & eis similibus secundum prædicta, sed etiam facientes eis licentiam exeundi, imo, & personæ omnes comitantes, & recipientes etiam consanguineas siue laicę siue Ecclesiasticæ. quod tamen non videtur includere illas, quæ in extrema vel grandi necessitate id facerent: si qua enim persona cognata, amica, vel etiam extranea, receperet, vel comitaretur monialẽ egressam à monasterio, & aliquot miliaribus progressã noctu, vel diu in loco deserto, cum periculo amittendi vitam, vel famam, ne id iactatæ incurreret, & reditum consuleret, non incurreret, mea sententia, huiusmodi censuram: etiam si ea nollet redire, argumento cap. *pasce.* [a] & cap. *quod non licet necessitas facit licitum.* [b] quod alicui post hanc constitutionem contigisse subaudiui: quamuis non auderem excludere illos etiam cognatos qui sine alia necessitate quàm vitandi opprobrium crudelitatis, vel ruſticitatis, aut amicitiam, vel nomen cognationis id facerent.

a 86. d. & c. *sicut de consec. diff. 4.*
b *Dereg. iur.*

Secundò nota, quòd maiori pœna latæ sententię punitur exitus Monialium à monasterijs, quàm homicidium, adulterium, & stuprum ipsarum, homicida enim non excommunicatur ipso iure, neque priuatur ipso iure beneficio iam habito, licèt fiat inhabilis ad habendum, iuxta Innocentium receptissimum, [c] per cap. *clericis.* [d] vbi etiam Panormitanus cum communi, & Felinus, [e] cui reputato singulari addit Corsetus. [f] cap. *ex literis.* [g]

c *In cap. cum nostris. de concess. præbend.*
d *Ne cler. vel mon.*
e *In cap. inquisitionis. de accusat.*
f *In singul. verb. sententia.*
g *De excess. prælat.*

52 Ob exitum autem prædictum & illa, quæ exit, & quę vel qui dat licentiam, incurrunt excõmunicationem non qualem qualem, sed Papæ reseruatam, & priuantur ipso iure dignitatibus, officijs, & administrationibus obtentis, & fiunt inhabiles ad obtinenda: per adulteria verò & stupra non excommunicantur, nec priuantur ipso iure obtentis, nec fiunt inhabiles ad obtinenda, nisi aliquid aliud accesserit, quia id iure non cauetur, & nulla pœna ipso iure incurritur, nisi quum id iure cauetur, iuxta glossam celebrem, [h] & ita contra hanc partem huius extrauagantis facit illud. [i] *Secundum mensuram delicti debet esse plagarum modus.* & cap. *non asseramus.* [k] cum constet prædicta delicta esse longè maiora prædicto exitu.

h *In cap. fin. de iure patr.*
i *Deut. 16.*
k *24. quæst. 1.*

Sed respondeti potest, aliquando minora peccata magis debere puniri, iuxta §. fin. [l] qui sic habet. *Nonnumquam euenit, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quoties nimirum multis personis grassantibus exemplo opus sit.*

l *Leg. aut fatã. ff. de pœn.*

Sequitur in contextu. *Nec non licentias & facultates, seu indulta, & priuilegia exeundi à monasteriis, & extra illa standi à nobis, seu alio Romano Pontifice prædecessore nostro, ac Sedis Apostolicæ nuncijs, & legatis etiam de latere, ac maiore pœnitentiario, aut ordinum prædictorum Superioribus, aliisue personis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis restitutionis, præseruationis, mentis attestationis, etiã nouam gratiam, & datam concedẽtibus, aliisq; efficacioribus & efficacissimis. ac insolitis clausulis, irritãtibusq; & aliis decretis in genere, vel in specie, etiã motu proprio, & ex certa scientia, déque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam Imperatoris, Regum, Ducum & aliorum principum, necnon S.R.E. Cardinalium intuitu, & contemplatione, ac instantia, vel aliàs quomodolibet concessa (quæ prorsus abolemus) ac literas desuper confectas & in posterum concedendas ac conficiendas nullas, & inualidas, nullíusque roboris, ac momenti fore, nec illas habentibus & habituris suffragari posse, & ita per quoscumque Iudices &c. irritum quoque &c.* Hæc ibi.

53 In quibus nota primò amplissimam reuocationẽ facultatum exeundi à monasterijs, & standi extra ea etiam concessarum intuitu Imperatorum & Regum, Cardinalium, & quorumcumque aliorum. quod rarò fieri solet, tanta erat pientissimi Pontificis Pij V. in castitatem, pudicitiam, & decorem sponsarum Christi pietas, & zelus.

Secundò, quòd licèt ante hanc constitutionem vtcumque dubitari posset, an facultates concessæ aliquibus monialibus manendi extra monasteria in locis aliquibus honestis ante Concilium Tridentinum censerentur reuocatæ per illud, & per extrauagantem, *circa.* eiusdem Pij V. per hanc tamen clarè decernitur pars affirmatiua, scilicet, quòd sunt omnino reuocatæ.

Tertiò nota, ex hoc sequi ea, quæ scripsimus in ca. *non dicatis.* [a] de moniali viuente extra monasterium virtute indulti papalis, solũ esse intelligenda in monialibus, quibus post hanc extrauagãtem concessæ, vel renouatæ fuerunt, vel concedentur similes facultates cum derogatione ad eorum valorem necessaria, & non in aliis, nisi eis (quales paucas reperias) quæ faciunt professionem extra monasterium cum pacto de manẽdo in sua domo non viuendo in congregatione ex aliqua rationabili causa, vt contigit in casu cap. *insinuante.* [b] vt supra in extrauagante. *circa.* tetigimus, ponderando illius contextum quoad hanc limitationem, & latius tetigimus in d. cap. *non dicatis.* sequitur in contextu.

a 12. q. 1.
b *Qui cler. vel vouẽtes.*

Mandantes vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum ordinarijs in virtute sanctæ obedientiæ, & sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, quatenus per se, vel alium seu alios, præsentes literas in ciuitatibus, & diœcesibus propriis quolibet anno publicent, omniaq; in illis contenta, necnon prædictum decretũ ipsius Concilij, quod incipit, Bonifacij VIII. diligenter & inuiolabiliter sub cẽsuris Ecclesiasticis, aliisq; prædictis pœnis, & in eodẽ decreto contentis obseruent, & obseruari faciant & procurent, contradictores &c. non obstant. &c. Hæc ibi.

54 In quibus nota Episcopos & alios superiores teneri ad publicandam hanc extrauagãtem in locis in ea expressis, sub pœna peccati mortiferi, nõ semel tantùm, sed quotannis per dicta supra sub finem extrauagantis, *circa.* quod videri potest limitari, * per extrauagantẽ Gregorij XIII. per quam statuitur modus prouidẽdi necessitatibus Tertiariarum, & omnium aliarum monialium, quem præfert, vt prædiximus, idem Sanctissimus modo prouidendi à Pio D. inducto, cuius sequitur tenor.

* Per Extrauagantem Gregorij XIII. *Hæc constitutio quæ incipit Deo sacris in Bullario Pontificum est 13. inter Gregorij XIII. constitutiones.*

Deo sacris virginibus, quæ contemptis illecebris sæculi, diuinis se obsequijs manciparũt, æquissimũ est præcipua quadã à nobis, ac singulari sollicitudine prouideri, tũ vt ab eis omnia, quæ sanctũ ipsarũ propositũ impedire possent, remoueãtur, tum etiã vt eis in cultu Dei caste ac religiosè permanẽtibus, quæ ad victũ necessaria sunt, submi-

congruæ sustentationi prouideretur. Nos qui illas necessarijs rebus destitui nolumus, certioresque facti fuimus in multis ciuitatibus, oppidis, villis, aut aliis locis tam in Ecclesijs & monasterijs, quàm hospitalibus: collegijs, confraternitatibus, & alijs locis, etiam quæ à priuatis hominibus tum Ecclesiasticis, tum laicis multas ac diuersas eleemosynas Christi pauperibus erogari, considerantes in eiusmodi personas, vel in primis exercendam esse caritatem, quæ voluntaria paupertate suscepta ab omni hominum commercio segregatæ Deo seruiunt, & assiduis precibus iram ipsius ob peccata cõceptam à Christiano populo deprecantur; illud quoque cogitantes, si eis ad tales eleemosynas petendas ad loca prædicta conferre se liceret, vix fore, vt prædicta monasteria, Ecclesiæ, loca, ac personæ eis singulis non tantùm saltem tribuerent, quantum singulis alijs pauperibus eodem concurrentibus solent, vniuersi illi Deo deuotarum mulierum generi opportunè, ac sufficientis subuentionis auxilio prouidere cupientes, de nobis attributæ potestatis plenitudine statuimus, & ordinamus, vt omnes & quicumque Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi & alij Ecclesiarum prælati, necnon Abbates, Priores, Præpositi, & alij ecclesias Patriarchales; Primatiales, Metropolitanas, Cathedrales, & alias Ecclesias, necnon monasteria, prioratus, præposituras, canonicatus, prębendas, dignitates, personatus, administrationes, officia, cæteráque beneficia Ecclesiastica cũ cura, & sine cura sæcularí, & S. Benedicti, S. Augustini, Cistercienſis, Cluniacenſis, Præmonstratenſis, Carthusienſis, Camaldulenſis, S. Basilij, Cassinenſis, aliàs S. Iustinæ, montis Oliueti, Sancti Saluatoris, ac Lateranenſis, & Cruciferorum, seu fratrum Sancti Hieronymi, necnon Prædicatorum, Minorum, Minimorum, & Carmelitarum, Eremitarum eiusdem S. Augustini, seruorum B. Mariæ, Sanctæ Clarę, & quorumcumque aliorum tam virorum, quàm mulierum, etiam Mendicantium ordinum, & congregationum & militiarum regularia, etiam de iure patronatus laicorum, etiam nobilium Ducum, Regum, & aliorum Principum existentia, in titulum commendam, administrationem & alàs quomodocumque obtinentes, necnon Rectores, Gubernatores, Confratres, Administratores, cæteríque omnes, qui ratione illorum necnon Capitulorum, Conuentuum, mensarum, Hospitalium etiam laicorum, & per laicos administrari solitorum Christi fidelium confraternitatum, scholarum, collegiorum, ac aliorum piorum locorum, quocumque nomine nuncupatorum, & in quibusuis mundi partibus consistentium, quæ singulis annis, mensibus, hebdomadis, vel diebus ex Ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, officiorum, dignitatum, & beneficiorum, ac congregationum, Hospitalium, confraternitatum, scholarum, collegiorum & aliorum locorum prędictorum fructibus, reditibus, & prouentibus pauperibus Christi aliquas eleemosynas, in pane, frumento, farina, vino, edulijs, pecunia, seu alijs ad victum, vel vestitum pertinentibus, etiam ad supplicationem, & preces & per scedulas, & bolettina, aut alias distribuere aut elargiri ab immemorabili tempore consueuerunt, aut alio quocumque iure tenentur, ex dictis fructibus, reditibus, & prouentibus, & quoad Hospitalia prædicta ex ijs, quæ seruata in illis actuali hospitalitate supersunt seu supererint; necnon quecumque personæ particulares etiam laicæ, vel vniuersitates, etiam laicorum, quę testamento, vltima voluntate, vel alia dispositione etiam inter viuos aliquas tales eleemosynas facere tenentur dimidiam partem omnium, & quarumcumque eleemosynarum, & largitionum huiusmodi quocumque nomine nuncupatarum, quocumque tempore, & modo distribui solitarum, etiamsi speciali nota dignæ, & secundum pias defunctorum, aut aliorum voluntates sub certa forma ab eis in testamento, vel alia quacumque dispositione distribuendæ sint, dummodo non in certas personas, nec ad certos vsus pios alios quàm victus & alimenta pauperum, distribuantur quibuslibet præfatarum Monialium, etiam Tertiariarum sub solenni religionis voto, & perpetua clausura de cętero viuentibus, & in terris & locis, quorum pauperibus huiusmodi eleemosynę distribuuntur consistentibus verò, realiter, & cum effectu & absque vlla eleemosynarum, & largitionum huiusmodi petitione, exactione & conquisitione, aut alia desuper à nobis expectata iussione, ac mentis nostræ declaratione, ac quibusuis mora, subterfugio, ac exceptione cessantibus & eiectis dare atque distribuere omnino teneantur, quam dimidiam partem nos illis applicamus. hæc ibi.

55 Ex quibus collige primò, quòd per ea in summa iubetur, vt dimidium omnium eleemosynarum, à quibuscumque, in quacunque mundi parte, quacumque lege, dispositione, vel obligatione faciendarum pauperibus incertis ad incertum vsum specialem, præterquam victus, & alimenti, distribui monasterijs monialium Tertiariarũ, vel aliarum necessitate pressis, in terris & locis, in quibus illę faciendę sunt consistentibus, absque alia particulari iussione Papæ, vel alterius, & absque vlla petitione illarum, vel quorumlibet aliorum.

Secũdo collige, quòd pro iustificatione, & cõmendatione huius noui, magni, & vniuersalis præcepti vltra causas in eo tactas facit, quòd in multis Cruciatæ bullis vidimus huiusmodi eleemosynas ferè omnes illi operi sancto applicari, licèt nouissima sed iustissima res videatur applicatio dimidij omnium fructuum, omnium hospitalũ deducta parte hospitalitatis actui necessaria, residuorum.

Sequitur in altera. *Vt autem præmissa omnia cum caritate, & pietate procedant, & efficaciter suum effectum sortiantur, vniuersis & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & alijs locorũ ordinarijs per Apostolica scripta mandamus, vt quisque per se, vel alium seu alios ad præsentium exeutionem in suis ciuitatibus, & diœcesibus procedens, ab Ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, cõfraternitatibus, scholis, collegijs, locis, & Ecclesiasticis ac laicis personis prædictis, etiam quomodolibet exẽptis, dimidium eleemosynarum huiusmodi exigant, ac pro portione, vt ordinarijs ipsis locorum æquũ esse videbitur, singulis pauperum monialium, etiam Tertiariarum monasterijs huiusmodi suarum ciuitatum, & diœcesum etiam si alijs superioribus subiecta sint, cum effectu distribuant.* hęc ibi.

Per quæ fit nouum & grande mandatum omnibus Ordinarijs, & nouum imponitur onus, quo vtinam adeo alacriter se exonerent, ac sanctè imponitur.

Sequitur. *Nos enim eisdem locorum ordinarijs etiam tamquã Apostolicæ sedis legatis; ac cuilibet illorum tam per se, quàm alium, vel alios præmissa faciendi, ac etiã cõtradictores quoslibet, & rebelles per pœnas pecuniarias eorumdem ordinariorum, & cuiuslibet illorum arbitrio infligendas & applicandas, ac in subsidium sententiæ, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliásque opportuna iuris & facti remedia quacumque appellatione postpositâ respectiuè compescendi, auxiliúmque brachij secularis inuocandi, aliaque in præmissis, & circa ea necessaria, & opportuna faciendi, gerendi, mandãdi, & exequendi plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem, concedimus & impartimur.* hęc ibi.

a § *fi. de har.*

Quæ cõtinent nouum casum, in quo ordinarius est delegatus Sedis Apostolicæ, in ca. *ad abolendam.* [a] & compluribus alijs locis iuris communis, & præsertim Concilij Tridentini & in extrauagantibus præfatis *Circa.* & *Decori.*

Sequitur. *Insuper quia valde rationi consonum est, vt eorum ij qui ipsis monialibus etiam Tertiarijs indigentibus præfatis consanguinitate aliqua sunt coniuncti, aliquod in præmissis subsidium cõferant. cum ratio sanguinis & debitum caritatis, & honestatis id expostulet, singulis locorum ordinarijs committimus, vt omni eos officio & diligentia monere, eisq; persuadere studeant: parentes verò, ac alios ad quos illas, si in sæculo permansissent dotare pertinebat, vel ad quos bona & successiones deuenerunt, & qui si eas nuptui tradidissent, multò amplius quàm ingredientibus monasterium dedissent, vel qui si eas nunc domi retinerẽt, vel si ad illorum domos redirent, eas alere tenerentur, quibuscumque vijs ipsis beneuisis inducant, vt monialibus etiam Tertiarijs prædictis iuxta eorum facultates charitatiuè subueniant, sciturі id sibi etiam ad animarum salutem plurimum profuturum.* hęc ibi.

Quæ licèt multùm decentiæ, & nonnihil iustitiæ contineant; non tamen nouum præceptũ inducunt, nec per ea iubetur ordinatijs, vt cogant, quamuis parentes & fratres possent ad id cogere, si qua lege alia naturali, vel humana id tenerentur, iuxta ea quæ leguntur, & notãtur in l. *si quis à liberis.* [b] & in c. *cum haberet.* [c] sequitur.

b *ff. de li. agnosc.*
c *De eo qui duxit in mat.*

Cæterum, quod attinet ad Conuersas, professas, quas præfatus Pius V. prædecessor per præfatas literas sub certis conditionibus ibi contentis permisit posse manere extra monasteria pro colligendis eleemosynis, eisdem locorum ordinarijs iniungimus, vt quibus monasteriis præfatarum Monialium quotidianis laboribus computatis, supradicta, vel alia qualibet ratione, de sufficienti subuentione & sustentatione prouisum esse cognouerint, eas dem Conuersas sub eadem clausura cum alijs monialibus reducãt, neque à suis monasterijs amplius exire permittant: Conuersas verò non professas & profiteri nolentes, dimisso habitu domum remittant, neque alias in futurum, nisi professionem suo tempore emissuras, atque sub perpetua clausura mansuras in monasteria huiusmodi recipi permittãt. Hęc ibi.

56 Ex quibus colligo, quòd Gregorius nõ tollit monasteriis necessitate prælsis facultatem tenendi aliquas conuersas extra illa in domibus contiguis durante necessitate, sed tantùm ea sublata: & consequenter nota ex hoc & ex §.*porro*. præfatæ extrauagantis *circa*. supra in prima parte huius relatæ, duo. Alterum, quòd Conuersæ regulariter ad tantam clausuram tenentur, ad quantam Moniales. Alterum, quod hoc fallit in illis, quæ ad colligendas eleemosynas deputantur; quæ tamen non debent exire ad eleemosynas colligẽdas, nisi de licentia ordinarij, non tamen tenantur exire illas domos ad audienda & suscipienda sacra, vel alia necessaria: & ne quis puret ingressum in illas domos contiguas ita esse vetitum aliis fœminis, vel etiam viris ac ingressum in monasteria, consideret illa, quæ supra diximus in verbo (*domibus*) in principio dictæ extrauagantis *circa*.

Sequitur. *Quod autem idem Pius prædecessor statuit, de cætero nullas alias Conuersas professas recipi amplius, etiam de consensu suorum Superiorum posse, ita esse intelligendum, declaramus, præter illas conuersas, quæ extra monasterium in domibus contiguis degerent.* Hæc ibi.

Ex quibus colligo, quòd iam non possunt recipi Conuersæ aliquæ in monasteriis Monialium, nisi tantùm illæ, quæ debent manere extra monasterium in domibus contiguis causa quæstus eleemosynarum faciendi: quod mihi primo aspectu durum visum fuit. Tum per verba illa proximè posita in §. *cæterum. Neque alias (scilicet conuersas) in futurum, nisi professionem suo tempore emissuras, atque sub perpetua clausura mensuras in monasteria huiusmodi recipi permittãt.* Quæ per illam exceptionem *nisi* &c. significant posse recipi in eis Conuersas, quæ velint profiteri, & in perpetua clausura, sicut aliæ moniales manere. Tum quòd decere videbatur, vt quemadmodum in monasteriis virorũ, quidam sunt monachi, vel fratres profitentes ad inseruiendum choro, & Capitulo, & alij Conuersi, qui deputantur aliis ministeriis temporariis & inferioribus, iuxta capit. *ex eod.* [a] & alia multa, ne ob ea facienda, alij ab altiorum virtutum operibus auocentur: exemplo Apostolorum, qui instituerunt Diaconos, ne ipsi relicto verbo Dei, ministrarent mensis, [b] ita quoque in monasteriis mulierum aliæ inseruirent choro & Capitulo, quæ dicuntur Monarchæ vel Moniales, & aliæ ministeriis inferioribus coquẽdi panem, culinæ operam dandi, verrendi, & alia ministerio inferiora exercendi, quæ dicuntur Conuersæ. Tum quòd nil videtur obstare clausuræ seruandæ, quam præfati Pontifices Maximi præcipuè intendebant, receptio conuersarum, modo illæ quoque profiterentur, & perpetuam clausuram seruarent: nec consequenter apparebat causa reprobandi cõsuetudinem plusquam immemorialem habendi tales Conuersas. Tum quòd multis religiosæ mentis pauperibus, quæ defectu dotium, vel alio non possent fieri Moniales ad chorum & Capitulũ professæ, occluduntur monasteria, in quibus ante dictã extrauagantem, *circa*. poterant accipi & profiteri ad inferiora, eademq; necessaria ministeria. Ob quæ, & quia verba præfata S. D. N. Gregorij XIII. in vtramque partem poterant flecti, eius sanctitatem humiliter consului, quæ respondit, mentem Pij V. fuisse illam, quam verba exprimunt; scilicet ne vllæ Conuersæ posthac reciperentur, suam verò non fuisse discedere à mente eius, sed declarare illam non procedere in Conuersis necessariis ad quæstum eleemosynarum, quæ extra monasterium in domibus contiguis manere deberent, vt ipse statuit: quod vtinam tam grato animo ab omnibus recipiatur, quàm sancto & prudenti à præfatis pientissimis maximisque Pontificibus statuitur.

Sequitur. *Eleemosynarum verò præfatarum contributionem, & applicationem durare & valere decernimus, ac suos effectus ad plenum sortiri debere, donec numerus Monialium etiam Tertiariarum huiusmodi, quem per ipsos, locorum ordinarios etiam in monasteriis ab eorum cura, & regimine quomodocumque exemptis cum illarum Superiorum interuentu stabiliri, & ordinari, neque supra illum numerum alias recipi posse etiam de consensu Superiorum suorum volumus, & mandamus, ita imminutus fuerit, vt reliquæ Moniales & Tertiariæ ex propriis reditibus monasteriorũ ipsorum, vel cõsuetis eleemosynis se commodè sustentare queant, super quo eorumdem ordinariorum fidem conscientiam oneramus; ita tamen, vt decendentibus singulis ex tribus earumdem monialium partibus, tertia quoque earumdem eleemosynarum partis distributio, & sic successiue in totum extinguatur, atque in pristinum statum sub debitis, aut solitis oneribus reuertantur, & remaneant.* hæc ibi.

57 Ex quibus nota primò, præfatum præceptum de dando dimidio eleemosynarum prefatis monasterijs non esse perpetuum, sed temporale, & meritò, vt cessante causa cesset effectus. [a]

Secundò, nota etiam Gregorium XIII. hic inculcare præceptum Concilij Arelatensis Clementis III. Bonifacij VIII. Concilij Tridentini & extrauagantis, *circa*. supra citata de nõ accipiendis in monasterijs pluribus, quàm de reditibus & cõsuetis eleemosynis absque inopia sustẽtari possint: nouit enim prouidentissimus, idémque maximus Pontifex pro sua maxima prudentia & experientia, nullum esse præsentiùs ad obseruandam clausuræ, totiúsque regulæ obseruantiam remedium.

Tertiò, nota auctarium quod illis adiicit, videlicet, quòd ordinarij statuant in monasterijs sibi subiectis, & etiam in exemptis cum Superioribus earum, quantus numerus monialium in eis de suis reditibus & eleemosynis cõsuetis sustentari valeat: & quòd nulla vltra illum etiam de consensu Superiorũ, recipi valeat: & quòd ordinarij sub pœna peccati mortalis ad id faciendum obligantur, per illa verba. *super quo eorumdem ordinariorum conscientiam oneramus.*

Sequitur. *Declaramus præterea nullis Monialibus etiam Tertiarijs licere habere ostium, per quod ex monasterio introiri possit in ipsarum Monialium Ecclesiam exteriorem, in quam sæcularibus ad missas, & diuina officia patere solet accessus, sed omnino muro obstruendum: neque itidem licere Monialibus etiam Tertiarijs egredi à ianua monasterij, quæ est pro clausura ipsius monasterij, etiã ad claudendum aliam vlteriorem ianuam, quæ patere solet aditus sæcularibus venientibus, vel ad rotam, vel ad crates, seu loca colloquijs destinata, quæ vulgo parlatoria vocãtur, vel ad pulsandũ ipsã ianuam clausuræ, quæ loca cum saltem pro causis præfatis patere soleant sæcularibus extra clausuram censeri debent etiam quo tẽpore clausa sunt.* Hæc ibi.

In quibus nota tria per se patentia & noua, quæ & si iusta & prouida, multis tamen videbuntur, vt arbitror, dura; nisi secum reputent multorum huius sæculi virorum petulantiã, procacitatem, & malitiam sanctimonialium sanctimoniæ inimicam, fuisse causam ea statuendi, quod procemia quatuor prædictarum extrauagantium indicant & clamant.

Sequitur. *Insuper quoscumque dominos, & magistratus temporales in Domino hortamur, monemus, & requirimus, vt ad omnem ipsorum ordinariorum, aut alicuius ipsorum petitionem, vel simplicem requisitionem illis in præmissis assistentes omnem opportunum fauorem, & auxilium præstent, & exhibeãt. Ipsis denique Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum ordinarijs præcipimus, & mandamus, vt has præsentes nostras literas (quarum transumptis etiam impressis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eãdem vbique fidem in iudicio, & extra adhiberi debere volumus, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forẽt exhibitæ vel ostensæ) singuli in sua ciuitate, & diœcesi publicẽt, ac publicari, easque iuxta earum continentiam, & tenorem, vnà cum prædictis ac alijs prædictis Pij V. & aliorum prædecessorum nostrorum literis, & constitutionibus, & iussionibus pro integra clausuræ instauratione, custodia, & firmitate editis inuiolabiliter obseruent, & obseruari faciant. Non obstantibus testatorum, & aliorum voluntatibus, ac fundationibus, & Bonifacij prædicti de vna, & Concilij generalis de duabus, non tamen tribus dictis, ac quibuscumque alijs Apostolicis, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis specialibus vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibuscumque Ecclesiarum, monasteriorum, & illorum ordinum, hospitalium, militiarum, confraternitatum, collegiorum, & aliorum piorum locorũ prædictorum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque, indultis, exẽptionibus, libertatibus grarijs, & literis Apostolicis, Ecclesijs, & monasteriis, & ordinibus hospitalibus, cõfraternitatib⁹, collegijs, & pijs locis, ac eorũ superio*

a *Capit. cum cessãte. de app. l. adigere. §. quamuis ff. de iure patr.*

a Dicto §. 1. *de elect. lib. 6.* b *Act. 6.*

ribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis ac cum, quibusuis etiam derogatorijs, aliúsve efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibúsque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & pluries innouatis; etiam si in eis caueatur expressè, quòd illis, nisi sub certa inibi expressa forma, aut aliàs derogari non posset. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis eorúmque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum inserrentur presentibus pro plenè & sufficienter expressis, habentes illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, contrariis quibuscumque. Hęc ibi.

58 De quibus quatenus continet exhortationẽ ad sæculares, & præceptum ad Prælatos Ecclesiasticos, idem est dicendum, quod dictum est in supradictis extrauagantibus. Addendum tamen, quòd hic non præcipitur, vt hæc quolibet anno semel publicetur, sed solùm quod publicetur, & in ea præcepta inuiolabiliter seruentur, per quod suspicor visum fuisse S. D. N. duriusculum præceptum præfatæ extrauagantis *decori* de semel quolibet anno eam publicando, vel certè obseruationem inuiolabilem annuę publicationi satis equipollẽtem, ei substituisse, quod ipsius summi iudicio relinquo. Sequitur. *Aut si supradictis, &c. Nulli ergo hominum, &c.* quæ sunt communes clausulæ.

59 Decimoquinto quæritur quid dicendum de ingressu extraneorum in monasteria virorum vel mulierum? Ad quod respondeo primò, quod omnium ingressus ad Moniales vetatur in principio d. c. *periculoso*. [a] supra transcripto, & in [b] Concilio Tridentino. [c] etiam supra transcripto. Ex quibus colligitur primò, quòd vetatur etiam ingressus fœminarum & puerorum & puellarum, per illud vniuersale *nulli* in d. cap. *periculoso* positum, & per illa verba *cuiuscumque ætatis & sexus* in dicto Cõcilio addita. Quãuis arbitrer limitandum esse hoc, ne procedat in infantibus discretione adhuc carentibus, [d] in fatuis tamen puberibus non videtur idem dicendum, quippe qui licèt non possint peccare, possunt tamen ad peccandum incitare tumultum facere, turpiter iocari, & varia vana & damnosa importare, & inde vera secreta, & mendacia ficta, & monasterio nocentia exportare.

Secundò respondeo, quòd permittitur ingressus etiam virorum tribus concurrentibus, scilicet, quòd persona sit honesta, causa rationabilis, & licentia Superioris: quales solent esse secundum glossam [e] medici, barbitonsores, sartores, carpentarij & similes: quorum de numero esse directorem necessarium electionis faciendæ pridem respondimus, & in Manuali confessariorum [f] scripsimus.

Tertiò, quòd causa non solùm debet esse rationabilis, sed etiam manifesta propter copulatiuam, &, in dict. vers. *nullíque* positam. prout Dominicus communiter receptus ibi tenet, qui post Archidiaconum & Ioannem Andream probatus à Franco ait, *non sufficere licentiam Abbatisse: quia & illi imponitur clausura, vt patet,* [g] *& ideo requiri licentiam superioris qui ad illam potest cogere*, secundum Ioannem Monachum communiter receptum qui sunt Archiepiscopi, Episcopi, & alij Superiores ordinis per §. *& quoniam.* [h]

Quarto, quòd requiritur vt licentia sit scripta, per præfatum vers. *nemini.*

60 Quinto, quòd ille vers. videtur significare, quòd sufficit licentia Episcopi sine licentia alij Superioris, & licentia Superioris sine licentia Episcopi, quatenus habet disiunctiuè requiri licentiam Episcopi, vel superioris, [i] facit quòd episcopi habent potestatem includendi monachas, non solùm sibi subiectas auctoritate ordinaria, sed etiam exemptas auctoritate Apostolica, vt habetur in d. §. *& quoniam*, & [k] Concilio Tridentino, & Ioannes Monachus ab Archidiacono, & ab aliis receptus tenet facultatem dandi licentiam pertinere ad habentes potestatem includendi eas. sed verius videtur, nec sufficere, nec requiri licentiam Episcopi, quoad subiectas aliorum ordinum prælatis; sed requiri & sufficere licentiam Superiorum sui ordinis. Tum quia licet præfatum Concilium videatur significare; quòd episcopi possint includere omnes Moniales etiam exemptas sui episcopatus, tamen mens eius est illa quam præfatus §. *& quoniam*. clarius exprimit, scilicet, quòd Episcopi possunt, & debent includere omnes Moniales sibi subiectas auctoritate sua, & etiam, exemptas sanctę sedi Apostolicæ immediatè subiectas, auctoritate illius, non tamen exemptas ab eis, & subditas alijs prælatis exemptis aliorum ordinum: nam potestatem includendi huiusmodi Abbatibus & superioribus suis concedit ille §. *& quoniam*. secundum quem intelligi debet præfatum [a] Concilium Tridentinum cum constitutio interpretans in dubio sit intelligenda secundum interpretantem, [b] quod videtur sensisse Pius in d. extraug. *decori*. in simili, vt infra dicam. Itaque præfatam licentiam dare monialibus subditis Episcopo & exemptis abeo, ac subiectis immediatè Papæ, pertinet ad Episcopum; dare verò alijs exemptis ab ordinario, sed subditis alijs Prælatis aliorum ordinum, pertinet ad earum superiores.

Secundo respondeo principaliter, quòd dubitari poterat, an præfatum Concilium quatenus requirit licentiam scriptã, intelligendum esse de licentia exeundi, vel de licentia ingrediendi, vel de vtraque. Contextus enim requirit scriptum in licentia ingrediendi. Ratio verò eadem vel maior videtur suadere, vt requiratur in licentia egrediendi: quandoquidem grauior videtur exitus Monialis à monasterio, quàm ingressus personæ honestæ in illud. Quod dubium videtur absstulisse præfatus Pius V. in dicta extrauaganti, *decori*. scripturam expresè requirens in exitu.

Tertio, quòd dubitari etiam poterat, an Concilium disponens quòd causa exeundi esset probanda per Episcopos, significaret sufficere, & requiri approbationem Episcoporum etiam quoad exemptas ab eis, & subiectas alijs Superioribus. sed præfatus Pius V. in eadem extrauagante declarat requiri approbationem Episcopi, & Superiorum.

Quarto, quòd dubitari etiam nunc potest, quomodo possit satis prouideri necessitatibus Monialium monasteriorum, quæ longe ab Episcopo, & à superioribus, quorum licentia in scriptis est necessaria, sunt sita, quoad medicos, chirurgos, latomos, carpentarios, & alios quorum repentina opera passim egent, & Abbatissa nequeat dare licentiam, & qui potest dare Episcopus, vel Superior longè absit ab eis; nisi dicamus eo casu non requiri eam etiam non scriptam, vt in simili S. Thom. receptus, [c] non requirit dispensationem Superioris cum causa non ieiunandi est manifesta, & non potest facilè aditi superior, præsertim si consuetudo id habet. quod videtur nostro casui posse adaptari: vel nisi daretur Abbatissis, vel cõfessarijs earum facultas generalis scripta, vt in similibus casibus posset dare licentiam ingrediendi.

61 Quinto, quòd non solum ingressus virorum in monasteria fœminarum est prohibitus, sed etiam frequentia collocutionis cum illis, per *c. monasteria*. [d] quod sic habet. *Monasteria sanctimonialium, si quisquã clericus sine manifesta & rationabili causa frequentare præsumpserit, per Episcopum arceatur: & si non destiterit, ab officio ecclesiastico reddatur immunis: si laici, excommunicationi subdantur, & à cœtu fidelium fiat penitus aliuni.* Hæc ibi. & in d. cap. *periculoso*. innouato per Concilium Tridentinum & Pium, vetatur simpliciter accessus ad ea.

Quibus addo primo, quòd glossa, [e] ait binam allocutionẽ facere frequentiam, & illi addit Panormitanus dictum Hostiensis quod videtur æquius, communem intelligẽtiam verbi, *frequentationis*, esse attendendam: nobis vero videtur id relinquendum arbitrio iudicis. Tum quia communis modus loquendi est attendendus. [f] Tum quia iudicarem eum non esse frequenter allocutum Monialem quoad hunc effectum, qui duodecies tribus annis semel singulo quoque trimestri allocutus esset, & contra eum esse frequenter allocutum, qui ter tribus continuis diebus alloqueretur.

Secundo addo, quòd non omnis frequentia damnatur ibi, sed quæ sit sine rationabili, & manifesta causa.

Tertiò, esse edictum Romæ, ne quis vir, vel fœmina, nocte, vel die loquatur, vel scribat alicui monachæ vel prælatæ, vel zitellæ siue puellæ in monasterio inclusæ quacumque de causa sine licentia Vicarij Papæ, vel Protectoris ordinis, sub pœna 500. ducatorum, & alia

a *In ver. nulli. &c.* b *Dict. cap. 5.* c *Vers. nemini &c.*

d *Argu. l. 1. C. de fals. mon. & cap. omnis de pœn. & remiss. & leg. illud. ff. de iniur. translata in cap. illud. 15. q. 1.* e *In ver. causa.*

f *Cap. 27. n. 124.*

g *In eodẽ c. 9. verum.*

h *Eiusd. cap.*

i *Arg. l. plerumque. ff. de iudiciis. & cap. in alternatiuis. de reg. iur. lib. 6.* i *Dict. cap. 5.*

a *Cap. 5.* b *Authen. hoc constitutio. §. hæc igitur. col. 6.*

c *In 2. 2. qu. 147. artic. 4.*

d *De vit. & honest. cler.*

e *In dict. cap. monasteria. verb. frequẽtare.*

f *Leg. Labeo. ff. de supel. legata. c. literis, de spons.*

arbitratia, excepto deferente eleemosynam, vel opera ab eis facienda, qui solam Abbatissam, vel vicariam poterit alloqui.

Quarto, quòd arbitror hoc ad alias prouincias non extendi. Tum quia factum est à vicario Papæ, licèt de speciali eius commissione. Tum quia requirit licentiam vicarij Papæ, vel Protectoris ordinis, quos Romæ tantum morari constat: prouidit tamen eius notitia omnibus gentibus, quò sit indicium eius, quod res habet, nempe vrbē Romam Pio V. & Gregorio XIII. Pontificibus maximis omnium orbis reformatissimam aliis prælucere & præluxisse.

Quinto, quòd per illa verba, frequentare & accedere ad monasteria, non veratur solus accessus causa audiendi diuina, vel alia à collocutione & aspectu actiuo & passiuo, quod satis significat præfatum edictum, quo vetatur tantùm locutio & scriptio.

Sexto, quòd præfatum cap. *periculoso.* & Concilium nō solùm vetant frequentiam, sed simpliciter omnem accessum: per quod videtur aucta prohibitio d. cap. *monasteria.*

Octauò, quòd nulli viri iure communi vetantur ingredi monasteria virorum, sed omnes fœminæ prohibentur ingredi clausura monasteriorum regularium per extrauagantem præfati Pij V. *Regularium personarum*, editam anno 1566. cuius tenor est.

Per extrauagantem Præfati Pij. *Hæc extrauagans in Bullario Pontificum est 22. inter Pij V. constitutiones.*

Regularium. & infra, *Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulas facultates & licentias ingrediendi monasteria, ac domos Carthusiensium & aliorum quorumcumque regularium ordinum, etiam Mendicantiū mulieribus cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, & quacumque dignitate, ac præeminētia præditis, etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cū quibuscumque etiam derogatoriarū derogatoriis, aliisque fortioribus, & efficacioribus, & insolitis clausulis, necnō irritantibus decretis ab Apostolica sede quomodocunque cōcessas, quarū tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus inserentur, haberi volumus pro expressis, tenore præsentium reuocamus, & cassas, irritas & inanes esse decernimus: districtè prohibētes mulieribus quidē prædictas facultates, & licentias prætēdentibus sub excōmunicationis latæ sententiæ pœna, postquàm harū literarum notitiam habuerint, à qua non possint, nisi à nobis, aut à Romano Pontifice, qui pro tēpore fuerit absolui, prætersquàm in mortis articulo, ne dictas domos, & monasteria ingredi audeāt. Ipsis verò monasteriorum, & Conuentuū Abbatibus, Præpositis, Prioribus, & aliis Præsidentibus quocūque nomine vocētur & eorū monachis, Canonicis & fratribus, siue Mendicātibus, siue non Mēdicantibus, sub priuationis officiorū, quę in præsentia obtinēt, & inhabilitatis in posterū ad illa, & alia omnia, & suspensionis à diuinis ipso facto sine alia declaratione incurrendis pœnis, ne eas introducere, admitterēve præsumāt. Non obstant, &c.* Hæc ibi.

In qua extrauagante aduerte primò quòd coniunctiones illæ copulatiuæ (*ac*) & (*&*) positæ inter illa verba (*monasteria*) & (*domos*) non sumuntur in significatu proprio, secundum quem ponuntur inter verba diuersa, significantia diuersa, iuxta glossam memorabilem, [a] sed accipiuntur impropriè pro (*seu*) vel (*siue*) quæ ponuntur inter diuersa verba idem significantia, iuxta Panormitanum receptum. [b] tum per prædictam extrauagantem *circa* ibi (*monasteria siue domos*) vt ibi annotauimus. tùm quòd absurdum esset, dicere per hanc extrauagantem ab omnibus domibus vrbanis, & rusticis, & villis omnium monasteriorum omnes fœminas arceri; & ita non dicendum. [c] Tum quòd sæpe coniuncta pro disiunctis, & contra ponantur. [d]

Secundo nota, omnes omnium fœminarum facultates ingrediendi monasteria virorum esse reuocatas. Cui addo, quòd nullæ tales nunc dantur, nec sublatæ restituuntur.

Tertio nota, quòd ingredientes virtute illarum excōmunicantur ipso iure Papali excommunicatione: & quòd prælati, & religiosi eas introducentes, vel admittentes priuātur officijs habitis, & fiunt inhabiles ad habenda, & suspendūtur à diuinis ipso facto quod cōsequitur fieri irregulares, si ante absolutionē ab illa celebrarint, per c. 1. [a]

Quarto, quo d per prædictā extrauagantē nō prohibetur expressè ingressus fœminarū carentiū facultatibus ingrediēdi, neque habentiū illas; si alia ratione quā virtute prædictarum facultatum ingrediantur. sed Pius V. ea de re cōsultus, declarauit in omnibus esse illi locum: pro quo facit, quòd magis videntur peccare illæ, quę sine vlla tali facultate ingrediuntur, & magis admittentes illas, quàm prædicta facultate munitas, & eas recipientes; & *secundum mensuram delicti, debet esse plagarum modus.* [b] & capit. *non afferamus.* [c] & id seruat Prætorium Pœnitentiariæ, & de sententia S. D. N. Gregorij XIII.

Quinto nota, credendum esse non incidisse in has pœnas, qui vel quæ ignorantes hanc declarationem sunt illam transgressi. Tum quia ignorantia intellectus veri iuris humani dubij excusat à peccato saltem mortali, secundum Innocētium, [d] & quod adeo ius hoc erat dubium ante prædictam declarationem, quòd adegit sacrum Pœnitentiariæ Prætorium inclinans in partem contrariam consulere super ea prædictum Pium V.

Sexto nota, ponderanda esse illa verba. *postquam harum notitiam, habuerint.* & ita dicendum, quòd ad incurrendam excommunicationem huius extrauagantis prærequiritur notitia illius: & consequenter, quæ ignorantes ingressæ sunt, vel ingredientur, quales plerasque omnes fuisse, vel esse adhuc arbitror saltem quoad forum conscientię, non sunt iudicandę excommunicatæ ob illa verba *postquam harum notitiam habuerunt.*

Septimo nota, ponderandum esse illud verbum (*præsumāt*) per quod videtur prælatos & monachos admittentes mulieres ante notitiam huius legis, vel post eā, sed āte notitiam declarationis prædictæ, vel post eam, sed per obliuionem illius, aut incogitantiam, aut animi simplicitatem, non incurrere pœnas contra eos in ea impositas: quia lex imponēs pœnam præsumenti facere aliquid, non includit facientem per obliuionē, incogitantiam, vel simplicitatem sine dolo, iuxta doctrinam singularem Cardinalis, [e] communiter receptam, & per nos casu quotidiano applicatam. [f]

Adde his primo, * quòd S.D.N. Gregor. XIII. anno 1575. Idib. Iunij reuocauit omnes facultates ingrediendi monasteria concessas quibuscumque etiam contemplatione Imperatoris, &c. cum contrariorum omnium derogatione amplissima: nulla tamen mentione facta de ingredientibus sine tali facultate: sed credendum est eamdem mentem ei fuisse, quæ Pio V. & ita seruare sacram Pœnitentiariam.

* Quod S.D.N. Gregorius XIII. *Hæc reuocatio continetur in extrauagante quæ incipit vbi gratia quæ est 36. inter Gregorij XIII. constitutiones. Illa vero constitutio, qua Episcopis & alijs prælatis sublata est ingrediendi monasteria facultas nisi in casibus necessarijs incipit dubijs quæ emergunt, & est 75. inter ipsius Gregorij XIII. constitutiones.*

Adde secundo, quòd idem Sāctissimus quando suprà auxit eam ad intrantes cum licentia episcopi, vel aliorum prælatorum, quam possunt dare per Concilium Tridentinū, [g] exceptis necessitatibus vrgentibus.

Adde tertio, quòd idem S.D.N. anno 1581. 23. Decem. extendit eam ad Episcopos, & alios Prælatos, quibus ex officio tributa est facultas ingrediendi monasteria, ne vtantur ea, nisi in casibus necessarijs, & à paucis iisdem senioribus, ac religiosis personis comitati.

SVMMARIVM.

63 *Regularis ad pœnam in carcerem coniectus, vt peccat fugiēdo.*
63 *Carcere custoditus iustè fugit, sed non eum damnatus.*
63 *Fugere de carcere vi custodibus illata, non licet.*
63 *Pœna, quę corporalis in foro conscientiæ à damnato subeunda.*
64 *Irregularitatem qui contrahunt in carceres coniectos durè tractando.*
64 *Pœna iniusta, vel iniustè executa æquantur in hoc.*
65 *Canonico vel Collegio Regulari an liceat habere domi mulierem, etiam non suspectam.*
65 *Regulari canonico quando liceat habere domum separatam hospitibus suscipiendis.*
66 *Moniales an discipulas, vel famulas sæculares habere possint.*
66 *Christus legitur Apostolorum semel pedes lauisse, sed non so-*

li tus

a *De re. iud. lib. 6. & c. 1. de sent. ex. comm. lib. 6.*

b *Deuteron. 16. c 24. quæ. 1.*

d *In cap. per tuas 2. nu. 4. de simon.*

e *In clem. 1. quæst. 50. de priuileg.*

f *In app. 8. reper. cap. accepta. de test. spol.*

g *Sess. 25. de regul. c. 5.*

a *In rub. ff. de iurit, & facti ignor. & glos. cap. querelã. de simon.*
b *In cap. inter cæteras. de rescript.*
c *Cap. dudũ 2. de præb. l. 6.*
d *Leg. sæpe ff. de verbo. significat.*

ei in inferioribus ministrare.
67 *Regularibus in Ecclesijs clericos sæculares stipendiarios esse posse.*
67 *Christianę perfectioni opitulari potius quàm obstare minorum ministeria.*
68 *Regularis pensionarius cui quęrit, & nu. 69.*
68 *Pensio duplicitèr constitutur regulari.*
69 *Pensio quę beneficium.*
70 *Regulari pensionario vel beneficiario quis succedit.*

DECIMOSEXTO quæritur, an regularis legitimè ad carcerem perpetuum à suo superiore damnatus, & in eo inclusus possit absque peccato fugere?

Et pro parte quidem affirmatiua facit primo, quòd nemo tenetur ad soluendam pœnam in foro conscientiæ. iuxta glossam singularem. [a]

Secundo, quòd quilibet tenetur eruere à morte proximum si potest, iuxta illud, [b] *Erue eos, qui ducuntur ad mortem.* ergo à fortiori seipsum.

Tertio facit, quòd defensio naturalis nemini tolli potest. [c]

Quarto facit, quod Cardinalis Caietanus probat, [d] quòd in carcerem etiam iustè coniectus, potest fugere, licet inde aliquid damni per accidens custodibus euentuum sit, modo eis non inferatur vis: & [e] concluditur posse fugere etiam rumpendo vincula, limando compedes, & effringendo carcerē: & posse alios à vinculis liberos, modo non sint custodes, & publici iustitiæ officiarij adiuuare coniectos in carcerem ad fugiendum etiam præbendo instrumenta in id conuenientia.

Quinto, quòd idem Caietanus [g] concludit quòd damnatus, vt fame occidatur, potest & debet iustè comedere, si alicunde ministretur cibus. & [h] posse licite ab aliis, exceptis iustitiæ officiariis, cibum ei ministrari, licèt ad id non teneantur. ergo regularis inclusus etiam iustè in carcere perpetuo, poterit inde sine peccato mortali fugere.

Pro parte verò negante facit primò, quòd regularis virtute solennis voti obedientiæ tenetur obedire Prælato secundum regulam, & illi accessoria præcipienti, [i] & qui Prælatus iustè damnat, & præcipit regulari sufferre talem carcerem secūdum regulam, vel eius accessoria præcipit.

Secundo, quòd licèt nemo teneatur in foro conscientiæ ad soluendam vel subeundam pœnam, quæ excedit interesse, antequam condemnetur, iuxta prædictam glossam singularem, [k] & notata per nos in Commentario eiusdem cap. post condemnationem tamen tenetur, secundum S. Thomam communiter receptum, [l] non solùm quando condemnatur ad dandum, sed etiam quando damnatur ad faciendum, vt videtur sentire ibi Caietanus dum ponit exempla de pœnis mortis, mutilationis, verberis, carceris, exilij, &c. Ad quas ait delinquentem non teneri, donec condemnetur, significando teneri post condemnationem: & ita vterque sentit teneri damnatum in foro conscientię ad patiendum mortem, carcerem & exilium, & consequenter carcerem perpetuum.

Tertio facit d. cle. *pastoralis* adiuncta glossa, [m] quatenus habet; quod iurans redire ad carcerem, tenetur redire ad illum, etiam si putet se morte iusta damnatum iri, imo & si iniusta, vt tenet Caietanus relatus à nobis in Man. Cōfess. [n] & tanta, imo maior est obligatio voti, quàm iuramenti, secundum S. Thomam, [o] vt tradimus in d. Man. [p]

Quarto, quòd S. Thomas [q] tenet reum iustè condemnatum ad mortem, non posse resistere: & [r] teneri eum ad patiendum illam sibi inflictam.

Quinto, quòd Caietanus [s] concludit in hæc verba. *Religiosi, quia libertate sui motus progressiui extra claustra se priuarunt, supponentes se per tria vota Prælatis suis, quacumque ex causa à suis prælatis iustè detineantur, non possunt licitè extra præfixos sibi terminos fugiendo exire, cùm nec exire potsint non detenti claustrum sine licentia Prælati.*

Ad primum oppositorum respondetur concedendo, quòd non tenetur quis in foro conscientiæ ad soluendam pœnam antequam condemnetur: sed negando, quòd post condemnationem non teneatur, vt ipsemet Thomas receptus [t] concludit, & nos loquimur de iam condemnato.

Ad secundum, concedendo teneri, quem, si potest, ad eruendum proximum à morte iniustè inferenda, nos autem loquimur de pœna carceris iustè illata.

Ad tertium concedendo, quòd defensio iusta nemini tollenda est, sed negando, quòd fuga à carcere perpetuo iustè ad illam damnati, sit iusta pluspquam defensio damnati ad mortē, resistendo iudici damnationem exequēti, vt tradunt Doctores, [a] & S. Thomas. [b]

Ad quartum, concedendo quòd missus causa custodiæ in carcerem, ante condemnationem, iustè potest sine peccato fugere; quia ante illam non tenetur soluere pœnam: nos tamē loquimur de iam damnato ad pœnam carceris perpetui, quā tenetur subire, vt dictum est.

Ad quintum concedendo, quòd damnatus ad mortem amis potest iustè, imò debet comedere, si potest: quia licèt possit iudex iustè damnare quem ad illius generis mortem, non tamen potest damnare aliquem, vt seipsum illo vel alio genere mortis occidat, & non comedere, cum possit, est se ipsum occidere: vt rectè Caietanus [c] annotauit, & probatur in cap. *pasce.* [d]

Ex quibus omnibus primo generaliter infertur, non solùm quem teneri in foro conscientiæ ad soluendam pœnam à iudice iustè latam dandi pecuniam, vel aliquid externorum bonorum, sed etiam ad non resistendum iudici, vel executori eam infligenti, etiam si sit pœna mortis, vel mutilationis: imò etiam tenetur ad æquo animo patiendum illam.

Secundo infertur, quòd licèt non teneatur in conscientia, imò nec possit salua ea exequi huiusmodi pœnam in se: quia nemini licet seipsum occidere, vel mutilare, [e] quú satisfaciat æquo animo patiendo, & non resistendo, tenetur tamen ad executionem aliarum pœnarum, quas iustè potest exequi, si ad id expressè vel tacitè fuerit condemnatus: & consequenter ieiunare, orare, abstinere ab aliquo genere cibi, vel potus, infligere sibi quam vocant disciplinam impositam, ire ad insulam, vel alium locum sibi exilio destinatum, vel exire territorium, & manere ibi, & seruare carcerem perpetuum, vel temporalem sibi impositum, vel permanere in trimembus si ad eas fuerit iustè damnatus.

Tertio infertur, iustè me respondere potuisse ab hinc triēnio cuidam sacerdoti, qui è longinquo ad vrbem venerat iustè damnatus ad inseruiendum perpetuo cuidam hospitali, vnde huc venerat, teneri ad redeundum in illud; nisi Papa vellet sibi illam pœnam relaxare, quod tamen facere noluit: & ita regressus fuit spe dispensationis habendę ab Ordinario, si seruitium eius aliquot annorum id mereretur, iuxta ea quæ leguntur in cap. *at si clerici.* [f]

Quinto infertur, rectè quidem, licèt illibenter me responsurum cuidam religioso, in cuius gratiam hanc quæstionem disputo, obligari eum coram Deo, siue in conscientia ad redeundum in carcerem perpetuum, in quem iuste damnatus est, & ex quo huc aufugit; nisi Papa, vel Generalis eius aliquo iusto remedio illi subueneriit: cuius tamen confessario respōdi eum non esse excommunicatum eo solo, quòd sine habitu sui ordinis venit, & incedit: quia per eamdem sententiam, qua fuit damnatus ad carcerem perpetuum, fuit etiam denudatus habitu ordinis, & iussus indui, & indutus sæculari clericali: & ita non tenetur, nec iustè potest deferre illum, cùm teneatur etiam pati pœnam illam denudationis habitus religiosi, & delationis habitus sæcularis per prædicta.

Quintò infertur, quod licèt laicus & clericus secularis licitè fugere possint è carcere nulla violentia custodibus facta, antequam eis ille pro pœna per sententiam statuatur, vt prædictum est religiosis tamen à suo prælato in carcere sui monasterij coniectus, non potest licitè fugere ab eo etiā ante cōdemnationem. Tum quia non potest exire iustè à monasterio sine iusta licentia, vt dictum est. [g] Tum quia tenetur manere in ea parte monasterij, in qua eum Prælatus iustè præceperit manere. [h]

Sexto infertur, compatiendum simul, & irascendum esse multis religiosis venientibus ad vrbem refractis repagulis carcerum suorum monasteriorum sine licentia, & aliquot sine sui ordinis habitu, compatiendum quidem, quòd tot mala & pericula, maris & terræ patiuntur in via, falsa spe maioris salutis animarum suarum: irascendum autem, quòd suæ professionis obliti, retro aspicientes &

k *In cap. fraternitas. 12. q. 2. quæst. 2.*
l *2. 2. quæst. 62. art. 3.*
m *In verbo per violentiam.*
n *Cap. 12. n. 18.*
o *2. 2. q. art. 89. 8.*
p *Cap. 12. n. 31.*
q *In 2. 2. q. 69. art. 4.*
r *In respons. ad 4.*
s *Ibi in respon. ad q. 2.*
t *In d. art. 3.*

a *In d. leg. vt vim.*
b *In d. art. 4.*
c *Vbi suprà.*
d *86. dist. & in leg. nec e ff. de lib. agn.*
e *Dist. c. sed non licet. & cap. nō est. 23. q. 5.*
f *& de adulteriis. de indic.*
g *Sup. eod. nu.*
h *Arg. cap. quorundam. & cap. si religiosus. de elect. lib. 6.*

post

post missas manus ad aratrum retrocedere volentes, infamiam inurunt sibi, genticq; suæ, ac ordini suo non facile delebilem, cõtra exemplum Apostoli, [a]*Prouidemus bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* & contra ca. *non sunt audiendi.*[b]

Septimo, quòd non abs re sæpe supra repetitum est *iustè* quia secus est de pœna iniusta; illa enim non est in foro conscientiæ subeunda, vt colligitur ex Innocentio ab omnibus recepto [c]per pulchram rationem quam reddit S. Thomas, [d]nisi ad id scandalum aliquod magnum (quod ex non paritione sequeretur) damnatum adigeret, vt ibidem S. Thomas adiunxit, & rectè quidem. [e]

Octauò infertur, quòd idem videtur dicendum cum pœna est quidem iusta, sed executio iniusta, vt cùm quis iustè damnatur ad carcerem perpetuum, vel temporarium, sed custos carceris suo proprio motu, vel alterius iussu iniustè illi subtrahit cibum, vestitum, vel ignem, vel locum necessarium ad vitæ sustentationem; vt qui nuper cuidam regulari solas quinas vncias panis cum aqua in dies singulos ministrabat: & qui alij media hyeme in loco frigidissimo solam tunicam permittebat nocte ac die ignem denegans: & qui in loco subterraneo humidissimo absque stragulo humi dormire cogebat: & qui alia similia parum religiosè, & Christianè, & multum crudeliter faciunt, ex quibus probabiliter creditur mortem consecuturam, qui, & consulentes & mandantes eis non solùm peccant mortaliter, & incidũt in irregularitatem, si mors inde sequatur, secundum doctrinam Panormitani communiter receptam, [f]sed etiam nomen cuiusdam inclementiæ & crudelitatis sibi faciunt, iuxta doctrinam S. Thomiæ de clementia [g] & de crudelitate. [h]

Decimoseptimo, mouetur, quæstio mota & decisa in decisione capellæ Tolosanæ 448. in hæc verba. An canonici ecclesiæ Tolosanæ, qui sunt regulares ordinis S. Augustini, possint in eorum domibus infra septa eiusdem Ecclesiæ tenere mulieres ætate prouectas, honestas, omnisque suspicione carentes, quas matres appellant, obsequiorum honestorum præstandorum causa: & fuit conclusum quod non inspecta regula B. Augustini, & iuris communis dispositione. Cui addo primo, quod Stephanus Aufrerius ibidem addit ei contrarium iure sustinere posse per *c. volumus* iuncta glossa [i] & alia, per quæ probat posse clericos sæculares tenere intra suas domos cognatas collaterales vsque ad secundum gradum, & ascendentes, & descendentes vsque ad quartum: imo & extraneas senes, & non suspectas, nec habentes secum suspectas, iuxta Panormitanum communiter receptum, [k] & quòd idẽ videtur dicendũ de canonicis regularibus habitantibus seorsim in domibus suis, vt videbantur habitare illi Ecclesiæ Tolosanæ, de quibus loquitur decisio prædicta.

Secundo addo, quòd contra Aufrerium pro decisione facit, quòd longè arctius prohibetur regularibus conuersatio mulierum, quàm clericis sæcularibus: quia illis non solùm prohibetur cohabitatio, sed etiam accessus earum ad eos; & compaternitas, quę in leuãdo cõtrahitur cũ eis, [l] quę non prohibetur clericis. sed pro concordia cõsiderari possunt tres casus, primus cùm toti vni collegio, vel monasterio seruit vna mulier coqua, vel infirmaria. Secũdus cũ intra claustra Ecclesiæ, vel monasterij seruiũt singulę singulis Canonicis in suis domunculis, vel cellulis, quas habent intra claustrum diuisas. Tertius cùm singulæ seruiũt singulis in domibus, quas habent extra claustra ad suscipiendos suos peculiares hospites: & dicendũ quòd in duobus priori bus habeat locũ decisio: in tertio verò prædicta additio Aufrerij; & nõ abs re: quia in duobus prioribus mulieres accedũt ad monasteriũ, & intrãt claustra, vbi sunt multi, quod prohibetur omnibus mulieribus etiã nõ suspectis, [m] & lõgè fortius, & grauissimè nuper à Pio V. in extrauagante *regularium* supra [n] trãscripta. & merito quidẽ, ob multa quę in id adduci possent, & in his, quòd quæ nõ est vni suspecta, est alteri talis: & quòd quæ vni videtur deformis, alteri fascinante diabolo videtur formosa, iuxta illud, *Quisquis amat ranam, ranam putat esse Dei anam.* sic eodem suadente, sæpe cognata, & mater, & filia visa est aliquando extranea, iuxta cap. 1. [o] In tertio verò casu, non accedit mulier ad monasterium, neq; intrat claustrũ sed tãtũ accedit ad domum vsibus vnius canonici deputatam, licèt fortè monasterio cõtiguã, & satis est, quòd nullaten[p] sit illi suspecta.

Ex quibus sequitur primò, non esse vituperandã consuetudinẽ canonicorum regulariũ Ecclesiæ Pampilonensis, & aliorum monasteriorũ non habentiũ diuersoria communia, ad excipiendos suos hospites deputata, consuetudinem, inquam, habendi extra claustrum singulas domos, vel domunculas ad suos peculiares hospites, vel peregrinos, vel pauperes destinatas, & in eis habendi mulieres aliquas honestas & nullatenus ipsis suspectas, nec admittentes tales, quæ eas mundent, custodiant & hospitibus necessaria parent, & ministrẽt, quod piget non addidisse modo reformandi canonicos regulares Hispaniæ proposito in Commentario d. cap. *nullam.* [a]

Secundo sequitur iure displicuisse mihi ante 40. annos in illa antiquissima, eadémque florentissima Salmanticæ Academia prælegenti, quòd cuidam collegio canonicorum Ecclesiæ Virgini Matri sacrę inseruiret à culina, & sternendis lectis, & verrendis cellulis quædam fœmina licèt vetula, quòd experientia docuerat antea alibi nocuisse.

Tertio quòd tam in illo collegio, quàm in alijs scholasticorũ regulariũ, imo & sæculariũ quærendus, & habendus sit coquus & infirmarius, & nõ admittẽda coqua nec infirmaria, nisi magna necessitas id suaderet, argumẽto supra citatorũ, & *c. legitur.* cũ multis alijs. [b] & *c. diffinimus.* cum aliquot alijs. [c]

66 Decimo octauo, proponitur quæstio, quàm nudiustertius rogatus sum, & iussus decidere à prædicto domino & legato Ludouico Copones multis nominibus mihi, vt dixi suspiciendo, scilicet, An sit tolerabilis status illorum monasteriorum, vbi bona pars Sanctimonialium est genere nobili, & illustrissimo prognata, & à tempore immemoriali singulæ singulas consueuerunt habere famulas, vel discipulas laicas, quæ inseruiunt eis in ministeriis vilioribus, lauandi vestes, virtas, lances, patinas, mundandi, verrendi, præparandi & faciendi alia necessaria, eo quòd ipsæ Moniales enutritæ in murice & auro, vix ad prædicta efficiẽda se demittere possunt. Ad quã respondeo primò pro vtraque illius parte posse adduci ferre omnia ea, quæ adduximus in comment. cap. *nullam.* [d] super statu canonicorum regularium habentium portiones priuilegiatas, & famulos siue discipulos inseruientes sibi in ministerijs vilioribus rerum necessariarum.

Secũdo, quòd quemadmodum diximus ibidem, illũ fuisse iure sustentabilem ante Concilium Tridentinum ita & lõgè à fortiori esse de hoc dicendum.

Tertiò, quòd sicut de illo diximus ibi, posse saltem disputando defendi, quod est licitus, etiam post Concilium Tridẽtinum subsistente iusta causa & licentia Superiorum expressa vel tacita habendi ministros, ita etiam posse defendi harum statum, si arbitremur prædictam Monialiũ qualitatem cum antiqua cõsuetudine, & aliquot respectibus ibi tactis, & mox tangendis, esse iustã causam concedendi eis prædictas ministras, & tacitè vel expressè accedat ei licentia Superiorum.

Quartò, quòd tenens hanc partem posset respondere prędicto Concilio Tridentino qua parte [e]præcipit, vt omnes regulares tam viri quàm mulieres ad regulæ, quã professi sunt præscriptum vitam instituant, & componant: & qua, [f] statuit, quod nemini liceat ingredi intra septa monasterij cuiuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerint, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta. Responderi inquam, potest, quòd illa procedunt quando nulla iusta causa subest, & fit sine vlla licentia Superioris. Quod verò nos diximus, quando talis causa & licentia subsunt, quam dari posse à Superiore, palam significat prædictum cap. 5.

67 Quinto, quod mea sententia, non malè faceret is cui reformandi eas potestas cum facultate S. D. N. interpretandi, & prudenter temperandi prædictum Concilium esset, si eas eis permitteret, vt in d. cap. *nullam.* [g] dixi benefacturum eiusmodi reformatorem, si prędictis canonicis similes discipulos permitteret, ea tamen lege, ne prædictæ discipulæ exirent plusquam suæ magistræ, vel heræ, siue dominæ & aliunde quàm de reditibus monasteriorum eis prouideretur. Tum per allata in tribus prædictis quęstionibus dict. cap. *nullam.* Tum quòd id nulli iuri naturali, vel diuino repugnat. Tum quòd misericordię opus est alere eiusmodi discipulas; quò sanctè instituę, probarum fœminarum seminarium essent.

Tum quòd maioris meriti esset, vt herę altiorũ virtutum, altioribus operibus impederent id temporis, quod humi-

a 2. *ad Corinth. 8.*
b 11. q. 3.
c *In cap. quia plerique de immun. eccl.*
d *In de quæ. 62. art. 3.*
e *Arg. ca. nihil cum scandalo. de præscript. & cap. 18. Math. & ca. 2. de noui. oper. nunc.*
f *In cap. cum non ab homine. num. 31. de iudic.*
g 22. q. 157.
h *Quæst. 159.*
i 81. *dist. & ca. à nobis. de cohab. cle.*
k *In* c. 1. *de cohab. cle. & mul.*
l *C. peruenit.* 12. q. 1.
m *In d. c. peruenit.*
n *Eod. nu.* 62.
o *De cohabit. cleric.*

a *Quæst.* 11. *nu* 37.
b 81. q. 2. c 18. q. 2.
d d. 18. q. 1. *in* q. 7. *à n.* 25. *& in* q. 8. *à nu.* 29.
g 18. *quæst.* 2. *num.* 37.
c *In cap.* 1. *de regularibus sess.* 25.
f *In* 5.

lioribus illis erant impensuræ. Tum quòd habere eiusmodi discipulas, nil repugnat Christianæ perfectioni, imò aliqua ex parte opitulatur: nam & Elias, & Elizæus, & alij prophetæ habuerunt discipulos siue ministros etiam, qui mitterent aquam in manus eorum. Agnes itẽ, Cæcilia, Catherina, & Barbara gloriosissimæ virgines Christianæ perfectissimæ ministras habuerunt, & Apostoli, [a] delegerunt Diaconos, ne ipsi verbo Dei relicto, ministrarent mensis. Quin licèt legamus Christum eorum & omnium magistrum & Dominum semel illorum pedes lauisse, [b] non legimus tamen ipsum prædicta ministeria inferiora obisse, imò legimus ea suis delegasse, & ab eisdem illa sibi impensa fuisse. [c] *Vbi vis paremus tibi comedere paschа?* & ibi. *Ite in ciuitatem* &c. & ibi. *Parauerunt Paschа.* &, [d] ibi. *Martha ministrabat.* & ibi. *Iudas loculos habebat.* Tum quòd arbitror suo tempore suis Monialibus concessurum fuisse maximum illum Patriarchã nostrum Augustinum, vt ex prędicta sua epistola 109. satis colligi potest, vbi regulam suarum monacharum præscribit. quæ desumpta videtur ex regula suorum clericorum, & Canonicorum, & non contra, hæc ex illa: cùm palam sit, hos prius sibi associasse, quàm suæ sorori prædictas monachas, licèt contrarium senserit Erasmus Roterodamus, à quo iure videmur discedere. Tum quòd licèt in *c. ea quę,* [e] clerici sæculares prohibeantur recipi ad præbendas in monasteriis regularium, possunt tamen habere alia beneficia in illis ad coadiuuandum eos, modo non faciant vnum corpus cum monachis, nec habeãt vocem in capitulo cum eis: vt tradit Hostiensis receptus à Ioanne Andrea, [f] & quamuis Panormitanus, [g] teneat quòd non possint habere beneficia siue titulos beneficiarios in eis, fatetur tamen, [h] posse haberẽ stipendia pro seruitio coadiutorio in diuinis officiis eis impendendo, quod & in d. comment. cap. *nullam,* [i] ad simile propositum diximus. Tũ denique quòd etiam in vrbe à Vicario, & aliis regimini monasteriorum monialium intendentibus, fit facultas, aliquibus monasteriis recipiendi aliquas nobiles puellas nutriendas, sanctísque moribus imbuendas. Quod fieri posse palam præsupponit edictum illustrissimi Vicarij, quo sub pœna 500. ducat. & aliis, edixit, ne quis loquatur, scribat, vel mittat literas ad vllas Prælatas, monachas, vel Zitellas, id est, virgines sæculares eis conuiuentes, & commendatas. Tum demum, quòd per confessiones sacras, & secretas multorum, noscuntur aliqua, ob quæ arbitror, sacrorum sacrarúmque regularium vitæ integritati non obesse, imo fortè prodesse, vt conuiuant eis aliquot ministri, vel ministræ sæculares, quorum liberum testimonium opportunè ferendũ, timeri possit, tam contra Prælatos, & Prælatas, & visitatores, contra quos non audent hiscere sibi subditi & subditæ, quàm contra visitatos, & visitatas sibi mutuo interdum coniurando parcentes, partim, vt id complures in officio continere posset, iuxta illud, *Oderunt peccare mali, formidine pœnæ.* relat. à glossa, [k] partim, quòd vt interest Reipublicæ delicta puniri, [l] ita religionibus interdum expedit, tyrannides aliquot Prælatorũ, & scelera nonnulla subditorum occulta patefieri; quum satius sit famam quàm animam perdi, quando vtraque seruari non potest. [m]

Decimonono, interrogor quæstionem illam nouam, sed quotidianam. An regularis carens beneficio Ecclesiastico, & habens pensionem sibi constitutam, quærat sibi, an sue pensioni, siue eius administrationi, an monasterio & ordini suo ea, quæ quęrit ex illa, vel aliunde ex successione, donatione, vel sua opera, & industria; ad quam respondeo per sequentia.

68 Primùm quòd pensio dupliciter regulari constituitur, interdum quidem à Prælato suo ordinario in bonis monasterij aliqua de iusta causa, puta ad se sustentandum in scholis, vel ad gerendum negotia in curia vel alibi, aut etiam pro vestiario, vel victu intra monasterium, iuxta tradita in dict. comment. cap. *nullam,* [n] interdũ à Papa super aliquo beneficio, vel aliis bonis Ecclesiasticis ad sanctam Sedem Apostolicam, vel ad alias Ecclesias pertinentibus: quorum prius fieri posse probamus in d. c. *cui portio,* [o] posterius autem probat secundum vnum intellectum capit. *nisi,* [p] vbi Panormitanus communiter

a Actor. 6.
b Ioan. 13.
c Matth. 26.
d Ioan. 12.
e §. *præcipimus. de stat. mon.*
f *In dict. §. præcipimus.*
g *Ibidem, & in cons.* 59. 2. *partis.*
h *In dict. §. præcipimus. num.* 10.
i 16. q. 2. *nu.* 37.
k *In c. irrefragabilis. §. pen. de off. ord. & in l.* 1. *ff. de iust. & iur.*
l *Cap. vt fama, de sent. excom. & l. ita vulnerauit. ff. ad leg. Aquil.*
m *Arg. cap. si peccauerit.* 2. *quæst.* 1. *& c. Memnam. ea. caus. qu.* 4.
n 18. q. 2. *à n.* 41.
o *Nume.* 27.
p *De præb.*

a *In d. c. nisi, sub fin. & satis in c. edoceri. vbi Doc. de rescript.*
b 12. q. 1. *nu.* 13. *& nu.* 20.
c *Arg. l.* 2. *& 3. §. si filius familias. & l. & si duo. ff. de pecul.*
d *Arg. l. eum principalis ff. de reg. iur. & cap. accessorium. eo. titu. lib.* 6.
e *Num.* 12.
f *Instit. per quas pers. nob. acquir.*
g *In verbo proprietas.*
h *l. non omnes. ff. de reb. cred & c. fin. de præb.*
i *Ca.* 2. *de fil. presb. li.* 6. *& ca. quæ à iure. de reg. iur. do. lib.*
k *Authent. ingressi. C. de sacrof. eccles. & cap. in præsentia. de probat.*
l *& Ca.* 2. *de testam.*
m *Arg. ca. ex literis. de iur. patr.*
n *In clem.* 1. *de sepulcr. negl. prael.*
o *Vbi supra.*
p *In c. cõqueremte de cler. non resid. n.* 5.
q *In c. postulasti de reser.*
r *In cap.* 1. *de reg. iur. lib.* 6.
s *De probat.*
t *Num.* 8.

tionem, vel præbendam ex bonis Eccleſiæ , non quærit eiuan autem quærat Eccleſiæ,ex cuius bonis recipit ſuam portionem;an verò ſuo monaſterio & ordini,quæſtionis eſt nouiſſimę & quotidianę in illis , qui per diſpenſationem Apoſtolicam habent Canonias,præbendas,vel alias portiones in Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis , vt nuper dum viueret habuit in Eccleſia ſancti Petri Frater Thomas Manriccus Magiſter ſacri Palatij Reuerendiſsimus.Et quidem iuri propius arbitramur, quærere illum Eccleſiæ ea,quæ ex tali beneficio quæreret , ea verò, quæ aliunde,monaſterio,vel ordini ſuo : & quòd in caſu præfati Fratris Thomæ iuſtè poterit reſpõderi bona eius, quæ aliunde ; quàm ex præbenda canonicali quæſiſſet, quę non erant pauca , ceſsiſſe monaſterio , vel ordini ſuo prętęr ea,quę teſtamento de licentia Papæ facto aliis reliquiſſet. Ex quibus videtur conciliari poſſe illas duas opiniones contrarias tractatas à nobis in d. comment.c. *non dicatis*,[a] quarum altera eſt Bartholi,[b] quę habet,regulariem beneficiarium quęrere ſuo beneficio quęſita ex illo,quęſita verò aliunde,ſuo monaſterio vel ordini. Altera verò contraria eſt Panormitani,[c]& communior canoniſtarum tenentium omnia quęrere beneficio , & nulla monaſterio.Conciliari inquam poſſunt,ita vt hęc procedat in habente prefecturam ſeu prelaturam,vel aliud beneficium habens vniuerſitatem vel corpus bonorum ſeparatum ab Eccleſia ; illa verò Bartholi in habẽte beneficium,cui non ſit tale cõrpus bonorum , & hoc attẽto iure communi, ſalua tamen conſuetudine contraria legitimè præſcripta,[d] vel alia conſtitutione alicuius ordinis Papæ auctoritate facta.

70 Octauum,quòd inter regularem habentem penſionem,& habentem beneficium cui non ſit vniuerſitas , ſeu corpus bonorum ſeparatum à bonis communibus aliorũ, hoc diſtare videtur. Primò , quòd beneficiarius etiam ea, quæ ſua opera quærit,videtur quęrere Eccleſię, cuius eſt illud beneficium:Penſionarius verò monaſterio, & ordini cuius eſt regularis.

Secundò , quòd penſionarius non poteſt adminiſtrare etiam dum viuit aliunde quæſita , beneficiarius verò ſic, quamuis in eis monaſteriũ, vel ordo poſt mortem ei debeat ſuccedere. Tum quia titulus ille beneficiarij iure communi facit eũ habilem ad adminiſtrandum & faciẽdũ in iudicio , & extra iudicium ſine licentia ſuperioris ea, quæ pertinent ad ipſum,iuxta gloſſ. [e] & vtrobiq; notata , qualem non facit penſio. Tum quia videtur id habere conſuetudo,quæ eſt optima legum interpres. [f] Tum quòd conſuetudo celeberrimi monaſterij ſancti Iſidori Legionenſis habet,quòd vndecumque quæſita per canonicos regulares eiuſdem etiam preſentatos ab eo,& inſtitutos ab epiſcopo in parochos Eccleſiarum parochialium conſuetarum iam inde ab antiquo tempore conferri eiuſdem monaſterij Canonicis, adminiſtrentur quidem per ipſos , dum viuunt, ſed eis mortuis deueniant ad monaſterium diuidenda inter ipſoſmet Canonicos,& regẽda, ac miniſtranda eodem modo, quo portiones ſuas priuilegiatas regunt , & adminiſtrant.

SVMMARIVM.

- *71 Regularis quis agit , & intra quantum tempus de nullitate profeſsionis.& nu.76.*
- *7 Metus ceſſatio ſola non tollit reclamandi facultatem.*
- *71 Profeſsio metu vel aliàs inualida vt validatur , vel inualidatur.*
- *72 Ordinis ſuſceptio ad titulum religionis ſola non ratificat profeſsionem.*
- *72 Bonus in dubio quis non præſumitur in ſuum damnum.*
- *72 Profeſsionem contra vltra quinquennium non reclamatur niſi,&c.nu.76.*
- *73 Profeſsio religionis duplex,expreſſa & tacita , qua fit tribus modis.*
- *73 Lex generalis omnem ſpeciem comprehendit etiamſi alicui non inſit tanta ratio.*
- *74 Profeſsio tacita per qualem habitus geſtationem annalem cenſeatur fieri.*
- *74 Profeſsio tacita eſt præſumpta,ſed non ſemper vera , & qua tunc Confeſſarij partes.& nu.75.*
- *74 Regularis manens extra monaſterium iuſſu prælati,videtur manere intra.*
- *75 Profeſſus an fiat coram Deo , qui geſtat anno habitum ſine animo profitendi,& ſine contrario negatiuè ſe habens.*
- *76 Profeſsio metu facta , etiam cum vero animo profitendi , non valet,niſi poſtea ratificetur.*
- *77 Regulari contra profeſsionem reclamaturo imponuntur ſeptem,quæ iuſta cauſa tollit.*
- *78 Libero homini non eſt nimis oneranda libertas.*

71 VIgeſimo quæruntur illa, quę quotidie in vrbe occurrunt. An iuſto metu ingreſſus,& profeſſus religionem, & in ea per aliquot annos perſeuerans poſsit reclamare : & an ſuſcipiendo ordines ſacros de licentia Prętati,videatur adeo ratificare profeſsionem , vt contra eam reclamare nequeat; & quid ſi id fecerit poſt metus ceſſationem,durante tamen impedimento ad reclamandum ? & quid ſi poſt ceſſationem metus & impedimenti?

Ad quę reſpondeo primò, quòd poteſt reclamare durante cauſa metus , & etiam ſtatim illa ceſſante per cap.1. & ei annotata,[a] & per cap.*ad id*.cum eis adnotatis.[b] Statim autem intelligitur id facere, ſi intra tempus arbitrio iudicis definiendum id fecerit, ſecundum Hoſtienſem, Panormitanum , & communem : [c] quia cum tempus ad aliquid faciendum,non eſt lege definitum, arbitrio iudicis eſt definiendum,[d] argumento eorum, quæ accumulat Petrus Rauennas in alphabeto aureo. [e]

Secundo,quòd non poterit, poſtquam ceſſauerit metus,& prædictum tempus tranſierit: quia ita in religione perſtando videtur ſuam profeſsionem ratificare , iuxta illud gloſſæ. [f]

Effuge cùm poteris,ne conſenſiſſe puteris:
Nam ſi perſtiteris,illius vxor eris.

Quod eſt verum quoad forũ exterius , quoad interius enim, ſi ſemper renuit , & numquam voluit eſſe profeſſus,non erit talis,[g] quia Deus cor reſpicit & non manũ,[h] quod nemo aliusquod meminerim)admonet.

Tertiò,quòd non ſufficit ceſſatio metus,niſi etiam ceſſent impedimenta iuſta,quibus à reclamãdo impediatur: poterit enim reclamare longè poſt ceſſationem metus, ſi longo tempore illa durarent. Tum quia ſi illa ſunt iuris, ipſo iure non currit tempus,[i] ſi autem ſunt facti,eſto currat , reſtituitur , [k] vt tradit Panormitanus quem ſequitur ibi Felinus.[l] Tum quia tunc demum quis approbat metu factum,ceſſante illo , quando potens reclamare, non reclamat.At licèt metus ceſſet,ſi tamen alia iuſta impediũt à reclamando,verè dicitur non poſſe reclamare : & ſi ſtatim ceſſantibus illis reclamet,ſatis dicetur reclamare ſtatim poſt ceſſationem metus,cùm antea non poſsit.

Quartò , quòd ex hoc infertur , rectè nos reſpondiſſe nuper,potuiſſe reclamare quamdam virginem iuſto metu patris & fratris profeſſam,in monaſterio poſt eorum mortem , & poſt annum ab eorum morte elapſum , intra quem non potuit exire à monaſterio , Abbatiſſa, & monachis ei obſiſtentibus , nec manens in eo ad reclamandum procuratorem conſtituere eiſdem contradicentibus,etiam ſi fortè potuiſſet exire demittendo ſe noctu de alta feneſtra, quod quædam alia fecit : id enim ſolùm dicimur poſſe facere,quod commodè poſſumus , [m] & ſalua honeſtate & æſtimatione , iuxta legem in hoc aptiſsimã, *filius*, [n] quæ habet , ea quæ pietatem & æſtimationem lædunt, dici impoſsibilia iuris , & conſtat huiuſmodi exitũ lædere virginis æſtimationem.

Quintò , rectè item reſpondiſſe cuidam contraneo iuſto metu profeſſo , cui poſt ceſſationem metus variis modis Superiores & ſocij viam veniẽdi ad vrbem nunc carcere,nunc verbere,nunc inedia, nunc grauiſsimis minis,nunc fugientis frequenti reuocatione & comprehenſione præcluſerunt , poſſe reclamare , nec ſecundum eſſe profeſſum.

72 Sextò,quòd ſuſceptio ordinum etiam ſacrorum durante metu,vel iuſto impedimento reclamandi , non ſufficit ad præſumendum eum tacitè profeſſum. Tum quia

a *à num. 6.*
b *In l.ſeruus communis.ff. de ſtipul. ſer.*
c *In d.cap. in præſentia.*
d *Arg.ca.fi. de conſuetu.*
e *In clem.religioſus. de procur. & in ea.religioſus. de teſtamen. li.6.*
f *Ca.cum dilectus.de conſuetud.*
a *De iis qui vi.*
b *De ſponſa.*
c *In d. cap.1.*
d *l.1.ff. de iu. delib. & cap. de cauſis. de offi.iud. dele.*
e *Verb. arbitrio, & alij alibi.*
f *d.ca.ad id.*
g *Arg.e. humana. 22.q. 5. & c.ſua.de ſponſal.*
h *Ca. ſi quid inueniſti. 14. qu.5.*
i *l.1.C.de am. except.*
k *l. & Attilicinus.ff. de ſeruit. ruſt. prad.*
l *In c. ex traſmiſſa.nu. 13. de præſcript.*
m *l. Neptis Proculo.ff. de ver.ſig.e.ſociat.22.q.2.*
n *ff.de condit.inſtit.*

id nullo iure ſpeciali cauetur. Tum quia ſuſceptio ordinis eſt res ſeparata à profeſsione,& à ſeparatis non infertur.[a] Tum quòd ſolus actus profeſso proprius,qualis eſt præſtatio ſuffragij in Capitulo , & geſtatio habitus profeſſorum,non ſufficit ad illud,vt mox dicetur;qui tamen eſt proprior profeſsioni , quàm ordinum ſuſceptio. ergo neque hæc ſufficit.[b]

Non obſtat regula, quòd nemo in dubio præſumitur delinquere,[c] & quòd delinquit,qui cùm non ſit religioſus,ſuſcipit ordines ad titulum religionis profeſſæ. ergo ne metu profeſſus præſumatur delinquere accipiendo ordines:debet præſumi prius ratificare ſponte profeſsionem metu factam , quo facto iuſtè recipit ordines. Non, inquam , hoc obſtat. tum quia æquè facile poteſt hoc dilui , ac argumẽtum quod fieret ad probandum huiuſmodi metu ingreſſum ratificaſſe profeſsioné per actus profeſſo proprios,quos non poteſt bene facere non ratificata profeſsione.Tum quia omnia diluuntur reſpondendo, quòd illa regula fallit, quando ex præſumptione bonitatis actus alicuius , reſultaret illum agenti damnum , per textus iuncta gloſſa quæ putatur ſingularis , [d] quam Bartholus & communis ibi ſequitur , & Felinus , [e] quamuis non ſatis placeat Alciato viro alioquin eruditiſsimo, [f] ſed confirmatur per illam aliam regulam iuris , [g] *quod ob gratiam alicuius conceditur , non debet in odium eius retorqueri.* deſumptam ex l.*quod fauore* , [h] & aliis multis , & in caſu propoſito præſumptio bonitatis agentis , produceret, præſumptionem mali contra eũdem , & inductum in fauorem vnius,retorqueretur in odium eius.

73 Septimo,quòd circa hæc ſic nouè ſtatuit Concilium Tridentinum cap.19.de regular.ſeſſ.25. *Quicumque regularis prætendat ſe per vim & metum ingreſſum eſſe religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe , aut quid ſimile, velitque habitum dimittere quacumque de cauſa,aut etiã cum habitu diſcedere ſine licentia Superiorum , non audiatur, niſi intra quinquennium tantùm à die profeſsionis , & tunc non aliter niſi cauſas,quas prætenderit , deduxerit coram Superiore ſuo , & ordinario. quòd ſi antea habitum ſponte dimiſerit , nullatenus ad allegandum , quamcumque cauſam admittatur, ſed ad monaſterium redire cogatur , & tamquam apoſtata puniatur , interim verò nullo priuilegio ſuæ religionis iuuetur.*Hæc ibi.

Ex quibus nota primò, quod nemo eſt audiendus hodie ſuper inualiditate ſiue nullitate profeſsionis poſt quinquennium à die factæ profeſsionis.

Secundo , quod huic nouæ conſtitutioni videtur eſse locus etiam in profeſsione tacita: quia loquitur generaliter de profeſsione , quam conſtat eſſe genus ad expreſſam,& tacitam , [i] & lex diſponens indiſtinctè de genere, vendicat ſibi locum in omni eius ſpecie , [k] etiamſi tanta ratio eam non ſuadeat in vna , quanta in alia ſecundum iura,[l] & poſt alios tradit Decius. [m]

Quis autẽ ſit ille dies , à quo incipit currere hoc quinquennium,clarum eſt in profeſsione expreſsa , quæ certo die fit , in tacita verò magis dubitari poteſt : quia illa fit multis modis. Primò quidem per exercitium actus , qui ad ſolos profeſſos ſpectat cum habitu profeſſorum diſtincto ab habitu nouitiorum, [n] etiam ſine perſeuerantia tridui ſecundum Antonium & Panormitanum ibi, contra Ioannem Andream , [o] etiamſi antea non erat nouitius : quia cap. illud *vidua*,non requirit nouitiatum, vt ibi aduertit Panormitanus,modo ſciat q̃ per tale exercitium,& talis habitus geſtationem inducitur profeſsio ſecundum Innocentium communiter receptũ,[p] & meritò: quia ignorans,& errans non conſentit,[q] & modo id ſpõte faciat,vt habet idem cap.*vidua*, [r] modo item faciat talẽ actum de conſenſu eius, qui poteſt eum incorporare religioni,per mox dicenda;licèt nemo id moneat.

74 Secundo modo fit profeſsio tacita per ſolam delationem habitus profeſſorum ſine exercitio actus profeſſis proprij,modo ſit diſtinctus patenter in colore, ſciſſura, vel forma ab habitu nouitiorum, [s] modo item ſciat, quod per id iure vel conſuetudine fit profeſsio , & eum ſponte deferat , ſecundum Innocentium præcitatum : & modo illum accipiat ab eo,qui ſua propria, vel mandata ſibi poteſtate poteſt eum incorporare religioni : quia nulla profeſsio poteſt conſtare, niſi duæ perſonæ concurrant,quarum altera ſe obliget religioni , altera religionẽ obliget illi:continet enim profeſsio obligationem reciprocam facientis,& recipientis eam,iuxta cap. *ad Apoſtolicam*,[a] cum ei adnotatis.

Tertio inducitur profeſsio tacita per dilationem habitus nouitiorum annalem, [b] etiamſi habitus ſit indiſtinctiſsimus;qui dicitur talis , quando profeſsio nouitij, & alij vitam communem agentes cum eis eodem vtuntur, ſecundum gloſſam receptam , [c] licet enim iure libri ſexti per talis habitus ſuſcepti ab impubere geſtationem non fiebat profeſsio magis quàm per delationem patenter diſtincti,[d] fit tamen hodie per d.clem.*eos*.adiuncta gloſſa eius recepta.

Pro quorum declaratione aduertendum primò , quòd inter prædictam geſtationem annalem ingreſsi poſt pubertatem , & ingreſsi ante pubertatem videtur eſse aliqua conuenientia & aliqua differentia ; conuenientia quidem primò , quòd neuter videtur profiteri, ſi habitus eſt diſtinctus patẽter,id eſt in colore, ſciſsura, vel forma.

Secundò,quòd iure antiquo cap. *ex parte* & cap. *ſtatuimus* ,[e] & iure Sexti , [f] quæliber diſtinctio habitus nouitiatus etiam latens impediebat profeſsionem , quæ per ſolam annalem geſtationem habitus inducitur in vtroque.

Tertio,quòd iure Clementinæ *eos*,[g] ſola diſtinctio patens in colore, ſciſsura, vel forma in vtroque eam impedit,& non diſtinctio latens. Differentia autem prior eſt, quòd dicto iure antiquo , & lib.6.ſuſcipiens habitum indiſtinctiſsimum ante pubertatem non cenſebatur profeſſus geſtando illum per annum etiam poſt pubertatem, vt habet d.cap.1.[h] ingreſſus verò poſt pubertatem ſic.

Ex his eſt aduertendum primò,quòd prædicta Clemẽtina non corrigit iura antiqua quoad geſtationem habitus indiſtinctiſsimi à pubere ſuſcepti,ſed quoad geſtationem habitus indiſtinctiſsimi ſuſcepti ad impubere, ſic quòd Panormitanus non aduertens lapſus eſt. [i]

Aduertendum ſecundò quòd licèt prædicta Clementina corrigat iura antiqua quoad geſtationẽ habitus nouitiatus diſtincti latenter , vt prædictum eſt , non tamen corrigit illa quoad geſtationem triduanam habitus profeſſorum latenter diſtincti; nam per eam perinde ſit profeſſus vt olim,iuxta gloſ.[k] quam ea ratione cõfirmo,quod Clementina illa facta ad augendas profeſsiones,non debet operari earum diminutionem, contra l.*legata inutiliter*. [l]

Aduertendum tertio , quòd delatio habitus prædicta annalis inducit profeſsionem , modo habitus non ſit diſtinctus patenter, vt prædictum eſt:quia ſi taliter eſſet diſtinctus , non cenſeretur facta profeſsio etiam per delationem viginti annorum ſecundum gloſſam 2. quæ recepta eſt, [m]& modo illum geſtet in monaſterio per d.cap.1. ibi *(in monaſterio permanſerit)* videtur autẽ geſtare in monaſterio,qui geſtat eũ in loco, vbi de Superioris mãdato manet, vt Silueſter adnotauit, [n] allegando Panormitanum in *c.cum illorum*,[o] qui tamen id non ibi,ſed in cap. *ex reſcripto*,[p] dicit,citando Abbatem antiquum in d. ca. *cum illorum*. modo item proteſtatio de nolendo profiteri non præceſſerit ſaltem iuſta de cauſa,ſecundum gloſſam vlt. [q] & Ioannem Andreæ,[r] & [s] quem ibi Dominicus & Franc⁹ [t] ſequuntur : quia non eſt contraria facto , ſed animi declaratoria;quæ prodeſt ſecundum omnes,[v] non tamen requirit triduum, neque vnum diem vltra annum : quia nullus textus hoc conuincit,nec ſufficit propoſitum mutandi abſolutè vitam vnà cum ingreſſu religionis , imò neque votum de perſeuerando in religione intrata.Tum per cap.*non ſolùm*,[x] quatenus diuidit ingreſſum cum propoſito abſolutè mutandi vitã ab expreſsè vel tacitè profeſſo.Tum per ſup radictam rationem,quod profeſsio requirit duas perſonas,alterum quæ faciat,alterum quæ recipiat,& poſsit recipere profeſsionem, vt prædictum eſt.

Aduertendum quartò , quòd per præfatos modos faciendi profeſsionem tacitè non fit quis verè,ſed præſumitur fieri profeſſus, hoc eſt in foro exteriori iudicabitur profeſſus;ſed ſi verè coram Deo ſemper fuit animo contrario requiſito ad profitendum, & ſe ad tria vota ſubſtãtialia obligandum , non erit coram Deo profeſſus,neque

a *l. Papinianus.ff. de mino.*
b *Arg. c.cum in cunctis de elect. & authe. multo magis. C. de ſacro. eccl.*
c *Cap. 2. de reg.iur. & l. merito.ff. pro ſoc.*
d *l.qui iuraſſe.§.ſi pater. ff. de iureiur.*
e *In c.fin. nu. 13. de præſumpt.*
f *In 3. reg. præſumpt. 2. de præſumpt.*
g *Lib. 6.*
h *C. de leg.*
i *Cap. porrectum. & cap. vidua de regul.& c.nullus. de elect. lib.6.& clem. eos. eod. titu.*
k *l. de pretio. ff. de pub. in rem act. c. ſolita. de maiori.*
l *l.primæ. §. quod autem. ff. de al. luſ. & d c. ſolitæ. ſi ſatis,perpẽdantur.*
m *in cõ.669. num.3.*
n *Cap. vidua.de regular.*
o *In c.ad noſtram.eod. ti.*
p *Ibidem.*
q *l.ſi quis per errorem.ff. de iuriſd. omn. iud.*
r *De iis quæ vi & c. quod interrogaſti. 27.diſt.*
s *Cap. 1. Sub fin. princ. de regular.li. 6.*
a *De regula.*
b *Ca.ex parte.de regulæ. & cap.1.eod. tit.lib.6.*
c *In cle. eos de regular.*
d *Per d.ca.1. ſub fin. princip.eod. titul. lib.6.*
e *De regul. i Cap.1. eod. tit.l.6.*
g *Eod. titul.*
h *Poſt princ. de regula. li. 6.*
i *In d.ca. ex parte.*
k *d. clemen.*
l *ff. de adim. leg.ca. fin. de verb.ſign.*
m *In d.clem. eos.*
n *In verbo religio. 3. qu 19.verſ.2.*
o *De ſent. excomm.*
p *De iureiu. nu.5.*
q *d.clem.*
r *In c.1.& 2. & c. ex parte.de regula.*
s *In ca.1.eod. tit.lib.6.*
t *Nume.3.*
v *In cap.cum M. de conſtit.*
x *De regul. lib.6.*

regularis:& consequenter peccabit faciẽdo propria professis,immo & accipiendo alimenta de bonis monasterij cum obligatione restituendi, nisi obsequia eius alia ratione ea mereantur. & contrà, iustè quoad forum conscientiæ potest relinquere habitum, nec incurrit apostasiam,nec excommunicationem quoad illum forũ. Quare confessarij tam monachorum quàm monacharum confirentium se semper habuisse animum contrarium,requisito ad profitendum, licèt verbo id expresse fecerint, vel multo & quãlibet magno tempore, habitum professorũ, vel nouitiorum gestauerint,magna prudentia & circumspectione varia pro varietate personarum,& circumstantiarum debent eis consulere & iniungere, antequam eos absoluant,vel certè absoluere eos, si sufficienter proponant se,quæ iure tenentur facere, facturos, & postea cõsultis,si opus fuerit, doctioribꝰ admonere eos illa,& aliis vt exeant,aliis vt mutato animo ratificent,consulere.Ratificare autem non est censendus professionem inualidè factam, eo quòd voluerit aliquo tempore illam seruare, putans,quòd erat valida;sed oportet,vt sciat eam non valere:& quod seruat eam animo validandi eam, vt singulariter tradit Caietanus,[a] quẽ sequimur in Manua.Confessarior. [b]

Quoniam autem tria diuersa sunt habere animũ profitendi,siue velle profiteri,& habere animum non profitendi,siue nolle profiteri, & neutrum eorum habere,siue nec velle,nec nolle,vt in simili in cap.*is qui*, & cap. *qui tacet*, [c] notatur aliud esse consentire,aliud dissentire, aliud neutrum eorũ facere:& aliud velle, aliud nolle, & aliud neque velle,neque nolle:quæri potest an qui gestauit habitum per annum, vel triduum prædictum sine animo profitendi tacitè,& sine animo non profitendi tacitè,sed negatiuo modo se habendo in foro conscientiæ sit professus?& credo non esse,sicut ante Concilium Tridentinum & post illud,vbi nondum est receptum,qui post cõtracta sponsalia de futuro habuerunt copulam sine vxorio affectu,siue voluntate, vt per id contraherent matrimonium:& etiam sine affectu contrario, siue voluntate non contrahendi, non faciebant verum coram Deo matrimonium, sed solum coram hominibus præsumptum per notata in cap.*is qui*, [d] quia matrimonium carnale verum sine vero & expresso consensu non constat,iuxta ca. *cum locum*, [e] & l.*nuptias non concubitus sed consensus facit*, [f] & argumẽtum à carnali matrimonio ad spirituale valet,iuxta cap.*vbi periculum*, [g] & glossam. [h] Dixi (*ante Concilium Tridentinum.*)quia post illud,vbi iam est receptum non est inuenire tale matrimonium præsumptum, vt diximus in Man.confess. [i] Tales autem suspicor omnes fere esse, qui suscipiunt habitum nouitiatus animo faciendi professionem expressam,quãdo requisiti fuerint sine animo prius profitendi,neque non profitendi,ignorantes vel non aduertentes an per solam gestationem habitus annalẽ præsumatur,vel non præsumatur fieri tacita professio : quos consequenter arbitror non esse coram Deo & in foro conscientiæ professos.Quibus addo,quòd professio iusto metu facta non solùm est nulla, cum qui eam facit non profitetur verè,nec verè consentit,sed fingit consentire, ac etiam cum verè profitetur & verè consentit, ideóque non valet, donec cessante metu ratificetur. Tum quia matrimonium carnale iusto metu contractum, etiam cum vero animo contrahendi non valet per iura supradicta, vt post Sanctum Thomam & alios, [k] clarè tradimus in Man.Confess. [l] Tum quia electio etiam vero animo,sed metu facta non valet per d.§.*cæterum*, cum tamen tanta libertas requiratur ad professionem, quanta ad matrimonium, [m] & tanto maior quàm ad electionem, quanto Iongè fortius ligat,quàm illa, quæ facilè consensu Papæ dissolui potest, [n] hæc autem nullatenus,vel certe vix. [o]

Aduertendum quinto, quod per solam gestationem habitus per vnũ, vel plures annos in illustrissimo Societatis Iesu ordine * non videtur fieri professio tacita: quia oportet biennio gestare illum in eo, & biennio expleto emittere saltem simpliciter, tria vota religionis substantialia : imo neque tunc fiunt irreuocabiliter Religiosi : quia licèt non possint ipsi ad sæcu-

a *2.2.q.189. art.5.*
b *Cap.12. n. 31.*
c *De reg.iur. lib.6.*
d *Et c.tua.de sponsa.*
e *Ca.cum a. apud de sponsal.& c.sufficiat.27.q.2.*
f *ff.de reg.iu.* g *§. cæterũ. de elect. li.6.*
h *In c. bona. 2.de elect.*
i *Ca. 25. nu. 144.*
k *In 4.d. 26.*
l *Cap.22.nu. 51.in fin.*
m *C.1.de his quæ vi.*
n *Ca.quãto. de translat. Prælat. & ca. nisi cum pridem. de renunc.*
o *Ca.cum ad monasteriũ. §.fin. de stat. monach.*

lum redire per solam suam voluntatem, & verè, ac propriè sint, & debeant dici religiosi: possunt tamen dimitti, & liberari à votis suis auctoritate Superiorum, antequam ad solennem professionem admittantur, vt mirabiliter declarauit S.D.N.Gregorius XIII.per quãdam bullam,cuius initium est *Quanto*. Datam anno superiore 1582.Kalendis Februarij,quàm ad aliud propositum citauimus supra in comment.cap.*cui portio*.[a]

a *Num.15.*

* Non videtur fieri professio tacita. *In Societate Iesu nulla professio tacita esse videtur : sed nouitij expleto biennio (vt vtar verbis Gregorij XIII. in bulla ascendente Domino, quam post Bullam quanto edidit)si ipsi perseuerare voluerint, & Societati fuerit ab eis satisfactum : quoniam Societas illa non solis Nouitiis & Professis vt reliqui regulares ordines constat, tria substantialia vota simplicia Paupertatis, Castitatis & obedientiæ in eadẽ Societate ex Apostolico indulto,ac iuxta vouendi formulam in eisdem constitutionibus expressam emittunt, ac secundum illa promittunt se eamdem Societatem ingressuros,hoc est vlteriorem aliquem illius gradum, prout Præposito videbitur Generali. Quibus votis emissis Nouitij esse desinunt, & in Societatis corpus,qui litteris operam dederint, vel daturi sunt, vt Scholares approbati, alij vero vt coadiutores temporales nondum formali cooptantur, & quantum est ex parte ipsorum perpetuo, ex parte verò Societatis iuxta Apostolica indulta,& Constitutiones prædictas, tãdiu obligati sunt, quamdiu Præpositus Generalis eos in Societate retinendos esse censuerit. Quod ad Societatis conseruationem maxime est necessariam,idque ab illius exordio prouisum,& post experimento comprobatum est,idque initio ingressus illis explicitè manifestatur,atque ipsi conditionem hanc amplectuntur.quæ eis(si quos dimittere oporteat,multo est commodior,vt liberi potius,quàm votis obligati dimittantur, aliisque iustis & rationabilibus de causis. Hæc Pontifex Gregorius & multa alia de Instituto Societatis Iesu, & personarum gradibus habet.quæ poterunt hunc Nauarri locum aliquibus forte eius instituti iguaris explicare.*

Ex quibus omnibus infertur primò quòd dies à quo incipit prædictum quinquennium est quoad professionẽ expressam ille,in quo illa fit. Quoad tacitam verò ille,in quo fit actus professis propriùs, in quo finitur triduum, vel annus gestationis habitus, per cuius lapsum prætenditur facta professio.

Secundo infertur, quòd si metus vel impotentia reclamandi plus,quàm quinquennio durauerit poterit post illud ipso iure,vel restitutione audiri.

Tertio infertur, quòd rectè consuluerim multis religiosis leuiter venientibus ad reclamãdum in vrbe,contra professiones expressas,vel tacitas ante decem, vel plures annos emissas,vt ad sua monasteria redirent,ne se impensis & laboribus vanis premerent, neue Pontificem Maximum & Cardinales Illustrissimos in id deputatos frustra fastidirent. Contra verò aliquot aliis, vt impedimentis reclamandi, quæ probare sperabant coram eis propositis remedia conuenientia peterent,quæ benignè fuère concessa.

77 Secundo principaliter noto ex prædicto. [b] Concilio Tridentino quædam, ob quorum ignorantiam multi etiam aliàs docti malè consuluerunt multis regularibus vt clam fugerent à monasteriis,& carceribus etiam habitu dimisso,ne in via caperentur ad reclamãdũ de nullitate professionum suarum,nulla alia facta diligentia in vrbem venirent.Concilium enim, [c] statuit, primò, ne quis ante reclamationem habitum dimittat.secundò, ne sine licentia ob id à monasterio etiam cum habitu exeat.tertiò,quòd causas nullitatis coram Superiore & ordinario antea deducat. quarto, quod si antea dimiserit habitum, nullatenus ad allegãdum vllã causam admittatur;quintò quod ad monasteriũ redire cogatur. sextò, quòd tamquã apostata puniatur, septimò, quòd interim nullo priuilegio religionis iuuetur.

Super quibus multa dici possent.Primò quidem ea nõ ligare in foro conscientiæ saltem ad mortale prætet quarto & septimo:puto enim licere cessante scandalo,& prę-iudicio alius coram Deo ei, qui scit, vel iustè credit suam professionem coram eius diuina maiestate nõ valere ante reclamationem dimittere habitum,& fugere de carcere,& non deducere causas nullitatis coram ordinario &

b *Cap.19. de regul.*
c *In d.c.19.*

superiore, & non redire ad monasterium, & non teneri ad pœnam Apostatæ.

78 Secundo, quòd etiam quoad forum exterius limitanda sunt non procedere in eo, qui iustam causam ea omittendi haberet, vt qui non posset habere licentiam eundi ad reclamandum, nec ire nisi dimisso habitu, vel non permittitur causas vllas proponere coram Prælato vel ordinario:quales vidimus aliquot in vrbe,qui resumpto in ea habitu benignè auditi sunt. Quartum enim ex bono & æquo ita intelligo, vt significet neminẽ quidem non portantem habitum religionis cum audiendus est audiri debere, sed eum qui temere dimisit, eo resumpto audiri posse : iniquum enim & inhumanum videtur negare perpetuo audientiam ei, qui iustam causam habet reclamandi, eo solo quòd ad id faciendum dimisisset etiam temerè habitum, cùm id esset cogere liberum hominem per totam vitam seruire religioni, cui nullatenus obligatur,nec forte est capax illius propter defectum cõditionis cuiuspiam in ea requisitæ, contra leges vetantes liberi hominis venditionem, & obligationem perpetuã ad manendum alicubi, vel ad subeundum onus nimis onerans libertatem, & rationem naturalem, qua illæ nituntur,[a] & annotata per Bartholum, [b] & citata per eum,& addita ei.

a *l. Titio. §. Titio. centũ. ff. de condit. demonstr. l. & liberi hominis. ff. de cõtrah.empt. & l. prima. præsertim in §.quæ onerãda.& l.2. in fi ff.quar. rer. act. non des.*
b *In d. §. Titio centum.*

FINIS COMMENTARII QVARTI
DE REGVLARIBVS.

Deo Iesu Christo,cui nos per sacræ religionis professionem consecrauimus animasque & corpora nostra in perpetuum mancipauimus sit laus & gloria in perpetuum.

COMMENTARIVS DE ALIENATIONE RERVM ECCESIARVM.

In principium, & glossam summæ 12. quæst. 2. & de spoliis Clericorum, super cap. non liceat Papæ. ead. caus. & quæst.

SVMMARIVM.

1 *Antiquitus repetens aliquod capit. solebat rubricam tangere.*
1 *Alienatio quid propriè, & quid largè.*
2 *Alienatio rei Ecclesiæ qua lege vetatur, & limitatur. & 3.*
3 *Alienationis rei Ecclesiæ causæ tres, vel quatuor.*
4 *Rei, quæ seruando seruari nequit, definitio.*
5 *Alienatur cur iustè res Ecclesiæ sine solennitate iuris laici.*
5 *Lex quæ inserta decreto habet vim canonis.*
5 *Gratianus non potuerat legem canonizare.*
6 *Cardinalis à Turrecremata lapsus insignis.*
7 *Alienationi rei Ecclesiæ quorum consensus est necessarius.*
8 *Alienatio rei Ecclesiæ non seruata forma canonica cur quoad forum exterius nulla.*
8 *Forma dat esse rei.*
8 *Alienationis formam canonicam cur non tollit consuetudo.*
9 *Alienatio rei Ecclesiæ sine caussa iusta est nulla; imo & sine tractatu saltem vno quoad forum exterius. nu. 15.*
10 *Alienande rei Ecclesiæ causa apparens, vt non sufficit.*
10 *Alienantis rem Ecclesiæ cur potest competere restitutio.*
10 *Remedium ordinarium vt tollit extraordinarium.*
11 *Alienans in casu licito post iuramentum de non alienando inconsulto Papa an peccet, & incurrat pœnas.*
12 *Iuramentum non est vinculum iniquitatis, id est non ligat ad iniusta, intelligitur secundum naturam materiæ subiectæ.*
12 *Prælati prouisi debent iurare non alienare res Ecclesiæ.*
12 *Iuramentum quale omne seruandum.*
12 *Actus factus sine consilio requisito vt inualidus.*
12 *Bona quædam vetantur fieri sine consilio vt cautius fiant.*
13 *Alienanti malè res Ecclesiæ magna pœna nouè statuitur.*
13 *Actus contra iuramentum factus non est ipso iure nullus eo solo, quòd sit contra iuramentum.*
14 *Alienatio contra iuramentum vt facit periurum, & est nulla, quoad forum exterius.*
15 *Alienans bona side sine solennitate qui non peccat.*
15 *Legis humanæ formam non seruans qui non peccat.*
15 *Legis humanæ contra formam electus qui non peccat.*
16 *Legem humanam frangens ex causa, quam putat iustam vt non peccet.*
16 *Lex quæ punit præsumentem non includit bona side contra se facientem.*
16 *Legem humanam malè intellectam frangens, qui non peccat.*
17 *Actus sine forma legis humanæ factus, qui valet.*
18 *Alienans in casu iusto contra iuramentum vt peccet, & valeat actus.*
18 *Pensionem annuam locationis in perpetuum mutare cur vtile.*
19 *Actum per inualidum, seu nullum vt quis peccet.*
20 *Verba cum effectu intelligenda, de quo effectu loquuntur.*
20 *Intellectus cap. non præstat. de regu. iur. lib. 6.*
20 *Emphyteuta male alinans peccat, licèt non perdat emphyteusim.*

A 1 REcogniturus nũc anno 1584. ætatis meæ 91. Commentarium, quem anno 1572. ætatis vero 79. edidi super capit. *non liceat Papæ*, [a] animaduerto nihil me tunc præmisisse in ipsam summam eiusdem quæstionis & glossam eius contra morem antiquiorum, qui electuri aliquod B cap. alicuius tit. solebant in ipsum titulum, vel summam, aut glossam eiusdem præmittere aliqua, quæ ad declarationem & repetitionem faciendam pertinerent.

Nunc ergo supplendo prætermissa annoto primo ex summa, & glossa quòd *alienatio est contractus per quẽ transfertur dominium*, in quod glossa citat legem 1. [b] sed parum cautè. Tum quia lex illa solum habet, quod *alienatio est omnis actus, per quem dominium transfertur*, quod lõgè diuersum est ab eo, quod imponitur ei: quia non solùm comprehendit cõtractũ; sed etiã omnem aliũ actũ, per quem transfertur dominiũ. Tum quia non admonet hęc glo. lectorẽ, quòd glo. illius legis ait, *literã eius esse conuertendã, ita quòd nõ significet ibi definiri alienationẽ, sed solùm, quòd omnis actus, per quẽ transfertur dominiũ est alienatio.* Quare alienatio C propriè, & strictè capta aptius definiri potest, *esse actus per quẽ transfertur dominiũ*. Dixi *propriè & strictè capta*: quia largius accepta significat etiã alios multos actus, iuxta l. fi. [c] quã Bal. ibi sic summat. *Prohibita alienatione simpliciter videtur prohibitus omnis actus, per quẽ alteri quæritur ius aliquod in re.* quod etiã hęc glo. nostra sẽsit, allegãdo ad hoc *c. nulli.* [d] & Auth. *de nõ alien. vel permut.* [e] & clarius idẽ ait glo. d. ca. *nulli*, allegando in hoc eandẽ l. vlt. quę ad plures casus extendit alienationẽ quã prefatũ ca. *nulli*. Sed nescio quare D nullus auctor clasicus, quod sciã, ante nos neq; hic, neq; alibi allegauit * in hoc extrau. 1. Pauli II. de reb. Eccl. nõ alien. quę clarius, & latius prohibet alienationem rerum Ecclesiarum in hæc verba.

2 *Ambitiosæ cupiditati illorum, qui immobilia, & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus Ecclesiæ, monasteria, & pia loca regũtur, illustrantur, & eorum ministri sibi alimoniã vendicant, prophanis vsibus applicare, occurrere cupientes, omnium rerum & bonorum Ecclesiasticorum alienationem, omneq; pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecã, locationem, & cõductionem vltra triẽnium, nec nõ infeudationem vel cõtractum emphiteuticum, præterquam in casibus à iure permissis, ac de rebus & bonis in emphiteusim ab antiquo cõcedi solitis, & tũc cum Ecclesiarum euidẽti vtilitate, ac de fructibus & bonis quæ seruãdo seruari nõ possunt pro instãti temporis exigẽtia hac perpetuo valitura constitutione præsenti fieri prohibemus.*

* In hoc extrauagantem 1. Pauli II. *Extrauagans hęc* præter quam quod prima & vnica est inter communes tit. *de rebus Eccl. nõ alien. habetur etiã in Bullario & est 6. inter Paul. II. cõstit.*

Secũdo annoto per præfatã extrauagantẽ patere multa, de quibus subdubitarunt Panormitanus & alij, [f] &

a 12. quæst. 2

b C. de fundo dota.

c C. de rebus eccle. non alienan.
d De reb. eccles. non alie.

e §. nos igitur. coll. 2.

f In d. capit. nulli.

alij alibi. Primum an prohibeantur alienari bona mobilia Ecclesię pretiosa: quia in d. extrauagante expresè dicitur, quòd sic. Secundo, quòd prohibetur locatio, non solùm ad longum tempus, quod est ad decem annos, iuxta glossam singularem, [a] sed etiam ad minus tempus vltra triennium. Tertiò, quòd non solùm prohibetur alienatio, per quam transfertur directum dominium, sed etiam locatio ad longum tempus, & infeudatio, & in emphiteusim concessio, per quas solùm dominium vtile transfertur, secundum omnes post glossam iuncto textu. [b] Quartò, quòd permittitur alienatio rerum Ecclesię in casibus à iure permissis, videlicet iusta de causa seruata forma iuris canonici. Quinto, quòd iure permissum est, quòd possunt alienari consueta dari ab antiquo in emphiteusim, addita tamen magni momenti declaratione, scilicet quod fiat cum euidenti Ecclesiæ vtilitate. Sexto, quòd non est prohibita alienatio rerum, quæ seruando seruari non possunt.

3 Tertio annoto ex hac glossa ibi, *Sed excipiuntur*, quòd res Ecclesiæ possunt alienari ob quatuor causas, scilicet causa necessitatis, vt cum debitum vrget, vt in §. *hoc ius* [c] causa pietatis pro redemptione captiuorum, vel alimonia pauperum, vt infra ead. cap. *aurum*, causa vtilitatis, vt infra ead. cap. *sine exceptione*. causa excusandæ incommoditatis: quia res est magis damnosa, quàm vtilis, vt infra ead. *terrulas*. ad quas omnes aliæ causæ reduci posse ait hæc glossa communiter receptas: imo & has quatuor in tres, scilicet necessitatis, pietatis, & vtilitatis, quæ satis includit causam inutilitatis, vt nos reduximus in cap. *non liceat Papæ*. [d]

4 Quarto annoto ex eadem glossa rem Ecclesiæ, quæ seruando seruari nequit, non includi sub hac prohibitione. pro qua nunc est textus clarus in d. extrauagante vt dictum est, quæ autem sit illa vix ab aliquo rectè definitur: posset autem definiri esse *res mobilis minime pretiosa, vel quæ non durat triennio, vel vsu consumitur, & non fructificat*, quales sunt vestes non pretiosæ, fructus, & aliæ res mobiles, vel se mouentes, & non fructificantes, argumento l. *qua lex* [e] & ca. *vestra*, [f] & notatorum in d. ca. *nulli*. & per Angelum. [g]

5 Quinto annoto ex eadem glossa, quòd regulariter nulla res Ecclesiæ, quæ seruando seruari potest, debet alienari sine iusta causa, & sine solennitate iure canonico inducta vel approbata. quod irrefragabiliter probatur per ca. *sine exceptione*. [h] & cap. *nulli*. [i] & melius per præfatam extrauagantem. Dixi *iure canonico inducta*: quia non est necesse seruare solennitatem iure Cæsareo, Regio, vel alio sæculari additam: qualis est inducta per authẽ. *hoc ius porrectum* [k] relatam à Gratiano in §. *hoc ius*. [l] quia illa, quæ ibi additur non est inducta iure canonico, licèt Gratianus interseruerit suo Decreto: quia non fuit ei potestas faciendi de iure laico canonicum, vt latè traditur in cap. 2. [m] præsertim per Felinum. qui [n] probat leges insertas in Decreto à Gratiano non esse approbatas, vt pro canonibus seruentur, nisi inserantur in ipsismet canonibus per Authores eorũ, vt ibidẽ [o] idem Felin. addit hæc verba. *Prædicta auth. hoc ius. licèt inseratur à Gratiano in suo Decreto, nõ tamẽ inseritur alicui canoni per auctorẽ eius, & ita non seruatur, vt ius canonicũ.*

6 Quò fit, vt demiret Illustrissimũ Cardinalem à Turrecremata virum alioqui doctissimum tradẽtem latè hic [p] totam formam præfati §. *hoc ius*. seruandam contra omniũ ferè canonum peritorum sententiam in multis locis receptam, præsertim per glossam & Innocentium & communem maximè Francum [q] & Panormitanum communiter receptum. [r]

7 Sexto annoto, quòd non est seruanda hodie solennitas illa etiam iure canonico inducta, quę olim seruabatur, & ponitur in cap. *casellas*. [s] quia sufficit, quòd in alienatione rei Ecclesię Cathedralis interueniat consensus Episcopi, & sui Capituli, præcedente tamen saltem vno tractatu, [t] & in alienatione rei Ecclesię Abbatialis, seu collegiatæ, seu parochialis consensus Abbatis, & Conuentus, & Episcopi, [v] quod est intelligendum de Abbatibus & Prælatis subiectis Episcopis, non autem de exemptis ab eis, per Clementinam 1. iuncta glossa. [x]

8 Septimo annoto ex glossa quòd alienatio rei Ecclesię facta nõ seruata forma supradicta est ipso iure nulla quoad forum exterius, quod communiter est receptum. Tum quia forma dat esse rei. [y] Tum quia cap. *sine exceptione*. [z] habet illam esse irritam. Tum quia licèt consuetudo possit addere solennitatem alienationi rei Ecclesiæ, non tamen potest tollere illam, quæ inducitur per d. cap. *sine* secundum Ioannem Andream & Panormitanum communiter receptos, [a] quia esset grauosa Ecclesiæ, ob quod consuetudo definit esse valida. [b] Dixi supra, *quoad forum exterius* nam quo ad forum conscientiæ tantùm valet interdum, vt dicetur in 11. annota.

9 Octauo annoto, quòd alienatio rei Ecclesię facta cum solennitate debita valet, licèt fiat sine vlla iusta causa prędictarum quatuor vt ait glossa similis in cap. *sine exceptione*. [c] cuius tamen contrarium est tenendum, per glossam in ca. 1. [d] quam Antonius, Panormitanus & communis sequuntur, & Panormitanus cum glossa [e] & Ioannes Andreas, Dominicus & Francus, [f] & videtur irrefragabiliter probari per d. cap. *sine exceptione*. & quòd necessariò requiritur saltem vnus tractatus inquisitionis super iustitia causæ alienationis, an ea subsit saltem quo ad forum exterius, per dicenda infra: [g] nam & alienatio rei minoris sine iusta causa facta non valet, etiam si fiat cum decreto iudicis, [h] & quamuis Felinus nitatur saluare hanc glossam [i] quando subest aliqua causa, quę apparet iusta, licèt non sit verè iusta, per dictum Antonij, [k] nobis tamen contrarium videtur. Tum quia nullum textum, nec rationem efficacem allegat pro se, vt discedamus à regula iuris, à qua non est discedendum sine tali textu, vel ratione, iuxta glossas receptas. [l] Tum quia contra illum facit, quòd consequeretur illius opinionem, quòd vix vnquam daretur alienatio vlla, quæ esset nulla propter solũ defectum causæ alienandi. quoniã quasi semper videtur alienantibus iusta, illa causa, propter quam rem alienant. Tum quia licèt manifestiùs esset nulla, quãdo nulla causa etiam apparens interueniret, per nullam tamẽ bonam consequẽtiam sequitur, alienationẽ factã cum causa apparenti valere, ex eo quòd facta sine vlla etiã solùm apparenti esset manifestius nulla, & ita prefata limitatio non videtur firma, licèt eam etiã antè Felinus dixisset perpetuo notandam ad limitandam communem opinionem Ioannis Bertachani. [m] vbi etiam ipse ait contra glossam hanc esse communem opinionem.

10 Fateor tamen, quòd apparentia iustitiæ causæ posset excusare alienantem à culpa mortali, licèt alienatio esset ipso iure nulla: quia qui bona fide facit aliquid contra legem humanam, putans se iustam causam habere id faciendi non peccat mortaliter, vt diximus in Manuali confessl. [n] post mentem S. Thomæ, [o] & Archidiaconum [p] & Panormitanum [q] & alia, quæ infra [r] dicentur.

Nono annoto, quòd Ecclesia, quæ per alienationem notabiliter lædit, potest petere restitutionem in integrum. [s] Non obstat, quòd petitio restitutionis in integrũ, quod est extraordinarium remedium non datur ei, cui iure communi competit remedium, ordinarium, [t] & quòd si alienatio facta non seruata forma debita, vel in casu non licito, est ipso iure nulla per proximè dicta, competeret agenti remedium ordinarium nullitatis ad se indemnem seruandum, vt habet præfata l. *in causæ*. ponendo exemplum de pupillo cõtrahente sine tutoris auctoritate. non inquam hoc obstat: quia fieri potest, quòd Ecclesia in casu licito, & seruata forma alienet, & lædatur decepta in pretio, vel qualitate, aut quantitate rei alienatæ, vel pro pretio, aut permutatione rei acceptæ.

11 Decimo extra glossam addo quæstionem illam quotidianam, An Prælatus, qui iurauit non alienare bona Ecclesiæ posit alienare illa iustè occurrente iusta causa, & seruata forma. Et quidem pro parte affirmante facit primo cap. 2. de feudis. [v] Prælatum, qui iurauit non infeudare de nouo Romano Pontifice inconsulto, posse infeudare rem prius infeudatam, & ad Ecclesiam reuersam. Secundo, quòd cap. vlr. [x] habet Prælatum posse, non obstante prædicto iuramento, ædificare nouam Ecclesiam, quæ debet ædificari iure, licèt per hoc fiat aliqua rei Ecclesiæ suæ alienatio. Tertio facit cap. *vt super* [y] quod habet, iuramento tali non obstante posse Prælatum alienare possessiones Ecclesiæ suæ minus vtiles pro vtilioribus. Quarto, quòd ex prædictis capitulis videtur colligi, quòd iuramentum de non alienando rem Ecclesiæ, restringitur ad alienationes illicitas, & non includit liciras.

a *In dem. 1. de reb. eccles. non alienat.*
b *In l. 1. ff. si ager vectig. vel emph. petatur.*
c *10. quæst. 2.*
d *Infra. ead. §. 2. nu. 5.*
e *C. de admin. tutor.*
f *De locato. & c. 1. ne prælati vices suas.*
g *In Authen. de nuptiis. §. quia parum. coll. 2. & l. Aristo. §. fin. & l. seq. ff. de iure deliberandi.*
h *Inf. ead.*
i *De rebus eccles. non alie.*
k *C. de sacros. eccles. lis.*
l *10. q. 2.*
m *De rescrip.*
n *Nume. 59.*
o *Num. 43.*
p *Numer. 3.*
q *In cap. 1. de reb. eccles. non alienan. lib. 6. super verbo tractatus.*
r *In d. c. nulli. nu. 6.*
s *10. quæst. 2.*
t *Cap. sine exceptione. inf. ead.*
v *Cap. abbatibus. supra ead.*
x *In verb. proprij. de reb. Eccles. non alienan.*
y *Cap. eccles. de consecra. dist. 1. ca. cum dilecta. de rescrip. vbi late Felin. à nu. 6.*
z *Inf. ead.*

a *In d. c. nulli.*
b *Cap. 1. de consuet.*
c *Infra ead.*
d *De restit. in integ. super verbo redire.*
e *In c. ad nostram. de re. eccles. non alien. & in c. nulli. n. 6. eod. tit. & in ca. tua. de his quæ fiunt à prælatis.*
f *In c. 1. reb. eccles. non alien. lib. 6.*
g *In 11. annotat ca. 1. & ibi omnes, de rebus eccles. nõ alien. li. 6. hl. magis puto. §. ex alienum. ff. de rebus eorum, qui sub tutel. vel cura. sũt.*
i *In cap. quæ in ecclesiarũ. n. 5. de consti.*
k *In c. tua. de his quæ fiunt à prælato.*
l *In l. omnis. ff. de regul. iuris, & in rub. eod. ti. lib. 6.*
m *In tract. de Episcopo. 4. par. q. 20. in 5. vol. tract.*
n *Ca. 23. nu. 43.*
o *12. qu. 96. art. 6. & 2. 2. q. 147. art. 3.*
p *In c. cum. 76. dist.*
q *In rub. de obser. ieiunior.*
r *In annotatione 11.*
s *Per ca. 1. de restit. in integrum.*
t *In causæ. 2. ff. de minoribus.*
v *Quatenus habeat.*
x *De eccles. ædifican.*
y *De reb. eccles. non alienan.*

12 Quinto, quòd iuramentum non est vinculum iniquitatis, id est, non obligat iurantem ad iniquitatem faciendam. [a] at bonus Prælatus tenetur alienare res Ecclesiæ seruata forma iusta causa suadente, per supradicta: [b] ergo non debet ei obstare iuramentum iustum de non alienando. Sexto, quòd iuramentum limitatur secundum cõditionem materiæ, in qua ponitur, [c] & alienatio rei Ecclesiæ solum prohibetur, quando non occurrit iusta causa, vel non seruatur forma per prædicta. ergo etiam iuramentum debet restringi ad alienationem, quæ sit sine iusta causa, vel non seruata forma. Septimò, quòd iurans non alienare res Ecclesiæ, potest alienare res inutiles, iuxta glossam [d] & Calderinũ, [e] vbi sequitur Federinũ de Senis. [f]

Sed contra hæc omnia facit primò, quòd hodie communiter de stylo curię Prelati prouisi à Papa iurant se non alienaturos bona suarum Ecclesiarum inconsulto Papa, vt habet glossa, [g] imo deberet hodie præstari etiam de iure, per præfatã extrauagantẽ I. [h] adeo quòd de stylo Curię præsumitur præstitũ, etiam si aliàs non probetur, vt fertur determinasse Rota, [i] nec abs re: quia consueta & debita fieri præsumuntur facta, vt habetur l. vlti. [k] & in cap. *cum M.* [l] ex quo hoc norant Panormitanus & alij præsertim Felinus, qui [m] plurimis exemplis vtilibus dilatat, & frustra fieret, & frustra præsumeretur esse factum si tale iuramentum non extenderetur ad licitas alienationes: quia illicitæ non debent fieri etiam cum licentia Papæ, & eo consulto, nisi de absoluta potẽtia de illicito faceret licitum. [n]

Secundò, quòd verba illa debent operari aliquid, [o] & si non obstante illo iuramento possent alienare in casu licito, & seruata forma nihil operarentur.

Tertiò quòd omne iuramentum, quod potest seruari sine interitu, & dispendio salutis æternæ, seruandum est, [p] & talia sunt iuramenta præfata de non alienando inconsulto Papa, cùm sanctè seruari possint.

Quartò est argumentum Panormitani, [q] quòd actus, qui debet fieri consulto prius alio non valet, si fiat antequam consilium petatur, & expectetur, [r] licèt petito consilio factus valeat, quamuis non fiat secundum consilium datum, cap. cum olim. de arbitris.

Quintò, quòd Ioannes Andreas quem sequitur Panormitanus dicit, [s] quòd aliquot Doctorum consuluerunt in contrarium, sed non potuerunt suum consiliũ defendere.

Sexto, quòd multa vtilia licita prohibentur, ne fiant sine consilio Papæ, quò fiant cautius & consultius, vt in ca. *aduersus.* [t] per quod prohibentur Ecclesiasticæ personæ contribuere necessitatibus laicorum grandibus, sine licentia Papæ, non quod id per se sit illicitum, sed vt cautius, aut consultius fiat.

13 Septimo denique serio grauissimè, subq́ue magnis pœnis statuit præfatus Paulus I I. in præfata extrauagante I. [v] disiunctiuè contra eos, qui alienarent contra illam suam constitutionem: aut inconsulto Romano Pontifice, scilicet, quòd alienatio esset inualida, & accipiens esset excommunicatus, & alienans incurreret graues pœnas ibi contentas: & consequenter ad eas incurrendas sufficit, quòd alienatio fiat contra tenorem illius constitutionis, vel inconsulto Sũmo Pontifice, cum ad veritatem disiunctiuæ, sue alternatiuæ sufficiat alteram partem esse veram, [x] cui consequens est, quòd tam alienans inconsulto Romano Pontifice, quàm qui alienat contra præfatam constitutionem peccat, & incurrit pœnas prædictas.

14 His pro vtraque parte perpensis, respondeo primo esse qui dicant, in quibus videtur esse Iason [y] alienationes huiusmodi facientes fieri quidem periuros, sed alienationes valere. pro quo adducit multa citans ad hoc multos, & in his Innocentium, Panormitanum & Communem, [z] dicentes, actum factum contra iuramentum communiter valere: ita quòd non redditur inualidus eo solo, quòd fiat contra iuramentum. pro quo est textus in cap. *sicut ex literis.* [a] ex quo Panormitanus colligit hoc habere locũ etiam in actu spirituali. pro quo etiam est ca. I. [b] quod ipsum tenet etiam idem Panormitanus: [c] idem vult Bartholus [d] dicens valere testamentum secundum factum ab eo, qui iurauit non reuocare primum. idem probat textus in ca. fi. [e] quod habet, reuocationem procuratoris factam ab eo, qui iurauit eum non reuocare, valere, licèt ipse fiat periurus

a *Cap. quanto. de iureiuran. & ca. 1. eodem tit. lib. 6.*
b *In nota. 2.*
c *l. fin. C. de non num. pecun. & cap. veniens. & c. venientes. & cap. quintaualles. de iure iuran.*
d *In verbo assensu. ca. vt super. de reb. eccle. non alienan.*
e *In cons. 7. eodem tit.*
f *In cõs. 110.*
g *In dicto c. vt super. & cap. fin. de ec cle. ædifician. & c. 2. de feu dis.*
h *De reb. eccle. non alienan.*
i *In decisio. Crescentij.*
k *C. de fide ius.*
l *De constit.*
m *In num. 6.*
n *Arg. c. proposuit. de con cess. prebendæ.*
o *Cap. in his. de priuil. & cap. si Papa. eod. tit. lib. 6.*
p *Cap. si verò. de iureiura & c. quæ uis. de pact. lib. 6.*
q *In d. cap. fi.*
r *Ca. cum in veteri. de elect.*
s *In ca. fin. de eccle. ædif.*
t *De immunitate eccle.*
v *de rebus eccle. non alie. vers. siquis autem.*
x *Ca. in alternatiuis. de reg. iur. lib. 6. & l. plerumque ff. de iure dotium.*
y *In l. ea lege. n. 13. ff. de verb. oblig.*
z *In c. dilectio de præben.*
a *Et in c. de illis. de sponsa.*
b *De sponsa duorum.*
c *In c. intellecto. in penult. & vlti. col. de iureiurã.*
d *In l. si quis in principio testamenti. in vlt. col. ff. de leg. 3.*
e *§ fin. de procurat. lib. 6.*

A idem tenet Imolensis, [a] qui in duobus locis tenet venditionem vnius rei factam secundo emptori contra iuramentum factum priori emptori de non vendendo alij valere, adeo quidem quòd si ei tradatur priusquàm priori, fiet sua, quem sequitur Iason. [b]

Secundò respondeo, quòd licèt hæc opinio posset vtcumque defendi quo ad illam partem, qua tenet alienantem fieri periurum, non tamen potest sustentari quoad illam, qua tenet alienationem valere, saltem quo ad forum exterius. quia præfatus §. I. extrauagantis I. [c] expressè continet, nullam alienationem talem valere. Et ad omnia argumenta in contrarium respondetur concedendo, quòd alienatio facta cõtra iuramentum valet quidem: ita quòd ob solam iuramenti transgressionem non desinet esse valida, nisi per legem ipsam inualidetur: quod etiam ipsemet Iason [d] sentit, quatenus argumento sexto dicit, quòd regulariter tenet actus factus contra iuramentum, si lex non aliter resistit. At in casu nostro proposito lex ipsa Papæ in dicta extrauaganti resistit valori præfatæ alienationis, dum ait alienationẽ rei Ecclesiæ non valere, quando fit contra illius extrauagantis dispositionem, vel cum fit inconsulto Papa. quod nec Iason, nec Calderinus quem ipse citat, satis animaduerterunt, neque alij, qui sequuntur eos, qui præfatam extrauagantem non viderunt, vel non satis perpenderunt, quod debuerunt perpẽdere, etiam illa sola consideratione, quòd maiori curæ fuit præfato Paulo, & fuit, & est omnibus summis Pontificibus conseruatio bonorum Ecclesiarum, ne per alienationes pereãt eis, quàm castigatio periurorum, & ita firmiter credimus resolutionem præfatam Iason & eorum, qui sequuti sunt illum, vtcumque defendi posse ab argumentis contra eum factis per antiqua iura, sed non argumento sumpto ex præfata extrauagante I. & consideratione prædicta. & quòd nullius, vel parui momenti esset clausula illa, quæ in omnibus prouisionibus ponitur, per quam omnes Prælati prouisi tenentur iurare, & iurant, vel præsumuntur iurare de non alienando bona Ecclesiarum inconsulto summo Pontifice. Dixi supra, *quo ad forum exterius.* nã in annotatione sequenti dicetur quid sit seruandũ quoad forũ interius.

Tertio respondeo, quòd huiusmodi Prælati, & beneficiarij alienantes fiunt periuri: & si sunt Episcopi, vel Abbates suspenduntur ipso iure ab ingressu ipsius Ecclesiæ, & si per sex menses in tali suspensione perseuerauerint à regimine, & gubernatione suarum Ecclesiarum sunt suspensi: & qui alienata recipiunt sunt ipso iure excommunicati: alij verò inferiores alienantes beneficiarij siue regulares, siue sæculares, siue simplices, siue curati fuerint, ipso iure priuantur beneficiis, quæ habuerint in Ecclesiis, quarum bona alienarunt, ita quòd absque alia declaratione possint conferri à Papa, vel ab his, ad quos collatio eorum spectat, per extrauagantis præfatæ tenorem.

15 Vndecimo annoro etiã extra glossam dubitari frequẽter de quibusdam beneficiariis tam regularibus, quàm sæcularibus, qui aliquas domos, & aliqua prædia solent bona fide locare ad vitam, vel ad aliquas generationes, vel in perpetuum ob veram vtilitatem, vel necessitatem Ecclesiæ sine solennitate canonica, & inconsulto Romano Pontifice, scilicet an peccent mortiferè, & incurrant pœnas præfatæ extrauagantis, & præfatæ clementinæ & aliorum iurium imponentium pœnas contra res Ecclesiarum alienantes. Et pro parte quidã affirmante facit præfata extrauag. I. Pauli II. [c] & clemẽt I. [f] quę omnes regulares sic alienantes suspendũt ipso iure. faciũt & alia omnia iura, quæ probãt peccare omnes beneficiarios, qui sine iusta causa, & nõ seruata forma iuris alienant bona Ecclesiarũ suarũ, quorũ de numero sunt c. *sine exceptione.* [g] & *c. nulli.* [h]

16 Pro parte autem negante facit primò, quòd præfata extrauagans, & præfata clementina non loquuntur de quocumque alienante, vel locante, sed de præsumente id facere, & lex posita contra præsumentem aliquid facere, non comprehendit eum, qui absque dolo, vel contemptu bona fide, vel simplicitate facit, iuxta Cardinalem clementina I. [i] per quam nos decidimus quamdam quæstionem quotidianam in repetitione cap. *accepta.* [k]

Secundò, quòd præfata extrauagans non fertur contra illos, qui alienant, vel locant res Ecclesiæ in casibus

a *In c. cũ contingat. de iureiuran.*
b *In l. quoties. C. de rei vendicat.*
c *De reb. ecclesiæ non alienan.*
d *In dict. nu. 23.*
e *De rebus eccles. non alienan.*
f *Eiusdem ti.*
g *Infra eod.*
h *Et c. ad nostram. de reb. eccles. non alienan.*
i *q. 30. de priuilegiis.*
k *De restit. spol. oppositio. 8.*

à iure permissis. At præfati beneficiarij præfatas domos locant in casu à iure permisso, scilicet causa vtilitatis, necessitatis, & pietatis, de quibus dictum est supra notabili tertio.

Tertiò, quòd is, qui facit aliquid contra legem humanam, putans se iustam causam habere id faciendi, non peccat mortaliter, quod supra [a] confirmauimus auctoritate S. Thomæ recepta.

Quarto, quòd non peccat mortaliter, qui transgreditur legem humanam male intellectam, sed credens bona fide ita esse intelligendam, secundum Innocentium receptum in ca. *per tuas:* [b] quod cum multis aliis ad hoc propositum facientibus adducit Felinus. [c]

17 Quinto, quòd electus à Capitulo in Prælatum contra formam à lege humana introductam, censendus est in foro conscientiæ bene electus, si fuerit electus rectè secundum iura naturalia, vt singulariter dicit Innocentius, [d] quem sequitur, & commendat multum Panormitanus, [e] applicans illud ad quæstionem nostram de alienante rem Ecclesiæ non seruata forma iuris humani positiui, & determinando valere illam quo ad forum conscientiæ, dummodò seruetur forma iure naturali necessariò seruanda, scilicet quòd consentiant in illam ij, ad quos spectat iure naturali alienatio, potestas alienandi, & subsit causa iusta faciendi. Idem tenet ipsemet post Antonium [f] & Felinum. [g]

Ex quibus colliguntur tria. Primum, quòd alienatio rei Ecclesiæ facta ex causa vera necessitatis, vtilitatis, vel pietatis à beneficiario non seruata forma inducta iure positiuo valet in foro conscientiæ, modò sine deceptione consentiant beneficiarij alienantes, & alienare potentes.

Secundum, quòd beneficiarius, qui alienat iusta de causa rem Ecclesiæ inconsulto Papa, etiam cùm consilium eius requiritur quoad forum exterius, bona fide faciens conditionem Ecclesiæ meliorem, non peccat quoad Deum mortaliter, nec incidit in pœnas præfatæ extrauagantis. Tum quia non frangit legem per præsumptionem. Tum quòd alienat in casu permisso à iure. Tum quia licèt non seruet formam alienandi iuris humani: seruat tamen formam iure naturali, & diuino necessariam. quæ est magna consolatio multorum, qui per simplicitatem, vel ignorantiam alienant res Ecclesiæ inconsulto Papa, etiam cùm consilium eius requiritur quo ad forum exterius. An autem illud procedat in illis, qui non solùm tenentur non alienare sine forma iuris positiui, quod vetat illam, sed etiam in eo, qui iurauit expressè non alienare inconsulto Papa maioris quæstionis videtur, & quidem puto alienationem valere quoad forum exterius, sed alienantem esse periurum quoad vtrumque forum, per supra dicta, [h] quia transgreditur iustum iuramentum contra cap. *si vero.* [i]

18 Tertium, quòd qui alienat domum bona fide tanta pensione perpetua, quanta colligitur singulo quoque anno non seruata solennitate iuris, non videtur peccare mortiferè quoad Deum: nam facit conditionem Ecclesiæ meliorem: quia exonerat eam ab onere reficiendi rem locatam, & etiam soluendi illius onera, quæ tenebatur soluere locando eam in singulos annos, per notata in l. I. & 2. [k] & Iasonem. [l]

19 Duodecimo annoto etiam extra glossam cuipiam fortè videri posse, nullum qui alienat male rem Ecclesiæ etiam sine iusta & vera causa, & forma iuris alienandi non peccare mortiferè, nec incidere in pœnas prædictas etiam quoad forum exterius. Primò quidem, quòd paria sunt non facere, vel inutiliter, vel nulliter, vel inualidè facere iuxta l. 4. [m] quatenus habet non censeri condemnatum illum, qui non est ritè condemnatus.

Secundò, quòd verba cum effectu sunt intelligenda, iuxta l. I. §. *hæc verba.* [n] qui transfertur in cap. *hæc verba.* [o] & habet paria esse non statuere, vel inutiliter id facere ob defectum potestatis statuendi, vel alium, ad hoc, vt quis non teneatur seruare id quod in alium statuit. & l. *quoties,* [p] quę habet non censeri satis datum, nec satis cautum, si vitiosè id factum est.

Tertio, quòd non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, iuxta capit. *non præstat.* [q] cum his

a *Notabili 8.*
b *In annot. 10. nu. 14.*
c *In ca. fallentia 7. de reiudi.*
d *2. de simo.*
e *In ca. quod sicut. de electio. nu. 8.*
f *In cap. quia plerique. de immunit. eccles.*
g *In c. 1. fallen. 6. n. 30. de constitu.*
h *In annot. 10. nu. 14.*
i *De iurein. & ca. quamuis pactum. de pact. lib. 6.*
k *C. de pericul. & commodo rei vend.*
l *In l. 1. nota. vlt. nu. 13. & seq. C. de iure emphiteu.*
m *§. condẽnatum. ff. de re iud.*
n *ff. quod quisque iuris.*
o *De pœn. d. 1.*
p *ff. qui satisda. cogant.*
q *De reg. iur. lib. 6.*

A quæ adducit Felinus, [a] dum confirmat glossam eius, [b] quatenus ex ea infert de rescripto nullo, & inualido non esse faciendam mentionem, & ea quæ adducit Iason, [c] cui nos addimus aliqua in dicto cap. *hæc verba.* [d]

Quarto, quòd Baldus [e] quem sequitur Iason vbi supra, dicit emphiteutam nõ perdere emphiteusim propter inutilem alienationem. cum ergo qui alienat rem Ecclesiæ facit actum inualidum, & nullum, vt dictum est supra, [f] ergo videtur nihil facere, & consequenter non peccare alienando nulliter.

Sed contrarium est tenendum. Tum quia nemo incurrit excommunicationem maiorem à iure latam, nisi ob peccatum mortiferum. B At qui rem Ecclesiæ malè, & sine iusta causa alienat, regulariter incurrit excommunicationem maiorem, si est inferior Episcopo, vel Abbate, & sententiam suspensionis ab officio, si est maior illo, per præfatam extrauagãtem Pauli I I. ergo peccat mortaliter. Tum quia, falsa videtur illa conclusio, quæ habet facientem actum inualidum & nullum non peccare, & non incurrere pœnam: nam qui committit simoniam realem in beneficio, vel ordine, peccat peccatum simoniæ, quod est mortiferum, [h] & incurrit excommunicationem maiorem, per extraug. 2. [i] attamen facit actum nullum, & inualidum, vt probatur in præfata extrauagãti, & etiam nos tradimus post alios in Manu. Confess. [k] & qui contrahit matrimonium cum religiosa, cõsanguinea, vel affine peccat, C & incidit in excommunicationem maiorem, [l] & tamen facit actum inualidum, & nullum, vt palam est: & qui Iudex ecclesiasticus fert sententiam iniquam mortis, vel aliam scienter contra legem peccat mortaliter, & incurrit suspensionis sententiam, iuxta capit. I. [m] attamen sententia ipsa est actus nullus, & inualidus, [n] & innumeri alij actus tam iudiciales, quàm extraiudiciales fiunt inualidi, & inutiles, attamen fere omnes qui illos faciunt peccant mortaliter, & complures eorum incurrunt pœnas, censuras, & alias pœnas ciuiles, & criminales.

Non obstant citata in contrarium, ad primum enim respondetur, vt satis respondi in d. cap. *hæc verba.* [o] dicendo in summa, quòd nec illud, nec similia ibi allegata intendunt statuere, quòd per omnia sunt paria, non facere & inutiliter facere, sed tantùm quo ad aliqua, quæ colliguntur ex propria verborum significatione, vel ratione, seu ex tacita mente auctorum ipsorum, vel ex aliis iuribus: quamuis enim cap. *inter corporalia.* [p] habeat paria esse non habere Prælatum, vel habere inutilem, & glossa [q] habet paria esse non habere maritum, vel inutilem, non tamen est id verum quoad omnia. quicquid sentiat additio quædam impressa eiusdem glossæ, vt diximus in d. cap. *hæc verba.* [r] sed quoad quædam, quæ significantur per verba eorum secundum significationem propriam, vel per rationem, vel mentem tacitam auctorum eorum, vel aliorum iurium.

20 Ad secundum respondetur, quòd resolutiùs, & clariùs, quàm alius vsque ad nos respondimus in d. capit. *hæc verba* [s] scilicet, quòd illud elogium, *Verba cum affectu sunt intelligenda.* non sunt capienda de quolibet effectu, siue significatu verborum, vt aliqui malè putant, sed de illo, quem verba propriè significant, nempe voluntatem tantùm, si solam eam requirant, conatum autem & initium, si ea tantùm desiderant, opus autem & eius perfectionem, si eam requirant, nisi aliud de mente disponentis appareat, vel constare, aut præsumi debeat: & quòd id quod est volendum, conandum, incipiendum, vel perficiendum, fiat vt conuenit ad finem, quem proferens illa intendit. quod vltimum sensit Iurisconsultus [t] significando, quòd non sufficit præstare quouis modo effectum verborum, sed iuridicè, ac validè.

Ad tertium respondetur, quòd regula præfata habet multas fallentias, vt tradunt ibi glossa & Doctores: fallit enim, vt ait glossa ibi communiter recepta, in delictis & maleficiis, quæ licèt iure non sortiantur effectum, attamen impediunt delinquentes & male facientes à promotione, & incidunt in censuras, & alias pœnas, vt supra est tactum. fallit item quoad impedimenta quæ expresso iure producuntur, [v] vt tradit eadem glossa communiter recepta. fallit item cùm tacita voluntas resultans ex illo

a *In c. ex tenore. de rescrip. num. 6.*
b *In verbo caueat.*
c *Ind. l. quoties. & in l. fi. q. 22. n. 139. & seq. C. de iure emphiteu.*
d *De pœn. d. 1. à nume. 4. & 10.*
e *In l 2. col. 2. C. de epise. audi. num. 3. f. In annot. 7. & 8.*
f *Cap. nemo. & ca. nullus. 11. q. 3.*
g *Ca. tanta. de simo.*
h *2. simon.*
i *Ca 23. nu. 102 & seq. l Clem. 1. de consang. & affi.*
k *De iudi lib 6.*
l *Capitul. 1. de ve inditc.*
m *Nume. 5.*
n *De' transl epise.*
o *In l. plagiarij. ff. ad l. Flauium de plagia.*
p *à n. 4. & s.*
q *à nu. 10. & 11.*
r *In d. §. hæc autẽ verba.*
s *Ca. discretionem. de cognat. spiri.*

actu inutiliter facto sufficit ad producendum impedimentum, vt Dinus, Ioannes Andreas & Francus ibidem dicunt,& proposita quæstio tractat de delicto, & maleficio sacrilegij, quod admittitur vendendo rem sacram: qualia sunt omnia bona Ecclesiarum, vt diximus in tracta. de redit. eccles.[i] a poſt S. Thomam [b] & probatur in cap. *prædia*.[c]

Ad quartum respondetur primo, concedendo, quòd emphiteuta non perdit emphiteusim per venditionem inutilem,sed negando quòd non peccat:quia hoc non sequitur ex illo:nam innumera mala sunt,quæ ipso iure sunt nulla, sed facientes ea peccant, & incurrunt pœnas aliquas, vt prædictum est. Secundò, quòd ratio quare emphiteusis non perditur per venditionem inutilem est, quòd ex propria verborum significatione l. fin. [d] id colligitur,quatenus ter ponitur in d.l. verb. *transferre*. significans non sufficere venditionem inualidam,per quam non transfertur ius emphyteuseos in emptorem, etiam si dominus vellet, quod non animaduertunt Baldus nec Iason. [e] Ratio autem quare peccat est, quia contra legem tam canonicam quàm ciuilem facit, & ita non est eadem ratio excusandi eum à peccato, & à perditione emphyteusis,imo diuersa,& à diuersis non fit illatio.[f]

SVMMARIVM.

21 Locatio ad triennium vetita vt variè seruatur.
22 Pretium iustum vtilis dominij tantùm non est iustum eiusdem,& directi.
23 Alienantem malè decet reuocare benè.
24 Alienans an accipiens malè debeat restituere damnum.
25 Alienandi à peccato,& restitutione quis excusatur.

21 DEcimotertio annoto etiam extra glossam, quòd præfata clementina 1. & præfata extrauagans 1. Pauli II. eiusdem tituli non sunt receptæ in omnibus terris eodem modo, quo ad illam partem qua vetant locari prædia ecclesiastica vltra triennium: in terris enim, in quibus quotannis prædia iustum fructum ferunt, recipiuntur vt iacent, scilicet vt vltra triennium non locentur,nec conducantur. In terris autem illis, in quibus prædia non ferunt communiter iustum fructum quotannis locantur ad plures annos:vt in Lusitania, vbi oliueta,quæ non ferunt quotannis iustum fructum, sed tantum vnum biennio, locantur ad quadriennium, eo quòd triennio non possunt capi tres fructus,imo nec duo,& ita oportet, vt locentur ad duos tantùm, vt conductor recipiat vnum tantùm iustum fructum, aut ad quatuor, vt recipiat duos fructus,aut ad sex vt recipiat tres. Et, vt audio,in aliquot aliis terris, in quibus tardiùs percipitur vnus iustus fructus,locantur ad longius tempus, ad octo videlicet, vel ad nouem:ita quòd consuetudo videatur interpretari iura vetantia locationem vltra triennium,vt intelligatur de tot annis: quot requiruntur ad hoc, vt tres fructus iusti percipiantur. Quæ est nouissima declaratio illorum iurium ad tollendos plurimos scrupulos, quibus aliquos pios vidimus,& audiuimus vexari.

Decimoquarto annoto etiam extra glossam, dubitatum fuisse grauiter in quadam magna causa quorumdam varij generis bonorum & iurium illustris monasterij & hospitalis Roncæuallis regni Nauarræ in variis & diuersis locis regni Vvandaliæ in Hispania sitorum, & concessorum in emphyteusim cuidam nobili, & potenti an pretium,quod esset iustum redituum eorum,seu vtilis dominij, remanente proprietate apud Roncæuallem, esset iustum pretium eorumdem coniunctorum cum dominio directo & proprietate. Cuius dubij partem affirmatiuam quibusdam eruditis asserentibus nos consulti respondimus contrarium. Tum quia negari non potest pluris valere bona cum directo & vtili dominio, quàm cum vtili tantùm separato à directo, cum duo vincula sint fortiora vno. [h] Tum quia bona,quæ plurimùm valent, si vendantur cum pleno & libero dominio directo & vtili, solent in emphyteusim quoad dominium vtile tantùm concedi paruo pretio,vel certè longe minori quàm valent,& vendi possent, si quo ad vtrumque dominium venderentur, vt colligitur ex l.1. &[a] ex notatis in capit. *potuit*. [b] & alibi sæpe. Tum quia,bona præfata concessa fuerunt in emphyteusim ea conditione, vt emphyteuta caderet à iure, & dominio vtili suo, si biennio cessaret à solutione pensionis, & rediret illud ad præfatam Roncamuallem, quæ erat directa domina illorum, vt iure canonico statutum est [c] quamuis in emphyteusi laica requiratur cessatio triennalis, iuxta l. 2. [d] & certum item est tanto minoris rem aliquam valere,quanto maiori onere grauatur,iuxta capit. *cum Ioannes*. [e] & l. *fundi partem*:[f] quam in hoc citat Panormitanus, [g] & spes lucrandi pœnam illam caducitatis pecunia est æstimabilis, & in alium transferibilis. [h] Tum quia emphyteuta non potest ius suum vendere,nisi requisito priùs domino directo, an velit illud eodem pretio emere: & si nolit emere tenetur ei soluere laudemium,quod est quinquagesima pars pretij: & si vendiderit irrequisito domino perdit ius suum. [i] pro quibus est extrauagans Pij V. lata super censibus constituendis relata & declarata à nobis in tractatu de vsur. [k] quibus conditionibus augetur pretium dominij directi, & minuitur vtile. Tum quia,cum conceditur dominium tantum vtile retento directo adduntur conditiones aliquot grauantes feudatarium emphyteutam, vel alium alia ratione assumens vtile dominium, propter quod res valet minus, quàm si concederetur etiam quo ad dominium directum,vt prædictum est. Et in præfata concessione appositæ fuerunt multæ conditiones, in quibus est vna, quòd soluerentur impensæ quas faceret canonicus iens à Roncaualle in Vvandaliam distantem trecentis & amplius miliaribus, & quas faceret in visitando ea. Tum quia Decius [l] probat ordinatum ab Episcopo ad titulum solius patrimonij pertinentis ad eum quo ad dominium directum tantùm, posse vendere illud, & emere alia bona ad se sustentandum, quo Episcopus excusetur ad dandam ei alimoniam: & ita præsupponit multùm posse valere dominium directum tantùm bonorum, ad quod, si res est magna, posse quem ordine etiam sacro insigniri præsupponit idem.[m]

23 Decimoquinto annoto etiam extra glossam,dubium fuisse,an ipsimet Ecclesiastici,qui alienarunt bona Ecclesiæ,possint decenter reuocare alienationem,vel sit eis decus contraire illi,& variare cõtra clementinam 1.de rerum.quæ grauiter damnat eiusmodi variationem, & illusionem personarum Ecclesiasticarum. Cuius partem affirmantem approbantes responderunt Canonicis præfati monasterij,qui in præfatam alienationem consenserunt magno dedecori fuisse præfatam reuocationem, & maiorem esse perseuerantiam, quàm etiam nunc procurant, contra capit. *quod semel placuit*.[n] & contra eos, qui aiunt honorabilium virorum esse seruare illud Pilati. [o] *Quod scripsi scripsi*. Nos autem contra dicimus. Tum per illud Augustini,[p] *magnæ sapientiæ est reuocare hominem quod malè locutus est*. & quòd Alexander III. iubet in specie vt presbyteri, & diaconi, qui Prælatis malè alienantibus consenserint, feriantur anathemate. & glossa eius in verbo prospexerint. probat eos teneri ad procurandam restitutionem, per multa iura ab ea citata, quam omnes Doctores approbant, & ipsemet Alexander iubet, eos alia pœna castigari, nisi Ecclesiæ restituendo prospexerint.

24 Decimosexto annoto dubitatum fuisse,an malè alienans rem Ecclesiæ teneatur restituere damnum datum ei, cui eam alienauit, vel contrà malè accipiens rem alienatam debeat soluere damnum alienanti,vel Ecclesiæ,cuius res est malè alienata:nam pro vtraque parte, & contra vtramque faciunt cap. *ad nostram*. [q] & l. *quod si minor*, [r] quatenus probant eum qui recipit rem malè alienatam teneri ad restituendam rem acceptam, & fructus ex ea receptos,& contrà, malè alienantem teneri ad restituendum malè accipienti labores & impensas ad id necessarias. & cap.fin.[s] quatenus probat,eum qui damnum, vel causam damni dat,teneri ad restituendum illud:& ita probat tam alienantem, quàm accipientem teneri ad restituendum damnum,vel causa damni iniustè illatum. & quòd præfata extrauagans 1.[t] excommunicat tam accipientem,quàm alienantem. Cui dubio arbitror aliter esse frequenter

a C. *de iur. emphy.*
b *De locato.*
c *In d. ca. potuit. de locato.*
d C. *de iur. emphyt.*
e *De fide inſt. ff. de cõtra. empt.*
f *In d. c. cum Ioannes.n.3.*
g *l. ſtem fiturꝰ. C. de donat. &* §. *ex conditionali. Inſti. de verb.oblig.*
h *l.2.& l.3. C.de iur.emphy.*
i *Super.ca.1. 14.q.3.à nu. 84. vſque ad 98.*
k *In c.epiſcopus.de præb.*
l *Ibidem.*
m *De reb. eccleſ.non alien.*
n *De regul. iur.lib.6,*
o *Ioannis ca. 19.*
p *2.2.q.4.ca. magna.*
q *De reb. eccleſ.non alien.*
r §. *reſtitutio.ff. de minoribus.*
s *De iniur.*
t *de rebus eccleſia.in 6 ſiquis aut.*

a *q.1.mon.18. & 41.*
b *2.2.qu.99. art.3.*
c *Infra ead.*
d C. *de iure emphy.*
e *Vbi ſupra.*
f *leg. Papinianus.ff. de minor.*
g *De reb.eccleſ.non alienan.*
h *Capit.1. de treu. & pac.*

quoad forum exterius,& aliter quoad forum interius respondendum: quoad interius enim considerandum est interdum solum alienantem peccare,& tunc solum eum teneri ad restituendum: & interdum solum accipientem peccare, & tunc eum solum debere restituere damnum: & interdum vtrumque peccare,& vtrumque alteri debere restituere. Ecclesiam autem (quia ipsa non peccat, & delictum personæ non debet nocere illi,[a]) neutri vmquam teneri: quamuis suspicer frequenter in foro exteriori partes peccatrices excusare se ab onere restituendi, dissimulando damnum Ecclesiarum, à quo valde cauendum est.

25 Roganti autem quando alienans excusandus sit à restituendo,& quando accipiens? responderem,quòd quando excusantur à peccato. Et roganti quando excusantur à peccato? responderem considerandam esse qualitatem personarum,& negotiorum, & erroris & ignorantiæ, an sint iuris,an facti,& qualis iuris,an diuini,vel humani, & an clari,vel dubij,& qualis facti,an proprij, vel alieni, & an sint personæ, quas omnis ignorantia etiam iuris excusat,vt infans,& furiosus,& an aliæ, quas regulariter nulla excusat,& aliæ quas aliqua excusat, & aliqua non. Et roganti quæ sint illæ? responderem, vt legat attentè ea quæ scribit Felinus qui est auctor omnium omnibus obuius [b] & citatos per ipsum, [c] & si opus fuerit etiam eos quos citati ab eo citant, & etiam quæ nos Deo dante citabimus in commentario cap. *fraternitas*. [d] Quo ad forum autem exterius idem respondendum est, si idem probatur in eo, quod in interiori:sed frequenter in exteriori iudicandum est secundum præsumptiones allegatas & probatas, quæ frequenter sunt contrariæ veritati, & consequenter contrarium est tunc iudicandum in illo foro.

a *Cap. delictum. de regul.iur.lib.6. & c.ſi epiſcopum.16.q. 6.*
b *In capit. de quarta. à n. 24. vſque ad 31.*
c *De præſcr.*
d *Infra ead. cau.& qu.*

FINIS COMMENTARII DE ALIENATIONE RERUM Eccleſiaſticarum.

COMMENTARIVS DE SPOLIIS CLERICORVM.

Super cap. non liceat Papæ. 12. q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Spolij definitio quid nominis, & diuisio.*
1 *D. Ioannes Austriacus spolia opima reportauit, & victoriam natalem ter maximam obtinuit.*
1 *Panniculariæ quæ dicantur.*
2 *Spoliorum definitio, & partium eius elucidatio.*
2 *Ecclesiasticæ personæ dicuntur, & sunt fori Ecclesiastici, Deo donati, conuersi &c. etiamsi clerici non sit.*
2 *Bona patrimonialia, vel quæsita ex eis, vel per industriam, contractus, &c. non dicuntur spolia.*
3 *Bona debita, licèt nondum soluta, & quærenda beneficiario post mortem, censentur spolia.*
3 *Superflua non est repetitio claritatem augens.*
3 *Bona in vita iustè impensa non dicuntur spolia, malè autem, profanè, aut in fraudem Ecclesiæ sic.*
3 *Bona reliquata per beneficiarium ex his, quæ in suos vsus decentes insumere poterat, fiunt illi quasi patrimonialia, nec censentur spolia.*
3 *Bona patrimonialia, vel quasi, non spectant ad spolia, possintque clerici de ijs pro libito disponere, sicut laici.*
4 *Bona ad sustentationem beneficiarij necessaria non pertinent ad spolia, neque illa quæ ipse dum viueret emit pro sua Ecclesia, vel tradidit ei sine fraude, vel aliis operibus piis.*
4 *Bona ex reditibus ecclesiasticis nomine beneficiarij empta, etiam immobilia, pertinent ad spolia.*
4 *Spolia non sunt post Pij V. extrauag ornamenta, paramenta, vasa sacra &c. prout ante, & minus sunt patrimonialia, vel quasi, sed applicantur Ecclesiis.*
4 *Spolia non sunt scamna, mensæ, dolia vacua, &c. etiam ex Ecclesiæ reditibus comparata, alio tamen fine, quàm ornamenta, & paramenta.*
5 *Spolia nulla censentur relinquere beneficiarij, qui dum viuerent, non habuerunt beneficia, vel pensiones excedentes valorem 30. ducatorum auri de Camera, si ab illicita negotiatione abstinuerunt.*

§. I.

PRo fundamento in præsenti Commentario tractandorum assumo celebrem illum canonem Symmachi Papæ, cuius initium est. *Non liceat Papæ.* [a] Et primùm definiam quæ bona dicantur spolia Clericorum. Deinde subiiciam prædicti canonis tenorem, hausurus ex eo quædam, ex quibus deducenda est vera resolutio quatuor dubiorum. Postremò, proponam illa, & simul singulatim resoluam.

1 Definiturus igitur, quæ appellentur spolia Clericorum, dico primùm verbum, *spolium* siue *spolia*, generaliter sumptum, significare omne id, quo aliquis vi, vel sponte exuitur, nudatur, vel priuatur: quia descendit à verbo *spolio*, quod significat exuere, nudare, priuare, vel capere, & ita diuiditur in spolium violentum, & voluntarium. Violentum dicitur, quod vi, vel metu capitur, iuxta rubricam, & totum titulum de restit. spoliat. & cap. *reintegranda*. [b] & iuxta id quod communiter asseritur, spolia opima esse illa, quæ dux exercitus duci aduersario victo aufert, qualia fuerunt ea quę primus omnium Iouis Feretrio obtulit Romulus, Rege Ceninensium manibus propriis in acie occiso autore Liuio [c] cuiusmodi etiam sunt illa ferè, quæ me huic commentario manum extremam addente, reportauit huius mensis Octobris die 7. anno 1571. D. Ioannes Austriacus Diuo illo Carolo V. Cęsare parente natus, Imperatórque gloriosus fortissimi sacri fœderis exercitus, nuper inter S.D.N. Pium V. Regem Catholicum Philippum II. & Serenissimam, vetustissimámque Venetorum Remp. aduersus coniuratum illum, atque Christiani sanguinis sitientissimum religionis Christianæ hostem Selymum icti, quando supra ætatem consilio prouidus, ac manu promptus, superata in Hellesponto classe Turcica, totius Reip. Christianæ incredibili applausu, maximam naualium victoriam Christianorum à Christo nato habitarum diuinitus obtinuit.

Voluntarium autem est, quod sponte exuitur, & relinquitur, iuxta l. 1. [a] ibi, *Ne mutuo amore se spolient*. & iuxta verbum, *spoliatorium*, quod apud Plinium in Panegyri significat locũ, vbi lotùri se in balneis exuunt spõte sẽ suis vestibus.

Ex quibus infertur primò, eos qui dicunt spolia propriè dici, quæ ab hoste auferuntur, rectè dicere, iuxta illud Maronis, * *Egregiam verò laudẽ, & spolia ampla refertis*. modò non addant, sola ea sic appellari: quoniam & vestes, exuuiæ, & alia bona quibus nudamur, vel exuimur, etiam sponte, sic appellantur, per prædicta. Secundò, quòd bona illa, quæ Clerici morientes relinquunt inconsumpta, propriè dici possunt spolia, siue quòd spontè se illis exuunt, siue quòd vi quadã mors exuit eos illis, qua significatione generali, etiam bona patrimonialia Clericorum mortuorũ possent appellari spolia eorũ, partim violenta, partim voluntaria.

Secundo dico, verbum hoc *spolium*, strictiùs accipi ab his qui de spoliis Clericorum scribunt, videlicet, pro iis bonis clerici morientis, in quæ nemo succedit ex testamento, neque ab intestato, communi via, sed alia quadam particulari ratione, de quorum similibus agit singularis lex Diuus. ff. de bon. damna. quatenus habet [d] panniculariã, id est, vestes viles, quas reus attulit in carcerem, & nummos inueterales, cuius nominis significationem dicit ibi se ignorare Budæus: per quos tamen Iurisconsultus intelligit esse illos, quos in victum quotidianum reus affert: & glossa non ineptè declarat pertinere ad optiones, siue custodes, aut custodum adiutores, & speculatorem, reo affecto supplicio: alia verò pretiosiora, & annulos quinque aureis valentes ad præsidẽ in vsus ibi designatos.

* Panniculariã, & nummos inueterales. *Panniculariã sic Iurisconsultus describit l. Diuus Adrianus. ff. de pœnis damnatorum. Panniculariã sunt ea quæ in custodiam recepti, secum attulit. spolia quibus indutus est cum quis ad supplicium ducitur: vt & ipsa appellatio ostendit, pro nummis autem inueteralibus recentiores legunt nummos in ventralem. Est autem ventralis aut ventrale, crumena sic dicta quod quasi fascia ventrem operiret. vide Cuiacium lib. 20. obseruat. cap. 16. & Alciatum 1 parer. cap. 48.*

De spoliis autem strictè, vt hic accipitur verbum spolium, tradunt præ cæteris extrauagans Pauli III. Iulij III. Pij IIII. & Pij V. quarum partes proposito nostro necessarię infra §. 5. transcribentur: secundum quarum auctorum mentem sic possunt definiri. *Spolia sunt bona ab Ecclesiastica persona quæsita immediatè, vel mediatè ex bonis ecclesiasticis, vel reditus eorum ei debiti, quæ non fuerunt ante mortem eius iustè impensa, nec facta iure patrimonialia, nec quæsita aliỳ irreuocabiliter, vel quæ sunt ex illicita eius negotiatione comparata.* Dixi *bona* pro genere, quo omnis bona definitio debet constare, argumento l. 1. [b] vbi Bartholus ab omnibus receptus, & l. 1. [c] & latè tradimus in rubric. de præb. [d] post Decium [e] omnia enim spolia Clericorum sunt bona, non contrà, omnia bona Clericorum sunt spolia. Dixi item generaliter, *bona*, vt comprehenderem tam mobilia, & se mouentia, quàm immobilia, iura, & actiones, quocumque nomine cẽseantur, quæ omnia appellatione generali bonorum continentur, iuxta l. *bonorum*. fcũ ei annotatis per eruditissimum

a 12. q. 1. — aff. de dona. inter virum & vxor.

b ff. de testa. cff. de dolo. d Et in rubr. de prob. e Ibidem.

f ff. de verb. significa.

Alciatum. Dixi, *ecclesiasticę personę*, & non clerici, vt comprehenderem, bona etiam Deo donatorum, conuersorũ, vel monachorum, & aliorum, qui sunt fori Ecclesiastici. hi enim omnes etiamsi clerici non sint, dicuntur Ecclesiasticæ personæ, vt probat textus iuncta glossa in ca. *duo sunt*. [a] & tradit post alios Decius [b] & probatur in ca. *alta*. [c] & latius tradidimus in tract. de redit. eccles. [d] qui post professionem regularem possunt, & solent habere beneficia regularia in titulũ iure cõmuni, & sæcularia in cõmẽdã per dispensationẽ Apostolicã, iuxta ca. *cum singula*. [e] & iuxta latiùs tradita in præf. tract. de redit. eccl. [f] Dixi, *quæsita ex bonis ecclesiasticis*: quia patrimonialia, vel quæsita ex eis, vel per industriã, contractus, aut vltimas volũtates, nõ dicuntur spolia secundum hanc significationem, neque etiam quæsita ratione clericalis dignitatis, & officij, aliũdè quàm ex reditibus beneficiariis: quia illa inter patrimonialia, vel quasi patrimonialia collocantur; vt probauimus in dicto tract. de redit. eccle. [g] Dixi, *mediatè, vel immediatè*; vt comprehenderem, non solùm fructus ex eis collectos extantes, & pensiones ob ea solutas, & pecunias ex locatione seu arrendatione, vel venditione illorũ acceptas, sed & alia bona, & actiones, & iura qualiacunque per emptionem, vel alios contractus ex eis quæsita: vt clarè probant extrauagantes Iulij III. Pauli IIII. & Pij IIII. infra §. 5. relatę, vt in extrauagante Iulij III. insinuabimus. Dixi, *vel reditus eorum ei debiti*, vt comprehenderem bona debita mortuo nondum ab eo apprehensa, eo quòd nondum essent soluta, vel diuisa inter eum, & alios, ad quos eorum pars pertinebat, sed iam erant in horreum, vel cellarium importata, vel saltem à solo separata, & ita iam debita ei, per adducta in dicto tract. de redit. eccle. [h] vel quia post mortem erant quærenda, iuxta consuetudines, vel gratias, & priuilegia Papæ, quibus fructus primi, vel secundi anni post mortem pertinere possunt ad defunctum, iuxta ca. *si propter*. [i] & extrauagantem *suscepti*. [k] quamuis dici posset, hęc satis comprehendi sub verbo illo, *bona*, quatenus comprehẽdit actiones, vt prędictum est: clarius tamen sic dicitur, & quę repetitio claritatem auget, non dicitur superflua, iuxta glossam, [l] tradit Felinus. [m] Dixi, *nondum ante mortem iustè impensa*: quia quæ viuus iustè impendit, non appellantur spolia; illa enim non exuit per mortem, nec mors eum priuat illis. Dixi, *iustè*, quia si profanè, vel malè illa donauit concubinæ, sicario, vel histrionibus, & aliis id genus hominibus, vel in fraudem ecclesię, vel Cameræ Apostolicæ, vel Episcopalis, quibus iure communi, priuilegio, vel consuetudine, spolia eius deberentur, meritò dicuntur spolia, per ea quæ dicta sunt in d. tract. de redit. [n] & probatur per extrauagantem Pauli III. Iulij III. Pauli IIII. Pij IIII. & Pij V. quarũ partes huc pertinẽtes infrà, [o] vt dixi, trãscribentur. Dixi & *non facta iure quasi patrimonialia*, ad excludendum à nomine spoliorum illa, quæ beneficiarius reliquat ex his, quæ in suos vsus decentes insumere poterat, quæ facit sibi quasi patrimonialia, per tradita in præfato tract. de redit. [p] quod paulo post [q] iterum cõprobamus per extrauagãtẽ nouã fœlicis recordat. Pij V. Dixi *nec quæsita aliỳ reuocabiliter*, propter ea quę beneficiarij regulares relinquũtin cõsũpta, quę licet quærãtur ecclesiis eorũ, nõ tamẽ quęrũtur irreuocabiliter, iuxta ea quæ infra [r] dicemus. Dixi tandem, *vel quæ sunt ex illicita negotiatione quęsita*, ad cõprehendendum illa, quæ beneficiarius siue regularis, siue sęcularis quærit, negotiando contra canones negotiationem ei vetantes, etiam aliunde quàm ex reditibus Ecclesiasticis, quæ videtur ampliatio noua, introducta iure nouo extrauagantium Pij IIII. & Pij V. infra relatarum. [s]

4 Ex qua definitione sequitur primò, nũ pertinere ad spolia bona vlla patrimonialia, vel quasi patrimonialia clerici, de quibus pro libito in pauperes, & diuites, in pios & profanos vsus, licitè, sicut laicus, poterat in vita disponere: quoniam omnia illa ex testamento vel ab intestato debẽtur hæredibus, iuxta tradita in d. tract. de red. [t]

Secundo sequitur, quòd non pertinẽt etiam ad spolia bona Ecclesiæ, ex quibus beneficiarius recipit reditus ad sui sustentationem; neque illa quæ beneficiarius emit dũ viueret ex reditibus pro sua ecclesia, vel tradidit ei sine fraude: quia non exuitur eis per mortem; imò eum reperit exutum ipsa mors: quoniam iam tempore mortis Ecclesia fuit eorum domina. [a]

Tertiò sequitur, quòd bona empta ex reditibus Ecclesiasticis à beneficiario sibi, & in vsus suos non pro Ecclesia, quæ non fiunt ipso iure Ecclesię, iuxta tradita in dicto tract. de redit. [b] siue sint mobilia, siue immobilia, pertinent ad spolia: quòd clarè probatur per extrauagantes præfatas.

Quarto, quòd aliqua debebant inter spolia computari ante extrauagãtem fœl. me. Pij V. infrà [c] referendam, quæ post eam non sunt illis annumeranda, puta ornamenta, paramenta, vasa sacra auri, & argenti, & cuiuscunq; alius materiæ, missalia, gradualia, libri musicales, cantus firmi, &c. ad cultum diuinum parata, etiam si nondum sint ecclesiis tradita, vt latius in eius principio continetur. Quę tamen, vt non sunt, nec dicuntur spolia, ita minus dicuntur patrimonialia, vel quasi; quia non possunt disponere de illis beneficiarij, sed debent applicari ecclesiis eorum, vt ibidem disponitur.

Quintò, quòd per eamdem extrauagantem, [d] non debent annumerari spoliis quædam, quæ ante illam annumerabantur; videlicet, scamna, arcæ, mensæ, dolia vacua; etiam ex Ecclesię reditibus comparata, vt latius [e] declaratur. Hæc autem alio fine eximuntur à numero spoliorũ, quàm prędicta; quia hæc ita eximuntur, vt de illis perinde possint clerici sæculares testari, ac de patrimonialibus; illa verò, ita vt iure spoliorum capi non possint, sed debeant remanere ipsis Ecclesiis.

Sextò sequitur, quòd iuridica, sanctissima & vtilissima fuit declaratio illa fœlicis memoriæ Pij V. qua in præfata extrauagante [f] declarauit, nulla bona clericorum, qui dũ viuerent, non habuerunt beneficia, vel pensiones excedentes valorem 30. ducatorum auri de Camera secundũ communem æstimationem, debere dici spolia, si ab illicita negotiatione abstinuerunt: quoniam illa iusta ratione fundari potest, quòd quum quilibet clericus; quamliber simplex, honestè posit impendere suis vsibus 30. ducatos annuos, id quod ex eis reliquat, efficit sibi qua si patrimoniale, per prædicta monita, quod etiam infra super dicta extrauagante notabimus.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus cap. non liceat Papæ. 12. q. 2.*
1 *Papæ nomen, & si Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis conueniat; antonomasticè tamẽ soli Romano Pontif. attribuitur.*
2 *Papa non est verus, & absolutus bonorum Ecclesiasticorum dominus.*
2 *Bonorum Ecclesiasticorum verus & absolutus dominus est* CHRISTVS, *& qua ratione.*
2 *Papa eo temporis momento, quo electus est, accipit à Deo potestatem super totum corpus* CHRISTI *mysticum.*
2 *Papa nulla lege humana ligatur, saltem quoad vim coactiuam.*
2 *Papa lege naturali prohibetur alienare bona Ecclesiastica sine iusta causa.*
3 *Lex naturalis, qua bonorum Ecclesiæ alienatio prohibetur, quæ sit.*
3 *Præcepta decalogi omnia sint naturalia.*
3 *Dominus rei in dubio non præsumitur velle, vt res eius alteri tradatur.*
4 *Beneficiarius rebus Ecclesiasticis in vsus profanos vtens violat præceptum de non furando.*
5 *Episcopus rem ecclesiæ iusta de causa alienare potest, & à fortiori Papa.*
5 *Alienandi rom Ecclesiæ causa iusta triplex.*
5 *Ecclesiæ res vendere licet pro soluendo illius debitũ, non tamen pro debitis Rectoris.*
6 *Alienandi res Ecclesiæ facultas quam habet Papa, diuersa est à facultate inferiorum Prælatorum.*
7 *Electus electione valida iure naturali, licèt inualida iure humano, tuta consciẽtia dignitatem retinet.*
8 *Præsumendum non est iustam causam interuenisse in alienatione rei Ecclesiæ, etiam per Papam factæ, nisi de illa constet.*
8 *Probanda est illa causa sine qua iustè aliquid fieri nequit.*
9 *Intellectus clem. de probatio.*

a Argum l. fi. C. de sacr. sanct. eccles. & l. traditionibus. C. de pact. & §. item per traditionem. Inst. de rerum diuisio.

b q. 1. monit. 47. § §. 8.

d §. & in sup per.

e In illo §.

f §. prateren.

n quæst. 2. monit. 7. o à §. 5.

p quæst. 1. monit. 26.

q In §. sexto.

r §. num. 2.

s §. 6. 7. & 8.

t quæst. 1. monito. 19.

SYMMACHVS PAPA IN synodo 3. cap. 4. & sequentibus vsque ad 9.

NOn *liceat Papæ prædium Ecclesiæ alienare aliquo modo pro aliqua necessitate; nec in vsumfructum rura dare. nisi tantummodo domos, quæ in quibuslibet vrbibus non modica impensa sustentantur. Qua lege omnes custodes adstringantur, vt donator, accensator, venditor honorem perdat. Et qui subscripserit, anathema sit cum eo, qui dedit, vel quirecepit, nisi restituatur. Liceat etiam quibuslibet Ecclesiasticis personis contradicere, & cum fructibus alienata reposcere. Quod non modo in Apostolica seruandum est Ecclesia; verùm etiam vniuersis ecclesiis per prouincias quidem dicitur conuenire.*

* Non liceat Papæ. *Caput hoc collectum est ex pluribus capitibus synodi Romanæ tertiæ sub Symmacho Papa in epitomen tamen redactis. Vbi autem legitur nec in vsum fructum iura dare in Conciliorum editionibus partim legitur, sed nec in vsu fructuario iure aliquibus dare liceat, partim sed nec in vsumfructum iura aliquibus. &c. In vetusto autem MS. est: sed nec vsufructuario aliquibus dari liceat. Quod deinde subiungitur. Quod non modo in Apostolica: in ipsa synodo longe aliter habetur. Huius autem inquit Synodus constitutionis legem in Apostolica tantum volumus sede seruari, vniuersis Ecclesiis per prouincias secundum animarum considerationem, quem proposito religionis conuenire rectores earum viderint, more seruato.*

§. 2.

MVlta notabilia ex hoc canone colligi possent, sed ipse non tangam alia, quàm quę proposito nostro de spoliis conuenient. & primo quidem, ex eo colligitur ampliatio vel declaratio illius conclusionis, quę habet, nõ licere alicui res ecclesiæ pro suo libito alienare, [a] ampliatur enim, vel declaratur per hunc canonem, vt comprehẽdat etiam Pontificem Romanum summum Prochristum, siue CHRISTI Vicarium, quem appellamus Papam: habet enim, *Non liceat Papæ prædium Ecclesiæ alienare.* Nec obstat dicere, quod omnes Episcopi appellantur Papæ: quia de summo *Papa* intelligendus est eius contextus; secundum Archidiaconum communiter receptum & merito: quia licet Patriarchę, Archiepiscopi, & etiam Episcopi, aliquãdo appellentur Papæ, vt colligitur ex suprascriptione ca. *absit.* [b] & tradunt latè citati per glossam pragmaticæ sanctionis Gallicanæ [c] & Sernensis, [d] cuius parum circumspectis deriuationibus huius nominis omissis, illud certissimum desumimus, quod communiter solus PontifexRomanus Maximus appellatur, & debet appellari Papa; quia plus ei conuenit hoc nomen quàm aliis, siue dicamus hoc nomen deriuari ab illo Græco παππας, quod patrem significat, estq; nomen venerationis, vt verò propius videtur; siue dicamus esse compositum ex illis verbis, *pater & patria*, vt significet idem, quod pater patriæ; siue ex illis, *pater patrum*; siue deriuetur ab illa interiectione pape admirantis; ita quod sonet admirabilis, vt dicit glossa singularis: [e] quia licet quilibet aliorum rectè dicatur pater patriæ suę particularis diœcesis, & quilibet admirabilis, ob illam potestatem admirabilem, quam habet super corpus CHRISTI verum & mysticum particularem in vtroque foro, & Archiepiscopi appellari possint patres aliquorũ patrum, etiam Episcoporum suę prouincię: ipse tamen solus summus Pontifex Romanus est omnium patrum, & vniuersalis Christiani orbis, ac totius gregis dominici pater, [f] & pater omnium patrum, & maximè omnium admirabilis, iuxta illud illius Poetę à prefata glo. citati.

Papa stupor mundi, & tandem. *Quę maxima rerum, nec Deus es, nec homo, quasi neuter es inter vtrumque*, cui gl. rectè addita sunt in libro Clementinarum nouè correctissimè Romæ nuper impresso hæc verba. *Hæc verba sano modo sunt intelligenda: prolata enim sunt ad amplissimam potestatis & dignitatis Papæ magnitudinem ostendendam.* propter illam admirabilem potestatem, quam immediatè in ipso temporis momento, quo est electus canonicè, accepit à Deo Optimo Maximo, super totum corpus CHRISTI mysticum iuxta cap. *licet.* & ei annotata: [a] ex qua, veluti fonte perenni, omnium aliorum patrum potestas manat, [b] & ita per antonomasiã meritò appellatione simplici Papæ, ipse solus intelligitur; sicut appellatione simplici Apostoli, intelligimus Paulũ. & Sapientis, Salomonem, & Poëtæ Homerum & Virgilium, & Iuris ciuilis, Romanum, vt habetur in §. *sed ius quidem ciuile.* adiũcta glossa. [c] Dixi superius, *supra totum corpus* CHRISTI *mysticum*, quia super corpus CHRISTI verũ recipit mediante consecratione, siue sacramento ordinis ab alio Episcopo ei ministrato, vt singulariter determinat Cardinalis de Turrecremata. [d] Alia item ratione cõprehendit hic textus summum Pontificem: quia cum negatio prępona tur verbo Papę, perinde sonat, ac si diceret, nulli Papę, iuxta glossam singularem. [e] quę habet negationem prępositam contradictorium omnium quę sequũtur importare: & ita, licet omnes Episcopi appellarentur ex equo Papę, comprehenderetur summus: quia esset vnus ex eis.

2 Secundo noto ex hoc cap. adiunctis prædictis, Papam (qui Pontifex summus est) non esse verum & absolutum dominum bonorum ecclesiasticorum, sicut Laici communiter sunt suorum, & sicut ipsemet & suorum patrimonialium, si alioqui non est religiosus: quia qui verus & absolutus est dominus alicuius rei, potest eam alienare, & donare, & ea vti pro libito. [f] At Papa non potest id facere de bonis Ecclesiasticis per hunc canonem. Ergo &c. confirmatur hoc, eo quòd omnium bonorum Ecclesiasticorum verus & absolutus Dominus est IESVS CHRISTVS D.N. non solùm ea ratione generali qua *Domini est terra & plenitudo eius.* [g] sed etiam ex speciali dispositione, censuráque humana: sicut quilibet alius homo est rei suæ dominus, vt latè simul & efficaciter auctoritate Concilij Tridentini & aliorum multorum, & multis rationibus efficacibus monstrauimus, in tract. de redit. eccles. [h] vltra ibi dicta est illud S. Thomæ. [i] *Res Ecclesiæ, licèt sint Papæ, vt dispensatoris; non tamen sunt eius vt domini, & possessoris.* Quod intelligendum est, de possessione nomine sui ipsius: nam nomine CHRISTI, & tanquã summus eius Vicarius, & procurator, ita est possessor eorum, ac dispensator.

3 Tertiò noto ex eodem canone, adiũctis prędictis, prohiberi Papæ alienationem bonorum Ecclesię sine iusta causa, iure diuino vel naturali, quod est immutabile. [k] nam cum Papa sit summus monarcha, & princeps, [l] & consequenter, nulla lege humana ligetur, [m] saltem quoad vim coactiuam, vt declarat S. Thomas receptus, [n] & cum ligetur hac lege de non alienanda Ecclesię re sine iusta causa, vt hic canon probat, consequitur prędictam legem esse naturalem, vel diuinam, quod etiam sentit Archidiaconus in presenti cum communi, presertim Bellamera qui hoc expressit. [o] quæ tamen sit illa lex diuina, vel naturalis, qua hęc alienatio prohibetur, à paucis exertè declaratur: & quidem Bellamera hic ait esse illam legẽ, de qua in principio huius libri; *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, & quod tibi vis fieri, alteri facias.* quę licet vtrumque applicari possit proposito, tamen non videtur satisfacere: quia vagum, & nimium generale principium videtur; & longè aptius dici potest esse præceptum septimum Decalogi de non furando: omnia enim præcepta Decalogi sunt iura naturalia, vt asserit S. Thomas receptus, [p] & ipsemet cũ aliis omnibus: [q] præceptum autem de non furando, est præceptum Decalogi, vt patet ex Exod. 20. & glossa: [r] quod non solum prohibet; ne quis rem alienam sibi appropriet; sed etiam ne quis rem alienam alteri tradat, vel ea vtatur contra voluntatem domini. [s]

4 Cum ergo, vt supra dictũ est, bona Ecclesiæ sint bona CHRISTI, qui tollit ea CHRISTO, & tradit alteri

contra

a Ca. nulli. de reb. eccles. non alien.

b 50. distinct. & cap. vii. §. fin. 24. q. 2. c Tit. de elect. §. præmissis. verbo Papa-li.

d In ca. 1. de constitut. li. 6.

e In proœmio clementinarũ verb. Papa.

f Cap. cuncta per mũdum. 9. q. 3. ca. 1. de constit.

a de elect. b Ca. in nouo. 21. distinct. & cap. 1. 22. dist.

c Instit. de iur. nat. gent. & ciuil.

d In lib. 2. ca. 43. de potest. Eccles.

e Cap. cum dilectus. de consuet.

f Leg. sed & si §. consuluit. ff. de petit. hered. leg. in re mandata. Cod. de mandat.

g Psalm. 23. & ca. quo iure. 8. dist.

h qu. 1. mon. 40.

i 2. 2. quæst. 100. art. 1. ad 7.

k dis. 5. in principio, & §. sed naturalia. inst. de iure nat. gent. & ciuil.

l Cap. cuncta per mũdum. 9 quæst. 3.

m Leg. princeps. ff. de legib. & capit. proposuit. de concess. prab.

n In 1. 2. qu. 96. artic. 5.

o Numer. 12. 13. & 14.

p 1. 2. q. 94. & 1. & q. 99. ar. 2. & 2. 2. q. 122. art. 1.

q In 3. sent. d. 37. quæst. 1. artic. 4.

r In cap. quid in omnibus. 22. quæst. 6. s §. furtum & §. placuit. In stit. de oblig. quæ ex delict. nascuntur.

contra eius mentem & voluntatem, hoc præceptum trãsgreditur: contra mentem autem & voluntatem CHRISTI est, vt bona eius tollantur ei, & tradantur alteri sine iusta causa: quia dominus rei in dubio non præsumitur velle, vt res eius alteri tradatur. iuxta l. *inter omnes.* [a] iuncta glossa magna per Bartholũ & communẽ recepta. [b] iuxta l. *quis vas.* [c] Et ita qui rẽ Ecclesiasticam, quę CHRISTI est, sibi appropriat, vel alij tradit sine iusta causa, contra voluntatem CHRISTI, saltem presumptam, re eius vtitur; & consequenter transgreditur præceptum legis naturæ, de non furando, à qua nec Papa est solutus: sicut & legem hanc transgrederetur procurator Cæsaris, qui est quidam Vicarius eius, velut Papa CHRISTI, si rem Cæsaris aliter quàm de ipsius mente & voluntate alienaret. [d] Qua ratione pulchre Guliermus à monte Lauduno probatus ibi per Cardinalẽ, ait, [e] præfato præcepto contraire beneficiarium rebus ecclesiasticis in vsus profanos vtentem, quod nos latè confirmamus in præd. tract. de redit. [f]

Quarto noto ex prædictis canonem hunc non continere legem purè humanam quoad prædictas tres conclusiones; nec Symmachum eius auctorem eo animo illum constituisse, vt sua lege ligaret successorem suum sibi parem; cum par in parem non habeat imperium, [g] sed videri habuisse animum declarandi legem antiquam, & naturalem, & per illa verba, *Non liceat Papæ.* idem significasse, ac si dixisset, intelligat, & consideret Papa non licere sibi prædium Ecclesiæ alienare, aut quod in simili dixit Bonifacius, [h] quod non patimur nobis licere, successoribus nostris indicamus. Dixi, *quoad tres prædictas conclusiones:* quoniam quoad pœnam spiritualem anathematis, quam statuit, ius humanum continet: quandoquidem nullo iure diuino, vel naturali eiusmodi censura fertur; & ita neutri eorum est attribuenda. [i]

Quinto noto ex prædictis, licere Papæ alienare iusta de causa rem Ecclesiæ: quia secundum omnes hic textus est intelligendus de alienatione sine iusta causa, & non de illa, quæ cum illa fieret: nam intelligendus est de illa, quæ fit contra mentem, & voluntatem CHRISTI, vt supra insinuatum est, & interueniente illa, præsumitur CHRISTVS id velle, sicut & cùm intercedit iusta causa credendi, quòd dominus alicuius rei velle debeat, vt eam alius capiat, vel ea in aliquem vsum vtatur, eo quòd est cognatus, amicus, vel de ipso benemeritus, vel ob alias circumstantias presumitur in dubio velle illud: vt colligitur ex Bartholo & aliis. [k]

5 Quæ eadem ratione etiam quilibet Episcopus potest alienare rem Ecclesiæ iusta de causa, per capitulum *sine exceptione.* [l] & tradimus latius in glossa summæ huius quæstionis. [m] ergo à fortiori Papa; quia cõstat per infra dicenda, & dicta in d. tract. de redit. [n] & in Apologia prædicta. [o] Episcopos hanc potestatem cum omni alia facultate administrandi bona ecclesiastica ab ipso Papa accepisse; & ita penes eum eandem, imo maiorem potestatem residere, vt dicitur, in simili in capit. *dudum.* [p] Nec obstat, quòd prædictæ glossæ receptæ tenent, iustam causam alienandi esse triplicem, siue quadruplicem, vt tactum est in glossa summæ: scilicet necessitatem, pietatem, & vtilitatem; & quod hic non habet, non licere Papæ alienare pro quacumque necessitate; quia glossæ illæ loquuntur de magna, seu iusta necessitate, qualis non est omnis necessitas; vel loquuntur de necessitate Ecclesiæ; canon autem hic, de necessitate personæ: quamuis enim liceat rem Ecclesiæ vendere pro soluendis eius debitis, non tamen licet idem facere pro soluendis debitis, quæ Rector eius contraxit pro sua persona, aut pro cognatis, vel amicis suis, vt rectè Bellamera hic tetigit. [r] quod ipsum omnes sentiunt, & infra tangetur; & ita intelligendus est hic textus de necessitate personę Papæ, quam haberet ad soluenda debita, quæ in minoribus existens, bene vel male contraxit, vel ad locãdas diuitibus cognatas aliquas promisit, vel mutuo accepit, & non soluit; non autem est intelligendus de necessitate ipsiusmet Ecclesiæ Romanæ, quam haberet Papa ad eam defendendam, vel alendam, vel sustentandam, in quo fundatur extrauagans fæ. re. Pij V. super afficancatione bonorum ecclesiasticorum edita, quæ infra [s] refertur, & defenditur.

6 Inter facultatem verò alienandi, quam habet Papa, & inter eam, quam habent eo inferiores, illud distat, quòd inferioris alienatio requirit causam, & solennitatem à iure humano saltem pontificio statutam, vt habet communis resolutio. [a] ad hoc autem, vt valeat alienatio à Papa facta, sufficit interuentio iustæ causæ, sine prædicta solennitate: quia cum illa inducta sit lege humana, & nulla tali lege obligetur Papa, vt supra dictum est, non tenetur ipse ad eam seruandam, saltem ad hoc, vt alienatio valeat: quamuis etiam dici possit, alienationem ab inferiore iusta de causa, sine solennitate humana factam, teneri posse pro valida quoad forum conscientiæ tantùm, vt supra in glossæ summę latè probauimus. [b] argumento eorum quę ait Innocentius. [c] vbi [d] ait, quòd electus tali electione, quæ iure naturali tenet, eo quòd consensus legitimus eligentium interuenit, licèt ob defectũ solennitatis iuris humani cassari possit, bona conscientia retinet dignitatem, donec illa cassetur; eo quòd solennitates illę ad presumendam iustam causam inductę, non habent locum in eo foro, in quo est standum veritati, quę Deo patet; iuxta notata in capit. *ii qui.* [e] & argumento aliorum, quę supra in summa, [f] nunc post hęc scripta addimus.

Id autem quod supra proximè dixi, non posse iustè alienare Papam bona Ecclesię ad soluenda debita, quæ in minoribus contraxit, intelligendum est, de bonis stabilibus, vel de mobilibus, quę illis in hoc æquantur; non autem de fructibus, & reditibus, qui ex eis percipiuntur: quoniam hos iustè in eiusmodi solutionem alienare potest; quum etiam alij beneficiarij licitè id facere possint, per cap. *peruenit.* [g] & ea quę super illius intellectu in dicto tractat. de redit. [h] & in Apollogia prędicta [i] tradidimus.

7 Sexto noto ex eodem capite adiunctis prędictis, non esse presumendum iustam causam interuenisse in eiusmodi alienatione per Papam facta, nisi aliter de illa constet: contextus enim habet, alienationem eiusmodi non valere: & adiectũ est, intelligẽdũ esse id de illa, quę sine iusta causa fit, eo quòd facta cum ea valet, & consequenter, si iusta causa presumeretur inesse, semper censenda esse valere, quod est contra verba, & mentem huius canonis, pro quo facit fundamentum irrefragabile communiter receptum Bartholi per illum textum in l. *si fortè.* [k] & quod quando aliquid non potest fieri sine iusta causa, debet illa probari.

8 Non obstat, quòd Panormitanus, [l] & multi alij, quos ibi Felinus, [m] & Decius [n] referunt, tenent contrariam partem. Tum quia ipsemet Panormitanus affirmat, non esse presumendam causam iustam in principe suo contractui contraueniente; quia sine tali causa ei contrauenire non potest, iuxta c. 1. [o] cum ei adnotatis per ipsummet Panormitanum & alios. & eadem ratio idem ius persuadet in omnibus aliis, quę sine iusta causa facere nequit. Tum quia prędictus Felinus ibidem cum Cardinali [p] iustius tenet, id quod diximus, & Decius sequutus ipsos respondet [q] fundamentis contrarium tenentium. Tum quia, non satis considerant, vanum fore dicere; Papam nõ posse illud, aut illud facere, sine iusta causa, si factum fuerit: quoniam semper dicetur interfuisse iusta causa vera, vel presumpta. Sed quia exiliter Decius satisfacit clemẽtinę 1. [r] efficacius responderi potest, quòd illa non prodest eis. Primo quia conclusio comprehendit etiam casus, in quibus Papa, & alius princeps facit aliquid, quod sine iusta causa facere nequit: non exprimendo se ad id ex iusta causa moueri: generaliter enim asserunt, presumendam esse causam in principe faciente id, quod sine causa facere non potest.

9 Secundò, quòd non est locus prefatę Clementinę, nisi in casibus in ea expressis & similibus: quia est exorbitans à iure communi, de quo in cap. *cum à nobis.* [s] & de quo per Paulum Cast. [t] & de iis solum loquitur. At alienatio rei Ecclesię non est de contentis in illa, neque de similibus eis, vt palam est. Tertio quod illi Clementinę non est locus, nisi in iis quę de facto suo proprio narrat Papa, vt latè concludit glossa [v] eiusdem. At causa alienandi rem Ecclesię, vt plurimum non est factum

eius

a §. recte. b ff. de iust. c §. Vetare. eodem tit.

d l. 2. ff. de of. procu. Cæsar. e In cle. quia contingit. de relig. domib. f Quæst. 1. mon. 42. & 46.

g Cap. innotuit. de elect. leg. pen. ff. de arbit. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebellianũ. hin cap. fin. de restit. li. 6.

i Arg. capit. legatur. 24. quæst. 2. & §. cõsideremus. Aut. de triẽ. & se. coll. 3.

r Num. 14.

s §. antepen.

k In d. leg. inter omnes §. rectè ff. de fu. l Infr. eod. cauf. & q. vbi glos. m In annotione tertia, & in d. cap. nulli. de reb. eccles. non alienan. n Quæst. 1. mo. 40. o Qu. 1. mo. 24. p 2. de prab. libro 6. q Annotatione 3.

k ff. de castrẽ. pecul. & l. si donatione. C. de collat. l In cap. quæ in ecclesiarũ de constit. & aliis locis. m Num. 60. ver. quinta conclusio. n Num. 27. o Dẽ probat. p Consil. 61. q Ibidem.

r De probat.

s De testib. t Consili. 46. par. 2.

u Antepenul.

eius proprium. Quartò quòd illi Clementinæ non est locus in narratis per Papam contra ius, iuxta cap. *si Papa.* [a] iúcta glossa: [b] imo neque in eis quæ præiudicant tertio, secundum Ancharanum, [c] quem sequitur Decius. [d] quod satis planum videtur in eiusmodi præiudiciis: cuiusmodi est alienatio rei, & sublatio iuris alterius iam quæsiti, de quo loquimur. Tum quia non satis perpendunt, quòd cap. *in præsentia.* de renun. quatenus habet pro iudice præsumendum, solum habet locum in illis, in quibus datur ei potestas faciendi ea absque necessitate interuentionis iustæ causæ.

a *In princ.*
b *De Priuilegijs lib. 6.*
c *Cons. 398. præmitto.*
d *Vbi supra.*

SVMMARIVM.

1 *Papa sine iusta causa rem Ecclesiæ, etiam inferiora alienare iustè nequit.*
1 *Alienatio rei vnius Ecclesiæ in aliam, vel in Ecclesiasticos vsus, an Papæ licita?*
2 *Papæ, aut Monarchæ, voluntates donantium sine iusta causa mutare non licet.*
3 *Intellectus illius dicti, Papæ in beneficialibus est pro ratione voluntas.*
4 *Beneficiorum liberam & plenariam dispositionem pertinere ad Papam, quomodo intelligendum.*
5 *Beneficiarium inter, & beneficium seu Ecclesiam, quidam contractus matrimonij est.*
6 *Papa cum causa rationabili diuidere, & vnire Ecclesias, conferre & auferre beneficia potest, etiam sine beneficiariorum culpa.*
7 *Roncæullis Prioratus quare etiam cum causa non fuit à domino Francisco à Nauarra ablatus.*
8 *Alienatio Papæ quæ iusta, & valida, & quæ nec iusta, nec valida, & quæ valida, & non iusta.*
9 *Beneficia Ecclesiastica in quo sensu manualia Papæ, & quæ ablatio eorum valida, & non iusta, licet non obliget ad restituendum.*

§. 3.

1 NOTO septimò, non posse Papam alienare sine iusta causa, etiam rem Ecclesiæ inferioris. Tum quia hic canon in principio generaliter loquitur de prædio Ecclesiæ, non distinguendo inter prædium Ecclesiæ Romanæ, & aliarum inferiorum, & ita generaliter est intelligendus. [c] Tum quia is ipse canon in fine ait, dispositionem illius non solùm esse seruandã in Ecclesia Romana, sed & in aliis vniuersis. Tum quia liberiorẽ facultatem habet super prædiis Ecclesiæ Romanę, quorum fructus ipse solus percipit, quàm super rebus inferiorũ Ecclesiarũ, quarum fructibus ipse non fruitur, cùm liberius quis sibi, quàm alteri præiudicari possit, argumento l. *in re mandata.* [f] & eorum quę latè notantur in glossa magna. capit. *si diligenti.* [g] super valore renũciationis, quoad pręiudiciũ renũciantis tantùm, & non quoad pręiudicium alterius. Et quidẽ non videtur dubiũ, de alienatione in laicũ, vel laicos vsus, sed magis dubiũ, de alienatione rei vnius Ecclesiæ in aliã, vel alios Ecclesiasticos vsus. & pro parte quidem affirmatiua facit primò, quòd frequẽter id facit Papa, applicando rẽ vnius Ecclesię alteri, imò & totã vnam Ecclesiã cum suis bonis per vnionẽ & diuisionẽ, quod fecit Ioãnes xxij. qui ex episcopatu Tolosano fecit quatuor Episcopatus, & ipsum erexit in Archiepiscopatũ, vt patet ex extrauagãte eius *Saluator.* [h] & nuper Pius III. tantam partem ademit Episcopatui Leodiensi, quanta suffecit tribus Episcopatibus de nouo erigendis. Quod iure facere potuerint, patet, per cap. *sicut vnire.* [i] & cap. *constitutus.* [k]

Secundo facit, quòd omniũ bonorum Ecclesiasticorũ dominium est penes CHRISTVM, vt efficaciter probarũ fuit, in tract. de redi. eccles. [l] & in dict. Apologia, [m] & probat extrauagans prędicta *Saluator.* & Papa habet omnium bonorũ Ecclesię administratiorẽ immediatè sibi ab ipsomet CHRISTO concessam, tanquã suo summo Vicario, & procuratori, [n] ita quòd ipse solus recipit immediatè à CHRISTO potestatẽ administrãdi ea omnia, & alij omnes Prælati, & Ecclesię inferiores mediatè per ipsum, vt vbi supra latius declaratur, & in ca. 1. & 2. [o] explanatur, adeo quidem, quòd prędest immediatè omnibus Ecclesiis & Christianis, vt probat S. Thomas, [p] dicens, contrarium esse

c *Cap. solita. de maioritate, & leg. de pretio. ff. de publicis. in rem actio.*
C. *mandat.*
g *De foro cõpetenti. & in leg. si quis in conscribendo.* C. *de pactis.*
h *Tit. de præben. inter cõmunes, & extrauag. penultim. & vlt. in eodem titulo inter extrauag. eiusdem.*
i *De excess. prælat.*
k *De relig. dom.*
l *Quæ. 1. mo. 40.*
m *Quæst. 1. monit. 24.*
n *Cap. quanto. de transl. prælat. & capit. 1. de homicid. libro 6.*
o *22. distinct.*
p *In summa contra errores Græcorũ. quæst. 66.*

hæresim, & tradit Felinus. [a] licèt aliqui recentiores habentes fortè codices vitiatos, dixerint, eum nõ immediatè, sed mediatè prędesse Ecclesiis inferioribus, male allegãtes ad hoc Felinum vbi supra: & ita quascumque res inferiores Ecclesię habent, acceperunt, vel accipiunt immediatè, vel mediatè ab ipso Papa, qui ab initio potuit eas applicare aliis, sicut ipsis applicauit: ergo & nunc potest idem facere, cùm non sit ei abbreuiata manus, & potestas. Cumque par in parem non habeat imperium, [b] consequenter applicatio facta per anteriorem, non prędudicauit posterioribus.

Tertio, quòd glossa 2. [c] recepta dicit, quòd in beneficialibus est Papę pro ratione voluntas, & ante illã alia glossa quę in hoc putatur singularis [d] dixit, posse Papam auferre Episcopatum vni, vel alteri Episcopo, licèt non omnibus simul.

Quartò facit, quòd Dominicus à multis receptus dixit [e] per eius glossam prędatam omnia beneficia esse ei manualia, in hoc quod potest auferre, & conferre titulos beneficiales pro libito, per capit. 2. [f] & Clementina 1. BVT est videre latius apud Felinum, & citatos ab eo, [h] & Decium. [i] At bona Ecclesiastica fere omnia pertinent ad beneficia. ergo etiam illa erunt ei manualia, & ad libitum reuocabilia, & iis, vel aliis, applicabilia.

Sed pro contraria parte, quam videtur tenere Felinus [k] & seruare sancta sedes Apostolica facit primo hoc c. quatenus generaliter habet. non licere Papę alienare prędiũ Ecclesiæ. & certum est, quod licèt maior alienatio fiat, cùm alienatur in laicum vel laicos vsus, quàm cum in Ecclesiam; tamen etiam cum fit in ecclesiam alienatio est: iuxta c. *sine exceptione.* [l] & ca. *nulli.* [m] quatenus sentiunt omnes per illa prohiberi alienationem rei vnius ecclesiæ in aliam sine iusta causa, & solennitate debita: & est casus in specie, in c. *dudum.* [n]

Deinde facit, quòd non solùm contra legem naturalẽ, & diuinam Decalogi, scilicet prœceptum septimum de non furando, & decimum de non concupiscendo rem alienam, est, auferre alicui dominium eo inuito, sed etiam auferre vsumfructum, vsum, vel administrationem quam habet in ea, [o] & constat Ecclesiam particularem, cui est applicata iustè res aliqua per Papam, vel alium Prælatum in dotem, vel in dotis augmentum ad sui sustentationem necessariam vel decoram, habere vsumfructum, vsum, vel administrationem eius in suam vtilitatem; licèt verum dominium, quod penes CHRISTVM est, non habeat. ergo auferre illud ei, & conferre alteri etiã Ecclesię sine iusta causa est contra prædatam legem naturalem & diuinam Decalogi.

Tertiò, quòd non licet absque iusta causa vlli Monarchæ & Papæ mutare voluntates eorum, qui aliqua in certum vsum donarunt & reliquerunt. [p] quia id esset in effectu priuare quem re sua, & facultate sibi lege naturali, & diuina concessa: quod facere sine causa non possunt Monarchæ, iuxta c. 1. [q] & ca. 1. [r] iuncta glossa: [s] at omnia fere prædia Ecclesiarum particularium sunt donata vel relicta eis à CHRISTI fidelibus ad earum necessitatem & decorem: ergo non licet Papæ dare aliis etiam ecclesiis illa sine iusta causa.

Quartò, quòd glossa ibi recepta communiter [t] dixit Papam non debere Episcopatum diuidere inuito Episcopo, nec Episcopum parochiam, inuito rectore, & alia glossa communiter ibi recepta, [v] sic ait, *Papa non debet vni Ecclesia detrahere, & dare alteri.* [x] *nisi subsit causa, vt 9. quæstione 3. ca. conquesti. & capit. nunc vero. & cap. per principalem. ead. causa & quæst.*

Quintò, quòd nõ videtur obstare citata pro parte contraria. Non primum, quoniam Ioannes XXII. diuisionem prædam prædecessoris episcopatus Tolosani non fecit pro libito voluntatis sine causa, sed ob magnas causas, quæ exprimuntur in dicta extrauagante. *Salutator.* & prædictum ca. *sicut vnire.* non probat Papam posse iustè diuidere, & vnire episcopatus sine causa, sed solum causa rationabili id suadente.

Ad secundũ respondetur concedendo, quòd Papa recipit immediatè potestatem à Deo administrãdi omnia bona ecclesiastica; & vt immediatè prędit omnibus ecclesiis,

a *In cap. 1. de constit. col. 2.*
b *Cap. innotuit. de elect.*
c *Cap. sig ratioso. de rescript. libro 6.*
d *In cap. per principalem. 9. q. 3.*
e *In fine d. c. si gratiosè.*
f *De prab. li. 6.*
g *Vt lite pendente.*
h *In Capit. quæ in eccles. col. 15. de constit.*
i *Ibidem à nu. 26.*
k *Vbi supra col. 17.*
l *Infra ea. q.*
m *De reb. eccl. non alienandis.*
n *De reb. eccles. libro 6.*
o *Leg. 1. ff. de furtis.*
p *Leg. 1. & l. Legatam. ff. de administratione rerum ad ciuit. pert.*
q *De probat.*
r *§. notandũ.*
s *Qui feudã dare possunt, & l. id quod nostrum. ff. de reg. iur.*
t *In cap. 1. 10. distinctio. super verbo diuisionem.*
v *In capite 1. 22. distinctio. verbo initiatum.*
x *99 distinct. cap. ecce. & cap. nullus. & 25. q. 2. de ecclesiasticis.*

& Christianis: negando quòd ex eo sequatur eum posse iustè auferre illis pro libito voluntatis, sine vlla causa, ea bona, quæ iã illis iustè applicauit per seipsum, vel præcessores eius immediatè, vel per alios Prælatos eis præfectos mediatè; non enim accepit (*vt Apostolus ait*) *potestatem in destructionem, sed in ædificationem,* ad vtendum ea secundum rectam rationem. [a]

a *2. Corint. 5.*

3 Ad tertium respondeo, quòd glossa prædicti ca. *si gratiosè*, quatenus habet, quòd Papæ in beneficialibus est pro ratione voluntas, habet locum quo ad quæ sunt iuris humani positiui, & quæ fieri possunt non contraueniendo vlli legi naturali, aut diuinæ, non autem in aliis, per cap. *sunt quidam.* [b] & ita quando fieri possunt sine præiudicio tertij, quod lege naturali fieri vetatur, per ea quę proximè in confirmatione nostræ conclusionis citata sunt, & per ea, quę in responsione ad quartum dicentur: & consequenter nec dicit, nec sentire præsumenda est, quòd liceat Papę sine vlla causa priuare quem beneficio canonicè obtento, per proximè dicenda.

b *25. quæst. 1. & cap. 1. de probat.*

Ad quartum respondeo, quod glossa in capit. *per principalem.* [c] à multis parum cõsideratè citata, non ait id quod imponunt ei, videlicet Papam posse sine causa Episcopũ deponere, sed tantùm simpliciter deponere, quod intelligendum est, cum causa: quia auctor ipsiusmet glossæ [d] se declarat, dicendo quòd id potest facere cum causa, sed non sine illa, vt supra pro hac parte induximus: & generale dictum vnius auctoris debet intelligi, secundum quod ipsemet alibi specialius dixit. argumento capi. *generi per specicm derogatur.* cum additis ibi per Decium.

c *9. quæst. 3.*
d *In cap. 1. 10. dist. & in ca. 1. 21. distinct.*
e *Leg. heredes palam. §. sed & si notam. ff. de testat.*
f *De reg. iur. lib. 6. & l. in toto. ff. eod.*
g *Sub finem vt lit. penden.*
h *In rubrica de empt. colum. 2.*
i *De benefic. 2. parte quæst. 1.*
k *In cle. dudum. verbo, Libere, de sepulturis.*
l *De electio. verb. Liberã.*
m *In c. quæ in ecclesiarum. num. 3. de cõstitutio.*
n *De appella. numero 2.*
o *De prab.*
p *Cod. de inoffic. test. & l. 1. C. de sacro sancta eccles.*
q *De præben. libro 6.*
r *Vt lite pendente.*
s *In d. capit. si gratiosè.*
t *Cõsilio 141. sanctissimus.*
u *Vbi supra col. 16.*
x *§. verum. de renunc.*
y *Cap. quod in dubiis. & cap. admonet. de renuncia.*
z *De probat.*
a *Qui feud. dare possunt.*
b *Leg. 1. ff. de pact.*
c *De transla. Episcop.*

4 Nec obstat clementina 2. [e] in argumẽto citata, licèt eã in hoc plurimi faciat Antonius Burgensis, [h] appellando eam in hoc singularem, vt eam meliorem iuris dixit Selua. [i] quatenus habet, liberam dispositionem beneficiorum pertinere ad Papam: quia verbum (*Libere*) licet significet sine licentia, & consensu, & non obstante contradictione alterius, iuxta glossam celebrem: [k] recipit tamen interpretationem, & restrictionem per alia iura, vt colligitur ex glossa capit. *cum nobis.* [l] vt latius tradit Decius. [m] & debet intelligi sine prędicio tertij, vt colligit Decius ex capit. *directè.* [n] & significat libertatem ab impedimento, de quo tractatur, & non ab alio, vt colligitur ex ca. *de multa.* [o] & c. *si quando.* [p] & ideo clementina illa, quę dat liberam beneficiorum dispositionem Papæ, debet restringi secundum alia iura, & intelligi sine prędicio tertij, & de libertate ab impedimento disponendi, quod nascitur ex pendentia litis, de quo loquitur prędicta clementina, quæ est aptissima responsio.

Non obstat etiam caput 2. 9 in argumẽto citatum, quatenus habet, plenariam dispositionem beneficiorum pertinere ad Papam; quia debet interpretari & exponi, sicut diximus exponendum verbum, *Libere.* positum in clemẽtina 2. [r] licèt enim Papa habeat plenariam administrationem bonorum Ecclesię, vt supra dictum est, non tamen licet ei de illis pro libito disponere, vt probat hoc cap. & secundum notabile ex eo collectum.

Ad quintum negamus planè id, quod ait Dominicus, cum Barbatio & aliis multis suis sequacibus, [s] scilicet, posse Papam licitè sine causa conferre & auferre pro libito suę voluntatis beneficia clericis. Tum quia glossa ex qua id infertur, non dicit, nec sentit illud, vt proximè monstraui. Tum quia id esse falsum efficaciter probat Cardinalis, [t] quem sequitur Felinus. [v]

6 Tum quia, quod dicimus optimè fundatur per cap. *nisi cum pridem.* [x] quatenus singulariter probat inter beneficiarium & beneficium, & Ecclesiã, contractũ matrimonij spiritualis fieri, ratione cuius non potest beneficiarius eã relinquere sine superioris auctoritate. [y] contractũ autem non posse tolli sine causa per Papam, aut per alium Principẽ, receptum est per ca. 1. [z] & c. 1. *§. notandum.* [a] quia lege naturali, qua ipsi ligantur, debet seruari, [b] cũ ergo inter beneficiarium & beneficiũ, cùm ei confertur, & ab eo acceptatur, contrahatur matrimoniũ quoddã spirituale interueniente consensu ad id Papę mediatè vel immediatè, vt habet illud c. *nisi cum pridem.* & cap. 2. [c] non potest dissolui sine causa, & sine vtriusque consensu.

Quæ omnia, quia parũ perpensa fuerunt à multis neotericis Iurisconsultis, contraria opinio cœpit nostra gratè nimium valere: aliis docentibus illam, vt sibi, & aliis ambientibus habere multa beneficia, placerẽt, aliis acceptãtibus illam tãquã suę ambitioni: & auaritię cõmodantę, adeo quidẽ, vt duo viri doctissimi, egregia virtute alioqui prediti, alter Theologus, alter Canonista, quorũ nomina causa honoris taceo, publicè docuerint eã, dicẽtes se acceptaturos libẽter omnia beneficia regni, si ea Papa eis cõferret. Quod fortè vel alia similia, fuerũt in causa, cur fœl. record. Pius V. mihi semel dixerit, Iuri consultos solitos esse plus satis potestatis tribuere Papę, cui humiliter respõdi, nõ omnes id facere: imo aliquos nimiũ detrahere: sed media eademq; recta via iura naturalia, & diuina cũ humanis conciliãdo esse incedẽdũ, quod omnibus iuris vtriusque professoribus persuasũ iri quàm maximè cupio: ne dũ sola iura humana cum deductis ex eis à neotericis diuina ignorãtibus magnificãr, multa contra naturalia, & diuina respondeãt. Et quidẽ sacrosanctum Concilium Tridentinũ per ea, quę de necessitate residendi, [a] & de vnico tantum beneficio sufficiẽti habẽdo, & de multis parochialibus & incõpatibilibus non habendis, etiã si vnũ nõ sufficiat. [b] & alia deducta à iure naturali & diuino statuit, satis superq; videtur prędatã Dominici, & quam plurimorum, qui eum magno Reipub. damno secuti sunt opinionem taciturnè reprobasse.

a *In c. sess. 25.*
b *Sess. 24. c. 17.*

Concludendum ergo est, posteaquã Papa per seipsum immediatè, vel per inferiores suos, qui sunt quidam procuratores Christi, & eius mediatè, cõtulerit alicui Ecclesię in dotem pro eius sustentatione aliqua bona, iuxta ca. *nemo.* [c] & cap. *cum sicut.* [d] quatenus cum suis glosis habẽt, Ecclesiam non esse fundãdam, neque consecrandam sine dote, non debet sine causa ipsi ea tollere. Quare quoquomodo multorum iurium, rationum, & auctorum maximè recentiorum allegatione res hęc ab aliquibus confunditur, veritas est, quòd Papa iustè quidem potest cum causa rationabili etiam sine beneficiariorum culpa, diuidere, & vnire Ecclesias, conferre & auferre beneficia Ecclesiastica eis, & bona Ecclesiastica Ecclesiis, sed non pro solo voluntatis libito, nec solet id facere, imò quando subest aliqua causa rationabilis auferendi alicui beneficiario suũ beneficium, si alioquin ipse nõ peccauit, non aufert ei nisi cum iusta compensatione, siue cambio, iuxta dictum singulare Innocentij recepti. [e] quod vidimus ad vnguem seruatã à fœlicissimæ recordationis Adriano VI. qui rogatus à bo. me. Carolo V. & à bona parte magnatum Hispaniæ, cùm adhuc ageret in Hispania, & nondum ad vrbem venisset, vt à D. Francisco à Nauarra Priore illustris monasterij Roncæullis auferret prioratum suum, & conferret illum cuidam admodum nobili, eo quòd esset situs in cõfinio Galliæ, & frater eius Illustrissimus Marisallus Nauarræ in Galliis degeret, numquam voluit annuere, nisi equalis ei dignitas intra Hispaniam interius conferretur: quę quia non fuit oblata, permansit Prior, donec post multos annos ab ipsomet Carolo V. præsentaretur ad duos Episcopatus, ex quibus Archiepiscopatum Valentinum translatus fuit: Adrianus enim prędictus, vt vir iuris diuini, & humani callentissimus, & iustissimus, constantissimè respondebat, nullatenus se posse id aliter iustè facere. Considero autem circa hęc quiddam à nemine, quod sciam, hactenus ita exertum, nempe quòd magna est differentia inter alienationem Papę, qua sine iusta causa rem vnius Ecclesię stabilem alienat in aliam Ecclesiam, vel alios pios vsus, & inter eam, qua alienat in laicos, vel profanos vsus: illa enim videtur valida, licet non sit iusta, hæc autem neque valida, neque iusta: quia hęc videtur facta contra legem diuinam, & naturalem, illa verò contra legem tantùm humanam: contra legem enim naturalem, & diuinam est, quòd res auferatur à domino contra voluntarem eius, iuxta l. 1. [f] & l. *id quod nostrum est.* [g] & latè tradunt omnes post Panormitanum, [h] & qui Papa alienat rem Ecclesiasticam sine iusta causa in laicos, & profanos vsus, auferr rem alteri, videlicet CHRISTO, sine consensu eius, & dat eam alteri, per ea multa, quæ adduximus in d. tracta. de redit. eccles. [i] & in d. Apolog. [k] per quæ probauimus efficaciter, verum dominium rerum Ecclesiasticarum esse penes CHRISTVM, & translationem, & ap-

c *De consecr. d. 1.*
d *De consec. Eccles.*
c *In d. ca. nisi cum pridem*
f *ff. de furt.*
g *ff. de reg. iur.*
h *In c. quæ in Ecclesiarum. de constitutionibus.*
i *Quæstio. 1. monit. 40. & 48.*
k *Quæstio. 1. monit. 24. 38 & 39.*

plicationem earum in laicos, & vſus profanos ſine iuſta cauſa eſſe contra eius voluntatem. Illa verò alienatio, qua res vnius Eccleſiæ alienatur in aliam, vel in alios pios vſus, eſt tantùm contra legem, & diſpoſitionem humanã: nam per eam non aufertur res CHRISTO, eius verò Domino, & datur alteri, ſed ſolum efficitur vt manente vbique dominio penes ipſum, inſeruiat ei alio in loco, vel in alios vſus, quàm ante ſeruiebat: quum data alteri Eccleſiæ, vel aliis piis locis, perinde maneat in dominio CHRISTI, ſicut antea, quum ipſe ſit adeo verus dominus bonorum Eccleſiæ, in quam transfertur, ſicut bonorum Eccleſiæ, ex qua transfertur: & diſpoſitione humana tantùm ſui ſummi Vicarij, & procuratoris, vel habentis ab illo poteſtatem, ſeruit potiùs vni eccleſiæ, quàm alij.

8 Ex quo infertur primò, quòd aliqua alienatio rei Eccleſiæ per Papam facta, eſt iuſta, & valida, aliqua valida, ſed non iuſta, aliqua verò nec iuſta, nec valida. Iuſta & valida eſt, quæ ſit iuſta de cauſa: valida ſed non iuſta eſt, qua ſine iuſta cauſa res vnius Eccleſiæ in aliam, vel alios pios vſus transfertur. Illa verò neque iuſta, neque valida, qua Papa ſine iuſta cauſa rem Eccleſiæ ſtabilem in laicos & profanos vſus alienat.

Secundo infertur, quòd licet ablatio beneficij Eccleſiaſtici à Papa ſine iuſta cauſa facta ſit iniuſta, & eam faciendo Papa peccet contra vim ſuæ legis directiuam, vt ſentit lex, *digna vox.* [a] & cap. *cum omnes.* [b] & fortius cap. *iuſtum.* [c] & latè tradit vterque Thomas: [d] eſt tamen valida, ita quòd per eam perdit verum titulum is cui aufertur, & eum quærit is cui confertur: quoniam id non facit contra legem naturalem vel diuinam: quum dominium omnium bonorum Eccleſiaſticorum ſit penes CHRISTVM, & Papa ſit eius ſummus Vicarius, & procurator: & per eius diſpoſitionem humanam immediatam, vel mediatam ſint conſtituta omnia beneficia pro Eccleſiaſticis perſonis CHRISTO ſeruientibus: qui auferendo beneficium ab vna eiuſmodi perſona, & conferendo illud alij ſimili, non videtur facere contra legem, & diſpoſitionem diuinam, ſed tantùm contra ſuam, vel præceſſorum, quæ humana eſt: & non ligat eum quoad vim coactiuam, qua ſit, vt actus factus contra eam valeat, licet Princeps eum faciendo malè faciat, & peccet. iuxta l. *Princeps.* [e] & cap. *proposuit.* de conceſſ. præb. & vtrumque Thomam. [f] Pro quibus facit illud ſimile, quòd aliqua Papæ diſpenſatio eſt iuſta & valida, aliqua nec iuſta nec valida, aliqua valida, ſed non iuſta. Diſpenſatio enim Papæ, qua iuſta de cauſa diſpenſat circa legem diuinam, & naturalem, vt in voto, vel iuramento, eſt valida, & iuſta. [g] & etiam illa, qua diſpenſat circa ſuam legem, cum cauſa iuſta, [h] iuxta cap. *requiritis.* cum gloſſa magna: [i] & ca. *neceſſaria.* & alia ca. ſequentia: [k] diſpenſatio verò ſine iuſta cauſa. circa legem diuinam, vel naturalem nec eſt valida, nec iuſta, iuxta cap. *non eſt.* iuncta gloſſa. [k] capit. *quanto.* iuncta gloſſa. [l] illa vero qua diſpenſat circa ſuam legem, vt ſuper impedimentis matrimonij, quæ ſunt hodie fere omnia legis canonicæ, ſine iuſta cauſa valet quidem, ſed non eſt iuſta: quia licèt lege ſua, vel præceſſorũ ſuorum non ligetur quoad vim coactiuam, quæ eum faciat dignum pœna humana, & quæ actum eius infirmet, iuxta prædictam legem. *Princeps.* [m] ligatur tamen quoad vim directiuam, quæ facit eum dignum aliqua pœna apud Deum, & actum eius minus rectum, iuxta præfatam l. *digna vox.* [n] & alia præcitata, vbi Caietanus declarando profundè prædicta, concludit, legiſlatorem ligari ſua lege quoad forum conſcientiæ, & quoad hoc, vt dicatur malè facere, ac peccare.

Tertiò infertur, quòd Eccleſia cui applicatur, vel vnitur per Papam, res alterius Eccleſiæ, vel altera Eccleſia ſine iuſta cauſa, ſalua conſcientia, & ſine peccato eam retinere poteſt: licet Papa in vniendo & applicando peccaſſet: quia valuit vnio, & applicatio, licet eſſet iniuſta per prædicta, & per l. *iuſtè poſſidet qui auctore Prætore poſſidet.* [o]

Quarto infertur, quòd laici etiam ſi ſint Comites, & maiores eius, quibus per Papam conferuntur aliqua bona Eccleſiaſtica, ſine iuſta cauſa non poſſunt ea, bona cõſcientia retinere: quia conceſsio illa non fuit iuſta, neque valida: quia cõtra legem naturalem, vel diuinam ſine cauſa facta, vt prædictum eſt.

Quintò, quòd is cui collatum eſt beneficium Eccleſiaſticum ablatum alicui per Papam ſine culpa, & ſine cauſa iuſta, abſque tamen ſurreptione, vel obreptione, bona conſcientia poteſt illud retinere: quia ablatio illa valuit, licèt fuiſſet iniuſta: & ita non deeſt ei canonica inſtitutio, ſine qua beneficium licitè obtineri non poteſt. [a]

Contra tamen hoc eſt argumentum fortiſsimum ſupra tactum, quòd Papa non poteſt tollere contractum, qui iure naturæ ſeruandus eſt. [b] adeo quòd ſublatio eius eſt iniuſta, & inualida ſecundum omnes, & inter beneficiarium, & Eccleſiam vel beneficium, contrahitur quoddam matrimonium ſpirituale, [c] & conſequenter non valet ablatio beneficij ſine culpa, & ſine iuſta cauſa facta. Sed reſpondetur, quòd licet collatio, & acceptatio beneficij, habeat quandam ſpeciem contractus, non tamen eſt verus contractus: ſed eſt potiùs inſtitutio, & deputatio cuiuſdam perſonę Eccleſiaſticæ ad ſeruiendum Deo in illo, vel illo loco pro tempore quo illos, vel illos reditus percipiet: & quamuis malè faciat Papa reuocando illam deputationem ſine aliqua cauſa, valet tamẽ reuocatio: ſicut & multi, qui conſtituunt procuratores ad contrahenda matrimonia, frequenter reuocando ſine cauſa mandata, malè faciunt, valet tamen reuocatio, iuxta capit. fin. [d] quod ad alia latè declarat inter alios Felinus. [e] & ſicut Rex deputans auditores in ſuis prætoriis, quę cãcellarias, parlamenta, vel Rotas vocant, & Præſides ciuitatum, & gubernatores prouinciarum, aliquando malè reuocet, propter falſas informationes, vel malos fines, reuocatio tamen tenet, & perdunt ſuos titulos, & qui eis ſuſtituũtur veros titulos accipiunt, & iuſtè poſſunt eis vti, donec reuocentur, ſecundum omnes. Sicut item Papa & alij principes paſsim conſtituunt iudices, & commiſſarios delegatos: & aliquando ſine vlla cauſa, & non ſine aliqua eorum iniuria reuocant, peccant quidem, & malè faciunt, [f] nemo tamen dicet reuocationem non valere iuxta l. *iudicium ſoluitur.* [g]

9 Sextò infertur, opinionẽ ſupradictam Dominici, [h] & plurimorum eius ſequacium, nempe quòd omnia beneficia Eccleſiaſtica ſunt manualia Papę: & quòd poteſt auferre, & conferre illa pro libito ſuo, partim falſam eſſe, partim veram. falſam quidem, intelligendo quòd iuſtè ac ſine peccato poteſt id facere. Veram tamen intelligendo, quòd factum tenet, ſi fecerit, quę eſt noua & vera reſolutio, & Doctorum omnium concordia.

Septimò infertur, quòd de rigore iuris Papa, qui pro libito ſuo ſine culpa, & cauſa tollit beneficium alicui, & Rex, qui ſine culpa, & cauſa tollit officia prædicta, non videntur teneri ad reſtituendum damnum, quod ob id patiuntur ij, quibus illa ſic tollunt, licèt in eo peccent: quia non peccant contra leges verę iuſtitię, cuius ſolius violatio obligat ad reſtituendum, vt efficaciter probauimus in præd. tracta. de redit. [i] quoniam non tollunt eis ea, quæ verè ſunt eorum; ſed potiùs ea, quæ ſunt ſua, vel quorum liberam adminiſtrationem habent, neque in eiuſmodi ablatione violant ius naturale, vel diuinum, ſed tãtùm ſua iura humana, quibus ſtatutum eſt eiuſmodi collationes eſſe debere perpetuas, & irreuocabiles, niſi culpa, vel cauſa intercedat. [k] Dixi, *de rigore:* nam de æquitate, & tamquam peccantes contra leges caritatis, quibus tenemur diligere proximos, ſicut nos, & non facere alteri, quod nolumus nobis fieri, [l] aliquam compenſationem deberent facere. Per quod videtur ſatis reſponderi poſſe replicationibus, quæ contra prædicta fieri poterant, quas breuitatis gratia non explico, ſimul differo in finem huius commentarij rationem, qua iuſtificatur Bulla fæ. record. Pij V. nunc hoc commentario ad finem perducto edita, ſuper vẽditione cenſuum, & penſionum debitarum Eccleſiis ſine Prælatorum earum conſenſu, ſeu ſuper affrancatione bonorum Eccleſiaſticorum.

SVMMARIVM.

1 *Papa non ſolùm non poteſt iuſtè ſine cauſa alienare prædia Eccleſiæ Romanæ, ſed neque vſumfructum eorum.*
1 *Eccleſiaſticum prædium in emphyteuſim perpetuam dari non poteſt*

a *Capite 1. de reg. iur. libro 6. & cap. 1. de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei ſeruãd. eod. lib.*
b *Leg. 1. ff. de pact. ſine iuſta cauſa. ca. 1. de probat. & capite 1. §. notandũ. qui feud. dar poſſ.*
c *Ca. niſi. §. in tueri. de reb. nunc. & cap. quanto. & c. inter corpo. ralia. de trãſlat. præla.*
d *De procur. libro 6.*
e *In cap. ex parte Decani. de reſcrip.*
f *Arg. cap. vt debitus honor de appellat.*
g *ff. de iudic.*
h *In capite ſi gratioſe. de reſcrip. lib. 6.*
i *Quæſtio. 2. monit. 2. §. 3.*
k *Capit. præcepta. 55. diſt. & cap. ſatis peruerſũ. 56. diſt. & capit. inuentũ. 16. quæſt. 7.*
l *12. diſtinctio. in princ. & c. caritas. 2. §. ſi. de pœniten. diſtinct. 2.*
a *C. de legib.*
b *De conſtit.*
c *9. diſtinctio.*
d *1. 2. qu. 96. art. 5. ad 3.*
e *ff. de legib.*
f *Vbi ſupra.*
g *Cap. 1. & c. magna. & c. ex multa. de vot. & cap. 1. & cap. veriũ. de iure iur.*
h *1. Quæſt. 7. i in § niſi rig. ſub eo poſito.*
k *De vot.*
l *De iure iur.*
m *ff. de legib. cap. propoſuit. de conceſſ. præb.*
n *C. de legib.*
o *ff. de acqu. poſſeſſ.*

poteſt neque in vſumfructum ad longum tempus.
2 *Papa. & alij beneficiarij quomodo poſſint alienare iuſte fructus beneficiorum collectos, & colligendos ſine iuſta cauſa, & ſolennitate.*
3 *Papa ſicut nõ poteſt bona Eccleſiarum inferiorum iuſtè alienare ſine iuſta cauſa, & conſenſu beneficiariorum, ita nec reditus eorum.*

§. 4.

1 OCTAVO noto, Papam non ſolùm non poſſe ſine iuſta cauſa alienare prædia eccleſiæ Romanæ, & aliarum pro libito, ſed neque etiam vſum fructum eorum, per quod ampliari videtur prædictum capit. *nulli.* [a] vt non ſolùm non poſsit prædium Eccleſiaſticum dari in emphyteuſim perpetuam, vt ibi, dicitur, ſed neque vſusfructus, quòd eſt intelligendum, cum vſusfructus conceditur ad vitam, vel ad longum tempus, iuxta clementinam 1. [b] & extrauagantem 1. [c] ſupra citatam, & declaratam in gloſſa ſummæ huiuſmet quæſtionis, [d] per quas veratur locatio, vel venditio vltra triennium, ſed conceditur, vt poſsit fieri ad triennium, & eadẽ ratione videtur concedendũ, poſſe ad tantumdem tempus dari vſumfructum pretio vel gratuito.

2 Nonò noto ex eodem canone, à contrario ſenſu, & ex proximo notabili, poſſe Papam, & alios beneficiarios alienare fructus ſuorum beneficiorum iam collectos, & etiam colligendos, vſque ad modicum tempus, iuxta prædictam clementinam 1. [e] & prædictam extrauagantem 1. [f] ſine iuſta cauſa, & ſolennitate per præfatum ca. *veſtra.* [g] & c. quærelam. [h] & d. clementinam 1. [i] & prædictam extrauagantem. [k]

Tum quia ſimile facere poſſũt tutores de fructibus rerum pupillarium, qui ſeruando, ſeruari non poſſunt. [l]

Tum quia iura requirentia iuſta cauſam, & ſolennitatem in alienandis bonis Eccleſiaſticis, loquuntur de bonis ſtabilibus, ſiue immobilib⁹, & pretioſis nobilibus, quæ ſeruãdo ſeruari poſſunt, vt videre eſt in hoc cap. & in ca. *ſine exceptione.* [m] & per totam hanc quæ. & in prædicto c. *nulli.* & per totũ titu. [n] & conſequenter à contrario ſenſu tacitè ſignificant, requiri talem cauſam & ſolennitatem in fructibus eorũ: quod argumentum valet l. 1. [o] & ca. *cùm Apoſtolica.* [p]

Quæ omnia vera quidem ſunt; & recepta, indubiéque procedunt quoad cauſam & ſolennitatem, quas iura requirunt ad hoc, vt alienatio rerum Eccleſię valeat: ad hoc tamen vt etiam illa alienatio fructuum ſine peccato fiat, ſi res altius perpendatur, requiritur, vt ipſa actualiter, vel virtualiter referatur in cauſam ſeſe honeſtè ſuſtentandi, vel faciendi opera pia, præſentia, vel futura: nam ratio qua nititur hoc ca. cum alijs præcitatis, illa eſt, quòd bona deputata in ſuſtentationem neceſſariam vel decoram alicuius Eccleſię, & beneficiariorum eius, non debet conuerti in vſus profanos.

At conſtat quòd fructus Eccleſiaſticorum bonorum ſunt Eccleſiaſtica bona, & ſacra quartæ ſpeciei ſacrorum, vt poſt S. Thomam, [q] latè probauimus in d. tract. de redit. eccleſ. [r] & in Apologia præfata. [s]

Ergo eadem ratione non debent alienari fructus prædiorum Eccleſiaſticorum ſine relatione actuali vel virtuali ad ſuſtẽrationem honeſtam, vel opera pia, præſentia, vel futura. Dixi *virtuali:* quia non oportet, licèt eſſet meliùs, quòd beneficiarius actualiter referat pretium fructuum ſuorum, cùm eos vendit, in præfatam ſuſtentationem, & pia opera, ſed ſatis eſt, quòd ea mente id faciat, vt ſi interrogaretur, cur eos vendit? verè reſpondere poſsit, quòd ad ſuam ſuſtentationem; vel ad alia opera pia, id facit, iuxta ea quæ de relatione actuali & virtuali, clarius alijs nuper ſcripſimus, in comment. cap. *cùm miniſter.* [t]

Non obſtat, quòd iura diuina & humana permittunt venditionem, permutationem, & quamlibet aliam alienationem præfatorum reditũum, ſine vllius cauſæ requiſitione, vt ſuprà eſt probatum; cum tamen eadem omnia iura vetent alienari bona ſtabilia Eccleſiaſtica ſine cauſa, vt etiam ſupra eſt probatum, non, inquam, hoc obſtat: quia id procedit quo ad hoc, vt valeat vel non valeat alienatio, ſed nõ ad hoc, vt ſit iuſta, & ſine peccato: quia ſicut ad hoc, vt alienatio bonorum ſtabilium valeat, & ſit iuſta requiritur cauſa neceſsitatis, pietatis, vel vtilitatis, vt habetur in gloſſa ſummæ huius quæſtionis, & in annot. 3. ſuper ea fãctarita & in alienandis fructibus ad hoc, vt iuſta ſit alienatio, requiritur, vt actualiter, vel virtualiter ſiat cauſa ſuſtẽtationis honeſtę, vel alia pia; licèt etiam aliter facta valeret: peccaret enim cum obligatione reſtituendi, qui venderet illos ad reponendum pretium, & reponeret in theſauro, vel impenderet in alios malos, vel profanos vſus, vt latè probatum eſt in Apologia prædicta quo ad peccatum quidem. q. 1. [a] & quo ad reſtitutionem, q. 2. [b]

Ex quibus colligitur, quòd ſicut datur alienatio rei Eccleſiaſticæ immobilis Papę valida, & non iuſta, vt [c] dictũ eſt, ita frequenter alienatio fructuum rei Eccleſiaſticę, etiam ab inferioribus facta inuenitur valida, & non iuſta.

3 Decimò noto, quod ex hoc canone, & proximo notabili, & alijs precedentibus, colligitur radix, ex qua deducenda eſt deciſio quatuor dubiorum infra de prædictis ſpolijs proponendorum, videlicèt quod ſicut Papa non poteſt bona Eccleſiarum inferiorum iuſtè alienare ſine iuſta cauſa, in vſus profanos; neque in pios alios ab eis, & beneficiarijs earum ſunt conceſſa, ſine illorum conſenſu; ita non poteſt etiam reditus eorum.

Tum quia in proximo, & ſeptimo notabili concluſum eſt, præfatos reditus eſſe bona eccleſiaſtica & ſacra, & deputata mediarè, vel immediatè ab ipſo Papa per quoſdam quaſi contractus ſuſtentationi decenti illarum, & earumdẽ beneficiariorum.

Tum quia antiquiſsima Eccleſię Romanę conſuetudo habet, ne Papa accipiat, aut impendat reditus inferiorum Eccleſiarum, & earum beneficiariorum in alios vſus, etiã pios, ſine cauſa, pro libito abſque illorum, ad quos pertinent, conſenſu.

SVMMARIVM.

1 *Fragmenta extrauagantium quarumdam.*
2 *Bona, quæ prælati & beneficiarij regulares relinquunt inconſumpta, ſpolia ſunt.*
3 *Forſan. dictio caſualiter iuxta materiam ſubiectam ſignificat certitudinem, licèt propriè dubitationem importet.*
4 *Verba propriè intelligi debent, niſi aliud conſtet de mente diſponentis.*
4 *Papæ ſemper ea mente fuerunt, vt ſpolia cederent Cam. Apoſt. non alijs.*
5 *Spolia eccleſiarum non ſolum Italiæ, ſed & aliarum prouinciarum Papæ reſeruata.*
5 *Papa immediatus à Deo ſuam poteſtatem accipit, quàm Principes ſeculares.*

§. 5.

HIS igitur annotatis, quatuor dubia proponam. Primum, An iure antiquo aliqua ſpolia pertineant ad Papam ſummum Chriſti vicarium?

Secundum, An Papa poruit illa ſibi reſeruare?

Tertium. An de facto reſeruauerit, & quę ſint illa?

Quartum, An conſuetudo contrarie excuſet aliquos ab eis Camerę Papę non ſoluendis?

Ad horum dubiorum reſolutionẽ, premitto primo partes aliquas extrauagantium fœl. recor. Pauli III. Iulij III. Pauli IIII. Pij IIII. & Pij V. Pars extrauagantis Pauli I II. datę Romę 1541. tertio non. Ianua. Pontific. ann. 8. huc pertinens eſt hęc.

Cum itaque, ſicut accepimus, à nonnullis nimium curioſis, qui iura Cameræ Apoſtolicæ vſurpare, ac Cameram præfatam illis defraudare vellent in dubium redigatur, an res & bona ſpolia nuncupata prælatorum, etiam pontificali, vel aliâ maiori dignitate fulgentium, cæterarũque perſonarũ Eccleſiaſticarum, ſæcularium & regularium, tempore obitus ipſarum remanentia, ex eo quòd Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, & Cameræ præfatæ reſeruata fore, aliqua generali Apoſtolica conſtitutione forſan non cauteatur ad Cameram prædictam iure legitimo ſpectare, & pertinere debeant. Nos & ſi ſatis euidenter conſtet, & appareat, prædeceſſorũ noſtrorum Romanorum Pontificum & noſtrã indubiam intentionẽ & voluntatem, ſemper fuiſſe, vt ſpolia huiuſmodi ad dictã Cameram, & nõ ad alios ſpectarent, & pertinerẽt: & quòd pro eadẽ Camera exigerẽtur, & recuperarẽtur, cũ prædeceſſores præfati, diuerſos dicto rũ ſpoliorũ, vt ad Cameram prædictã, ſpectantiũ & pertinẽtiũ, collectores, & exactores in varijs prouincijs & locis deputauerint & conſtituerint,

a *Mon. 38.*
b *Mon. 7. in d. verò tracta. q. 1. moni. 48. & quæſt. 2. mon. 7.*
c *in ſeptimo notab.*

Hæc extrauagantia. eſt 31. inter Conſtitutiones Pauli III. & incipit, Romani Pontificis.

stituerint. & nos deputauerimus, & constituerimus, variaque literæ ab eisdem prædecessoribus, & à nobis super exactione aliquorũ eorumdem spoliorum, in quibus spolia huiusmodi ad præfatam Cameram spectare expresse continebatur, emanauerint, ac semper de illis dicti prædecessores per pleraſque alias literas, tamquam de rebus ad Cameram prædictam pertinentibus, donando, vel transigendo, aut aliàs diuersimode disposuerint, & nos disposuerimus, necnõ ea ab antiquissimo tempore citra dictæ Cameræ nostræ nomine exacta & inter iura ipsius Cameræ connumerata fuerint. Ne tamen præmissorum veritas deprimi, & mendacium desuper in præfatæ Cameræ præiudicium locum sibi vendicare valeant. Attendentes quòd iniquum esset, si ex Apostolicæ sedis benignitate, vel alia rationabili causa ad singula quæque loca collectores non destinantur, iura ipsius Cameræ propterea depereant dubiũ huiusmodi enucleare, ac in præmissis opportunè prouidere volentes. Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, declaramus, res & bona huiusmodi, spolia, vt præfertur, nuncupata, in quibuscumque regnis, ac dominijs, tam citra, quàm vltra montes, & maria consistentia, quæ pro tempore post obitum prælatorum, & personarum prædictarum quantumcumque etiam vt præfertur, vel aliàs quomodolibet qualificatarum, etiam Cardinalatus honore fulgentium, qui vel nullo condito testamento, vel absque sufficienti facultate, aut vltra quantitatem, de qua facultatem habuerint, condito, decesserunt, & decedent, remanserunt, remanent, & remanebunt, etiam quòd ad illa recuperandum aliqui collectores deputati nõ fuerint, ad Cameram Apostolicam, & nõ ad alios, etiã in quibuſuis cathedralibus, etiam Metropolitanis & collegiatis, ac alijs Ecclesijs, Monasterijs, cęterisque beneficijs Ecclesiasticis cum cura, & sine cura, secularibus, & quorumuis ordinum regularibus, qualitercumque qualificati, successores, illa in titulum, commendam, administrationem, & aliàs quomodolibet pro tempore obtinentes, etiam si ad illa vigore prioris tituli ius regrediendi, seu accedendi, vel ingrediendi, concessum fuerit, spectasse, & spectare, illaque tamquam ad ipsa Cameram spectantia, perpetuo colligi & recuperari potuisse, & posse, atque debere: ac ita vt præfertur, eorum prædecessorum. & nostram intentionem & voluntatem semper fuisse, fidem facimus, & attestamur per presentes. Decernentes sic & non aliter per quoscumque tam ordinaria, quàm delegata, & mixta auctoritatibus fũgentes iudices & personas, vbique in quacumque instantia iudicari, definiri, & decidi debere, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, interpretandi, & decidendi facultate. Nec non irritum, & inane, quicquid secus super his, à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Quocirca, dilecto filio Guidoni Ascanio Sfortię S. Eustachij Diacono, Cardinali, & in Camerariatus officio successoribus committimus, & mandamus, quatenus exactioni, & recuperationi spoliorum huiusmodi incumbant, & illa ad Cameram Apostolicam peruenire, ac præmissa ab omnibus inuiolabiliter obseruari faciant: nec permittant Cameram ipsam, vel eius agentes desuper modo aliquo molestari, impediri, vel inquietari Contradictores, &c.

a § 7. Primo noto in hac extrauagante illa verba, *Regularium: &c.* & inferius, *Quorumuis ordinum regularibus.* per quę probatur, quòd etiam bona, quæ prælati, & alij beneficiarij regulares relinquunt inconsumpta, connumerantur spoliis.

Idem probat breue Pij IIII. datum anno 1560. infra, [a] relatum ibi, *Quarumcumque personarum ecclesiasticarum secularium & quorumuis ordinum regularium, &c.*

Idem probat bulla eiusdem Pij IIII. data eodem anno, ibi. *quorumuis ordinum regularium &c.*

b §. 8. Idem probat bulla eiusdem, data eodem anno, dum quæsita à religiosis, per negotiationem illicitam inter spolia computat, & paulo infra ibi. *Quorumuis ordinum regularium.*

Idem probat extrauagans Pij V. [b] data anno 1565. ibi. *Quorumuis ordinum regularium.*

c 3. *de priuil.* d *Cap. in præsentia de probat. queth. ingressũ. C. de sacro. eccles.* e 12. *quæst. 1.* Contra hoc notabile vrget, quòd omnia, quę acquirit prælatus, vel alius beneficiarius regularis, acquirit Monasterio, vel Ecclesię, cuius est beneficiarius; quum non possit suę personę quicquam quęrere, iuxta *c. cum olim.* [c] vbi late Innocentius receptus ab omnibus. [d] *c. non dicatis.* [e] vbi gl. celebertima, & receptissima habet, regularem non esse dominum etiam

A vestis quotidianę, qua vestitur, nec eam possidere nomine suo, instar serui, iuxta iura, [a] & latius tradidimus in d. tract. de redir. [b] & consequenter omnia videntur esse impensa, & insumpta ante mortem illorum, tamquam quę sunt quęsita monasterijs, & Ecclesijs eorum. ergo non possunt dici spolia, per definitionem supra dictam. [c]

Item, ea quæ prælatus sæcularis donat Ecclesiæ in sua vita eo mortuo non censentur spolia: quia eo viuente iam fuerũt alij quæsita, & ea quæ beneficiarij regulares quærunt, quæruntur monasterijs, Ecclesijs, vel beneficijs eorum ante mortem illorum, vt dictum est: ergo non possunt dici spolia, quæ dicuntur sola illa, quæ non fuerunt impensa, & quęsita alijs, viuentibus ipsis beneficiarijs.

B Tertio, quòd etiam in Ecclesiis secularibus, in quibus prælatus & Capitulum omnia habent communia, & nullam mẽsam separatam, & omnia regunt, & dispẽdunt simul; ita, quòd solus prælatus sine Capitulo, vel aliquibus deputatis ab eo, quos alibi discretos, alibi consiliarios appellant, nihil insumit, præterquam duo, vel tria, vel quinque scuta, quæ potest dare singulis mensibus pauperibus, vt seruatur in omnibus monasterijs S. Hieronymi in Hispania, & etiam in Dominicanis habentibus bona stabilia, qualia multa habent Salmanticæ in monasterio S. Stephani, & Pinciæ Sancti Pauli, & in collegio S. Gregorij, mortuis prælatis, nulla videntur remanere spolia: licèt multa supereſſent reliqua sustentatis conuẽtibus, & alijs

C omnibus oneribus, eo quòd omnia illa iudicantur acquisita talibus Ecclesijs viuentibus adhuc prælatis. ergo à fortiori quęsita per prælatos & alios beneficiarios regulares, non cẽsebuntur spolia, cum ipso iure ante mortem illorum sint quęsita monasterijs, & Ecclesijs vel beneficiarijs eorum. Postremo quòd nemo audiuit priores regulares Carthusianorum, nec Hieronymianorum, nec Dominicanorum, nec aliorum similium, qui vna cum Capitulis suis bona omnia monasteriorum eo modo, quo dictum est administrant censeri relinquere aliqua spolia, etiamsi tempore mortis eorum multa inueniantur in arcis trinarum clauium reliquata.

D Ad hæc argumenta visum fuit primo aspectu responderi posse, quòd extrauagans hæc solum habeat locum in beneficiatijs regularibus habentibus mensas separatas; & reditus separatos à mensis, & reditibus monasteriorum & conuentuũ & Ecclesiarum suarum, & non in alijs: quæ tamen responsio, non videtur firma. Tum quia eadem ratio idem videtur cõcludere in istis, sicut in illis: quia etiam in istis habentibus mẽsas separatas, & reditus separatos, omnia quæ illi quærunt, quæruntur monasterijs, vel Ecclesijs per prędicta. Tum quia consequeretur nulla spolia relinquere prælatum regularem, qui solus administraret aliquam abbatiam amplissimam, & tempore mortis suæ sustentato conuentu suo, & omnibus oneribus, relinqueret decem millia scutorum reliquata. Consequeretur item, quod commendatarius, cui commendata

E esset huiusmodi Abbatia, quam ipse solus gubernaret, nulla posset relinquere spolia: quia nullam mensam, nec reditus separatos à mensa, vel reditibus conuentus & Ecclesię haberet, quod videtur contraire menti huius extrauagantis.

Quare videtur dicendum, hanc extrauagantem intelligẽdam esse de omnibus prælatis, & beneficiarijs regularibus, tã non habentibus mensas separatas, quàm habentibus, qui soli sine Capitulis, & discretis, vel deputatis ab eis in consiliarios, seu discretos eorum, possunt dispendere reditus suos absque limitatione. Et potest assignari illa ratio diuersitatis, quòd licèt quæsita per hos, quærantur monasterijs, & Ecclesijs, sicut quæsita per illos: hi tamen possunt in vita pauperibus, & operibus piis impendere illa soli, sine vllius alius consensu, & ita

F sunt reuocabiliter quæsita. Alij verò non possunt dispendere illa iam quæsita; quod facit vt non censeantur spolia: sicut in simili, bona stabilia, siue immobilia quæsita per beneficiariũ secularem, & donata Ecclesię in vita eius non censentur spolia: licèt sic quæsita & nondum donata Ecclesiis, vt late concluſimus in præd. tract. [d] ratio huius rationis est, quòd libertas illa, quam habet beneficiarius regularis dispendendi quęsita ex reditibus suis dum viuit, sine vllius alterius consensu, facit, vt quadamtenus non videantur quæsita suis monasterijs, & Ecclesijs, quãuis re vera sint quæsita: sicut & res legata nondũ acceptata, quæritur quidẽ legatario ipso iure, à morte testatoris, sequuta hæreditaris aditione, [e] sed reuocabiliter ãte

a *Leg. id vestimentum. ff. de pecul. & l. quod seruus ff. de acq. poss.* b *Quæstio. 1. mo. 7. & seq. & in Apolog. prædicta. q. 1. mon. 9. vsque ad 18.* c *In* §. 1. *n. 2.*

d *De red. quæst. 1. mon. 47. & in Apolog. præd. q. 1. mon. 37.* e *Leg. à Titio. ff. de iure.*

ceptationem, post eam verò irreuocabiliter.

3 Secundo noto illa verba. *Forsan non caueatur.* per quæ significatur, non esse certum, quòd per aliquam constitutionem Apostolicam ad Paulum vsque III. editam, clarè Sedes Apostolica reseruauerit sibi, & suæ Cameræ prędicta spolia: quia verbum, *forsan*, significat dubitationem. [a] & quamuis respõderi possit, quòd casualiter iuxta materiam subiectam significat certitudinem, vt resoluit Felinus, [b] & quòd ita capitur hic iuxta illud, *Sub dubio forte respondent sæpe periti.* citatum à glossa, [c] non tamen videtur occurrere hic talis materia subiecta, ratione cuius verbum prædictum, quod propriè dubitationem significat, debeat impropriari.

4 Quum verba propriè debeant intelligi, nisi quando constat aliud de mente disponentis. [d]

Tertio noto verba illa, *Euidenter appareat. &, illam nostram indubitam intentionem. &c.* per quę significatur, omnes Romanos Pontifices semper fuisse ea mente, & intentione, vt præfata spolia cederent Camerę Apostolicę.

Quarto noto illa verba, *& non ad alios.* per quę significatur, prædicta spolia ita pertinere ad Cameram Apostolicam vt ad alios non pertineant, & consequenter in eis non esse locum, capite *quia sæpe.* [e] quatenus per verbum, *dimissa*, significat illa esse reseruanda futuro successori, de quo infra pauca.

5 Quinto noto illa verba. *Variis Prouinciis, & locis.* per quę docetur, non solum spolia ecclesiasticorum Italię, sed etiam aliarum prouinciarum, fuisse, ac esse reseruata Papę: quòd confirmatur eo quod eadem ratio idem iuris in omnibus suadet, [f] & clarius hoc exprimitur paulo post ibi. *In quibuscumque Regnis, & Dominijs, tãm citra, quàm vltra montes, & maria, &c.*

Sexto noto illa verba, *Variæ literæ, &c.* per quę apparet, quòd licèt Romani Pontifices per constitutionẽ generalẽ expressã non reseruauerint sibi spolia, per alias tamen literas declararunt illa ad se pertinere, quod sufficere videtur, arg. cap. *si Romanorum.* ℟ & §. *sed & quod Principi placuit legis habet vigorẽ.* [g] §. qui tanto magis locum habet in Papa totius Ecclesię Romanę Principe, quàm in alijs secularibus Principibus, quanto immediatius accipit ipse suam potestatem à Deo, quàm illi, & quanto liberiorem, quàm illi. [i]

Septimo noto, illa verba. *Declaramus, &c.* vsque in finem, per quę palam edicitur, quòd non solum statuit, sed statutum esse declarat, omnia spolia ecclesiasticorum non solum secularium, sed etiam regularium, non solum minorum & maiorum, sed etiam maximorum etiam Patriarcharum, & Cardinalium, non solum in Italia, sed etiam vbique gentium, citra & vltra montes, & maria, etiam si relinquunt successores per regressum & coadiutorias, spolia inquam, non solum futura, sed etiam præterita & præsentia, spectare, ac semper spectasse ad S. Sedem Apostolicam & ita spectare, vt non spectent ad alios. An tamen aliqua ratione defendi possit illud quod contra hoc seruari videmus in Hispania in spolijs aliorum, quàm Episcoporum, & in Lusitania, & Gallia, etiam in spolijs Episcoporum, in decisione 4. dubij dicemus.

Octauo noto illa verba, *Irritum & inane.* per quę constat, prefatam extrauagantem munitam esse decreto irritante, cuius magna est virtus, vt traditur in c. 1. [k] Quę ã impediat consuetudinem contrariam dicetur in prędicto quarto dubio.

SVMMARIVM.

1 *Bona immobilia ex reditibus Ecclesiæ comparata manent eiusdem naturæ, cuius sunt reditus.*
2 *Bona Ecclesiæ incorporata non computantur inter spolia, nec alia iustè donata.*
3 *Testari duabus rationibus impeditur Religiosus.*
4 *Bona immobilia de reditibus Ecclesiasticis per beneficiarios empta non omnia ipso iure fiunt ecclesiarum.*
5 *Testari iure nequit beneficiarius de reditibus ecclesiasticis siue simplicis, siue curati beneficij, neque ad pia, neque ad profana.*
5 *Lex maiore cum deliberatione conditur, quàm fiat commissio.*

a *Leg. 1. §. 1. ff. de rei vend. adiuncta glossa.* b *In ca. accedẽs. 1. col. 5. vt lite non contest.* c *Leg. si duo. ff. de arbitr.* d *Leg. non aliter. ff. de leg. 3. & cap. fin. de verb. signi.*

e *De electi° libro 6.*

f *Leg. illud. ff. ad legem aqui. cap. 2. de transl. prælat.*

g 10. *distinct.* h *Instit. de iure naturæ. gent. & ciuil.* i *Cap. quodcumque. 24. quæst. 1. capit. in nouo. 12. distinct. & cap. cuncta per mundum. 9. quæst. 3. cum notatis nica. 1. de constitu.*

k *De const. prab. lib. 6. & in cap. cum accessisset. de constitu. & in cap. dilecto. de præb. & in eis declarãt Doctores.*

A 6 *Consuetudinem vbique gentium esse, vt beneficiarij pro libito de suis reditibus donent vel relinquant in vita, & in morte, vt quidam asserunt, verum non esse.*
7 *Papæ debentur fructus Ecclesiarum mensarum Patriarchalium, Metropolitanarum, & c. à die vacationis, vsque ad diẽ prouisionis.*
7 *Verba (volumus) & (decernimus) ius nouum important.*
7 *Spoliorum nomine quæ veniant.*

§. 6.

B IVLII vero III. extrauagantis pars huc pertinens, data anno 1549. sexto Idus Martij, Pontif. anno 1. est hęc.

Cupientes, vt alma Vrbs nostra, in qua beatus Petrus Apostolorũ princeps, sibi, & suis in Christi vicariatum successoribus sedem constituit, & ad quam, veluti cõmunem ciuium fidelium patriam frequens est hominum accessus, specialibus fauoribus, & prærogatiuis decoretur, & qui illam pro tempore incolunt, seu Romanam curiã sequuntur, tam in his quæ ad victum pertinent, quàm in suorum dispositione bonorum, & post eorum obitum hæredes sui in eorundem bonorum assecutione plena libertate fruantur, & vrbis decori, ac curię prædictarum frequentia, necnon vrbem incolentium, & curiã huiusmodi insequentium indemnitati cõsulatur, Motu proprio &c. Et insuper auctoritate, & tenore prædictis, statuim[9] & ordinamus, quòd de cętero perpetuis futuris temporibus, omnes & singuli Vrbis incolæ, seu curiam huiusmodi insequentes cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel conditionis existant, etiam si Cardinalatus honore, aut Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, vel quauis alia Ecclesiastica seu mundana dignitate præfulgeant, si eos in dicta curia, seu eius districtu decedere contigerit, de omnibus, & singulis eorum immobilibus, mobilibus, & se mouentibus, bonis, pecunijs, iocalibus, iuribus, actionibus, & rebus alijs in dicta vrbe, & eius districtu pro tempore consistentibus, & per eos etiam ex fructibus, reditibus, & prouentibus Ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorũ Ecclesiasticorũ, cũ cura, & sine cura secularium, & quorumuis ordinum regularium quomodocũque, & qualitercumque qualificatorum, per eos etiam quibuſuis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, vel commendam, administrationem, seu aliàs quomodolibet obtentorum. aut aliàs, licèt tamen acquisitis cuiuscumque quantitatis, qualitatis, summæ, valoris & pretij, seu conditionis existant, etiam si talia sint, quæ sub generali verborum expressione non comprehẽdantur, sed speciali nota digna sint, tam donatione inter viuos, & causa mortis, quàm testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, quauis alia vltima voluntate in fauorem cõsanguineorum, & affinium suorum, & quarumuis aliarum personarum, etiam penitus extranearum, ac de iure incapacium, seu aliàs prohibitarum, etiam diuitum, & potentiũ, ac natorum suorum illegitimorum, seu spuriorum, ac collegiorum, vniuersitatum, Ecclesiarum, & locorum piorum, & non piorum disponere, illaque eis donare, concedere, relinquere, & erogare, ac in eis consanguineos, affines, & quasuis alias personas, ac natos etiam, vt præfertur, procreatos, necnon collegia, vniuersitates, Ecclesias, & loca, hæredes particulares, & vniuersales pro libito eorum voluntatis instituere liberè, & licitè, valeant. Quòdque si vrbis incolæ, aut curiam huiusmodi sequentes, ab intestato decesserint, eorum bona, pecunia, iocalia, iura, actiones & res huiusmodi non ad nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem aut Cameram Apostolicam sed ad ipsorum pro tempore decedentium proximiores agnatos, & alios: qui eis, nisi beneficiati essent, de iure succedere deberẽt, aliàs iuxta iuris communis dispositionem, liberè deuoluantur, nec per Cameram prædictam, aut pro ea agentes, etiam pretextu quòd hæredes prefati in curia non existant, aut quòd aliqui eisdem defunctis sanguine coniuncti in eadem vrbe non reperiantur, vel aliàs timore dilapidationis bonorum, pecuniarum, iocalium, & rerum huiusmodi occupari, aut inuentoriari possint: sed si hęredes prefati in Curia non fuerint, aut aliqui eisdem pro defunctis sanguine coniuncti in vrbe non reperiantur, tunc & eo casu, bona, & pecunię, ac alia huiusmodi, per ad id pro tempore deputatos singularum nationum, quarum ipsi defuncti fuerint apprehendantur, & iuxta iuris formam inuentorientur, & sub fideli custodia, pro eisdem hęredibus conseruentur. Districtius, &c.

Hæc extrauag. est 3. inter cõstitutiones Iulij III. & incipit Cupientes.

Prim noto in hac extrauagante verba principij, per quę

significantur rationes,ob quas magnę curę esse debet Pontificibus Romanis,eisdémque Maximis,Romæ, & eius decor, ac frequentia,concordat cap.*fundamenta*.[a]

Secundo noto illa verba,*Immobilibus,mobilibus, & se mouentibus*. per quę probatur , quod bona immobilia empta ex reditibus beneficiorum à beneficiarijs nomine proprio,& non nomine Ecclesiæ,non fiunt,ita ipso iure Ecclesiæ , vt nō possint alienari per beneficiarios,quàm alia bona Ecclesię antea incorporata:imo manent eiusdem naturæ , cuius sunt reditus,ex quibus comparantur : ita quòd perinde disponere poterit,de illis beneficiarius,ac potuisset de illis reditib⁹: quod in præd.tracta.[b] contra N.tenuimus.Vides enim quòd summus Pontifex computat illa inter spolia,inter quæ tamen non computantur bona Ecclesiæ incorporata.Concordant in hoc literæ aliæ Pauli III.datæ anno 1556.8.Februarij infra relatæ vt ibidem insinuamus, & etiam literæ Pij IIII. datæ anno 1560. trigesima Iulij, quibus declaratur,idem esse dicendum de reædificatis,refectis,& restauratis , quod intelligendū videtur de pretio in reædificatione & refectione insumpto: nā non potest intelligi de re principali refecta,quum potius refectio debeat cedere refecto,quàm è contrario refectum refectioni,arg.*§.cum in suo*,& *§.cum aliena*. [c] per quos etiam videtur intelligendum de refectione facta in ipsiusmet beneficiarij bonis,vel facta in alieno sine animo donandi ; quum donata in vita non cedant spolijs, salrem illa , quę iustè donantur, per ea quæ adduximus in prædict. tractat. [d] quæ ampliatio,& declaratio addenda est prædictis vbi supra , vbi etiam extrauagans hæc citata fuit.

Tertio noto ex illis verbis, *Motu proprio &c.* quæ mirabilē continent donandi,& testandi facultatem de reditibus ecclesiasticis concessam à sancta sede Apostolica;cōcedit enim eis, siue sint incolæ, siue aliæ Curiam sequentes,siue sint paruæ, siue magnę conditionis,etiā Card.& quod possūt disponere per donationes inter viuos, & quascūque vltimas voluntates, & in personas capaces,& incapaces,in diuites , & pauperes, in pia,& non pia,in cognatos & extraneos , & natos suos etiā illegitimos,& spurios pro libito eorum:quamuis quod ait de natis illegitimis videretur tollendum, quia videtur præbere occasionem delinquēdi,per ea quę adducūtur à Felino, [e]ersi vtcumque defendi possit,per ea quibus Philippus Decius defendit quoddā primogeniū siue maioratū,in quo illud instituens possuit clausulā,vt deficientib⁹ legitimis, succederet in eo illegitimus & successionis alioquin incapax,de Regis licētia, & facultate succedēdi facta instituēti,vt eā apponere posset. [f] & quibus statutū simile dedēdit Calderinus,[g] quem sequitur Nicolaus de Vbaldis,[h] nā licèt per responsionē eorū,tollantur ea,quæ vbi supra Felinus citat quoad primogenia laicorū, tamē quoad hoc satis cōcludunt debere adimi talē facultatē Ecclesiasticis in bonis Ecclesiasticis, licèt quoadūsque tollatur seruanda erit,per rationes Decij,vbi supra redditas. Quā tamen sublatam esse à fæl.rec.Pio V. vidi post hæc scripta in bulla eius super reuocatione facultatum relinquendi illegitimis de bonis ecclesiasticis,hoc eodem anno 1571. edita, cuius tenorem infra §.vltimo , cum aliquot adnotationibus de verbo ad verbum inseram.

3 Quarto noto illa verba,*Quorumcumque ordinum regularium*. & moneo,quod non significant,vt quidam putant, quod regularis moriens in curia testari possit:sed solum,quod prædictæ personæ possunt testari de reditibus beneficiorum etiam regularium,& ex eis quæsitis : sublato enim impedimento vno,non tollitur aliud. [i] At religiosus duobus impedimentis arcetur à testando de reditibus Ecclesiasticis , videlicet religionis,& naturæ redituum Ecclesiasticorum:per hanc autem extrauagantem tollitur quidem posterius,quod ex natura redituum nascitur,non autem prius,quod inest religioni. Vnde alia extrauagans Pauli IIII.paulo post relata,expressè restringit hoc ad clericos sęculares.

Quinto noto,quòd hæc extrauagās videtur probare quod Papa potest iustè facere facultatem testandi pro libito beneficiatijs de suis spolijs, & reditibus ecclesiasticis, etiam in diuites,& potentes,cognatos,& extraneos sine vllo pietatis , vel paupertatis intuitu.Cuius contrarium probauimus nos in d. tract.[k] vbi,[l] respondimus extrauagāti Pij IIII.idipsum quod hæc formaliter continenti,quam infra,[m] refero,omissa parte quæ id continet. Quo eodem modo respondēdum est huic, nempe, quod ea facultas intelligenda est quoad forum externius tantum:quoniam facta fuit,ad tollendum grauissimas illas molestias,quę fiebant per ministros à Camera deputatos, omnibus clericis ægrotis : annotando, etiam antequam morerentur, bona,quę habebant,vndecumque quæsita,ne morientibus illis,cognati, hæredes, & famuli absconderent, vel amouerent à domibus eorum ea spolia , quæ post mortem eorum,Cameræ Apostolicæ deberentur. sicut diximus vbi supra, [a] quod lex Regia Hispaniæ iubet seruari consuetudinem testandi clericorum,non quidem quoad forum conscientiæ,quod facere nequit; sed duntaxat quo ad forum externius: ne Remp.innumeræ lites,quę alioquin nascerentur,leui cum vtilitate grauiter inquietarent , quòd paulo latius repetitur infra.[b]

Eiusdem Iulij III.extrauagans,data anno 1553. 10. Ianuarij, pōtificatus sui anno 3.per quam cognitionem causarum,quę super spolijs vertebantur , auocauit, & thesaurario generali cōmisit,quatenus huc pertinet,sic habet. *Ad futuram rei memoriam.Vt exactio spoliorum,tam status sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quàm aliarum partium,Italiæ celerius, & facilius fiat nec ministrorum multitudine confundatur.Motu proprio,&c.* Nota quòd hæ literæ probant declarationem præfatam Pauli III. quoad spolia Italiæ,non quoad aliarum gentium.

Pauli autem IIII.cuiusdam commissionis datæ anno 1556. 8. Februar. Pontific. sui anno 1. pars huc pertinens sic habet.

Cum,sicut accepimus,nonnulli res & bona mobilia & immobilia,ac se mouentia ex fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum acquisita per obitum prælatorum,& aliarum quarumcunque personarum Ecclesiasticarum secularium,& quorumuis ordinum regularium,quæ extra Romanā Curiam decesserunt , remanentia, & relicta,quæ tanquam spolia aliàs fel.recor. Paulus Papa III. prædecessor noster ad Cameram Apostolicam spectare,& pertinere decreuit.& declarauit , indebitè occupare , & spoliis , huiusmodi Cameram defraudare præsumpserint,& præsumant in animarum suarum periculū,ipsiusque Camerę non modicum præiudicium.Nos pro nostri officij pastoralis debito , volentes temerarios talium personarū ausus comprimere,& ne in futurū spolia prędicta dissipentur oportune prouidere. Motu proprio, &c. & inferius. *Dantes tibi plenam & omnimodam potestatem , & auctoritatem omnia & singula , res , bona quæcumque mobilia , & immobilia, ac se mouentia , per obitum quarumcunque personarum Ecclesiasticarum , secularium beneficia non simplicia sed administrationem habentia obtinentium , & quoad beneficia , simplicia , nisi ex priuilegio Apostolico eis concesso , seu ex consuetudine legitimè præscripta , in loco vigenti testari valentium, & quorumuis ordinum regularium,quauis etiam Pontificali dignitate fulgentium,in vniuersa Italia,extra tamen hāc almā vrbem pro tempore decedentium remanētia,& relicta,cuiuscumque qualitatis,generis & speciei fuerint etiam gemmas,& pretiosa ornamēta ac pecuniarum summas , nec nostro & prędictę Camerę Apostolicę nomine colligendi,& recuperandi.&c.*

4 Primo noto illa verba, & *immobilia*.ad probandum clarè id quòd contra N.in dict.tract. [c] diximus videlicet, quod nō omnia immobilia quęsita ex reditibus Ecclesiasticis ēpta per beneficiarios, ipso iure fiunt eorum Ecclesiarum ; quia illa sola fiunt earum , quæ nomine ipsarum emunt, aut nomine suo empta ipsis dono , vel alio ad transferendum dominium idoneo titulo,tradunt,vt ibi latius est dictū, & supra in extrauagante Iulij III. [d] tactum fuit,cum ampliatione ibi addita.

Secundo noto illa verba.*Extra Romanam curiam decesserit*. per quæ ponitur differentia inter beneficiarios decedentes in curia,& decedentes extra eam,quæ non est vera iure cōmuni solo attento , sed attenta extrauagante prædicta Iulij III. quæ tale priuilegium concessit Romæ decedentibus.

5 Tertio noto illa verba,*Beneficia non simplicia , sed administrationem habentia &c.* per quę videtur sibi ipsi cōtradicere: nam primo videtur significari esse quoad facultatem testandi magnam differentiam inter reditus beneficij simplicis,& beneficij administrationem habentis , quam significat glossa , [e] quę post Hostiensem , [f] habet , simplex beneficium habentem posse testari de reditibus eius, habentem autem beneficium,cui administratio inest,minimè:& ita

videtur

a *De ele.li.6.*

b *De redit. eccles. quæst. 3.mon.47. & in Apolog. q. 1.mon.37.*

c *Instit.de re. Dom.*

d *De redi.eccles. qu.1.mo. 47.& seq. & in Apolog. q. 1.mon.37.*

e *In cap. fin. n.13.de const.*

f *In const.271. col.pen.*

g *Const.4. de const.*

h *In tract.de succes. ab intest. col.31.n. 41.*

i *Cap.ex tuarum de auctor. & usu pal.l.si dom⁹. ff de seruit. urban.prad.*

k *De red q.3. mon.6. & in d. Apolog.q. 3. mon.6.n.8.*

l *Et in ea.q. mon.3.*

m §.7.

a *In d.qua.3. mon.3.nu.6.*

b §.11.*nu.3.*

c *De red.eccles. quæst.1. mon.47.& in Apolog.mon. 37.*

d §.6.nu.4.

e *In cap. præsenti. verbo Reseruari.de offi.ord.lib.6.*

f *In cap.fin. de pecul.cle.*

videtur facere contra communem & nostram opinionem, quæ habet,neutrum illorum posse iure testari; quā late probauimus in dict.tract. [a] & postea oppositum significat,quatenus ait,habentes simplicia non posse testari, nisi facultatem specialem habeant ad hoc à sede Apostolica,vel à consuetudine,clarè insinuando,non posse id de iure facere. Quod itē ait de priuilegio,alicui videri posset parum cautè dictum:cū negari non possit,vtrosque illorum priuilegio Papæ posse testari ad pia,vt probauimus vbi supra, [b] sed quicquid significet hæc bulla,quæ non continet legem , sed quamdam commissionem , quæ non solet cum tanta deliberatione componi,cùm quanta lex soleat , [c] intelligi debet secundum illam iuris veritatē,quæ habet,vtrosque posse testari ad pia priuilegio Papæ,& ex consuetudine prædicta ; neutros autem sine tali priuilegio,vel cōsuetudine,etiam ad pia;ad profana verò, & in diuites,neque cum priuilegio, neq; cū consuetudine,vt probauimus vbi supra.Pius verò IIII.in quadam bulla motu proprio data anno 1560.26.Maij.Pōt.anno 1.quoad nostrum propositum scribit.

Hæc bulla est 11. inter Pij IV. constitutiones,&incipit grauе nobis.

Cum itaque(sicut ex proborum,& fide dignorum hominum relatione nuper accepimus) quamplures,prælati presbyteri,& aliæ ecclesiasticæ personę diuersarum prouinciarum,locorum, & dominorum,& præsertim Regni Neapolis,nulla à nobis,seu sede Apostolica, facultate testādi fussulti,vel muniti,sed temeritate propria,& forsan ad futorum importunam suggestionem impulsi,in eorum vltimis voluntatibus testamenta sua condendo , ac donationes , seu legata, aut codicillos faciendo de bonis suis diuersimodè,licèt id facere nullo modo posint,neque debeant,disponere audeant,ipsaque bona sub diuersis confictis prætextibus & coloribus,hospitalibus ac pijs locis, & forsan cum promissionibus clandestinis,quo eorum cōsanguineis, vel affinibus,aut alijs personis ab eisdē testatoribus nominatis , post illorum obitum ab ipsis hospitalibus,& locis de certa seu quota portione bonorum huiusmodi subueniatur,testari , relinquere , legare, codicillare non erubescant,in dictæ Camerę nostræ graue damnum, & præiudicium maximum dictæ Camerę indemnitati opportune consulere,& inconuenientibus huiusmodi pro officij nostri debito, congruum remedium adhibere volentes,Motu proprio,&c.

Primo noto illud verbum (*donationes*) per quod videtur significare beneficiarios non posse donare magis quàm legare,cuius contrarium latè probauimus in dicto tract.de red. [d] Sed,vt iura iuribus concordent, [e] intelligendus est hic textus de donationibus causa mortis, vel inter viuos ad profana, & quæ nullatenus fiunt intuitu paupertatis,aut pietatis, aut fūt simulatè sub specie illarum ad profana:illa verò, quę à nobis, [f] adducuntur,intelligenda sunt de donationibus inter viuos irreuocabilibus,& veris,quæ verè intuitu earum fiunt , quod etiam satis declaratum fuit in prædicto mon. [g]

Secundo noto,clarè hinc intelligi,non esse verum id quod N.contra quem prædictam Apologiam scripsimus,dixit, nēpe vbique gentium esse consuetudinem , vt beneficiarij pro libito de reditibus suis donēt,vel relinquāt in vita,& in morte:cùm hic Pius IIII.asserat vtrumque illorum malè fieri , & esse peccatum;& ita confirmat,quæ nos contra ipsum latè diximus in prædicto tract. [h]

Idem Pius IIII.in quodam breui commissionis datæ 1560. 30.Iulij Pont.sui anno 1.sic ait.

Cum,sicut accepimus,nonnulli res & bona mobilia & immobilia,ac se mouentia ex fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum acquisita per obitum prælatorum,& aliarum quarumcunque personarum Ecclesiasticarum secularium,& quorumuis ordinum regularium,quæ extra hanc almam Vrbem decesserunt,remanentia, & relicta,qua tanquam spolia aliàs fel.recor. Paulus Papa III. prædecessor noster ad Cameram Apostolicam spectare,& pertinere decreuit.& declarauit,nec non fructus,reditus, & prouentus mensarum patriarchalium Metropolitanarum , & aliarum cathedralitū ecclesiarum,& monasteriorum in tota Italia consistentium, & per obitum Prælatorum illorum vacātium,indebitè occupare,& spoliis, ac fructibus,& prouentibus huiusmodi dictam Cameram defraudare præsumpserint,& præsumant in animarum suarum periculū, ipsiusque Camerę præiudicium non paruum.Nos pro nostri pastoralis officij debito,talium personarum ausus temerarios reprimere, & ne spolia,ac fructus huiusmodi in posterum dissipentur , opportunè prouidere volentes:ex certa nostra scientia,ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & quoscumque dictorum spoliorum , & fructuum,per totam Italiam ad hunc vsque diem quomodolibet, etiā per nos, seu de mādato nostro deputatos collectores, & subcollectores,etiam si S.R.E.Cardinales & Cameratiæ fuerint , primum & ante omnia reuocantes,omnemque illis desuper attributam auctoritatem,& potestatem abdicantes,te qui coniugatus existis , & de cuius fide,integritate,& diligentia plurimum in domino cōfidimus,nostrum & dictæ Camerę in vniuersa Italia spoliorum ad ipsam Cameram pertinentium, nec non fructuum, redituum & prouentuum mensarum huiusmodi collectorem generalem auctoritate Apostolica,tenore præsentium quoad vixeris & quandiu Thesaurii nostri generalis officium obtinueris,constituimus , & deputamus. Dantes tibi plenam & omnimodam potestatem , & auctoritatem omnes & singulas res & bona quæcumque mobilia , & immobilia, ac se mouentia,spolia nuncupata huiusmodi,& etiam illa , quæ ex fructibus,& reditibus ecclesiasticis empta,reædificata,refecta , & restaurata fuerint,seu aliàs ex eisdem fructibus, redditibus & prouentibus quomodolibet prouenerint , per obitum quarumcunque personarum Ecclesiasticarum, secularium beneficia non simplicia, sed administrationum habentia obtinentium , & quoad beneficia simplicia , nisi ex priuilegio Apostolico eis concesso , seu ex consuetudine legitimè præscripta,in loco vigente testari valētium, & quorumuis ordinum regularium,quauis etiam Pontificali dignitate fulgentium,in vniuersa Italia, extra tamen dictam vrbem pro tempore decedentium remanfura, & relicta,cuiuscumque qualitatis, & speciei fuerint etiam gemmas, & alia pretiosa , & pecuniarum summas , nec non etiam fructus, & reditus & prouentus mensarum huiusmodi,à die Ecclesiarū & monasteriorum vacationis huiusmodi,vsque ad diem præfectionis,ac prouisionis, seu commē de de illis faciendę,quos omnes & singulos fructus , reditus , & prouentus & ad dictam Cameram spectare & pertinere volumus , & decernimus , ac eidem Camerę applicamus, & appropriamus,nostro & præfatæ Camerę Apostolicæ nomine colligendi,percipiendi,& recuperandi.ac tam super illis , quàm aliis, quibuscumque spoliis,que hactenus in ipsa Italia per similium personarum obitum,aut aliàs remanserunt & indebitè vsurpantur,omnibus vijs & modis inquirendi, & inuestigandi &c.

Primo noto,illa verba,*In tota Italia*. quæ possent significare alicui solùm in Italia deberi huiusmodi spolia Papæ : quod tamen non faciunt,nec limitant extrauagātem Pauli III.quoniam hic non agitur de ferenda vel declaranda lege , qua debentur spolia Papæ, sed de commissione facta Commissario, & collectori spoliorum Italiæ, quod est longe diuersum , vt palam est,& à diuersis non fit illatio. [a]

Secundo,illa verba,*Beneficia non simplicia sed administrationem,&c.* per quæ videtur,quoad testandum significari differentiā inter beneficia simplicia , & ea quibus inest administratio,de quo dicendum est idem quod supra diximus de similib⁹ verbis in literis cōmissionis Pauli IIII. supra relatis. [b]

Tertio noto,illa verba.*Neonon fructus,reditus , & prouentus mēsarū huiusmodi à die Ecclesiarū & monasteriorū vacationis huiusmodi vsque ad diē præfectionis,&c.* quod salrē in Italia nō solū debētur spolia beneficiariorū Papę,sed etiā omnes fructus mensarum Ecclesiarum Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium,& monasteriorum,qui obueniunt à die vacationis illorum,vsque ad promissionem eorumdem: quod videtur esse iuris nouum. Tum quia supra relata extrauagans Pauli III.nil tale habet.Tum quia c.*quia sæpe*. [c]imo & ca. *cum vos*. [d] statuitur illa esse conuertenda in vtilitatem Ecclesiarum, vel reseruanda futuro successori. Tum quia hæ literæ vtuntur verbo,*volumus*,& verbo,*decernimus*.per quæ introducitur ius nouum,vt de verbo,*volumus*,ait glossa, [e] de verbo verò,*decernimus*,glossa cle.*per literas*. [f] quas citat Felin.in c.*decernimus*. [g]

Quarto noto illa verba,*etiam gemmas,&c.* quòd appellatione spoliorum veniunt non solùm immobilia, & mobilia vulgaria.sed etiam pecunia numerata,gemmæ,& alia pretiosa,& rectè quidem:quia omnibus illis cōuenit definitio spoliorum supra in principio posita,& declarata.

SVMMARIVM.

2 *Verbum statuimus,ius nouum inducit.*

3 *Beneficiorum reseruatorum & non reseruatorum vna differentia.*

3 *Possessio beneficiorum reseruatorum in Regno Neapolitano capta plumbeis bullis non expeditis permittit ius quæsitum per simplicem signaturam.*

4 *Possessionem capiens per solam signaturam non est regulariter iudicandus intrusus:vt asseruit Felinus.*

4 *Bona clericorum per negotiationem illicitam quæsita spectant*

ad se

a *Leg.Papinianus ff.de minor.& leg. naturaliter.*

§. *nihil commune ff.de acquirenda possessione.*

b *In §.5.numero 3.in fin.*

c *De elect. li. 6.& cap. præsenti.de offic.ord eod. lib.imo.& c*

d *De offic. ord.in Decretalibus.*

e *In clem.1. de offi.vic.& clem.1.de rerum permutatione.*

f *De præb.& alia 3.*

g *Num. 10. de iud.*

ad sedem Apostolicam.

5 *Bona clericorum quæsita per modos à canonibus prohibitos sunt reseruata Papæ.*

6 *Testandi facultas non prodest nisi testetur is, cui illa facta est.*

7 *Paulus Odescalcus laudatus.*

§. 7.

Hæc bulla est 20. inter Cõstitut. Pij 4. & incipit ista: Cupientes.

DE M Pius IIII. in alia bulla data anno 1560. 7. Decembris, Pontific. sui anno 1. sic ait.

Cupientes malitiis nonnullorum, qui fructus monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum dispositioni Apostolicæ reseruatorum vsurpare non verentur, & Cameræ nostræ Apostolicæ indemnitati, quãtũ cũ Deo possumus, consulere. Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulos fructus, reditus, & prouentus, ac iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque, quomodolibet & qualitercunque nuncupata omnium, & singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura secularium, & quorumuis ordinum regularium, & monasteriorum, etiam consistorialium nobis, & sedi Apostolicæ, tam per constitutiones Apostolicas, quàm cãcellariæ Apostolicæ regulas editas & edendas, seu alias quomodolibet, & ex quauis causa generaliter, vel specialiter, reseruatorum, seu affectorum in Regno Neapolis, & quibusuis prouinciis, ciuitatibus, terris, opidis, & locis consistentium per obitum & alias quouis modo, præterquã per cessum illa obtinentium pro tempore vacantium, à die ipsorum beneficiorum, & Monasteriorum vacationis pro rata temporis, vsq; ad diem, quo prouisi per nos de eisdem beneficijs, & Monasteriis vigore literarum nostrarum sub plumbo, illorum possessionem de manu dilecti filij Magistri Pauli Odescalchi notarij, & in dicto Regno dicti nuntij, & collectoris nostri, quem per alias nostras literas commissarium ad capiendum possessionem beneficiorum, monasteriorũ huiusmodi deputauimus, habuerint, & acceperint, & aliter capta possessio nullius sit roboris, vel momenti, ac prouisis ipsis nullum ius per eam acquiri, neque eis vllatenus suffragari possit, eidem Cameræ Apostolicæ auctoritate Apostolica tenore præsentium applicamus, incorporamus, & appropriamus, illaque applicata, appropriata, & incorporata, esse & fore, & ad illam spectare, & pertinere, nullumque præter nos & dictam Cameram, aut ipsum Paulum nuntium & collectorem, aut ab ipso deputatos subcollectores, ea percipere, exigere, aut aliàs se in illis intromittere posse aut debere, statuimus, & ordinamus &c.

Primo noto ex hac bulla, fructus & alia omnia emolumẽta beneficiorum quomodocumque reseruatorum sedi Apostolicæ vacantium aliter quàm per cessum in toto Regno Neapolitano tempore vacationis obuenientia, soli sedi Apostolicæ deberi, & esse ei reseruata, quod videtur esse nouum. Tum per ea quæ supra citauimus super breui commissionis eiusdem Pij IIII. paulo ante relato.

2 Tum quia nusquam alibi hoc videtur fuisse statutum. Tum quia vtitur verbo, *statuimus*, quod inducit ius nouum, iuxta glossam notabilem & receptam cap. *vt litigantes.* [a] & in clem. *literas.* [b] quas inter alios approbat Felinus, [c] & ne putes hoc ipsum contineri in prædicto breui, considera quòd illud solùm statuit de fructibus, & emolumentis patriarchaliũ, & aliarum Ecclesiarum Cathedralium, & monasteriorum: hæ autem literæ statuunt de fructibus omnium beneficiorum quomodocumque sedis Apostolicæ prouisioni reseruatorũ, aliter quàm per cessũ vacantiũ in toto Regno Neapolitano.

3 EX quo rursus noto nouam differentiam, inter beneficia reseruata, & non reseruata in Regno Neapolitano, nempe quod illorum fructus tempore vacationis obuenientes sunt reseruati Papæ, horum autem non item, nisi essent Ecclesiæ patriarchales, vel cathedrales, & monasteria.

Secundo noto, quòd possessio præfatorum beneficiorum reseruatorum præfati Regni, accepta per alias litteras, quàm plũbeis munitas bullis, nil valet, nec prodest, imo nocet: quia perimit ius per signaturam quæsitum: & ita hoc casu esset locus opinioni Felini affirmantis, [d] iudicandum illum esse intrusum, qui per solam signaturam capit possessionem; contra tamen cuius opinionem esse tenendum regulariter monstrauimus in repetitione *c. accepta.* [e] quod etiã per locũ à speciali, quod est bonum argumẽtum, [f] satis hic probatur. Admoneo tamen lectorem, quòd relegenti mihi hunc Commentarium, quo extremam ei manum imponerem, casu *occurrit quędã extrauagans bonę me. Iulij III. anno 1553. edita, per quam extendit extrauagantem *Iniunctæ.* [g] ad omnia etiam minora beneficia, qu am in dicta oppos. 8. declarando diximus esse ius exorbitans, & non extendendum vltra maiora beneficia in ea contenta. Extendit, inquam, & addit ne possessio eorum virtute solius signaturę accepta quicquam prosit eam accipienti, imo adeo ei noceat, vt perimat ius, quod ei quęritur per signaturam, iuxta ca. *institutionis.* cum glossa, [a] & clem. *dudũ.* [b] cum glossa, [c] & faciat eum inhabilem. super quò dicam plura in Commentario cap. *fraternitas.* [d] quem de lege pœnali nũc vtiliter, ni fallor, compono.

* Occurrit quędam extrauagans. *Hęc videtur esse illa constitutio Iulij III. quę incipit Sanctissime, & est 33. inter ipsius constitutiones in Bullario contentas.*

Item Pius IIII. in alia bulla data anno 1561. nonis Februarij Pontificatus anno 2. confirmat facultatem testandi, quam Iulius III. per extrauagantem suam supra relatam dederat omnibus incolis Vrbis, & alijs clericis Curiam sequentibus, & decernit omnia quęsita à clericis, vel religiosis per negotiationem illicitam, quę post mortem eorum remanent, vel quibus in vita priuantur, vbique gentium pertinere ad Cameram Apostolicam, etiam si cum facultate testandi de illis testati fuerint, in hęc verba.

Nos ex certis tunc expressis causis motu simili, & ex certa nostra sciẽtia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, per alias nostras literas, sub data non. Nouem. Pontificatus nostri anno 1. decreuimus & declaratiuimus, omnia & singula, res & bona cuiuscumque qualitatis, & quantitatis existentia, ac in quibuslibet rebus, acregnis & dominijs, tam vltra, quàm citra montes; & maria consistẽtia, per quoslibet clericos, tam seculares, quàm regulares, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, vel ea maiori dignitate præfulgerent, ex negotiatione illicita, aut aliàs contra sacros canones, quomodolibet acquisita, quæ pro tempore post obitum eorum, qui etiam ex facultate quam habuerant testandi, condito testamento vbiuis locorum decederent, aut quibus etiam illos viuentes priuari, & eis destitui contingeret eatenus remanserant, & in posterũ remanerent ad eãdem Cameram & non alios spectasse, & spectare, ac, sub nomine spoliorum venire, illáque tamquam spolia ad eandem Cameram pertinentia perpetuo colligi, & recuperari potuisse, ac posse, & debere, prout in singulis literis prædictis plenius continetur, &c. & mox limitat hanc ampliationem in hunc modum.

Literas nostras prædictas ad S.R.E. Cardinales, etiam vbiuis locorũ decedentes, ac eorũ bona vbique existentia nullo pacto, ac vrbẽ & curiam præfatas: nec non prælatos, officiales, ac alios seculares, cuiuslibet ordinis regulares clericos, cateróque tam in vrbe, & Curia præfatis pro tempore existentes, & in ea, seu eius districtu decedentes, quàm aliàs alibi vbiuis locorum, etiam vltra montes, & maria existentes, testandi tamen, codicillandi, & aliàs de bonis suis qui buscunque quomodolibet disponendi, facultatem, seu etiam, quòd eis ab intestato decedentibus eorum bona ad ipsorum proximiores, & qui, nisi beneficiati essent, succedere deberent deuoluantur, & debeant, specialem ab Apostolica sede, vel officiorum suorum ratione priuilegiorum, aut ex alio quouis titulo, pro tempore habentes cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis & præeminentiæ personas, minimè se extendere, neque illos aut eorum aliquem comprehendere, &c.

Primo noto, & admoneo lectorem, quòd in d. tractat. [e] citaui hanc extrauag. quo ad partem decisam, qua facit facultatem testandi Ecclesiasticis personis residentibus in vrbe, etiã quoad profana, quę non fuit hic repetenda: quia continebat idem penitus quod extrauagans Iulij III. [f] super qua notaui, quæ super hac me notaturum condixi. [g]

4 Secũdo noto illa verba, *de negotiatione illicita*, omnia quęsita per negotiationem illicitam clericorum, & religiosorum, quę in tempore mortis eorum manserint incõsumpta, vel quibus in vita priuantur, pertinere ad S. Sedem Apostolicã; quod etiam videtur ius nouum. Tum quia nusquã alibi hoc videtur inueniri, statutũ. Tum quia vtitur verbo; *decernimus*, quod inducere ius nouũ supra diximus, post glossam receptã cle. per literas. de præb. & alias tres citatas à Felin. [h] quo fit, vt non sit adeo firmũ, id quod quidã respõderũt de bonis cuiusdã religiosi apostatę, qui nulla necessitate in id pressus, apud Indos ad 20. millia scutorum negotiãdo quęsiuit: respõderũt enim omnia pertinere ad monasteriũ, vnde iá professus sine licẽtia exiuit, & in Indiã se cõtulit. Nã licet secũdũ antiqua iura rectè respõdissẽt, iuxta *c. eũ olim secũdum.* & ibi notata per Innoc. ab omnibus receptum, [i] & authen. *Ingressi.* [k] tamen in hac bulla, quã ipsi non viderũt, contrariũ statuitur, ꝙ tãquam

a *De of. ord. lib. 6.*
b *De rescrip.*
c *In cap. decernimus. de iudic. nu. 10.*
d *In c. veniẽs de causa.*
e *De restitut. spol. oppos. 8.*
f *Capit. præcedẽti. §. loco. de pr. lib. 6.*
g *De elect.*

a *25. quæst. 2.*
b *De sepult.*
c *Verb. sepultura.*
d *12. q. 2.*

Hæc extrauag. est 31. inter Constit. Pij 4. & incipit Romanus Pontifex.

e *Et Apol. de redit. eccles. quæst. 3. mon. 6. sub finem.*
f *§. 6. relata.*
g *In præditio mon.*

h *In cap. decernimus. de iud. nu. 10*
i *De privileg.*
k *Cap. de sacrof. eccle & cap. non dicatis. cum glo. 12. q. 1.*

quotidianum valde videtur notandum, & consulendum esse monasterijs, quorum religiosi talia taliter qua fecerunt, vt se componerent cum Camera sedis Apostolicæ quæ in illa ius suum transferret, quò talia bona iure firmo petere possent.

5 Tertio noto illa verba, *Vel aliàs contra sacros canones*, per quæ probatur, quòd quæsita per personas Ecclesiasticas per modos eis à canonibus prohibitos, etiam aliter quàm per negotiationem illicitam, sunt reseruata Papæ, si morientes illa inconsumpta relinquant, vel viuentes eis priuentur: quæ profectò magna ampliatio est: nam eam consequitur, quòd quæsita per quaĩcumque personas ecclesiasticas ex beneficijs contra iura retentis ex officijs secularibus contra iura exercitis, ex arte medica & chirurgica, vel alia eis prohibita, ex obsequijs item indecenter Regibus, & alijs secularibus personis contra statuta canonum exhibitis, sunt reseruata Papæ, argum. cap. *præterea.* & cap. *cum iam dudum.* [a] quæ de iniusta retentione beneficiorum loquuntur, & cap. 1. & 2. & cap. *sed nec procuratores villarum.* & cap. *sententiam sanguinis.* [b] per quæ complura officia & contractus, & obsequia erga laicos clericis & monachis prohibentur, argumento item capit. *tua.* [c] per quod & notata ibi vetantur eisdem ars chirurgiæ, & medicinæ, & cap. 1. & 2. [d] per quæ vetantur esse aduocati coram iudicibus secularibus, & aliorum, de quibus est armata militia. cap. *clerici arma portantes.* cum ei annotatis, [e] & tradita à S. Thoma. [f] Quæ omnia videntur limitanda, ne procedant in clericis secularibus in minoribus tantùm ordinibus beneficijs Ecclesiasticis saltem sibi ad victum sufficientibus, ij enim videntur posse iustè exercere officia, & artes prohibitas, præstare obsequia Regibus, & alijs secularibus, conducere item prædia, & villas, sicut & alij laici, argument. cap. 1. § quod à contrario sensu probat secundum glossam eius receptam postulare posse coram iudicibus secularibus, etiam in causis profanis, licèt id prohibeatur constitutis in sacris, etiam si non habeant beneficia, & constitutis in minoribus, si habent illa sufficientia. Eadem̃que ratione videntur limitãda, ne procedant in constitutis in sacris non habentibus, vnde viuant, neque in habentibus beneficia tenuia victui suo imparia: quoniam etiam isti possunt eiusmodi officijs, & artibus, victum sibi quærere, [g] iuxta doctrinam Panormitani. [i] An autem prædicta limitatio habeat locum in foro conscientiæ, dicemus in commentario ca. *fraternitas.* [k] quem nũc componimus tanquam appendicem prędicti tract. de red. seu commẽtarij dicti, [l] & prędictæ Apologię, & huius cõmentarij.

6 Quarto noto illa verba, *Literas nostras prædictas ad S. R. E. Cardinales, &c.* quòd ea quæ in præcedente notabili collegimus, non habent locum in tribus generibus personarum, videlicet Cardinalium, & decedentium in Curia, & eorum qui priuilegio speciali, vel generali testandi ratione suorum officiorum vel aliàs haberent, etiamsi extra Curiam decederent: quorum tertium intelligendum videretur, dummodo testati decederent, vel haberent clausulam, qua fieret facultas cognatis eorum succedendi eis ab intestato: facultas enim testandi nil potest prodesse, nisi testetur is, cui facta est illa, vt palam est, argument. l. *ex imperfecto.* [m]

Eiusdem item * Pij IIII. breue quoddam Reuerendissimo Francisco Odeschalco directum datum anno 1560. 6. Martij. Pontific. anno primo. sic habet.

* Pij IIII. breue quoddam. *Hæc constitutio inter Pij IIII. constitutiones in Bullario non extat: sed duæ his similes & idem initium habentes, quarum altera est Pauli IIII. & est 27. inter ipsius constitutiones. altera est Gregorij XIII. quæ est 72. in ordine suarum constitutionum. Paulò fusior, & hac, & plenior potestatem ei quem constituit, spoliorum collectorum conferens.*

Cum, sicut accepimus, nonnulli, res, & bona mobilia, ac se mouentia ex fructibus beneficiorum ecclesiasticorum acquisita per obitum prælatorum, & aliarum quarumcunque personarum ecclesiasticarum secularium, & quorumuis ordinum regularium, quæ extra hanc almam vrbem decesserunt, remanentia, & relicta, quæ tamquam spolia aliàs fœl. rec. Paulus Papa III. prædecessor noster ad Cameram Apostolicam spectare, & pertinere decreuit, ac declarauit: nec non fructus, reditus, & prouentus mensarum Patriarchalium, Metropolitanarum, ac aliarum cathedralium Ecclesiarum, & monasteriorum in tota Italia consistentium, per obitum illorum prælatorum vacantium indebitè occupare, & spoliis, ac fructibus, reditibus, & prouentibus huiusmodi dictam Cameram despoliare præsumpserint, & præsumant in animarum suarum periculum, ipsiusque Camerę præiudicium non parum. Nos pro nostri pastoralis officij debito, talium personarum abusus temerarios reprimere, & ne spolia, ac fructus huiusmodi in posterum dissipentur, opportunè prouidere volentes. Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & quoscumque dictorum spoliorum, & fructuum per totam Italiam ad hunc vsque diem quomodolibet, etiam per nos, seu de mandato nostro deputatos collectores, & subcollectores, etiamsi S. R. E. Cardinales, aut Cameram fuerint primum & ante omnia reuocantes, omnémque illis desuper tributam auctoritatem, & potestatem adimentes, ie, de cuius fide & integritate, & diligentia plurimum in Domino confidimus, nostrum & dictæ Cameræ in vniuersa Italia spoliorum ad ipsam Cameram pertinentium, nec non fructuum, redituum, & prouentuum mensarum huiusmodi collectorem generalem auctoritate Apostolica tenore præsentium ad nostrum, & sedis Apostolicæ beneplacitum, constituimus, & deputamus, Dantes tibi plenam, & omnimodam potestatem, ac auctoritatem, omnes, & singulas res, & bona quæcunque mobilia, & immobilia, ac se mouentia, & etiam illa quæ ex fructibus, prouentibus, & reditibus ecclesiasticis empta, ædificata, refecta, & restaurata fuerint, seu aliàs ex eisdem fructibus, reditibus, & prouentibus quomodolibet prouenerint, per obitum quarumcunque personarum Ecclesiasticarum secularium, beneficia non simplicia sed administrationem habentia obtinentium, & quo ad beneficia simplicia, nisi ex priuilegio Apostolico, seu ex consuetudine legitimè præscripta, in loco vigente testari valentium, ac quorumuis ordinum regularium, quauis, etiam pontificali dignitate fulgentium in vniuersa Italia, extra tamen dictam vrbem, pro tempore decedentium, remansura, & relicta cuiuscumque qualitatis, generis, & speciei fuerint, etiam gemmas, ac pretiosa, & pecuniarum summas, nec non etiam fructus, reditus, & prouentus, huiusmodi mensarum à die Ecclesiarum & monasteriorum, vacationis huiusmodi, vsque ad diem præfectionis & prouisionis, seu commẽdæ de illis faciendæ, quos omnes, & singulos fructus, & reditus, & prouentus, ad dictam Cameram spectare, & pertinere volumus, atque decernimus, ac eidem Cameræ applicamus, & appropriamus, nostro & prædictæ Cameræ nomini, colligendi, percipiendi, exigendi, & recuperandi &c.

7 Primo nota illa verba, *De cuius fide integritate, & diligentia, &c.* per quæ video Reuerendissimum Francisco Odeschalcum scriptis fœl. recept. Pij IIII. tantopere laudari nomine fidei, diligentiæ & integritatis, quem iam inde à meo in Vrbem appulsu à quamplurimis etiam multis alijs nominibus egregiè commendari verbo audio, eò maiore cum animi voluptate, quò fratrem eius perillustrem ac reuerendissimum Episcopum Paulum Odeschalcum ob eadem nomina, lego in litteris eiusdem Pij paulò ante relatis legatum fuisse nuntium, & commissarium generalem in totum Regnum Neapolitanum. De cuius Reuerendissima Dominatione in Hispania, antequam huc venirem, & antequam ille ad præsulatum eueheretur, simul ac eum de facie ac consuetudine noui, ac fide dignam eius in Curia regis Catholici gestorum relationem accepi, mihi persuasi non solùm eũm laude dignum ob fidem, integritatem, & diligentiam, sed etiam ob multas alias corporis & animi dotes, ob ingenium acre, ac ad omnia versatile, ob egregiam, eandem̃que variam eruditionem, ob euoluendi, & resoluendi confusa solertiam, & experientiam, ob dicendi facundiam, & energiam, & libertatem cum animi magnitudine coniunctam explicandi commissa etiam apud summos Monarchas: cuius virtus in exequendis nuper fœl. rec. Pij V. apud D. Ioannem Austriacum gloriosissimum sacri fœderis exercitus Imperatorem, ac postmodum apud primores Italiæ Principes mandatis, maximè enituit, & è re Christiana fuit.

Secundo noto illa verba, *Aedificata, refecta, &c.* per quæ confirmatur id, quod supra ex literis eiusdem Pij IIII. collegimus, nempe non solum cedere spolijs ea, quæ beneficiarij relinquunt separatim empta, sed etiam refectionem aliorum prædiorum rusticorum, & vrbanorum, sui vel aliorum patrimonij, quod intelligendum est, vt ibi.

Tertio noto illa verba, *Non simplicia, &c.* per quæ significatur aliqua differentia beneficiorum simplicium &

h *Ar. glossa cap. clericus vxidum. 91. distin. & glo. capit. cap. canonum. 14. q. 4.*
i *In dict. l. de pupilla.*
k *12. q. 2.*
l *Cap. fin. 16. q. 1.*

m *Et leg. hæc consultissima. C. qui testam. fac. poss.*

aliorum, de qua dicendum vt supra in literis eiusdem Pij IIII. Datas anno 1563. 3. Ianuarij.

Quarto noto illa verba, *Nec non etiam fructus, &c.* per quæ confirmatur id quod supra in breui eiusdem commissionis anno 1560. continetur, nempe fructus dignitatum, de quibus fit hic mentio, tempore vacationis obuenientes S. Sedi Apostolicæ reseruati.

SVMMARIVM.

2 *Bona aliqua empta ex reditibus ecclesiasticis beneficiarijs morientibus non connumerantur spoliis, neque bona eorum patrimonialibus, aut quasi, & quæ sint illa.*
3 *Verba (statuimus) & (decernimus) ius nouum important.*
4 *Sacræ res & religiosa, etsi nullius hominis sint, quoad verum dominium, vsus tamen earum honestus penes aliquem, etiam laicum esse potest.*
5 *Bonorum quorundam dominium ipso iure transit in Ecclesiam beneficiarij simul, ac ille vita perfunctus est.*
6 *Permittuntur multa ad sedandas discordias exteriores, quæ non sedant interiores.*
7 *Beneficiarius nullus, aut pensionarius qui dum viueret non habuit in beneficijs, vel pensionibus reditum excedentem summam 30. ducatorum de Camera censetur reliquere spolia.*
8 *Beneficia & pensiones quoad materiam spoliorum, & onus distribuendi reditus, æquiparantur.*

§. 8.

2 SANCTISSIMVS autem fœ. mem. Pius V. in quadam constitutione digna sua summa religione, iustitia, prudentia, & liberalitate, condita super spoliis anno 1567. 3. Kalend. Septemb. Pontific. sui ann. 2. sic statuit.

Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates, seu commendatarij, ac beneficia ecclesiastica obtinentes, proprij honoris, & salutis immemores: etiam prætextu facultatum testandi eis per sedem Apostolicam concessarum, in eorum vltimis voluntatibus res sacras, ac vasa, ornamenta, ac paramenta ecclesiastica, aliáque cultui diuino dicata, quandóque ex fructibus ecclesiasticis per eos acquisita, non Ecclesiis & monasteriis, ac beneficiis, quibus præfuerunt, seu à quibus prouentus ecclesiasticos, & stipendia acceperunt, prout rationi, & honestati cõsentaneum foret, sed aliis locis, etiam non piis, ac interdum eorum cõsanguineis, & affinibus relinquere, ac Cameræ Apostolicæ collectores prætextu, quòd illa sub appellatione spoliorum veniant, tamquam eiusdem Cameræ spolia exigere, & percipere non erubescant, in maximum religionis dedecus, ac Ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum eorundem detrimentum, ac relinquentium animarum periculum, scandalumque plurimorum. Nos abusibus, scandalisque huiusmodi prouidere, ac singularium Ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum indemnitati, animarúmque quorumlibet saluti consulere volentes. Motu proprio, ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura constitutione, statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quòd de cetero omnia & singula ornamenta, & paramenta, ac vasa, nec non missalia, & gradualia, ac cantus firmi; & musicæ, aliique quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res sacræ, etiam auri, & argenti, ac quæcumque alia bona, per quoscunque Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, commendatarios, & alios quoscũque, quæcumque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, seculania, & quorumuis ordinum regularia in titulum, vel commendam, aut aliàs quomodolibet obtinentes, quocumque nomine vel titulo censeantur, etiam si de illis, & eorum qualitatibus specialis, & expressa mentio habenda foret ad vsum & cultum diuinum, etiam in eorum priuatis ædibus, & capellis, vel Oratoriis destinata, tempore eorũ obitus ex testamento, vel ab intestato relicta, sub quibusuis facultatibus testandi, & aliàs disponendi de bonis per eos ex altari, vel aliàs quomodolibet acquisitis, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores, & successores nostros, ac nos sub quibusuis tenoribus, & formis, & cum quibusuis clausulis & decretis, etiam motu proprio, & aliàs quomolibet concessis, & concedendis minimè comprehendantur, nec sub appellatione spoliorum veniant: sed ad singulas Ecclesias, monasteria, etiam conuentu carentia, & beneficia huiusmodi, in quibus residerint, aut quibus præfuerint, seu aliàs, quæ obtinuerint, omnino spectent, & pertineant, ac spectare & pertinere; illaque post eorum obitum eisdem Ecclesiis, monasteriis, & beneficiis, etiam si in Romana Curia, & procul ab illis decesserint, vel ad illa numquam accesserint, etiamsi antea Ecclesiarum & monasteriorum regimini cesserint, vel beneficia huiusmodi renunciauerint, eo ipso applicata, & incorporata sint, & esse censeantur: ita quòd liceat illis defunctis in eisdem Ecclesiis, monasteriis, & beneficiis succedentibus, & Ecclesiarum & monasteriorum huiusmodi Capitulis, conuentibus respectiue illa propria auctoritate liberè apprehendere, ac eorum Ecclesiis, & sacristiis applicare, & incorporare: ac quæcumque donationes, ac relicta, & legata, testamenta, & codicilli, & alia vltimæ voluntates seu spolia, de super contra præsentis constitutionis nostræ tenorem quomodolibet pro tempore facta, quoad præmissa, nulla, & inualida, nulliúsque roboris, & momenti existant. Et personis etiam ecclesiasticis, seu locis etiam piis, aut ecclesiasticis quibuscumque, in quarum seu quorum fauorem pro tempore facta fuerint, minimè suffragentur, nec per ea eisdem personis, seu locis, vel aliis Ecclesiis huiusmodi aliquod ius in rebus prædictis, vel ad illas acquiri possit. Quinimo res sacras, ac alia bona prædicta quocumque nomine, vel titulo detinentes pro tempore ad illa, Ecclesiis & monasteriis, ac beneficiis, per defunctos quomodolibet acquisitis, vt præfertur, iuxta præsentium tenorem realiter, & cum effectu restituendum, & consignandum quibusuis dispositionibus de illis in contrarium quomodolibet factis, minimè attentis, omnino teneantur, & ad id per censuras, & pœnas, etiam furti, & sacrilegij, ac aliàs iuris, & factiremedia opportuna cogi, & compelli possint, & debeant. Et insuper ne deinceps contingat, insolentia Cameræ Apostolicæ collectorum, vel subcollectorum, aliquas Ecclesias, aut hominum quemquam damno, & iniuria affici; nec cuiquam de cetero vertatur in dubium, quæ res habendæ sint nomine spolij, simili modo statuimus, decernimus, & declaramus, quòd quæcumque scamna, cathedræ, arcæ, & etiam ligneæ, vel lapideæ etiam marmoreæ, mensæ, & tabulæ, ac quæcumque dolia, seu vasa vinaria, vacua, & alia similia supellectilia domestica, per quosuis presbyteros, seu clericos ab humanis pro tempore decedentes, tempore eorum obitus in ecclesiasticis, seu eorum domibus Ecclesiarum earundem, vel alibi vbiuis locorum relicta, etiam si ex reditibus, & prouentibus, & fructibus beneficiorum, quę dum viuerent obtinebant, acquisita fuerint, sub spoliorum appellatione minimè veniant, nec pro spoliis vllo modo reputari possint. Præterea quòd nullum spolium Camerę prefatę fieri, nec quicquam à quibusuis spoliorum Camerę huiusmodi collectoribus, vel subcollectoribus, exigi possit per obitum illius, qui dum viueret, vnum, vel plura beneficia ecclesiastica obtinuerit, cuius, vel quorum simul fructus, reditus, & prouentus 30. ducatorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annuum non excesserunt, aut qui pensiones annuas super quibusuis fructibus ecclesiasticis vsque ad dictum valorem annuatim perceperit: dummodo tamen is se ab omni negotiatione illicita, & à sacris canonibus prohibita abstinuerit. Ita quòd si quis dictorum collectorum aliquid ex bonis quorumuis defunctorum, qui similia beneficia obtinuerint, seu similes pensiones perceperint, prætextu spoliorum eiusdem Camerę percipere, aut contra præsentes nostras literas attentare præsumpserit, ad totalem bonorum per eum perceptorum restitutionem teneatur, ac ad id via iuris, & etiam per similes censuras, & pœnas, cogi, & compelli possit, & debeat. districtius inhibentes quibusuis Camerę præfatæ spoliorum collectoribus, nunc & pro tempore existentibus, ne sub indignationis nostræ, & priuationis eorum officiorum pœnæ, in ornamentis, & paramentis, ac vasis, & libris, præfato cultui dicatis, ac aliis rebus sacris, nec non supellectilibus præfatis, quomodolibet se intromittant, nec in eorum inuentoriis tamquam spolia redigant, seu describant; sed ornamenta, & paramenta, nec non vasa, & libros, aliáque diuino cultui dicata, huiusmodi Ecclesiis, monasteriis, capellis, & aliis beneficiis huiusmodi, eorúmque Rectoribus, & aliis præfatis liberè dimittant, & consignent, ac consignari faciant cum effectu, ac supellectilia prædicta in locis, vbi consueuerint, relinquant, decernentes. &c.

2 Primo noto illa verba, *Res sacras, vasa, ornamenta, &c.* ex quibus colligitur aliqua bona esse ecclesiastica empta de reditibus ecclesiasticis, ac relicta à beneficiarijs morientibus, quæ non sunt hodie adnumeranda spoliis, nec bonis eorum patrimonialibus, nec quasi patrimonialibus. nam bona illa, de quibus hæc extrauagans loquitur, sunt huiusmodi: quia non sunt, nec erunt post hac spolia, neque Camera Apostolica, neque collectores eius, possunt ea sibi vendicare, nec beneficiarij ex testamento, vel ab intestato cuipiam illa donare, vel relinquere. Illa verò sunt omnia, & singula ornamenta, & paramenta, & vasa, nec non missalia, & gradualia, ac cantus firmi, & musicæ aliique

Hæc extraua. est 44. inter Const. Pij V. & incipit Romani Pontificis.

que quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res sacræ, etiam auri, & argenti, ac quæcumque alia bona, per quoscumque beneficiarios siue regulares, siue titulares, siue seculares, siue commendatarij, siue sint simplices, siue curati, siue Præsules, Archipræsules, ad vsum & cultum diuinum, etiam in eorum priuatis ædibus, & capellis, vel oratorijs destinata, tempore eorum obitus ex testamento, vel ab intestato relicta, sub quibusuis facultatibus, testandi, & aliàs disponendi de bonis, per eos ex altari, vel aliàs quomodolibet acquisitis per quoscumque Romanos pontifices prædecessores eius, & successores, ac ipsum sub quibusuis tenoribus, & formis, & cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam motu proprio, & aliàs quomodolibet concessis, & concedendis minimè comprehendantur, quæ constitutio noua est. Tum quia numquam antea hoc statuerum fuit, imo ante hæc horum aliqua erant spolia, illa videlicet quę erant empta ex reditibus ecclesiasticis: quia illis conueniebat definitio spoliorum supra posita. Alia verò patrimonialia, vel quasi patrimonialia, illa videlicet, quæ ex alijs comparata essent, iuxta definitionem bonorum patrimonialium, vel quasi patrimonialium positam in præfato tractatu de redi. eccles.[a]

3 Tum quia vtitur verbo, *Statuimus*, & verbo, *Decernimus*, quæ significant ius nouum, per prædictas glossas.[b] Nec obstat etiam quòd vtitur verbo, *declaramus*, quod significat ius antiquum, iuxta glossam receptam,[c] quia potest verificari quoad aliqua, putà res consecratas aliqua benedictione, quæ etiam iure antiquo videbantur deberi Ecclesijs saltem ea quæ seruabantur in eis, quasi tacitè post mortem donata, nam ea quæ beneficiarij tenent empta de suis reditibus patrimoniorum, & seruant in domibus suis, vt quum voluerint celebrent, vel celebrari faciant missas, iure antiquo inter quasi patrimonialia numerari poterant, cùm etiam laici talia soleant habere, & in hæredes transmittere.

4 Nam licèt res sacræ nullius hominis sint quoad verum dominium, iuxta §. *nullius*.[d] vsus tamen illarum honestus, & religiosus potest esse etiam apud laicos; sicut & religiosa in nullius quidem bonis sunt,[e] & tamen vsus sepulchri, quod est religiosum, ita est penes vnum, quòd non sit penes alium.[f]

Aduertendum autem, quòd hæc noua dispositio comprehendit præfata bona, etiam si non essent aliqua benedictione consecrata: comprehendit enim paramenta & missalia, & libros, cantus firmi; & musici, quæ nusquam, vt plurimum, benedicuntur: comprehendit item illa, quæ ad agendum officia diuina etiam extra Ecclesias in oratorijs priuatis habentur, vt patet ex litera: comprehendit etiam, quæ beneficiarij relinquunt in morte posteaquàm beneficia, ex quorum reditibus illa comparata fuerant, ante renunciauerunt, vt patet ex litera. comprehenduntur item illa, de quibus beneficiarij testati fuerunt, etiam cum legitima testandi facultate: non autem comprehendit illa, quę beneficiarij habent empta ad donandum alicui Ecclesiæ diuersæ à sua, vel ad permutandum cum aliquibus eiusdem generis, vel alijs sibi necessarijs: quoniam à iure antiquo non est recedendum, nisi quatenus iura noua exprimunt.[g] At ius hoc nouum solum excipit ab antiquo ea, quæ sunt ad vsum Ecclesiasticum deputata. qua ratione etiam non comprehenduntur in prædictis aulæa, & tapetes, quæ beneficiarius habet principaliter ad domum suam ornandam, licèt nonnunquam ea commodet Ecclesiæ, vel alij ad agendum festiuiores dies sacros, neque comprehendit ea, quæ in vita post, vel ante renunciatum beneficium commutauit, vel donauit, quia extrauagans nullum impedimentum adiicit ei, quominus in vita eis pro suo arbitrio aliàs canonicè vti possit: & vt dictum est, à iure antiquo non recedimus, nisi quatenus in nouo exprimitur. Ex quibus infertur illum beneficiarium, qui in nundinis Legionis emisset multos calices sacros, & multa ornamenta ad celebrandas missas idonea, multa item missalia, & libros musicos, & Metinam Hispaniarum emporium traduxisset, quò alijs & alijs ea venderet, non teneri ad relinquendum illa Ecclesiæ sui beneficij, si morte præuentus, non potuit illa vendere.

5 Secundo noto, quòd prefatorum bonorum dominium ipso iure transit in Ecclesiam beneficiarij, simul ac ille mortuus fuerit. Tum per illa verba, *Eo ipso applicata, & incorporata sint, & esse censeantur*, quæ significant sententiam iuris, iuxta glossam,[a] & tradit Felinus post alios.[b] Tum per illa verba, *Furti, & sacrilegij*, quæ significant eum, qui talia bona occupauerit, vel occupata teneret, esse sacrilegum & furem: qualis iure non esset, nisi prædicta bona ipso iure pertinerent ad Ecclesiam.[c] Tum per illa verba, *nec per ea eisdem personis*, &c. per quæ inducitur impotentia quærendi dominium illorum alijs quibuscumque personis, siue ex testamento, siue ab intestato beneficiario mortuo succesterint: & ita præsupponit dominium quæri Ecclesiæ cùm alioqui vacarent, & dominia eorum in incerto essent, contra l. primam.[d] Aduertendum item, quòd per hanc extrauagantem limitatur extrauagans Iulij III. supra relata, per quam fit plenissima libertas testandi beneficiarijs morientibus in curia: hęc enim statuit, ne habeat locum in præfatis bonis, vt patet in ea, nec refert in loco Ecclesiarum, vel procul ab eis decedant, nec an resederint, vel numquam ad eas accesserint, nec an Ecclesiæ sint collegiatæ, vel simplices, vt in ea exprimitur.

6 Tertio noto ex §. *insuper*. quod etiam scamna, cathedræ, arcæ, & cætera bona, quæ hic nominantur, eximuntur à numero spoliorum: cùm tamen iure antiquo debuissent eis annumerari, si fuerunt quæsita ex reditibus Ecclesiasticis. & ita quoad hoc ius nouum inducitur, licèt quoad ea quæ constaret esse bona beneficiorum ex bonis patrimonialibus, vel quasi patrimonialibus ius antiquum contineat, & ita vtitur verbo, *Decernimus*, & *Declaramus*. quorum primus, tamquam iuris noui signum, refertur ad illa; posterius verò scilicet, *Declaramus*. quod est signum iuris antiqui, vt supra dictum est, refertur ad posteriora. quę declaratio æqua quidem est, ac S. D. N. æquitate digna, ac tollendis murmurationibus, & molestijs hæredum, & cognatorum beneficiariorum tam apta, quòd eorum subtilatio iusta causa videri possit, vt huiusmodi supellectilia, quæ vt plurimum non sunt magni valoris, permittantur prædictis hæredibus, etiamsi alioqui diuites sint. Quibus sine iusta causa non posse donari aliqua ex reditibus ecclesiasticis quęsita, sine intuitu paupertatis, definiuit Concilium Tridentinum,[e] vt latè probauimus in dicto tractat. de red.[f] quamuis meo consilio prædicti hæredes diuites impenderent in opera pia tantùm, quantùm prædicta supellectilia valerent, si constaret eis ea fuisse quæsita ex superfluis, quę debebantur pauperibus: quoniam licèt per hanc extrauagantem sint securi quoad forum exterius, non tamen videntur esse quoad interius, cum nulla contineat verba, quæ id efficaciter probent, & multa permittuntur ad sedandas exteriores discordias, quæ non sedant interiores, qualis est res iniustè sed ritè iudicata, iuxta leges,[g] vnà cum singulari dicto Innocẽtij communiter recepti.[h]

7 Quarto noto ex §. *præterea*. conclusionem fœl. recep. Pij V. liberalitate dignissimam; videlicet quòd nullus beneficiarius, vel pensionarius, qui non viueret non habuit in beneficijs, vel pensionibus ecclesiasticis maiorem reditum, quàm 30. ducatorum auri de Camera, non censeatur in morte relinquere aliqua spolia. cuius ratio firma est conclusio illa nostra, quam in prædict. tractat. de redit. ecclesiast.[i] contra N. aduersarium latè defendimus, videlicet illa quæ beneficiarius facit reliqua ex reditibus ecclesiasticis parcè viuendo, & se mortificando, fieri ei patrimonialia, adeò vt de illis perinde in vita, & morte disponere possit, ac de patrimonialibus: ex ea enim efficaciter colligitur, quòd qui beneficiarius non habet maiorem reditum, quàm 30. ducatorum auri de Camera, non potest relinquere spolia: quia eget illis ad se honestè sustentandum: & ita quicquid reliquauerit eis parcè viuendo, fit patrimoniale, vel quasi patrimoniale ipsius, quòd non cedit spolijs, nec iure spoliorum capi debet. & quia collectores Cameræ Apostolicæ & aliorum qui sibi ius spoliorum prætendunt multos beneficiarios sine causa vexabant, rem se dignam, & multis miseris clericis commodam præfatus sanctissimus per hanc declarationem fecit.

8 Quinto noto in eodem §. esse textum clarè probantem beneficia, & pensionem, in hac materia spoliorum, &

a *In capit. in pœnis de reg. iur. lib. 6.*
b *In cap. Rodulphus. nu. 28 de rescrip.*
c *Arg. leg. 1. de fur. e. quisquis. §. furi i. legitim. & ea no. sacrilegij 18. q. 1 quæst 4.*
d *Ff. de vsucap.*
e *Sess. 25. cap. 1. de reforma.*
f *Quæstio. 1. mon. 42. & in d. Apolog. mon. 7. 38. & 39.*
g *Leg. 1. ff. de reg. iu. & leges iudicata. ff. de reg. iu.*
h *In cap. quia plerique. de immu. eccles.*
i *Quæstio. 1. mon. 44. & in Apolog. q. 1. mon. 31.*

a *Quæstio. 1. mon. 19. & in Apologia q. 1. mo. 21. & 22.*
b *Cap. vt litigantes. de offic. ord. lib. 6. clem. per literas de præb.*
c *In cle. literas. de reser.*
d *Et §. sacra. Insti. de rer. diuis. & §. nullius. §. religiosum Insti. eod. tit.*
e *Leg. præcipimus. C. de epi. & cleri.*

per consequutionem oneris distribuendi reditus, æquiparari. si enim de pensionibus pro libito quis posset disponere, sicut & de patrimonialibus, in vita, & morte, vt aliqui dicunt, non posset Camera Apostolica capere spolia pensionariorum per dicta in præd. tracta. de red. [a] cuius contrarium hic clarè insinuatur, dum non obscurè significat, iuri spoliorum esse locum in pẽsionarijs pensionum excedentium summam 30. ducat. auri de Camera, cui consequens est, ea non exæquari patrimonialibus, nec quasi patrimonialibus, in quibus non habet locum ius spolij, & cùm nequeant disponere amplius quàm de reditibus beneficiorum, consequitur eos in hoc beneficiarijs æquiparari. quæ est conclusio à nobis asserta, [b] vbi citatimus hanc extrauagantem, quæ singulariter id probat.

a *Qua. 1. mo. 19 & seq. & in d. Apolo. 1. mon 21. & 22.*

b *Vbi supra.*

Sextò noto, quantopere indignentur maximi Pontifices in clericos in illicitè negotiantes, iuxta illud B. Hieronymi, *Negotiatorem clericum tamquam pestem fuge.* [c] quum hic excludat Pius V. à beneficio declarationis prædictæ illos, & cùm per aliam extrauagantem supra relatam Pius IIII. reseruauerit Cameræ Apostolicæ omnia per religiosos illicitè contra iura canonica negotiantes quæsita.

c *Cap. negotiatorem. 88. distinctio.*

SVMMARIVM.

1 *Dubij primi hoc commentario principaliter propositi ampla in partem vtramque discussio, & eiusdem resolutio, & toto §. 9. & 10.*
2 *Papa non est bonorum Ecclesiasticorum dominus, sed summus eorum administrator.*
2 *Ecclesiasticorum fructuum plenaria administratio ad Romanum spectat Pontificem & res omnes Ecclesiæ ipsius sunt, quoad administrationem.*
2 *Priuilegio diuino ad Papam pertinet ordinatio, & iudicium de rebus spiritualibus, & ecclesiasticis.*
2 *Papa non rarò beneficiorum vacantium fructus vnius aut alterius anni concedit nonnullis episcopis debitis oneratis.*
3 *Papa passim concedit clericis testandi facultatem de superfluis redituum beneficiorum suorum, quæ intestatis eis morientibus spolia remanent.*
4 *Bonorum Ecclesiasticorum dominium esse domini nostri IESV CHRISTI de fide esse.*
4 *Papæ & Ecclesiæ vniuersali immediatè à Deo commissa bonorum ecclesiasticorum administratio.*
4 *Bonorum ecclesiasticorum administrationem nemo habet, nisi eam immediatè, vel mediatè acceperit à Papa, vel Ecclesia vniuersali.*
4 *Spolia episcoporum Hispaniæ soluuntur sedi Apostolicæ.*
5 *Patrum sanctorum decretis quod non est constitutum, superstitiosis inuentionibus affirmandum non est.*
6 *Consuetudo in multis Episcopatibus Hispaniæ inualuit, vt Episcopus mortuo beneficiario optet speciem vnam rerum mobilium.*

§. 9.

1 HIs extrauagantium præfatarum tenorum partibus præmissis ad primum prædictorum quatuor dubiorum, videlicet, An iure antiquo aliqua spolia pertineant ad Papam summum CHRISTI vicarium? Respõdeo, quòd pro eius parte affirmante facit primo, & plurimum extrauagans Pauli III. relata supra, [d] quatenus reprehendit eos, qui contrarium dixerunt: quatenus item ait, ab antiquissimo tempore prædicta spolia pertinuisse, pertinereque ad sanctam Sedem Apostolicam: quatenus item declarat non solùm spolia beneficiariorum Italiæ sed etiam omnium aliorum Regnorum citra & vltra montes, & maria consistentia, pertinere ad eandem, etiamsi ad ea loca non consueuerit mittere collectores eorum, & aliorum redituum ad eam pertinentium: quatenus etiam asserit, hanc esse fuisseque semper Romani Pontificis voluntatem, & intentionem, etiamsi forsan constitutione aliqua id non fuerit ab eis expressum.

d §. 5.

Secundo facit, quòd præfatam extrauagantem Pauli III. Confirmat Iulius III. Paulus IIII. Pius IIII. & Pius V. vt per eorum extrauagantium supra relatarum tenorem constat.

Tertio, quòd idem videtur presupponere multi docto res antiqui, & moderni; in quibus sunt domini Rotæ, [a] qui pro re confessa, præsupponunt, eiusmodi spolia per specialem dispositionem esse Papæ reseruata, Calderinus, [b] Guido Pappus, [c] Nicolaus Boerius, [d] & Cardinalis, [e] & alij alibi, ex quibus est Gomezius. [f]

a *Decis. 41. de probat. in antiq.*
b *Consil. 1. de pecul. cler.*
c *Decis. 110.*
d *Decis. 224.*
e *In cap. nisi quum prælat. §. intuari. de renunc.*
f *In suo tract. breuium à num. 16.*

2 Quarto facit, quòd licet Papa non sit dominus bonorum Ecclesiæ, est tamen summus eorum administrator, vt ait Bertrandus, [g] quem refert Archidiaconus, [h] quem rursus refert & sequitur Panormitanus, [i] communiter in hoc receptus. Imò & Concilium Lateranense sub Leone X. habitum, [k] habet, fructuum beneficiorum ecclesiasticorum administrationem plenariam pertinere ad Romanum Pontificem & S. Thomas, [l] receptus ab omnibus, ait res omnes Ecclesiæ esse Papæ quoad administrationem, & Innocentius receptus etiam ab omnibus dixit, [m] quòd priuilegio ipsiusmet Dei pertinet ad Papam ordinatio, & iudicium de rebus spiritualibus & ecclesiasticis. Quod ea ratione irrefragabili probatur, quod omnia illa sunt solius Dei, vt efficaciter probauimus in præfato tractatu de redit. Eccles. [n] & quòd eius diuina Maiestas solùm Papam fecit suum Vicarium vniuersalem, & vnicum, [o] & quòd illi tantum, & non alij eorum administrationem, & iudicium concesserit.

g *In fine lib. 4. de consid.*
h *In ca. non decet. 12. dist.*
i *In c. constitutus, col. 3. de reli. domi.*
k *Sess. 9. & cum fraternæ. de reforma. l 2. 2. q. 100. artic. 1. ad 3.*
m *In cap nouerint. de sent. excomm.*
n *Quæstio. 1. mon. 40. & in Apolog. prædicta q. 1. mo. 24.*
o *Capit. 1. de homicid. li. 6.*

3 Quinto, quòd frequenter fructus beneficiorum vacantium, vnius, vel alterius anni concedit aliquibus Episcopis debitis oneratis, [p] & quòd passim Papa solet concedere clericis maioribus, & minoribus, testandi facultatem, de superfluis redituum suorum beneficiorum, quæ morientibus iis ab intestato manerent spolia, & legibus de illis loquentibus subiecta, id quod ab antiquissimo tempore facere consueuit, vt constat ex licentia testandi concessa Episcopo Portuensi ab Innocentio II. qui fuit electus anno Domini 1198. quod ex eius regestis constat. At id non videtur posse facere nisi spolia eorum essent futura sua.

p *Cap. tua. de verb. sign. capit. si propter tua debita de rescrip. li. 6.*

Sexto facit, quòd eiusmodi spolia morientibus beneficiarijs testantia ad aliquem pertinent de iure: & non videtur designari posse aliquis alius, quàm Papa; ad quem pertineant: non enim pertinent ad hæredes, quos ipsi ordinant, quoniam deest eis ius de illis testandi, [q] non item ad cognatos succedentes ab intestato: quia illi non succedunt in eis, [r] neque ad ecclesiam vel beneficium, de cuius fructibus illa quæsita sunt: quia possunt seruati futuro successori, [s] neque etiam videntur deberi futuro successori: quia possunt impendi in Ecclesiæ vtilitatem, per eadem iura. ergo pertinent ad Papam, tamquam ad summum administratorem, & dispensatorem.

q *Cap. ad hæc & cap. relatum 2. de testam.*
r *Cap. fixum 12. qua. 5.*
s *Cap. cum vos de off. or. & cap. præsent. eo. tit l. 6. & cap generali. eod. d. lib. de elect.*

4 Septimo facit, quòd in dicto tract. de redit. [t] conclusum fuit efficaciter, esse certum, imo & de fide, dominium bonorum Ecclesiasticorum esse, D. N. IESV CHRISTI, non solum ea ratione generali, qua Domini est terra, & plenitudo eius, sed etiam speciali censura & dispositione hominis, vel hominum, vt supra, [v] est repetitum, & administrationem eorum omnium concessam esse ab eo immediatè Vicario eius summo, qui est Papa & eius Ecclesiæ, vt vbi supra probatum est; & consequenter neminem habere vllam præfatorum bonorum administrationem, nisi eam immediatè vel mediatè acceperit à Papa, vel Ecclesia vniuersali, quibus est immediatè concessa. At constat spolia prædicta esse bona Ecclesiastica, & non constat eorum administrationem esse vlli alij per S. Sedem Apostolicam concessam. ergo penes eam illa manet, & subinde poterit de illis Papa disponere, sicut de alijs bonis ecclesiasticis, quorũ administratio nemini alij est applicata.

t *Quæst. 1. mon. 20. & in Apolog. præfata quæst. 1. mon. 24.*
v *Eod. capit.*

Octauo facit, quòd episcoporum Hispaniæ spolia soluuntur sedi Apostolicæ iam inde ab antiquissimo tempore, quamuis nulla constitutione antiquorum canonum id caueatur. facit item quòd ipsa Sedes Apostolica in dies mandat capi possessionem beneficiorum vacantium in curia, & suis mensibus velut sibi reseruatorum, nomine Cameræ eius: & administrare fructus tempore vacationis obuenientes: & non videtur habere maiorem potestatem in illis, quam in præfatis spolijs.

5 Pro contraria tamen parte facit primo, quòd nulla constitutio, neque vllus canon inuenitur in libris canonum authenticis, videlicet in Decreto, Decretalibus,

Sexto, & Clementinis, qui statuat, decernat, vel declaret spolia prædicta pertinere ad S. Sedem Apostolicam, & quod sanctorum Patrum decretis non est constitutum, non debet superstitiosis inuentionibus affirmari. [a]

a 2 *9. 4. cap. consuluisti. & arg. §. consideremus in Authent. de trien. & semiss coll. 3.*

Secundo, quòd id satis significat præfatus Paulus III. in sua prædicta extrauag. quatenus ait, *In nulla constitutione forsan id inueniatur statutum.*

Tertio facit, quòd cap. *cum vos.* [b] significare videtur, spolia esse reseruanda futuro successori, aut in vtilitatem Ecclesiæ conuertenda.

b *De off. ord. c eod. nota. 7.*

Quarto, quòd supra, [c] collegimus Papam non posse iustè, sine iusta causa, renitus & bona, quæ vni Ecclesiæ iam applicauit, auferre, & applicare alij. At spolia, quę beneficiarius relinquit, sunt collecta ex bonis Ecclesiæ suæ, vel beneficio iam applicatis. ergo non poterit ea Papa sine iusta causa sibi, vel alij quam futuro successori accipere, nec consequenter dici poterit ea ei esse reseruata.

Quinto vrget cap. 1. [d] quatenus iuncta glossa & communi doctrina Doctorum habet, bona etiam patrimonialia, vel quasi patrimonialia beneficiarij morientis ab intestato, sine legitimis hæredibus, deberi Ecclesiæ suæ. ergo à fortiori spolia ipsius, quę sunt bona ecclesiastica eius Ecclesiæ debebuntur ei, si non supersint cognati; imo etsi supersint: quoniam illi non succedunt in eis ipsi. [e]

d *De successi. ab intest.*
e *Ca. 1. de testam.*

Sexto facit, quòd in bona parte totius orbis Christiani, exceptis episcopis Hispaniæ, & episcopis & alijs clericis Italiæ, omnium aliorum beneficiariorum spolia capiunt episcopi, vel alij prælati inferiores, vel successores eorum, si nullos hęredes legitimos relinquũt, nec collectores Sedis Apostolicæ videntur se collectioni ipsorũ immiscere.

6 Septimo, quòd consuetudo habet in multis episcopatibus Hispaniæ, vt episcopus optet vnam speciem rerum mobilium, vel se mouẽtium, quas beneficiarius mortuus relinquit, quam vulgus Hispaniæ vocat *luctuosam*, quasi quę cedat episcopo, in consolationem pro luctu, qui obuenit ei ex morte sui beneficiarij: quòd etiam fit in multis Belgij locis, vbi illa species. *Mortmain* vocatur, eo quòd ob mortẽ subditi manu superioris capiatur. Et Guido Pappus, [f] meminit cuiusdã concordię factę inter Priores, & Vicarios perpetuos episcopatus Grationopolis.

f *In decis. 110.*

Postremò grauissimè vrget, quòd multis canonibus antiquis decretum est, huiusmodi spolia pertinere ad Ecclesiam illam, quam rexit beneficiarius defunctus: * habet enim cap. *placuit.* desumptum ex Concilio Carthaginensi & relatum in decreto, [g] ea omnia quæ acquirit Episcopus post ordinationem suam, intuitu Ecclesiæ suæ pertinere ad ipsam, quod antea constituerat Iustinianus Imperator in ea Nouella, quę incipit, *Nos semper.* inter constitutiones Græcas nouè in latinum versas. Cui consequens est eo mortuo non pertinere ad solum Papam, & cap. *Pontifices,* [h] desumptum ex Concilio Toletano: probat ea, quę donantur Episcopo intuitu ecclesiæ, pertinere ad ipsam ecclesiã eo mortuo, & ca. 1. [i] desumptum ex eodem Concilio Toletano habẽte, defuncto episcopo, qui habuerit bona patrimonialia, & ex eis & episcopalibus acquisierit aliqua, debere succedere ipsam Ecclesiam pro rata in illis quæsitis. Cum ergo illa sint spolia relicta à defuncto quoad partem quæsitam ex bonis episcopalibus, & pertineant per illum canonem ad Ecclesiam, consequitur præfata spolia iure canonum non esse Papæ reseruata. Ad quòd põdera, quod Gregorius, [k] significat, ea quæ quidam Episcopus cuidam Luminosæ ancillę reliquit, esse adiudicandam Ecclesiæ, si ea de bonis eius fuerint quęsita; pondera, in quã quòd Gregorius qui ea scribit, Papa erat. & non ait, sibi debitum illud spolium Episcopi defuncti, sed tantum ecclesię ipsi, vt & in Concilio Hispalensi relato in cap. *fixum.* [l] in hæc verba fuit statutum. *Fixum ab hinc & perpetuo mansurum decernimus, vt episcopus res sui iuris, quas ante episcopatum, aut certe in episcopatu hereditaria successione acquisiuit, secundum auctoritatem canonicam cui vult, conferat, & quicquid vult de eis faciat. Postquam autem episcopus factus est, quascumque res de facultatibus Ecclesiæ, aut suo, aut alterius nomine cõparauerit, decernimus, vt non in propinquorum suorum, sed Ecclesiæ, cui præest iura deueniant.* pondera verba, *Ecclesiæ cui præest.* ergo non Romanæ: & ita palam constituit Ecclesiam succedere debere suo Rectori in eius spolijs, quin & Gregorius III. in cap. 1. &

g *12. q. 3.*
h *Eadẽ causa & quæst.*
i *Ead. causa q. 4.*
k *Relatus in c. 1. eadem causa. q. 5.*
l *Eadẽ causa, & quæst. Hoc ca. integrum habetur in Concil. Paris. lib. 1. cap. 14.*

cap. *quicumque.* [a] idem omnino statuit, imo, & Concilium Lateranense, [b] continet antiquis canonibus idem contineri, & recentiore iure id tenẽdum per hæc verba statuit. *Cum in officiis caritatis primo loco teneamur iis obnoxij, à quibus beneficium nos cognoscimus recepisse: è contra quidam clerici, cùm ab Ecclesiis suis multa beneficia perceperint, bona per eas acquisita in alios transferre præsumant. Hoc igitur, quia antiquis canonibus constat inhibitum, nos indemnitati Ecclesiarum prouidere volentes, siue intestati decesserint, siue alijs conferre voluerint, penes Ecclesias eadem bona præcipimus remanere.* Hæc ibi. Per quæ omnia constat, antiquis, & nouis canonibus statutum, ea quæ de reditibus ecclesiasticis quæsita relinquit beneficiarius, quæ appellamus spolia, non reseruari Sedi Apostolicæ, sed fieri Ecclesiæ beneficiarij defuncti.

a *De testamentis.*
b *Relatum in ca. cum in officiis. eodem titulo. Cõcil. Later. sub Alex. III. cap. 13.*

* Habet enim cap. Placuit. *Hoc cap. Placuit desumptum est ex Concilio Carthaginensi III. cap. 49. cap. autem Pontifices eadem causa & quæstione, non ex Concilio Toletano, sed ex Agathensi cap. 6. collectum fuit. caput autem primũ ead. quæ 4. ex Concilio Toletano IX. cap. 4. fuit sumptum. Quæ denique hic de D. Gregorio narrantur sunt in epist. quam scribit ad Deusdedit episcopum lib. 10. epis. 42.*

SVMMARIVM.

1 *Intellectus. cap. cum vos. de off. ord.*
2 *Clausula posita in aliqua dispositione, siue in principio, siue in fine, regulariter ad omnia refertur. Et quando fallat hæc regula.*
3 *Intellectus cap. quia sæpe. de elect. lib. 6. & cap. præsenti. de offi. ord. eod. lib.*
4 *Diuersum est frequenter id quod fit, & quod fieri debet.*
5 *Bona ecclesiastica destituta catholicis administratoribus, spectant ad Sedem Apostolicam.*
6 *Beneficiarij successor, an teneatur ad soluenda debita contracta per prædecessorem.*
7 *Beneficiarius prius est sustentandus, quàm Ecclesia ipsa.*

§. 10.

HIs præconsideratis videtur resoluendum primo, quòd nulla inuenitur constitutio antiqua, per quam expressè spolia beneficiatorum sint S. Sedi Apostolicæ reseruata, quod efficaciter probat inspectio iurium antiquorum, & prędicta extrauagans Pauli III. supra [c] relata.

c §. 5

Secundo potest dici, esse tacitè, & implicitè id constitutum. Tum quòd, vt paulo ante dictum est, Concilium Lateranense sub Leone X. declarauit, administrationem bonorum omnium ecclesiasticorum pertinere ad sanctam Sedem Apostolicam idque priuilegio diuino esse concessum Papę, in magnam Eccleśię libertatem. primus omnium affirmauit Innocentius, [d] receptus ab omnibus ibi, & à Cardinale, [e] & ab alijs alibi: ait enim ipse Innocentius priuilegio Dei solum Papam, & cui ab eo sit facultas, debere administrare spiritualia & ecclesiastica iura, & de illis statuere. Quod maximè deberẽt animaduertere omnes Principes, & Primores Christiani, & eorum consiliarij: & consequenter consulere eorum administrationem ad solum Vicarium eius, qui vnicus est, & cui soli sua administranda tradidit, & ad instirutos ab ipso tantùm pertinere. Tum quòd prędicti Innocentij quod aliqui non satis suspiciunt, & declarationis Concilij prędictę, quam fortè nondum nouerunt, ratio irrefragabilis est, quòd dominium omnium illorum verè pertinet ad ipsum D. N. IESVM CHRISTVM, quod ita firmiter probauimus vbi supra adeo quòd qui hodie contradiceret. perfidus haberi posset per Concilium Tridentinum, quod ibi citamus, & ad literam scribimus; & constat solum Papam Vicarium summum esse vnicum, & generalem in gubernandis omnibus pertinentibus specialiter ad Christum, [f] ita quòd nullus in illis habeat administrandi potestatem, nisi eam à Papa mediatè, vel immediatè accipiat. at per nullam dispositionem vel constitutionem prædictæ Sedis Apostolicæ constat prædictorum spoliorum administrationem esse alicui alij applicatam. ergo ad eam solam pertinent.

d *In cap. nouerint. de sẽt. excom.*
e *In cap. per pẽdimus eod. tit. à nu. 12.*
f *Cap. cunctis per mũdum. & c per principalem. 9. q. 3. & cap. 1. de homici. lib. 6.*

Non obstant pro contraria parte citata, ad quorum primum respondetur, concedendo quidem nullam fuisse

ante Paulum III. constitutionem, quæ speciatim spolia sedi Apostolicæ reseruaret: fuisse tamen legem generalem, scilicet præfatam diuinam, per quam solus Papa, vel qui ab eo mediatè vel immediatè habet facultatem, potest administrare bona ecclesiastica: & cum nulli alij concesserit Papa administrationem spoliorum, necessariò manet illa reseruata ei.

Ad secundum respondetur eo modo, quo ad primum, per quam responsionem exprimitur mens Pauli sanius fortè quàm sit ab alio hactenus expressa.

a De off. ord.

1 Ad tertium respondetur, quòd cap. illud *cum vos.*[a] non loquitur de spolijs beneficiariorum præmortuorum, sed de fructibus & reditibus tempore vacationis prouenientibus, quæ longè sunt alia, vt palam est: & constat per definitionem spoliorum supra positam. b Sed replicari potest neruosissime ex cap. *quia sepe.* c & cap. *præsenti.* d quæ loquuntur tam de spolijs, quàm de fructibus obuenientibus tempore vacationis: prædictum enim cap. *quia sæpe.* loquitur etiam de dimissis à mortuis, & dict. cap. *præsenti.* de inuentis in bonis mortui, & in vtroque subiicitur clausula, quæ habet ea esse conuertenda in vtilitatem Ecclesiæ, vel reseruanda futuro successori, & clausula posita in aliqua dispositione, siue in principio, siue in fine, regulariter ad omnia refertur, iuxta cap. *secundo requiris.* e cum concordantijs citatis ibi à glossa, & l. *talis est scriptura.* f cum citatis per glossam, Bartholum & alios ibi: & ita videtur clausula præfata referenda tam ad spolia mortuorum, quàm ad obuenientia tempora vacationis.

b §. 1. c De elect. libro 6. d De off. ord. eod. lib.

c De appel. §. fi. ff. de l. 1.

2 Sed respondetur negando quòd illa clausula referatur ad, *Dimissa*, & *Inuenta*, quibus nominibus significantur spolia, sed tantum ad proxima, scilicet obuenientia tempore vacationis, quod vt clarè & nouè monstrem, subiicio literam prædicti cap. *præsenti.* quæ quoad propositum nostrum sic habet. *Ne Episcopi, vel aliæ villæ personæ ecclesiasticæ bona, morientibus eorum successoribus vel ministris, in ipsis inuenta, siue vacationis ipsorum tempore obuenientia, quæ in vtilitatem eorundem expendi, vel futuris successoribus debent fideliter reseruari, occupare, aut in vsus suos conuertere, quoquo modo præsumant.* hactenus in di. cap. *præsenti.* & similis litera est, quoad hoc in dict. cap. *quia sepe.* præterquam quod in illo ponitur verbum, *Dimissa*, & in hoc verbum, *Inuenta*: quæ tamen ambo significant eiusdem generis spolia per quam literam ostenditur non obstare replicationem præfatam. Tum quia præfata clausula remotior est ab illis verbis, *Dimissa*: & *Inuenta*, significantibus spolia, quàm ab alijs significantibus obuenientia tempore mortis.

3 Et quamuis regulariter clausula in vltimo loco posita referatur ad omnia præcedentia, per iura in replicatione citata, fallit tamen quando non est eadem ratio, vt referatur ad remota, quæ ad proxima, vt Panormitanus, g receptus ab omnibus, præsertim Decio, qui resolutius alijs loquitur, & antea dixerat Baldus, h & in nostro casu non est eadem ratio; imo diuersa; nam nullo iure spolia beneficiarij præmortui debentur futuro successori, qui nullum ad ea titulum habet, & obuenientia tempore vacationis omni iure debentur futuro successori. Tum quia præfata regula fallit, quando clausula inseritur proximiori accessoriè, causa demonstrationis, vel alia simili, vt Panormitanus, i ait, quem in eo commendat Decius, & nemo reprobat, & ratione firma protegitur, quòd in casu nostro contingit: nam relatiuum illud (quę) per parenthesim & viam demonstrationis adiungi videtur clausulæ significanti obuenientia tempore vacationis: & ita non debet referri ad alia præsertim remotiora, & ad quę non est, (vt dictum est,) eadem referendi ratio. Tum denique (quę germana consideratio est) quòd verba illa fuerunt desumpta ex prædicto cap. *cum vos.* quod nullam de talibus inuentis, vel dimissis mentionem facit, sed solùm de obuenientibus tempore vacationis, de quibus disponit esse conuertenda in vtilitatem Ecclesiæ, vel reseruanda futuro successori: & ita apparet per prædicta tria cap. non applicari alicui spolia beneficiariorum mortuorum, sicque solutum est tertium argumentum pro contraria parte adductum.

g In d. ea. secundo requiris. h In l. in actionibus. ff. de his qui not. infam.

i Ibidem.

Ad quartum vero respondetur concedendo quidem, non debere Papam sine aliqua caussa tollere vni Ecclesiæ bona, quæ sustentandæ illi per se vel alium applicauit: sed negando, quòd reditus bonorum applicatorum alicui Ecclesiæ percepti, vel debiti beneficiario eius viuenti sint huiusmodi: quum omnium consensu possit ipse illos in pauperes, & alia opera pia, etiam suam ecclesiam non tangentia in vita impendere, per latè tradita in dict. tractat.[a]

a Quæst. 2. mon. 1. & 7. & in Apolog. q. & mon eisdem.

Ad quintum respondeo, concedendo quidem Ecclesiam, vel beneficium succedere beneficiario in patrimonialibus in defectum cognatorum, sed negando, idem esse dicendum de spolijs: quia successio in illis nulli alij est reseruata; sicut in ijs, in quibus est reseruata Papæ: vnde si Episcopus habens patrimonialia simul & spolia moreretur in Hispania, nullis cognatis, qui ei succederent, relictis, certè Ecclesia succederet in patrimonialibus, & in spolijs Papa, & idem fieret in Italia, & in alijs Regnis, in quibus ius spoliorum prædictorum seruatur in omnibus cuiusque ordinis beneficiarijs.

4 Ad sextum respondeo, argumentum illud fundari in eo quod sit; nostram autem resolutionem in eo, quod fieri debet, quod aliquando & frequentissimè est diuersum, iuxta canones, b & latè tradidimus in d. tract. de redit. eccles. c An autem, & quando, contraria obseruanda possit huic nostræ iuris communis resolutioni obstare, suo postea loco in quarto dubio tradetur.

b Cap. cum iam dudum. de prab. & c. denique. 4. distin.

c Quæst. 1. mo. 3 4. & in Apolog. ead. q. mon. 52.

Ad septimum respondeo eodem modo, quo ad sextum.

Ad octauum respondeo, vrgere quidem illud plurimum, sed responderi posse capitula illa omnia intelligenda esse quoad eas terras, & prouincias, in quibus contraria consuetudine iuri communi præiudicatum est: vel quòd consensu Papæ expresso, vel tacito id specialiter in illis terris obtinet, canonesque illos antiquos, de quibus meminit prædictum cap. *cum in officijs.* d intelligendos esse secundum consensum expressum, vel tacitum Papæ communicantis sibi reseruata cum alijs Ecclesijs inferioribus: quin & dici posset mentem prædictorum Conciliorum, & canonum, non fuisse negare Papæ ius recipiendi spolia, si vellet præferre se Ecclesijs; sed tantùm quòd Ecclesiæ debent præferri cognatis, & alijs secularibus volentibus succedere beneficiarijs ex testamento, vel ab intestato, sine præiudicio tamen Papæ, cui expresè vel tacitè ipse non consentiret. Et ad hoc videntur tendere illa verba extrauagantis prædictæ Pauli III. *Et si satis euidenter constet, & appareat prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum & nostram indubiam intentionem, & voluntatem semper fuisse, vt spolia huiusmodi ad dictam Cameram, & non ad alios spectarent, & pertinerent: & quòd pro eadem Camera exigerentur, & recuperarentur,* &c. hactenus ibi. per quæ significatur spolia quidem prædicta soli Papæ deberi, licet aliquando sit contentus, vt alicubi maneant beneficiorum Ecclesijs, dum ipse non contradicit.

d De test.

5 Ex his infertur primo, omnium bonorum ecclesiasticorum, & fructuum eorum administrationem, quæ immediatè vel mediatè non est alij à Papa concessa, pertinere ad illum. ex quo subinfertur bonorum ecclesiasticorum & fructuum eorum, quæ nunc inueniuntur in Anglia, & Germania destitura Catholicis administratoribus pertinere ad sacrosanctam eius Maiestatem: quoniam certum est, illa non deberi nunc alicui alij per concessionem eius immediatam, vel mediatam; quum palam sit, carere illa hæreticos, qui ea malè possident. Ex quo subinfertur fælecror. Pium V. rectè nuper quibusdam nobilibus Anglis indulsisse potestatem certis modis limitatam & oneratam administrandi bona quædam ecclesiastica per eos possessa, pertinentia iure antiquo ad quamdam Abbatiam prælato & conuentu Catholicis carentem, donec eos habere inciperet.

6 Oritur ex præcedentibus, præsertim ex responsione ad tertium hic quęstio, an verum sit, quod Panormitanus & frequentior sententia videtur affimare, e videlicet successorem beneficij teneri ad soluenda debita contracta per præcessorem, non solum ob necessitatem Ecclesię suę, sed etiam contracta ob necessitatem personę: addens se pluries respondisse pro Rectoribus ecclesiarum, qui in suis infirmitatibus multa impenderunt, & debita contraxerunt, quòd successores tenentur ad eorum

e In cap. 1. de solut. & in c. ex præsentiis de pignor.

a De pignor. num. 5. b De solut.

solutionem, & idem repetit in c. *ex præsentium.*[a]

Contra quæ facit primo prædictũ c. 1.[b] quatenus loquitur de debito contracto pro necessitate Ecclesiæ, significans à contrario sensu, non esse idem de contracto ob necessitatem personæ. Secundo, quod Innocentius ibi requirit, vt probentur conuersa in vtilitatem Ecclesiæ, quod videtur verius, quàm id quod ait Panormitanus cum Hostiensi & Cardinali, nimirum, sufficere, vt probentur contracta ob necessitatem Ecclesiæ, nisi quãdo contraherentur ab ipsamet Ecclesia, siue à populo, vel fabricarijs, siue operarijs electis legitimè, qui se nomine illius obligarent; & nisi Rector deficientibus illis auctoritate Iudicis Ecclesiæ nomine pro necessitate ipsius contraheret, per quod possent conciliari omnes: & hoc videtur seruare praxis: iniustum enim videtur, vt Ecclesia cogatur soluere debita, quæ prætextu eius necessitatis contraheret Rector, & in alia impenderet, quod sentit Innocentius. Tertio, quòd nulli videtur id, quod Panormitanus ait statutum, neque vlla ratio necessariò concludit id esse faciendum. Quarto, quòd contrarium vbique videtur habere consuetudo. Quinto, quòd prædictum cap. *ex præsentium.* non iubet, vt successor beneficiarij luat data in pignus ex rebus Ecclesiæ à præcessore suo pro sua necessitate, sed quòd hæres eius ad illorum luitionem tenetur: & nusquam videmus cogi successorem beneficij ad soluenda debita, etiam pro Ecclesiæ necessitate; sed quòd hæres eius ad illorum luitionem tenetur, & nusquam videmus cogi successorem beneficij ad soluenda debita etiam pro Ecclesiæ necessitate contracta, si habet illa bona, & reditus suæ fabricæ applicatos.

c Ca. de his de eccl. ædif.

Quare videtur resoluendum, primo quòd successor beneficiarij non tenetur ad soluenda illa debita contracta per præcessorem ratione suæ personæ tantùm: quia hoc nullo iure cauetur. Nec obstat dicere, quòd persona beneficiarij est sustentanda priusquam ipsa ecclesia. c Et quòd ad debita pro necessitate Ecclesiæ contracta tenetur successor, ergo à fortiori, ad contracta necessitate personæ, non, inquam, hoc obstat: quia non est eadem ratio, eo quòd ad sustentationem beneficiarij illi soli reditus sunt deputati, qui eo viuente obueniunt, in quibus anteferrur Ecclesiæ: quia illi principalius sunt deputati ad sustentandum eum, quàm ad sustentãdum fabricam, & pauperes. Ad sustentationem autem Ecclesiæ omnes, tam qui eo viuente, quàm qui post mortem eius obueniunt, saltem minus principaliter deputantur: & ideò nil mirum si Ecclesia præferatur ei iam mortuo in reditibus post mortem eius obuenientibus, qui nullatenus ad eum pertinuerunt.

Secundo etiam resoluendum videtur, quòd successor non tenetur ad contracta etiam ratione necessitatis Ecclesiæ, si eius sustentatio pertineat ad populum, vel ad alium de consuetudine, vel haberet separata bona, & reditus ad suam fabricam sustentandam sufficientia; quod satis colligitur ex decisione Capellæ Tolosanæ, d & ex glossa optima pragmaticæ sanctionis. e

d 499. & ei addit. e In proœmio §. nam ecclesiarum. verbo ruunt.

Tertio, quòd per hoc est limitandum prædictum ca. 1. vt procedat, quando ecclesia non haberet eiusmodi bona in fabricam separata, nec onus eius sustentandæ pertineret ad alium: iustè tamen, ni fallor, respondi contra me pridem super sustẽtatione Ecclesiæ pagi, cui nomen Portoduella, Visiensis diœcesis commendæ B. Mariæ de Luymill, quæ est membrum admodum celebris Monasterij Roncæuallis regni Nauarræ, cuius bonæ partis fabricæ sustentatio pertinebat ad populum; sed quia causa, quare populus ab initio suscepit illud onus, fuit grande desiderium pauculorum, qui tunc erant, habendi Ecclesiam separatam à matrice, à qua longissime distabat; & parua quantitas decimarum, quæ non sufficiebant ad sustentandum Vicarium & fabricam. Quæ causa quũ cessasset postea auctis parochianis, & decimas ad omnia sufficientissimas soluentibus, visum fuit iustum, vt Commẽdatarius, qui tunc ego eram, sustineret onus sustentandi totam fabricam, & ab eo liberaretur populus. Quod ipsum iustè fieret in multis oppidulis, quæ à paruis initiis multum creuerunt: & quia principio non sufficiebant reditus ad sustentandum rectorem & fabricam, popellus recepit in se onus sustentandi eam: quamquam scio id paucis rectoribus Ecclesiarum gratum fore.

Quartò, quòd ex æquo, & bono resolui posse videtur, quòd si ecclesia minaretur ruinam, vel aliam grandem necessitatem pateretur, & reditus eius fabricæ deputati non sufficerent ad ei succurrendum, beneficiarius quidem, cui essent superflua, compelli posset ad mutuandum ei ad id necessaria, ita vt paulatim quotannis illa ei satisfaceret de fabricæ reditibus; non tamen posset compelli ad subueniendum ei gratis, si nollet, & ita moderanda videntur, quæ auctores Galli aiunt, nempe parlamenta Franciæ solita esse compellere Rectores Ecclesiarum ad tribuendam pro Ecclesiarum reparatione tertiam partem, vt habet additio prędicta decisionis Capellæ Tholosanæ, a nimirum vt procedant, quando beneficiarijs incumberet totum onus sustentandi eas, vel quum bona in id dedicata, ad id non sufficerent, & per mutuationem prędictam non esset satis eis consultum.

a 499.

SVMMARIVM.

1 *Dubij 2. principaliter in hoc commentario propositi partem in vtramque discussio, & eiusdem resolutio, & seq. ac toto §. 11. & 12.*
1 *Papa bonis ecclesiasticis neque inter viuos, neque in vltima voluntate pro libito vti potest.*
2 *Donationes quadam factæ ab aliquibus maximis Pontificibus; & testandi facultates obreptitiæ censendæ.*
3 *Testandi facultas de spoliis à Iulio III. Clericis in Curia decedentibus facta, videtur temperanda.*
4 *Forum exterius multa ad euitanda maiora mala permittit, quæ conscientia non admittit.*
4 *Bonorum ecclesiasticorum administratio vires humanas vnius excedit.*
5 *Papa licèt potestatis plenitudinem acceperit, socios tamen qui ipsum in ea exercenda iuuent, assumere debet.*
5 *Officia singula singulis committenda personis.*
5 *Intellectus cap. mandata, de præsumpt.*
6 *Possumus solùm id quod iustè possumus.*
6 *Petrus & alij Pontifices maximi, cur bonorũ ecclesiasticorum administrationem diuiserint.*
7 *Papæ omnes Ecclesiæ res esse, quomodo intelligendum.*
7 *Papa in missarum solenniis, cur vbique & semper pallio vtitur, alij verò Prælati minimè.*
8 *Axiomata quinque magnopere notabilia.*

§. 11.

1 AD secundum dubium principale supra propositum respondeo, quòd pro parte illius negatiua, nempe, non posse Papam prędicta spolia reseruare, facit primo huius ca. contextus, quatenus ex eo, b collegimus, non licere Papæ absque aliqua causa, bona & reditus vnius Ecclesię rollere illi, & illius rectori, & beneficiario, & dare alij Ecclesiæ, aut rectori eius, vel beneficiario.

b In 7. notab.

Secundo, quòd ex hoc canone colligitur, id quod in primo notab. supra collegimus, & in d. tract. de redit. c latius confirmauimus, videlicet, non licere Papæ vti rebus, & bonis ecclesiasticis, & sacris pro libito suo, nec inter viuos, nec in vltima voluntate. Et quòd constat spolia prædicta esse res ecclesiasticas, & sacra quartæ speciei, iuxta doctrinam S. Thomæ. 2. 2. q. 99. arti. 3. latius deductam vbi supra.

c Quæst. 1. mon. 48. & q. 3. mo. 6. & in Apolog. prædicta. q. 1. mon. 27. & 38. & 39. & q. 3. mon. 6.

Pro contraria verò parte, nimirum, posse Papam prædicta spolia sibi reseruare, facit primò, quod plenaria dispositio, & administratio omnium bonorum ecclesiasticorum pertinet ad Papam ipsum, vt definit Concilium Lateranense sub Leone X. d Et quòd constat, vt proximè dicebamus, prædicta spolia esse bona ecclesiastica. Secundò quòd Ioannes XXII. e presupponit, se reseruare sibi pro aliquot Ecclesiæ necessitatibus, fructus primi anni beneficiorum in toto Orbe Christiano vacantium. Et declarat sub eis quidem non comprehendi Episcopos & Abbates, cæteros autem sic: habentes item beneficia vacantia ipso iure, per incomparibilium assecutionem. Ad quam reseruationem faciendam tanta potentia videtur necessaria, quanta requiritur ad spolia clericorum sibi reseruanda. Tertiò, quòd prædictus

d Sess. 6. §. & eum fructuũ. e In duobus extrau. quarum vtraque incipit. cum nonnulli. de prab.

Papa Paulus III. reſeruauit ſibi ea vbique gentium, vt palam eſt, per partem conſtitutionis eius ſupra §. 5. relatam, cuius factũ expreſsè approbauerũt Iulius III. Paulus IIII. Pius IIII. & Pius V. per extrauagantes ſupra relatas.

Pro concordia horum vtrimque pugnantiũ dicendum primò, non poſſe quidem Papam iuſtè prædicta ſpolia reſeruare ſibi, vel alij ad finem vtendi eis pro libito, in quoſcumque vſus etiam profanos ſine iuſta cauſa, quod efficaciter probant duo argumenta ſuperius pro parte negatiua inducta.

2 Ex quo infertur primò, ſubreptitias vel obreptitias fuiſſe donationes factas ab aliquibus Maximis Pontificibus quibuſdam prælatis, & aliis de aliquot ſpoliis ſuis, vel alienis, ſine vllo pietatis, vel paupertatis intuitu in finem vtendi eis in vſus, etiã non pios ſine iuſta cauſa, quarũ aliquot tenores vidimus in Vrbe, dolẽtes quòd prędicti anſam detrahendi ei, quem omnes laudare, venerarique iubentur.

Secundò infertur, adiudicandas etiam eſſe ſurreptitias, vel certè dignas, à quibus ſupplicetur, illas teſtandi facultates, per quas conceditur aliquibus prælatis, & aliis beneficiariis, vt teſtari poſsint de ſuis ſpoliis in diuites, & ad vſus profanos; nam ſi Papa non poteſt ea in eiuſmodi vſum ſibi reſeruare, quanto minus poterit aliis concedere, vt eius auctoritate id faciant? argumento à maiori ad minus negatiuè, quod valet. [a]

3 Tertio infertur, facultatem teſtandi de ſpoliis factam à Iulio III. clericis in Curia decedentibus, cuius tenor ſupra. [b] ponitur, eſſe temperandã quo ad illam partem qua continet, vt poſsint teſtari pro libito de illis etiã in diuites, agnatos, & extraneos, in pia, & non pia, ſine vllo pietatis, aut paupertatis intuitu: quia vt ibi monuimus, contrarium efficaciter probauimus, vbi ſupra. Temperanda, inquam, eſt, vt procedat tantùm quo ad forum exterius, & quo ad finem vitandi moleſtias, quibus Cameræ Apoſtolicæ miniſtri ſolebant moleſtare clericos in Curia decedentes ſuper eorum ſpoliis, etiam antequam morerentur, partim adnotando illa, & ponendo cuſtodiã nocturnam, & diurnam, ne familiares eorum furarentur, vel amouerent illa è domibus, in quibus erant; partim occupando aliqua morientis bona, quæ penes eum erant, tamquam ſi eſſent ſua; partim aliis modis, eo quòd ſi non fuiſſet addita ampliatio illa prędicti miniſtri dicere poterãt eſſe diuites eos, quibus relinquebantur ſpolia, & ita conturbare mortui funeraria, & iura iure ſuccedentium ei confundere, & litibus grauibus onerare. Quo ad forum tamen conſcientiæ, quæ veritate, & vera iuſtitia nititur, non eſt extendenda, nec iure naturali, & diuino contradicente, poteſt extendi: ſicut & multa, quæ ad euitanda maiora mala forum exterius permittit, quæ conſcientia interius non admittit, vt latius quàm alij monſtrauimus in tractatu de reditibus. [c]

Secundo principaliter dico, quòd non poteſt hodie Papa, neque vmquam potuit, poſteaquam mediocriter fuit aucta Eccleſia bonis tẽporalibus in variis orbis partibus reſeruare ſibi ſoli adminiſtrationẽ illorum. Tum quia id vires humanas vnius excedit, iuxta. [d] Exod. infra citandũ. Tum quia etiam in ipſo naſcentis Eccleſiæ initio, quum adhuc parua eſſet, & pauca bona haberet, fuit neceſſarium Petro, & aliis Apoſtolis deligere diaconos, qui ea quæ tũc obueniebant Eccleſiæ adminiſtrarent, teſte Luca. [e] Tum quia oporter Papam, licèt ei tradita ſit plenitudo poteſtatis, [f] accipere ſibi ſocios, qui eum in ea exercenda iuuent, * iuxta illud Gregorij. [g] *Mandata cœleſtia efficacius gerimus, ſi noſtra cum fratribus onera partiamur.* [h] per quod ait ibi gloſſa partienda eſſe officia, iuxta illud eiuſdem, *Singula officia, ſingulis ſunt committenda perſonis.* [i] cui concordat cap. *cum ſingula.* [k] Tum quia Panormitanus, [l] ait, non agere ibi, vt gloſſa illa putauit, Gregorium de illo mandato cœleſti, [m] *Alter alterius onera portate.* &c. relatum in cap. *ponderet.* [n] ſed de mandatis cœleſtibus Papæ factis circa onus paſcendi populum Dei, quæ efficacius implet aſſumendo ſibi multos ſocios, ad imitationem CHRISTI, qui vltra duodecim Apoſtolos, delegit ſeptuaginta duos diſcipulos, eo quod meſsis erat multa, operarij autem pauci. [o] Tum quia [o] Ietro ſocer Moſis, qui per ſeſe audiebat omnes cauſas omnium filiorum Iſraël, eum reprehendit, dicens, *Stulto labore conſumeris tu, & populus hic: quia vltra vires eſt hoc negotium; ſolus illud non poteris ſuſtinere.* & paulo poſt, *Prouide*, ait, *de omni plebe viros ſapientes*, &c. Inconſultè igitur, & non prudenter, nec rectè ageret nunc, & antea egiſſet Papa, ſi poſt auctam, & extenſam mediocriter Eccleſiam in perſonis, & bonis, per ſe ſolum ea omnia & ſingula adminiſtrare vellet, vel voluiſſet. Ergo nec poteſt, nec potuit, illam adminiſtrationem ſibi ſoli reſeruare, quia id ſolùm poſſumus, quod commodè poſſumus. [a]

* Iuxta illud Gregorij. D. *Gregorius hoc habet epiſt. 2. lib. 4. Quod poſtea autem ex eodem ſubiicitur. Singula officia, non ſunt eiuſdem verba D Gregorij, aliquo in libro ſcripta. Sed Ioannes Diaconus lib. 2. vitæ eiuſdem num. 57. cum hæc dixiſſe refert à quo poſtea collectores decretorum tanquam ab eo ſcriptum retulerunt.*

Tertio, quòd Petrus, & alij Pontifices Maximi videntes id eſſe neceſſarium diuiſerunt per ſe immediatè, vel per alios mediatè bonorum eccleſiaſticorum, & eorum fructuum adminiſtrationem variis Eccleſiis in variis locis conſtitutis, deſignando diœceſes, epiſcopis, & parochias presbyteris, & aſsignando eis ſuſtentandis bona intra illas diœceſes, & parochias contenta, vt latè traditur in cap. 1. [b] Vnde prædictum Concilium Lateranenſe ſub Leone X. [c] non continet, ad ſolum Papam pertinere plenariam fructuum beneficiorum Eccleſiæ adminiſtrationem, ſed quòd pertinet ad illum, & alios beneficia canonicè tenentes. Vnde licèt in omnium beneficiorum fructuum adminiſtratione concurrat Papa mediatè, vel immediatè, directè, vel indirectè, caſualiter vel regulariter, auctoritatiuè, vel miniſterialiter, & multorum adminiſtratio ad ipſum ſolum pertineat, quàm plurimorum tamen, imò fere omnium bonorum fructuum pertinentium ad beneficia, quæ per eum, vel alios conferuntur, vel aliàs dantur, adminiſtratio pertinet regulariter, & immediatè ad beneficiatios.

7 Ex quo infertur modus intelligendi canonicus illius dicti, S. Thomæ, à multis laudati, [d] videlicet, *omnes Eccleſiæ res eſſe Papæ, tanquam principalis diſpenſatoris, & non tamquam domini, & poſſeſſoris*: quæ omnia, ſunt verba eius. Modus item intelligendi eius, quod vulgus ait, declaratum eſſe in prædicto Concilio ſub Leone X. plenam adminiſtrationem omnium bonorum Eccleſiæ pertinere ad Papam. Modus item intelligendi illius eſt, id quod habet prædictum c. *ad honorem.* [e] nempe, *ſolus Romanus Pontifex in miſſarum ſollenniis pallio ſemper vtitur, & vbique, quoniam aſſumptus eſt in plenitudinem eccleſiaſticæ poteſtatis, quæ per pallium ſignificatur: alij autem eo nec ſemper, nec vbique, ſed in Eccleſiis ſuis, in quibus iuriſdictionem eccleſiaſticam acceperunt, certis debent vti diebus: quoniam vocati ſunt in partem ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis*, & probatur per cap. *cuncta per mundum.* & cap. *per principalem.* [f] Illius item, quod multi dixerunt, plenam, & liberam diſpoſitionem beneficiorum, & fructuum eorum pertinere ad Papam, eſſeque ipſi in eis pro ratione voluntatem, iuxta gloſſam ſollennem, [g] & id genus alia, quæ libranda, & determinanda ſunt per proximè dicta, & ſupra. [h] tacta, & per reſoluta in dicto tract. de reditibus, [i] libranda ſunt, inquam, per has veritates.

8 Prima eſt, quòd verum dominium omnium bonorum eccleſiaſticorum eſt penes ſolum CHRISTVM D. N. & non penes vllos eccleſiaſticos, etiam Pontifices Maximos, vt monſtratur, & declaratur, vbi ſupra. Secunda, quòd ſola & tota eorum adminiſtratio eſt penes Papam immediatè à CHRISTO ei tradita. Tertia, quòd penes ſolum Papam eſt adminiſtratio illorum fructuum, & bonorum, quorum adminiſtrandorum titulus nulli alij mediatè nec immediatè eſt ab eo conceſſus. Quarta, quòd abſolutior poteſtas adminiſtrandi remanet penes eum quo ad ea, quorum adminiſtrandorum titulus canonicus nulli alij eſt tributus, quàm aliorum, in quibus etiam alius habet canonicum titulum, argumentum cap. *niſi cum pridem.* [k] & eorum, quæ per illud aſſeruit Cardinalis, [l] & nos ſupra, [m] adduximus.

Quinta,

a Cap. faciet homo. 22. q. 2. & l. nepos proculo. ff de verborum ſignifica.

b 13. q. 1.
c Seſſ. 9. §. et cũ fructuum.

d In 2. 2. qu. 100. artic. 1. ad vlt.

e De aut. & vſu pal.

f 9. q. 3.

g Cap ſigratioſe de reſcr. libro 6.
h Eod. ca. notab. 7. §. 4. & in Apol. pradicta.
i Quæſt. 1. monit. 40. & in Apolog. pradicta. q. 1. non. 24. 25. 27. 28. & 50.

k Inoc. tueri. de renunc.
l In conſilio 141.
m Eod. notab. 7. §. 3.

a Cæſt Paulus. 32. q. 5. & ca. imitare, 6. q. 1, b §. 5.

c Quæſt. 3. mon. 54. & in Apolog. pradicta. q. 1. mon. 52. nu. 1. & 3.
d Cap. 28.
e Act. 6.
f Iuxta cap. ad honorem. de vſu & aut. pal.
g in c. mand. h De præſcript.
i Cap. ſingula. 89. diſt.
k De prab. lib. 6.
l In d. c. mãdata. ſuper gloſ. 2.
m Ad Ga. 6.
n 50. diſt.

o Luc. 10.
p Exod. 18.

Quinta, quòd remanet penes eum, quoad ea quorum adminiſtrandorum titulorum: etiam alij habent, ſed longe ſtrictior, quam in aliis: quia licèt iuſta de cauſa poſsit alienare, vel auctoritatẽ id faciendi præſtare, & ob delictum, & aliam iuſtam cauſam illa tollere ab eis, qui ea canonicè acceperunt, non tamen poteſt iuſtè diſponere de fructibus & reditibus illorum, etiam in vſus pios, niſi ex aliqua grandi cauſa ſine conſenſu beneficiariorum, per ea quæ ſupra, [a] adduximus.

a Eod. cap. notab. 7. §. 3.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſticos fructus, & reditus male percipientes, quid agere oportеat.*
2 *Beneficia tenentes ſine canonico titulo, quid de fructibus perceptis agere conueniat.*
3 *Fructuum eccleſiaſticorum alij obueniunt vacantе beneficio de iure, & de facto, eorumque differentia.*
4 *Remedia tria obtinẽdi abſolutionem ab obligatione reſtituendi fructus eccleſiaſticos variis ex cauſis male perceptos.*

§. 12.

1 EX prędictis infertur primò, non malè me conſuluiſſe aliquoties quibuſdam, qui malè ceperant, vel malè retinebant fructus, & reditus aliquot pertinentes ad beneficiarios aliquorum beneficiorum, videlicet, quòd non ſufficeret eis componere ſe cum Camera Apoſtolica, vel commiſſario Cruciatę, habente poteſtatem componendi de fructibus beneficiorũ malè perceptis, ſed oportere eos reſtituere illos malè perceptos ipſis beneficiariis; ad quos eorum diſpenſatio, & diſpoſitio ratione titulorum ſuorum pertinebat, modò adhuc illi viuerent, imò nec ſi iam mortui eſſent, & in vita vel in morte in aliquos vſus pios, eos ſpeciatim, vel generatim donaſſent, vel iuſtè ad opera pia in morte reliquiſſent vigente conſuetudine talia relinquendi; imò nec ſi non donaſſent, neque reliquiſſent, ſed aliquo reſpectu eorum quæ tanguntur in dicto tract. de redit. [b] eſſent facta patrimonialia, vel quaſi patrimonialia, vel talia quæ bono iure ipſi potuerunt relinquere ſuis hæredibus ſine intuitu pietatis, vel paupertatis: quia tunc hæredibus eſt ſatisfaciendum, [c] quibus beneficiariis, vel eorum hæredibus viuentibus non eſt veriſimile velle Papam, quæ ipſis debentur auferre.

b Quæſt. 3. mo. 34. & in Apolog. prædicta ead. qu. mon. vlt.
c Arg. c. cap. cum tu. de vſur. & ca. ea te de iure iur.

2 Secundo infertur, iuſtè quoque me conſuluiſſe beneficiariis, quì tenuerunt beneficia ſine canonico titulo ſaltem ab initio habito, ſuæ obligationi ſatisfacere, reſtituendo fructus medio tempore malè perceptos Cameræ Apoſtolicæ vel certe componendo ſe cum illa: quoniam omnium bonorum eccleſiaſticorum & fructuum eorum adminiſtratio, quæ non eſt conceſſa alicui particulari à Papa immediatè, vel mediatè, pertinet ad ipſum ſolum per prædicta. At nullo iure conceſſa videtur diſpenſatio fructuum prædictorum vlli alij quàm Papæ: quia nullus alius habet titulum canonicum. ergo pertinet ad eum ſolum.

Contta hoc tamen facit, quòd videntur deberi futuro ſucceſſori, hoc eſt, illi qui primus poſt eum beneficium illud canonicè adeptus fuerit; vel quòd debent verti in vtilitatem Eccleſiæ per c. *cum vos.* [d] & per cap. *præſenti.* [e] Nec ſatisfacere videtur, id quod ſcio aliquando viro cuidam doctiſsimo [f] ſatisfeciſſe, videlicet quòd illa capitula, non agunt de fructibus beneficiorum malè à beneficiario perceptis, ſed de fructibus obuenientibus tempore vacationis, & bene perceptis ab Oeconomo ad eorum cuſtodiam legitimè deputato, vel malè à raptore aliquo, vel future, vel ab alio huiuſmodi perceptis: non, inquam, hoc ſatisfacit: quia toto tempore, quo beneficium poſſeſſum eſt ſine titulo canonico, ſaltẽ ab initio habito, vacauit; & ita omnes fructus percepti tempore, quo illa beneficia ſine canonico titulo poſsidentur, dicuntur obuenire tempore vacationis, & ita debent reſeruari futuro ſucceſſori, vel in vtilitatẽ Eccleſiæ conuerti; & conſequenter eorum diſpenſatio ad alium, quàm ad Papam pertinere videtur.

d De offſ. ord. e Eodẽ titul. lib. 6. & cap. quia ſæpe. de elect. eodem libro 6.

3 Reſpondeo igitur ad argumentum, quòd non eſt eadem ratio de vtriſque: quoniam alij obueniunt vacante beneficio de iure, & de facto; alij verò tempore vacationis de iure, & non de facto: & ideo non vſque adeò debentur futuro ſucceſſori, ac alij tempore plenæ vacationis obuenientes. Vnde arbitror, & mea ſententia, iuſtè fructus quidem illos malè percepros, conuerti poſſe in vtilitatem Eccleſiæ, vel futuro ſucceſſori reſeruari, attento quòd verè tempore vacationis obuenerunt, & nihilominus anteaquam in vtilitatem Eccleſiæ conuertantur, & antequam inſtituatur futurus ſucceſſor, & illi tradantur, pertinere ad diſpenſationem Papæ: attento quòd licèt illa beneficia de iure vacent, de facto tamen non vacant: & licèt nemo ſit eo tempore legitimus eorum adminiſtrator ob defectum tituli canonici; quo adminiſtratio legitima conceditur, eſt tamen, qualis qualis, & putatiuus adminiſtrator eorum: & ita non pertinent tam pleno iure ad futurum ſucceſſorem, quàm illi qui obueniunt tempore quo vacant de iure & de facto. Cui ſententiæ arridere viderur praxis Romana, qua ſummus Pœnitentiarius frequenter remittit huiuſmodi beneficiarios ad ſe cum Camera Apoſtolica componendum; cuius ratio numquam, quòd ſciam, hactenus adeo exertè reddita eſt, nec videtur poſſe hauriri iuſtius, quàm ex prędicta conſideratione.

4 Ex quibus ſubinfertur, eum qui poſſedit beneficium ſine canonico titulo, ſaltem ab initio habito, puta: quia erat irregularis, excommunicatus, vel ſuſpenſus, vel aliàs inhabilis tempore collationis ei factæ per eum, qui non potuit eiuſmodi defectum tollere, vel ſaltem non abſtulit, habere tria remedia, quibus abſoluatur ab obligatione reſtituẽdi fructus illos male perceptos. Primum eſt componere ſe cum Camera Apoſtolica. Secundum conuertere illos in vtilitatem Eccleſiæ ſuæ, vel beneficij. Tertium, tradere illos futuro ſucceſſori: & contingere poteſt, vt aliquo reſpectu vnum illorum magis conueniat ei, quàm aliud: nam per compoſitionem cum Camera, magna pars ſoler remitti, quum tamen per conuerſionem in vtilitatem Eccleſiæ nihil remittatur: futurus autem ſucceſſor poteſt eſſe adeo amicus, quòd maiorem partem remitteret, quàm Camera, ſed nec illa, nec ille poſſunt ei remittere iuſtè ſi eſt diues, cum facultate conuertendi eos in vſus profanos, vel non pios: quoniam nec ipſi id facere poſſunt, per latè adducta in tract. de rediti. [a] & nemo dat quod non habet. [b]

a Quæſt. 1. mont. 48. & quæſtio. 2. mon. 7. & in Apolo. prædicta. q. 1. mon. 27. & 38. & ſeq. & q. 2. mon. 7.
b Cap. quod autẽ. de iur. patron. & l. ſi vniuerſa. C. de legat.

Subinfertur etiam, quòd ſi quis (quod quotidie contingit) obtineat à ſancta ſede Apoſtolica narratis narrandis, confirmationem tituli, quo beneficium poſsidet, & quatenus opus eſt, nouam conceſsionem, nihil tenebitur reſtituere, ſi facta eſt ei gratia, ſine obligatione ad ſe cum Camera componendum, ſed ſolùm tenebitur eos ita impendere, ac ſi obueniſſent ei poſtea quàm illam nouam conceſsionem obtinuit: & ita impendere illos in honeſtam ſui ſuſtentationem, vel in pios vſus: quoniam per obtentionem huiuſmodi gratiæ ipſe conſtituitur primus ſucceſſor, cui fructus illi reſeruari, & tradi iuſtè poterant. Non otiosè ſupra toties repetij illa verba (*ſine canonico titulo ſaltem ab initio habito*) nam maioris quæſtionis eſt, an idem ſit dicendum de fructibus perceptis ſine canonico titulo ab illo, qui à principio quidem habuit illum, ſed poſtea per negligentiam ordines ſacros accipiendi, iuxta c. *licet canon.* [c] vel impatibilitatem cap. *de multa.* [d] & extrauagantem, *execrabilis.* [e] vel hæreſim, [f] vel alias cauſas, ſeu ſtatuta, & leges particulares ipſo iure amittuntur. Et quidem quo ad forum exterius idem omnino eſt dicendum, & etiam quo ad forum conſcientiæ, ſi teneremus illas pœnas ipſo iure incurſas deberi in foro conſcientiæ: ſi autem contrarium teneremus, contrarium eſſet dicendum, ſed quia huius rei definitio altiorem exigit indaginem, ideo illam remitto in Commentariolum c. *fraternitas.* [g] quo proponimus omnia, quæ frater Alfonſus Caſtrenſis in duobus libris de lege pœnali tradit, perpendere, contrahere, ac declarando definire.

c De electio. libro 6.
d De præb.
e Ioan. xxii. eod. tiuul.
f Capit. 2. de hæret. lib. 6.

g 12. quæſt. 2

SVMMARIVM.

1 *Dubij tertij principaliter hoc commentario propoſiti breuis reſolutio.*
2 *Spoliorum adminiſtratio ſoli Papæ eſt reſeruata.*

§. 13.

1 AD tertium dubium principale; videlicet, an Papa ſibi eiuſmodi ſpolia reſeruauerit; reſpondeo affirmatiuè

firmatiuè,vt palam constat ex constitutione prefata bonæ memorię Pauli III.approbata per Iulium III.Paulum IIII. Pium IIII.& Pium V.vt supra,[a] ostendimus ex fragmentis constitutionum eorumdem supra relatis.

2 Constat etiam,& efficaciter colligitur,ex illa theoria superius asserta, nempe, quòd ad solum Papam pertinet omnium bonorum,& fructuum ecclesiasticorum administratio,quæ nulli alij iure debetur. At prædicta spolia sunt bona ecclesiastica, quorũ administratio ad nullum alium, quàm ad Papam iure pertinet: ergo eorum administratio ei soli est reseruata. Non obstat dicere, quod spoliorum administratio pertinere videatur ad futurũ successorem,[b] per responsionem,quæ data est ad ea supra.[c]

SVMMARIVM.

Dubij quarti principaliter hoc commentario propositi resolutio,& toto §.14.& 15.
1 *Consuetudo nulla contra legem naturalem vel diuinam excusare potest.*
2 *Consuetudo an induci possit contra legem etiam humanam decreto irritante munitam.*
2 *Decreti irritantis efficacia.*
3 *Consuetudo non valet contra legem humanam prohibitiuam, quæ virtualiter continet decretum irritans.*
4 *Iura quæ consuetudinis auctoritatem fouent.*
5 *Beneficiarij de superfluis redituum ecclesiasticorum testari cur vetentur.*
6 *Consuetudo, vel priuilegium Papæ testandi de spoliis ad opera pia à peccato excusat.*
6 *Consuetudo, & priuilegium Principis contra legem humanam valet.*
7 *Constitutio Papæ posterior; licèt deroget priori eiusdem contrariæ,non tamen derogat consuetudinibus contrariis,si rationabiles sint.*
7 *Consuetudo quæ rationabilis,& quæ irrationabilis.*
8 *Legem humanam omnem, quatenus humana est, consuetudo tollere potest.*

§. 14.

1 AD quartum dubium, videlicet. An consuetudo non soluendi spolia Papæ excuset; Respondeo pro eius parte negatiua facere primo,quòd qui contrauenit legi,peccat,[d] & qui capit spolia sine auctoritate Papæ contra prædictam legem Pauli III.relatam §.5.facit.

Secundo, quòd nulla consuetudo potest quemquam excusare contra legem naturalem,vel diuinam.[e] At prædicta lex Pauli III. potius est lex diuina, quàm humana: quia infertur in bona consequentia ex illa lege diuina, de qua supra,[f] nimirum, quòd omnium bonorum ecclesiasticorum administratio immediatè conceditur à Deo Papæ. Et nemo alius potest habere illorum administrationem,nisi concedatur illa ei à Papa mediatè, vel immediatè,& quòd vt supra,[g] probatũ est,omnia spolia sunt bona ecclesiastica, & eorum administratio nulli alij est à Papa concessa,quæ necessariò consequitur lege diuina eam ad ipsum solum Papam pertinere.

2 Tertio, quòd contra legem etiam humanam decreto irritante munitam non videtur posse induci consuetudo valida,tum per cap.*statutum.*[h] adiuncto dicto Guilielmi à Monte Lauduno,[i] relati à Sarnensi,[k] videlicet, *Decretum irritans est penetrabilius omni gladio ancipiti, omnia interiora,& occultissima afficiens,& astringens: nam est tam malignantis naturæ,quòd quicquid inuenit, destruit, & in oppositum ducit.* Vnde nec consensu partium contrarium induci posse videtur,iuxta textum iuris optimum, vbi Panormitanus,[l] & glossa.[m]

3 Tum quia etiam contra legem humanam prohibitiuam,quæ virtualiter continet decretum irritans, non valet consuetudo, iuxta l. 1. & 2.[n] vt tradit Baldus,[o] facit lex. *non dubium.*[p] cum traditis ibi per Iasonem.[q]

4 Pro contraria parte faciunt primo omnia iura, quæ consuetudinis auctoritatem fouent.[r] Secundo,quod eum qui contrarium tenuerit oportebit dicere, quòd omnes fere ecclesiastici Hispani, Galli, & Germani pereunt; in Regnis enim Hispaniæ Castellæ subiectis,sola Episcoporum spolia soluuntur Papæ,in aliis autem nulla, imò neque in parte Hispaniæ regno Portugalliæ subiecta.

Pro resolutione integra dico primùm,consuetudinem quæ haberet,vt præfata spolia succederent alij,quàm Papæ sine pietatis vel paupertatis intuitu ad effectum vtendis eis ad profana,tamquam aliis profanis.non valet:quia illa esset contra legem naturæ, de non furando, neque vtendo re aliena inuito domino in alium vsum , quàm concessum,iuxta ea,quæ allata fuerunt in præd. tract. de reditib.[a] (cuius appendix est iste commentarius.)[b]

5 Tum quia eadem ratio, qua vetantur beneficiarij testari de superfluis redituum ecclesiasticorum ad profana, concludit, vt nemo eis iustè possit in spoliis succedere profanè , id est tanquam in patrimonialibus profanis ad vtendum eis profanè,idest sine pietatis,& paupertatis intuitu: ratio enim , qua vetantur testari beneficiarij de superfluis redituum ecclesiasticorum, est, quia lege naturæ vetatur, ne quis re aliena in alium vsum quàm concessum vtatur,& quòd superflua redituum ecclesiasticorum sunt deputata in vsum pauperum,& alia pia opera. Cum ergo spolia sint illa,quæ beneficiariis superfluunt, consequens est,de illis non posse aliter disponi, nec in illis aliter succedi,quàm in reditibus ecclesiasticis.

6 Secundo dico, quòd excusaret consuetudo legitimè præscripta, vel priuilegium Papæ, quibus beneficiariorum spolia cederent in opera pia , sicut & consuetudo ad testandum in ea,valeret: quia id nullatenus repugnat legi naturali,nec diuinæ,vt alibi, [c] probatum fuit , licèt repugnet legi humanæ,contra quã consuetudo,& priuilegium Principis valere potest. [d] Pro hoc dicto viderur casus in literis Pauli IIII. datis anno 1550. 8. Februarij, & etiam Pij IIII. datis anno 1560.30.Iulij.supra [e] relatis,quatenus à tua dispositione excludunt spolia quorũdam beneficiariorum,quibus priuilegio, vel consuetudine restari licet. Faciunt etiam literæ eiusdem Pij IIII.datæ anno 1560.26. Maij.relatæ supra,[f] quatenus à tua dispositione excludunt à cõtrario sensu spolia beneficiariorum, quibus est facultas testandi: quæ quoad opera pia contingere potest ex priuilegio,vel consuetudine,vt vbi supra ostenditur.

Tertio , quòd prædicta extrauagans Pauli III. licèt videatur abstulisse consuetudines omnes, quibus spolia cederent in vsus profanos, non tamen videtur derogasse consuetudinibus,quibus cederent in pios, per c. 1. § quatenus habet , quòd licèt constitutio Papæ posterior derogaret constitutioni eiusdem priori cõtrariæ,non tamen derogat consuetudinibus contrariis, si sunt rationabiles. Cum ergo consuetudo , qua beneficiariorum spolia profanis vsibus applicantur,sit irrationabilis , quippe quæ sit contra legem naturalem , vt monstratum fuit alibi, [h] & consuetudo , qua illa cederent in pia sit rationabilis, vt quæ sit contra legem humanam tantum , vti alibi, [i] satis ostenditur , consequens est , hanc non abrogasse, illam vero sic.

Per quæ tria dicta , consiliati possunt fundamenta pro vtraque parte adducta:nam quæ adducta fuerunt pro parte negatiua,videlicet,quòd consuetudo non potest excusare,intelliguntur de consuetudine irrationabili, ea verò quæ pro parte affirmatiua,de rationabili,quæ definiri potest esse illa. *quæ non est contra legem naturalem vel diuinam directè vel indirectè:* licèt enim recepta glossa , [k] dixerit esse relinquendum Iudicis arbitrio , quæ consuetudo dicenda sit rationabilis & quæ irrationabilis,nullam tamen regulam ad id arbitrandum inuenio aptiorem & generaliorem,licèt multa speciatim congerantur à multis,[l] præsertim per Rochum,quàm illam quæ olim visa fuit nobis aptissima, [m] videlicet, quòd omnis & sola consuetudo quæ directè vel indirectè repugnat legi naturæ,vel diuinæ,est irrationabilis,quæ nullatenus induci potest , quæ regula colligitur ex ca.*illa.*[n] ibi,* *Quod neque contra fidem Catholicam , neque contra bonos moyes esse conuincitur , indifferenter est habẽdum.* Colligitur & ex eo,,quòd quicquid & solum id, quod lege humana statui potest , consuetudine quoque induci potest. Tum argu. cap. *ius ciuile.* & cap. *consuetudo,* [o] adiunctis capit. *erit autem lex.* [p] & capit. *quæ contra mores.* [q] Tum quia eadem potestate nituntur lex humana , & consuetudo : quia solùm differunt in eo, quòd illa nititur expresso consensu potentis facere legem,hæc verò tacito eiusdem,iuxta, [r] & tradit Innocentius.[a] Tum quia id satis significat cap.*omnes.* [b] ibi, *Humanæ leges moribus constant.* quo significatur , morem qui est consuetudo , [c] eiusdem esse potentiæ, cuius est lex. Cui alludit etiam id quod Gratianus, [d] ait,quòd nomine legis humanæ mores iure conscripti , & traditi intelligantur. Tum quòd multo maiore tempore ab orbe condito vixerunt homines consuetudine, & moribus tacitè traditis, quàm legibus expresè constitutis, vt ex sacris,profanisque literis colligitur. Tum quòd quicquid est quæsibile per priuilegium, est quæsibile per cõsuetudinem speciem,vel generalem temporis immemorialis , vel memorialis,iuxta iura, [e] & tradit Felinus, [f] citans alios,cuius dicta licèt alicui aliquid contra hoc significare possent , re vera tamen ad hoc reduci debent, vel sibi contradicunt: nam etsi in aliquibus casibus consuetudo, præsertim memorialis,non possit aliquid inducere contradicente lege illius inductioni , non tamen ideò id accidit: quia consuetudo de se id non possit inducere ; sed quia à maiore potestate impeditur,ne id faciat , per quod tollitur argumentum quod ex cap.*contra morem.* [g] & aliquot aliis formari potest. Cum igitur per priuilegium supremi Principis possit induci , quicquid per legem humanam induci potest, [h] consequens est , vt per alicuius generis consuetudinem idem fieri possit.Tum denique quòd per legem humanam id solum constitui non potest,quod est contra legem naturalem,vel diuinam,directè vel indirectè, [i] ita id solum non poterit induci per vllam consuetudinem, quod contra easdem leges directè vel indirectè fuerit.

8 Vnde sicut Princeps lege , vel priuilegio iustè potest priuare subditum re sua ex causa iuxta,[k] ita & consuetudo , [l] de quo,& aliis similibus,late Felinus post alios.[m]

Non obstat huic resolutioni , quòd omnis lex iusta est rationabilis, [n] ergo omnis consuetudo iustæ legi contraria,erit irrationabilis:quia contraria de contrariis dicuntur.[o] Non,inquam,hoc obstat: quoniam licèt vno & eodem respectu non possint esse duo contraria rationabilia: diuersis tamen possunt esse talia,arg.ca.*quanquam.* 2.q.1. & glossa notabilis, [p] quatenus probant,quòd hoc est esse vnum & idem maius & minus altero diuersis respectibus. Non obstat etiam dicere,quòd omnis consuetudo,cui ius resistit,est irrationabilis,secundum glossam solemnem & receptam,[q] quia id procedit, quando ius resistit ei declarando eam esse irrationabilem,& corrupte lam , non autem quando solùm resistit eam tollendo,vel iubendo, ne inducatur,eo quòd contrarium aliqua ratione magis placeat & rationabilius sit , vt colligitur ex glossa, [r] & satis ex Dominico.[s] Cum ergo præfata consuetudo,de qua loquimur,nempe qua applicantur spolia piis operibus , aut piis viris,quo illa piis vsibus applicent,nõ sit directè, nec indirectè contraria legi naturali,vel diuinæ,potest esse rationabilis & valida. Nec obstat , quòd nos sæpe diximus tam in præfa.tracta. [t] quàm supra, [v] respondendo ad primum dubium , quòd tota administratio bonorum ecclesiasticorum,& consequẽter spoliorum lege diuina ad solum Papam pertinet , eo quòd CHRISTVS verus eorum dominus,immediatè illam ei concesserit,& per eum solum & alios , quibus ille suam potestatem communicat , est exercenda,& per consequens non per illum, cui sola consuetudo eam concedit.Non,inquam,hoc obstat:quoniam consuetudo rationabilis est iustum medium,per quod Papa ipse illam communicat:nam & tota iurisdictio ecclesiastica fuit data Papæ à CHRISTO. [x] Quæ tamen non solum cõmunicatur à Papa per titulos episcopales, & alios beneficiales,sed etiam per consuetudinem : nam consuetudo iurisdictionem dare potest per textum expressum, [y] cum glossa cui alias quinque similes citat ibi Felinus, [z] in quibus omnibus illud adnotant Doctores.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudine extante,vt fructus primi,vel secundi anni cedant beneficiario præmortuo, non debent credere secularibus,quò ditiores fiant.*
2 *Traditionis rei suæ modum quilibet addere potest.*
3 *Spolia per dispositiones inter viuos,vel vltimas voluntates alio respectu quàm pietatis , vel paupertatis possidentes , Sedi Apostolicæ illa restituere tenentur.*
4 *Spolia possidentes etiam per vltimas voluntates , & intuitu pietatis,vel paupertatis,sine priuilegio, vel consuetudine ad pia testandi factas,ad restitutionem tenentur.*
5 *Remissio magnæ quantitatis à quodam prælato de reditibus ecclesiasticis cuidam diuiti sine pietatis , vel paupertatis intuitu facta,inualida.* 5 *Remissio debiti est donatio.*

§. 15.

1 EX proximè dictis infertur, eruditè admodum dixisse Zenzelinum,[a] quòd extante consuetudine,vt fructus primi, vel secundi anni cedant beneficiario præmortuo, non debent cedere secularibus , quò ditiores fiant ; sed quo debita defuncti soluant , & eius funeralia peragant,vel quò in pauperes dispendant: quoniam eiusmodi fructus spolia sunt,vt patet per definitionẽ supra, [b] posita ; & consuetudo quæ haberet, vt illa cederent secularibus diuitib[9],esset irrationabilis, per dicta, in§. proximo. Consuetudo vero , vt ea cederent soluendis debitis, vel funeralibus explendis,quæ sunt opera pia,esset rationabilis,per prædicta: licèt secus esset de statuto in fundatione à seculari posito : quia id , quod per illud reseruaretur patrono, etiam laico,deberetur illi,etiamsi dives esset, vt ait prædicta glossa,& probatur per cap. *Eleutherius.* [d] & cap. *præterea.* [e] cum eis adnotatis: quia quilibet potest adiicere modum suæ rei traditioni, iuxta cap. *verum.* [f] cum citatis ibi per glossam & Doctores.

2 Secundo infertur, quòd excusaret cõsuetudo, quę haberet, vt spolia conuertantur in vtilitatem Ecclesiæ cuius erat beneficiatius, imò & illa,quæ haberet, vt futuro successori reseruarentur , ad dispendendum in suos vsus decentes , vel opera pia,sicut & fructus suo tempore obuenientes:quia hæ consuetudines sunt rationabiles , & consequenter non videntur sublatæ , per prædictam extrauagantem Pauli III. per prædictum cap.1.de consti.lib.6.

3 Tertio infertur,omnes illos , qui possident spolia beneficiariorũ cuiuscumque gentis per dispositionem inter viuos,vel vltimas voluntates alio respectu quàm paupertatis,vel pietatis , teneri saltem in foro conscientię ad restituendum ea Sedi Apost. quia per prædictam extrau.sublatæ fuerunt cõsuetudines priores irrationabiles ei contrariæ,per prædictũ c.1. § quarũ de numero sunt illæ, quæ disponunt vt in bonis ecclesiasticis succedãt laici diuites, sine paupertatis vel pietatis intuitu,vt prædictum est.

Nec obstat,quod rati sunt hæredes beneficiariorũ, qui extra Italiã spolia eiusmodi sedi Apost. restituant , vel restituere cogantur:quoniã id contingit, eo q̃ intuitu paupertatis illa eis relinquũtur , vel non sunt in illis partibus collectores sedis Apost.vel si sunt,nõ petunt:vel quia toleratur illa cõsuetudo quo ad forũ exterius,ne respub. litiũ multitudine turbetur. Qua ratione dixim[9] in prædict. tract.de reditib. [h] apud Hispanos tolerari consuetudinem beneficiariorũ exceptis episcopis,testãdi ad profana; quę tamẽ in conscięię foro minimè excusat,vt ibi adiectũ est.

4 Quarto infertur,etiam ad eandem restitutionẽ teneri illos qui tenent ea per vltimas volũtates etiam intuitu paupertatis,vel pietatis factas,sine priuilegio, vel consuetudine ad pia testandi,deberéq; omnes eos componere se cum Camera Apost.quò tuta conscientia aliqua ex eis retinere valeant,licèt in foro exteriori super eis non inquietentur, [i] quæ est magni momenti conclusio.

5 Quinto infertur quiddã pulchrum & vtile,quod posset addi cuidam responso,q̃ nuper mihi dixit dedisse Doctor insignis Callandrus Lusitanus,qui multis olim annis Salmanticæ & Conimbricæ fuit auditor meus feruẽtissimus & in præsentia est in vrbe aduocatus V.I.callẽtissimus & celeberrimus in Sapientia Vrbis facultatis canonũ prælector.dixit enim mihi,q̃ sequutus dicta mea in meo Confessar.Manuali, & in q. 1.tracta. de reditibus ecclesiast. [k] respondit , quòd remissioquædã magnæ quant. de redi. eccles. facta cuidã diuiti, à quodã abbate, sine paupertatis & pietatis intuitu;nõ valuit;& quidẽ rectè:quia remissio debiti est donatio.[l] At donatio Abbatis tantæ quantitatis facta de reditib[9] ecclesiasticis homini diuiti sine paupertatis aut pietatis intuitu,nõ valuit , vt nos proba. in d. q.1.tractat.de redi.eccles. [m] ergo nec remissio valet,quæ est decisio quotidia.nec vsquã alibi(vt opinor) speciatim facta, quamuis ex dictis vbi supra inferri poterat , vt ipse subtiliter intulit.Illud autem pulchrũ, quod ex prædictis

sub inferri dixi, posse que addi prędicto respõso, est, quòd prædictus donatarius diues, si non soluit illud debitũ sibi remissum Abbati dum viueret, & ita remansit in parte spoliorum eius, debet restituere Sedi Apostolicæ vel se cum ea componere. Et si quis diceret, quòd hoc esset verum, si prædictus Abbas degebat in Italia, vel aliis terris, in quibus spolia soluuntur Papæ, si tamen degebat in Prouincia, in qua per priuilegium, vel iustam consuetudinem soluerentur aliis, eiusmodi debitum remissum, eis, & non Papæ esset restituendum, ei qui hoc diceret, responderi potest, id esse verum, vbi consuetudo, vel priuilegium applicaret ea piis operibus, non autem vbi applicaret ea diuitibus, vel aliis operibus profanis: quoniam eiusmodi consuetudines & priuilegia tamquam irrationabilia, nil valeant, & sublata fuerunt per præfatam extrauagantem Pauli III. vt prædictum est: & ita quum in illa Prouincia in qua degebat prædictus Abbas, non sit vlla consuetudo, quæ applicet spolia operibus piis, licèt permittantur hæredes accipere illa quò ad forum externus ex testamento, vel ab intestato, meritò possunt dici debita in foro conscientiæ Sedi Apostolicæ, quum per nullam dispositionem iuridicam sint aliis reseruata; & omnium bonorum ecclesiasticorum administratio, quæ non est aliis à Papa mediatè, vel immediatè concessa, soli Papæ debeatur, vt supra [a] probatum est.

a §.1.

Sexto ex proximè dictis infertur, non videri satis tutos esse illos diuites, quibus Camera Apostolica vel ab ea deputati remittunt sine paupertatis, & pietatis intuitu, vel sine alia iusta causa ea, quæ debent illi aliqua iusta ratione: nam si nullæ personæ ecclesiasticæ, etiam Papa donare possunt bona ecclesiastica, nec reditus eorum ad se pertinentes pro libito sine paupertatis vel pietatis intuitu, vel sine alia iusta causa: & remissio debiti est donatio, consequitur profectò non posse illos facere huiusmodi remissionem. Aliquando tamen iusta causa esse posset, si per eam cresceret deuotio eius, cui fit remissio in sanctam Sedem Apostolicam, vel reductio ad eius obedientiam, vel alia obsequia pro CHRISTO, vel sede Apostolica vel Ecclesiæ defensione præstitisset, vel probabiliter præstiturus esset: quæ tamen omnia directè, vel indirectè causam pietatis respiciunt. Sed non quicquid horũ, quod sufficit ad iustificandã alicuius quantitatis remissionem, sufficit ad iustificandam quantæcumque remissionem. In quo quia certa regula dari non potest arbitrio prudentis dispensatoris relinquendum est. [b] Qua ratione defendi potest illa grandissima remissio fructuum ecclesiæ occupatorum in Anglia per multos, quando ministerio Catholici Regis Hispaniarum Philippi II. & Reginæ Mariæ Iulio III. Pontifice Maximo in eius obedientiam illa reducta fuit.

b *Arg. leg. 1. ff. de iure delib. & cap. de causis. de off. deleg.*

Septimo infertur, quòd non videntur satis perpensæ remissiones illæ, quas vidi fieri à Commissariis sanctæ Cruciatæ de fructibus malè perceptis, & aliis Sedi Apostolicæ restituendis, indifferenter septima parte restituendorum restituta: quoniã pro causarum eis remittendi varietate, aliis minoris partis, & aliis maioris facienda remissio videtur, quod etiam iustè applicari posse videtur compositionibus cum Camera Apostolica fieri solitis.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo qua episcopus speciem vnam bonorum mobilium, seu se mouentium beneficiarij morientis optat, valida, & eius consuetudinis limitationes.*
2 *Reditus annuus res immobilis censetur.*
3 *Mutuum nequit iustè fieri, nisi gratis.*

§. 16.

1 OCTAVO infertur, validam esse consuetudinem Conimbricensis episcopatus Lusitaniæ, & aliorum illius prouinciæ, quæ habet, vt vnat es, siue species bonorum mobilium, vel se mouentium beneficiarij morientis, quam episcopus elegerit, cedat illi, quasi in consolationem damni obuenientis ei ex sui beneficiarij morte: qua ratione vulgus appellat illam *luctuosam*. Cuius consuetudinis valor probatur, eo quòd, vt supra diximus, omnis consuetudo disponens, vt spolia beneficiarij cedant operibus piis, vel futuro successori, vel alicui alij ecclesiastico ad vtendum eis ad suam honestam, atque decentem sustentationem, vel alia opera pia, valet, & excusat. Hæc autem est eiusmodi. ergo &c.

Per quam tamen rationem limitanda est primo, non procedere, saltem posthac in beneficiario, cui non fuit in vita beneficium, vel pensio maioris valoris quàm 30. ducatorum annuorum, neque exercuit negotiationem illicitam: quia per extrauagantem præfatam Pij V. relatam supra, [a] eiusmodi beneficiarij relicta non debent inter spolia computari, vt super ea est annotatum.

a §.8.

Secundo limitatur præfata consuetudo per eandem præfatam rationem, ne episcopus possit vti ea re, vel specie, per eum electa, siue luctuosa in profana.

Tertio limitatur non procedere in vlla re sacra, vel vllo ornamento, vel paramento, missali, libro cantus, vel alio, in vita morientis officiis diuinis agendis ab eo ante mortem suam deputato: hæc enim omnia extra numerum spoliorum constituit præfatus Pius V. relatus in prædicto §. non quidem, vt in eis hæredes ex testamento, vel ab intestato succedant, sed vt ea Ecclesiæ beneficiarij præmortui maneant applicata, vt ibi latius tangitur: & ita non potest episcopus eam sibi deligere, cùm per prædictam extrauagantem præuentus sit episcopus, applicando eam Ecclesiæ. Et quia extrauagans prædicta est specialior prædicta consuetudine, videtur derogare illi, per regulam generi per speciem iuxta iura, [b] cum citatis vtrobique à doctoribus, præsertim à Decio. [c]

b *De reg. iur. lib. 6. & l. in toto. ff. eod.*
c *In d. leg. in toto.*

Quarto limitatur, ne procedat in scamnis, mensis, cuppis, & aliis vasis vacuis, quæ beneficiarius moriens reliquit: quæ adeò non cadunt sub numerum spoliorum, nec Ecclesiis applicatorum, vt hæredes tam ex testamento, quàm ab intestato in illis succedant, etiamsi ex reditibus ecclesiasticis fuerint acquisita, vt super eadem extrauagante, [d] annotauimus.

d §.8.

Nono infertur, videri posse alicui quòd non posset beneficiarius relinquere vlli operi etiam pio, in quibus terris eiusmodi consuetudo viget vllam rem, vel speciem suorum mobilium, vel se mouentium, alicui ita efficaciter, vt ea cedat legatario, vel hæredi contradicente episcopo. Tum quia secundum aliquos iure canonico non valet rei alienæ legatum, secundum glossam, [e] per illum textum. Tum quia videtur legare per ignorantiam legis, vel consuetudinis præfatæ; ne præsumatur in dubio delinquere, contra cap. 2. [f] Sed contrarium videtur verius: quia recepta sententia habet, [g] legatum rei alienæ scienter factum, valere ad hoc, vt heres eam redemptam à domino, vel æstimationem eius, si ille nolit vendere, tradat, vel soluat legatario. At hoc legatum non potest ex alio capite infirmari, quàm quòd videtur per illud testatorem rem alteri post mortem suam debendam legare alteri. Si ergo legando rem, quam sciret esse ipsius episcopi, validè legaret, à fortiori legatum rei debendæ illi valebit. [h] Nec obstat l. 2. [i] quatenus habet, posse legatarium cui generaliter est optio seruì legata, quem voluerit optare: non obstante quod hæres de illo aliter disponat: quoniam nolumus dicere, quòd huiusmodi beneficiarius præiudicare possit episcopo, sed quòd legatarius habebit speciem illam, si episcopus eam non optarit, vel æstimationem eius, si eam optauerit, & noluerit hæredi eam redimenti vendere, perinde ac si episcopo legasset, per communiter recepta in prædictis glosis.

e *Cap. filius. de testat.*
f *De reg. iur. & leg. meritò ff. pro loc. gio d. cap. filius. & leg. cũ rem alien. C. de legat.*
g *Arg. authen. multo magis. C. de sacro san. eccles. cap. cum in cunctis. de elect.*
h *Arg. authen. multo magis. C. de sacro san. eccles. cap. cum in cunctis. de elect.*
i *C. de opti. vel electi. leg.*

Decimo infertur, quòd Episcopus posset stante prædicta consuetudine, deligere vnum numisma, quod valeret 100. 500. vel 1000. scutis, quia illud licèt valeat multis scutis, est tamen vna res mobilis. Maioris tamen quæstionis esset, an posset deligere loculos seu bursam intra arcam, in qua beneficiarius haberet 100. vel 500. vel 1000. scuta aurea? & videtur quòd non: quoniam non constituunt vnam rem essentialem, nec vnam rem artificialem, de qua in l. *eum qui*. [k] & in l. *qui vniuersas*. [l]

k *ff. de vsu t.*
l *ff. de acqu. poss.*

Vndecimo infertur, maioris esse quæstionis, an extante prædicta consuetudine posset Episcopus eligere de bonis beneficiarij summam illam pecuniæ, quam haberet in aliquo monte, ex qua ei aliquid annuum rediret. nam à parte negatiua stat, quòd illa summa pecuniæ non est vna res essentialis, nec artificialis à nummis, qui eam constituunt, separata; & ita potius est multę res & species

quàm vna; non enim constituunt aliquod totum essentiale, vel integrale, iuxta prædictã l. *eũ qui*. [a] & l. *qui vniuersas*. [b] cum multis citatis ibi à glosis. Tũ quia eiusmodi pecunia non erat prædicti beneficiarij, sed ipsius montis, cui pro pretio annui reditus fuit tradita: nam licèt vulgus appellet frequenter eiusmodi pecunias depositas, non tamen sunt verè depositæ, alioqui gratis vsura committeretur, sed sunt pretia verarum emptionum reditum annuorum, cum pacto de redimendo, iuxta extrauagantem r. & 2. [c] & aliam Pij V. super censibus editam, [d] à nobis glossis ornatam in tractu de vsur. [d] Tum quia reditus annuus, qui erat ipsius clerici non potest eligi ab Episcopo: quia non censetur res mobilis, sed immobilis. [e]

a *ff. de vsur. & ff. de acqui. poss.*
b *Cap. consuluit. de vsur.*
c *De emptio-*
d *Super ea. t. 14. quæst. 3.*
e *Clem. exiui. §. cumque annui reditus. de verbo. significa.*

2 A parte verò affirmatiua stat, quòd pecunia posita in arca, vel sacculo signato censetur potius species, quàm quantitas, per l. *talis scriptura*. [f] & leg. *plane*. [g] quatenus probant differre, an quis leger certam quantitam pecuniæ in genere, vel simpliciter, an pecuniam, quam in illa, vel illa arca, vel sacculo. quia in priore casu non censetur legata vlla species, in posteriore verò sic: adeò quòd hæres non satisfaceret & legatario tot, & similes nummos præstando, quot, & quales testator habuisset in illo sacculo. Ab eadem quoque parte stat, quòd Bartholus post Dynum determinat, [h] eum qui legat 100. quæ apud campsorem habet, videri legare speciem, quæ non potest solui in 110. similibus: adeò quidem quòd si adderet pœnam, vt perderet vineam, si non solueret illa, perderet eam si ea in alios vsus impenderet, etiam si alia similia soluere paratus sit: vbi respondet l. *quid. dum*. [i] quæ contra eum facere videtur, quatenus habet solui posse legatum 400. de quibuscunque etiam si sit factum à testatore declarante, vt soluerentur illa, de illis, & de illis, quæ illic, & illic habebar.

f *In d. l. talis scriptur a.*
g *In prædicta l. talis scriptura.*
h *In prædicta l. talis scriptura.*
i *Eod. titulo.*

3 Pro resolutione dico primo, quòd eam pecuniam non potest Episcopus pro luctuosa eligere, si ex ea iustè redibat aliquid ad beneficiarium: quia si iustè aliquid ex ea redibat, nec erat beneficiarij, nec ab eo vere mutua, vel deposita. sed in pretium iustum eius reditus annui, qui ad eum redibat, data; iuxta præfatas extrauagantes: quoniam mutuum nequit iustè fieri, nisi gratis, [k] neque depositum rei consistentis in numero, pondere, vel mensura: ita vt depositarius possit ea vti: quia simul ac vti cœperit transfit in mutuum, [l] & ita id quod vltra sortem inde acciperetur, esset vsura, iuxta prædictum cap. *consuluit*. & cap. *si fœneraueris*. [m] At si pecunia erat data in pretiũ iustum reditus annui non erat beneficiarij sed montis: quia pretium rei emptæ fit venditoris, [n] & consequenter non posset ab Episcopo pro luctuosa eligi.

k *Cap. consuluit. de vsur.*
l *Leg. quinetus ff. de pos. & l. dic. §. qui pecuniam. & l. certi conditio. §. fin. ff. de reb. cre.*
m *14. q. 3.*
n *§ pretium. & §. item pretium. in fin. de empt. & vend.*

Secundo dico etiam, quòd non posset eligi ab Episcopo prædicta pecunia, si esset deposita ea lege tacita, vel expressa, vt ea posset vti rectores Montis: quia tunc non esset deposita, vt species, sed vt quantitas, vnde Bartholus, [o] communiter receptus, ait decisioni eius superadditæ, non esse locum, si centum illa, quæ testator habebat apud campsorem non erant in sacculo signato, sed ita deposita, vt liceret eis vti.

o *In prædicta l. talis scriptura.*

Tertio dico, quòd verius videtur, quòd non possit Episcopus eligere prædictam pecuniam pro sua luctuosa, etiam si esset deposita in sacculo obsignato ea lege tacita, vel expressa, vt Rectores Montis non possint ea licitè vti, sed maneret parata ad emendum reditum illius Montis, quum primum occurreret venalis. Tum quia illæ pecuniæ licèt sint in sacculo inclusæ, non constituunt vnam rem, nec vnum totum essentiale, vel integrale, sed solùm vnum cumulum, vel aceruum, de quo agitur in l. *vulgaris*. [p] relata in ca. *vulgaris*. [q] quod non sufficit; alioqui consequeretur Episcopum posse eligere triticum, vel hordeum, quod haberet beneficiarius in granario repositum, quod nusquam est in vsu. Tum quia prædicta consuetudo exorbitat à iure communi: & ita non est extendenda. præiudicat etiam iustis hæredibus beneficiarij iure communi, vel particulari iusto testantis: & ira veluti odiosa debet restringi, [r] & ita intelligenda est de re, & specie, quæ est propriè vna, qualis propriè est res continua, & qualis non est illa, quæ tantùm est vna ordine, vt familia, & ciuitas, quod luculenter docet S. Thomas. [s] Tum quia alioqui consequeretur quòd Episcopus posset deligere gregem

p *ff. de furt.*
q *De pœn. dist. 1.*
r *Cap. odia. de reg. iur. libro 6.*
s *In 1. Eth. lect. 5. in prin.*

ouium, & porcorum, vel armentum boum, vel equorum, quæ sunt magis vel æquè vna, quàm pecuniæ in sacculo positæ. Tum quia non obstat suprædicta l. *talis scriptura*. cum suis concordantiis: primùm quia non probat prædictas pecunias in sacculo, vel capsa positas esse vnam rem: & consuetudo, de qua loquimur, solùm facit facultatem deligendi vnam rem. Deinde quòd solùm probat pecunias in earum casibus reputari potius species, quàm quantitates, quod non est contra id, quod diximus de vera rei vnitate, quæ requiritur, vt pro luctuosa eligi possit, per rationem suprædictam.

SVMMARIVM.

1 *Bulla affrancationis Pij V. quæ circumspectè composita est.*
2 *Bullam contra præfatam 7. difficultates.*
2 *Prima, quòd dat facultatem alienandi immobilia ecclesiastica sine mandato speciali.*
2 *Secunda quòd dat facultatem alienandi non seruata forma iuris.*
3 *Tertia quòd faciat facultatem tollendi pacta.*
4 *Quarta quòd faciat facultatem tollendi dominia sine consensu dominorum.*
4 *Quinta quòd dat facultatem procedendi sine citatione.*
5 *Sexta quòd dat facultatem faciendi, vt eadem bona sint ecclesiastica & non ecclesiastica.*
5 *Septima quòd facit facultatem execrandi sacra.*

§. 17.

POSTREMO omnium ex proximis corollariis, & efficacius ex 7. notabili, [a] excerpto infertur ratio dubitandi, & decidendi de iustitia bullæ Pij V. super affrancatione bonorum ecclesiasticorum, cuius tenor sequitur.

a *Supra §. 3.*

PIVS EPISCOPVS
Seruus seruorum Dei.

VENERABILIBVS *fratribus Ioanni Hostiensi Morono, & Ioanni Albanensi Episcopis de Montepolitiano, & dilectis filiis Aloysio S. Marci, S. R. E. Camerario, Cornelio Michaëli S. Mariæ supra Mineruam Alexandrino, Ioanni Paulo S. Pancratij ab Ecclesia, Marco Antonio S. Calixti Masseo, Petro Donato S. Vitalis Castio, Hieronymo Sanctæ Susannæ Rusticuccio, & Ioanni Hieronymo Sanctí Ioannis ante portam Latinã titulorum Albano nuncupatis, presbyteris Cardinalibus, seu maiori parti vestrum in Curia nunc & pro tempore existentium salutem, & apostolicam benedictionem.*

*Et si benedictus Deus, & Dominus pater misericordiarum, & totius consolationis, qui seruos suos sperãtes in se non derelinquit, nos misericorditer est consolatus, * tradendo partem inimicorum suorum in manus seruorum suorum: dum tamen de gregis Dominici salute ita exactam curam gerimus, vt illius non solùm præsentibus, verùm etiam futuris periculis occurrendum esse iudicemus, animaduertimus planè nobis omnino necesse esse hanc victoriam ea, qua possumus ratione prosequi, cum si perfidi Christiani nominis hosti, quiescendi, & vires instaurandi, neuánque classem instruendi, terrestremque exercitum comparandi spacium dederimus, fructus, qui ex nuper parta victoria vberrimi sperantur inanes, & vacui prorsus redderentur: quod ne fiat omni prorsus ope enitendum est, vt nouis copiis terra marique instructis, qui nuper nobis ipsis timebamus, & ipsius hostiũ terrestres, quos maximos, vt accepimus, parat impetus reprimere, & eiusdem loca inuadere, & durum seruitutis iugum quàm pluribus Christi fidelibus impositum excutere, & Christi nomen propagare studeamus.*

Hæc bulla est 144. constitutio. Pij V. inter ipsius constitutiones in Bullario contenta.

* Tradendo partem inimicorum. *Loquitur de nobilissima & clarissima victoria, quæ fœdere ab eo Pontifice & Catholico Hispaniarum rege & republ. Venetorum dicto contra Turcarum tyrannum ad Lep. antũ insulam anno 1571. reportata est. cuius idem Pontifex in alia Bulla 142. inter ipsius constitutiones meminit.*

Verum cùm in hoc opere adimplendo multa, ac ea, quam æraria nostrum retroactis subsidiis labefactatum non habet pecuniarum summa sit expedienda, mirum nemini videri debet, si pecunias vndequaque, licèt tamen exquirimus, quibus præmissa exequi valeamus. Habita igitur super iis cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in Consistorio nostro secreto discussione, & deliberatione matura, de ipsorum fratrum consilio, &

vnanimi assensu ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, qui similibus, vel aliis tunc vrgentibus necessitatibus nonnulla bona ecclesiastica vendiderunt, vestigiis inhærendo. Circumspectioni vestræ, quorum integritas in rebus gerendis dexteritas, nec non fides & prudentia, ac cum rerum experientia coniuncta solertia, nobis iamdudum perspectæ & cognitæ sunt, quosque propterea ad infrascripta omnia nostros, & Apostolicæ Sedis Commissarios & executores facimus & deputamus: quòd infra annum à die publicationis præsentium computandum, per vos, vel alium seu alios à vobis per vestras patentes literas deputandos, quoscumque canones, liuellos, responsiones, recognitiones, & census perpetuos, vel temporales, precariæ perpetuæ, seu emphyteosis, vel vsus, & quocumque alio etiam feudi (iurisdictione tamen temporali carenti) nomine nuncupatos sub quibuslibet caducitatis, & aliis pœnis, & conuentionibus, ac obligationibus, nec non modis etiam in recognitionem directi dominij & proprietatis, seu etiam causa honoris alióve iure, occasione, vel aliter quomodolibet constitutos, super quibuslibet casalibus, possessionibus, terris, vineis, domibus, prædiis, pratis, nemoribus, syluis, vallibus, paludibus, tenimentis, & aliis bonis immobilibus, cuiuscumque quantitatis, valoris, ac æstimationis, etiam speciali nota dignis, existentibus, & quorum omnium & singulorum bonorum corpora pro expressis hic haberi volumus, perinde ac si singula ipsa corpora, cum suis coherentiis & qualitatibus descripta essent: quarumcumque ecclesiarum etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, ac Patriarchalium, necnon basilicarum, & monasteriorum, congregationum, ordinum, Hospitalium, etiam actu hospitalitatem seruantium, militiarum, & aliorum, religiosorum, & piorum locorum etiam quantumcumque priuilegiatorum, & exemptorum, ac habentium, quod in speciali, vel generali expressione, nisi certis modo, & forma seruatis non veniant, neque comprehendantur, in vrbe primum, necnon extra illius muros, ac quibuscumque ciuitatibus, terris & locis per totam Italiam constitutis constitentium; exceptis tamen dumtaxat canonibus, liuellis responsionibus, recognitionibus & censibus super Castris, fortelitiis, villis & oppidis constitutis & assignatis, ad quæcumque loca supradicta spectant, per quoscumque tam collegia, capitula, conuentus, communitates, vniuersitates quarumcumque Ciuitatum, oppidorum, terrarum, castrorum, villarum, & locorum, quàm particulares, personas etiam episcopali vel alia maiori ecclesiastica vel mundana dignitate & excellentia præditos foliendos, seu debitos, vel debendos pro pretio seu pretiis, quod seu quæ vobis, vel maiori parti vestrum, videbitur seu videbuntur etiam per interpolatas vices, nobis & Cameræ Apostolicæ in actu extinctionis seu liberationis infrascriptarum, seu infra tempus per vos statuendum persoluendo, seu persoluendis: etiam sine aliqua causæ cognitione, & nullis tractatibus nullisve solennitatibus desuper habitis, & seruatis, & sine requisitione & consensu eorum, qui de iure, vel aliter requiri deberent: ac illis etiam inuitis & reclamantibus extinguere, nec non & cum quibuscumque dictorum Canonum, liuellorum, responsionum, & quouis alio nomine nuncupatorum censuum debitoribus transigere, & casalia, possessiones, vineas, domos, prædia, prata, ac terras, nemora, syluas, velles, paludes, tenimenta & alia bona prædicta, etiam si minus legitimè, aut aliàs nulliter à principio alienata fuerint, illáve seu illorum aliqua adueniente fine certarum linearum, & generationum, quibus, seu temporis ad quod concessa sint, vel concedi consueuerunt ex forma & pactis in inuestituris desuper factis expressè appositis, seu ob canones, census, vsus, responsiones debitos, ac loco & tempore consuetis non solutos, aut inuestituras legitimo tempore non acceptas, alienationéve de rebus ipsis tam iure proprio, quàm etiam ratione vtilis dominij, Ecclesia tamen irrequisita, aut etiam contradicente factas: aliáve quauis occasione & causa etiam speciali mentione digna ad ecclesias, monasteria, Prioratus, Plebanias, Archipresbyteratus, Præceptorias, Domos, Collegia, Capitula, Conuentus, Congregationes, Hospitalia, Militias, illorúmve mensas quascumque, necnon cætera alia cum cura vel sine cura secularia, & quorumuis ordinum regularia beneficia ecclesiastica qualitercumque qualificata, & alia loca religiosa & pia huiusmodi spectent: aut eo ipso & pleno iure reuerti & deuolui deberent: tamquam forsan propterea, seu aliàs quomodolibet inter quoscumque in quauis instantia litigiosa existerent, & pro tempore fuerint: aut inuestituræ & concessiones de casalibus, possessionibus, vineis, domibus, prædiis, pratis, nemoribus, syluis, vallibus, paludibus, tenimentis & aliis bonis huiusmodi etiam ab antiquissimo tempore factæ; pactáque, conuentiones, & promissiones inter dantes & recipientes in id etiam iteratis & multiplicatis vicibus appositæ, initæ & iuratæ aliquomodo tacitè vel expressè repugnarent, seu obstarent, illorúmq; feudatarios, vsuarios, emphyteutas, precarios, censuarios, liuellarios, locatarios, conductores, ac vtiles dominos (à feudi vt præfertur iurisdictione vacui) vsuum, censuum, canonum, liuellorum, precariæ, responsionum, & recognitionum huiusmodi, ac etiam laudemiorum seu capsoldorum in pecunia numerata, vel alia specie debitorum præstatione, onereque, nexu, & obligatione, reuersione & deuolutione prædictis, ac renouatione inuestiturarum, consensu directorũ dominorum in alienationibus & translationibus de illis in quoscúque, etiã penitus extraneos pro tempore factis adhibendo, necnon omni superioritate & iure ecclesiastico, atque vexatione litium quarúcumque, quæ forsan super inde etiam inter ipsos directos dominos ex vna, & possessores bonorum huiusmodi parte altera, nunc & in futurum motæ extiterint, & indecisæ quomodolibet in quacúque instantia pendeant, quarum statũ & merita, nominá; & cognomina iudicum & Commissariorum, & delegatorũ, coram quibus, & colligantium, inter quos forsan sic indecisæ pendent: simulq; eorũ titulos & iura, etiã nulla, & infecta, pro expressis hic haberi volumus, perpetuo in toto vel parte affrancare, & liberare: illisque possessiones, & alia bona huiusmodi etiam si in commissum: quia directum dominium & proprietatem eorum, quorũ iuris sunt, aut esse prætenduntur in iudicio, vel extra, expressè etiã & pluries negauerint, recognitionémue de directis dominio, & proprietate huiusmodi etiam requisiti facere neglexerint, seu recusauerint: vel ob canonis non solutionem, aut extinctã lineam, aut alienationes, vt supra factas siue quouis alio prætextu cecidissent, ad Ecclesiásque monasteria, Prioratus, Præposituras, Præpositatus, Plebanias, Archipresbyteratus, Præceptorias, Domos, Collegia, Capitula, Conuẽtus, Congregationes, Hospitalia, Militias, Mensas, cæteraq; beneficia & loca prædicta quomodolibet deuoluta, & pleno iure iam reuersa essent, ab omni & quacumque etiam caducitatis, deuolutionis, reuersionis, renouationis, consensúsque adhibitionis huiusmodi molestia libera, & franca dimittere, & perpetuò concedere: nec non quæcúque instrumenta & scripturas, pactis, promissionibus, cautelis, & aliis in similibus apponi solitis & necessariis vallata & firmata conficere & celebrare, ac quemcumque seu quoscúque Commissarios tam speciales quàm generales, qui præmissa, aut eorũ aliqua vice nostra suppleant, cum simili vel limitata, ac vobis beneuisa potestate deputare, & subdelegare, cæteraq; in id quomodolibet necessaria & opportuna facere, & exequi liberè & licitè positis & valeatis, plenam, & liberam licentiã, & facultatem, ac auctoritatem Apostolicæ auctoritate tenore præsentium concedimus. Necnon secuta liberatione hac lites & causas huiusmodi, & tam pendentes, quàm inchoandas ex nunc prout ex tũc, & ècontra harum serie auocamus, & penitus extinguimus, atque perpetuũ silentium super illis aliisque præmissis, Præsulibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Plebanis, Archipresbyteris, Præceptoribus, Commendatariis, Collegiis, Capitulis, Conuentibus, Congregationibus, Rectoribus, Administratoribusq; supradictis & aliis quibuscúque, cuiusuis status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ, existentibus, quorũ id quomodolibet directè, vel indirectè interest, vel in futurũ interesse poterit, imponimus. Insuper ne vllo vmquam tempore dubitari contingat, si liberatione & affrancatione huiusmodi secutis, priuilegia, immunitates, libertates, & exemptiones, quæ tam Ecclesia ipsa, quàm possessiones, & alia bona supradicta, illáque sic pro tempore titulo feudi, vsus, emphyteosis, liuelli, precariæ, seu aliàs quomodolibet obtinẽtes habuerũt & habent, perierint & expirauerint, quòd eatenus, quatenus vobis visum fuerit, exẽptiones, immunitates, priuilegia, libertates, de quibus supra, & præsertim quòd in publicatione, & confiscatione bonorũ, particulari vel vniuersali etiam ob quodcúque delictum, & crimẽ pro tẽpore commissa, casalia, possessiones, terræ, vineæ, domus, prædia, prata, nemora, siluæ, valles, paludes, tenimẽta, & alia quæcúque bona feudalia, emphyteotica, liuellaria, precariata, censualia, seu aliàs quomodolibet Ecclesiis, monasteriis, prioratibus, præpositurис, præpositatibus, plebaniis, archipresbyteratibus, præceptoriis, domibus, collegiis, capitulis, conuentibus, congregationibus, hospitalibus, militiis, illorumue mensis, cæterisq; beneficiis, & locis pijs huiusmodi obnoxia nequaquã veniant, aut comprehendantur, aut vllo modo publicari, seu Curiæ cuiusuis domini ecclesiastici, vel temporalis confiscari possint, vel debeant, quæ tam Ecclesiæ quàm eisdẽ possessionibus, terris, vineis, domibus, prædiis, pratis, nemoribus, siluis, vallibus, paludibus, tenimentis, & aliis huiusmodi bonis, illísque sic ea in feudũ, liuellum, emphyteosim, precariam, vsum, censum, aut aliàs quomodolibet pro tẽpore obtinentibus retractis tẽporibus de iure priuilegio, consuetudine seu aliàs

concessa

concessa fuerunt, & competere dignoscuntur; ac durante superioritate, nexu, obligatione, & onere præstationis canonis, liuelli, census, precariæ, responsionis, reuersionis & deuolutionis, directíque dominij & proprietatis supradictorum vtebantur, potiebantur & gaudebant; vtiuè, potiri, & gaudere poterant, & debebãt, nequaquam ob liberationem & affrancationem huiusmodi, aliáve harum nostrarum vigore quomodolibet pro tempore secuta expirent, aut cessent, sed in suo pristino robore & vigore permaneant, eisque obtinentibus pro tempore terras, vineas, domos, prædia, prata, nemora, syluas, valles, paludes, tenimenta, & alia bona huiusmodi, etiam vt præfertur affrancata & liberata, vt prius non solùm pariformiter, sed æquè principaliter & absque vlla prorsus differentia, ac verè & non per fictionem perpetuo gaudeant, potiantur, & fruãtur in omnibus & per omnia sibique suffragentur, & suffragari debeant perinde ac si superioritas, onera, nexus, & obligationes canonum, feudi, vsuum, emphyteosis, liuellorum, precariæ, censuum, responsionum, reuersionum, deuolutionum, inuestiturarum, directi dominij ac proprietatis huiusmodi durarent, & nullatenus extinctæ essent, si & prout vobis concedere videbitur concedimus, statuimus, & indulgemus. Ita tamen vt priuilegia, & exẽptiones huiusmodi per vos concedi & reseruari nequeant reis criminum læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ, assassinij, & offensionis Cardinalium, vel Episcoporum: his enim casibus si aliàs de iure locus futurus sit confiscationi, priuilegia huiusmodi concedi, aut suffragari, nullo modo posse volumus. Decernentes affrancationes, liberationes, inuestituras, & concessiones, ac alia præmissa per vos, seu maiorem partem vestrum, aut à vobis respectiuè deputandum, vel deputandos ab eis, & singulos eorum, vt præfertur facienda & exequenda perpetuæ firmitatis robur obtinere debere, ac feudatarios, vsuarios, emphiteotas, liuellarios, precarios, censuarios & vtiles dominos, ac alios prædictos eorúmque hæredes & successores quoscumque, ac alios quorum interest, vel interesse poterit modo aliquo contra præsentium tenorem de super molestari inquietari, vel impediri non posse: sed illos ac possessiones, vineas, domos, prædia, prata, nemora, syluas, valles, paludes, tenimenta, bona ac iura huiusmodi franca, libera, & allodialia perpetuo fore & esse: & vt talia ac prout alia bona mere laicalia & profana in quoscumque, etiam penitus extraneos, & incapaces, tã ex dispositione inter viuos, quàm causa mortis & ab intestato transferre, ac transferri & alienari liberè & licitè posse & debere. Et insuper non modò Ecclesias, monasteria, prioratus, præposituras, præpositatus, plebanias, præceptorias, archipresbyteratus, domos, collegia, capitula, conuentus, congregationes, hospitalia, militias, mensas, cæteráque beneficia, & loca prædicta, eorúmque præsules, abbates, priores, præpositos, plebanos, archipresbyteros, præceptores, commendatarios, rectores, & administratores quocumque nomine nũcupatos, sed neque nos, aut successores nostros Romanos Pontifices, aut Cameram Apostolicam vllo vmquam tempore præmissis se opponere, aut ab illis reclamare, vel beneficium restitutionis in integrum, sub læsionis etiam enormis, enormissimæ, aut etiam totalis, aut alio quocumque prætextu petere, vel impetrare, aut ab alio impetratis, seu etiam motu simili concessis vti; minúsque præsentes literas, sub quibuslibet similium vel dissimilium alienationum, reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, & aliis contrariis dispositionibus comprehendi nullatenus posse, sed semper ab illis exceptas, & quoties ille emanabunt, toties in pristinum statum repositas & plenariè etiam sub quacumque data per ipsos eligenda concessas: vimque validi & efficacis, ac onerosi contractus inter nos & Sedem Apostolicam, & dictos liberatos etiam cum iuramento initi & stipulati sortiri; & ita ab omnibus censeri, atque incommutabilis voluntatis & intentionis nostræ esse: sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscumque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, & locorum ordinarios etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales vbique decidi, cognosci & iudicari debere. Irritum quoque si secus super ijs à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Cæterum vt indemnitati Ecclesiarum, monasteriorum, prioratuũ, præpositurarum, præpositatuum, plebaniarum, archipresbyteratuũ, præceptoriarum, domorum, collegiorum, capitulorum, conuentuum, congregationum, hospitalium, militiarum, illorúmque mensarum, cæterorumque beneficiorum, & locorum huiusmodi aliqua saltẽ ex parte consulatur, volumus quòd eisdẽ Ecclesiis, monasteriis, prioratibus, præpositurис, præpositatibus, plebaniis, archipresbyteratibus, præceptoriis, domibus, collegiis, capitulis, conuentibus, congregationibus, hospitalibus, militiis, illarúmq; mensis, cæterísque beneficiis, & locis prædictis quorum canones, liuellos, responsiones, recognitiones, census, præcarias, emphyteoses, seu alia quæcúque iura per vos, seu maiorem partem vestrũ liberari, affrancari, alienari, & transigi contigerit, aliqua recompensa non quidẽ fundo, super quo canones impositi sunt correspectiua; sed respectu annui reditus, ipsis Ecclesiis, monasteria, prioratus, præposituras, præpositatus, plebanias, archipresbyteratus, præceptorias, domos, collegia, capitula, cõuentus, congregationes, hospitalia, militias, illorumq; mensas, cæteráque beneficia & loca huiusmodi percipi soliti æquivalens, aut minor si vobis aliquando visum fuerit, super aliis bonis stabilibus, seu tot locis montium non vacabilium, etiam pietatis nuncupatorũ, & per singulas vniuersitates, ciuitatum, oppidorum, terrarũ, & locorum huiusmodi pro tempore erectorum, & institutorũ, vel facto partis pecuniarum ex dicta affrancatione, liberatione, & transactione, rediguendarum vobis beneuisa actuali depositio, ad effectum illam ad Ecclesiarum, & locorum prædictorum commodũ inuestiendi assignetur, ipsáque assignata recompensa perpetuo pro euictione iurium affrancatorum huiusmodi remaneat: & exinde amoueri nullatenus possit. Atque vt eo magis securitati eorum, qui vobiscum, aut deputandis à vobis sunt, cõtractaturi prouideatur, statuimus quoad ipsos affrancantes, & liberantes, facultatem hanc affrancandi, liberandi, transigendi, & alienandi, vobis concessam, nullatenus conditionalem, aut ad certam formam & modũ restrictam, sed quoad validitatem contractuum celebrandorum, ipsorumque affrancantium & acquirentium securitatem puram & liberã censeri, nullámque recompensæ assignandæ rationẽ haberi, affrancationésque, & liberationes faciendas sic valere, ac tenere, ac si prædicta omnia sine aliqua recompensæ mẽtione concessa essent. Ac insuper affrancationes, liberationes, & transactiones, præfatas perpetuo effectum sortiri: ipsósque affrancantes, liberantes, & transigentes, securos esse, etiam si contingeret recompensationes per vos eisdem Ecclesiis, monasteriis, prioratibus, præposituris, præpositatibus, plebaniis, archipresbyteratibus, præceptoriis, domibus, collegiis, capitulis, cõuentibus, congregationibus, hospitalibus, militiis illorumq; mensis, cæteris q; beneficiis & locis huiusmodi vel nullo modo dari, vel dandas & assignandas ab eisdem de facto vel de iure in totum, vel pro parte euinci, eosdemque affrancantes, liberantes, & transigentes, nullo vnquam tempore in perpetuum teneri ad probandum actualẽ pecuniarum numerationem, aut pecunias per eos erogatas in Sedis Apostolicæ vtilitate versas, minusue recompensam esse assignatam; cùm pro eorũ perpetua securitate sufficere velimus exhibitionem vestrarum literarũ patentium quibus affrancato huiusmodi concedatur, etiam si contingeret vllo vmquam tempore contrarium probari, nihilominus vniuersis & singulis personis in dignitate Ecclesiastica constitutis in dictis locis consistentibus motu simili, mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando, opus fuerit, & quoties pro parte alicuius fuerint requisiti faciant auctoritate nostra extinctiones, affrancationes, liberationes, & alia præsentium vigore facienda ab omnibus, quos illa concernunt inuiolabiliter obseruari, illisque bonis affrancatis & liberatis huiusmodi dominos & possessores, ac omnes & singulos, quos quomodolibet concernunt, eorumq; hæredes & successores quoscumque pacificè frui, & gaudere: nec permittant quemquam contra præsentium, aut ipsorum instrumentorũ seu literarum patentium tenores modo aliquo molestari, impediri, aut inquietari, cõtradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliáque opportuna iuris & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis seruatis processibus sententias, censuras, & pœnas ipsas etiã iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus fœl. rec. Bonifacij VIII. de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, & Symmachi quæ incipit. Non liceat Papæ, necnon Benedicti XII. Pauli II. & Pauli IIII. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorũ, necnon de non tollendo cuiquam ius quæsitum, ac aliis apostolicis, necnon in quibuslibet generalibus, prouincialibus, & synodalibus conciliis editis, specialibus, vel generalibus, constitutionibus, & ordinationibus, ac quarũuis Ecclesiarum, Monasteriorum, ordinumq; militiarum, hospitalium & locorum præfatorum ac aliorum quorumcumque, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, vsibus, naturis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis & literis apostolicis, per præfatos & quoscumque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & Sedem Apostolicam etiam per viam generalis legis & statuti perpetui, necnon motu proprio, ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine etiã consistorialiter, ac cum quibuslibet etiam derogatoriarũ derogatoriis, aliisq; efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, etiam in vim con-

tractus & pluries concessis, confirmatis, & innouatis: quibus omnibus etiam si de illis, eorúmque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua non autè per clausulas generales idem importantes mentio habenda, seu quæuis alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque: aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultū, quòd interdici, suspendi, vel excõmunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et ne vllo vmquam tempore de viribus in huiusmodi negotio per vos gerendo dubitari contingat, ex eo quòd ab initio non omnes in vnum conuenerint, aut ex vobis præsentibus aliqui recesserint, & ex absentibus negotio iam inchoato alij redierint, decernimus inspiciẽdum numerum maioris partis vestrum presentium in Curia tempore conclusionis: ita vt, quod aliqui ex vobis cæperint, alij liberè illud prosequi valeant, & finire; & totiens quotiens redierint reassumere; & quòd circa præfatum numerum maioris partis præsentium in curia stetur plenæ assertioni Secretarij vel Notarij vestri sic in literis patentibus, vel instrumentis asserentis. Vt autem eo facilius præsentes nostræ literæ ad omnium notitiam deducantur, illas in Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe & Cancellariæ Apostolicæ valuis, ac in acie Campi Floræ per vnum ex Cursoribus nostris, vt moris est, publicari & affigi volumus, & mandamus, quódque harum exemplis etiam impressis ac insertis manu Secretarij vestræ congregationis subscriptis, & sigillo paruo alicuius ex vobis munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra vbique locorum adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum facti, deputationis, cõcessionum, auocationis, extinctionis, impositionis, statutorum, indulti, voluntatum, decretorum, mandatorum, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo primo. Tertio Non. Decemb. Pontificatus nostri anno sexto.

2 Hæc bulla vigilanti cura, & studio composita est, præsertim quoad hoc, vt liberationes, siue affrancationes, de quibus agit, permaneant firmæ, & qui eas fecerint, securi sint, ne super eis in vllo foro molestari possint. quod circumspectè quidem factum est: quoniam non deerunt, qui aduersus eam murmurent, & iniustitiæ notare velint. Primo quidem, quòd in principio commissionis potestas datur generaliter alienandi quoscumque canones, res, pensiones, census, &c. quę reputantur immobilia, iuxta ca. *exiui*. [a] non specificando illa. Et quòd mandatum generale alienandi non videtur sufficere, vt alienatio illius virtute facta, etiam seruatis alijs seruandis, valeat, per ca. 2. iuncta glossa, [b] quam sequitur Philippus Francus & communis. [c]

3 Secundo, quòd alienatio rerum immobilium ecclesiasticarum, debeat fieri cum iusta causa, & solẽnitate saltem iuris Pontificij seruata, [d] & per hanc bullam paulò post principium, vbi traditur potestas prædicta expresè conceditur, vt Commissarij possint alienare prædicta sine causæ cognitione, & nulla iuris solennitate obseruata, nullisque tractatibus habitis.

Tertio, quòd paulo inferius tollit pacta, & conuentiones positas in inuestituris datis à Prælatis in concessionibus rerum immobilium factis laicis, quod videtur contra legem non solum humanam, sed etiam naturalem, quę iubet pacta seruari, [e] etiã à principibus, [f] & nullus Princeps etiã Papa videtur illa posse tollere, neque illis contrauenire, [g] quia inferior, qualis est Princeps respectu Dei, nõ potest tollere legẽ superioris Dei, [h] & lex naturalis est Dei. [i]

4 Quarto, quòd paulò inferius concedit potestatẽ prædictis commissarijs tollendi Ecclesijs dominia rerum emphyteoticarum, feudalium, & aliorum bonorum ad eas reuersorum propter non solutum canonem, vel non seruata pacta, vel alias causas caducitatis, sine consensu illarum, vel prelatorum earum, quod videtur esse contra regulam, *id quod nostrum est*. [k] imò, & contra præceptum diuinum, quod est in Decalogo, septimum de non furando, vel non capiendo rem inuito domino, [l] relatum à glossa. [m]

Quinto, quòd in §. *necnon*, auocat & extinguit multas lites cum magno præiudicio Ecclesiarum, & prælatorum earum, non auditis, nec citatis eis, quod videtur esse contra cap. *nos in quemquam*. [a] & magis contra clem. *pastoralis*. [c] quatenus probat non posse ab Imperatore tolli citationem, nec illa prius non facta ferri sententiam.

Sexto, quòd in §. *insuper*. videtur disponere contraria, nempe quòd bona ecclesiastica desinant esse ecclesiastica, & maneant ecclesiastica: quia disponit, vt bona ecclesiastica facta laica gaudeãt omnibus priuilegiis, quibus gaudent ecclesiastica, quod videtur contra legem. *vbi repugnantia*. [d] & cap. *sollicitudinem*. [e] imo & contra leges secularium Principum, quibus non placet, vt bona prohibita laicorum gaudeant priuilegiis bonorum ecclesiasticorum. [f]

5 Septimo, quòd in §. *decernentes*. decernit, vt bona ecclesiastica quorum census, vel pensio per hanc bullam redimentur, fiant allodialia penitus, profana & laica, quod videtur esse contra cap. *semel Deo dicatum, non est ad vsus humanos vlterius transferendum*. [g] cuius glossa per verbum *humanos*, intelligit laicos, siue profanos, & contra cap. *comperimus*. [h] quod habet, quod Deo consecratum est, non posse ad vsus profanos applicari. Et S. Thomas, [i] determinat rem consecratam non posse fieri profanam, per ca. vlt. Leuit, qua ratione [k] determinat etiam rem inanimatam Deo consecratam non posse per aliquem Prælatum Ecclesiæ fieri profanam, & per Prælatum, intelligit etiam Papam: quia per illam rationem affirmat Papam non posse dispensare super solenni voto continentiæ. Cum ergo omnia bona ecclesiastica, sint sacra, saltem quatræ speciei sacrorum, vt tradit idem S. Thomas receptus, [l] videntur non posse fieri omnino profana, etiam per Papam, siue Pontificem Maximum.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus ca. 2. de reb. eccle. non alien.*
1 *Papa non subest iuri humano.*
1 *Iure humano inducta est forma alienandi ecclesiastica bona.*
2 *Papa iure naturali tenetur seruare pacta iusta, secum, vel inter alios facta: sed ex causa potest eis derogare. Quod ipsum dicendum est de dominio. nu. 3.*
3 *Pij V. benignitas in quibus maximè resplendet.*
4 *Papa plus iuris habet in clericos: & bona eorum ecclesiastica, quàm Rex in laicos, & bona eorum laica, & ratio huius differentiæ noua.*
5 *Citatio iure naturæ requiritur, sed ex causa omitti potest.*
5 *Citatio omitti potest, cùm constat notoriè non posse competere parti defensionem.*
6 *Bona ecclesiastica fieri possunt per Papam profana, cum retentione priuilegij bonorum ecclesiasticorum.*
7 *Bona ecclesiastica omnia sunt sacra, sed alia aliis sacratiora.*
7 *Bona Deo dicata benedictione constituua sacri non possunt profanari durante forma, & esse artificiali eorum.*
8 *Oblationes vendi & locari possunt, non autem ius eas capiendi, & quid in eis locandis seruandum.*
9 *Benedictio duplex, altera constitutiua sacri, altera inuocatiua.*
10 *Papa non potest consecrata benedictione constitutiua sacri profanare, antequam desinant esse talia.*
10 *Bona facta sacra sine benedictione vlla, vel solùm cum inuocatiua tantùm, possunt profanari, etiam ab inferiore Papa.*
11 *Bonorum sacrorum benedictione constitutiua sacri partes an, & per quem possint profanari.*

§. 18.

1 His tamen non obstantibus, iusta, & suspicienda videtur præfata bulla. Ad primum enim respondetur, primò quòd cap. 2. [m] allegatum in eo non loquitur de omni alienatione, sed tantùm de illa, qua res Ecclesiæ immobilis submittitur, siue subiicitur potestati laici sine translatione dominij, aut possessionis, de qua in præfata bulla nihil agitur. Secundo quòd in aliis alienationibus non semper requiritur speciale mandatum Papæ, vt Philippus Francus rectè ait. [n] Et esto quòd mandatum generale factum à potente alienare rem Ecclesiæ non sufficeret, vt alienatio virtute illius facta valeret, id tamen iure humano, & non naturali, neque diuino esset inductum, & propterea posset derogari illi, etiam sine causa, saltem

a 2. quæst. 1. b De cons. pos. & prop. cẽ. nouorum. & §. cæterũ. de re iud.
d ff. de reg. iur. e De appella. f Arg. capit. quoniam 10. dist. & capit. quum ad verum. 96. dist. & ea. nouis. de iud..
g De reg. iur. lib. 6.
h 4. quæst. 6.
i 2. 2. qu. 87. art. 10. ad 1.
k In cad. q. 11. in corpore quæstionis.
l In dist. 22. quæstio. 99 art. 3.
m De rebus eccles. lib. 6.
n In dict. c. 2. vbi supra.

a *Leg. princeps ff. de leg.*
b *Cap. facit. 2. q. 2. & l. Neros Procul. ff. de verb. sig.*
c *In l. princeps ff. de legib.*
d *In c. 1. de prob.*
e *In le fin. ff. de senat.*
f *In c. cum M. de constit.*
g *In ca. 1. de probat. nu. 6.*
h *In c. nouit. de iudic.*
i *Ibi. à nu. 9.*
k *ff. de rei vend. & l. Lucius. ff. de euiction.*
l *In cq ua. in ecclesiarum. de consti. & in l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ.*
m *In c. ex. multiplici. de decimis.*
n *In d. c. quæ in ecclesiarũ. nu. 26.*
o § 3. *supra eod.*
p *Quæst. 1. mon. 40. & 41. & in d. Apolog. q. 1. mon. 24. & 25.*
q *In 2. 2. q. 90. artic. 3.*
r §. *nullius. §. sacra. instit. de rerum diuis.*
s *In l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript. verb. principis.*
t *In cap. per principalem. 2. q. 2. & in c. quãuis. 23. quæst. 8.*
v *In procem. fiorum. & vbique.*

quoad affectum, vt valeret, per Papam, qui ei non subest, [a] & ideò derogatum cautè est in bulla, quatenus habet, illa bona cum accessionibus pro specificatis habere, &c. Adde quòd neque hanc derogationem facit, sine causa, facit enim, quod de prudentia, & fidelitate Commissariorum multorum, eorumque prudentissimorum, & iustissimorum confidit. Et quia tot bonorum specialia nomina & confinia, non poterant saltem commodè, & possibilitate morali exprimi, eo præsertim, quòd antequam accederent qui vellent redimere, non poterat sciri, quæ forent redimenda. Id autem dicitur fieri non posse, quod commode fieri nequit. [b]

Ad secundum eodem modo respondetur, nempe, quòd solennitas alienandi, de qua in iuribus in argumento allegatis, est iure humano inducta, cui etiam sine causa potest Papa derogare, saltem quoad effectum, vt valeat actus, per prædicta; quamuis id non faciat hæc bulla sine causa: eadem enim fere seruit huic derogationi, quam seruire diximus præcedenti.

2 Ad tertium respondeo, concedendo quidem, Papam non posse tollere pacta, & contractus, & obligationes ex eis natas sine iusta causa, vt probant allegata in eo, etiam de plenitudine potestatis, secundum Baldum, [c] & alios quos refert, & sequitur Decius, [d] sed posse cum iusta causa noua, qualis in nostro proposito occurrebat, secundum Baldum, [e] & Imolensem post Antonium Butrionem, [f] quos sequitur Felinus, [g] sicut & priuilegium remuneratorium datum subdito, vel etiam remuneratorium datum non subdito, non potest quidem reuocari iustè à principe sine causa, potest tamen cum illa, vt colligitur ex Innocentio, Panormitano & communi, [h] quod satis explicat Felinus. [i]

3 Ad quartum respondeo cõcedendo quidem per hanc bullam indulgeri commissarijs in ea deputatis potestatem tollendi ius quæsitum, & dominium, & quasi dominium multorum bonorum, & multorum iurium sine consensu dominorum. & quòd id iustè fieri non posset, sine iusta causa: negando tamen, quòd cum causa id fieri nequeat, per l. *item si verberatum*. [k] & per dicta Innocentij & omnium aliorum, [l] negando item, quòd illa in proposito non occurrat, quum non solùm verum, sed etiam notorium sit toti Orbi Christiano id, quod in ea narratur; nempe totam Ecclesiam Christianam præsertim Italam, quæ pars eius adeo nobilis est, vt ipsius Vicarium caput conseruet, esse constitutam in maximo periculo subuersionis, & captiuitatis, nisi victoriam nouam ter mirabilem, contra immanissimos Turcas proximis diebus cœlitus concessam prosequentes, eos penitus deleamus, aut certè in eum statum, in quo non timeantur, redigamus; priusquam vires suas redintegrent, & in pristinum suum statum nobis oppidò formidandum sese restituant. Et quòd ærarium publicum Sedis Apostolicæ est maximè exhaustum, nõ quidem conuiuijs, & alijs malis, aut vanis sumptibus, sed bellis pijs aduersus infideles susceptis, & alijs operibus necessarijs, quibus eius benignitas, pietas, & religio resplendent. Quæ cõfirmantur ex eo, quòd Papa plus iuris habet in clericos saltem quoad bona ecclesiastica, quàm Imperator & Reges in laicos, iuxta Panormitanum, [m] communiter receptum, vt post alios tradit Decius, [n] cuius rei efficax ratio, quæ à nemine, quem viderim, redditur est illa, quæ colligitur ex notab. 7. [o] adiunctis, quæ late probauimus in dict. tract. de reditib. eccles. [p] videlicet, quòd omnia bona ecclesiastica sunt sacra, saltem quartæ speciei, iuxta doctrinam S. Thomæ, [q] & ita nullius hominis, [r] sed solus CHRISTVS D. N. habet verum dominium omnium bonorum ecclesiasticorũ. Et quòd solus Papa, tamquã summus eius Vicarius & procurator, habet potestatem administrandi eã, receptam immediatè ab eo: & quòd omnes alij Prelati, & beneficiarij accipiũt à Papa mediatè vel immediatè potestatẽ administrãdi aliqua ex eis. Bona verò profana laicorum sunt eorumdẽ quo ad dominium, & rex, vel Imperator secularis non habet dominium in eis, licèt habeat iurisdictionem & potestatem gubernandi sua Regna, & Imperia, vt habet glossa, [s] recepta communiter ibid. & ab Archidiacono, [t] & à Bartholo, [v] & subditi laici, non recipiunt dominium suorum bonorum, neque

a *Leg. prima. ff. de constit. princip. §. fed & quod principi. Instit. de iur. na. gent. & ciuil.*
b *De iud. nota. 3.*
c *De iur. pat.*
d *3. nota b.*
e *In d. c. quæ in ecclesiarũ. nu. 31.*
f *12. q. 5.*
g *De rebam.*
h *§. 3. num. 9.*
i *Leg. eum à quo. authen. hoc nisi. & l. manifestis in uris C. de solu.*
k *Cap. 17. nu. 24.*
l *ff. de re. iur.*
m *In d. n. 9.*
n *Et in d. §. 3.*
o *De rescrip. lib. 6.*
p *ff. de excus. tut.*
q *Leg. antepen. ff. ex qui. cau. maior.*
r *In d. c. quæ in ecclesiarũ. n. 66. in duobus locis.*
s *Num. 18.*
t *De re iud.*
v *Ibi in d. ca. cum olim. de re iud.*
x *In c. causam quæ. nu. 3. de refer.*

administrationem eorum à Rege, vel Imperatore, sicut clerici à Papa recipiunt administrationem ecclesiasticorum: imò ipsi Reges & Imperatores ab initio susceperũt iurisdictionem & potestatem gubernandi ab ipsis populis, & Regnis, [a] vt tradidimus pridem latius in repet. cap. *nouit*. [b] & ita est clarum, longè maius ius esse Papæ in clericos quoad bona ecclesiastica, quàm Imperatori, & Regi in laicos quoad bona profana. Qua ratione non assentimur Decio, qui contra communem conatur defendere vbi supra, esse ius maius Papæ in clericos quo ad bona patrimonialia, quàm regibus in laicos, quoad profana: quia in patrimonialibus bonis clerici habent dominium, sicut laici in suis, & non recipiunt dominium, nec administrationem à Papa, quæ est ratio vera, [c] *cum dilectus*, [c] & ibi Abbas, [d] & latius Felinus, [e] vbi hoc sentiunt plerique omnes, facit cap. *fixum*. [f] & ca. *quicunque*. [g] cum aliis citatis in eis.

Ex quo infero, Papam, qui clerico etiam terræ sibi in temporalibus subiectæ bona patrimonialia, sine culpa, & iusta tolleret, perinde teneri ad restitutionem, ac alium quemliber Regem, & Monarcham idem facientem laico sibi subiecto. Ex quo subinfertur, Papam patrimonium clerico iustè auferẽtem ad integriorem restitutionem teneri, quàm si iniustè tolleret beneficium ecclesiasticum: quoniam per adducta supra, [h] (vbi huc quoad aliqua lectorem remisimus) Papa non tenetur omnino de rigore iustitiæ veræ & specialis ad restituendum beneficium iniustè ablatum; quamuis ex bono, & æquo teneatur ad faciendam ei iustam compensationẽ. Et si quis roget quoad quid tenebitur magis restituere, ob iniustam ablationem patrimonij, quàm ob ablationem iniustam beneficij: Respondeo, quod ablatio iniusta patrimonij, obligat ad restituendum id ipsum quod ablatum est, vt iura dictant, [i] & tradimus in Manuali. [k] Ablatio verò beneficij solũ obligat ad compensationem restituendi idem, vel simile. Ratio diuersitatis potest esse, quòd auferendo iniustè patrimonium ab inuito non auferetur dominium comperens ei iure naturali, nec transfertur in eum cui datum fuerit, iuxta *l. id quod nostrum*, [l] & ita idipsum restitui potest, sine alterius iniuria. Auferendo autem beneficium auferetur verè, licèt iniustè ius, quod in eo habet is, cui aufertur, & collatum alteri verè fit eius, quoad administrationẽ, per adducta supra, [m] & ita non potest restitui sine iniuria alterius. Quæ omnia fundantur in iuribus, & rationibus supra proximè [n] citatis. Credo autẽ, quòd Rex, vel alius Princeps, aut dominus, qui aliquod officium vendibile, venditum, aut datum alicui, iniustè auferret, perinde teneretur restituere illi, ac si aliquam rem vendibilem quæsitam ei per venditionem, vel donationem, vel alias auferret: & quod, vbi supra, dixi, nõ teneri Regem ad integram restitutionem ob ablationem officij à se dati, procedat in eo, quod gratis dat, vsque ad suum beneplacitum, iuxta textum cap. *si gratiosè*. & ei notata, [o] qualiter vt plurimum, conferuntur in Hispania omnia officia Prætoriorum regiorũ, quamuis aliquo respectu etiam tunc dicantur perpetua, iuxta *l. iurisperitos*. [p]

5 Ad quintum respondeo, concedendo quidẽ non posse procedere aliquem iudicem, etiam Principem contra aliquem etiam subditum, inauditum, & non citatum sine iusta causa, quod probant iura in eo allegata, sed negando quòd non possit existente illa, iuxta gloss. notabilem, [q] quam post alios sequitur Felinus, [r] & Decius. [s] Pro ea est casus in cap. *cum olim*. [t] vbi etiam id adnotat Panormitanus & in casu bullæ interuenit iusta causa omittendi citationem, tum quia illa omitti potest, quoties constat non esse absenti defensionem per textum quem ad hoc putat esse singularem Cardinalis, [v] quem sequuntur ibidẽ Panormitanus, Felinus & citati ab eis, & Decius & citati ab eo, [x] quod probat posse pronunciari processum esse nullum, absente parte: quia non potest competere ei defensio, quam Iudex non intelligat parte non vocata, & in casu prædictæ bullæ constat notoriè Papæ, non posse beneficiarijs & Ecclesijs eorũ competere aduersus voluntatem eius in ea expressam defensionem aliquam, quæ eis prodesset, extante veritate causæ notoria, qua nititur.

6 Ad sextum respondeo concedendo quidem, quòd

per prædictam bullam datur facultas efficiendi bona ecclesiastica profana cum priuilegio gaudendi bonorum ecclesiasticorum priuilegijs, negando verò id continere in se repugnantiam, licèt per accidens contradictionem Principum secularium in terris eis subiectis fortè patietur, in terris autem subiectis Papæ, quoad temporalia obtinebit. Quòd autem etiam Principes seculares compelli possent, facit, quòd qui potest tollere totum à fortiori potest tollere partem tantùm eius rei, quæ diuisibilis est, [a] & ita videtur posse Papam efficere, quòd bona, quę in totum sunt ecclesiastica, maneant quoad aliquid talia, & quoad reliqua profana: quum per id nihil præiudicij noui fiat Principibus secularibus, à quibus ante prædictam bullam erant omnino exempta.

7 Ad septimum respondeo, concedendo primum omnia bona ecclesiastica esse sacra, non solùm ob auctoritatem S. Thomæ in argumento citati; sed etiam ob cap. *nulli.* & cap. *prædia.* [b] & alia multa, in quibus appellatur sacrilegus is, qui ecclesiastica bona qualiacumque etiam prædia rustica, vel vrbana lædit, vel damnificat, & actus quo id fit sacrilegium. Secundo distinguendo, vt distinximus in præfa. tract. de redit. [c] inter sacra, quę benedictione aliqua constitutiua sacri consecrantur, & inter sacra, quæ sola donatione, vel alia dispositione deputantur ad hominum, & rerum aliqua benedictione consecratorum, vel consecratarum sustentationem: & cõcedendo quòd priora, videlicet bona consecrata benedictione aliqua constitutiua sacri, non possunt penitus exectari durante eadem forma, & eodem esse artificiali, antequam corrumpantur, conflentur, dissoluantur, vel aliàs perdant prædictum suum esse artificiale, de quibus intelligendum cap. *comperimus.* [d] & dicta S. Thomæ in argumento citata, quatenus significat, id non posse fieri etiam per Papam: negando autem, quòd posteriora, videlicet quæ sine benedictione constitutiua sacri fiunt talia, non possint penitus execrari, etiam per Prælatos inferiores, vt quotidie execrantur: immobilia quidem quoties iusta de causa, & cum solennitate debita venduntur laicis, vel aliàs commutantur cum eis, per notata in summa, & in cap. *sine exceptione.* [e] fructus verò eorum sine vlla solennitate. iuxta capit. *vestra.* [f]

8 Hanc distinctionem significat glossa prædicta, [g] satis eam ponderanti; quam quia multi non animaduerterunt, confusè, ac variè loquuti sunt: vt pridem prælegendo dict. capit, *semel.* adnotauimus. ob id enim Dynus quem sequuntur Franc⁹ & Rauennas ibi significauit illi capit. non esse locum in Papa, quum tamen per prædictam distinctionem sit locus etiam in eo, quoad priora: & quoad posteriora sit locus etiam in alijs prælatis. ob id etiam communiter intelliguntur eodem modo, cap. *ecclesiasticis.* [h] quum tamen plurimum inter illa distet: nam alia illorum agunt tantùm de prioribus sacris, scilicet de sacratis, benedictione constitutiua sacri. Alia vero de posterioribus, scilicet de sacris non benedictis, nec consecratis, sed ad sustentationem sacrorum deputatis siue vlla benedictione, vel solũ inuocatiua, quę appellauit S. Thomas vt prædictum est quartæ speciei sacrorum. [i] Ob id etiam glossa, [k] putata singularis à Ludouico Romano, [l] citato à multis, & in iis à Decio, [m] & à Troillo, [n] quatenus sensit oblata in altari non posse vendi, eo quòd visum fuerit illis altare, & oblationes ad illud factas, esse eiusdem speciei sacrorum, quum sint longè diuersæ; nam altare est de numero sacrorum consecratorum benedictione constitutiua sacri, oblationes autem de numero sacrorum absque tali benedictione dicatorum, & solùm deputatorum ad sustentationem sacrorum absque huiusmodi benedictione, licèt aliquæ dedicentur benedictione tantum inuocatiua. Quare non immeritò Papa, & alij prelati omnes contra dictum Ludouici faciunt, vt ait Archidiaconus, [o] non demirans hoc, vt Ludouicus imponit ei, nec dubitans de valore talis consuetudinis, vt alij dicunt, & meritò: quoniam aliud est ius accipiendi oblationes ad altare factas, quod tamquam spirituale vendi non potest. [p] & aliud oblationes ipsæ temporales, quæ locari, & vendi possunt, [q] ipsæ tamen decimæ, siue fructus, vendi & locari possunt, per dict. cap. *vestra.* & in hoc sensu prædictum ca. *altare.* exequat altare & decimas, nihil exprimens de oblationibus; neque de fructibus decimarum. Et hæc conclusio certissima est, quoad oblationes iam factas, & susceptas ab eo, cui ius eas capiendi est, quoad faciẽdas autem, & susciendas, habet aliquid dubij propter scandalum, & occasionem, qua diminui posset offerentium deuotio, eo quòd videãt eas laicis & profanis esse locatas, nec plus aut minus. Ecclesiam vel ecclesiasticos de illis habituros eo quod plus, vel minus offerant. Quare cauendum esse censuit Archidiaconus, [a] ne conductor, seu arrendator oblationum laicus capiat eas per se in altari, vel de illo. Propter quam eandem rationem sine aliqua grandi causa non essent locandæ seu arrendandæ oblationes, quæ à fidelibus mittuntur in corbonas, quas clem. *exiui.* [b] soccos vocat, nec aliæ oblationes, quæ in medio missæ fieri solent; imò, neque illæ quę ostiatim, & compitatim, vel in Ecclesiis & valuis earum fiunt, pro Ecclesiis, monasteriis, hospitalibus & aliis piis locis. Quod ipsum potuit esse vna de rationibus dubitandi, an decimæ nõdum perceptæ possent locari, & vendi, qua non obstante, definitum fuit in prædictis cap. *vestra.* & *querelam.* posse illas vendi: quamquam in illis non videtur esse tanta occasio diminuendi deuotionem soluẽdi decimas, quanta in proposito est diminuendi deuotionem offerendi. Quare resoluendum est posse quidem illas stricto iure vendi & locari, etiam antequam fiant, & suscipiantur, fieri tamen id debere secretò, aut tali modo, quo nõ fiat notabilis deuotionis offerendi diminutio, saltem sine aliqua causa, quæ id iustificet.

9 Ex quibus infertur primò, quòd alia est benedictio constitutiua sacri, id est, qua res fit sacra, qualis est benedictio calicis, corporalis, Ecclesiæ, & altaris. Alia benedictio inuocatiua, qua res nõ fit sacra, qualis est benedictio mensę, nauis, ignis, domus, & similium, quę non benedicũtur, vt sint sacra, ac proinde nullius, sed vt per inuocationem Dei obtineatur aliqua assistentia eius specialis, vt pulchrè declarat Caietanus. [c]

10 Secundo infertur, nullum prælatum etiam Papam posse calicem, altare, vel ecclesiam, vel aliam rem benedictione constitutiua sacri dicatam, siue sacratam, in sua forma, & esse artificiali permanentem profanare, siue vsibus profanis applicare, vt habet regula prædicta *semel.* & prædictum c. *comperimus.* Tum quia id videtur esse iure diuino, vel naturali prohibitum, vt sensit S. Thomas, [d] ad primum per cap. fin. Leuit. Tum quia id clare vbi supra affirmat Caietanus & satis, licèt non ita apertè, S. Thomas. [e]

Tertio, quòd non solùm per Papam, sed etiam per alios prælatos inferiores possunt profanari illa, quæ sunt sacra alia ratione, quàm benedictione constitutiua sacri, quod, vt supra dictum est, passim fit de bonis Ecclesiarum mobilibus, & frequentissimè de immobilibus per iura prædicta; quum tamen omnia illa sint sacra, vt supradictum, & probatum est.

11 Quarto, quòd magna est quæstio, quam non video per aliquẽ dignè tractatam; An partes rei sacratæ per benedictionem constitutiuam sacri, quales sunt lapides altaris, & Ecclesiæ destructæ, vel collapsæ, possint applicari vsibus profanis? quod enim non possint videtur casus in cap. *ligna.* [f] quatenus habet, ligna Ecclesiæ destructæ non posse applicari vsibus profanis.

Quòd autem possint, facit primo, quòd vasa sacra conflata vendi possunt. [g] Et constat argentum calicis iam conflati fuisse partem eiusdem, antea quam conflaretur, & execraretur.

Deinde, quòd Ecclesia pro maiore parte exuta, vel destructa, desinit esse consecrata, [h] & altare enormiter deformatum desinit esse consecratũ, [i] & consequenter, imò à fortiori videntur lapides & ligna Ecclesiæ dirutæ, vel collapsæ desinere esse sacra. Et expresse ait Archid. ligna Ecclesię non esse sacra. [k] Tum quia licèt Ecclesia sit cõsecrata benedictione cõstitutiua sacri, nõ tamẽ lapides eius: quia aliud est Ecclesia, & aliud partes, ex quib⁹ illa cõstat. [l]

Equidem in hac quotidiana quæstione arbitror primò, iustè posse Papam concedere facultatem faciendi domum laicam ex area, & lapidibus Ecclesiæ destructæ, vel collapsæ. Tum quia Dynus, quem ibi omnes

a *Arg. l. quæ de rota. ff. de rei vendi. & cap. pastoralis. §. item si totum. ff. de offi. deleg.*

b *12. q. 2. & ca. sunt qui opes. & capit. sacrilegium. & cap. quisquis. §. sacrilegium. sub eodem. 17. quæst. 4.*

c *Quæst. 1. mon. 40. & 41. & Apolog. q. 1. mon. 24. & 25.*

d *14. q. 6.*

e *12. quæst. 2. & in c. nulli. & pi. totum titulum. de reb. eccle. non alien.*

f *De loca. & cap. iguere. de ne prælat. vic. suas. & ea semel. de regu. iur. l. 6.*

h *12. quæst. 2. & cap. 3. de rer. permu. & cap. ligna. & cap. vestimenta. de cõsec. distinct. 1. & cap. quæ semel. 19 qu. 3. & ca. comperimus. & c. ad hæc. de reg. dom.*

i *In 1. 2. qu. 99. art. 3.*

k *In c. altare 1. q. 3.*

l *In singu. 664. fructus.*

m *Capit. 2. n. 14. de iud. & in cons. 148. num. 3.*

n *l col. penul. tract. de qblat.*

o *In c. sanctorum. 10. quæst. 1.*

p *Cap. quamplo. 1. q. 2.*

q *Dict. cap. quamplo.*

a *In d. ca. semel.*

b *De verb. signi.*

c *In 2. 2. qu. 88. art. 11.*

d *In 2. 2. q. 88. ar. 10.*

e *Ibid. & in d. art. 10. ad primum.*

f *De consecr. dist. 1.*

g *Cap. aurũ. 12. quæst. 2. cum gloss. recepta.*

h *Cap. ecclesiis. & c. de fabrica. de cõsecra. dist. 1.*

i *Cap. 1. & c. quod in dubiis. de consec. eccles. vel altar.*

k *In dicto c. ligna.*

l *Leg. eũ qui. ff. de vsuca. & l. qui. minuerint. ff. de acq. poss.*

nes aliis sequuntur, [a] ait, ca. illud non habere locũ in summo Pontifice, cuius dictum licèt non sit verum quo ad ea, quæ sunt dicata benedictione constitutiua sacri, vt prius diximus, tamen in his lapidibus, qui non sunt benedicti tali benedictione, habebit locum, per l. *continuus.* [b] & ibi notata per omnes, [c] quod tamen aliquis intelligeret, quãdo lapides eiusmodi nõ essent tales, qui in ędificio domus profanæ positi gignerent scandalum actiuum iis, qui cognoscerent eos fuisse partes Ecclesiæ sacræ: nam cum tali scandalo nil disponi posse videtur, [d] quamuis responderi posset, per facultatem, & licentiam à Papa concessam, & publicatam effici, ne tale scandalum sit actiuum: sicut & cessat in matrimonio contracto cum cognatis intra quartum gradũ cum eius dispensatione, quod videtur verius: quia probitio hæc qua prohibetur, ne res quæ fuit pars rei sacræ profano vsui applicetur, videtur iuris humani tantùm, supra quod est Papa. [e]

Secundo eiusmodi facultatem non potest concedere ordinarius, per cap. *ligna.* & capit. *vestimenta.* [f] non quidem quia sunt sacra, aut sancta, sanctitate benedictionis constitutiuæ sacri, sed ob reuerentiam Ecclesiæ cui seruierũt; vt ait Archidiaconus ibi. cum nullo iure videatur concessa ei super hoc dispensandi facultas, quamuis viderim in Hispania ligna Ecclesiæ veteris dirutæ, quæ nouæ ampliori construendæ inepta erant, vendi plus offerenti etiã volenti ex eis domum profanam facere, vel reficere sine licentia etiam ordinarij, quod fortè dissimulari posset, in lignis non pictis, neque vllo signo insignitis, quò posita in structura domus profanæ nõ secerentur fuisse Ecclesiæ, ac proinde scandalizarent.

Quinto infertur, S. D. N. iuste nuper annuisse cuidam Anglo, vt veteretur quadam ampla domo constructa ex lapidibus cuiusdã monasterij à Lutheranis destructi, donec Abbas Catholicus ei sufficeretur, vt supra meminim⁹.

Vltimo infertur, iustè potuisse S. D. N. per prędictam bullam facere facultatem prędictis Commissariis profanandi bona Ecclesiastica in ea cõtenta, eo quòd licèt sint sacra quartę speciei sacrorum, non tamen sunt sacrata benedictione aliqua constitutiua sacri, imò nec partes rerũ tali benedictione sacratarũ, & consequenter solutam esse septimam difficultatem aduersus prædictam bullam proppositam. Per cuius solutionem & aliarum sex contra eam propositarum, clarè apparet, ipsam à nemine posse iniustitiæ redargui, sed potius magnopere commendandam esse, tamquam quæ sit è Repub. Christiana in magnam gloriam CHRISTI, qui nos omnes seruet, beẽtque æternum. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Pij V. reuocatoria facultatem ad disponendum in illegitimos factarum.*
2 *Filios ecclesiasticorum occasionem esse damnorum ecclesiasticorum.*
2 *Filios habens an possit in Episcopum eligi.*
3 *Filijs illegitimis relinquendi facultas cur scandalosa.*
3 *Exempla prælatorum mala scandalosa.*
4 *Ecclesiasticos teneri ad dandum superflua pauperibus.*
4 *Filios in illegitimos disponendi omnis facultas de quibuscumque bonis sublata vnà cum facultate succedendi ab intestato habentibus illos.*
5 *Statutum habilitans spurios ad successionem an valeat.*
6 *Facultates concedendi, facultates disponendi in illegitimos sublatæ.*
7 *Beneficium vtrumque incompatibile perdit, qui vtrumque retinere contendit.*
8 *Feudum, & emphiteusim perdendi nouus modus.*
9 *Filiu⁹ spuriu⁹ non est adempta facultas succedendi à iure communi concessa per hanc Extrauagantem Pij V.*
10 *Filios, & filias clericorum iustè posse ab eis etiam hodie ali & dotari.*
11 *Lex humana non potest tollere diuinam vel naturalem.*
12 *Filium habentem vnde se alat, non tenetur pater alere, nec econtrario.*

§. 19.

QVoniam supra §. 6. promisimus nos huic Commentario bullam S. D. N. Pij V. reuocatoriam facultatũ testandi & disponendi de rebus ecclesiasticis, ac etiam de bonis feudalibus, emphyteuticis in illegitimos de verbo ad verbum cum nõnullis adnotationibus inferturos, ideò tenorem illius nũc subiiciemus, & illi adnotationes promissas obiter adiungemus. Sic itaque habet.

PIVS EPISCOPVS
Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Hæc bulla est 120 inter Cõstitutiones Pii V. Pont. max. in Bullario Pij inter ipsius Constitutiones.

QVAE ordini ecclesiastico noxia esse, & scandulum obiicere perhibentur, necesse est è medio submouere. Quod nos pro nostri muneris officio, inter alia incommoda, quæ in oculos nostros, incurrunt, de Christi peculio, ne ab indignis, & reiectis ignominiose cõsumatur, nãue illorũ causa ecclesiis & pauperibus præripiatur, curam præcipuam habere volentes, de nobis attributæ potestatis plenitudine reuocamus, & abolemus, omnia & quæcumque priuilegia, licentias, dispensationes, & indulta, faciendi testamenta, donationes, siue inter viuos, siue causa mortis, legata, & quæcumque alias dispositiones, de Dominijs, Terris, Castris, Domibus, & quibuslibet alijs bonis & rebus immobilibus, mobilibus, & se mouentibus, nec non pecunijs, iuribus, & actionibus, ex beneficijs fructibus, pensionibus & aliis rebus Ecclesiasticis quibuscumque, confectis, acquisitis, & aliàs quomodocumque prouenientibus, necnon de peculio, & alijs etiam sola industria, labore, muneribus, aut quocumque aliomodo partis, cuiuscumque qualitatis, quãtitatis, speciei, nature, & valoris existentibus, in quocumque illegitimos, siue suos, siue extraneos, etiam legitimatos, eosdemque ex toto, vel in parte hæredes instituendi, & substituendi, seu quod ipsi in prædictis ab intestato succedant, cæteraque huiusmodi facultates, & permissiones, ac etiam habilitationes, & capacitates succedendi in bonis, & rebus feudalibus, & emphyteuticis, ab Ecclesijs, monasterijs, & pijs locis profectis, quibuscumque personis, & secularibus, & quorumcumq; ordinũ, necnon militiarũ, & hospitaliũ, regularibus, ac Romanæ Curiæ officialibus, & alij curialibus, Curiãq; ipsã sequentibus, & etiam Vrbis Romæ ciuibus, ac palatia, ædes, census, aliáque bona, in ea eiusq; districtu habentibus, nostris quoque & aliorũ Romanorum Pontificum familiaribus, ecclesiarum prælatis, etiam Sãctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & alijs cuiuscumque dignitatis, ordinis, & conditionis, existentibus, illorumque, & alijs Ecclesijs, capitulis, conuentibus, ordinibus, militijs, hospitalibus, collegijs, officijs, & locis ac prædictæ vrbi, alijsque ciuitatibus, prouincijs, & dominijs, eorũmque dominis, populo, ciuibus, & incolis, tam per fœl. rec. Sixtum IIII. Innocentium VIII. Alexandrum VI. Iulium II. Leonẽ X. Clementem VII. Paulum III. Iulium III. Paulum IIII. Pium IIII. & qui ante illos fuerunt alios quoscumque Romanos Pontifices, ac nos, & Sedem Apostolicam, eiúsque legatos, etiam de latere, nũtios, notarios, comites, collegia, officia, & loca, etiam per modum statuti perpetui, generalis legis, iniri & stipulati contractus seu quasi, & aliàs sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis restituiuis, præseruatiuis, mentis attestatiuis, derogatoriarum derogatorijs, alijsq; fortioribus efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque simili potestatis plenitudine, ac prædictorum Cardinalium consilio, & matura deliberatione in Consistoria habita, nec non consideratione, intuitu, contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum etiam ob remunerationẽ laborum, & obsequiorum nobis, & dictæ Sedi impensorum, refectionem damnorum, compensationem iurium cessorum vel ablatorum, nauatæ militiæ contra hæreticos, & infideles, seu pro prædictæ vrbis ornatu, & frequentatione, ac quibuscumque aliis vsibus, ac etiã necessariis, & piis causis concessa, & multiplicatis vicibus confirmata, innouata, extensa, & moderata, & quatenus cumque tempore pacifice obseruata, quoad eam partem quæ illegitimos prædictos tangit duntaxat, etiam si illa contineant, quòd omnes Curiales, curiam sequentes, & alij siue ecclesiastici, etiam Cardinales, siue mũdani, qui palatia, domos, & prædia vrbana, vel rustica ædificauerint, aut cẽsus, aliáue bona acquisierint, aut aliàs acquisita habuerint in dicta Vrbe, & circũ eã ad milliaria decẽ, ex bonis seu fructibus ecclesiast. hi tales de illis, necnõ iurib⁹ & iurisdictionibus omnibus in fauorem illegitimorũ, ac quomodolibet inhabilitũ, & incapacitũ siue inter viuos, siue causa mortis disponere, eosque hæredes, & successores vniuersales, vel particulares instituere, & substituere, & si intestati decesserint, ipsi illegitimi, & inc.spaces, in illis succedere

positint, quòdq; per quascumque reuocationes, derogationes, aut alias contrarias dispositiones, illis quorum interest præiudicari nequeant: & si vllo vmquam tempore præiudicatum, aut derogatum quoquomodo apparuerit, ius quæsitum ablatum, & literæ reuocationum, & derogationum huiusmodi, iuris quæsiti ablatiuæ censeantur. Sicque per quoscumque iudicari debeat, & etiam definiri. Ac pariter tollimus, & abrogamus omnes & quascumque facultates similia concedendi Legatis, Nunciis, Notariis, & Comitibus, Collegiis, Officiis, & aliis supradictis: quorum omnium tenore, ac si ad verbum infererentur, habemus præsentibus pro expressis. Ita vt priuilegiorum, dispensationum, facultatum, habitationum, capacitatum, indultorum, & aliorum supradictorum sic reuocatorum, aut etiam literarum legitimationis prætextu, nullus omnino de huiusmodi bonis, rebus, pecuniis, iuribus, iurisdictionibus, & actionibus, in commodum, & fauorem illegitimorum vtriusuis sexus, siue eorum filiorum, siue consanguineorum, affiniúmve, siue extraneorum, etiam in statu seculari procreatorum, ac legitimati quacumque auctoritate donatorum, & ad huiusmodi res & bona, eiúsque successionem, testato, vel intestato idoneorum & capacium effectorum, siue testamento, siue donatione, siue legato, siue eleemosyna, siue alio quocumque titulo, & pio opere) exceptis in communi, ac omni fraude, conuentione, seu compositione, cessante hospitalibus expositorum, & orphanorum) disponere, nec illegitimi ipsi in eis ab intestato siue protinus, siue per interpositas personas, ac quomodocumque succedere, aut illa aliàs ad eos etiam per quemcumque circuitum multiplicatarũ in alios capaces successionum, vllo tempore deuenire possint. Ad hæc nulla esse, & pro infectis haberi volumus omnia & quæcumque facta hucusque testamenta, legata, donationes, & alia disposita huiusmodi, quæ viuentibus adhuc testatoribus, aut aliàs, locum non habuerunt, ac pariter ab intestato successiones, non tamen litigiosas, quæ plenarium non sunt effectum sortitę. Dehinc verò districtius prohibemus, ne talia siue in prædictos illegitimos, vtriuslibet sexus, siue in illorum coniuges, siue ipsorum parentes, filios descendentes, ascendentes, vel alios cognatos, siue viuentibus, siue defunctis ipsis illegitimis etiam paupert. atis, dotis, aut alterius cuiuscumque pij operis intuitu fiant, néve ipsi vmquam in rebus, bonis, pecuniis, iuribus, iurisdictionibus, & actionibus prædictis, siue totis, siue in parte succedant, aut illa ad ipsos quauis dispensatione suffultos, etiam per prædictum circuitum deueniant, néve de eis vlla in aliũ seu alios concessio, donatio, translatio, aliáve dispositio fiat, vt alia bona similia, vel dissimilia, illegitimis, aut aliis supradictis concedantur. Quod si prædictorum quisquam fuerit præsentiũ violator, testamentum, donatio, legatum, & dispositio omnino non teneat, nec etiam quoad alios capaces, & res alias valeat, sicque disponens priuilegio, dispensatione, facultate, & indulto prædicto, eiúsque vsu, & commodo, etiam in cęteris omnibus ipso sit iure priuatus. Nemo quantumuis capax illius prętextu fructus, res, pecunias, aut prorsus alia bona sua faciat, nec illa detinens vlla præscriptione, aut vllo alio iuris præsidio adiuuetur, sed ad integram illorum restitutionem, quocumque temporis lapsu non obstante, debeat coerceri. Ita vt omnes in Ecclesiis, monasteriis, & beneficijs successores, tã cãũctim, quàm diuisim, quisque videlicet pro rata parte sua, illa omni rẽpore recuperare possint, & qui primus cęteris ab eo monitis, & negligẽtibus, iudicium intẽderit, ei soli res tota meritò vẽdicetur. Nullis verò huiusmodi successoribus, pro prædictis insistẽtibus, ac etiã de peculio aliàs quàm ex rebus ecclesiasticis confecto, locorũ ordinarij tã cãcellorũ, & relictorũ illegitimis, eorúmve causa, quàm quorumcumque aliorũ bonorũ immobiliũ, mobiliũ, & se mouẽtiũ, necnõ pecuniarũ, fructuũ, rerũ, & iurium, aliàs sub dictis testamẽtis, donationibus, legatis, & dispositionibus cõprehẽsorũ, corporalẽ possessionẽ, amotis inde & expulsis quibuscũq; detẽtoribus, siue incapacibus, siue capacibus per se, vel aliũ, seu alios, liberè apprehẽdãt, & apprehẽsam huius Sedis nomine custodiãt, donec ipsa Sedes de illis, vti tũ tulerit piorũ operũ necessitas, duxerit prouidẽdũ. Bona verò, res, & iura feudalia, vel emphyteutica (aliis legitimis ad ea fortè vocatis nõ existẽtibus) eo ipso deuoluta, & iuri, ac proprietati suarũ ecclesiarũ, & locorũ restituta, & cũ reliquis eorũ bonis cõsolidata esse declaramus. Decernentes irritũ & inane quicquid secus per quoscũq; sciẽter, vel ignorãter cõtigerit attẽtari. Nõ obstantibus cõstitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac statutis & cõsuetudinibus Ecclesiarũ, capitulorũ, cẽuẽtiũ, ordiniũ, militiarũ, hospitalium, vrbium, prouinciarum, collegiorum etiã Cardinalium, & officiorum prædictorum, iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia cõmunitis, & in Consistorio prædicto, seu cõclaui habitis, aliisque priuilegijs, indultis, & literis apostolicis ge-

A

neralibus, & specialibus, illis eorúmque, & alijs quibuscunque personis, cum quibusuis clausulis, & decretis etiam supradictis fortioribus, ac etiam disponentibus, quòd prædicta per quascumque literas numquam, aut sine consensu illorum quorum interest. reuocata, aut sublata intelligantur, & aliàs cuiuscumque tenoris existãt, per quæ præsentibus non expressa, aut omnino non inserta effectus earum impediri valeat, quomodolibet, vel differri, & de quibus quorúmque totis tenoribus, de verbo, ad verbum habenda esset in nostris literis mentio specialis, quæ omnia, quatenus prædictis aduersentur illorumue executionem disturbare possint, viribus prorsus, & effectu carere decernimus, cæteríque contrarijs quibuscunque. Quia verò difficilè nimis esset præsentes quocumque illis opus erit perferre, volumus vt earum exempla, etiam impr essa Notarij publici manu, & personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, eiusque curia sigillo obsignata: eamdem illam prorsus fidem, in iudicio & extra illud, vbique gentium faciant, quam ipsemet præsentes facerent, si essent exhibitę & ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, abolitionis, ablationis, abrogationis, voluntatis, prohibitionis, declarationis, & decreti infrigere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis, Dominicæ Millesimo quingentesimo primo, Kalen. Februarij, Pontificatus Anno sexto.

B

C

Annotationes promissas huic extrauaganti obiter adiecturus, primò noto illa ver. *Quæ noxia sunt ordini ecclesiastico.* quòd noxium est ordini ecclesiastico, vt filij ecclesiasticorum illegitimi succedant eis, quod cõfirmatur ex eo, quòd per filios eorum solet periclitari substantia Ecclesiarum;[a] & episcopi solent esse cœci erga nepotes, secundum glossam singularem.[b] Quibus consonat Concilium Tridentinum,[c] ibi, *Vt ecclesiastici omnem humanũ erga fratres, nepotes, propinquosq; carnis affectum, vnde multorum malorum in Ecclesia seminarium extat, penitus deponant,* vnde in Authent. *quomodo oportet Episcopos.*[d] constituitur, ne quis habẽs filios, vel nepotes etiam legitimos in Episcopum eligatur, sumpta voce nepotes propriè pro filijs filiorum, [e] secundum Panormitanum.[f] Quæ constitutio refertur in d. cap. *de Syracusanæ.* & mandatur in capit. *Catinensis*,[g] ne habens vxorem & filios in Episcopum eligatur, cui concordat cap. *priuſquam.*[h] per quæ Innocentius,[i] defensus ibi per Panormitanum,[k] affirmat non posse iure communi habentẽ filios eligi in Episcopum non obstante capit. *episcopus qui filios.*[l] quamuis Hostiensis communiter receptus contrarium teneat: cuius opinionem vsu receptam esse arbitror, eo quòd viderim multos Episcopos, & alios prælatos habentes filios, promotos à sancta Sede Apostolica non facta mentione de illis, nec habita, vt puto, dispẽsatione super hoc ab eadem. Quare non arbitror teneri ad renunciandum episcopatui, qui habens filium etiam illegitimũ præsentatur à Rege, etiam illud nesciente, Papæ id ipsum ignoranti. Sed negari non potest opinionem Innocentij, iuri scripto esse consonantiorem.

D

E

3 Secundo noto ex illo verbo, *Ex scandaloso.* quòd facultas dandi, vel relinquendi bona Ecclesiastica facta ecclesiasticis personis est scandalosa, & meritò quidem: quia scandalum est, dictum vel factum præbens occasionem ruinæ, secundum Hieronymum relatum à S. Thoma,[m] & constat per huiusmodi facultatem præberi occasionem ruendi in peccatum personis ecclesiasticis: Primum, volendo, & procurando habere filios fornicarios, quibus bona relinquant, quod est graue peccatum.[n] Deinde quærẽdo, & seruando filijs ea, quæ deberent distribuere pauperibus, quod esse peccatum probat præfatum [o] Concilium Tridentinum, & præfatum cap. *peruenit.* per quæ & alia multa id probauimus in præfato tra. de red. eccl. P. Tertio præbendo exemplum fornicandi alijs, dum memoriã suarum fornicationum renouant per huiusmodi successionẽ, iuxta cap. *præcipuè*, [q] ibi, *Tot mortibus digni sunt prælati, quot perditionis exempla in subditos transmittunt.*

F

* Secundum Hieronymum relatum. *D. Hieronymus lib. 2. comment. in cap. 15. explicans illa verba. Scis quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt, hæc habet quamuis non ijsdem plane verbis. Cap. verò præcipuè est sumptum ex Nicolao I. in epist. ad Lotharium regem.*

a *Cap. de Syracusanæ. 28. distinct.*
b *In cap. peruenit. 1. q 3.*
c *Sess. 25. ca. 1. de reform.*
d *§. 1. collat. 1.*
e *Leg. Iurisconsultus. ff. de grad. cogn.*
f *In d. cap. 1. de testamen. numero 3.*
g *61. distinct.*
h *28. distinct.*
i *In d. ca. 1. de testamen.*
k *Numero 2.*
l *12. quæst. 2.*
m *2. 2. q. 43. art. 1.*
n *Ca. vouentibus. 17. q. 2. & toto titul. de cohab. cleric.*
o *Ca. 1. de reform. sess. 25.*
p *Quæst. 1. monit. 42 & in d. Apologia q. 1. mon. 27. q. 11. q. 3.*

Tertio noto ex illo verbo, *Peculio.* adiunctis verbis, *Ecclesiis & pauperibus præripiatur.* infra positis, quòd peculia ecclesiasticorum debentur Ecclesiis & pauperibus, hoc est operibus piis; ita quòd ea quæ superſunt beneficiarijs decenter sustentatis debent in illa distribui: & ita hęc extrauagans sentit id quod latè confirmauimus in d. tracta. de reditib.[a] licèt enim non dicat rapi, vt dixit Bernardus, [b] dicit tamẽ prætipi, quod idem, vel aliquid maius sonat.

a *Quæstio 1. monit. 24. & 43. & in d. Apologia qu. 1. mon. 27. & 28. & seqnen.*
b *In epist. 2. col. pen. & in 42. col. 3.*

Quarto noto ex illis verbis, *Omnia priuilegia, &c.* quòd omnis facultas facta quibuscumque personis non solùm ecclesiasticis sed etiam secularibus, & non solùm singularibus, sed etiam collegiis, & vniuersitatibus, non solùm profanis, sed etiam piis ad disponendum de rebus quibuscumque non solum ecclesiasticis, sed etiam secularibus in filios illegitimos à quibuscumque Romanis Pontificibus etiam à Iulio III. est iam inutilis, & consequenter facta est moderatio facultatum concessarum ab eodem Iulio III. clericis, & Romanis curialibus testandi, donandi, & relinquendi sua peculia suis filiis illegitimis, & successionis incapacibus, quam desideramus editam, & longè amplior: nam nos solum desideramus prędictã moderationem, fieri quoad facultates, concessas personis ecclesiasticis ad disponendum de rebus ecclesiasticis tantùm in filios illegitimos proprios tantùm, & hæc extrauagans moderatur omnes facultates Apostolicas etiam concessas laicis, etiam ad disponendum de rebus profanis non solùm in prædictos filios proprios illegitimos, sed etiam in extraneos, & in filios, parentes, & cognatos omnes eorum: & non solùm facultates factas ad disponendum, sed etiam factas ad succedendum ab intestato, & capacitates indultas ad succedendum in rebus emphyteuticis, & feudalibus, & aliis quibuscumque quæsitis ab Ecclesiis, etiam concessas Ecclesiis, & aliis piis locis exceptis hospitalibus expositorũ & orphanorum, & hoc in communi tantùm omni fraude, conuentione, seu compositione cessante: & non solùm facultates concessas à Iulio III. quod solum ipse desiderabam, sed etiã facultates omnes cõcessas per ipsummet, & per quoscumque alios Pontifices maximos. Quod meritò à nobis desideratum fuit, & prudentissimè iuxta, ac sanctissimè, à prudentissimo & sanctissimo Pio V. per hanc extrauagantem cumulatissimè statutum. nam omnis occasio delinquendi est impedienda, ne detur, & si data fuerit, tollenda, [c] hinc consuetudo inuitans maritum ad dissipanda sua bona, & vxorem ad adulterandum reprobatur in cap. *ex parte.* de consuet. hinc vetatur promissio beneficiorum vacaturorum, ne detur occasio mortis alienæ captandæ, [d] hinc lex licèt suapte natura respiciat futura, [e] cùm tamen indulget aliquid; solum est restringenda ad præterita, vel præsentia tantùm, ne det occasionem delinquendi, [f] per quam ibi Bartholus & Baldus communiter recepti dixerunt, quòd statutum disponens, quòd quilibet bannitus extrahatur de banno soluendo decem, non comprehendit post illud banniendos: hinc rescripti, per quod pœna remittitur; ante commissum delictum nõ valere dixit Salicetus, [g] hinc deniq; in terminis nostris Federicus, [h] quem vitiosè allegando sequitur. Felinus: [i] cõsuluit quòd statutum non potest habilitare prolem spuriam ad parentum successionem, etiam non extantibus legitimis; ne detur occasio adulterandi, & fornicandi, quem sequutus Dominicus, [m] ait, Episcopum non posse per suum statutum filios illegitimos sui episcopatus habiles facere ad ordines minores, & simplicia beneficia: quia daret occasionẽ peccandi, licèt per dispensationẽ postea quam fuerint nati id facere possit per illum textum. Et quãuis, vt [n] diximus, contrarium eius quod consuluit Federicus tenuerit Calderinus, [o] & eum sequatur Decius, [p] cum quibusdam aliis quos ibi citat, quorum opinio in aliquot Regnis seruatur, & in puncto iuris verior etiam nobis videatur, ob quod vbi supra facultatem Iulianam seruandam esse donec reuocaretur diximus; tamen negari nõ potest multò sanctius esse contrarium, præsertim quoad ecclesiasticos, & quoad dispositionem faciẽdam de bonis & fructibus ecclesiasticis, à quibus multis canonibus arcentur illegitimi, vt etiam principium huius extrauagantis insinuat. meritò igitur fæl. re. Pius V. reuocauit in hoc præfatas facultates, per quas magna dabatur occasio polluendi se personis Deo dicatis, & sanctificatis.

c *In §. 6.*
d *Eodem.*
e *1. tim. 4. & cap. nolo 12. 9. 1. & capit. non sunt audiendi. 11. qu. 3. & l. cõueni. ff. de pact. do.*
f *Cap. 2. de consuet. prob. & ca. ne cap. tanda eodem titulo lib. 6.*
g *Ca. fin. de const. & leg. leges. C. de l.*
h *Leg. cũ lex. ff. de legib.*
i *In l. cassitius. C. de adu.*
k *Consil. 275. cujus talis est.*
l *In cap. fin. num. 13. de const.*
m *In §. 1. cap. 2. de filiis presb. lib. 6.*
n *In §. 6.*
o *Cons. 4. de const.*
p *In consil. 271. col. 5.*

Non obstat dicere, per hanc rationem iustificari quidẽ desiderium nostrum prædictum, & etiam hanc legẽ quatenus illud explet, sed non quatenus illud cumulat tollẽdo facultates concessas collegijs, & vniuersitatibus, quæ non sunt filiorum capaces, quibus per illas non datur occasio vrendi venereis, non inquam hoc obstat: quia illum cumulum non addidit causa tollendi occasionem vtendi venereis collegijs, sed causa tollendi occasionem vtẽdi eis singularibus personis ecclesiasticis, quæ poterant conuenire tacitè cũ prędictis collegijs, vt bona, quæ ipsis darent, vel relinquerent, darẽtur filijs illegitimis earũ aliqua parte sibi retenta, quæ ratio insinuatur per hanc eandem extrauagantem in exceptione hospitalium, expositorum, & orphanorum; dum limitat eam, vt solùm procedat, quum datur vel relinquitur eis in communi, & nulli eorum in particulari, idque omni fraude, & conuentione cessante. Qua eadem ratione iustificatur, quatenus vetat dispositionem in filios illegitimos extraneos & parentes, filios & cognatos eorum: id enim fecit ad obuiandum fraudi, qua clerici conuenire poterant inter se, vt alij in aliorum filios illegitimos, vel cognatos eorum disponerent, & dicere sibi mutuo, tu fac hęredem, legatarium, vel donatariũ filium meum illegitimum, vel aliquem cognatum eius, & ego faciam tuum vel aliquem cognatum illius: conuentio enim eiusmodi non poterat reprobari, tanquam simoniaca, argumento definitionis simoniæ datæ à glossa,[a] & à S. Thoma, [b] quia non fieret super spiritualibus: & ita nisi per hanc legem aliàs prohibita fuisset, iudicanda erat valida.[c]

a *In summa. 1. q. 1.*
b *2. 2. q. 100. art. 1.*
c *Arg. l. illã. C. de collat. & cap. legatur. 24. q. 2.*

Quinto noto ex versic. *Quibuscumque personis &c.* nullã esse differentiam in hoc inter personas singulares, & vniuersitates, nec inter sæculares, & Ecclesiasticos, nec inter regulares, & sæculares clericos, nec inter pia loca, & profana, neque inter episcopos & superiores etiam Cardinales, & alios inferiores: imò patificari, ita quòd per præfatas facultates non possunt disponere in præfatos filios illegitimos proprios, nec extraneos, nec cognatos eorum, nec præfatarum facultatum virtute succedere. Ex quo sequitur, quòd facultates, quas habent aliqua pia loca succedẽdi clericis ab intestato, sunt ablatæ per hãc reuocatoriam, quoad clericos habentes filios illegitimos, ea ratione, ne vt prædictum est, trans fiat legi huic, partiendo bona quæsita cum filijs illegitimis.

Sexto noto ex illo versi. *Ac pariter &c.* quòd non solùm reuocat facultates huiusmodi à se suisq; prędecessoribus datas, sed etiam datas à suis legatis. Imò & facultates factas à Sede Apostolica eis & quibuscumque alijs ad concedendum prędictas facultates: ita quòd posthac à nemine possunt concedi virtute cuiuscumque facultatis Apostolicę.

7 Septimo noto ex illis verbis. *Quòd si prædictorum &c.* quòd licèt facultates prędictę solùm sint sublatę, quatenus tangunt illegitimos filios, & non quoad alios, si tamen habentes illas vsi fuerint eis quoad ea quę tangunt filios illegitimos ipso iure sunt reuocatę, etiam quoad cętera cõtenta in eis, & quoad omnia facta virtute illarum, sicut in simili, qui Episcopus malè ordinat clericum alienum sine literis dimissorijs bene suspenditur per annum à collatione ordinum, [d] & qui malè retinet priorem parochialem obtenta secunda, quam bene retinere potest dimissa illa per capitulum. *de multa.* [e] iustè perdit vtramque, si iustè non relinquit priorem per extrauagantem, *execrabilis.*[f]

d *Cap. eos. de temp. ordin. lib. 6.*
e *De prab.*
f *Ioan. 22.*

8 Octauo noto ex versi. *Bona verò, &c.* nouum modũ quo cadunt in commissum res feudales, & emphyteuticę: nẽpe si quis illas habens disposuerit de illis virtute facultatum Apostolicarum in filios illegitimos, proprios, vel extraneos, vel cognatos eorum, quę est adnotatio addenda cap. *potuit.*[g]

g *De locat. & l. 1. de iure ęphyteut. & cap. 1. de feu.*

a De eo qui du. in mat.
b Leg. cum prator. ff. de iud. cap. nonne. de præsumpt.
c Cap. priuilegia. 3. dist. c. in his. de priuileg.
d Leg. eius militis. §. militia missus. ff. de milit. testam. & l. si quando. C. de inoff. testam.
e Cap. sunt quidam. 25. quæst. 1. l. id quod nostrũ ff. de reg. iur.
f Capit. ius naturale. 1. distinct. & l. 1. §. ius naturale. ff. de iu. & iur.
g C. de incest. nupt.
h ff. de liber. agnos.
i Cap. 13. Eccle.
k In Ethic.
l In repet. l si qua illustris. C. ad orfic. col. pen.
m Le. præcipimus. C. de appell.

19 Nono noto & colligo ex tota extrauagante id, in quo multos audio decipi, nempe quòd hæc extrauagans non reuocat iura communia, per quæ illegitimi possunt habere aliqua de bonis parentum, etiam si sint spurij, iuxta æquitatem canonicam, cap. *cum haberet*.[a] & ea quæ Panormitanus, & alij ibidem notant: solùm enim reuocat priuilegia, licentias, dispensationes, & indulta faciendi testamenta, donationes, &c. contra vel præter ius commune concessa per ipsummet Pium V. & alios omnes prædecessores eius, vt ex ea patet.

Et probatur primo: quia qui de vno dicit, de alio negare videtur,[b] & priuilegium aliud est à lege, imò est legi contrarium.[c] Ergo per reuocationem priuilegiorum, quę fit hic non reuocatur ius commune, cuius nihil meminit. Secũdo, quia facilius tollitur ius speciale, quàm ius commune.[d] Tertio, quia lege humana non potest tolli naturalis,[e] & educatio liberorũ iure naturali debetur.[f] Quartò, quia prædicta auth. *ex complexu*.[g] nullibi gentium seruatur, quatenus habet spurios filios non esse à parentibus alendos: quoniam tamquam contraria pietati naturali postponitur æquitati canonicæ prædictæ conformi iuri & pietati naturali, de qua in l. 1. & 2.[h] & supra dictum est. Quintò, quia non est verisimile, quòd Pius V. pientissimus, & iuris communis obseruantissimus, & morum ab eo exorbitantium reductionis in illud tamquam in pristinum, & probatissimum statum amantissimus, intenderit tollere legem tantæ pietatis, cùm similis similem quærat & foueat, iuxta Sapientem,[i] & Philosophum,[k] & facere contrarium esset quædam crudelitas Deo & hominibus inuisa, secundum Ioannem Baptistam.[l] Denique quòd à iure antiquo non censetur recessum; nisi quatenus id in nouo exprimitur,[m] & per hanc extrauagantem nulla recessio ab eo exprimitur. ergo.

20 Ex quo infertur iustè posse & debere clericos, non obstante hac extrauagante alere suos filios illegitimos etiam spurios nitendo iuri communi contento in d. cap. *cum haberet*. quod seruandum esse etiam in foro seculari terrarum imperij, & aliorum Regnorum, etiam non subiectorũ Papæ affirmat communis opinio post Panormitanũ,[a] & Bartholũ,[b] & videre est apud Deciũ alios citantẽ.[c] cui adde Philippum Francũ,[d] & Ioannem Lupum: [e] quorum omnium firma ratio est, quòd vt supradictum est, humana potestas, quæ minor est, non potest naturali vel diuinæ, quæ maior est, resistere.[f]

21 Subinfertur etiam, quòd clerici possunt; & debent filias suas etiam spurias dotare: quia qui potest, & debet filiam alere, potest & debet eam dotare, quum dos succedat loco alimentorum, secundum communem, præsertim Bartholi qui in his terminis hoc dicit. [g] quem cum aliis refert, & sequitur Ioannes Lupus, vbi supra. Quæ duo facere potest etiam de reditibus ecclesiasticis, argumento textus cum glossa in cap. *omnino*.[h] quatenus habet, quòd propriam vxorem, & filios sustinere debet clericus de bonis Ecclesiæ: & licèt loquatur de filijs ante clericatum habitis, idem est in filijs habitis per illicitum coitum quoad hoc; nam licèt clericus malefecerit: tamen ex quo sunt geniti non sunt perdendi, sed pascendi, & tamquam pauperes iuuandi, argumento cap. *pasce*.[i]

22 Quæ tamen omnia limitãda sunt procedere in filijs, qui aliũde non haberent quo se alerẽt: quoniam nullo iure naturali, nec humano tenetur pater alere filium habentem quo se alat, nec è contrario filius patrem idem habentem.[k]

Quamquam autem ad alia multa adnotanda copiosam materiam hæc extrauagans ditissima iuxta, ac pientissima præstabat: paucula tamen hæc breuiter nostro proposito magis congruentia sufficiant adnotasse; ne vltra institutũ excrescat præsens Commentarius; & ne iam diutius contra iussa, & rogatus quamplurimorum Summarum, & infimatum differamus editionem Manualis nostri Confessariorum, & pœnitentium, quod ex sermone Hispano in Latinum per nos ipsos traductum, ac recognitum, & quã plurimis auctum, mox (vt supra cõdiximus) euulgabimus: in gloriam Dei qui sua nos omnes infinita bonitate seruet, beẽtque æternum, Amen.

a In d. cap. cũ haberet.
b In authen. ex complexu. C. de incest. nupt.
c In cap. clerici. num. 2. de iud.
d In rub. de testa. libr. 6. col. 28.
e In repet. c. per vestras. de donat. inter vir. & vxo. §. 23. n. 12.
f Cap. inferior. 21. dist. cau. ex insinuatione. de appella.
g In l. vxorẽ. §. pater. naturalis. ff. de leg. 3.
h 31. distinct.
i 86. distinct. & cap. sicut hi. & præditi cap. cum haberet.
k Leg. si quis à liberis. §. sed si filius. & §. solent ff. de libe. agnoscen.

FINIS COMMENTARII DE SPOLIIS CLERICORVM. §. 1.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

SVbieceramus huic commentario in priore D. Nauarri operum editione opus illius inscriptum Propugnaculum apologiæ libri, de reditibus Ecclesiasticis ad S. D. N. Gregorium XIII. quod quidem opus postea auctor in commentariũ de reditibus Ecclesiasticis ita compinxit, vt ex tribus commentarijs scilicet illo de reditibus Ecclesiasticis, eiusdemque operis apologia, & propugnaculo apologiæ quod hic extabat vnum tractatum de reditibus Ecclesiasticis inscriptũ confecerit: atque adeo omnia quæ in propugnaculo habebantur, in summam cõtracta, in quæstione III. illius operis, ibi. Decimoquarto moneo quod præfatus N. apològia mea præfata perlecta misit clam me quamdam antipologiam, & reposuerit. Qui itaque vnum horum operum legerit, ambo legerit: Vnde nos quibus maximè curæ est, & labori & impẽsæ lectorum parcere: hoc propugnaculum ex hac secunda editione reiecimus ex tractatu de reditibus Ecclesiasticis vnocontentis: te etiam rogamus, vt opus illud tamquam minus necessarium, imo prorsus inutile ex hoc loco sublatum esse non indignè feras. Vale.

COMMENTARIVS RESOLVTORIVS

DE VSVRIS, ET CENSIBVS IN CAPITVLVM

Si fœneraueris. 14. Quæst. 3. iam pridem sermone Hispano compositus à Martino ab Azpilcueta Doctore Nauarro, & nunc ab eodem latinitate donatus, defœcatus, & auctus.

Auguſt. ſuper Pſalmo xxxvi. concione iij.

SI fœneraueris homini, id est, si mutuo dederis pecuniam tuam, à quo aliquid plus, quàm dedisti expectes, non pecuniam solam, sed aliquid plus, quàm dedisti: siue illud triticum sit, siue vinum, siue oleum, siue quodlibet aliud; si plus, quàm dedisti expectes accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius est, qui plus, quàm dederit ex mutuo sperat.*
1 *Vsurarij sunt quidam creditores in ædes debitorũ diuersantes.*
2 *Vsuræ verbum quid significet.*
2 *Doctor Sotus laudatus.*
3 *Creditum duplex, & vtrumque gratuitum.*
3 *Vsura aperta in cuiusmodi credito reperiatur.*
4 *Vsura palliata inueniri potest in omni contractu, in quo solutio anticipatur, vel differtur, cum exemplis.*
5 *Pretium rei iustum non consistit in indiuisibili: immo habet latitudinem summi, infimi, & medij.*

PRIMO noto ex hoc capite, id quod præcipuè D. Augustinus per illud intendit, siue summam eius, quæ secundum maximum illum Magistrum Gratianum, huius magni voluminis, quod Decretum appellatur auctorem, est hæc: *Qui plus, quam dederit accipit, vsuras expetit.* quæ parum contextui eius congruit, ob multa, quæ non expedit referre, & videtur aptior ista; *Qui aliquid vltra id, quod mutuo dat, expetit, quidquid illud sit, vsurarius est.* Quod ipsum confirmat Hieronymus,[a] in illis verbis: *Vsura appellatur, quidquid illud est, si ab eo, quod dederint, plus acceperint.* Et id ipsum affirmat S. Ambrosius, [b] desumpto ex commentarijs eius in Tobiam, per illa verba: *Neque*, inquit, *vsuram escarum accipies, neque omnium rerum. Item esca vsura est, & vestis vsura est, & quodcumque accedit sorti, vsura est. Item si quis instaurandum cõuiuium putat, ad negotiatorem mittit,* * *vt absynthiaci cupellam deferat sibi gratis: ad cauponem dirigit, vt Picenum vinum, aut Tyriacum requirat: ad lanium vt hyllam sibi procuret, ad alium vt sibi poma adornet.* Hæc ibi: pro verbo *hyllam* videtur habuisse in suo libro Archidiaconus *vuluam*, vel *vber*, vel *hyliam*; sed castigatior videtur litera hæc, habens *hyllam*, quę est interstinum fartum, quod lanij solent in delicias, & xenia parare. Id ipsum confirmat Concilium Agathense, [c] quibus cõsentiunt multi canones, & leges, quæ [illegible] Codicis, & Digestorum, Decretalium Sexti, & Clementinis, & hac eadem causa,[d] & alibi sæpe habentur: licet enim non omnes vsuram damnent, lucrum tamen illud vltra sortẽ, vsurã appellãt. Ex hoc notab. modo prædicto cõfir-

a In c. sequẽti ex commẽtarijs eius super Ezechielem desumpto lib. 6. cap. 18.
b In cap. 3. inf. eod q.
c In cap. vltim. infra eod. quæst.
d Quæst. sequen.

A mato facile colligi potest, rectè nos respõdisse in Lusitania vsurę peccatũ admisisse quosdã, qui morãtes in ciuitatib⁹ mutuabãt tenuioribus multis pagos, & vicos colentibus quasdam paruas pecuniarum summas, quas non exigebãt vsque ad messem, nec in ea si erat copiosa: sed quasi beneficium eis largientes differebant exactionem dicẽtes: nolumus vobis nunc incommodare, & interim euntes, & redeuntes frequenter ad sua negotia in eorum pagis gerenda diuersabãtur in eorum domibus cum suis equitijs gratis prandendo, cœnando, & cubando, nunc in horum, nũc in illorum domibus; & postea adueniente messe ita exigua, vt esset verisimile grana Maio, sequenti futura cara, exigebant debita; ob quæ miseri agricolæ non habentes aliud, quod soluerent, dabant frumenta, & alia grana eis in solutum duplici nomine grauati: nempe quod multis diebus eos hospitio gratis susceperint, & quòd cogebantur soluere, quando non poterant, nisi granum, quo multum egebant; dãdo in solutum, cum prius commodius soluere potuissent, si fuissent exacti, argumento eorum, quæ diximus in Manua. Confessa.[a]

a Cap. 17. nu. 225.

* Vt absynthiaci cupellã. *Multa sũt in his D. Ambrosij verbis, quæ antiquitatem redolent, de quibus solum annotabo quæ in decreto habentur, nempe vinum absynthiacum esse aptum conuiuijs instaurandis, eo quod coctionem acceleret: cuius meminit Dioscorides & Lãpridius de Hetio Gabalo inquit rosato atque absynthio vulgus ad bibẽdũ immutauit. Quod attinet autem ad hyllam, scisendũ in antiquiore D. Ambrosij editione haberi hyllam: habet, Est autem bilia teste Airone in Horatio (qui Satyra 4. l. 2. sic scribit, Perna magis ac magis hyllis, flagitat in morsus refici) salsum intestinum hirci, alij fartum salsitium esse dicunt, & diminutiuum ab hira quod est intestinum ieiunium. Vt ait Festus. Porro vuluã legit romana postrema editio, quam è sue exactam maximè in deliciis fuisse apud Romanos scribit Plinius, & Atheneus lib. 3. Deipnosop. & Martialis scribens, Me materna graui de sua vulua capit.*

2 Secundo noto, quod quamuis hoc verbum, vsura, originatia significatione vsum cuiuslibet rei significet, iuxta illud Cicer. pro Rabirio: *Vsuram huius lucis, &c.* Tamẽ iuxta significationem, quam hic, & in alijs iuribus, & Doctoribus, tam Theologis, quàm Canonistis communiter habet significat lucrum prouenies ex contractu mutui, & Græcis dicitur τόκος, id est, partus; quia eum mutuum parit, & Hebræis appellatur morsus, quo mutuans mutuarij mordet. Ex quo quidam recentiores intulerunt, quoddam falsum * post quos, & etiam nos, latius scripsit de hac eadem re Dominicus Sotus illustrissimi ordinis Dominicanorũ clarissimum decus. [b] Cuius dicta magis erudita, quàm praxi, & vsui accommodata gratia breuitatis prætermitto.

b Li. 1. qu. 1. art. 1. de iust. & iure.

3 Tertio noto, omnia mutua gratuita esse debere: quia omne creditum, quod vulgus Hispanum appellat, *præstando*, est tantum duplex. Alterum, quod latine dicimus commodatum; per quod rei creditæ dominium non transit in commodatarium; immo eadem res in specie, vt iurisconsulti loquuntur, siue in individuo, vt Logici est, commodanti reddenda; cuiusmodi est concessio mulæ ad deambulandum; de quo quidem mutuo dictum est in prædicto Manual. [a] & debet esse gratuitum, iuxta glossam. [b] Alterũ est mutuum, per quod dominium rei creditæ trãsit in mutuatariũ; quòd non est reddendum in re eadem specie, & individuo, sed in eodem genere; vt colligitur ex textu & glossa, [c] & ideo, hoc creditum dicitur proprie mutuũ; quia per illud meum, fit tuum, vt ait Vlpianus, [d] & debet esse gratuitum, sicut commodatum, iuxta glossam receptam in c.1. de commo.

4 Quarto noto ex illis verbis, *mutuum dederis, &c.* quod clara, & aperta vsura non committitur, nisi in credito secundi generis prædictorum, scilicet mutuo; & consequẽter, quod sicut clarum mutuum non contrahitur, nisi in rebus, quæ vsu consumuntur, & in pondere, numero aut mensura consistunt; puta, pecunia numerata, vino, oleo, tritico, & id genus aliis, quæ vsu consumuntur, [e] ira clara vsura non nisi in huiusmodi rerum contractibus inuenitur. Et consequenter, quod quemadmodum mutuum palliatum, siue occultum in omnium rerum contractibus inueniri potest: sic etiam vsura palliata, & occulta in illis omnibus inueniri potest; quin etiam reperitur in omnibus illis in quibus ob solutionis tempus dilatum plus iusto pretio rigido, & summo accipitur: aut ob anticipatam solutionem datur minus iusto pretio pio & infimo. [f] Exẽplum primi; vendo tibi domum, cuius iustum pretiũ summum, & rigorosum sunt centum, & quia do tibi vnum annum ad solutionem eorum faciendã, vendo tibi eam centum, & decem: in hoc casu, vt mutuum palliatum contrahitur; ita & vsura palliata inuenitur. perinde enim est, ac si mihi mutuo dares centum aureos numeratos, quos rursum tibi ad annum crederem; vt eo transacto centum, & decem redderes. Exemplum secundi, conduco, vel emo à te fructus, aut prouentus tui beneficij; aut primigenij, aut alicuius oppidi; pagi, aut alicuius dominij: cuius iustum pretium, pium, & infimum sunt mille aurei: & ob anticipatam solutionem anni vnius conduco, vel emo noningentis; perinde enim est, ac si ante annũ mutuarem 900. vt in fine illius redderes mille. Non autem otiosè in exẽplo primo verbis illis, *iusto pretio*, addidimus verbum infimum, *& pium*; quia sicut etiam diximus in Manua. conf. 8 dare minus pretio iusto, summo & rigoroso ob anticipatam solutionem, non est vsura, nec peccatũ, modo detur iustum, medium, vel infimum, siue pium: neque accipere iusto pretio infimo, siue pio, vel medio propter dilatam solutionem: modo non accipiatur plus summo siue rigoroso.

5 Pro cuius rei clariori intelligentia memorandũ est id, quod etiã posuimus in præfato Manual. [h] & cum primis dicit Scotus, [i] pretium nempe iustum non consistere in indiuisibili, immo habere latitudinem; cuius extremum inferius appellatur pium, & superius rigorosum, & quod inter illa duo interiacet medium, vel moderatum. verbi graria, vnius vlnæ panni iustum pretium dicentur decem Iulij, vno plus, vel minus. ita quod vndecim erunt rigorosum, nouem pium; & decem. & quodlibet aliud interiacens medium, vel moderatum. Præfatorum quatuor notabilium summa inseritur præfato Manual. [k]

SVMMARIVM, 5. & 6. notabil.

6 Vsura quid, cum sua definitione exacta.
6 Peccatum vsuræ quid.
6 Vsura nõ est lucrũ spirituale, aut quasi spirituale amicitiæ, &c.
7 Vsuram esse illicitam, & peccatum mortale est de fide.
8 Vsura prohibita etiã in noua lege, etiã in specie, etiã mentalis.
9 Sanctus Thomas intellectu angelico donatus.
10 Caroli Molinæi erroris primus proditor vbi fuit auctor. & 11.
12 Vsura realis, & mentalis, & cur ita dicantur.
13 Simonia mentalis ad restitutionem non obligat.
13 Peccatum mentale vsuræ, vt differt ab vsura mentali.
14 Vsura nunc magis, quàm vmquam antea verbis execrata, vt verò magis quàm vmquam opere exerceatur palliata.

6 QVinto noto, ex mente huius cap. quod aliud est vsura, aliud peccatum vsuræ. Peccatum enim vsuræ est ipse appetitus, vel acceptio lucri, illiciti ex mutuo, siue propositum accipiẽdi illud, quod in hac materia, vt prædictum est vsura appellatur: vsura verò est ipsum lucrum illicitum, quod appetitur, vel accipitur. Et quamuis à multis diuersis, modis iuxta præfatam significationẽ definiatur: apertius tamen, & accommodatius verbis huius ca. & aliorum multorum huius causſæ, [a] & aliorum, de vsuris, & glossarum. & DD. tam Theologorum, quam Canonistarum, Goffredi Hostiensis & aliorum, [b] definiri potest sic.

Vsura est lucrum pecuniæ æstimabile suapte natura, principaliter, vi mutui veri, vel pacti quæsitum, vel sperati. Dixi, *lucrum*, pro genere. Dixi, *pecuniæ æstimabile suapte natura*, ad differẽtiam lucri non æstimabilis suapte natura pecuniæ, tum ad includendum beneficium Ecclesiasticum, quod licet non sit iure pecuniæ æstimabile, est tamen sua natura tale, vt mox dicetur: tum ad excludendum lucrum rei spiritualis meriti, & gratiæ; quod mutuans in statu gratiæ, quando, & quomodo, & cur oportet, quærit apud Deum; iuxta illud, *Beatus vir, qui miseretur, & commodat. siue mutuat.* Et illud Euangelij, [c] *Centuplum accipietis, &c.* quod propriè non est vsura: licet aliquando metaphoricos sic dicatur, [d] vt ait S. Thomas receptus. [e] Quale est secũdo omne lucrum quasi spirituale, vel simile spirituali, virtutis, & amicitiæ; quod mutuando quæritur: & non est vsura: quia suapte natura non est pecunia æstimabile; licèt multi pluris æstiment amicitiam, quam mutuando quærunt quam pecuniam, quã ab vsurario quærerent, propter similis pecuniæ mutuum. Dixi, *vi mutui*, ad differentiam eius, quod ratione veri interesse lucri cessantis, vel dãni emergentis accipitur; quia illud non est vsura, iux a glossam singularem & receptã. [f]

Dixi, *veri, vel palliati*, ad includendum lucrum, quod de mutuo palliato quæritur.

7 Sexto noto ex illis verbis. *in hoc improbãdus*, quod lucrũ vsuræ est illicitum, & eius appetitus suo genere peccatum mortale: adeo vt contrarium asserere sit hæresis. [g] & vetitum non solum iure humano, sed etiam naturali, & diuino veteri, & noui testamenti. Tum quia id sensit Concilũ Lateranense, [h] & Alexander III. [i] quidquid Alexãder Imolensis, [k] & alij citati ab eo dicant: tum quia prohibetur septimo præcepto Decalogi, *Nõ furtum facies*, [l] quo omnis rei alienæ illicita vsurpatio; qualis est vsura, prohibetur. [m] Tum quia iustitiæ naturali aduersatur, quatenus capitur, vt fructus rei, quę non est capientis ratione dominij directi, nec vtilis, nec vsufructus, neque vsus, neque alterius iuris, vel seruitutis. nã vsurarius quærit illud ex re mutuata, quam mutuo dedit, quę per mutuũ desinit esse omnino mutuantis, & fit omnino alterius. [n]

8 Tum quia in multis locis veteris testamenti, [o] specialiter est prohibita, & cum illa prohibitio non esset cæremonialis, neque iudicialis; sed moralis, etiam in nouo permanet, iuxta §. fi. [p] vbi glossa notabilis: & colligitur ex S. Thoma. [q] Tum quia etiam in Euangelio, [r] per illud, *Mutuũ date nihil inde sperantes*: specialiter prohibita est, vt præfatũ Concilium Lateranense, & præfatus Alexander III. [s] signi ficauerunt; quatenus aiunt eam vtriusque testamenti pagina damnari: & satis constat, eos non intellexisse de generali damnatione septimi præcepti, *Non furtum facies*. Tũ quia Papa Vrbanus id affirmauit, [t] allegando illud Luc. [v] *Mutuum date nihil inde sperantes*. Tum quia non obstat, quod Carolus Molinæus impius. [x] & Sotus pius, [y] dicant præfatum illud Lucæ, *Mutuum date, nihil inde sperantes*, (quod Vrbanus ad id adduxit,) id non probare, dicentes, quòd solũ consulit, & non præcipit sine vsura mutuare. Primo quidẽ quòd quamuis prior pars eius, scilicet, *Mutuum date*, cõmuniter contineat consilium; posterior verò, scilicet: *Nihil in de sperantes*, semper cõtinet præceptum, ne qui mutuat aliquid amplius expectet: & prædictum Concilium & Alexander III. sanxerunt, & Vrbanus expresit, & S. Thomas ita declarauit. [z]

9 Secundò quòd alioqui dicendum esset, Papam Vrbanum errasse; aut certè incogitanter respondisse adducendo illud Lucę. & consequenter, Gregorium nonum dormi-

a *Cap. 17. nu. 282.*
b *Cap. 1. de commod. & tot. tit. ff. commod.*
c *Leg. 2. in prine. & §. 1. ff. de reb. credit.*
d *In l. 2. §. appe. ff. eo.*
e *Inst. quib. mod. re contrah. oblig. in prin.*
f *Cap. consuluit. & c. in ciuitate. de vsur. & c. ad nostram de emptio.*
g *Ca. 17. nu. 128. & c. 23. nu. 79.*
h *Ca. 23. nu. 79.*
i *In 4. di. 15. q. 2.*
k *Ca. 17. nu. 206.*

a *Quæst. 2. & 4. & c. quomam. c. in hoc ca. quid dicã. ea. caus. & c. consuluit.*
b *In summis, & in lib. 4. sent. dist. 15. & in rubricis de vsuris.*
Psal. 111.
c *Matt. 19.*
d *Luc. 19.*
e *In 2. 2. q. 78. ar. 1. ad 1.*
f *In c. conquestus. de vsur. facit c. 2. & c. salubriter. de vsuris.*
g *Cle. 1. de vsuris.*
h *In c. quia in omnib. de vsur.*
i *In c. super eo. tit.*
k *In cons. 1. lib. 2.*
l *Lata Exod. 20.*
m *Ca. penale. 14. q. 3.*
n *Leg. 2. §. appel. ff. de reb. cre. Inst. quib. mod. rei contrah. obl. in princip.*
o *Deut. 23. Ezechie. 18. & Psal. 43. & 71.*
p *Dist. 6.*
q *1. 2. q. 94. art. 5. ad iuncta q. 100. ar. 1. & 103. art. 3. 104. art. 3.*
r *Luc. 6.*
s *Vbi supra.*
t *In dicto cap. cõsuluit. eod. tit.*
v *Cap. 6.*
x *De cõmerciis num. 11.*
y *Lib. 6. q. 1. de iust. & iur.*
z *2. 2. q. 78. art. 1. ad 4. in prima respõsione.*

dormitasse reponendo eius responsum in Decretalibus libro adeo authentico, & D. Thomam angelico intellectu donatum torpuisse declarando, vt prædictum est, præfatum elogium Lucæ. nam Vrbanus non solùm asserit, quod colligitur: sed etiam quod apertè colligitur ex illo Lucæ peccare eum, qui ad vsuram mutuat; & non solum peccare, qui mutuat cum pacto accipiẽdi aliquid amplius sed etiam eum qui mutuat sine pacto, sed cum sola intentione accipiendi aliquid amplius. Et quòd is non solũ peccat, sed etiã tenetur ad restituẽdũ illud plus receptũ.

Tertio quòd aliud Concilium recentius Lateranẽse, [a] in bulla, quam approbante Concilio, Leo 10. tulit super approbatione montium pietatis, expresè ait, illud Lucæ continere apertum præceptum vsuram prohibens.

Quarto quòd nisi auctoritas illa sic intelligeretur, posset quis tueri, non esse peccatum mutuare cum tali intentione, sine pacto expresso, aut tacito; sicut non est simonia renunciare beneficium cum principali intentione, vt suo nepoti detur, cui, nisi crederet illi collatum iri, non renunciaret, modo non adsit pactum expressum, aut tacitum, iuxta glos. sing. [b] Panorm. [c] Felin. [d] S. Anton. [e] quod etiam Syluester & alij dixerunt. * & nos tradimus latius in Manua. Conf. [f] Quòd autem id sequeretur, ex eo colligitur, quòd nullo alio loco iuris diuini videtur probari: quod autem hoc non sit tenendum, constat ex omni Catholicorum sententia expressa, vel tacita.*

10 Quinto quia nisi illud Lucæ intelligeretur ita, vt ab Vrbano declaratur; aliqui tenerent, quòd licèt quis peccet cum tali intentione mutuando: ad restituendum tamẽ acceptum non teneretur, vt parum quidem pudenter, & nimium pertinaciter prædictus Carolus Molinæus, [g] ausus fuit tenere, existimans se prædicta responsione definitionem dicti Vrbani, [h] eneruare, citans in id aliquos, qui aut id non dicunt, aut facile in nostram sententiam exponi possunt, tam periculosum est incipere mutare per nostras præcoces imaginationes id, quod Sãctissima Sedes Apostolica matura deliberatione cõstituit. Quare suscipientes, & reuerentes præfata duo Concilia, & præfatos duos Pontifices Maximos, concludimus, vsuram esse prohibitam specialiter iure diuino Euangelico; non solùm admissam cum pacto expresso, aut tacito recipiendi aliquid amplius: sed etiam sine vllo pacto cum spe, & intentione principali aliquid amplius accipiendi: quod huius capit. contextus duobus locis sensit, in quibus verbum *expectes* ponitur. Siue asseramus leges Romanas ciuiles vetare vsuras saltem implicitè, vt communis opinio asserit, iuxta late tradita à Ioãne Andrea, [i] à Panormitano & aliis, [k] siue asseramus eas permittere cum moderamine, l. eos. C. de vsuris.

11 Quare non video quomodo ab hæresi, aut ab eius suspicione excusari possit Carolus Molinæus vbi supra, [l] ibi: *fremant omnes licet, ego solius veritatis, &c.* qui cum magna laude impij Philippi Melanctonis & maiori cũ grauissimorum Auctorum irreuerentia & nimia sui iudicij confidentia ausus fuit affirmare, licitas esse vsuras moderatas per illam l. *eos*, hoc textu & toto iure canonico non obstante; * cuius impudentiæ, & erroris damnatores proditoréque nos fuisse primos in celeberrimis Hispaniarum Academiis credimus, & gaudemus. quamuis, quia nondum erat tunc eius impietas adeo manifesta, modestius quàm ipse merebatur, eum notauerimus.

12 Septimo noto ex illo verbo, *expectes*, bis iterato, adiunctis c. *debitores*, [m] & c. fi. [n] & aliis multis, vsurã diuidi in vsurã realẽ, & mentalẽ. Realis est vsura, quæ ex pacto tacito, aut expresso recipitur. Vsura verò mẽtalis est vsura, quæ accipitur sine pacto expresso, nec tacito ex mutuo facto intentione principali recipiendi eam, iuxta mentẽ omnium. [o] Vnde sequitur, vsuram mentalem non dici mentalem ob eandem rationẽ: qua alia peccata mentalia communiter dicuntur mentalia. Alia enim dicuntur mẽtalia, eo quòd sint interioris volũtatis, sine verbo, & opere consecuto; vt homicidium mentale dicitur voluntas occidendi mente, non consecuto opere, [p] & furtum mentale voluntas furandi non secuto furto. [q] Mentale verò & reale dicitur quando vtrumque concurrit: & cõsequẽter vsura mentalis communiter non appellatur menta-

a *Sess. 10.*
b *Cap. ordinationes. 1. q. 1.*
c *In ca. dilecto. de præbẽ.*
d *Ca. ad audientiam. 2. col. 4. de rescrip.*
e *2. par. tit. 1. ca. 5. §. 11.*
f *Ca. 23. nu. 107.*
g *Vbi supra nu. 7. & 11.*
h *In d. c. consuluit.*
i *In Mercuria. regula peccatum. de reg. iuris. lib. 6.*
k *In c. cum sit generale. de foro compen. à num. 7. nu. 11. & nu. 515.*
m *De iureiu.*
n *De vsur.*
o *In c. consuluit. de vsur. & c. fi. de semo.*
p *periculoso. c. homicidiorum. ca. noli. de pœn. di. 1.*
q *Cap. si proterea. & c. si cui. de pœn. d. 1.*

a *In l. si hæres. & item. ff. ad leg. falcid.*
d *De asse, lib. 1. fol. 24.*
c *Lib. 3. dispunct. c. 1.*
f *l. vt nullo. C. de vsur. & placuit. ff. eod.*
g *Super c. fi. de vsur.*
b *§. 1. C. de vsuris.*

lis, eo quòd sit voluntas committendi vsuras sine opere consecuto: sed eo, quòd capitur sine pacto expresso, aut tacito ex sola mentis intentione, qua mutuans mutuat, vt aliquid amplius sibi reddatur. Vnde infertur, quòd aliud est peccatum vsuræ mentale, & aliud vsura mentalis, vsura quippe mentalis est illa, quæ supra proximè definitur. Peccatum autem mentale vsuræ est voluntas exercendi, vel recipiendi vsuras receptione non secuta, neque opere consecuto. Nam sicut omne illud peccatum quod opere perficitur, diuiditur in mentale tantùm, quod est voluntas peccandi absque verbo, vel opere: & mentale & reale, quod est voluntas peccandi verbo, vel opere consecuto: ita & peccatum vsuræ est duplex, mentale tantum, quod est voluntas quærendi vsuram opere non secuto: & mentale & reale, quod est voluntas eam quærendi opere subsecuto. Sciẽdum autẽ est nullum peccatũ vsurę mentale, quantumuis mẽtale sit illud, si nihil accipiatur ad restitutionem obligare, & cõtra omnẽ vsuram receptam, quamuis solùm sit mentalis, id est recepta sine pacto tacito, nec expresso, cum intentione principali recipiendi eam, obligare ad restituendum: licèt simonia mentalis, ad id non obliget, vt probamus in commentario resolutorio capit. fin. [a] quem recognoscendo Manual. Confess. sermone Hispano, vnà cum hoc composuimus, & nunc latinitate donatus suo loco ponitur *.

Ex quo infertur, quòd cùm Doctores disputant de vsura mentali, an obliget ad restituendum, non quærunt de peccato mentali vsuræ, certum enim est, illud non obligare, sicut nec vllum aliud peccatum mentale tantum ad restitutionem: sed disputant, an vsura mentalis, siue lucrum quæsitum ex mutuo sine pacto cum intẽtione principali ob illud facto obliget ad illud. Infertur etiam, quòd inuenitur, & frequenter, peccatum mentale tantùm vsuræ mentalis. quippe multi sunt, qui volunt mutuare mente, ac intentione principali recipiendi aliquid amplius, sine vllo pacto, & tamen non mutuant. Per quod quidem apparet, quantum differat vsura mentalis, à peccato mentali vsuræ, cùm illa sit frequenter obiectum huius, quæ planè hactenus, quod sciam, nullibi fuerunt sic declarata.

14 Octauo noto ex hoc capit. & eius pessima observatione, mirandum esse, quòd cùm totus orbis Christianus nunc magis quàm vmquam vsuram damnet, & dicentem eam licere, hæreticum iudicet, maiores tamen saltem palliatas dissimulat, quàm lex ciuilis olim permittebat per l. *eos*. [b] maxima enim vsurarum, quas illa lex permittit est centesima, quæ centum mensibus ipsam sortem exæquat. Quod diligenter, & copiosè ostendit Bartholomæus Socinus [c] cui concordat Budæus [d] & Alciatus [e] & alij recentiores alibi. Ita quòd sors pariat vnum in vnoquoque mense, & duodecim in anno, & eam non permittit, nisi in pecunia traiectitia, sortis periculum in se suscipienti: aliis mercatoribus duas partes centesimæ concedit, hoc est octo pro centum in anno: & aliis hominibus vulgaribus dimidiam centesimæ, hoc est sex pro centum in anno: & nobilibus tertiam partem, quæ sunt quatuor pro centum. Nunc tamen permittuntur saltem palliatæ tam grandes, vt interdum sors pariat decem, & amplius pro centum ab vnis nundinis in alias: quæ tamen tres, aut quatuor in anno occurrunt: & ita centum pariunt triginta, & amplius in anno. Item antea ex vsuris vsuræ non capiebantur, [f] at nunc de cambiis recambia exiguntur. * Neque obstat, quod multi respondebunt, non recipere se ista pro vsuris, sed pro interesse, aut cambiis: quia non omnes, qui mutant nomen, rem ipsam mutant. Qua quidem de re in commentario resolutorio de cambiis, [g] alsius tractamus: atque veritate coacti addemus quædam, quæ facile terreant multos in cambiorum lucra infrænatè, intrepidéque anhelantes.

SVMMARIVM.

15 Vsuræ quæ definitio aptior.
16 Vsura etiam mortifera capere quidquam pro bono opere mutuandi, licèt non capiatur pro vsu rei mutuatæ.
17 Vsura simoniaca mutuare ob beneficium.
18 Vsura, vt inuenitur sine pacto, & voluntate paciscendi.

19 *Vsura non est mutuare cum intentione minus principali lucri contra quosdam: mutuare autem cum intentione principali lucri sic contra alios.*

20 *Finis minus principalis esse potest id, quod nequit esse principalis.*

a *Not. 5. nu. 6.*

SNono noto, quòd non absre diximus supra, [a] definitionem vsuræ ibi datam clariorem, iuribúsque aptiorem esse; quàm sint quædã aliæ. Illa enim, quã Ioan. Maior dedit, [b] scilicet, quòd est *volitio, seu voluntas accipiẽdi lucrum vi mutui*, non est satis apta: quoniã non definit vsuram, sed peccatum vsurę; inter quæ magnã esse differẽtiã prędiximus supra. [c] Illa item noua, quã post nos dedit præfatus celebris Doctor Sotus, [d] quãque potuit decerpere ex quodã dicto S. Tho. [e] Vsura nępe *est pretium vsus rei mutuatæ*, non videtur esse apta.

b *In 4. li. 37. di. 15. qua. 2. col. 1.*

c *Num. 13.*

d *lib. 6. qu. 1. de iust. & iure.*

c 2. 2. qu. 78. art. 2.

Tú quia datur verbis in hac materia inusitatis, & rem ipsam obscurantibus; vocabulum enim, pretium, in hac materia parum vsitatũ est: tum quia sequeretur, quòd nó esset vsura mutuo tibi dare centum aureos, vt in fine anni reddas mihi centum & decem; non propter vsum eorum, qui per mutuũ facti sunt tui; sed propter bonum mutuãdi opus, quòd meum est; quia nihil reddis pro pretio vsus rei mutuo datæ: sed in prẽmium operis mei boni, quod tamẽ est contra mentem omniũ post & ante S. Tho. [f] Tú quòd mutuare ad obtinendum aliquod beneficium Ecclesiasticum est dare ad vsuram, vt mox dicetur; beneficium tamen non est pretium, nec iure pretio æstimabile, iuxt. glo. celebrem, [g] vbi eam cõmẽdat Panormitanus & Ludou. [h] licèt suapte natura sit æstimabile, vt infra dicetur. Et quãuis ad hoc responderi possit, sæpe pretium pro prædicto vsurpari, iuxta illud Terent. [i] *Ego ob stultitiam pretium fero.* replicari tamen potest, quòd ratio cui definitio illa nititur, concludit illud pro pretio vsus assũmi.

f 2. 2. qu. 78. art. 1.

g *Cap. corã. de offic. dele gæ.*

h *Sing. 613.*

i *In Andr.*

17 Præterea noto, quòd quamuis mutuare communiter sit consilij; saltem quando extrema necessitas non adest: nihil tamen sperare principaliter vltra rem mutuatam præcepti est; quamuis non sit mortiferum, quando quod speratur exiguum est: quemadmodum nec furtũ rei exiguæ nõ est nisi veniale iuxta doctrinam S. Tho. [k] quã in Man. latius declaramus. colligitur itẽ mutuare principaliter ob beneficiũ Ecclesiasticum obtinendũ esse vsurã: quia licet tale beneficium non sit iure pecunia æstimabile, secundum glos. celeb. [m] est tamen suapte natura tale, cùm sit ius percipiendi fructus, & prouentus aliquos, secundum Calderinum recep. [n] latius declaratũ à nobis. [o] Et ad hoc, vt vsura cõmittatur, sufficit, vt accipiatur, vel speretur principaliter lucrum rei suapte natura pecunia æstimabilis, licèt à commercio rerum æstimabilium à iure separetur. Quemadmodum etiam omnes res consecratæ, licèt dicantur iure inæstimabiles, eo q̃ eas lex à cõmercio hominum remoueat, [p] suapte natura tamen sunt æstimabiles; & qui mutuaret ob eas quærẽdas vsurarius esset. Neque planè obstat, quòd hoc peccatum sit simonia, argumento definitionis simoniæ, datæ à gloss. summæ, [q] latius declaratæ per nos in Manual. conf. [r] quia eo, quòd sit simonia, nõ desinit esse vsura; immo est vsura simoniaca, vel simonia vsuraria: & consequenter erit re ipsa duplex peccarum, aut vnum cum circunstantia necessario confitenda; iuxta ea, quæ post alios diximus in prædicto Manual. [s] Colligitur etiam, peccatum vsurę reperiri posse sine pacto expresso, aut tacito accipiendi aliquid vltra rem mutuatam: immo, & sine vlla voluntate paciscendi, mutuando scilicet cum sola intentione principali recipiendi ob id aliquid vltra rem mutuatam, per prædicta, quod inducit etiam oligationem restituendi, vt Papa Vrbanus declarauit, [t] cuius quidem sanctam declarationem non fuit veneratus, vt debuit immodestus Carolus Molinæus. [v]

k 2. 2. qu. 66. art. 6.

l *Cap. 17. n. 2. & in Commen. c. fi. 14. q. 4.*

m *d. ca. corã.*

n *In c. in nostra de reseri.*

o *In rubr. de prob.*

p *L. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. §. sacra. inst. de rerum diuis.*

q *1. quæst. 1.*

r *Cap. 23. nu. 99.*

s *Capitul. 6.*

t *In d. c. cõsuluit. de vsur.*

v *De cõmerciis. nu. 11.*

19 Decimo, noto ex textu, & prædictis, vsuram requirere pactum expressum, aut tacitum, aut intentionem principalem lucrandi aliquid ex mutuo. Nam minus principalis, & secundaria intentio lucrandi non sufficit ad constituendam vsuram; licèt nouè tenuerit opositum Dominicus Sotus, [a] dicens vtramque intentionem vsuram constituere, quod minus bene dictum est. Primo quidem, quòd contrarium tenent glossa & Innocentius [b] ab omnibus fere Theologis & Canonistis receptus distinguentibus inter intentionem principalem, siue primariam, & minus principalem, siue secundariam, excepto Molinæo vbi supra, qui alterum extremum amplexus ait, neutram, nec principalem, nec minus principalem obligationem restituendi vsuram sine pacto inducere. Secundo, quod Caietanus [c] (cuius quãdam sententiam per eam suum dictum firmando Sotus laudat) statim in quæst. sequenti, quæ quarta est, expresè id, quod glossa & communis tenet, immo, & in illa ipsa quæst. 3. vbi ponit sententiam, qua se iuuat Sotus, concordat communi, in illis verbis: *Oculus siniſter, seu spes secundaria, potest dirigi circa aliquam remunerationem*, quin & si satis perpendatur, significat numquam de hoc D. Thom. dubitasse. Tertio quòd id satis probant capit. *si officia.* [d] & capit. *quid prodest.* [e] cum suis glosis per quæ communis id affirmat, quatenus significant, id quod eorum glossæ expresè habent, scilicet licere seruire ecclesiæ, & Prælato cum spe minus principali, siue secundaria obtinendi aliquod beneficium, licèt non cum principali, & primaria.

a *lib. 6. q. 1. de iust. & iure.*

b *In d. c. cõsuluit. de vsur.*

c *Tomo 3. q. 3. de vsuris.*

d *59. dist.*

e *61. dist.*

20 Quarto quòd quamplurima sunt, quæ quamuis non possint esse fines principales, & primarij operis, possunt tamen esse minus principales, & secundarij: verbi gratia, Non licet dicere missas, & diuina officia audire principaliter propter distributiones quotidianas, minus tamen principaliter sic: iuxta glossam singularem receptam. [f] Non licet item amare Deum principaliter propter aliud, quia est vltimus finis, & ideo propter se ipsum tantùm amabilis, vt post S. Thomam [g] diximus alibi: [h] nec consequenter licet ei seruire principaliter propter aliud: quia id esset facere de vltimo fine medium: licet tamen amare Deum minus principaliter propter aliud, & seruire illi minus principaliter propter remunerationem, iuxta illud. [i] *Inclinaui cor meum ad custodiendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem.* Adeo quòd Concilium Tridentinum [k] anathematizat eum, qui dixerit peccare iustum, qui Deo intuitu præmij seruit: quoniam tam merces temporaria, quàm æterna assumi potest in finem minus principalem, & secundarium, modo in principalem, & primarium vltimúmque finem præfigatur ipse Deus solus digniſsimus, qui suo ipsius solius intuitu ametur, & colatur.

f *Ca. 1. de theric. non resid. lib. 6.*

g *2. 2. qu. 27. art. 1.*

h *In cap. cum minister. 23. q. 5. nu. 4.*

i *Psal. 118.*

k *Sess. 6. can. 31.*

Quinto, quòd pulchra, & firmè fulta conclusio Adriani, [l] (quem sequimur in repetitione cap. *inter verba.* [m]) habet omnem actum cuiuscumque virtutis, cuius totus finis, aut partialis principalis est bonum aliquod temporarium, esse vitiosum, & nuper id probauimus in capit. *cum minister.* [n] Et pater paucos esse collatione aliorum, qui ex suis honestis actionibus aliquod bonum temporarium honoris, famæ, gloriæ, salutis, rei familiaris, victus sui, aut aliorum in minus principalem non præstituant: quos nemo Catholicorum peccare dicit. Noto etiam, quod nullum, nec principale nec minus principale lucrum, tamquam iure debitum ex mutuo expectari potest: sed sic tamquam antidorale, & remuneratorium de gratia, & nõ de iustitia debitum. Vnde & cum communi asserimus, quòd tam principaliter, quàm secundario lucrum amicitiæ, & gratitudinis ex mutuo sperare possumus.

l *Quodlibe. to. 10. col. 4.*

m *Consul. 5. n. 12. & 13.*

n *23. q. 5. nu. 39.*

SVMMARIVM.

21 *Vsura mentalis vt definit esse vsura.*

22 *Vsura non est lucrum ex amicitia principaliter speratum.*

23 *Spes principalis non omnis illa, sine qua non mutuaretur.*

24 *Vsura est acceptum sine libera dantis voluntate.*

25 *Sed non receptum pro solutione debiti aut pro labore numerandi, aut mittendi.*

21 VNdecimo, noto ex prædictis, quòd qui posteaquã principaliter propter lucrum mutuauit, suum peccatum agnoscens illam intentionem mutat in intentionem minus principalem accipiendi: & postea gratis datum accipit, peccat quidem mutuando, sed non peccat accipiendo, neque acceptum tenetur restituere, quia non

recipit principaliter, eo quòd mutuat, vt rite dicit Ricardus, [a] quem sequitur Angelus, [b] adiiciendo, [c] quod licitum est mutuare etiam principaliter, sicut dictum est, ad comparandum amicitiam, & gratiam mutuatarij, quia huiusmodi gratia non est sua natura pecunia æstimabilis, etiam expectando aliquod lucrum pecunia æstimabile principaliter ex illa amicitia; vt docet S. Thom. [d] & pulchrè declarat Caieta. [e] & Sotus. [f] * Qua quidem conclusione, & aliis præcedentibus, scio quosdam frequenter consolatos esse; & alios quotidie cõsolari posse: ideóque omnia esse memoranda maxime Confessariis. *

a *In 4. di. 15. art. 5.*

b *Verb. vsura. 1. §. 1.*

c *In §. 2.*

d *2. 2. qu. 78. art. 2. ad 3.*

e *Ibid. & in paruis opusculis tomo. 3. q. 3. & 4. de vsur.*

f *libr. 6. qu. 1. art. 2. de iust. & iure.*

22 Ex quibus colligitur, non esse peccatum expectare lucrum aliquod ex mutuo mediante amicitia, & gratitudine, tamquam quid gratuitum ex libera eius, qui recipit, voluntate prouentum.

23 Colligitur item, quòd non est vsurarius, qui mutuat cum spe, quòd aliquid plus sibi reddetur, quam dedit; si eo animo id faciat, quòd non desineret id facere, quamuis nihilo plus quàm mutuauit sibi reddendum foret; cũ talis spes secundaria sit, & non principalis. Sed nec etiã, qui cum tali spe lucri mutuat, quod sine illa non mutuaret, si modo finis principalis mutuãdi non esset illa spes: sed amicitia, vel amor Dei; vel virtus: & lucum, minus principalis. Tum quia merces tam temporaria, quàm æterna assumi potest in finem minus principalem, tam amoris quàm obsequij Dei. Tum quia, vt aliquis finis sit principalis actus, non sufficit, vt sit causa, sine qua nõ fieret actus: sed oportet, quòd pluris, vel tanti æstimetur, ac alius finis, propter quem ille fit; vt late probamus alibi, [g] & tangitur supra. [h] Exẽplo sint illi, qui principaliter celebrant, aut ad diuina officia vadunt propter Deum, & minus principaliter propter pitantias, vt vulgo dicunt, & distributiones; sine quarum tamen lucrandarum spe secundaria non celebrarent, vel non irent.

g *In d. c. cum minister.*

h *Nume. 20.*

24 Nec etiam peccat mutuans, qui non mutuat principaliter ob lucrum, accipiendo à mutuatario aliquid bona fide, existimans id sibi amanter, & gratis ab eo dari; licèt mutuatarius id non sibi det, tam ob gratitudinem, quàm ob timorem, ne nisi det, pecunia à se repetatur: vel sibi alia vice mutuum denegetur; quamuis si postea id resciret, teneretur ad restitutionẽ illius, vt rectè ait S. Anton. [i] & consonat ei id, quod ait Siluester, [k] Caietan. [l] Contra verò, si dum sibi dabatur existimabat non dari libera voluntate, sed coacta, peccaret accipiendo, etiamsi à principio sola caritate mutuasset, vt ait Laurentius, [m] & Siluester. [n] Si quis autem roget, quomodo mutuans scire possit, an mutuatarius libera voluntate, an coacta moueatur ad dandum illud plus? respondeo, quod ex qualitate rei datæ in lucrum, & ex iactura, vel lucro, quod mutuatarius fecit, & ex conditione naturali, & virtute liberalitatis mutuatarij, probus pœnitens, & prudens confessarius id coniicere potest: animus enim ex coniecturis cõiicitur. [o]

i *2. p. sit. 2. ca. 7. §. 6.*

k *Verb. vsura. 6. qu. 3. & 4.*

l *2. 2. qu. 78. art. 2.*

m *In c. saluberr. de vsur.*

n *Vbi supra.*

o *Ca. qui. de renunci. lib. 6. l. dolum. C. de dolo. & c. ex quæstiones. de simonia.*

25 Colligitur etiam, quòd qui debitori suo, à quo debitum recuperare commodè non potest, mutuat pecuniã, vt sibi hac via alterum tantùm, quantùm ei debet, refundat, non peccat. nihil quippe ab eo accipit ob mutuum principaliter; sed vt sibi debium recuperet vt ait Maior. [p] Adiicimus tamen cauendum esse debitori, per chirographum, vel alium modum, per quem de solutione constet; ne postea ipse, vel eius hæredes iterum illud petant; vel accipiant sponte solutum, per ea, quæ diximus in simili in Manua. Confess. [q] Neque etiã peccat, qui accipit aliquid in iustam mercedem laboris numerandi magnam summã à se, vel à suis familiaribus susceptí: quia non vi mutui, sed ob laborem numerandi accipit, neque qui capit aliquid pro sumptu, & labore mittendi pecuniam mutuatã longè absenti, vt inquit Maior, vbi supra.

p *In 4. d. 15. q. 29. in prin.*

q *Ca. 17. nu. 113.*

SVMMARIVM.

26 *Vsura est quidquid amplius accipitur ob solutionis dilationẽ, aut datur minus ob anticipationem; in omni contractu etiam innominato, cum multis exemplis.*

27 *Redituum venditores, & emptores in auctionibus, qui multùm videntur peccare.*

28 *Fortuitorum casuum renunciatio minuere deberet redituum pretium, quod apud paucos facit.*

29 *Doctor Monte maior laudatus.*

30 *Carolus V. Imperator, & Rex Philippus secundus, & eorum consiliarij laude ob hoc digniſsimi.*

31 *Lex de non emendo reditus granorum sancta, vt fraudatur.*

26 DVodecimo noto, quod ex eodem textu, & prædictis colligitur, eum, qui emit, aut conducit aliquid minoris iusto pretio infimo ob anticipatam solutionem committere vsuram, & è contrario, eum, qui vendit, aut locat maioris iusto pretio summo, siue rigoroso, ob dilatam solutionem: quia omnes prædicti accipiunt, aut volunt accipere aliquod lucrum pecunia æstimabile vltra sortem; principaliter ratione mutui palliati, & occulti, & ita tota definitio vsurę posita supra, [a] conuenit huic lucro, vt & ipsis tota definitio vsurariorum. * Idem eadem ratione est dicendum de omnibus, qui per mutationem, vel quemcumque alium contractum innominatum, do, vt des, facio, vt facias, &c. de quibus in l. *naturalis.* [b] volunt recipere, vel recipiunt aliquid maioris valoris, eo quòd dederint, vel dent aliud minoris valoris aliquanto tempore, antequam recipiant rem maioris valoris. Et consequenter, qui, in hyeme dant mercenariis ante tempora messis, vel putationis, vel fossionis vinearum aliqua, quæ non sunt tanti valoris, quanti operæ, quæ promittuntur præstandæ in illis, vsuram committunt: sicut è contrario omnes mercenarij, qui carius suas operas præstãt tempore, quo illæ sunt præstandæ, eo quòd solutio mercedis in hyemem sequentem est facienda. Quod non videntur satis animaduertere, qui militibus egẽtibus, pannum, & vestes, corium, & calceos, immo, & aliquando panem, & vinum, & carnes maioris iusto pretio maximo, siue rigoroso vendunt (eo quòd solutio differtur in tempus, quo eis stipendia sunt soluenda) quàm venderent præsenti pecunia. Neque è contrario satis hoc perpendunt milites, qui præsenti pecunia emunt omnia prædicta minoris iusto pretio, infimo vel pio, eo quod longè postea sint ea recepturi. *

a *Nu. 6.*

b *ff. de verbor. script. verb.*

27 Colligitur item, quòd obnixè rogandus est Deus, vt de more pius inspiret veram pœnitentiam cum voluntate restituendi coniunctam plurimis emptoribus, siue conductoribus, qui reditum episcopatuũ, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, præsertim summorum Magistratuum illorum Hispaniæ ordinum militiarum, cõmendarum eorundem, Dominatuum, item ciuitatum, oppidorum, & vectigalium, & censuum regalium, & aliorum publicorum, vel priuatorum emunt, siue conducunt à necessitate oppressis, multo minori iusto pretio infimo, ob solutionem anticipatam vnius anni, & minori ob duorum, & adhuc minori, ob trium. Orandus item, vt idem inspiret his, qui è contrario vendunt, vel locant species, cinamomum, piper, & crocum, pannum, sericum, lanas, aulæa, libros, papyrum, & alia similia. boues, vacas, equas, oues, & alia pecora his, qui eis indigent, ad se sustentandum, vel ad quærendum præsentem numeratam pecuniam, reuendendo protinus ea minoris iusto pretio. Vendũt inquam, vel locãt maioris iusto pretio summo, vel rigoroso, propter dilatam solutionem. Colligitur etiam orandum esse Deum, vt parcat hominibus illis ecclesiasticis, & secularibus, præsertim prędiuitibus, qui agros suos locant colonis suis pluris iusto pretio, summo vel rigoroso, eo quòd ampliant terminum solutionis sibi debitorum; vel mutuant à principio triticum ad serendum, & victum, vel pecunias ad emenda quædam alia in agrorum culturam necessaria, data eis ad soluendum dilatione longa: quibus quidem actibus eos adeo fatigant, vt cogantur miserius viuere, quàm si essent veri serui, & vera mancipia.

28 Orandus item, vt etiam parcat illis, qui reditus suos quàm maximo possunt pretio locant in auctionibus publicis allicientes ad augenda pretia pollicitationibus, & donariis incrementorum, (quæ Hispani vocant, *Puias*,) & dilationibus solutionum, & adigentes conductores facere renunciationes iurium casuum fortuitorum, maiores, & rigidiores, quàm ante nostram ætatem Hispania viderit: nulla ratione habita, an pretium, quod eis promittitur,

superet iustum, an non: neque quod diminuit pretium iustum adiectio earum renunciationum, cùm prouentus illi minoris valeant cũ onere præfatarum renunciationũ, quàm sine illo. Nulla itẽ habita ratione, quòd huiusmodi prouentus non tanti valent illi, qui eos Christianè colligit, & iustè vendit; quàm illi, qui per fas, & nefas, quo iure, quàve iniuria eos colligit, & exigit, & postea vendit eosdem multis mendaciis, & simulationibus adhibitis; longisque dilationibus ad soluendum concessis, illisque durantibus frequenter vtendo gratis debitorum hospitiis, & non pauca munuscula coacta potius quàm libera voluntate sibi oblata suscipiendo, pauperum sanguinem tanquam sanguisugæ insensiliter exugendo.

29 Colligitur etiam, non absre, Doctorem illum Mõte maiorem (quem ita fulgentem gloria in cælo mihi videre videor, ac in terra virtute splendẽtem cognoui, cuius magno successori in primæ functionis Cathedra ipse indignus successi,) & me ambos, sed solos quodam anno in celeberrimæ Salmanticensis Academię Senatu in ea sententia fuisse, ne reditus Academiæ, qui ex decimarum fructibus redeunt, modo solito venderentur, siue locarentur; puta bis de illis auctionem faciendo, semel quidem mense Februario, & iterum mense Iunio adiudicando eos plus offerenti, & omnibus casibus fortuitis, renuncianti, & aliis multis clausulis se oneranti, & quibuscumque qui pretium eorum augerent, certa dona promittendo. Tum quia adeo carè vendebantur, seu locabãtur, vt mensura tritici, (quam vocant Fanecam) quæ tẽpore messis vix valeret quinque, & vix septem verisimilirer cum ab Academia vendendus esset, si reditus eius non locarentur in præfatis auctionibus, emebatur pluris quam decem; cum tamen labores, & impensæ in colligendo, & seruanda eos, & periculum, quod per præfatas renunciationes subitur, aliquid de pretio diminuere deberent. Tum quia timere debebamus, ne adeo carè vendendo siue locando daremus occasionem propinquã emptoribus, siue conductoribus reuendendi postea tenuioribus pluris iusto pretio; dando longas dilationes, vtendo multis artibus, mendaciis & fraudibus, sine quibus vendendo non possent quidquam lucrari: immo nec tantùm pecuniæ numeratæ ex eorum distractione colligere, quantùm pro eis soluere promiserunt. Tũ quia debebamus considẽrare, q illi, qui per huiusmodi emptiones, & conductiones, (quas arrẽdationes Hispani, & Itali ad affectum acceptiones vocant,) se suásque domos sustentant, vt plurimùm quasi coguntur eas quouis pretio etiam carissimo conducere, ne decoquant, siue, vt vulgus ait, fallant: quoniam oportet eos ex fructibus nouè, vt ita dicam, arrendatis siue ad affectum acceptis soluere debita, quæ debent pro acceptis anno præcedenti. Tum quia, non debebamus dissimulare, quod sciebamus, & cernebamus huiusmodi conductores ferè omnes in tantã paupertatem tandem redigi, vt cogerentur decoquere, & relicta sua misera familia solum vertere, aut confugere in Ecclesias; quæ sunt ibi asylum, & refugium, quod in vrbe franquigiam vocant. & sic dabamus multorum malorum occasiones, ita vt vix poteramus effugere nomen damnificantium, iuxta capit. fin. [a] In hac inquam sententia præfatus Illustris Doctor, & ego fuimus; sed adeo illa plerisque omnibus displicuit, vt quod ad aliud propositũ grauius Psaltes ait, *riserunt nos, & mouerunt capita sua*. Rideant tamen nunc, & subsannent quamlibet libeat, hi reditũ Domini, siue sint personæ singulares, siue capitula, & vniuersitates, siue clerici, & laici, siue summates, siue infimates, siue Prælati, & Duces, siue Reguli, & Reges, quibus nimia cura est quoquo modo augendi reditus suos quot annis, & minima, vel nulla obuiandi malis, quę inde sequuntur Reipublicæ & conductoribus: quique nulla iusta ratione habita valoris redituum suorum, & quantùm valere possunt conductori diligenter, & christianè res colligenti, & distrahenti, locant eos quàm carissimè possunt viris auaris lucum, & diuitias quadamtenus pro Deo colentibus: vel iis, qui ne tam citò decoquant, vel fugiant, vel in carcerem coniiciantur, coguntur quamlibet magno pretio emere, siue conducere; quos probabile est nihil non tentaturos, vt iure, vel iniuria, fas, vel nefas, sponte, vi, vel metu, vendendo, vel exigendo exigenda, vel non exigenda corradant non solùm pretium, quod promiserunt, cum illis renunciationibus iuris, & cum obligatione, vt aiunt in forma Cameræ exequenda: sed etiam, quo se suásque pomposas domos sustentent, & diteścant. Rideant, in quam nunc, & subsannent spiritu auaritiæ inspirante; quàm largiter volent, veniet tamen dies ille vltimus horrendæ mortis, quæ nec Regibus, nec Principibus parcit, in qua, qui mortiferè in his peccauerunt, & non satis pœnituerunt, vel restitutionem necessatiam neglexerunt, dicent: quid profuit nobis reditus nostros nimia, & inordinata cupiditate contra fas, iusque naturale, cuius pœnis subiicimur, etiam si ab his, quæ sunt humani liberi simus augere? exponendo nostras animas tanto æternæ damnationis periculo, non satis curantes, an essemus in caussa, & culpa, vt nostrorum redituum auctores, & arrandatores, suas animas perderent opprimendo nostros populos, subditos, vel alios decimarum, & tributorum, & gabellarum debitores: & negligentes considerare, quòd eramus in causa, vt debitores nostri, quibus reditus nostros vendebamus, & locabamus durè ac crudeliter à prædictis conductoribus exacti perdiderint etiam suas, nunc negando veritatem, & peierando, nunc fraudibus iniquis vtendo: nunc desperando, nunc nobis detrahendo, & mala impiè precando? Veniet inquam dies ille, in quo hæc sunt dicturi, immo, & addituri. Cur non potius existimauimus nos fuisse eorum fratres? & quod fratrum est, vt ait Paulus, [a] non circumuenire fratrem in negotio, & consequenter, non dare causam culpę coniunctam circumueniendi. Cur non etiam nos existimauimus quadamtenus patres aliquot eorum, & quod patris est thesaurizare filiis, & non ad iracundiam prouocare? & ita eos tractare, vt potius amarent, quàm timerent, & odio habeant? & quod non est danda occasio præsertim propinqua peccandi? nec vllatenus consentiendum peccanti: maximè mortiferè, eo quòd secundum Apostolum [b] ab æterno iudice non solùm facientes, sed etiam consentientes in æternum punientur iuxta declarationem glossæ & aliorum omnium [c] & nostram resolutionem in Manual. Confessar. [d] Et cur non potius aliquanto minoris locauimus nostros reditus viris Deum timentibus, & nos reuerentibus proximósque amantibus, quos probabiliter credebamus, & nobis sine fraude soluturos, & à debitoribus sine iniuria debita exacturos?

30 Tertiodecimo noto, ex textu, & prædictis colligi mille bonas precationes siue benedictiones deberi Cæsareæ Maiestati Caroli V. Imperatoris & Regiæ Catholicæ eius filij Regis Philippi secundi dominorum nostrorum, ipsorúmque proceribus ob illam pragmaticam sanctionem, ne quis emat, aut conducat reditus prouenientes ex tritico, hordeo, vel aliis granis, ex quibus conficitur panis, quæ non parua salus fuit suis regnis, nec paruum frænum multis vsuris palliatis, saltem paruis, quæ in tenuiorum oppressiones exercebantur. video tamen aperiri ostium, per quod, nisi claudatur, virtus præfatæ pragmaticæ elabetur.

31 Nam cùm prouidè contineat pœnam arbitrariam, cuius tertia pars applicetur iudici, vt libentius audeat inquirere transgressores eius, etiam eorum odium incurrendo, cumque licẽat condemnatis bis appellare, iuxta rubricam, [e] posteriores iudices aliqua ex parte satagunt, ita reformare sententias priorum, vt ad eos pertineat executio earum reformationũ, iuxta glossam: [f] & consequenter pœnæ in eis contentæ sibi applicantur, & priores nihil lucrantur. Qui videntes hoc, nulla, vel parua pœna multant præfatos trangressores, ne ab eis appelletur, & sine suo lucro odium transgressorum incurrant, ægreferentes quòd posteriores suorum laborum præmia tollant, & ita trangressores, nulla, vel parua pœna castigati parum verentur eam transgredi. * Quare rogo etiam atque etiam Prælatos, concionatores, & confessarios, qui assistunt Regiæ Maiestati, eiusque proceribus, vt eos hæc admoneant, (quorum aliquot, etiam ipse admonui:) simúlque eisdem persuadeant, vt ob amorem Dei, & vtilitatem publicam, & in pauperes misericordiam, inueniant aliquam rationẽ, qua primi iudices, qui odium transgressorum incurrunt

a 1. ad Thessalon. c. 4.

b Capit. 1. ad Roma.

c Ca. 1. de off. fic. deleg.

d Cap. 11. nu. 12.

a De iniur.

e C. ne cui lic. cet. tertio pro uo.

f Ca. cum in ecclesia. de appell.

inquirendo, & curando, vt coram ipsis accusentur, sua mercede fruantur: neque sua fraudentur posttremi, qui sunt iudices appellationũ confirmantes, vel infirmantes sententias priorum. Et quidem vna (salua eorum saniore sententia) posset esse, vt postremi iudices accipiant omnem illam pœnam, quam primorũ pœnæ adiecerint, etsi nihil adiiciant, vel eam minuerint, remittant sententiam exequendam primis, quibus earũ pœnæ cedant. Admoneo etiam religiosos, qui præfatos iudices deprecantur, ne huiusmodi transgressores, vlla, vel solũ parua pœna puniant, sub boni specie male facere; cũ illud sit vti misericordia iniusta; de qua in cap. *est iniusta misericordia*, [a] dum enim paucos nocentes à pœna iusta liberant, plurimos innocentes grauibus ærumnis inuoluunt.

a 23. qua. 4.

SVMMARIVM.

32 Vsura nõ est semper lucrum societatis salua sorte manẽte, & quomodo id fieri potest per tres contractus, &c.
33 Intellectus nouus cap. per vestras. de donat. inter virum & vxorem.
34 Vsurarium non esse consuetudinem immemorialem recipiendi quatuor pro centum. salua sorte, qua ratione defendi videtur.
34 Consuetudo immemorialis habet vim constituti.
35 Mutuum non facit sola securitas pecuniæ datæ.
36 Dominium rei non facit transire in alium sola periculi receptio.
37 Dominus non omnis de suo vt libet disponit.
38 Obligatio debitoris non tollitur securitate adiecta.

32 DEcimoquarto noto, quòd ex textu & prædictis colligitur, magnæ quæstionis esse, an aliqui possint inter se societatem ita contrahere, vt alter, salua sorte principali, aliquid vltra illam sine vsura capiat? Cui respondimus affirmatiuè in Manual. Conf. [b] quod ipsum Vlysiponæ antea consulueramus, monstrando in primis quemdam modum ad id Maiestati Regiæ, à quibusdam iuris doctoribus oblatum, non fuisse vllatenus admittendũ. Quem modũ collegimus à Ioan. Maiore, [c] Siluestro, [d] & ex Caietano, [e] qui tamen mercatoribus parũ placuit, eo quòd parũ lucri sibi allaturus visus fuit; quamuis pro sua in religionem Christianam obseruantia ab alio abstinuissent. Modus autem præfatus, quem ipse Regiæ Maiestati obtuli consistit in faciendo tres contractus, quorũ primus sit societatis, quo alter conferat pecuniam, & alter operam & industriam ad commune lucrum, & damnũ. Secundus, quo qui operam & industriam confert, assecuret alteri sortem principalem, iusto in id pretio sibi ab eo constituto; aut altero tanto ex lucro remisso. Tertius, vt ad tollendas molestias, & suspiciones malas rationũ reddendarũ de lucris, & damnis earundem conueniãt; vt qui sortem assecurat, etiam assecuret alteri lucrũ certũ, pro incerto, iusto etiam in id pretio constituto, aut altero tanta ex lucro remisso. Quem inquam modũ dicimus esse licitũ, cessante omni fraude vsuraria, & simulatione, & infamiæ periculo. Cuius iustitia efficaciter probatur, eo quòd omnes fatentur, hos tres contractus iustè cum tribus diuersis hominibus fieri posse: & quòd nullo textu nec vlla ratione probari potest, cur cũ vno, & eodem fieri non possint cessante omni fraude, & vsura, & dolosa simulatione: ita quòd lucrũ illud certũ, quod pro dubio; sed verisimili assecuratur, speretur ex iusta negotiatione societatis, & non allia illicita. Addimus præterea in dicto Man. Confess, [f] secuti præfatũ Ioannem Maiorem vbi supra, prædictos tres contractus vno, & eodem tempore ita fieri posse, ac tribus diuersis; cũ eadẽ ratio id persuadeat, [g] modo, vt diximus, fiant cessante omni fraude vsuraria, & iniusta simulatione. Addimus itẽ, quòd qua ratione fieri potest per tres contractus formales, & expressos, ita fieri potest per tres tacitos, & æquialentes; quia regulariter, eadem est virtus taciti, quæ expressi, [h] & duorum æquipollentium. [i]

Post hæc scripta cum præfatum Manual. Confess. latinitate donaremus, posuimus exemplum faciẽdi hoc per contractus tacitos, & æquipollentes, cum summa probationum, quas olim Vlysiponæ adduxeramus nempe. Si quis negotiator publicè protestaretur, se paratum ad accipiendam pecuniam à quocumque volente illi conferre illam in societatem cum pacto de assecuratione sortis ad rationem 4. pro centum, & lucri certi quatuor pro duodecim incerti lucri. ita quod ex lucro incerto verisimili duodecim ex centum accipiat quatuor pro assecuratione sortis, & quatuor pro certificando lucro 12. & consequenter non teneatur reddere nisi quatuor: & postea alius sciens hanc protestationem confert ei centum, dicens: ego confero tibi centum in societatem negotiationis cum securitate sortis, & redemptione lucri incerti iuxta protestationem tuam.

33 Pro quo præter prędicta vrget cap. *per vestras*. [a] sic nouę inductum. Ibi Papa iubet, vt marito vergente ad inopiam, dos deponatur apud aliquem mercatorem, quò ex parte lucri honesti onera matrimonij sustentet. & ita intentio eius fuit, vt dos salua seruaretur: siquidem ob hoc iubebat illam à marito auferri, & ita videtur noluisse, vt ad lucrum, & damnum mercatori traderetur, quod erat eam periculo obiicere. Voluit item certum aliquod lucrum inde prouenire ad matrimonij onera sustentanda: at hæc duo fieri non possunt sine assecuratione capitalis, & sine redemptione lucri incerti pro certo: ergo Papa tacitè voluit illa fieri. Vrget item, quòd in multis Galliæ partibus, quando in ea prælegebamus, audiuimus, & nunc audimus in aliquot Italię partibus, & montibus idem seruari: quòd Ecclesiæ, & viduæ, & pupilli more immemoriali antiquo conferebant suas pecunias mercatoribus, quo quatuor scuta secura pro centum in suam sustentationem lucrarentur.

34 Quæ plane consuetudo defendi nullo modo potest per intellectum, quem Ioannes Andreas & nonnulli alij [b] assignãt, scilicet, quod in fauorem ecclesiarum, viduarum, & pupillorum cum illo lucro mutuari poterat: quia esset vsura, quæ neque etiam ad redimendos captiuos admitti potest. [c] Vrget item quòd nullo alio modo defendi potest, quàm dicendo, quòd exordium cœpit ab hoc societatis modo, qui fit cum securitate, & redemptione prędictis, & continuata fuit vsque ad illud tempus. Ad quod coniiciendum vrget etiam, quòd vix tertiam partem lucri dubij verisimilis, quod sibi pro sua rata regulariter obuenire posset, accipiebant, & accipiunt: nam verisimile lucrum centum ad minus erat 12. vel 15. & non recipiebant nisi quatuor pro centum, quod significat, illos reliquas duas partes pro securitate eiusmodi, & redemptione dubij pro certo relinquere. * Vrget etiam, quòd consuetudo immemorialis habet vim constituti, & per eam probatur titulus, vel priuilegium, quod allegatur pro ea. [d] Et quòd prædicta consuetudo erat immemorialis, vt potest allegari, quòd habuit originem à modo contrahendi societatem, adiecta præfata duplici assecuratione. Præterea vrget etiam, quòd præfata regna cum primis omnium semper floruerunt pietate, sanctitate, & eruditione, & quòd in initio præfatæ consuetudinis homines eorum, (vt par est credere) non erant peiores: sed multò meliores, quàm nũc sumus: & ideo non permisissent consuetudinem huiusmodi vsuriam tanto tempore coalescere, nisi aliqua ratione iustificari potuisset. Obstare tamen iis videtur, primò, quòd Caietanus quem pro nobis citamus, [e] videtur esse contrarius. Secundo quòd expresse damnat contractum quemdam societatis allatum ex Germania, quo quis dabat, in societatem centum alicui mercatori saluo capitali, eo pacto, vt sibi redderentur secura quinque in anno pro sua parte lucri ex eis querendi. Tertiò quòd etiam expresse asserit ipse, quòd contractus societatis, quo saluo capitali reddantur quinque pro centum pro parte lucri, non potest iustificari per prefatos tres cõtractus subintellectos, quia ex natura cõtractus ipsius societatis non subintelliguntur. Quarto quòd etiam asserit, non licere contrahere societatem cum aliquo mercatore, eo pacto, vt ipse teneatur assecurare capitale, & aliquam partem lucri. Quinto quòd ex hac opinione sequeretur, licere nobilibus mutuare ad vsuram quatuor pro centum, iuxta l. *eos* Sexto quòd ex eadem videtur aperiri via exercendi vsuras, ad rationem quatuor, vel quinque pro centum.

Sed hæc nullatenus obstant. ad primum enim respon-

a De donatio. inter vir. & vxo.

b In dict. ca. per tuas.

c Cap. super eo. de usuris.

d l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æst. & c. super quibusdam. §. præterea. de verb. signif.

e In dict. respon. 21.

f C. de usuris.

detur,negando, quòd Caietanus sit contrarius : quia immo [a] expressè dicit quòd licitè potest fieri, per tres contractus prædictos, vt in contractu societatis salvum maneat capitale.

Ad 2.respondetur concedendo id,quod ipse ait; nempe, quòd contractus simplex dandi in societatem centũ, salvo capitali, & quòd quinque reddantur pro parte lucri,est illicitus,si formaliter,vel æquipollenter, non fiant præfati tres contractus:sed non si fiant illi, quod ipsemet concedit.Et quòd non dicimus nos valere, vel esse licitam consuetudinem aliquarum partium Italiæ, & Galliæ; qua orphani, & viduæ dent mercatori centum in societatem, vt salvo capitali reddantur illis quatuor in anno:sed quòd illa consuetudo potuit habere iustam originem à contractibus initis, cum prædicta duplici assecuratione:& quòd si posset satis constare hoc, & quòd intentio eorum,qui eam introduxerunt vsque ad tempora nostra, fuit tacitè, & æquipollenter facere id, quod à principio fiebat, posset iudicari licita; & quòd ad coniiciendum hoc multum faciunt præfatum cap.*per vestras*.& alia supradicta.

Ad 3. concedimus etiam, quòd non licet contrahere societatem eo pacto,vt alter teneatur assecurare aliquod lucrum,& capitale,quod ipse ait:sed negamus, quòd cõtracta prius tempore,vel natura societate, non possint de vtriusque libera voluntate assecurationes illę fieri,quod nos asserimus,& ipse Caietanus fatetur.

Ad 4.concedimus,quòd contractus societatis,vt salvo capitali,aliquod certum lucrum reddatur conferenti pecuniam, non potest iustificari per prædictos contractus subintellectos,ex sola natura contractus;quia non subintelliguntur ex sola illa : sed negamus quòd non possit iustificari per eos formaliter,siue expressè,vel æquipollenter,siue tacitè additos,vt prædictum est.

Ad 5.negamus ex hac opinione sequi, quòd liceat nobilib. mutuare ad vsurũ 4.pro 100.sed solũ licere nobilibus,& quibusque aliis inire societatem cum pacto,quòd capitale,& aliquod lucrum,sint salua:& secura conferenti pecuniam, soluendo pro assecuratione, quod iustum fuerit,quod longè diuersum est.

35 Ad 6.negamus per hoc aperiri viam exercendi vsuram ad quatuor pro centum;quia vsura non quæritur nisi ex mutuo vero, vel palliato : & ex hac opinione solùm sequitur, quòd potest quæri lucrũ quatuor pro centum ex contractu societatis,& prædictis assecurationibus,quę sunt longe diuersa; & à diuersis non fit illatio. [b] Intelligenda sunt autem hæc omnia, vt prædiximus, cessante omni fraude,& simulatione, ita vt coram Deo formaliter,aut æquipollenter prædicti tres contractus fiãt;quia nisi cessantibus his, nec duo, nec vnus quidem fieri posset.Posteaquam hæc scripsimus præfatus Sotus vir alioquin doctissimus, [c] tria de hac re rescripsit. Primum nihil interesse an huiusmodi contractus eodem tempore vel diuerso fiant,quod rectè dictum videtur, quo ad Deum, & forum conscientiæ. licèt multum interesse posset quo ad homines, & forum exterius, ad peius præsumendum quum eodem tempore,quàm cum diuersis fiunt. [d] Secũdum licere inire prædictos tres contractus cum tribus diuersis hominibus,immo etiam, si primus scilicet societatis,& secundus scilicet lucri certi pro incerto cum vno fierent;& tertius scilicet securitatis cum alio,quod etiam communiter approbatur.Tertium non esse licitum, primum scilicet societatis,& tertium scilicet securitatis capitalis,cum eodem facere,neque eodem tempore, neque diuersis,per nouam quandam, sed parum perpensam rationem; nempe quòd pecuniam in societatem conferre securitate à socio præstita, aut etiam collatam sic assecurare vera sit mutuare,aut mutuum facere:quia conferens ita pecuniam,vel incipiens sic collatam habere, eius dominium in recipientem transfert, cum eius periculo maneat : & cõsequẽter pro suo libito perinde illa vti possit, ac si mutuo data fuisset,negotiando,& prædia, vel census emendo,aut alias distrahendo, eo quòd si pereat eius dãno pereat:ersi seruetur, eius cõmodo seruetur,quod non contingit,quando cũ vno sit primus cõtractus societatis, & secundus lucri:tertius autem de securitate cũ alio:tunc enim is, cui pecunia traditur non tenetur restituere, & ei qui ad id tenetur,pecunia nõ datur,& sic nullũ mutuũ inuenitur. Quæ certè ratio, etsi primo aspectu cuipiã tarda, veri speciẽ prę se ferre videatur,nullaten[9] tamẽ est firma.

36 Primò quidem, quòd aperto iuri contrarium est, dicere,dominium rei eo solo in alium transire,quòd periculum in se recipiat : tum quia expressè Gregorius nonus [a] definit, iuxta l. 1. [b] id quod ceditur alicui certi vsus gratia cum pacto,vt totum periculum sit penes recipientem (etiam si casu fortuito pereat)esse commodatum:& constat dominium rei commodatæ in commodatarium non transire,secundum glossam ab omnibus receptam: [c] tum quod idem Gregorius [d] iuxta l.1. [e] definit,commendatum alicui custodiendum cum pacto, vt custodientis periculo maneat,esse depositum : & constat depositi dominium non transire in depositarium. [f] Tum quia culpa,& mora regulariter transferunt periculum in debentem,vt idem Gregorius vtrobique præsupponit, & tamen noto notius est culpam, & moram non esse titulos transferendi dominij.

37 Secundo, quòd etiam est iuri contrarium dicere, quòd quis possit disponere pro libito suo de omni re,quę suo periculo,vel commodo stat,aut perit:quia omne commodatum, & depositum cum pacto,vt periculo commodatarij,& depositarij maneat,quoad restituatur, & omne aliud,quod est penes aliquem,qui est in mora restituendi, maneat,vel perit eius periculo,& tamen certi iuris est, non posse illos iustè eis vti in alios vsus,quàm in quos acceperunt,vel habent:adeo quidem, quod si in alios vsus vtantur contra voluntatem commodantis,deponentis, vel aliàs tradentis, furti conueniri poterint, & dupli,vel quadrupli damnari.[g] Tertio, quòd etiam iuri repugnat dicere, quòd socius apud quem pecuniam constitui, ad restitutionem non teneatur, eo quòd aliquis tertius securitatem præstiterit:quia perinde tenetur,ac si alius nullam securitatem præstitisset. Nullo enim iure, nec vlla ratione probari potest eximi quem àb obligatione, eo quòd alius illius debita assecuret:nam nec fideiussio, neque pignora eam tollunt,aut diminuunt, quia hæc omnia adduntur ad augendam, & non ad diminuendam obligationem:& inducta ad augendum non operantur diminutionem, nec è contrario,[h] quia inducta in vnum finem non debent contrarium operari.[i] Quarto quia socius meus non potest vti pecunia,quam ego in certam negotiationem illi trado,in aliam:& ita non potest vti pecunia,quam ad mercaturam faciendam dedi,in emendos census, quamlibet salua mihi maneant lucrum, & sors, id enim esset vti re mea in alios vsus,quàm in quos eam tradidi:quod species furti, & peccatum est,iuxta l.*si conuenerit*.[k] & argumento prædicti §. *placuit*. [l] & eorum quæ ibi pulchrè tradidit Cardin alis. Quinto quòd etiam contra ius est dicere, quemlibet, in quem dominium rei transit de eo pro sua voluntate disponere posse:id enim locum non habet, quando cum aliqua reseruatione,& onere vtendi ea in certum finem, vel modum transiit : vt dominium rerum, quas primus maritus vxori suæ dedit transfertur in illam [m] & vt dominium Primigeniorum,& multarum rerum transit in eos, qui ad ea vocantur. Et consequenter quãuis pecuniæ dominium ad socium transferretur : quia tamen transfertur cum ea reseruatione, & onere, vt ea vtatur in talem negotiationem, aut in tractandas merces non potest in alias res, quàm in destinatas expendi.[n]

38 Cum igitur dominium rerum in accipientem non transferatur eo solo,quòd eas recipit,cum pacto,vt omne periculum casuum fortuitorum ad se spectet per primum argumentum, & hoc solùm faciat assecuratio : cumque nemo eo solo,quòd rem periculo suo recipiat, vti possit ea in alios vsus,quàm in quos recipit,per secundum argumentum : cúmque nemo, in quem transit rei alicuius dominium, reseruato aliquo iure, vel onere, possit ea iustè vti,nisi salvo illo iure, vel onere per tertium argumẽtum: cumque denique securitas à tertio præstita obligationem sortem restituendi socio nec adimat, nec diminuat per quartum argumentum, perspicuum profectò est, prædictam Soti rationem quatuor de causis corruere, ideoque nihil concludere, & nostram conclusionem manere firmam:quam etiã confirmat ea cõsideratio, quæ ex præfatis

inferrur,

[a] *In 2. art. præfatæ respons.*

[b] *l. Papinianus.ff.de minoribus.*

[c] *lib.6.qu.6. art.1.de Iust. & iur.*

[d] *Argu.c. ad nostram. de emptio. & vend. & ca. illo vos. cum eis annotat. de pignor.*

[a] *In cap.1.de commodat.* [b] *C. eod.*

[c] *In dict.c.1. de commod.* [d] *In c.fina.de deposito.* [e] *§. si conueniat. ff. eod. l.1. & l.1. ces.ff.depos.*

[g] §. *placuit. inst. de oblig. quæ ex delict.nascun.l. qui vas.§.vetare.ff.eod.l. fi.§.sed.si qui dem.C. de in re domi. impetran.auth. præsenti. C. de fideiuss.* [h] *l.legata inutiliter.ff. de adimendis legat.& c.fi.de verb.signi.* [i] *Cap. ad nostram.de appel.l.1.ff.eod.* [k] *ff.pro socio.* [l] *Et l. quæs.§. vetare.& clemẽ. quia contingit.de religios. domi.* [m] *l. fœmina. C.de secund. nup.*

[n] *l.1. l. legatum.ff.de adminis.rer.ad ciuit. pert. l. legatum. de vsufruct.leg. & dicta cle. quia contingit.*

[a] *l. si conuenerit.& l. si socius. ff. pro socio.*

[b] *Notab. 22.*

[c] *Cap.17.nu. 211.*

[d] *In l.1.C.de sent. qua pro eoquòdinter.* [e] *Cap.17.nu. 211.* [f] *In verbo, possibile. C. de sent. qua pro eo quod.* [g] *ff. solut. mat.* [h] *Leg. 2. in princip. ff. de verb. oblig.* [i] *Dict.l.cuius §.fina.*

infertur, quòd socius tradens pecuniam cum his conuentionibus,cogere potest socium negotiantem,vt eam in illam solam negotiationem,in quam tradidit impendat, & etiá ab eius societate discedere, si contrariũ faciat, [a] non obstãte assecuratione, & lucri certi pro incerto venditione:aut ei auferre suam pecuniam,& alteri dare quatenus ius & pacta patiuntur: quin alia pacta addere potest, quibus societas clarissima efficiatur, & exprimere id, quod iure tacitè inest,scilicet se nolle,vt ea pecunia in alias negotiationes, quàm in illas, aut illas, vtatur: nec aliud lucrum certum, vel incertum sperare, quàm quod illa, vel illa negotiatione comparabitur : immo & addere pœnas contractui soluendas,si aliter, quàm conuenerit, vel tacitè iure intelligitur,negotietur.

39 Quod non ideo asserimus, vt cupiamus homines ab antiquioribus modis lucrandi ad hos nouiores adducere: nec quòd credamus, multos tam exiguo lucro contentos fore,sed quia vis veritatis,& iustis,in id nos adigit:& quòd magnopere desideramus auidos homines ad magna lucra illicitis modis facienda, ad hæc parua modo licito quærẽda allicere : qui fortè nulla via licitè quærẽda proposita ab illis non discederent : & quidẽ credimus non esse hoc vsuræ tam finitimum,quàm sunt census personales,quos prędictus Sotus cõcedit,quos tamẽ infra [b] impugnabim[9].

SVMMARIVM.

40 Interesse quid. & quotuplex.
41 Interesse damni, & lucri.
42 Interesse ex mutuo capitur tribus casibus secundum omnes.
43 Interesse extra rem regulariter non debetur.
44 Vsuram,nec dispensatio,nec vis facit licitam.
44 Interesse,& vsura differunt iuxta leges Romanas.& 46.
45 Et ita non debetur interesse eo solo quòd vsura debeatur.
46 Pecunia plus valet apud negotiatiõẽ.quàm apud alios.vt triticũ seminale apud volẽtẽ seminare,& nõ habentẽ aliud simile.
47 Pretium rei non augetur per furtum,aut vim.
47 Vendere quis suum potest pretio, quo sibi valet, quamuis aliis non tantumdem valeat.
48 Pecuniæ duplex potentia ad lucrandum.
48 Virtuti magis quàm vitio fauendum.
49 Papæ commentanti non creditur. vt legem ferenti.
50 Interesse damni, & lucri,vt differunt.
51 Vendere vt licet ſhe lucri.
52 Amor an dicatur cogere vt timor.

40 DEcimoquinto noto ex textu & prædictis, licitum esse mutuanti accipere aliquid vltra sortem nomine interesse,tam lucri cessantis,quàm damni emergentis. Et quia multi percupierunt vt explicaremus, quid in nostro Manual. Confessar. [c] appelletur interesse, & quotuplex sit,& an vtrumque capi possit, & peti à mutuante, tam pro illo loco, quàm pro isto dicimus, prætermissis subtilitatibus tam definitionis interesse, quàm membrorum diuidentium,& subdiuidentium ipsum:de quibus latè Bartholus,Baldus,Salicetus & alij nouiores, [d] (quibus ex parte materia obscuratur.) Dicimus in quam primo id quòd transtulimus in Manual. Confessar. [e] quod interesse in genere est damnum emergens, & lucrum cessans, eo quòd aliquid fieri cessatur secundum glossam. [f] In qua definitione coniunctio &, accipitur, pro, *vel*, & verbum, *fieri*, prout comprehendit, *non fieri*, eo quòd non facere, sit facere, vt ait l. *si mora*, § & glossa recepta, [h] & ita in proposito interesse id dicitur, quod mutuans perdit de suis rebus, aut desinit lucrari eo quòd mutuat, aut eo quòd ad præstitutum diem non soluitur. Et sic duplex est interesse,alterum damni emergentis,alterum lucri cessantis,iuxta glossam 4. [i] id probat.

41 Exemplum damni emergentis: habeo pecunias,quibus reficiam domum, ne corruat, aut quibus æstate volo triticum emere in totius anni alimenta, aut fœnum pecoribus, aut septa, siue aggeres aquæ molendinorum restituere,aut mea debita soluere,quas mutuo tibi: & quia eas ad præstitutum diem non soluisti domus concidit, triticum duplo carius emi, pecora fame interierunt, molendina non molunt: aut interesse debitoribus meis salvo, aut res meas vilius vendo, quo illis satisfaciam: damnum ex hoc mihi subsecutum dicitur interesse damni emergentis.Exemplum interesse lucri cessantis;sum mercator, habeo pecunias, quibus merces emere volo ad negotiandum,eas tibi mutuo : & die præfixo non restituis, lucrum quod ob id facere cesso, est meũ interesse lucri cessantis.

42 Secundo dicimus, quòd inter omnes conuenit, vtrumque horum contingens ob mutuum peti posse in duobus casibus. Prior est cum culpa,aut mora in solutione præcesit, vt habet glossa celebris, [a] per cap. *dilecti*, [b] quod probat etiam optimus textus. [c] Posterior autem casus cùm ante, aut post moram contigit, mutuum tamen datũ fuit per aliquã vim regis, ciuitatis, aut cuiusuis alius.

Tertio,inter omnes etiam conuenit, interesse damni exigi posse, etiamsi nec vis,nec mora aliqua interueniat, modo mutuatarius admonitus fuisset tempore mutui damni, quod euenire poterat, & fuisset contentus illud vna cum sorte mutuata soluere, vt expressè determinat D.Thomas. [d] In quibus tribus casibus non solum licet accipere, & exigere, sed etiam à principio conuenire de summa,quæ vltra sortem sibi rependenda est,ex verisimili illo interesse damni, aut lucri : vt late prædictus Sotus subscripsit, [e] quamuis magis,quàm alij hanc materiam restringere sit conatus.

43 Quarto,quòd solùm dubitatur de casu, in quo quis sponte, sine vi mutuat pecunias expositas negotiationi, aut rerum frugiferarum emptioni, & cessar à negotiatione,ac frugiferorum emptione, possit capere licitè interesse lucri cessantis contingentis ante moram & culpam? Nam Innocentius tenet,quòd non, [f] quem prædictus Sotus laudat, & sequitur, quamuis dicat se contrariam opinionem minimè damnare : & pro sua opinione, adducit primo prædictum Innocẽtium,[g] qui hoc affirmat.Deinde S.Thomam, [h] qui videtur ei ponere hanc differentiam inter interesse damni,& interesse lucri, & Durandum & Scotum quos dicit esse secutos S.Thomam.Tertio, quòd nullus textus videtur reperiri, qui concedat hoc interesse lucri cessantis accipi ab eo, qui culpa caruit, nec moram in solutione adhibuit. Quartò quòd videtur ei, nullum antiquum Doctorem apertè oppositum tenuisse,& quòd ipse etiam Scotus,[i] & Durandus,[k] D. Thomã sequuntur.

Pro contraria tamen sententia, quæ receptior est,facit primò,quòd, vt etiam ille dicit, eam tenent Conradus, [l] Sylvester, [m] Caietanus, [n] & Adrianus. [o] Addimus nos, quòd etiam idem tenent Panormitanus, [p] & ante illum Hostiensis & S.Antoninus, [q] & Ioannes Andreas, [r] quatenus dicit,dictum Hostiensis habere locum, quando debitor solutionem distulit : quia aliàs quisque voluntatem negotiandi fingeret, & postea pecuniam ad interesse daret. Quæ ratio solùm includit,nostræ opinioni locum non esse,quando re vera,& coram Deo mutuãs negotiari non vult,sed fingit se velle, quod omnes fatemur : & consequenter Ioannes Andreas fateri debet, aut nihil suam rationem valere,aut nostrã opinionem esse veram.Et etiam Ioannes de Lignano grauissimus Doctor, & Laurentius de Rodulphis in d. cap. salubriter tenent idem quod Hostiensis & etiam S.Antoninus, [s] tres rationes ad id adducens:quamuis dicat melius esse, vt huiusmodi contractus dissuaderentur,quod nos etiam fatemur,nisi quando constaret maius obsequium Deo per eorum exercituum præstitutum iri,quod toties vsu venit,quoties proximus liberaretur à magno damno mutuata sibi pecunia iam mercaturæ parata pro exiguo lucro interesse lucri cessantis Præcipuarum rationũ,quibus ad id mouemur:prima est,quod ipsemet Sotus fatetur, interesse damni vnius domus ex mutuatione prouenientis iustè posse accipi:& cõstat,id esse interesse, * quod extra rem dicitur secundum Bartholum & alios,[t] & quòd tale non magis deberur,quàm interesse lucri cessantis. [v] Ergo si illud iustè accipi potest absq; eo, quòd culpa,aut mora præcedat,poterit & hoc.[x]

* Quod extra rem dicitur. *Interesse à Iurisconsultis in interesse intrinsecum & extrinsecum diuiditur. Intrinsecum quod & intra rem dicitur, de quo infra eod. nu. 55. illa est iactura,quæ in re principali, videlicet in ipsa eadem considerator : veluti si æstimatio rei decrescat,si acuat vinum. Extrinsecum interest quod hic extra rem dicitur, est quando iactura contingit aliunde quam ex re debita,tamen per occasionem illius,& circa eam.*

44 Secunda, quòd idem Sotus fatetur, quòd interesse lucri cessantis, culpa & mora non præcedentibus, accipi

[a] *Cap. cõque sius. de vsuris.*
[b] *De foro cõpet. cap. peruenit. & cap. constitutus. de fideiuss. & l.1.sub finem. C. de sent. quæ pro eo quod inter.*
[c] *In l.3. §. fi. ff. de eo quod certo loco.*
[d] *2.2.qu.78. art.2.ad 1.*
[e] *Lib. 6. q.1. art. 3. de iust. & iure.*
[f] *In ca. fi. de vsur.*
[g] *In cap. fin.* [h] *2.2. quæst. 78. artic. 2. ad 1.*
[i] *In 4. dist. 15.q.1.* [k] *In 3.d. 37. quæst.2.* [l] *De cõtract. quæst.30.* [m] *Verb.vsura.q.19.* [n] *2.2. q. 62. artic. 4.* [o] *In 4.de restit. quæst. de vsura.* [p] *In cap. fin. de vsur.* [q] *In ca.salubriter.eo.* [r] *In dict. ca. finali.*
[s] *2.part.titu. 1.cap. 7.§.13.*
[t] *In l. 1. C. de eo quod interest.*
[v] *Leg.fi sterilis.§. cum per venditorem. de actio.emp.*
[x] *Argumento. l. illud. ff. ad l. Aquil.*

poteſt ab eo,qui vi aliqua mutuat. At vis non poteſt vſuram licitam facere, cum illa iura naturali, & diuino prohibita ſit, vt dictum eſt ſupra, [a] & ipſe latius probat: igitur ob interuentum vix,huiuſmodi intereſſe lucri accipere non licebit,aut,quamuis illa non interueniat, licebit.

Tertia, quòd Alexander III.expreſsè determinauit, [b] non poſſe diſpenſari ſuper prohibitione diuina vſurarum: & quòd, vt nullatenus mentiri licèt, ita nec ad vſuram dare: & conſequenter,quòd ſicut nulla vi fieri poteſt, vt quis licitè mentiatur: ita nulla vi fieri poteſt, vt ad vſuram licitè detur. Cùm ergo Sotus fateatur non eſſe vſuram accipere intereſſe lucri ceſſantis ob mutuatas aliqua vi pecunias ad negotiandum paratas, cõfiteri debet, quòd nec accipere illud ob eaſdem ſponte mutuatas ſit vſura.

45 Quarta, quòd aliud eſt accipere intereſſe lucri ceſſantis, & aliud vſuram, vt ſingulariter, & apertè dicit Scæuola, [c] quatenus aſſerit, quòd debitor ob non ſolutionem debiti interdum tenetur ad ſoluendum intereſſe lucri, quamuis ſummam vſurarum permiſſarum ſuperet.

Quinta, quòd idem Scæuola clarè ſignificat, non omnes creditores licitè poſſe recipere intereſſe lucri, eo quòd debitores ſua illis debita non ſoluant tempore præſtituto: quia mercatores accipere poſſunt, & alij non, & conſequenter ſignificat plùs deberi mercatori ob pecuniam, qua negotiatur, quàm alteri, qui non negotiatur. Cui conſequens videtur vnam, & eandem pecuniæ ſummam plus valere apud mercatorem paratum ad negotiandum cum ea, quàm apud alium, qui non eſt cum ea negotiaturus: & ideo ſi plus aliquid recipit quàm alius, non recipit plus, quàm habebat & dedit.

46 Sexta quòd, vt proximè dictum eſt, præfatus Scæuola ſignificat, quod pecunia, quàm habet mercator paratam ad ſtatim negotiãdum plus valet, quàm tanta altera, quam habet alius non paratam ad negotiandum: imo plus quam altera tanta, quam ipſemet habet à negotiatione ſeparatam: ob quod, qui ei eam furaretur, plus reſtituere teneretur, quàm ſi alteri furatus fuiſſet: vt & qui habet triticum ſeminale ad ſtatim ſeminandum, aliud ſimile ad idem non habens, plus valet ei, quàm aliud tantundem alteri non ſeminaturo: & qui furaretur illud, ei teneretur reſtituere plus quàm ſi aliud tantundem furaretur alij, qui ſeminare noſſet, aut eidem ipſi aliud ſimile ad ſerendum habenti, iuxta omnium mentem, quàm latè Caietanus, [d] explicat.

Septima, quòd contra ius eſt dicere, quòd ex ſola culpa debitoris, aut mora ſolutionis intereſſe lucri ceſſantis debeatur: eſt enim contra dictam l.3.ibi, *quod ſi merces ſolebat comparare, puto, & lucri habendam rationem.* Ex quibus verbis clarè colligitur, quòd licèt leges Romanæ vſuras conſtitutas ſolui iubeant propter ſolam ſolutionis morã in quibuſdam contractibus, [e] non tamen iubent ſolui intereſſe lucri ceſſantis, niſi quando ſaltem cum mora debitoris facultas, & voluntas propinqua & veriſimilitudo lucri faciendi in creditore concurrit. [f] Et communis opinio, [g] contra gloſſam eius & alias ei ſimiles tenet, nihil eſſe immutatum per illam legem, quoad hoc, vt ſoluatur intereſſe, quod ante illam ſolui non debebat. Et ita longè alia eſt ratio ſoluendi intereſſe lucri ceſſantis, à ratione ſoluendi vſuram: & conſequenter non infertur illud eſſe illicitum, eo quòd vſura ſit illicita, cum à ſeparatis non fiat illatio. [h]

Octaua, quòd ex his omnibus ſequitur, quòd quamuis facultas, quæ pecuniæ ad lucrandum ineſt, abſolutè conſiderata non augeat eius pretium, nec faciat valere pluris, quàm ſine illa: conſiderata tamẽ ea prour eſt perſonę, quæ illa ſcit & vult vti, facit, vt pluris valeat: vt facultas generandi, quæ ineſt tritico abſolutè conſiderata non efficit, quòd plus valeat: conſiderata tamen, quòd eſt eius, qui illud iam ſatum habet, aut ſationi præparatum, aliud ſimile ad ſeminandum non habens, facit, vt pluris valeat, ad effectum, vt vendere, & mutuare carius poſsit, & qui furto illud ſuſtulerit, plus ei, quàm alteri reſtituere teneatur. Et ita, qui mercator mutuat aliquam pecuniam negotiationi paratam accipiendo aliquod lucrum vltra ſimilem quantitatem, quamuis accipiat pluſquam valebat quantitas mutuata, cõſiderando eam abſolutè, non tamen capit plus quàm mutuauit, conſiderando eam cum illa qualitate, quod erat parata à ſe ipſo ad negotiandum: & conſequenter non accipit vſuram.

47 Nona, quòd nullo iure, nec vlla ratione probari poteſt, quòd pretium alicuius rei creſcat, eo quòd ſubtrahatur furto manifeſto, aut non manifeſto, vi, aut metu: quamuis enim ratione pœnæ, aut iniuriæ reus cogi poſſet ad aliquid plus eo ſoluẽdum in pœnam delicti commiſſi, iuxta titulos. ff. de furtis, vi bonorum raptorum quod metus cauſa, & Inſtitut. de obligationibus quæ ex delicto naſcun. & de vi bono. raptorum: non tamen ideo, quòd pretium eius creſcat, eo quod furto ſubtractum, aut vi, aut metu extortum, fuerit. Vnde, qui ſic deliquit, non tenetur reſtituere in foro conſcientiæ, amplius quidquam, quàm ſimplex ablatum ſine aliquo incremento, iuxta gloſſam ſingularem & receptam, [a] & honorem; ſi aliquem ademerit. Fatentur tamen omnes, quòd ſi quis ab alio furto, vi aut metu, auferret pecuniam ad negotiandum paratam, aut triticum ſationi præparatum, & non habenti aliud ſimile, teneretur plus reſtituere illi, etiam in foro cõſcientiæ, quàm ſi abſtuliſſet ab alio, qui nõ habuiſſet illa ſic parata. Ergo neceſſariò confitendum eſt, illam pecuniam, & triticum plus valere illi, qui ſeminare, & negotiare vult, & poteſt: quàm aliis id facere nolentibus, & conſequenter ſi mutuãt, poteſt accipere aliquid amplius ratione intereſſe pecuniæ.

48 Decima, quòd licèt, qui habet aliquid, quod communiter, nec ſibi nec aliis pluris quàm decem valet, plus alteri vendere non poſsit (quamuis ementi multo pluris valeat) tamen ſi pluris ſibi valeat, rectè id vendere poteſt eo pretio, quo ſibi valet accipiendo pro eo tanto plus, quanto ſibi plus valet, iuxta S. Thomam, [b] & Scotum, [c] receptos. At vt dictum, & probatum eſt, centum ſcuta plus valent mercatori illis negotiari valenti, aut alteri prædia fructifera occurrentia ſibi emere cupienti, quàm aliis, quibus id faciendi animus non eſt: ergo illud amplius ſine vſura recipere poterit.

Vndecima, quòd hoc intereſſe non accipitur propter mutuatam pecuniã, neque etiam propter facultatem generalem, & obſeruatam, quæ ad lucrandum eidem ineſt, ſed propter facultatem ſpecialem lucrandi, quam habet, ob id quòd eſt ad negotiandum parata, & conſequenter non erit vſura illud percipere, argumento eorum, quæ de vſuræ definitione ſupradicta fuerunt, [d] cùm non recipiat illud ratione mutui, ſed ratione illius facultatis ſpecialis maioris, quam habet apud illum, quàm apud alios.

Duodecima, quòd virtuti potius, quam vitio fauendum eſt, [e] mutuare autem coactè non eſt actus virtutis; mutuare verò ex amore, & caritate ſic. Cùm ergo, qui coactus aliqua vi mutuat, capere hoc intereſſe poſsit, etiam ſecundum Sotum, vt ſupra dictum eſt, à fortiore poterit idem facere, qui ex amore, & caritate mutuat. Decimatertia, quòd ipſe Sotus vbi ſupra fatetur intereſſe lucri ceſſantis deberi à mutuatario, & poſſe à mutuante accipi, ſi cum tali pacto mutuum accepiſſet, quod elicit, & quidem rectè, ex S. Thoma. [f]

49 Non obſtant illa argumenta quibus mouetur Sotus, * Ad primum enim reſpondetur concedendo, quòd Innocentius quartus, quem pro ſe adducit, [g] tenet illam ſententiam, vt Doctor comminiſcendo in illud cap. non autem vt Papa ſtatuendo illud: & ita non tenemur, eam magis ſequi quàm aliam, quam in cõminiſcendo in aliis locis tenuit; adeo quod Hoſtienſis quem communis ſequitur, [h] diſceſsit à quadam eius opinione, quam tenuit interpretando vt Doctor illud cap. à ſemetipſo, vt Papa conſtitutũ.

50 Ad ſecundum reſpondetur concedendo, quòd S. Thomas quem pro ſe citat, [i] ponit quidem differentiam inter intereſſe damni emergentis, & intereſſe lucri ceſſantis, quoad hoc, vt intereſſe lucri non accipiatur, tamquam res iam quæſita & perdita, vt intereſſe damni recipitur: non autem quoad hoc, vt nihil recipi poſsit. Tum quia ratio, quam ille reddit, ſcilicet, quòd nemo nõ poteſt vendere, quod nondum habet, & multis modis impediri poteſt oppoſitum concludit. Concludit enim non poſſe recipi intereſſe lucri tamquam rem iam quæſitam, ſignificando, quòd poteſt recipi tamquã res ſperata, quæ poteſt multis modis impediri. Tum quia ipſemet, [k] dicit ꝙ qui

a Eo. comm. num.7.

b In cap. ſuſp. eo.de:cſſur.

c In l.3.§.ff. de eo quod certo loco.

a Cap. fraternitas. 12. quæſt.2.

b 2.2.q.77. art.1.

c In 4. diſt. 15.q.2.

d 2.2.qu.78. art.2.

d num.5.

e Leg. mora §.in bonæ fidei.ff. de vſur. & l. vlt. de pœri. & commo. rei vend. l. fructus. C. de actiõn.empt.

c Cap. 1. de poſtula. prel. c. quando.2. quæſt.5.

f Per d.l.3. §.fin.

f 2.2. q.78. art.2.ad 1.

g In diãt. l.1. C.de ſẽt. quæ pro eo.

g In cap. fin. de vſur.

h Leg. Papinianus.ff. de minoribus.

h In cap.1.de conceſſ. prab. lib.6.

i In d.quæſt. 78.art. 2.ad primum.

k Ead. 2. 2. q.62.a.4.

alteri in ſemine ſato nocet, aut in alia re, quæ nondum eſt acquiſita, ſed ſperatur acquiri, quamuis non teneatur reſtituere quantum collecturus eſſet impedimentis ceſſantibus, ad iuſtam tamen, & probabilem quamdam compenſationem tenetur. Itaque dictum diui Thomæ noſtræ concluſioni non aduerſatur, quamuis eam moderetur, vt dicamus, quòd qui mutuat non tantùm intereſſe debet accipere, quantùm alius ſui ſimilis, & æqualis altera tanta pecunia lucrifacit, impedimentis ceſſantibus, ſed quantùm meretur illa facultas, & ſpes lucri veriſimilis, quam pecunia illa in mutuante habet, conſideratis modis, quibus impediri poteſt.

51 Quemadmodum qui habet prædium aliquod ſatum, non debet tanti vendere fructus ſperatos, quanti valerent, ſi eſſent collecti proſperè ceſſantibus impedimentis, ſed quanti valet illa ſpes colligendi, conſideratis modis, quibus eorum collectio proſpera impediri poteſt.

a In 3. diſtin. 37.

Nec plus obſtat, quod de Durando adducit, [a] quia idem ait, quod Thomas, & per eadem verba, nec quod de Scoto adducit, [b] quia licèt alia pulchra in hac materia dicat, vbi ab eo citatur, ſicut in aliis ſolidis ſolet: tamen hanc diſtinctionem Diui Thomæ non adfert. Immo expreſsè dicit, [c] quòd qui habet pecuniam negotiationi expoſitam, eam mutuare poteſt cõſtituta pœna certæ rei ſibi ſoluendæ, niſi ab eo reſtituatur, vt ſe indemnem ſeruet: & ita ſentit, eum poſſe damnum in mutuatione, & lucri ceſſatione acceptum recipere. *

b In 4. diſt. 15.quæſt.2.

c In eadem diſt.colum.6.

Ad tertium reſpondeo, quòd ſi præfatus Sotus, ſatis meminiſſet præfatum l. 3. [d] & perpendiſſet præfatas duodecim rationes, non fuiſſet viſum ei, hanc ſententiam firma ratione carere.

d §. fi. de eo. quod certo loc.

Ad quartum reſpondetur negando, quòd nullus antiquorum doctorum hanc ſententiam tenuerit, quia ſupra citauimus Hoſtienſem, Ioannem Andream, Panormitanum, S. Antoninũ, & alios multos eam tenuiſſe: immo, & in octaua ratione monſtrauimus, luriſconſultum Scæuolam eam ſenſiſſe. * Neque obſtant etiam alia duo argumenta omnibus aliis fortiora. Alterum eſt, quòd qui voluntate ſpõtanea mutuat, non facit id coactus: & qui coactus non mutuat, nõ videtur dicere poſſe, quòd per alium impediatur lucrari, donec mora, aut culpa ſolutionis adſit, & conſequenter, qui ſine vi mutuat, non videtur poſſe accipere quidquam lucri, cùm illud ei ante culpam, aut moram ab alio non impediatur. Alterum eſt illud, quod Caietanus, [e] (licèt noſtram opinionem tueatur) adfert, ſcilicet, quòd quamuis aliqua res, dum eſt in particulari potentia lucrandi, pluris valeat: quàm alia eiuſdem ſpeciei, & bonitatis ab illa potentia ſeparata, ſed non ſi ſponte ab illa extrahatur. Quemadmodum triticum ſeminatum, aut ad ſeminandum paratum pluris valet, & vendi pluris poteſt, quàm aliud eiuſdem ſpeciei, & bonitatis à tali potentia ſeparatum: ſi tamen ſponte ab illa potentia, quæ lucrum continet ſepararetur, non poſſet pluris, quàm aliud eiuſdem bonitatis vendi, & ſic videtur, quòd quãuis pecunia, quæ negotiationi expoſita eſt, aut eidem ſtatim exponenda pluris, quàm alia ſimilis valeat: tamen ſimul ac ſponte mutuo datur, ſponte ab illa lucrandi potentia extrahitur, & ita non pluris, quàm alia valet, neque ob eam plus quàm ob aliam peti poteſt.

e 2.2. quæſt. 78. art. 2. ad primum.

52 Ad hæc duo argumenta Caietanus reſpondet multis verbis, quorũ ſumma eſt, quòd qui amore, & caritate mutuat, quo proximum paruo damno, à maiori liberet, non dicitur mutuare ſponte, ſecundum mentem D. Thomæ, [f] ſed aliquo modo coactus. Pro quo facit, quòd qui è naui ſeruandi ſui cauſa merces in mare iacit, etiam ſpõte, [g] non facit voluntate abſolutè ſpontanea: ſed conditionaliter vitandi maioris mali gratia. Aduerſus tamen hanc reſponſionem Caietani fortiſsimè facit primò, quòd iuſtum aut iniuſtum non conſiſtit in bonitate, aut prauitate animorum, & intentionum, ſed in rerum, & operum externorum æqualitate, & inæqualitate, iuxta doctrinam Ariſtotelis, [h] & D. Thomæ recepti. [i] Secundo quòd nihil refert, an mutuatio fiat ob miſericordiã, caritatem, amorem, aut odium, vel crudelitatẽ ad hoc vt mutuũ dicatur iuſtum, vel iniuſtum, vel ad hoc, vt iuſtè aliquid ratione illius deſideretur, aut capiatur, ad inducendum reſtituendi neceſsitatem, vel ad liberãdum ab ea. Tertio, quòd quamuis mutuario poſsit eſſe bonum opus caritatis, aut malum ei repugnans, eo quòd fiat animo iuuandi, vel lædendi proximum, non tamen ad hoc dicetur iuſta, aut iniuſta, vt neceſsitatem reſtituendi inducat, aut ab eadem liberet: quia, vt in Manual. Confeſſ. [a] diximus, ſola peccata contra iuſtitiam ſpecialem inducunt reſtituendi neceſsitatem. Quarto, quòd videtur doctrina noua, & contraria legi vltimæ, [b] & concluſioni S. Thomæ, quæ fundatur in ea, [c] quã in Manual. [d] ad aliud propoſitum accommodauimus: puta, quòd neq; miſericordia vel pietas, neque amor, vel preces blandæ ſine mendacio, & fraude adhibitę inducunt neceſsitatem, aut vim ſufficientẽ, ad hoc, vt quis dicatur coactę feciſſe aliquid ad effectum, vt poſsit reſtitutionem petere, aut ab ea liberari. Quare ad prius argumentũ reſpondeo, concedendo quidem, quòd qui mutuat motus caritate, & miſericordia ad opitulandum proximo, non dicitur mutuare compulſus coactione, quæ reſtitutionem inducat, aut tollat. Concedendo etiam, quòd qui ſponte mutuat, non dicitur impediri à lucro quærendo, per alium, ita vt ille teneatur ei reſtituere illud, eo ſolo, quòd impediuit eum: ſed negando, quòd qui ſponte à lucrando ceſſat, vt ſubueniat alij, non poſsit iuſtè accipere tantùm, quanti res mutuata ſibi valebat, & quanti ſpes lucrãdi iuſtè poteſt æſtimari: nam & carpentarius, latomus, aut alius operarius, qui ceſſat à ſuo lucro, & officio, meis precib', vt me comitetur aliquo proficiſcentem, ſponte quidem deſiſtit à lucrando: ſanctè tamen à me exigere poſſet, id quod probabiliter lucrifeciſſet. Qui etiam ſpõte vicino modium tritici ſeminalis ad ſeminandum parati mutuat, iuſtè exigere poteſt ab eo tantùm, quantùm ſibi tempore, quo dedit valebat, licèt aliis non tantundem valeret, per ea, quæ paulo ante, [e] diximus. Qui etiam ſponte dat cuipiam triticum ſatum, iuſtè poteſt accipere pro eo tantùm, quantùm illud cum ſpe veriſimilis fructus valet. Eadem igitur ratione nullam iniuſtitiam committit, qui ſponte omittit emere prædia, vel merces, vt pecunias, quas ad id paratas, aut expoſitas habet, ſi mutuet alteri petens lucrum, quod illius cauſa omittit, aut quantùm illa pecunia, cum illa commoditate valet, nec eſt vlla vi opus ad id excuſandum, nec eſt vſura: quia nihil accipit vi mutui, ſed ratione lucri, quod propter mutuatarij non facit, & in effectu ſunt duo contractus, alter mutui, alter facio, vt des, hoc eſt lucrari ceſſo, vt ibi mutuem, & illud rependas, iuxta legem naturalis, [f] aut eſt vẽditio illius lucri veriſimilis, iuxta mentẽ S. Thomæ. [g] Ad poſterius argumentum reſpondeo, quòd dictum Caiet. aſſumptum in eo, ſolùm intelligitur de illo, qui ſuam pecuniam, quam habet ad lucrandum paratam, ſimpliciter ab illo fine tollit, non dando eam alteri ad iuuandum eum, & poſtea tantum pro illa vult, quantum cum illa commoditate lucrandi valet: noſtra verò cõcluſio intelligitur de illo, qui pecuniam cum lucrandi cõmoditate coniunctam dat alteri. Concludamus itaque licitum eſſe mutuãti aliquid amplius accipere, non ſolùm ratione intereſſe damni emergentis: ſed etiam lucri ceſſantis, neque ſolum ratione eius, quod moram, aut culpam in ſolutione commiſſam ſubſequitur: ſed etiam eius, quod ante euenit. Quæ tamen concluſio intelligenda eſt, dummodo dolus, & fraus palliandi vſuras abſit: & modo, non tamquam in ſpe poſita, & quæ impediri multis modis poteſt, æſtimetur, maximè ſi mutuatur cum pacto de reſarciendo illud intereſſe: nam etiam Sotus, [h] pro indubitato ponit, quòd intereſſe lucri ceſſantis, accipi, & peti poteſt, quando à principio mutuationis promiſſum fuit illud.

a Cap 24. n. 5.

b C. ſi quis teſtar. aliquæ prohibuer.

c 1. 2. quæſt. 4 art.6.

d Cap.17.nu. 15. & 16.

f ff. de præſcriveerb.

g 2. 2. q.78. art.2.ad 1.

h In dicta q. 1. art.3.lib.6.

SVMMARIVM.

53 *Intereſſe capi non poteſt ſecundum aliquos, niſi concurrant ſeptem, quæ tamen omnia non ſunt neceſſaria.*

54 *Intereſſe ante tempus, quo lucrifieret capi non poteſt.*

53 DEcimoſexto, noto ex prædictis, ꝙ nõ ſunt neceſſaria tot cõditiones ad iuſtè capiẽdũ intereſſe lucri ceſſantis ex mutuo, quot Conradus, [i] & quidam alij alibi requirunt, ſed aliquot ſic. Prima enim eſt, vt hic lucrandi modus nõ tantũ ſibi placeat, quantũ negotiationis, quod tenet etiam Sylueſter, [k] quæ tamen nõ videtur neceſſaria. Tum quia nulla lege vel ratione probatur, ꝙ vnus modus

i In q. 30. do contract.

k Ver. vſura. quæſt.19.

lucrandi de se iustus fiat iniustus ex sola voluntate æquè libenter vtendi eo,atque alio:quamuis ille esset melior.* Quod post hæc nostra scripta tradidit Sotus, [a] & addit, & quidem rectè, [b] nihil referre an mutuans sit rogatus,& quæsitus à mutuatario, an vltro mutuet: modo id quod ad iustitiam commutatiuam pertinet seruetur. Nam, vt supra dictum est,iustum & iniustum non in bonitate, aut prauitate animorum, & intentionum, sed in rerum, & operum externorum æqualitate, & inæqualitate consistit, secundum Aristotelem,[c] & D.Thomam receptum.[d] Secunda conditio est, quòd interesse sit verum, quæ necessaria est iuxta mentem glossæ, & omnium. [e] Satis tamen est, vt tempore mutui lucrum pactum sit verisimile, quamuis postea non subsequatur, vt rectè Medina dixit. [f] *

54 Aduertendum tamen est, quòd per extrauagantem Pij V. editam super cambiis, & relatam à nobis in Manual.Confessar.[g] (& referendam,Deo propitio,in Commentario cap.vlt.de vsuris.in quo de cambiis agetur)vetitum est, ne post illam campsores possint ab initio conuenire de certo interesse, quam tamen ad mutuantes extra materiam cambiorum non extendi super eadem extrauagante annotauimus. * Tertia quòd mutuatio, vel non solutio sit causa amissionis lucri, secundum omnes, qualis non est(secundum Caieranum & Medinam vbi supra) quando mutuans aliam pecuniam habet, qua negotietur, quanto minus erit si mutuator non erat negotiaturus, nec frugifera empturus, etiamsi non mutuasset.[h] Quod valde ponderandum est circa illos campsores, qui non negotiantur, etiamsi non cambirent, attamen dicunt se pro interesse capere aliquid vltra sortem, quàm mutuant. * Quæ tamen limitatio Caietanum non procedit, si aliam pecuniam ad alios fines, veluti ad fortuitas necessitates destinasset, neque negotiationi committere vellet, quod prudentiæ est. Quarto vt mutuans non sit dandis vsuris assuetus, quæ tamen non procedit in foro conscientiæ: in quo veritas præualet præsumptioni, [i] & fieri potest, vt quis in aliis vsurarius sit, & in hoc non. Quinta vt non recipiat interesse,priusquam labatur tempus intra quòd illud verisimiliter lucri factũ fuisset, quia subrogatum subire debet naturam,seu conditionem eius, cui subrogatur,[k] & id quod accipitur pro interesse,subrogatur ipsi interesse, quod tamen non percipitur ab initio mercium, vel prædiorum emptorum: sed postea tempore messis vel vindemiæ, vel nundinarum, vel alio tempore, in quo merces venduntur. Per cõsiderationes tamen Medinæ vbi supra,interesse lucri verisimilis à principio conuentum, potest capi etiamsi in fine, dum recipit, constet, nullum lucrum factum fuisse. [l] Sexta, vt mutuatarius non egeat extremè: quæ etiam non videtur necessaria, quia non tenetur ex præcepto subuenire illi gratis: immo satisfacit mutuando, vt cum poterit soluat, per ea, quæ diximus in Manual. Confessar. [m] & mutuare sine interesse esset donare. Septima, vt mutuans ob hoc nõ incurrat infamiam vsurarij apud simplices,æstimãtes illud interesse, esse vsuram ob similitudinem, eum omnis species mali fugienda sit, [n] quæ conditio,quamuis ad euitandum peccatum scandali necessaria sit, non tamen ad euitandam vsuram, & obligationem restituendi, quæ ex sola iniustitia nascitur, per tradita in præfato Manual. Confessar. [o] quale non est peccatum scandali, quod est contra caritatem secundum S. Thomam. [p] Octaua, quòd causa principalis mutuandi sit subsidium necessitatis vitæ, salutis,honoris, aut bonorum proximi: quæ tamen est non necessaria,licèt sit honestissima, per dicta in prima conditione. Nona, vt non capiat neque paciscatur totum interesse, quod verisimiliter expectatur cessantibus impedimẽtis casualibus, sed solùm tantùm, quantùm valet illa verisimiliter expectatio consideratis impedimentis præfatis: nam qui prædium satum vendit, non potest tanti vendere, quanti valet triticum,quod verisimiliter colligendum speratur,cessantibus prædictis impedimentis: sed quanti valet verisimiliter illa spes, subiecta illis, quibus impediri potest, vt dictum est post S. Thomam. [q]

Credimus tamen, quòd qui mutuat pecunias negotiationi, aut rei frugiferæ emendæ destinatas, ea lege, vt ei soluatur pro interesse tantùm, siue sit multùm, siue parum, siue nihil, quantùm alij eiusdem artis altera tanta pecunia lucrifecerint: aut quantùm fructus rei frugiferæ, quam emere volebat impensis deductis valebunt deberet audiri,quia hoc interesse non tanquam iam lucrifactum,sed in spe lucri positum exigitur.

SVMMARIVM.

55 Mutuans licitè capit id quod soluit, quia non est ei solutum.
56 Mutuanti an liceat capere interesse non promissum.
57 Vsura non est capere quantùm reddidisset prædium, quod ob mutuum non fuit emptum,quamuis non tantùm fuisset mutuo datum,&c.
58 Vsura est lucrum, quod capit mercator pro interesse pecuniæ mutuatæ,qua non erat negotiaturus,nec frugifera empturus.

55 DEcimo septimo noto ex textu,& prædictis, quòd qui cogitur soluere interesse,vel vsuras creditori suo,eo quòd mutuatarius non soluit ei mutuum stato die, licitè potest ab eo recipere illud, quod sic soluit; secundum Innocentium receptum,[a] quem commendat Iason,[b] & etiam compensationem iacturæ, quam fecit vendendo res suas minoris,quàm valerent:aut emendo triticum, aut vinũ,maioris,eo quòd stato die debitor ei non soluit,quia id nõ accepit vi mutui; sed ratione interesse damni emergentis,quod debetur: dummodo secundum aliquos concurrant duo; nempe quòd monuerit debitorem damnum emersurum:& quòd quæsierit mutuum gratuitum: sufficiens ad vitandum illud, & non potuerit inuenire:quorũ tamen posterius non videtur necessarium:quoniam nulla lege, nec vlla efficaci ratione probatur, creditorem mutuantem teneri ad mutuum gratuitum quærendum, quo liberet mutuatarium à damno, quod ob non solutionem incurreret.Sed neque prius videtur necessariũ: tum quia interesse intrinsecum,siue intra rem, quale est incrementum pretij vini, tritici mutuati, sine alia vlla monitione, mora facta, debetur, [c] tum quia etiam interesse extrinsecum, quod appellat Bartholus communiter receptus extra rem,[d] frequẽter debetur sine alia promissione:vt cum in re,quæ debetur non inuenitur interesse intrinsecum, qualis est pecunia numerata, [e] & declarat Bartholus, [f] licèt quando in re debita potest considerari interesse intrinsecum regulariter non veniat extrinsecum,per l. *si sterilis*,[g] saltem in emptione,& venditione, vt sentit Alciatus,[h] & tunc non sufficeret admonitio, quia requireretur solutionis promissio,saltem,quoad exigendum, licèt non quoad sponte oblatum accipiendum.

56 Decimooctauo noto ex textu,& prædictis,quòd volens emere aliquod prædium, aut domũ, quæ sibi aliquid annuatim redderet,pecuniam, qua id, vel eam empturus erat, mutuat alteri præsertim promittenti recompensationem,potest accipere,& petere ab eo prouẽtum, quem ex illa,vel illo facturus erat,quoad pecunia reddita fuerit secũdum S.Antoninum, [i] quem communis sequitur,tum quia is æquatur mercatori mutuanti pecunias ad emẽdas merces paratas, tum quia illud accipit ratione interesse lucri cessantis; sicut mercator.

57 Tum quia, qui vendit aliquod prædium,& tradit illud emptori,qui non soluit,potest accipere loco interesse tantùm,quantùm reddidit illud, etiam si pretium soluendum deponeret,vt est in l. 2. [k] vbi glossa secuta Azonem, & recepta per alios ait, id etiam iure Canonico procedere:quod tamen videri potest limitãdum saltem in foro conscientiæ, quando illæ pecuniæ, pro quibus prædium dabatur, iustum illius pretium essent: quia si prædium mille aureis valet,& propter necessitatem,aut alias rationes(quæ donationem non cõtineant)500.illi dentur non posset accipere plus,quàm dimidium prouẽtus illius, per ea,quæ ad aliud propositum, [l] scripsimus, siquidẽ in foro conscientiæ illa pecunia, nisi dimidium illius census emi non poterat.Addimus tamen,quòd si tu omnibus illis pecuniis non indiges,sed septingentis, quibus tamen à me mutuo tibi datis prædiũ,aut merces,quas expediret,emere non possem, & omnibus sic, & vt tibi mutuarem à lucro cessaui, accipere potero interesse ille aureorum, vt rectè Medina cõsideraut in codice de rebus restituendis.

Decimo

a Lib. 6. qu. 1. art. 2. de iust. & iure.
b Eod. lib. q. 1. ar. 3. de iust. & iure.
c Arist. lib. 2. Ethic. cap. 6. & 5. lib. cap. 6.
d 2. 2. q. 59. art. 10. & q. 59. art. 2.
e Dicto cap. conquestus.
f In C. de restit. fol. 332.
g Cap. 17. nu. 300.
h Argumen. authen. mul to magis. C. de sanctiss. eccles.
i Cap. tua. de sponsal.
k Leg. eum qui. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & cap. ecclesia. vt lite pẽden. nihil inno.
l Arg. cap. in ciuitate. de vsuris.
m Cap. 17. n. 60.
n 1. Thessa. 5. & cap. cum ab omni. de vita & honest. cler.
o Cap. 17. n. 6.
p 2. 2. q. 32. in princip.
q in præced. notab.

a In cap. 1. de vsur. b In l. nuncupatis. ff. de in lit. iuran.
c Argum. l. vinum. ff. si certum pet. & l. 3. §. fi. ff. de eo quod certo loco. d In l. 1. C. de senten. qui pro eo quod num. 12. e Leg. nummis. ff. de in lit. iuran. f Vbi supra, num. 21. g §. cum per venditorem. ff. de actio. emptio. h In dict. l. 1. C. de sent. qui pro eo, & c. vlt. i 2. Part. tit. 1. cap. 7. §. 15.
k Leg. 2. C. de vsur.
l In cap. nouit de iudic. not. 6. & n. 21.

Decimonono noto ex textu, & prædictis, quòd non possunt quidquam capere iustè ratione interesse lucri cessantis hi, qui nolunt, vel non possunt negotiari, nec res frugiferas emere,& mutuant ad interesse.Neque illi mercatores, qui certa pecuniæ summa negotiantur, & non maiori, & aliam quam habent, mutuant ad interesse. Neque hi, qui multas pecunias in nundinas important, & emptis mercibus suo proposito sufficientibus reliquas pro interesse mutuant. Neque, qui ab aliis sumunt grandes pecuniarum summas, quas aliis, atque aliis ad interesse tribuant nolentes illis negotiari, nec census, vel alia frugifera emere (quamuis aliàs ad negotiationem habeant)quia clarum est, nullos præfatorum posse prætendere vllum interesse verum, vel verisimile lucri cessantis, sed solùm fictum & inane. An autem ratione cambij, vel alia iusta capere possint aliqui, dicetur in commentario cap.fin. [a] vbi de cambiis agitur.

a De vsur.

SVMMARIVM.

59 Mons Pietatis,& alia similia qualia sint.
60 Mons Pietatis approbatur per Concilium, & Papam Leonem ex certa scientia, & modo specialissimo.
61 Custodia rei conuenit ei,ad quem eius emolumentum principaliter pertinet,& cui pereat.
62 Mons Pietatis non accipit à pauperibus propter mutuationem, sed propter custodiam.
63 Montes Pietatis communiter instituti non desinunt esse liciti, eo quòd possent melius instituti.

59 VIgesimo,noto ex textu & prædictis,quòd non sine magno colore visum est aliquibus vsurarium id, quod in montibus pietatis, & aliquot aliis similibus operibus exercetur ad subueniendum pauperibus in Italia,& aliis terris institutis,quod magnis viribus nititur probare Caietanus, [b] quem sequitur Sotus, [c] quia institutuntur hoc modo. Prælatus aliquis, aut Dominus, aut opulentus homo,aut Ciuitas donat, aut relinquit aliquam quantitatem tritici, vel pecuniæ numeratæ alicui loco, vel reipubl.ea lege, vt mutuo dentur pauperibus, pignoribus acceptis, vt exiguum aliquod soluant singulis mensibus pro quantitate accepta,& pro tempore,quo eam non soluerint pro victu,& salario ministrorum, qui sunt habituri curam custodiendi dictum triticum, aut pecuniam mutuandi, & recuperandi, seruandi, & restituendi pignora tempore opportuno: ita quod aliquid amplius vltra sortem mutuo datam singulis mensibus capitur ad prædicta onera sustentanda: quòd, vt dixi, visum est vsurarium aliquibus, præsertim Caietano, & Soto in locis prædictis.

60 Primo quidem quia mutuans palam capit aliquid vltra sortem mutuo datam. Secundo, quia alioqui liceret cuilibet homini pio, & priuato deputare aliquam pecuniam,aut triticum ad mutuandum pauperibus, ea lege,vt caperet aliquid vltra sortem pro salario, labore, cura custodiendi, mutuandi, pignora capiendi, & restituendi ea tempore opportuno: quia eadem in vtroque ratio militat,quod tamen secundum omnes est falsum. Tertio,quòd non videntur pauperes teneri custodiri magis pecuniam, aut triticum, quod sibi de illo monte pietatis mutuo dandum est, quàm triticum, & pecuniam præfati homines, quia non est suum, [d] nec est futurum suum, quoad vsque mutuo acceperit. Quæ licet simul cum auctoritate Caietani fuerint in causa, cur neque in cathedra prælegendo, neque extra illam respondendo super hoc contrariam sententiam asseruerim: nunc tamen eam assero. Primo quidem, quòd Leo Papa X. in Concilio Lateranensi, [e] (cuius tenorem etiam doctissimus Ioannes Medina refert, [f]) per bullam patentem approbauit prædictos montes, & declarauit, eos esse licitos, & sanctos, affirmans idem fecisse suos prædecessores Paulum II. Sixtum IIII. Innocentium VIII.& Iulium II.& non vtcumque, & in forma communi approbauit,vt aliqui censent,sed ex certa scientia. De quarum approbationum differentia latè tradunt Panormitanus & Decius, [g] & alij alibi: neque vtcumque approbauit, & declarauit ex certa scientia, sed recensendo argumẽta vtriusque partis,& laudando multum montium huiusmodi institutores, & concionatores, qui eos persuaserunt,& Pontifices Maximos, qui magnas indulgentias eorum amplificatoribus concesserunt.

Secundo,quòd responsio,qua Caietanus præfato Concilio respondet, parum modesta videtur: & qualem magnus ille, idémque in Concilia œcumenica & Maximos Pontifices maxima obseruantia D. Thomas Aquinas non dedisset; & quæ à doctissimo Medina satis confutatur, & ego minus auderem dicere id, quod præfatus Sotus vbi supra dixit, nempe omnia illius Concilij minime recepta fuisse. Tum quia significat,præfatam approbationem parum nos obligare,tum quia licet illa responsio vtcumque aliquid valere posset, quoad declarationes legum humanarum, quas Concilium fecit, cuiusmodi est exemplum, quod ibi ille ponit: nihil tamen valet quoad declarationes legum diuinarum,quæ ob id, quòd non suscipiantur, non desinunt esse veræ,nec obligare. Non enim quisquã dicere potest Concilium in ista declaratione errare potuisse, cùm hæc declaratio pertineat ad legem diuinam, & ad materiam definiendi, an aliquid sit peccatum mortiferum,nec ne,in qua Concilium non potest errare,iuxta cap. *maiores*, [a] cum aliis citatis ibidem à glossa:immo neque Papa,quatenus est Papa,vt habet receptior sententia S.Thomæ, [b] pro qua fecit cap. *hæc est*, & cap. *quoniam vetus*,[c] quæ latius retulimus alibi. [d]

61 Tertio, quòd inter omnes tam illos, quàm nos conuenit,iustum esse, vt ministri, quibus iniunctum est onus custodiendi,mutuandi,& recuperandi mutuo datum; aut recipiendi, seruandi, restituendi pignora pauperibus, suam mercedem honestam habeant: & hanc illos habere debere ab eo, qui ad illud tenetur: & diuersitas in eo consistit, quòd Caietanus & eius sequaces dicunt, quòd ipsi montes,aut Ciuitates,quæ ipsos suscipiunt, eam soluere tenentur,& non pauperes.Nos autem dicimus,quòd pauperes, ad quos emolumentum illorum montium pertinet,tenentur,& non ipsi montes, aut Ciuitates in quibus ipsi constituuntur: quia id palam sensit Concilium, [e] dum pro ratione suæ decisionis subiicit illa verba, *Qui commodum sentit, onus quoque sentire debet.* quæ est vna pars illius regulæ iuris. [f] *Qui sentit onus, debet sentire commodum,& è contra.* Et patet prædictas pecunias, & præfatum triticum,non esse data,vel relicta Ciuitatibus,vel ciuibus ad commodum eorum, quatenus sunt tales;sed ad commodum pauperum, etsi perirent aut imminuerentur illis solis perirent, aut diminuerentur, & non aliis:& secundum ius ad illum pertinet custodia rei ad cuius commodum & vtilitatem custoditur,& cui perit,aut lucri fit. [g]

Quarto,quia iustum,& firmum esset legatum, aut donatio,quibus aliquid pauperibus cum aliquo onere relinqueretur,aut donaretur, [h] & consequenter iustè illis donari,& relinqui decem millia aureorum, cum onere, vt illa semper seruentur in arca, aut chirographis assecuratis iustis pignoribus, vt eis in vsus suos vtantur accipientes mutuo pignoribus datis,& statis temporibus soluendo,& nunc aliis,nunc verò aliis sint vsui,& vtilitati. Et cùm illorum solùm commodis seruiant,ad illos solos etiam pertinebit illorum custodia;& consequenter illi debent contribuere, & conferre id, quod fuerit necessarium ad soluendam iustam mercedem ministris,qui datis idoneis fideiussoribus curam & laborem custodiendi, & mutuandi pecuniam, vel triticum ; chirographos , & pignora recipiendi,& custodiendi;solutiones recuperandi, & pignora restituendi. At nulla æquabilior, neque iustior contributio,& collatio, siue collecta fieri posse videtur; quàm instituendo, vt ab vno quoque pro singulis mensibus, quibus mutuum duruerit, certum quid tribuatur, quod ita exiguum sit, vt verisimiliter non excedat iustam præfatorum ministrorum mercedem.

62 Non obstant in contrarium adducta. Ad primum enim respondeo,quòd pauperes mutuum accipientes nihil soluunt ratione mutui; sed ratione custodiæ, & administrationis montis, qui eorum commodis custoditur & regitur:nam & Sotus confitetur,posse quem accipere aliquid à mutuatariis pro officio, & obligatione, qua teneretur ad mutuandum eis,quod ipsum ante illum dixit singulariter Scotus. [i]

Ad secundum respondeo , magnum discrimen esse inter hominem pium, de quo in argumento,& montem

pietatis:

b In Opusculo de monte Pietatis. c li. 6. q. 1. ar. 6. de iust. & iure.
d Arg. l. 1. & l. necessario. ff. de perie. & commod. rei vend. & l. in cendium. C. si certum. pet. §. si cui. inst. quib. mod. re contrah. obl.
e Sess. 10. f Fol. 113.
g In rub. & c. 1. & ca. venerabile. de confir. vti. vel inut.

a 24. qu. 1. b 2. 2. qu. 11. art. 2. c 14. quæst. 3. d In c. nouit. de ind. not. 3. n. 45. & seq.
c In dicta sess. 10.
f Libr. 6.
g l. 1. & l. necessario. ff. de peri. & como.
h Arg. l. id quod pauperibus. C. de epiſc. & cler. & l. si quis ad declinandam. ff. eod. tit.
i In 4. dist. 15. qu. 2.

pietatis: quia illius pecunia sua est, etsi nollet mutuare, non posset ad id cogi: dominium autem pecuniæ montis pietatis penes communitatem pauperum est, aut penes aliam, ea lege, vt tota eius vtilitas pauperibus cedat. Per quod in effectu fit sua, & administrator montis habet officium, & obligationem mutuandi, & ad id cogi potest.

Ad tertium respondeo negando custodiam illius montis, ad alios quàm ad pauperes principaliter pertinere: cùm saltem principaliter sola ipsorum vtilitas in eo respiciatur, quòd præfatum Concilium, [a] exprimit illis verbis, *Cum pauperes cõmodum sentiant, etiam impensam, quæ parua est, sentire debent.* Quare nihil videmus, quod in re tam sancta, & per tantum Concilium approbata, damnandum sit. Contrà verò videmus multa laudanda, quorum laudibus, alij ad alia similia pia incitentur. Non obstat quòd melius esset constituere aliquem reditum annuum, quo sine onere aliquo pauperibus mutuaretur. Tum quia hoc esse melius illo non arguit illud esse malum, cum bono vino detur melius, [b] & virginitas, quæ melior est matrimonio, [c] non arguit, illud esse malum: cùm sit vnum de septem sacramentis Ecclesiæ Christianæ, iuxta glossam, [d] recta etiam in canonem [e] Concilij Tridentini. Tum quia satis est, quòd Concilium Lateranense iudicauit, præfatum modum constituendi montem esse bonum. Tum quia pecunia, qua constituendus esset annuus reditus in stipendium pro administratione, adimeretur monti, & diminueret illum. Tum quia ex illa sola pecunia, qua præfatus reditus constaret, posset constitui mons alius paruus alicui populo satis aptus.

a *In præfata sessio.*

b *l. vbi autè non apparet. ff. de verbor. obligat.*
c *Cap. virginitas. 32. q. 1.*
d *Ca. veniès. de transact.*
e *In sess. 24.*

SVMMARIVM.

64 Vsura non est accipere fructus pignoris pro soluenda dote dati, noua ratione, sex alijs reiectis etiamsi maritus non sit gener.
65 Bona omnia sunt communia inter maritum & vxorem in Lusitania,
66 Dotem qui promittit, & non soluit, videtur promittere emolumentum, quod mediocriter ex illa quæri potest.
67 Vsura non est accipere certum quid pro dote promissa singulis annis.
68 Quod etiam vidua capere potest, &c. & talia statuta valent.

64 VIgesimoprimo noto ex textu, & supradictis, quòd gener licite potest accipere fructus pignoris fructiferi traditi sibi à socero in cautionem dotis soluendæ, vt est casus cap. *salubriter*, [f] quia non capit eos vi mutui veri, vel palliati: sed alia ratione, quæ à variis varia redditur, vt [g] refert diligentissimè doctissimus doctor Didacus à Leiua, & Couarruuias qui iam pridem multis annis auditor noster fuit studiosissimus in hac Academia Salmanticensi, eo maiore hanc nostram diutinam peregrinationem honorans, qto id candidius in suis præclaris operibus, testatur: nunc autem in magnum suarum litterarum, & virtutum testimonium Episcopus factus est Reuerendissimus, * quique postea euectus in illustrissimum totius Castellæ Præsidem, cum omnium magno desiderio, hanc miseram vitam, ante vnum circiter annum, in alteram, vt merito creditur, fælicem commutauit, * quæ tamen ratio satis iusta nobis adhuc non videtur inuenta: nam illa, quæ est communis (scilicet quòd illos accipit ratione damni emergentis, aut lucri cessantis) non conuenit: tum quia non quadrat textui: tum quia si conueniens esset, concluderet, nullum esse discrimen inter dotis, & alterius rei debitum, quod absurdum est: tum quia quando certum esset, aut verisimile, maritum nullum damnum suarum facultatum passurum ob dotem non solutam, neque lucrum facturum ob illam solutam, prædictos fructus accipere non posset: tum quia etiam quando ob id aliquod dãnum pateretur, vel aliquod lucrum, verisimiliter faceret, nequiret capere fructus, nisi posita ratione inter illud damnum, vel lucrum, & valorem fructuum: & nisi damnum vel lucrum exæquaret valorem fructuum: quod repugnat antiquissimæ consuetudini, quæ numquam eiusmodi rationes, & calculum admisit: cum tamen consuetudo sit optima legum interpres. [h] Minus conuenit secunda ratio, quam reddit Ioannes ab Anania, [i] cui nonnulli consentiunt, scilicet, quòd accipit eos ratione damni emergẽtis, quod patitur in sustentandâ vxore: quia vxorem sustentare non est pati damnum, sed debitum officium præstare. Non satisfacit etiam tertia, eadémque noua ratio Medinæ, [a] puta, quòd socer videtur donare illos fructus pignoris: quia præfatum cap. *salubriter*, nulli donationi innititur. Non etiam fatiat quarta, eadémque nouissima Soti, quam reddit, [b] nempè, quòd maritus tenetur ad onera matrimonij sustentãda: quorum vnum est dotis custodia. Tum quia contextus non se fundat in custodia dotis.

f *De vsuris. & l. pater. ff. de doli mali, except.*
g *In 2. 1. lib. 1. variarũ resolutionum.*
h *Ca. cum dilectus. de consuetud.*
i *In dicto ca. salubriter, n. 8.*

a *In Cod. de restitutio. qu. 1. de vsuris.*
b *lib. 6. qu. 3. art. 2. de iustis. & iure.*

65 Tum quia sequeretur, quòd in Lusitania & in aliis terris, vbi omnia bona inter coniuges fiunt communia, non haberet locum præfatum cap. *salubriter*, quod contra omnem morem, & consuetudinem est, tum quia nullus vmquam alius vsque ad ipsum dixit, custodiam dotis esse onus matrimonij: quin potius ipsius custodia, & rectus eius vsus, sunt leuamen, & adiutorium, sicut & è contrario perditio eius, & sumptus, quos in alendo se, suáque vxore, ac domo facit, sunt onera eius. Neque etiam est idonea illa sexta doctissimi Fortunij, quam reddit, [c] quem olim sequuti fuimus in hac ipsa Academia celeberrima, dum prælegeremus tit. de vsuris. & præfatum cap. *salubriter*, nempe, quòd pater teneatur ad alendam, & sustentandam filiam suam; & ita fructus pignoris videtur donare pro alimentis eius, donec dotem soluat. non inquam hæc est idonea, tum quia sequeretur, quòd illi textui non esset locus, nisi in genero recipiente pignus pro dote filiæ dotantis; quod etiam ipsemet fatetur, sed minus bene, quia is intellectus nimis restringit illum textum; semper enim seruatus est in omnibus frugiferis pignoribus pro soluenda dote acceptis, siue dentur pro dote filiæ, siue sororis, vel neptis, siue cuiuslibet alius extraneæ, quod palam sentit lex Lusitana, [d] tum quia ratio, quam insinuat peræque omnes videtur includere.

c *In illatione 6. de vlti. fin. iuris.*

d *lib. 4. titul. 14. §. è pacto.*

66 Quare videtur reddenda septima ratio, quæ nobis videtur conuenientissima, quòd attento, quòd dos traditur in vxoris patrimonium ad sustentationem onerum matrimonij, [e] & quòd intentionis dantis dotem est, vt illa seruetur, & non consumatur, [f] & quòd oneribus matrimonij inseruiat, [g] attentis item alijs multis priuilegiis dotis; de quibus amplissimè per Bald. [h] qui eam dat, aut promittit, non solùm illam dotem expresè promittit: sed etiam præsumitur tacitè promittere pro prædictis oneribus tantum emolumentum, quantum ex dote illa soluta salua existente poterit facere, siue decerpere aliquis homo mediocri prudentia, & diligentia præditus ab illo tempore, quo illa est soluenda, & ab eo, quo incipit maritus prædicta onera sustinere vsque ad solutionem, nulla habita ratione alterius damni, vel lucri cessantis mariti: & ita dans, & accipiés dotem dato, & accepto pignore frugifero pro securitate dotis promissæ, videntur tacitè pacisci, vt omnes, & soli fructus illi pignoris capiantur pro solutione illius emolumenti tacitè promissi. Ad quod nos mouent primo prædictæ attentiones, & considerationes, quæ colliguntur ex dicto capit. *per vestras*, [i] & dicta l. *vbi adhuc*. [k]

e *l. Pomponius. ff. famil. erciscun.*
f *l. vbi adhuc. C. de iure doti.*
g *Cap. per vestras. de donatio. inter vir. & vxor.*
h *Nouel. de dote.*

Secundo, quòd qui promittit centum clericis alicuius Ecclesiæ cum onere dicendi vnam missam in qualibet hebdomada, & quòd illa maneant semper salua: & quòd incipiant dicere missas à tempore promissionis, & non soluit illa statim, satis profectò videtur promittere se soluturum reditus illorum centum promissis, quæ dicentur vsque ad illorũ traditionem, qui enim promittit aliquid, videtur promittere id, sine quo promissum consistere non potest. [l]

i *Et c. fi. de dilatior.*
k *Et l. pro oneribus. C. de iure dotiũ. & d. l. Pomponius. ff. famil. ercis.*

Tertio, quòd huic nostræ sententiæ generalis consuetudo consentit: & quòd contextus d. cap. *salubriter*, insinuat in illis verbis, *Cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij sustinenda.* illa enim verba videntur significare, eum, qui aliquam dotem promittit obligari ad soluendum tantum fructum siue reditum pro illa dote, quousque soluatur ad sustentandum onera matrimonij, quantùm aliquis homo mediocris prudentiæ, & diligẽtiæ ex illa dote, salua ea manente, colligere potest. Per hanc decidendi rationẽ sine vllo scrupulo respondimus contra id, quod antea tenuimus in d. cap. *salubriter*, cùm illud, vt dictum est, interpretaremur hic Salmanticæ, secuti Fortunium, [m] nempè quemlibet maritũ, quamuis non sit gener

l *Arg. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. c. præterea. de offic. deleg.*

m *In prædi-*

eius, qui tale pignus dedit, posse fructus eius percipere, non computando eos in dotem promissam in quamlibet longum tempus solutio dotis differatur, modo obligatio dotem soluendi esset ad præsens tempus, nisi contrarium expresè actum fuerit, scilicet vt computentur in partem dotis fructus pignoris: quia quælibet dispositio in dubio intelligitur facta secundum ius, & consuetudinem, iuxta cap. *cum dilectus*, [a] cum multis additis per Felinum, [b] & per alios alibi.

a *De consuetud. & cap. causam quæ. de rescrip. ea. cum M. de constit. l. fina. Cod. de fideiussor.*
b *In dict. cap. causam quæ.*
c *Dicto cap. salubriter.*
d *Vbi supra.*
e *In repetit. cap. per vestras. not. 6. Flab. 6. quæst. 1. artic. 2. de iustitia & iure.*

67 Per eandem rationem decidendi concludimus, maritum posse pacisci cum eo, qui dotem promisit, & non soluit, vt quoad vsque soluatur in singulos annos, ad sustentandum onera matrimonij, tantùm, paulùm plùs, vel minùs soluat, quantùm aliquis mediocriter industrius ex illa dote, ipsa salua, capere posset, quod Panormitanus, [c] & alij multi relati à præfato D. Didaco, [d] & etiam Sotus tenent: quamuis contrarium visum fuerit receptius Ioanni Lupo. [e] Per hanc eandem rationem defendi potest id, quod insinuat Sotus, [f] puta maritum, qui dotem recepit, & hæredes eius in causa diuortij, teneri vxori viduæ, aut separatæ ad alimenta præbenda, quæ de reditu dotis, salua manente illa, dari possunt, quoad vsque illi ea persoluatur: quia quemadmodum, qui eam promisit, visus fuit in dubio ad id obligari, quoad solueret: sic videtur, quòd in dubio tacitè, qui eam recepit visus est ad idem obligari quoad vsque illam restituat ei: quia correlatiuorum eadem est disciplina, quando eadem ratio, idem in vtroque suadet, secundum ius, [g] & traditur latè per doctores, præsertim per Felinum. [h] Nec vxor vidua, vel separata peccat accipiendo illud incrementum dotis, ea salua: quia non recipit illud, vt vsuram ex mutuo palliato: sed vt quoddam onus promissum, à dotante pro conseruatione dotis acceptatum, tam contra se, quàm pro se ab accipiente illam, quod onus tamquam reale comitatur illam, quo ad vsque desinat esse dos, argumento capit. *ex litteris*, [i] & aliorum, quæ ad hoc supra citamus. Per hanc eandem rationem possunt defendi statuta illa terrarum, quibus cauetur, vt qui dotem promittit, & hæredes eius, quousque illam soluant, & maritus qui recepit eam, & hæredes eius, quousque illam restituant, vxori viduæ, aut separatæ certum quid ex centum singulis annis soluant: quia, sicut dictum est, non iubent illud solui, vt vsuram mutui veri, aut palliati: sed vt quoddã debitum certum subrogatum loco debiti incerti, quod pro cõseruatione dotis tacitè promisit, qui eam dedit, & etiam tacitè repromisit eandem accipiens, iuxta supra dicta, quæ omnia videntur esse memorabilia.

g *Leg. vnica. C. de cuprest. lib. 11.*
h *In supra scripto. proœ.*
i *De pignoribus. & præs. cap. per vestras. de donatio. inter virum & vxor. & leg. vbi adhuc. & l. pro oneribus. C. de iure dot.*

SVMMARIVM.

69 Census perpetuus licitè emitur.
70 Quamuis recenter constituatur.
71 Et an qui in vita, aut decem, aut plures annos.
72 Et etiam qui pro voluntate venditoris constitui possit.
71 Licet is similior vsuræ, quàm alij sit. & 72.
73 Bartholomæus à Caranza laudatur.
73 Census redimibilis quot conditiones requirat.
74 Quæ omnes an probentur quibusdam extrauag.
75 Census realis in persona libera constitui nequit.
76 Nec personalis, nec ius pignoris.
76 Præsertim quoad forum exterius. & 78.
77 Venditor nihil perdit re empta pereunte.
78 Emptio cum pacto de retrouendendo, & in minori pretio quando præsumitur vsuraria.
79 Emptio animalium, quæ non sunt, vt vsuraria.
80 Census realis pro rebus non necessarijs reipub. pernicios.
80 Et personalis pernicios or, & seq.
81 Homo liber non datur in pignus, neque in seruitutem ob debitum ciuile.
82 Et vt venditio eius valet.
81 Exhortatio ad personales census dissuadendos. 82 & 83.

69 VIgesimosecundo noto, quòd ex textu, & prædictis colligitur, magnæ quæstionis esse, an & quando emptio, & venditio census sit, & censeri debeat vsuraria, de qua sæpe in præfectionibus publicis, & consiliis, atque responsis ad interrogata datis locuti sumus: & tandem in Manual. Confessar. Hispano, [k] paulo latius scripsimus, quæ in hoc commentar. dilatauimus, pro quibus po-

k *In cap. 17. num. 232.*

a *Argumen to cap. pertinet. de cens sib. & cap. præterea. de iur. patr.*
b *Ca. in ciuitate de vsur.*
d *Not s*
e *Argum. l. illud. ff. ad l. Aquil.*
c *Vasquez. de empt. in princip. & §. 1.*

f *In dict. cap in ciuitate.*

g *Leg. nec emptio. ff. de contrahen. emptio.*
h *Leg. cum Titius. ff. de tritico, vino, oleo leg.*
i *Leg. interdum. ff. de verb. oblig.*
k *Cap. 2. de reg. iur.*
l *Argum. ca. desidium. 2. de el. 6.*
m *De contr. quæst. 79.*

n *In d. cap. in ciuitate.*
o *In disput. 5. p eonj. 123.*

q *num. 98.*

r *Vbi supra q. 70. & 8.*

s *In extrau. 1. de emp.*
t *In extraua. 2. eius de vitiat.*

periret. Octaua quòd prædium, in quo census constituebatur redderet saltem tantum, quantum census venditus valeret.

73 Quas conditiones iamdiu in hac Salmanticensi Academia prædictam extrauagantem prælegendo nos collegimus, sed postea celeberrimus Doctor pater Bartholomæus Caranza magnum Dominicanorum decus conterraneus noster præfatas octo conditiones redegit in sex, [a] vbi postquam de Martino V. & Calixto I I I. tractauit, retulit præfatas eorum extrauagantes. * Septimum, quòd aliqui (de quibus nunc est Sotus, [b]) dicunt, in illis non probari secundam, & septimam conditionem prædictarum, scilicet, quòd solum prædium, super quo census constituitur, illius solutioni obligatum maneat: & quòd illo perdito etiam census perdatur: dicunt enim, contextum illarum extrauagantium non habere, quòd census non possit à venditoribus exigi, si prædium census addictum periret, sed solùm habere, pretium pro censu datum exigi nó posse: & quòd si auctores earum sensissent, quòd nec census exigi poterat, etiam id expressissent: qui tamen nostro iudicio malè illas interpretantur.

74 Primò quidem, quòd non ideo id exprimere omiserunt, quòd aliud sentirét, sed eo quòd de illo non dubitarent: visum quippe fuit eis, quòd sicut sublato cæmento paries ei nitens corruit: sic pereunte prædio, qui cēsus inhæret, ipse quoque census perit: quia sublato fundamento, necesse est corruere fundatum, [c] & ideo solum dubitabatur, an qui pretia recepissent ad eorum restitutionem tenerentur, cùm census, ob quos data fuerūt pereuntibus prædiis perirent, argumento, cap. *cum cessante causa, cessat effectus*, [d] & l. *adigere*, [e] & ad hoc dubium Pontifices respondent, quòd non.

Secundo, quòd præfatæ extrauagantes tamquam rem multum dubiam declararunt, quòd venditores censuum, pereuntibus prædiis, super quibus fuerant impositi, non tenebantur ad restituendum pretia pro eis accepta: at non fuisset res valde, neque vllatenus dubia, si pereuntibus prædiis restassent obligati ad soluendum census, qui acceperunt pretia eorum: nam quamuis illa non periissent, non tenebantur illi ad restituenda pretia, nec ad redimendum census, vt ex illarum tenore constat. Octauum, quòd in prima & secunda editione Manual. Confessar. nobis, sicut & aliis multis visum fuit, prædictas extrauagantes non probare, illicitas esse emptiones redimibiles censuum, quæ fiunt absque omnibus conditionibus, cum quibus factæ fuerunt illæ, de quibus ipsæ loquuntur: qui solùm probant illas sufficere, vt illæ iustæ sint: non autem probare, illas requiri, cum longè aliud sit aliquid requiri, & sufficere, iuxta glossam singularem. [f] Propterea in prædictis editionibus diximus, aliquas ex prædictis conditionibus non esse necessarias, & post hæc prædictus Sotus dixit in summa, [g] nullam prædictarum conditionum esse necessariam præter illam iusti pretij, & illam, vt venditor ad redimendum censum non teneatur.

75 Nonum, quòd post seriam meditationem visum est nobis primam octo prędictarum conditionum esse necessariam: tum quia prædictæ extrauagantes ambæ id significant: tum quia in ea fumus sententia, vt census in persona libera constitui non possit, saltem sine vsuræ præsumptione, vt mox in dicto sequenti probabimus: tum quia hic de censu reali, qui in bonis constituitur disputamus: tum quia accidens sine subiecto consistere non potest, iuxta l. *si seruum*, [h] Baldum, [i] & census respectu prædiorum, in quibus constituitur, est tamquam accidens: denique quia in nulla parte iuris agitur de censu reali, qui super re aliqua certa non esset constitutus.

Admonemus autem nunc lectorem præfatum D. Bartholomæum à Caranza, virum alioquin vigilantissimum, aut certè correctorem suæ summæ per nonnullam incogitantiam dixisse, vbi supra, primam conditionem esse, vt vendens designet, & exprimat rem aliquam, quam vēdat, & alius emat. tum quia non habent extrauagantes præfatæ, vt is, qui vendit censum, vendat prædium, super quo ille imponitur: tum quia, alioquin vēdens censum venderet etiam prædium: quod cōtra ius, & omnem morem est: alioquin enim census constitueretur super re, & prædio

a *In summa Conciliorum pag. 618. in his, quæ sunt paruæ formæ, & in aliis, quæ sunt mediocris pag. 387.*
b *Lib. 6. qu. 5. art. 1. de iust. & iure.*
c *Cap. cum Paulus 1. q. 1.*
d *De appell.*
e *§. quamuis, ff. de iure patron.*
f *Cap. statutum. in prin. verb. canonicis. de referip. lib. 6.*
g *In lib. 6. q. 3. art. 1. de in. & iure.*
h *§. 1. ff. de actio. empt.*
i *In l. 2. C. de bono posses. contra tabul.*

A mentis, & non vendentis. Mens autem eius fuit dicere, quòd vendens debet designare rem aliquam, super quam imponat census, & alius emat illum illi rei impositum.

76 Secunda etiam conditio, scilicet, quòd res illa sola, super qua census imponitur, obligetur ad id, necessaria videtur: tum quia prædictæ extrauagantes id significant, vt dictum est in sexto dicto: tum quia, si persona venditoris census, & alia bona ipsius ad eius solutionem obligata manerent, non censeretur emptio census realis, de quo agimus: sed personalis, de quo nunc non loquimur: aut esse constitutio pignoris, & obligatio securitatis pretij accepti, & solutionis census, quod vsura esset palliata: quia contra naturam est venditionis, & emptionis, vt venditor se, & sua bona ad perpetuam securitatem rei venditæ obliget: cùm res empta periens post traditionem emptori pereat, & non venditori. [a]

77 Tum quia licèt venditor census iustè se, suáque obligare posset, ad assecurandum, quòd prædium super quo imponitur census, est suum, & potest super illo imponere illum censum, quia iure * ad id tenetur ratione euictionis, [b] non tamen ex eo sequitur, quòd se debeat obligare ad soluendum censum illi prædio impositum, quamuis illud pereat, cùm id iniustum sit: sicut venditor prædij tenetur quidem ad præstandam cautionem de illius euictione, non tamen tenetur præstare cautionem de soluendis fructibus eius, quamuis illud pereat, cùm id iniustum sit, & repugnans omni rationi iuris diuini, & humani.

* Ad id tenetur ratione euictionis. *Euictio est actio quam intendunt emptores venditori si alio quopiam rem sibi venditam vendicante, venditionem non confirmet venditor, vel euictio est eius rei quam aduersarius legitimo iure acquisierat per iudicem recuperatio de qua iurisconsulti, & nominatim per ius. Gregorius lib. 25. synt. ag. cap. 22.*

78 Tertia conditio, scilicet quòd pretium sit iustum, quamuis non sit necessaria ad hoc, vt emptio census sine illo facta in foro conscientiæ dicatur vsuraria, si verè venditor habuit animum vendendi censum, & emptor emendi eum: sed sic, quo ad hoc, vt non sit iniusta inducens obligationem ad restituendum, per ea quæ latè diximus in cap. *nouit.* [c] & ad hoc, vt in foro exteriori, non censeatur vsuraria: siquidem paruitas pretij, cum pacto de retrouendendo, præsumptionem vsuræ interdum inducit, vt in Manual. Confessar. [d] dictum est, præsertim in contractu emptionis & venditionis census, qui similior est aliquo modo contractibus vsurariis, quàm aliarum rerum emptionis, vt vbi supra [e] dictum est.

Quarta, scilicet, vt totum pretium statim soluatur, etiam necessaria videtur, etiam in foro conscientiæ: quia emptor non debet credere, quòd venditor sponte dat dilationem ad soluendum pretium (licèt ipse dicat) si quidem præsenti necessitate impulsus in suo prædio census constituit: quemadmodum nec credere debet, eum, qui mutuum accipit, sponte sibi vsuras promittere, quamuis id ille affirmet, iuxta omnes post S. Thomam, [f] qui dicunt, eum per quamdam vim necessitatis promittere. Necessaria etiam videtur in foro exteriori: tum quia illa dilatio partis pretij data ab homine cōpulso necessitate ad vendendum censum, quamdam similitudinem mutui vsurarij significare videtur propter similitudinem maiorem, quam habet emptio census, quàm aliarum rerum emptiones, per prædicta in sex prioribus dictis. Tum quia videtur minus iusto pretio dare, qui statim non soluit ei, qui necessitate ductus census vendit. [g]

Quinta, vt scilicet, in totum, vel in partes redimi possit etiam necessaria dici potest ad effectum, quòd esset iniusta emptio census, nisi plus pro eo daretur, interueniente pacto, ne per partes redimi possit, quàm cum facultate redimendi per partes. Immo & ad effectum ne vsuraria censeatur, nisi plus detur, cum pacto de non redimendo per partes, quàm cum contrario: quia minus iusto pretio datur, propter quod, & facultatem redimendi, quæ ex pacto de retrouendendo descendit, posset fieri, vt interdum vsuraria putaretur, vt supra tactum est.

Sexta, scilicet quòd vendens non teneatur redimere, secundum omnes est necessaria.

79 Septima, scilicet, quòd perempta re censuaria pereat

a *Toto tit. ff. & C. de peri. & commod. rei vend.*
b *Toto tit. ff. & C. de euictionib. & ca. final. de emp.*
c *De iudic. not. 6. num. 70. & seq.*
d *Cap. 17. nu. 149.*
e *Eod. comment. nn. 77. & 78.*
f *2. 2. q. 78. art. 1. ad 7.*
g *Argumen. cap. 1. de pluspetitio. §. plus autem. insti. de actionē.*

census, ex secunda sequitur, & per eam probatur esse necessaria.

Octaua, scilicet, vt prædij reditus æquet, aut superet censum in eo constitutum, nonnullis non videtur necessaria: tum quia magis emptori census, quàm venditori fauet: siquidem venditor liberatur relinquendo prædium cum suo censu emptori, per secundam cōditionem. Tum quia illa ex prædictis extrauagantibus non videtur colligi, neque nos quando eas Salmanticæ prælegebamus eam collegimus: sed non est verum. Tum quia nemo emit censum super prædio aliquo, quod sciat non reddere tantùm, tum quia pro constituto habetur, vt diximus in Manual. Confess. [a] sequuti Angelum, [b] & Maior. [c] & Siluestrum, [d] eum qui emit prædia, aut pecora, ab his qui non habent, aut plura, quàm habent, & ea eisdem locat vsurarium esse, cui satis similis est is, qui emit censum super prædio, quod non est, aut non tantos prouentus affert, quantus est census. Decimum, quòd per dicta concludimus tenendum esse, omnes prædictas octo conditiones respectibus prædictis necessarias esse.

Primo per rationes ad earum probationes adductas.

Secundo, quia sicut supra insinuatum est, [e] omnis emptio census, etiam antiqui, aliquam similitudinem cum vsuraria habet, & multò maiorem emptio noui, qui per eam constituitur, quamuis sit perpetuus, & sine pacto facultatis redimendi, & tollendi, & longè maiorem emptio sensus, cum pacto facultatis tollendi, & adimendi: quæ adeo magna est, vt in prædictis extrauagantibus dicatur, quòd etiam factæ cum prædictis conditionibus, quæ vsuræ præsumptionem, & iniustitiam diminuunt, pro vsuriis à multis habebantur, & pro talibus dissuebantur, quousque per eas declaratum fuit, eas, quæ cum illis factæ essent, licitas esse, significando, reliquas non esse pro talibus habendas.

Tertio, quia pactum, quod de retrouendendo appellatur in qualibet cuiuscumque rei emptione adeo magnam vsuræ suspicionem affert, vt ipsum, & defectus iusti pretij, pro vsuraria haberi eam faciat, iuxta glossam singularem, [f] communiter receptam secundum Antonium Burgensem, [g] & Decium. [h] Et constitutio noui census ad habendam per eam pecuniam sine prædictis conditionibus, videtur tantam aut maiorem vsuræ suspicionem inducere, quàm pretij paruitas. Ergo illa cum pacto facultatis redimendi (quod in effectu est de retrouendendo) pro vsuraria censeri debet, si fiat sine prædictis conditionibus, quæ hanc præsumptionem tollant.

80 Quarto, quòd quamuis hæc sententia necessario probari non posset contra eum, qui mordicus contrariam defenderet, tenēda tamē est: quia neque cōtraria probari posset contra eum, qui hanc tueretur. Et hæc eò maiore fauore digna est, quò magis facultatem dandi, & accipiendi censum reprimit: quòque magis conuenit vtilitati animarum, & conseruationi rerum priuatarum, immo, & publicarum: sunt enim plurimi, qui sua bona huiusmodi censibus onerant ad quædam minimè necessaria, & ad quædam superflua, immo & mala, qualia sunt profana, vana, & interdum noxia, vel turpia: quò fit, vt dum nec census constitutos soluere possint, nec licentiosè viuendi consuetudinem sustentare, facilè fidem fallant, & decoquant, & relictis vxoribus, & liberis, cum magno publicæ, priuatæque rei detrimēto solùm vertant, & peregrè in longinqua proficiscantur: quæ materia delinquendi est amputanda, [i] & respub. fouenda, [k] etiam in his, quæ mediatè tantum illam contingunt. [l] Confirmantur prædicta, eo quòd Innocentius I I I. grauissimus auctor, quamuis fuerit in primis eorum, qui dixerunt, licitam esse hanc emptionem censuum nouorum: addit tamen omnes Christianos se ab illa debere abstinere, in quo nemo illi aduersatus est. Ex quibus omnibus iustum esse intelligitur statutum quoddam sanctæ Mariæ Guadalupæ, cum eo, quod in eius copioso commentario dicitur.

81 Vndecimum, quòd ex his sequitur, non esse tenendum id, quod prædictus Sotus tenuit, [m] & Couarruuias, [n] nempe licere alicui censum constituere super sua sola persona, sine designatione aliquorum bonorum, quod etiam ante tenuit Conradus. [o] Contra quos faciunt pri-

a *Cap. 17. n. 129.*
b *Verb. vsur. 1. §. 7.*
c *In 4. di. 15. quæst. 4. 6.*
d *Verb. vsur. 2. q. 6.*
e *Eodem cōmentario à nume. 76. & 79.*
f *Cap. conquestus. de vsur.*
g *Cap. ad nostram de emptio.*
h *Consil. 167.*
i *Ca. ex parte. de consuetud. l. conuenire. ff. de pac. dota.*
k *Cap. si diligenti. de foro compet.*
l *Leg. 1. ff. solu. matrimo.*
m *Lib. 6. qu. 5. art. 1. de iustit. & iure.*
n *Lib. 3. ca. 7. variar. resolut.*
o *De contra. 2. 74. & 75.*

A mo conclusio præcedens, & omnia eius fundamenta.

Secundo, quòd contrarium eius, quod Sotus dicit, affirmant Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas Ancharanus Antonius & Cardinalis, Panormitanus & Ioannes Anania, [a] & rursus Panormitanus, [b] & Angelus, [c] Bartholomæus Cassanæus, [d] Laurentius Rodulphus, [e] S. Antoninus, [f] & fere omnes.

Tertio, quia est inuentio noua, qua numquam Respub. Romana, saltem postea quàm Christiana facta fuit, vsa est, nec passa, vt census & pensio in persona libera constituerentur, quo modo in prædio aliquo constituitur. Quare tamquam res insolens, & noua, malíque exempli ableganda est. [g]

B Quarto, quia eiusdem Reipub. Romanæ legibus cautum est, ne liber homo pignori detur, [h] neque in eo ius reale, quod ius pignoris dicitur, constituatur: adeo, vt creditor, qui tale pignus accipit pœnam incurrat, [i] & certum est, ius census maius onus quàm ius pignoris esse: quia per pignus nihil aliud dat debitor, quam debiti securitatem, & per censum sic: vt colligitur ex l. 1. [k] & ob id qui pecunias habet, mauult emere censum, quàm eas pro pignore dare.

Quinto, quòd quamuis, secundum leges Reipub. seu veteris testamenti Hebræorum, poterat se debitor, filiósque suos in quamdam seruitutem tradere, vt sacra scriptura significat, [l] licèt non esset vera omnino seruitus, vt dicit S. Thomas, [m] quamuis item tempore, quo leges duodecim Tabularum institutæ fuerunt Romæ, quo tempore adhuc Respub. inculta, & minus humana, & minus morata erat, debitor, qui vnde solueret non habebat, se ad tempus creditori in seruitutem dabat, vt Budæus, [n] & alij declarant: ex illa tamen duritia multa mala, & magnum periculum Reipub. Romanæ euenisse, narrat Titus Liuius, [o] qui lib. 7. scribit, iussum fuisse, ne quis fœneraretur. Et alibi, [p] ait ob quādam crudelitatem, & turpitudinem, quam quidam creditor in adolescētem quemdam suum debitorem exercuit, omnes debitores ab obligatione corporum Senatum liberasse, sanciendo, vt bona debitorum, & non corpora accipi possent. Et Solon videns, quòd homines propter facilitatem constituendi ius pignoris in suis personis inueniebant, qui sibi mutuo ad vsuras darent, & se illis onerabant, statuit, vt nemo pignori suum corpus ob mutuum acceptum dare posset, vt refert Plutarchus, [q] quanto magis sanxisset, ne census constitueretur, cùm (sicut dictum est) census sit grauius onus pignore.

Sexto, quia facultatem constituendi census in solis personis inducere, esset, nos ipsos ad illam duritiam antiquam magnorum malorum fontem reducere.

82 Septimo, quòd quamuis teneremus, posse aliquem se vēdere, aut se alicui ad tempus, aut perpetuo in seruum tradere, eo quòd licitum sit, secundum ius naturale, & diuinum, & non prohibitum humano: tamen non ideò licitum esse in se manente libero ius census constituere: quia lex humana iusta vetat, ne in persona libera ius pignoris possit constitui, libera ea manente: & consequenter nec ius census quod maius, quàm pignoris est. Neque dubium esse potest, quin interrogatus legislator idem de censu, quod de pignore respondisset, & ita habendum pro lege, iuxta glossam singularem. [r]

Octauo, quòd quamuis rationes partis aduersæ probarent, hunc censum redimibilem in sola persona absque alia bonorum designatione coram Deo licitè constitui posse: apud homines tamen censeretur constitui ad palliandas vsuras. Nam si alicuius prædij emptio cum pacto facultatis redimendi dum libuerit, sæpè vsuraria cēsetur, [s] & si aliquot grauissimi doctores tenuerunt emptionem census noui, etiam perpetui, & super prædiis absque personæ obligationem constituti vsurariam habendam esse: etsi alij multi tenuerunt, saltem emptionem censuum redimibilium talem existimandā esse, etiamsi cum prædictis octo conditionibus, hanc præsumptionem minuentibus fieret: & si adeo magnum dubium fuit, vt à duobus summis Pontificibus oportuisset resolui in præfatis extrauagantibus, [t] quòd esset licita illa, quæ cum prædictis conditionibus, fieret: quis dicere adeat, census in persona

a *In cap. in ciuitate. de vsur.*
b *In dispu. 5. colum. penul.*
c *In summa verb. vsur. §. 78.*
d *In catal. glor. mūi par. 12. concl. 99.*
e *In cap. salubriter. de vsur. 2. par. q. 12.*
f *2. part. ti. 1. cap. 8.*
g *Ca. ex parte. de consue. & cap. quis nesciat. 11. d.*
h *Cap. 2. de pignorib. leg. ob æs alienū. C. de obligat. & actioni & l. 1. C. quares pignori oblig. possint.*
i *Auth. immo. C. de obligationib. & actionib. §. quia vero auth. vt nulli iudi. coll. 9.*
k *De pignorib. capit. 2. de vsur. adiuncto c. constitutus. de relig. domib.*
l *Leuit. cap. 25. & 4. Reg. 4.*
m *2. 2. quæst. 105. art. 4.*
n *In annotationibus ad Pandect. tit. de in diem addict.*
o *Lib. 1. ab vrbe condi.*
p *Lib. de vitanda vsur.*
q *Leg. tale pactū. §. qui pronocauit. ff. de pact.*
r *Lib. 8.*
s *Cap. significante. & c. illo vos de pignorib.*
t *1. & 2. de emptio.*

sola constitutum cum facultate redimendi non esse censendum vsurarium?

Nono, quòd contraria opinio præcludit viam mutui gratuiti petitioni, eo quòd quiuis pecunia egens erubescet petere gratuito ab alio, cùm responderi ei possit, constituat iustum censum pecuniæ, quam petit: quod per viam emptionis, & non mutui recipiat, cùm supra suam personam tam facilè illud constituere possit, quàm facile poterit eam solutioni eius obligare. Et ita quadamtenus ianuam caritati claudit, & cupiditati aperit, pauci enim gratis mutuarent, cùm mallent in pretium census tradere, ostiúmque vsuris palliatis aperire. *

83 Multa denique alia inconuenientia inferri ex contraria opinione monstrabam hoc in loco sermone Hispano, quo à Christiana repub. exploderetur, & nemini arrideret: ob quæ scio in præoriis Hispaniæ tam sæcularibus præsertim supremis, quàm Ecclesiasticis decretum fuisse, huiusmodi censum personalem verè, vel præsumptiuè saltem vsurarium esse iudicandum. In quorum omnium locum subiicio extrauagantem illius opinionis expultricem, quam fœl. record. Pius V. post nostrum in vrbem appulsum edidit, auditis satis, & perpensis, quæ nos, [a] notabiliter scripsimus, suggerente illa ei eruditissimo probatissimóque viro Doctore Cornejo, siue Cornelio Lusitano, vtriusque signaturæ referendario, qui noster olim fuit auditor ardentissimus, & ob id minerualibus insignibus magno cum gaudio à nobis ibidem donatus: quem tandem egregiam laudem in vrbe meritum, ad præmia æterna, vt piè creditur, à summo Rege gloriæ Christo vocatum, non sine magno, sed pio dolore in eadem extulimus.

a *In hoc 22. notab.*

SVMMARIVM.

84 Extrauagans Pij V. de modo constituendi census.
85 Census in constituendo seruanda octo etiam olim seruata.
85 Immo & alia totidem.
86 Census vt non potest poni super omnibus bonis.
87 Census super censu poni posse.
88 Census pretij solutio præsens, vt fraudatur.
88 Et quòd non sufficiat testatio Notarij de confessione receptionis.
89 Solutio anticipata vt valet hic minus.
89 Compensationi cur non est hic locus.
90 Fortuiti casus renunciatio in hoc casu non valet, & optatur, ne etiam in aliis contra ius ordinarium renunciaretur.
91 Censuariam rem vendi potius emptori, quàm alij subdurum. & 92.
93 Laudemium ob rem censuariam venditam vt debetur.
94 Census pretium nequit esse debitum, nec debendum.
95 Census contractus, & emphyteuticus in hoc differunt.
96 Censum redimendi facultatem consuetudo nec immemorialis tollit.
97 Præscriptio immemorialis, vt fortior centenaria.
98 Formam contra, vel præter datam facta non valent.
98 Census qui contra formam extrauagantis constituti valent.
98 Census perpetuos quales non includit hac extrauagans.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, AD PERpetuam rei memoriam.

b *Est constitutio 80. inter Bullas Pij V.*

84 CVm onus Apostolicæ seruitutis obeuntes cognouerimus, innumeros celebratos fuisse, & in dies celebrari censuum contractus, qui nedum non continentur intra limites à nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos, verùm etiam, quod deterius est contrariis omnino pactionibus, propter ardentem auaritiæ stimulum, legum etiam diuinarum manifestum contemptum præ se ferunt: non potuimus, animarum, prout tenemur, saluti consulentes, & piarum mentium petitionibus etiã satisfacientes, tam graui morbo, letiferóque veneno salutari antidoto non mederi. Hac igitur nostra constitutione statuimus, censum seu annuum reditum creati, constitui ve nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sua natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit. Rursum, nisi verè in pecunia numerata, præsentibus testibus, ac Notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto integro, iustóque pretio. Solutiones, quas vulgo anticipatas appellant fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directè, aut indirectè obligantes ad casus fortuitos eum, qui aliàs ex natura contractus non tenetur, nullo modo valere

A *volumus: quemadmodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam, quia volumus rem ipsam semper, & liberè, aut sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate alienari. Vbi autem vendenda sit, volumus dominum census aliis omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda sit, & per mensem expectari. Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cãbium, seu certas expẽsas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expẽsas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem census subiectam, seu aliquã eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita sint, & nulla. Immo & census augeri, & nouum creari super eadem, vel alia re, in fauorem eiusdem, aut personæ per eum suppositæ pro censibus temporis, vel præteriti, vel futuri omnino prohibemus. Sicut etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non spectarent. Postremo census omnes in futurum creandos, non solum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio extingui: non obstante etiam longissimi temporis, ac immemorabili, immo centum & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directè vel indirectè talem facultatem auferentibus quibuscumque verbis, aut clausulis concepta sint. Cum verò traditione pretij reditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denunciari ei, cui pretium dandum erit: & post denunciam, intra annum tamen, etiam ab inuito pretium repeti posse: & vbi pretium, nec volens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur, volumus nihilominus quandocumque reditum extingui posse, præuia tamen semper denuncia, de qua supra: & non obstantibus his, de quibus supra, idque obseruari mandamus, etiam quod pluries ac pluries denunciatum fuisset, nec vmquam effectus secutus fuisset. Pacta etiam continentia pretium census extra casum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti posse, omnino prohibemus, contractúsque sub alia forma posthac celebrandos fœneratitios iudicamus. Et ita illis propterea non obstantibus, quidquid vel expressè, vel tacitè, contra hæc nostra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à fisco volumus posse vendicari. Hanc autem salutiferam sanctionem, nedum in censu nouiter creando, verum etiam, quod in creato quocumque tempore alienando, modo post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuo & in omnibus seruari volumus. Declarantes pretium semel censui constitutum, numquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quoad vltimò contrahentes minui, vel augeri. Et licèt legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos sub alia forma peruenerunt census, hortamur in Domino, vt singulos contractus censuræ bonorum religiosorum subiiciant, & animarum saluti consulant. Non obstantibus, &c. Dat. Romæ Anno 1568. 14. Kalend. Februarij.*

E

a *C. 6. 17. nu. 234.*

QVoniam quidem in Manual. Confessar. [a] diximus nos huic extrauaganti hoc in loco addituros esse aliqua, quoniam item quidam amici Illustrissimi ordinis Societatis Iesu, viri egregia pietate, & eruditione, attulerunt ad me multa circa præfatam extrauagantem dubia, quæ sibi, & aliis sui ordinis post eam editam occurrerunt paulo maiorem, quam putaram commentarium in eam faciam. Addendo primo octodecim glossas. Deinde quærendo, & breuiter decidendo multa, quę ad hanc Extrauagantem propius attinent.

Prima igitur glossa fuerit, quod per eam probatur seruandas esse, in cuiusque census constitutione, omnes octo conditiones, quas supra, [b] diximus seruatas fuisse in constitutionibus cẽsuum, de quorum iustitia, vel iniustitia, interrogati responderunt Martinus V. & Calixtus III. in præfatis Extrauagantibus. [c]

b *num. 73.*

c *1. & 2. de emp.*

Prima quidem, quòd census debet constitui super re certa, probatur in illis verbis, *nisi in re immobili, &c.*

Secunda, quòd illa sola res remaneat illi censui subiecta, ibi, *rem censui suppositam.*

Tertia, quòd pretium iustum detur, ibi, *iustóque pretio.*

Quarta, quòd totum pretium simul soluatur, ibi, *non prius, &c.*

Quinta, quòd venditor poterat redimere totum vel partem, ibi, *extingui posse.*

Sexta, quòd venditor non obligetur ad redimendum, ibi, *ab inuito.*

Septima, quòd re censuali pereunte census pereat, ibi, *re in totum, vel in parte perempta.*

Octaua, quòd res censualis reddat tantùm, quantus est census, ibi, *frugifera:* quamuis enim non dicatur expressè quantæ frugis debeat esse, satis tamen significatur, quòd debeat esse tantæ, quantus est census, alioqui non satis aptè diceretur, *frugifera*, iuxta materiam subiectam, iuxta quam verba sunt intelligenda. [a]

a *Leg. si vno. §. 1. ff. locati. & cap. intelligentia, de verb. signi.*

Glossa 2. quòd hæc extrauagans probat, quòd non solum non potest constitui census super sola persona constituentis iuxta conditionem primam, vt supra, [b] contra Sotum probauimus: sed neque super aliqua alia re corporali, vel spirituali, nisi sit res immobilis, aut quæ pro immobili habeatur, sitque frugifera, & finibus certis designata, quòd colligitur ex illis verbis, *statuimus, &c.*

b *Eod. num. 85.*

86 Ex quo infertur, non valere census, quem quis ponit generaliter super bonis suis, nec vniuersaliter super omnibus bonis suis, nullo certo prædio cum suis limitibus siue confrontationibus designato, imo neque aliquo prædio designato, quod pridem vidi Legione Hispaniæ practicari. Tum quia hæc extrauagans clarè habet, non posse constitui, nisi in re immobili designata, at per illum modum constituebatur non solùm in re designata: sed etiam in omnibus aliis bonis constituentis illum. Tum quia ratio, qua Pius Quintus fuit motus ad statuendum, debere rem esse certis finibus designatam, fuit, vt perdita, vel pereunte illa, periret & census: ets super ea, & aliis bonis non designatis cõstitueretur, non periret, quod infrà paulo latius repetitur, donec alia quoque perirent.

87 Secundo, sequitur posse censum constitui super annuo reditu, quia licèt ille non sit propriè res immobilis, habetur tamẽ pro re immobili per textum iuris optimum, clemen. *exiui*, [c] cui concordat cap. 1. adiuncta glossa recepta, [d] & consequenter posset constitui census super censu maiore, vel æquali iam antea constituto, per quod resoluitur vnum de prædictorum Patrum dubiis.

c *§. cumque annui redit. de verb. signi.*

d *In verbo iura, de reb. eccles. non alienan. lib. 6.*

88 Glossa 3. quòd hæc extrauagãs addit duas alias nouas conditiones ad census constitutionẽ requisitas vltra prædictas octo, nempe, quòd pretium census soluatur in pecunia numerata, & coram notario, & testibus, qui videant illam realiter tradi: quæ forma nouissima est, cui tamẽ audio fieri fraudẽ duobus modis. Altero monstrando quamdam quantitatem pecuniæ, quam non numeratam tradit venditori census, qui confitetur recipere integrum pretium census à se constituti, per quod non videtur fieri satis contextui huius extrauagantis, quæ sic habet, *Rursum nisi verè in pecunia numerata præsentibus testibus, ac Notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto, integro, iustóque pretio.* Per quæ significatur, quòd notarius, & testes debent videre solui pretium integrum in pecunia numerata, ad quod non videtur sufficere ostensio, & traditio partis pecuniæ, etiam cum confessione vendẽtis census, quòd recipit totam, argument. l. 1. & vltimæ, [e] quatenus probat, maius esse probare solutionem factam numerãdo pecuniam realiter, quàm probare, quòd pars fuit confessa eam recepisse. Videtur etiam, quòd non potest pars remittere saltem in præiudicium fisci, ne teneatur emptor soluere totum pretium in numerata pecunia adnumeratum, vt vocant per versiculum, & ita. Altero modo fit, quòd emens monstrat totum pretium, & tradit illud totum numerãdo, ita quòd notarius, & testes possunt ferre testimonium de numeratione totius pretij, sed postea per cõuentionem antea secretò initam illico in absentia eorum restituit vendens partem pecuniæ, quam prius ab emente receperat, & debebat. Harum autem cautelarum prior videtur parum tuta in foro exteriori, eo quòd non probatur per eam realis numeratio totius pretij, quam extrauagans requirit. Altera vero tutior est, nisi probari posset, quòd ante traditionem totius pretij fuit conuentum, vt accipiens illud redderet statim illam partem, quæ debebatur emptori census: quoniam qui sic soluit, vt statim reddatur ei solutum non liberatur. [f]

e *C. de dote cauta nõ nu.*

f *Leg. qui sic soluit. ff. de solut.*

Est tamen quæstio quotidiana, & magni ponderis: An præsupposito, quòd vendens censum debet emptori cen-

A tum antea ob aliquas causas recepta, & postea recipit illa centum in partem pretij, per alteram præfatarum cautelarum, an emens tuto in foro conscientiæ possit percipere censum ita constitutum, & solutum? Et videtur quòd sic: tum quia verè coram Deo totum pretium soluit, tum quia magis prodest vendenti censum, qui antequam constituat illum temporibus opportunis, tradit partem pretij eius, & expectat solutionem aliquando sesqui anno, & aliquando anno, vel biennio sine vllo lucro, quàm qui soluit totum in ipsa constitutione census, incipiendo statim lucrari. [a] Tum quia lex fundata in præsumptione non habet locum in foro conscientiæ, quando veritas est contraria. [b] At is rigor soluendi totum pretium in constitutione census in pecunia, videtur inductus à Pio ad præcludendam viam malis dolis, & cautelis, quibus ementes census malè solũebant pretium in pannis, & aliis mercibus antea, vel tunc traditis, vel in pecunia numerata ad ludendum, aut in alios fines vanos vel malos, & ita non videtur includere quoad forum conscientiæ illos, qui bona fide vtiliùs, vel æquè vtiliter anticipauerunt solutionem totius, vel partis census, ac si in ipsa constitutione soluerent.

a *Argum. ca. 1. de plus petit. & § si quis agens. Instit. de actio.*

b *Cap. is qui. cap. tua. cum eis annotatis, de sponsal.*

89 Glossa 4. quòd hic est casus, in quo, qui dat ante tempus, non videtur dare plus, immo minus, cùm tamen regula contrarium habeat, iuxta prædictum ca. primum, [c] & *§. si quis agens*, [d] est item casus, * in quo non fit compensatio etiam de liquido ad liquidum contra regulam, l. vlt. [e] licèt enim Ioannes constituturus, & venditurus censum Petro debeat ei mille quingenta, non potest tamen Petrus pacisci cum Ioanne, vt illa non deber, vel eorum aliquam partem accipiat in solutionem alicuius partis mille quingentorum sibi pro censu soluendorum: ratio harum fallentiarum, videtur esse præclusio viæ fraudis vsurariæ supra tactæ: sicut & ratio, qua contra petentem depositum non admittitur compensatio, est exuberantia illa bonæ fidei, quæ seruanda est in depositi redditione, iuxta cap. fin. [f] & per alia iura per eius glossam citata.

c *De plus petit.*

d *Instit. de actio.*

e *C. decompensat.*

f *De depos.*

* In quo nõ fit compensatio etiam de liquido ad liquidum. *Compensatio est æqualitatis vel æqualis ponderis retributio, vt ait Modestinus credit & debiti inuicem inter se, id est contrahentes contributio. Est autem compensatio liquidi ad liquidum quando ius debitum ex vtraque parte planè constat & manifestum, & indubij iuris vtrumque est.*

90 Glossa 5. quòd alia conditio, & ita vndecima requiritur in censuum constitutione, ne scilicet derogetur vlli exceptioni casus fortuiti, nisi ei, qui naturæ contractus conueniat, & consequenter nota casum, in quo renunciatio casuum fortuitorum, non valet contra regulam legis, *sed & si*, [g] quatenus probat secundum communem intelligendi modum, quòd licèt generalis renunciatio non obstat excipienti de casu fortuito, nocet tamen specialis: immo, & generalis, quoad casus similes, aliis specialiter renunciatis, [h] quod vtinam omnes Monarchæ in suis Monarchiis idem statuerent, etiam in aliis materiis: quandoquidem quamplurimi partim ignorantia, partim incogitantia, partim desiderio adipiscendi aliquid ex timore, ne illud aliàs eis negetur, faciunt renunciationes à iure exorbitãtissimas, & Notariorum stylo ad formã obligationum Cameræ (quæ tot sacris canonibus, & legib⁹ derogat) ampliatissimas, & postea per has omnia sua bona, quibus se, suosque sustentabant, perdunt, decoquunt, & fugiunt, aut carceribus inclusi, fame pereunt: quibus renũciationibus nullis, quod sciã, legibus, tam obuiatũ est, quàm Lusitanis.

g *§. quæsitũ. ff. si quis cautio.*

h *Argu. cap. qui ad agendum. de procurat. lib. 6.*

91 Glossa 6. quòd duodecima cõditio æquissima seruanda est in constitutione census, nempe, quòd eum constituens, non se obliget, ad non alienandũ rem censui subiectam, propter quam memini pridem respondere cuidam viro doctissimo, qui multos cẽsus emerat, & suspicabatur eorum instrumenta non satis licitè dictata, vt faceret tolli, vel remitti aliquot conditiones, quas tabellio instrumẽto inferuerat, quarum vna grauissima erat, quòd dominus prædij censui suppositi, non posset illud vendere: immo caderet illud in commissum, si venderet illud sine cõsensu ipsius: quod profecto nullatenus contractui censuali conueniebat, sed solum contractui emphyteutico, cuius natura longe aliena est à contractu censuali, per ea, quæ habentur in l. 1. & 2. [i] & in c. *cum dilectus*, [k] & alibi sæpè.

i *C. de iur. emphit.*

k *De reli. domib.*

92 Glossa 7. quòd additur decimatertia conditio, quæ est in fauorem ementium censûs, scilicet, quòd præferantur aliis in emptione rei censuariæ, & adeo quidem, vt venditurus eam, teneatur denunciare ante mensem domino censûs conditiones, & pretium, quæ sibi offeruntur, quo posito eam, si voluerit emere, offerendo eadem: quæ profectò conditio, mea sententia, iustè pretermissa omitti. Tum quia nullo iure alio illa probatur. Tum quia hoc fuit facere quadamtenus de contractu censuali contractum emphyteuticum contra notata in d.cap.*cum dilectus*, [a] tum quia domino emphyteusis debetur illa prærogatiua ratione directi dominij, quod habet in re emphyteutica, iuxta l.1.[b] & §. *adeo*, [c] quale emptor censûs non habet, nec vmquam forsan habuit in re suo censui subiecta, sed seruanda est hæc conditio, quia ea placuit principi, [d] nec video vllam rationem, quæ magis iustificet huius oneris impositionem, quàm quòd ipsa minuit facilitatem imponendi censum prædiis, quæ multorum est occasio malorum, licèt etiam multorum sit causa bonorum, vt prædictum est.

93 Glossa 8. quòd aliqui parum cautè colligunt ex hac extrauaganti, quòd ex nulla venditione rei censui suppositæ debetur laudemium, quod ad summum est quinquagesima pars pretij, iuxta l. 3. [e] non enim fuit intentio legislatoris, liberare à laudemio prædia, quod alia ratione, quàm censuum in eis positorum debetur, sed quòd dominus rei censuariæ potest vendere illam non soluendo laudemium ei, qui habet censum in ea, nisi alia ratione teneatur ei. Constitutio enim Principis intelligenda est sine præiudicio tertij. [f]

Glossa 9. quòd hæc extrauagans inducit multa specialia in solutione censûs. Primum, quòd propter moram soluendi illum non incurritur vlla pœna amissionis rei censuariæ, vel partis eius, etiam si conuentio de illa incurrenda præcederet contra regulam, cap. *suam*, [g] & l. *stipulatio*. [h]

Secundum, quòd non incurritur etiam obligatio ad interesse lucri cessantis, etiam si conuentio de illa incurrenda præcederet contra regulam l. 3. [i] & cap. *conquestus*, iuncta glossa. [k]

Tertium, quòd non incurritur etiam obligatio soluendi certas impensas, & certa salaria, & impensas iuramento partis liquidandas contra regulam cap. 1. [l] & l. 1. & l. *iurisgentium*, & l. *legitima*. [m]

An autem idem sit dicendum de obligatione damni emergentis: Et videtur, quòd non: tum quia de illo nullam facit mentionem, tum quia non obstant illa verba, *quibus annullantur conuentiones de soluendis certis expensis, & certis salariis, & expensis iuramento eius qui fecit, liquidandis:* quoniam solum videtur respicere conuentiones illas duras, quæ solebant imponi ab ementibus censûs, vt si die præstituto non soluerit, censuarius teneretur ad soluendum certum, idémque nimium salarium, & certas, easdémque nimias expensas nuncio mittendo ad recipiendum censum, quia illæ nimiæ coram Deo non debentur. Tum quia iure naturali debentur creditori à moroso debitore impensæ moderatæ, & salarium iustum, iuxta illud Pauli. [n] *Reddite omnibus debita*, & infra: *Nemini quidquam debeatis*, & iuxta illud. [o] *Dignus est mercenarius mercede sua*. Et qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, iuxta cap. fin. [p] & l. *qui occidit*, [q] in quibus fundatur damni emergentis obligatio. Quare iustè potest petere emptor censûs non solum illum, sed etiam damna, quæ passus est propter moram soluendi, mittendo nuncios, faciendo impensas moderatas: non quidem ratione conuentionis de soluendo tantùm, aut tantùm pro salario, & impensis, sed ratione legis naturalis diuinæ, & humanæ, qua præcipimur soluere proximis debita iusta, & damna eis à nobis iniustè illata, aut quorum fuimus caussa.

94 Glossa 10. quòd etiam alia conditio (quæ erit 14.) necessaria est ad constituendum censum, nempe, quòd non constituatur pro censibus iam decursis, & debitis, vel decurrendis, ob quos nec augeri potest census antea positus, nec imponi nouus super eadem re, & neque super alia emptori priori censûs: licèt dici posset hanc conditionem contineri sub illa, quæ requirit, vt totum pretium soluatur tempore constitutionis censûs, & quòd nullum debitum accipiatur in solutione totius pretij, vel partis eius. Est

A aduertendum, quod non probatur hic illud, quod aliqui putarunt, nempe, quòd constituens censum in aliqua re, non posset augere illum censum, vel ponere nouum emptori prioris: quia solùm statuitur, vt non possit id fieri, pro censibus decurrendis. Quare ob pecuniam nouè dandam rectè potest augeri, vel nouus imponi.

Glossa 11. quòd etiam est alia conditio (quæ erit 15.) in constitutione censûs necessaria, nempe, quòd constituens non se obliget ad subeunda alia onera, quæ aliàs iure subire non deber, præter quàm ad soluendum censum, puta, vt suscipiat hospitio familiares eius, cui debetur census, donec illa redimatur, pro quo faciunt per contrarium tres leges tituli C. sine censu vel reliqua fundum comparari non posse.

B

95 Glossa 12. quòd census creati, & creandi post hanc extrauagantem possunt redimi in totum, & pro parte: & quòd non solùm pereunt perempta re, cui sunt imposiri, sed etiam pars eorum pro rata partis peremptæ. Et quòd paria sunt, rem perire, vel infrugiferam fieri, quia ita perit census ob hoc, vt ob illud, quæ nusquam alibi sic declarata sunt. Et ex his, adiuncta l.1. [a] colligitur vna grandis differentia inter censum emphyteuticum, & inter alios census annuos alio modo comparatos.

Glossa 13. quòd duo alia noua inducuntur, alterum in fauorem ementium, nempe quòd venditor volens redimere illum debet emptori denunciare ante duos menses, quàm redimat, & illis lapsis potest cogi intra annum ad redimendum illum, alterum in fauorem debentium censûs, videlicet, quòd denuncians velle redimere, si non redimat illum voluntariè in fine duorum mensium: nec cogatur intra annum redimere non potest postea cogi ad redimendum, nec potest repelli à redemptione eo, quòd semel, aut pluries denunciauerit se velle redimere, si intra annum à renunciatione non cogatur id facere: & consequenter colligitur hinc vna exceptio illius regulæ, *quod semel placuit*. [b] Caue tamen, ne damnes obiter contextum huius legis propter verbum, *denunciam*, bis positum, pro verbo, denunciationem: quia id negligentia correctoris, & non barbarè dictantis contigisse videtur.

C

D

96 Glossa 14. quòd hic fit declaratio vtilissima debentibus censum nempe, quòd facultas redimendi, quandocumque volent, facta præfata denunciatione, non potest tolli ab eis pacto, nec præscriptione etiam immemoriali, nec centum annorum: per quam declarationem cessat illa grandis difficultas, an facultas redimendi censum vlla temporis præscriptione tollatur.

97 Glossa 15. quòd alia est immemorialis præscriptio, & alia centum annorum, quod est verum secundum omnes. [c] Nota etiam quod contextus significat, præscriptionem centum annorum esse maioris virtutis, quàm immemorialem, dictio enim, immo, est implicatiua, iuxta glossam receptam, [d] sicut & dictio, etiam: & implicat casum dubitatiorem, iuxta l. *etiam*, [e] & ita dum textus, ait, *non obstante præscriptione immemoriali, immo nec centum annorum*, significat hanc esse maioris virtutis, quàm immemorialem: sed contrarium est verius Maioris quippe virtutis est immemorialis, quàm centum annorum, quia hæc non prodest sine titulo ad præscribendum ea, in quibus præsumptio iuris est contra præscribentem: illa verò sic, per textum iuncta glossa, & eis annotatis, [f] quia habet vim tituli, [g] quam non habet spacium centum annorum, secundum omnes in dictis locis.

E

F

Ideóque dicendum est verbum illud, *immo*, huius extrauagantis, implicare quidem alium casum, & ita probare id quod prænotatum est, nempe aliam esse præscriptionem, immemorialem, & aliam centenariam: sed non implicare casum verè dubitatiorem: sed qui posset apparere dubitatior alicui, qui crederet præscriptionem centenariam esse maioris virtutis, quàm immemorialem, eo, quòd opinio glossæ, Panormitani & communis, [h] haber, quòd probata præscriptione immemoriali, non est probata centenaria.

Contra quam tamen præfatus Couarruuias validis argumentis tenet, [i] secutus Cardinalem. [k]

Circa quòd videntur tria dicenda. Primum, quòd procul dubio immemorialis est maioris virtutis, quàm

centenaria,

a *De relig. domib.*

b *ff. si ager. vectl. vel emphy. petatur.*
c *Inst. de locato.*
d *Argum. l. 1. ff. de constit. princ. & l. profexit. ff. qui. & à quib.*

e *C. de iur. emphyteu.*

f *cap. super eod. de off. de leg. & leg. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. pub. fiat.*
g *De pœnis.*
h *§. alteri. de verb. oblig.*
i *ff. de eo quod certo loco.*
k *De vsuris.*

l *De pact. ff. De pact.*

m *Ad Roma. 13.*
o *Luc. 10.*

p *De iniur.*
q *ff. ad l. Aquil.*

a *C. de iur. emphyt.*

b *De reg. iur. lib. 6.*

c *In cap. cum nobis. de prescripti. & in cap. 1. eodem tit. lib. 6.*
d *In l. iurisgentium. §. quinimmo. ff. de pact.*
e *ff. de mino.*

f *In cap. 1. de præscri. lib. 6.*
g *Cap. super quibusdam. §. præterea. de verb. sig. & l. hoc iure §. ductus. ff. de aqua. aqua. quot. & est.*
h *In cap. cum nobis. de prescriptione.*
i *In c. possessor. de regul. iur. lib. 6. 2. p. §. 3. num. 9.*
k *In cap. fi diligenti. eod. tit.*

centenaria, vt prædictum est. Secundum, quòd ex præfata communi opinione, non infertur contrarium huius, vt palam est. Tertium, quòd mea sententia, facile conciliari possunt præfata communis opinio, & contraria Cardinalis & Couarruuiæ dicendo, quod illa intelligatur de vera probatione: hæc verò de præsumpta, inter quas quoad hanc materiam præscriptionis, est illa magna differentia, quòd præscriptio immemorialis iudicanda est inualida, si probetur verè cum mala fide illa fuisse continuata, non autem si solùm præsumptiuè fuerit mala fide probata, vt colligitur ex citatis per præfatú Couarruuiá. [a]

Glossa 16. quod nullo pacto statui potest, vt pretium à constituente censum inuito repeti possit ob pœnam, vel aliam causam, nisi quando denunciauit velle se redimere, quia tunc intra annum cogi potest ad reddendum pretium, vt prædictum est. [b] * Ex quibus infertur, quòd opinio illa Innocentij, [c] scilicet quòd potest constitui census redimibilis, ita vt constituens teneatur redimere illum post tres, vel quinque, vel decem annos, non est tenenda, vt insinuatum est supra. [d] *

98 Glossa 17. quòd constitutio censûs facta sub alia forma, quàm contenta in hac extrauaganti censenda est fœneratitia. Pro quo facit principium cap. *prudentiam*, [e] quatenus habet, non solùm facta contra formam esse nulla, sed etiam facta citra formam, quod ibi Panormitanus, Felinus, & alij vtiliter declarant. Aduertèdum tamen, quòd contextus loquitur de contractibus tantum, & ita non videtur damnare constitutiones censuum etiam irredimibilium, per viam legati, fideicommissi, vel aliam vltimam voluntatem in alia forma, quàm ista factas, [f] immo nec factas per omnes contractus: quia non includit factas per donationes, & alios contractus gratuitos, quamuis donatio inter viuos sit contractus, secundum omnes, etiá nominatus, secundum verius loquentes post glossam. [g] Idipsum videtur dicendum de constitutione censûs per viam dotis, vel sponsalitiæ largitatis, seu donationis propter nuptias, vel donationis alicuius Ecclesiæ, vel capellæ ad aliqua diuina officia facienda, licèt non sint contractus gratuiti, [h] immo videntur excludi omnes constitutiones censuum, quæ non fiunt per emptionem, & venditionem, vel alium contractum sibi æquipollentem, per quem quis constituit alteri censum in re sua ob aliquod pretium. Tum quia solùm dispònit de iis, qua prerio accepto constituuntur, vt colligitur ex versic. *Rursum*. Tum quia ratio præsumptionis fraudis vsurarum, in qua fundatur, cessat in illis: & consequenter ipsa cessabit. [i]

Glossa 18. quòd hæc extrauagans non solùm videtur includere censûs redimibiles post eam constituendos, sed etiam irredimibiles. Tum quòd generaliter sine vlla distinctione de omni censûs constitutione, & venditione loquitur, & ita generaliter est intelligenda, argumento. [k] Tum quòd etiam census irredimibilis potest in fraudem vsurarum constitui, & vendi: & ita ratio edendi hanc extrauagantem videtur habere locum in illo, & consequenter ipsa. [l] Dixi *post eam constituendos*, quia constitutos antea non includit, etiam si sint redimibiles, vt habet finis eius. Hanc autem ampliationem, siue declarationem restringo ad census irredimibiles temporales, vel perpetuos, qui eodem ferè pretio, quo redimibiles constituuntur, qui tamen vix iustè possunt sic constitui: & ita numquam, vel rarissimè huic extrauaganti erit locus in censu perpetuo irredimibili iustè constituto: non enim videtur hæc extrauagans includere illos perpetuos irredimibiles, qui longè maiore pretio, & quasi duplo quam redimibiles, constituuntur, eo quod nulla penitus facultas redimendi fiat venditori: quoniam in illis videtur cessare ratio præsumendi mutuum vsurarium, cùm cesset facultas redimendi & paruitas pretij, quod illa facultas minuit, argumento cap. *cum cessante causa*, cum concord. [m] Hactenus de glossis: nunc autem de quæstionibus.

SVMMARIVM.

99 Census qualis contra formam imponitur per sententiam.
100 Census per sententiam creatus an pro parte redimatur.
101 Creditor regulariter, an teneatur accipere debiti partem.

102 Obligatio dandi natura, & effectu diuisua.
103 Solutio partis debiti quæ incommoda.
104 Census an solius pecuniæ numeratæ liceat.

99 PRima quæstio est, vtrum census annuus possit constitui per sententiam iudicis condemnantem alterum partem ad soluendum mille, vel censum annuum, donec illa soluantur. Et pro parte affirmante, facit primò, quòd huiusmodi sententiæ frequenter in Hispania feruntur, & exequuntur, quo verbo nunc vtimur in passiua significatione, sicut Vlpianus in l. *qui pro tribunali*, iuncta glossa. [a]

Secundo, quòd licita est obligatio, qua quis obligatur ad aliquid faciendum sub pœna, tam iure Canonico, [b] quàm ciuili, [c] & non solum per contractum, vt in dictis legibus, sed etiam per vltimam voluntarem. [d] Et quòd etiam per sententiam arbitri id fieri possit, est casus in d. capit. *dilecti*, & aliis iuribus allegatis ibidem, & etiam per sententiam iudicis de iure Canonico, casus est in d.c. *suam*.

100 Tertio, quòd debitor non solùm tenetur soluere sortem, sed etiá interesse, quod passus est creditor, [e] ergo iudex potest condemnare debitorem ad soluendum debitum, & interesse, at per sententiam præfatam iudex illud prætendit: ergo potest id facere.

Quarto, quòd cui licet, quod est plus, licet quod est minus, capit. *cui plus*, cum ibi citatis. [f] At minus & vtilius debitori est quòd condemnetur alternatiuè ad soluendum mille vel censum eorum, donec illa soluerit, quàm simpliciter ad soluendum mille: ergo si potest condemnari simpliciter ad soluendum mille, poterit etiam condemnari ad soluendú mille, vel censum eorú, donec illa soluat.

Pro parte autem negante facit primò, quòd census non potest constitui licitè alio modo, quam quo prædicta extrauagans determinat: & hic modus constituendi per sententiam est longè alius ab eo.

Secundo, quòd per contrariam opinionem daretur via facilis ad constituendas vsuras: qui enim vellet mutuare centum, mille, vel plura sub vsuris, & qui vellet ea sic mutuari, facilè possent conuenire, vt mutuaturus tradat illa mutuatario, & vocet eum ad iudicium, ad soluendum illa ei, & mutuatarius confiteatur se debere illa, sed non posse soluere: & quòd est contentus, vt condemnetur ad soluendum ea, vel censum eorú annuum, donec ea soluerit.

Tertio, quòd non licet dare alteri aliquid consistens in numero, pondere, vel mensura, fine mutuare cum pacto pœnali, quòd si non soluerit ad certum terminum, soluat aliquam pœnam, id est enim dare tacitè ad vsuram, vt sentiunt Bartholus, & Salicetus; [g] & ante ipsos Innocentius communiter receptus, [h] & latius Ludouicus Romanus. [i]

Pro concordia ab vtroque parte allegatorum, videtur distinguendum: an lis fuerit mota super rebus consistentibus in numero, pondere, & mensura, an super aliis, quòd priore casu non valet, posteriore verò sic. Ratio diuersitatis colligitur ex ipsismet argumentis supra formatis, nempe, quòd pœna pecuniaria imposita contra debitorem rerum mutuabilium præsumitur imposita in fraudem vsurarum, imposita autem super aliis minimè, nisi saltem fuerit imposita à consueto fœnerari, iuxta glossam. [k] Vnde ad argumentum primum, pro parte negante formatum respondetur, quòd hæc extrauagans non habet locum, nisi in constitutione censûs per contractum, vt [l] dictum est, & quæstio mouetur super censu per sententiam constituto.

Nec obstat, quòd per sententiam quasi contrahitur, [m] & quòd à contractu ad sententiam arguitur. [n] Tum quia id regulariter non videtur verum, [o] nec in vllo casu, in quo ratio diuersa, diuersum suadet, & in proposito nostro est diuersa ratio: quia in constitutione censûs per contractum præsumi potest fraus vsuraria, quæ in sententia iudicis non præsumitur, nisi cum ferret illam super rebus mutuabilibus, qualem diximus non debere censeri validam, saltem in foro exteriori.

Per quòd ipsum respondetur ad alia duo argumenta pro parte negante facta. Ad argumenta verò pro parte affirmante facta, respondetur, illa solùm probare censum posse constitui per sententiam latam super aliis rebus,

a *2. part. §. 8.*

b *Num. 95.*
c *in ca. in ciuitate de vsur.*
d *num. 78.*

e *De iud. dele.*

f *Argum. l. cum prator. ff. de iud. & cap. nonne. de præsumpt.*
g *In l. legitima ff. de pac. & in l. si quis argentum. §. fin. C. de donat.*
h *Argum. le. pro oneribus. C. de iur. dotium. cap. per vestras. de donat. inter virum & vxor. & cap. 1. de censibus. & c. significatum. de præben.*
i *Argu. cap. cum cessante. de appell. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat.*
k *l. de pretio. ff. de publica. in rem actio. & cap. solita. sub finem, de maioritat. & obedi.*
l *Argum. l. illud. ff. ad l. Aquill.*

m *de appell.*

a *Verbo exequuntur. ff. de verbor. indica. b Ca. dilecti. de arbitr. & cap. suam. de pœnit.*
c *Leg. qui sibi. ff. de iurisdict. & l. cum proponas. C. de dolo.*
d *Leg. 1. C. de his quæ pœn. nom. & in §. fi. Inst. deleg.*
e *Leg. 1. C. de iurisd. iud. pro eo quod interfuit. profert.*
f *De reg. iur. lib. 6.*

g *In l. cum proponas. C. de dolo.*
h *In dict. cap. suam.*
i *In cons. 510. num. 13.*

k *In l. pœnæ. ff. de vsuris.*
l *In gloss. 17. m Leg. 3. §. idē scribit. ff. de pecul.*
n *Leg. si procurator. ff. de procur.*
o *Leg. interstipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig.*

quàm mutuabilibus,quod nostra concordia concedit.

Quæ tamen distinctio, & concordia videtur seruanda in foro exteriori, non autem in foro conscientiæ: quia si verè coram Deo,iudicis & partis victricis animus fuit, vt altera pars condemnaretur in aliqua summa, & obligare illam ad soluendum censum annuum pro vsu illius pecuniæ, in qua eum condemnauit: in neutro foro esset seruanda sententia coram Deo, & in foro conscientiæ:si autem fuit animus condemnandi debitorem in illa summa, & ad soluendum annuum censum,donec eam soluat,tamquam interesse, vel pœnam contumaciæ in vtroque foro valebit,si in vtroque casu interesse, vel contumacia inueniatur,per illam rationem firmam, quòd lex vel dispositio fundata super præsumptione, non habet locum, quando rei veritas habet contrarium.[a]

Neque obstat dictum Innocentij,[b] quatenus habet adiectionem pœnæ non censeri in fraudem vsurarum factam,nisi cum creditor erat affluetus fœnerari,aut quia id est verum in aliis contractibus quam mutuo: in mutuo enim semper præsumitur adiecta in fraudem vsurarum iuxta glossam,[c] cõmuniter receptam à Bartholo & aliis.

101 Secunda quæstio, an condemnatus soluere mille, vel censum eorum donec illa soluerit, super aliis rebus, quàm mutuabilibus (super quibus talem condemnationem fieri posse in prima quæstione dictum est) possit soluere particulatim, & cogere creditorem ad recipiendam solutionem particulatim.

Pro cuius parte negante,facit primo l.*tutor*,[d] quatenus habet,debitorem centum per obligationem,& consignationem quinquaginta non liberari à solutione vsurarum, quas debet pro centum.

Secundo facit l. *planè*,[e] quatenus habet particularem solutionem incommoditatem afferre.

Tertio, quòd creditor non potest petere partem summæ debitæ coram iudice, qui de tota summa cognoscere potest, debitore id opponente, vt tradit Bartholus communiter receptus,[f] qui habet commodantem duas res, posse petere vnam ex illis separatam à cõmodatario,commodantem autem vnam,non posse petere partem eius.

Quarto,quòd communis opinio tenet hanc conclusionem cum glossa.[g]

Pro parte verò affirmante, vrget primò hæc extrauagans, quæ determinat quemlibet censuarium posse soluere particulatim pecuniam in pretium census acceptam ad liberandum se à solutione census pro rata. Nec obstat, quòd iuxta vltimam glossam, huic extrauaganti non est locus in censibus,qui per alium modũ,quàm per emptionem & venditionem, aut alium contractum ei non æquipollentem constituitur: quia id verum est quatenus continet formam contrahendi censum, non autem quatenus continet formam dissoluendi, & tollendi illum propter rationem diuersitatis, eo quòd in sublatione census,non timetur fraus vsuraria, sicut in eius constitutione: & ita hæc extrauagans videtur niti iure humano antiquo, & communi, quatenus disponit posse redimi censum per partes,præsupponendo quòd debitum quantitatis potest solui per partes.

Secundo vrget prædicta l. *quidam existimauerunt*, quatenus sine vlla restrictione generaliter habet, Prætorem humanius facturum, si coegerit creditorem ad accipiendam debiti partem,quæ offertur ei. Nec obstat responsio glossæ,& *communis*, quæ restringit legem illam ad debitorem,qui confitetur partem debiti, partem verò negat: quoniam ex nullis verbis legis, nec alius totius iuris colligitur illa limitatio,cum nulla talia sint,quæ de tali confessione,vel negatione loquantur.

Tertio facit, quòd debitor Reipublicæ potest soluere particulatim ei debitũ,iuxta l. vlt.[h] quæ habet,receptores Reipublicæ cõfitendo se recepisse partem rei debitæ Reipublicę adeo liberare debitorem quoad illam,vt exceptio non numeratæ pecuniæ nequeat ei opponi. Ad idem est casus in l. *placuit*,[i] quatenus habet rationales, siue receptores publicos teneri ad recipiendam debiti solutionem tributorum Reipublicę debitorum particulariter factam, modo tribus vicibus soluatur totum:ergo à fortiori debitor priuatæ personæ poterit id facere.[k]

a *Cap. is qui fidem. & ea. tua. de fponſalib. cum eis annot.*
b *In ca. ſuam de pœnit.*
c *In l. rogaſti §. ſi tibi.ff. ſi certum pet.*
d §. *Lucius. ff. de vſuris.*
e *ff. famil. erciſc.*
f *In l.incommodati.§. duabus.ff. commod.*
g *Leg. quidã exiſtimauerunt. ff. de reb.cred.*
h C.*de apoch. publ. lib.10.*
i C. *de colla. fild. patrim.*
k *Arg. auth. multo magis. Cod. de ſacroſan. eccle. & cap. cum in cunctis. de elect.*

102 Quarto vrget,quòd obligatio de dando quãtitatem est diuidua natura, & effectu, ita quòd præstatio partis liberet debitorem à solutione illius quoad illam partem, iuxta l. 2. §. *& harum*,[a] ex quo Bartholus[b] communiter receptus id colligit: & obligatio de qua loquimur, est de dando quantitatem:ergo est diuidua.

Quinto vrget l. *si ſtipulatus ſum*,[c] vbi sine vlla exceptione habentur hęc verba, *Qui decem debet,partẽ ſoluendo liberatur.*

Sexto, quòd nihil obstat his duobus proximis argumentis dicere, quòd illa procedunt in solutione partis facta creditori eo volente, tum quia nulla est lex, neque Canon,qui hoc sic limitet, tum quia præfatus §. *& harum*, ponit differentiam inter obligationem de dando quantitatem, & de dando hominem, & ait Iurisconsultus, quòd hæc est indiuidua effectu,id est,quòd non liberat solutio partis quoad partem, illa verò sic, at constat quòd etiam debitor generis liberatur quoad partem volente id creditore,arg. l. *ſatisfactio*,[d] & l.1.[e] ibi, *Satisfacere alicui dicimur, cùm eius deſiderium adimplemus:* ergo in obligatione dandi quantitatem solutio partis,etiam nolente creditore,liberat quoad partem.Equidem hoc argumentum adiunctum duobus proximis irrefragabiliter probat hanc conclusionem,quam exertè affirmauit eruditissimus Alciatus,[f] faciens regulam, quòd regulariter potest cogi creditor ad capiendam solutionem partis oblatæ, nisi cum nimis minutatim offertur.

Septimo facit ratio, qua tam Paulus Iurisconsultus,[g] quàm commiscentes in illum ponunt differentiam inter stipulationem dandi quantitatem ab vna parte, & inter stipulationem facti, vel dandi hominem ex altera,quoad hoc,vt illa dicatur regulariter diuidua, hæc autem regulariter indiuidua:est enim illa ratio, quod rarò contingit, vt solutio partis quantitatis, quoad illam sit notabiliter incommodior, quam solutio totius quantitatis quoad totam quantitatem. Per quam rationem tollitur consideratio illa magnæ incommoditatis, qua se munit contraria opinio ad dicendum,quòd particularis solutio multas incommoditates adfert : quia id non est regulariter verum, cùm debetur quantitas.

Octauo facit consideratio Philippi, Decij, & Alciati,[h] scilicet,quòd ratio illius legis, nempe, vt diminuantur lites, æquè habet locum in debitore confitente totum debitum,ac in confitente partem tantum, quoniam per acceptionem partis oblatæ in vtroque casu minuitur lis quoad illam partem. Cùm ergo omnes fateantur cogendum esse creditorem recipere partem confessam, quando alia pars negatur, etiam cogetur, quando nihil negatur, præsertim,quòd absurdum videtur, vt melioris conditionis sit negans,& contumax,quàm confitens, & obediens: cùm magis fauendum sit obedientiæ,quàm contumaciæ.[i]

Nono facit illud argumentum Alciati, quòd nisi hanc partem teneamus, cogemur dicere legem duodecim Tabularum, quæ debitum defuncti diuidit inter hæredes proportionibus hæreditariis, iuxta l. 2.[k] fuisse iniquam creditoribus,nam per illam hæredes possunt pro parte debitum soluere: quod tamen non potuissent defunctus facere secundum cõtrariam opinionem,& tamen tam ipsa, quàm nostra confiteri cogitur cõditionem creditoris non debere fieri peiorem ex persona hæredum,[l]

103 Decimo facit, quòd licet omnes hæredes debitoris teneantur defendere se per vnum procuratorem, ne conditio creditoris fiat peior per multiplicationem personarum hæredum:hæredes tamen creditoris nõ tenentur petere suas partes debiti per vnum,[m] cuius ratio nulla alia dari potest,quàm quod solutio partis debitæ quantitatis, non inducit inçõmoditatem saltem notabilem creditori.

Ad primum oppositorum, quod est cõtrariæ opinionis Achilles, scilicet in l. *tutor*,[n] respõdet Philippus Decius,[o] secutus Fulgosium,qui sequitur tertiã solutionem glossæ illius legis,videlicet,ꝙ loquitur in debito vsurario,siue ꝙ debetur sub vsuris.Ratio specialitatis est,quòd vsuręsunt quasi pœna,quæ non excutitur per solutionem partis,[p] & quasi debitũ sub cõditione,& quodã euẽtu, qđ nõ tollitur nisi cõditione in totũ adimpleta,& euẽtu in totũ secuto.[q]

Ad secundũ respondent Decius,& Alciatus, quòd particularis solutio tunc est incommoda notabiliter, quando

a *ff. de verb. obli.*
b *Ibi num.1.*
c §. *qui deci. ff. de ſolut.*
d *ff. de ſol. & leg. tem. §. omnis .ff. de pign. act.*
e *ff. qui ſatisfda. cogan.*
f *In dict. leg. quidam exiſtimauerunt, num.2.*
g *In di.§. & harum.*
h *In dict. leg. quidam exiſtimauerunt.*
i *Cap. quãto. 2. queſt. 1. §. nos igitur de poſtu. prel.*
k C. *de hæreditatio.*
l *Leg.2.§. ex hic.ff. de ver. oblig.*
m *Leg. iam ramen. ff. iudicat. ſolui.*
n. §. *Lucius. ff. de vſur.*
o *In dict. leg. quidam exiſtimauerunt.*
p *Leg. in executione.§. pro parte. ff. de verbo. oblig.*
q *Le. cui ſtipulandus de cond. & demonſt.*

multiplicantur personæ, à quibus exigendum est debitum: & ideo boni iudicis est, vt in iudicio familiæ erciscundæ debita, & nomina defuncti diuidat inter hæredes, vt quædam illorum integra adiudicet vni hæredi,& quædam alij, sic vt non cogantur omnes hæredes petere suas portiones ab omnibus creditoribus, quod esset valde graue, quodque nullatenus contingit in proposita quæstione.

Ad tertium respondetur, quòd ille §. *duabus*, loquitur de toto speciei,& eius parte integrali, non autem de toto quantitatis,& eius parte quantitatiua: & ita dictum Bartholi de creditore quantitatis, quod non potest petere partem eius,non probatur ibi, & cõtra eum tenent multi Doctores, quos additio ipsius ibi citat, & etiam Iason, quem illa non citat, [a] significat communiter teneri contra Bartholum, quòd creditor petens quinquaginta à debitore,probando,quòd debentur centum,debet obtinere sententiam in quinquaginta.

Ad quartum respondetur,quòd communis opinio ideo tenuit partem contrariam, quia non satis perpendit prædicta, quæ efficaciter illam reprobant: & quoties vnus melius,quàm multitudo sentit, eius est sententia sequenda, [b] licèt regulariter sit tenenda communis, secundum Ioannem Andream,[c] quem & alios citat, & sequitur ibidem Felinus,[d] & non vnus tantùm, sed multi, & in his Decius,& Andreas Alciatus qui pro suo acumine,& profunda eruditione multis æquipollent, eam defendunt: & mea sententia, quam etiam in Manuali Confess.[e] inseruimus, quoties vtraque opinio classicos auctores habet pro se,parum est tribuendum numero, & multum rationibus & fundamentis.

104 Tertia quæstio, an per hanc extrauagantem vetetur constitui census in alia re,quàm in pecunia numerata. Ad quam quæstionem respondeo, quòd non. Tum quia ex nulla eius parte potest id colligi. Tum quia hoc tenet Innocentius communiter receptus,[f] & ita non solùm potest constitui, & emi annuus census pecuniæ numeratæ, sed etiam vini,frumenti, & cuiuscumque alius rei: quamuis in nonnullis Regnis Hispaniæ ante aliquot annos statutum fuerit, vt non constitueretur nisi in pecunia numerata:immo & legibus cautum fuit,quantum deberet esse pretium eius. Vnde in Aragonia debent solui viginti pro vno, siue ad rationem 5. pro 100. & in Regno Nauarræ ad rationem 6. pro 100. & in regno Castellæ ad rationẽ 7.pro 96. immo & census antea constitutos in aliis rebus redegerunt in census pecuniæ numeratæ ad rationem prædictam. Pius autem Quintus in hac extrauagãti, neque determinauit,vt census constituatur in sola pecunia numerata, neque quantum pretium debeat pro eo solui. Vnde quamuis in vrbe communiter soluatur ad rationem 7.pro centum, audiui tamen aliquos soluere, aut soluisse octo pro centũ. Audio item Regem Catholicum Philippum II. nunc in Regno Neapolitano erigere montem, in quo soluuntur nouem annua pro centum, scio etiam in aliquibus partibus Galliæ constitui census ad rationem 10. pro 100. nec mirum, quia pretia rerum pro varietate gentis,terrarum, & temporum, & pro copia, vel penuria ementium,vel vendentium,aut mercium,vel pecuniæ numeratæ variantur,iuxta l. *pretia rerum*, [g] & annotata ei per Doctores, & tacta etiam per nos in Manuali Confess.[h] & apud omnes constat, censum esse mercem quandam emibilem,& vendibilem.

SVMMARIVM.

105 Ius diuinum an humanum contineat hac extrauagans.
105 Ius quod est naturale,vel diuinum,& quod humanum.
106 Census constituendi forma Papæ,an vbique sit seruanda.
106 Lex quæ Papa ligat Reges omnes,& eis subditos.
107 Ius contentum in hac extrauaganti esse variæ speciei.
108 Extrauagantem hanc,qua parte consuetudo, aut non vsus tollet.

105 QVarta quæstio (cuius decisione prædicta extrauagãs rectè intelligi, & in praxim deduci possit) fuerit, an hęc extrauagans sit naturalis,& diuini iuris declaratoria, an humani tantum inductoria? quod enim sit iuris naturalis,& diuini declaratoria, facit proœmiũ eius, quatenus habet, auctorem eius morum fuisse ad tollendos contractus censuales,qui fiebant in diuinarum legum contemptum,cum magno animarum periculo: & quatenus postea sub finem iudicat,omnes contractus censuales sub alia forma,quàm ab ea præscripta esse fœneratitios:& consequenter cõtra naturale, diuinumque ius factos:cum omne fœnus vtroque illo iure damnetur,vt copiosè probatum est supra.[a]

Quòd autem humani tantùm iuris sit inductoria facit, quòd sub finem declarat non extendi eam ad præterita: & constat constitutionem iuris naturalis, vel diuini declaratoriam extendi ad præterita, vt tradit Panormitanus in cap. fin. de præscrip. & Felinus,[b] & probatur ea firma ratione, quòd omnis constitutio declaratoria iuris antiqui extenditur ad præterita, iuxta cap. *ex antiquis*,[c] cum ei annot. per Dominicum,[d] & palam est ius naturale esse antiquius, cum ab exordio rationalis creaturæ cœperit esse,[e] & etiam diuinum positiuum antiquius omni Pontificio humano.[f]

Pro resolutione igitur huius quæstionis,dicendum primò,multa in ea cõtineri,quę sunt iuris naturalis,& diuini, & multa quę iuris humani. Nam iuris naturalis, & diuini est, cõtractum fœneratitiũ esse reprobũ per dicta supra,[g] quod ex hac constitutione colligitur : eiusdem iuris videtur etiam esse,quòd census non cõstituatur in re,quę non sit frugifera, cùm contra naturam rei sit,censum (qui est quidam fructus) capi de re infrugifera: nam eadem ratione Doctores concludunt,vsuram esse contra ius naturale, cùm illa sit quidam fructus, & capiatur ex pecunia, quæ est res infrugifera.

Eiusdem iuris videtur etiam esse, quòd census nõ constituatur, nisi in re immobili,cùm res mobilis sine sui totius, vel partis cõsumptione non possit reddere fructum, & census est quidam fructus, qui de aliqua re sine ipsius peremptione colligitur.Iuris autẽ humani est, quòd pretium soluatur in sola pecunia numerata, & corã Notario, & testibus: & quòd venditio rei censuarię,cum cõtigerit fieri, ante bimestre denuncietur censuario: & quòd ille præferatur aliis emptoribus, & multa id genus alia, quæ ex solo iure naturali, & diuino non possunt per bonam consequentiã educi, & quęcumque non sunt talia,quamlibet rationabilia sint, non censentur esse iuris naturalis, & diuini, sed humani, argumento cap. *ius naturale*,[h] vbi hoc latius resoluimus. Ex quibus infertur, quòd iuris humani est illa grandis particula, *Contractusque sub alia forma posthac celebrandos fœneratitios iudicamus.* Tum, quia non extenditur ad prius celebratos, ad quos extendenda erat, si tota forma contrahendi per eam inducta esset iuris naturalis,& diuini per prędicta. Tum quia solo iure naturali, & diuino attento posset cõstitui iustè coram Deo census,soluto pretio eius in alia re, quàm pecunia numerata, si illa coram ipsius diuina Maiestate esset æquè vtilis, aut vtilior venditori,quàm pecunia numerata.

106 Quinta quæstio, an prædicta extrauagans sit seruanda etiam in Regnis,quoad temporalia temporali dominio Ecclesiæ non subiectis? Et quidem pro parte negante facit cap. *nouit*.[i] cum multis aliis à nobis,[k] citatis, quatenus probant Maximis Pontificibus nõ esse mentem turbandi iurisdictionem Regum quoad temporale dominium sibi non subiectorũ, & quod leges Pontificum Maximorum quæ non continent leges naturales, neque diuinas,non debent necessario seruari extra statum, & forum Ecclesiasticum,iuxta cap. 2.[l] adiuncta sua glossa, & glossa *cum contingat*,[m] cum eis annotatis.

Pro parte verò affirmante facit idem cap. nouit. quatenus multis modis à nobis in eius 6. notabili inductum probat, ad Pontificem Maximum pertinere declarationem dubiorum de peccatis,an sint peccata, & an sint lætalia,nec ne?

Omissa tamen(quæ altior fieri posset)disputatione,resoluendo eam breuiter dico primò,procul dubio eam esse seruandam in omnibus Regnis, quæ non sunt de temporali dominio Ecclesiæ,quatenus est iuris naturalis, & diuini declaratoria, quia quatenus talis nihil noui inducit, sed solum quid actum sit monet,[n] & constat ius naturale,

a *Notabili 7. num.8.*
b *In cap. fin. de conſti. fall. 2.*
c *54. diſt. cum ei annot.*
d *Et in auth. de aquæ. li. dotis, colla. 2. § 5.*
e *s.d.in prin.*
f *Argu. cap. ſunt quidam. 23. q.1.*
g *Notab. 7.*
h *1. diſt.*
i *De iud.*
k *In eius 3. not.*
l *De verb. li. cõ m De iure iuran.*
n *Leg. hæredes ſolam. §. 1. ff. de iofic.*

& diuinum esse vbique seruandũ. [a] Et consequenter quatenus expresse, vel tacitè decreuit, peccatum vsuræ esse contra ius naturale,& diuinum,ita quòd vbique gentium credẽdum est esse peccatum vsurarium,vel aliud id, quod in hac extrauaganti declaratur esse tale, solo iure naturæ, vel diuino attento.

Secundo, quòd dubitari potest de iis, quæ præter ius naturale, & diuinum nouè inducit propter rationes in principio quæstionis pro vtraq; parte insinuatas:& quod videtur resoluendum etiam seruanda illa, quæ inducuntur ad præsumendum contractum censualem esse vsuratium. Tum quia leges Pontificum Maximorum latæ circa ea, in quibus vertitur periculum animæ, etiam si non contineant leges naturales,neque diuinas,debent seruari apud omnes Christianos in vtroque foro & vbique gentium,iuxta glossam celebrem & receptam, [b] pro qua est illud capitulum,& cap.fin.[c] & cap. *cum cõtingat*, [d] & communis opinio in illis omnibus cap. [e] & hæc extrauagans lata est circa ea,in quibus vertitur periculum animæ, vt palam est. Tum quia lex Papæ lata circa spiritualia seruanda est in vtroque foro, [f] quales sunt latæ circa matrimonium, [g] etiam si solum inducat modum præsumendi matrimonium, iuxta cap. *is qui*, [h] quod vbique seruatum fuit vsque ad Concilium Tridẽtinum. Tum quia in vtroque foro videtur seruandum id quod præfatus Pius V. in extrauaganti,cuius caput est,*Intolerabilis*, relata à nobis in Manuali Confess. [i] statuit, scilicet, quòd ad probandam confidentiam illicitam, & simoniacam sufficiant testes singulares,& quædam aliæ præsumptiones, quæ nec iure naturali, neque diuino ante illius constitutionem sufficiebant.Tum quia glossa præfati cap.2.[k] & ei similes,quæ probant leges Canonicas in foro Canonico esse obseruandas, & leges ciuiles, in foro ciuili, intelligenda sunt, quando lex Canonica non fertur circa spirituale, neque circa ea,in quibus vertitur periculũ animę,nec spectantia ad religionem Christianam: sed fertur circa alia profana vtrique foro subiecta. At hæc extrauagans lata est circa spirituale dubium, scilicet, an constitutio census sit peccatum, cuius decisio reseruatur Papæ, [l] & tangit periculum animarũ,vt palam est.Neque obstat glossa celebris,[m] quatenus habet illi clementinæ (quæ inducit formam super vsuris repetendis)non esse locum in foro sæculari, in quo illæ repeterentur, quia illa clementina non declarat hunc, vel illũ contractum esse vsurariũ, vel præsumendũ vsurarium : sed solùm inducit formam procedendi super vsuris,quæ nihil attinet ad peccatum. Nos autem agimus de constitutione,quæ declarat,contractus aliquos censuarios esse verè peccata,vel præsumenda esse talia.

Tertio, quòd his videtur esse consequens, quòd non ligat eos, qui Regibus laicis subiiciuntur, illa clausula, quòd censuarius præferatur in emptione rei sibi per censum subiectæ, nec illa quòd redempturus censum debet ante bimestre denunciare illam redimendi voluntatem censuario : quia per illas clausulas non declaratur aliquid esse peccatum, nec præsumi esse tale, sed quòd contenta in illis visa sunt iusta,& æqua eius latori.

Quarto, quòd nemo est iudicandus vsurarius in foro conscientiæ propter præsumptiones per hanc extrauagantem inductas, si contrarium coram Deo est verum; quia nulla lex fundata super præsumptione ligat aliquem in foro conscientiæ,seu Dei,si contrarium eius,quod præsumitur,est coram Deo verum, iuxta cap. *tua*,[n] & cap. *humanæ aures*, [o] & cap. *is qui*,[p] cum eis annotatis.

107 Sexta quæstio, an omnia contenta in hac extrauaganti sint iuris eiusdem speciei?Ad quod respõdeo quòd non : quædam enim sunt in ea expressa præsuppositi, vel insinuata, quæ sunt iuris naturalis & diuini, quæ certum est ligare omnes, etiam laicos Regnorum non subiectorum quoad temporale dominiũ Papæ, vt primum dictum quæstionis proximæ habet. Quædam verò sunt, quæ non sunt iuris naturalis, neque diuini, sed humani nouiper extrauagantes 1.& 2.[q] & per hanc clarius nouè inductam ad præsumendum aliquos contractus censuales esse vsurarios:quæ probabiliter dici potest ligare vniuersos etiam laicos, etiam quo ad temporalia Papæ minime subiectos. Quædam tandem sunt, quæ nec continent ius naturale diuinum, neque modum præsumendi censum esse vsurarium,sed æqua, & digna, quæ in eo seruentur, qualis est prælatio,quæ datur censuario in emptione rei censui subiectæ, qualis item denunciatio, quam redempturus censum debet facere ante bimestre, & illa, qua tenetur denuncians, velit, nolit redimere censum infra annum post denunciationem : hæc enim non declarant aliquid esse peccatum, nec præsumi esse tale, nisi dicas mentem Pij fuisse, vt census præsumatur vsurarius, si hæc omnia non seruentur:quòd tamen non videtur rationabile,cum census ante decem annos contractus seruatis seruandis, & toto illo tempore iudicatus iustus, nulla ratione possit iudicari vsurarius,eo solo, quòd redempturus illum non denunciauerit ante bimestre, vel post denunciationem ante annum lapsum non redemerit.

108 Septima quæstio, an hæc extrauagans posit in totum,vel partem tolli per contrarium vsum vel non vsum eius, sicut & aliæ leges eneruantur, ac tolluntur? per cap. *in istis*,[a] & per glossam solennem, [b] & per latè deducta ibi per Felynum.Ad quam quidem quæstionem respondeo primo,quòd non potest tolli, quatenus est solum declaratoria iuris naturalis,& diuini,siue quo ad ea,quæ expressè, vel tacitè definit esse iura naturalia,vel diuina.[c]

Secundo, quòd potest tolli per contrarium vsum, vel non vsum eius quoad alia omnia nouè inducta, etiam quoad præsumẽdam vsurariam prauitatem : quia illa sunt iura humana, & omnia iura humana per non vsum, vel consuetudinem contraria tolli possunt, saltem Papa sciente,& non contradicente.[d]

Tertio,quòd iustè posset omitti eius obseruantia extra terras Papæ subiectas quoad ea,quæ non sunt iuris naturalis,nec diuini, neque humani inducti ad præsumendam vsurariam prauitatem, sed solùm tangunt iustitiam vel iniustitiam constitutionis census : quoniam illa non tangunt spiritualia, nec continent vitationem periculi animarum pluſquam aliæ leges factæ super emptione & venditione aliarum mercium:quia census est merx, & res temporalis, & de se profana: & constitutio eius non est res magis spiritualis, quam emptio, & venditio aliarum mercium,cum verè sit venditio ex parte constituentis, & emptio ex parte illius cui constituitur secundum omnes: & ita lex super iustitia vel iniustitia illius lata,est lata super materia temporali,& communi,tam iurisdictioni Regum, quam Papæ, & consequenter sicut lex lata ab vno Rege super iustitia,vel iniustitia eius, si non continet ius naturale,vel diuinum, non ligabit alios sibi non subditos, sic lex Papæ facta super ea, si non continet ius naturale, vel diuinum, vel non inducit præsumptionem, qua præsumatur tale, non ligabit Reges, & Regna temporalia Ecclesiæ dominio non subiecta.

SVMMARIVM.

109 Census debitor satisfacit credendo indubio, quòd debet illum ex contractu censitico,& non emphyteutico.
109 Obligatio censitici mitior,quam emphyteutici.
110 Contractus censiticus vt differt ab emphyteutico.
110 Pœna exacta ob non solutionem census,an restituenda.
111 Census an vendi possit maioris,vel minoris,quàm sit creatus.
111 Pretium census,per quæ crescit,& decrescit.
111 Census super censu constitui potest.
112 Frugifera est res apta fructum ferre,licèt non ferat.
113 Census vnus super pluribus rebus constitui potest.

109 OCtaua quæstio, an qui soluit aliquem censum, ob aliquod prædium & nescit, an eum debeat ex contractu emphyteutico,an censuali,vtrum eorum potius in foro conscientiæ credere debeat, cùm plurimum referat,vtrum illorum credat,nam si credat,censum illum se debere ex contractu emphyteutico,tenebitur credere, se perdidisse prædium non soluendo censum intra duos annos si debet Ecclesiæ, [c] vel intra tres si debet personæ laicæ. [f] Ad quod dubium videtur dicendum,primò quòd eodem modo videtur resoluendũ quoad forum exterius, ac quo ad interius, cum non agatur de interpretanda lege fundata in præsumptione iuxta notata in cap. *is qui*.[g]

a Cap. quod iure.8.dist.

b In cap.2.de reg.iur.lib.6.
c De præscri.
d De iureiu. & ea.pennle. & vlt.de secund.nup.
e Et in cap. cum sit generale. de foro compet.
f Cap.vt. inquisitionis. §. fi. & e.penu. & vlt.de hæret.lib.6.
g Cap. penu. & vlt.de secund.nup.
h De sponsi.
i Cap.23.nu. 10.
k De arbit.

l Dicto cap. nouit.
m Clem. dispẽdiosam.de iudi. in ver. vsuris.

n De sponsi.
o 22.quæst.5.
p De sponsi.

q De empt.

a §. leges. 4. dist.
b Cap. 1. de treug. & pace.
c Ca.quo iure.8. dist. & cap. fin. de consuetud.

d Dict. §. leges. & dict. cap. fina. de consue.

e Cap. potuit. de locat.
f Leg. 2. C. de iur. emphyte.
g & ea. tus. de sponsal.

Secundo, quòd non tenetur credere in dubio, se debere illum ex contractu emphyteutico : sed satis est credere, se debere illum ex contractu censitico,arg. cap. *ex parte*,[a] & notatorum ibi per Panormitanum, [b] & l. *semper in stipulationibus*, [c] cum aliis similibus,quatenus probãt obscura,& dubia, ita interpretanda esse, vt quàm minimam obligationem inducãt, & prædictum cap. *ex parte*,probat de censu debito ex voto, quod votum soluendi sextarium frumenti est intelligẽdum de sextario minore, si duo sint sextaria. Et constat, mitiorem esse obligationem debendi censum ex contractu censitico , quàm ex emphyteutico: cùm,vt supra tactum est, debens ex illo non perdit prædium non soluendo censum, vt est in cap. *cum dilectus*,cum glossa,&Innocentio recepto, [d] debens autem ex emphyteutico sic. [e]

110 Nona quæstio,an liceat post prædictam extrauagantem tradere alicui prædium valoris mille ducatorum, reseruato sibi annuo censu, adiecta pœna, vt cessante illo soluere per triennium,possit recipere prædium traditum? Ad quod respondeo,quòd sic.Tum,quia extrauagans disponit de censu,quem quis imponit,& vendit super re sua, & non de illo , qui tradit rem suam alteri, vt sibi aliquid annuum soluat, & à diuersis non fit illatio. [f] Tum quia non fuit intentionis Pij V. prohibere locationes ad longum tempus : nec consequenter contractus emphyteuticos,vt supra dictum est,& præfata traditio dicenda est locatio ad longum tẽpus, vel certè contractus emphyteuticus,qui similis est illi, [g] vt colligitur ex differentiis, quas ponit glossa [h] & tradunt Doctores,maxime Iason super illa. Tum quia,vt contractus dicatur emphyteuticus, vel locatio ad longum tempus,non est necessarium , vt id expressè dicatur,sed satis est,vt colligatur tacitè,ex his,quæ aguntur: adeo quòd aliquando contingit, vt in instrumento dicatur dari aliquid in emphyteusim,attamen contractus non sit emphyteuticus sed censiticus,vt post Imolensem,[i] tradit Iason, [k] ponens exemplum de illo,qui diceret, tradere se aliquod prædium in emphyteusim pro certo annuo censu: ita quòd omne ius , quod haberet in eo , transferret in illum. Cùm enim per contractum emphyteuticum non transferatur dominium directum , sed tantùm vtile , secundum omnes , cùmque simul ac quis tranfert omne ius quod habet in re, videatur transferre dominium directum , videtur nolle facere contractum emphyteuticum , sed censiticum, vel tradere pro annuo censu,ne dispositio secum pugnet,cõtra l. *vbi repugnantia*.[l] Tum denique quòd prædicta extrauagans nihil disponit de censu præseruato in traditione alicuius iuris, vel aliquorum iurium , de quo est textus cum glossa solenni, [m] sed tantum de nouè constituto,vel constituendo super re, quæ retinetur à vendente illam,& non est eadem ratio de vtroque, quia in illo nulla cadit fraudis vsuratum suspicio,in hoc autem magna,vt palam est.

111 Decima quæstio,an qui exegit pœnam ob non solutum censum per nouam constitutionem debitum, tempore præstituto,teneatur restituere illam in foro cõscientiæ?Respondeo quòd sic,si fuit constitutus post præfatam extrauagantem per dicta supra.[n] Si autem fuit ante illam constitutus, distinguendum est,an sit talis , & tam moderata, & tam absque mente fœnerandi facta, vt iustè potuisset poni quo ad forum conscientiæ, an non. Priore casu non tenebitur restituere : posteriore verò sic, argumento l. *si pacto quo pœnam*,[o] & l. *nudam*. [p]

112 Vndecima quæstio,an liceat ei, cui debetur, censum vendere illum in certum tempus,vel ad vitam ipsius, vel emptoris? Respondeo,quòd non,per dicta supra,[q] an autem vendere possit censum ipsum simpliciter? Respondeo,quòd sic,modo eodem pretio vendat,& non maiori, neque minori, quàm fuit emptus,vt hæc extrauagans exprimit , quod quia videtur statutum fuisse ad euitandam fraudem vsurariam,sit,vt arbitrer licere in foro conscientiæ habenti censum septem aureorum emptum centum aureis si egeret,& non inueniret,qui vellet totidem emere:sed aliquanto minoris , posse vendere minoris , saltem quo ad forum conscientiæ , modo nulla fraus vsurarum interueniat,sed solùm diminutio valoris : aut ex eo quòd venditor quærit,& rogat emptorem , & merces vltroneæ vilescunt:aut,quia multi sunt vẽditores talium censuum, pauci emptores, propter quæ valor rerum vendendarum minui solet, vt diximus in Manuali Confessar. [a] Arbitror etiam quòd è contrario , si multum rogaretur is, cui debetur census,vt venderet illum,& ille nollet , & adessent multi emptores,& pauci venditores , posset vendere aliquanto maioris,quàm centum,saltem quo ad forum conscientiæ.Tum quia iustum pretium censuum non videtur in pretio indiuisibili constitutum , sicut nec cæterarum mercium, vt diximus supra , [b] & latius post alios in dict. Manua. [c] & videtur licere,intra illam latitudinem pluris, vel minoris vendere,aut emere.Tum quia multitudo volentium vendere , & raritas volentium emere potest minuere pretium:& contra multitudo volentium emere , & raritas volentium vendere potest illud augere, secundum omnes.Tum quia passim videmus in vrbe eos,qui habent census emptos in montibus Pietatis , & aliis vendere maiore pretio eo,quo emerunt,si rogantur à multis vendere: & contra minoris quàm emerunt, si quærunt : & rogant emptores, & multi inueniuntur venditores , & rari emptores. Dixi supra bis , *saltem quo ad forum conscientiæ* , quia non tam facilè potest id asseri, quo ad forum exterius , ob hanc extrauagantem,quæ expressè vetat illum vendi carius, vel vilius , quàm sit constitutus : nihilominus tamen ex bono,& æquo idem posset dici quoad forum exterius limitando eandem extrauagantem , per rationes præmissas,ne procedat,quando pretium census creuit,vel decreuit post illius constitutionem, sed solum quando pretium non fuit auctum, nec diminutum. Quod quia quotidianum est,memorabile esse duco maximè confessariis.

Duodecima quæstio , an super-censu, vel alio iure capiendi aliquos reditus , valeat constitui nouus census? Respondeo, posse , vt dictum fuit in prima glossa quoniam annuus reditus pro re immobili habetur, per textum singularem,[d] ibidem citatum.

113 Decimatertia quæstio , an quælibet res immobilis, quæ pro pretio æquante censum ad humanos vsus locari valet , censeatur fructifera, licèt locari numquam soleat, quales sunt aliquot turres non consuetæ locari?Respondeo, quod sic. Tum quia non solum prædium, quod actu fert fructum , dicitur fructiferum : sed etiam id , quod de se aptum natum est ferre illum , argumento cap. *quid per nouale*. [e] Tum quia modus loquendi penè omnium qui seruandus est, [f] id habet. Tum quia spolians tenetur restituere fructus , quos spoliatus percipere potuit , licèt actu non perceperit, vt est textus, & ibi glossa recepta in cap. *grauis*.[g]

Decimaquarta quæstio,an vendens censum posit partem pretij pro eo accepti dare alicui, ea lege; vt partem census,quæ illi respondet , soluat eius emptori ? Respondeo quod non, quia id effectu est mutuare pecuniam,vt aliquid lucrerur: & ita ad vsuram dare , quod omni iure verum est,iuxta dicta. [h]

Decimaquinta quæstio , an liceat emere censum constitutum super diuersis prædiis separatis, expressis tamen finibus eorum? Respondeo,quod sic. Tum quia hæc extrauagans(quatenus ait,quòd census non potest constitui nisi super re immobili) non intendit excludere pluralitatem rerum immobilium:sed res mobiles.Tum quia dispositio loquens de vno habet locum in pluribus, quando eadem ratio militat in illis:vt colligitur ex textu adiuncta glossa prima communiter recepta,cap. *si compromissarius*, [i] vbi hoc adnotat Dominicus communiter receptus. Tum quia à iure antiquo non est recedendum , nisi quatenus dictat nouum,[k] & ante hanc extrauagantem licebat constituere vnum censuum super pluribus rebus, & hæc non vetat illud.

SVMMARIVM.

114 Censuarius potest pluribus vendere rem censualem.
114 Census totus soluendus à possessore partis rei censuariæ.
115 Censuarius non tenetur pacto redimendi censum, casu quo partem rei alienet.
115 Census ante hanc extrauagantem creatus an pereat parte rei perempta.
116 Censuarius,an possit obligari in forma Camerę.

a Cap. 23. n. 78.

b Not. 4. n. 5.

c Cap. 23. nu. 79.

d In clemen. exiui. §. cumque annuve ditus. de ver. signifi.

e De verbo. sign. & l. ſyllaba. ff. de verbo. ſignifi.
f Leg. Labeo. ff. de ſupel. lega. & l. librorum. §. quod tamen Caſſius. de leg. 3.
g De reſtitu. ſpoliatorum.
h In nota. 6. num. 8.

i De electi. li. 6.
k Leg. præcipimus. C. de appellat.

116 *Censuarius vendita re censualt liberatur.*
117 *Prædium non fit ex parte infrugiferum, eo quòd reddat minus.*
117 *Prædium reddens minus non fit ex parte infrugiferum.*
117 *Census non perit re facta sterili.*
118 *Censuarius detinens rem vt tenetur.*
118 *Censum ponens super re aliena vt tenetur.*

114 DEcimasexta quæstio, an liceat dividere rem, super qua est constitutus census, & vendere diuersis diuersas partes? Respondeo, quòd sic: quoniam hæc extrauagans vetat, vt nec per pactum libertas alienandi rem censuariam, quam habet constituens & vendens censum tollatur, vel restringatur. Cùm ergo ante constitutũ censum posset diuidere rem censui subiectam in diuersas partes, & eas vel aliquas earum diuersis vẽdere, poterit idem facere post illum constitutum.

Decimaseptima quæstio, an venditor, qui vẽdit aliquas partes fundi censualis, ipse solus teneatur soluere totum censum, an etiam illi, qui eas emerunt? Respondeo quòd is, cui debetur census, poterit illum totum petere à quolibet illorum. Tum quia conditio creditoris non debet fieri deterior ex hæredum multiplicatione, [a] ergo eadem, immo fortiori ratione, non debet fieri peior ex venditione partium fundi vectigalis. Tum quia per fundi vectigalis diuisionem non diuiditur vectigal in præiudicium illius, cui debetur: immo potest petere à quolibet possessore illius vel partis eius. [b] Tum quia glossa illius legis recepta habet, mortuo emphyteuta, relictis duobus hæredibus, neutrum illorum soluendo partem pensionis, quæ illum contingit, liberari à pœna caducitatis siue perditionis partis emphyteusis, in quam succesit: immo altero illorum non soluente suam partem totam, emphyteusim perdi ab vtroque, vt latè post multos alios à se citatos tradidit Iason. [c]

115 Decimaoctaua quæstio, an ab initio constituti census liceat pacisci, quòd casu, quo venditor census vendiderit fundum, vel partem eius, teneatur redimere cẽsum? Respondeo, quod non: quia hæc extrauagans, [d] etiam vetat, ne in venditione census possit apponi pactum, per quod à vendente censum inuito pretium possit exigi, cui consequens est, non posse apponi pactum, quo vendens redimere cogatur.

Decimanona quæstio, an quicunque census etiam ante hanc constitutionem creatus super re certa, ea perempta, vel pro parte infructifera effecta in totum vel pro parte cesset? Respondeo, quòd census ante hanc cõstitutionem creatus non perditur in totum, nec in partem, ex eo solo, quòd pars prædij vectigalis cẽsui suppositi perdatur: quia id nullo iure videtur caueri, nec vlla efficaci ratione probari: cùm is, qui debet illum, relicta parte, quæ superest censuario, cui debetur census, liberetur: nam vt probatum fuit, [e] census etiam ante hanc extrauagantẽ non poterat constitui in persona, sed tantum in re ipsa, qua perempta, vel derelicta liberaretur venditor.

Vigesima quæstio, an census super certis definitisque rebus constitutus, & super omnibus vendentis facultatibus, pereat in parte, parte illorũ perempta? Respondetur, quòd nõ, si census fuit creatus ante hanc extrauagantẽ per responsum, ad quæstionem præcedentem. Et quòd post hanc extrauagantem non potest creari census super omnibus bonis indesignatis, sed tantùm super designatis suis finibus, & de tali idem dicendum est, quod dictum est supra, [f] de censu super duabus rebus designatis cõstituto.

116 Vigesimaprima quæstio, vtrum hanc extrauagantem transgrediatur, qui vendit censum obligando se ad solutionem in forma Cameræ? Respondeo, quòd sic. Tum quia constituit, & vendit censum, in alia forma quam posita in illa. Tum quia obligat se ad pœnas & incommoda, quæ incurruntur per obligationem in forma Cameræ, & hæc extrauagans irritat omnia pacta & conuentiones, ad quæ venditor iure communi non tenetur.

Vigesimasecunda quæstio, an venditor census desinat esse obligatus ad soluendum illum vendendo, & distrahendo rem censui subiectam? Respondeo, quòd sic modo requisito censuario illam vendat. Tum quia onus reale transit cũ ipsa re. [g] Tũ quia cessante causa cessat effectus, [h] & causa cur debitor census tenetur soluere illum, est dominium vel possessio, quod vel quam habet in re, super qua constituit censum, & desinit illa habere per venditionem & traditionem eius. [a] Tum denique quia census non constituitur, nec constitui potest super persona, vt late probatum fuit supra. [b]

117 Vigesimatertia quæstio, an res censui supposita desinat esse in parte frugifera eo solo, quòd non reddit tantùm, quantùm tempore cõstitutionis, & venditionis eius reddebat? Respondeo, quòd non. Tum quia nullo iure videtur probari, quòd aliquod prædium dicatur in totum, vel in partem peremptum eo solo, quòd desinat ferre tantùm fructus, quantum antea ferebat: & ita non est dicendum, argumento cap. *consuluisti*. [c] Tum quia non obstat dicere, quòd de æquipollentibus idem est censendum, [d] & quòd paria & æquipollentia videntur, partem prædij perimi, & partem fructuum non ferre. Non inquam hoc obstat, quia negari potest illa esse paria, & æquipollentia simpliciter, licèt secundum quid sint talia.

Vigesimaquarta quæstio, an propter sterilitatem fundi multorum annorum extinguatur census? Respõdeo quòd non. Tum quia nullo iure id cauetur. Tum quia debitor census relinquendo prædium illud censui subiectum pro derelicto, liberatur ab onere illum soluendi, vt prædictum est.

118 Vigesimaquinta quæstio, an casu, quo molendinum super quo est constitutus census destrueretur à Domino, eo quòd aqua mutauerat cursum, & ædificauit aliud ex materia prioris molendini, an census debeatur ex secundo molendino? Respondeo, quòd secundum molendinum non erit subiectum censui: quia non fuit impositum illi, & certũ est illud esse aliud à priori. Tum quia nauis constructa ex materia alterius nauis penitus dissolutæ, est alia à priori. [e] Tum quia etiam domus, si vsque ad aream destruatur, licèt ex eadem materia restituatur etiam in eodem loco alia domus dicitur. [f] Tum quia ædificiũ constructum in vno loco, ex materia ædificij destructi in altero, non solum est aliud ab eo, sed etiam frequenter est alterius domini, vt colligitur ex §. *cum in suo*. [g] Secundo dico, quòd censuarius quia destruxit molendinum, tenebitur ei, cui debebatur census constitutus in eo actione de dolo, vel alia, iuxta textum in hoc aptum in l. *repeti*, adiuncta magna glossa, [h] & cap. fin. cùm ei adnotatis, [i] aut ad minus cogetur reddere pretium, quod pro censu accepit, aut constituere illum super nouum molendinũ, vel aliam rem suam immobilem.

Vigesimasexta quæstio, an qui emit censum super alia re non liberta, vel super qua non poterat venditor eum constituere, quod tamen emptor ignorabat, posit emptor exigere illum absque peccato? Respondeo, quòd sic, pro tẽpore quo id probabiliter ignorauit. Tum quia sic ignorans debet excusari à damno, [k] & sua fraus & dolus nemini debent prodesse, [l] & consequenter emptor præfatus innocens non debet perdere censum, nec venditor dolosus excusari ab eo soluendo. Tum quia venditor celans vitia, & defectus rei venditæ tenetur emptori ad interesse. [m]

Vigesimaseptima quæstio, an in casu præcedenti quæstionis, posit emptor cõpellere venditorem ad restituendum pretium? Respondeo, quòd sic. Tum quia datum ob causam, ea non secuta redire debet ad dantem, [n] & præfatus emptor dedit pretium ob censum super re libera constituendum, quod non fuit secutum. Tum quia venditor prædij seruituti subiecti tenetur emptori id ignoranti ex empto actione, [o] & ad interesse, si sciens vitium, aut ad quantum minoris, si ignorauit, iuxta distinctionem positam in l. *Iulianus*. [p]

Vigesimaoctaua quæstio, an ab initio constitutionis census posset fieri pactio, vt vendens teneatur soluere censum, donec pretium reddat, casu quo res non esset libera, vel esset alij censui subiecta? Respondeo, quòd non. Tum quia census cum huiusmodi pacto constitutus videtur esse contra formam præfatæ extrauagantis. Tum quia aperiretur magnum ostium exercendis vsuris: nam volentes sub eis mutuari, constituere possent census super alienis prædiis, & volentes

a *Toto tit. ff. de pericul. & commod. rei vend.*
b *In notab. 22.*
c *2. quæst. 4.*
d *Leg fina. ff. mandat. cap. licet ex quadam. de testi.*
e *Leg inter stipulantem. § sacrã. vers. & nauis. ff. de verb. oblig.*
f *Leg. quidtamen. 5.1. ff. quib. mod. vsuf. & amitt. & d. § sacrã.*
g *Instit. de rerum diuisio.*
h *ff. quib. mod. vsuf. amitta.*
i *de iniuriis.*
k *Cap. 2. de constit.*
l *Cap. sedes de referip. l. itaque fulle. ff. de furtis.*
m *Leg. Iuliã. ff. de actio. emp.*
n *Toto tit. de conditio. caus. dat. caus. non secu. & C. de condi. ob caus.*
o *Leg. 1. ff. de action. empt.*
p *ff. eod.*

a *Leg. 2. §. ex his. ff. de ver. oblig. & l. Plane. ff. famil. ercis.*
b *Leg. communi dividũdo. ff. cõmu. dividun.*
c *In l. 2. nu. 57. C. de iure emphyteu.*
d *In vers. pacta.*
e *Notab. 22.*
f *Quæst. 27.*
g *Cæ ex litteru. de pignoribus.*
h *Cæ. cũ cessante. de app.*

mutuare sub vsuris, emerent illos cum huiusmodi pacto, per quod securè acciperent vsuram nomine cẽsus, & huiusmodi ostium nullatenus est aperiendum. [a] Tum quia non obstat, quòd expresio eius quod iure ineft, nihil nocet, [b] si tantum eo modo quo ineſt exprimatur, iuxta glo. & tradita ibi vtiliter à Felino, [c] & quòd contentũ in ipso pacto videtur tacitè inesse per allegata in quæstione precedenti. Non inquam hoc obstat, quia licèt tacito iure insit, quòd constituens, & vendens censum super re aliena, vel non libera teneatur reddere pretium, & ad interesse, vt prædictum est; non tamen iure ineſt, vt teneatur soluere censum malè constitutum, donec reddatur pretium: quia hoc esset verè, vel præsumptiuè vsurarium, argumẽto eorum, quæ supradicta sunt.

SVMMARIVM.

119 Census in re aliena, vel non libera creatus, an deberi, & exigi possit.
119 Census positus in alia re, quam pecunia numerata, an ad eam reduci debeat.
120 Census creatus alio pretio, quàm nummis, vt licitus.
121 Census cum quo pacto perimendi constituti possit.
121 Census an valeat cum pacto repetendi pretium; recipiendo in partem solutionis eius census antea solutos.
122 Census redimi potest etiam sine numerata pecunia.
123 Census pro redemptione quale amplius liceat accipere.
124 Census vt redimitur per compensationem.

119 VIgesimanona quæstio, an iustè possit accipere censum emptor, qui nouit rem, super qua constituitur sibi census esse alienam, vel non liberam, & simulat se id ignorare, vt possit, quando voluerit, cogere venditorem ad reddendum sibi pretium, ea ratione, quòd eũ constituit super re, quæ non erat sua, vel non erat libera, & apta ad constituendum illum? Respondetur, quòd nõ. Tum quia illa simulatio dolosa non debet ei prodesse, argumento à contrario sensu capit. *vtilem*, iuncta glossa. [d] Tum quia simulatio dolosa est peccatum, vt probat S. Thomas receptus, [e] quibus est consequens, non posse ipsum bona conscientia recipere censum illum sic impositum: & quòd si reciperet, teneretur eum restituere, vel computare in partem solutionis pretij, quod pro eo dedit, & hoc in foro interiori conscientiæ. In foro autem exteriori, si non confiteatur, nec probetur, obtineret: quia in illo foro de non existentibus & non apparentibus idem iudicatur, vt habet l. *duo sunt Titij*, [f] & glossa, [g] sed si probaretur, posset puniri pœna vsurariorum vltra id, ad quod in foro conscientię obligatur, eo quòd vsuram palliatam admisit per supradicta. [h]

120 Trigesima quæstio, an census constitutus in alia re, quam in numerata pecunia puta in tot modiis frumenti, vel tot amphoris vini, vel cadis olei, debeat reduci ad pecuniam numeratam, quæ iustè respondeat pretio pro eo dato, si pretium frumenti, vini, vel olei adeo creuerit, vt excedat pretium pro eo datum, licèr cum daretur esset iustum? Ad quam quæstionem respondeo, primò quòd pro parte negante facit: quia non debet augeri, vel minui pretium rei venditę, quod erat iustum tempore venditionis, eo quòd pretium illius postea creuerit: alioquin omnium fere rerum immobilium venditionum pretia essent augenda; cùm fere vbique longè maiori pecunia numerata valeant hodie, quam tempore venditionis valebant: quod esset absurdum, & ita non dicendum. [i]

Secundo, quia iustitia pretij ad mercem est assumenda secundum tempus venditionis; & non secũdum tempus futurum vel pretium, iuxta l. *pretia rerum*. [k]

Tertio, quòd si pretiũ fruméti, vini, vel olei esset valde diminutum, non propterea vendens esset cogendus ad restituendum aliquid de pretio, quod erat iustũ, tempore venditionis accepto: ergo nec ementi censum debet diminui quantitas eius, quod fuerit auctum pretium eius, quia quod operatur oppositum in oppositum, operatur propositum in propositum. [l]

Pro parte autem affirmante facit primò, quòd in multis Hispaniæ Regnis, vt prædictum est, [m] fa cta est præfata reductio. Secundo, quòd cum emitur census alterius rei, quàm numeratæ pecuniæ, maior respectus habetur ad pretium eius, quàm ad ipsam rem: & ita magis videtur poni cẽsus in numerata pecunia; quàm in ipsa re, quæ illa æstimatur. sicut cũ datur aliqua species æstimata in dotẽ, videtur potius data pecunia qua æstimatur, quàm ipsa. [a]

Pro resolutione huius quæstionis, & concordia pro vtraque parte citatorum dico primò, quòd iustè potest statui à legislatore non recognoscente superiorẽ, vt prædicta reductio fieret, ob rationem secundam pro parte affirmante formatam. Dico secundo, quòd antequam præfata reductio fieret per legem, soluendus esset census in ea re, in qua constituta est, siue pretium eius sit auctum, vel diminutum, siue non, propter rationes pro parte negante adductas.

121 Trigesimaprima quæstio, an tutus sit in conscientia emptor cẽsus, si verè iustũ pretium soluit, sed non in præsentia notarij & testium, nec in pecunia numerata: sed per liquidi, & iusti pretij recompensationem, vel sine fraude in mercibus, quas venditor census emere volebat, & quæ pro iusto pretio taxatæ fuerunt? Respondeo, quòd sic, vt dixi supra. [b]

Trigesimasecunda quæstio, quid si non pro iusto pretio fuerunt æstimatæ, & partem pretij in mercibus, partem in pecunia accipere fuit coactus, an tunc emptor cẽsus teneatur ad damnum emergens, & lucrum cessans, an tantùm ad supplendum iustum pretiũ? Respondeo, quòd præfatus emptor tenebitur ad supplendum iustum pretiũ; & insuper ad totum interesse tã lucri cessantis, quàm damni emergentis. Tum quia tenetur offerre, & soluere totum pretium. [c] Tum quia venditor tenetur soluere interesse emptori per principium præcitatę l. *Iulianus*. [d]

122 Trigesimatertia quæstio, an possit dari iusta venditio cum pacto exigendi pretium à venditore aliquo casu? Respondeo, quòd non; nisi sit casus in quo iure communi pretium exigi possit, vt quia fuit ignoranter emptus super re non libera, vel inepta censui soluendo; vel quando venditor denunciauit emptori, se velle censum redimere tunc enim intra vnum annum poterit cogi ad redimendum, vt habet hæc extrauagans. [e]

Trigesimaquarta quæstio, an per adiectionem pacti, de quo in quæstione precedenti, emptio census fieret, aut præsumeretur vsuraria? Respondeo, quòd sit, per eãdem extrauagantem. [f]

Trigesimaquinta quæstio, an à principio possit fieri pactum, vt emptor pretium repetat quandocumque volet, computatis in eo omnibus censibus antea receptis? Respondeo, quòd non. Tum per eamdem extrauagant. [g] Tum quia per huiusmodi pactum aperiretur via fraudãdi leges vetantes vsuras; quod non est faciendum. [h]

Trigesimasexta quæstio, an clausula huius extrauagãtis quòd census redimatur eodem pretio, quo fuit constitutus, restringatur ad solùm censum redimibilem tantũ? Respondeo, quòd non: quoniam habet locum in censu perpetuo irredimibili constituto eodem prẽtio, quo cõstituitur redimibilis, iuxta declarationem positã supra, [i] licèr vix iustè sic possit constitui, vt ibi dixi.

213 Trigesimaseptima quæstio, an venditori census liceat pretium redemptionis, siue cassationis soluere in aliis rebus, quàm pecunia numerata? Respondeo, quod sic. Tum quia regulariter quoties fit contentus debitor de pretio sibi debito, censetur sibi solutum, [k] & is casus nõ videtur exceptus ab illa regula; & ita manet sub ea, argumento glossæ solennis, [l] quæ habet similem in rub. [m] Tum quia hæc extrauagans exorbitat à iure communi, quatenus statuit, vt pretium census non possit solui eius venditori etiam volenti, nisi in pecunia numerata; & ita est restringenda, [n] & consequenter cùm solùm statuat de pretio soluendo venditori pretium census constituẽti, non cebet extendi ad pretium soluendum emptori pro eo redimendo, siue cassando. Tum quia mens & ratio Auctoris extrauagantis fuerunt obuiare fraudibus vsurarum, & iuuare constituentes census, ne vrgente necessitate, acciperent pro pretio, vel parte pretij aliqua sibi parum commoda; vel maioris, quàm iustum esset, æstimata: quæ mens & ratio cessant in pretio soluendo emptori

a *argu. legis conuenivi. ff. de pact. dotalib. & cap. ex parte. de consuetud.*
b *Le. 3. ff. de leuati. 1. cap. significasti. de electione.*
c *In cap. ad audientiam. 2. de rescript.*
d *22. q. 2. & arg. toto tit. C. plus valere quod agitur, quàm quod simul concip.*
e *2. 2. quæst. 111. art. 1.*
f *ff. de testam. tutel.*
g *Cap. si sacerdos. de officio ordin.*
h *In notab. 1. num. 4.*
i *Lege, nam quod absurdum ff. de bonis liber.*
k *ff. ad legẽ Fal.*
l *L. Etsi cõtra tabulas ff. de vulg. & cap. sciendũ. 8. quæst. 1.*
m *In quæ. 3.*
a *Le. æstimatiff. solu. matrimonio.*
b *In glossa. 3. num. 88.*
c *L. Iulian. §. offerri. ff. de action. empt.*
d *Leg. si sterilis. §. cum per venditore ff. de actione emptionis.*
e *Vers. cum vero.*
f *Vers. contractusque sub alia forma.*
g *Vers. cõtractusque sub alia.*
h *Arg. cap. ex parte de consuetud.*
i *In glos. 18.*
k *Leg. satisfactio. ff. de solutio. adiũcta leg. 1. qui satisdare cogan. lege si vir. §. Otis. ff. de Pignorat. actio.*
l *In leg. omnis definitio. ff. de regu. iur.*
m *eodem. tit. lib. 6.*
n *Cap. quæ à iure. de regu. iur. lib. 6.*

pro redemptione siue cassatione illius; & ita ipsa extranagans cessabit in illo. [a]

124 Trigesimaoctaua quæstio, an liceat accipere pro eius redemptione, siue cassatione aliquid vltra id, quod datum fuit, si solutio fuit in pluribus terminis; puta soluendo illud intra spatium trium, vel quatuor annorum? Respondeo, quòd non, si illud plus accipiatur tamquam pretium, vel pars pretij: sed sic, si accipiatur tamquam solutio alicuius partis census iam decursi. Verbi gratia: emit quis in Aragonia censum 15. scutorum trecentis scutis, iuxta legem illius Regni, qua statuitur, vt iustum pretium census vnius aurei annis singulis dandi sint viginti, & venditor vult redimere, vel cessare totum censum vnica solutione: non potest emptor quidquam amplius, quam trecenta iustè accipere: immo nec si pluribus solutionibus, ex interuallo etiam magn factis redimat, potest capere aliquid amplius, tamquam pretium; sed sic tamquam solutionem census decursi. Si enim venditor tribus annis redimat censum illorum quindecim poterit vltra 300. capere quindecim: pro censu quidem sequentis anni primam solutionem decem, & pro censu anni sequentis primam solutionem quinque, per solutionem enim tertiæ partis pretij non redimitur nisi tertia pars census; nec per solutionem duarum partium pretij, nisi duæ partes census: & ita soluta prima tertiæ partis pretij, currunt duæ partes census, & solutis duabus partibus pretij, currit tertia pars census, vt palam est rem satis perpendenti.

Trigesimanona quæstio, an census redimi possit per compensationem debiti liquidi? Ad quod respondeo, quòd sic, eo modo quo dicitur in quæstione sequenti. Tú quia omnis actio ipso iure tollitur per compensationem debiti liquidi. [b] Tum quia debitor census poterit proponere coram iudice competenti, quòd is, cui debet census debet sibi liquidè tantú, quantum fuit pretium acceptú: & petere ab eo, vt iubeat ei habere censum pro redempto. Posset item extraiudicialiter conuenire censuarium, & monere, vt ex túc habeat censum pro redempto, protestans, se non esse obligatum ad soluendum illum amplius, nec velle, vt duret vltra: immo velle, vt extinguatur per compensationem, argumento l. vltim. cú ei annotatis, [c] & quòd cursus vsurarum cessat, quo ad concurrentem quantitatem, à tempore, quo cœpit vsurarius illá debere. [d]

SVMMARIVM.

125 Censum soluere vilius interdum est, quàm compensare.
126 Censuario quouis tempore fit denunciatio redemptionis.
126 Census, an totus soluendus cum redimitur ante terminum.
127 Censuarij prælationi vt potest præiudicari.
127 Censuarij prælatio, an obsit cognatis, vel sociis.
128 Census centum pro mille donatus ad vitam, an valeat.
129 Census non potest poni hodie simul super vna re designata, & generaliter super omnibus aliis bonis non designatis.

125 QVadragesima quæstio, an cõpensatio ista fiat ipso facto, vt censuarius non possit accipere quidquam ratione census, tempore, quo incipit debere liquido tantú ei, qui dent censum, quantú dedit pro illo, eo ꝙ videatur ipso facto extinctus. Et pro parte quidem affirmante facit, quòd compensatio fit ipso iure. [e] Sed contrarium puto verius. Tum quia secundum Azonem, [f] cõpensatio quidem fit ipso iure: sed parte opponẽte illam. [g] Tum quia in nostro casu non concurrit debitum vnius partis cum debito alterius: quia qui vendidit censum, obligatur quidem soluere illum censuario tempore ad id statuto: sed non debet ei pretium eius, nisi redemerit; & ita donec declaret, & moneat censuarium, quòd vult redimere censum, & quòd id quod sibi debet accipiat in compensationem pretij redemptionis, non videtur redemptus census. Tú quia multis de causis conuenire potest debenti censum, vt soluatur sibi, quod debet ei censuarius, quàm redimere ceusum; per quas rationes soluũtur in contrarium adducta.

126 Quadragesimaprima quæstio, an denunciatio facienda per debitorem cẽsuario ante bimestre, quòd vult redimere censum, possit fieri qualibet parte anni? Respondeo, quòd sic. Tum quia hæc extranagans nullum tempus ad id præfigit. Tum quia per illa verba, quibus statuit eam fieri posse, cum census extinguendus erit; significat eam fieri posse quocumque tempore census extingui potest. At ex eadẽ extranagante colligitur id quolibet tempore fieri posse. Tum quia subiicit, quòd si post denunciationem nõ redemerit in fine bimestris, nec coactus fuerit redimere intra annum, poterit quandocumque redimi, præuia tamen denunciatione prædicta.

Quadragesimasecunda quæstio, an si redemptio fiat ante finem anni, quando debet solui census, si soluendus totus census illius anni, an pro rata temporis? Respõdeo; quòd tantùm pro rata temporis: quoniam alioquin non posset liberè quandocumque vellet redimere, cùm incepto anno non possit id sine pœna, vel damno facere: & is dicitur *liberè* aliquid facere, qui sine vllo damno potest, [a] vbi hoc annotauerunt Dominicus & Franc. & facit glossa. [b]

127 Quadragesimatertia quæstio, an prælationi, quam per hanc extranagantem habet censuarius in emptione rei censui subiectæ, præiudicare possit is, qui debet censum, redimendo prius illum, & postea vendendo, cui placuerit? Respondeo, quòd sic: quia censuario non datur ius prælationis, nisi pro tempore, quo est censuarius; & simul ac redimitur census, definit esse talis, & redemptio potest fieri quocumque tempore, per eamdem extranag. vt prædictum est.

Quadragesimaquarta quæstio, an cognato, vel socio habente ius prælationis in re cognati, vel communi socij, censuarius sit præferendus? Respondeo, quòd non. Tum quia princeps concedendo vni gratiam, non videtur velle præiudicare alij, [c] & ita præfatus Pius V. concedendo censuario gratiam, vt præferatur in emptione rei sibi censualis aliis emptoribus, non censetur præiudicare cognatis, vel sociis venditoris, qui consuetudine, vel statuto aliquo habent ius prælationis in emptione rerũ sui cognati, vel socij. Tum quia alioqui pateret via facilis fraudandi eos suo iure æquissimo prælationis; cùm facillimè posset venditor, cognatus, vel socius constituere aliquantulum census alteri emptori super re, quam vellet transferre in eum per venditionem: cui rei, quia est vna de malitiis hominum, obuiandum est. [d]

128 Quadragesimaquinta quæstio, an sit licitus contractus, quem nuper fecerunt duo; quorum alter donauit irrefragabiliter alteri mille obliganti se ad donandum, vel dandum donatori centum quolibet anno, dum viueret; ita quod post mortem eius nihil deberetur sibi, nec hęredibus eius? Respondeo, quòd pro parte negante facit hęc extranagans quatenus habet nullum censum posse constitui, & vendi, nisi seruata forma in ea scripta: quæ tamẽ in hoc casu non fuit seruata: pars vero affirmans est tenẽda. Tum quòd est licita donatio sub modo licitè facta, [e] & præfata donatio est eiusmodi; nullum enim continet modum iniustum. Tum quòd subitio periculi est iusta causa accipiendi aliquid vltra id, quod datur, vt habetur l. 1. & 2. [f] & notatur in cap. fin. ꝙ & tradit Decius, [h] & in casu proposito donator subiit periculum perdendi omnia mille, vel magnam partem illorum, quæ donat: nam si paucis, vel nullis annis vixerit, longè minus, quàm donauit, vel nihil accipiet. Tum quòd is cõtractus nullatenus est mutuatio, etiamsi nõ sit vera donatio: sed donatio sub modo, aut contractus innominatus, do, vt des, vt diximus in Manu. Conf. [i] Tum quod, vt ibidem diximus, licitum est donare alteri aliquid cum pacto, quòd si vixerit certos annos, reddatur ei duplum, & alioqui nihil. Tum denique, quòd non obstat hęc extranagans pro parte negante adducta: quia loquitur de censu constituto per viam emptionis, vel alterius contractus ei æquipollentis, vt diximus super ea, [k] in casu autem proposito agitur de censu constituto per viam donationis sub modo factę, & ita nõ videtur ad ipsum extendi: cum quisque possit rei suę traditioni modum imponere. [l]

129 Quadragesimasexta quæstio, an census constitutus Romæ anno 1570. super vna re immobili, & suis limitibus designata, & simul generaliter super aliis omnibus rebus mobilibus, & immobilibus non designatis fuisset

iustè

[a] *Argum. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. & cap. cum cessante. de appel.*

[b] *Leg. fin. C. de compens.*

[c] *C. de cõpẽs.*

[d] *Leg. cum. alter. ff. de compens.*

[e] *Leg. fina. C. de compẽ.*

[f] *In summa, tit. de compens. num. 7.*

[g] *Argum. §. compensationes. instit. de actio.*

[a] *Ca. 1. de reg. iul. lib. 6.*

[b] *In clem. dudum. verb. liberè. de sep.*

[c] *Leg. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco pub. & cap. super eo. de offic. deleg.*

[d] *Leg. in fundo. ff. de rei. vend. & sedes de rescrip.*

[e] *Toto tit. de donat. quæ sub modo.*

[f] *C. de naut. fœnor.*

[g] *De vsur.*

[h] *In cansil. 123.*

[i] *Cap. 17. nu. 222.*

[k] *In gloss. 17.*

[l] *Leg. in traditionibus. ff. de pact. cap. verũ. de condit. apposit.*

iustè constitutus? Respondeo, quòd hęc quæstio fuit data in dubium ante aliquot dies in celeberrimo Rotę prętorio, & ei ad nos delatæ respondimus, quòd non. Tum per illa, quæ quidam patronus causarum doctissimus adducebat. Tum per hanc extranagantem quæ edita fuit anno 1568. in ipsa vrbe Roma, in qua eadem fuit constitutus census anno 1570. & ita duobus saltem annis postea. Tú quòd eam breuiter decideramus ante paucos menses in glo. 2. commenti eius, quod huic commẽtario adiecimus. Tum quòd multis probauimus olim communem sentẽtiam in hoc commentario, [a] contra Sotú & Couarru. Supra citatos, quòd census non potest constitui super sola persona (& secundum nostram sententiam, vt supra dictum est, iudicatur in Hispania) & constituere cẽsum super omnib. bonis generaliter, vel super vna re designata, & generaliter super aliis omnibus, est effectu quadamtenus constituere illú super persona: & tenere cõtratiú esset eneruare mentem huius extrau. si satis res perpẽdatur.

[a] *Notab. 22. num. 90.*

SVMMARIVM.

130 Census non imponitur hodie super omnibus bonis, etiam aliquo designato.
131 Censum vt imponit quis in re aliena, vel sua, & aliena.
132 Venditor regalia iura soluere debet.
133 Census emptor vanè sit procurator ad exigendum.
134 Census soluendo finis semestris potest statui.
135 Census venditor obligari potest pro euictione.
136 Venditor census non potest obligari ad pœnam dupli.
137 Venditor census vanè constituit se possessorem precario.
138 Venditor census non potest dare facultatem capiendi possessionem, nec renunciare foro, nec dare contractui paratam executionem.
139 Census instrumento quale, &c. non inseritur.
140 Censui emendo, an vllum pretium præfixum.

130 QVoniam post hæc scripta breui respõdimus decem, & octo quæstionibus resultãtibus ex duobus contractibus duorum censuum in Regno Neapolitano cuidam honorabili viro constitutorũ; in gratiam & obsequium admodum Illustris, Reuerendissimi ꝙ Domini Petri à Lunell Caietani Episcopi, multis nominibus mihi suspiciendi; quadragesima septima quæstio cõtinebit sex prima responsa in summam redacta.

Primum erit, quod non potuerunt prædicti census cõstituí post hanc extranagantem super omnibus bonis, nullo immobili specialiter suis finibus designato, vt supra diximus. [b]

Secundum, quod non potuerunt etiam imponi super omnibus bonis generaliter, etiam quodã immobili speciali expresso, & finibus eius designato: quia est contra formam huius extranagantis, & eius rationem [c] tactam, & [d] paululum dilatatam.

Tertium quòd impositio census ante hanc extranagãtem facta super omnibus bonis vendentis licuit: si tamen imponens bona capacia tanti census habuit: quoniã nullo iure antiquiore illa videtur statutum, ne quis posset vendere censum generaliter super omnibus bonis suis.

131 Quartũ quòd duo possunt imponere vnum cẽsum super duabus rebus immobilibus suis terminis designatis; quarum vna sit vnius imponentis, & altera alterius. Nullo enim iure antiquo, neque nouo huius Extranagãtis videtur hoc prohibitum; & ita nec dicendum. [e]

Quintum, quòd quis potest vendere, & imponere cẽsum super re immobili aliena, consentiente domino; quia venditio rei alienæ valet, [f] & si fiat, consentiẽte domino, est efficax; quia non potest illi contrauenire. [g] Et quia dominus fundi, qui potest censum imponere, potest alteri imponenti consentire, per reg. *qui potest alienare, potest alienanti consentire*, licèt aliud sit vendere, & aliud vendenti consentire, iuxta l. *aliud*, [h] & tradit ibi per Decium.

132 Sextum quòd venditor census, & non emptor tenetur soluere iura regalia; quæ ratione prædij censuarij fisco debentur. Tum quia dominus prædij vendens super eo censum, non potest præiudicare fisco, neque alteri tertio. [i] Tum quia non valet pactum factum inter venditorem, & emptorem, ne possessor prædij venditi teneatur soluere iura fiscalia. [a]

Quadragesimaoctaua quæstio continebit septimum, & alia quinque de prædictis decem & octo responsis.

Septimum, quòd ad iustam census impositionem non sufficit, vt venditor census confiteatur, sibi esse solutum pretium; sęque esse de solutione contentum post hanc extranagantem, vt eius contextus expresse continet: quamuis ante illam id sufficisset: quoniam solutum dicitur creditori, quomodocumque ei satisfactum sit. [b]

133 Octauum, quòd superuacanea, & inanis est constitutio, qua venditor census constituit emptorem procuratorem in rem propriam ad illum recipiendum, vel exigendum. Tum quia emptor est dominus census, & non venditor post traditionem illius sufficientem, iuxta l. *traditionibus*, [c] & ita non indiget mandato procuratorio vẽditoris ad recipiendum, vel exigendum illum; neque illud ei quidquam prodest. Tum quia etiam nihil prodest emptori ad cogendum venditorem ad tradẽdum ei censum venditum, quoniam non debet eum ad id cogere nomine venditoris; sed suo proprio: quia vendit illũ, & pretium soluit, iuxta l. *Iulianus*. [d]

134 Nonum, quòd iustè potest conueniri, vt dimidium census soluatur in fine semestris, & alterum in fine anni: vel quòd tertia pars in fine cuiusque quadrimestris. Primum quia nullo iure antiquo, nec nouo huius extranagantis statuitur contrarium. Deinde quia iure communi pensio alicuius rei cõductæ debet solui in termino à partibus statuto, si quem expresse statuerunt, iuxta glossam communiter receptam. [e] Et ideo constitutio temporis ad soluendum censum nihil aliud esse videtur, quàm sublatio dubij; quod iura permittunt, & approbant: & sic est quædam expressio eius quod quadamtenus tacitè inest; quæ quidem expressio nihil nocet. [f]

135 Decimum, quòd promissio, qua venditor census se obligat ad defendendum censum venditum emptori, & de euictione, videtur permissa etiam post hanc extranagantem. Tú quia non videtur illa tollere ea, quæ sunt naturalia contractus emptionis, & venditionis, qualia sunt obligatio, & cautio de euictione rei venditæ, iuxta l. *si fundus*, [g] & l. *pacta conuenta* iuncta glossi. [h] Tum quia eorũ, quę tacitæ insunt, expressio nihil nocet, vt dictum est: & per iura prædicta tacitè inest venditioni prædicta obligatio, vt etiam diximus supra. [i]

136 Vndecimum, quòd promissio de soluendo censum sub pœna dupli non potest fieri post hanc extranagantẽ; quamuis ante illam fieri potuisset. Hæc enim extranagãs prohibet fieri omnia huiusmodi pacta pœnalia; quæ tamen ante illam non videbantur prohibita.

137 Duodecimũ, quòd clausula, qua venditor census constituit se * possessorem nomine precarij, videtur esse inepta; & tam iure antiquo, quàm nouo reprobanda: quia venditor census non vendit rem censuariam, nec minus possidet eam post venditum censum, quàm antea; & censum quem vendidit, nullo modo possidet ipse, sed emptor, vt palam est.

* Possessorem nomine precarij. *Possessor nomine precarij ille dicitur, qui alienam rem precario iure possidet. Precario autẽ is rem aliquam possidet, qui precibus rem alienam à vero domino impetrauit, tamdiu ea vsurus, quamdiu eam concedere verus dominus voluerit.*

138 Quadragesimanona quæstio continebit decimum tertium, & reliqua quinque responsa de prædictis decem & octo in summam, vt diximus, redacta.

Decimumtertium, quòd clausula, qua venditor census facit copiam emptori eius capiendi auctoritate propria rem censuariam ob cessationem solutionis pensionis, est iniqua, & omni iuri, non solùm nouo huius extranagantis, sed etiam antiquo contraria. Tum quia sequeretur, ꝙ propter cessationem à soluendo censum vnius aurei perderetur fundus valoris mille aureorũ; & ita perderetur, vt emptor census posset illum auctoritate propria capere. Tum ob alia quæ de pactis, quibus datur facultas auctoritate propria rem aliquam capiendi, multis in locis traduntur.

Decimum quartum, quòd pactum, quo venditor census renunciat foro suo, & alij se subiicit, est contrarium iuri

nouo

[b] *In eius gloss. 2. nu. 80. & q. 46. n. 129.*

[c] *Dicta gloss. 2. num. 86.*

[d] *In qua. 46.*

[e] *Argu. ta. leges. 4. q. 3. §. consideremus. auth. de trient. & semis. coll. 3.*

[f] *Leg. rẽ aliẽ. ff. de cõtrahẽ. empt.*

[g] *Cap. quod semel de reg. iur. lib. 6.*

[h] *de reg. iur. ff. eod.*

[i] *Arg. le. 1. & 121. tit. C. de reb alie. non alienan.*

[a] *L. 2. C. sine censu, & reliq.*

[b] *L. 1. ff. qui satisda. cogã. & l. si rem. §. omnis. ff. de pign. act. & l. satisfactio. ff. de solutionib.*

[c] *C. de pactis.*

[d] *§. offerri. ff. de action. empt.*

[e] *In l. eidem. C. de locat.*

[f] *Leg. 3. de legat. 1. cap. significasti. de elect.*

[g] *Et toto tit. ff. de euictionib.*

[h] *de contrahen. empt.*

[i] *Quæst. 26. & seq.*

nouo huius extrauagantis: quia per eam vetantur conditiones omnes grauantes census venditorem, vltra quàm cēsus natura requirit; non tamen videtur contrarium iuri antiquo; quia nullo tali videtur prohibitum.

Decimumquintum, quòd conuentio, qua venditor cēsus se obligat ad soluendum quolibet die dimidium ducati procuratori, siue nuntio emptoris, ad recipiendum censum post terminum lapsum misso, est contraria huic extrauaganti, vt expresè habetur in ea: quamuis iure antiquo non videtur reprobata, modo illud, quod soluendum erat pro qualibet die procuratori, seu nuncio non esset notabiliter nimium.

Decimumsextum, quòd conuentio, qua partes conueniunt, vt instrumentum, quod continet census emptionem, habeat executionem paratam, est contraria huic extrauaganti, vt ex illius contextu facile colligitur: nisi lege Regia, vel consuetudine præscripta caueatur, quòd in regno Neapolitano instrumenta publica habeant executionem paratam, siue quòd sint guarētigiata. si hoc enim illis caueretur, posset apponi; quoniam hoc non esset aliud, quā exprimere illud quòd tacitè inest, cuius expressio, vt supra diximus, nihil obest.

Decimumseptimum, quòd clausula illa, *Cum omnibus aliis clausulis, &c.* non potest apponi post hanc extrauag. A si consuetudo notariorum publicorum illius Regni habet, quòd ratione illius clausulæ possint in instrumento apponi aliquæ obligationes, vel renunciationes contrariæ huic extrauaganti, vt ex ea colligitur.

Decimumoctauū, quòd licèt videri posset alicui præfatos census iudicari posse iniustè impositos ratione pretij: quia imponuntur ad rationem decem pro centum: non tamen est firmum. Tum quia, vt nos supra scripsimus, nullo iure nouo, neque antiquo videtur expresè statutum, quòd pretium dicatur iustum census constituēdi. Tum quia pro varietate Regionum, vt supra etiam admonuimus, [a] varium soluitur. In Aragonia enim soluitur ad rationem quinque pro centum: in Nauarra ad rationem sex pro centum: in Castella ad rationem septem & aliquātulum plus pro centū: & in aliquot partibus Galliæ ad rationem octo decem pro centum, quod etiam in Germania solitum fuisse, significant extrauagantes Martini, & Calixti positæ in titul. de empt. inter extrauagantes communes; quatenus probant, licitos fuisse quosdam census impositos ad rationem decem pro centum. Et quod etiam in Vrbe vidimus aliquos impositos ad rationem nouem pro centum, & octo pro centum: quamuis nunc vt plurimum imponātur ad rationem septem pro centum. B C

a *Num.* 124.

FINIS COMMENTARII DE VSVRIS ET CENSIBVS.

Deo Iesu Christo laus & gloria.

TRACTATVS DE REDITIBVS BENEFICIORVM ECCLESIASTICORVM.

Quo docetur, quibus vsibus sunt impendendi, & quibus personis dandi, aut relinquendi, super cap. quoniam quidquid. 16. quæst. 1.

INSERTIS in locis opportunis omnibus, quæ scitu digna, & vtilia inueniuntur in apologia eiusdem tractatus ab ipsomet auctore composita in quendam virum insignem, cuius nomen causa & honoris, & antiquæ amicitiæ tacitum fuit, & nunc tacetur.

QVONIAM visum est nonnullis viris eruditis, & amicis operæ pretiū me facturum, ex libro de reditibus ecclesiasticis, quem sermone Hispano compositū summo, eidémque Catholicissimo Hispaniarū Regi, & D. N. Philippo II. in Hispania dedicaui, & postea latinitate donatum in Latio Summo Regi eius spirituali, & temporali consecraui: & ex apologia quam edidi aduersus quemdā insignem virum qui contra illum scripsit, & ex propugnaculo quod contra eius replicationem edidi, & ex quibusdam eis adiectis vnum librum efficerem, quo dignanti omnia ea legere, minueretur labor legendi, & augeretur opportunitas intelligendi. A B

Ideo præmitto duo præludia: quorum prius continet epistolam nuncupatoriam, qua apologiam prædicti libri latinitate donati fœ. re. PIO V. Pontif. Max. dedicaui: ex qua candidus Lector colligere potest causas edendi præfatā apologiam, & ei adiecta: posterius verò, quo moneo lectorem quædam, quæ ab ipso desideratum iri arbitror. C

EPISTOLÆ PRÆDICTÆ NVNCVPATORIÆ TENOR.

SVMMARIVM.

1 *Auctor qua de causa è tam longinquo tam senex Romam venit.*
2 *Auctor cur hunc librum Philippo, & postea Pio V. dicauit.*
2 *Papam vt papatus & papatum vt Papa sese ornant.*
3 *Beneficiariis cur hic liber placere debeat.*
4 *Apologiam huius libri cur auctor composuit.*
4 *Honorem suum cur scriptor tueri debeat.*
5 *Veritas impugnata vt sit illustrior.*

D

PIENTISSIMO *Pio V. Pont. Max. D. N. Sanctissimo.*

Martinus ab Azpilcueta Doctor Nauarrus, *In ista eius mira pietate perseuerantiam.*

1 CVm beatissime pater ab extremis Hispaniarum finibus nempe Olisipone, ad prosequendam Illustrissimi earum Primatis Archipræsulis Tol etani causæ defensionem, iussu regio susceptam, in Vrbem appulissem, ausus fui dedicare S. V. quemdam meum de reditibus ecclesiasticis libellum.

2 Primum quidem sermone Hispano (quo vtilior esset orbi cui scribebatur) compositum, ipsíque Regi, omnium seculatium monacharum Catholicissimo dicatum: deinde (cum fui lectione, plerisque eruditis, & piis viris, se rem totius orbis Christiani clero vtilem fore persuasisset) latinitate donatum S. V. consecraui: non quòd non agnoscerem auctoris & operis humilitatem, obscuritatem, & indignitatem; & S. V. sublimitatem, splendorem, & gloriam, non tantùm eam, qua ista hæc in terris summa potestas ecclesiastica, omnes eam assequentes illustrat; sed etiam illam, qua eamdem vicissim ista Vestræ Beatitudinis noua vita, noui mores, nouissima, & admiranda eius administratio, tamdiu, & tot ætatibus desiderata, huíscque nostro sæculo turbulento adeò necessaria ornant: neque subinde ideo quòd non viderem longe humilius, & inferius esse, quàm quòd supremo Reipub. Christianæ Principi dedicandum esset; sed partim quòd non videbatur alienum, vt quod Hispano scriptum sermone Hispaniarum summo Regi, eidémque reditibus ecclesiasticis quàm maximè secundum S. Vestram affluēti, dicatum fuerat; Latino sermone donatū; summo Latinorum Regi, eidémque supremo omnium Ecclesiasticorum redituum administratori, dicaretur.

3 Partim quòd Vrbem ingressus, desiderabam de exigua penu mea literaria S. V. nonnihil offerre, & non erat id temporis aliud, de potioribus aliquot, quæ ob inopiam otij sub litturis habeo ab eis exertum, & manu extrema dolatum. partim verò, quòd non essem insçius, multa in eo contineri, quæ V. Sanctitatis ardendi ad inueniendum in omnibus veritatem, amori, & animo, beneficiariorum splendorem Ecclesiæ suæ restituendi cupientissimo, cōueniunt. Neque dubitarem beneficiariis, qui ea omnia accuratè perpenderent complacitura. licet enim per ea viæ aliquot tortuosæ disponendi de reditibus suis obstruantur; aperiuntur tamen aliæ multæ directæ id faciēdi, nullibi tam latæ, neque in tantum eorum fauorē probatæ, ac explicatæ.

4 Cum autem, Beatissime Pater, postea quidam vir genere, literis, & munere clarus, mihíque iam inde à triginta annis & amplius amicus (cuius nomen obseruantiæ causa taceo) obtulerit eidem S. V. alium librum eodem titulo insignitum; per quem ex professo præfato meo libello eidem S. V. dicato, contradicit; cui sanè doctores duo excellente doctrina præditi, qui ante triginta annos mei feruentissimi auditores esse cœperunt, multísque annis postea fuerunt, pro sua pro-

funda eruditione, & egregia in me beneuolentia, generosaque gratitudine, tutius quàm ego respondissem, nisi eos ipse ab ea re iustis ex causis reuocassem, méque ipsum multa, quæ taceo ab hoc aliquot diebus retraxerunt, retraxissentque perpetuo, nisi me in id conpulissent amor quarundam veritatum, quas sartas tectas perstare plurimum è Repub. Christiana esse arbitror, & obligatio conseruandæ existimationis, quam de aliquantulis donis apud me in proximorum vtilitatem à Deo depositis, nonnulli habent, quam si non responderem labefactatum iri, iudicabant, ex quo nostris qualibus qualibus scriptis & respõsis decresceret auctoritas. Quæ profectò res me mouit, vt hanc apologiam, quæ præfatum libellum defenderet scriberem, & Sanctitati Vestræ veluti quamdam illius appendicem consecrarem; sperans certo fore, vt quæ ille ad obscurandam, & impugnandam veritatem, non sine rei ecclesiasticæ damno scripsit, per occasionem eam longe splendidiorem, & munitiorem reddant, iuxta illud [a] Innocentij prædecessoris, Beatitudinis Vestræ Sanctissimi, *Veritas sæpius exagitata magis resplendet.*

a *Cæ. graue. 35. quæst. 9.*

5 Quare quam humillimè etiam, atque etiam supplico eidem S.V. vt qua animi serenitate illum suscepit, suáque benedictione dignatus fuit, eadem quoque hanc suscipere, & eo ampliore benedictione prosequi, quo eadem veritates longè altius fundatas, & complures alias sapientiæ canonicæ cognitioni adprimè necessarias cõtinet, non dedigneturin gloriam D.N. Iesu Christi Opt. Max. qui V. Sanctitatem suum vnicum & summum Vicarium quàm diutissimè seruet incolumem. Amen.

PRÆLVDIVM POSTERIVS quod continet epistolam ad pium lectorem, quæ monet eum ordinem libri, & aliquot alia.

SVMMARIVM.

1 *Apologia huius libri cur non respondet ordini, quo ipse impugnatur.*
2 *Allegationes nimiæ cur vitandæ.*
3 *Et cur nonnunquam causæ nocent.*

AD PIVM LECTOREM.

1 CAusas ob quas, Christiane lector, hanc Apologiam composuerim ex epistola eius nuncupatoria facile colligas. Causa verò, ob quam in ea componẽda non seruaui ordinem, quo meum libellum N. aduersarius impugnauit, fuit; quòd mea sententia, (salua sanione) ipse siue cõgrua methodo, & ordine illum impugnauit: quádoquidem ea quæ ego in principio libri mei tractaui, & erant principaliter tractanda, ipse cœpit ea tractare in tertia parte sui, postquàm in prima & secunda tetigit multa, quæ quasi parerga & è longinquo in eo dicta petebat: ideóque consultius duxi eius serie omissa, sequi eam, quam in libello meo seruaui. Et quia ordo ille meus respondendi meo animo multis de causis non satisfacit, in hac vltima recognitione decreui hic dictis illius libri mei coniungere dicta apologiæ, & propugnaculi, & aliorum eis adiectorum, vt confletur vnus liber, in quo omnia in eis contenta sibi correspondeant: tita tamen, vt sicut quàm breuiter, & modeste potui tunc ei respondi, idem núc quoque (seruata qua in eum sum; semperque curabo esse obseruantia, & pace) faciam. saluáque super omnia, S.D.N. Gregorij XIII. Pont. Max. censura, cui non solum hæc, sed & omnia alia mea, vbicumque dicta, iampridem subieci, & nunc subiicio, in gloriam D. N. Iesu Christi, cuius de patrimonio in fauorem pauperum disputamus optátes ei perplacere. Qui vtinam gloriosissima eius matre Virgine mediatrice, dignetur nos sua luce illustrare, simul omnibus annuere, vt eius gratia semper ei grati viuamus, & moriamur eiusdẽ gloria potituri æternum. Amen.

2 Animia verò, & inutili allegatione textuum, glossarum, dictorúmque auctorum agglomeratione, abstinebo. Tum quia id remoratur, & fastidit lectorem, eruditioribúsque nauseam parit. Tum ne liber vltra modum excrescat, & dum vrceus instituitur, rota currente amphora exeat. Tum quòd iurisconsulti recentiores hoc nomine male apud eruditissimos, grauissimósque viros (præsertim Romanos) audimus. Tum, quòd longe satius duco, semperque duxi paucis, eisdemque firmis, illustribus, & antiquis, remotis infirmis, vulgaribus, & obscuris fundare asserenda, quàm multis magna ex parte parum firmis, & alienis, vel ad gloriam potius quàm persuasionem conflatis.

3 Tum quòd aliquando nocet allegare infirma, & obscuros auctores ad confirmandum id, quod probaueris textu expresso, vel efficaciter inducto, aut ratione irrefragabili, dum videri potes lectori non satis confidere illis præmissis, consideranti te ad infirma confugere. Quãobrem enitar quoad eius fieri poterit, præter morem eorum qui numero magis, quàm sententiarum ponderi deferunt, confirmare, quæ dixero canonibus, & legibus authenticis, & earum glossis, clasicísque & receptioribus quorum copia vbique est, & auctoritas illustrior) auctoribus, interdum tamen præsertim cum argumẽta vtriusque partis æquè, vel quasi vrgentia videbuntur, & cum res postulauerit, debita cum obseruantia, ad recentiorum cumulationes recurrendo: maximè cum ab eis, primum & speciatim res ipsa tangitur.

Hieronymus Damaso Papæ.

QVoniam quidquid habent clerici pauperum est, & domus illorum omnibus debent esse communes, susceptioni peregrinorum, & hospitum inuigilare debent maxime curandum est illis, vt de decimis, & oblationibus cœnobiis, & xenodochiis, qualem voluerint & potuerint sustentationem impendant.

SVMMARIVM.

1 *Decretum hoc vlt. 16 q. 1. an tribuendum Hieronymo.*
2 *Gratianus ante Innocentium III. floruit sub Alexandro III.*
3 *Bona clericorum vt bona pauperum remissiuè.*
4 *Christiana pietas in pauperes omnium, quæ vnquam fuerunt maxima.*
5 *Corona rasuræ capitum quid significet.*
6 *Auctor quadraginta circiter annis in variis regnis canones prælegit.*
6 *Beneficiarius an peccet mortaliter superflua malè, vel profanè impendens. quod latè determinatur moni. 19. & seq. q. 1.*
7 *Monita cur auctor appellat principales paragraphos.*

1 NOta primo, quòd licèt principium huius cap. in quo comminiscimur, Gratianus tribuat Hieronymo ad Damasum; in nulla tamen epistolarum eius ad Damasum scriptarum inuenitur, nec in ea, quam scripsit ad Nepotianum; licèt aliquibus id visum fuerit, eo, (vt nobis videtur) quòd pagina penultima sic habeat. *Ecclesiam fraudare sacrilegium est, accepisse, quod pauperibus erogandum sit, & esurientibus plurimis, vel cautum esse, vel timidum, aut quod apertissimi sceleris est aliquid inde subtrahere omnium prædonum crudelitatem superat.*

2 Sed illa, & contenta in hoc c. nõ sunt eadem. At bona ecclesiastica esse pauperum habet glossa Hieronymi super illud. [a] *Rapina pauperum in domo vestra*, secundum S. Thom., [b] qui tamen non ponit ea verba, li cet earum sententia inde colligatur. Idem item S. Tho. in eo. art. 7. arg. 3. ait B. Hieronymum ad S. Damasum Papá sic scribere. * *clericos illos conuenit stipendiis Ecclesiæ sustentari, quibus parentũ & propinquorum bona non suffragãtur; qui autem bonis parentũ & opibus propriis sustentari possint, si quod pauperum est arripiunt, sacrilegium committunt, & incurrunt.* Attamen in nulla epistolarum S. Hieronymi ad Damasum ea verba inueniuntur: quamuis in §. fin. huius cap. & in ca. *clericos*, [c] inueniãtur tributa Hieronymo à Gratiano. Innocentius etiam Papa III. qui fuit post Gratianum, qui floruit sub Alexand. III. iuxta glo. receptam, [d] determinat vnã quæstionem, [e] aiens B. Hieron. scribere ad S. Damasum in hęc verba. *Si aliquando fuerint à laicis malè detenta, quæ diuini iuris esse noscuntur, & in vsus transierunt, monachorũ, Episcopo tamen loci illius præbente consensum, constabũt eis omnia perpetua firmitate subnixa.*

a *Esaiæ 3.*

b *2. 2. quæst. 185. art. 7. arg. 2.*
c *1. q. 2.*
d *In cap. post appellationẽ. §. forma. 2. quæst. 6.*
e *In cap. cum apostolica. de his quæ fiunt à præl. sine consen.*

Quæ

Quæ tamen verba in nulla epistolarum S. Hieronymi ad B. Damasum inuenias, licèt ea posuerit Gratianus in hoc cap. [a] Quare oportet dicere Innocentium III. & S. Thomam, cum alia magna turba Doctorum auctoritate Gratiani fuisse quoad prædicta tria ductos, vel certè deesse in epistolis Hieronymi, quæ nunc extant, aliquam maximi ponderis epistolam. Vtcumque tamen res habeat, satis est nobis ad comminiscendum in hoc cap. tamquam in canonem antiquum: quod multis sæculis iam inde à Gratino ab omnibus canonum peritis sit pro authentico habitum, iuxta ea quæ scripsit post alios Cardinalis Alexandrinus. [b]

a *in tract. de retract. consanguinitatis.*

b *In rub. & tit. huius celeberrimi Gratiani Decreti col. 1.*

* Clericos illos. *In regula monachorum ex dictis D. Hieronymi excerpta in cap. de paupertate similia habentur, & in glossa ordinaria ad cap. 5. primæ ad Timotheum ex D. Hieronymo, vt connotatur in Decreto Gregoriano.*

3 Nota secundo, quod bona clericorum sunt bona pauperum, quod latissime inferius [c] tractabimus.

c *à monit. 19. & seq. quæst. 1.*

4 Nota tertio, quòd ad declarandum hoc capitulum, & multa loca nostri Manualis Confessariorum & pœnitentium, in quibus de paupertate, & bonis ecclesiasticis agimus, & ad satisfaciendum multis aliis extra contenta in illo quæritis, & ad probandum, quòd pietas, & misericordia, & liberalitas Christiana in pauperes, & opera pia præcellit omnem aliarum regionum, & nationum: & denique ad augendum amorem diuinum, desideriúmque cælestium, & æternorum, diminuendúmque proprium, terrenorúmque atque transitoriorum.

5 Ad quod significandum nos id procurare, coronas in capitibus, alij aliis maiores gestamus, iuxta cap. *duo sunt genera*. [d] & glossam solemnẽ: [e] ad quæ, inquam, omnia declaranda profundius quàm vnquam tractabimus hoc elogium clarissimi, sanctissimique doctoris Hieronymi, aut certè ex eius dictis variis à Gratiano collectum, per tres quæstiones infrascriptas.

d *12. quæst. 1.*
e *Clem. 1. de vita & honest. cleric. verbo tonsuram.*

6 Quas frequenter, tum in cathedra, tum extra illam in variis variorum regnorum Academiis: primum Tolosæ, ac Caturci in Galliis, deinde Salmanticę & Conymbricæ in Hispaniis, & aliis etiam locis disputauimus, & determinauimus quadraginta circiter annis, quibus canones Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ interpretati fuimus.

Quæstio I. An mortaliter peccent beneficiarij ecclesiastici superfluè aut profane reditus suorum beneficiorum impendentes.

Quæstio II. An non tantùm peccent sed etiam ad restituendum eos sint obligati.

Quæstio III. An possint de illis testari.

7 CONtra quarum determinationem quidam vir insignis, vt prædicitur in præludio 1. scripsit multa: quibus respondimus in prædicta huius libri apologia, vt in præfato præludio 1. narratur: ex qua ea quæ sunt scitu & notatu digna, vt ex illa & ex hoc libro vnus tantùm fiat, excerpsimus & inseruimus huic. Primo quidem sub quæstione 1. illa quæ tangebat titulum huius libri, & notabilia huius capituli, quæ exaltant pietatem, misericordiam, & paupertatem voluntariam Christianam, & quasdam alias pias cæremonias. Et alia quæ tangebant prædictarum quæstionum decisionem, in locis eis tractandis aptis. Inseruimus inquam diuidendo & coniungendo omnia tam contenta in hoc libro, quàm in dicta apologia per viam monitionis appellando ea monita, in hunc qui sequitur modum.

SVMMARIVM.

1 *Auctorem male carpit N. eo quòd scribat verbum, reditus, cum simplici d.*
2 *Reditus non à reddo, sed à redeo descendit, & cur.*

1 PRimo moneo præfatum N. voluisse me tacitè reprehendere circa orthographiam tituli mei libri, qua in illo, & toto libro vtor, scribendo verbum *reditus* per simplex *d.* quoniam ipse in titulo sui libri & per totum illum scribit cum duplici: quod facere nõ debuisset. Tum quia ipsemet sub finem 2. partis admoneat orthographiam verbi, reditus, doceri ab Andrea Tiraquello [a] an sit scribendum duplici, an simplici *d.* & palam est, Tiraquellum in loco ab eo citato probare, scribendum esse cum simplici *d.* Tum quia non deest cui dederit occasionem putandi, quòd id fecerit, vt libello meo etiam in tituli orthographia contradiceret. Qua enim alia de causa id fecisse, aiunt, nisi fortè, quòd donec ad eum vsque locum chalcographus peruenisset, putauit illud à verbo, reddo, deriuari, ideóque scribendum esse per duplex *dd.* vt multi malè scribunt, & me scribentem simplici peius reprehenderunt. Et cum postea incidisset in Tiraquellum docentem contrarium, maluit vt chalcographi perseuerarent in errore, quàm fateri se per ignorantiam, vel incogitantiam errasse: prænonito in medio libri lectore, se veram illius dictionis orthographiam non ignorare.

2 Tum quia maius operæ pretium fecisset, si admonuisset lectorem verbum *reditus*, non à *reddo*, sed à *redeo* deriuari, ideoque primam syllabam breuiare, vt in illo Ouid. de Ponto *Ad reditus iam quisque suos amat.* &c. & in illo eiusdem [b] *Turpe thori reditus sensus augere paternos.* reditumque, ideo dici à redeo, quòd quotannis è fundo, vel prædio, ad eius domum redeat.

b *Lib. 1. de art. amandi.*

SVMMARIVM.

1 *Alternatiuam, cuius altera pars est vera, proferens male carpitur.*
2 *Dictum, quod probatur alicuius dictis, tribui potest ei, licèt non concipiatur ab eo eisdem verbis.*
3 *Fide digni viri dicto credens non peccat.*

1 SEcundo moneo, quòd præfatus N. vt in eadem apologia [c] diximus, nimis facilè me reprehendit circa primũ notabile, quatenus ait, nullatenus esse credendum, S. Thomam & tantam aliorum Doctorum turbam auctoritate Gratiani ductos, credidisse hoc capitulũ vltimum [d] continere verba S. Hieronymi ad Damasum, si res ita non haberet: quod ait me significare. Tum quia ego id non asserо simpliciter, sed alternatiuè, eos aut auctoritate Gratiani archetypo epistolæ S. Hieronymi ad Damasum non viso ductos fuisse, vel aliquam epistolam non parui momenti Hieronymi ad Damasum desiderari in libris epistolarum Hieronymi, quos nunc habemus: quorum posterius ipse quoque concedit, & alternatiuam proferenti sufficit, vt eius altera pars sit vera. [e] Tum quia verisimilis est etiam pars prior præfatæ alternatiuæ: quoniam frequentissimum est Gratiano Sanctorum dicta decerpenti, sensum eorum potiùs quàm verba desumere. Frequenter enim vnum capitulum componit ex multis locis eiusdem auctoris additis, detractis, vel mutatis aliquod verbis, vt etiam diximus in cap. *cum minister.* [f] quod tribuitur D. Augustino super Exod. apud quem tamen neque sensus eius inuenitur in eodem loco scriptus, neque in diuersis eisdem omnino verbis & cap. *non in inferenda.* [g] quod tribuit B. Ambrosio, vt diximus in Manuali confessar. [h] Tum quia neque S. Thomæ, neque aliis Doctoribus vitio verti debet, adscribere B. Hieronymo aliquod elogium in se verum, quod per eius scripta probatur, & à tanto auctore, quantus est Gratianus, ei tribuitur, cùm sine vllo mendacio possit appellari eius, saltem putatiuè, eo quòd iustè putatur esse illius, & eius dictis consonans. Tum quia passim, sine vllo vitio multa elogia tribuimus Platoni, Aristoteli, Innocentio & Azoni, & aliis auctoribus humanis, imò & diuinis, etiam euangelistis, per alia verba, vel eadem, aliter coniuncta, idem tamen significantia, vt palam est. Tum quia non peccat, qui iusto viri fide digni testimonio putat aliquid esse, vel aliter se habere, quàm sit, vel se habeat, iuxta glossam celeberrimam [i] & ea quæ super illa congerit Felinus. [k]

c *Monito 3.*
d *16. quæst. 1.*
e *Cap in alternatiuis. de regul. iur. lib. 6. & le. plerumque. ff. de iur. dot.*
f *23. q. 5.*
g *23. q. 4.*
h *Cap. 24. num. 1.*
i *Leg. Titio fundus. ff. de condit. & demonst.*
k *In ca. continget. de rescript. in prin.*

SVMMARIVM.

1 *Auctor cathedram canonum primariam regebat antequàm N. eos audire cœpisset.*

2 *Auctor putat non fuisse animum N. minuendi nomen eius.*
2 *Laus in debitum finem relata sanctè quæri potest, licèt alij uoceat.*
3 *Puteum qui iustè aperit in suo cum aliena iactura non intenta.*

a *Monit. 5.*

1 TErtio moneo, vt in eadem apologia [a] diximus, non defuisse, qui suspicarentur præfatum N. rhetoricè quidem, sed parum candidè per sui libri editionem voluisse nomen suum cum mei iactura augere, pugnando, & si posset vincendo me Romæ, quæ totius orbis Christiani caput est summo Christi Vicario agonotheta, me inquam tunc octogenarium, qui quando in Salmanticensi cum primis omnium totius Europæ Academiarum Catholica frequenti, & celebri primæ functionis canonum sacrorum cathedram competitoribus magno certamine superatis, quæsitam magna cum laude regebam: cum nondum ipse puer sacram eorum & legum facultatem discere cœpisset, quique numquam postea gratia Deo, studia literarum remisi. Quod eo argumento coniiciebant, quòd nullam aliam videbant causam, cur suum librum eodem titulo, quo meus inscriptus erat, inscriptum, eidemque, cui meus dedicatus fuerat, dedicarit: idque in eadem vrbe, me præsente, quem iure putabat cito abfuturum, & ideo me absente id potuisse facere: quibus non fui assensus. Tum quòd licèt putarem ipsum laudem suam in finem aliquem bonũ relatam voluisse per hoc augere, id tamen ei licuit: vt etiam nos in cõmentario de finibus humanorũ actuũ, [b] quod nuper, postea, quàm ille suum librum edidit, composuimus, latè tradimus: licet forsitan per accidens, & per quamdam consequentiam id contingeret, quod non attenditur iuxta l. *si quis nec causam.* cum latè ibi à neotericis citatis. [c] Tum quia nullatenus arbitratus fui, id eum in iacturam mei nominis voluisse, quod non licuit argumento l. *fluminum.* [d] & l. *Proculus.* [e] quatenus habent eum, qui puteum in suo fundo fodit, licèt per consequentiam abscindat venas, per quas in puteum vicini aqua deriuabatur, quæ ob id fluere in illum desinit, malè quidem facere si malo animo, vt noceat vicino fodit, non tamen si solo bono, vt sibi prosit.

b *In cap. cum ministeri. 23. quæst. 5.*
c *ff. de reb. cred.*
d *§. fina.*
e *ff. de dam. infect.*

SVMMARIVM.

1 *Rhetoricè, sed non candidè visus est nonnullis N. lectoris beneuolentiam captare voluisse.*
1 *Dignitas dicentis ad persuadendum multum confert.*
2 *Auctoris arma quibus potuit N. armare eum, sicut se suis armauit, cum ipso pugnaturus.*

f *Monito 6.*

1 QVarto moneo, vt in eadem apologia [f] diximus, nonnullos putasse præfatum N. rhetoricè quidẽ, sed parum amicè, vt facilius de me triumpharet, descendisse in arenam omnibus suis titulis armatum, licèt etiam sine illis spectatoribus esset notissimus, & me eisdem parum notum, & fere nudum eis proposuisse. Quoniam tam ex sacris literis, quàm ethnicis constat plurimum ad persuadendum valere nobilitatem, dignitatem, & opes dicentis: iuxta illud. [g] *Dives loquutus est & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent pauper loquutus est & dicunt: quis est hic? & si offenderit, subuertent illum.* quo item tendit illud Satyrici. * *Plurima sunt, quæ non audent homines pertusa dicere læna.*

g *Ecclesiast. 13.*
* *Iuuenal. Sat. 5.*

2 Quare aiebant inconsultè me acturum & ex loco iniquo repugnaturum, si me Romæ, vbi eram incognitus, & ille notissimus defensurus, non vterer exemplo Pauli se in alienã terra ad defensionem sui nominis sic laudantis. *Existimo nihil me minus feciſſe à magnis Apostolis.* [h] & tacerem mea cognomenta gentis & munerum, ac ea, vt ille sua, non admonerem, cùm in tota Celtiberia, Castella, Lusitania, palam sit ornari me posse ex illustrissimæ Roncæullis ordinis militia, quæ numquam vlli de sanguine infecto prognato patuit: ex primariæ item functionis, quas rexi Salmaticæ, & Conymbricæ, cathedris, ex comitatus etiam dignitate, quæ mihi amplissimo cum salario ad me vsque inaudito, mille ducatorum perpetuorum, cum priuilegio ea benemerendi etiam in ægritudine, & etiam in absentia, postquam iubilarem, siue post viginti annos rude donatus à prælegendo cessarem, vt iam pridem ab anno scilicet 1555. à legendo cessaui, & stipendio fruor. Necnon ex familia prognata vtriusque parentis ex duobus palatiorum Celtiberiæ siue Nauarræ, quæ Solariega vocant videlicet, Azpilcueta, & Iaureguicar, siue Baztan, quę licet diuitiis parum splendeãt, longè tamen ante Carolum Magnum in Nauarrorum Regni exordio in saltu Pyrenæi montis, qua parte Vascones Celtas diuidit à Celtiberis erecta, in hunc diem (gratię Deo nullo vllius damnatæ sectæ sanguine contaminata, Catholica, perseuerant. Quorum alterum alteri hoc solo nomine præstat, quòd alterum est vnum ex duodecim, quæ prædicto regno nascenti regendo fuere destinata. Alij autem de ipsius N. animi candore aliud senserunt, nempè non feciſſe id in mei nominis iacturam, quibus ipse lubenter assensus fui. Tum quòd, licèt me cognomentis externis, (quæ ex philosophia etiam ethnica ambo didicimus vix esse nostra) nudarit, mihique prætulerit aliquos, qui me præceptore, licèt indigno, in suis scriptis gloriantur, & in his vnum, scilicet Emanuelem Acosta virum planè doctissimum qui me totum annum vnum, scilicet trigesimum nonum, supra millesimum quingentesimum audiuit prælegentem Conymbricæ, posteaquàm primus omnium Salmanticæ centuriam paradoxorũ iuris Cæsarei defenderat, & postquam Doctor eiusdem iuris fuit effectus, cathedramque cum grandi salario obtinuit quotidie in circulis mecum perdoctè ac perplacidè disputando. Quamuis enim, inquam, meis me nuder cognomentis externis, postponátque meis discipulis: vestit me tamen internis longè profecto potioribus, quàm mea nuditas meretur, ob quod gratias plurimas ei ago, seruaturus illam, quæ ante triginta annos inter nos Salmanticæ inita fuit, amicitiam, eumque pro eius egregia pietate, & eruditione, pro clarissimo sui generis cognomento & munere cui præest, debita reuerentia ex animo venerabor. Salua in omnibus doctrinę veritate, quæ inuicta semper & victrix perseueret. Amen.

h 2. *Corinth. cap. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Præcepta non posse seruari ab eo, qui consilia mentaliter non seruat, dure dictum.*
2 *Legem mentaliter seruare quid?*
3 *Obligatus ad volendum facere, tenetur facere si potest.*
4 *Consilia seruare secundum præparationem animi, & seruare mentaliter longè differunt.*
5 *Consilia quæ pro tempore quoad sui obseruantiam ligant, præcepta fiunt.*
6 *Consiliorum contraria volens, sine contemptu eorum, non peccat.*

à *Monit. 7.*

1 QVinto moneo, quòd vt in eadem apologia [a] diximus, præfatus N. tangens ea, quæ de paupertate Christiana voluntaria in annot. 3. prædicta insinuauimus, parum cautè aliqua scripsit. Nam primo bis ait, [b] teneri omnes Christianos ad seruanda mentaliter IESV CHRISTI D.N. consilia, semel quidem in principio, & iterum in medio, per illa verba. *Consiliis* CHRISTI *adeo sunt connexa præcepta, vt seruari nullo modo possint, nisi mentaliter seruentur consilia.* Quæ profecto conclusio, vt verba sonant, falsa est.

b *In 1. parte cap. 1. nu. 3.*

2 Tum quia, seruare mentaliter legem, est velle facere quod illa dictat: sicut infringere legem mentaliter, est nolle facere id, quod illa dictat. argumento eorum quæ habentur in cap. *qui bona.* [c] de proposito, & voto mentali: & quæ tanguntur de simonia mentali in cap. fin. [d] At nemo tenetur de lege communi ad volendum id, quod CHRISTI consilia consulunt.

c *17. q. 1.*
d *de simon.*

3 Tum quia non tenetur quis plus ad volendum facere aliquid, quàm ad faciendũ, nec plus ad volendum viuere vitam cælibem, vel pauperem, vel ingredi religionem, vel renunciare bonis temporalibus, & alia similia facere, quã ad faciendum ea: cùm exterioris actus bonitas, vel malitia ex interiori ei corresp̃ondente pendeat: & bonitas, & malitia interioris ex obiecto, & proportione ipsius ad actum, argumento *dixi.* [e] & tradit S. Thomas. [f]

e *Et cap. magna. de pœnit. dist. 1.*
f *1. 2. q. 20. art 1. & 2.*
g *In 2. 2. q. 184. art. 3. & q. 22. art. 1. ad 2.*

4 Nec prodest illi, quod dicit S. Thomas ab eo citatus, [g] quia longe aliud est teneri quem ad seruanda præfata consilia secundum præparationem animi, quod aiunt

præfatus S. Thomas & B. Augustinus ab eo citati: & aliud teneri quem ad seruanda ea mentaliter, quod numquàm illi dixerunt, & est falsum. Seruare siquidem consilia secundum præparationem animi, est, esse paratum ad seruandum ea occurrente casu, in quo necessarium est ad salutem animæ id facere, vt etiam ipse ait: quod sine vllo actu mentali volendi contingit. Tum quia eo casu non solùm consilia, sed etiam quodlibet aliud de se, quod iustè fieri posset, faciendum est: ad quod tamen volendum mentaliter, prius nemo tenetur. Seruare autem illa mentaliter, est, velle id quod ea consulunt, ad quod nemo tenetur, nisi præfata necessitas accedat.

a *In 2. 2. qu. 124. artic. 1. ad 3.*

5 Tum quia velle consilia seruare quando de necessitate salutis animæ oportet ea seruare, est, velle seruare illa, quando, & pro tempore, quo fiunt præcepta: & ita non est velle seruare mentaliter consilia, quatenus sunt consilia, sed quatenus præcepta. Tum quia nec S. Thomas quem ipse citat, [a] neque vllus alius ait, peccare quem: non producendo mentalem voluntatem subeundi martyrij: neque qui sine contemptu producit voluntatem non subeundi illud quatenus est consilium. Absit autem, vt putet lector, meæ intentionis esse, virum egregia pietate insignem, vllius impietatis notare, cùm ex eis, quæ illam conclusionem præcedunt & consequuntur, appareat, eum Catholicum sensum habuisse.

6 Solum enim volui admonere, ne quis ex verbis illius conclusionis concipiat, peccare Christianos, qui mentaliter nolunt esse religiosi, nec renunciare bonis, neque ire ad loca, in quibus pij ab impiis ob pietatem occiduntur: imo neque eos, qui sine consiliorum contemptu volunt mentaliter contrarium eorum, quod consulunt: & nolunt esse religiosi, neque pauperes, neque ad suum statum decentem necessaria erogare pauperibus: nec alia similia supererogationis bona facere.

SVMMARIVM.

1 *Apostolos non habuisse dominium in speciali, esse contrarium extrauag. Cum inter. incaute dixit N.*

b *Monit. 8.*
c *Notab. 3.*
d *De verb. signi.*

1 SExto moneo, quòd, vt in eadem Apologia [b] diximus, præfatus N. incautè circa paupertatem tactam supra [c] ait, quòd dicere, Apostolos non habuisse dominium in speciali, & in particulari, & contrarium extrauaganti *cum inter nonnullos.* Ioannis xxij. [d] Quia per eam non damnatur dicens, Apostolos non habuisse dominium in particulari, sed dicens, quòd Christus, & Apostoli non habuerunt dominium in particulari, neque in communi. Quod non est contrarium, vt palam est. Neque aliquid amplius habet extrauagans *quia quorundam.* eiusdem Ioannis xxij. [e] quæ præfatæ extrauagantis verba repetit.

e *Eod. tit.*

SVMMARIVM.

1 *Apostoli si vouerunt omnia necessaria ad perfectum statum vouerunt & paupertatem, contra N.*
2 *Status perfectionis duplex, alter ad alios, alter ad se perficiendum.*

f *Monito 9.*

1 SEptimo moneo, quòd vt in eadem apologia [f] diximus, præfatus N. etiam parum cautè dicit circa eamdem paupertatem, quòd etiam præsuppositio dicto S. Thomæ [g] quòd Apostoli vouerunt omnia, quæ ad statum perfectionis pertinent, non infertur, quòd vouerunt paupertatem. Tum quia ipsemet S. Thomas [h] ait, paupertatem esse necessariam ad statum perfectionis, & [i] probat non sufficere illam, per quam actu relinquuntur omnia bona temporalia, sed oportere, vt moueatur, & cadat sub obligationem, numquam illa sibi quærendi. Si ergo Apostoli vouerunt illa, quæ pertinent ad statum perfectionis, vt ipse ait post S. Thomam: [k] necessario sequitur eos vouisse paupertatem. Nec prodest respondere, quòd duplex est status perfectionis. Alter eorum qui perficiunt, in quo sunt Episcopi: alter perficiendorum, in quo sunt religiosi, vt idem S. Thomas declarat post Dionysium in eadem. [l] Tum quia cùm primum delecti fuerunt à Christo Apostoli, & cum illi cœperunt eum sequi, & reliquerunt sua, non fuerunt facti episcopi, nec presbyteri. Tum quia status episcoporum, non requirit paupertatem, nec bono-

g *In 2. 2. qu. 88. art. 4. ad 3.*
h *In eadem 2. 2. q. 186. art. 3.*
i *In eadem quæst. art. 6.*
k *In 2. 2. q. 88. art. 4.*
l *2. 2. q. 184. art. 7.*

rum temporalium renunciationem, vt ipsemet S. Thomas probat [a] per textum in capit. *episcopus.* [b] & ita S. Thomas cum [c] dixit Apostolo voluisse omnia, quæ pertinent ad statum perfectionis, intelligendus est de votis necessariis ad statum perfectionis perficiendorum, in quem tunc assumpti fuerunt: & ita consequenter, quòd paupertatem, continentiam, & obedientiam vouerunt, quę sunt tria necessaria ad perfectionis statum, vt efficaci ratione, & auctoritate irrefragabili probat idem S. Thomas. [d]

a *In eadem 2. 2. qu. 185. art. 6.*
b *12. q. 1.*
c *In d. art. 4. q. 88.*
d *In d. q. 186. art. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Votum solemne paupertatis tollit habilitatem quærendi dominium rerum temporalium, non autem administrandi ea.*
2 *Religiosus habens beneficium ecclesiasticum tam latè potest impendere de suis reditibus, quàm seculares de suis.*

c *Monit. 10.*

1 OCtauo moneo quòd, vt in eadem apologia [c] diximus, præfatus N. etiam circa eamdem paupertatem malè infert ex eo quòd Apostolis fuerunt aliqua donata, & ab eis pauperibus, vel aliis piis operibus erogata, non feciſſe illos votum paupertatis. Quia votum quàmlibet solenne paupertatis, licet tollat capacitatem quærendi dominium temporalium sibi in particulari, [f] non tollit tamen capacitatem quærendi illud Ecclesię vniuersali, vel particulari, cui est præfectus vel adstrictus, iuxta cap. *cum olim.* [g] cum ei annotatis per Innocentium & cap. *in præsentia.* [h] cum ei annotatis per omnes: nec facultatem administrandi ea etiam per se, de iusta Ecclesiæ licentia, quam per titulos beneficiarios ipso iure præstat, vel hominis scilicet superioris, quæ etiam tacita sufficit: vt ait Cardinalis Alexandrinus, [i] vt passim Abbates, Priores, & alij beneficiarij regulares administrant, iuxta capit. *monachi.* [k] & clem. 2, [l] vbi singulariter Cardinalis cui nemo in hoc contradicit, ait: regularem clericum tam latè posse disponere de fructibus sui beneficij regularis, quàm clericus sæcularis de fructibus sui beneficij sæcularis: quod sine vllo proprietatis vitio facit: imo, saltem ante Concilium nupperrimum Tridentinum, etiam monachus simplex de licentia prælati poterat tenere, ac gubernare tota vita sua bona omnia, quæ secum ad monasterium adduxit: [m] & passim hodie monachi etiam simplices, & etiam extra claustra degentes tam contractibus, quàm successionibus multorum bonorum dominium suis quærunt monasteriis, multaque de illis, vel illorum fructibus, iusta cum licentia Papæ, vel prælatorum suorum, operibus impendunt piis, & in suos honestos vsus consumunt, non obstante solenni, quod emiserunt paupertatis voto. Et ita nullatenus infertur, Apostolos non vouisse paupertatem, ex eo quòd bona quæsierunt Ecclesiæ, & ea in pauperes & alia pia opera impenderunt.

f *Cap. nõ dicatis. 12. q. 1. & cap. cum ad monasterium de stat. monac.*
g *De priuil.*
h *De probat.*
i *In d. c. non dicatis. 12. q. 1.*
k *De stat. monach.*
l *De vit. & honest. cleri.*
m *Cap. insinuante. qui cleri. vel voun.*

SVMMARIVM.

1 *Paupertatis à voto, nec Apostoli per apostolatum, nec monachi per episcopatum absoluuntur.*
2 *Monachus factus Episcopus non testatur.*
3 *Votum castitatis relaxari posse monacho, non autem votum paupertatis.*
4 *Monachus incapax beneficiorum temporalium, non autem spiritualium.*

n *Monit. 11.*
o *In eod. cap. 1. num. 6.*

1 NOno moneo quod, vt in eadem apologia [n] diximus, præfatus N. falsò ait [o] Apostolos etiam si paupertatem vouissent, cùm adhuc essent discipuli, antequam fierent magistri, & episcopi, simul ac euaserunt magistri, & episcopi, fuerunt ab illo voto absoluti: & quòd consequitur à voto paupertatis hodie illos monachos, qui fiunt episcopi, esse absolutos. Quę duo ambo sunt neganda, & perneganda. Primo quidem, quòd sunt nouitates periculosæ hoc sæculo, quo adeo laxantur religiones, & à nullo Catholico, quem ipse legerim, affirmentur. Deinde, quòd satis reprobantur per illa verba Innocentij III. [p] *Abdicatio proprietatis, & custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam, nec summus Pontifex possit licentiam indulgere.* Tertio, quòd S. Thomas cui concordant alij, qui ante & post illum scripserunt, determinat. [q] Monachum, per assumptionem ad episcopatum, non absolui à

p *In cum ad monasteriii. §. fin. de statu monach.*
q *In 2. 2. qu. 185. art. 8.*

tribus votis substantialibus suæ regulæ, præsertim paupertatis, ac continentiæ, per cap. *de monachis.* [a] & respondet ad dictum cap. 1. [b] quatenus probat, monachum à suæ regulæ iugo per episcopatum absolui, non esse intelligendum de obligatione votorum substantialium religionis, sed de quibusdam aliis statui episcopatus repugnantibus, &c.

2 Quarto, quòd alioqui sequeretur monachum factum episcopum, posse testari de bonis quæsitis post episcopatus consequutionem, quod est contra prædictum capit. 1. quod incipit, *Statutum.* [c] & alia multa capitula quæstionis seq. quæ habent, bona per monachos post episcopatum quæsita deberi Ecclesiæ episcopali, & non eius hæredibus, nec monasterio, vnde assumptus fuit.

3 Quinto, quòd nulla ratione id suaderi potest, cum monachus, licèt non sit capax dominij bonorum temporalium, est tamen capax administrationis eorum: quæ est ratio, qua pridem in rubrica de statu monachorum, in scriptis affirmauimus, posse quidem Papam aliquando ex iustissima causa dispensare cum monacho, super voto castitatis, iuxta glossam & communem, [d] contra S. Thomam [e] & eius sequaces: nunquàm autem super voto paupertatis, quia nulla potest ad id iusta causa succurrere, cùm omni necessitati, cui potest prouideri per aliquorum bonorum dominij acquisitionem, possit prouideri per administrationis eorum concessionem.

Non obstat his argumentum, quod pridem nos publicè disputando in doctissimorum virorum theatro his opposuimus, & mansit insolutum, nempe, quòd abbates & alij beneficiarij regulares habent dominium, & possessionem beneficiorum suorum, & agere possunt, vt quotidie agunt nomine proprio, ad vendicandum sibi, & non Ecclesiæ dominium eorum: & ad adipiscendum, retinendum, vel recuperandum eorum possessionem, in quorum litibus æquè habent locum tituli de causa possess. & propriet. & de rei vendicat. ac in litibus clericorum sæcularium super beneficiis sæcularibus: imo simplex monachus vel monacha potest agere nomine proprio, & sine licentia, sui superioris, super iure eligendi sibi competentem, & iure alimentorum, & iure manendi in tali vel tali monasterio, si exinde iniustè eiiciatur, iuxta cap. *cum dilecta.* cum latè ibi notatis per Felinum. [f]

4 Non inquam, hoc obstat: quoniam religiosi per votum paupertatis non renunciant bonis spiritualibus, nec honoribus, qui pro eis debentur, qualia sunt iura temporalia, sed tantùm temporalibus, vt eleganter de more ait S. Thomas, [g] vbi Caietanus affirmat per hoc posse monachos petere gradum doctoratus, qui est honor ob spiritualia debitus: quod prius affirmauit idem S. Thomas. [h]

SVMMARIVM.

1 *Petrus an esset dominus suarum vestium post apostolatum non est vana quæstio contra N.*
1 *Monachus & seruus in hoc pares.*
2 *Petrus per Apostolatum non fuit solutus à paupertate.*

1 DEcimo moneo quòd, vt in eadem apologia [i] diximus, præfatus N. malè arguit vanitatis. [k] Aluarum Pelagium doctrina solida virum, in hæc verba. *Ex his vana mihi videtur illa quæstio Pelagij, An vestes Petri, quibus indueum Angelus iussit, essent Petri, quo ad dominium vel vsum tantùm?* male inquam arguit vanitatis Aluarum. Primo quidem, quia nullus vmquàm doctorum arguit vanitatis, imo omnes laudauerunt glossam singularem, [l] quærentem, an vestis, qua se quotidie vestit monachus sit eius? & decidentem non esse, imò neque possessionem eius habere, nec nomine suo posse agere super illa, vel super alia re temporali, virtute vllius contractus vel delicti. Nec mirum quòd eam laudarint: quia vera, & rara est: probaturque l. *id vestimentum.* [m] quatenus habet, seruum nec esse dominum vestimenti quotidiani, neque illud suo nomine possidere: quia qui ab alio possidetur, nihil possidere potest, [n] & quod recepta est tam in praxi, quàm in theoria sententia Innocentij, [o] quòd seruus, & monachus in hac re coæquantur.

Deinde, ideo malè notat Pelagium vanitatis: quia fundamenta quibus in id mouetur, vana sunt. Alterum scilicet est, quòd Apostoli non vouerunt paupertatem: quod ideo vanum est: quia contrarium esse verum constat ex B. Augustino, [a] & ex aliis, quæ latè citat Pelagius. [b] Constat item ex eo, quòd id necessario consequitur, præsupposito quod ipsemet N. præsupponit ex S. Thoma, [c] eos vouisse omnia ad statum perfectionis pertinentia, vt supra efficaciter probauimus: in qua re certè ipse confusè & inconstanter vagatur. Alterum autem scilicet quòd Petrus licèt vouisset paupertatem, cum solùm esset discipulus, fuit tamen absolutus ab illa, simul ac fuit factus episcopus: quod supra monstratum est esse falsum, & periculosum. Quare non de vanitate fuit notandus Pelagius, sed de soliditate eruditionis, ac veritate laudandus, quatenus grauiter constanter, & doctè definit, Petrum paupertatem vouisse, ideóque non fuisse dominum suarum vestium, nec posidere quidem illas nomine proprio, sed nomine Christi, vel Ecclesiæ, cuius caput vicarium erat, cùm Angelus eum excitauit in carcere: sicut verè dicimus S.D.N. Pium V. eius successorem (quæ gloria eius est) non fuisse dominum vllorum bonorum ecclesiasticorum, nec suarum vestium quidem, obstante iam voto paupertatis solenni, quod pridem emiserat: tamen sic summum eorum omnium dispensatorem, & protectorem. Equidem conclusionem Pelagij prædictam, quæ antea fuit glossæ prædictæ singularis, & omnium communis, non solùm arbitror non esse vanam, sed veram, & valde vtilem: vt agnoscamus omnes religionem approbatam professi, quòd nullius rei temporalis, nec vestium quidem, quas vestimus, domini sumus, neque eas nomine nostro possidemus: quo eis eorumque reditibus conformius nostris regulis vtamur, & pauperibus, aliisque pietatis operibus fusius manus extendamus.

SVMMARIVM.

1 *Dominium bonorum temporalium esse necessarium prælatis omnibus falsum. & nu. 2.*
3 *Dominium immobilium rerum temporalium Ecclesiæ penes prælatos eius esse, nullus Catholicus, vsque ad N. dixit.*

1 VNdecimo moneo quòd, vt in eadem apologia [d] diximus, præfatus N. falsè ait, circa eamdem paupertatem, quòd episcopis & aliis quibus est cura gregis commissa, sit necessarium habere bonorum temporalium dominium. Quod profectò falsum, insolens, & inauditum est. Tum, quòd prælatis omnibus habentibus collegiatas Ecclesias regulares vel sæculares, est cura gregis commissa, [f] quorum multi videlicet regulares, nec habent, nec habere possunt vllarum rerum temporalium dominium: quales sunt prælati Dominicani, & Franciscani, ac alij aliorum ordinum regularium superiores. [g] Tum, quia Episcopi, & Parochi ex monachis assumpti, nullatenus sunt capaces rerum temporalium dominij, secundum omnes, & probatur per cap. 2. [h] & d. authent. *ingressi.* [i]

2 Tum quia sufficit Episcopis, & aliis prælatis curam gregum habentibus, habere administrationem rerum Ecclesiæ liberam, licèt non habeant vllum earum, nec aliarum rerum dominium per suprædicta. Tum quòd neque alij administratores ciuitatis habent dominium rerum eius, & tamen sufficienter prouidere possunt necessitati, & vtilitati ciuitatis, per iustam illius bonorum administrationem. sicut & tutores, & curatores sufficienter prouident vtilitati & necessitati pupillorum, & minorum, & eorum familiarium, etiam si sint Reges sine vllo dominio rerum eorum, vel regni, iuxta capit. *grandi.* [k] & per totum tit. de tuto. & curat. & de rebus eorum. [l] Tum denique, quòd contra omnia iura, tam Pontificia quàm Cæsarea videtur confundere dominium, cum potestate administrandi, & necessitatem habendi dominij, cum necessitate habendi administrationem: quod est contra iura, quæ ipsemet allegat, scilicet cap. *videntes.* cap. *præcipimus.* [m] per quæ, & alia multa infra [n] citanda, constat solum Christum D. N. fuisse, & esse verum omnium bonorum temporalium ecclesiasticorum dominum: & Episcopos solùm habere dispensationem, & administrationem eorum, non autem dominium.

a 16. qua. 1. b 18. quæst. 1.
c 18. quæst. 3.
d *In dict. cap. cum ad monasterium. §. fin.* e 2. 2. quæst. 88. art. 11.
f Col. 13. ver. Monachus, de rescriptis.
g *In 2. 2. q. 186. art. 7. ad 4.* b *In opuscul. 19. cõtra impugnantes religionem. cap. 2. col. 7.*
i Monit. 12. k *In eod. ca. num. 9.*
l Cap. non dicatis. 12. q. 1.
m ff. de pecul.
n Leg. quod seruus. ff. de acqui. posses. o In cap. cum olim de priui.

a 17. li. de ciu. Dei. cap. 4. b Lib. 2. de plactu Eccle. cap. 50. col. 7. c In 2. 2. qu. 88. art. 4.
d Monit. 13. e In eodem cap. num. 13. & 14.
f Cap. cum ab ecclesiarũ prælatis. cap. quanto. de officio. ordi. g Cap. nimis. de excessib. prælator. cap. exiit. de verb. sig. lib. 6. cle. exiui. eod. tit. authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. ca. in præsentia. de proba. h De testam. i C. de sacrosanct. eccles.
k De supplenneglig. prælat. lib. 6. l C. & ff.
m c. expedit. 12. quæst. 1. & cap. quisquis epi captus. 12. qua. 2. n Monito

3 Nec memini legere apud vllum doctum, & Catholicum, præterquàm apud ipsum N. prælatos esse dominos eorum, saltem stabilium, licèt quo ad fructus, qui ex eis percipiuntur, res controuertatur, & sint qui dominium earum pauperibus malè tribuant: quos etiam ipse efficaciter confutat, irresolutè tamen & per parum pertinentia, rem confundendo, & dilatando.

SVMMARIVM.

1 *Franciscanos habere dominium verum temporalium donatarum, vt illis vescantur & induantur, dicere est quiddam insolens.*
2 *Seruus non est dominus eorum, quæ consumit, & vestit.*
2 *Monachus & seruus in hoc aquantur, & vt hic domino, ita ille quærit monasterio.*

1 DVodecimo moneo, quòd vt in eadem apologia [a] diximus, præfatus N. malè ait circa eandem materiam paupertatis [b] partim expressè, partim per cõsequentiam, Religiosos omnes etiam Franciscanos habere dominium panis, cum eum dentibus terunt, cum à fidelibus eis traditur, & cùm in mensa eis apponitur: vestium item ad vitam necessariarum, cùm eas deferunt. Quæ non videntur dicenda, præsertim fere irridẽdo illos, qui contrarium aiunt, vt ipse facit. Tum quia nullum cap. est in Decreto, Decretalibus, Sexto, nec Clementinis, quod hoc probet, nec significet: nec vlla glosa, nec vllus classicus auctor, qui hoc asserat: & insolentiæ, quoad eius fieri potest, cauendæ sunt, iuxta cap. *cum consuetudinis.* [c] vbi glosa dixit, non esse nouitates sine causa inducendas, argumento l. *in rebus.* [d] cui Ioannes Andreas addit illum Hippocratis Aphorismum, *Mutationes omnes periculosæ.*

2 Tum, quòd ipsemet fatetur, seruum non habere dominium vestium quotidianarum, nec aliarum rerum, quas vsu consumit, vt necessarium est ei confiteri per d.l. *id vestimentum.* [e] & certum est, neque ipse sine religionũ christianarum (quæ approbatæ sunt ruina negare potest, paupertatem, quam Christus consuluit, [f] & quam omnes approbatarum religionum professores vouent, esse tantam in speciali, quanta est seruorum, imo maiorem, vt habet contextus cap. *exiit.* [g] & quòd quicquid acquirit & habet religiosus, perinde acquirit suo monasterio, vel ordini suo, vel Ecclesiæ cui præest, ac seruus domino suo, per ca. *cum olim*, & notata ibi per Innocentium ab omnibus receptum, [h] per cap. 1. [i] & totam quæst. 2. Tum, quòd ratio diuersitatis, quam ipse significat esse inter monachum & seruum, nullum colorem habet, cùm ait: ideo seruos non esse dominos rerum, quas consumunt, quia illæ possunt esse dominorum suorum, & pro eis eas habere: religiosos tamen non habere prælatos, qui possunt esse plus domini quàm ipsi. Hæc enim ratio multa falsa, & periculosa præsupponit. Primum, seruum esse pauperiorem religioso in speciali. Secundum, religiosum non habere vllum, cui acquirat. Tertium, quòd hæc consequitur, religiosum nulli acquirere, cùm sibi non acquirat: nec secundum eum sit alius, cui acquirat. Quartum, falsum esse illud, quod omnes Catholici doctores docent, nempe, quòd quicquid acquirit monachus ordinis non mendicantis acquirit ordini suo, vel monasterio, [k] & quòd monachus in hoc non æquiparatur seruo: & alia multa, quę ista consequuntur, & quæ religionibus approbatis incommoda sunt, & iniuria: quæ breuitatis gratia speciatim non infero, & efficaciter confutantur per ea quæ leguntur & notantur in c. 2. [l] & in cap. *cum olim.* [m] & in cap. *in præsentia.* [n] & in cap. *non dicatis.* [o] vbi latissime diximus. [p] & nouissime in d. cap. *exiit.* Vnde & Sotus, quem ipse tantopere imitatur, exertè affirmat, Franciscanos non habere dominum rerum quas comedunt, & vestiunt, [q] monstrans eruditè ius & facultatem vtendi longè generalius esse dominio.

SVMMARIVM.

1 *Extrauagans cùm inter nonnullos incautè ad hoc applicatur ab N.*
2 *Fratres minores de obseruantia soli, & Cappucini hodie temporalium incapaces in communi.*

a Monit. 14. b In dicto ca. & eiusdẽ num. c De consue. diff. n sti. princip. c ff. de pecul. & l. quod seruus. ff. de acquir. posses. f Matth. 19. g §. porro. & §. ad hæc. de verb. sig. h de priuil. i 18. quæst. 1.
k Ca. in præsentia. cum ei annotatis. de probat. l De testam. m De priuil. n De probat. & in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. o 12. q. 1. p Et in cap. 1. 18. quæst. 1. c. quem sic. & cap. abbates. eadem caus. quæst. 2. q Lib. 4. de iust. & iur. q. 1. art. 1. sub finem.

3 *Vsum & facultatem vtendi lege humana inuentam, esse aliud ab inducta lege naturali.*

1 DEcimotertio moneo, quòd vt in eadem apologia [a] diximus, præfatus N. parum caute inducit extrauagantem *cum inter nonnullos.* Ioannis xxii. [b] ad confirmanda sua dicta. Tum, quia illa non damnat dicentem Apostolos nihil habuisse post Apostolatum in speciali: sed solùm dicentem, quòd nec CHRISTVS, nec Apostoli habuerunt aliquid in speciali, neque in communi. Quæ longissimè differunt, cum semper licuerit religiosis ordinum non mendicantium habere bona in communi, & non in speciali.

2 Imo hodie post Concilium Tridentinum [c] omnes religiosi etiam ordinum mendicantium, exceptis Franciscanis, qui vulgo Cappucini, & de obseruantia vocantur, possunt habere etiam immobilia in communi, non tamen in speciali: vt in ca. 1. & 2. [d] cauetur. Et, vt illa extrauagans pro ipso faceret, oportebat, vt damnaret etiam dicentem, quòd nihil habuerunt proprium in cõmuni, vt cuius erudito palam est. Tum, quia præfata extrauagans non damnat dicentem, quòd Christus, & Apostoli non habuerunt aliquid quo ad dominium, vel vsumfructum, prout hæc à iure humano Romano accipiuntur: sed dicentem quòd nullatenus habuerint, extendendo verbum, habere, etiam quo ad simplex factum naturale, iuxta l. *stipulatio ista habere licere.* [e] ibi, *Habere dupliciter dicitur, &c.* quorũ altero modo seruus dicitur habere peculium, vestimenta & alia quæ manibus tenet. Et religiosi etiam Franciscani etiam singularim dicuntur habere breuiaria, vestes, libros, & id genus alia.

3 Imo & epistolas, & alias res alienas custodiendas, videndas, vel aliò exportandas: inuentas item, & habentes aliàs cum voluntate domini, aut sine illa, absque vllo dominio, vsufructu, vel vel iure vtendi humana lege inuento, sed per solam detentionem naturalem, quam aliqui asininam solent appellare, iuxta verum intellectum c. *exiit.* [f] & clement. *exiui.* sad quæ reducenda est extrauagans *quia quorundam.* Ioannis xxij. vt latè demonstrat Aluarus Pelagius, [g] cui eo magis credendum est, quòd auctori eius Ioanni xxij. fuit carior, & maioris habitus, meliusque nouit intentionem eius, quam testatur fuisse prædictam, & eam esse debuisse efficacissimè probat: subdens tamen suam sententiam debitæ censuræ, sicut & ego meum submitto eidem.

SVMMARIVM.

1 *Ridiculum non est dicere monachum non esse dominum rei, quam edit.*

1 DEcimoquarto moneo, quòd vt in eadẽ apologia [i] diximus, præfatus N. non rectè ibidem significat esse ridiculum dicere, quòd panis, quem monachus dentibus terit, non est eius, & quòd non habet in eo dominium: cum oporteat eum confiteri, panem quem dentibus terit seruus, non esse illius: nec hordeum, quod mandit equus, esse equi. Omitto hic alia quædam, quæ non satis dolata tradit, confundendo vsum & ius vtendi iure humano inducta, cum vsu & facultate ac iure iuste vtendi naturali: quæ longe distant, cum palam sit posse quem iustè vti re aliena, & iustè eam consumere de voluntate domini, sine dominio, & possessione, vsufructu, & vsu iure humano inuentis: sicut in statu innocentiæ, si diu ille durasset, vsi fuissent homines iustè iustitia naturali, sine huiusmodi iuribus iure humano inuentis. [k] Quæ solidissime fundat præfatus Aluarus Pelagius, vbi supra. [l]

SVMMARIVM.

1 *Religioso ab aliquo posse auferri violenter panes ei donatos, si non sunt sui, male infertur.*
2 *Bona, quæ nullius sunt posse occupari à quibusuis, de quibus intelligitur.*

1 DEcimoquinto moneo, quòd prout in eadem apologia [m] diximus, præfatus N. etiam circa eandem paupertatem malè inferri, posse quem violenter auferre à religioso panes, quos in eleemosynam à fidelibus datos

a Monit. 15. b De verb. sig.
c Sess. 25. c. 3. de regular.
d Eiusdẽ sit.
e §. hæc quoque. ff. de verb. obliga.
f §. porro. de verb. signific. lib. 6. g §. cupientes. eod. tit. & di. l. stipulatio. §. hæc quoque. h Lib. 2. de plactu eccles. cap. 58.
i Monit. 16.
k Ca. quo iure 8. dist. cap. ius naturale. 1. dist. l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iure. l Lib. 2. c. 56. 59. & 60.
m Moni. 17. n In eodem cap. partis 1. num. 11.

portat ad monasterium, si dicamus eum non esse dominum illorum, nec in eis habere vsumfructũ, neque vsum: ea ratione motus, quod ea, quæ in nullius bonis sunt, occupantis fiunt,[a] quæ illatio mala est, & ratio inepta. Nam datur instantia in seruo, qui nihil prædictorum iurium, nec etiam possessionem habet in rebus domini sui, quas detinet,[b] qui tamen auferret eas ab eo violenter, eo quòd nec dominium, neque vsumfructum, neque vsum, neque possessionem in eis habeat vllam, male faceret, vt in d. verſ. *quod seruus*. probatur. Datur etiam instantia in depositario, qui nullum tale ius habet in re apud eum depositа, tamen qui ab eo inuito eam auferret, male faceret. [c] Et si replicetur, seruum nomine domini possidere, & etiam depositarium nomine deponentis: respondeti potest, etiam religiosum nomine sui monasterij, vel ordinis possidere, per cap. *cum olim*. & dicta Innocentij per omnes ibi recepta. [d] Et si triplicetur, verum esse præfatum dictum saltem in religioso Franciscano, Cappucino, vel de obseruantia, cuius ordo, & monasterium sunt incapacia bonorum etiam in communi, per [e] Concilium Tridentinum respondebitur, eum possidere illa nomine S. Sedis Apostolicæ cui huiusmodi religiosi acquirunt, iuxta decretalem *exiit*. [f] Vel si teneamus illam decretalem sublatam esse quo ad hoc per extrauagantem *quia quorumdam*. Ioannis xxij. [g] respondebitur, quòd secundum illam extrauagantem ordo S. Francisci & monasteria eius fuerunt capacia bonorum in communi, sicut per Concilium Tridentinum facti sunt capaces omnes ordines, quamlibet mendicantes, exceptis Franciscanis prædictis, per præfatum capit. 3.[h] At si quis vrgeat, ordinem & monasteria præfatorum Franciscanorum nunc non esse capacia: & ita nunc saltem quo ad prædictos Franciscanos dicendum, esse verum id, quod ipse ait, nempe illa, quæ dantur eis in eleemosynam, non fieri eorum, quibus dantur, quia neque ordinis, neque monasterij sui nomine, illorum dominium, vel possessionem habere possunt. Ei qui sic vrserit, respondebitur, quòd illæ res oblatæ, & donatæ in eleemosynam prædictis fratribus, fiunt Sanctæ Sedis Apostolicæ & eas eius nomine possident, vel tenent: tenendo determinationem præfati cap. *exiit*. [i] esse resuscitatam per præfatum Concilium Tridentinum. Et si teneamus contrarium, dicemus teneri eas, & possideri ab eis nomine Dei & D.N. IESV CHRISTI, cui dominium illarum rerum per eos specialiter largitione fidelium quæritur, sicut & omnium aliorum bonorum ecclesiasticorum. Itaque licet deficiant alij, quibus quærantur, non tamen deest Deus, cui quæruntur, & cuius sunt bona, quę ob eius amorem ad cultus sui, suorúmque pauperum sustentationem donantur à fidelibus, vt infra [k] latius dicetur. Quod verò inepta sit ratio eius, qua in id dicendum moluetur, videlicet, posse violenter auferri à monachis, vel fratribus panes, & alia eis in eleemosynam data, si non essent eorum domini, patet: quia ratio eius est hęc, quòd, quę nullius hominis sunt, occupantis fiunt,[l] cuius ineptitudo ex eo apparet, quòd bona nullius duplicia sunt. Altera, quæ nullius hominis puri, nec hominum, neque Dei per dispositionem humanam sunt: qualis est aër, Solis splendor, mare, lapillíque in littore maris inuenti, de quibus intelligunturiura præcitata. Altera sunt bona nullius, quæ licèt nullius hominis puri, neque hominum sint, sunt tamen Dei speciali hominis censura, siue dispositione quæsita: de quibus intelliguntur. §. *sacra*. & §. *religiosum*. [m] vt colligitur ex glossa recepta per omnes: [n] & ita licèt panes quos religiosus Franciscanus in eleemosynam acceptos ad monasterium portat, in nullius hominis puri bonis sint, non tamen fiunt occupantis, & ab eo violenter auferentis: quia sunt hominum in communi, tenendo penes ipsos Franciscanos esse dominium in communi, vel penes S. Sedem Apostolicam, iuxta prædictum §. *porro*. vel penes Deum, censura vel dispositione hominis ei applicata.

SVMMARIVM.

1 Dominium rerum Ecclesiæ penes quem sit male tractat N. bis.

1 DEcimosexto moneo quòd, vt in eadem apologia [o] diximus, præfatus N. [p] nimis confusè tractat, penes quem sit dominium rerum Ecclesiæ stabilium. Tum, quia refutatis aliorum opinionibus, non exprimit suam ibi, neque in capit. 1. [a] quo remittit, vt index eius libri [b] indicat. Nam ibi non tractat de dominio bonorum Ecclesiæ stabilium, sed de reditibus eorum: nisi velit insinuare id quod infra [c] huius partis expresit, nempe, proprietatem bonorum Ecclesiæ esse eiusdem conditionis, cuius sunt reditus & fructus ipsorum: quod notoriè falsum est, vt palam colligitur ex cap. *sine exceptione*, [d] & cap. *nulli*. [e] adiuncto cap. *vestra*. de locato. & aliis multis iuribus, quæ ipsemet citat. [f] Per illa enim prohibetur alienatio bonorum Ecclesiæ, sine iusta causa, & solemnitate: cùm tamen alienatio fructuum, & reditуum eorum passim fiat, & fieri possit absque illis. [g] Neque memini legere vllum Catholicum doctorem, qui hoc dixerit ante ipsum: quin & expresè Dominicus Sotus, quem tantopere ipse imitatur, longè aliud asserit. [h] Verum tamen est, quòd [i] apertius euomuit suam super hoc opinionem insolentem, & post Concilium Tridentinum periculosam, vt efficaciter probabitur infrà. [k]

SVMMARIVM.

1 Opinionem varietate confundit N. veritatem.

1 DEcimoseptimo moneo quòd, vt in eadem apologia [l] diximus, præfatus N. nimis moratus fuit in sui libri parte 1. prætermissis omnibus quæ tribus aliis capitulis primæ partis tractat: quia omnia videntur argumento libri extrania & videri possunt dicta ad ostentandum ingenium, & ante acta, quæ penes se diu habebat recondita, ne perirent scribere, nimis inquam moratus fuit, narrando per tota octo capitula vigintisex opiniones, super nostris tribus quæstionibus supra positis. Tum quòd exceptis tribus, aut ad summum quatuor, reliquæ non sunt opiniones separatæ, sed conclusiones appendices, & corollaria illarum in controuersiam specialioribus rationibus vocata. Tum quia, tot opinionum propositio retrahit lectorem ab intendendo animo in huius rei veritatem, & intendentem valdè confundit: quòd alienum ab eo, qui vult eam rectè docere, oportet esse. [m]

SVMMARIVM.

1 Sacrorum tres species, persona, loca, & res.
1 Sacrarum rerum quatuor species, sacramenta, vasa sacra ornamenta, & bona.
2 Sacra bona altera deputata principaliter ad sustentandos ministros, & minus principaliter ad pia opera, altera contra.

1 DEcimooctauo moneo, quòd hactenus respondimus eis quæ præfatus N. obiecit libro nostro tacitè, vel expresè contra titulum eius, & notabilia huius cap. & etiam ad alia quædam, quæ veluti præambula addidit contra decisionem nostræ primæ quęstionis scilicet, *An mortaliter peccent beneficiarij ecclesiastici superfluè, aut profanè reditus suorum beneficiorum impendentes*. Cui nunc respondemus sicut & tunc respondimus. Primo sequiti S. Thomam, [n] quòd tres sunt species sacrorum scilicet personæ sacræ, loca sacra, & res sacræ: & quatuor species rerum sacrarum, scilicet sacramenta, vasa sacra, ornamenta sacra, & bona ad prædicta sustentanda deputata.

2 Et quòd vt idem S. Tho. ait [o] sacra quarte speciei, scilicet bona ecclesiastica deputata pro sustentatione omnium sacrorum, sunt duplicis generis. Quædam principaliter applicata Ecclesiæ ministris, & minus principaliter pauperibus: qualia sunt maior pars eorũ. Alia è contrario principaliter deputata pauperibus, operibusque piis, & secundario ministris, qualia sunt bona hospitalium, & fabricarum ecclesiarum, de quibus agit clem. *quia contigit*. [p] innouata in Concilio Tridentino, [q] quæ in titulo beneficiarios non cõferuntur: nã cùm in titulos beneficiarios eriguntur, fiunt de genere priorum, argumento glossæ receptæ clem. *per literas*. [r] Huic autem doctrinæ S. Thomæ addimus quod horum omnium bonorum alia sunt immobilia, & mobilia quæsita beneficiis, & hospitalibus antequam beneficiariis & ministris conferãtur, de quibus totus tit. de reb. eccle. non alien. [s] Alia sunt reditus illorum annui, de quibus cap. *vestra*. [t] & cap. *quoniam*. [v]

a *part. 4.*
b *In ver. diminium.*
c *In fine cap. 4.*
d *12. q. 2.*
e *De rel. ecclesi. non alie.*
f *In cap. 2. homines partic.*
g *cap. vestra, de locat. & cap. quereris, ne prælа. vic. suas.*
h *In lib. 1. q. 4. art. 3. col. 2. in 2. & 3. cõcluj. deinsst. & iur.*
i *In 4. parte. cap. 6.*
k *Qua. 3. ea. monit. 4. & qu. 3. mon. 31*
l *Monit. 19.*
m *Argu. ex oportet. 8. q. 1. cap. sit recẽs. 43. dist.*
n *In 2. 2. qua. 99. art. 3.*
o *Quodlibe. 6. art. 12. 2. 2. quæst. 185. art. 4.*
p *§. vt autẽ. de relig. dom.*
q *sess. 7. cap. 10. & sess. 22. cap. 8. de ref.*
r *De præb. verb. prouideri.*
s *Et 12. qu. 2.*
t *De locat.*
v *Ne prælа. vices suas.*

2 §. *singulorũ. inst. de rerũ diuis. & leg. 3. ff. de aquir. rerũ dominio.*
b *Leg. quod seruus ff. de acquir. poss. leg. id testimentũ. ff. de peculio. le. 1. §. si quis. verquod seruus. ff. de vi & vi. arma.*
c *Dict. leg. 1. §. quod autẽ.*
d *De priuil.*
e *Cap. 3. de regular.*
f *De verb. signif. lib. 6. §. porro.*
g *De verb. sig.*
h *De regula.*
i *De ver. sig. §. porro. lib. 6.*
k *Mon. 21.*
l *§. singulorum. inst. de rerũ & leg. 2. ff. de acq. rer. dominio.*
m *Instit. de rerũ diuisio.*
n *In dicto. §. singulorum. ver. nullius. & in dicta l. 3. ff. de acqui. rer. dominio. super eodem verb.*
o *Monit. 18.*
p *In eadem prima parte ca. 1. num. 15.*

SVMMARIVM.

1 Beneficiarius triplicia bona potest habere, patrimonialia siue secularia, ecclesiastica, & quasi patrimonialia.
2 Bona quasi patrimonialia, vt patrimonialia censenda.

1 DEcimonono moneo, quod beneficiarij sæculares tria genera bonorum possunt habere, puta patrimonialia siue secularia, qualia sunt, quæ per successionẽ, aut per suam industriam, & alias artes, aut per donationes, & alios contractus, eo modo, quo laici sibi quærunt, iuxta ca. *episcopus*, [a] cap. *cum dilectus*, [b] alia ecclesiastica, puta ea quæ de bonis suorum beneficiorum lucrantur, quales sunt reditus annui, qui quotannis possunt locari, & vendi, de quibus in dicto cap. *vestra*, & dicto cap. *quoniam*. [c] Alia quasi patrimonialia, quæ definiri possunt, *esse bona quæsita ratione clericalis ordinis, vel officij, alia ratione quam iuris recipiendi fructus beneficiales*, puta ea, quæ lucrifaciunt missando, & agendo capellanos, vicarios temporarios, prædicatores, confessarios, aut alios spirituales actus exercendo, de quibus Innocentius & Hostiensis, [d] & Panormitanus, [e] & vterque Cardinalis, [f] & Philippus Francus, [g] & quòd inter omnes nemine discrepante conuenit, non esse quæstioni nostræ locum in reditibus bonorum patrimonialium clericorum sæcularium, eo quòd certum est, eos posse disponere de illis, perinde ac laici de suis, [h] non est item locus ei in bonis immobilibus, neque mobilibus, quæ inuenimus quæsita, & applicata nostris beneficiis, quando ea nobis conferuntur: quoniam palam est nos peccare mortaliter, obligaríque ad restituendum, si ea ita impenderimus, [i] non est item ei locus in reditibus bonorum depuratorum principaliter ad hospitalia, & alia sacra, & opera pia vt habet d. clem. *quia contingit*, [k] renouata per Concilium Tridentinum, [l] nisi per statuta fundationis, aut erectionis eorum deberent in titulos beneficiarios conferri, quod dicimus propter præfatam glossam clem. *per literas*, [m] quoniam palam est, eum qui de huiusmodi reditibus notabilem quantitatem in vsus sue bonos, siue malos alios ab his, in quos deputata fuerunt, impendit, peccare, obligatúmque esse iuxta sententiam omnium doctorum ad restituendum per di. clem. *quia contingit*, [n] & manifestius in Concilio Tridentino, [o] & facit l. 1. & l. *leg. rum*. [p]

2 Dubium autem est, an sit ei locus in bonis quasi patrimonialibus, quæ supra definiuimus: quia Innocentius, [q] ea exæquat reditibus ecclesiasticis, qui redeunt ex bonis beneficiorum, eo quòd respectu dignitatis clericalis, & non personæ quæruntur. Nobis tamen iustius videtur æquare illa bonis patrimonialibus, quæ frequentior est sententia: quam tenet Gynus, [r] & Panormitanus, [s] quem sequitur vterque Cardinalis, [t] & Francus. [v] Primo quidem, quia illa conferuntur eis ex bonis temporalibus, vel spiritualibus vti merces laborum, & operum personalium eorum, aut vt compensatio eorum, quæ alia via sibi quærere possunt, vt ait Innocentius, [x] & quia conferuntur sine onere vllo expresso, neque tacito distribuendi superflua pauperibus, quod onus bona beneficiorum habent, vt infrà dicetur. Quin etiam credimus hoc ipsum esse dicendum de illis, quæ quæruntur per eos actus, in quos eos sua beneficia obligant. quale est illud quod Curio, seu curatus administrando sacramenta suis parochianis lucrifacit: quale item id quod quærit beneficiarius cuiuspiam loci ex eo quod aliquis reliquit in missas, aut trentenarios (vt vulgus vocat) beneficiario illius loci, quamuis eius personam minimè nocet: licèt Panormitanus contra senserit, [y] & id expresse probatint Cardinales S. Xisti, & Alexandrinus, [z] sed non iustè: quoniam non lucrifaciunt eos de bonis suorum beneficiorum, quibus inest onus supradictum dandi ea, quæ supersunt pauperibus, de quo infra latè dicetur. Eius denique conditionis erit omne id, quod beneficiarij sæculares suo labore, personalíque opera lucrãtur ex aliis, quàm de suorum beneficiorũ bonis, vt affirmauit Barbatius, [a] Cardinalis, [b] ea ratione quòd id in stipẽdium laboris eorum datur: quæ tamen ratio parum firma est, eo quòd etiam omnes alij reditus ob eam causam eis tribuũtur. Beneficiũenim datur propter officium, [c] & reditus eius sunt stipendium iuxta glossam, [d] & textum. [e] Ratio vero firma est, quia id tribuitur eis sine onere vllo expresso, aut tacito dandi superflua pauperibus, quod tamen habent omnia beneficiorum bona, vt infra probabitur. [a]

SVMMARIVM.

1 Beneficiarius peccat mortaliter impendendo superflua in profanis, & qua ratione.
2 Beneficiarius non potest impendere tam latè de beneficio, ac primogenitus de primogenitura.
3 Beneficiarij potestas qua ratione efficaci restringitur.
4 Leges Decalogi omnes sunt naturales, sed non omnes sunt leges iustitiæ specialis, & cur non, & nu. 5.

1 VIgesimo moneo, quòd huic quæstioni tantùm est locus in reditibus, & fructibus bonorum & iurium, quæ iam sunt quæsita beneficiis, quando ea beneficiariis conferuntur, & sunt applicata principaliter ad eorum sustentationem, & minus principaliter ad pauperum subuentionem. Ad quam quæstionem respondeo, quòd ferè omnes sequuntur Innocentium, [b] dicentem non posse beneficiarium iustè impendere reditus sui beneficij, nisi in suos, suorúmq; necessarios vsus, & in remunerationem de se bene meritorum, & in pauperum alimoniam, & consequenter peccare mortaliter, si dispenderit in aliis, intelligendo tamen per pauperes, non solùm eos, sed etiam alia opera pia, vt intelligit S. Thomas, [c] & probatur in cap. *de reditibus*, & cap. *quatuor*. [d] Quamquam autem ferè omnes sint in hac conclusione, quia videnr eam ab Ecclesia decretam: nemo tamen reddit rationem, quæ sit sufficiens, ad eam ita decernendam.

2 Et quidem illi qui affirmant clericos esse tam integros dominos redituum beneficiorum suorum, quàm sint laici primogeniorum suorum, siue maioratuum, non possunt reddere aliquam, quæ satis fundet eam, neque alteram, quæ illam consequitur, (nempè quòd quamuis laici maioratus habẽtes, vt plurimùm non peccent mortaliter reditus eorum prodigendo, clerici tamen sic idem faciendo de suarum Ecclesiarum & beneficiorum reditibus.) Quandoquidem eos confiteri oportet, neutros esse absolutos dominos bonorum, & iurium, è quibus illi redeunt, & vtrosque esse dominos absolutos eorundem redituum, quod credo fuit in causa, quare Dominicus Sotus, [e] tam obscurè hac in re loquutus fuit. Nos autem eam & verbo & scripto ante quinquaginta ab hoc die plus minus annos Salmanticæ reddidimus, [f] & postea Conymbricæ ampliauimus, [g] quod per temporis penuriam, & nimiam occupationum copiam, nondum est typis excussum. Ratio autem, quam nos reddidimus est, quòd prædicta bona, super quibus fundata sunt sacerdotia seu beneficia, quæsita sunt Ecclesiæ sub eo modo & onere expresso, aut tacito, vt ea quæ ministris eius sustentatis honestè superfuerint, insumantur in pauperes. Quo præsuppositо, & mox irrefragabiliter, [h] monstrando probatur efficaciter responsio prædicta, primo per præcepta Decalogi. Tum quia infringit septimum præceptum de non furando, & decimum de non cõcupiscendo rem alienam. Tum quia non solùm ea infringit is, qui clarè furatur, aut rapit, sed etiam qui re aliena contra voluntatem domini vtitur. [i] At is qui reditus beneficij sui contra prædictam conclusionem communem impendit vtitur bonis Ecclesiasticis contra voluntatem domini illorum, qui illa dederunt, quia vtitur illis non seruato modo & onere illis iniuncto, scilicet vt superflua dentur pauperibus, & piis operibus.

4 Tum quia etiam transgreditur hæc duo præcepta is, qui re in alium vsum accepta, vtitur in alium, sicut qui mulam vt velut vsque Salmanticam commodatam ducit Burgos. [k] At beneficiarij, qui prædicto Ecclesiæ decreto contraueniunt, hoc faciunt, quandoquidem reditibus in alium vsum datis, in alium longè diuersum vtuntur.

5 Tum quia etiam infringit præfata duo præcepta is, qui suos contractus non seruat, etiamsi Papa sit, Imperator, aut Rex, [l] qui licet ad seruandum suas leges humanas cogi nequeant, [m] sunt tamen obligati ad seruandos contractus cum eis initos virtute præfati præcepti, quod est lex naturalis. At inter Ecclesiam, & populum Christianum, qui ei tanta bona contulit, fuit, vt mox probabitur,

a *Ead. quæst. monito 43.*
b *In cap. indecorum. de etat. & qualita.*
c *2. 2. quæst. 185. art 7. in quæst. & ad 2. & in quod. 6. art. 12. & 12. quæst. 2.*
d *Lib. 10. qu. 4. art. 3. de iust. & iur.*
e *In cap. relatum. 2. de testam.*
f *In cap. 1. de testam.*
g *In cõmẽt. cap. 1. & cap. cum secundũ. de prab.*
h *In tribus seq. monit.*
i *§. placuit. Inst. de obligat. quæ ex delict. nasc.*
k *d. §. placuit. Inst. de oblig. quæ ex delict. nascun.*
l *Cap. 1. de probat.*
m *Leg. digna vox. C. de le. & cap. proposuit. de concess. præben.*

a *12. qua. 1.*
b *De in. pat. cap. quia nos. de testam. & cap. 1. & cap. ficum. 12. q. 5. & cap. manifesta. & cap. sunt manifestа. 12. qua. 1.*
c *Ne prælа. vic. suas.*
d *In dict. cap. quia nos.*
e *In cap. cum in officio. de testam.*
f *In summa 12. quæst. 5.*
g *In rubr. de testam. lib. 6. col. 30.*
h *Cap. epist. qui. 12. quæst. 1. cap. quia non de rapt. in fin. dist. 32. quæst. 5. Cap. sine exceptio. 12. qu. 2. & per totum tit. de rebus ecclesiast. non alienan.*
k *De reli. do. Vbi sup.*
l *De præb. in ver. Prouideri.*
m *§. vt autẽ. de relig. dom.*
n *sess. 25. ca. 8. de reform. ff. de admi vist. rer. ad ci uit. pert.*
o *In dict. cap. quia nos. de testam. & in dict. ca. quoniam. ne prælа. vic.*
p *In authen. licentiam. C. de epis. & cle.*
q *In cap. cũ esset. nu. 26. & in cap. cũ in officiis. de testam.*
r *In summa 12. quæst. 5.*
s *In rubr. de testam. lib. 6. col. 31.*
t *In cap. quoniam. ne prælat. vic. suas.*
v *In capitul. cum in officiis num. 8. de testam.*
x *In summa 12. quæst. 3.*
y *In quæst. 3. pri. part. de præstan.*
z *Col. pen.*
a *Cap. fin. de rescrip. lib. 6.*
b *Leg. stipen.*
c *De excep. rei iudic.*
d *In cap. si of. ficia. 59. dist. & ea. quæ pro. ueris. 61. dist.*
e *De locat.*

contractus saltem tacitus, qui tantùm valet, quantũ expressus, [a] vt ministri eius, id quod superest eis accepta sua, quæ honesta sit, sustentatione, tribuerẽt pauperibus. Cui consequens est necessarium esse, vt in eis, & non in aliis impendatur. Tum quia etiam dicta duo præcepta transgrediretur, qui contra voluntatem domini sui detinet alienum, & in ca. *sæpe*. [b] vt habetur & scribit S. Thomas, [c] & diximus in Manuali Confess. [d] Et per cõsequutionem, qui quod debet non soluit ei, cui debet, & qui se nõ exonerat ab iniuncto ei onere, quando, & quomodo tenetur, quoniam in effectu est alienum accipere, aut retinere, vt colligitur ex d. cap. *sæpe*. & S. Thom. [e] & probat totus titulus ff. de cond. & demon. [f] Cui consequens est eum infringere prædicta præcepta, qui præfata superflua detinet; aut non tribuit pauperibus, aut donat diuitibus, ratione cognationis, amicitiæ; vanitatis, aut vitij alicuius. Tum quia prædicta duo præcepta septimum, & decimũ, vna cum quatuor fundamentis prædictis, quæ ex illis deducuntur, sunt leges non solùm naturales; sed etiam iustitiæ specialis. Tum quia omnia præcepta Decalogi sunt leges naturales, vt affirmat S. Thom. [g] receptus ab aliis; eadẽque sunt leges diuinæ secundum eum receptum, [h] neque abs re. Tum quia leges immediatè ponentes ordinem inter datum, & acceptum sunt leges iustitiæ specialis, vt sunt ista duo præcepta. Dixi autem *immediatè*? quoniam ad hoc, vt sit lex iustitię specialis non sufficit, vt eum mediate ponat. Siquidem sunt leges aliquot caritatis & misericordiæ, quæ etiam ponunt ordinem, quòd vnus det alteri: nam per eas tenemur egentibus extremè opitulari de superfluis naturæ, [i] & etiam constitutis in grandi necessitate de superfluo statui, vt est in capit. *sicut his*, [k] & S. Thoma, [l] vt diximus in Manu. Conf. [m] Sed quia id mediatè faciunt, obligando prius ad amandum, vel miserendum quàm ad dandum, non sunt leges iustitiæ specialis, vt subtiliter tetigit idem S. Thom receptus. [n] Et in confesso est iniustitiam specialem esse peccatum mortale vt ait, S. Thomas receptus. [o]

a Leg. *Labeo & leg. item quia. ff. de pact.*

b *De restitu. spoliato.* c 2.2. *quæst.* 62 *art. fin.* d *Ca.* 17. *nu.* 54. e *In dict. art. fin.* f *& leg.* 1. C. *de donat. quæ sub modo.*

g 2.2. *quæst.* 122. *art.* 1. h 1. 2. *quæst.* 100. *art.* 1.

i *Cap. pastee.* 86. *dist.* k 47. *dist.* l 2. 2. *quæst.* 32. *art.* 2. m *Cap.* 14. *num.* 3. *&* 11. n 2. 2. *quæst.* 122. *art.* 1. *ad* 1. o 2. 2. *quæst.* 59. *art.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiaria bona onusta sunt onere tacito, vel expresso dandi superflua pauperibus. & nu.* 5.
1 *Beneficiarij non sunt domini directi, neque vtiles bonorum beneficiorum.*
2 *Bona beneficiaria sunt Christi non tantùm dispositione diuina, qua omnia sunt Dei, sed etiam humana, qua quippiam est cuiusquam.*
3 *Bona ecclesiastica sunt Dei quo ad dominium; & beneficiarij quoad gubernationem, & pauperum quoad sustentationẽ. & nu.* 7.
3 *Bona ecclesiastica prælatus non alienat vt dominus, sed vt administrator.*
4 *Beneficiarius non est dominus bonorum Ecclesiæ, neque vsufructuarius, nec vsuarius. sed maior hoc, & minor illo. idẽ de reditibus. nu.* 8.
5 *Papa non est dominus bonorum Ecclesiæ: quia sunt Dei; sed summus eorum minister nomine illius.*
5 *Christus mortalis curiosus pauperum, immortalis non est illorum incuriosus. & monit. seq. nu.* 2.
6 *Decimas cur appellat S. August. tributa egentium. &c.*
7 *Bona ecclesiastica qui malè cõsumit maledictus, & ditare cognatos ex illis, contra Concilium Trident. & nu.* 8.
9 *Testari non potest beneficiarius de reditibus sui beneficij, neque Papa saltem ad libitum, & ad profana.*

p 22. *quæst.* 7. q *Ead. caus. quæst.* 8. *& c. penul. & fin.* 12. *quæst.* 1. *& ca. edoceri. de rescrip. & cap.* 2. *de donat.* r *Lib.* 2. *cap.* 29. *& 39. de constitut. Apost.*

1 VIgesimo primo moneo, quòd præsuppositum rationis, qua probata est præfata conclusio monit præcedentis, quod que ibi diximus probaturos nos irrefragabiliter in hoc monito, & duobus seq. scilicèt, quòd bona beneficialia sunt quæsita Ecclesiæ cum modo & onere, vt superflua dentur pauperibus monstratur 17. rationibus; quarum prima est, quòd beneficiarij nõ sunt domini directi neque vtiles bonorum ecclesiasticorum secundum omnes, iuxta cap. *quod autem*, [p] ibi, *Non sunt nostra sed pauperum, quorum procurationem gerimus.* cap. *conuenior*, [q] & alia multa. & Clemens ante illos. [r]

2 Secunda ratio: qua præfatum præsuppositum monstratur, est, quòd bona beneficialia sunt patrimonium D. N. IESV CHRISTI, [a] non quidem, quòd alia omnia non sint eius: quia *Domini est terra, & plenitudo eius.* [b] sed quia nemo alius est dominus eorum. Et ideo in nullius bonis dicuntur. [c] Tum quod singulariter ait Innocentius frequentius receptus, [d] verum omnium bonorum ecclesiasticorum dominium esse penes eum solum. Quod efficaciter probat Panormitanus relatis aliis opinionibus [e] & aliis locis citatis per Decium [f] vbi pulchrè illius dicta componit.

3 Et iura, quæ habent illa esse prælatorum, aut beneficiariorum, intelligenda sunt quoad gubernationem vel administrationem. Et ea, quæ habent illa esse pauperum, intelligenda sunt quoad eorum sustentationem. Itaque dominus est IESVS CHRISTVS, gubernator autem instar procuratoris, & tutoris cum facultate se de illis alendi beneficiarius: pauperes verò, tamquam quibus eorum reditus deductis oneribus debentur. Et ob hoc dicuntur sacra quattæ speciei rerum sacrarum, secundum S. Thomam, [g] & ideo dicuntur esse nullius. [h] Et qui ea furatur, aut rapit dicitur sacrilegus, [i] neque illius prælatus ea potest alienare tamquam eorum dominus, [k] quamuis id possit tamquam procurator, & administrator cum causa, & solennitate iusta.

4 Tum quia genuinus sacris canonibus mos est vocare nos procuratores, & dispensatores, [l] licèt aliquot auctores beneficiarios vocent vsurios, & aliquot vsufructuarios, sed non rectè, vt tangit glossa singularis vbi latè Panormitanus & Andreas Siculus, [m] eo quòd maior est eis facultas, quàm vsurariis, qui ex re, in qua vsum habent, nihil capere possunt præterquam in solum vsum quotidianum, [n] & minor quàm vsufructuariis. Quoniam illi possunt donare, & relinquere in vita, & morte licitè suos fructus cuicumque voluerint, [o] sine vllo paupertatis, aut pietatis intuitu ob solam amicitiam, cognationem, aut liberalitatem: beneficiarij verò minimè. quod palam declarat post alios Concilium Tridentinum, [p] quinimo Cajetanus expressit, [q] pro quo textus optimus in ca. *non liceat Papæ*. [r] per quod idem ibi sensit Archidiaconus & Decius, [s] imo etiam Panormitanus & Decius. [t]

5 Expresit inquam Caietanus Papam non esse illorum dominium, simul inferens ex eo quamdam grauem conclusionem, quæ apud eum videri potest. Subdique paria esse effectu dicere, illa esse Dei, vel IESV CHRISTI, vel Ecclesiæ. Cùm ergo hęc omnia sic se habeant, quis audeat dicere non esse pauperibus plus iuris in eorum reditibus, quàm in sæcularium bonorum? Quis dicet ego sum tam liber Ecclesiæ redituum dominus, quàm dux redituum sui ducatus? Quis affirmet IESVM CHRISTVM, qui eorum vnicus dominus est, adeo esse incuriosum in prouidendo pauperibus nunc, quando est ditissimus, & regnat immortalis, quàm curiosus erat, quando vitam viuebat mortalem, & non habebat vbi caput reclinaret? Quis dicet maiestatem eius diuinam, qui omnibus dixit. [v] *Quod superest date pauperibus*, non velle, vt sua propria bona habeant proprium eos alendi onus? At nequimus dicere illis esse aliud nisi prædictum. ergo habent illud.

Tertia ratio, qua idem probatur est, quòd illa bona, quæ post Ascensionem Domini donata fuerunt Apostolis in hunc finem, & cum hoc onere donata fuerunt, & in hunc vsum impensa, vt per acta Apostolorum constat. [x]

6 Quarta ratio ad idem est, quòd beatus Clemens Papa simul & martyr, discipulusque beati Petri [y] expresè ait decimas & primitias in hoc fuisse datas Ecclesię in hæc verba. *Homo Dei scilicet episcopus, quæ ex decimis, & primitiis secundum mandatum Dei dantur, rectè dispenset orphanis, viduis, afflictis, & peregrinis, egentibus, vt qui habet Deum harum rerum rationem reposcentem.* Et paulo post. *Omnibus egentibus cum iustitia tribuentes.* Pondera hoc verbum iustitia, quo significatur, hoc præceptum esse iustitiæ non misericordiæ, *Ipsique his vtentes, sed non abutentes, comedentes de his, sed non soli vorantes, egenisque impertientes.* & [z] per hæc verba. *Etiam præcipio decimas offerri ad victum reliquorum clericorum, virginum, ac viduarum, & his qui sunt paupertate oppressi.* & [a] per hæc verba. *Dabis iusta sua, te enim dare oportet, illum verò distribuere*

a *Cap. cũ ex eo. de electio.* p *Psal.* 23.

c *§. nullis ff. de rerũ diuis.* d In *cap. cum super. de causa poss. & propr.* e In *cap. cum esset. de testamen. nu.* 20. f In *cap. constitutus. de rescrip. nu.* 5.

g 2.2. *qu.* 99. *art.* 3. h *§. sacra. inst. de rer. diuis. leg. inter stipulantẽ. §. sacram. ff. de ver. oblig.* i *Cap prædia* 12. *quæst.* 1. k *Ca. sinecceptione.* 12. *quæst.* 2. *cap. nulli. de rebus eccle. nõ alie.* l *Cap. quid autẽ.* 23. *q.* 7. *cũ aliis supra citatis.* m In *cap. fin. de perul. cler.* n *Inst. de visu & habit. in prine.* o *Inst. de vsufru in princip. & melius instit. de vsu & habi. §.* 1. p *Sess.* 25. *c.* 1. *de reformat.* q 2. 2. 9. 32. *art.* 8. r 12. *quæst.* 2. s In *cap. epist. col.* 2. *de preb.* t In *dict. cap. constitutus.*

v *Luc.* 11.

x *Actorũ ca.* 2. *&* 4.

y In *lib.* 2. *ca.* 29. *de const. Apost.*

z In *lib.* 8. *ca.* 39. a *Lib.* 2. *c.* 25.

tamquam œconomum & dispensatorem rerum ecclesiasticarum. Pondera verbum œconomum & dispensatorem.

Quinta ratio, qua idem probatur, est illud D. Augustini. [a] *Decimæ sunt tributa animarum egentium, & res à Domino pauperibus delegata, & ita quod pauperes, &c.* appellat decimas, egentium tributa, partémque pauperibus destinatã, præsupponendo multos eorum posse fame mori, eo solo quòd qui decimas debet, eas, non soluit, quorum neutrũ esset verum si decimis non esset annexum onus, vt ea quæ beneficiariis superfuerint, distribuãtur pauperibus.

7 Sexta ratio, quòd S. Hieronymus in hoc ipso cap. ait: *Quidquid habent clerici est pauperum.* & clarum est, quòd vt ait Innocentius, [b] supra relatus, [c] non intelligitur quoad dominium, sed quoad ius, quod pauperes habent, vt de bonis ecclesiasticis alantur, eo quòd onus hoc est eis impositum: id quod in quatuor locis S. Thomas expresit, [d] ibi, *Decimæ, quæ ministris ecclesiarum dantur, per eos debent in vsus pauperũ dispensari. Et* [e] *in lege nouæ, Decimæ dantur clericis non solùm ad suam sustentationem, sed vt ex eis subueniant pauperibus, & ita non superfluũ. Et* [f] *ibi Decimæ debent cedere in subuentionem pauperum per dispẽsationem clericorum.* [g]

Septima ratio, quòd * sexta synodus, [h] de iis ipsis reditibus agens decernit eos esse ad vtilitatem ministrorum, & ob eŝcam pauperum, & peregrinorum sustentationem. Et Symmachus Papa, [i] maledicit eum, qui hæc bona male impendit, eo quòd substantiam pauperum contra fas dispergit. Et Concilium Antiochense, [k] quòd quamuis episcopus de sui patrimonij reditibus ad libitum disponere possit; non tamen de ecclesiasticis. Quin & Concilii Tridentinum, [l] id quod antea dixit S. Bernardus latè relatus à Dionysio, [m] interdixit episcopis, & aliis beneficiariis, etiam si Cardinales sint, ne suos cognatos, aut familiares de reditibus Ecclesiæ augeant; quod vtique non feciſſet, si non intellexisset inesse illis onus tribuendi superflua pauperibus.

* Sexta Synodus in cap. Apostolica. *Legendum est octaua Synodus in ca. Apostolicos. Sic autem emẽdatum est ex Anselmo & nouo decreto Gregoriano: est autem canon* 15. *Synodi octauæ. habitæ tempore Adriani Papæ secundi contra Photium. ca. autem indigne ead. causa & quæst. non est Symmachi Papæ, sed sextæ Synodo in nouo decreto tribuitur. ca. autem episcopi* 12. *q.* 1. *sic enim legendũ est non episcopus non est Concilij Antiochensis, sed Agathẽsis c.* 48.

Octaua ratio, quòd multa Concilia, multi summi Põtifices, ac plurimi Sancti vocant beneficiarios, procuratores, & dispensatores, [n] non solùm quoad dominium ecclesiasticorum, super quibus beneficia sunt fundata; sed etiam quoad reditus, & fructus, qui ex illis redeunt. [o]

Nona ratio, quòd sacri canones negant facultatem testandi beneficiariis de reditibus suorum beneficiorum, [p] adeo quidem, quòd neque summus Pontifex testatur de reditibus sui summi Pontificatus, saltem quoad libitum, vel profanè, vt post alios tradit Philippus Francus, [q] quãquam humanis legibus minime subiicitur, [r] saltem quoad coactionem S. Thomas, [s] quæ facultas negari nõ posset illis, si essent integri domini redituum, & non conferrentur cum onere alio, quàm sc. ipsos ex eis alendi.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarius peccat dando diuiti, vtendo nimio sumptu, pretiosa veste, aurato freno, &c.*
1 *Dines, vt peccat accipiendo à beneficiario donum.*
1 *Beneficiario solum licet vt habitu necessario & honesto.*
2 *Bona non sunt data Ecclesiæ ad superbiendum, vel ditandũ.*
3 *Diuisio bonorum Ecclesiæ non auxit dominium clericis.*

a *August. ser.* 219. *de temp. hæc pene habet. in ca. decimæ.* 16. *quæst.* 1.

b In *cap. cum super. nu.* 4. *de caus. poss. & propriet.* c *Eod. num.* d *Videlicet* 2. 2. *quæst.* 87. *art.* 1. *ad* 4. e In *art.* 3. *ad* 1. f In *art.* 4. *ad* 4. g *Et melὸ in quodlib.* 6. *art.* 19. h In *ca. apostolica.* 12. *qu.* 2. i In *cap. indigne. ead. caus. & quæst.* k *Cap. episcopus.* 12. *qu.* 1. *clare habet.* l In *sess.* 25. *cap.* 1. *de reformat.* m *In lib. cõtra pluralita. arg.* 8.

n *Cap. conuenior. ead. caus. & quæ. ca. episcopus. & cap. penul.* 12. *qu.* 1. *ca. edoceri. de rescript. ca.* 2. *de donatio. & cap. episcopus.* 14. *qu.* 1. *& alibi sæpe.* o *Cap. episcopus. cap res* 12. *qu.* 2. *ca. episcopus.* 14. *quæst.* 5. p *L. ad hæc ea relatum. de testamen. cap. episcopi.* 12. *qu.* 2. *cap. fixum.* 12. *qu.* 5. q *In rub. de testam. col.* 33. r *Leg. digna vox. C. de leg. & ca. proposuit. de cõsess. præben.* s 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 5. t 41. *dist.* v *sessione* 25. *ca.* 1. *de reformat.* x 44. *dist. in prine.* y 42. *dist. in principio.* z *Lib.* 2. *cap.* 28. *de consti. Apost.*

magistrorum suorum satis intellexit, ait, *quòd episcopi debent esse non inanes sumptus facientes, non delicati, non sumptuosi, sed expetentes necessaria ad referuandam naturam.* Et septima Synodus [a] vetuit, ne vllus clericus veste serica, aut colore variato vestiretur. Et S. Bernardus [b] cuidam canonico Lugdunensi scribit in hæc verba. *Quicquid præter necessarium victum & simplicem vestitum de altario retines, tuum non est, rapina est. sacrilegium est.* Et paulo superius. *De altario non licet comparare aurea fręna, sellas depictas.* Et alio in loco. [c] *Clamant nudi, clamant famelici, necessitatibus nostris detrahitur, quicquid vanitatibus vestris accedit.* Et magnus ille noster pater Augustinus à quo potuit discere S. Bernardus ait, [d] *clericus, qui sui beneficij fructus tribuit diuiti, eo quòd ipse illud ei obtinuit, quamuis in hoc mundo non castigetur, in alio tamen æterno igne non carebit.* Et Prosper. [e] addit, *Diuites qui accipiunt aliquid à beneficiariis, non sine grandi peccato accipere.* Quæ omnia planè significant, clericorum reditibus aliquod grande onus esse annexum: ob quod non possunt tam liberè vti illis, quàm laici suis. Et cum non sit aliud, nisi prædictum distribuendi pauperibus superflua, consequens est illud esse illis annexum.

* Quod Concilium Carthaginense. *Cap. illud sumptum est ex Concilio Carthaginensi* 4. *cap.* 15. *quod deinde ex D. Hieronymo adducitur, est in extremo cap.* 3. *comment. in Michæam. Quod postea ex septima synodo profertur est in can.* 16. *eiusdem syn. quod denique ex Prospero citatur est in lib.* 2. *de vita contemplativa cap.* 9. *&* 10.

2 Vndecima ratio, quòd omnia hæc bona sunt vt prædictum est solius domini nostri IESV CHRISTI, quem credendum est velle, vt tanta vel maior liberalitas exerceatur de bonis, quæ data sunt ei postea quàm viuit immortalis, quàm de his, quæ data fuerunt ei, dum esset mortalis. Nam qui cùm egeret, non *cupiebat mortalia, qui regna daturus erat cælestia*, vt habet hymnus Epiphaniæ, minus cupiet postquam habet, & dedit tanta cælestia, argumento à maiori. * Cùm ergo tunc voluisset vt, quod supererat, se, suisque ministris sustentatis, daretur pauperibus, credendum est nunc quoque vlle, vt quod superest suis ministris sustentatis, tribuatur eisdem: quandoquidem non est illi vlla re opus.

Duodecima ratio, quod non est verisimile, quòd illi antiqui fideles tam religiosi, tam humiles, modesti, & temperantes, qui sua bona ob amorem Dei, & animarum suarum salutem dederunt Ecclesiis, eã mente illa dedisse, vt clerici sumptuosè comedamus, & bibamus, colendo gulam, quam illi oderunt: neque vt nos, & nostras domos, familias, parietes, lecticas, & mulas splendidè vestiamus, humanum honorem adorantes cum ambitione, & superbia, quas illi pro humilitate, & modestia contempserunt: neque etiam vt grandes maioratus instituamus, aut cognatos nostros magnificemus: cùm illi noluissent illa donare suis, vt Deo donarent, neque vt thesaurizemus in terris, id quod imitando eos thesaurizare debemus in cælis, sed vt Ecclesiæ ministri primùm, deinde pauperes alantur.

Decimatertia ratio, quòd non obstat prædictis dicere, beneficiarios suorum reddituum dominos absolutos esse, quoniam id falsum est, vt monito præcedenti ostendimus, & fundamento eorum, qui id asseruerunt inferius [g] copiosè respondemus.

3 Decimaquarta ratio, quòd etiam non obstat prædictis dicere, quòd per dictorum bonorum, vel fructuum, & reddituum eorum diuisionem, postea factam in tres vel quatuor partes, effecti fuerunt adeo suarum partium veri domini episcopi, & alij beneficiarij, vt pro libito possent eas insumere: quia id irrefragabiliter confutatur infra. [h]

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegus est qui bona Ecclesiæ male capit.*
1 *Ecclesiastica bona & nunc, & antiquitus concessa eiusdem esse naturæ.*
2 *Iudicari diuersimode eadem res non debet.*
3 *Ecclesiastica bona non exonerantur oneribus antiquis propter nouã, à quibus numquàm fuerunt exonerata. & num.* 4.
5 *Similia similes intendere videntur.*

a *Ca.* 1. 21. *q.* 4. b *In epist.* 2. *col. penul.* c *epistola.* 42. *col.* 3. d *in serm.* 37. *ad fratres in eremo.* e *in cap. pastor.* 1. *q.* 2.

f *Cap. cum in cunctis. de elect. lib. auth. meleo magis. C. de sacrosc. eccles.*

g *In quæst.* 2. *mon.* 7.

h *Monito* 51.

5 Apostolicas traditiones æquè ac leges diuinas venerandas.
6 Frater Gabriel à Toro Franciscanus laudatur.

1 VIgesimotertio moneo, quòd decimaquinta ratio ad idem est, quòd multo minus obstat prædictis dicere bona saltem donata, & quæ quotidie post Apostolos, & eorum discipulos Ecclesiis donantur minime habituta idem onus, neque consequenter saltem beneficia super eisdem bonis fundata: quia hoc quoque falsum est.

Primo quidem: quia omnia bona ecclesiastica tam noua, quàm antiqua sunt & appellãtur patrimonium IESV CHRISTI,[a] ad quẽ solum eorum dominium pertinet, vt scribit Innocentius. [b]

Deinde, quòd omnia eisdem fruuntur priuilegiis, [c] omnia sunt sacra quartæ speciei rerum sacrarum, vt ait S. Thom. [d] & quisquis suffuratur, aut rapit eorum aliquid sacrilegus [e] est, nec vlla regulariter possunt alienari. [f] Cũ igitur omnia sortiantur eadem priuilegia & honores, par est, vt eadem quoque sortiantur onera. [g]

Tertio quòd similes similia expetere & affectari præsumuntur, iuxta illud ([h] *Omnis caro ad similem sibi coniungetur.* Et in Ethicis. *Similis similem quærit, & monedulam.*) At hi qui post Apostolorum eorúmque discipulorum tempora, bona donant, & donarunt Ecclesiis, similes sunt his, qui ante eos aliquid donarunt eisdem, sanè fideles, deuoti, humiles & modesti, ob easdémque causas id fecerunt, ob quas illi, ob amorem nempe Dei, & suarum animarũ salutem. Credendum est igitur eos voluisse, vt ab sese donata eadem onera secum deferrent, quæ priscorum dona detulerunt: hoc est, vt ministri sacrorum commodum honestúmque victum ex eis excerperent, & reliqua, quæ superessent pauperibus erogarent: nullatenúsque in malos aut prophanos vsus effunderent, nec in thesauros cõgererent, ignorantes cui congregarent ea. [i]

Quarto, quòd res eadem non est iure diuerso censenda, [k] at ecclesiarũ bona noua etiam vnũ IESV CHRISTI patrimonium, eodem igitur iure censenda sunt.

Quinto, quòd D. Gregorius * relatus in cap. *quia cognouimus*, [l] qui multo post Apostolorũ & eorum discipulorum tempora floruit, insigniter statuit, omnia per summos pontifices in bonis Ecclesiarum antiquis decreta, fore quoque similiter in nouis obseruanda. Quandoquidem omnia vetera & noua, vna & eadem sunt substantia, idémque CHRISTI patrimonium.

*Relatus in cap. quia cognouimus. *Caput hoc incipit Cognouimus: est autem sumptum ex hoc cap. ex lib. 3. epist. 11. ad Maximianum episcopum Syracusanum.*

3 Decimasexta ratio, quòd minus obstat prædictis, quod Dominicus Sotus, [m] in aliud propositum plurimùm perpendit, nempe multos Catholicos post Apostolorum tẽpora, multa donasse, donaréque quotidie certis tantùm adiectis oneribus, quo illud aut illud fiat; ideóque illorum ministros posse, de eorum reditibus, solutis illis oneribus, pro libito disponere. Quæ perpensio nihil prædictis refragatur. Primo quidem, quòd potius ea confirmat, quo ad reditus decimarum & primitiarum, quas clerici vel monachi possident, & quoad bonam partem aliorum prouẽtuum bonorum ecclesiasticorum, quæ constat esse antiquissima, maximáque pars eorum. Quoniam qui de his nouis ac ratione noua, hoc nouum dicit, negare videtur de antiquis, in quibus hæc ratio cessat. [n] Confirmat item quoad alia bona temporalia, quæ Apostolorum atq; discipulorum temporibus Catholici viri Ecclesiis donarunt. Constat enim idem per eos de ipsorum bonorum reditibus atque de ipsis decimis fuisse dispositum. Confirmat item quo ad reliqua bona temporalia, quæ nullis omnino nouis oneribus impositis concessa sunt postea Ecclesiis: probabile enim est, quòd cum ob eosdem fines, eamdémque piam deuotionem, ob quas sui prædecessores donarunt, nullis aliis adiectis oneribus, eadémque quæ illi imposuerunt onera imponere voluisse, nempe vt inde ministri sacrorum ac pauperes alerentur. Secundo ideo non refragatur nobis prædicta Soti perpẽsio, quòd maior pars redituum, qui assignantur Ecclesiis, colleg iis, capellis, & aliis piis locis nouè fundatis à regibus, magnatibus, & aliis, decerpuntur ex Ecclesiarum annexarum decimis, quas constat esse antiqua Ecclesiarum bona & Apostolorum ordine, prædicto oneri addicta, neque vlla vllius, quæ iusta fuerit, auctoritate ab eo exempta.

4 Qui hanc negatiuam negat proferat affirmatiuam ex aliqua gratia Sedis Apostolicæ quæ sola iusta de causa id facere potest, vt prædictum est supra: neque vlla interuenit causa, qua ab eo eximerentur. Cui consequens est neque Pontificem Maximum iustè potuisse ab eo eximere, (per ea quæ inferius [a] diximus. [b] Tertio ideo non refragatur nobis prædicta Soti perpensio quòd qui suis dum taxat bonis prophanis aliqua beneficia fundarunt, quæ non sunt adeo multa, certis oneribus impositis, non donarunt maiora bona, quàm sufficerent ministris alendis & oneribus subeundis, quæ postea alicubi creuerunt, eo quòd fructus & reditus eorum adaucti sunt.

5 Est enim verisimile mentem fundantium saltem tacitam eam fuisse, quando si reditus eorum adeo crescerent, quòd honestè sustentatis ministris, & solutis oneribus multa superfluant, illa insumerentur eo modo quo insumuntur ea, quæ supersunt ex aliis bonis ecclesiasticis, & non in superfluos & prophanos vsus, neque inde thesaurizarent, neque diuites ditarent, sed in alendis egentibus. Quæ mens tacita coniicitur ex eo quòd est verisimile, quòd si fuissent interrogati, quid ex talibus superfluis fieri vellent, respondissent; & ita debet haberi pro responso. argumento glossæ singularis & receptæ [c] vt idem fieret quod fieri deberet de superfluis reliqui patrimonij IESV CHRISTI Optim. Maxim. cùm eorum intentio fuisset, vt ea vnirentur eidem, eisdémque fruerentur priuilegiis, scientes aut scire debentes, neminem alium, neque sæcularem neque ecclesiasticum esse ram absolutum eorum bonorum & redituum eorum dominum, quàm sunt sæculares suorum. & ita consequenter voluerunt saltem tacitè vt essent subiecta oneribus, generalibus, quibus CHRISTI patrimonium subiicitur. Coniicitur item mens hæc tacita ex eo, quòd qui aliquam capellam, vel aliud beneficium particulare fundat, non censetur velle ea eximere à generalibus aliorum beneficiorum oneribus, scilicet recitandi horas, residendi, & aliis, propterea quòd eis certa onera noua imponant.

6 Decimaseptima ratio, quòd traditiones Apostolicas ita obseruare atque venerari debemus, ac leges diuinas, quando contrarium non reperitur decretum per Summum Pontificem vel Concilium. [d] Constat autem per Apostolorum canones, Summos Pontifices, & Episcopos, qui Apostolis continuo, aut sine longo interuallo successerunt, hoc ipsum quod nos dicimus non modo decreuisse, sed etiam obseruasse vt canone 40. & 41. Apostolorum qui referuntur in cap. *sint manifestè.* & cap. *præcipimus.* [e] & per Clementem [f] & per Vrbanum [g] & per Melchiadem, [h] cuius contrarium numquam neque per Concilia, neque per Pontifices fuit constitutum. consequens igitur est, vt id debeat obseruari. Prætereo alia non pauca, elegantia quidem (licet non adeo neruosa, vt predicta) quæ in hoc ipsum persuadendum per virum quemdam vita, literis, & suggestum percelebrem scilicet fratrẽ Gabrielem à Toto egregium Franciscani ordinis decus in libr. de Thesauro misericordiæ varia eruditione referto disputantur, prognosticando paupertatem ecclesiasticorum futuram, eo quòd minimè curant de inopia præsenti proximorum subleuanda, quibus sunt diuites inter ipsos, quam quidem iam videmus Germaniæ, Angliæ & Scotiæ commorari, & sese Galliæ insinuare, mittereque in Hispaniam heu nostram incursores, quam Deus per suam sanctam misericordiam ab ea, eique accidentibus custodiat, Amen. Omnibus rationibus supradictis addidimus alias neruosissimas in prædicta Apologia, quæ inseruntur infra. [i]

a In 3. qu. b Mon. 6.

c Leg. tale pactũ. §. fi. ff. de pactis.

d Cap. ecclesiasticarum. cap. in his ca. catholica. 11. dist. cap. sunt quidam. 25. quæst. 1.

i Monit. 43.

COROLLARIA.

1 Beneficiarij ecclesiastici lege naturali tenentur operibus pijs erogare superflua.
1 Pauperibus nulla lege ita consultum ac Christiana.
2 Decimas, & alia innumera deputant Christiani pijs operibus.

a Cap. cum secundum. de præb. cap. cũ ex eo. de elec. lib. 6.
b In cap. cum super. de cau. poss.
c Cap. quanquàm de cõsib. lib. 6. & clem. fin. cum ibi citatis. eo. tit.
d 2. 2. q. 96. art. 4.
e Ca. prædia. 12. q. 2.
f Ca. sine exceptione. 12. q. 2. & cap. nulli. de reb. eccles.
g Leg. secundum naturã. ff. de reg. iur. clem. 1. de cẽs.
h Ca. 3. Eccle.
i Psal. 38.
k Cap. quia cognouimus. 12. q. 2. cap. in nona. 16. q. 7. cap. ecclesiis. de consec. d. 1.
l 12. q. 2.

m Lib. 10. q. 4. art. 4. de iust. & iure.

n cap. quæsie. 25. d. & cap. nõne. de præsumpt.

2 Pauperum obliuio, quæ præsagit hanc pauperiem.
1 Beneficiarius plus peccat auare retinendo, quàm prodigendo, & nu. 4.
3 Ludolphus. & Dionysius magnum Carthusiani ordinis decus.
4 Auarus deterior est prodigo.
5 Ecclesiastici reditus magni quare minus boni eos habenti, quã pauci victui sufficientes, & quare melius amplius non appetere.

1 VIgesimoquarto moneo, ex prædictis inferri non solùm legibus humanis, verum & naturalibus atque diuinis, beneficiarios erogare debere quæ supersunt pauperibus. cui consequens est nulla consuetudine excusandos, quia illa nihil valet contra legem naturalem, vel diuinam. [a] Sed quòd nulla talis sit dicetur infra. [b]

Et quòd nusquam in toto terrarum orbe fuit vlla gẽs, vel natio probatæ, improbatæue legis, aut sectæ, quæ tam ingentes loculos, seu bursam pecuniarum habuerit paratam cultui diuino, & pauperibus, sicut Christiana: quæ quidem non solùm in id dedicauit decimas prædiales omnium fructuum, ac redituum è terræ cultura prouenientium, iuxta *c. non est*, [c] & scribit S. Thom. [d] & Hostiẽsis, [e] & Panor. [f] omnésque personales lucri cuiuscumq; liciti, mixtas quoque cuiusque pecudũ generis, venationis, & piscationis, ea lege vt deducta sustentatione honesta ministrorum, diuini cultus, prædicationis, & sacramẽtorum omnium egentibus erogentur.

2 Verum & his minimè contenta habet huic pio operi paratas omnes primitias, & alia innumera bona, terrarũ, vinearum, pratorum, montium, vicorum, oppidorum & vrbium: & nisi in aliquibus regnis prohibitum fuisset donare, relinqueréue plura bona Ecclesiis omnia fere fuissent earum. quod satis colligitur ex cap. *clericis.* § & aliquot legibus Galliæ, & Portugalliæ, vbi tam effusi fuere olim in donando Ecclesiis, quàm nunc parci, & ad auferendum ab eis proni; & ita personales decimæ iam vbique ferme subtractæ sunt, imo & prædiales in aliquibus regnis, cui magnam videtur occasionem præbuisse, quòd palam cernitur, non dispẽdi ea in id in quod donata fuerunt: nam quod non capit Christus rapit fiscus. [h] Atque vtinam alij malè insumentes, alij malè detrahentes, & auferentes non irritemus Deum ad iracundiam, vt de hominibus vindictam, quam meremur sumat. Imo vero sua nos afflet gratia vt emendati salui fiamus, Amen.

3 Et quòd nõ solùm peccamus mortaliter beneficiarij, qui id quod superest è reditibus nostris prodigè insumimus, verum etiam qui auarè seruamus. Quoniam paulò superiùs, [i] probauimus, beneficiarios nõ solum humana, sed & naturali, ac diuina lege obligatos esse, ad id quod supereest egenis erogandum: cui quidem obligationi minime satisfacimus non insumendo malè, nisi etiam bene erogemus. Aliud enim est soluere & tradere, aliud custodire & retinere. [k] Hanc eandem conclusionem firmauit celeberrimus ille Ioannes Gerson, [l] & duo illi equè pij, ac docti Lodulphus in vita Christi, [m] & Dionysius, [n] ordinis Carthusiani præclarum decus. qui quidem & alij, vt Ioannes à Sylua, [o] referunt celeberrimum illum & episcopum & doctorem Gulielmum Parisiensem affirmasse, quemdam amicum eius litteris insignem, qui iam vita functus erat apparuisse, dixisseque, quòd vna de tribus causis ob quas fuit damnatus, erat, quia quod è beneficiorum reditibus ei supereesset, pauperibus non erogasset.

4 Et quòd magna est illorum beneficiariorum socordia, qui grauiter detrahunt illis, qui splendidè edunt ac bibunt, & vestientes se sumptuosè, reditus suos impendunt, cùm ipsi miserè viuentes arcas nummis implent, parum animaduertentes non tam prohiberi eis sumptus prodigos, quàm præcipitur largitio & debita exoneratio: id quod palam sensit S. Tho. [p] neque prodigus sumptus esset peccatum mortale, nisi quia debitam exonerationẽ prepedit. neque perpendunt quòd D. Bernard. [q] non tãtum carpit canonicum illum Lugdunensem, quòd è reditibus prebendæ comparauerat ephippia aurea, sellas depictas, calcaria q; argentea, sed & quòd præter honestum victũ & vestitũ reditus retineret. Minus enim malum est prodigus sumptus, qui aliquibus prodesse potest, quàm auara retentio, quæ nemini vt scribit Aristote. [a] & S. Thomas. [b] Est ergo necesse, domini, patres, fratresque, vt non modo non prodigamus reditus beneficiorum, sed etiam ne auare eos retineamus. Et quòd decipitur vulgus cogitans grande bonum esse alicui amplos reditus ecclesiasticos habere.

5 Tunc quia magno labore opus est, ad ita intendẽdum eorum, dispensationi, vt ob eos Deum non perdat, retinendo vel insumendo, vbi quando, quare, & quomodo non debet. Tum quòd rari sunt animi satis fortes ad resistendum tentationibus cognatorum & amicorum plura, quàm par est petentium, iuxta illud cuiusdam sub morte conquerentis, *Medici abstulerunt mihi corpus, & animam amici.* vt scribit Lodulphus. [c] Tum quid etiam difficile est seruare se ab impulsionibus mundi, qui vt plus iusto impendamus quasi vim quamdam infert, & auaritiæ conatibus, quę ad retinendum plus quàm oporter impellit. Tum quia multo facilius est diuitiarum sæcularium rectam rationem reddere, quàm ecclesiasticarum. & dominus de laico diuite loquens, dixit [d] difficile esse, diuitem intrare in regnum Dei: & quòd non est tam prudentię consonum quàm aliqui existimant, quærere ob nostri amorem plures reditus ecclesiasticos quàm sint nobis necessarij ad hanc vitam honestè agendam: neque suscipere, etiam si id rogaremur: quia, id est appetere multùm oneris & parum leuaminis. Non enim est facile, habentis magnos reditus tribuere illos solis operibus piis, petentibus eos de more & importunè cognatis & amicis, argumento cap. *non æstimemus.* [e] Concilij Tridentini. [f] Quin, & iudicio nostro non vacat id culpa saltem veniali, nisi cum verè Deo dicere possumus, quòd nolumus neque acceptamus eos, saltem principaliter ob nostri amorem, sed solùm ob eius sanctum vel Reipublicæ obsequium, & ad impendendum superflua pauperibus. alioquin enim finis inordinatus est per prædicta, & cuius finis malus est, ipsum quoq; malum est, vt habetur cap. *cum minister.* § & scribit Sanct. Thomas. [h] Quæ omnia plurimum iuuat id quod Cardinalis Florentinus, determinauit [i] licet plus aliis laxauerit plurium beneficiorum obtinendi facultatẽ vno eorum sufficiente, videlicet neminem posse illa obtinere vllo modo, neque cum dispensatione, neque absque illa, nisi ea conditione vt non thesaurizet ex eorum prouentibus, neque indulgentiorem victum aut factum ob id adderet. Et quoniam permulti habebant plura beneficia, quàm ad honestè viuendum essent necessaria, pauci verò æquam expositionem Cardinalis præfati obseruabant, decreuit Sanct. Concilium Tridentinum [k] vt nullus permittatur habere nisi vnicum, quod sibi sufficiat, beneficium.

SVMMARIVM.

1 Beneficium, aut episcopatum idoneum relinquere ob alium maioris reditus sine aliqua causa peccatum est.
2 Mutationes dignitatum Dæmon, & mundus inquirendas nobis procurant.
3 Auaritia non est partem aliquam congruam redituum necessitatibus verisimiliter futuris obseruare nu. 2. neque nummos paulatim congerere, magnis, & pijs operibus, & quid tunc agendum: ne mors inopina nobis intercedat. nu. 4.

1 VIgesimoquinto moneo, nescire me Episcopos, & ecclesiarum parochialiũ Rectores omnino à peccato excusare, qui honestum victum in terris salutiferis habentes, sine alia necessitate aut vtilitate publica, studẽt relinquere sua beneficia, eo solo quòd minoris sint reditus, & capiũt alia, eo solo quòd sint maioris. Primo quòd appetere episcopatum propter bona illius tẽporalia, manifeste est illicitum vt ait S. Thomas [l] declaratus à nobis in Enchir. de oratione. [m] Secundo propter ea quę in præcedẽti corollatio diximus. Tertio quia iura pontificia sæpius renouata, ratione iusta id prohibuerunt, vt cap. *mutationis.* cap. *sciant.* quæ agunt de episcopis, & cap. *non oportet.* capit. *peruenit.* quæ agunt de aliis minoribus, [n] quæ nescio quare non citauit Sotus, [o] quibus apertè præcipitur, vt neque auaritia, neque præsumptione, neque voluntatis propriæ causa huiusmodi fiant mutationes, sed solùm necessitate

a 4. Ethic. b 2. 2. q. 119. art. 3.

c In vita Christi p. 1. c. 68. fol. 2.

d Matth 19. & Mar. 10.

k Sess. 24. c. 17.

l 2. 2. quæst. 188. art. 1. m Cap. 22. missæ. 42. n 7. quæst. 1.

o In lib. 3. q. 6. art. 2. col. 15. de iust. & iur.

sitate aut vtilitate,nõ quidem proprię crumenæ seu bursæ, vt eadem decreta apertè significant. [a] Quarto quòd oues cognitas vtilius gubernare possunt, quàm eas, quas nondum cognoscunt, neque sciunt quanto tempore cognoscent,& ita gratius inseruiet in eis Domino,nisi alia causa aliud suadeat: per prædictum capit.*mutationes*. & cap.*sciant*. Quinto quòd non possunt impendere sibi suisque plus, quàm poterant cum sola beneficia minoris valoris haberent, nisi ea ipsa sint altioris dignitatis, & honoris per conclusionem communem principalem, quam intendimus,& proposuimus supra, [b] & per addita etiam supra,[c] & per dictum Cardinalis.[d] Sexto quia habentibus saltem idonea beneficia, quibus honestè ali possint,peccatum est appetere propter se saltem altiorẽ regendarum animarum locum secundũ ca. *episcopatum*, [e] & S.Thomam.[f] At altioti loci, maiorisque reditus beneficia maius animarum onus habent frequentius.

2 Verum enimuero cùm hæc ita sese verè habeant, Deusque omnibus præsens extet, qui per se & per eius sponsam, matremque nostrã Ecclesiã sanctam nos ea ipsa edocuit:Diabolus ramen & mundus, quia fortitudo animi nostri imbecillis est,nonnullos prouectam etiam ętatem agentes, in has varias beneficiorum mutationes nos trahũt exagitatos, paulo minorem curam,vt eas indipiscamur adhibentes, & vtinam non maiorẽ quàm ad æternam gloriam consequendam adhibeamus. Quare non possum non laudare episcopum illum Italum, qui refertur ante paucos annos, renuisse trãslationem sui ad opulentiorem episcopatum dicens. cum vix possim impendere,vt par est,reditus episcopatus,quem habeo tenuiores, quomodo impendam iuste illius qui offertur ampliores: Sed quòd nõ est auara retentio qua mediocrem pecuniæ quantitatem necessitatibus verisimiliter futuris,ægritudinum,litium,annorum infructiferorum, & id genus aliorum,prudẽter obseruamus,vt scribit S.Tho. [g] Dixi *verisimiliter*, contra eos qui dicunt, seruare se in id tempus, quo centum fuerint annorum, cùm tantùm sint adhuc 30. siue neptibus pauperibus ex fratre, sororéue collocandis, quæ nondum natæ sunt, & id genus aliis. Non enim oportet omnes casus,qui contingere possunt considerare secundum S.Thomam, [h] quæ quidem minime nos docet vera prudentia; sed potius pusillanimitas & auida sollicitudo diuinæ prouidentiæ parum fidentes, proponunt. Et quòd non est etiam auara retentio illa contra illud.*Nolite de crastino cogitare*, [i] qua paulatim cumulamus id quod necessarium est, matrimoniis aliquot piis contrahendis,aut fabricandis Ecclesiis,capellis, collegiis,hospitalibus;aliisue huiusmodi piis ac sanctis operibus: est enim viri prudentis, ædificiis perficiendis etiã antequam incipiantur necessaria prouidè parare, iuxta illud. [k] *Qui vult turrim ædificare prius sedens computat sumptus, &c.ne insultetur ei quod cæpit ædificare & non potuit consumare.*

3 Quamquam profecto etiã in hoc casu per quam cõmodum esset,vt quemadmodum sensim pecunias congerimus,ita etiam aliquibus piis,& probatis viris Catholicis,vnam atque alteram,inter viuos donationem irreuocabilem faceremus,adiecto onere impendendi ea omnia bona in his piis operibus,quæ facienda destinamus.Esset tamen prudentiæ addere illis clausulam , per quam liceret nobis, aut quibusdam aliis, quorum prudentiæ atque pietati fidimus, mutare illa in alia opera pia, si aliquo respectu illa non conuenirent tantùm, quantum alia.

4 Donationes autem ita fiant, vt eas minimè reuocare possimus,sed velimus nolimus,donata à nobis bona, his, aut illis piis operibus insumenda necessario permaneãt: quia mors inopina solet bona proposita impedire,[l] iuxta illud, *nescitis diem neque horam*. [m] & quæ piis finibus coacti essemus, possent cedere malis,iuxta illud, *exibit spiritus eius,& reuertetur in terram suam,in illa die peribunt omnes cogitationes eorum*. [n] si fortè neque iure, neque facto intercedente morte testari possemus, in offendiculum proximorum,auaritiam mortuorum inde colligentium,vt ante paucos annos cuidam magno præsuli accidisse vidimus,qui pecuniam ingentem collegio ingenti fabricando congesserat.

[a] *In fine d. c. mutationes.*
[b] *Monito 10.*
[c] *Monito 12.*
[d] *Monit. præceden.*
[e] *Cap. in scripturis. capit. clemens. 8.q. 1.*
[f] *2. 2. q. 185. art. 1.*
[g] *2. 2. q. 32. art. 5.*
[h] *In d. ar. 5. ad 3.*
[i] *Matth. 6.*
[k] *Luc. 14.*
[l] *Le. 1. ff. de cond. & demonst.*
[m] *Matth. 25.*
[n] *Psal. 145.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarij ea, quæ parcè viuendo de suo honesto victu detrahunt,faciunt sua.*
2 *Beneficiarij satisfaciunt decretis insumendo quæ supersunt in operibus pijs,etiam si pauperibus non erogent.*
2 *Opera pia quæ sunt. & num. 3.*
4 *Pium legatum quod. & an dotis legatum pium sit?*
4 *Legata quædam sunt pia in foro interiori, quæ non sint in exteriori, & contra.*

B 1 VIgesimosexto moneo,conclusionem principalem minimè locum habere in his, quæ beneficiarij de suo victu honesto partius viuendo seruant, vt sensit S. Thomas,[a] & exprimit Maior, [b] & probant Adrianus [c] & Sotus:[d] quia cum ea eis ad suum victum dentur, data censeri debent cum facultate plena disponendi de illis. Et quia videntur id quærere sua quadam industria & pœna, & eo modo quæsita censentur patrimonialia, vt superius scripsimus:[e] quia item S.Thomas [f] author est,episcopum disponere posse de reditibus sumptui suo deputatis, perinde ac de reliquis patrimonialibus. cuius sententia, vt paulo post dicemus non debet intelligi de tota parte sibi per diuisionem assignata, sed de illa, quæ ad eius honestos sumptus est necessaria. Aliquot aliæ rationes confirmantes prædicta adduntur ex apologia infra. [g]

2 Et quòd beneficiarij satisfaciunt decretis expendendo ea,quæ supersunt in quibuscúque piis operibus, etiam si ea egentibus non tribuant, vt ait Adrianus:[h] quoniam vt S.Thomas [i] determinat,& decretis comprobatur [k] quę supersunt non debentur solis pauperibus, cum etiam fabricis, ornamentis, & id genus aliis, diuino cultui congruentibus, sint impertienda. Quæ autem sint opera pia, neminem reperio qui funditus explicuerit, tametsi per plurimos tactum: vt colligi potest ex Ludouico Romano [l] & aliis quàm multis. Verum considerantis omnibus breuiter resolui potest, ea omnia & sola, esse pia opera, quæ ad diuinum cultum,pietatem, & misericordiam pertinẽt,quia quamuis pietas,pro vt est virtus moralis solùm cultum patriæ, parentum, & cognatorum contineat, vt per S. Thomam,[m] tamen accipitur etiam pro religione, vt per Augustinum [n] & pro misericordia.[o] & his duobus modis accipitur in nostro proposito, intelligendo tamen per cultum diuinum, eum quoque, quem Deo impartimur per tres virtutes Theologicas fidem,spem, & caritatem, quibus colitur Deus, licet aliter, quàm per latriam aut religionem virtutum moralium primam, iuxta S. Thomam. [p] Quare talia sunt omnia opera, quæ propter Deum potissimum aguntur. Tales quoque Capellaniæ, Beneficia,Missæ,aliáque officia diuina, & omne quod ad ea præcipuè pertinet. Talia etiam septem opera misericordiæ spiritualia, quæ continentur in illo versu, *Consule, castiga, remitte, solare, fer, ora*, intelligendo per consule etiam doce,vt diximus in Manua. Confess.[q] septem quoque opera misericordię corporalia,quę continentur in illo versu,*Visito,poto,cibo,redimo,tego,colligo,condo*. quæ declarauimus ibidem, necnon id omne, quod principaliter ad ea dirigitur. quoniam à virtute misericordiæ nascuntur tamquã à matre:à caritate verò tamquam ab auia,sicut in Manuali,[r] declaratum est. Quamobrem studia Theologię præsertim, & canonum, stipendia pulpituum atque sermonum ad docendum & consulendum opera pia sunt: quandoquidem sunt opera misericordiæ spiritualia, vel ad ea pertinentia,& etiam hospitalia,confraternitatésque constitutæ ad hospitandum,vestiendum, & curandum egenos,ad reficiendas domos exustas, & ad captiuos redimendos, ad opera namque misericordiæ corporalia pertinent.

Ex hac radicali resolutione colligitur ratio illius celebris glossæ, [s] quæ quidem asserit, id legatum esse pium, quod legatur ad animæ salutem, ratio quoque illius Baldi, [t] tale est etiam quicquid relinquitur ad opera in ipsa opera misericordia directa: quoniam id omne est opus

misericor

[a] *2. 2. q. 185. art. 7.*
[b] *In 4. distin. 24. q. 17.*
[c] *In 4. dereſtit. q. 12.*
[d] *Lib. 10. q. 4. arti. 3. de iust. & iur.*
[e] *Mon. 19.*
[f] *2. 2. 185. arti. 7. & quoli. 6. arti. 12.*
[g] *Ead. q. mon. 44. & seq.*
[h] *In 4. dereſtit. q. 12. col. 7.*
[i] *In quodlib. 6. art. 12.*
[k] *Cap. duo. 12. q. 1. & c. reditus. capi. vobis. & ca. quatuor. 12. q. 2. ea.*
[l] *In authen. ſimiliter. C. ad leg. Falcidiam.*
[m] *2. 2. q. 101.*
[n] *Lib. 10. c. 4. de ciuit. Dei. cap. 122. q. 2.*
[o] *Ca. ſi quælibet. 22. q. 2. & cap. legi. 23. q. 8.*
[p] *2. 2. q. 81. art. 5.*
[q] *In cap. 24. nu. 4.*
[r] *In cap. 24. nu. 2.*
[s] *Leg. ſi quis Titio ff. de le. 2.*
[t] *In l. 1. col. 4. C. cõmunia delegat. & in Marg. verbo teſtator*

misericordiæ, vel attinens ad illud.

4 Hinc etiam desumitur, ratio, cur legatum pro dote, vel alimentis relictum diuiti in foro exteriori non iudicatur pium, etiam si legans, dicat apertè se illud amore Dei, siue pro anima sua facere, iuxta glossam solemnem.[a] E contrario verò iudicabitur pium id legatum, quod legatur in pauperes, etiam si non dicat amore Dei, vel pro anima sua sese id facere: & quamuis verè id non faciat amore Dei, neque misericordia pauperis: nam in hoc foro, quicquid homini (qui nosciturr esse pauper) legatur, ob misericordiam dari præsumitur. Contra verò, quicquid homini(qui nosciturr esse diues)legatur, non præsumitur ob misericordiam legati: licèt verè ob eam legetur, etiam si exprimatur, quòd ob eam datur: imo potius creditur legari ob amicitiam, cognationem, vel liberalitem. Itaque nonnumquam ea quæ apud Deum sunt opera pietatis,apud iudices iudicantur prophana,& econuerso,quod est prophanum in eius diuinæ maiestatis conspectu, pium inter gentes existimatur. Impendat ergo beneficiarius, ea quæ sibi supersunt in opera quæ sunt pia, coram Deo & hominibus, vel saltem coram Deo, qui falli minimè potest, neque arbitretur se satisfacere, eo quòd impendat in ea,quæ hominibus, qui facilè decipi possunt, appareant talia.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarij satisfaciunt erogando superflua quibuscumque pauperibus,aut pijs operibus, quæ delegerint. & seq.*
2 *Pauperes,qui à testamentario diligendi.*
3 *Pauper est in hoc, cui pro sua decentia necessaria desunt.*
4 *Pauper efficitur aliquis magna patrui,siue fratris fœlicitate.*
5 *Pius V. Papa mirificum hac in re dedit exemplum.*
5 *Beneficiarij de prouentibus ecclesiasticis insumant pro libito, tantum quantum in Ecclesiam suam, ac pauperes de patrimonialibus impendent.*

D 1 VIgesimoseptimo moneo, quòd beneficiarij satis officio nostro facimus impertiendo ea quæ supersunt, quibuscumque pauperibus, quos ad id elegerimus: tametsi cæteris paribus, pientius esset erogare parochianis,aut inhabitantibus locum,vbi sua sunt beneficia,[b] imo & pientius dare paupertoribus aut melioribus, qui virtute præstantiores esse videntur.[c] Diximus,cæteris paribus, eo quòd vt colligi potest ex d. cap.*non satis*, & cap.*est probanda*, [d] aliqua ratio patriæ, cognationis, amicitiæ, obsequij, honesti & aliorum similium haberi potest, quo iustè præferatur extraneus indigenæ,pauperiori minus pauper, atque meliori minus bonus, quamuis Vlricus relatus à Dionysio [e] contrarium dicat, nihil ad id allegando, qui tamen allegare poterat legem illam,leg.*si quis ad declinandam*, [f] quæ habet. Id quod à testatore pauperibus relinquitur,dandum esse hospitali sui loci, si vnum tantùm habetur, & si plura pauperiori. Et licet ea lex sublata sit, per §. *si quis autem pro redemptione*, [g] quatenus de hospitali loquitur, non est tamen sublata quoad illud, quod decernit de erogando sui loci pauperibus, vti singularis glossa approbata [h] declarauit.

2 Ipse verò non auderem,obstringere ad hoc beneficiarios.Primùm quidem quòd testamentarius, siue cui testator pauperum electionem commisit, eos quos vellet eligere posset, etiam si non essent ex eius loco, iuxta doctrinam Ioannis Andreæ,Dominici & Franchi, communem.[i] Deinde quòd neque Diuus Clemens, [k] neque vllus textus habet, decimas impartiti debere pauperibus loci, qui eas soluit, imo iubet easdem elargiri etiam peregrinis & aliegenis.

Tertio quòd vetus consuetudo, quæ est optima legum interpres, [l] declarasse videtur, satis esse dari pauperibus, etiam si non sint loci beneficij.

Quarto quòd illi glossæ, textibúsque quorum optimus videtur l. *quæ conditio*, [m] in quibus illa fundatur, respondeti potest, ea habere locum in testatore, qui tamquam homo priuatus loci sui cohabitatoribus propensior videtur.

Nos verò loquimur de sancta matre Ecclesia Catho-

[a] *In l. illud. C. de sacrosan. eccles.*
[b] *Argu. l. si quis ad declarandam. C. de episcop. & cleric. & l. in eccleſiis. eodem titu.*
[c] *Arg. d. l. ſi quis. & cap. pulchra. & cap. non ſatis. 86. diſt.*
[d] *Et cap. cõſiderandæ. & cap. pulchra. 86. diſt.*
[e] *In lib. contra pluralitatem beneſic. art. 11.*
[f] *Ca. de epiſcopis & clerici. & Auth. de ec cleſi. titu. collat. 9.*
[g] *Cap. ſi pater. verbo pauperũ. de teſta. lib. 6.*
[h] *Super dict. gloſſ. dict. cap. ſi pater.*
[i] *In præcitato lib. de Conſt. Apoſt. lib. 8. cap. 36. & lib. 2. cap. 29.*
[k] *Ca. cum di lectus. de cõſtit. & l. minime ff de leg.*
[l] *§. cum ita. ff. de ædit. & demonſt.*
[m] *Argu. cap. fin. de iniur. & l. qui occidit. ff. ad leg. aquiliam.*
[i] *In d. capi. 1. ſeſſ. 25. de reform.*
[k] *De præbẽ. & §. 1. 42. diſtin. & cap. 1. 82. diſtin.*
[l] *Cap. conuiuia. 44. diſt.*
[m] *Et ca. relatum 2. de teſtamen.*
[n] *Ca. 25. nu. 27. adde dicta monit. 19.*

1 VIgesimooctauo moneo, quòd sola liberalitas, aut amicitia humana non sufficit ad huiusmodi sumptus iustificandos. Primò, quia hoc non facit, vt opus illud sit actus alicuius prædictarum virtutum. Secundò, quòd sanctum Concilium Tridentinum, [a] omnino prohibet Episcopis, & quibuscumque beneficiariis ecclesiasticis, etiam si sint Cardinales, ne consanguineos & familiares suos, nisi fuerint pauperes ecclesiasticis prouentibus extollant: id *quod olim statuerat sexta Synodus relata in c. quisquis, [b] & Concilium Toletanum in cap. decenter, [c] quin eos vehementer monet, vt carnalem erga suos affectum ex animis euellant, vti radicem & originem multorum malorum, quod colligitur ex glossa adiuncto textu capit. peruenit, [d] quod non faceret, si liberalitas, & humana amicitia, iustam dandi eis causam constitueret.

* Quod olim statuerat sexta Synodus. *In nouo decreto legitur hoc caput ex septima synodo cap. 12. quod etiam in Canone Apostol. 19. haberi in margine annotatur. Caput autem decenter ex Concilio 10. Toletano cap. 3. exceptum legitur.*

2 Et quòd ex hoc infertur aliqui, non esse bene impensum id, quod in quibusdam Ecclesiis & Monasteriis impenditur, hospitando aliquot consanguineos, ac iureconsultos, aut nobiles per ea transeuntes, aut in ipsa per aliquot dies animi gratia sese recipientes. Nobis tamen semper visum est contrarium: illa enim non est pura liberalitas, quæ consistit in pura donatione, de qua in leg. 1. [e] imo donatio ob causam, quæ non est pura donatio iuxta prædictam leg. 1. & totum titulum, [f] & artificium acquirendi & conciliandi voluntates eorum, qui fouerunt aut fouendi potestatem habent eorum iura, & causam, in iudicio aut extra illud, dummodo ita fiat, vt absit epularum curiosarum vel immodicarum, & vinorum nimia exuberantia, [g] ne cum ab omni genere mali cauendum sit, [h] significent, non tanti se habere paupertatis statum, quem professi fuerunt, quàm diuitiarum, quem deseruerunt per votum paupertatis, quod se protendit ad renunciationem bonorum sæcularium, vt ait S. Thomas, [i] ad 4. & nitentes quærere honorem temporalem, quem effugere debent, [k] non amittant spiritualem, quem procurare tenentur. Ne item hospites ædificandos bono exemplo temperantiæ, modestiæ, abstinentiæ, ac sobrietatis, vitiis eis contrariis offendant, & ila abeant reprobantes magis immoderatam eorum exhibitionem, quàm approbantes moderatam ipsorum hospitalitatem. Hodie octauo die Iulij anni 1566. in hac sanctissima ordinis Carthusiani domo sanctæ Mariæ à Paular, quæ est cœlestis imago in caritate, religione, tranquillitateque, vbi mihi cum ad eam Mantua Carpentaria siue Madrid pene mortuus delatus essem, Virgo mater, eius patrona in tertium diem pristinam salutem impetrauit, horum ipsius seruorum & dominorum meorum in ea commorantium intercessione. Hodie inquam legēs sanctas eorum constitutiones, (quibus in tanta perfectione tota Carthusiana congregatio conseruatur) vnam inueni, cuius exemplum hic positum, ea, quæ dicta sunt vnicè probat, scilicet, [l] *hospitibus cum ad nos veniunt, aut per nos inuitantur ad conuiuia, non ministrentur nec præparentur diuersa & exquisita cibaria, ex quibus & religiosi & seculares, imo etiam & ipsi hospites scandalizantur, & grauantur: vnde duobus non curiose præparatis ferculis, cum coquina, caseo & fructibus debent esse contenti, nisi tanta dignitatis, &c.* hæc ibi, faciunt. cap. *non satis*, & cap. pulchra. [m]

SVMMARIVM.

1 Beneficiarius secularis potest cuilibet largiri id quod meretur ob maiora obsequia, quodque suum beneficium requirit.
2 Honore quo duplici honorandi presbyteri.
3 Beneficiarius non amittit suos fructus eo solo quòd male viuit contra Adria.

1 VIgesimonono moneo, quòd pro nostræ conclusionis limitatione teneri potest opinio Ioannis Maioris, [n] scilicet beneficiarium non magis mortaliter peccare, expendendo prodigè de suorum prouentuum parte, quàm merentur eius labores, & vtilitas quam affert Ecclesiæ Dei, vltra mediocrem seruitium, quod eius beneficium requirit: quàm expendendo de portione, cuius eget ad necessariam sui sustentationem, de qua [a] dictum est. Primo quidem, quia lege naturali & diuina, dignus est operarius mercede sua. [b] Deinde, quòd si vniuersalis Ecclesia omnes Ecclesiasticos prouentus in vno cumulo haberet, & seruientibus ei satisfaceret, vnicuique deberet pro merito tribuere, tribuendo plus ei, qui plus mereretur. Tertio quòd certum est clericum, cui Ecclesia daret de sua mensa trecentos ducatos, eo quòd labor eius & commodum quod ei affert eos merentur, posset de illis omnibus libere disponere: quoniam essent bona per industriam eius acquisita, quæ sunt ei patrimonialia, & ab onere bonorum Ecclesiasticorum beneficialium libera, [c] vt dictum est, [d] supra, etiamsi centum ei sufficerent ad vitam honestè transigendam.

2 Qua ipsa ratione videtur quòd idem facere potest de trecentis ducatis, qui redeunt ex eius beneficij fructibus, quamuis centum ex illis sufficerent ipsius honestæ sustentationi, si obsequia, quæ facit, præter ea quibus obstrictus est, id merentur. Postremo quòd illud Apostoli, [e] *Presbyteri qui bene præsunt duplici honore digni habeantur, maximè, qui laborant in verbo, & doctrina*, quamquam à nonnullis, præsertim ab vtroque Thoma, [f] intelligatur de stipendio & reuerentia: rectè tamen intelligi potest de duplici, vel maiori salario, vt Gelasius, [g] dist. & glossa solennis ex eius dicto colligit presbyteros plus salarij recipere debere quàm diaconos, plus autem hos, quàm alios minores, id quod optimè in Episcopatu Palentino perpensum reperitur, cuius rei ratio est, quòd presbyteri magis operantur in Ecclesia, præcipuè si concionantur, & doceant, ita vt nobis fateri liceat, quòd si duo habeant singula beneficia redituum trecentorum ducatorum, ambo possunt pro libito expendere id, quod illis ad se honestè sustentandum opus est boni viri iudicio: etiá si suis beneficiis plusquam mediocriter non inseruiant, fingamus id ascendere ad centum & quinquaginta, quoad sustentationem: iam si alter eorū non magis inseruiat quàm omnino tenetur, alter verò multo magis, audiēdo confessiones, cōcionando, docendo, visitando, infirmos consolando, pacis & aliorum huiusmodi curam habendo, poterit hic rectè expendere tantò plus, quantùm eius seruitia supererogatoria, pro boni viri iudicio merentur: meritis enim inæqualibus inæqualia præmia debentur vt ait S. Thomas, [h] & gratia maior datur vni quàm alij vt idem ait, [i] quę si alia centum & quinquaginta valuerint, poterit is de toto suo reditu pro sua voluntate disponere, nil plus de illo pauperibus erogando, quàm laicus alius de suo: quæ conclusio consolans est & incitans, addénsque eis calcaria, qui magnos prouentus habent, vt operatij quoque magni sint in vinea domini, & quòd dura nimium videtur opinio Adriani, [k] scilicet quòd beneficiarius qui malè viuit, assiduè Deum offendendo, sui beneficij fructus amittit, eósque restituere tenetur, quomodocumque illis vtatur. Durior verò Cardinalis Alexandrini in summa, [l] videlicet quòd eos amittit pro rata temporis ille, qui malam vitam agit interdum, & si non ita viuit assiduè. Quoniam verius existimamus, quòd dummodo titulum habeat Canonicum, suásque horas celebret eos non amittat: imo de illis legitimè viuere potest. Primo, quia neque textum, neque rationem necessariam habent, quo suam probent opinionem. Deinde quòd legibus, quas illi citant, respondeti potest, quòd neque causa totalis, neque etiam magis præcipua, qua eos acquirit, est bona vita, sed titulus, & officium diuinum, quòd potissimum consistit in horis Canonicis celebrandis, quæ appellantur pensum seruitutis. [m] Postremo, quia communis opinio Panormitani, & aliorum, [n] affirmat: quòd ante Lateranense Concilium coactum sub Iulio II. & continuatum sub Leone X. sess. 9. §. *statuimus*, quem explanauimus in Enchiridio de oratione, [o] nō amittebat fructus ille, qui nō celebrabat Horas Canonicas: imo neque post illud qui non celebrat intra sex menses ab eo habito, vt in prædicto §. *statuimus* statutū est. At cōstat eum qui non celebrat male viuere. Attamen tam integrorum & doctorum virorum opinio notanda est, ad retrahendum à suis vitiis eos, qui palā eis vtuntur.

a In *monito 28.*
b *Luc. 11. ad Corinth. 9. c. 1. 13. quæst. 2.*
c *Capit. quanos. de testa. & capit. 11. quæst. prima.*
d *Monito 19.*
e *1. ad Tim. 5.*
f *In dict. cap. 5. ad Timot.*
g *In cap. consuluit 74.*
h *1. 2. q. 47. arti. 7. ad 3. 1. 2. q. 112. arti. 4.*
i *In 4. dist. 15. q. 1. art. 2. q. 3.*
k *In 4. dist. 15. q. 14. col. 9.*
l *12. q. 3.*
m *In c. presbyter. 91. dist. & cap. 1. de celeb. miss.*
n *In cap. 1. de cele. miss.*
o *super capit. quando. de consec. dist. 1. cap. 7. à num. 31.*

SVMMARIVM.

1 Beneficiarij minores, mediocres, & Episcopi quoad hoc æquales.
2 Distributiones, & alij fructus quoad hoc æquales.
3 Augmentum operatura non debent minuere.
4 Beneficiarius pro libito disponat de quæsito ratione ordinis.

1 TRigesimo moneo quoad conclusionem præfatam nostram, & communem nihil interesse inter Episcopos, & Rectores, atque Priores & Parochos, nec inter hos, & canonicos & portionarios, nec inter hos & capellanos, aliósque simplices beneficiarios: quamquam aliter sensit Caietanus, [a] vt Dominicus Sotus prudenter dixit, [b] quia in omnibus eadem ratio militat, cum omnes fundati sint in bonis ecclesiasticis, quæ IESV CHRISTI patrimonium existunt, & in omnibus locum habent, quibus dicta communis, & nostra conclusio nititur. Conciliúmque Tridentinum, [c] non solum prohibet episcopis, sed etiam cæteris beneficiariis, ne suos consanguineos & familiares, de prouentibus ecclesiasticis diuites efficiant.

2 Et quòd quoad hoc propositum nihil refert, an prouentus quærantur ex quotidianis horarum distributionibus, aut ex communi cumulo, quod grossam appellant: quicquid sentiat glossa Gulielmi, [d] primo quòd alia bonorum quærendorum ratio constituta per eum, qui ipsa recipit, non potest mutare finem, ob quem ei data fuerunt ab aliis. [e] Deinde quòd distributiones subrogantur illi cumulo grossæ, & subrogatum habere debet qualitatem illius, cui subrogatur. [f] Tertio quòd statutum ad vnum finem contra illud operari non debet. [g] At finis in quem institutum est in multis Ecclesiis, vt prouentus per distributiones quærantur est, vt clerici magis obstringantur, fiantque religiosiores, quàm essent, si eosdem aliter quærerent, & consequenter non debet maiorem licentiam & minorem religionem in illis operari, quo liberius & minus religiosè de illis disponere valeant, quàm antea, quando quærebantur ex cumulo communi.

3 Postremo quòd nihil obstat cap. 1. [h] quo nonnulli nituntur, ob id quod inferius, [i] illi respondebitur: sed multùm refert, an clerici lucrentur ratione suæ dignitatis clericalis extra suorum beneficiorum fructus: puta per missarum celebrationem, aut per auditiones confessionum, aut dicendi officia diuina, aut seruirium capellaniarum, aut per stipendia pulpituum, & vicariatuum, siue sua beneficia obstringant eos ad id siue non: quia hæc lucra sunt quasi patrimonialia, vt dictum est supra. [k]

SVMMARIVM.

1 Consuetudo contra hanc conclusionem non prodest.
2 Prælati cuiusdam maximi reuocantis male legata.

1 TRigesimoprimo moneo, quòd beneficiarios non excusat consuetudo donandi huiusmodi bona quibus, & quantum, & quomodo eis videbitur. Tum quia nulla talis est, tum quia si foret non valeret: quoniam non valet consuetudo contra legem naturalem vel diuinam, [l] imo dicitur in iure corruptela, [m] talis diceretur hæc, eo quòd dicta conclusio necessariò de legibus naturalibus ac diuinis infertur: nam omne quod in bona consequentia ex lege diuina & naturali infertur lex diuina, vel naturalis est.

2 Et quòd insigne exemplum & imitatione dignum fuit illud, quod quidam Pater Dominicanus valde venerabilis & permagnus concionator, quem nos cognouimus, exhibuit: is dixit prælato cuidam primario morti proximo, qui supellectilem suam, & actiones magni valoris vni nepoti suo leganit, duabus vel tribus horis antequam moreretur, dixit inquam, quòd ea de causa sola damnaretur, nisi sibi consuleret, & prælatus, vti vir singulari virtute præditus timore tremens de remedio consuluit, quod cùm intellexisset conuertit illud legatum in aliud pium opus illustre, quod etiam hodie in ciuitate quadam primaria refulget. Cuius similia quædam acta sunt, nobis consulentibus à nonnullis beneficiariis, qui alioqui suos consanguineos ditandi causa damnati fuissent: nam id effugere nequibant, etiam si vera esset opinio eorum, qui dicunt eos non teneri ad restituendum ea, quæ in vsus prophanos expendunt: quoniam ipsimet fatentur mortaliter peccare illos, qui sic expendunt. Et ita morientes huiusmodi legara non retractando, quæ retractare poterant, non satis pœnitebant, & Diabolus eorum animas rapuisset, [a] & hæredes eorū bona parū de ipsorū pœnis indolentes possedissent.

SVMMARIVM.

1 Beneficiarius de suo beneficio viuere potest seruando alia sua bona, cui volet.
2 Beneficiarius, & pensionarius quo ad hoc pares.
3 Remedium ordinarium fauorabilius extraordinario.
4 Beneficium regulare numquam sæculari confertur, nec sæculare regulari in titulum, sed in commendam sic à Papa.

1 TRigesimosecundo moneo, quòd vehementer consolatur beneficiarios illud Innocentij ab omnibus fere approbatum, [b] quem Panormitanus sequitur cum communi, [c] & licèt Decius ibi tenuerit contrarium, tamen, [d] sequitur cōmunem, quam etiam Adrianus, Maior, & Sotus tenent vbi supra: videlicet, quòd omnes viuere possunt, atque capere de suis prouentibus Ecclesiasticis, quantum ad congruam eorum sustentationem opus est, & seruare quibus volent suum patrimonium cum eius fructibus. Ad dictum autem Prosperi, per quod tenuit contrarium eruditissimus Achilles Statius, in Epistola, quam ad nos misit longè post impressionem huius libri, quodque prius allegauit Gratianus, [e] respondemus ei sub finem Epistolæ nostræ, quam ad eum dedimus, & infra in hoc eodem libro post tractatas prædictas tres quæstiones suæ adiecimus. Eadem ratione, quamuis illi non id penitus exprimant, idem facere possunt de illis, quæ consequuntur, ex quacumque industria sua literarum, numerum, negotiorum, legationum, contractuum, ac donationum, & aliorum modorum non pertinentium ad eorum beneficia, quia vt dictum fuit, [f] omnia huiusmodi sunt eis, perinde ac patrimonialia. [g]

2 Et quod id ipsum, quod dictum est de beneficiatiis Ecclesiasticis, dicendum est de pensionariis pensionum Ecclesiasticarum, quas Pontifices Maximi constituere solent super fructibus aliquorum Episcopatuum, & aliorum beneficiorum ad vitam eorum, videlicet quòd quicquid inde supererit illis, desumpto eo, quo ipsi pro decenti eorum statu egent, tenentur expendere in pauperes, aut alia pietatis opera. Primum, quia res transeunt cum oneribus suis, [h] & summi Pontifices non absoluunt ab onere, cui subiacent fructus beneficij, nempe vt ea quæ supersunt pauperibus aut operibus pietatis erogentur, eo quòd iubeant, vt alius, qui non sit beneficiarius, eos ad sui sustentationem accipiat. Secundo, quòd concessio pensionum, plus efficere non debet quàm vellet ille, qui cōcedit eas, [i] & summi Pontifices in suis diplomatibus apponere consueuerunt, quòd eas concedunt pro alimentis, vt commodius pensionarij possint sustentari: palam significantes nolle, vt eas prodigant. [k]

3 Tertio, quòd remedium ordinarium fauorabilius est quàm extraordinarium vt aiunt glossæ solennes & penultimæ, [l] at reditus pensionum est extraordinarius. Cùm ergo reditus beneficiorum licèt sit ordinarius ad id oneris teneatur, non conuenit vt pensiones sint immunes ab eo. Quarto, quòd ei qui minus præmij meretur nō debet plus dari, [m] & minus meretur pēsionarius, qui dicere non tenetur officium diuinum saltem maius, vt latè tradimus in Enchir. de oratio. [n] neque seruire, quàm beneficiarius qui vtrumque facit. Quinto, quòd qui contradixerit æquè dicere debet, quòd si summus Pontifex vni concederet centum seu ducentorum millia ducatorum in pensionem, posset is de illis in vita & in morte disponere tamquam de patrimonio suo, quod à ratione dissentaneum est & absurdum: & ideo non dicendum. [o]

4 Et quòd & si Sedes Apostolica semper seruauit illam regulam, de qua in cap. *possessiones*, [p] videlicet, regularia regularibus, & sæcularia sæcularibus, in nōconferendo beneficiū regulare sæculari, nec sæculare regulari in titulum,

a *Cap. firmissimè. 15. q. 1. c. omnis. de cōsec. d. 4.*
b *In c. episcopus. de prab. & in c. quoniam ne prælatus. vic.*
c *In d. cap. Episc. & in c. postulasti de reser. ipt.*
d *In d. c. episcopus.*
e *In cap. pastor. 1. q. 2.*
f *In mon. 19.*
g *Arg. capit. nisi nos. de testamen. & cap. episcopi. 12. quæst. 1.*
h *Cap. ex literis. de pigno. & l. Clem. 2. de offi. ordina. l. in causa. 2. ff. de mino.*
i *Clem. 2. de offi. ordina. l. in causa. 2. ff. de mino.*
k *Ar. §. 1. infin. de inst. & iur. & l. iustitia. ff. eod. titu.*
l *Super ca. si quādo. de cōsec. distinct. 1. cap. 2. in. 10.*
m *L. nā quod absurdum ff. de bon. libr. capit. dudum. 2. de præben. lib. 6.*
n *De reb. eccle. capi. inter quatuor. de religi. domi. cap. cum de beneficio. & cap. cum singula. §. prohibemus. de præben. lib. 6.*

nisi tantum in commendam ad vitam: vtrique tamen ita disponere possunt de fructibus commendarum beneficiorum, per summum Pontificem ad vitam commendatorum, sicut de fructibus beneficiorum in titulum collatorum pro cõuenienti sua sustentatione, dando superflua pauperibus. Primùm quòd in ipsis diplomatibus Pontifex Maximus illis concedit facultatem, in suos ipsorum vsus expendendi. Deinde quòd commendatarius tantum iurisdictionis & autoritatis habet in administratione beneficij commendati (præcipuè per summũ Pontificem ad vitam, alienandi potestate, excepta, quam eisdem adimit per sua diplomata) quantum titularis, iuxta cap. *querelam*, vbi Panormitanus,[a] Panormitanus idem & Decius. [b] Per quod tolluntur quidam scrupuli, qui nonnullis inciderunt super quibusdam rebus, ad commendatarios Roncæuallis, & sancti Isidori Legionensis spectantibus.

a *Not. 1. de electio.*
b *In capit. e-doceri. sub finem de rescript.*

SVMMARIVM.

1 Beneficiarius commendatarius tantùm potest impendere quantum titularis.
2 Regularis si, & quid impendere potest de eo, quod parcius viuendo reliquat.
3 Comedunt plus sumptu alieno quàm proprio.
4 Regularis donare potest virtute consuetudinis, vel licentia iustæ.

1 TRigesimotertio moneo, quòd est elegans illa Cardinalis Florentini regula,[c] videlicet quòd eandem potestatem, quam habẽt beneficiarij sæculares disponendi de suorum beneficiorum titularium & commendatorum prouentibus, habent etiam regulares, de suorum beneficiorum titularium, & commendatorum reditibus. Primum, quòd ratio propria, qua sæculares prouentibus suis vti possint ad moderatam sui sustentationem, superfluis in pauperes distributis, non est quòd illi sint eorum integri, & absoluti domini, sicut superius probatum est monito 21. & infra probabitur, [d] sed quòd Ecclesia, eiusque ministri constituerunt eos eorum prouentuum dispẽsatores per titulos canonicos, quos in id cõferunt: quo munere etiam religiosus fungi potest, etiam si non possit esse verus alicuius rei temporalis dominus, ob solemne suum paupertatis votum, iuxta cap. *non dicatis*, [e] & per alia quibus hoc confirmamus supra, [f] & quòd quemadmodum, vt supra, [g] significatum est, clerici sæculares possunt elargiri quicumque voluerint illud, quod parcius viuendo reliquant, de eo quod in honestam sui sustentationem impendere possunt: ita quoque religiosus facere potest de illo quod parcius viuendo reliquat de parte illa, quam honestè valet in suos sumptus expendere.

c In *clem. 2. de vita & honesta. cler. §. sed tales. & in clem. gratis. de rescrip. col. pen.*
d *q. 2. mo. 7.*
e 12. *q. 1. c. cũ ad monasterium. §. fin. de stat. monac.*
f E*ad. quæst. moni. 25.*
g *Monito 26.*
h *Cap. quàm sit. de electione lib. 6. l. legatis. §. ornatricibus. ff. de legatis 3.*

2 Primùm, quia ratio radicalis, ob quam sæcularis illud facere potest, non est, quòd ille dominium eius adipiscitur, sed quia Ecclesia per suos titulos eidem concedit, vt illud pro voluntate sua possit expẽdere. At huius facultatis æquè capax est religiosus, ac sæcularis licèt non veri dominij eius. Secundo, quoniam hoc plus adiumenti præstat ad seruandam castitatem & paupertatem voto susceptas, vt docet experientia, quæ optima est rerum magistra, [h] eo, quòd occasionem præstat minus edendi, bibendi, & minore pompa vtẽdi: quia fere omnes minus edunt, potant, vestiunt, & minorem familiam habent, quando sciunt, quòd ea reliquare possunt in eleemosynas & alia virtutum opera, quàm cognoscunt, quod non plus reliqui sibi facient, si se abstinuerint, quàm si se saturauerint, & curiosius ornauerint. Et perspectum habetur, quòd ad castitatem, abstinentia cum sobrietate conducunt iuxta illud hymni Horæ primæ, *Carnis terat superbiam, potus, cibique parcitas*, & illud Anastasij. *Abstinentia nutrix est*, citatum à glossa, [i] & ad pompæ mundanæ contemptum parcus indumentorum & famulorum vsus.

h *Clemen. ne in agro. de stat. monach. in princ.*

3 Tertio, quòd singulo quoque die cernuntur qui satis saturi, & induti dicunt, comedamus etiam hoc, & bibamus illud, & hoc aliud induamus, quandoquidem neque plus, neque minus soluturi sumus. Multi viatores, qui obseruant ieiunia diebus ab Ecclesia præceptis, ea non obseruant in magnis Galliæ, ac Italiæ diuersoriis, quoniam A tantùm oportet eos soluere incænatos quàm cænatos: quin & multi religiosi sunt, qui minus carnis, & fructuum comederent, & minus vini biberent, paucioribúsque indumentis, & calceamentis vterentur, & indumenta calceamentáque magis cõseruarent, si propterea paulo plus illis elargiretur ad libros emendos, ad consanguineos pauperes eleemosyna subleuandos, & ad alias reculas, quæ eos consolarentur, quàm scientes quòd non plus sibi accipient, quàm expendent.

Quarto, quòd aliquando respondimus, monachum vel fratrem, quem conuentus mittit longius, aut ad diuturna negotia, certa quantitate pro quotidiana impensa assignata, eo pacto, quòd neque plus ea, neque minus dabitur ei, siue multum siue parum expendat, posse de eo quod reliquauerit parcius viuendo eleemosynam elargiri, licèt ipse sit simplex monachus, qui eam absque alia facultate facere non potest, iuxta glossam.[a]

a *capi. nõ dicatis. 12. quæsti. 1. & clemen. 2. de vita & honest. cleri. verbo. conuertendum.*

4 Quinto, quòd Alexander tertius, in capit. *cæterum*,[b] quod in hoc dixit singulare Andreas Siculus, [c] respondit, quòd consuetudo potest dare facultatẽ religioso donandi aliquid, quo non grauetur multum Ecclesia, quod palam verum est quoad reditus, de quibus conclusio nostra loquitur, vt sentiunt Panormitanus, Imolensis, & alij omnes, [d] at notum est donationem illius, quod parcius viuendo quæritur, non afferre multum damni Ecclesiæ. Verum tamen est quòd hactenus videbatur nobis verius contrarium huius moniti, eo quòd religiosus non est dominij capax: & ideo non potest esse dominus illius, quod parcius viuendo quærit, sicut clericus sæcularis. Nunc tamen videtur quoad hoc respondendum per primam huius moniti rationem, scilicet, quòd ratio radicalis, quare sæcularis disponere potest de illo, quod per parcam vitam lucratur, non est, quia ipse sit integer dominus illius, sed quòd Ecclesia iusta de causa, facit ei facultatem disponendi de illo. Quæ ratio æquè locum habet in religioso, sicut probatur efficaciter in dicta responsione Alexandri tertij, [e] quod maximi momenti est ad excusandos à peccato multos religiosos, qui sunt Abbates, Priores, aut beneficiarij minores, qui nõnullos pauperes consanguineos subleuant eos, quod parcius viuendo reliquante residuum faciunt.

b *De donat.*
c *In tractatu de præstan. Card. quæst. 10. art. 6.*
d *In dict. cap. cæterum.*

SVMMARIVM.

1 Beneficiarius tam ægrotans, quàm sanus donare potest ad pia, licèt non testari, & quæ ration. n. 2.
3 Mobili de re dispositum, ad quod immobile extenditur.

1 TRigesimoquarto moneo, quòd etsi beneficiarij ægrotantes de reditibus suis Ecclesiasticis testari non possint, vt infra [f] dicemus, donare tamen possunt per viã eleemosynæ inter viuos, siue sani sint, siue ægroti, pauperibus, aliisque piis operibus. Quòd enim hoc facere possint dum sani sunt, constat: quia superius, [g] dictum est, eos non solùm id posse, verum etiam ad id teneri: quòd autem etiam dum ægrotant id ipsum facere possint probatur. Primùm quia textus, vt hic S. Hieronymus, cum aliis supra citatis, qui faciunt huiusmodi facultatem beneficiariis, & præcipiunt, vt illa vtantur, generaliter loquuntur, & ita generaliter sunt intelligendi, [h] non excipiendo infirmos à sanis. Deinde quòd per infirmitatem non amittunt suos titulos, [i] quibus sancta mater Ecclesia prædictam facit facultatem.

f *In 3. quæs.*
g *Monito 24. numero 3.*
h *L. de pretio. ff. de publicra. in rem actio. capi. solitæ. de maior.*
i *Capit. tuæ. & tot. tit. de cleri. agrot.*
k *In cap. ad hæc. de testa. l 13. distinct. cap. nemo. de pœnit. distinct. 7.*
m *monit. 24.*
n *Quæsti. 3. mon. 1.*

Tertio, quòd Alexander tertius declarat apertè, [k] maiorem beneficiario esse facultatem, dum ægrotat ad largiendas eleemosynas per modum donationis inter viuos, quàm per vltimam voluntatem.

Quarto, quòd id est appositum medium ad beneficiatios eripiendos ab perplexitate, quæ est contra cap. *nerui*, [l] quam inducit ex vna parte obligatio conferendi superflua pauperibus, quam superius, [m] confirmatam reliquimus. Ex altera verò prohibitio, qua vetantur dare quidpiam per vltimam voluntatem, de qua infra, [n] certè talis perplexio cessat apertè, si dixeris, posse donare inter viuos beneficiarios superflua dum ægrotant.

2 Quinto quòd pauperibus, quibus superflua sunt erogãda est multo magis expediens, vt cum non acceperint à beneficiatio dum valeret, saltem dum ægrotat accipiant. Sexto quòd apertissimum est beneficiarium aliquam portionem bonorum erogare posse, per cap. *ad hæc*, [a] sed eadem ratione qua conuincitur exigua portio posse dari, conuincitur etiam posse dari copiosè, quantùm ad præsens negotium attinet: nulla enim alia ratio reddi potest cur possint dare aliqua, nisi quia habent facultatem id faciendi virtute suorum titulorum. At virtute eorum habent quoad omnia: ergo &c. argum. l. *illud*, [b] & quia qui de vno dicit, vt videtur negare de alio dissimili, ita videtur affirmare de alio simili, iuxta cap. *qualis*, [c] vbi hoc annotat Dominicus & probat glossa. [d] Septimo, quod ratio potissima, vt latius ostendemus inferius, [e] qua interdicitur beneficiariis, ne legare possint, ea est, vt certè vel sic cogantur dum viuunt erogare superflua pauperibus: at quo ad hunc finem commodius est ea donare, quando aduersa valetudine laborant, quæ dum valerent donare noluerunt, quàm non donare, & ob id post mortem hæredibus cedere. Octauo, quòd non obstat, quæ ex aduerso affertur ratio, scilicet in idem fere recidere, ægrotum morti proximum inter viuos donare posse, & posse donare per vltimam voluntatem. Vnde cùm negetur hoc secundum, inferunt & primum denegandum: non inquam id obstat, nam qui per vltimam voluntatem donat, reuocare potest id quod dedit si conualescat, [f] quod nequaquam poterit si semel donet inter viuos. [g] Nec obstãt Alexandri verba, qui dum permittit ægrotantibus posse aliquid donare inter viuos, sed moderatè, visus est innuere à contrario sensu, non posse dare largè vel immoderatè, quod non est efficax argumentum. Tum quia argumentum à sensu contrario, licèt alias dicatur fortissimum in iure, [h] nihil probat, cũ ex eo colligitur aliquid contra id, quod in iure habetur expresè, vt habet glossa celebris, & recepta, [i] vbi latè Felinus & in eodem capit. *ad hæc*. est glossa adiuncto textu: nam textum loquentem solum de mobilibus, intelligit etiam de immobilibus.

a *De testam.*
b *ff. ad leg. aquiliam.*
c *25. dist.*
d *In verb mobilibus. in d. ca. ad hæc.*
e *In quæst. 3. monit. 1.*
f *Cap. vlt. voluntas. 13. q. 2. cap. cum Martius. de celebr. miss.*
g *Le. sicut ab initio. Cod. de actio. & oblig. leg. in cõmodato. §. sicut. ff. commo.*
h *Leg. 1. ff. de officio eius cui manda. & cap. cum apostolica. de his quæ sunt à prælat.*
i *Capit significasti. de foro compet.*

3 Expressum autem est, imo & præceptum à iure diuino, naturali, & humano per hoc capit. & alia multa citata supra monito 24. non tantum beneficiarios dare posse superflua pauperibus, sed & debere: tum etiam quia verbum illud moderatè referri potest ad alia bona ecclesiastica, quæ nec, dum sani sunt beneficiarij, possunt expendere, & in hunc modum exponunt Panormitanus & Andreas Siculus, [k] verbum illud. Non ergo vult summus Pontifex, non posse beneficiarios morbo laborantes ea conferre pauperibus, quæ præstare possent, si superuiuerent: tantùm id vult non posse dare de bonis aliis, nisi modicum quid, idque non aliis quàm pauperibus. Et certè textus ille, vt maximum, id tantum probare posset, donationem ita factam in maxima quantitate, per beneficiarium morbo graui correptum, suspectam & fraudulentã haberi posse, hunc intellectum satis sentit ibi Panormitan[a] sub finem, & etiã Andreas Siculus, post Petrũ, [l] quatenus ait huiusmodi donationem esse suspectam: & satis cõsentit D. Didacus: & donationẽ potius esse, quam vocãt causa mortis, quàm irreuocabilem inter viuos: nam ex eo quòd noluit ea bona conferre cum sanus erat, & citra periculum, non leuis sumitur coniectura, non tam voluisse dare liberè & seriò, id quòd dedit dum in discrimine versaretur, quàm per viam vltimæ voluntatis, aut donationis causa mortis, argumento cap. *semel malus*, [m] cum glosis, & latissimè Didacus, [n] & notatur in capit. *tua*, & capit. *ii qui*, [o] quæ duo quoad hoc attinet, cum agimus de effectu exæquantur, iuxta Baldum & Iasonem, [p] cæterum coniectura hæc seu præsumptio, si coram Deo vera non fuit & dissimulata, donatio vim & valorem nequaquam amittit in interiori conscientiæ foro, vbi cessat omnis præsumptio, veritásque sola viget & valet, [q] vt ergo tandem finiam illud, ex his omnibus colligo, hanc piam donationem valorem integrum ante Deum, & in foro conscientiæ habituram: dummodo vero animo fiat, vt irreuocabilis sit, quamuis quoad forum exterius ficta & in fraudem facta præsumatur, si non apponatur remedium, quod ex monito seq. potest desumi.

k *In 1. not.*
l *Num. 6.*
m *De regul. iuris lib. 6.*
n *In rub. de testam. in p. 3. num. 15.*
o *De sponsal. & l. 2. ff. de iust. & iur.*
p *Ca. humana. 22. q. 5.*

SVMMARIVM.

1 Regularis ægrotans an donare possit pauperi vt sæcularis.
2 Regularis qui quæ donat pauperibus non tradit eis, nec iurat.

1 TRigesimoquinto moneo, dubiũ esse satis notabile, an id quod dictum est in monito præcedẽti efficere possint etiam religiosi beneficiarij graui morbo laborantes, & prima facie videtur id eos minimè posse, quippe qui nec legare permittantur, [a] nec vllum habere possint rei alicuius dominium. [b] Nihilominus tamen oppositum nobis magis videtur conforme iuri, licèt hactenus numquam asseuerare id simus ausi. Primo quòd superius, [c] dictum reliquimus, disponere tantùm posse beneficiarios regulares de suis reditibus, quantùm & de suis sæculares iuxta doctrinam Cardinalis cui nemo contradixit, [d] hos autem id posse modo probauimus. Deinde quòd id non est testari, sed inter viuos donare, quæ duo etiam si qui donat ægroteat, lõgè sunt diuersa, [e] non enim potest quod sic semel dederit reuocare, [f] vti potest quod per viam testamenti, & vltimam voluntatem reliquerit, [g] nec ita facile experientia quæ est rerum magistra, [h] à testante, inducuntur homines quãtumuis ægrotent, & ita sint morti vicini, vt de eorum salute desperetur, sic ad statim donandum, atque ad donandum post mortem. Est namque natura nostra viuendi cupientissima, & quæ sibi semper vitæ spem polliceatur. Tertio, quòd vt possit aliquis bona distribuere, non est necesse, cum esse dominum eorum, quæ sunt distribuenda, sat est illi si sit ei facultas ad hoc concessa per eum, qui possit eam facere, vt est tutori, [i] & procuratori, & executori, & curatori. [k] Sed nec beneficiarius ipse regularis rei alicuius est dominus, etiam si dum prospera valetudine perfruitur, & tamen in pauperes, aliàque pietatis opera distribuere potest libere reditus suos omnes, ob facultatem sibi ab Ecclesia pia matre nostra per beneficij titulum factam.

a *Capit. 2. de testa. authen. ingressi. C. de sacros.*
b *Capit. non dicatis. 12. quæst. 1. cap. cum ad monasterii. de stat. monach.*
c *Monito 33.*
d *In clem. 2. §. sed & talis. de vita & honest. cler.*
e *Capit. ad hæc. cum annot. ei de testam.*
f *L. sicut ab initio. C. de actõ & oblig.*
g *Capit. cum Martha. de cele. miss. ca. pi. vltima vo luntas. 13. quæst. 2.*
h *Cap. quæst. de elect. lib. 6.*
i *Le. lex quæ tutores. C. de admi. tut.*
k *L. ob eas alienum & tot. ti. C. de prad. min.*

2 Est autem dubium, an valeat donatio superfluorum bonorum, quæ beneficiarius prius donat piis operibus quàm re ipsa tradat? negarunt quidem id doctores aliquot magni nominis vt Andreas Siculus, [l] & D. Didacus, [m] nos tamen oppositum potius asseueramus. Tum quia hi nihil adducunt in suæ sententiæ confirmationem. Tum etiam quia non satis aduerterunt Innocentium, [n] contrarium apertè dixisse, allegando textum in l. *si quis argentum*, [o] habentem donationem esse validam ante traditionẽ, quamuis donetur res ad vsus prophanos, quanto magis si ad pios, de quibus nos verba facimus? nec ex eo quod dixerit Panormitanus actualiter donet, & non relinquat donandum post mortem, licet colligere, voluisse dicere, traditionem esse necessariam, sed solam donationem inter viuos. Demum illud confirmat hanc nostram sententiam, quòd ea quę debet beneficiarius, sunt persoluenda ex eius reditibus, iuxta communem omnium sententiam, [p] per illum textum præsertim ea quę debentur piorum operum causa, in quibus nemo dubitauit. At vero qui donat, licèt non tradat, debitor constituitur, per dictam l. *si quis argentum*, [q] ad id quod donauit persoluẽdum obligatur. Quantumuis tamen hæc vera sint, opinio horum dictorum defendi potest, quoad donationes eximiæ cuiusdam quantitatis, quæ fierent tempore valetudinis aduersæ: nam per dicta in præcedenti monito, huiusmodi donationes quas non subsequitur traditio suspectæ haberi possunt & fictæ. Traditio verò eorum quę donantur coniectura sufficiens est, ad admendam suspicionem, qua præsumeretur donatio non esse vera inter viuos & irreuocabilis. Videtur etiam nobis quòd præsumptio hæc reiiceretur sufficienter, si is qui donat est fide dignus, & iuramento testatur, se eam donationem non ficto, sed animo vero facere, vt satisfaciat obligationi, qua tenetur, quæ ei superstunt piis operibus & pauperibus erogare: iuret etiam se numquam eam reuocaturum, quantumuis postea sit superstes: hoc enim vehementer adimet suspicionem præfatam, maximè quando ob id non fit traditio, quia tunc fieri non potest.

l *In cap. cũ in officiis. nu. 3. de testam.*
m *In d. capit. ad hæc.*
n *De donat.*
o *C. de donat.*
p *In cap. peruenit. de fideiuss.*
q *In princ. & aliis multis §§.*

SVMMARIVM.

1 Beneficiarius remuneret famulos & quantum, & numero 2.

1 *Ingratitudo omnis peccatum est.*
3 *Beneficiarius non solùm potest impendere id quod est ei opus quatenus est beneficiarius, sed etiam quatenus est nobilis, aut graduatus.*
4 *Beneficiarius prius potest sibi prouidere, quàm Ecclesiæ quoad vnum finem, & non quoad alium.*

1 TRigesimosexto moneo, quòd non solum nõ peccat, sed etiam laude dignus est beneficiarius, qui à famulis & ab aliis accepta obsequia, munera, & beneficia, compensat: ea namque compensatio non tam est cẽsenda donatio, quam rei debitæ persolutio: nam licèt nõ intercedat obligatio, tanta quanta sit necessaria ad hoc, vt peti possit ex rigore iustitiæ, intercedit tamen ea obligatio, quam antidoralem vocãt, & debitæ gratitudinis, [a] at ingratitudo vt minimum est peccatum veniale, vt probat S. Thom. [b] Absit autem dicere quòd Deo vel Ecclesiæ sit gratum, beneficiarium peccare venialiter etiam in pauperum gratiam, [c] nullus autem est, qui Ecclesiam ipsam aut ecclesiasticos eximere possit ab obligatione, qua cuncti tenemur exhibere nos gratos benefacientibus nobis, iuxta ca. *ecclesiasticis*, [d] vbi glossa dixit Ecclesiã teneri ad antidora. [e] Illud tamen diligenter est inspiciẽdum, beneficiarios causa remunerationis non posse dare, nisi quantũ satis est ad satisfaciẽdum obsequiis & muneribus acceptis, idq; fatetur omnium communis sentẽtia, quam post Bartolum, [f] tenent Alexand. Iaſ. & Dec. [g] cum aliis ab eo citatis. quæ sententia innititur illi insigni cap. præfato *relatum*. ibi *iuxta sui seruitij meritum*. Cæterum nos in ea sententia sumus, posse dari non solùm tantùm, quod exæquet accepta beneficia; sed etiam aliquid vltra: & inducit nos ad hoc asseuerandum, quòd non satis gratus est, is qui accepit ab alio beneficiũ aliquod, si solum tantundem ei recompensẽt, quãtum gratis accepit ab illo, vt optime definit S. Tho. [h] Aristotelis, [i] dicta secutus. Nec enim ad id tantùm, quòd accepit est inspiciendum, sed ad id etiam, quod ei fuerit gratis exhibitum: vnde natum est prouerbiũ illud Gallicum, qui donat lucratur, si donatarius non est illiberalis. Verum enim verò non tãtùm eo amplius exhibere potest, quanto sibi libuerit, sed quantùm à viro cordato fuerit definitum, [k] verbi gratia, est quidam cognatus, famulus, aut alius quiuis, qui mihi ea præstitit obsequia, quæ si pretio æstimarentur duodecim aureis constarent, non possem iustè nomine remunerationis 40. vel 30. persoluere, possem tamen quindecim aut sexdecim. Exhibuit alius beneficium quoddam gratuitum, valens aureos duodecim, nõ potero lege gratitudinis 40. vel 30. reddere: licebit tamen quindecim aut sexdecim. Concluſio hæc nostra noua quidem est, innititur tamen rationi satis antiquæ iuris naturalis: & apposita est satis ad sexcentas remuneratorias donationes augendas, quæ firmitatem habere nequeunt, nisi præcedẽt obsequia, quæ sint eas commerita. De quibus in *l. si forte*, [l] & in *l. si donatione*, [m] & in cap. *relatum 2.* [n] & alibi sæpe.

3 Et quod beneficiarius quicumque possit de beneficij sui reditibus expendere, non tantùm ea quæ decentiæ & qualitati beneficij necessaria videntur, sed etiam quæ conditionem personæ decere videntur, seruata ratione generis, gradus, & ordinis. Primùm quidem quòd Innocentius [o] relatus supra, [p] absolutè permittit beneficiario ea expendere posse, quæ deceant ipsum; nec restringit vllo modo facultatem hanc ad beneficij decentiam. Deinde si id neges, fateris oportet, tunc nihil amplius profuturum beneficiario quoad ipsum attinet duo vel tria possidere beneficia, cum legitima dispensatione, si æqualis sint conditionis, quàm si vnum habeat tantùm, quod est contra mentem capit. *de multa*, [q] & contra extrauag. *execrabilis*. Ioan. xxij. cum in sui gratiam & vtilitatem expendere amplius ei non liceat, quàm si vnicum tantùm beneficium haberet. Adde illud quod vrget vehementissimè, permisisse quidem generale Concilium, [r] cum nobilibus & literatis dispensari posse, vt plura quàm singula possint obtinere beneficia. cuius constitutionis is finis apertè fuit, vt talem agere vitam eis liceret, qualis expediret generis nobilitati, gradibus, atque litteris. Postremo id ipsum ex extrauaganti prædi. *execrabilis* Ioannis xxij. conuincimus, quæ licèt iniunxerit cunctis, qui beneficia incompatibilia possidebant, vt ea dimitterent, ab eo tamen præcepto excepit Cardinales & Regum filios, innuens apertè, eos posse de reditibus expendere non tantùm quæ responderent satis qualitati beneficiorum, sed etiam quæ responderent personarum conditionibus.

4 Cæterum illud diligenter expendendum, quòd licèt alimenta beneficiarij anteponantur reparationi templi, vt colligitur ex capit. *de Ecclesiis ædif.* quod ibi dixit nescire se alibi Panormitanus, cui tamen est simile in §. fin. [a] ita quòd si quid desit, defuturum potius debeat Ecclesiæ, quã beneficiario. Id tamen intelligendum venit de illa portione, quę ei obtingit in alimentum, iuxta qualitatem tantùm Ecclesiæ commensuratum, & non iuxta qualitatem personæ. Nam si oppositum contendas, cogeris fateri necessariò filium Regis habentem duo beneficia, quorum vtrumque valeret octingentos aureos, nequaquam obligandum ad contribuendum partem vllam vel minimam in Ecclesiarum reparationem & ornamentorum: quod est plane absurdum & ideo indignum relatu, & auditu, [b] facit quòd anteponenda est omnino necessitas conseruandæ naturæ, vitæque, necessitati conseruandi decori personæ, vt docuimus in Manuali Confessar. [c] post S. Thomam & alios multos quos ibi citauimus. Ex quo habes, non excusandos à culpa milites religionum militarium, quos commendatarios vocamus, qui ob id, quòd nihil eis de reditibus supereſt absumpta ea parte, quæ necessaria est ipsis alendis & sustentandis, iuxta sui status qualitatem, templa habent minantia ruinam, vel certè non vti decet apparata, & multo peius adornata.

a 12. *quæst.* 1.

b Leg. *nam quòd absurdum. ff. de bonis liber.*
c Ca. 24. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Rex Hispaniæ, qui superat omnes prælatos, excepto Papa, in reditibus Ecclesiasticis, potest de illis sustentare suum regale decus, sed non in diuites, & vana.*

TRigesimoseptimo moneo Regem Hispaniarum Catholicum Philippum huius nominis II. qui reditibus ecclesiasticis, plus quàm vllus alius Ecclesiæ prælatus excepto summo pontifice abundat, quippe qui administrator est trium illorum magistratuum ordinum militarium S. Iacobi, Calatrauæ, ac Alcantaræ, ac tertiæ partis decimarum totius Regni Castellæ, & bonę partis Regni Granatæ & insularum fortunatarum, & aliarum prouinciarum nouè quæsitarum, non solùm posse iustè de reditibus magistratuum expendere, quantùm expedit officio magistratus & decentiæ, qua vtebantur præcessores ipsius, sed etiam quæ expediat regali apparatui, dum nihil desit his, quæ ex præscripto legum & statutorum illorum ordinum sunt facienda. Quamuis non defuerit, cui magis arriserit oppositum, hac ratione permoto, quòd negari nequeat ea, quæ supersunt de reditibus ecclesiasticis cuiusuis prædictorum magistratuum, illa deducta quantitate, quæ sat sit magistratui, quatenus est magistratus, expendi non posse in vsus prophanos, iuxta ea quæ dicta sunt in confirmatione conclusionis principalis. Multo verius tamen apparet id, quod dictum est, ob ea quæ in præcedenti monito definiuimus. Et ad argumentum pro aduersario factum, eo quòd à quibusdam eruditis plutis quàm par sit fieri videtur: explicitè respondeo id, quòd in edito vulgari sermone implicitè respondi, referendo me ad monitum præcedens. Verum quidem esse, magistrum vnius cuiuslibet magistratuum præfatorum, teneri ad largienda piis operibus ea, quæ supersunt ei, deductis quæ sunt illius decentiæ necessaria, vti magistro illius magistratus, si alio respectu non egeret pluribus, non tamen si alio respectu pluribus egeret, vt contingit in casu nostro, in quo idem qui est magister, est etiam Rex, & qua parte est Rex, pluribus eget, quàm qua est magister: sicut & Cardinalis, & filius regis de quibus agit extrauagans *execrabilis*, Ioannis xxij. [d] imo & alij nobiles, & litterati, de quibus agit Concilium generale [e] habentes legitimè multa beneficia, non solùm possunt suis vsibus impendere illa, quę sunt eis necessaria, tamquam beneficiariis vnius illorum beneficiorum, sed etiam quæ sunt necessaria tamquam Cardinali,

a Leg. *sed & ſi. §. cõſuluit. ff. de pet. hær. cap. cum in officiis. de teſtam.*
b 2. 2. q. 107. *artic. 3. e cap. in ciuit. de vſuris. ca.* 1. 11. q. 2. *cap. ſi aliquid. ad. iuncta gloſſa* 22. q. 4.
d 12. *quæſtio.* 1.
e Cap. *relatũ. 2. de teſt. cap. præcaria. ea. epiſcopus.* 10. q. 2.
f In *l. ſi quis pro eo. §. 1. ff. de fideiuſ.*
g In *l. 1. ſi donatione. C. de collat.*
h 2. 2. *quæſt.* 106. *artic. 6.*
i 4. *Ethic.*
k *Argum. l.* 1. *ff. de iure delib. cap. de cauſis. de offic. deleg.*
l *ff. de Caſtrẽ. pec.*
m C. *de collat.*
n *& in cap. ad hæc. de teſtam.*
o In *cap. indecorum. de aut. & qua.*
p Eadẽ *monito* 20.
q *De præb.*
r In *dict. cap. de multa.*

d *De præben.*
e *In c. de multa. eod. titu.*

filio Regis, nobili, vel litterato. Abunde tamen ex his colligitur quantùm regalis maiestas adnimaduertere debeat, in quem finem præfati magistratus, & alij reditus Ecclesiastici Regiæ coronæ, Castellæ fuerunt à S. Sede Apostolica vniti, & cauere ne superflua, quæ contra infideles expendere debet, in alios vsus absumat, præsertim in donando diuitibus & scurris, aut aliis quibusuis, ob fines parum honestos.

SVMMARIVM.

1 *Hispaniæ nobilitas in fundendo sanguine pro suo rege larga, in laudando vero parca.*
2 *Author à Rege Philippo nullo indicante cognitus.*
2 *Rex Philippus fide Catholica, & religione præcellens.*
2 *Rex Lusitaniæ Ioannes III. socer Philippi II. maximè gloriosus.*
2 *Rex Philippus II. hæresum hostis acerrimus, prudentia, eubulia, synesi, & gnome præstantissimus.*
3 *Rex Philippus adeo iustus, & clemens, vt nulli delinquenti sine causa parcat, & cum ea omnibus.*
3 *Rex Philippus II. numquam mentitur, & mendaces odit.*
3 *Rex Philippus II. maturè bella suscepit, & suscepta fortiter, & constanter in finem vsque prosequitur.*
4 *Rex Philippus II. fœlicius quàm alius Imperator, & Rex à quingentis, & amplius annis gessit, & finiuit bella, quæ in Gallia suscepit.*
4 *Isabella gloriosissimæ Hispaniarum Regina, & vxor Philippi II. maximæ pacis Christianæ ministra.*
4 *Rex Philippus II. Pennonem eripuit à Turcis, & Mellitam liberauit ab eorumdem obsidione: Floridam à Gallis interceptam, Flandriam septem circiter annis domuit, & alia plurima Dei mira virtute gessit.*
5 *Fidei Christi defectus animas mactat, corpora eneruat.*
5 *Regis Philippi II. maxima magnificẽtia, rara inter Reges cibi, & potus temperentia, mira à verbo iniurio, & mendacio abstinentia, & insignis in audiendo supplices patientia, & in expediendo eos ordo, & diligentia.*
6 *Rex Philippus II. audiuit Auctorem stans, & immotus numquam audita animi, & corporis attentione, & immobilitate.*
7 *Regi Philippo II. nonnulli, vt aliis regibus suggerunt tria, à quibus alij retrahunt.*
8 *Regis sancti Ludouici elogium se dignissimum.*
9 *Regis Philippi II. contra gloriam detractio maledicta, & peius audita coëgit auctorem ad hanc digressionem apologeticam.*

TRigesimooctauo moneo te, Christiane Lector, cogere me hunc locum nonnihil dicere de tanto monarcha. Tum quòd tantillum, quòd in eodem sermone vulgari edito dixeram, visum est nonnullis nimium, & per assentationem dictum. Tum quòd ex eo coniicio, illas tanti Regis heroicas virtutes, quas publicum in exemplum oportuit esse notissimas, parum exteris esse notas. Cuius rei causam arbitror esse, quòd bona pars nobilium Hispaniæ, in laudando suo Rege tam parca est, quàm in profundendo pro eo suo sanguine larga: hæc eadem enim effecit, vt mihi quoque indigenæ ignotæ fuissent ante annum 1564. ante quem nec de consuetudine, neque de facie illum noueram, nec eius curiam vmquam ingressus fueram, quippe qui contentus, & supra merita ornatus, honore ac honorariis quatuor præfatarum, quæ celeberrimæ sunt academiarum, numquam regiæ curiæ munera in illum, neque in hunc vsque diem ambiui, nec petij, nec accepi. A prædicto verò anno, in quo eius Maiestatem pro causa Reuerendissimi Toletani adiui, & ab eo numquam antea visus, nemine indicante, cognitus fui, cœpi eum de facie ac consuetudine cognoscere, & curiosè omnia & singula eius acta dictáque perpendere, demirarique adeo illum, alium ab eo, quem mihi pinxerunt, vt miratus dicitur Æneas, *molem magalia quondam*. Dicam autem non eius natale solum, non genus, & proauos, & quæ non fecerit ipse, nec ea, quæ fecit, illi cum aliis principibus communia, sed tantùm quædam, quæ dono diuino ei sunt peculiaria, aut certè in eo longè præeminentia: idque faciam sine adulatione vlla, quæ me tam senem, tamque peregrè ac fere sine spe ad eius regna redeundi agentem, nec ab eo dono vllo alio quam gratia sua, quæ tamen mihi eius subdito maximum est donarium, decet. Vt alia ergo in aliis emineant, ita præeminet in eius maiestate fides illa Catholica, quæ virtutum omnium est prima, licèt non maxima, vt facilè putes eam comitatam superemineti fidei alterius, quæ gratis data dicitur gratia. Religio autem (quæ maxima est virtutum moralium) adeo in eo resplendet, vt in sacris mira cum animi attentione audiendis, cæremoniísque sacris seruandis, omnes quotquot viderim reges, regulos, & alios principes viros (vidi autem quamplurimos in Hispaniis & Galliis) superet, si vnum gloriosæ memoriæ Ioannem tertium Lusitanorum regem, numquam satis laudatum, eumdemque proximè cognatum eius, & socerum, iam vita functum excipias. In punienda verò, fuganda extirpandáque hæresum peste, neminem habeat parem. Tam rarissima verò præeminet in eo prudentia (quæ omnium virtutum quas cardinales vocant, est maxima) præsertim ea, qua bene regnatur, tamque eubulia, Synesi, ac Gnome alta, consideratióque semper & vbique comitata, & à præcipitatione aliena, quòd quamplurima eadémque maxima regna, maximos principatus & imperia, longissimis terrarum, mariúmque spatiis à se inuicem distantia, pacatiora, & in officio sibi audientiora, à multis iam annis continet, quàm vix vmquam ea vlli alij tot annis continuerint.

3 Sanè iustitia (quæ vt ille ait, *mirabilis est velut Hesperus*, adeo in eo resplendet, vt vix vmquam vllus in eius imperiis & regnis, etiam cum singula singulos Reges, & dominos haberent, tutiorem inter improbos innocentiam seruarit, neque æquanimius iudicia contra se, per sui Concilij proceres lata audierit, neque (quod pro miraculo est) minus vlli iudicum insinuauerit, vtri partium maluerit faueri, neque qui magis præsteterit illa. *Iudicium Regis honor. Iudicium decet & clementia Reges.* vix enim vmquam vlli delinquenti, iusta causa & sine iusta causa & sine læsi consensu ignoscit, nec è contrario cuiquam concurrentibus his veniam negat. Veritate autem quæ pars iustitiæ ponitur, adeo poller, vt numquam nec serio, nec ioco, neque in magnis, neque in paruis rebus mentiatur, mendacésque omnes habeat exosos. Quod ad fortitudinis virtutẽ attinet, demiror esse, qui eum imbellicæ insimulent, quorum vt opinionem demonstrem esse vanam, plura quàm putaram, sed pauciora, quàm possem ob breuitatis gratiam, in medium adducam. Primum quidem quod animum eius verè regium, sub corporis viribus viuidis, elegantique compositum proportione, inclusum, ea phrenandræa siue fortitudo munit & occupat, vt nullum inueniat in eo locum inanis, plúsque satis sibi fidens, gloripetaque fiducia, quæ reges solet in bella præcipites ferre: neque vllus vanus timor, qui eosdem ab eis maturè suscipiendis nonnumquam deterret. Quò fit vt quotiens opus est, sereníssimo animo de bello, & pace, priusquam quicquam statuat, quos oporteat consulat, & tam secretè id faciat, quòd etiam sui Concilij proceres nesciant quid statuerit, donec id exequi iubeat. Fitque vt licèt pacis, quæ bellorum scopus & finis esse debet, sit studiosissimus, artibusque illius assequendæ, conseruandæque pollentissimus, bellorumque, quoad eius fieri potest impedientissimus: cùm tamen ad ea suscipienda vis aliqua coëgerit, eorum sit susceptor cautissimus, & in finem vsque prosequendis constantissimus.

4 Deinde quod nulli Imperatorum, Regum, & Ducum, qui à 500. annis, cum longe maioribus exercitibus quàm ipse, in Gallias irruerunt, ea gloria contigerit, quæ illi: cum anno 1557. fuso exercitu Gallico, capto, direptoque fano Sancti Quintini, oppido munitissimo, cum aliquot aliis sine graui sui exercitus iactura, triumphans Valentianam rediit, non quouis tempore, sed quo Reges in hyberna militem deducere solent: nempe tertio idus Octobris.

Quin & verè insequenti, cum Bruxellis complementum sui exercitus expectans, à duobus Henrici Gallorum regis huius nominis secundi, qui tamen fortuna, fortitudinéque, prudentia militari comitata, nulli suorum præcessorum secundus erat: integerrimis, reique militaris

callentiſsimis ductoribus, nempe Duce Guiſio, & Mariſcalo Termio, à tergo & à fronte premeretur, ſuis omnibus trepidantibus, & non paucis conſulentibus, vt Antuerpiam refugeret, quo inde in Hiſpaniam, ſi res ita ferret, ſe reciperet: ipſe ſolus ſoli Deo fidens, inuicto & interrito animo, contra omnium ſui Concilij procerum, & Ducum ſententiam decreuit, vt omnes Agamontenſis cum bona parte militum, quos in Guiſij occurſum præmiſerat, mira celeritate reuocata, & aliquot aliis repente collectis, in Termium irrueret. Qua irruptione fuſo, fugato, captoque cum multis nobilibus Termio, ſe, ſuos, ſuáque omnia in tuto poſuit: imo & conſequuta æſtate comparato iuſto exercitu, eundem Henricum apud Dorlanum, ad pacem ſibi honorificentiſsimam, quæ hactenus durat, & vtinam duraſſet æternum, coëgit. Tertio, quòd poſtea in Hiſpaniam reuerſus, rebúſque regnorum compoſitis, & Iſabella Regina térque quatérque maxima, paciſque toti orbi Chriſtiano perneceſſariæ adminiſtra, incomparabili cum pompa excepta, mox Pennonem in mediterraneo mari ſitam, Hiſpaniæque infeſtiſsimam, & arte, locique natura munitiſsimam, à Turcarum poteſtate in ſuam, ſine vlla ſui exercitus iactura reduxit, Melitámque ſiue Maltam, maximo pertinaciſsimóque Turcarum exercitu obſeſſam, & mira Valletæ prudentiſsimi fortiſsimique Magiſtri magni ordinis ſancti Ioannis, ſuorúmque fortiſsimorum cruce ſignatorum militum virtute, robore, piáque audacia iamdiu ſe defendentem, miſſa magna delectiſsimorum militum manu, ab omni moleſtia liberauit, non ſine ingenti Solymanni dolore, iactura & dedecore: & in orbis noui prouincia, cui nomen Florida, arcem à Gallis clam erectam, & in perniciem omnium nauium ex Peru Imperio, & ex noua Hiſpania, in ſuam antiquam redeúntium, valde munitam, ſingulari Dei beneficio, Petro Melendio duce, vi ſine vel vnius militis iactura cepit, & omnes fere Gallos, qui eam munierant & defendebant, quiquè plus mille ducenti erant, cùm non ſine magno Diuorum munere in Hiſpanorum, (qui vix erant quadringéti) manus veniſſent, licèt eſſent viri fortiſsimi, & ex bona parte nobiles, quia tamen erant impij & Lutherani, occiſi fuerunt, quamuis tanta occiſio extra pugnam facta, tam pio Regi minime, quod palam eſt, placuit. Poſtremò, vt alia omittam, quis eorum qui ſatis nouit quàm æmulæ ſint Hiſpaniæ Galliæ, non magnificiat ſuppetias illas magnas, támque opportunas, quas Gallorum Regi, ob ætatis inopiam, & Lutheranorum agminum copiám laboranti, per Hiſpaniam, Italiam & Flandriam, tranſmiſit.

5 Quam verò prudenter, cautè, ac fortiter, anno ſuperiore, in Flandriam pro Lutheranis tumultuantem, Duce Albenſi ductore prudentiſsimo traducit exercitum ſalium per Alpes, & fines Gallorum, Heluetiorúmque, qui ſuæ ſectæ Lutheranis maximè fauent, aliorum eſto iudicium, mihi quidem pro miraculo fuit: cuius tamen magnitudinem ſuperauerunt adminiſtratio iuſtitiæ natæ gentes frænare ſuperbas, ſumpta, ſine populi tumultu, de quàmplurimis & in his aliquot magnatibus, diuinæ humanæque maieſtati rebellibus, vindicta rariſsimè audita: & duæ victoriæ, altera ad Groningiam, altera ad Damum, Friſiæ oppida munitiſsima, quas dum hæc typis excuduntur, Dominus Sabaoth ſiue exercituum Deus, miniſterio eiuſdem ducis & ductoris, dedit ei fere incruentas, non obſcurè ſignificans id, quod antea tempore patris eius viri incomparabilis Caroli V. fortiſsimi glorioſiſsimique Imperatoris inſinuauerat: nempe Chriſtiano à fide Catholica deficienti, non ſolum gratiam, caritatem, ſpem, aliáſque huiuſmodi virtutes tolli, ſed etiam prudentiam, conſilium. fortitudinem, tum animi, tum corporis auferri, vel certè diminui: quando Germani, pectora nata bello, fide Catholica defecti, tam fœdæ occiſioni ſubiacuerunt. Ob quæ omnia fœl. record. Pius V. pientiſsimus feſta, preces, ſupplicationes publicè decretas, ſummaſque gratias Deo cùm patribus purpuratis, clero, ac populo Romano pedes non ſemel egit. Magnitudinem autem ſublimitatemque animi vere Regij, qua magnificentia munerum & donorum in ſuos, & arcium munitarum, Regiarum, pomeriorum, pomariorum, & leporariorum, & cuiuſdam ſuperbiſsimi templi, omnes qui ante illum in Hiſpania regnarunt reges antecellit, maximè laudarem, niſi eſſent quibus aliquantum ea viderentur numia. Illis plane mettioris temperantiæ, modeſtiæque characteribus inſigniſsimus eſt, quòd tarò aut numquam vno die plus neque pluries edat aut bibat, quàm alio.

Quódque iam inde à puero (quod pro miraculo eſt) nullum vmquam ſuæ vel alterius ditionis, nec vllum famulum, etiam infimæ functionis, etiam in miniſtrando grauiter errantem, vllo verbo iniurio, nec raro inceſſerit, contentus blandè admonere, ne iterum ita cura vacaret.

Quódque dum à ſacris ad prandium rediens conueniuntur à multis, & nonnumquam à plus centum, perinde ſingulos eorum ſingulariter, cum ea benignitate, ſerenitate ac frontis hilaritate audit, & reſpondit, ac ſi ſolus eum vnus conueniret, etiam ſi oporteat ob id, vnam vel alteram horam differre prandium: nec prius ſe quieti ſub noctem tradit, quàm omnes libellos ſupplices ab eis porrectos ſuprаſcribat nominibus eorum, quorum eſt contenta in eis cum eius maieſtate tractare, & tradat illi, qui eius rei curam gerit, vt craſtino mane eis illos diſtribuat, ſimul certiores faciat eos, qui eas porrexerunt, quibus ſint diſtributæ, vt ſciant, quos adire oporteat, pro habenda eorum expeditione.

6 Quòd denique moleſtias ſe adeuntium, quales quales illi ſint, inaudita corporis & animi ſibi conſtantium conſiſtentia ferat, adeo quidem vt me hominem alioqui nihili pro illuſtriſsimo Toletano ſe alloquentem audierit Pinciæ, vnam horam & amplius, ſemper ſtans, & rectus, appoſitiſsiméque de more ſuo, enſe, pugionéque accinctus, & adeo ſibi ſemper conſtans & immotus, vt numquam tuſſiret vel expueret, numquam vllam ſui corporis partem, non caput, non tollum, non os, non vultum, non humeros, non brachia, manus, digitos, crura, pedes, vel quid aliud in vllam partem moueret. Audiuit inquam mira præſentia, & intentione animi, reſponditque adeo apta terſáque oratione, cui nihil poterat addi, nec adimi, vt præmeditatus ex præſcripto locutus videri potuiſſet. Quæ profecto numquam viſa, lecta, vel audita mihi fuerunt: & vt tandem infantiam meam balbutientem, nimiumque vltra crepidam in meſſem alienam diſgreſſam compeſcens finiam, puto eum, omnes qui ante ſe in Hiſpania regnarunt gloria non vno nomine ſuperantem, longe ſuperaturum, ſi tria, quæ dono Dei præueniente facere cœpit, eodem ſubſequente perfecerit.

7 Primùm, ſi nonnulli qui indirectè laicam poteſtatem, ſub ſpecie maioris iuſtitiæ, vtilitatiſque publicæ, intra eccleſiaſticæ fines intrudere nituntur, ſatis verè intellexerint, ſe imitantem ſuos maiores & in his Carolum magnum, qui [a] ſic ait. *In memoriam beati Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam Eccleſiam & apoſtolicam Sedem, vt quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eccleſiaſticæ eſſe debeat magiſtra rationis: quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas. Et licèt vix ferendum, ab illa ſancta ſede imponatur iugum, tamen feramus & pia deuotione toleremus*: velle in primis, vt Eccleſiæ auctoritas & poteſtas ſuſpicíantur & colantur, eiúſque iura illæſa ſeruentur, eſſeque frequentiſsimo exemplo perſuaſum, earum cultu, regna floreſcere, & contemptu, marceſcere, ac tandem à fide Catholica deficere. Alterum eſt, ſi ita exequatur ſua iura, quibus iam pridem iubet, militibus ſuis ſtipendia debita integrè perſolui, vt nullatenus per ducum, ærariis præfectorum, & theſaurariorum auaritiam, fraudem, & noua inuenta, quicquam eis diminuatur, vel differatur: ne viri egregij, quorum fortitudine fideli non ſolùm eius gloria, imperia, & regna, ſed etiam ipſa fides Catholica, cultus Dei & iuſtitiæ in eis ſtant, & florent, verecundè mendicent, aut inuerecundè concutiant plebem, aut violenter graſſentur, aut turpiter à fide regia deficiant, neve ſuo exemplo viros ad bella natos à malitia ita deterreant, vt cum delectus militum haberur, pauci ea digni aſcribantur.

8 Tertium eſt, ſi Diuum Ludouicum regem Francorum ſua de ſtirpe antiqua prognatum imitatus, nonnullis, qui patrimonium regium nouis inuentis, eiſdémque Eccleſiæ, populo & plebi, grauibus, contra ius faſque augere

[a] *Relatus in cap. in memoriam. 19. diſt.*

procurant, dixerit in ſententia ea, quæ ille cuidam conſiliario ſuo in primis erudito, & perſpicaciſsimo dixiſſe in hæc verba, teſtatur Remundus Ruffus, vir pius iuxta ac eruditus, in eo quem contra Molineum pro Papæ primatu, eruditè, piè, ac ornatè, ſi quis alius ſcripſit, libro pag. 390. & ſequenti, nempe. *Sum tuus & frater & Rex, te fratrem amiciſsimè moneo, hortor & rogo, vt fluxis his rebus, quas à me te conſequi, & ſperas & ambis, & quibus repentino caſu, vna cum vita carere potes, optimæ mentis conſcientiam, ſalutem, incolumitatemque illam ſempiternam anteponas. Rex verò cùm ſim hæc edico, vt ſi te poſthac contra ius iniuriam tueri captionum, neſcio quibus anfractibus intellexero, non ſolùm palam te iubebo argui, ſed dignitate & gradu deiectum efficiam, vt ſingulari ſis exemplo omnibus, quo intelligant me nihil niſi ius colere & tueri, Regémque me eſſe non tyrannum.*

Ob quædam, quæ paucis ante diebus ad me delata fuerunt, cogor huic loco addere, cauſam præmiſſæ digreſſionis fuiſſe, quòd anno 67. poſt 1500. quo Romam primum appuli animaduerti famam & gloriam Philippi I. I. Regis noſtri Catholici eiuſdemque glorioſiſsimi, de quo hæc tota digreſsio agit, adeo depreſſam, & in animis ferè omnium diminutam, vt ſicut in ea inſinuo, obſeruantia, & pietas, qua in ſuam maieſtatem eſſe debeam cogeret me, licèt infantem, & neſcientem agere encomiaſten, & pauca hæc de plurimis, quæ verè dici poterant, vel ſimplici ſermone balbutire: & quòd eo factum fuit, vt poſtquàm hæc typis excuſa, & plurimis dono tradita, & lecta fuerunt, nemo, quem viderim, neque ab alio auditum eſſe acceperim, fuit, qui non magnificè, & pro dignitate de tanti Regis gloria loqueretur, eum ſuſpiciendo, & longè alium ab eo, quem antea conceperat, pingeret, & imaginaretur, tanta eſt vis veritatis, & tam ſibi eſt arx catapultáque virtus.

SVMMARIVM.

1 *Commendatarij præſertim militares perpendant periculum male inſumendi ſuos reditus.*

TRigeſimooctauo moneo, quòd materia præſens & deſiderium, quod ineſſe mihi debet ſalutis animarum tot & tam illuſtrium virorum, quot & quàm ſunt commentarij ordinum militarium Hiſpaniæ, & aliorum regnorum impellebant me, vt ex prædictis inferrem, quàm graue peccent, qui perinde ſuos prouentus eccleſiaſticos, in prophanos vſus inſumunt, ac ſi omnino ſæculares eſſent, non reputantes ſecum, quòd præter quàm quòd illi ſunt prouentus eccleſiaſtici, ipſimet ſunt religioſi, & emiſerunt ſolemne paupertatis votum, quo dominium omnium, quæ habebant amiſerunt, ſimul cum capacitate nouè quærendi ſibi res vllas ſæculares, ac conſequenter nihil eorum quibus vtuntur eſt ſuum, nec poteſt eſſe: nam quamuis ſummus Pontifex cum illis, circa votum caſtitatis diſpenſauerit, vt ducere poſſint vxores, numquam tamen ſuper paupertatis voto diſpenſauit, nec vt diſpenſent aliqua iuſta & rationabilis cauſa facile forta[a]ſis reperiri poteſt, vt alibi, [a] à nobis aſſertum eſt: vbi quia latè egimus de difficilibus dubiis, quæ circa eorum facultatem adminiſtrandi, & eorum ſumptus & adminiſtrationem occurrunt, & quia hæc quæſtio nimis mihi excreuit, nihil aliud hic addam, præterquam quòd ſupplico humiliter eorum excellentiæ & dominationi, ſimul & confeſſariis, vt perpendant eorum commendarum prouentus, eſſe eccleſiaſticos, ac conſequenter quæ de illis ſuperfluunt, deberi pauperibus & aliis piis operibus, lege diuina & naturali iuſtitiæ.

Item quòd ſunt religioſi, qui ſe per votum ſolemne paupertatis, ab omni dominio & poſſeſsione ſæcularium bonorum abdicarunt, & ea per ſuam profeſsionem, in ordinem quem profeſsi ſunt tranſtulerunt: & conſequenter reditus & prouentus eorum effecti fuerunt eccleſiaſtici.

Cui conſequens eſt, eos ægrè poſſe diſponere de illis nec inter viuos, neque per vltimam voluntatem, niſi cum quibuſdam reſtrictionibus.

[a] *In quæſt. 1. ſuper tit. de ſtat. monach.*

SVMMARIVM.

1 *Cardinalatus eſt beneficium eccleſiaſticum.*
1 *Papatus eſt beneficium eccleſiaſticum.*
2 *Bona ex penſionibus ſuper beneficiis poſitis ſunt beneficiaria.*
2 *Bona quæſita ex ſtipendiis, quæ dantur Cardinalibus à Papa cenſentur patrimonialia.*
3 *Bona vt cenſeantur eccleſiaſtica beneficiaria non ſufficit, vt dentur eccleſiaſticis ab eccleſiaſticis de bonis eccleſiaſticis.*
4 *Reditus tituli Cardinalatus ſunt beneficiarij.*
5 *Bona quæſita ratione actuum eccleſiaſticorum, vt cenſentur libera.*

TRigeſimonono moneo, quòd ex his infertur ſolutio quæſtionis mihi propoſitæ à quodam magni nominis, pietatis & eruditionis Illuſtriſsimo Cardinali, multis nominibus mihi maximè ſuſcipiendo, videlicet, an quæſita ex ſtipendiis, quæ dantur à S. Sede Apoſtolica aliquot Cardinalibus in ſubſidium expenſarum, quò ſe decentiùs ſuſtentent, ſint cenſenda bona patrimonialia libera, an eccleſiaſtica oneri dandi pauperibus ſuperflua ſubiecta, de quo, [a] diximus: ad cenſendum enim, quod ſint eccleſiaſtica ſubiecta oneri prædicto facit primò, quòd ea tribuuntur à perſona eccleſiaſtica, ſcilicet, Papa, & de reditibus bonorum eccleſiaſticorum ipſius Papatus, & perſonis eccleſiaſticis, videlicet Cardinalibus.

Secundo, quòd Cardinalatus eſt beneficium eccleſiaſticũ: quia cõuenit ei tota definitio beneficij eccleſiaſtici, quã nos exquiſitè declarauim[b] in rub. de præb. & ſummatim repetemus inf.[b] & efficaciter probatur per c. 2. [c] quatenus habet, Cardinalem quemdam priuatum fuiſſe à Synodo ſuo titulo Cardinalatus, eo quòd non reſidebat, & gloſſa ibi, & clarius Panormitanus ſub finem, aiunt, priuationem illam non fuiſſe ab officio, ſed à dignitate & beneficio.

Quod ipſum ſentit idem Panormitanus, [d] dum poſt Hoſtienſem & alios tractat, an Cardinalatus, & epiſcopatus ſint beneficia impatibilia, & an cadant ſub cap. *de multa*, [e] & expreſſe determinant moderni, [f] ſicut & Papatus dicitur beneficium per textum ſingularem, [g] & cum prædicta ſtipendia dentur ratione Cardinalatuum videntur eſſe reditus beneficiorum.

2 Ad hæc, quòd quæſita ex penſionibus, quæ de more ſuper beneficiis eccleſiaſticis Papa conſtituit, cenſentur eccleſiaſtica, vt infra trademus.

Sed verius viderut contrarium, ſcilicet, ea eſſe cenſenda patrimonialia, vel quaſi patrimonialia, & conſequenter ab onere prædicto libera.

3 Tum, quia omnia quaſi patrimonialia ſunt huiuſmodi, vt ſupra, [h] dictum eſt, & præfata quæſita per præfata Cardinalium ſtipendia, ſunt quaſi patrimonialia, quippe quibus conuenit definitio bonorum quaſi patrimonialium vbi ſupra poſita; quia ſunt bona quæſita ratione actuum pertinentium ad perſonas eccleſiaſticas, ea ratione, qua eccleſiaſticæ ſunt, & non ratione iuris percipiendi reditus bonorum eccleſiaſticorum.

Tum, quia nil obſtat primum argumentum in oppoſitum factum, ſcilicet, quòd tribuuntur à perſona eccleſiaſtica perſonis eccleſiaſticis, & de bonis eccleſiaſticis: quia id non ſufficit, vt aliqua bona dicantur eccleſiaſtica beneficialia: nam etiam mercedes & ſalaria, quæ dantur ab Eccleſiis, & ab eccleſiaſticis perſonis, ſyndicis, procuratoribus, famulis earum, clericis eis inſeruientibus, cantoribus, architectis, latomis, pictoribus, & aliis id genus operariis eccleſiaſticis, tribuuntur à perſonis eccleſiaſticis, & perſonis eccleſiaſticis, & de bonis eccleſiaſticis, & tamen non ſunt bona eccleſiaſtica oneri prædicto ſubiecta.

4 Tum quia nihil obſtat etiam ſecundum, ſcilicet, quòd Cardinalatus eſt beneficium: quia prædicta ſtipendia, quæ ſubſidia impenſarum vulgo dicuntur, non debentur ratione tituli Cardinalatus, & eo quòd Cardinalatus ſit beneficium, quia non cuilibet Cardinali dantur, ſed ſolùm illis, quibus Papa vult conferre: & ideo licèr reditus, qui Cardinali debentur ratione tituli ſui, dicantur bona eccleſiaſtica, ſalaria tamen & ſubſidia impenſarum, quæ

a *In monito 20.*

b *Mon. ſeq.*
c *De cler. non reſid.*

d *In cap. bona primo de poſtu. prał. & in cap. eccleſia vetera. de elect.*
e *De præb.*
f *In tract. de benefic. part. 1. q. 2.*
g *In cap. 1. de maled.*

h *Monito 19.*

aliquando Cardinalibus tribuuntur alia ratione quàm sui tituli, non sunt beneficia ecclesiastica.

5 Tum, quia nil obstat etiam, quòd tribuuntur ratione actuum ecclesiasticorum, & ecclesiasticis personis propriorum: quia nec hoc sufficit, vt dicantur bona beneficiaria ecclesiastica: nam etiam ea, quæ dantur clericis ratione precum, & orationum, ratione concionum, confessionum, administrationis sacramentorum, & aliorum huiusmodi actuum tribuuntur ratione actuum ecclesiasticorum, quæ tamen secundum receptiorem sententiam non dicuntur bona ecclesiastica, quæ sunt res sacræ, saltem quartæ speciei, vt supra dictum est, hoc est, res deputatæ ad sustentandum ministros Ecclesiæ, & pauperes, quæ sunt primi generis quartæ speciei rerum sacrarum, & reditus earum, quæ sunt secundi generis quartæ speciei earundem.

Ad hoc enim, vt aliqua bona dicantur ecclesiastica, & sacra oneri præfato subiecta, oportet quòd sint deputata ad sustentandum sacra, vel reditus eorum, qua ratione sunt reditus eorum: & non sufficit quòd percipiantur alia ratione, puta, eleemosynæ, vel salarij, vel stipendij iusti, vel remunerationis, vel alia huiusmodi, quæ non sit ius spirituale illos percipiendi perpetuum, in se ecclesiasticæ personæ conferibile, vt ex citatis à nobis,[a] colligitur, quale non sunt stipendia præfata, nec aliæ pensiones, quæ dantur laicis, vel clericis ratione aliquorum obsequiorum præstitorum, vel præstandorum. Tum denique, quòd stipendium, seu subsidium impensarum, quod Papa tribuit alicui episcopo, quem aliquò legat, non est annumerandum bonis ecclesiasticis, siue sacris quartæ speciei, supra definitis.

a *In rubr. de prebend.*

SVMMARIVM.

1 Bonorum ecclesiasticorum verum dominum esse Christum Deum irrefragabiliter tenendum.
2 Opinio communis omnium fere Catholicorum periculosè circa fidem, & mores relinquitur.
3 Papæ auctoritas necessariò obseruanda.
4 Bona omnia sacra sunt Dei, & omnia sacra sustentationi deputata sunt sacra, & qui ea furatur, aut rapit, sacrilegus.
5 Bona cur, & quo sensu dicuntur nullius, cùm sint Dei.
6 Papa non est verus rerum Ecclesiæ dominus, & minus alius prælatus: & ratio quare aliquando eas alienant, & num. 10.
7 Procurator Cæsaris bona eius non alienat, nisi, &c.
8 Bona ecclesiastica sunt Dei, quo ad verum dominium Ecclesiæ & prælatorum, quo ad administrationem, pauperum & piorum, quo ad sustentationem, & num. 11.
9 Bona omnia Ecclesiæ sacra, licet consecrata benedictione aliis sacratiora, & quo sensu aliqua non sint in hominum commercio.
12 Beneficiarios non esse vsuarios, nec vsufructuarios, sed maiore facultate quàm illi, & minore quàm hi.
13 Bona donata Deo, fieri eius iure naturali, perinde ac alterius donata illi.
14 Bona ecclesiastica esse Dei, & non vllius hominis Concilio Tridentino definitum.

b *In prima sui libri parte cap. 1. nu. 15.*
c *Monito 16.*
d *In 4. parte. cap. 6.*

1 QVadragesimo moneo, quòd præfatus N. non solum nimis confusè tractat, [b] penes quem sit dominium rerum ecclesiasticarum, vt diximus supra, [c] sed etiam nouè ac falsè affirmat, [d] quòd non solùm redituum bonorum ecclesiasticorum, sed eorundem etiam stabilium siue immobilium, verum dominium est penes beneficiarios. Quæ falsa & insolens conclusio est: quia imo est solius Dei & D. N. IESV CHRISTI, quod irrefragabiliter esse tenendum probo.

Primò, quòd communis opinio id habet; & nemo Catholicorum, quos ego legerim, vsque ad præfatum N. affirmauit, dominium saltem stabilium siue immobilium, & mobilium Ecclesiæ vsibus deputatorum esse penes beneficiarios, & ab opinione communi, in quam præsertim omnium Doctorum Catholicorum consensus concurrit, non est recedendum, iuxta cap. *de quibus*, [e] & doctrina solemnis Ioannis Andreæ. [f]

c *20. dist.*
f *In cap. 1. de confirm.*
g *In cap. ecclesiasticarum. & cap. in his. 11. dist.*

2 Imo in materia morum & fidei, qualis est ista, non potest id sine periculo fieri iuxta textus irrefragabiles, [g] quod multis & validis rationibus confirmat Alfonsus Castrensis. [a]

3 Secundo, quòd summi Pontifices, quorum auctoritas est irrefragabilis, [b] asserunt, illa esse patrimonium Christi, [c] esseque pecunias CHRISTI. [d]

4 Tertio, quòd omnia sacra sunt solius Dei, [e] at omnia bona ecclesiastica sunt sacra quartæ speciei sacrorum, secundum S. Thomam receptum, [f] quod etiam fatetur ipsemet N. & probatur efficaciter, eo quòd, qui ea furatur, aut rapit, dicitur sacrilegus. [h]

5 Probatur item, eo quòd ratio cur bona sacra dicuntur esse nullius, est, quia solius Dei sunt, i non quidem ita nullius, vt occupàris fiant, iuxta l. 3. [k] sed ita, vt nullius hominis puri, vel hominum sint, sed Dei tantum, & D. N. IESV CHRISTI, non quidem eo solo nomine, quo omnia sunt eius, iuxta illud, *Domini est terra, & plenitudo eius*, [l] sed etiam eo quòd nemo alius est dominus eorum, & speciali hominis vel hominum censura, siue dispositione, sunt ei dicata, donata, vel aliàs quæsita, vt glossæ receptæ dixerunt. [m]

6 Quarto, quòd ratio quare nulli prælati, etiam Papa, possunt sine causa iusta bona stabilia alienare, est, quia solus CHRISTVS, & nemo alius, est verus dominus: & eorum nemini facta est à CHRISTO facultas aliter alienandi ea, iuxta cap. *nulli*, [n] non alienand. & cap. *non liceat Papæ*. [o] vbi latius diximus.

7 Quinto, quòd ratio, propter quam cum iusta causa id facere possunt per eadem iura, est, quia sunt procuratores, & administratores constituti ab eo ad administrandum ea, secundum mentem, & intentionem eius immediatè, vel mediatè.

Immediatè quidem, vt Papa, & Ecclesia vniuersalis: mediatè, vt alij prælati, & beneficiarij ministerio Papæ, vel Ecclesiæ vniuersæ constituti immediatè, vel mediatè: quia causa iusta interueniente, videtur ipse Dominus IESVS consentire, & res agi iuxta mentem eiusdem: sicut & procurator Cæsaris, siue ipsius consensu, & mente, res eius alienare non potest, & cum eo potest, [p] & cum iusta causa id faciendi contingit: videtur Cæsar id velle per easdem leges.

8 Sexto, quòd id concludit declaratio vera illius dicti Caietani, [q] videlicet: idem esse dicere, bona ecclesiastica esse Dei, CHRISTI, vel Ecclesiæ: declarandum enim est, verum esse, quo ad administrationem, non autem quo ad dominium: nam verum dominium eorum est apud solum Christum, siue Deum, non autem apud alios prælatos & beneficiarios, etiam Papam, vt ipsemet Caietanus, [r] affirmat, & paulo post dicetur.

Apud Papam verò, & Ecclesiam vniuersalem vniuersale ministerium, & vniuersalis administrandi potestas immediatè à Deo data: quæ ministerio Papæ, vel Ecclesiæ vniuersalis distribuitur aliis prælatis, & Ecclesiis particularibus, instituendo per se, vel per alios varia iura percipiendi illos aut illos reditus ecclesiasticos, illorum aut illorum locorum, diœcesum, parochiarum & prædiorum, &c. & conferendo illa canonicè: quæ iura, canones vocant beneficia ecclesiastica, siue sacerdotia: quod nos in rubrica de præbend. exactius quàm alij scripsimus definiendo post Calderinum, [s] & Ancharanum, [t] & alios ibi citatos, beneficium ecclesiasticum esse, *ius spirituale consequenter percipiendi aliquos reditus ecclesiasticos, conferibile tantum à persona ecclesiastica persona ecclesiastica, perpetuum in se saltem quo ad accipientem:* per canones, doctrinas, & iura ibi latè citata.

9 Septimo, quòd non obstat prædictis argumentum N. scilicet, quod bona ecclesiastica, quæ non sunt consecrata speciali benedictione, sunt in hominum commercio: quia vendi & emi possunt, [v] licet alia quæ speciali benedictione consecrantur, veluti sacra vasa: sacræ vestes sint extra præfatum commercium, iuxta regulam, *semèl Deo dicatum*, [x] non, inquam hoc obstat.

Tum quia omnia bona ecclesiastica sunt sacra, vt prædictum est, saltem quartæ speciei sacrorum, etiam ipsomet N. confitente, licèt non æqualiter sacra: quia non omnia sunt consecrata benedictione speciali, de quibus agit titul. de consecr. eccles. vel altar. & cap. *ecclesiis*, cum multis

a *In lib. 1. ca. 5. contra omnes hæreses.*
b *Cap. si Romanorum. 19. dist. cap. hæc est fides. 24. quæst. 1.*
c *In cap. cum secundum. de præb. & inc. cum ex eo. de electio. lib. 6.*
d *Cap. 1. 12. quæst. 2.*
e *Leg. inter stipulantem. §. sacra. ff. de verb. oblig. §. nullius. & §. sacra insitu. de rerum diuisione.*
f *In 2. 2. q. 99. art. 3.*
g *In 4. parte sui libri. cap. 5. col. penult.*
h *Ca. prædia. & c. qui abstulerit. & c. nulli. 12. q. 1.*
i *Dicto §. nullius. insti. de rer. diuis.*
k *In princ. ff. de acquir. rerum domin.*
l *Psalm. 23 & cap. quo iure. 8. dist.*
m *In dicto §. nullius. & in d. l. 3.*
n *De reb. eccles.*
o *12. quæst. 2.*
p *Leg. 1. ff. de offic. procu. Cæsar. & l. idem Iulianus. §. cõstat. ff. de leg. 1.*
q *2. 2. q. 3. ar. 8.*
r *Ibidem.*
s *In capi. in nostra. de rescrip.*
t *In cap. 1. de reg. iur. lib. 6.*
v *Prafato c. sine exceptione. & præs. cap. nulli.*
x *De reg. iur. lib. 6. & l. inter stipulantem. §. sacra. ff. de verbo. oblig.*

aliis.

a *De consec. dist. 1.*
b *Le. idè Iulianus. §. constat. ff. de leg. 1.*
c *ff. de offic. proc. Cæsar.*
d *Cap. gloria episcopi. 12. q. 2.*
e *Le. vbi autem non apparet. ff. de verb. oblig.*
f *De feud. c. eterum. de iud.*
g *12. q. 2.*
h *In d. c. constitutus.*
i *In cap. videtes. 12. q. 1.*
k *In 2. 2. præfata q. 43. art. 8.*
l *Part. 1. c. 1. nu. 22.*
m *In d. cap. cõstitutus. & in cap. episcopus. de prab.*
n *In cap. cum super. de cau. possess. & proprie.*
o *In cap. cum esset. de restit. nu. 19.*
p *In d. c. constitutus. de rescrip. nu. 5.*
q *In c. fin. de pecul. clerico.*
r *In stit. de vsu & habit. in princ.*
s *In stit. de vsufruct. in princ. & melius inst. de vsu, & habit. §. 1.*
t *Sess. 25. c. 1. de reform.*

aliis. [a] Tum quia non sunt in hominum commercio, vt alia profana, sed ita, vt solùm ex causa iusta, & cum solemnitate interueniente, & non aliàs, debeant in commercium venire, per præfata iura, sicut & bona Cæsaris, quæ extra commercium dicuntur, [b] possunt commutari de illius consensu, vt ibidem, & in l. 1. [c] dicitur: ita & bona CHRISTI sacra quartæ speciei sacrorum, extra commercium quidem sunt simpliciter, sed ita quòd de ipsius consensu commutari possunt: qui consensus interuenire creditur, eo ipso, quòd adest causa iusta id faciendi, argumento cap. *aurum habet Ecclesia*. [d]

Tum, quia eius argumentum solum probat, quòd consecrata per aliquam benedictionem, sunt sacratiora, & speciaiori ratione Dei, quàm alia sacra, non consecrata per aliquam benedictionem, sed non probat, quòd hæc non sint sacra, neque quòd non sunt eius speciali ratione: quia ex eo quòd aliquid sit sacratius, vel specialius, seu magis specialiter alicuius, non consequitur, quòd aliud, quod non est tam specialiter eius & tam sacrum, non sit sacrum neque specialiter eiusdem: quia datur sacrato sacratius, sicut bono melius, [e] & patet in Rege, qui aliqua habet bona, quæ sunt ipsius, quo ad directum & vtile dominium, & alia, quæ sunt eius quo ad directum dominium tantùm: hæc enim specialiter pertinent ad eum, licèt illa pertineant specialius, argument. cap. 1. [f] & omnium, quæ in lib. feudorum leguntur, & notantur.

10 Octauo, quòd neque ipse Papa est verus dominus bonorum ecclesiasticorum, per textum in hoc optimum in capit. *non liceat Papæ*, [g] vbi de hoc latius scribimus. Per quod ibi sentit idem Archidiaconus communiter receptus, & Panormitanus, [h] imo & Turrecremata, [i] & Caietanus, [k] inferens ex hoc vnam grauem conclusionem, quæ apud eum videri potest, quod ipsum ait N. [l] cum aliis multis, quos refert, & sequitur Decius. [m] Si ergo Papa non est dominus, à fortiori nullus alius à CHRISTO erit: ergo solus ipse CHRISTVS est dominus verus eorum.

11 Nono, quòd ipsissima huius rei veritas est illa, quæ colligitur ex dictis Innocentij frequentius recepti, [n] & efficaciter probatur per Panormitanum relatis aliis opinionibus, [o] & aliis locis citatis per Decium, [p] ex quibus omnibus colligitur, inquam ipsissima veritas, videlicet, quod iura quæ habent, illa esse CHRISTI, vel Dei, intelligenda sunt quo ad verum & perfectum dominium & illa, quæ insinuant esse Ecclesiæ, prælatorum, aut beneficiariorum, intelligenda sunt quo ad gubernationem, vel administrationem illorum. Et ea, quę habent illa esse pauperum, ecclesiarum: vel operum piorum, intelligenda sunt quo ad eorum sustentationem: ita quod verus, & perfectus dominus est IESVS CHRISTVS. Gubernatores autem instar procuratorum, & tutorum cum facultate se de illis alendi beneficiarij. Pauperes verò, Ecclesię & opera pia, creditores quidam quorum sustentationi eorum reditus deductis oneribus debentur.

12 Decimo, quòd vera & recepta est illa sententia, quæ habet, aliquot Doctores male vocare beneficiarios vsuarios: malè item alios vocare eosdem vsufructuarios, vt tangit glossa singularis, vbi latè Panormitanus, & Andreas Siculus, [q] eo quòd maior est eis facultas, quàm vsuariis: quoniam ipsi possiint in suos, & alios pios vsus de omnibus reditibus beneficiorum disponere, cùm tamen vsuarij, qui ex re, in qua vsum habent, nihil capere possunt, præterquàm in solum vsum quotidianum, [r] & minor quàm vsufructuariis, quia illi possunt donare, & relinquere in vita & in morte licitè suos fructus, quibuscumque voluerint, [s] sine vllo paupertatis aut pietatis intuitu, ob solam amicitiam, cognationem, aut liberalitatem, beneficiarij verò minimè, quod palàm declarat post alios Concilium Tridentinum, [t] in hæc verba. *Omnino vero eis (scilicet episcopis) interdicitur, ne ex reditibus Ecclesiæ consanguineos familiarésve suos augere studeant: cùm & Apostolorum canones prohibeant, ne res ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent, sed si pauperes sint his vt pauperibus distribuant*, & paulo inferius, *quæ verò de episcopis dicta sunt, eadem non solùm in quibuscumque beneficiis ecclesiasticis, tam sæcularia, quam regularia obtinentibus pro gradus sui conditione obseruari, sed etiam ad S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales pertinere decernit.*

13 Vndecimo, irrefragabiliter probatur, ea ratione, quòd donata & relicta legitimè ab eorum dominis, fiunt eorum quibus dantur, aut relinquuntur. [a] At bona omnia ecclesiastica sunt legitimè ab his, quorum erant donata, oblata, vel relicta Deo vel CHRISTO, vel eius intuitu & nomine, Ecclesiis, vel ministris eius tamquam eius vicariis, procuratoribus, vel dispensatoribus, mediatis, vel immediatis, quod idem est, [b] ergo facta sunt eius: imo cum priuilegio, per quod ante quæsitam possessionem, etiam quo ad dominium quæruntur. [c] Ergo sunt eius, & quidem iure diuino, & naturali, præsupposito rerum dominio iure gentium introducto. [d]

14 Duodecimo randem, quod expressè Concilium Tridentinum in loco præcitato per illa verba proximè relata, (*quæ sunt Dei*) definit, omnes Ecclesiæ res esse Dei: & ita iam non videtur licere contrarium tenere, neque opinari: & consequenter non debuit incautè N. contra textus adeo claros affirmare, verum dominium illorum esse clericorum: quod, vt prædixi nemo Catholicorum, quem legerim, vsque ad eum fuit ausus affirmare, etiam ante præfatum Concilium saltem quo ad dominium rerum stabilium, seu immobilium, neque mobilium vsibus Ecclesiæ, à beneficiariorum vsibus seiunctis deputatorum.

a *Leg. traditionibus. C. de pact. §. per traditionem. inst. de rer. diuis.*
b *Ar. l. §. procurator ff. de acquir. rer. domin.*
c *Leg. fin. C. de sacro. eccl.*
d *Cap. iuis gẽtium. 1. dist.*

SVMMARIVM.

1 Sacrarum rerum quatuor species, & qua. & quarta speciei duo genera, & aliæ aliis sacratiores.
2 Bonis secundi generis quartæ speciei vtendi facultas liberior facultate vtendi bonis primi generis, sed non adeo, vt facultas vtendi patrimonialibus.

c *In 2. 2. qu. 99. art. 1.*
f *Num. 4.*
g *Artic. 3.*

1 QVadragesimoprimo moneo, quòd licèt dominium verum & absolutum omnium bonorum ecclesiasticorum sit penes Deum, & D. N. IESVM CHRISTVM, vt in monito proximo probatum est, & ideo omnia illa sint sacra, & omnis irreuerentia, quæ fit per violationem eorum sit sacrilegium, vt definit S. Thomas, [c] & efficaciter probatur per capit. *prædia*, cap. *qui abstulerit*, & alia citata in monito præced. [f] alia tamen aliis sunt sacratiora, vt idem S. Thomas ibi, [g] dicens, *quòd inter res sacras summum locum obtinent ipsa sacramenta, quibus homo sanctificatur, quorum præcipuum est Eucharistiæ sacramentum, quod continet ipsum* CHRISTVM: *& ideo sacrilegium, quod contra hoc sacramentum committitur, grauissimum est inter omnia. Post sacramenta verò, secundum locum tenent vasa consecrata ad eorum susceptionem, & ipsæ imagines sacræ, & reliquiæ sanctorum, in quibus quodam modo personæ Sanctorum honorantur, & dehonorantur: deinde quæ pertinent ad ornamenta Ecclesiæ, & ministrorum: deinde ea quæ sunt deputata ad sustentationem ministrorum, siue sint mobilia siue immobilia. Quicumque autem contra quodcumque prædictorum peccat, crimen sacrilegij incurrit.* hæc ille. Ex quibus verbis colligitur esse quatuor species rerum Ecclesiasticarum & sacrarum. Prima sacramentorum.

Secunda, vasorum ad susceptionem eorum consecratorum, & reliquiarum, &c. Tertia, ornamentorum Ecclesiæ, & ministrorum. Quarta, bonorum ad sustentanda prædicta deputatorum.

Cui addimus primò, quòd sicut res primæ speciei sunt magis sacræ, quàm res sacræ secundæ speciei, & res sacræ secundæ speciei magis quàm tertiæ, & res tertiæ magis quàm quartæ: ita facultas à Deo ministris eius facta ad vtendum rebus sacris primæ speciei, strictior est facultate vtendi rebus secundæ, & facultas vtendi rebus secundæ speciei, strictior facultate vtendi rebus tertiæ: & facultas vtendi rebus tertiæ strictior facultate vtendi rebus quartæ.

Secundo addimus, quòd res quartæ speciei, scilicet deputatæ ad sustentandum omnia sacra, sunt, vt supra dictum est, [h] duplicis generis, alterius enim generis sunt stabilia seu immobilia, de quorum numero sunt etiam iura percipiendi annuos reditus, [i] & alia pretiosa mobilia. Alterius autem sunt fructus, seu reditus eorum, qui ex illis redeunt annuatim: & quòd quemadmodum illa, quæ sunt primi generis sunt sacratiora, quàm quæ sunt secundi: ita

h *Monit. 38.*
i *Clem. exiuit. §. ceterumque an nui reditus. de ver. signi.*

facultas conceſſa miniſtris à CHRISTO vero omnium ſacrorum domino vtendi eis, ſtrictior eſt, quàm facultas conceſſa ab eodem vtendi bonis ſecundi generis. Quò fit, vt bona primi generis non poſsint alienari ſine grandi cauſa, & ſolemnitate, [a] bona autem ſecundi generis ſic. [b]

2 Tertio, quòd licèt facultas vtendi bonis ſecundi generis, ſcilicet, reditibus, facta ſit beneficiariis liberior, quàm facultas vtendi bonis primi generis: non tamen eſt adeo libera ſicut illa, quam habent vtendi bonis patrimonialibus, vel quaſi patrimonialibus: quoniam hæc adeo libera eſt eis, ac laicis vtendi ſuis reditibus laicis, [c] & ideo non poſſunt eis vti, niſi ad ſe, & ſuos, & pauperes ſuſtentandos, vt infra, [d] probabitur.

Oritur hic quæſtio grandis, an reditus, de quibus beneficiarius neque in vita, neque in morte quicquam diſpoſait, debeant collocari ſub primo genere bonorum deputarum ad ſuſtentandum ſacra, an ſub ſecundo: eſto, quòd iure perueniant ad ſucceſſorem.

Quæ quæſtio ideo eſt magni momenti, quòd ſi collocari debeant ſub primo genere, ſucceſſor non poteſt ea ſuis vſibus impendere, pluſquàm alia immobilia ſui beneficij: ſi autem collocentur ſub genere ſecundo, poterit eis vti ad ſe, ſuos, & pauperes ſuſtentandos, perinde ac reditibus ſuo tempore ex bonis primi generis ad eum pertinentibus. Huius quæſtionis reſolutionem inferemus commentario cap. *non liceat Papæ*. [e] quò etiam remittemus aliquot alias, quæ ſicut hæc pertinent ad ſpolia clericorum: de quibus, quia non poteram in hoc tractatu pro rei magnitudine, ne nimium excreſceret, ſcribere, commentarium illum ſeparatim compoſui.

SVMMARIVM.

1 *Bona beneficiaria ſubiecta oneri dandi ſuperflua piis operibus.*
2 *Chriſtiani primitiui pretia bonorum dabant Apoſtolis pro egenis.*
3 *Clericorum bona eſſe pauperum, vt intelligendum.*
4 *Vicarium poteſtate ſibi tradita vti debere iuxta mentem tradentis.*
5 *Chriſtum non eſſe minus liberalem nunc, quando eſt ditiſſimus, quàm cum eſſet pauperrimus.*
6 *Bona non eſſe data eccleſiaſticis, vt primogenia faciant, nec vt cognati augeantur.*
7 *Onus, & modum inducunt dictiones vt, Ad, Ob, pro, In, Ne, &c.*

1 QVadrageſimo ſecundo moneo, dixiſſe me in præfaro libello, [f] prædicta bona Eccleſiaſtica, quæ ſunt ſacra quatæ ſpeciei rerum ſacratum, vt duobus proximis monitis dictum eſt, ſuper quibus fundata ſunt ſacerdotia, ſeu beneficia, quæ habemus, eſſe ſubiecta ei modo & oneri expreſſo, aut tacito: vt ea, quæ miniſtris eius ſuſtentatis honeſtè ſuperfuerint, inſumantur in pauperes, & alia opera pia, cuius contrarium affirmat præfatus N. ſed male.

Primo quidem, propter illas decem & ſex rationes ibi poſitas, quarum potiores neruos ſummatim infra tangemus.

Secundo, quòd ipſemet N. ſibi contrarius id ſatis fatetur, [g] in hæc verba. *Bonorum igitur eccleſiaſticorum natura ab initio naſcentis Eccleſiæ ab Apoſtolis conſtituta, & per manus ad poſteros tranſmiſſa, duplicem vſum proſpicere videtur, diuini ſcilicet cultus exhibitionem, & pauperum victum fidelium.* & * Gregorius allegatus ibidem per ipſummet ſic ait. [h] *Omne quod ſupereſt neceſsitatibus, in cauſis piis, ac religioſis, erogandum eſt, Domino magiſtro dicente: Omne quod ſupereſt date eleemoſynam.* quibus ſubdit N. hæc verba: *Illud certiſſimum eſt, illa quæ neceſſaria non ſunt, licèt maximè ad ornatum diuini cultus & elegantiam pertineant, neceſsitatibus pauperum debere cedere*, vt beatus Ambroſius probat, in canone, *Aurum habet Eccleſia*, [i] & diuus Hieronymus in cap. *gloria epiſcopi*. [k] Hæc ille.

* Et Gregorius allegatus. *D. Gregorius hoc habet ſcribens Auguſtino Anglorum epiſc. reſponſionum cap. 2. Quod ſubiungitur ex Ambroſio eſt lib. 2. officiorum cap. 28. D. Hieronymi locus eſt in epiſt. 2. ad Nepotianum: caput autem. Quod autem quod inferius citatur eſt Auguſtini epiſt. 50. ad Bonifacium ſicut cap. Conuenior eſt Ambroſij epiſt. 33. ad Marcellinam ſororem.*

2 Tertio, quòd licet ille negaſſet, & nemo contradiceret, probaretur tamen irrefragabiliter per Acta Apoſtolorum, [a] ex quibus palam colligitur, illos fideles primos vendidiſſe ſua bona, & dediſſe Apoſtolis tamquam CHRISTI vicariis, & eius tem agentibus, pretia illorum, vt alerentur ex eis fideles egeni: & certum eſt, eorum ſucceſſores cum eodem modo & onere retinuiſſe prædia, quæ poſtea, ſeruarunt inuendita, vt futuris neceſsitatibus prouiderent. Id quod clarè teſtatur Melchiades Papa, [b] & clarius Vrbanus, [c] ante quos idem ferme dixit Clemens in locis infra citandis.

3 Quarto, probatur per cap. *res Eccleſiæ*, [d] quod ſic habet. *Res Eccleſiæ non quaſi propriæ, ſed vt communes Domino oblatæ, cum timore non in alios, quàm in præfatos vſus, ſcilicet, pios ſunt fideliter diſpenſandæ*, & in cap. epiſcopus, [e] ibi, *Epiſcopus, ſi contentus his*, ſcilicet, *victu & veſtitu minimè fuerit: conuertat autem res Eccleſiæ in ſuos eccleſiaſticos vſus. & c. Synodo prouinciæ pœnas perſoluat*, & *c. præcipimus* [f] ibi, *Indigèitibus omnia diſpenſentur.* & in hoc prædicto, [g] dicitur, quòd, *quicquid habet clerici, pauperum eſt*, hoc eſt, quicquid clerici habent, quatenus ſunt clerici, hoc eſt, de reditibus Eccleſiæ, deductis neceſſariis, pauperum eſt, id eſt, dandum eſt pauperibus, & piis operibus diuinum cultum & paupertatem reſpicientibus. & Auguſtinus, [h] de bonis eccleſiaſticis, ait. *Non ſunt noſtra ſed pauperum, quorum procurationem gerimus.* & Ambroſius, [i] ibi, *Omnia mea ſunt pauperum.* cui conſonat, cap. penult. & cap. fin. [k] & alia, quę ad hoc propoſitum in præfato libello citauimus.

4 Quinto, quòd in cap. *reuertimini*. [l] Diuus Hieronymus ait, *Deum in pauperibus, ſi non accipiant eleemoſynas, defraudari, eo quòd decimæ, & primitiæ, ſunt Dei poſſeſsiones*, & in cap. *decimæ*, [m] decimæ dicuntur ab Auguſtino eſſe tributa egentium animarum: & quòd eas dare nolens tot animas videtur occidere, quot mortui fuerunt egeſtate, eſſeque illas rem à Deo pauperibus delegatam.

Sexto, quòd bona prædicta ſunt bona CHRISTI, quo ad verum & perfectum dominium: prælati verò etiam Papa, & Eccleſia etiam vniuerſalis, quidam œconomi, diſpenſatores, & procuratores eius, vt [n] efficaciter & latè probatum & declaratum eſt. At conſtat iure diuino, & humano, vicarium, procuratorem & diſpenſatorem, debere vti poteſtate ſibi tradita, ſecundum intentionem domini principalis illam ei tradentis, [o] iuxta illud Pauli. [p] *Sic nos exiſtimet homo, tamquam miniſtros, ac diſpenſatores miniſteriorum Dei*, & illud. *Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur.* & iuxta illud eiuſdem. [q] *Poteſtatem dedit nobis Deus in ædificationem, non autem in deſtructionem.* iuxta illud. [r] *Quæ ratio mouet de legantem, debet & mouere delegatum.*

5 At conſtat confitente etiam ipſomet N. & D. Soto. cui nititur, [s] intentionem & voluntarem CHRISTI fuiſſe, ac eſſe, vt de bonis ſuis ſuperflua dentur pauperibus, vel aliis piis operibus: credendum enim eſt, vt ſupra diximus, eum velle, vt tanta vel maior liberalitas exerceatur de bonis, quæ data ſunt ei, poſteaquam viuit immortalis, quàm de his, quæ data fuerunt ei, dum eſſet mortalis, vt dictum eſt ſupra. [t]

6 Tum quòd datum, vel relictum alicui, vt aliquid det alteri, dicitur donatum, vel relictum ſub modo, eo quòd illa coniunctio, vt ſaltem cum adiicitur diſpoſitioni requirenti aliquid poſtea explendum, modum importat, iuxta l. 2. [v] & gloſſam, [x] & Bartholum receptum, [y] dicens idem de illo, quod datur ſub illa coniunctione, *ne*, pro, *vt, non*, vel ſub præpoſitione, *ad*, & *in*, quoties adiiciuntur alicui rei poſtea explicandæ: vt videre eſt apud eum, [z] per l. *ſi tibi*, [a] & l. *ſolemus*, & leg. fin. [b] quæ duæ poſtremæ agunt de dictione, *in*, quod ipſum eſt de dictione, *ob*. [c]

7 At bona Eccleſiæ donata ſunt, aut relicta D.N. IESV CHRISTO, vel Eccleſiis, vel perſonis eccleſiaſticis, tamquam procuratoribus, & eius negotia gerentibus: quod idem eſt, vt reditus eorum præbeantur vſibus præfatis, vel in eos, vel ad eos, vel pro eis, vel ne, pro vt non dentur aliis, nam ſexta Synodus, in capit. *apoſtolica*, [d] de his reditibus agens, decernit, eos eſſe ad vtilitatem miniſtrorum, & ob eſcam pauperum, & peregrinorum ſuſtentationem. Pondera præpoſitiones, *ad*, & *ob*, quæ important

modum,

a *Cap. 2. ſub finem. & ca. 5. & 6.*

b *In cap. futuram. 12. q. 1.*

c *In cap. ordinentes. eod. cauſ. & qu.*

d *12. quæſt. 1. c. eod. cauſ. & qu.*

e *Eod. cauſ. & quæſt.*

f *Eod. cauſ. & quæſt.*

g *Ca. fin. 16. q. 1.*

h *In c. quod autem. 23 q. 7.*

i *In cap. conuenior. eod. cauſ. q. 8.*

k *12. q. 1.*

l *16. q. 1.*

m *Eod. cauſ. & quæſt.*

n *In monit. 40.*

o *Leg. 1. ff. de offi. procur. Cæſar. cap. fin. de præb.*

p *1. ad Corin. 4.*

q *2. ad Corinth. 10.*

r *Cap. ſuper litteris. de reſcrip.*

s *In lib. 19. q. 4. art. 4. de iuſt. & iure*

t *Monit. 21. nume. 5. & 22. num. 2.*

v *C. de his, quæ ſub conditione. & l. 2. & 3. de donat. quæ ſub modo.*

x *Cap. veriũ. de condit. appoſit.*

y *In l. quibus diebus. § Terminilius. ff. de condit. & demonſt.*

z *à num. 3. vſque ad 10.*

a *Et l. 2. ff. de legat. 3. & l. libertas. § 1. ff. de manumiſſ. teſtam. & l. cum pater. §. Titia. de legat. 2. & prædicto §. Terminius. & l. antepenult. de leg. 2. & l. ſi quis prorediſſione. C. de dona.*

b *De oper. nou. nunciat.*

c *C. de cond. ob cauſ. per totum.*

d *12. q. 2.*

modum, & onus, vt prædiximus, & [a] vetatur epiſcopis dare conſanguineis, & ita ne dent conſanguineis, quod importat modum: ſicut, vt non, vt proximè dictum eſt. Quin & Concilium Tridentinum, [b] interdixit epiſcopis, & aliis, etiam ſi Cardinales ſint, ne ſuos cognatos aut familiares de reditibus Eccleſiæ augeant. Pondera verbum, ne, quod inducit modum & onus, & in capit. *in ſacris*. [c] ſic habetur, *in ſacris canonibus præfixum eſt, vt decimæ, iuxta diſpoſitionem epiſcopi diſtribuantur.* Pondera verbum, *vt*. Piis autem operibus eſſe diſtribuendas habetur in capit. *decimas*. [d] ibi: *Omne quod ſupereſt in cauſis pijs, ac religioſis eroganduin eſt.* vbi etiam pondera præpoſitionem, *in*, & in capit. *in canonibus*. [e] habetur, *Epiſcopum poſitum ad per ſe vel alium diſpenſandũ miſericordiam pauperibus*: vbi põdera verbum, *ad*, quod, vt dictum eſt, inducit modum: & verba principij, capit. *decimas*. [f] ſunt hæc. *Decimas quas in vſum pietatis conceſſas eſſe canonica auctoritas demonſtrat*. & verba medij, hæc alia. *Has verò decimas ſub manu* CHRISTI *fore cenſemus, vt ille, qui cæteris præeſt, omnibus iuſtè diſtribuat.* in quibus pondera illa verba, *in*, &, *vt*, quæ modũ important, vt prædiximus. Cùm ergo hæ dictiones, *ad, in, ob, ne pro, vt non*, modum & onus importent, ſaltem cum futuræ rei explicandæ adhibentur: cumque bona clericorum ſint eius, *ad, in, vel ob*, vſum pietatis, & pauperum, vel pro illo data, vel vt eis, & non aliis erogentur, manet probatum Eccleſiæ bona prædicto modo, & oneri ſubiecta eſſe, quibus rationibus adduntur, & aliæ infra. [g]

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarius poteſt adeo libere diſponere de iis, quæ reliquat ex iis, quæ decenter impendere poteſt, ac de patrimonialibus.*

1 QVadrageſimotertio moneo, rectè nos dixiſſe, [h] iuſtè poſſe beneficiarium impendere honeſtè pro libito id quod reliquat de reditibus beneficij parcius, quàm teneretur honeſtè viuendo, ex mente S. Thomæ expreſſa per Ioannem Maiorem, & Adrianum in locis ibi citatis, quod vltra multas rationes ibi poſitas confirmari poteſt. Tum ex eo, quòd eſt communis opinio, quæ non eſt deſerenda abſque textu, vel efficaci ratione id ſuadente vt habetur, cap. fin. [i] & ait Ioan. And. [k] receptus ab omnibus. Tum quòd quæſita per induſtriam beneficiarij ſunt quaſi patrimonialia per definitionẽ poſitam ſupra, [l] & illa, quæ per parſimoniam reliquantur, per quandam induſtriam quæruntur. Tum quia per hoc non præiudicatur vllis pauperibus, vel aliis operibus piis, ſed ſolum genio, ſiue ventri, & ſenſualitati beneficiarij, quam expedit mortificare, iuxta illud, [m] *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram*: & illud, [n] *Mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu*. Tum quia, longè conformius eſt intentioni CHRISTI, abſtinentiæ, ſobrietatis, & modeſtiæ amantiſsimi, honeſtè aliqua reliquare, quæ in voluptatẽ etiam honeſtam inſumi poſſunt in alia opera bona, puta, caritatis, beneficentiæ, vel aliarum virtutum, licèt non ſint miſericordiæ, quàm ſuo genio etiam honeſtè profundere. argumento illius S. Hieronymi in cap. *vtinam ſemper ieiunare poſſemus*. [o] Tum quia id concludit extrauagans à fœl. recor. Pio V. edita, [p] relata à nobis in cap. *non liceat*. [q] quatenus declarauit non eſſe annumeranda ſpoliis S. Sedi Apoſtolicæ reſeruatis ea, quæ ſuperſunt morientibus clericis beneficiariis, vel penſionariis non habentibus beneficia, vel penſiones excedentes valorem triginta ducatorum auri de Camera communis æſtimationis cuius ratio firma eſt hinc haurienda, quòd quilibet clericus, quamlibet ſimplex, impendit, aut certe impendere poteſt honeſtè in ſui ſuſtentationem præfatum reditum 30. ducatorum: & ita ea quæ reliquat ex illis, cenſentur ei patrimonialia, vel quaſi patrimonialia.

Ex quo collige obiter, omnes clericos non habentes beneficia, vel penſiones valoris maioris, quàm 30. ducatorum, nullatenus à teſtando, vel pro libito diſponendo, prohiberi. Et adde, quòd rationes N. contra hoc monitum factæ ſoluuntur in monito ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Rationes N. enerues ſunt contra communem, de reliquatis ex his, quæ honeſtè impendi poſſunt.*

QVadrageſimoquartò moneo, quòd præfatus N. malè negat concluſionem præcedentem firmiter probatam, non ſolum contra me, ſed etiam contra Sotum, [a] & Reuerendiſsimum epiſcopũ Didacum à Couarruuias, [b] quos nos omnes ad id citat, & contra alios quos ſupra, [c] citamus, videlicet Ioannem Maiorem, [d] & Adrianum, [e] quibus ſatis conſonat S. Thomas. [f] Tum quia rationes prædicti N. ſunt ſex debiles, & enerues. Prima, quòd Panormitanus id ſentit. [g] Secunda quòd non debet eſſe melioris conditionis iniquus, ſordidus & auarus, quàm æquus, liberalis, & ſplendidus: & quòd iniquus, auarus, & miſer eſt, qui parcè viuendo reliquat, ſe neceſſariis defraudando. Tertia, quòd qui id facit, peccat mortaliter, fraudando ſe, & ſuos pro ſua dignitate debitis alimentis. Quarta, quam poſtea iterum incogitanter repetit, quòd ſeeundum opinionem Archidiaconi, clericus eſt ſolum vſuarius, & quòd vſuarius ſolum poteſt habere id quod ipſe vritur, reliquo manente domino. Quinta, quòd qui clericus hoc allegaret, turpitudinem ſuam detegeret, nempe ſe miſerè, auarè, ſordidè id ſeruaſſe. Sexta, quòd is cui ex eleemoſynis acceptis ſupereſt, id debet in eleemoſynam dare, vt per Cardinalem Turrecrematam, [h] quę nullatenus obſtant. Non primum, quia eſto Panormitanus, [i] vt ipſe ait; non tamen ex profeſſo, ſed veluti per tranſitum facit: & id quod nos dicimus, tenent ex profeſſo omnes ſupra citati Ad alia omnia eius argumenta reſpondeo, quòd illa præſupponunt duo, quorum vtrumque eſt falſum, & contra receptas ſententias. Alterum, quòd omnis beneficiarius, qui parcè viuendo ſuum genium fraudat, peccat, & eſt miſer, & auarus. Alterum quòd nullus qui auarè aliquid acquirit, poteſt plus de illo diſponere, quàm qui honeſtè noluit illud quærere. Quorum prius eſſe falſum in proximè ſequenti monito monſtrabitur. Alterum vero ſubſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarius reliquans aliqua de his, quæ impendere poteſt, vt non peccat.*
2 *Decentia ſtatus non eſt poſita in puncto indiuiſibili.*
3 *Pius V. Pont. Max. ſanctiſsimum, & admirabile parcimoniæ exemplum.*
3 *Gregorius XIII. Pij V. imitator an metrioti ſuperet.*
4 *Mala ſuapte natura nullo fine bono fiunt bona.*
4 *Bonum, quod ob finem bonum eſt tale, non eſt ſuapte natura malum.*

1 QVadrageſimoquinto moneo, falſum eſſe, vt in monito præcedenti dixi, id quod præfatus N. [k] præſupponit, omnes qui parce viuendo, ſuumque genium fraudando, reliquant aliqua ex his, quæ decenter expendere poſſunt peccare. Primo quidem, quia licèt illi, qui fraudant ob auaritiam, vel ob alium malum finem, peccent: quia cuius finis malus eſt, ipſum quoque malum eſt cap. *cum miniſter*. [l] cum multis, quæ in commentario eius adiecimus nuper hic Romæ compoſito: illi etiam qui per indecentiam ſcandalizando alios id faciunt, contra cap. *nihil cum ſcandalo*. [m] licèt, inquam, præfati præfaro modo fraudando genium peccent, non tamen peccant: imo egregiè bene merentur, qui id faciunt principaliter ob abſtinentiam, ſobrietatem, humilitatem, modeſtiam, vel alium bonum finem, intra cancellos decentiæ, neminem per indecentiam offendentes; licèt minus principaliter intendant etiam aliqua reliquare, & reliquent. quod fieri poteſt, & quotidie multi ſanctiores faciunt.

2 Quoniam, ſecundum omnes, & etiam ipſummet decentia ſtatus non eſt poſita in puncto indiuiſibili, ſed habet latitudinem maiorem, vel minorem, iuxta ſtatus magnitudinem, vel paruitatem. Frequenter enim contingit; vt qui decenter ſe alit octingentis, iuxta ſtrictius extremum ſuæ decentiæ, poſsit in ſe alendo decenter impendere mille iuxta extremum latius ſuæ

decentiæ:

a *In cap. peruenit. 16. q. 7.*

b *In ſeſſione. 25. capit. 1. de refor.*

c *16. q. 1.*

d *Eod. cauſ. & quæſt.*

e *Eod. cauſ. & quæſt.*

f *Eod cauſ. & quæſt.*

g *Monit. 42.*

h *Monit. 29.*

i *20. diſt.*

k *In cap. 1. de conſt.*

l *Monit. 19.*

m *2. ad Coloſſ. 3.*

n *1. Pet. 3.*

o *70. diſt. & cap. epiſcopus & cap. parſimoniam. 41. diſt.*

p *Anno 1567. Kal. Septembris.*

q *§. 8. num. 3.*

a *In lib. 10. q. 4. art. 3. de iuſt. & iure.*

b *Cap. cum in officiis. de teſtam.*

c *Monit. 26.*

d *In 4. d. 24. q. 17.*

e *In eod. 4. q. 12. & quod. 6. art. 12.*

f *In 2. 2. q. 85. art. 7.*

g *In cap. cum eſſes. nu. 27. de teſtam.*

h *In cap. habebat. 12. q. 1. & in cap. in ſingulis. 80. diſt.*

i *In d. cap. cum eſſes. nu. 27. de teſtu. id ſentiat.*

k *Par. 5. c. 5.*

l *23. q. 5.*

m *De præſcr.*

decentiæ: & ita consequenter sine vlla indecentia peccato,& auaritia, posset is quotannis reliquare ducenta.

3 Deinde idem monstratur exemplo amplissimo iuxta ac sanctissimo & rarissimo fœl. record. Pij Papæ V. sub cuius pontificatu hæc scribebamus, qui decenter quidem & honestè pro summa, qua gerebat dignitate poterat mensæ suæ quotidianæ impendere plurima, tum in ferculis, vinis,& bellariis, tum in cantoribus, quibus animum grauissimis negotiis oppressum refocillaret, in aulæis, & tapetibus, auro, argento, & serico intextis, professorum varietate variatis, quibus cœnaculum ornare poterat, & patribus purpuratis, Regum legatis,& aliis conuiuia, eademque pro dignitate lauta, & splendida honestè facere: quæ tamen minimè faciebat, imo maximo Christianorum omnium exemplo, adeo simplici mensa vtebatur, vt nullus, vel rarus esset in eius curia mediocri beneficio ecclesiastico auctus, qui tam simplici vteretur. Oculatus enim testis,vt qui frequenter data opera ob hoc, eius beatitudinis mensæ astiti, assero vidisse me illum non solùm diebus profestis, sed etiam maximè festis, imo & die ipso S. Antonij abbatis, qui eius natalis, simul & consecrationis, siue coronationis anniuersarius erat, duobus tantùm ouis in sartagine frixis, & aliquot offis nescio quo herbarum iure, intra lancem infusis, & vnico potu vini aqua temperati, vix sex vinciarum,hausu contentum cœnatum fuisse. Quam, & alias eius cœnas nemo non laudat, nemo non miratur, & iure quidem: quia licet essent simplicissimæ, & nulla dapum, bellatiorum,calicum, parasitorum, diuitum, aulæorum pendentium varietate ornatæ, splendebant tamen composito eius in cœnaculum è cella exitu, & modesta manuum lotione, benedictione deuota, silentio graui, lectione sacra sanctè prolata, omnium ministrorum incomparabili modestia, ceremoniarum tantæ mensæ debitarum adamussim obseruatia, gratiarumque actione religiosissima, & ex cœnaculo in cellam receptu compositissimo. Neque vmquam, donec eum ita cœnantem vidi, satis intellexi illud, quod Concilium Carthaginense relatum in cap. pen. [a] renouatum à Tridentino, [b] significat: nempe, dignitatis episcopalis auctoritatem, non tantum quæri opipara sibaritica que mensa, quantùm vitæ ac fidei meritis. Quod ipsum etiam nunc S. D. N. Gregorius XIII. suo confirmat exemplo, dum Pium V. præcessorem suum in omnibus aliis imitatus, mira quadam mettioti, & mediocritate, qua in suis omnibus actis vtitur,eum superare videri potest.

4 Tertio quòd non tollet vim huius argumenti,qui responderit, præfatos Optimos & Maximos Pontifices omnino quidem laudandos & super astra ferendos, eo quòd id fecerunt & adhuc idem alter faciat, quia id non fecerunt ob auaritiam,de quo fraudatore agit N.sed vt ea quæ reliquassent, in pia opera distribuerent,non tollit inquàm vim præfati argumenti qui sic responderit. Tum quia qui hoc fecerit satis fatetur prædictam fraudationem, non esse de genere eorum, quæ per se vel intrinsecè sunt mala, & quæ nullo fine possunt fieri bona iuxta ea quæ diximus in d.cap. *cum minister*. [c] sed de genere indifferentium, quæ per circunstantias fieri possunt bona, & mala: qualis est illa genij fraudario, quæ bono fine fit bona, & per consequens fiet bona, si ob virtutem abstinentiæ,sobrietatis, vel ob alium bonum, & aptum finem fiat: & per consequutionem etiam si fiat ad hoc, vt aliqua opera caritatis, beneficentiæ, liberalitatis, & aliarum virtutum exerceat, etiam si non sint eleemosynæ, neque actus virtutis misericordiæ: & consequenter, falsum est omnes beneficiarios fraudantes genium parcè viuendo, peccare. Imo indubitatum est, bene mereri plurimos, qui principaliter ob abstinentiam, sobrietatem, studiositatem, beneficentiam, vel alia virtutum opera, & secundario, vt aliqua reliquent,parcè viuunt, & suum genium fraudant minus, quàm iustè possunt, impendentes de his, quæ decenter secundum decentiæ suæ laxius extremum, poterant impendere.

SVMMARIVM.

1 *Auarè quærenti frequenter licet, quod non licet nolenti sic quærere.*
2 *Auaritia,quæ non est iustitiæ contraria non impedit quærere,nec restituere cogit.*
3 *Stultus, vt non debet esse melior sapiente.*
3 *Pauper ditatus eleemosynis, vt non tenetur ad eleemosynam plus quàm alius diues.*
4 *Eleemosyna,vt liberius quæritur, quàm reditus beneficij.*
4 *Lege naturali ad pacta & onera tenemur.*
5 *Beneficiarius plus quàm vsuarius est, & minus quàm vsufructuarius.*
6 *Vsufructus causalis quid? eum vt non habet beneficiarius.*

1 QVadragesimo sexto moneo, falsum item esse, vt [a] dixi, id quod præfatus N. in eodem loco, videlicet, [b] præsupponit, arguendo contra præfatam limitationem positam supra, [c] in fauorem beneficiariorum, scilicet, nemini,qui aliquid auarè quærit, licere plus disponere de illo, quàm illi, qui honestè vult illud quærere. Tum, quia qui ob auaritiam mercaturam exercet, & per eam quærit aliqua, sine alterius vlla iniuria & iniustitia fit verus dominus eorum, & potest de illis rebus perinde ac de aliis suis sanctè quæsitis disponere: sicut & qui in loco sacro contrahendo aliqua quærit, peccat quidem, potest tamen de illis perinde disponere, ac si contrahendo in loco profano id fecisset, iuxta glossam singularem communiter receptam. [d]

2 Tum quia sola illa auaritia, quæ est contraria virtuti iustitiæ speciali, non autem alia, quæ solum iustitiæ virtuti generali liberalitati, vel aliis virtutibus opponitur, impedire potest disponendi facultatem, inducendo restitutionis, siue refarciendæ iniuriæ obligationem, vt sentit S. Thomas receptus. [e] Quare qui beneficiarius, etiam si per auaritiam fraudando genium sine alicuius iniuria, & iniustitia, quæret aliquid de suis patrimonialibus, vel beneficij reditibus, posset de illo disponere, perinde ac de illo quod per auaritiam contrahendo, & peccando aliàs iuste quæret: cum tamen ille, qui talia noluit quærere, neque quæsiuit, ne quid inhonestum faceret, non posset disponere de illo, quod non quæsiuit, sed potuit vt alij quærere.

3 Tum,quia nil iuuat aduersarium illa l.*si à patre*. [f] quam satis incaute ad hoc citat: cui etiam consonat, cap. 1. [g] & cap. *eum qui*. [h] quatenus probant, quòd non debet esse melioris conditionis stultus quàm sapiens, neque malus, & inobediens, quia illud intelligitur, cum vterque idem vel simile facit, quod in casu proposito non contingit, in eo enim agimus de duobus, quorum alter quærit, licèt auarè, alter autem non quærit, neque auarè, neque honestè. & quòd præfatus N. arguendo contra nostram præfatam limitationem supra, [i] positam, inaniter aut falsò, ait, [k] pauperem teneri ad elargiendam eleemosynam de superfluo, per eleemosynam quæsito: inaniter quidem, si intelligit, quòd tenetur vt alij diuites: quia de illo nemo dubitat, falsè verò si intelligit: quòd tenetur plusquam illi. Tum, quia nulla ratio, neque vlla lex ad id eum obligat: & sine lege vel efficaci ratione non est inducenda obligatio. [l] Tum, quòd liberè sine onere vllo vt plurimum donatur eleemosyna pauperibus, vt infra, [m] dicemus. Vnde pauper impendens voluptuosè, vel malè quæsita per eleemosynam, non tenetur restituere, vt Adrianus ait. [n]

4 Tum, quòd hac ratione vbi supra diximus, aliud èsse dicendum de reditibus quæsitis per pauperē via eleemosynæ & aliud de reditibus bonorum Ecclesiæ beneficiorum: quoniam eleemosyna sine vllo datur onere, bona verò prædicta cum onere tacito,vel expresso dandi superflua pauperibus, vt probatum est supra, [o] & ita tenetur ad illud lege iustitiæ naturali, quæ iubet pacta seruari. [p]

5 Et quòd præfatus N. etiam arguendo contra præfatam ampliationem, [q] male significat Archidiaconum dixisse, beneficiarios esse tantùm vsuarios. tum quia id ille nullibi dixit: tum quia, vt alia omittam, Aluarus Pelagius,acerrimus eius in hoc defensor,[r] sequutus eū,ait id, quod diximus supra,[s] vsuariū in re in qua vsum habet, nil aliud habere quàm vsum quotidianū,[t] adeo quidem,vt ius

a *Monit. 45.* b *Part.3. c.5.*
c *Monit.26.*
d *In c. decet. §. fin. de immun. eccles. lib.6.*
e *2.2.q.118. art.1. & 2.*
a *43. distinct.* b *Sess.25.c.1. de reform.*
f *§. prædo. ff. de petit. hered.*
g *De postul. prælat.*
h *De præb. lib.6.*
i *In mon.26.*
k *In d. c.5. par.3.*
c *83.q.4.n.55.*
l *Cap. consuluisti. 2. q.5. & c. 2. de trãslat. prel.*
m *q.2.*
n *In 4. decis. q.12. col. 6.*
o *Monit.28. & duobus sequent.*
p *Cap. 1. de pactis. & l.1. ff. eod.*
q *In d. c.5.3. part.*
r *In præfato lib. de planct. eccles.2. par. ca.28.*
s *Monit. 41.*
t *Instit. de vsu & habit. in princ.*

quod

quod habet, neque locare alij, nec vendere, neque gratis concedere potest, vt ipse textus ibi habet. At secundum opinionem Archidiaconi, beneficiarius habet ius administrandi bona omnia beneficij, locandi etiam & vendendi reditus,séque ex illis alendi, & reliqua distribuendi pauperibus,quos elegerit, vt [a] latè dictum est, & sicut non sunt vsuarij tantùm, ita non sunt etiam vsufructuarij, saltem liberè & plenè: quia vt supra diximus, vsufructuarius donare potest,& relinquere in vita, & in morte licitè suos fructus,cuicumque voluerit, [b] sine vllo paupertatis, aut pietatis intuitu, ob solam amicitiam, cognationem, aut liberalitatem,beneficiarius verò, minime: quod satis clarè probat post alios Cõcilium Tridentinum, [c] & quòd sicut præfatus N. male significauit, [d] Archidiaconum renuisse, beneficiarium esse tantum vsuarium, vt proximè dictum est:ita peius dixit, [e] quod beneficiarius est vsufructuarius causalis.

6 Quoniam ille dicitur vsufructuarius causalis, qui habet ius vtendi & fruendi aliqua re vnitum cum eius proprietate,iuxta mentem Bartholi & aliorum,[f] quam breuiter Iason ibi, [g] declarat,at beneficiarius,quamuis haberet ius vtendi & fruendi rebus,& bonis sui beneficij, non tamen id haberet eo quòd sit dominus eorum,vt efficaciter, & latè probatum est supra,[h] monstrãdo periculosum esse, affirmare post Concilium Tridẽtinum id quod ipse contra communem, imo & omnium catholicorũ sententiam nouè affirmat,[i] videlicet,verum dominum bonorum Ecclesiæ esse penes beneficiarios.

SVMMARIVM.

1 *Bona comparata per beneficiarium ex reditibus beneficij quæ fiunt Ecclesiæ,quæ non,& num.2.*

1 QVADRAGESIMO SEPTIMO moneo falsum esse id,quòd præfatus N. [k] prolixè multa extraria miscendo,rigidioremque se beneficiariis, quàm communis, & nos sumus, exhibendo concludit, scilicet omnia, quæ beneficiarij quærunt de reditibus suorum beneficiorum,quæri Ecclesiis eorum: & ita quæri, vt ipso iure dominium eorum transeat in illas,immo & possessio, adeo quidem, vt * competat Ecclesiis non solum hypotheca, sed etiam Saluianum interdictum. Tum quia id ex diametro est contrarium ei, quod ait beneficiarios ita dominos esse suorum ecclesiasticorum redituum,ad dispensandum eos pro libito,ac sunt laici suorum sæcularium. Et ne dicas id dici ab eo arguendo contra suam conclusionem, considera,quòd id prosequitur per 25.folia,& tandẽ multis extrariis immixtis,affirmat id quod notamus, excepto illo de Saluiano interdicto,quod in medio reliquit.

* Competat Ecclesiis non solum hypotheca, &c. *Hypotheca seu pignus est res omnis creditori pro pignore obligata,inter quæ si obligationem spectes nullum est discrimen, si vt vero rationem & vim est nominis hoc interest, quod cum res pignori obligatur,simul etiam possessio traditur creditori, cum autem datur in hypothecam possessio non transit ad creditorem. Saluianum autem interdictum competit domino fundi aduersus colonum in sua domo habitantem, vt eius heredes, de rebus coloni tacite pignoratis pro mercibus, quæ colonus in fundum intulit,vt patet ex ff. eodem titulo. Competit ergo Ecclesiis agere de bonis Ecclesiæ non solum ratione hypothecæ,quia ipsis vbicumque sint,quasi hypothecæ nomine obligata maneant: sed etiam ex interdicto Saluiano eo quod cum beneficiarij sint quasi coloni: Ecclesiæ vero sint quasi domini fundi si beneficiarij res beneficiorum aliqua ratione pignori tradiderint, possint ipsæ ex interdicto Saluiano eas repetere.*

Deinde,quod neque Archidiaconus,neque vllus alius, qui eum sequitur,etiam si longè strictius,quàm N. loquatur, vmquam dixit,quòd vestes, libri,phialæ, scyphi, lances, cochlearia argentea,& alia suppellectilia, & mobilia, quæ beneficiarij emunt in vsum suarum personarum, vel ad donandum quibus oportet,in iustam remunerationem obsequiorum,aut munerum ab aliis acceptorum,aut conuertendum ea in opera pia, fiant iure ipso Ecclesiarum eorum, ita quòd non possunt ea vendere, aut commutare plusquàm alia Ecclesiarum suarum vtensilia, in vsus prioris earundem comparatarimo neque domus, neque vineæ, prata,areæ,vel alia immobilia, quæ emūt ad tradendum, & postea in dotem, vel donationē propter nuptias, aliquibus pauperibus cognatis,vel aliis,aut capellæ alicui in dotem,vel aliis piis operibus fiant Ecclesiarum, ita vt sine causa,& solennitate ab eis auelli nequeant, obstante cap. *sine exceptione*. [a] Tum quia beneficiarius, licèt non sit tam liber omnium reddituum ecclesiasticorum dominus, ac laicus suorum,est tamen dominus astrictus,vel administrator eorum,ad se honestè alendum ex his,& distribuendum reliqua pauperibus, quos ipse ad id elegerit, præsentibus,vel absentibus,præsentis temporis,vel futuri. Et ita ea solùm,quæ ipse emit pro Ecclesia sua, seu eius nomine, ipso iure fiunt eius irreuocabiliter, iuxta l. fin. [b] non autem alia, quæ emit ad vsum suum, vel alia opera pia, in quæ iustè potest ipse illa impendere. Ita quòd eadem omnino, & tanta facultas sit beneficiario in rebus emptis ex beneficij reditibus, quæ & quanta in ipsismet reditibus: & consequenter ita, & non plus,neque minus potest disponere de quæsitis ex eis, ac de ipsismet: nisi cum illa emit, vel quærit Ecclesiæ nomine, ac ea mente vt illico fiant ipsius beneficij,vel Ecclesiæ,iuxta præfatam l.fin. [c] quæ non extenditur ad ea quæ beneficiarius sibi emit: quia non transit per illam emptionem ipso iure in beneficiarium dominium rei emptæ nomine ipsius virtute solius contractus facti in vsum personæ suæ, vel in fines præfatos: oportet enim interuenire traditionem, per quam transeat in eum illius dominium, vel potestas disponendi de illa etiam ad pia, sicut poterat disponere de reditibus, ex quibus iam emit, iuxta l. *traditionibus*. [d] vt tangitur in fine huius moniti. Tum quia non obstant illa multa,quæ ipse pro se adducit, puta cap. *placuit*. [e] & cap. *sacerdos*. [f] quæ verbosius ipse ad literam recitando citat, nomina conciliorum,quibus tribuuntur,nominando. Per quæ videtur probari, quòd nullus beneficiarius debet emere agros aliquos, vel prædia sibi, reditibus sui beneficij, neque nomen suum in instrumentis emptionum inscribere: sed debet emere suæ Ecclesiæ, & nomen eius in instrumento ponere. Ad quæ omnia respondeo, primum, mirari me quomodo N.qui verba illorum adeo ponderat, ausit dicere,beneficiarios esse adeo liberos dominos reddituum suorum ecclesiasticorum, ac laicos suorum sæcularium. Deinde, quòd sensus eorum naturalis, & germanus est, quòd beneficiarij non debent emere de reditibus Ecclesiæ,quos ipsi non possunt conuertere in vsus suos, aliquid sibi, sed tantùm ipsi Ecclesiæ, neque de reditibus, quos in suos vsus conuertere possunt, debent quærere sibi eo animo, vt illud fiat suum ad donandum illud, cui voluerint pro libito, sed bene ad effectum vtendi eo ad sustentationem suam,& suorum, & pauperum, aut aliorum piorum, præsentium,vel absentium, præsentis temporis,vel futuri. Cautum tamen & pium esset, vt instrumentum emptionis rei immobilis fieret nomine Ecclesiæ, si illud vult statim ei applicare,vel exprimere generaliter, vel specialiter finem illum pium, in quem emit, & vult applicatum iri: si tamen simpliciter & absolutè sibi nomine suo emat, fiet suum per traditionem cum illo onere erogandi superflua pauperibus, cum quo reditus illi, ex quibus emit,pertinent ad ipsum: quæ est quotidiana, & pia resolutio fundata in illa regula, quæ habet *subrogatum sapere naturam eius cui subrogatur*, l. *si eum*. [g] cum aliis, quæ probant frequenter rem succedere loco pretij. Addo tandem textus irrefragabiles, in extrauagante Iulij III. Datum Romæ anno 1549. relata ad literam à nobis in comment. cap. *non liceat*. [h] & in extrauagant. Pauli IIII. edita anno 1556.relata, vbi supra, & in alia Pij IIII.edita anno 1560. relata ibidem: per quas præfati Summi Pontifices clarè declarant, omnia mobilia, immobilia, & se mouentia quæsita à beneficiariis de reditibus suorum beneficiorum, dici & esse spolia ecclesiasticorum debita Papæ, & non aliis: at constat, quòd si empta à beneficiariis, suo nomine & sibi; fierent Ecclesiarum ipso iure, per l. fin. [i] perinde ac empta nomine ecclesiarum, non censerentur spolia, quæ mortuo beneficiario deberentur Papæ,vel alij habenti ius spoliorum plusquã alia Ecclesiis incorporata,per ea, quæ in definitione

a *Vbi supra.*
b *Institu. de vsuf. ac. in princ. & melius. instit. de vsu & habit.*
c *Sess. 25.ca. 2. de reform.*
d *In præfato cap.5. 3. part. ca. 4.*
e *In 4. part. ca. 5.*
f *In leg. qui vsum fructũ. ff. de verb. oblig.*
g *Col. 5.*
h *Monito 40.*
i *In dd. cap.5.*
a *12. quæst.2. & cap. nulli. de reb. eccles. non alien.*
b *C. de sacrosanct. eccles.*
c *C. de sacrosanct. eccles.*
d *C. de pactis. & §. per traditione. Inst. de rerũ diuis.*
e *12. quæst.3.*
f *Cap. presbyter. & cap. quicũque.12. quæst. 4. & ca. 1. & cap. inquirendum. & cap. fin. de pœnit. cleric.*
g *§. qui ininviar. ff. si quis caution. & c. Ecclesia. vt lit. pendẽ.*
h *12. quæst.2.*
i *C. de sacrosan. eccles.*

finitione spoliorum dicimus in d. c. *non liceat*. nec obstat, quod supra monito 41. dictū est: omniū bonorum ecclesiasticorum dominium esse penes CHRISTVM, & administrationem eorum vniuersalem penes Papam; & particularem maioris partis eorum penes alios: & quod reditus ecclesiastici sunt bona ecclesiastica; & consequenter ipsorum: & bonorum emptorum ex eis dominium est penes CHRISTVM, & sola administratio penes ministros eius & Ecclesias ipsorum. Non inquam id obstat: quia vt, [a] dictum est, duo sunt genera bonorum ecclesiasticorum quartæ speciei. Altera sunt bona incorporata Ecclesiis: altera reditus eorum, & beneficiarij maiorem potestatem habent in his, quàm in illis. Et licèt ipso iure irreuocabiliter quæratur CHRISTO, & eius Ecclesiis ipsius nomine dominium, & administratio emptorum nomine ipsius: emptorum verò nomine beneficiariorum, dominium & administratio non quæritur etiam reuocabiliter ante traditionem illorum nec CHRISTO, nec Ecclesiis, nec beneficiariis.

Moneo hic lectorem quòd ipsemet N. retractauit hanc opinionem, quam hic ipse confutauit in antipologia, vt retuli in propugnaculo apologiæ, & repeto infra. [b]

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarium non peccare mortaliter impendendo superflua vanè, vel profanis afferre est quædam hæresis.*
2 *Opinio communis tenenda nisi, &c.*
3 *Petrus Sotus confessarius Cæsaris magnum Dominicani ordinis ornamentum.*
3 *Cardinalis Illustrissimus Vuarmiensis, etiam ante purpuram nomine Hosius, toti orbi clarissimus.*
3 *Frater Michael Medina laudatus.*
4 *Nouitates præsertim relaxantes mores vitandæ.*
5 *Opinio N. apud omnes fere Catholicos male audit.*
5 *Papa licèt humanis legibus non subiiciatur, tamen ab opinione N. cauet.*
6 *Aliena quærens sua perdit, vt totum qui totum quærit.*
7 *Materia superbiendi, ambiendi, &c. tollenda.*
8 *Didacus à Leyua siue Couarruuias laudatus.*
9 *onorum Ecclesiæ superflua ex mēte Christi danda paupertati.*
10 *Dominicus Sotus palinodiam tacitè canere videtur.*
11 *Bona ecclesiastica esse Dei, & non danda cognatis Tridenti definitum.*
11 *Impensa vana bonorum Ecclesiæ vt prohibita, quia mala.*

1 QVADRAGESIMO OCTAVO moneo, quòd præfatus N. ex vna parte, & communis opinio, & ego ex alia, adeo sumus in hac re contrarij, quòd ille ait beneficiarium adeo esse dominum sui beneficij reditum, ac aliorum sui patrimonij: perinde quoque posse illos impedere in quoscumque volet vsus, ac alios sui patrimonij reditus: neque plus peccare in illis profanè, vanèue impendendis, quàm in istis: neque plus quàm laici in impendendis suis sæcularibus reditibus. Ego vero sequutus communem opinionem, quam præ cæteris asserit Archidiaconus: [c] contra aio, id adeo esse falsum, & contrarium Catholicę (quæ sacrosancta Romana est) Ecclesiæ canonibus, quòd nullatenus esset scribēdum, neque audiendum.

2 Primo quidem, quod à communi sensu non est recedendum sine lege, vel efficaci ratione, per c. fin. [d] & doctrinam Ioan. Andreæ receptam in c. 1. de constit. præsertim, quando est adeo vt hæc recepta; & adeo debili ratione fundata contraria ac insolens, vt nullus antiquorum canonistarum, etiam ipso N. confitente, id audire voluerit. Imo præfatus Archidiaconus, [e] esse hæreticum in iure dixerit: cuius dictum licèt N. dicat, [f] non esse intelligendum de vera hæresi, ait tamen intelligēdum esse de dicto adeo à communi sensu & mente canonum alieno, vt nemo nisi qui ab eisdem canonibus apertè dissentire velit, eam sequi posset: quæ sunt verba eius. Alius tamen longè vtroque illorum, & me in sacris litteris eruditior, & grande ordinis Dominicani ornamentum: Petrus à Soto, qui ob insignem pietatem fuit à sacris confessionibus catholicissimi Imperatoris Caroli V. satis sensisse videri alicui potest, eam esse vere hæreticam, [g] in hæc grauissima verba. *Primo omnium constat, ex decursu totius Ecclesiæ ab Apostolis, & ipso iure diuino, bona omnium Ecclesiarum, cum Christi sint, meritò etiam pauperum esse: neque vlla ratione, aut potestate humana fieri posse, vt liperdit*

citè in alios vsus, quàm ecclesiasticos, & pauperum expēdi possint. & paulo post, *Et contrarium credimus esse errorem grauissimum, saltem contra bonos mores, & iustitiam, & quidni etiam contra Scripturam?* hæc ille: cuius dicta, eo maiore sunt apud omnes pios, & eruditos auctoritate, quo insigniorem ob pietatem prudentiam, & eruditionem, in suum confessarium sibi præfatus Imperator delegit; & ad bellum in Lutheranos & rebelles Germaniæ suscipiendum, & administrandum constantiorem hortatorem & consultorem habuit, & quo ipsius scripta cōtra infœlicem Brentium fœlicius dignatus fuit defendere Illustrissimus & Reuerendissimus idemque pientissimus & eruditissimus Cardinalis Vuarmiēsis, qui sub nomine, Hosius, etiam ante purpuram toti orbi christiano erat clarissimus.

3 Non est autem is Petrus Sotus, idemque Dominicus Sotus supra citatus, vir eiusdē ordinis eruditissimus quidem, & piissimus; sed aliquo nomine illo inferior, qui longe post nos Salmanticæ Cathedram & doctoratum obtinuit; & cuius multas opiniones, quas contra receptas tentauit, habitáque quæ debebatur ei reuerentia, non sine complurium etiam ordinis sui & scholæ virorum doctissimorum consensu, in variis nostris opusculis refellimus, quarum vna est hæc, vt supra, [a] patet, & antea in Manuali Confess. [b] & sequen. vna inquam, earum, quam N. defendere nititur: & magis quàm ille exerit, & amplificat, tantò mea sententia maiore beneficiariorum animatum damno, & decoris clericalis detrimento; quantò magis fulcit illos impios, qui ne decimæ clericis soluerētur, ea ratione multis persuaserunt, quod illi eis tamquam sui patrimonij reditibus vterentur. Reuerendus item admodum frater Michael Medina Franciscanorum ordinis ornamentum, [c] omnium ordinis sui virorum (in quibus profecto complures sunt doctissimi) mentem complexus ait. *Prædictam nouam opinionem esse sacrilegam & talem, quæ euangelicum opitulandi pauperibus ministerium excludit. quæ adulatoriis & vanissimis quorumdam sophistarum nugis in scholas irrumpens, protrudere cœpit ab eis illam sanctorum Auctorum sententiam; Bona clericorum esse bona pauperum: qua factum est, vt Ecclesiæ ac toti Clero magni thesauri inuiderentur, & vt in electione episcoporum non gregi, sed episcopis prouideatur; multiq. Principes hæretici bona ecclesiastica violenter inuaserint.* hæc ille.

4 Secundo confirmo idem, eo quòd nouitates vitandæ sunt, qua parte vitari possunt, l. *in rebus*. [d] & cap. *cum consuetudinis*. [e] cum ei annot. & à communi non est recedendum, nisi vrgente ad'id textu, aut ratione, [f] & in dubio, securiora & tutiora sunt sequenda, [g] & non est præstanda materia laxandis moribus, in quod hoc sæculum adeo est propensum, [h] & in dubio, pro religione iudicandum est. [i] At nostra sententia est vetustior, imo & omnium fere antiquorum, & communis etiam recentiorum, ipsomet N. fatente, [k] est item animabus lōge salubrior ipsomet teste, in epistola nuncupatoria, & securior, vt palam est, & moribus reformandis longè aptior, vt ex Concilio Tridentino, [l] colligitur, & pierati, ac religioni fauorabilior; quippe quæ causam Christi, & pauperū defendit. Ergo potius amplectenda est, quàm opinio eius noua paucorū, parum tuta, & male fida carinis, parum religiosa, & multum laxa, & quæ plurimum beneficiariorum mentes à cœlestibus in terrena demittit.

5 Tertio quòd hæc nouitas omnibus fermè Ecclesiæ Christianæ canonibus, vt postea monstrabitur, obuiat, & adeo quidē, quod nullus antiquus canonistarū, vt dictum est, eam tenuerit. Eadem nouitas adeo à cōmuni totius populi Christiani sensu abhorret, vt rari sint ex his, qui ex animo sunt Christiani, & sacras sacrorumque Doctorum Scripturas legerunt, qui nō ægrè ferant audire, quòd tam libere possunt Primates, Archiepiscopi, Episcopi, & alij quique beneficiarij de omnibus suis reditibus ecclesiasticis in profanos vsus disponere, ac Reges, Reguli, Duces, Marchiones, Comites & alij laici, de suis sæcularibus: cum palam sit, nec etiá Papam, licèt nulli humanæ legi saltem quoad vim coactiuam, subiiciatur, [m] id sibi permittere, neque vllius Papæ testamentum, saltem ad profana, in hunc diem ab aliquo eius successore admissum.

6 Quarto, quòd frigienda sunt illa, quibus quis dum quærit aliena, perdit sua, [n] iuxta illud. *Qui totum vult, totum*

perdit. At hæc nouitas efficit clericum valde odiosum: quin & adeo commouet aliquos Reges, Regulos, & alios laicos, qui decimas & primitias soluunt, quique vel quorum præcessores, vrbes, oppida, montes, valles, territoria, iurisdictiones, & alia prædia plurima, Ecclesiæ donarunt, vt eius ministri primum, deinde pauperes sustentarentur; adeo, inquam, hæc nouitas horum aliquos commouet, vt sint quos pœnitere incipiat, ea illi donasse, & velle si possent ea reuocare, quod vt multis in locis tentatum est, ita in pluribus tentatum iri, timeri potsit; si hac opinione inflatus clerus superbierit, & quærens aliena, sua perdendi periculo exposuerit.

Quintò, quòd hæc eadem nouitas est occasio præsentissima clero thesaurizandi, pauperes despiciendi, cognatos ditandi, nimium cupiendi, superbiendi, ambiendi, per fas & nefas sacerdotia quærendi; imo & luxuriandi apparatu saltem & vestitu, & vtinam non venere, ac luxu: & denique auertendi mentes à cælestibus desideriis, in quæ vt Deus eas conuertat, numquàm non rogat & flagitat Ecclesia vniuersa: quas occasiones fugiēdas esse satis probant principium 42. distin. & cap. *cum iam dudum*. [a] & principium extrauagantis execrabilis Ioan. xxij. & præfatum [b] Concilium Tridentinum. [c]

8 Sexto, quòd licèt vtcumque audiri possit, & colorem habeat opinio Cardinalis Zabarellæ, [d] videlicet; beneficiarios reditus ecclesiasticos suos profanè impendentes, non teneri quidem ad restitutionem, sed mortaliter peccare; vt eam nouissimè adiuuit D. Didacus à Leyua siue Couarruuias, meus olim discipulus dilectissimus, qui postea, vt creditur, mortem beatam obiit, auctus episcopatus Segobiensi, ac suprema Hispaniarum præfectura, [e] qui postea litteris humanissimis ad me datis certiorem fecit meam, quæ adeo communis est sententiam, se opere seruaturum, & apud eum, qui satis dominum timet, sententiam, quam ipse scripsit, satis accedere ad nostram; cum timor peccati mortalis magis debeat hominem deterrere à peccato, quàm onus restitutionis. Hæc, inquam, opinio licèt vtcumque audiri possit, & colorem habeat; & eam, vt infra, [f] assero, nisi adeo conscientia reclamasset, tenuissem. At hæc alia noua, quæ habet beneficiarium nihilo plus peccare impendendo reditus ecclesiasticos vanè vel profanè, quàm reditus sui patrimonij: quodque reditus Regum, Regulorum, Ducum, Marchionum, Comitum, & aliorum laicorum profani ex vna parte, & reditus ecclesiastici Papæ, Patriarcharum, Primatum, Archipræsulum, Præsulum, & aliorum beneficiariorum ex altera, sint in hoc pares; nihilque reditus ecclesiastici differant in hoc à reditibus profanis patrimonialibus, tamquàm omnino libera sit illorum, ac horum dispensatio, grauissimus profecto error est, quoad mores & iustitiam; & quoad doctrinam hæresis, vel proximus ei; vt grauissimè censuit præfatus Petrus Sotus in loco præcitato; & ante illum Archidiaconus communiter receptus in præfato cap. *statutum*. & indignissimum quòd sanctissimo illi & canonum Ecclesiæ obseruantissimo S. Thomæ Aquinati tribuatur; & plane contrarium Concilio Tridentino, [h] cuius hac de re fragmentum inseruimus supra. [i]

Septimo, quòd omnia prædicta bona ecclesiastica, sunt bona Christi quoad verum dominium: quod per duodecim fundamenta irrefragabiliter probauimus, [k] non solum ea generali ratione, qua omnia sunt eius, [l] sed etiam speciali censura, & dispositione hominis, qua omnia sacra & donata ei, sunt eius; ita vt dicantur nullius, scilicet, hominis vel hominum, [m] vt ibi late probatur & declaratur. At constat per allegata, [n] & repetita supra, [o] per plurima fundamenta, quòd voluntas eiusdem CHRISTI D. N. declarata, & præcepta per ipsummet saltem factis; & per Apostolos & Ecclesiam eius traditionibus, & canonibus est, vt omnia illa impendantur in honestam sustentationem Ecclesiæ, ministrorum, & piorum operum. Ergo ea, quæ supersunt ministris decenter sustentatis, debent distribui piis operibus; & per consequens peccatum est contra facere.

9 Octauo, quòd vt proximè dictum est, & per sexdecim rationes neruosas probamus supra, [p] & duobus sequen. per quas, & alias idem irrefragabiliter probatum est su-

pra monit. 42. quòd præfata bona ecclesiastica, tam ex voluntate & intentione fidelium, qui ea Christo dederunt, & dant, quàm ex ipsiusmet CHRISTI declarata, & præcepta per ipsummet verbis & factis, & per Apostolos & Ecclesiam traditionibus & canonibus, habent modum, & onus expresè aut tacitè iniunctum, vt ea, quæ ministris eius honestè sustentatis, superfuerint, in pauperes, & alia opera pia insumantur: at qui modum & onus iniunctum rei sibi traditæ ab alio, non implet, facit contra legem iustitiæ commutatiuæ naturalem, quæ iubet pacta seruari, [a] etiam à monarchis. [b] Ergo beneficiarius, cui tradita & commendata sunt bona CHRISTI, cum præfato modo & onere iniuncto, peccat mortaliter non adimplendo illud.

Nono, quòd nullo CHRISTI præcepto, vel exemplo, neque vlla Apostolorum, neque Ecclesiæ traditione, neque vlla lege Pontificia, vel Cæsarea, vel ciuili iussum est, vt bona laica in solos ministrorūm & alios vsus pios impendantur: neque prohibitum, ne profanis vsibus, alioqui honestis, distribuantur. At exemplo CHRISTI, traditione Apostolorum, & canonibus Ecclesiæ, non solum vno, vel altero loco, sed sexcentis explicitè vel implicitè iubetur, vt superflua bonorum ecclesiasticorum dentur pauperibus, vel piis operibus, & prohibetur, ne dentur profanis, vt monstratum est supra, [c] Ergo perperam, & parum pie adæquantur in hoc ecclesiasticorum bonorum & laicorum reditus: & peius dicitur, nihilo plus peccari, impendendo reditus ecclesiasticos vsibus profanis quam reditus laicos.

10 Decimo, quòd etiam ipse Dominicus Sotus, cuius auctoritate nitēs N. suā opinionem defendere audet, [d] sic ait, *Tēpore illo*, de quo loquitur Augustinus, [e] videlicet *quòd in cōmuni viuebatur pauperes tam laici quàm clerici ex decimis alebantur*. Et ita oportet eum confiteri; vt ait S. Clemens supra relatus, datas fuisse ad sustentationem, non solum ministrorum, sed etiam pauperum, imo & [f] conscientia, quæ dictauit ei, se parum misericorditer in art. præcedenti loquutum, adactus dixit, *Antiquam Ecclesiæ pulchritudinem, in subsidio pauperum eluxisse, cùm Apostoli diaconorum ministerio impense viduarum, orphanorum, indigentiumque curam gerebant*. imo paulo post subdit, *Episcopos non debere habere alios filios quàm pauperes; non debere item instituere maioratus, neque consanguineis aliter prouidere, quàm pauperibus; neque locupletare illos, sed tantùm vt absque necessitate vitam ducant*. & paulo post, [g] ait, *Quòd Episcopi non debent esse remissiores in erogandis eleemosynis quàm si lege iustitiæ tenerentur id facere*. quinimo subdit, *Confessarios eis debere in vita, & in morte largissimas eleemosynas, eas facere negligentibus pro pœnitentia imponere, eóque propemodum res recidere, ac si lege iustitiæ ad restitutionem tenerentur*. imo & addit, *Quòd beneficiarius, qui vt suum nomen perpetuo celebret in ædificiis etiam piis ampliandis & perornandis insumit ea, quibus præsentibus pauperibus succurri posset, ne fame perirent, non solùm rem vanam, sed etiam perniciosam, & CHRISTO ingratissimam agere*. Quæ dicta, quid aliud quàm palinodiam quamdam tacitam eorum, quæ artic. 3. præcedenti dixerat, continent? & significant contrariam conclusioni eius, & præfati N. videlicet, longè strictiorem potestatem habere beneficiarios in reditus ecclesiasticos, quàm in patrimoniales, & quàm laicos in laicos: & grauius peccare in eis vanè, vel profanè impendendis, quàm in laicis: quæ nostra conclusio est.

Vndecimò, quod vltra hæc omnia, efficaciter vrget: quòd sacri canones negant facultatem testandi beneficiariis de reditibus suorum beneficiorum, [h] adeo quidem, quòd neque Summus Pontifex testatur de reditibus sui Pontificatus, vt post alios tradit Philippus Franeus. [i] quæ facultas non posset negari illis, si suorum redituum ecclesiasticorum tam domini essent, quàm sunt profanorum.

Duodecimo, quòd B. Hieronymum [k] ait: posse quidem clericum viuere de altari, non autem luxuriari: vbi certum est, quòd verbum luxuriari, non solùm significat venereorum vsum, sed etiam quemlibet alium, qui necessitati naturæ, personæque decentiæ non est necessarius, licèt aliqui non sit malus, & alio in loco [l] ait, nullum clericum veste fulgida vti debere: quis enim adeo superbiat, vt

reputans

a *In monito 42.*
b *Quæst. 3. mont. 24.*
c *In cap. statum. §. Assessorem. col. penul. de reform. lib. 6. & in principio 44. dist. & in ca. si. episcopus. 12. quæst. 1.*
d *20. distin.*
e *In §. assessorem.*
f *In 4. pa. sui lib. cap. 1. nu. 15.*
g *In lib. de inst. sacerdot. 2. par. de vi. sacerd. lect. 3. tit. de bonis ecclesiasticis.*
a *Monito 11.*
b *Ca. 25. nu. 130.*
c *Lib. 7. de recta in Deū fide.*
d *ff. de legib.*
e *De consuetud.*
f *Cap. de quibus. 20. dist. & leg. penu. C. de fideicōmiss.*
g *Ca. ad audientiam. de homicid. cap. si quis autem. de pœn. dist. 3.*
h *Capit. ex parte. de consuetud. leg. conuenit. ff. de pact. dotal.*
i *Leg. sit persona. de relig. & sumpt. funer.*
k *In cap. 1. 2. partis. nu. 1.*
l *Cap. 1. de reformat. sess. 25.*
m *Ca. propositum. de cōcessionib. præben.*
n *Ca. 1. sub. §. 13. quæst. 1.*
a *Leg. 1. ff. de pact.*
b *Cap. 1. de prob.*
c *Monito 40. & 42. & monito 20. cit. aliquot seq.*
d *In lib. 10. de iust. & iure. q. 4. art. 3.*
e *In cap. decimæ. 16. q. 1.*
f *In art. seq. 4. col. 2.*
g *Col. fin.*
h *Ca. 1. c. ad hæc. c. relatū. de testam. c. episcopi. 12. q. 2. cap. fixum. eod. can. q. 5. i in vnb. de testā. col. 23. k 44. dist. in princip.*
l *§. 41. dist. in princ.*

reputans secum, quòd bonorũ Ecclesiasticorum ipsemet solus Christus Deus speciali ratione ac hominis dispositione est dominus,& quòd per tot auctoritates authenticas constet ex mente & voluntate ipsius CHRISTI esse, vt omnes illorũ reditus in ministros & opera pia sustentanda insumantur, audeat dicere, non esse pauperibus plus iuris in eius reditibus, quàm in sæcularium bonorum?

11 Decimumtertium & postremum simul irrefragabile fuerit quòd sacrosanctum Concilium Tridentinũ à quo sine periculo aberrandi à fide non potest discedi, hanc partem Canonizare videtur,[a] per verba superius,[b] relata. Per quæ, palam determinatur primo, bona Ecclesiastica esse bona Dei,non solùm generali, sed etiam speciali ratione,vt dictum fuit ibidem.

Determinatur secundò, nullis beneficiariis licere donare de reditibus Ecclesiasticis aliqua diuitibus, etiam si cognati sint,& amici,ac familiares eorum.

Determinatur tertio, licere illis donare illos cognatis, familiaribus, & amicis pauperibus, intuitu paupertatis principaliter,licèt secundariò respicere possint etiam cognationem,familiaritatem,& amicitiam.

Determinatur quarto,saltem per consequutionem necessariam,non licere illis donare de reditibus Ecclesiasticis tam liberè ac laicis de laicis quibus voluerint, & peccare si contra fecerint. Quæ est conclusio nostra,quæ non solum, vt in principio huius moniti diximus, fuit ante præfatum Concilium sententia omnium antiquorum Doctorum, penèque omnium recentiorum communis: sed nunc post præfatum Concilium satis videri potest etiam esse de fide,qualem Petrus Sotus senserat, & satis expresserat fuisse etiam ante illud,aiens perpetuo ductu, & traditione Apostolorũ & sanctorum Patrum à CHRISTO vsque in suum tempus esse traditam & receptã:nam Concilium non vetat præfatam largitionem in cognatos & amicos ea mente,vt per suam prohibitionem incipiat esse mala,& de numero illorum,quę ideo sunt mala,quia lege humana sunt prohibita,sed vt id quod antea erat, declararetur,fuisse & esse malum, & de numero illorum quæ sunt prohibita, quia mala:iuxta illa quæ in simili ait glossa, [c] præsuppositio rerum dominio iure gentium introducto,& quòd res Ecclesiæ sunt speciali hominum dispositione ipsius CHRISTI. Et ita vnusquisq; fideliũ cogẽdus videtur nunc auctoritate præfati Concilij credere, præfatam largitionem in quoscumque diuites esse malam,& ideo à Concilio prohibitam:quia mala est in se, & iure naturali,& diuino, Apostolicáque traditione prohibita:cui consequens est,cõclusionem nostram non solum videri esse veram, & omnium antiquorum & cõmunem recentiorum sed etiam hodie videri quasi de fide. Neque obstat,quod quidam perdoctus ex tempore dixit, Concilium ibi agere de rebus ipsis Ecclesiarum,& non de reditibus earum,tum quia expresè meminit redituum Ecclesiasticorum,tum quia agit de rebus, quæ possunt dari cognatis & familiaribus intuitu paupertatis, si sunt pauperes, & constat,res ipsas Ecclesiæ, ex quibus percipiuntur illi reditus, non posse dari etiam pauperibus solo paupertatis intuitu, neque sine iusta causa & solẽnitate debita.[d] Adde quòd etiam in Concilio Lateranensi hoc idem ferè declarauit Leo X.[e] quamuis ratio irrefragabilis,qua nititur hæc nostra conclusio à nemine, quod sciam vsque ad nos traditur,quam reddimus supra.[f]

SVMMARIVM.

1 *Thomas Aquinas pro communi esse opinione,multis ostenditur.*
2 *Thomas à communi non facile recedit,Canones suspicit.*
3 *Ecclesiarum Prælati, & ciuitatum Decuriones, vt in hoc sunt pares, vel impares.*
4 *Bonis in Ecclesiæ plus potest Christus, quàm Prælati: sicut in bonis ciuitatis plus potest illa, quàm Decuriones.*
5 *Ecclesiarum reditus,non erant tempore S. Thomæ tam grandes, & cur Episcopatus Itali,& Gallici sunt minus opulenti Hispanicis.*
6 *Episcopatus Galliæ extenuant 700. abbatiæ mitra, & baculo insignes.*

a *In c.1. de reform. sess.25.*
b *In monito 40. prope fin.*
c *In c.ex parte. de offic. delo.*
d *Ca. sine exceptione. 12. q.2.*
e *In sessio. 9. Decre. de reforma.col. 6.*
f *Monit. 20.*

A 1 QVadragesimonono confutaturus ea, quæ aduersus præfatam,quæ communis & nostra est,decisionem, & eius fundamenta ab N. & aliis opponuntur, monco, nihil illa,neque incidenter eis inserta,obstare. Non quidem primum, videlicet, auctoritatem S. Thomæ, cuius personam prædictus N. tam ad confirmanda sua, quàm ad confutanda nostra,rhetoricè quidem, sed parum candidè induit:quò tanti viri auctoritate tela in eum missa, debiliora lectori viderentur,& fulcra quibus ea fulcit,firmiora: dum contendit significare,non tam se, quàm S. Thomam approbare,& defendere, quem procul dubio credimus à parte nostra stare, non solùm quò ad præfatam decisionem primæ quæstionis, sed etiam quò ad decisionem secundæ infra ponendam, videlicet, præfatos beneficiarios mortaliter in hac re peccare, & ad restitutionem teneri:quod neruosissimè, & ni fallimur, verè coniecturis probamus in sequentibus.

2 Primò quidem,quod ille non solet facile à communi sanctorum Doctorum sententia recedere, & assolet magna obseruantia, animóque demissione, Canones sanctæ matris Ecclesiæ suspicere,& interpretari.

Deinde, quòd vir doctissimus, iuxta ac pientissimus, numquam affirmauit expresè contrariam partem, quod etiam N. & Dominicus Sotus fatentur: & in dubio, credendus est potius adhærere communi, quàm contrariæ, cùm in dubio illa sit amplectenda.

Tertio,quòd [a] expresse ait,quòd quemadmodum bona ciuitatum commendata sunt consulibus,& decurionibus earum, ita bona Ecclesiastica sunt commissa prælatis earum. Et palam est,virum tam doctum & pium, si de hoc interrogatus fuisset, responsurum, Consules & decuriones ciuitatum non solùm peccare,sed etiam teneri ad restituendum reditus publicos, quos in vsus alios ab eis in quos deputati sunt, insumerent: & consequenter respondisset, prælatos Ecclesiarum debere restituere eos, quos in alios vsus quàm præfixos, & præstitutos impenderent.

3 Neque obstat retortio, qua retorquet in nos hoc argumentum præfatus N. dicens, quod decuriones, & rectores ciuitatum, possunt pro libito disponere de stipendiis,& salariis, quæ à ciuitatibus pro suis officiis & laboribus assignantur,dummodo alia communia sibi non capiant: & quòd ita Episcopus, & alij beneficiarij poterunt ad libitum disponere de partibus sibi assignatis, quæ sunt quædam illorum stipendia.Non inquam, obstat hæc retortio. Tum, quia id est verum, cùm bona ciuitatum sunt libera ab huiusmodi oneribus,& ciuitates ipsæ, veræ ac plenæ illorum dominæ, & ita possunt assignare suis decurionibus, & rectoribus stipendia certa ab omni onere libera. At bona Ecclesiastica non sunt libera,imo subiecta oneri præfato,vt, scilicet, omnes eorum reditus impendantur in vsus pios,puta, in sustentationem honestam ministrorum, cultus diuini, sacramentorum, sacri verbi & aliorum sacrorum, & in subuentionem pauperum, fabricæ, aliorúmque piorum operum. Tum, quia etiam si illa libera essent, tamen prælati, qui ea diuiserunt inter Episcopos & capitula, & instituerunt alia beneficia,non erant, neque sunt veri & pleni domini eorum, sed ministri, procuratores, & dispensatores illorum constituti mediatè, vel immediatè à CHRISTO, domino eorum vero,& pleno:quibus non est facta potestas dandi pro libito stipendia,liberè,in quoslibet vsus impendenda, sed solùm iuxta intentionem ipsiusmet CHRISTI, per traditiones Apostolicas, & Canones Ecclesiæ declaratam: quæ est, vt ministris eius honestè sustentatis, reliqua in pauperes,& alios pios vsus impendantur.

4 Quæ responsio confirmatur per id quod Bartholus ait, [b] scilicet, quòd ciuitas, quæ in temporalibus non agnoscit superiorem, potest donare de bonis communibus,non autem consules, & decuriones earum; eo quòd ciuitas ipsa est vera,& plena eorum domina, decuriones autem solùm gubernatores. Ita ergo & CHRISTVS ipse rerum Ecclesiasticarum verus dominus;posset quidem assignare ministris eius, quanta ei liberet stipendia, de his quæ libera essent ei donata ab onere tribuendi superflua pauperibus: non autem prælati, qui ab eo mediatè, vel

a *In 2. 2. qu. 43. art. 8.*
b *In l. ambitiosa.num. 7. ff. de decret. ab ord. fac.*

immediatè sunt instituti, vt gubernatores, & decuriones quidam Ecclesiarum.

Corroboratur etiam eadẽ responsio, ex eo quòd sicut consulibus, & decurionibus statuta sunt à ciuitatibus certa stipendia, de quibus pro libito disponere possunt; sic etiã beneficiariis instituta est à CHRISTO, & Apostolicæ Ecclesiæ traditione, honesta sustentatio pro stipendiis,de qua etiam ipsi libere possunt disponere, adeo quòd de omnibus quæ reliquauerint de iis, quæ possent in suam honestam sustentationem impendere, possunt pro libito perinde, ac de patrimonialibus disponere, vt diximus supra.[a]

Confirmatur etiam ex eo, quod beneficiarij similes sunt decurionibus, quibus nil certum esset pro stipẽdio statutum:sed sustentatio personarum suarum honesta; de quibus non diceret ipse N. posse quicquàm de bonis ciuitatis impendere in alios vsus,quam à ciuitate præfinitos,exceptis illis,quæ pro sua sustentatione darentur: de quibus possent suum fraudando genium,& parcius viuẽdo,aliquid reliqui facere.

5 Quarto colligitur præfata memorati S.Thomæ mẽs, ex eo quòd in aliis duobus locis, [b] in quibus aliqui affirmant contrarium tenuisse, satis consentit communi, si candidè intelligatur: quoniam tria dicit. Primum, quòd episcopus potest disponere de his quæ sibi deputata sunt, perinde ac de patrimonialibus. Secundum, quòd prælatus restituere tenetur id quod impendit, ex ea parte, quæ deputata est principaliter pauperibus, vel fabricis. Tertium, quòd etiam tenetur ad restituendum quantitatem notabilem, vltra ea quæ sibi decenter alendo sufficerẽt, si bona sunt communia ei pauperibus, & fabricæ. Quæ omnia tria dicta, nos quoque fatemur: ita quòd dubium est,quantam partem dixisset ille esse deputatam præfatis prælato,& beneficiariis suis vsibus necessariam;nam Aduersarij aiunt esse totam, quæ ex mensa communi totius Ecclesiæ est deputata prælato. Nos autem affirmamus, esse tantùm illam,quæ virorum bonorum iudicio, ad honestam eius sustentationem opus est: & longe verisimilius est,eum intellexisse hoc, quàm illud. Tum, quia hoc consonat traditionibus & canonibus Apostolorum, & Ecclesiæ, quorum ipse semper fuit obseruantissimus: & expedit tanti auctoris dicta,quatenus verba patiũtur, ita interpretari,vt illis concordent.[c] Tum quia ex contraria interpretatione consequeretur quiddam absurdũ, ideóque minime audiendum, [d] videlicet, quòd vir adeo doctus,& sanctus dixisset;prælatum,cui pro sua parte ducẽtorum ducatorum millia in reditibus à mensa capitulari separata essent, perinde posse de illis omnibus disponere ac de suis patrimonialibus, & sicut Dux sæcularis de suis ducalibus:ac consequenter posset thesaurizare omnes illos redit[e] si vellet,vel suis cognatis distribuere,si id mallet, emeréque ex illis quicquid in Regno venale inueniretur,si triginta annos viueret, retinens eos sine maiori obligatione,quàm Dux:quod est contra Concilium Tridentinum, [e] & contra illa multa quæ supra, [f] & præcedẽti adducta fuère. Quòd si quis cõfessus fuerit, sanctum illum Doctorem non fuisse confessurum hoc de prælato tantorum redituum; eadem ratione conficeri eum oportebit, eundem non fuisse acerturum de prælato 150000. vel 100.millium redituũ: neq; de eo qui haberet 50000. vel.300.millia,neque de habente viginti millia, vel decẽ millia,si sex millia sufficiunt ei honestè sustentando;quãdoquidem eadem ratio idem ius in omnibus illis suadet; & ita est locus regulæ *l.illud*,[g] quòd si pertinaciter repleturus, eundem sanctum Doctorem dicturũ fuisse, de omnibus,quod nos asserimus esse absurdum, triplicare possumus.Primo, ludibrio cuidam fore sanctissimum Clementem,quem citauimus cum aliis, [h] & Concilium Carthaginense & Tridentinum, & alia, quæ statuerunt suppellectilem episcoporum debere esse curtam, mensamque pauperem,asseque debere victu, & vestitu moderato contentos,impensásque sumptuosas ne faciant,ne sint delicati,ne cognatos suos ditent. Deinde,quòd ignominia quædam esset S.Thomæ tantæ sanctitatis, & doctrinæ puteo,asserere; quòd ipse dixisset Hispaniæ prælatos, qui opulentos reditus suarum dignitatum separatos reditus à mensa capitulari habent, posse impendere perinde vt patrimoniales; prædicando illum esse columnam, qua nitatur doctrina adeo ab Apostolica, & philosophia Christiana,imo & ethnica aliena.

Quinto, præfata mens S.Tho. colligitur, ex eo quòd eius ætate reditus episcopatuum,& beneficiariorum; nõ adeo grandes erant,vt nunc; & in Italia,vbi erat ille ortus,episcopi reditus habent tenues; quia decimæ fructuũ non soluuntur hic vt alibi:& in Gallia, in qua peregrinatus fuit,vbique suum corpus magna veneratione colitur, & adoratur Tolosæ in Conuentu reformatissimo Dominicanorum;vbi nos quoque frequentissimè adorauimus; & eius auxilium,ni fallimur,experti sumus,in qua,inquã, Gallia,etiam episcopatus non sunt adeo opulenti,sicut in Hispania; quippe quos septingentæ Abbatiæ, & Prioratus baculo & mitra insignes, sanguine redituum suorum minuunt,vt testatur auctor libelli de taxa episcopatuum regni Franciæ, [a] & ita partes,quas eius ætate episcopi tenebant à parte capitulari separatas, vix eorum sustentationi honestæ sufficiebant. At si admouissent eum, esse Archiepiscopum,qui habeat ducenta, vel centum quinquaginta millia ducatorum separata ei à mensa Capituli, & fabricæ; & interrogassent, numquid esset ei mens docendi aliquid, vnde consequeretur eiusmodi Archiepiscopum posse disponere tam libere in vsus quos vellet, ac si essent patrimonij reditus; videtur nobis, quòd quãuis non vsque adeo durè respõdisset, ac Archidiaconus in præfato cap. *statutum*, [b] videlicet, hoc affirmare, esse hæresim;respondisset tamen vt minimum,quòd numquã id cogitauit.Respõdisset,qui fieri potest,vt hoc dixissem? quandoquidem alibi, [c] scripsi quædam, inde necessario infertur contrarium,videlicet,decimas, & reditus ecclesiasticos non fuisse donatos in solam cleri sustentationẽ; sed etiam in pauperum, & aliorum piorum operum subuentionem.Itaque recte acutissimus Maior, [d] dixit,numquam fuisse in opinione quæ contraria est cõmuni:quod ipsum nos efficaciter mõstrabimus inferius, [e] de illo eius magno discipulo Cardinali Caietano.

Sexto colligitur præfata mens præfati S.Thom. ex eo quòd ipse fatetur,quòd si nulla diuisio bonorum esset facta inter prælatos & capitula, & beneficiarios,sed omnia esent in communi;& episcopus vel alius prælatus,haberet potestatem dispensandi omnes eorum fructus, non posset ex eis quicquam præter sustentationem honestam, sibi,aut profanis vsibus accipere;& si acciperet, non modo peccaret,sed etiam teneretur illud restituere.cuius ratio est,quia illa omnia sunt dicata, & oblata sustentationi honestæ ministrorum, & pauperum, & aliorum operum piorum; iuxta mentem Christi, veri domini eorum, vt supra, [f] monstratum est. At qui diuisionem eorum fecerunt, noluerunt, neque potuerunt eximere illa à præfata deputatione,& obligatione,vt infra, [g] latius monstrabimus:& apertè colligitur ex Concilio Tridentino, [h] quatenus interdicit omnibus beneficiariis largitionem reditum in alios,quàm pios vsus, etiam nunc post præfatas diuisiones. Ergo vir doctissimus iuxta ac pientissimus, non potuit,neque debuit sentire contrarium. Quare non immeritò,prefatus Petrus Sotus,vir eiusdem ordinis,admusim eius doctrinam doctus,eum pro nostra, quæ cõmunis est sententia,esse dixit.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio bonorum Ecclesiæ inter Prelatos, & beneficiarios non auxit potestatem diuidentium.*
2 *Facta non presumuntur,nisi probentur.*
3 *Communio rerum,solet parere discordiam.*
3 *Dispositio ad minuendum,non operatur augmentum.*
4 *Ronçeuallis monasterium illustre.*
4 *Dom.Franciscus à Nauarra stirpe Regia prognatus.*
4 *Monasterium Sanctæ Crucis Conimbricensis quãtum olim,& nunc.*
5 *Pium in vsum datum non mutatur in aliũ sine causa,& Papa.*
6 *Subrogatum sapit naturam eius cui subrogatur.*
7 *Beneficiarius etiam prebendę suę diuisę, reditus superfluos debet pauperibus.*

a *Mon.26. 44. & segu.*
b *videlicet, quodli. 6. ar. 11. & 2.2. qu. 185. ar. 7.*
c *Arg. leg. 1. C. de usuff. dot. & cap. cũ expediat. de elect. li. 6.*
d *Leg. nam quod absurdũ. ff. de bonis libert. & cap. dudum 2. de prab. lib. 6.*
e *In cap. 1. de reform. sess. 25.*
f *Monito 40. & 41.*
g *ff. ad leg. Aquil.*
h *In monito 20. & 21.*
a *In 16. volumine tractatuum, fol. 128.*
b *§. Assessor ff de rescrip. lib. 6.*
c *2.2.qu. 43. art. 8. & qu. 87. art. 1. ad 1. & art. 4. ad 4. & in quolib. 6. art. 1. culo 10. & quæst. 119. ar. 3. ad 3.*
d *In quarta dist. 24. q. 17.*
e *q. 2. mon. 7.*
f *Monito 21. & seqq. & 40. & 43.*
g *Monit. seq.*
h *Cap. 1. de reformat. sess. 25.*

8 Intellectus pulcher ca.fin.de his quæ fiunt à maio.part.cap.
8 Maior pars non præiudicat minori, in rebus communibus vt singulis, &c.
9 Beneficiarij ad reficiendas Ecclesias compelluntur.
9 Priuilegia quàm minime fieri potest extendenda.

1 QVinquagesimo moneo, nihil etiam obstare secũdum, quòd præfatus N. assumit; nempe, quòd diuisio bonorum, vel fructuum, & redituum eorum, de qua in cap. *vobis*, & cap. *quatuor*, [a] & erectio præbendarum, & beneficiorum, mutauit naturam primęuam ecclesiasticorum redituum quò ad hoc; id enim negamus, & falsum esse probamus.

2 Primo quidem, quòd actus agentium non operantur vltra fines eorum, [b] at intentio, & finis eorum, qui præfatas diuisiones fecerunt, non fuit exoneratio eorum ab onere, quod inerat eis alendi pauperes ex superfluis: quod constat ex duodecim coniecturis.

Prima, quòd necunde id constat, & factum quale hoc est, non præsumitur. [c]

Secunda, quòd constat fuisse ab hoc longe alium, videlicet, auferendi rixas, diſsidia, & lites, quæ inter episcopos, capitula, fabricarios, & eleemosynarios accidere solent: quoniam cum vniuersa bona soli Episco. administrarẽt, vt tradit S. Clemens, [d] & affirmat Anacletus in c. *præcipimus*, [e] miniméque exhiberent beneficiariis, & reliquis congruam, quam debebant portionem, vt idẽ quoque S. Clemens, [f] significat, iam hoc temporibus suis in vsu esse cœpisse, necesse fuit; vt bona ecclesiastica diuiderentur ad discordias sedandas, quas rerum cõmunio frequentissimè solet importare, iuxta l. *cum pater*. § & per alia citata ibi à glo. & Doct. & illud. [h] *Facta est rixa inter pastores Abraham, & Loth.*

Tertia, quod disposítio, & intentio disponentis ad diminuendum, non debet inducere augmentum [i]. sed præfatorum bonorum diuisiones in hoc præcipuè factæ fuerunt, vt diminueretur potestas prælatis ecclesiastica bona pro libito insumentibus, & sæpe nihil, vel non satis distribuentibus canonicis, clericis fabricis, vel pauperibus: ergo non debet illis per eas augeri potestas, qua prius carebant. at omnes post S. Thomam, [k] fatentur, non fuisse prius illis potestatẽ aliam, quàm victum & vestitum honestu. ubi desumendi, & reliqua pauperibus erogandi: ergo neque post eas diuisiones habebunt.

Quarta, quòd eadem quoque causa persuasit, vt multę quoque diuisiones ætate nostra fierent inter Abbates, Priores, suósque Conuentus, & hospitalia nonnullorum monasteriorum opulentorũ, quæ per solos Prælatos gubernabantur: & in his illa, quæ pridẽ facta fuit in illo nostro illustri, & antiquissimo cœnobio, generalique ac necessario hospitali celeberrimæ Roncæuallis, quam precibus, & efflagitationibus nostris motus, fecerat ille lõgè electissimus Prior, prole regia prognatus, vir regio ingenio, virtutéque Apostolica præditus, D. Franciscus à Nauarra, qui nuper Valentiæ Archiepiscopus vita fũctus est, pauper, vt pauperibus subueniret, quæ illustre illud monasterium cum Hospitali generali sibi adnexo seruauit, & seruat. Eadem item causa, & ratio fuit illustri monasterio S. Crucis Conimbricensis, quod vt quondã totius Europæ monasteriorum canonicorum regularium opulentissimum fuit, ita nunc est omnium reformatissimum. Eadem etiam causa fuit aliarum diuisionum, quas nos tractauimus, non ideo profectò, vt Abbates, Priores, Canonicique liberè suas portiones prodigerent; sed vt eorum capitula, & conuentus, quoties res ipsa postulasset, eis coram Deo & hominibus, iuxta cap. *edoceri*. cum ei latè annotatis, [l] obuiam irent; palámq; contradicere possent, quo ad portiones, quæ ad ipsam hospitalitatem, pauperes, & fabricam pertinerent. De suis vero prælati eam Deo redderent rationem, quam antea de omnibus reddere tenebantur: itaque præfatæ diuisiones, quæ ad diminuendum Prælatorum administrandi facultatem factæ sunt, non fuerunt operatæ augmentum, iuxta præfatum cap. fi. [m] ad insumendum pro libito portiones suas; quod ante illas minimè facere poterant.

5 Quinta, quòd id quod ad aliquem finem, vel vsum conceditur, aut relinquitur, non debet in alios vsus commutari, neque insumi; nisi suprema aliqua Imperatoris, aut Regis potestate id fiat, [a] quin etiam ipsi peccarent, si absque iusta causa id facerent: quia contra legem naturę, quæ vetat vllum suo iure, ac dispositione rei priuari, non posset ordinare sine iusta causa, iuxta c.1. [b] & latè probatur in cap. *quæ in ecclesiarum*, [c] præsertim per Panormitan. Felinum & Decium. Quinimo non sufficeret vlla facultas, etiam imperialis, aut regalis auctoritas ad huiusmodi mutationem faciendam, circa relicta ad vsus pios, etiam si in alios æquè pios mutare vellent; quia est in hoc necessaria spiritualis, eademque suprema summi Pontificis. [d] Et quia sæcularis potestas non se extendit ad spiritualia, [e] neque illa sufficeret, quò iustè fierent, nisi aliqua iusta causa id suaderet: id enim esset contraire alicui ex quinque legibus naturalibus relatis supra, [f] facit cap. *non liceat Papæ*, [g] cum eis quæ ibi nunc latius scribimus, tradit Caietanus, [h] & Lugdunensis cum Cardinali. [i] Cùm ergo finis, & animus eorum qui præfata bona ecclesiis cõcesserunt, fuerint supradicti adeo pij, non potuerunt, neque debuerunt conuerti in alios vsus, præsertim profanos sine auctoritate suprema Apostolica, quæ in nulla præfatarũ diuisionum inuenietur vlli ad hoc concessa.

Sexta, quòd intentio eorum qui huiusmodi diuisiones primitus induxerunt, fuit iniusta, (quod credendum non est,) vel certè fuit, vt vnusquisque de sua portione posset disponere, illo modo, quo ante diuisionem Prælatus poterat de vniuersis, videlicet, sustentare se honestè, & reliqua pauperibus erogare.

Septima, quòd absurdum est, & ideo minime audiendum, [k] dicere, diuisionem muneris, & gubernationis, quę vni incumbebat, in tres vel quatuor partes factã, iustam fuisse causam, vt finis atque vsus tam pij, in vsus tam profanos mutarentur.

6 Octaua, quòd id quod subrogatur, aut substituitur alterius loco, eamdem eius naturam seruare debet, [l] cũ ergo episcopo, qui solus vniuersa gubernabat, subrogati sint ipsi, atque alij, qui partes assignatas eis gubernarent, omnes seruare tenentur id quod Episcopus ante diuisionem facere tenebatur, videlicet, se honestè sustentare, & reliqua egenis erogare.

7 Nona, ꝙ celebris ille Gratianus huius libri auctor, qui Decretorum medullam antiquorum callebat, perspicue ait, [m] etiam canonicos, in quorum præbendas capitularis portio diuisa est, in earum regimine cum eadem qualitate succedere, hoc est, vt quæ illis superfuerint, debeant egentibus erogare; quod ipsum omnino sensit D. Bernardus, [n] qui ad quemdam canonicum diuisam præbendam habentem, scripsit id quod superius, [o] allegauimus, videlicet; *Quicquid præter necessarium victum, & simplicem vestitum retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est.*

Decima, quod Alexãder III. post diuisionem ab antecessoribus suis Pontificibus, inter Episcopos, capitula, fabricas, & pauperes factam, in quadam solenni decretali epistola respondit, [p] non posse iure testari canonicos de rebus præbẽdarum suarum ratione quæritis, nisi de reculis aliquibus mobilibus, remunerandorũ seruitiorũ causa; idq́ue solum, vbi consuetudo id faciendi viget.

8 Ex quo plane colligi potest, intentionem eorum qui reditus ecclesiasticos diuiserunt, non fuisse faciendi magis portionum suarum dominos eos, quibus eas applicarunt, quàm antea Episcopi fuerant vniuersorũ redituum, quod ipsum colligitur è quodam Innocentij III. Pontificis doctissimi singulari responso, [q] quod alibi non inueniri ait Panormitan. [r] & Felin. 8. quo decreuit, fabricę in necessitatem adductæ; posse Episcopum cum maiori parte capituli, etiã minore repugnante è portione capitulari applicare necessaria, quod tamen iustificari commodè non posset, nisi dicamus, per præfatas diuisiones non fuisse effectos dominos integros suarum portionum, & redituum, sed solùm administratores eorum; ita vt se honestè sustentatis, quod superesset, operibus impenderent piis: quoniam cùm aliquid est ita multis commune, vt singulis vnicuique propria contingat portio, tamquã

a *Cap. de reditibus. 12. quæst. 1.*
b *L. e. non omnis. ff. de reb. cred. cap. fin. de præb. cap. cum in illis. eod. tit. lib. 6.*
c *Cap. cũ in iure peritus. de offic. dele. l. 1. C. de mãd. principum.*
d *Lib. 2. cap. 28. & ca. 29.*
e *12. q. 1.*
f *In dict. cap. 28. & 29. § dulcissim. ff. de legat 2.*
h *Genes. 13.*
i *Leg. legata inutiliter. ff. de adimen. l. & cap. fin. de verb sign.*
k *2. 2. q. 185. art. 7. & quolib. 6. art. 12.*
l *De rescript.*
m *De verb. sign. & leg. legata inutiliter ff. de adimen. leg.*

a *Leg. 1. & le. legatis. ff. de administ. ver. ad ciuit pert.*
b *De probat. ca sunt quidam. 23. qu. 1.*
c *De constit.*
d *Clementi. quia contigit, de relig. dom.*
e *Cap. bene quidem. 96. distin. & cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de constit.*
f *Monito 20.*
g *12. quæst. 2.*
h *In 2. 2. qua. 43. art. 8.*
i *Quæst. 2. in d. clemẽ. quia contingit.*
k *Leg. nam quod adiunctum. ff. de minu. libert. & cap. dudũ 2. de prab. lib. 6.*
l *Arg. leg. si qũ. § qui iniuriam. ff. siquis caut. c. Ecclesia vt lit. pend.*
m *In § fi. sub ca. penult. 12. quæst. 1.*
n *In epist. 2. col. penult.*
o *Monito 22.*
p *In ca. relatum 2. de testamen.*
q *In cap. fin. de his quæ fiunt à maio. part. cap.*
r *In cap. cum omnes de constit. col. 3.*

domino integro, (vt contingerent canonicis suæ portiones particulares; si opinio contraria esset vera,) tunc maior pars minori non posset præiudicare: in re enim, quæ communis est pluribus vt singulis, nõ potest maior pars præiudicare minori. [a] Ratióque germana illius decretalis Innocentij, ex hac nostra communi opinione facile colligi potest, vt pulchrè de more colligit Decius, [b] perinde ac hæc nostra illius singulari decisione dilucidè confirmatur. Ex quibus palam probatur; non esse canonicis tantùm iuris in reditibus suarum præbendarum quãtum in reditibus patrimoniorum suorum; cùm manifestum sit, neque ipse N. negat, non posse illos cogi ab Episcopo, ad subueniendum Ecclesiæ fabricæ necessitati de patrimonialibus: quòd autem ego non assignaui præfato cap. rationem decidendi, quam mihi N. imponit, moneo infra.

9 Vndecima, quòd beneficiatij separata beneficia, & separatos reditus eorum Ecclesiæ habentes, cõpelli possunt ad reficienda tecta, & alia ædificia illius, de his quæ illis superfunt, vt singulariter probant c.1. & cap. *de his*, [c] quos tamen certum est non posse compelli ad id faciẽdum de reditibus suorum patrimoniorum superfluis. Ergo per diuisiones huiusmodi, reditus beneficiatiorum, qui eos diuisos possident, non sunt facti adeo liberi eorundem domini, ac sunt redituum, & bonorum patrimonialium eorum, quæ aliunde habent.

Duodecima, quòd diuisiones præfatæ operari potuerunt, etiam aliquos alios effectus iustos, præter eum quẽ supra diximus; non operando illum iniustum, quem Sotus & præfatus N. prætendunt, nempe illum quem operatur diuisio agri ad faciliorem culturæ commoditatem, quæ nec plures agros efficit, nec aliquid à prioris naturæ conditione immutat, [d] nec onus vllum adiunctum tollit, [e] quem item operatur diuisio facta inter se per administratores Reip. suæ commoditatis causa, quæ Reip. nil præiudicat: quoniam singuli eorum poterunt in subsidium conueniri post talem diuisionem sicut ante illam, [f] quem item operatur illa, qua iubet Prætor bina mancipia ministerij causa reseruari pupillis; per quam non cẽsentur omnino diuisa, imo permanent communia; licèt vnusquisque pupillorum sibi reseruatorum ministerio conuenienti vti possit, [g] quem item facit illa, qua pater pluribus filiis hæredibus instítutis moriens claues & annullum custodiæ causa maiori natu filiæ tradidit, & liberto eius res, quas sub cura sua habuit, assignari iussit; per quam filia præfata nihil debet habere præcipuum. [h]

10 Cum ergo præfatę diuisiones possint operari effectus omnes prædictos iuri consonantes, non sunt dicendæ vanæ, quamuis non operentur illum alium omnibus canonibus contrarium: quia receptum est, quòd priuilegia quæ contra ius commune feruntur, [i] vt debent operari aliquid contra illud, [k] ita interpretanda sunt, vt dato aliquo quod contra illud operentur, non operentur alia maiora, arg. c.1. [l] & multorum, quæ adduxit Decius, [m] per quæ omnia palam profecto est ei, qui omnino non est cęcus, & habet vel micam voluntatis intelligendi, vt bene agat; diuisiones præfatas bonorum, & redituum Ecclesiarum, non fuisse operatas id quod Sotus & N. parũ canonicè, ac religiosè asseuerunt: neque ob eas ea vel reditus eorum effecta fuisse patrimonialia bona beneficiariorum; neque onere antiquo tribuendi superflua pauperibus, aliisue operibus piis exuta fuisse.

SVMMARIVM.

1 Diuisio quæ, & quale dominium transfert.
2 Bona fabricis, & pauperibus deputata nõ sunt aliis liberiora.
3 Dominus non quilibet etiam verus alicuius rei de ea liberè disponit.
4 Beneficiarios esse dominos non probat c.1. de cler. non resid.
4 Argumentum à contrario sensu ad quid inualidum.

1 QVinquagesimo primo moneo, quod nihil obstãt l. 1. & 2. [n] & l. *cum pater*. [o] cum similibus, quæ probant, per diuisionem rei communis, vtroque diuidẽtium fieri dominos integrè partium suarum, quia satis

n *C. communia verba, quæ Ind.*
o *§. hæreditatem. ff. de legat. 2.*

a *Arg. ca. ad audientiã, de eccles. ædific.*
b *De cler. nõ resi. lib. 6.*
c *num. 14. mon. 8.*
d *In 4. de rest. qua. 12.*
e *Lib. 10. q. 4. art. 3. de iust. & iur.*
f *§. differentia. ff. de acq. poss*
g *De cler. nõ resid.*
h *In verbo feudo. leg. 1. ff. si ager vectì.*
i *Le fœmine. C. de secun. nupt. & toto titulo. ff. & C. ad Trebell. & ff. de cond. & demonst.*
k *In 4. part. sui libelli, ca. 6. pagella 16.*
l *ff. de rei vend.*
m *§. sub conditione. ff. qui & à quibus.*

domini sunt absoluti rerum suarum,& tamen eas alienare nequeunt; iuxta illud Iustiniani. [a] *Aliquando quid dominus est,alienare non potest.* vbi etiam habetur,maritum inuita vxore, fundum dotalem alienare non posse,licèt eius sit dominus,[b] & ita licèt præfatum cap.[c] probaret(quod tamen profectò non facit) beneficiarios esse dominos suorum reditruum, intelligendum erat de domino restricto,& obligato ad erogandum superflua pauperibus,& non de omnino libero:quoniam expedit iura iuribus cõcordare,[d] & per consequens ita interpretari illud cap.vt concilietur multis aliis iuribus, quibus cõtrarium declaratur,& probatur, quòd beneficiarij effectu solum sunt œconomi, & dispensatores illorum ad erogandum pauperibus, desumpto sibi tamen ante omnia quod statum suum decet,iuxta doctrinam Innoc. [e] quod etiam præfatus Adrianus licèt restituendi necessitatem neget, vt N. tamen ita intelligendum esse illud cap. significauit, [f] & Maior affirmat, [g] & longè ante illos Archid. [h] cum aliis multis,quæ firmissima responsio est.

4 Secundò,respondetur, quòd falsum est probari per illud cap. beneficiarios esse dominos reditruum suorum beneficiorum:nam illud ca. solum inducitur à contrario sensu,quod tamen licèt aliàs dicatur fortissimũ in iure, [i] nullatenus tamen habet vires ad probandum id cuius contrarium in iure exprimitur, vt habet glossa solennis recepta,[k] vbi latè Felin.& textus omnium optimus in ca. *à nobis*, 2.[l] at contrarium latissimè probatur supra. [m]

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarij facultas impendendi reditus in quo fundatur.*
1 *Beneficiarius regularis disponit de suo reditu, ac secularis de suo.*
2 *Soluens vni,quod alteri debet non satisfacit.*
3 *Princeps consultus iuxta ius præcedens respondit.*
4 *Beneficiarius potest soluere de suo reditu.*
5 *Intellectus nouus,& aptus cap.quod quibusdam.de fideiuss.*
6 *Intellectus extrauag.suscepit.Ioan.xxij.*
6 *Consuetudo, vt beneficiario post mortem cedant fructus primi anni,vt valet.*
6 *Fructus beneficiario post morem cedentes in quæ impendẽdi.*

1 QVinquagesimosecundo moneo, nil etiã probare illud fundamentum,quod præfatus N.vbi supra præsupponit,videlicet, quòd potestas impendendi reditus ecclesiasticos fundatur in dominio quod habent in illis beneficiarij. Tum quia id falsum est,vt latè probarũ est,[n] non enim fundatur in eo, sed in facultate data eis à iure id faciendi : nam Episcopi qui sunt religiosi, & alij quilibet beneficiarij regulares tam liberè possunt impẽdere de reditibus suis, quàm alij Episcopi,& beneficiarij sæculares de suis,iuxta determinationem Cardina.Flor.[o] quod probauimus supra, [p] cui nemo vmquam contradixit:cum tamen certum sit,eos non esse dominos illorum, neque capaces dominij eorum, neque alius alicuius rei temporalis propter solenne paupertatis votum, quod in professione emiserunt, [q] id quod latè probauimus in illa rubr.[r] & satis supra.[s]

2 Et nil etiã obstare,c. *peruenit*, [t] quod neruosius quàm per præfatum N.inducatur,potest sic induci : nemo liberatur soluendo vni,quod debet alteri,vel soluendo debita quæ aliis debet, de rebus aliis debitis, [v] at beneficiarius qui nõ habet patrimonialia, vnde sua debita soluat, debet: imo cogi potest soluere creditoribus suis debita sua de reditibus beneficij sui,per d.ca.*peruenit*.ergo reditus non sunt debiti pauperibus. Ad quod argumentum vno modo respondet Archidiaconus, [x] videlicet,quòd id fecit Papa ex gratia speciali, & expressa dispositione. Quæ responsio nũquàm nobis placuit, & rectè ab N.cõfutatur;quam & nos confutauimus anno 1525. Salmanticæ prælegendo illud cap.pro clarissimo illo doctore Tapia, quem solum à tempore immemoriali vidit Salmantica vtriusque iuris doctoratu à se insignitum.

3 Et merito quidem reprobauimus; quia cum princeps respondet ad consultationem, secundum ius prius statutum respondere videtur,iuxta glossam celebrem. [a] Cum quia secundum eius responsionem, capit.illud de nihilo seruiret extra casum in eo contentum, & ita esset delendum,ne membranas inutiliter occuparet, iuxta cap. *si Romanorum*. [b] Aliter respondet Panormitanus, [c] videlicet, quòd Papa non iubet,vt debita, de quibus ibi agitur,soluãtur de reditibus beneficij; sed simpliciter de reditibus clerici:& quòd ille habebat alios reditus seculares : quã solutionem etiam tamquàm diuinatoriam;quando & vbi supra confutauimus.

4 Aliter videntur respondere Cardinalis & eius sequaces ibidem:ex quorum tamen responsione sequeretur,quòd beneficiarius sola debita intuitu Ecclesiæ contracta, & non alia posset soluere de reditibus sui beneficij,cuius contrarium nos semper tenuimus,& ita scripsimus in Manual. Confess. [d] asserentes, posse beneficiariũ debita sua,etiam iniustè contracta, si alios patrimoniales non habet, soluere ex reditibus sui beneficij, sibi ea capiendo tamquàm pauperi licèt decisio Rotæ, [e] non se adeo extendat. quare aliter respõdimus nos præfato anno 25. quam responsionem, & modum intelligendi illud cap. significauimus in dict. Manual.vbi supra; & latius explicauimus in apologia huius libri, [f] quòd nescio quare N. dissimulauit,nisi quia forte deerat ei replicatio contra solutionem, quæ est omni legi & consuetudini consonantissima. Respondemus ergo, quòd beneficiarius,qui non habet alia bona,ex quibus aliis suis creditoribus satisfacere possit, est vnus de pauperibus: & ideo solutio debitorum eius,censenda erit in pauperes erogatio; ac ita ipse beneficiarius tamquàm suorum redituum distributor, potest ex reliquiis ipsorum capere sibi tamquàm pauperi, vnde sua debita tamquàm debita pauperis soluat. Neque ob id ipsius beneficiarij creditores preferuntur pauperibus;sed ipse beneficiarius seipsum tamquàm pauperem præfert aliis pauperibus propter potestatem sibi à iure concessam secundum Sanct. Thomam & omnes erogandi reliqua suorum reditũ pauperibus, quos ipse elegerit,per quæ applicata formaliter ad præfatam inductionem, cõcessa maiore & minore,negamus consequentiam:ex eo enim quòd nemo liberatur soluẽdo vni,quod debet alteri, quod continet maior; & ex eo quòd beneficiarius potest soluere sua debita, & contracta intuitu personæ suæ de reditibus ecclesiasticis si non habet aliud, vnde soluat, quod continet minor : non infertur, quòd reditus illi non debentur pauperibus, quod est consequens:cum soluendo illos creditoribus beneficiarij pauperis non habentis vnde illa soluat, censentur dari pauperibus : quia dantur pro clerico paupere, qui habet facultatem eligendi pauperem, cui eos distribuat, & eligit in primis seipsum, quem debet eligere secundũ caritatem ordinatam,iuxta cap. *si non licet*, [g] & l. *præses*. [h]

5 Nil etiam obstat c. *quod quibusdam*: [i] quia longè verior est intellectus, qui ad id colligitur ex solutione proximè data ad præfatum c. *peruenit*, [k] quàm sit ille, quem præfatus N.illi tribuit, videlicet, quòd Abbas,& Cõuẽtus debent soluere pecuniam per se, vel suum religiosum, vel alium mutuo acceptam de reditibus sui monasterij, etiã si non probetur in vtilitatẽ eius conuersa,tamquàm pauperes quidam, qui proximiores sunt sibi, quàm aliis, qui non habent alia,quàm reditus monasterij, vnde illã soluant;& possunt cogi ad hoc à iudice : quia iustè id facere possunt : quandoquidem iustè possunt sibi pro suorũ debitorum solutione tãquàm pauperibus accipere, id quod possent in solutionem debitorum aliorum pauperum, ne ob ea vexarentur,erogare.

6 Et nihil etiam obstat extrauagans *suscepit*, [l] quia latè in hoc ipso libello illi responsum fuit, [m] & repetitur infra, [n] licet id præfatus N.dissimulet,& fortè quòd defuerunt ei copiæ ad impugnandam nostram responsionem, quæ continet, primò extrauag. illam esse Ioan. xxij.quæ est, [o] inter extrauagantes eius, & [p] inter extrauagantes cõmunes;& in eo solo contra nos, & communem inducit posse, quòd approbat consuetudinem, vt beneficiarius percipiat post mortem reditus beneficij primi, aut secũdi anni. Secũdò, [q] ex eo non infertur,eã probare, [q] liceat ex consuetudine beneficiariis pro libito testari, vel impendere fructus primi aut secundi anni, post mortem: quia hoc longè diuersum est;& à diuersis non fit illatio. [a]

7 Imo vir doctissimus Zenzelinus à nemine alio citatus,singulariter ibidem in glossa eiusdem extrauagantis, quam habet inter extrauagantes Ioannis xxij. [b] ait, fructus istos conuertendos esse in vtilitatem animæ defuncti;vel, vt idem Zenzelinus in alia glossa posita, [c] sentit in solutionem nominum, vel debitorum defuncti: quod summam habet rationem, perpensa mente illorum, qui induxerunt præfatam consuetudinem id permittentem, quæ fuit,ne bona deessent sumptibus funeris, & debitorum solutioni.quin & in alia glossa, [d] addidit idem Zenzelinus non valere consuetudinem deferentem prædictos fructus personis laicis diuitibus. Tertiò, quòd prædictis non refragatur, quod Ioan. Andreas frequentius receptus, [e] ait, approbari per illam extrauagantem suam opinionem, qua tradiderat valere consuetudinem permittentem beneficiario testari de fructibus primi,aut secundi anni post mortem suam perceptis: nam illius contextus haudquaquàm id probat, vt diximus; & si probaret,esset intelligendus de consuetudine testandi in pios vsus,& non profanos,vt apertè colligitur ex tribus glossis Zenzelini proximè citatis : neque etiam ipse Ioannes Andreas contrarium expresit, & rationes in præfato libello vbi supra citatæ infra, [f] in hanc cõcordiam nos necessario adducunt, argumento c. *cum expediat*. [g] Quartò, quòd ex his sequitur; hæredes beneficiarij defuncti non posse præfatos fructus percipere,nisi tamquàm pauperes, aut quia debita defuncti ex aliis suis ipsorum hæredum bonis soluissent, vel in locum aliorum bonorũ, quæ defuncti ex suis bonis patrimonialibus, vel quasi, prius in pauperes,aut in pios vsus impendissent, iuxta ea quæ dicemus infra, [h] quæ est noua, & valdè vtilis declaratio prædictorum,& aliorum, quæ Doctores leuiter attingentes dixerunt.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiario non dantur reditus tam liberi, quàm militi stipendium.*
2 *Testandi libere de re beneficij consuetudo nullibi est clero.*
3 *Consuetudo vt legi deroget debet esse maioris partis.*
4 *Academia Caturcensis à Ioanne.xxij.erecta.*
5 *Testandi liberè consuetudinem non esse clero Italo multis probatur.*

1 QVinquagesimotertio moneo, quòd nihil obstat illud argumentum quo præfatus N. vtitur à simili,videlicet;miles stipendium quod ei datur, facit suũ: ergo episcopus, & beneficiarius reditus sibi per prædictas diuisiones assignatos,faciũt suos. Soluitur enim negando consequentiam,& similitudinem : quia miliți, & mercenario soluitur stipendium liberum ab omni onere episcopo autem, & beneficiario per præfatas diuisiones assignantur reditus illi oneri subiecti, cui erant ante diuisionem, per supradicta. [i] Eodem modo soluitur illud debilissimum argumentum,quod N.format, nempe;beneficiarius facit suos fructus beneficij exigui.ergo & beneficij pinguis; quandoquidem manifesta est ratio diuersitatis : nam habenti exiguum beneficium, nihil sibi honestè sustentato supersit; habenti autẽ pingue, superesse potest, & si ob circumstantias personæ non supersit;idem esset de habente pingue, & exiguum : per quod apparet,non facere quod aiunt,ad rhombum,ea quę subdit,quòd maius & minus non faciunt differre specie, neque in prædicamento substantiæ verificari magis & minus,&c.

Non item obstat, quod præfatus N. ait; quòd ex opinione recepta sequeretur quiddam absurdum videlicet, quòd consuetudo cõtraria, quam ille ait vbique terrarũ esse,non excuset beneficiarios ea vtentes. Tum quia id nullatenus est absurdum,licèt aliquibus videretur durũ, ferendũ tamen,vt ait Pelagius vbi supra, [k] asimilando id sermoni CHRISTI,de suæ carnis esu, [l] qui durus quidem fuit Iudęis,cũ esset verus.Durũ,inquam, videbitur duris corde,& parũ in pauperes misericordibus : non autẽ volẽtibus imitari vestigia misericordię D. N. IESV CHRISTI,Apostol.eius.& aliorum omnium, quos hactenus legimus in sanctorum catalogum relatos : neque his, qui quæ sursum sunt sapiunt,& non quæ super terram, [a] neq; his quæ Christi,& non quæ sua sunt, quærunt. [b]

2 Tum quia,licèt id præfatus N.dissimulet,huic obstaculo respondimus infra, [c] negando, quod etiã nunc pernegamus;esse vbique terrarum, vt ipse ait, consuetudiné testandi,& donandi pro libito de reditibus ecclesiasticis. Quoniam primò neque episcopi, neque abbates, neque alij beneficiarij religiosi,neque item viri litterati, Deum (vt par est)timentes,pauperesque diligentes, qui saniorem beneficiariorum partem constituunt,vsquàm testantur,sine speciali Papæ licentia, nisi ad summum in opera pia. Deinde quòd pauci ex his, qui in profanos vsus testantur,id faciunt de reliquis, & superfluis suorum redituum ecclesiasticorum : quia collatione aliorum pauci sunt,qui habent beneficia, quæ plusquàm ad honestã eorum sustentationem sufficiant. Tertio, quòd multi obtinentium pinguiora beneficia, decedunt oneratiores debitis,quàm superfluis abundantes. Quarto, etiam paucis eorum qui frugalioris vitæ sunt, beneficia pinguiora habentibus, superfluunt multa de suis ecclesiasticis reditibus,deductis ex illis suo victu, & necessariis; siue omnia illa impendant, siue parcius viuendo aliquam partem sibi reliquent.Deductis deinde,quæ ipsi sua industria, suis muneribus,& functionibus, xeniis, & donis magnatum, cognatorum,donatorum, & aliorum amicorum quæsierunt.Deductis tertio,subuentionibus, quibus toto tẽpore quo beneficiarij fuerunt,subuenerunt mendicantibus, religiosis,vel aliis cognatis,familiaribus,& amicis egentibus,intuitu egestatis.Deductis etiam quartò iis,quę decedentes testamento relinquunt, sumptibus funeris, famulis benemeritis, atque aliis piis operibus. Deductis quinto mercedibus,quas forte meruerunt per officia Ecclesiæ vniuersali,aut particulari impẽsa, vltra ea,quæ intuitu beneficiorum debebant,iuxta sentẽtiam Ioan. Maioris supra, [d] relatam:itaque pauci profectò sunt, qui attentis his, testantur de reliquis beneficiorum suorum in vsus profanos, sed solùm de patrimonialibus ; vel quasi patrimonialibus : & de his quæ frugalitate, parsimonia, industria,labore,negotiatione,ac officiis, siue, vt ita dicã seruitiis parta possident.

3 Quare ausim affirmare,ne dum omnes beneficiarios, sed neque illorum maiorem partem, sed neque eorũ vicesimam neque etiam quadragesimam contra sententiã communem testari,vel donare consuetuisse:& cum ad legem abrogandam oporteat maiorem subditorum partẽ contra eam facere,secundum Panor.receptum, [e] apparet liquidò, non esse inductam vllam consuetudinem, qua beneficiarij ad libitum testentur, aut donent,nisi vt plurimum in opera pia, etiam si cõsuetudo præfatæ legi derogare posset;quod tamen facere non posse, infra [f] probabitur.Et quicquid prædictus N. dimidio ætatis meæ iunior,facile de huiusmodi consuetudine pronunciet. ego iam agens annum 91. gratia Deo,coram quo hæc scribo; licèt ab infantia studiis litterarum dicatus, quasi eas fugientes sequens,peregrinatus fuerim,primùm, per Celtiberiam,siue Nauarram: deinde, per Castellam nouam: tertiò,per Galliam:quartò,per Castellam veterem:quintò,per Lusitaniam:sextò,per vtramque Castellam,& Nauarram:& denique per Galliã,& Italiam:in quibus Roma, omnibus nominibus,nostra sentẽtia,summa : in quã plura discens,iam 17.annum continuum ago.

4 Et quamuis à quinquaginta annis,aut amplius de iure consulor,non memini vsquàm videre consuetudinem beneficiariorum vtendi tam in morte quàm in vita reditibus ecclesiasticis perinde ac patrimonialibus : imo audiui Caturci,dum in eius Academia erecta à Ioan.xxij.ibi (vt aiunt)orto,sacros canones prælegerem : rectores ecclesiarum, qui vellent, ne testamenta eorum à fisco Episcopi in ius vocarentur, solere quotannis certam quantitatem in opera pia ipsi soluere, quod aiebant præfati Ioãnis xxij. priuilegio niti. Et in omnibus prædictis prouinciis,vidi plurimos secundum communem sentientes, & operantes; imo & consulentes, quantum, & qua via possent donare in vita, vel relinquere in morte aliqua aliquibus cognatis de reditibus beneficiorum etiam

a *In princip. institu. quib. al. non lic.*
b *Lug. doce ancillam.* C. *de rei vend.*
c *De cler. nõ resid.lib.6.*
d *Cap. cum expediat. de elec.lib 6. & leg. 1. C. de inoffi.dot.*
e *In Ca. indecorum. de ætat & qua.*
f *In 4.de restit.q. 12.col. 2.*
g *In 4.dist. 24.q 17.*
h *In clemen. gratia.de rescrip.col.pen.*
i *Leg.1. ff. de offi. eius cui mand c.cum Apostolica. de his quæ fiunt à prał.*
k *in cap. significasti. de foro comp.*
l *De sent.excommu*
m *Monit.21. & 40.*
n *In tom. 40.*
o *In clemen. 2. §. sed & tales.de vita & honesta. clc. & in cle. gratia. col. penul. de rescrip.*
p *Monit. 33. & infra q.3. monu. 25.*
q *Cap. non dicatis. 12.q. 1. & cap. cũ ad monasterium. §. fin. de stat. mon.*
r *De statut. monach.q.1.*
s *Moni.6. & otto seq.*
t *De fideius v Arg. cap. forte. & cap. denique. 14. q 5. & cap. cæte. de iure iuran.*
x *In d. §. assessorem.*
a *Cap. cũsul tationi. de temp. ord.lib. ca. ex tua de fil. presb.*
b *19. dist.*
c *In ca. cum esset. nu. 27. de testam.*
d *Cap.25.nu. 123.*
e *In antiq.de solut.1.& 41. de probat. in eisdem.*
f *Quæst.2.*
g *23. quæst.1. h C de servi. & aqua.*
i *De fideiuss.*
k *Eod.tit.*
l *Ne Sede vacan.*
m *q.3.nu.12.*
n *Ead.quæst.*
o *In tit de elect.*
p *In tit. ne sede vacan.*
a *Ad Colossen.3.*
b *Ad Philip. 2.*
c *Quæst. 3. monit 2.*
d *Monit. 29.*
e *In cap. fin. num. 18. de consuet.*
f *Quæst. 3. monito 3.*
i *Monit. 42.*
k *Lib. 2.cap. 29.col.fi.*
l *Ioan.6.*

tenuiorum,eo quod ignorabant dictum Innocẽtij communiter receptum,[a] de quo supra,[b] per quod magnopere temperatur communis sententia,scilicet;posse beneficiarium seruare suum patrimonium, & reditus eius, quibus volet donare, vel relinquere, alendo se decẽter ex sui beneficij fructibus: quo intellecto consolabantur. Vidi etiam plurimos longè largiores in eleemosynas de reditibus ecclesiasticis,quàm de patrimonialibus;dicentes; ij sunt omnino nostri,illi verò non item. Quamobrem non solum putamus falsum, vbique terrarum, vt ait præfatus N. esse consuetudinem hanc perniciosam disponendi de reditibus ecclesiasticis in vita & in morte, perinde ac de patrimonialibus,sed credimus nullibi gentium esse talẽ: quamuis fieri possit, vt vnus, aut alter parum sui officij memor, id faciat: & quamuis sint quidam ditiores ægrè audientes sententiam receptam,eo quòd eiusmodi bona per donationem inter viuos,vel vltimam voluntatem, iã quæsierunt;vel ardenter sperant acquirere, & ita eorum conscientias pungit.

5 Quinetiam non parum miror,quod N.tamdiu versatus in rotæ prætorio, talem consuetudinem esse vbique testetur; posteaquàm legi librum quemdam de spoliis clericorum,in quo eius Auctor, vir pius, & in audiendis causis super beneficiariorum testamentis egregiè versatus,tam Romę quàm in regno Neapolitano, asserit non esse talem consuetudinem in his partibus: imo quòd in tota Italia ius commune seruetur, colligitur ex litteris Pauli III.Iulij III. Pauli IIII. Pij IIII. & Pij V. quas præfatus auctor prefati libri edidit,& quarum partes huc pertinẽtes nos transcribimus in Commentario, quem in c.*non liceat Papæ*,cum apologia huius libelli tamquam rem ad eam pertinentem composuimus. Ratio autem quare consuetudine inductum sit,ne beneficiariorum testamẽta in ius vocentur in Hispania,explicatur infra. [c]

c g. 3. monito 20.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia non fouet peccata,eo quòd non omnia punit, & nu. 2.*
1 *Permissio duplex impunitatis,& approbationis.*
2 *Consuetudo testandi pro libito potest esse nota Papæ, quia non est.*
3 *Papa quædam peccata etiam cleri dissimulat.*
4 *Consuetudo disponendi pro libito non est clero, neque esse potest.*

1 QVinquagesimoquarto moneo, non etiam obstare illud argumentum prefati N.scilicet, ex nullo vero sequitur falsum,secundum omnes:at ex sententia recepta,& nostra sequitur quiddam non solum falsum, sed impossibile,videlicet;quòd Ecclesia fouet peccatum, & habet maculam, & rugam, contra extrauagantem *vnam sanctam*, [d] eo quòd Ecclesia videtur fouere vtentes consuetudine contraria receptæ sententię; cum vt ipse ait,sciens & prudens non puniat eos.ergo illa nõ est vera:tollitur enim facile,respondẽdo, quòd Ecclesia in hoc nullum fouet peccatum. Tum, quia nullatenus approbat illos,qui opinione contraria communi vtuntur:imo ipsa repræsentata per Concilium Tridẽtinum nupertimè tacite vetuit,ne quis tali consuetudine vteretur, vt videre est,in sess. 25. [e] cuius verba retulimus supra monito. [f] Tũ, quia vt in monito proximè precedente probauimus,nullibi est talis cõsuetudo;& quod non est, non scitur: quia non entis non sunt qualitates. [g] Tum, quia etiam si esset, non tamen esset nota Papę;quod decisiones Rotæ, [h] satis significant,dum habent; beneficiarij mortui ab intestato bona intuitu Ecclesiæ quæsita, ad Ecclesiam, & non ad hæredes pertinere, & alia. per quæ apparet ignotam eis fuisse consuetudinem præfatam.

2 Tum, quia imo constat per constitutiones citatas in monito proximo constare Papæ de cõtraria consuetudine Italiæ. Tum quia vt infra, [i] docemus, & mox probabimus falsum est Papã, vel alium monarchã fouere omne quod scit illicitè fieri,& non punit;quia,vt Innoc. III. ait, [k] multa tolerantur,quę si in iudiciũ deducerẽtur,iustitia id exigente,non tolerarentur:quę est responsio in nostris terminis Caietani, [l] & quidem satis firma; licèt dica N. sibi eam non placere, nulla cur non placeat adducta ratione: cui displicet etiam ratio, quam nos adducimus, scilicet,quod potest permittere illa non approbando,sed solùm non puniendo ad alia damna euitanda, & alios fines bonos,iuxta glos. celebres ab omnibus receptas, [a] per quas Ioan. And. [b] receptus vbique, has duas permissionis species expressit: qua etiam ratione Ecclesia multa obscena in Dominica Quinquagesimæ,& feria tertia insequente, fieri impune permittit, [c] crebramque in prostibulis,seu lupanaribus fornicationem relinquit impunitam: sed non ideo isthæc approbare cẽsetur, [d] nec posset contra iuris diuini prohibitionem, [e] ea verò ratione displicet ei nostra solutio, quòd eam consequeretur totum Ecclesiæ statum damnatum iri; quod tamen non consequi palã constat ex prædictis in monito præcedẽte.

3 Et q̃ pro proximè dictorum confirmatione facit, falsam esse differentiam illam,quam præfatus N. nouè contra omnium mentem ponit inter clericos & laicos, videlicet; quòd nusquam in iure reperitur, quòd Papa dissimulet punire crimina clericorum,licèt dissimulet quandoque punire crimina laicorum;id quod ait se-cõstantissimè asserere. quæ doctrina, noua profectò est, & falsa. Tum quia nemo quem legere meminerim, hanc differẽtiam asseruit. Tum,quia destruitur per præfatum cap.*cum iam dudum*. quod de peccatis clericorum quæ ex pluralitate beneficiorum fluunt, agit. Tum, quia dissimulat, & non punit peccata multorum clericorum, qui non solum alibi, sed etiam Romæ aliquot diebus laruati incedunt. Tum, quia etiam dissimulat illa, quæ in conuiuiis vbique gentium,contra cap.*quando*. & cap.*conuiuia*, [f] à clero admittuntur, bibendo pluries quàm bis, vel ter in prandio. Tum,quia etiam dissimulat illa,quæ clerici; & etiam religiosi per tres sententias, quæ in rem iudicatam transierunt, occulunt, [g] & etiam in illa quæ per regulam de triennali possessore defenduntur;& etiam illa quæ perẽtes restitutionem beneficiorum,quibus spoliati,etiam ob titulos non canonicos per rigorem cap.*in litteris*, [h] pattãtur;& multa id genus alia,quæ longum esset referre.

Nil etiam obstat, quod N. ait, quòd consuetudo prædicta,vt beneficiarij tam liberè disponãt de reditibus ecclesiasticis,quàm de patrimonialibus,nõ est praua: & rectè induci potuit,vel potest. [i] Tũ,quia nullibi, vt supra, [k] dixi,talis consuetudo inuenitur. Tum quia,vt Reuerend. Caiet. dixit vbi supra, [l] non esset consuetudo, sed corruptela,& ita nulla. [m] Tũ quia grauissimè prędictus Petrus Sotus relatus, [n] determinauit communem sentẽtiam iuris esse diuini; ac eius contrariam esse grauissimum errorem contra iustitiam, & mores: non obscurè significans, etiam videri contra Scripturam.cuius dictum roboratur per quatuor leges diuinas naturales, [o] suprascriptas, & per posita in monito præcedente.

SVMMARIVM.

1 *Falso octo ex vndecimo argum.N.colliguntur.*
2 *Falsum est communem sententiam consequi reditus ecclesiasticos non posse tribui laicis.*
3 *Bona ecclesiastica iusta de causa possunt concedi laicis.*
3 *Commendatores sancti Iacobi de Spata Calatrauæ,& Alcantaræ sunt ecclesiasticæ personæ.*
3 *Persona omnis ecclesiastica,vel laica.*
4 *Regularis omnis est persona ecclesiastica, & gaudet priuilegio canonis.&c.*
5 *Commendatores militares S.Iacobi,&c.sunt verè religiosi,& num.seq.*
6 *Religiosus verus est,qui tria substantialia vota legitimè emittit.*
6 *Beneficia regularia solis regularibus conferenda.*
7 *Commendatores militares quotannis se expropriant.*
8 *Religiosus ordo nõ desinit esse talis ob dispensationem cõuẽg.*
9 *Papa per papatum ab obedientia voto soluitur, sed non religione.*
10 *Papa super voto castitatis solenni dispensare potest.*
11 *Religiones ob religiosorum vitia non esse damnandas.*
12 *Votum castitatis tam facile potest seruari, ac præceptum sextum.*

a *In cap. omnis.3.distt. & in cap. meretrices.32.q.4.*
b *In Mercur. cap. peccatis. de reg. iur. lib.6.*
c *Cap. denique. 4.dist.*
d *Dist. cap. meretrices.*
e *Cap. sunt quidam. 35. quæst. 1.*

34. dist.

g *Cap. quod ad consultationem. de re iudic.*
h *De restit. spoliato.*

i *Arg.cap.fi. de cõsuet. & leg.1. C. qua sit longa consuetudo.*
k *Monit. 54.*
l *2.2. q.185. art.5.*
m *Cap. qui contra. & c. mala consuetudo.d.8.*
n *In monit. 48.*
o *In monit. 19.*

a *In cap. epiſcopus. de præben.*
b *Monic. 44.*

d *De maior. & obed.*

e *Cap. 1. de reform.* f *40 & 42.*
g *Leg. ſi ſeruum. §. 1. ff. de act. empt.*
h *Prima de ſolut. in antiq. & 41. de probati. in eiſdem.*

i *Queſt. 3.*
k *In ca. cum iam dudum. de præben.*
l *In 2.2. qua. 185.*

13 *Ecclesiastico statui non repugnat bigamia,nec irregularitas.*
14 *Ecclesiastica persona sine ordine vllo esse potest.*
15 *Bona ecclesiastica non esse iustè applicata ordinibus militaribus male infert N.*
16 *Ecclesiam erraſſe concedendo bona militaribus ordinibus, & iniustè possidere illa malè infert N. ex communi opinione.*
18 *Commendatores reditus suarum commendarum regularium malè,vel profanè vltra statum decentiam impendentes peccare late probatum.& num.seq.*
19 *Votum paupertatis etiam simplex facit, ne quid licitè quari possit.*
20 *Votum paupertatis simplex non videtur impedire acquisitionem rei, sicut nec votum castitatis acquisitionem vxoris, quamuis vtrumque impediat vsum iuris quæsiti.*

1 QVinquagesimoquinto moneo,non obstare vndecimum argumentum præfati N. positum ab eo in 4.par [a] quia continet octo falsa.Primum, quòd nostra, quę sententia communis est,habet,quòd reditus ecclesiastici non possunt dari aliis, quàm personis ecclesiasticis.Secundum, quòd Commendatores ordinum militarium Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ in Hispania non sunt ecclesiasticæ personæ. Tertium, quòd non sunt verè religiosi. Quartum,quòd bigamia,& irregularitas repugnant statui ecclesiasticarum personarum. Quintum, quòd ex sententia communi & recepta, inferretur quoddam absurdum maximum,videlicet, quòd bona ecclesiastica præfatis militaribus ordinibus iniustè,& illicitè essent applicata.Sextum, quòd ex eadem opinione Archidiaconi & communi inferretur Ecclesiam erraſſe,concedendo illa bona prædictis ordinibus. Septimum, quòd præfati ordines, & milites iniustè possident bona eis ab Ecclesia concessa. Octauum, quòd prædicti præfatorum ordinum milites, iustè possunt suos reditus ecclesiasticos vsibus profanis impendere. quæ omnia, ita esse falsa, & parum pia,sicut sunt noua,monstrabo in hoc monito.

2 Falsum est enim primum,scilicet,quòd sententia, quę recepta est, habeat, non posse reditus ecclesiasticos dari aliis personis, quàm ecclesiasticis. Tum, quia nusquam non docet posse, deberéque superflua illorum dari pauperibus omnibus tam laicis quàm clericis, tam fœminis quàm maribus, tam infantibus & pueris quàm adultis & senibus.

3 Tum, quia nusquàm sententia communis negat iusta de causa posse per Sedem Apostolicam concedi personis laicis bona ecclesiastica,titulo feudi,vel emphyteusis, vel precarij,vel locationis,imo & venditionis,vt probatur in cap.1.*de feud.*& in cap.1.*de precario*.in cap.*vestra*. [b] & in cap. *nulli*. [c] latissimè probatur.

Quòd autem secundum sit falsum, paret ex eo quòd si Dominicus Sotus, quem ipse videtur in hoc argumento imitatus, [d] ausus fuit dicere, eos non esse verè religiosos, non tamen negabit, eos esse personas ecclesiasticas: neque cum colore aliquo negare poterat.

Primo quidem, quia omnis persona est ecclesiastica, vel laica, [e] & præfati Commendatores non sunt laici. ergo sunt ecclesiastici.

Deinde, quòd omnis personas gaudens priuilegio canonis,*si quis suadente*. [f] quo excommunicantur iniicientes manus violentas in personas ecclesiasticas,est persona ecclesiastica. At prædicti Commendatores gaudent illo priuilegio,vt quotidianus vsus habet.ergo sunt ecclesiasticę personæ.

4 Tertio, quòd omnis persona regularis, siue sit clericus, siue sit monachus ad chorum professus, siue conuersus,seu deuotus,& perpetuo mancipatus alicui monasterio, est ecclesiastica persona gaudens præfato priuilegio, per d.cap.*si quis suadente*. & capit. *non dubium*. [g] etiam si sit mulier. [h] imo etiam si nondum sit professus, sed tantum nouitius, [i] at omnes præfati Commendatores sunt, vel professi ad officia diuina dicenda, vel facienda in choro, aut deuoti,addicti,& mancipati suis ordinibus, & monasteriis ad munera, & alia officia sui ordinis exercenda,& palam gestant regularem habitum, & faciunt professionem,posteaquàm prius egerint nouitios. ergo sunt ecclesiasticæ personæ.

Quarto, quòd omnis qui est capax beneficij ecclesiastici,est persona ecclesiastica. Tum,quia laici sunt incapaces ad ecclesiastica beneficia,tam ad suscipiendum,quàm ad conferendum, iuxta cap.*ex literis*. [a] & cap. *cum adeo*. [b] & cap.2. [c] cum eis annotatis:neque possunt fieri capaces,nisi priuilegio S.Sedis Apostolicę,iuxta glossam. [d] Tum,quia beneficium ecclesiasticum definitur, esse *ius perpetuum in se,vel quo ad accipientem,percipiendi reditus ecclesiasticos, conferibile tantùm à persona ecclesiastica personæ ecclesiasticæ*, vt colligitur ex Calderino,in capit. *postulasti*. [e] & ex Ancharano in capit. *beneficium*. [f] & aliis citatis à Felino [g] & à Ioanne Selua, [h] quod latè post eos probauimus. [i] At præfati Cõmendatores sunt capaces beneficiorum ecclesiasticorum, quæ vocant commendas,quas conferunt solæ ecclesiasticæ personæ,pura Papa,vel alij Prælati, & administratores eorum ordinum,priuilegio S.Sedis Apostolicæ ad id deputati,neque possunt conferri laicis. ergo ipsi sunt ecclesiasticæ personæ.

Postremò, quòd omnis persona deputata, & donata perpetuo alicui Ecclesiæ, siue sæculari, siue regulari,saltem si defert habitum aliqua ex parte religiosum, licèt non emittat tria substantialia vota, censetur ecclesiastica persona,& gaudet priuilegio ecclesiastico canonis,& fori,vt colligitur ex Hostiensi, Ioanne Andrea, Antonio, Panormitano, [k] quæ communis sententia est, quam tenet etiam D. Antoninus [l] Siluester [m] & alij alibi.at Commendatores præfati sunt personæ perpetuò deputatæ, & donatæ ordinibus suis, & monasteriis suis regularibus, vt mox dicetur latius: ergo sunt personæ ecclesiasticæ, & gaudent priuilegio canonis,& fori.

5 Quòd autem sit falsum tertium, scilicet,Commendatores præfatos non esse verè religiosos, eo quòd licet eis ducere vxores: & quòd S.Thomas [n] ait, quòd illi modi viuendi, secundum quos homines matrimonio vtuntur, non sunt simpliciter & absolutè loquendo religiosi, sed secundum quid, inquantum participant quædam quæ ad statum religionis pertinent, cui addo glossam singularem, [o] quatenus habet, fratres ordinis tertij sancti Francisci,qui sunt, vel possunt esse coniugati, non esse religiosos, licèt quemdam viuendi modum ad religionis statum pertinent habeant.& quòd Dominicus Sotus, licèt enim eum non citet [p] nouè fuit ausus dicere hoc, quod,inquam, hoc sit falsum,non obstantibus prædictis,vt antea contra dictum Sotum scripsi, [q] patet, quidem primo,quòd omnis,qui emittit tria substantialia vota in religione approbata per S.Sedem Apostolicam est verè regularis, & religiosus: & Commendatores prædicti in religionibus suis, quæ, per sanctam Sedem Apostolicam sunt approbatæ, vouent illa tria substãtialia vota. ergo sunt verè religiosi.

6 Secundo, quòd omnes personæ verè regulares sunt propriè religiosi, vt concludit Panormitanus in hoc receptus, [r] at præfati Commendatores sunt verè regulares, quippe qui profitentur regulas B. Augustini vel B. Benedicti,vel D.Bernardi, seu Cistercien sium. ergo sunt propriè religiosi.

Tertio,quòd beneficia regularia non possunt conferri nisi verè regularibus,& propriè religiosis, iuxta cap. *cum singula*. [s] & clemen. 1. [t] quibus consonat Concilium Tridentinum, [v] at Commendatoribus præfatis passim conferuntur beneficia regularia,videlicet,Prioratus,Commendæ maiores,Clauatriæ, Thesauriæ, & aliæ Commendæ minores.ergo sunt propriè regulares,& religiosi.

Quarto, quòd rario quare Magistri prædictorum ordinum,numquàm conferunt,neque conferre possunt prędicta beneficia regularia vllis laicis, donec post susceptum habitum prædictorum ordinum fecerint professionem in manibus prælatorum ad id deputatorum, est, quia per prædictam habitus susceptionem, & regulæ professionem,desinunt esse laici, & sæculares, & incipiunt esse regulares, & religiosi. ergo post professionem prædictam, sunt verè religiosi.

7 Quinto, quòd obseruantia præfatorum Commendatorum,vt ipsemet Sotus fatetur, habet, vt quilibet illorum quotannis se expropriet,ideſt, faciat, & tradat ordinis Magistro,vel alij prælato in id deputato,inuentarium, seu memoriale omnium bonorum, quæ tenet, in signum recognitionis paupertatis solenniter promissæ: per quod

a *De trãſlat.*
b *De reſcript.*
c *De inſtitu.*
d *Cap. imperium.10. diſt. & in ſumma 16.queſt.7.*
e *De reſcript.*
f *De regul. iuris lib.6.*
g *In dict. cap. poſtulasti.*
h *In tract. de beneficio, 1. part.q.1.*
i *In rubrica de præb.*

k *In cap. vt priuilegia. de priuileg.*
l *In par.3.tit. 11.artic.4.*
m *Ver. Eccl. 1.quæſt.1. & verb.excommunicatio 6. q.5 & verb. immunitas quæſt. 4. n 2.2.q. 186.*

o *In clem. ex eo. de ſenten. excommuni.*

p *In lib. 7.de inſt. & iur. q.5.art.3.*
q *In rub. de ſtatu monac.*

r *In rub. de regul.& in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtit.*

s *§. prohibe. de prab. lib. 6.*
t *De ſupple. negl. præla.*
v *Seſſ.14. de regul.cap.10.*

significat se nihil pro proprio habere,& quod possidet,siue tenet,nomine ordinis,& non proprio tenere, ac possidere. Quod profectò superfluum, & nulla ratione faciendum esset, si solenni paupertatis voto non obligaretur: at nullum votum dicitur solenne, nisi vera veræ religionis professione, vel sacri ordinis susceptione muniatur. ergo prædicti Commendatores verè veram religionem profitentur.

Sexto,quòd omnes Commendatores prædictorum ordinum, eodem omnino modo suas regulas profitentur, neque est vlla differentia inter professionem quam faciunt alij,qui profitentur ad faciendum militaria, vel alia ministeria, quæ etiam laicis congruunt: at nemo negare potest eos Commendatores, qui ad diuina officia facienda suscipiuntur, & profitentur esse, verè ac propriè religiosos, vt & ipse Sotus confitetur. ergo nemo negare potest etiam alios,qui eundem habitum accipiunt,& eandem professionem faciunt,esse verè ac propriè religiosos.

Septimo, quòd in præfatis ordinibus non solùm inueniuntur viri,quos omnes Commendatores appellant, sed etiam fœminæ,quas Commendatrices dicunt: & omnes tam viri, quàm mulieres, eodem modo profitentur, & nemo negat præfatas Commendatrices, simul in suis monasteriis conuiuentes, esse propriè religiosas. ergo propositum.

Octauo,quòd ipsemet Sotus fatetur,Commendatores Cruciferos ordinis S.Ioannis Hospitalis Hierosolymitani esse veros religiosos,& tamen illi, & Commendatores S.Iacobi,eamdem regulam S.Augustini profitentur,licèt isti ex Apostolico priuilegio vxores habere possint:quod non efficit,ne sint religiosi,vt mox dicam.

Nono,quòd ij ordines veræ religiones erant,antequàm facultas contrahendi matrimonium eis concederetur. At per illam concessionem non defierunt esse tales:quia intentio Papæ illam concedentis, non fuit talis: & actus agentium non operantur vltra intentionem eorum.[a]

a *Leg. non omnis. ff. de reb. cred. & c.fin.de præb.*

Decimo,quòd ipsemet Sotus ait, præfatos ordines esse veras religiones,si secundum primæuam institutionem seruarentur. at nulla regula definit esse verè religiosa, ex eo quòd cùm eam profitentis quò ad aliqua dispensetur, vt palam est.

8 Non obstant illa,quibus N. & Sotus mouentur: non primum, videlicet, quòd prædicti Commendatores possunt ducere vxores.Tum,quia id solùm possunt ex dispensatione Sedis Apostolicę,non autem ex tenore regulę,vel professionis solius, licèt aliqui habeant illam facultatem ex professione priuilegiata,& moderata per Papã. Tum, quia illa dispensatio non tollit votum castitatis, sed solùm restringit, ne sit ei locus in copula maritali, quod longe aliud est. Tum,quia qui verè est religiosus, non desinit esse talis,eo quòd super aliqua parte voti cum eo dispensetur. ergo eadem ratione neque præfati Commendatores desinunt esse verè religiosi, eo quòd ab aliqua parte voti castitatis absoluantur, [b] nullus enim verè religiosus desinit esse talis, eo quòd cum eo dispensetur à S. Sede Apostolica super aliqua parte voti paupertatis,puta,vt impendat inter viuos aliqua bona in aliquos vsus pios, vel alios bonos, in quos sine dispensatione id facere nequiret: vel,vt de eisdem testetur in morte. ergo neque vllus Commendator desinit esse verè religiosus, eo quòd cum eo à S. Sede Apostolica dispensetur super aliqua parte voti castitatis. Tum demum,quòd nemo dicat S. D. N. Pium V. non esse verè religiosum, eo quòd per summum Pontificatum fuerit absolutus penitus ab obedientiæ voto, quo alicui Prælato humano ante illum adeptum tenebatur.

b *Arg.l.illud ad l. Aquil. cum vulgat.*

9 Ad secundum autem argumentum respondeo, quòd S. Thomas in loco præcitato, & glosla præfata, [c] non loquuntur de modis viuendi eorum, qui profitentur aliquam regulam religionum approbatarum, neque de illis, secundum quos in aliqua huiusmodi religionum tria substantialia vota emittuntur:sed tantùm de illis, qui aliqua conuenientia statui huiusmodi religionum seruant, quales sunt viri, & fœminæ ordinis tertij Prædicatorum, vel Franciscanorum, non viuentes simul, neque profitentes tria substantialia vota, sed obligantes se tantùm ad quædam ieiunia, & preces, & ad continentiam quorumdam dierum,& ad deferendum aliquem habitum secretum,vel publicum, quo significentur esse illius, vel illius tertij ordinis.

c *Clem. ex eo.*

Non obstant etiam rationes Soti, scilicet, quòd rei vxoriæ perinde ac cæteri sæculares inferuiunt,eosdem,scilicet,ambientes honores,easdémque facultates suæ sobolì procurantes, & quòd neque paupertatem, neque obedientiam, nisi solo nomine profitentur. Quænam enim, ait,paupertas est,relationem tantum Magistro facere suarum facultatum? ex quibus si vel obolum eis adimeret, perinde reclamarent,ac cæteri regni nobiles. Et quòd neque obedientiam seruant,eo quòd per totam fermè vitam nullum superioris mandatum audiunt, nisi dum eorum comitia fiunt.Et quòd non sufficit eis dicere, hæc est nostra religio,neque ad aliud tenemur: quia secundum primæuam eorum institutionem,nonnullum clausuræ genus seruabant, multóque crebriora obedientiæ persoluebant munera,longéque aliam habebant paupertatis rationem. Et quòd si Dominicanorum, & Franciscanorum ordines tantùm collaberentur,ac præfati ordines sunt collapsi,desinerent esse religiones. & quòd S. Thomas fuit in hac opinione, [a] vbi scripsit verba supra proximè relata. Et quòd castitas in eiusmodi vitæ instituto, si humano more loquamur, non est seruatu possibilis. quas ob rationes, quia fragiles sunt,non debuerat,mea sententia,viam reliquisse regiam, & contra omnium sententiam, nouam cudere: ex eis enim sola duo argumenta in summa conficiuntur.

a *In 2. 2. q. 186. artic. 4. ad.3*

10 Alterum est hoc,vtuntur matrimonio.ergo non sunt verè religiosi:quod argumentum, quàmuis neruosum sit, præsupposita opinione S.Thomæ,[b] quem ipse latè sequitur:[c] at facile diluitur tenendo contrariam, quæ communis est, sententiam Innocentij & aliorum, [d] quam etiam tenet Caietanus [e] & sentit Scotus, [f] vbi latius Maior,& alij multi ibidem,& alibi sequuntur:quę,vt concedit posse Papam iusta de causa dispensare super voto castitatis monachi: ita concedit posse dispensare super eo, quoad copulam maritalem tantùm, quæ pars eius est, [h] qua dispensatione non obstante, manebit persona ecclesiastica, quæ gaudeat priuilegio fori, & canonis: & sit habilis ad omnia beneficia regularia,& alia omnia, ad quæ sunt habiles omnes verè religiosi,excepto vno articulo castitatis coniugalis. Et si quis respondeat, Sotum noluisse dicere, præfatos Commendatores habentes vxores, non esse religiosos, sed non esse adeo astrictos ac alij, qui eas non habent, nihil nobis obstabit præfatum eius prius argumentum, cui in hoc sensu accepto etiam nos consentimus.

b *In 2. 2. q. 88. art.11.*
c *In eod. lib. de iust. & iu. q.5.art.3.*
d *In cap.cum ad monasterium.de stat. monach.*
e *In ditto ar. 11.*
f *In 4. distin. 38.q.1. q.3.3.*
h *Arg.l.qua de tota.ff. de rei vend. & cap. pastoralis. §. item cùm totum. de offic. dele.*

11 Alterum,& posterius argumentum, quod ex eius dictis sumitur, tale est, Præfati equites ambiunt honores, procurant diuitias, perinde ac laici alij: tam ægrè ferunt, vt Prælatus eorum quicquàm accipiat de facultatibus, quas se habere illi manifestant, ac alij nobiles, nihil fere præcipitur eis ab eo, quod faciant, nisi cum Conuentus aguntur.ergo non sunt verè religiosi, & ordo quem profitentur,non est vera religio.

Ad quod respondeo negando consequentiam vti pessimam. Tum,quia videtur similis illi, qua sola vsum fuisse ferunt pestiferum illum Lutherum, quando cœpit ordines, & religiones sanctas eò euertere, quòd earum professores male illas seruabant, quamuis postea etiam alias addidisset. absit autem vt ob peccata religiosorum, religiones damnemus, sicut neque ob peccata Christianorum,Christianismum damnare debemus.

Tum, quia male imitatur Pontificem Maximum qui commotus ambitione, auaritiáque religiosorum quatuor ordinum mendicantium,& aliorum non mendicantiũ, sic exorditur,in c.*quorundam*.[i] *Quorumdam oculos sic vitium ambitionis excæcat,quòd quasi suæ professionis immemores, qua contemptis honoribus, abiectis diuitijs, spretisque delicijs, arbitrium proprium subiugarunt alterius ditioni, retro respiciunt, ad aratrum manu missa, dum præcipitanter ruunt in litigiorum anfractus,& causarum strepitibus se inuoluunt.* Hæc ibi.

i *De elect. li. 6.*

Ex quibus tamen non infert eorum ordines non esse veras religiones, eósque non esse veros religiosos, sed

malefacere peccaréque, ac debere illis obuiam iri. Et ita statuit ibidem,quod ad ea reprimenda iudicauit opportunum: sic Scotus inferre debebat, eos equites cruciferos, qui neque obedientiam,neque paupertatem,neque castitatem seruant,male quidem facere, peccaréque ac debere à Prælatis suis corrigi, & à confessariis suis, ne amplius agant talia admoneri, regiámque Maiestatem adhortari, vt quando gratia Dei,& Papæ,factus est Magister,& Prælatus tot,tam illustrium, tamque fortissimorum virorum, eos reformaret, & in antiquam restitueret formam? quò religionis inimicos, terra marique in castitare, & abstinentia,quibus bellica virtus,fortitudo, & prudentia conseruatur & augetur insectantes,diuinæ,humanæque Maiestati pro sua dignitate inseruirent. Quòd autem significat,omnes præfatos Cruciferos, Equites,& Commendatores,esse in damnationis statu, eo quòd ait eos non posse, humano more loquendo, seruare quam promittunt paupertatem, obedientiam, & castitatem, viuentes lautè, torneamenta, & alia militaria exercentes, fœminas aulicas visentes, &c. insignis iniuria multorum illustrium, & aliorum esse viderur: quia non est difficilius eis seruare votum castitatis, quàm præceptum de non fornicando extra matrimonij statum, quod est sextum Decalogi.

12 Tum, quia Rolandus vir in cathalogum Sanctorum auctore Petro de Natalibus relatus, in aulis Regum, & maximis bellis,& bellorum exercitiis, seruasse virginitatem traditur.Tum, quia S. Thomas optimè probat [a] posse institui, & de facto institutas esse veras religiones ad militiam armatam exercendam. Tum quia non est verum, quod parum cautè significat, omnes religiosos vti oportere clausura,& solitudine ,cum ea non debeat, neque posse vti religiosus armatæ militiæ. Tum, quia sunt quàm plurimi vidui,& viduæ,& virgines in aulis Regiis, quos,& quas magna cura castitatem seruasse, seruaréque per earum sacras confessiones cognouimus: aduerteréque potuisset plus satis significare raros cœlibes, præter eos, quos monasteria claudunt, seruare castitatem, imo, neque seruare posse more humano loquendo:cùm negarinon possit id aliqua ex parte spurcissimæ Lutheri doctrinæ fauere.

a *In 2. 2. qu. 188. art.1.*

Ad auctoritatem autem S.Thomæ, qua etiam nititur, iam proximè fuit responsum, scilicet, quòd non loquitur de modis viuendi eorum, qui in Conuentibus, vel extra eos sine vllo trium, quæ præfata sunt, votorum, vel cum vno,vel altero eorum,vel etiam tribus tripliciter, & non solennirer emissis, viuunt,de quibus glossa solennis,[b] & textus cum glosis [c] & latè Panormitanus & alij,[d] & idem & Felinus & Decius,[e] quorum de numero esse illos, qui regulam tertiam S. Francisci extra Conuentus in suis domibus degentes seruant,omnes affirmant:imo & ipsemet Sotus, dicens idem de his, qui, vel quæ de ordine tertio Dominicanorum sunt, & extra Conuentus degunt: est igitur falsum, Equites, & Commendatores non esse propriè religiosos,etiam accepto astrictè verbo, *religiosus*,& falsius non obligari eos votis,quæ emiserunt: & falsius eos non posse votum castitatis, si velint, Dei ope perinde seruare, ac sextum præceptum de non mœchando, nec fornicando: imo falsum, quòd non multi ea seruant, sicut & prædictum sextum Decalogi Dei præceptum.

b *In d. clem. cum ex eo.de senten. exco.*
c *In clem. 1. in princip. & fin. de relig. dom.*
d *In rubr. de regul. & in cap.2. de foro compe.*
e *In cap. Ecclesia.de cõst.*

13 Falsum est item quartum,quod ex præfato argumento præfati N. supra diximus colligi, scilicet, quòd bigamia,& irregularitas ecclesiastico statui repugnant. Tum, quia non repugnant statui monialium, quas constat esse personas ecclesiasticas. [f] Tum,quia non repugnant statui monachorum, vel religiosorum, quales possunt esse, & sunt multi bigami,& homicidæ, mutilati, & corpore vitiati.Tum,quia sunt irregularitates aliquæ, quæ per professionem regularem, saltem quò ad aliquos effectus tolluntur,[g] at palam est monachos,& si non sunt clerici, esse personas ecclesiasticas, & de statu ecclesiastico, cap. *duo sunt genera*. [h] adiuncto cap. *non dubium*. [i] vt latè probatum est supra eadem quæst.

f *Ca. de monialibus. de sent. excom. & cap. indemnitatibus. de elect. lib.6.*
g *Cap. 1. de fil. presb.*
h *12. q. 1. c. si quis suadente. 17. q. 4.*
i *Et c. parochianos. de sent. excom.*

14 Tum, quia licèt clericatui, & ordinis sacramento suscipiendo repugnet bigamia, & irregularitas, non tamen repugnant monachatui, & statui ecclesiastico, qua parte capit etiam nullo charactere clericali insignitos: cùm possit esse quis monachus,vel monacha, sine ordine vllo,& clericatu,[a] quales hodie sunt plurimi, & olim fuêre multo plures.Et ita in prædictis ordinibus militaribus, alij sunt ordinati, & deputati ad officia diuina, quibus contraria est irregularitas, & alij non ordinati, præsertim ordine sacro ad officia militaria, vel alia etiam laicis conuenientia destinati: quibus nil nocent bigamia, & irregularitas.

a *Ca. alia est causa clerici, alia monachi & c. si clericatus titillat. & cap. legi. 16. q. 1.*

15 Quintum autem etiam est falsum, nempè ex opinione Archidiaconi communi, & nostra inferri: quòd bona ecclesiastica iniustè & illicitè essent applicata ordinibus præfatis militaribus S. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ. Tum,quia per nullam, quæ bona sit, consequentiam,potest inferri hoc ex eo quòd prædicta communis ait,superflua redituum bonorum ecclesiasticorum esse tribuenda pauperibus,quia hæc duo separata sunt,& à separatis non fit illatio. [b] Tum, quia non negat Archidiaconus cum communi,posse Papam erigere nouas religiones, & noua monasteria, & collegia pia instituere: neque consequenter negat,quòd eadem ratione, qua potest concedere Papa aliis monasteriis, collegiis, & ordinibus ecclesiasticis, approbatis à se,vel ab eius Sede, eadem potuit,& potest concedere collegiis, monasteriis, & ordinibus militaribus: quia, vt supra proximè probauimus,ita sunt hæc ecclesiastica,& religiosa,sicut & illa. Tum, quia concedere bona ecclesiastica eiusmodi piis, & religiosis ordinibus, & collegiis ad vsus pios institutis, potius videtur consonare, quàm dissonare sententiæ communi asserenti, saltem superflua erogãda esse pauperibus,aut piis operibus.

b *Leg. naturaliter.§. nihil cõmune. ff. de acq. poss.*

16 Tum denique, quod Archidiaconus cum communi non negat,vt supra dictum est,posse Papam, & alios Prælatos iusta de causa concedere bona ecclesiastica etiam laicis in feudum,vel emphyteusim in perpetuum, vel vsque ad aliquod tempus,prout causa exegerit, imo & vendere,ac omnino alienare,si causa id exposcat, iuxta cap. *sine exceptione*. [c] neque negat quòd qui acceperit ea per eiusmodi iustos contractus,possit ad libitum disponere de redditibus eorum,seruatis conditionibus, & modis eis adiectis,quia iam desierunt esse ecclesiastica,per prædictos iustos contractus, sed solùm negat,posse Prælatos, & alios beneficiarios erogare iustè in vsus præfanos,& superfluos reditus bonorum ecclesiasticorum,dum manent ecclesiastica, & antequam iusta de causa cum solennitate debita fiant profana,& definant esse sacra, etiam quartæ speciei sacrorum;qualia sunt antequam iustè alienantur, iuxta S. Thomam,[d] & alia citata supra. [e]

c *12. q. 2.*
d *In 2. 2. qu. 90. art. 2.*
e *In monit. 42.*

17 Falsum est item sextum, scilicet, inferri ex opinione communi Ecclesiam errasse, concedendo bona ecclesiastica ordinibus militaribus: & professores eorum iniustè illa tenere. Tum, quia per nullam, quæ bona sit, consequentiam hoc inferri potest ex opinione Archidiaconi quatenus asserit, superflua redituum ecclesiasticorum eroganda esse piis operibus: imo ex proximè dictis potius infertur contrarium, cùm largiri præfatis ordinibus sanctè institutis,ad sanctam fidei Catholicæ defensionem armatam,sit largiri piis operibus: cùm præfati ordines, vt prædictum est, sint pij, ecclesiastici,& religiosi, ad illam defensionem instituti.Tũ,quia vt proximè diximus neque Archidiaconus, neque eius vllus sequax negat posse Ecclesiam creare huiusmodi ordines,& concedere illis bona ecclesiastica ad vsus pios, in quos sunt instituti: neque consequenter negat eorum professores iustè possidere illa,quæ sibi iustè sunt concessa,sed solùm negat Ecclesiam concessisse vmquàm illis illa bona, ad vtendum eorum reditibus in vsus malos,vanos, aut profanos suo pio instituto contrarios: & ita teneri eos ad impendendum reditus,in suos vsus decentes,& alios pios. Quare,non debuit N.ex tam pia opinione prædicti Archidiaconi ad tam diuersam conclusionem, ex qua videtur posse duci Ecclesiam errasse,& præfatos milites iniustè possidere bona ab ea concessa,inferre.

Falsum est item septimum,videlicet,quòd ex opinione, quæ communis & recepta est,Archidiaconi & nostra, inferretur,si vera esset,quoddam maximũ absurdũ, scilicet:

præfatos milites, & eorum ordines, iniustè possidere bona ecclesiastica. Tum, quia nullo colore illud ex ea inferri potest, quia nullatenus ex eo quòd beneficiarij teneantur ad impendenda superflua piis operibus, consequitur, quòd bona ecclesiastica iniustè possideantur à prædictis Commendatoribus, & eorum ordinibus, neque quòd errauit Ecclesia concedendo eis illa: quoniam præfati ordines sunt instituti ad opera pia, videlicet, ad bella iusta, non qualia, qualia, sed pia, quæ pro fide Catholica, ac religionis Christianæ defensione assumuntur, vt expressè S. Thomas receptus docet, [a] & professores eorum sunt personæ ecclesiasticæ: imo religiosæ, imo & beneficiarij regulares, tenendo cum glossa [b] canonicatum regularem, & monachatum esse beneficia regularia, qua parte sunt iura recipiẽdi reditus ecclesiasticos saltem alimentorum: & ita bona, & reditus per Ecclesiam eis addicta, piis operibus censentur applicata. Tum, quia licèt aliquot personæ eorum ordinum non impendentes eorum reditus superfluos in id, ad quod bona illa sunt à Papa illis ordinibus applicata, neque in obsequium Regis, qui est eorum Magister & Prælatus, vel aliàs de ipsius mandato iusto, certè peccent, tamen ob earum singularium peccata non dicitur ordo peccare, neque illa debent ei nocere, iuxta regulam, *delictum personæ, non debet in damnum Ecclesiæ redundare*, [c] & est casus in cap. *si Episcopum*. [d] Tum quia non bene sequitur: quòd beneficiarius peccat in impendendo reditus sui beneficij: ergo iniustè possidet beneficium, & bona eius, quia separata sunt, & à separatis non fit illatio. [e]

18 Falsum est item octauum, scilicet prædictos milites, & Commendatores non peccare, impendendo reditus suos superfluos in vsus profanos, & alios ab his, in quos per regulas, & iuxta præcepta Sedis Apostolicæ, & Regis, qui eorum summus Magister est, impendunt. Tum, quia negari non potest, id esse rebus acceptis in vnum vsum, vti ad alium, quod est peccatum. [f] Tum, quia negari non potest, eos emisisse votum paupertatis solenne, quod neque etiam Sotus negat. Cui consequens est, non posse illos impendere sua, nisi in ea, in quæ impendere debent, secundum regulã quã professi sunt: sicut neque Abbates, neque Priores, & alij Prælati, expressè, vel tacitè professi regularem ordinem, possunt absque peccato monasteriorum suorum bona, & reditus impendere in alios vsus, quàm in illos, in quos regula, quam professi sunt, iubet impendi, vel in alios pios, in quos Prælati iustè ac rationabiliter præcipiunt iuxta sacros canones, vt vigilantissimè Ioannes Maior definit [g] dicens, Abbatem qui contrarium facit, esse omnium monachorum maxime proprietarium: quod satis colligitur ex cap. 2. [h] & ex toto titulo de stat. monacho. præsertim cap. *cum ad monasterium*. [i] quatenus habet votum solenne paupertatis esse tam indispensabile, quàm votum solenne castitatis. Colligitur item ex cap. 1. [k] & cap. 1. & capit. *quàm sit*. & capit. *abbates*. & capit. *visitandi*. [l]

19 Tum, quia etiam votum paupertatis simplex obligat vouentem ad sui obseruantiam, & consequenter ne velit sibi dominium aliquod quærere, & rebus illis tanquàm eorum dominus vti, iuxta illud. [m] *Vouete, & reddite*, relatum in cap. *magne*. [n] & latius quàm alij tradimus in tract. *de regularibus* super cap. *cui portio*. [o] Et ita, quamuis vota prædictorum militum, & Commendatorum, essent simplicia, quæ tamen certum est esse solennia, & in religione approbata emissa per supradicta, obligarentur tamen per ea nolle habere quicquàm proprium, neque vti re quapiam tamquàm sua.

20 Nam licèt dicamus eum, qui paupertatem simpliciter vouit, non fieri incapacem, quò minus si emeret aut hæreditatem, aut donationem acceptaret, fieret eius dominus: sicut & qui castitatem simpliciter vouit, si de facto matrimonium contrahat, peccat quidem, quærit tamen dominium vxoris: oportet tamen dicere, quòd peccat volendo emere, vel emendo aliquid, vt fiat suum, vel hæreditatem, vel donationem acceptando, & quòd, sicut qui voto castitatis simplici alligatus, contraxit matrimonium, non potest petere debitum, licèt reddere valeat, [p] ita qui post paupertatis votum etiam simpliciter emisit, aliquid quærit, etiam si faciat illud suum, tamen non potest vti tamquàm suo: quoquo igitur se N. vertat, non potest defendere, præfatos milites licitè posse vti reditibus bonorum illorum ordinibus addictis tamquàm suis propriis, & vt dominos illorum: licèt possint, & debeant tamquàm administratores eorum vti eis in suos, & pauperum, vel alios pios vsus, & defendere contrarium, est impietati longè proximius, quàm dicere, Clericos sæculares vti posse reditibus ecclesiasticis, tam liberè ac patrimonialibus. Alia falsa quæ ad hoc propositum ipsemet N. in sua antipologia scripsit, confutamus in dicto propugnaculo, & repetimus infra. [a]

a q. 3. monit. 27.

SVMMARIVM.

1 *Commendatores S. Iacobi, & similium ordinum militarium male æquiparari clericis sæcularibus quoad bona temporalia latè probatur.*
2 *Vouenti paupertatem etiam simpliciter non licet quærere quidquam temporale.*
3 *Commendatores Sancti Iacobi, & alij similes militares cauere ab assentatoribus.*

1 QVinquagesimo sexto moneo, non etiam obstare illam æquiparationem, qua præfatus N. æquiparat [b] prædictos Commendatores aliis clericis sæcularibus, quo ad dominium, & possessionem bonorum temporalium, nimium blandiens eis, blandè suadendo, vt conscientias suas dirigant in hoc, secundum regulas, quibus clerici sæculares possunt dirigere suas, quia id falsissimum est. Tum, quia clerici sæculares nullum paupertatis votum emittunt, & iustè, ac sanctè possunt habere proprtia, [c] adeo quòd etiã testari possunt de bonis patrimonialibus, sine vlla vllius dispensatione, [d] etiam si essent Eremitæ. [e] Præfati autem Cõmendatores emittunt votũ, non quale quale, sed solenne, vt proximo monito probatum est. Tum, quia hoc est æquare religiosos sæcularibus clericis, quò ad paupertatem, cùm tamen omni iure clerici sint capaces dominij temporalium, & nullo neque diuino, neque humano religiosi, vt probatum est. [f]

2 Tum, quia nullus, qui votum paupertatis perpetuum, etiam tantùm simplex emisit, potest iustè quærere, vel retinere sibi vllum dominium bonorum temporalium, quia contrairet voto licèt simplici, quod est peccatum mortale, iuxta cap. *magnæ*. [g] & ca. *vouentibus*. [h] & latius quàm alij monstramus in d. tracta. de regular. [i] Nam quemadmodum qui vouit castitatem, id est, renunciauit omnibus venereis, promittendo se numquam vsurum eis, contrauenit voto, habendo, vel habere volendo rem carnis etiam maritalem, ita qui vouit votum paupertatis perpetuum, etiam simplex, quod est renunciare omnibus bonis temporalibus, promittendo Deo, se numquam quæsiturum, neque habiturum illa sibi tamquam propria, mortaliter peccat, quoties vult illa sibi quærere, vel habere tamquàm propria, quia contrauenit voto per præfata iura. Tum, quia nil obstat his dicere, quòd plus ligat votum castitatis, quàm votum paupertatis: quia hoc nemo dixit, neque vlla ratione defendi potest, quia eodem omnino modo, quo vsus venereorum, & voluntas vtendi eis repugnat voto castitatis perpetuo, id est, voto quo promissum est semper à venereis abstinere, ita habere dominium temporalium bonorum, vel velle habere illa tamquàm propria, repugnat voto paupertatis perpetuo, id est, voto quo promisit, se numquàm habiturum aliquid proprium. Tum, quia nemo negat, neque negare potest, quòd qui vouet voto simplici obedientiam alicui Prælato: sicut in aliquot religionibus vouent aliquot nouitij ante professionem perpetuò, vel pro tempore, quo in eis manebunt, peccant mortaliter non obediendo, vel nolendo obedire tempore, quo ibi sunt, ita nemo negare debet, quòd qui vouit paupertatem perpetuam, vel temporariam, non seruando, vel nolendo seruare illam non peccet: nam profecto qui hæc negare conuincereur vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ perpetua non ligare, quod est hæresis Lutheranæ & abominanda contra sacras, & canonicas scripturas.

b In 4. par. cap. 2. nu. 4.
c Cap. habebat. c. certe, & seq. 12. q. 1.
d Cap. quia clerici. de testam. & cap. fixum. 12. q. 5.
e 19. q. 2. §. contra. sub c. per latum. f monit. 6. & octo seq.

a In 2. 2. qu. 188. artic. 3.
b Clem. dispendiosam. de iudic.
c De regul. iur. lib. 6. d 16. q. 6.
e Leg. Papinianus. cum concordantiis ff. de minori.
f §. furtum. instit. de vtili. quæ ex del. nascunt.
g In 4. d. 38. q. 2. col. 3. & 4.
h De testa. i §. fin.
k 18. q. 1. l Ex ca. Eleutherius eaq. caus. q. 2.
m Psal. 75. n De voto. o 12. q. 1.
p Ca. quidã. & c. 1. de cõuers. coniug.

Cùm ergo præfati Commendatores voueant prædictas regulas, & consequenter emittant tria vota substantialia, è quibus vnum est votum paupertatis, quod etiam si non esset solenne, vti est, obligaret ad numquàm habendum, neque volendum habere aliquod temporale proprium, quanto magis, ad non disponendum de illo tamquàm de proprio? & per consecutionem, nullatenus debet quis docere ipsos, quò ad hoc æquiparari clericis sæcularibus.

3 Adde his, quòd caritas, & obseruantia, qua sum, & esse debeo in prædictos ordinum militarium Commendatores, genere, dignitate, ac bonorum ecclesiasticorum administratione adeo illustres, & eorum confessarios adeo doctos, cogit me admonere, simul & orare eos, ne huiusmodi assentationibus vllatenus assentiantur: neque credant per auctoritatem N. etiam si longè maior esset quàm est, excusari à peccato in re adeo insolenti, & contra sententias adeo receptas, & fundatas iure tam diuino, quàm naturali iubente seruari ea quæ promitturtur non solùm Deo, sed etiam homini, præsertim in Hispania, cuius legibus ex iure pontificio deriuatis, tanti fit fidei datæ obseruantia, vt omne pactum, quamlibet nudum, & omnis pollicitatio, quomodolibet facta, si modo licita est, efficaciter obligat promittentem, & parit actionem contra legem *iurisgentium*. [a] & alias ei conformes [b] deriuatis inquam, ex iure pontificio, imo è naturali, & diuino, de quo in capit. 1. [c] & cap. *iuramenti*. [d] quæ est recepta sententia, quicquid aliqui nouatores innouent. Addo etiam his ea, quæ supra [e] diximus.

a §. igitur nuda. b ff. de pact. c De pact. d 22. q. 5. & l. 1. ff. de pact. e Monit. 39.

SVMMARIVM.

1 *Decimas nullas esse iustè laicis concessas non inferri ex communi. & num. seq.*
2 *Decimarum fructus, vt iusta ex causa per Papam liberè dentur laicis.*
3 *Bona empta ex reditu beneficij, & patrimonij vt differant.*

1 QVinquagesimo septimo moneo, nihil obstare illud assumptum præfati N. in duodecimo argumento, nẽpe, ex prædicta opinione Archidiaconi & communi sequi non posse, vllos laicos iustè possidere decimas eis ante Concilium Lateranense ab Ecclesia in feudum concessas, & quòd neque Principes sæculares partem vllam decimarum per Ecclesiæ gratiam accipere possent, quod est contra cap. *cum Apostolica*. [f] & capit. *prohibemus*. [g] cum eis annotatis & contra S. Thomam. [h] Nil, inquam, id obstat, quoniam falsum est illud assumptum: non enim inferuntur contenta in eo ex communi sententia.

2 Tum, quia decimæ ante Concilium Lateranense concessæ, quarum concessionem iura probant, fuerunt iusta de causa concessæ: & solas illas decimas possunt iustè habere Principes, quas Apostolica Sedes ex iusta causa illis concesit: & Archidiaconus cum communi non negat: imo confitetur posse Ecclesiam iusta de causa concedere bona ecclesiastica laicis ad tempus, & in perpetuum, etiam taliter vt fiant profana: ita vt eorum reditibus tamquàm aliorum profanorum liberè vti possint, vt dictum est. [i] Tum, quia vt dictum est, in duobus mõnitis proximis, Archidiaconus & communis loquuntur de reditibus bonorum ecclesiasticorum, pro tempore quo manent ecclesiastici, non autem pro tempore, quo iusta de causa, & cum solennitate debita desierunt esse sacra & ecclesiastica, qualia esse desinunt per alienationem factam in personas profanas, ad hoc vt eis pro libito perinde ac patrimonialibus vtantur, per notata in summa, & in cap. *sine exceptione*. [k] & in cap. *nulli*. [l] & ideò licet ex ea sequatur, quod aliqui laici iniustè possideant decimas, ij scilicet, qui ab Ecclesiæ prelatis sine iusta causa, & solennitate debita acceperunt: non tamen sequitur in vniuersum omnes laicos: etiam Reges, & Principes iniustè possidere omnes, quas possident, decimas: quoniam quàm plurimi possident eas in feudum, vel alio titulo iusta de causa, & cum solennitate debita quæsitas, quales videntur esse omnes concessæ ante Concilium Lateranense: ex quibus sunt illæ, quæ olim cum Pyrenæi mõtes cœperunt à Mauris, & Sarracenis occupari, pro stipendio perpetuo concessæ fuêre ad iustos sumptus faciendos multis nobilibus, tam citra, quàm vltra nostram, quæ celebertima est, Roncam Vallem, tam qua parte in Hispanias, quàm in Gallias, & mare Oceanum protenduntur, quo illarum, & patrimoniorum suorum reditibus militantes, Christicolarum terras defenderent, & in CHRISTI, & sanctæ Sedis Apostolicæ obedientiam reducerent. Quam ob eandem causam, in multis aliis terris idem factum fuit, & iustè fieri potest, cum omnia bona ecclesiastica iusta de causa, & cum solennitate debita, possint alienari, [a] & cum causa pietatis, & religionis conferuandæ, vel restituendæ, sit vna principalissima, ob eandem causam, & ad colligendos & alendos peregrinos, & alios pauperes, tum ægroros, tum sanos, in variis regnis, variis ordinibus, militaribus, & hospitalariis, & hospitalibus, sunt concessæ aliquot decimæ, cum aliis bonis ecclesiasticis, & hoc est, & non ampliùs, quod ait Sanct. Thomas, [b] quicquid N. significet: imo expresè distinguit inter concesionem decimarum iusta de causa factam, & aliam, dum ait, posse illas concedi laicis, pro Ecclesiæ necessitate, vel ad subuentionem pauperum, clarè significans, non posse illas sine iusta causa in vsus profanos concedi. Imo (quod nescio quare N. non animaduertit) expresse habet ibi S. Thomas non posse concedi ius eas percipiendi laicis, eo quòd sit quid spirituale, etiam cum iusta causa, sed solum res ipsæ, iam perceptæ, vel percipiendæ, quæ pro decimis soluuntur, retento iure percipiendi per eius Ecclesiæ ministros: id quod Caietanus ibi animaduertit.

a Casu exceptione. 12. quæst. 2.
b In 2. 2. qu. 88. ar. 3. ad 3.

3 Itaque ex opinione Archidiaconi recepta, infertur quidem, non posse decimas concedi vlli laico, etiam Regi, absque iusta causa, ad hoc, vt eis pro suo libito, perinde ac patrimonialibus vtatur in quoscumque volet vsus, siue pios, siue profanos: non autem quòd non possent concedi tam personis profanis, quàm ecclesiasticis ad vsus pios, neque quòd non possent concedi iusta de causa, & cum solennitate debita, etiam personis profanis, ad hoc vt eis perinde ac patrimonialibus pro libito vtantur, & quòd S. Thomas strictius in hoc scribit, quàm Archidiaconus: quia ille negat ius percipiendi decimas, posse laicis concedi, etiam cum iusta causa: quod neque negat, neque affirmat Archidiaconus: quodque, quia est contra N. allegantem illum pro se, illi relinquo resoluendum: & quod pro maiori huius rei luce inferri potest, plurimum referre, an decimæ, siue vt Sanct. Thomas loquitur, res quæ pro decimis solutæ, vel soluendæ sunt, concedantur laicis in solutionem, & compensationem damnorum, & impensarum, quas de suis patrimoniis antea fecerunt, vel postea facturi erant, & in remunerationem laborum subitorum, vel subeundorum pro Ecclesia, eiusque sancta fide Catholica, ipsa id adhortante: quales videntur concessiones factę laicis ante Concilium Lateranense nobilibus supradictis. An vero concedantur, vt eas in futurum in pia bella, vel in alimenta pia impendant, non præcedentibus aliis sui matrimonij damnis, laboribus, & impensis susceptis, quales videntur concessiones factæ multis ordinibus militaribus, ad tuendos, & alendos, in futurum peregrinos, & alios fideles ac ipsam fidem Catholicam: nam multò amplius & liberius ius est in concesis priori modo quàm posteriore: quia concesiones priori modo factæ, sunt quædam debitorum solutiones, & alienationes iusta de causa factæ, personis etiam laicis, & profanis in vsus quos ipsæ vellent, nullo eis onere, vel modo adiecto. Posteriori vero modo concessæ sunt donationes sub modo, & ob causam factæ, quæ ad modum, & onus in concesione positum ligant, nec ab onere dandi superflua pauperibus liberant, cum maneant ecclesiastica: nam quemadmodum Episcopus, vel alius beneficiarius, qui aliquos reditus de suis patrimonialibus suæ dederit Ecclesiæ, poterit tãtumdem impendere in vsus, quos volet, de reditibus ecclesiasticis, iuxta Gratiani doctrinam, [c] quam probat per capit. sequent. *si qualibet*. & alio duo sequentia, [d] quod etiam nos supra [e] diximus, sic illi quibus pro solutione, seu iusta compensatione sumptuum, impensarum, laborum, & damnorum, pro Ecclesia susceptorum, aliqua bona ecclesiastica sunt liberè data, poterunt eis perinde vti, in quos

c In §. item. sub cap. inius. 12. q. 2. d Ead. causa & quæst. e Monit. 27.

f De his quæ sunt à præl. g De decim. h 2. 2. q. 87. artic. 2. ad 3.
i Monit. 56.
k 12. q. 2. l De reb. eccle. non alien.

volent, vſus, ac potuiſſent vti bonis, quæ præfatis ſumptibus, impenſis, laboribus, & damnis quærere ſibi potuerant.

4 Adde quòd non valet reſponſio præfati N. ad illud argumentum videlicet, Empta ex fructibus beneficij fiũt Eccleſiæ, ſecundum ipſum, [a] & empta altùde ſunt clerici, ſecundum eumdem. ergo non ſunt eiuſdem rationis fructus beneficiorum, & bona patrimonialia, & fructus eorum. Reſpondet enim, bona diuiſa per diuiſionem, facta eſſe tamquam tabulam raſam, in qua nihil depictum eſt, &c. Tum, quia conceſſo antecedente, vt ipſe latè [b] concedit, neceſſariò eſt concedendum eius conſequens, quod irrefragabiliter concludit, quamuis ſupra [c] monſtrauimus præfatum antecedens non eſſe adeo generaliter affirmandum, ac ipſe affirmat.

a In 3. par. c. 2.

b In ſuo lib. 3. par. c. 2.

c Monit. 48.

SVMMARIVM.

1 Bona eccleſiaſtica, qui dicit eſſe iure naturali diuino in opera pia dicata debet fateri, quod conſuetudo impendendi ea aliter eſt inualida.

2 Lex naturalis, & diuina generalis, vt poteſt determinari lege humana.

3 Lex naturalis non iuuatur, ſed frangitur lege humana, quæ contrarium eius quod illa intendit ſtatuit.

4 Bona Eccleſiæ non ſolum intentione, ſed etiam præcepto ſunt deputata pijs.

4 Lex non obligat ad finem, quem intendit, ſed ad illud, quod in illum præcipit, nec legis fine, vel cauſa ceſſante ceſſat lex.

QVinquageſimooctauo moneo, quòd non obſtat reſponſio præfati N. ad duo argumenta noſtra, quorum alterum eſt, iure naturæ, & per conſequens diuino, & Apoſtolorum primæuo inſtituto, bona eccleſiaſtica ſunt deſtinata in miniſtrorum Eccleſiæ ſuſtentationem, & diuini cultus exhibitionem, & pauperum alimenta, vt ambo concedimus, ille in principio ſui libelli, nos verò in hac quæſt. noſtri. Ergo conſuetudines, & leges huic inſtituto contrariæ, prauæ, iniquæ & iniuſtæ ſunt. [d] Alterum eſt, quòd hæc bona, ex quibus portiones prædictæ ſunt aſſignatæ, ſiue conſtent ex oblationibus, ſeu decimis, ſiue piorum hominum largitionibus, ſeu per induſtriam ab Eccleſia aliis titulis acquiſita ſunt, operibus piis iure diuino, vt dictum eſt, vel piorum hominum donantium voluntate dicata ſunt: ergo natura eorum non eſt ita mutabilis, ac habet opinio, quam ipſe malè tribuit S. Thomæ.

d Cap. quæ. contra, & ca. mala. 8. diſt.

2 Reſponſum autem eius ad ea eſt: concedere quidem, quòd hæc bona iure naturali, & diuino generali, & ex eorum inſtitutione habent naturam ſupradictam, ſed quòd lex canonica, & poſitiua poteſt legem naturalem, & diuinam generalem determinare: & quòd ſatis eſt ſeruare illas determinationes: verbi gratia, offerendum eſſe ſacrificium Deo in genere iubet lex naturæ: determinatio autẽ ſacrificiorum, quomodo, & quo tempore fiant, eſt de lege diuina, poſitiua, vel humana, vt colligitur ex Sancto Thoma. [e] Punienda item eſſe delicta in genere, eſt iuris naturalis, ſed determinatio vt ſic, vel ſic puniantur, eſt iuris humani, ſecundum eundem Sanct. Thomam receptum. [f] Confitenda item eſſe peccata mortalia ſacerdotibus, eſt iuris diuini, iuxta Concilium Tridentinum, & ſecundum omnes [h] determinatio verò, quibus temporibus, vel quibus ſacerdotibus id faciendum ſit, eſt iuris humani, [i] & alia ſimilia, vt colligitur ex eodem S. Thoma vbi ſupra [k] ſic in propoſito noſtro, vt ipſe ait, decimæ, oblationes, & alia bona eccleſiaſtica iure quidem diuino, & naturali generali ſunt impendenda præfatis operibus piis: at determinatio in particulari fieri poteſt per Eccleſiæ leges, & conſuetudines, quas ſufficit ſeruare: quæ profecto ſolutio, inepta eſt argumento ſoluendo, neque vim eius vllatenus minuit, imo auget.

e 2. 2. q. 85. art. 1. ad 1.

f In quod. 2. q. 4. art. 8.

g In c. 5. ſeſſ. 14. canon. 6.

h In 4. d. 17.

i Cap. omnis. de pœnit. & remiſſ.

k Quæſt. 112. art. 4. & 147 art. 3. & 4.

3 Tum, quia ſolæ illæ determinationes humanæ legum naturalium valent, per quas non tolluntur illæ, ſed adiuuantur, & determinantur, vt præfata exẽpla demonſtrant. At conſuetudo, quam N. defendit, legem naturalem ab ipſomet conceſſam, deſtruit, quòd per eadem exempla demonſtro: nam licèt lex humana, vt illo, vel illo modo rationabili Deo ſacrificetur, adiuuet & declaret legem naturalem, de ſacrificando Deo: lex tamen humana, quæ ſtatueret, vt ſic, vel ſic ſacrificetur alicui creaturæ, eſſet iniqua: quia aduerſaretur legi naturali, quæ ſoli Deo ſacrificandum eſſe dictat, vt [a] probat S. Thomas: ſic etiam lex humana, quæ dictat vt illo, vel illo modo rationabili crimen puniatur, adiuuat, & declarat legem naturalem de puniendo crimine: at lex humana, quæ dictaret, vt hoc vel illo modo crimen præmiaretur, deſtrueret illam; ſic lex humana, quæ iubet confiteri ſemel in anno peccata mortalia ſacerdoti, iuuat, & declarat legem diuinam de confitendo ſacerdoti: ſed quæ lex humana, vel conſuetudo dictaret, vt confiteri ſolùm Deo ſufficeret, vel Angelo cuſtodi, vel laico, vel clerico non inſignito presbyterio, deſtrueret legem diuinam de confitendo presbytero. Sic in propoſito, lex vel conſuetudo humana, quæ determinaret modum rationabilem, quo præfata bona in illa, aut illa opera pia impenderentur, iuuaret quidem, & determinaret bene legem naturalem, & diuinam de impendendis eis in opera pia. At quæ lex, vel conſuetudo dictaret, vt ea impenderentur in vſus profanos, & alios ab his, in quos lex naturalis ac diuina dictant, deſtrueret illam: & ita ſolutio N. cum ſimilibus per eum adductis, irrefragabiliter conuincit eius opinionem eſſe falſam, & contrariam ſibi, concedenti iure naturali, & diuino præfata bona eſſe in prædicta pia opera dicata, & quod nihil obſtat quòd N. ineptè applicat ſuis reſponſionibus, [b] dum vi prædictorum argumentorum preſſus, quaſi diuerticula quærens, verè ſed parum ſibi vtiliter, ait hæc, ſcilicet,

a In 2. q. 85. art. 2.

b In end. par. 4. c. 2. nu. 8.

4 *Non obligamur nos per leges ad implendam intentionem earũ, ſed ſolum ad faciendum ea quæ ipſæ præcipiunt, vt probat S. Thomas [c] vt lex de colendis feſtis, cuius finis eſt, vt vacantes exterius ab operibus ſeruilibus, vacemus Deo interius, intendendo in eũ mentes, per fidem, ſpem, & caritatem, non obligat nos ad illam intentionẽ, ſed tantùm ad vacandum ab operibus ſeruilibus, vt colligitur ex Sanct. Thoma:* [d] *& quòd ceſſante fine legis, non ceſſat lex. & quod licèt deficiat legis intentio, vel finis, non deficit ipſa lex, quamuis ſit iuſta cauſa, vel mutandi legem, vel diſpenſandi, vt per Sanct. Thomam* [e] *neque ceſſante cauſa legis, ceſſat lex, per l. primam.* [f] *adiuncta l. 1.* [g] in quibus plus ſatis ſpaciatur, ſed fruſtra quo ad nos, tum quia ea non negamus: tum quia latè probamus. [h] CHRISTVM, & Apoſtolos eius, & ſucceſſores eorum, non ſolùm habuiſſe intentionem, vt bona eccleſiaſtica præfatis miniſtris Eccleſiæ & piis operibus impenderentur, ſed etiam vt id fieret, præcepiſſe. Tum, quia etiam ipſemet N. in reſponſione ad duo argumenta, in præcedenti monito poſita, ingenuè fatetur id quod in initio libri ſui affirmauerat, nempe, iure naturæ, diuino, apoſtolicóque inſtituto eccleſiaſtica bona eſſe in præfatorum piorum operum ſuſtentationem deſtinata.

c 1. 2. q. 96. art. 6.

d 2. 2. q. 101. art. 4. ad 3.

e 1. 2. q. 96. art. 3. fff. de minor. g Cod. de his qui veniam ætat. impet.

h In mo. 42.

SVMMARIVM.

1 Decimæ quoad quotam debentur ſole iure humano, quo poſſunt augeri, & diminui.

2 Decimæ præſcripto non debentur etiamſi petantur.

3 Papa non poteſt iuſtè ſine cauſa data in vnum vſum pium dare in alium.

i In diſt. cap. num. 10.

QVinquageſimonono moneo, quòd infirma eſt reſponſio præfati N. [i] ad illud argumentum, quod plurimum eum vrget, videlicet, plurimas diuiſiones, & beneficiorum erectiones inueniri factas ex bonis, quæ fuerunt communia, & ex quibus pauperibus, & fabricis debebantur ſuperflua, nulla pauperibus portione deſtinata, & ita videri, quòd portiones Epiſcopis, & aliis beneficiariis aſſignatæ, tranſierunt ad eos cum præfato onere partiendi eis ſuperflua de portionibus ſuis. Replicari enim poteſt: primum, quòd idem facit ipſe in hoc, quod ait, Dominicum Sorum feciſſe, [k] videlicet, quærere diuerticula, quibus vim argumenti euadat. Replicari etiam poteſt, ſecundo, quòd N. à Soto recedens, tres pene paginas implet dictis Sanct. Thomæ ad verbum tranſlatis: [l] ex quibus nihil aliud, quod eius propoſito conueniat, colligitur, quàm quòd Eccleſia iuſta de cauſa poſſet ſtatuere, vt plus, vel minus quàm decima pars fructuum miniſtris Eccleſiæ

k In lib. 10. q. 4. de iuſt. & iur. l ex quod. 2. q. 4. art. 8.

ſoluere

ſoluerentur; quod nemo negat, & nos concedimus, quòd Eccleſia vel conſuetudo iuſta de cauſa inducere poteſt, vt in multis Italiæ terris iam induxit, ne populus peccet, non ſoluendo decimas, ſi non petantur.

1 Quod nos non ſolùm concedimus, ſed etiã ampliamus, vt procedat etiam ſi petantur, modo miniſtris Eccleſiæ neceſſaria aliunde prouideantur ſufficiẽter, vt in eiſdem Italiæ terris fieri audio, eo quòd vt pridem Salmanticæ ab hinc 78. annis cum interpretarer prælectione extraordinaria capit. 11. [a] irrefragabiliter probaui gloſſam illius, & Innocentium, [b] cum pleriſque omnibus noſtris Doctoribus, errare in aſſerendo decimam partem fructuum in lege noua iure diuino deberi, ſecutus opinionem Sancti Thomæ, [c] & aliorum Theologorum, quàm etiam illa gloſ. recitat, quæ habet; legem de ſoluendis Eccleſiæ decimis eſſe legem humanam quoad quotam, vt ſcilicet, ſoluatur pars decima potius, quàm alia maior, vel minor, quàuis ſit naturalis & diuina, quoad hoc vt ſuſtentatio neceſſaria ſoluatur miniſtris, iuxta illud. *Dignus eſt mercenarius mercede ſua,* [d] & alia citata, [e] vbi memini reſpondere Petro Rauennati, qui in fine compendij ſui noſtrorum ſententiam adeo mordicus tenuit, vt quemdam Theologum, cognomento de Alta platea, & contrariæ opinionis aſſertorem ob hoc hæreſeos argueret, citauíque Ioannem Maiorem, [f] vbi etiam præfato Rauennati reſpondit, pronuncians eum hæreticum, ſi ſuæ opinioni pertinaciter contra prædictam, quæ fundatiſſima eſt Theologorum, inhæreret.

a De decim. libr. 6.

b In rubr. de decim.

c 1. 2. qu. 99. & 2. 2. q. 87. artic. 1.

d Luc. 10.

e In cap. 1. 13. queſt. 2.

f In 3. ſen. di. 37. q. 36.

2 Itaque plus confitemur ipſi N. quàm quòd ipſe colligit ex Sanct. Thoma, nempe: poſſe Papam, imo & conſuetudinem præſcriptam, iuſta de cauſa minuere, vel augere obligationem, qua populus debet ſoluere decimas, dummodo ex eis, vel aliunde, miniſtris, & fabricæ, ſufficienter iuxta legem præfatam naturalem prouideat. Cõfitemur, inquam, hæc omnia; ſed negamus ex eis inferri quidquam, quod ei proſit. Tum quia præſupponit falſum, videlicet, quòd Eccleſia, vel Papa ſtatuerit: vel quòd in diuiſionibus à ſe factis, bona diuiſa ab hoc onere dandi ſuperflua pauperibus, exemerit; vel quòd vlla conſuetudo canonica id induxerit: quia, vt ſupra [g] probauimus, ſanior & maior pars beneficiariorum Deum timentium communem opinionem (quæ poſt Concilium Tridentinum videtur quaſi de fide, vt [h] diximus) ſeruauit, & ſeruat, & diuina voluntate ſemper ſeruabit. Tum, quia eſto, eſſet verum hoc, quod præſupponit, non tamen ex eo infertur, quòd Eccleſia, vel Papa eius opinionem poſſint inducere, ſcilicet, quòd decimæ, & alia bona eccleſiaſtica iure naturali & diuino piis operibus debita, pro libito clericorum in vſus impendantur profanos: quia non bene conſequitur; Papa vel Eccleſia poteſt inducere, ne ſoluatur decima, imo, neque quinta, neque vlla alia pars fructuum pro miniſtris eccleſiarum, & piorum operum. ergo à fortiori poteſt inducere, id quod eius opinio habet, ſcilicet, ne miniſtri Eccleſiæ teneantur de bonis Eccleſiæ tribuere ſuperflua piis operibus, atque pro libito poſſint illa in profanos vſus impendere. Non, inquã, valet hæc illatio. Primo quidem, quòd ratio longè diuerſa probat antecedens, quàm ſuadeat conſequens. Inducere namque, quòd populus non ſoluat decimam partem fructuum miniſtris Eccleſiæ, neque aliam maiorem, neque minorem, modo prouideat eis de ſufficienti ſuſtentatione, non eſt contrarium vlli iuri naturali, vel diuino, vt eſt prædictum. Inducere verò id, quod eius opinio cõtinet, videlicet, quòd miniſtri Eccleſiæ pro libito inſumant eas in vſus profanos, contrarium eſt legi naturæ, quæ iubet pacta ſeruari, & onera iniuncta impleri, quæ continetur in ſeptimo præcepto Decalogi, [i] quæ dum generaliter prohibent furtum, non ſolùm prohibent contrectationem rei alienæ, inuito domino, [k] ſed etiam omnem rei alienæ vſurpationem, [l] prohibent item contrectationem rei alienæ, in alium vſum quàm conceſſum, [m] prohibent etiam retentionem rei, non ſeruato modo, in quem accipitur: neque ſoluto onere cum quo datur, [n] prohibent denique, ne quis rem in vnum vſum, præſertim pium, deſtinatam, in alium, præſertim profanum vertat: at inducere, vt opinio N. ſeruetur, eſt inducere, vt beneficiarij omnes has leges tranſgrediantur, vtendo rebus alienis, ſcilicet Chriſti contra mentem eius, ab Apoſtolis eius, eorumque ſucceſſoribus tam factis quàm dictis, & canonibus longè lateque præceptam vtendo in alium vſum rebus dicatis ad alium, vtendo in profana rebus dicatis ad pia, vtendo eis non adimplendo modum, non ſoluendo onus eis iniunctum, per adducta ſupra. [a] Tum, quia ſicut Eccleſia, vel Papa poſſet iuſta de cauſa inducere, ne ſoluatur decima, etiam poſſet iuſta de cauſa inducere, vt miniſtri Eccleſiæ fructibus eorum, in quos vellent vſus vterentur: puta, ſi tantumdem, vel amplius, impenderent de ſuis bonis patrimonialibus in illos vſus pios, in quos illi fructus erant conuertendi: quod ſupra [b] ex Gratiano [c] diximus, probando id per capit. *ſi quis qualiber.* [d]

g Mon. 54.

h In mon. 40. 42. & 49.

i Exod. 20. & le. 19. ff. de fur. k præfatal. 1. l Ca. pœnale. 14. queſt. 5. m 4. furtum. inſt. de oblig. qua ex del. naſcun. n leg. 1. & 2. C. de donat. quæ ſub mod.

a Monit. 10. & duobus ſequen. & monita 42.

3 Et quòd præfatus N. [e] licèt longa verborum ambage, in extraria parum neceſſaria ſpacietur, non ſatisfacit illi argumento, videlicet, Nemo etiam Monarcha, etiam ſpiritualis, qui eſt Papa, poteſt mutare iuſtè, ſine cauſa iuſta, voluntates diſponentium in vnum vſum pium, in alium præſertim profanum: neque facere facultatem cuiquam, vt rebus in vnum vſum dicatis, vtatur in alium, ſecundum omnes, argumento l. 1. [f] & capit. 1. 8 & clem. *quia contingit.* [h] cum notatis in eis. ergo bona Eccleſiæ ad vſus pios per fideles dicata, non poſſunt beneficiarij in vſus profanos conuertere. Reſponſio autem illius vaga, in ſummam redacta, eſt, quòd Monarchæ, qui publici iuris cuſtodes ſunt, poſſunt ex cauſa iuſta mutare defunctorum, & viuorum voluntates, cùm id ius publicum poſſit, etiam pias, ſi ſit Papa. Quæ ſolutio, argumento ſoluendo inepta eſt: nam argumenta non tenduntur ad probandum, quòd Monarchæ non poſſint mutare voluntates defunctorum, ſed quòd nemo antequam id iuſtè de cauſa fiat, poſſit rebus in vnum vſum pium dicatis, vti ad alium, & quòd nullus Monarcha, ſaltem ſpiritualis, iuſta de cauſa, imo neque iniuſta, ſtatuerit, vt beneficiati poſſint in vſus profanos vti rebus dedicatis ad pios: & quòd illa quæ illis honeſte alitis ſupereſſent, poſſent vſibus impendere profanis. Bona enim pars diuiſionum, & erectionum beneficiorum, facta eſt auctoritate Epiſcoporum, Abbatum, & aliorum Præſulum eis ſuperiorum, inferiorum tamen Papa, quibus & ſi ſit poteſtas diuidendi bona, & erigendi beneficia, iuxta cap. *edoceri.* cum ei annotatis: [i] non eſt tamen poteſtas eiuſmodi mutationum faciendarum, [k] quod etiam ipſe N. fatetur. In illis autem quas Papa fecit, aut confirmauit (quarum aliquot vidimus) nulla talis clauſula inuenitur: neque eſt præſumendum in dubio, Papam in huiuſmodi rerum diuiſionibus, gratis contra tot canones, contra traditionem Apoſtolicam, imo & ipſiuſmet Domini, quibus contrarium inductum eſt, id facere voluiſſe, cum id faciendo peccaſſet, vt & ipſemet N. fatetur, ita argumentum manet inſolutum.

b Monit. 27. c in §. item. ſub capit. intuſtit. 12. q. 2. d & cap. ſeq. ea. cau. & q. e In 4. part. capit. 3. f ff. de pact.

g De probat. h De relig. domi. l. legatam. ff. de admin. rer. ad ciuit. pert. le. teſtament. C. de teſtam. le. de contract. C. de reſcin. vend. le. reſcripta. C. de præcib. ip. off.

i De reſcrip. k Clem. quia contingit. de relig. dom.

SVMMARIVM.

1 Votum dandi aliquid Eccleſiæ poteſt commutari à Papa ſine vllius conſenſu.

2 Donans aliquid alteri cum onere dandi Eccleſiæ an poſſit tollere onus.

3 Bonum publicum vt præferendum priuato.

1 SExageſimo moneo, quòd nihil obſtat reprehenſio, qua præfatus N. incidenter reprehendit Caietanum [l] dicentem: votum, quo quis vouet dare aliquid alicui Eccleſiæ vel altari, eſſe commutabile, ſine vllo illius Eccleſiæ, vel altaris præfati conſenſu: quia eſt iniuſta. Tum, per rationes eius, quibus ipſe minimè reſpondet. Tum quia per eiuſmodi votum non eſt ei quæſitum tale ius Eccleſiæ vel altari, quod per diſpenſationem, aut commutationem tolli nequeat, ſine illius conſenſu, cum obligatio principaliter, & formaliter Deo ipſi quæratur, iuxta cap. *magna.* de voto. & S. Thomas neruoſè probat. [m] Eccleſiæ verò vel altari ſecundario, & materialiter, & veluti quædam circumſtantia loci, quod non eſt attendendum, vt eſt capit. *quamuis.* iuncta gloſſa fin. [n] & l. *ſi quis nec cauſam.* [o] & per alia irrefragabilia fundamenta, quibus

l In 2. tom. tract. 11. q. 3.

m 2. 2. quæſt. 88. artic. 5. & in 4. diſt. 38. quæſt. 1. art. 1. & ad 5.

n De pact. lib. 6.

o ff. de reb. cred.

non respondet N. Tum, quia malè significat, quòd Caietanus vilipendit in hoc nostros Doctores: quia imo eos satis honorando declarat, vt palam est eum legenti.

2 Tum, quia Bartholus ferè ab omnibus receptus, [a] tenet, quòd donans aliquid alicui, vt post aliquod tempus perueniat ad aliquam Ecclesiam, potest illud onus remittere donatario saltem in id consentienti, non obstante quòd Ecclesiæ sit quæsita vtilis actio minus principaliter per l. *quoties*, [b] quam doctrinam ab omnibus fere approbati late tradit Iason, [c] & merito per illum textum qui probat per donationem serui factam alicui, vt eum manumittat, queri quidem seruo ius petendi libertatem, sed per donantem & donatarium, mutata voluntate, posse illud tolli; idem probatur l. 3. [d] quatenus habet, onus exportandi seruum, posse remitti à vendente & emente sine illius consensu. Nec obstat, quòd vtilis actio, vel officium Iudicis queratur illi tertio? quia vt eleganter, & nouè respondit Iason vbi supra non est quæstum irreuocabiliter, sed est locus pœnitétiæ: quia quoad illum tertium est contractus innominatus, in quo licet pœnitere, [e] nō autem potest dici, id quod Caietanus ait; nullam actionem vel ius queri per huiusmodi votum Ecclesiæ, sed illud esse reuocabile volente donatore, & donatario principali, qui est Deus ipse, qui videtur velle, volente iusta de causa eius Vicario. Parergon autem, seu incidens illud, quod præfatus N. infert, videlicet, de bono communi præferendo priuato, & de non dissimulando malo publico propter damnum priuatum, ex S. Tho. [f] & quòd reformatio officiorum publicorū iustè fieri potest, parum nos tangit: & confitemur ea iustè fieri posse, modo in eis seruentur seruanda, euitentur scandala, & bonum priuatum non adeo excedat publicum, &c. iuxta intentionem S. Thomæ, [g] glossam Barth. & aliorum, [h] & glossæ Panormitani & aliorum. [i]

a *In leg. qui Romæ. §. Flauius. mmer. ff. de verb. oblig.*
b C. *de donat. quæ sub mod.*
c *In d. §. Flauius. col. 1. & 2.*
d *ff. de seru. expor.*
e *In leg. si pecuniam. ff. de reb. cred.*
f *1. par. q. 92. art. 1. ad 3.*
g *Ibidem art. 1. & 1. 2. q. 113. ar. 9. ad 2.*
h *In l. 1. ff. sol. matr.*
i *In cap. licet. de regular.*

SVMMARIVM.

1 *Canonicorum de superfluo maior pars, cui necessitati potest dari.*
1 *Bono communi quis ad destinatum vsum vti potest.*
2 *Lex secundum intentionem legislatoris ligat.*
3 *Finis præcepti non est in præcepto, nec carnis afflictio in ieiunij præcepto.*
4 *Bona data Ecclesiis post, & ante Apostolos eiusdem sunt naturæ & qualitatis.*
4 *Beneficiorum superflua diues capiens, vt peccat.*
4 *Beneficium cuipiam cupere vt ab eo ditetur, vt peccat.*

SExagesimoprimo moneo, nihil obstare id quod incautè ait N. [k] me supra, [l] scripsisse, quòd ratio decidendi, cap. fi. [m] quod statuit singulariter, emergente necessitate Ecclesiæ, maiorem partem Capituli statuere posse renitente minori, quòd aliqua pars redituum singulorum de Capitulo applicentur ei: quia reditus illi sūt destinati ad illum vsum: & quòd communi re potest vti vnusad vsum destinatū contradicente socio. [n] Tū quia licèt Pan. assignet illam, [o] tamen efficaciter confutat eum Decius quem ego sequor. [p] Tum, quia ego non allegaui Pan. ad hoc propositum, sed ad hoc, quòd ipse, [q] dixit nō inueniri alibi decisionem illam præfati cap. fin. ad quod etiam supra, [r] allegaui. Tum, quia ego ibi dixi rationem germanam illius decisionis esse illam, quam ponit vbi supra Decretalis quæ longè diuersa est à prædicta, scilicèt, quod ibi non agitur de rebus omnino pertinentibus ad singulos de Capitulo, sed de his quę saluis alimentis Canonicorum, debentur operibus piis: & ita iustè potuit statuere Innocentius ibi, vt stante necessitate Ecclesiæ, in illam insumeretur aliqua pars, quæ non esset necessaria eis honestè alendis. Non obstat etiam id quod præfatus N. aut falsè, aut certè impropriè dicit, [s] scilicet; quòd intentio legis non ligat, sed ipsa lex.

2 Tum quia leges secundum rationem, ex qua colligitur intentio legislatoris, obligant; ita quòd nec plus, nec minus obligant, quàm ipse per eam obligare intendit, argum. l. *cum pater. §.* [t] & ca. *meminimus.* iuncto c. *suggestum.* [v] vbi Pan. receptus hoc annotauit, [x] & arg. c. *Marcion*, [y] in

k *In 3. par. c. 3. num. 8.*
l *Monit. 50.*
m *De hiis quæ fiūt à maiori parte cap.*
n *§. religiosū. inst. de reriū. diui.*
o *In dict. cap. cum omnes.*
p *Colon. 3. t. lect.*
q *In d. ca. cū omnes.*
r *Monito 50. num. 8.*
s *In 4. par. cap. 2. num. 7.*
t *§. dulciss. ff. de l. 2.*
v *De appell.*
x *Col. 2.*
y *1. quæst. 1.*

illis verbis. *Nec putemus in verbis Scripturarum esse Euangelium, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in fermonum foliis, sed in radice rationis,* & arg. capit. vltim. [a] ibi, *is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis instituit voluntatem.* & alia multa, quæ citat Felinus. [b]

3 Tum, quia Sanct. Thomas allegatus per eum [c] non ait quod ipse: sed quòd finis præcepti, non est in præcepto: sed id tantùm quod præcipitur ad illum finem, in quem id præceptum est, vt qui abstinet in festis ab opere seruili, à quo præcipitur abstinere, vt mentes ab illo feriatas leuemus in Deum, seruat illud præceptum, licèt non leuet mentem in diuinam eius Maiestatem, vt colligitur ex S. Thoma recepto: [d] & qui abstinet à bis comedendo in die ieiunij præcepti, seruat ieiunium præceptum ad carnis mortificationem, licèt non assequatur illam, secundum eundem S. Thomam. [e] Tum, quia hoc dictum S. Thomæ, parum fauet eius proposito: quia nec Archidiaconus nec communis ait, beneficiarios obligari ad dandum superflua pauperibus, eo quòd iura diuina, & humana canonum ecclesiasticorum præcipiunt, vt id faciant, vti probatum est supra. [f] Adde quòd etiam nihil obstat id, quod præfatus N. post Sotum vbi supra ait, scilicet, quòd saltem bona, quæ post Apostolos donata sunt, & quæ quotidie Ecclesię donantur minimè habent idem onus: neque consequenter saltem beneficia super eiusdem bonis fundata: quia hoc quoque falsum esse deducitur, [g] sicut verum est peccare mortaliter diuites, qui per donationem à beneficiatiis bonorū notabilem quantitatē accipiunt, vt in monito 24. dicitur, & repetitur infra, [h] vbi latè traditur, quod oporteat Confessarios, & consultores circumspicere, quo recte condemnent, vel absoluant à peccato redituum malè impensorum. Colligi etiam potest ex hoc multos eorum, qui cognatos desiderant ad episcopatus dignitatem euectos videre, quo ditiores ex eorum donationibus reddantur, plus sibi mali, quàm vere vtilitatis exoptare: desiderant enim, vt promoti peccent, aut consequenter peccant, quod peius est eis, quàm sit bonum diuitiarum. [i] An autem, qui hæc acceperit bona restituere teneatur, & quomodo, explicabitur inferius. [k]

a *De reg. iur. lib. 6.*
b *In cap. tua. de iureiurā.*
c *In 1. 2. qua. 100. art. 9. & 10.*
d *In 2. 2. qu. 122. artic. 2.*
e *2. 2. q. 147. artic. 3.*
f *Monit. 42.*
g *Monito 23.*
h *Que. 2. mnito 26. & qu. 3. moni. 34. sub fin.*
i *Arg. c. præcipimus. 12. q. 1. & leg. sacrosa. acde. Cod. de sacrosā. eccle.*
k *Quæst. 2. mon. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Moniales, & Abbatissæ vt peccant suscipiendo plures.*
2 *Moniales vt iustè suscipi possunt, vltra eas, quæ sustentari possunt.*
3 *Simonia vt admittatur à Prælatis, & subditis recipiendo monachas.*

SExagesimosecundo moneo decisionem, quam vt apponerem præfato libello, cùm iam vltimam vellem apponere manum rogauit Venerandus admodum Pater, frater Alphonsus Maldonadus, doribus optimis bene ac egregiè donatus, videlicet, peccare monialium Abbatissas, aut alio quouis nomine monasteriis præfectas, suos reditus ita prodigè expendentes, vt moniales denuo admittere omnino recusent, nisi tantis dotibus onustas, & tantis expensis factis, quantæ sufficerent abunde illis per totam vitam alendis: & tamen nec admissis pridem monialibus, nec his quæ denuo admittuntur, vel solas vestes conferunt, imo nec frequenter medicinas. Primo quidem comprobatur id, tam ex antiquo iure, in cap. *perculoso.* [l] quod habuit originem à ca. 1. [m] quàm nouo Concilij Tridentini, [n] præcipiente, ne plures moniales admittantur in monasteria, quàm ex eorum reditibus absque penuria earum sustentari possint, quod præfatæ nullo modo exequuntur, cùm nullas indotatas accipiunt ex reditibus monasterium alēdas. Deinde, quia præfata Concilia præscribunt, ne plures accipiant, quàm ali possint ex propriis reditibus: at illæ multò plures accipiunt, si habeant dotes. Tertio, quia vehemēter absonum apparet, monasteria monialium vnius cuiusdam Ciuitatis viginti millium aureorum reditibus annuis, & eò amplius perfrui: & tamen ob hos reditus adeo copiosos, nullam monialem admitti, nec ab ipsis sustentari, nisi pro dote, suppellectilibus, & expensis aliis secum afferat, vt multi referunt, octingentos, qui sufficere haud dubiè possent ad emendum centum in singulos annos ad vitam earum,

1 §. *sane. de sinat. reg.*
m *De insti.*
n *Cap. 3. sess. 25. de reg.*

si mille dispondia octo millium pretio emātur, vt empti solent. Imo licèt eam summā tantū deferret, quæ sufficere posset emēdis octuaginta aureis, vel septuaginta in singulos annos ad vitā, satis esset, & ad alimenta, & ad vestes: & etiam ad medicinas: & ita non ingrediretur expensis monasterij, sed suis propriis. Postremo, quòd mens Conciliorū ea est, ne plures moniales indotatæ, nec dotatæ, in monasteria cooptētur, quàm ex reditibus monasteriorum ali possint. Et quòd in his monasteriis, in quibus iam admissæ hunc numerum excedunt, nullo modo admittantur aliæ, donec vel eo vsque decrescat numerus earum, vel crescant reditus, vt illi numero alendo, & amplius, sufficiant: id quod aliquorum Prælatorum præscripto, in monasteriis aliquot iam seruatur, post Concilij Tridentini definitionem: & Carthusiensibus cœnobiis seruari præcipitur statuto quàm strictissimo, [a] quod mire exaggerat Dionysius Carthusiensis. [b]

2 Dubitatio tamen vehemens hinc oboritur; possint ne Præfectæ monialium alias admittere sufficienter dotatas, postaquàm expletus sit numerus earū, quæ possunt ali ex annuis reditibus monasteriorum. Ex altera enim parte pugnat vsus; id enim crebrò fieri cunctis est perspicuum: & consuetudo est optima legum interpres. [c] Ex altera verò iura, videlicet, d. ca. *perculoso.* de stat. regul. & [d] Concilium Tridentinū quæ id prohibere videntur, imo simoniacum esse innuitur in cap. *quoniam,* [e] & extrauagāte Vrbani V. *ne in ea.* vt profusè satis Dionysius tā in libr. 1. quàm in 2. [f] deducit, asseuerans firmiter, id à labe simoniæ non excusari, licèt nihil assumatur pro ingressu religionis, nec pro monachismo', sed tantùm sustentationis gratia; nec excusari ab hoc monasterij paupertate. Et ad hæc omnia comprobanda, vehementer vrget extrauagās Vrbani V. quam retulit Dionysius præfatus, [g] nobis tamē videtur primo, expedire quidem, ne plures assumantur, cùm id iura censeant multò melius. Et quòd amplissimæ dotes, quas aliquę exhibent, in causa sunt, vt quædam, quę non sponte ad religionem inducuntur; & quædam, quæ aptæ non sunt, ingrediantur monasteria. Vnde fit, vt maiorem in spiritualibus faciant iacturam, quàm reportent commoditatem in temporalibus: quod demonstrat satis Dionysius, [h] difficile etiam factu est, hoc ab omni simoniæ labe excusare, vti melius, quàm vllus alius, auctor ille suadet. [i] Secundo tamen dicimus id non esse malum, licèt oppositum asseueremus melius: credimúsque posse præfectas monasteriorum, sine vlla culpa aliquas ad religionem anhelantes, & aptas, sufficienter dotatas admittere; etiam vbi sit expletus numerus earum; quæ ali possint ex reditibus monasterij: dum tamé ab omni simonia caueant moniales, quæ solent aliquid pro suffragiis accipere. Primo, quia id asseuerauit S. Tho. à Caietano probè expositus. [k] Deinde: quia numquam, vt credimus, vel difficile in Hispaniis Dionysij approbabitur sententia: vbi complures suas filias in monasteria deferunt, non tā religionis gratia, quàm ne cogantur nuptui tradere inferioris ordinis hominibus. Rursus, quia etiam S. Thomas tenuit, licere recipere virgines dotatas in monasteriis, in quibus non sufficerent omnibus, si reciperētur sine dote: iam autem tempore S. Thomæ illud erat cautum in cap. *periculoso,* [l] quod modo innouat Trideni. Concilium, [m] scilicet, ne admitterentur fœminæ plures intra monasteria, quàm ali possent. vnde ius tum antiquum, tum nouū exponendum apparet, ne recipiantur indotatæ, vel cum expensis Monasterij.

3 Illa autem simonia, quæ interuenire solet, subterfugi posset, quibusdam obseruationibus additis; quamuis difficulter, vt Dionysius astruit, [n] vnde id obseruatur quàm diligentissimè in ordine Carthusianorum, ex statuto præscripto, [o] de quo locuti sumus; quod grauissimas pœnas adhibet, cōtra Præfectas, & moniales alias, si ante ingressum, vel post, dona vlla vel præmia acceperint, vel per se, vel per aliū, ab ea quæ denuo in earum numero cooptatur, iuxta ea quæ præscripsit etiam extrauagās Vrbani V. quæ sub grauibus censuris inhibet donationes, & acceptiones omnes, directas, aut indirectas, tā his quę admittuntur, quàm admittentibus: quia tamé hæc simonia euitari potest, si dos necessaria pauperi monasterio detur,

a *Cap. 12. 3. par. comp. le. stat.*
b *Lib. 1. de fomonia. ar. 16.*
c *Ca. cum dilectus. de consuet.*
d *Cap. 3. sess. 25.*
e *De simon.*
f *De simon.*
g *Li. 1. art. 7. & lib. 2. art. 2. de simon.*
h *In dict. art. 7. de simon.*
i *In lib. 1. & 2. de simon.*
k *2. 2. q. 100. art. 3. ad 4.*
l *De stat. regul. lib. 6.*
m *In dict. ca. 3. de regul. sess. 25.*
n *In d. art. 7. lib. 1. & in d. ar. 2. lib. 1. de simon.*
o *In cap. 2. 3. part. stat. Chartu.*

huic nostræ sententiæ tandem adhæreo, obtestans Præfectas Reuerendissimas in Domino, ne recipiant plures, quàm alere possint monasteriorū reditibus annuis, etiam indotatas, & sine muneribus: quòd si alias dotatas receperint, caueant, ne id in aliarum cedat detrimentum, & ante omnia prospiciant, ne vel ipsæ moniales suffragium dantes, in simoniam aliquam incidant. Illud etiam pro certo habeant, & animaduertant, ex pacto aliquid accipere vltra id quod necessarium sustentationi monialis iudicio cordatorum censeatur, esse simoniacum: nam ex pacto nihil aliud possunt accipere, præter illud quod alendæ moniali sit necessarium: eo quòd ei monasterium præ inopia, non potest tribuere. Si ergo aliquid vltra acceperint, vel si dotem exegerint, quando monasterium posset eam alere, illicitè recipiunt. Quod si hæc vera sunt, quid, quæso, dicemus ad prodigas illas expensas, & profanos apparatus fieri solitos ex pacto tacito, vel expresso, dum vel ingrediuntur monasterium, vel professionem emittunt? Quid aliud moderatius, quàm vt hæc vehementer interdicantur, & culpentur, ac puniantur illę, quę talia faciunt? & simul etiam doceantur, quantò honestior appareret cunctis hæc inspicientibus, modesta quædam humilisque temperantia, spirituali coniuncta contemplationi, quàm pomposa intemperantia mundanæ cuidam admixta voluptati in funeralibus eius, quę per professionem moritur mundo, & nascitur, vel excrescit Deo.

Quæstio Secunda.

An beneficiarij impendentes superfluè, vel profanè reditus suorum beneficiorum, non solùm peccent mortaliter, sed etiam teneantur ad restitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Bonis de eisdem intelligitur quæstio secunda, de quibus prima.*
2 *Iustitia specialis non tenetur, quicumque per Iudicem cogi potest.*
2 *Leges de omnium virtutum actibus feruntur, & ita tam de actibus virtutum theologarum, quàm moralium cardinalium, & eis contributarum.*
3 *Iustitia specialis, & generalis vt longè differant.*

PRimo moneo quæstionem hanc intelligendam esse de omnibus, & solis eisdem reditibus ecclesiasticis, de quibus intelligendam esse primam diximus supra [a] & falsum esse id quod præfatus N. ait, videlicet, quòd quicumque possunt compelli per Iudices ad aliquid faciendum, teneantur ad illud lege iustitiæ veræ & specialis, cuius transgressio ad restitutionem obligat.

2 Quoniam cū leges ferantur de actibus omnium virtutum, vt docet S. Thom. receptus, [b] iuxta illud Philosophi, [c] *Præcipit lex, quæ debent fortes opera facere, & quæ temperati, & quæ mansueti: similiter autem secūdum alias virtutes & malitias:* hæc quidē iubens, hæc autem prohibens: ideo tam diuersæ sunt leges, quàm diuersæ sunt virtutes, dē quarum actibus illæ feruntur. Vnde, alia sunt præcepta, & leges fidei, de quibus S. Thomas [d] & aliæ leges virtutis spei, de quibus idem [e] & aliæ leges, & præcepta caritatis, de quibus idem [f] & aliæ leges, & præcepta prudentiæ, de quibus idem [g] & aliæ leges, & præcepta iustitiæ specialis, de quibus idem [h] & aliæ leges, & præcepta fortitudinis, de quibus idem ibidem, [i] & aliæ leges temperantiæ, de quibus idem ibidem. [k]

3 Cum ergo alia sit virtus iustitia specialis, quæ principaliter versatur circa res, & actus exteriores, & in reddendo debitum secundum æqualitatem, & alia iustitia generalis, siue legalis, quæ versatur in referendo omnes actus virtutum in commune bonum humanum, sicut caritas versatur in referendo eos omnes in commune bonum diuinum, siue Deum, vt docet S. Thomas [l] cum quę alia sit virtus iustitia specialis, quæ principaliter versatur in iis, quæ sunt ad alterum, ad reddendum debitum secundum

a *Quæst. 1. monito 20.*
b *1. 2. quæst. 95. articulo 1. & melius 96. art. 3.*
c *Ethicor. 5.*
d *2. 2. quæst. 17.*
e *Ibidem, qu. 22.*
f *Ibidē. q. 44.*
g *Ibidē. q. 56.*
h *Ibidem, qu. 122.*
i *Quæst. 140.*
k *Quæst. 170.*
l *Ibidem qu. 58. art. 7.*

æqualitatem;& aliæ ſint virtutes annexæ illi, quæ potentiales vocantur:quæ licèt verſentur in iis quæ ſunt ad alterum,vt iuſtitia ſpecialis; deficiunt tamẽ ab ea, eo quòd non verſãtur principaliter circa actus exteriores, ſed circa interiores,& ſecundario circa exteriores; & circa eos non in reddendo debitum legale ſecundum æqualitatẽ; ſed aliæ in reddendo debitum morale tantùm, vt liberalitas,modeſtia:vel in reddendo debitum legale, ſed non ſecundum æqualitatem; qualis eſt religio, qua reddimus Deo debitum? & pietas, qua exhibemus parentibus, patriæ,& ſanguine iunctis debitum cultum:& obſeruantia, qua dignitate,virtuéque præeminentes colimus, vt eleganter docet idem,[a] cùm ergo,inquam,hę virtutes adeo inter ſe differant;ita etiam oportet,vt leges, & præcepta de actibus earum lata,tantundem differant. Itaque cogitur N.confiteri,multos multis ita debere, vt per Iudices compelli poſint ea præſtare,quæ tamen non ſunt debita per leges iuſtitiæ ſpecialis;ſed tantùm per leges generalis iuſtitiæ, quæ cum omnibus aliis virtutibus concurrit; vel per leges ſpeciales illarum virtutum ſpecialium differentium à iuſtitia ſpeciali, eo modò quo dictum eſt. Quamobrem,cum fundamenta N. cõtra communem, & nos,agant de legibus caritatis,vel miſericordiæ, vel pietatis;nihil ei proſunt,neque obſtant noſtræ concluſioni: quia à diuerſis non fit illatio, [b] quibus adde id quod nouè traditur infra.[c]

a *Ibidem qu. 80. artic. 1.*

b *le. Papinianus. ff. de minor.*

c *q. 3. mon. 31.*

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitiæ ſpecialis legem frangens, tenetur ſemper ad reſtitutionem.*
2 *Lex de alendis parentibus, vel liberis, non eſt lex iuſtitiæ ſpecialis.*
3 *Iuſtitia ſpecialis debitum, quantùm differat à debito aliarum virtutum.*

1 SEcundo moneo, quòd ex monito proximo infertur contra N.eſſe inconcuſſè tenendum, quòd frãgens leges iuſtitiæ veræ ſpecialis, tenetur ad reſtitutionẽ damni,& non qualem qualẽ; ſed ſecundũ æqualitatem. Tum quia hæc eſt communis Alexandri Halenſis, & anteceſſorum noſtrorum opinio,relata infra,[d] à qua non eſt recedẽdum ſine lege,vel efficaci ratione, per iura ſæpius allegata. Tum, quia nullius momenti eſt argumentatio illa;hoc eſt debitum adeo legale, vt debitor poſsit cogi ad illud per Iudicem. Ergo eſt debitum legibus iuſtitiæ veræ & ſpecialis,vt in proximo monito probatum eſt.

d *Monito 7.*

2 Tum,quia leges quæ iubent,vt cogantur per Iudices parentes alere filios, vel è contrario certis caſibus non ſunt de legibus iuſtitiæ ſpecialis,de quibus loquitur Alexand.Halen.cum cõmuni,vt expreſsè probatur in l. *ſi quis à liberis*,[e] ibi,*Sed cum hæc res ex æquitate, & caritate ſanguinis deſcendat*.per quæ verba Iuriſconſultus exprimit leges illas de alendis filiis à parentibus, & è contrario, non deſcendere ex iuſtitia illa ſpeciali & vera, de qua S.Thom. receptus,[f] ſed ex pietate, quæ eſt virtus ſpecialis, illi applicata;quæ patrię,parentibus,& ſanguine iunctis prouidet:de qua idem S.Thom.etiam receptus loquitur.[g] Tũ, quia nec debitum legale,quo quis tenetur,& poteſt cogi à Iudice ad faciendas eleemoſynas, ſiue ad ſubueniendũ extremã vel magnam neceſsitatem patienti, iuxta gloſſ. receptam iuncto textu c.*ſicut hi*, [h] & tradita per S. Tho.[i] eſt debitum legibus iuſtitiæ ſpecialis præfatę;ſed legibus caritatis & miſericordiæ, vt probat S.Tho.vbi ſupra.T ũ, quia inter juſtitiam ſpecialem, & alias virtutes ſpeciales hoc diſtat;quòd illa, & eius leges principaliter & immediatè verſantur circa res & actiones exteriores, ad reponendam in eis æqualitatem eius,quod formaliter,vel virtualiter datur,& accipitur. Miſericordia verò, & pietas, & omnes aliæ virtutes ſpeciales,& earum leges, verſantur principaliter & immediatè circa actus interiores in mouendo, vel moderando paſsiones animi, licèt minus principaliter: & per conſequentiam, moueant ętiam ad actus exteriores: quod ſingulariter & ſubtiliter ſenſit S. Thomas. [k] Itaque ex eo quòd non tenetur ad reſtitutionem damni, qui violat leges pietatis,& miſericordiæ, nõ infertur,quod non teneatur ad reſtitutionem dãni, quod præſtat, violando leges iuſtitiæ ſpecialis, cùm hæ ſint ſeparatæ ab illis:& à ſeparatis non fiat illatio, per iura vulgata: & ita in vniuerſum eſt vera præfata communis, & noſtra propoſitio,cui adde id quod habetur infra.[a]

e *ff. de li. agnoſcen.*

f *In præfa. 2. 2. quæſt. 58.*

g *ibidẽ q. 101.*

h *47. diſt.*

i *2. 2. qu. 32.*

k *2. 2. qu. 122. art. 1. ad 4.*

a *q. 3. mon. 31.*

SVMMARIVM.

1 *Lex quæ iubet ſuccurrere patienti extrema, non eſt lex iuſtitiæ ſpecialis, ſed caritatis, pietatis, miſericordiæ, vel iuſtitiæ generalis.*

1 TErtio moneo, quòd ex duobus proximis monitis infertur, quòd N.toto cælo errat, nouè tenendo contra omnes, legem quæ iubet ſuccurrere neceſsitatem extremam patienti, eſſe legem iuſtitiæ ſpecialis. Tum, quia per allegata in illis, conſtat illam eſſe legem caritatis,miſericordiæ,pietatis,vel iuſtitię generalis,non autem ſpecialis,quę verſatur circa res exteriores,& in reddendo legale debitum ſecundum æqualitatem. Tum, quia qui obligatur ad dandum aliquid extrema patienti, vt ab eis liberetur, & non dederit illud ei, non tenetur reſtituere illud, poſteaquàm illa neceſsitas tranſierit, ſi aliquo alio modo liberetur, neque hæredibus eius, ſi perierit ſecundum omnes, & ipſummet N. cum tamen is qui debet alicui aliquid per legem iuſtitiæ ſpecialis, tenetur illud ſoluere,etiam poſteaquàm tranſierit tempus,& articulus, in quo ſoluere tenebatur ipſi,ſi ſuperuixerit, vel hæredibus eius,ſi obierit.[b] Tum,quia qui debet ex mutuo,vel aliquo alio contractu alicui extremam neceſsitatem patienti illud,quo eum poſſet ab illa liberare, ſi non ſuccurreret ei, teneretur ei ſoluere illud, ſi ſuperuiueret per alterius opem,vel hæredi eius, ſi obiret mortem : & non alia ratione, quàm quia illud ei lege ſpecialis iuſtitiæ debebat. An id quod ſine vllo contractu expreſſo, vel tacito debetur alicui propter ſolam neceſsitatem extremam non debet reſtitui lapſo tempore illo neceſsitatis, & non alia ratione, quàm quia non debetur ei lege ſpecialis iuſtitiæ, ſed alia caritatis,miſericordiæ,pietatis, vel iuſtitiæ generalis: ergo propoſitum. Tum,quia non obſtat Caietani auctoritas,qui viſus eſt ſignificare N. quòd legibus iuſtitię tenemur neceſsitatem extremam patiẽti ſuccurrere:quia cum generaliter loquatur de legibus iuſtitiæ, poteſt intelligi de iuſtitia generali, & non de ſpeciali, cum dicta Doctorum in dubio ita interpretari debeant, vt iuri recepto conſonent, [c] & ſi eius dictum aliter intelligatur, eſt falſum,& contra communem opinionem omnium.

b *Le. 1. & per totũ titul. C. vt actiones ab hæred. & cõtra hæred. & in le. 1. C. de hæred. act.*

c *Arg. cap. ſi expediat. de elect. lib. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Dominium vnius & eiuſdem rei, non poteſt eſſe plurimum in ſolidum:& non tranſit ipſo iure in extremè egentem.*
2 *Reſtituere tenetur quis ea, quæ extrema patiens accepit, lapſo illius neceſsitatis articulo, niſi, &c.*

1 QVarto moneo,ſatis conſequens eſſe proximis tribus monitis,veriorem eſſe illam ſententiam, quæ habet,neminem fieri verum dominum rei,qua eget ad liberandum ſe ab extrema neceſsitate: licèt iuſtè poſſet eam accipere,etiam auctoritate propria,& ea vti, quatenus eſſet ad id neceſſaria:quàm contrariam. Tum,quia illa non videtur probari vlla lege,vel efficaci ratione, ſine quibus non eſt affirmandum aliquid contra ius regulare,[d] & ius regulare haber id, quod eſt vnius, ſine conſenſu eius,non effici alterius. [e] Tum, quia lex illa celebris,quæ eſt ſecunda in *§. ſcum in eadem.* [f] non habet, res fieri communes per neceſsitatem, ſed eſſe communicandas. Tum, quia non patiuntur iura, vt ciuſdem rei dominium ſit penes plures in ſolidum, [g]

2 Tum,quia legi caritatis,miſericordiæ, ac pietatis, & cuiuſcumque alterius virtutis ſatis fit,ſuccurrendo neceſſitatem extremam patienti ſufficienter,ad hoc,vt ab ea liberetur,vt palam eſt:at frequentiſsimè ſuccurri poteſt, & abunde quidem extrema patienti, commodando, vel locando ei rem illam,qua eget, non tradendo ei dominium illius : verbi gratia, Aliquis, alioqui ſaltem alibi diues,in montibus Alpibus,vel Pyrenæis niuecanis, neceſsitatem extremã alicuius veſtis patitur: & aliquis alioqui pauper, deferens veſtes pretioſiſsimas, holoſericas pellibus herminorum cariſsimis duplicatas ſiue ſuffultas, obuiat illi; tenetur quidem ei vnam,vel duas,vel plures,& quotquot ille ad illam neceſsitatem ſubleuandam eget, commodare,vel locare;ſed non dare, & transferre in illum illarum dominium:imo,cum ſe in aliquem locum, vbi neceſsitas illa ceſſaret,reciperent ; poſſet illam , vel illas quas commodauit,repetere:quod nemo negabit. Tũ, quia nemo diceret, quòd ſi quis, alioqui diues , aliquo in loco fame moriens,obuiaret alicui piſtori , viginti multos panibus coctis onuſtos aliquò agenti, fieret dominus omnium illorum panum; cùm tamen qua ratione fieret dominus vnius,eadem quoque fieret omnium , antequam vllo illorum ad ſedandam famem veteretur. Neque quiſquã diceret, piſtorem illum obligatum eſſe ad dandum dominium omnium illorum illi ; neque illum auctoritate propria poſſe omnes eos ſibi occupare : imo, quilibet eruditus dicet ſatisfacere piſtorem,communicando illi eſuriẽti panes neceſſarios ad illam eſuriem ſedandam. Tum, quia ridiculum videtur, & grauitati legum contrarium, dicere;extremam famem patienti , quæri dominium omnium panum,qui in foro venduntur, & illico ſedata per vnum panem fame,illud ei perdi ; & rurſus iterata fame, fieri eius,& propulſata ea,deſinere eſſe illius.Tum , quia gloſſæ receptæ,[a] aſſerunt,verbum, communia,in illo dicto, *Neceſſitas omnia facit communia*. exponendum eſſe per cõmunicanda.Tũ per quædam alia, quæ conſideranimus in noſtro Man.Confeſſ.[b] vbi hoc aliquantulũ limitamus.

d *Ca. legatur 24. qu. 2. & §. conſideremus. auth. de trient. & ſemiſſ. coll. 3. ca. conſuluiſti. 2. quæſt. 5. & c. 2. de træſtat. pral.*

e *leg. id quod naſcitur eſt. ff. de regul. iur. & ff. ad leg. Rhod. de iactu.*

f *Le. 3. §. ex pluribus. ff. de acquirem. poſſeſſ.*

a *In d. §. cuius in eadẽ. & in d. ca. ſicut hi. 47. diſtin.*

b *cap. 17. à num. 60.*

SVMMARIVM.

1 *Alphonſus Caſtrenſis laudatus.*
2 *Actione ſubſidiaria qui tenentur, & ad quantum.*

1 QVinto moneo, quòd non eſt vera doctrina illa noua,quã præfatus N. ſpaciatus late circa quoddam incidens,contra celeberrimum, eundémque eruditiſsimum virum Alphonſum Caſtren.affirmat, videlicet; quòd licèt,qui obligatur lege iuſtitię ſimpliciter, ſi tempore opportuno non ſoluat, teneatur ad reſtitutionem, non autem qui non obligatur ſimpliciter , ſed tantum in ſubſidium.Tum quia nullo iure illa fundari poteſt;& ita erubeſcendum eſt id ſine lege dicere.[c] Tũ,quia * qui tenetur actione ſubſidiaria,perinde reſtituere debet,ac qui tenetur actione principali, iuxta l. *ſancimus*, [d] quę habet, eum qui vaſa ſacra quæ emit, conflauerit, vel alio modo immutauerit,teneri actione in factum ſubſidiaria; in defectum actionis rei vendicationis ; per quam tantundem recuperatur, quantum per rei vendicationem , in cuius ſubſidium datur : & qui tenetur actione ſubſidiaria leg. Aquiliæ. perinde tenetur, ac ſi teneretur actione directa eiuſdem,[e] omnis item actio in factum , eſt ſubſidiaria,vt ait Bart.in d.l. *ſancimus*,[f] quę habet locum in variis articulis iuris,vt habet text.ibi,quos enumerat gloſſa eius, & & Bar.[h] videlicet,in omnibus caſib.in quib. nõ datur actio præſcriptis verbis.& ex omni interdicto, & edicto, vnde non oritur actio nominata,vt aiunt præfata gl. & Bart.in hoc recepti.Et tamẽ certũ eſt,eũ qui tenetur actione præfata in factũ,teneri ad reſtitutionẽ,iuxta l. *naturalis*, [i] quæ probant eam dari,ſaltem ex tribus contractibus innominatis,& in l. *in bonæ fidei*,[k] quę cum ei concordantibus habet,eam naſci ex pactis bonæ fidei contractibus ex continenti appoſitis.Et patet,vel maritus, qui tenetur actione in factum,pro furto, vel vxori, vel filio, facto in ſubſidiũ actionis furti,quæ non datur cõtra patrem , vel maritum; petinde tenetur reſtituere rem ſublatam , ac ſi teneretur actione furti iuxta,l. *ſi quis vxori*,[l] cũ allegatis ibi per gloſ. & Bartholum.

c *§. conſideremus. authen. de trient. & ſemiſſ. coll. 3. & capit. 2. de træſtat. pral.*

d *C. de ſacroſan. eccleſi.*

e *§. fin. inſtit. de le. Aquil.*

f *Nu. 2. C. de ſacroſan. eccleſi.*

g *In ver. articulis & in rubr. ff. de præſcrip. verb. vbi ſupra n. 16. & in l. ex placito. C. de rerũ permut.*

i *Le. quoties. ff. de præſcrip. verb.*

k *C. de pact.*

l *ff. de furtis.*

* Qui tenetur actione ſubſidiaria. *Actio ſubſidiaria , non tantum ea dicitur quæ contra magiſtratus datur , ſed & iis qui nulla ratione ordinata cũ aduerſario experiri poſſũt. Ita ergo actio ſubſidiaria propriiſsimè dicitur , quæ aliis actionibus deficientibus tamquam poſtremus comes aliis ſuccedens per leges ſubrogatur. Dicitur autẽ ſubſidiaria quod ſcilicet his qui nulla actione ordinaria cum aduerſario experiri in iudicio poſſunt ſubueniat , Actio rei vendicationis eſt illa per quam rem noſtram , quæ ab alio poſſidetur petimus.*

SVMMARIVM.

1 *Caritate ſola obligatum ad aliquid, poſſe ad id compelli.*

A 2 *Actio, vel officium iudicis datur, quoties æquitas id ſuadet.*

1 SExto moneo, quòd N. non debuit niti auctoritate præfati Dominici Sori,dicendo,quòd affirmauerit,[a] eum qui ex ſola caritate ad aliquid tenetur, non poſſe ad id per Iudicem cogi.Tum quia ille ibidem ait, quòd licèt aliàs id dixiſſet: tamen non habet locum illud in obligatione ſuccurrendi extremæ neceſsitatis articulo.

2 Tum , quia licèt vterque id aſſereret , non eſt verum: quia quoties æquitas ſuadet actionem dari,aut aliquid dari,vel fieri, datur remedium officij Iudicis , * vel actionis in factum,vel certi condictio ex lege:ſiue illa æquitas deſcendat ex lege lata ſuper actibus caritatis , ſiue fidei , ſiue miſericordiæ,ſiue pietatis, ſiue iuſtitiæ veræ ſpecialis, ſiue alterius cuiuſlibet virtutis,vt ſupra [b] dictum eſt,& probatur per l. *qui ſeruandarum*.& l. *ſolent*.& l. *quoties*. vbi latè de hoc gloſſa recepta,[c] facit l. *ſi me & Titium*. cum ei annotatis,[d] & interminis noſtris eſt gloſſa cap. *ſicut hi*, [e] & in ca. *tibi domino*.[f] & in cap. *ius naturale*.[g] quæ gloſſę habent,cogi poſſe diuites officio iudicis,ad faciẽdum eleemoſynam pauperibus maxima neceſsitate laborantibus : & ita ille grauiſsimus , eruditiſsimúſque Aluarus Pelagius [h] concludit , poſſe beneficiarios iure compelli ad erogandum ſuperflua pauperibus,argumen.cap. *qualiter, & quando*:ibi, *Redde rationem villicationis tuæ*.[i] & melius per ca.10.[k] ibi. *Et ſingulis annis Epiſcopo ratio fiet*.& per alias rationes: cui ſatis conſonat Cardinalis , [l] quorum ipſe opinioni lubens me ſubſcriberem , quando concurreret maxima neceſsitas pauperum , & clara ſuperfluitas beneficiariorum nolentium eis ſubuenire, vel clara in profanos vſus profuſio:de quo latius infra tractabimus. quamuis deciſio hæc Pelagij,magis nititur legibus iuſtitiæ veræ & ſpecialis, quibus ad id tenentur beneficiarij,vt ibi dicemus.

a *In lib. 4. q. 3. de iuſt. & iur.*

b *ead. q. mon. 1. & 2.*

c *ff. de præſcript. verb.*

d *ff. de reb. cred. & leg. hæreditas. ff. de pet. hæred.*

e *47. diſtinct. verb. eſuriẽtium.*

f *ver. neceſſe. 61. diſtinct.*

g *1. diſt. verb. cõmu. & le. neminẽ. C. de ſacroſanct. eccle.*

h *vbi ſupra de placitis Eccle. li. 2. c. 28. col. fin.*

i *De accuſa.*

k *Quæſt. 3. l. In clẽ. gratia. de reſcrip. col. penult.*

* Vel actionis in factum. *Actio in factum dicitur qua ſimpliciter ſpectatur id quod quilibet fecit, ſine certa negotij forma: vnde & plures æquè tenet. Dicta autem putatur quod ſecundum factum propoſitum concederetur condictio quæ eſt actio in perſonam vel eſt certi, quæ competit ex omni cauſſa , ex qua aliquid certum petitur ſiue ex certo contractu , ſiue ex incerto, ſiue ex lege Aquilia agatur ſiue ſuo nomine , ſiue hæreditario obligetur , vel eſt incerti quæ ex omni cauſſa datur,ex qua incertum petitur.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarius male impendens beneficij reditus debet reſtituere, & num. 2.*
3 *Reſtituere tenetur, qui ex communibus minus quàm debet tribuit ſingularibus. Et qui onus , vel modum iniunctum non adimplet. & nu. 4.*
5 *Furtum admittit, qui re aliena in alium vſum quàm conceſſum, vtitur.*
5 *Beneficij fructus dari ad pauperes ſuſtentandos , multis in locis S. Thom. affirmat.*
6 *Iuſtitiæ ſpecialis & non caritatis legem frangens , tenetur reſtituere.*
7 *Præcepta omnia Decalogi ſunt iuſtitiæ , ſed quidem poſtrema veræ & ſpecialis : quatuor verò prima , partium potentialium eius.*
8 *Beneficiarius, ſecundum omnes, tenetur magis quàm laicus ad eleemoſynas.*
9 *Beneficiarius male impendens vt peccat, ita reſtituat, & nu. 10.*
11 *Eleemoſynarius cum facultate ſe alendi quid reſtituet.*
12 *Decimæ onus alendi pauperes habent.*
13 *Beneficiarij prodigitas, etiam in parte ſeparata ſacrilegium.*

1 SEptimo moneo, quòd circa quæſtionem hanc ego ſemper vſque ad compoſitionem huius libri ſequutus fui communem ſententiam , & tunc percupiui tenere contrariam , & tenuiſſem certè, ſi quo modo ſatisfacere meæ conſcientiæ potuiſſem:ſed quia id facere non potui, ideo tunc firmè tenui,& nunc firmius aſſeuero prędictam communem,ſcilicet, beneficiarios inſumentes malè,vanè,aut profanè notabilem reditũ præfatorum quantitatem,vltra id quod per contenta in aliquot monitis,[m] quæ citabuntur infra, [n] eis permittitur, non tantùm peccare mortaliter,ſed etiam obligari ad reſtituendum:quod quia præfatus N. & quidam alij , quàmuis aliorum collatione pauci contrariam affirmant , validiſsimè ſequentibus argumentis probo, nullatenus ab ea recedendum. primùm quidem,quòd opinio communis id habet , etiam ipſomet

m *1. quæſt. n. Que. 3. mo. 34.*

N.id cõfitente,[a] nam eam affirmant Archi.& Domin.[b] quibus ibidem consentiunt Ioannes Andr. Aneharan. & Francus,& Ioannes de Ligna.c& Panormitanus in capit. *cum secundũ*. d vbi nos latè probauimus, & in ca.*cum esses*. e Alber. f Aluarus Pelagius vir grauissimus ,g neruosissime hanc partem probat; dicens, se illam conscientia vrgente affirmare : idem Antonius, h Felin.i Decius,k & Antonius Burgensis,l & ante illos Alexand. Halen. Doctor irrefragabilis,m Richard.item,n & post eos Paludanus,o Gabriel,p & Maior, q qui ausus fuit dicere; nullum Doctorem qui ante eius ætatem mortuus fuisset,contrarium tenuisse:quamuis in hoc lapsus fuerit,& Gulielmus de monte Lauduno, r Sanctissimus item ille Antonin. Archiepiscop.Florent. s quamuis Siluester idem tenẽs,t per inaduertentiam contrarium imponat ei, v & Angelus à Clauasio, x vir miraculis ; vt fertur, clarus. Summa item Pisana, y cum Henrico Gandauensi, z Driedonius etiam,a imo & Caietanus,b tantùm abest, vt ille allegari debuisset pro contraria sententia:quoniam pro nostra parte est,si satis perpẽdatur : quamuis obscurè loquatur, vtens nouis loquendi modis : ait enim, quòd vbi reditus Episcopatus,& Canonicatus exæquant, vel parum excedunt eam partem,quæ eis est ad se honestè sustentandos necessaria, non tenentur ea,quæ profanè impendunt, restituere ; sed sic, quando est longè maior. Quod dicere, perinde est ac affirmare ; eum non teneri ad restituendũ ea,quæ in alios vsus insumpserit , de parte illa, quæ sibi honestè alendo iudicio virorum prudentum est necessaria : reliquum autem sic : quod totum ipsum etiam nos omnino fatemur cum communi sententia, extendentes nos paulo vltra, per ea quæ diximus in multis monitis primæ quæst. Eandem etiá affirmat Vlricus author grauissimus,qui latè refertur,& probatur ab illo per doctos. iuxta ac persancto Dionysio Carthusiano , c Iasi. etiam , d Socin. e Petr.de Vbald. f & denique id ante omnes sensit Innocentius IIII. g & adeo est communis , vt Ioan. Maior vbi supra,ausus fuerit dicere, vt prædiximus,nullum,qui antequam ipse nasceretur mortuus fuisset, contrarium tenuisse.Et adeo,inquam,communis, & canonibus Ecclesiæ consonans,vt Archid. h dixerit, contrarium esse iuris hæresim:& Petrus Sotus supra, i relatus, affirmauerit , *Esse grauissimum errorem, saltem contra bonos mores, & iustitiam:& quidni contra scripturam?* quę sunt verba eius.

2 Secundo , principaliter probatur,eo quòd etiam Diuus ille Thomas , cuius auctoritate nituntur contrariam partem affirmantes , si eius sententia , & verba satis perpendantur,pro nostra parte est, vt præfatus Petrus Sotus indicat,allegando eum pro hac parte, & Ioan. Maior vbi supra, vehementer contendit;nullatenus eum adeo pium & doctum virum contra hæc tenuisse:quod ex multis dictis eius rem ita se habere colligimus supra. k

3 Tertio,principaliter probatur nostra prędicta cõclusio rationibus adeo fortibus , vt ob eas esset affirmanda, etiam si S. Tho. & cõmunis teneret contrariũ, iuxta doctrinã quę colligitur ex *c.capellanus*,l & l.2.m quarum vna est hęc,quòd non solùm , qui accipit, vel retinet iniustè alienum,tenetur ad restituendum illud,n sed etiã ille,qui distribuenda communia singularibus,quibus sunt distribuenda,distribuit eis minus quàm debeat : vt affirmat S. Tho. o vbi latè Caiet.at omnis beneficiarius , qui ea quæ sunt sibi superflua,non distribuit piis vsibus,minus quàm debet dat eis.ergo tenetur ad restitutionem.

4 Quarto probatur altera ratione,scilicet,q etiã tenetur ad restitutionem, qui accipit aliquid cum onere dãdi illud,vel aliquã eius partem alteri , si onus illud non impleuerit,per leg. 1.2.& 3.p quatenus habẽs eũ cui aliquid donatũ est,vt det alimenta donanti,vel aliquid aliud,etiã tertio tenetur ad dandũ illud sub obligatione restituẽdi ei,etiã si alij dederit illud : probatur & in l.2.q quatenus habet;Legatarium teneri ad implendum modũ , sub quo aliquid ei relinquitur sub obligatione restituendi, etiã si alij dederit.tradit Bar.cõmuniter recep. r agẽs de effectu modi,s agẽs de remediis, quib. qs cõpelli põt ad seruãdũ modũ,[a] probatur etiã in *c.veriũ*.cũ ei annot.per glos.& alios.[b] At bona quę beneficiariis dãtur,illi sunt oneri subiecta,vt omnia in honestam ministrorum Ecclesię sustentationem, & alia pia opera insumantur, vt irrefragabiliter probauimus; [c] supra , [d] per sexdecim rationes , & per aliquas illarum , & aliàs supra : [e] ergo licèt beneficiarius iustè recipiat sui beneficij reditus ex eis collectos, si in id non impendit,tenetur in illud impendere, quod est restituere.

5 Quinto,quòd qui furtum realiter committit, tenetur restituere. [f] At beneficiarius qui reditus ecclesiasticos vsibus impendit profanis, furtum admittit: nam vtitur re aliena,videlicet,D.N. IESV CHRISTI in alium vsum, quàm in quem capit, & qui hoc facit, furtum admittit, [g] vti qui equum sibi commodatum ad Senas , ducit Neapolim.& ita Guilielmus de monte Lauduno asserit, [h] & latius Aluarus Pelagius vbi supra, quod etiam colligitur ex præfato S.Thoma,qui [i] ait:*Decimas primariò quidem cultus diuini ministris exhiberi , secundariò autem vt pauperibus subueniatur*.& alibi, [k] ait respondendo ad argumentum quod fecerat ad probandum , quòd hodie sint superfluæ decimæ, quia in lege veteri , ideo Leuitis soluebantur , quia non habebant partem in possessionibus populi , vt habetur apud Moysen, [l] inquit,*In lege veteri speciales quædam decimæ dantur clericis , non solùm propter sui sustentationem , sed etiam vt ex eis subueniatur pauperibus:ideo non superfluunt,sed ad hoc necessariæ sunt possessiones Ecclesiæ,& oblationes,& primitiæ, simul cum decimis*.Hæc ille.Neque obstat,quòd Dominicus Sotus, [m] contendat,quòd decimarum finis,non alius fuit, quàm Ecclesiarum seruitium , sacrorúmque sacramentorum administratio , eademque causa exigantur à populo Euangelico , qua olim à Mosaico, eo quòd S. Thomas, [n] nullam rationem assignet pauperum.Tum,quia præfatus N.contrarium fatetur,vt diximus, [o] verba eius ad literam referendo.Tum,quia.S.Thomas in locis supra citatis, dicit,quòd ipsæ etiam decimæ, quæ ministris Ecclesiæ dantur,per eos debent in vsus pauperum dispensari: & apparet etiam ex D. Clemente , quem nos, [p] retulimus. & S. Augustino qui. [q] *Decimas , egentium animarum tributa appellat* : quod etiam de oblationibus dicit idem S.Thomas, [r] ibi.*Et ideo oblationes,quæ à populo Deo exhibentur, ad sacerdotes pertinent, non solùm , vt eas in suos vsus conuertant:verùm etiam, vt fideliter eas dispensent: partim quidem expendendo eas in his quæ pertinent ad cultum diuinum : partim verò in alijs,quæ pertinent ad proprium cultum:quoniam qui altari seruiunt, cum altari participant , vt dicitur,* [s] *partim etiam in vsus pauperum, qui sunt quantùm fieri potest , de rebus Ecclesiæ sustentandi.* Hæc ibi S. Thomas.

6 Sexto, principaliter probatur alia ratione , videlicet, quòd inter leges obligantes ad mortale caritatis & iustitiæ veræ & specialis , hoc distat , quòd qui transgreditur legem caritatis , licèt peccet , non tenetur restituere : qui verò transgreditur legem iustitiæ veræ & specialis , non solum peccat , sed etiam tenetur restituere , iuxta doctrinam Doctoris irrefragabilis Alexandri Halensis communiter receptam , [t] quæ bene defenditur ab Adriano, [v] quam nos quoque secuti fuimus in repet.cap.*inter verba*.[x] & in Manual. Confess. [y] & Dominicus Sotus, [z] & supra eadem quæst.[a] repetiuimus. At qui beneficiarius in alios vsus quàm pios,suos reditus impendit , legem iustitiæ veræ & specialis transgreditur , vt proximè dictum est:quia transgreditur legem de non furando, quæ est lex iustitiæ specialis : nam , vt affirmat S. Thomas in hoc receptus, [b] vbi communis id tenet,præsertim Maior,[c] neque Scotus quò ad hoc propositum dissentit , omnia præcepta Decalogi,de quibus est præceptum de non furando , [d] & glossa,[e] sunt leges iustitiæ:& sex quidem postrema, de quibus est præceptum de non furando , sunt iustitiæ veræ & specialis , licèt quatuor prima sint partium iustitiæ potentialium,puta,religionis , & pietatis , vt colligere est ex S. Thoma. [f]

7 Septimo,probatur alia ratione,videlicet, quod iustè negari non potest clericos aburentes ecclesiasticis reditibus , peccare contra legem iustitiæ specialis : quoniam omnes,etiá Dominicus Sotus,& & etiã præfatus N. [h] affirmant,multo magis obligari beneficiarios ad eleemosynas

a *In 2. part. cap. 1.*
b *In prin. 44. dist. & in ca. statuũ.§.assessorẽ de rescript.lib.6 & in ca. præsẽti. de offi. ord. eod. lib.*
c *In clẽ. gratia.de rescrip.*
d *De præben.*
e *Num.21.de testam.*
f *In diction. ver. clericus.*
g *Lib. 2. de Planctu Eccles. cap. 28. col.8.& quinque sequen.*
h *In ca.fi.nu. 17. de pecul. cler.*
i *In ca.postulasti.nu.6 de referip. & in c. de quarta. nu.23.in fi.de præscript.*
k *In c. episcopus. de præb.*
l *In c. 1.num. 28. de emp.*
m *3.part. qu. 30. memb. 5.*
n *In 4. d. 15 ar.3.q.1.ad 1.*
o *In eod. 4. dist.24. qu.3. artic.3.*
p *In præfata dist. 15. qu.8.*
q *In prædicta dist.24. q 17.*
r *In d. clem. quia cõtingit. de relig.dom.*
s *3. par. titul. 13.ca.1. §. 19. & in 2. par. titul. 2. ca.2. §. fin.*
t *In verb.clericus. 4.*
v *in 1. par. titul. 2. §. fin.*
x *In ver. clericus 4. § 4.*
y *verb. clericus 4. §. 4.*
z *quolib.8.q. 25.*
a *Li. 2. ca.4. de lib. christ.*
b *2. 2. q. 185.* *ar.7.&q.119.*
c *In lib. cõtra pluralitatẽ, artic. 2.*
d *Cõsil. 75. volum. 2.*
e *Consil. 32. volum. 1.*
f *In tract. de successione ab intestato, part. vlt.*
g *In ca. indecorũ de ætat. & qual.*
h *In præfato §. assessorem.*
i *Monit. 48. quæst. 1.*
k *Quæst.1. monito 49.*
l *De feriis,*
m *§. sed neq;*
C.de vsur.
o *2.2. qu. 62. art. 2. ad 3.*
vel condit.
p *C. de don. quæ sub mod.*
q *C. de his quæ sub mod.*
r *In le. quibus diebus. §. Termillus. num. 13.*
s *Num. 17.*
enucl.
n *Cap. si res aliena. 14. qu.6. ca. peccatum. de regul. iur. lib. 6.*

a *Aff. de cond. & demonst.*
b *De condit. appo.*
c *Quæst. 1.*
d *Mon. 20.& duobus seq.*
c *Quæst. 1. monito 42.*
f *Ca. pœnali. & c. si quid. muensis.14. q.5.c.fi.vers.ea. caus. qua. 2. g §. furiis. in fi. de obli. quæ ex del. nascun.*
h *In d. clem. quia cõtingit. de relig. dom.*
i *In 2.2. qu. 185.art.3. sub finem.*
k *Qu.87.art. 3.ad primum.*
l *Numer. 18.*
m *De inst.& iur. lib.10.q. 4. art.3.con. clus.5.*
n *2.2. quæst. 77.art.1.*
o *In monito 42.*
p *q.1. monito 22.& 49.*
q *In ca. decima.16.qu.1.*
r *2.2. qu.86. art.2. in corpore quæstionis.*
s *1.Corith.9.*
t *In 2. part. quæst. 87.*
v *In 4.dist. fit.q.1.col.9. in §. de curritibus.ẽ fure.*
x *Pag. 208. numer. 914.*
y *Cap. 14. numer. 7.*
z *Li.5. quæst. 3.art.4.& li. 4.q.7. art.3. col.4 & alibi. sæpe de iust. & iur.*
a *Monito 1.*
b *In 2. 2. q. 122.art.1.& in 3. lib. sen. ten.dist.37.q. 2. art. 4.*
c *Quæst. 2.*
d *Exod.20.*
e *In c.quid in omnibus. 32. quæst. 7.*
f *2.2. qu. 80. artic.1.*
g *In d. lib.10. q.4 artic.4.*
h *In 4. par. prædictica.5. pag.penult.c. 6. pagin.*

erogandas,quàm laicos: quod adeo quidem aiunt esse verũ,vt nil minus teneatur ad eleemosynas, eo quòd dicantur ab eis omnium bonorũ Ecclesię domini,quàm si contrarium dicerẽt nobiscum:ita N.in præfata,[a] & Sotus,[b] & imo ipse N. ait,quòd maius peccatum cõmittitur in abusu redituum ecclesiasticorum , quàm aliarum rerum : vbi etiam sequitur Sotum ad verbum , [d] dicentem hæc verba, *Episcopi strictiori misericordiæ nexu tenentur , quàm diuites seculares.* Quib' addit N.id quod ipse dicit de Episcopis, idem de aliis clericis , qui reditibus ecclesiasticis abundant , dicendum esse:quæ profectò nullatenus iuri consonare possunt , nisi aliqua lege iustitiæ ad id tenerentur : nam leges caritatis æquè obligant omnes Christianos tam laicos, quàm clericos: nam sicut frequenter accidit, quòd vt clericus cælibem agens vitam , habeat plura superflua, quàm laicus vxorem & familiam nutriens : ita quotidie contingit, multos laicos esse ditiores , ac minorem familiam alere , quàm clericos , & habere multo plura superflua, quàm illi.

8 Et ita frequentissimè contingit, plus laicum , quàm clericum ad eleemosynas teneri lege caritatis,attentis circumstantiis personarum,loci, temporis, & facultatum,vt palam est: & ita necessario fatendum, aliqua iustitiæ lege teneri beneficiarios ad eleemosynam , qua non tenentur laici:& nõ est alia,quàm supradicta de erogãdis superfluis pauperibus, & operibus piis:ergo tenentur ad illa, & per cõsecutionem impendendo ea profanis vsibus , transgrediuntur legem iustitiæ : & cùm qui legem iustitiæ transgreditur,non solùm peccet,sed etiam teneatur restituere, consequens est, beneficiarios teneri ad restitutionem eorum,quæ malè, vanè, vel profanè impenderunt.

9 Octauo, quòd Adrianus, [e] Sotus, [f] Reuerendissimus Segobiensis, [g] Cardinalis, [h] & omnes alij , etiam qui negant necessitatem restituendi,& etiam prædictus N.postquam legit apologiam nostram, cum propugnaculo eiusdem , & repetimus infra , [i] concedunt peccare mortaliter beneficiarios,qui vt præmittitur, superfluè, aut vanè prædictos reditus impendunt. Et nulla inuenitur ratio , quæ sufficienter probet , eos potius peccare mortaliter, quàm sæculares,in simili modo insumendis suis, quæ non æquè probet, teneri eos ad restituendum, si eam transgrediendo peccant,vt efficaciter probatum est supra,[k] neque potest tollere vim trium argumẽtorum præcedentium prædictus N. respondendo, non teneri ad restitutionem omnes,qui legem iustitiæ specialis transgrediuntur: quoniã id falsum esse probauimus supra. [l] Per quæ & per adducta supra, [m] constat eum toto cælo errare, dum ait, errare apertissimè Dominicum Sotum in tribus locis , & me in vno, & alios Doctores, qui sunt fere omnes alij : quòd dicimus , lege caritatis & non iustitiæ veræ & specialis teneri quem ad succurrendum extremam necessitatem patienti, errat enim credendo , quòd quicumque ita lege ad aliquid dandum, vel faciendum obligatur, vt ad id per Iudicem cogi possit , lege obligatur iustitiæ veræ specialis , quod palam falsum est, per adducta supra, [n] quibus probatur,pro varietate virtutum, varias leges & præcepta de actibus earum tum naturaliter, tum diuinitus, tum humanitus esse latas:ad quarum obseruantiam cogi quis potest imperio conscientiæ , officio Iudicis , aut actione per Iudicem interiorem,& exteriorem, spiritualem,vel sæcularem : quarum tamen non omnes transgressores , sed solùm illi, qui transgrediuntur leges virtutis specialis iustitiæ, tenentur ad restitutionem : licèt cogi possint ad illarum obseruantiam , & consequenter teneantur legibus iustitiæ generalis, siue legalis.

10 Nono, principaliter & efficaciter probatur,eo quòd nullus vnquam dubitauit, quòd ante diuisionem factam, & erectionem beneficiorum , clerici vltra sibi necessaria vsurpantes contra legem iustitiæ agerent , & tenerentur ad restitutionem , quod & ipse N. fatetur , & expresse S. Thomas supra allegatus probat, sed diuiso bonorum,vel fructuum, & redituum eorum postea facta in tres, vel quatuor partes,de qua in cap.*vobis*,& cap.*quatuor*,[o] & erectio prębendarum,& beneficiorum,quò ad hoc,nihil mutauit de natura eorum : quod multis modis probauimus supra. [p]

11 Decimo,quòd eleemosynarius , cui Rex mille aureos annuos donaret, ea lege,vt se honestè aleret, & superflua pauperibus distribueret,obligatus esset certè ad restituendum ea, quæ in alios vsus profanos insumeret,argumento totius titul.ff. *de condit.caus.dat.* & C. *de cond.ob caus.* At supra, [a] monstratum fuit,beneficiarios esse eleemosynarios ciusmodi sacræ Ecclesiæ. Sumus enim eleemosynarij ea lege cõstituti, vt nos primum ex reditibus nostris alamus,& postea,quæ superfuerint , distribuamus pauperibus,aliisve piis operibus.

12 Vndecimo, quòd qui accipit aliquid subiectum conditioni vel oneri alicui dandi illud aut illud , illi aut illi, non solùm mortaliter peccat, eiusmodi conditioni , vel oneri non parendo,sed etiam obligatur ad implendam illam conditionem, vel onus: quod est petinde ac restituere. & supra [b] efficaciter monstratum est; Decimas & alia bona ecclesiastica ea lege & onere fuisse donata, vt quæ superessent ministris,erogarentur pauperibus.

13 Duodecimo, quòd mens omnium Pontificum Maximorum, Conciliorum, & Sanctorum, quos citauimus supra, [c] hoc sentit. & adeo quidem, quòd, Diuus Bernardus duobus in locis,[d] affirmauit, facere contra eam quæ communis, & nostra est,conclusionem;esse rapinam , & sacrilegium. Cuius assertio esset falsa, si id non esset contra præceptum de non furando, quæ contrauentio in rebus sacris est sacrilegium, [e] & Diuus Bernardus illam suam sententiam desumpsisse videtur ex dictis S. Augustini, [f] & S. Hieronymi relati à Gratiano , [g] & in hoc ipso cap. fin. [h] & Prosperi, [i] relati à nobis supra. [k] Non tollet huius argumenti vim,respondere , frequenter viros Sanctos dicere , esse pauperum & eis debitum , quicquid per solas caritatis & misericordiæ leges debetur, vt D. Ambrosius ait, [l] in hæc verba. *Egentium panis est,quem tu recondis* : nam sicut nos confitemur id eis, ita eos fateri oportet nobis, quòd D.Bernardus faciens discrimen inter reditus ecclesiasticos,& sæculares,asserit, quòd aliquot impensæ clerici essent sacrilegium in suis reditibus impendentibus , quæ tamen , vel illarum similes , nullum peccatum , aut non plus quàm veniale essent, si fierent à sæcularibus. Neque obstat,si quis dicat;eum agere tantum de clerico, qui prodigè impendit de communi cumulo reditum Ecclesiæ,& non de parte sibi destinata : quoniam expresse ait de Canonico prębendario , qui prodigè impendit de suæ prębendæ reditu. Non tollit etiá præfatus N. vim argumenti,quod desumitur ex B. Hieronymo, [m] & ex D. Ambrosio, [n] vt monstratur infra. [o]

14 Decimotertio , quòd sacrosanctum Concilium Tridentinum , [p] sancte nuper vetuit, ne vllus Episcopus aut alius beneficiarius , etiam si Cardinea dignitate fulgeret, cognatos,vel familiares suos ex reditibus Ecclesiæ augeret. Quod ipsum ante præfatum Concilium per multos Pontifices Maximos & Concilia,quorum decreta supra [q] allegauimus,vetitum fuit , quod non plus præcepisset eis, quàm laicis : si Ecclesiastici non essent plus obstricti ad dandum superflua pauperibus , quàm laici. At non essent plus obligati ad hoc,si solis caritatis & misericordiæ legibus ad id tenerentur,cum illæ etiam laicos obligent , iuxta cap. *sicut* 2. [r] & fatentur omnes cui consequens est, eos obligari ad id iustitiæ specialis legibus:quarum transgressio circa res exteriores,ad restitutionem damni per id illati, obligat;vt efficaciter probatum est,cõtra præfatum N. supra. [s]

Alio item modo præfatum Concilium nostrum propositum probat , scilicet , quòd nulla ratio alia , quæ sit firma , eius prohibitionis reddi potest , quàm quòd lege iustitiæ bonis Ecclesiæ est iniunctum onus elargiendi superflua pauperibus , quod non est iniunctum bonis laicorum : ergo præsupponit Concilium , eum qui violauerit eius prohibitionem , legem iustitiæ specialis violaturum ; ac per consecutionem , obligatum ira ad restituendum: quæ est nostra conclusio , & præfatæ secundæ quæstionis decisio , per omnia præfata irrefragabiliter probatur , videlicet , beneficiarios non solum peccare vanè aut profanè reditus ecclesiasticos impendendo , sed etiam teneri ad restitutionem sic impensorum : quod adhuc dilucidius constabit , per

a *Quæst. 1 monit. 20.& duobus seq. & 42.*
b *Quæst. 1. monit.42.*
c *Quæst. 1. monit. 21. & seq. & 42.*
d *In Epist.2. col.penult.& in 42.col.3.*
e *Cap. sunt qui opes. 17. q.4.*
f *in sermone 37.ad fratres in Eremo.*
g *In prim. d. 42.& 44.*
h *10.quæst.1.*
i *2. quæst. 1. cap. pastor.*
k *Monito 61.*
l *In c. sicut ij. 47. dist.*
m *In ca. gloria Episcopi. 12. quæst. 1.*
n *In c. auriũ. ea.cau. & q.*
o *Monito 10.*
p *Sess 25.c.1. de reformat.*
q *q.1.mon.21. & 2. seq. & monito. 40. & 42.*
r *47. dist.*
s *Eadem qu. monito 3.*

monita sequentia, quibus subuertuntur præfati N. fundamenta, non supra petram, sed super arenam fundata. Ad redundantiam autem addemus quosdam alios quibusdam rationibus hoc ipsum tenentes infra. [a]

a Qu. 3. mon. 17. & 35.

CONFVTATIO FVNDAmentorum partis aduersæ, per monita subsequentia.

CTAVO moneo, nil obstare præfatæ nostræ conclusioni, argumentum primum & principale partis aduersæ, quo nituntur etiam Adrianus, [b] & Dominicus Sotus, [c] videlicet, cap. 1. [d] quatenus significat à contrario sensu, beneficiarios fieri dominos distributionum quotidianarum, quas interessendo diuinis, lucrantur: nam ei copiosè ac efficaciter respondimus supra. [e]

b In 4. de rest. qua. 12.
c In lib. 10. q. 4 artic. 3. de iust. & iur.
d De cleric. non resid. lib. 6.
e q. 1. mon. 51.

SVMMARIVM.

1 Beneficiarij reditus non equari stipendijs præsidum, probat Concilium Tridentinum.

1 NOno moneo, nil etiam obstare secundum aduersæ partis argumentum, videlicèt: quòd qua ratione præsides, magistratus, & alij ministri Regis possunt liberè disponere de stipendiis & salariis suis sine restituendi obligatione, eadem etiam beneficiarij poterunt disponere de prouentibus redituum sibi deputatis, quæ stipendia & salaria eorum dicuntur sine restituendi obligatione: nihil, inquam, obstat hoc argumentum. Tum, quia contrarium statuitur, in Concilio Tridentino nuperrimo, [f] & aliis multis canonibus, [g] quibus beneficiarij vetantur donare quicquàm cognatis & familiaribus, nisi paupertatis intuitu. At palam est, Regum ministros posse donare, quæ ex stipendiis suis lucrificaciunt tam per viam vltimæ voluntatis, quàm donationis inter viuos quibuscumque voluerint, tam cognatis quàm extraneis, sine vllo paupertatis vel pietatis intuitu. Tum, quia omnia iura, quæ de hac re statuunt, [h] contrarium significant. Tum, quia hoc consequeretur quiddam absurdum, & ideo non audiendum, [i] quod etiam ipsimet iudicant esse tale, nempe, quòd clerici non tenentur plus ad erogandas eleemosynas de suis reditibus ecclesiasticis, quàm laici de suis sæcularibus: nam nulla rationum, quibus Dominicus Sotus, [k] nititur, magis obligare clericos quàm laicos, concludit contra eum qui in prædicta similitudine ministrorum Ecclesiæ, & Regum se fundauerit: quandoquidem nulla eorum probat obligari clericos ad hoc, nisi per leges caritatis & misericordiæ, quibus etiam laici tenentur.

f In sess. 25. c. 1. de reform.
g Cap. peruenit. 1. q. 3. & Ca. de Syracusana. 28. distin.
h videlicet 12. q. 1. 12. q. 2. & 3. & ca. ad hæc. & c. relatum 2. de testam.
i Le. nã quod absurdum ff. de bonis. lib. cap. dudum. de prab. lib. 6.
k In d. lib. 10. q. 4. art. 3. & 4. de iust. & iur.

SVMMARIVM.

1 Lex caritatis ex æquo ligat laicos, & clericos habentes superflua.

l 12. quæst. 2

1 DEcimo moneo, quòd præfatus N. infirmè respondit ad cap. *mos*, & cap. *gloria Episcopi*, [l] dicens, quòd illi textus loquuntur de hospitalitate debita lege caritatis, & non lege iustitiæ. Tum, quia lex caritatis ex æquo ligat laicos, & clericos habentes superflua, & capitula prædicta clarè significant longè plus teneri Episcopos quàm laicos. Tum, quia præfatum cap. *mos*, continet, eam partem, quæ assignatur Episcopo, & eius familiæ destinari ei propter hospitalitatem, & susceptionem pauperum: & ità cum illo modo & onere, ad quod implendum leges iustitiæ specialis obligant, iuxta l. 1. & 2. [m] & alia latius citata supra. [n] Tum, quia illa verba B. Hieronymi, *Gloria Episcopi est pauperum opibus prouidere: ignominia sacerdotis est propriis studere diuitiis*, longè aliam & ampliorem obligationem significant inesse episcopis ad subueniendum pauperibus, quàm aliis laicis: & quòd ipsum significat illud Apostoli, Episcopum hospitalem esse debere, [o] relatum à Gratiano. [p] At nulla ratio potest reddi, cur Episcopi habentes superflua, plus teneantur ad hospitalitatem quàm laici habentes eadem, nisi quòd Episcopi non solùm tenentur ad eam legibus caritatis, sicut laici, sed etiam legibus iustitiæ specialis, propter onus dandi superflua, bonis ecclesiasticis iniunctum.

m C. de don. quæ sub mod.
n In q. 1. mon. nit. 21. & seq. & 42.
o 1. Timot. 1.
p In princip. 42. distin.

SVMMARIVM.

1 Beneficiarij ob diuisionem non soluuntur ab onere dandi egenis.

1 VNdecimo moneo, quòd præfatus N. incautè significat, me dixisse, diuisiones bonorum ecclesiasticorum hactenus factas, esse sine causa iusta ordinatas: cùm ait, non posse negari, diuisiones fructuum, & erectiones beneficiorum, ab ecclesia iusta de causa esse factas, illa videlicet, quam nos expressimus de impediêda discordia, quam communio parere solet, vel alia. Incautè, inquam, hoc significat: quoniam argumentum nostrum non prætendit concludere absolutè, diuisiones illas fuisse absque iusta causa factas; sed disiunctiuè, quòd fuerunt factæ sine iusta causa: quod non erat dicendum, vel non ea intentione, vt absolutiorem potestatem haberent Episcopus & clerici post diuisionem in suis partibus, quàm Episcopus habebat ante diuisionem in omnibus: quia licèt interueniret causa diuidendi administrationem, nõ aderat tamen causa ad mutandam naturam illorum bonorum; quæ iure diuino, naturali, & humano eis inerat, vt superflua darentur pauperibus. Quod autem subdit; intentionem legis non esse in præcepto, ineptè dictum esse, probatum est supra. [a] Et præterea nil facit ad propositum nostrum, in quo non loquimur de intentione legis, sed de intentione partium ag entium, vltra quam eorum actus nil operari iure vulgato probamus; neque ipse negat.

a qua. 1. mon. 59. & 60.

SVMMARIVM.

1 Beneficiario non est tam lata facultas vtendi reditibus sui beneficij, quanta marito reditibus dotis.

1 DVodecimo moneo, nil obstare illam, quæ noua est, æquiparationem, quam facit præfatus N. [b] inter beneficiarium quoad bona Ecclesiæ suæ, & maritum quoad bona vxoris in dotem sibi ab ea data. Tum, quòd maritus verè est dominus rerum dotalium, [c] non tamen beneficiarius rerum Ecclesiæ, vt supra, [d] probatum est. Tum, quòd in alienatione rerum dotalium, non requiritur illa causa & solennitas, quæ in alienatione rerum Ecclesiæ, sufficit enim consensus ab vxore, sine vi & dolo sponte præstitus & iuratus, [e] imo & consensus secundus post biennium præstitus, iuxta auten. *siue à me*. [f] & glossam receptam. [g] Tum, quòd maritus pro libito perinde impendere potest fructus ex re dotali perceptos, ac perceptos ex aliis suis propriis, iuxta l. *pro oneribus*. cum aliis ibi à glossa citatis. [h] non autem beneficiarius, vt probatum est supra. [i] Tum quòd neque Reuerendissimus Segobiensis Episcopus, quem ipse citat, [k] id affirmat; sed solum ait id, quod [l] tractabimus.

b In capit. 6. part. 4.
c Leg. dote ancillam. C. de rei vxõ. de. dotale. ff. de fundo dota.
d Qua. 1. mon. 40.
e Et c. cũ contingat. de iureiur.
f C. ad vulle. g in d. ca. cõtingat.
h C. de iure dot.
i Est supra quæst. 1. monit. 42.
k In lib. 1. variarum re solutionum. cap. 15.
l In monit. sequent.

SVMMARIVM.

1 Diuisio fructuum beneficij inter præcessorem, & successorem, facienda est, vt inter vsufructuarium & dominum; & non vt sit inter maritum & vxorem.
2 Diuisio inter fideicommissarium, & eum, cui restituendum est, vt facienda.
3 Argumentum à simili vt soluitur per dissimile.
3 Beneficiario non est tantum iuris in rebus beneficij, quantum marito in rebus vxoris: nec sustinet onera tam gratia, quam maritus.

1 DEcimotertio moneo, nil etiam obstare nobis id, quòd præfatus N. secutus præfatum Reuerendissimum Segobiensem. [m] tenet cõtra communem, scilicet: diuisionem fructuum beneficij inter mortuum, & successorem faciendam esse eo modo; quo fit inter maritum & vxorem facto diuortio pro rata temporis anni, pro quo sustinuit onera maritus, iuxta l. *diuortio*. [n] & non eo modo, quo diuiduntur inter vsufructuarium & dominum finito vsufructu: quæ est sententia contraria communi, vt ipsemet Segobiensis fatetur, quam tenet glossa cap. *si propter*. [o] recepta ibi per Doctores, & in cap. *præsenti*. [p] & per Cardinalem, & Imolensem post Hostiensem, [q] & alios citatos per præfatum Reuerendissimum. Moneo, inquam, nihil id obstare. Tum, quia ex eo, licèt esset verum, nil contra nos in bona consequentia inferri potest.

Tum, quia id non est tenendũ, licèt præfati Reuerendissimi auctoritatẽ, non abs re magnificiẽs, consideraba pro

m In lib. præfato.
n ff. solut. matrim.
o De rescrip. lib. 6. verb. primi anni.
p De offi. ord. lib. 6.
q In cap. fin. de pecul. cleric.

eo facere,

eo facere, quòd alioquin contingere posset, vt beneficiarius seruiret beneficio semiannum sine vllo emolumento: puta, si iam vindemia facta Septembri, acciperet Kalendis Octobris beneficium, cui seruiret vsque ad Kalendas Aprilis, in quo tempore nil fructuum communiter in aliquibus terris percipitur, quod videtur absurdum, & ita non dicendum. [a] Licèt, inquam, hoc pro eo consideraueri m: tamen in hac specie ei non accedo. Tum quia, vt supra sæpe dixi, à communi non soleo discedere, nisi textu vel efficaci ratione ad id me adigente, iuxta cap. fin. [b] & Ioannem Andream receptum. [c] Tum, quia beneficiarius & fideicommissarius videntur esse sibi quoad hoc similes, argumento eorum, quæ adducta fuerunt supra, [d] & certum est inter fideicommissarium, & inter eum cui restituendum est fideicommissum, esse diuidendos fructus eo modo, quo diuiduntur inter dominum, & vsufructuarium, per l. *Herennius*, [e] quæ habet omnes fructus, qui post acquisitum ex causa fideicommissi dominium ex terra percipiuntur, ad fideicommissarium pertinere: licèt maior pars anni, ante diem fideicommissi cedentem, intercesisse dicatur.

a Leg. nam quod. ff. de bon. liber.
b 20. distin.
c In cap. 1. de const.
d In q. 1. monito 40.
e ff. de vsur.

3 Tum, quia argumentum illud à simili, quo ille à communi recedit, de marito ad beneficiarium, dissoluitur per dissimile, quod in eo ipso proposito in quod adducitur, inuenitur: nã licèt verũ sit, beneficiarios onera beneficiorum subire debere, iuxta ca. fi. [f] ibi. *Quia propter officium datur beneficium*, sicut maritus onera vxoris, [g] tamen onera mariti longè maiora sunt: & iura efficiunt eum dominum rerum dotalium, vt perinde reditus earum, ac suarum, impendere possit: & ita concurrunt in eo duo, nempe, dominium, & onerum sustentatio. Beneficiarium autem non faciunt iura rerum Ecclesiæ dominum, vt probatum fuit supra, [h] nec concedunt ei tam liberam facultatem impendendi earum reditus ac marito, vt probatum est supra. [i] Quare iure glossa præfata cum communi potius assimilauit eum vsufructuario quò ad rem in qua vsumfructum habet, quàm marito, qui rei dotalis habet dominium. Et quamuis N. dicat illam opinionem esse in vsu Hispanis: ego tamen eo ætate grandior, id non vidi seruari, nisi in Episcopis, Abbatibus, & Prioribus conuentualibus, neque ipse Couarruuias id ait in loco præcitato, imo significat contrarium, dicens: æquius & iure verius videri sibi contrarium eius, quod communis tenet. Dum item ait idem Alberico fuisse visum, [k] sed alios ibi doctores, neque Cosmam, [l] ausum fuisse id tenere: neque est verisimile tot Doctores, qui in tot regnis & prouinciis præfatam glossam approbauerunt, non fuisse monituros suos auditores & lectores contrariæ praxis, si quam sciuissent: nescire autem vix poterant in re tam frequenter, & numquam non contingente. Et ita credere par est, non solùm in theoria à Doctoribus, sed etiam in praxi à Iudicibus, & partibus eam seruatam esse extra illos episcopatus, in quibus à paucis ante hinc annis, constitutionibus Synodalibus aliud statutum est, vt in Pampilonensi, vbi annus quoad hoc, & aliquot alia, incipitur Nouembri, à festo celebri Beati Martini. Nec videtur obstare consideratio nostra: quoniam responderi potest, quòd illa solùm probat, quòd eiusmodi beneficiario, qui nihil de reditibus beneficij percipit, & aliquo tempore illi seruiuit, soluatur honestum salarium, quod pro tali seruitio debetur, sicut & vsufructuario, qui prædium in quo habebat vsumfructum, coluit arando, serendo, putando, fodiendo, & moritur ante messem, vel vindemiam, debent solui expensæ, quas in id fecit à domino, qui vult fructus eius habere: quia illa sola sunt fructus, quæ solutis impensis supersunt. [m]

f De rescrip. libro 6.
g Le. pro oneribus. C. de iure dot.
h In quæst. 8. monito 21. & 40.
i In quæst. 1. monito 42.
k In d. leg. diuortio. nu. 12.
l Vbi infra tit. de annat. §. item qua.
m Le. fructus. ff. solut. matr.

Quare, certum mihi est, quòd successor in Ecclesia parochiali, cui mortuus per se vel per alium inseruiuit, & ante vllos fructus perceptos obiit, debet soluere illi tantùm, quantùm ad honestam sustentationem inseruiendo indiguit, etiam iure naturali, iuxta l. *secundum naturam*, [n] & capit. *qui sentit onus, debet sentire commodum*, [o] & l. *fructus sunt, qui restant deductis expensis*, [p] matrim. quod confirmari potest multis adductis per Paulum, [q] & capit. [r] quæ lex quia naturalis est, nulla consuetudine deleri potest, iuxta cap. fin. cum ei annotatis de consuetud.

n ff. de reg. iur.
o Eodem tit. libr. 6.
p ff. solut. matrim.
q 1. Coinch. 9
r 12. quæst. 2.

onera

a ff. de rei vendicat.
b §. Iuliamus. vbi hoc est leg. si fur. ff. de vsufructu.
c ff. quibus mod. vsufructuarius amittit.
d Libr. 6. de vtroque retract. §. 6. glos. 4. in princip.
e In princ. ff. de vsufruct.
f In princ. ff. de rei vendicat.
g In tit. de Annat. §. item quòd Ecclesia.
h In dict. cap. vltim. ad finẽ de peculi. cler.
i In d. nu. 12.
k In dict. cap. præsenti.
l In leg. si pater. Cod. de vsufructu.
m In l. qui scit §. si alieno. ff. de vsur.
o In d. leg. si vsufructua.
p Le. si fur. ff. de vsufructu. & le. si vsufructuarius. ff. quib. mod. vsufructu. amittit.
q In dict. leg. si vsufructuarius.
r In dict. leg. qui scit. §. præterea. de vsur.

SVMMARIVM.

1 Beneficiarius cur facit fructus suos à solo tantum separatos.

1 DEcimoquarto moneo, nil etiam obstare id, quod præfatus N. subdit, & nos concedimus cum præfato Segobiensi vbi supra, nempe, sufficere beneficiario præmortuo, vel eius causam habenti, quòd fructus sint à solo separati; licèt nondum sint in horrea congregati, ad hoc, vt ad eum pertineant. Nil, inquam, obstat: quia ex eo concesso, nil contra nos sequitur; & ita concedimus id esse verum. Tum, quia probatur in l. *si cuius*. [a] secundum veriorem intellectum l. *arboribus*. [b] & l. *si vsufructuarius*. [c] Tum, quia communis est, vt ait Tiraquellus. [d] Tum, quia nullum fundamentum firmum habet glossa dicti cap. *præsenti*. quę requirit fructus esse collectos, & in horrea reconditos, licèt ei consentiat etiam glossa in dict. cap. *si propter*. & in d. l. *si fur*. [e] & l. *ex aduerso*. [f] Tum denique, quòd in quodam decreto Ecclesiæ Gallicanę id satis clarè determinatur, [g] vbi Cosmas ait, id quod defendimus esse communiter receptum: & patet per Cardinalem Imolensem & Barbatium, [h] Alberic. [i] Dominicum, [k] Francum, [l] Salicetum, [m] Florianum, [n] & alios alibi, & contrarium ait esse trusam Baldus, [o] addens; reconditionem in horrea nil agere ad rhombum.

Contra quam tamen communem sententiam facit, quòd aliàs præter omnes considerabam; scilicet, quòd licèt possessor bonę fidei fiat dominus fructuum simul ac separati sunt à solo, à quocumque separentur: vsufructuarius tamen non fit dominus eorum, nisi percipiantur, vel per ipsum, vel per alium nomine ipsius separentur. [p] At vt plurimum beneficiarij non separant, nec portant in areas, vel torcularia per se, neque per alios nomine suo fructus agrorum, ex quibus debentur decimę, quæ sunt bona pars fructuum beneficiorum Hispaniæ, & Galliæ. ergo non fiunt eorum ex sola separatione. Ad quam replicationem memini aliquando respondere, quòd domini prędiorum, qui tenentur ad soluendas decimas Deo & beneficiariis, colligunt omnes fructus, & videntur colligere illos sibi, Deo, & beneficiariis, pro partibus quæ illos tangũt. Pro quo facit, quòd Paulus relatus ibi à Bald. [q] dixit sufficere, si separatio fiat ab vsufructuario, vel ab alio nomine eius explicitè, vel interpretatiuè: quòd ipsum sensit etiam Baldus, [r] licèt non sufficiat separatio casu facta. Vnde poma, glandes, & alij fructus per se decidentes, non fiunt vsufructuarij, donec illos accipiat, & tractet, per se vel per alium; & ita satis possunt dici segetes, & vuę ex quibus decimæ debentur separatæ à solo, vt decimæ cedant beneficiariis eo ipso, quod eas messuit, vel collegit dominus, aut colonus, sciens ex eis decimas deberi Deo, & beneficiario: & ita interpretatur consuetudo, quæ valde rationabilis, & Ecclesiis fauorabilis est.

SVMMARIVM.

1 Diuisio bonorum inter præcessorem, & successorem maioratus vt facienda.
2 Primogenia omnia, siue Maioratus, non sunt dignitates.

1 DEcimoquinto moneo, nil obstare id quod præfatus N. referens præfatum Segobiensem, tenet; videlicet, quòd diuisio fructuum inter succedentem in primogenio seu maioratu, & eum qui tenuit illum, nõ est facienda eo modo, quo fit inter vsufructuarium, & dominum finito vsufructu. Tum, quia nihil ex eo cõcesso contra nos infertur. Tum, quia non est illud tenendum: quia contraria opinio videtur communis. Tum, quia secundum omnes, eadem, quæ de diuisione fructuum inter vsufructuarium & dominum finito vsufructu diximus, dicenda sunt inter fideicommissarium, & eum cui vel à quo restituendum est illud, sine vlla pro rata temporis diuisione; per præfatam l. *Herennius*. [s] & palam est primogenia esse fideicommissis in hoc simillima. Tum, quia non obstat capit. 1. [t] quia §. ille exorbitat à iure communi, ideòque non est extendendus de feudo ad maioratus, [v] præsertim, quia non est eadem ratio, vt palam est.

2 Non obstat etiam ratio, quam præfatus Segobiensis adducit, videlicet; quòd quemadmodum maritus sustinet,

s ff. de vsur. & §. his consequẽter. in tit. hic finitur lex, in vsibus feudor.
v Cap. quæ à iure de reg. iur. libr. 6.

onera vxoris, ita & vocati ad maioratus sustinent onera illorum, quos dicit esse dignitates, quippe, qui cõstituuntur per testamenta, per contractus vtro citróque obligatorios, & donationes sub modis factas, sine vlla Regum auctoritate, iuxta l. *filiusfamilias*, [a] cum annotatis ei per omnes. Tum quia etiam auctoritate regia constituti carent dignitate, & nobilitate, nisi aliqua clausula, quæ ad id eos extendat, muniantur: quod palam probatur per definitionem nobilitatis Bartholi communiter receptam. [b] Tum, quia cap. *quam periculosum*, [c] in contrarium citatum, non loquitur de huiusmodi maioratibus, & primogeniis: sed de aliis, quæ in veteri testamento aliquid sacerdotij habebant, quale non habent præfati maioratus: & ita longè similiores sunt in hoc fideicommissariis, vsufructuariis, & beneficiariis, quàm marito & vxori, de quibus supra. Tum, quia tati sunt maioratus, quorum domini & successores teneantur ad grandes impensas necessarió faciendas in bellis, vel aliis, etiam si nolint gratis facere: & quando essent aliqui tales, & detentores eorum, eas necessarió facerent, possent successorem ad soluendas eas, si ex maioratibus saltem tantundem non percepissent, compellere: vt supra dictum est de beneficiariis.

a *In l. filius familias. ff. de legat. 1.*

b *In leg. 1. C. de dignit. lib. 12.*

c *7. quæst. 1.*

SVMMARIVM.

1 Pensio non est soluenda ei, qui ante diem solutioni à Papa præfixum, moritur.

1 DEcimosexto moneo, nil nobis obstare id, quod præfatus N. incidenter ait, id quod est dictum de diuisione fructuum inter maritum & vxorem, idem esse dicendum de diuisione solutionis pensionum à Papa super beneficiis constitutarum. Tum, quia nil ex eo concesso contra nos infertur. Tum, quia contrarium videtur tenendum, per eas dem prædictas rationes, & per stylum curiæ, qui videtur hoc magis obseruare, vt hic Romæ à plerisque audio. Tum, quia licèt, vt ait Ludouicus Romanus, [d] & constat ex litteris ipsius Papæ, pensiones præfatæ constituantur ad commodiorem sustentationem eorum, & quasi in alimentum, non tamen sunt verè alimenta illius naturæ, cuius sunt illa, de quibus in tit. *de aliment. & cibar.* sed talium, quæ dantur sub modo expresso vel tacito, vt cedente die ad id præstituto, accipiant illa, siue maior, siue minor pars anni transierit, & non percipiant illa, si ante quàm dies cedat, finiantur.

d *Consil. 388.*

SVMMARIVM.

1 Beneficiarius ante Concilium Trident. fuberat huic oneri.

1 DEcimoseptimo moneo, nil mihi obstare, quòd præfatus N. [e] significat, me dicere in libr. meo, [f] quòd Concilium Tridentinum, [g] nouauit aliqua circa hæc, quatenus prohibet Episcopos & clericos ex reditibus beneficiorum, consanguineos aut familiares ditare: quia ego non dixi, Concilium in hoc aliquid nouasse: sed contendi declarasse ius antiquum, quod secundum communem sententiam continet, beneficiarium, qui suos cognatos, vel familiares ditat, non solùm peccare, sed etiam ad restituendum teneri. Quod supra, [h] repetiuimus, vt est videre in responsione inductionis, qua ille vtitur contra me per locum à contrario sensu. [i]

e *In 1. par. c. 8. numer. 23.*

f *In quæst. 2.*

g *Sess. 25. c. 1. de reformat.*

h *Quæst. 1. monito 40. & 42.*

i *Monito 51.*

SVMMARIVM.

1 Beneficiarius quantum pro se sustentãdo egeat, arbitrarium est.

2 Leges multæ multa remittunt arbitrio prudentis.

1 DEcimooctauo moneo, nil obstare illud Soti argumentum, videlicet, quòd non potest satis rectè æstimari, quanto egeat beneficiarius pro sua honesta sustentatione, & quòd ea quę per iustitiam debentur, non sunt relinquenda iudicio prudentium, qui possunt esse varij: imo debent determinari clarè, pro quo facit l. *leges*, [k] & l. *constitutiones*, [l] nil, inquam, obstat hoc fundamentum. Primo quidem, quòd S. Thomas, [m] cui ille in hac re nititur, ait contrarium, & Vlricus à Dionysio relatus, affirmat. [n] Deinde, quòd licèt non possit æstimari omnino, & vt aiunt punctualiter, facile potest paulo plus, vel paulo minus, vt arbitratur Ioannes Maior. [o] Tertio, quòd quamuis eius arbitrium nimis videatur strictum: tamen oportet vt beneficiarij sciant quantò vnus quiuis eorum paulò plùs vel minus egeat pro sua honesta sustentatione: quoniam; esto non obligaretur ad restitutionem superflui impensi; tamen necessarium est ad sciendum quando peccat mortaliter: quandoquidem, etiam ipsemet D. Sotus fatetur, [a] sic impendentes superfluè, peccare mortaliter; & ideo oportet, vt sciatur, quantum in suam sustentationem honestam iustè expendere valeat, quæ æstimatio quomodo colligi possit tradidimus post hæc scripta in enchiridio de oratione. [b] Quarto, quòd ratio assertionis præfati Soti est contra mille iura, quæ multa iustitiæ opera boni viri arbitratui relinquunt; puta, l. 1. [c] & capit. *de cautis.* [d] & plurima, quæ congerit Rauen. [e] & Decius, [f] & alij alibi sæpissimè. Est item contra ipsummet Sanct. Thomam qui in hoc ipso proposito expressim ait contrarium, [g] ibi: *Non potest determinari quando sit ista necessitas.* & paulo post: *Hæc determinatio, humanæ prudentiæ relinquitur.*

a *In lib. 10. q. 4. artic. 4. de iust. & iure, in 3. conclus.*

b *Cap. 22. missell. 17.*

c *De inuest. lib.*

d *De offic. de leg.*

e *In alphabet. aures, ver. arbitrii.*

f *In ca. sedes. de rescript.*

SVMMARIVM.

1 Beneficiarij magis obligantur ad largiendas eleemosynas, quàm laici.

2 Prodigalitas laicorum vt venialis, clericorum autem mortalis.

1 DEcimonono moneo, falsum esse illud fundamentum, quo præfatus Sotus contra communem nititur: vt dixi supra, [h] videlicet, quòd beneficiarij non sunt obligati ad eroganda superflua per leges iustitiæ, quæ obligant ad restituendum: sed tantùm per leges misericordiæ & caritatis, quæ etiam laicos obligant ad eleemosynas, neutros tamen constringentes ad restitutionem, vt supra, [i] dictum est. Hoc, inquam fundamentum est falsum. Tum, per ea quæ adducta sunt, [k] supra. [l] Tum, quia est multorum inconuenientium fons. Consequitur enim illud, quòd sine iusta ratione sacrosanctum Concilium Tridẽtinum, [m] vetuisset beneficiariis, ne quæ superessent èis, donarent cognatis & familiaribus, si alioquin non essent pauperes, non vetando idipsum laicis. Consequitur item parificatio beneficiariorum & laicorum quò ad eleemosynæ faciendæ necessitatem: quando quidem secundum illum, vtrique tenentur legibus misericordiæ; & neutri vlla lege iustitiæ. Cuius tamen contrarium tenet ipsemet; imo & præfatus N. Tum, quia esset quodammodo scandalizare populum Christianum, quod satis colliges ex Caietano, [n] populus enim tot decimas & iura soluit clero, persuasum sibi habens id, quod præfatum Concilium, [o] & multa alia, vt cap. hoc cap. *episcopus.* & cap. *precarie.* [p] significant, nempe, quod omnia superflua debent in pauperes, & in opera pia impendere.

2 Tum, quia est contradicere S. Thomæ, cuius ipse auctoritate nititur, qui significat; prodigalitatem beneficiarij circa reditus suos esse peccatum mortale: prodigalitatem autem laicorum non plus quàm veniale, [q] & expressius q. 119. [r] in hæc verba. *Prodigus peccat in alterum consumendo bona, ex quibus alius deberet prouidere: quod præcipuè apparet in clericis, qui sunt dispensatores bonorũ ecclesiasticorum, quæ sunt pauperum, quos defraudant prodigè expendendo.* Quæ determinatio non esset vera, nisi inueniretur lex aliqua, quæ obstringeret beneficiarium ad eleemosynam, & non laicum. Tum, quia est (si res satis perpendatur) fundare, beneficiarios nõ solùm non teneri ad restituendum vanè vel profanè impensa; sed neque mortaliter in hoc peccare: quandoquidem nec laici, quibus ille pares facit, peccant plusquàm venialiter, prodigendo sua sine alterius damno, quod est contraire S. Thomæ vbi supra, & contraire sibimetipsi, qui contrarium expresè tenet. [s]

g *In 2. 2. qu. 185. art. 3. ad 1.*

h *Ead. quæst. monito 7.*

i *Mon. 2. &*

k *Monito 1.*

l *Ead. quæst.*

m *In d. sess. 25. cap. 1. de reformat.*

n *2. 2. quæst. 87. art. 1.*

o *Sess. 25. de reformat.*

p *10. q. 2.*

q *Quæst. 185. art. 5. & quolib. 6. art. 12.*

r *art. 3.*

s *Lib. 10. qu. 4. artic. 3. de iust. & iure.*

SVMMARIVM.

1 Beneficiarius non soluitur ab obligatione restituendi male impensa, propter impotentiam: & potest illo & illo modo restituere, etiamsi sit Monachus.

VIgesimo moneo, infirmam esse item illam considerationem Soti vbi supra, scilicet; quòd res inutilis est asserere, beneficiarios teneri ad huiusmodi restitutionem: quia non possunt eam facere, nisi de suis ipsis reditibus; qui iuxta sententiam quam defendimus, debentur operibus piis, etiam sine hac restituendi obligatione.

Quæ tamen consideratio infirma est. Primùm, quòd huiusmodi restitutionem facere poterit beneficiarius, si est sæcularis, de suis bonis patrimonialibus, vel quasi patrimonialibus si habet: sin autem, de eo quod quærere potest parcius viuendo, & etiam de eo quod merebitur vltra suam congruam sustentationem, inseruiendo beneficio multo plus quàm obligatur ad inseruiendum necessario, iuxta ea, quæ supra, [a] dicta fuerunt, & infra dicenda sunt, [b] & etiam de illo, quod per suam industriam, donationes, & vltimas voluntates quærere potest, [c] de illo item, quod recuperare potest ab his, quibus male dedit, iuxta cap. *si quis presbyterorum*, [d] & tradit Caietanus, [e] quod infra [f] repetetur.

a *Qu. 1. mon. 20. & 20.*

b *Quæst. 3. monito 34.*

c *Ca. expedit. c. certe. 12. q. 1. de testa. c. fixum. 12. quæst. 5.*

d *De reb. eccles. non alienand. c. 1. in d. q. 285. artic. 7.*

e *Monito 22.*

f *Et infra. 5. cũ in ff. de verb. oblig.*

g *Le. nam & ii. ff. de dolo. & c. olim 2. de rest. spolia.*

h *Cap. in præsentia. de probat. & authẽ. ingressi. C. de sacrosã.*

i *Mon. 7. cũ multis seqq. & per mon. 56. & 57.*

k *Quæst. 1.*

l *Monit. 33. quæst. 1.*

m *De reg. iu. libr. 6. verb. restituatur.*

n *In præfata quæst. 2.*

o *Sess. 25. de reformat.*

p *Ca qualis. 25 dist. leg. cũ prætor. ff. de iudic.*

Vigesimoprimo moneo, quòd nil etiam obstat id, quod diximus supra, [o] esse maximum eorum, quæ me in contrariam partem mouebant, præsertim scilicet sacrosanctum Concilium Tridentinum, [p] quod quamuis veret beneficiario donate & expendere pro libito, non tamen præcipit, vt restituat quod sic insumpserit: & qui de vno dicit, de alio negare videtur. [q] Nihil, inquam, id obstat. Tum quia sicut non declarauit expresè hanc restitutionem esse necessariam, ita etiam non declarauit non esse necessariam. Tum, quia potius videtur tacitè declarasse illam esse necessariam: eo quòd vetando beneficiariis, ne cognatis & familiaribus, nisi paupertatis intuitu, superflua donarent, non vetando idem laicis, significauit, quòd vltra leges caritatis & misericordiæ, quibus etiam laici obstringuntur, est lex aliqua iustitiæ, quæ solos beneficiarios obligat. Nulla enim alia ratio reddi potest: & ita hæc videtur expressa, argumento l. singularis, *quamuis*, [r] iuncta glossa & Baldo. [s] Tum, quia qui de vno dicit, etiam dicit de alio simili, secundum Dominicum, [t] maximè si esset consequens illi, vt videtur esse in hoc casu. [v]

q *Ca. licet. 8. qu. 1. & §. nunc autem. 25. dist. mel. c. grauc. de præben.*

r *2. 2. qu. 62. art. 2.*

s *In d. qu. 12.*

t *Lib. 3. qu. 6. art. 2. de iust. & iure.*

u *In 2. 2. quæst. 185. art. 7. & quolib. 6. art. 12.*

h *Ead. qu. 2. monito 7. & supra quæ. 1. monito 49.*

i *Cap. de hæc. de eccles. ædific.*

k *Cap. cũ secundum. de præben. exp. 1. 13. quæst. 2. § vt autẽ. de velig. dom.*

SVMMARIVM.

1 Beneficiarios teneri restituere male impensa sentit Conc. Triden.

1 Ratio vnica legis habetur pro expressa.

VIgesimoquinto moneo, quòd nil etiam obstat etiam illa quatuor, quæ Adrianum, [u] mouerunt; non quidem ad negandum quòd peccant mortaliter, sed tantùm quòd non tenentur ad restitutionem. Primum, quòd pauper, eleemosynam sibi largita expendens superfluè aut voluptuosè, non tenetur ad restituendum. Secundum, quòd omnes diuites tenentur ex superfluis facere eleemosynam; non tamen tenentur ad restitutionem non faciendo eam; quamuis in eo mortaliter peccent. Tertium, quòd obligatio quæ obligat soli Deo, non habet onus restituendi: licèt obligatus peccet mortaliter non soluendo. Quartum, quòd qui recipit centum aureos, cum onere impendendi illos in honorem vel gloriam Regis vel ciuitatis, non tenetur restituere, si eos in id nõ expenderit. Nihil, inquam, hæc obstant: quia priora duo argumenta sumuntur per locum à simili, qui iuridicus quidem est, iuxta cap. *inter cæteras.* [o] sed dissoluitur per dissimilitudinem, iuxta notata in dictis capitulis, & in cap. *constitutus*, [p] quæ in casu proposito inuenitur: nam eleemosynæ non dantur pauperi sub modo, quo reditus beneficiorum beneficiariis conceduntur. Nec diuitibus Deus bona concedit cum speciali obligatione faciendi eleemosynam, quemadmodum decimæ, aliaque bona fuere olim concessa: hodieque conceduntur Ecclesiis. Tertium autẽ, falsum est: nã obligatio soli Deo quæsita, producit necessitatem restituendi: si enim quispiam aliquid Deo vouerat, aut iuret se illi daturum, recepereritue vt Deo det, ad restituendum illud Deo tenetur. [q] Quartum item, falsum est: nam si quis centum aureos accipiat, vt in honorem Regis, vel ciuitatis conuertat, restituere tenetur, si non conuerterit in illum honorem, vel ei à quo accepit, aut Regi vel ciuitati. [r]

u *In 4. de restit. qu. 12. col. 6.*

o *De rescript. & cap. 2. de transl. pra.*

p *De appell.*

q *Ca. sit qui opes, & c. sacrilegium. 17. q. 4. & c. debitores. de iureiur.*

r *Arg. l. 1. & Llegatã. ff. de admi. ver. ad ciuit. pertin. l. legatis. ciuit. ff. de vsu & vsufruct. leg.*

trimonialibus

trimonialibus si habet: sin autem, de eo quod quærere potest parcius viuendo, & etiam de eo quod merebitur vltra suam congruam sustentationem, inseruiendo beneficio multo plus quàm obligatur ad inseruiendum necessario, iuxta ea, quæ supra, [a] dicta fuerunt, & infra dicenda sunt, [b] & etiam de illo, quod per suam industriam, donationes, & vltimas voluntates quærere potest, [c] de illo item, quod recuperare potest ab his, quibus male dedit, iuxta cap. *si quis presbyterorum*, [d] & tradit Caietanus, [e] quod infra [f] repetetur.

Secundo quòd impotentia restituendi non tollit obligationem id faciendi, [g] quamuis excuset à culpa non restituendi pro tempore, quo illa impotentia durauerit, [h] plus tamen, coloris habet Soti consideratio in beneficiario regulari, cuius omnia bona, quæ per sæcularem quæsita, essent illi patrimonialia, vel quasi patrimonia, sunt ipsi ecclesiastica: quia quicquid habebat ante professionem, quæritur per eam suo monasterio & ordini, [i] & quicquid vndecumque post eam quærit, quærit eisdem, per multa dicta, [k] supra, [l] nihilominus tamen respondeti potest, quòd etiam regularis potest restituere de reliquatis parcè viuendo, iuxta supradicta, [m] & per sacrificia & orationes, rogando item amicos, vt pro eo soluant: & de rebus, quas in suos honestos vsus de licentia iusta superiorum suorum impendere potest: & denique perendo humiliter per se, vel alios remissionem debiti, quam æquiparat restitutioni, glossa capit. *peccatum.* [n]

a *Qu. 1. mon. 20. & 20.*

b *Quæst. 3. monito 34.*

c *Ca. expedit. c. certe. 12. q. 1. de testa. c. fixum. 12. quæst. 5.*

d *De reb. eccles. non alienand. c. 1. in d. q. 285. artic. 7.*

e *Monito 22.*

f *Et infra. 5. cũ in ff. de verb. oblig.*

g *Le. nam & ii. ff. de dolo. & c. olim 2. de rest. spolia.*

h *Cap. in præsentia. de probat. & authẽ. ingressi. C. de sacrosã.*

i *Mon. 7. cũ multis seqq. & per mon. 56. & 57.*

k *Quæst. 1.*

l *Monit. 33. quæst. 1.*

m *De reg. iu. libr. 6. verb. restituatur.*

n *In præfata quæst. 2.*

SVMMARIVM.

1 Beneficiarios teneri restituere male impensa sentit Conc. Triden.

1 Ratio vnica legis habetur pro expressa.

VIgesimoprimo moneo, quòd nil etiam obstat id, quod diximus supra, [o] esse maximum eorum, quæ me in contrariam partem mouebant, præsertim scilicet sacrosanctum Concilium Tridentinum, [p] quod quamuis veret beneficiario donate & expendere pro libito, non tamen præcipit, vt restituat quod sic insumpserit: & qui de vno dicit, de alio negare videtur. [q] Nihil, inquam, id obstat. Tum quia sicut non declarauit expresè hanc restitutionem esse necessariam, ita etiam non declarauit non esse necessariam. Tum, quia potius videtur tacitè declarasse illam esse necessariam: eo quòd vetando beneficiariis, ne cognatis & familiaribus, nisi paupertatis intuitu, superflua donarent, non vetando idem laicis, significauit, quòd vltra leges caritatis & misericordiæ, quibus etiam laici obstringuntur, est lex aliqua iustitiæ, quæ solos beneficiarios obligat. Nulla enim alia ratio reddi potest: & ita hæc videtur expressa, argumento l. singularis, *quamuis*, [r] iuncta glossa & Baldo. [s] Tum, quia qui de vno dicit, etiam dicit de alio simili, secundum Dominicum, [t] maximè si esset consequens illi, vt videtur esse in hoc casu. [v]

o *In præfata quæst. 2.*

p *Sess. 25. de reformat.*

q *Ca qualis. 25 dist. leg. cũ prætor. ff. de iudic.*

r *C. de fideicommiss.*

s *Ibidem.*

t *In d. c. qualis. 25. distin.*

v *Leg. illud ff. de ac. hared. præterea. de esh. de leg.*

SVMMARIVM.

1 Consuetudo nulla est, etsi esset nihil posset contra hæc.

1 VIgesimosecundo moneo, quòd nil etiam obstat id, quod vbi supra dixi esse de præcipuis eorum, quæ me in contrariam partem mouebant, videlicet, quòd aliquibus videtur, quòd quamuis recepta opinio in theologia affirmauerit semper id, quod nos dicimus: praxis tamen communis seruauit contrarium, & antiqua consuetudo magnam secum confert auctoritatem. [x] Nil, inquam, id obstat, primò quòd supra, [y] probatum reliquimus: præfatam obligationem esse legis naturæ ac diuinæ, præsuppositis pactis expresis vel tacitis, de quibus supra dictum est: [z] contra quam nihil prodest consuetudo etiam immemorabilis. [a]

x *In 2. 2. qu. 55. art. 8.*

y *9. 1. monito 22. & 53. & eadem qu. 2. mon. 1. 1.*

z *In mon. 42.*

a *Cap. fin. de consuet. c. quæ contra. rnala. c. frustra. 8. distinct.*

Deinde, quòd licet aliquod per ignorantiam aut temeritatem, vsi sint opinione contraria, alij tamen longè plures, vsi sunt communi, vt monstratum est supra, [b] eo quòd quasi omnes confessarij eam tenuerunt: neque sunt tot, qui ei contrauenerint, quot aliqui putant: nam ex monitis præfatæ primæ quæstionis, reperitis supra, & redactis in summam infra, [c] colliguntur multæ causæ, quibus excusantur.

Tertio, quòd vt singulariter, [d] ait Caietanus mentem diui Thomæ secutus, hæc non est consuetudo, sed abusus contra ius diuinum. Et [e] asseruit, quòd omnis donatio rei ecclesiasticæ, pietate vel necessitate vacua, non est distributionis, sed dissipatio à dispensatore vsurpata: & quòd maximè aduertendum est, agit de ipsusmet Papæ impensa, & dispẽsatione. Quæ Caietani doctrina, non est tam eius, quàm S. Clementis, [a] & aliorum Sanctorum, & fere omnium Doctorum citatorum supra. [b]

b *Quæst. 3. monito 34.*

c *Ca. certe. 12. q. 1. de testa. c. fixum. 12. quæst. 5.*

d *De reb. eccles. non alienand. c. 1. in d. q. 285. artic. 7.*

e *Monito 22.*

f *Et infra. 5. cũ in ff. de verb. oblig.*

SVMMARIVM.

1 Beneficium qui confert indigno, cui restituet.

1 VIGESIMOTERTIO moneo, nil etiam obstare id, quod aiunt aduersarij, videlicet; quòd licèt beneficiariorum collatores peccent non conferendo ea dignioribus, [c] non tamen videntur obligati ad restituẽdum, postea quàm ea contulerunt. Nihil, inquam, id obstat; imo plus iuuat nostram causam, quàm contradicentium: quoniam collator obligatur ad conferẽdum ei, qui dignus sit; & si contulerit indigno, tenetur ad restituendum, secundum omnes: quamuis alij dicant, restituere debere digno, qui fuit neglectus, vt Caietanus, [d] alij vero Ecclesiæ, cui nocuit, vt Adrianus, [e] & Sotus, [f] quorum sententia melior nobis videtur: & ita nos dicimus, beneficiarium esse obligatum ad danda superflua digno, puta, pauperi, vel operi pio, & si ea confert alij, confert indigno, & manet obligatus ad restituendum eis, quibus nocuit.

a *In d. lib. 2. & 8. de conf. nonne autem. 25. dist. mel. c. grauc. de præben.*

b *Ead. quæst. monit. 7. & q. 1. mon. 40.*

c *Cap. licet. 8. qu. 1. & §. nunc autem. 25. dist. mel. c. grauc. de præben.*

d *2. 2. qu. 62. art. 2.*

e *In d. qu. 12.*

f *Lib. 3. qu. 6. art. 2. de iust. & iure.*

g *In 2. 2. quæst. 185. art. 7. & quolib. 6. art. 12.*

h *Ead. qu. 2. monito 7. & supra quæ. 1. monito 49.*

i *Cap. de hæc. de eccles. ædific.*

k *Cap. cũ secundum. de præben. exp. 1. 13. quæst. 2. § vt autẽ. de velig. dom.*

SVMMARIVM.

1 Bona deputata immediatè piis differunt à deputatis mediatè.

1 VIGESIMOQVARTO moneo, nihil etiam obstare S. Thomæ dictum, [g] quo ponit grande discrimen inter bona ecclesiastica principaliter deputata ministris, & minus principaliter pauperibus, & operibus piis; & inter illa, quæ principaliter deputantur pauperibus, & minus principaliter ministris: & videtur præfatus N. non esse aliud, quàm quòd malè impensa circa hęc, obligant ad restituendum; non autem male impensa circa illa. Nil, inquam, hoc obstat. Tum, quia supra, [h] monstratum fuit, quòd S. Thomas non est in contraria opinione. Tum, quia discrimen prædictum optimè verificatur in eo, quòd longè maiorem potestatem habent ministri circa bona principaliter deputata eis quàm circa alia: quoniã prius sunt alendi de illis ipsis, quàm Ecclesia reparanda, [i] neque debentur pauperibus, nisi sola superflua, [k] & illa debentur eis, quos ipsi elegerint. Quorum omnium contrarium dicendum est de aliis, iuxta clem. *quia contingit.* [l] renouatam in d. Concilio Tridentino. [m]

m *Sess. 7. de reform.*

SVMMARIVM.

1 Pauper liberius expendere potest quæsita per eleemosynam, quàm beneficiarius quæsita per beneficium.

VIgesimoquinto moneo, quòd nil obstant etiam illa quatuor, quæ Adrianum, [n] mouerunt; non quidem ad negandum quòd peccant mortaliter, sed tantùm quòd non tenentur ad restitutionem. Primum, quòd pauper, eleemosynam sibi largita expendens superfluè aut voluptuosè, non tenetur ad restituendum. Secundum, quòd omnes diuites tenentur ex superfluis facere eleemosynam; non tamen tenentur ad restitutionem non faciendo eam; quamuis in eo mortaliter peccent. Tertium, quòd obligatio quæ obligat soli Deo, non habet onus restituendi: licèt obligatus peccet mortaliter non soluendo. Quartum, quòd qui recipit centum aureos, cum onere impendendi illos in honorem vel gloriam Regis vel ciuitatis, non tenetur restituere, si eos in id nõ expenderit. Nihil, inquam, hæc obstant: quia priora duo argumenta sumuntur per locum à simili, qui iuridicus quidem est, iuxta cap. *inter cæteras.* [o] sed dissoluitur per dissimilitudinem, iuxta notata in dictis capitulis, & in cap. *constitutus*, [p] quæ in casu proposito inuenitur: nam eleemosynæ non dantur pauperi sub modo, quo reditus beneficiorum beneficiariis conceduntur. Nec diuitibus Deus bona concedit cum speciali obligatione faciendi eleemosynam, quemadmodum decimæ, aliaque bona fuere olim concessa: hodieque conceduntur Ecclesiis. Tertium autẽ, falsum est: nã obligatio soli Deo quæsita, producit necessitatem restituendi: si enim quispiam aliquid Deo vouerat, aut iuret se illi daturum, recepereritue vt Deo det, ad restituendum illud Deo tenetur. [q] Quartum item, falsum est: nam si quis centum aureos accipiat, vt in honorem Regis, vel ciuitatis conuertat, restituere tenetur, si non conuerterit in illum honorem, vel ei à quo accepit, aut Regi vel ciuitati. [r]

n *In 4. de restit. qu. 12. col. 6.*

o *De rescript. & cap. 2. de transl. pra.*

p *De appell.*

q *Ca. sit qui opes, & c. sacrilegium. 17. q. 4. & c. debitores. de iureiur.*

r *Arg. l. 1. & Llegatã. ff. de admi. ver. ad ciuit. pertin. l. legatis. ciuit. ff. de vsu & vsufruct. leg.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Beneficiario ab aliquo accipiens aliqua de reditibus eius : an & quando peccet, & restituere teneatur.*
1 *Debitore ab aliquo quis capiens teneatur creditoribus eius restituere.*
2 *Beneficiario ab aliquo dotatam, quis ducens peccet, & teneatur restituere.*
3 *Beneficiario ab aliquo qui aliquid male accipit, cui restituet.*
4 *Beneficiarij debita, an solui possint ex debitis eius non perceptis.*

VIgesimosexto moneo ex præmissis inferri primò, quòd ingens est dubium : an accipiens aliquid iniustè à beneficiario ex reditibus ecclesiasticis, teneatur ad eius restitutionem. Et quidem alij putant teneri, alij contra. Nobis videtur primum, pendere decisionem huius quæstionis à legibus loquentibus de debitoribus facientibus aliquid in fraudem creditorum, quæ habentur sub tit. ff. *de his quæ in fraudem creditorum*, [a] nam vt supra, [b] probauimus, beneficiarij debitores sunt pauperum, & operum piorum, ipsique pauperes & pia opera, creditores sunt illorum.

Secundo dico, quòd is, qui aliquid à beneficiario accepit, non tenetur restituere si beneficiarius sit soluendo: quia cùm debitor est soluendo, eius creditores nihil repetere possunt ab eo, qui à debitore aliquid, quacumque ex causa etiá donationis, aut alia lucratiua accepit, iuxta l. *ex his*, [c] & l. penult. [d] ibi. *Possessis & distractis*, nã leges prædictæ, in debitores fraudatores editæ, cessant, cùm debitor potest soluere creditoribus, quod indubiè locum habet in beneficiario habente bona patrimonialia vel quasi, qui hæc bona cuicumque quæcũque velit donare potest, iuxta tradita in monitis primæ quæstionis : imo etiam credimus, quòd licèt beneficiarius solum habeat reditus beneficij, si tamen velit sumptus diminuere, ac frugalius viuere, aut alio modo bona congerere, vt pauperibus satisfaciat, quòd tunc is, qui aliquid accepit, non amplius teneatur quàm illum monere, vt vitam agat frugalem, parcat sumptibus, & bona quærat, vnde possit restituere, idque expectare.

Terpiò, quòd si ignorans clericum beneficiarium soluendo non esse, nec amplius eum in bonis habere, quàm id quòd sibi donatum volebat, id ab eo acceperit ex causa onerosa iusta, quòd non tenetur ad restitutionem. Et primùm ratione, quòd vt accipiens aliquid ex contractu, aut ex causa onerosa, à debitore fraudatore, teneatur ad restitutionem, duo interuenire oportet. Primum, vt debitor soluendo non sit: secundum, vt suspiciens ab eo, sciat eum esse soluendo. [e] Secunda ratio est, quia is, qui à clerico beneficiario aliquid ex titulo oneroso, veluti ex contractu emptionis aut locationis, alióve contractu nominato, siue etiam innominato iusto suscepit bona fide, tantumdem dedit, quantum susc ipit, & subinde nihil restituere tenebitur per illam longè pulcherrimam doctrinam Scoti viri perspicacissimi, [f] quam citauimus in Comment. ca. final. de vsur. & & probatur per dicta S. Thomæ, [h] videlicet, quòd in omnibus commerciis & contractibus est seruanda iustitia commutatiua, ita quòd tantùm valeat, quòd datur, quantùm valet, quod accipitur.

Quarto dico, quòd accipiens aliquid à beneficiario ex donatione, aut ex alia causa lucratiua, quem scit nil amplius in bonis habere, quàm id quod pauperibus erogare tenetur, debet quod accipit restituere, si beneficiarius donator illud non restituerit, siue sciat donatarius, siue ignoret beneficiarium donatorem soluendo non fuisse : quia, vt suscipiens à debitore fraudatore ex causa lucratiua ad restitutionem teneatur, sufficit ipsa re fraudari creditorem, quamuis is qui suscipit, fraudem non participet. [i]

Nec his obest, si quispiam dicat, bona beneficiarij obligata esse tacitè, & hypothecata pro refectione damni à beneficiario illati bonis ecclesiasticis, iuxta glossam quæ singularis putatur, [k] quæ tamen similem habet, in cap. *similiter*, [l] & subinde pauperes tamquàm creditores præferendos esse aliis creditoribus : nam primò responderi potest, nullam contrahi hoc casu hypothecam, eo quòd nullus textus id exprimit, vt super d. glossa dicunt DD. Secundo, quod quamuis fateamur hypothecam contrahi, contrahetur solùm quò ad indemnitatem bonorum & iurium Ecclesiæ, ex qua beneficiarius reditus suos percipit : & quòd non porrigitur ad ipsos reditus, quos beneficiarius sibi excipit; & habet etiam bonorum liberam administrationem cum onere largiendi superflua pauperibus, aut in alios pios vsus conuertendi: quæ videtur singularis, & æqua declaratio.

Cui tamen obiici potest illud, quòd obligatio prælati ecclesiastici est similis obligationi tutoris, vt prædicta glossa dixit, cuius bona sunt tacitè hypothecata, non solum pro bonis in inuentario contentis, sed etiam pro reditibus ex bonis prouenientibus. [a] Quare aliter & singulariter huic obiectioni respondemus, repetentes aliqua ex parte, quæ diximus supra, [b] nempe; quòd beneficiarius cùm non habet bona, ex quibus pauperibus, aliíque suis creditoribus satisfacere possit, ipsemet beneficiarius annumerandus est pauperibus. Quare tunc solutio suorum debitorum censenda erit quasi erogatio in pauperes, ac ita ipse beneficiarius tanquam suorum redituum distributor, potest ex reliquis ipsorum suscipere sibi tamquam pauper; vnde sua debita tamquàm debita pauperis soluat: nec eo modo ipsius beneficiarij creditores præferuntur pauperibus, sed ipse beneficiarius se ipsum, tamquàm pauperem, præfert aliis pauperibus; propter postea tem sibi à iure concessam erogandi reliqua suorum redituum pauperibus, quos ipse elegerit. Quibus suffragatur id quod diximus in Manuali, [c] & supra, [d] scilicet; beneficiarium debita sua, etiam iniustè contracta, soluere posse de reliquis suorum redituum, illa accipiendo tamquàm pauperem vt diximus: vt ex illis soluat tamquàm pauper nomine suo debita sua.

2 Secundo infertur, quòd non abs re dubitatur, an is qui cum consanguinea, aut propinqua beneficiarij vel alia matrimonium contrahit, peccet mortaliter, accipiendo illam dotem; & an teneatur acceptam restituere, & petens promissam, sit repellendus. Et nobis videtur, quòd si probabiliter putet, beneficiarium posse tam amplam dotem iustè constituere, non peccat acceptando illam, nec non restituendo acceptam, nec petendo promissam, primum ea ratione: quia recipit dotem ex causa maxime onerosa, [e] Deinde, quòd clerici tenentur soluere ex suorum beneficiorum reditibus sua debita, iuxta cap. *peruenit*. [f] cum ei annotatis per solutionem pulcherrimam, quam inseruimus Manuali, & & latius explicuimus supra, [h] etiam iniustè contracta, si alia bona non habeant. Et clericus, qui dotem promisit, ignoranti non potuisse illam à se promitti, tenetur ob promissionem & dolum commissum dotem soluere, ac resarcire ei damnum, quod accepit ex nuptiis contractis, sub spe promissionis inutilis dotis, & subinde obligatur, [i] per supradicta in illatione præcedenti; si in promissione dotis, vt prædictum est, contrahens has nuptias non participauit fraudem factam pauperibus, & piis operibus; alioqui contradicendum videtur, argumento l. penult. & seq. [k] & magis speciatim in l. *si debitore*. & l. *ait prætor*. [l]

Tertio infertur, quòd elegans dubium à paucis propositum est; cui scilicet restituendum sit id, quod perperam est datum, aut receptum à beneficiario ex reditibus ecclesiasticis. Ego existimo satis excusari eũ, qui illud restitueret ipsi beneficiario, aut eius Ecclesiæ in opera illius pia conuertendum, aut etiam si restituat aliis pauperibus, vel operibus piis; nam licèt ipse beneficiarius in alios pauperes, aut in alia etiam opera pia illud forte impẽdisset, iuxta dicta supra, [m] tamen cùm non teneatur beneficiarius, vt ibidem monstrauimus, certis & nominatis pauperibus, vel piis operibus erogare; is qui ab eo accepit, excusatur restituendo illis, quibus donando ipse beneficiarius satisfecisset, tamquàm, scilicet, in eius locum suffectus: quia subrogatus sapit naturam eius, cui subrogatur. [n]

4 Quarto infertur, fuisse perquàm durã Iulij III. summi Pontificis extrauagantem prohibentem, debita Episcoporum & aliorum beneficiariorum non soluta, solui ex fructibus, aut reditibus ipsorum beneficiariorum nõdum exactis. Tum, quia licèt ipse Iulius iustis ductus rationibus id sanxisset, & in Lusitania multos excitasset tumultus

a Le. *si mater* C. *in quibus caus. pign. vel hypoth. l. fi. ff. eod.*
b *q.1.mõ.52.*
c *c.25.n.1it.*
d *In præfato monito 52.*
e *Le. pro omnibus. C. de iure dot. & c. salubriter. de vsur.*
f *De fideiuss.* g *Cap. 25. num. 130.*
h *Dist. mon. 52. & c. cũ secundum de præben.*
i *Arg. l. 1. §. ait prætor. & l. penult. & seq.*
k *ff. de dolo.*
l *Leg. si quis participet. ff. quæ in fraud. cred.*
m *Quæst. 1. monit. 27.*
n *Leg. si eũ, §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & c. Ecclesia S. Maria. vt lit. penden.*

tandem

a *C. de reuocand. his quæ in fraudem. & §. iũ si quis. in fraudẽ. inst. de action.*
b *qu.1. moito. 42.*
c *& leg. ait prætor. § proposita ff. quæ in fraud.*
d *De reuocãd. his. quæ in fraud.*
e *Dicta. leg. penult. C. de reuocãd. hiisquæ in fraud. le. qui autẽ. §. similique modo. ff. eod.*
f *In 4. dist. 15. quæst. 2. ar. 2. g num. 13.*
h *2.2. qu. 58. art. 6. & qu. 59. art. 2.*
i *Le. qui autẽ § similẽque. ff. quæ in fraud.*
k *In c. ex literis. de pign. l 16. quæst. 1.*

tandem tamen vsu recepta non fuit. Tum, quia non fuit satis promulgata. Tum, quia reditus beneficiorum, statim cum ipsi percipiuntur, non solent solui propter ipsorum locationes, quibus solutio differtur. Tum, quia oportet interdum beneficiarios mutuum dare, & solutionem expectare : sæpe etiam ex mutuo viuere, etiam ad verius & opportunius eleemosynas elargiendas. Tum, quia decedens obæratus, pauper est censendus; & subinde nomine eius solutum, pauperi datum intelligi debet, vt supra [a] docuimus. De intellectu autem extrauagantis præfatę Iulij III. dicimus in Comment. quem vnà cum præfata apologia scripsimus, de spoliis clericorum. [b]

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarios non esse liberos à legibus iustitiæ per dicta N. probatur.*
2 *Leges generales non solum veræ & specialis iustitiæ. sed etiam caritatis & aliarum virtutum determinari possunt; imo re ipsa determinatæ sunt legibus specialibus.*
3 *Caritatis lex de amando Deum, vt determinatur.*

VIgesimoseptimo moneo, inferri etiam ex prædictis primo, quòd præfatus N. parum firmiter dicit, [c] se probasse contra sententiam receptam; beneficiarios liberos esse à legibus iustitiæ, vinculoque restitutionis in redituum suorum dispensatione : quoniam late probatum est contrarium supra eadem, [d] & vltra ibi posita pondero contra N. quod ipsemet [e] bis affirmat, multo magis peccare illos cum de superfluo suorum redituum non faciũt eleemosynam, quàm laicos de superfluo suorum, non facientes eam: & [f] addit quod ex natura rerum maius peccatum committitur in abusu redituum ecclesiasticorum, quàm aliorum. At nulla ratione alia hoc contingere potest, quàm quia lege aliqua iustitiæ ad id tenẽtur ipsi, qua laici non tenentur: cum ipsemet [g] fateatur lege caritatis & misericordiæ omnes ex æquo teneri, iuxta illud D. Ambrosij, quod ipse in hoc citat ad verbum. [h] *Misericordię est communis vsus; ideo commune præceptum est omnibus ætatibus, omnibus officijs necessaria, & ab omnibus deferenda : non publicanus, non miles excipitur, non agricola vel vrbanus, diues & pauper: omnes in communi admonentur, vt conferant non habenti. Misericordia enim plenitudo virtutum est. & omnibus est proposita.* hęc ibi. Et quòd ipsemet [i] sequitur sententiam communem, quæ habet; etiam laicos teneri sub pœna peccati mortalis, ad impendendum superflua pauperibus, etiá extra necessitatem extremam lege caritatis: & ita vel vtrique peccant æqualiter, quod ipse negat: vel aliqua alia lege tenẽtur clerici ad id, qua nõ tenẽtur laici; quod ipsum oportet confiteri; & cùm nõ sit alia quàm iustitiæ, illa tenentur: quæ nostra & cõmunis conclusio est. Nec prodest ei respondere, quòd ratione personæ vel ordinis clericatus magis peccant, arg. cap. *homo Christianus*. [k] Tum, quia circunstantia illa personę, nõ auget adeo peccatum, vt de veniali effioiat mortale, nisi votum, vel alia lex particularis infringatur, vt probat S. Thomas. [l] Tum, quia ipsemet ait prouenire ex natura & cõditione redituum ecclesiasticorũ: qualẽ necunde habent, nisi ex lege iustitiæ, quę iubet vt rebus alienis in eos vsus, ad quos dantur, vtamur; & non in alios, [m] & quæ iubet vt pacta seruemus, oneraq; iniũcta commodis subeamus secundum iura, [n] & alia citata supra. [o]

Nec itẽ prodest ei respõdere id, quod ipsemet insinuat, scilicet; quòd ideo magis peccãt, quia & si nõ cõtraueniũt legi & præcepto iustitię, cõtraueniũt tamẽ intẽtioni: quia vt diximus supra, [p] ipsemet dicit, eũ qui cõtrauenit intentioni legis, nõ peccare; si quod ea præcipit seruet. Et quia ipse exęquat reditus Ecclesiasticos reditibus patrimonialibus, in quibus certum est, clericos nõ peccare plusquam laicos: & ita numquam neque ipse, neque vllus alius se ab hac replicatione iustè absoluere poterit.

2 Secundo infertur, nil prodesse prefato N. id, in quod ipse veluti ansa trahẽte ansam, dicit, scilicet, quòd solę leges naturales generales pertinẽtes ad iustitiã, determinãtur per leges positiuas: & quòd leges pertinẽtes ad charitatẽ nõ determinãtur, neque determinari possunt per eas. Primũ quidẽ, quod ex eo concesso nil contra nos in bona cõsequẽtia inferri posset. Deinde, quia illud est falsũ, neq; vsquàm id dixit S. Thomas, cui ipse id imponit, vt mox monstrabitur. Tũ, quia lex generalis naturalis de colendo Deo, quæ pertinet ad religionẽ, & est alia diuersa virtus à iustitia speciali vera, iuxta S. Thomam: [q] determinata fuit in lege veteri per plurimas leges positiuas, quales erãt omnes cęremoniales: probãte id S. Thoma, [b] & in noua per multas leges ecclesiasticas, qualis est de Missa festis audienda, [c] & de Missa in altari lapideo facienda, [d] & cũ vestibus sacris, [e] & multę alię de quibus in d. distin. & in tit. *de consecra. eccles. vel altaris*. Tũ, quia lex naturalis de ieiunãdo generalis, quã constat pertinere ad tẽperãtiã, nõ ad iustitiã, determinatur quòd ad modũ & tẽpus per multas leges ecclesiasticas, vt ipsemet D. Thomas probat. [f] Tũ, quia illi legi generali de viuendo secundum rationem humanam & diuinam, quæ secundum omnes est naturalis, [g] quæ non solum pertinet ad iustitiam, sed etiam ad omnes alias virtutes, datę sunt quãplurimę determinationes per quãplurima particularia præcepta tã diuina quàm humana de omnibus virtutũ actibus lata, vt videre est apud D. Thomã 2.2. in fine cuiuslibet tractatus cuiuslibet virtutis, tã theologę quàm moralis. De præceptis quidẽ fidei, q. 16. de præceptis spei q. 22. de caritate, q. 84. de prudentia. q. 50. & de aliis in aliis locis citatis supra. [h]

3 Tum, quia lex generalis caritatis diuina & naturalis de amando Deo & proximo, multis modis declaratur; & determinatur legibus humanis, & diuinis positiuis : nã omnia præcepta Decalogi dãtur propter caritatẽ Dei & proximi, iuxta S. Thomam: qui [i] sic ait, *Omnia præcepta Decalogi ordinantur ad dilectionẽ Dei & proximi: & ideo præcepta charitatis nõ fuerũt connumerãda inter præcepta Decalogi. sed in omnibus includũtur.* & rursus [k] ait. *Oportuisse legẽ naturalem de amando Deo distingui & declarari per duo præcepta de diligẽdo Deũ, & de diligendo proximũ.* & postea [l] addit hæc alia. *Omnia præcepta pertinẽtia ad caritatẽ & actus eius, includi quidẽ in duobus supradictis, sed propter tardiores, de singulis explicitè præcepta esse tradita. De Gaudio quidẽ,* [m] *Gaudete in Domino semper. De pace autẽ,* [n] *Paũe sequimini cũ omnibus. De beneficẽtia autẽ,* [o] *Dũ tempus habemus operemur bonum ad omnes. De singulis beneficentię partibus, inueniũtur præcepta tradita in sacra Scriptura, vt patet diligenter considerãti.* hæc ille : & ibidẽ [p] cõcludit, quòd legi de amãdo Deũ generali, adiũcta est lex particularis de modo amãdi eũ, scilicet, ex toto corde: & magis præcipitur modus actuũ virtutis, caritaris, quàm modus actuũ aliarũ virtutũ. Ad idẽ est, quòd lex de caritate & de diligendo Deo & proximo generalis, determinatur per leges de ordine ac modo in eo seruãdo; de quibus larẽ S. Thomas [q] est textus optimus cũ glossa. [r] & per leges de diligendo non solũ verbo, sed etiá opere. [s] Et rursus lex de diligẽdo proximũ opere per illa duo præcepta de faciẽdo eleemosynã de superfluo: de quibus etiã cõponimus Cõmentariũ. [t] Nõ obstãt ea quę ait S. Thomas. [v] Tũ, quia solũ loquitur ibi de præceptis legis veteris; & de illis solùm dicit duo. Alterũ est, quòd omnia præcepta legis veteris reducũtur ad moralia, cęremonialia, vel iudicialia; quod nil facit pro eo. Alterũ est, quòd determinatio legis in rebus humanis pertinet ad iudicialia, in rebus autem diuinis ad cęremonialia: quod etiã nil facit pro eo, & pro nobis multùm, quatenus præsupponit, nõ solũ posse fieri, sed factas esse aliquot determinationes cęremonialiũ, quas cõstat nõ pertinere ad virtutẽ iustitię specialis. Tum, quia expressẽ ait, præcepta generalia, quę pertinẽt ad religionẽ, determinari. Et constat, quod licet religio, quę ordinat hominẽ quò ad cultũ Dei sit virtus adhęrẽs iustitię speciali, tãquàm pars potẽtialis eius. nõ tamẽ est iustitia vera, quę est ad alterũ secũdũ æqualitatem, vt dicitur supra. [x] & colligitur ex S. Thoma. [y] Nõ obstãt etiam verba S. Thomę, quę prefatus N. citat. [z] quę solùm significãt. nõ esse determinatã certã mẽsurã Deũ amandi, vltra quã eũ amãdo peccetur per excessũ: sed non ait, nõ posse fieri determinationes, & declarationes super modo, loco, tempore, & aliis circumstantiis amandi : quinimo contrarium affirmat in locis supra eisdem monitis ad hoc citatis.

QVÆSTIO III.

An possint beneficiarij de reditibus beneficiorum testari.

a *Qu. 1. monito 52.*
b *In cap. non licet Papæ. 12 quæst. 2.*
c *In 4. par. cap. 5.*
d *Quæst. mo. 7. & 9. qu. 1. mo. 42. & 43.*
e *In 1 sponsi ca. 5. pag. antepenult.*
f *In pag. penult.*
g *In eod. cap. pag. 16.*
h *In cap. in singulis. 80. d.*
i *In d. cap. 5.*
k *40. distin.*
l *2.2. qu. 186. art. 10.*
m *§. furtum inst. de oblig. quæ ex delict. nascunt. clemen. quia cõsting. de velig. domibus.*
n *Cap. 1. de pœn. l. 1. eo. ti. l. 2. C. de donat. quæ sub modo. & l. secundum naturam. ff. de reg. iur.*
o *In quæst. 1. monito. 42.*
p *Quæstio. 1. mo. 59. & 60.*
q *In d. cap. 5. pag. 2.*

a *2.2. qu. 58 art. 7. ad iuxta. q. 81. art. 1. & 5.*
b *12. qu. 99. art. 3.*
c *Cap. Missus. de consecra. distinct. 1.*
d *Cap. altare, eadem distinct.*
e *Cap. vestimenta. eadẽ distinct.*
f *In 2.2. qu. 147. art. 3.*
g *Cap. consuetudo 1. distinct. cap. quæ cõtra. 8. distinct.*
h *Eadem q. monito 1.*
i *In præfata 2.2. qua. 44. art. 1. ad 3.*
k *Art. 2.*
l *In art 3.*
m *Ad Philipen. 4.*
n *Ad Hebræos 12.*
o *Ad Galat. vlt.*
p *In 4. arti.*
q *Per 13. ar. in 2.2. q. 26.*
r *Capit. 1. 30. distinct.*
s *1. Ioan. c. 3.*
t *In cap. quiescamus. 42. distinct.*
v *1. 2. q. 99. art. 3.*
x *Eadẽ q. mo. 1. & sequen.*
y *In 2.2. qu. 82. artic. 4. adiuncto eo quod dicit in q. 57. art. 3.*
z *In 2. 2. qua. 134. art. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarius nec pro libito ad pia poteſt teſtari de ſuo reditu.*
2 *Beneficiarius cur in vita poteſt dare ad pia, & non in morte ratio germana, cuius ignorantia multi Doctores etiam claſſici errauerunt.*

PRIMO moneo, huic quæſtioni ſolùm eſſe locum in illis bonis, in quibus dicimus eſſe locum in prædictis duabus quæſtionibus, ſcilicet, in bonis tantùm redituum beneficiorum, & non in bonis patrimonialibus, de quibus indubiè teſtari poſſunt, [a] neque in quaſi patrimonialibus: per ea quæ ſuperius definita ſunt. [b] Deinde, reſpondemus ad eam, beneficiarium nequaquam poſſe de reditibus ſuorum beneficiorum teſtari. Primo, quia mille pontificiis legibus, & canonibus hanc teſtamenti factionem Eccleſia eis prohibuit, videlicet cap. *episcopi.* cap. *ſint manifeſta*, [c] *quia Ioannes.* [d] Secundo, quia eiſdem rationibus quibus ſuperius aſſeruimus, nõ poſſe beneficiarios bona iſta de reditibus beneficiorum pro libito impendere, conuincitur non poſſe etiam eos ſaltem pro libito de illis teſtari. ergo idem ius ſeruandum eſt. [e] Tertio, quòd minorem facultatem habent teſtandi de his reditibus, quàm diſponendi inter viuos: nam poſſunt inter viuos, omnes illos pauperibus donare, & in opera pia impendere; per hoc præſens cap. & alia multa ſupra adducta. At per viam teſtandi & vltimæ voluntatis, ſolam modicam quãtitatem, ac in pias cauſas vel in remunerationem, idque conſuetudine demum permittente, iuxta reſponſum Alexandri III. quod habetur in cap. *relatum 2.* [f] ergo nec pro libito, neq; in pias cauſas poſſunt iure teſtari; licet per diſpoſitionem inter viuos poſſint ad pia erogare. Quarto, quòd prudẽtiſsimo conſilio Eccleſia conſtituit, vt maiorem haberet beneficiarius poteſtatem diſtribuendi inter viuos, quàm per vltimam volũtatem: perſpiciebat enim, beneficiarios teneri ad eroganda reliqua iſtorum redituum pauperibus, dum vita fruuntur, vt per hoc cap. & alia prius citata conſtat; & ſuperius oſtendimus. [g] Perſpiciebat, item huic erogationi maximo eſſe impedimento auaritiam. Similiter experientia docente, intelligebat; nil eſſe conſultius ad inuitandum eum, cui vſusfructus aliquorum bonorum relinquitur, ad liberalitatem in vita exercendam, & ad auertendum à nimio illorum deſiderio, quàm ei vſumfructum eorum relinquere, ſub conditione, ne de illius reditibus quicquam decedens relinquere poſsit: quæ eſt vera & germana ratio, qua fuit adempta clericis teſtandi facultas in fauorem etiam pauperum, quibus in vita donare poterant. Cuius rationis ignorantia fuit in cauſa, vt quidam iuris ciuilis interpretes, Petrus ſcilicet, & eius ſequaces, [h] Pontificij interpretibus obſtreperent; dicentes, eos incidere in l. *Fuſiam caninam*, quæ vetabat dare libertatem teſtamento, & non inter viuos, [i] & Baldus [k] eos defendere conatus, laberetur; ac Panormitanus & Ancharani rationes. [l] Barbatio [m] non approbarẽtur: & ipſe Barbatius ingenuè fateretur, ſe huius prohibitionis rationẽ non eſſe aſſecutum. Quinto, quòd abſurdum fuiſſet, quod Eccleſia permiſiſſet beneficiarijs abſque iuſta cauſa teſtari, de reliquis reditibus beneficiorum in ſuperfluos & profanos vſus; cùm ſint illa, vt ſuperius oſtendimus, pauperibus debita legibus naturæ diuinis, quas tutari ad ſanguinem & necem vſque, Eccleſiam oportet; auctore diuo Vrbano Summo Pontifice. [n] Sexto, quòd hoc ipſum conſtitutum fuit ab Apoſtolis, eorumq́ue primis, aut ſaltem proximis ſucceſſoribus; vti ex canonibus Apoſtolorum, eorumq́ue diſcipulorum aut ſucceſſorum apparet. [o] Septimo tandẽ nobis opitulatur, quòd non ſolum communis, ſed etiam omnium vna eſt opinio; iuré communi non poſſe beneficiarios de reditibus beneficiorũ teſtari in vllos vſus profanos, aut ſuperfluos: neque etiam in pauperes & alia opera pia; vt conſtat per Panormitanum, Andream Siculum, & Francum, [p] & per alios ab eis citatos.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum Eccleſiæ verus dominus eſt ſolus Chriſtus.*
2 *Conſuetudo, vt beneficiarij pro libito teſtentur de reditibus eccleſiaſticis, nullibi eſt: & ſicubi eſſet, non valeret: quia contra legem naturalem eſſet, & num. 3.*
3 *Præcepta decalogi ſunt leges naturales & conſequenter præceptum de non furando. Quod multis modis infringitur. num. 4. & 5.*
4 *Bona Eccleſiæ expreſſe vel tacitè, oneri dandi ſuperflua operibus pijs ſubiecta.*
5 *Lege pactorum, quia naturalis eſt, obligantur etiam Papa & Reges.*
6 *Traditio Apoſtolica & Eccleſiæ pro diuina lege tenenda.*
7 *Intellectus cap. relatum 2. de teſtam. ab N. datus, refellitur.*
7 *Conſtitutio interpretans, in terminis interpretatæ intelligenda.*
8 *Papa legibus humanis exemptus, legi de non teſtando pro libito, vt ſubiicitur.*

SEcundo moneo, præfatum N. contra ſententiam receptam affirmare; omnes beneficiarios poſſe petinde teſtari de reditibus ſuis eccleſiaſticis, ac de bonorum patrimonialium reditibus: cuius fundamenta nil obſtant. Nõ primum, fundatum in capitu. I. [a] quatenus ſignificat fragiliter à contrario ſenſu, beneficiarium fieri dominum diſtributionum: quas intereſſendo diuinis, lucratur; & per conſecutionem, omnium redituum ſui beneficij: nam contrariũ probãt in ſenſu directo omnia illa iura, quæ ſupra [b] citauim⁹: quatenus determinãt D. N. IESVM CHRISTVM eſſe verum Dominum omnium bonorum eccleſiaſticorum: non ſolum illa genereli ratione, quòd *Domini eſt terra & plenitudo eius*, [c] ſed etiam ſpeciali ratione, & humana diſpoſitione, ſicut alij omnes, beneficiarios autẽ eſſe diſpenſatores, & procuratores eius, & quia licèt aliquo largo modo dici poſsint domini, non tamen poſſunt dici abſoluti, ſed aſtricti; vt ſe ſuſtentatis, reliqua piis operibus impendant, vt late dictum eſt ſuperius [d] reſpondendo latiſsimè præfato cap. I.

2 Non obſtat etiam ſecundum, ſcilicet, quòd conſuetudo vbique gentium id habet. Tum, quòd ſupra [e] probauimus id eſſe falſiſimum, adeo quòd nullibi gentium ſit conſuetudo tam liberè teſtandi de reditibus eccleſiaſticis, ac patrimonialibus laicis. Tum, quia tenendum eſt, quòd conſuetudo beneficiariorum, ſi qua eſſet teſtandi ad libitum de reditibus Eccleſiaſticis, nil valeret. Primo quidem, quòd opinio communis id habet; quam etiam ipſo N. atteſtante [f] tenet Panormitanus, [g] & alij complures, quos refert Reuerẽdiſsimus Segobienſis ſiue Couarruuias, [h] qui dicunt eam eſſe communem, & ei aſſentire omnes fere, [i] quamuis ipſe N. magnopere laboret fruſtra ponderando minutatim verba aliquorum Doctorum ad ſuadendum dubium eſſe, an ſit communis: nam quicquid ipſe dicat, non ſolùm communis, ſed omnium fere opinio habet, non valere conſuetudinem; vt beneficiarij perinde teſtentur pro libito de omnibus reditibus eccleſiaſticis, ac de patrimonialibus: quod etiam tenuit Rochus Curtius, [k] & Philippus Francus, [l] & Caietanus, [m] quam & ipſe ante annos triginta etiam præfato Couarruuia audiente me, dictando è cathedra, confirmaui Salmanticæ: nam & ſi alij Doctores dicant illam, vel illam conſuetudinem teſtandi de illis, aut illis reditibus valere: rariſsimi tamen ſunt, qui auſi fuerint dicere id, quod præfatus N. ait, valere: vt ab libitum omnes beneficiarij de omnibus reditibus Eccleſiaſticis, perinde ac de patrimonialibus, teſtentur.

3 Secundo probatur, quòd hoc eſt adeo verum, vt quãuis nemo id tenuiſſet, deberet tamen teneri: eo quòd omnia decem præcepta Decalogi, de quo Moſes, [n] & gloſſa, [o] ſunt leges diuinæ: imo & naturales, iuxta doctrinam S. Thomę receptam, [p] vbi communis id tenet, præſertim Maior, [q] neq; Scotus in effectu, quò ad propoſitũ, diſſẽtit: & per conſecutionem, ſeptimum de non furando, & decimum de non concupiſcendo rem alienam, erunt tales, iuxta l. I. [r] At beneficiarius, qui contra ſententiam receptã vtitur contraria ipſius N. contra eas facit, vt probatũ eſt [s] rationibus firmiſsimis, quarum ſummatim repetitarum, prima eſt, quòd non ſolùm eas infringit is, qui alienũ furatur aut rapit, ſed etiam is qui re aliena, contra voluntatẽ Domini vtitur, [t] & quòd qui de reditibus beneficij ſui cõtra præfatam ſentẽtiã receptã teſtatur, vtitur bonis eccleſiaſticis contra voluntatẽ D. N. IESV CHRISTI, cuius illa vera eſſe ſupra [v] probauimus, & eius Eccleſiæ, cui adminiſtrationem ille commiſit, vt ibidem monſtratum fuit.

a Cap. 1. cap. ſixum. 12. q. 5. ca. 1. c. quia nos. de teſtamen.
b Quæſt. 1. monito 19, c 12. q. 1. cap. 1. cap. d Cap. ſixu. 12. q. 5. ca. 1. c. ad hæc, cap. quia nos. cap. cum in officiis. & cap. relatum 2. de teſtamen. authen. licentiam. C. de epiſcop. & cleric.
e Leg. illud ff. ad l. Aquil. c. 2. de tranſlat. prælat.
f De teſtam.
g Quæſt. 1. mon. 42. & 48.
h In authen. licentiam. C. de epiſcopis & cleric.
i Leg. 1. C. de leg. Fuſia canina.
k In diſt. authen. licentiam.
l In d. cap. ad hæc. de teſtamen.
m Ibidem col. 2.
n In cap. ſunt quidam 25. q. 1.
o In canon. Apoſtol. 40. & 41. qui referuntur in cap. ſint manifeſta. & ca. ſeq. 12. q. 1. & colligitur ex cap. Epiſcopi. & cap. videntes. eadem cauſ. & quæſt. & ca. quia Ioannes. & cap. ſixtum. 12. q. 5.
p In rubr. de teſtam.
a De cler. non reſident. lib. 6.
b In q. 1. monito 20. & ſeq. & 40. & 42.
c Pſal. 23. & cap. quo iure 8. diſtin.
d In q. 1. monito 32.
e In q. 1. mon. 3.
f In cap. 7. 2. par.
g In cap. cum in officiis. nu. 5. de teſtam. & in cap. 1. de eccleſ. ædiſ.
h In cap. cum in officiis. nu. 9. de teſtam.
i In cap. 1. de teſtamen. & in cap. relatum 2. eod. tit. & in cap. final. de præcul. cleric.
k In fin. cap. de conſuet. fol. 22. col. 3.
l In rubr. de teſtamen. col. 23. & col. 32.
m In 2. 2. q. 85. articul. 7.
n Exod. 20.
o In ca. quid in omnibus. 32. q. 7.
p In 2. 2. q. 122. art. 3. & in 3. d. 37. q. 2. art. 4.
q Quæſt. 2. ff. de furt.
r In q. 1. monito 20. & aliquot ſeqq. & 42.
s §. furtũ. inſtitu. de obligat. quæ ex delict. naſcũtur.
t In q. 1. monito 40.

4 Secunda, quia etiam infringit præfata duo præcepta is, qui pacta & conuentiones non ſeruat, etiam ſi Papa ſit, Imperator, aut Rex, iuxta cap. I. [a] & l. I. [b] & ibi per Baldum allegantẽ Magiſtrum ſentent. qui licèt ad ſeruandum ſuas leges humanas cogi nequeant, [c] ſunt tamen obligati ad ſeruandas conuentiones cum eis initas virtute præcepti, quod eſt lex naturalis, & inter Eccleſiam, & miniſtros ipſius, negotia CHRISTI procurantes, & populum Chriſtianum, qui ei tanta bona contulit, (fuit vt ſupra, [d] probatum eſt) conuentio ſaltem tacita, quæ tantum valet quantum expreſſa, [e] vt miniſtri eius, id quod ſupereſt eis, accepta ſua, quæ honeſta ſit, ſuſtentatione, tribuerent pauperibus, vel aliis operibus piis: cui conſequens eſt, neceſſarium eſſe, vt eis, & non aliis tribuantur. Cùm autem palam ſit conſuetudinem contra ius naturale aut diuinum nihil valere, eſſeq́ue corruptelam per cap. *quæ contra*, [f] palam quoque erit, eam de qua loquimur, eſſe (vt Caietanus dixit) corruptelam & hæreſim, vel illi proximum, dicere illam valere, vt Petrus Sotus relatus ſupra, [g] ſignificauit, & ſatis Archidiaconus ibidem etiam relatus expreſit.

5 Tertia, quòd etiam tranſgreditur hæc duo præcepta, & leges naturales, qui re in alium vſum accepta, vtitur in alium: ſicut qui mulam in Salmanticam commodatam, ducit Burgos. [h] At beneficiarij, qui opinione contraria receptæ vtuntur, hoc faciunt: quandoquidem reditibus in alium vſum datis, in alium vſum longè diuerſum vtuntur.

Quarta, quòd etiam dicta duo præcepta tranſgreditur, qui quod debet, non ſoluit ei cui debet, & qui ſe non exonerat ab iniuncto ei onere, quando & quomodo tenetur: quoniam in effectu eſt alienum accipere aut retinere, iuxta cap. *ſæpe*, [i] & S. Thomam, [k] & probat totus titulus ff. *de condit. & demonſtrat.* [l] At qui præfata ſuperflua detinet, aut non tribuit pauperibus, aut donat diuitibus ratione cognationis, amicitiæ, vanitatis, aut vitij, non ſe exonerat, neque ſoluit cui debet: quandoquidem, ea ex quibus colliguntur, collata ſunt ei cum onere dandi pauperibus.

Tertio probatur, quòd non valeat præfata conſuetudo: quia ex fine cap. 2. & principio cap. 5. Actorum. adiuncto cap. *videntes*, [m] ex vna parte, & cap. *futuram*, [n] ex altera, ex S. Clemente in locis ſupra, [o] citatis, colligitur ſententiam communem eſſe traditionem Apoſtolicam & Eccleſiæ, vt miniſtri primum, deinde pauperes fideles alantur. Et omnis traditio Apoſtolorum, à ſucceſſoribus eorum veluti per manus ſuſcepta vel obſeruata, pro diuina inſtitutione tenenda eſt. [p]

6 Quarto probatur idem, eo quòd bona eccleſiaſtica ſunt bona CHRISTI, & non Prælatorum Eccleſiæ, [q] etiam iure naturali & diuino, vt irrefragabiliter probatum eſt, ſupra. [q] Et per ſupra proximè dicta probatum eſt, quòd traditione Apoſtolorum declaratum eſt, intentionem D. N. IESV CHRISTI fuiſſe, vt illa in ſola opera pia impendantur. Ergo iuris diuini eſt, vel ei æquipollentis, ne ea in alios vſus, quàm pia opera impendantur.

Quinto, quòd ad hoc eſt caſus in cap. *relatum 2.* [r] quem poſt & ante alios multum commendat Rochus vbi ſuprà: quatenus ibi Innocentius III. declarando Concilium Lateranenſe, quod in cap. *cum in officiis*, [s] habet, quæſita per clericos ex bonis Eccleſiæ, poſt mortem eorum pertinere ad eorum Eccleſias, ſiue moriantur teſtati, ſiue inteſtati, ait, procedere illud tam in mobilibus, quàm in immobilibus: ſubdens tamen, non eſſe conſuetudinis improbandæ, vt aliqua mobilia pauperibus, & religioſis locis, & illis qui viuenti ſeruierant, ſiue ſint conſanguinei ſiue alij, iuxta ſeruitij meritum conferantur. Per quod clarè ſignificat, eam ſolam teſtandi conſuetudinem de reditibus eccleſiaſticis valere, per quam relinquuntur bona in pia opera, vel in iuſtam obſequiorum remunerationem.

7 Neque obſtat, quòd præfatus N. velit intelligere illum textum de ipſis bonis ſtabilibus eccleſiaſticis, & non de reditibus eorum, ad adminiſtrationem Rectoris eius pertinẽtib⁹. Tũ, quia hoc eſt velle nouare omnia recepta. Tum, quòd vna conſtitutio interpretans aliam, intelligenda eſt in terminis interpretatæ, iuxta authent. *hæc conſtitutio*, [t] & cap. *cum in officiis*, [v] quod vt ibi declarat Innocentius, loquitur de reditibus Eccleſiæ pertinentibus ad eius Rectorem. Tum, quod ipſemet Innocentius, [a] clarè demonſtrat, ſe de reditibus Eccleſiæ loqui, & non de bonis aliis ſtabilibus Eccleſiæ, quatenus ait, ea quæ prædixit, non eſſe intelligenda de his quæ ex hæreditate, vel artificio, aut doctrina prouenium: quoniam illa diſtribuentur pro arbitrio decedentis: palam ponens differentiam inter quæſita ex bonis Eccleſiæ, & alia aliunde quæſita. Itaque in effectu probat, valere conſuetudinem teſtandi de quæſitis ex bonis Eccleſiæ in opera pia, non autem in alia. Quæ, vt poſtea dicemus, eſt vera concluſio, & reſolutio.

8 Sexto idem probatur, quòd Papæ ſunt omni lege humana ſuperiores, neque obligantur ea quatenus eſt humana. [b] At Papæ ligantur lege de non teſtando ad profana de reditibus Papatus: quia non permittit Eccleſia, neque ſucceſſores eorum talia teſtamenta exequi. Imo præfata eorum bona deferuntur ad eum, quem Camerarium, ſeu Camerlengum vocant: cuius officium morte Summi Pontificis non finitur, iuxta clement. *ne Romani*, [c] vbi bona gloſſa in propoſitum noſtrum: ergo lex de non teſtando ad profana de reditibus eccleſiaſticis, non eſt tantùm humana, ſed etiã naturalis, vel diuina. Neque obſtat dicere ex aduerſo, quòd Paparũ ſiue Pontificum Maximorum teſtamenta, non admittuntur, etiam ad pias cauſas facta, vt ipſemet dixi ſupra, [d] & quòd ita hoc argumentum non probat plus de conſuetudine teſtandi ad profana, quàm ad pia. Et ipſe fateor legem de non teſtando de reditibus eccleſiaſticis ad pia opera, ſolùm eſſe humanam, & non naturalem, neque diuinam. Non, inquam, hoc obſtat. Tum, quòd ſufficit in eo propoſito, quòd probet legem de non teſtando ad profana eſſe diuinam vel naturalem. Tum, quòd alia ratione impeditur executio teſtamentorum Pontificum Maximorum ad profana, & alia teſtamentorum ad pia: quia illa impeditur, eo quòd ſit contra legem naturalem, vel diuinam, hæc vero, quia omnia relicta in pios vſus de reditibus eccleſiaſticis poteſt vertere Papa in alios, [e] & ita ſucceſſor poteſt bona relicta à præceſſore in vnum vſum pium, convertere in alium: & longè facilius, quàm ea, quæ laici relinquunt de bonis ſuis profanis: quoniam relicta ab his non poſſet ſine iuſta cauſa, vt ſatis declarauit Concilium Tridentinum, [f] relicta verò Papæ poſſet conuertere pro voluntate ſua, vel certè pro longè minori cauſa: quia ſunt relicta de bonis ſua pte natura piis vſibus dedicatis.

Septimo facit, quòd cùm in antiqua, & parte deciſa capit. *ad hæc*, [g] vt refert Ioannes Andreas, [h] erant quædam verba, quibus ſignificabatur, valere huiuſmodi conſuetudinem: quæ tamen in hac, quam habemus authentica compilatione, ſublata fuerunt, & non alia ratione, quàm quia illud quod illa verba ſignificabant, licèt forte non probarent, videbatur contra legem naturalem, vel diuinam, per prædicta: nam ratio, quam N. reddit, ſcilicet, quòd illa conſuetudo, de qua ibi, erat aliqua particularis, & ne amplius ſerperet, & ne per illam daretur occaſio eam extendendi, & alias generandi, fuerunt ſublata illa verba. *Quia fatetur, legem meliorem eſſe, non teſtari clericos, quàm teſtari.* Illa, inquam, ratio nil valet.

Tum, quia eſt mera diuinatio, & ſomnium, vt ex ſe patet. Tum, quia leges prouidere quidem ſolent, ne conſuetudines praua, quæ ſunt contra leges naturales vel diuinas, oriantur: non tamen ne oriantur illæ, quæ ſunt rationabiles, licèt ſint contra leges humanas, & non tam vtiles ac illæ, [i] & ita cum, ipſo fatente, prouiſum fuerit in decidendo præfatum capitulum ad hæc ne oriantur aliæ huiuſmodi conſuetudines, palam colligitur hanc eſſe prauam, & directè vel indirectè contra legem naturalem vel diuinam, ac per conſecutionem inualidam.

Tum, quia ſi N. opinio eſſet vera, videlicet, quòd beneficiarij perinde poſſint diſponere in vita & in morte de reditibus eccleſiaſticis, ac de patrimonialibus, rationabilior profectò eſſet conſuetudo teſtandi pro libito, quàm contraria.

Quare neque illa opinio eſt vera: & ratio tollendi verba præfata, fuit, quia contra legem naturalem vel diuinam erat conſuetudo ſignificata per ea, & ita nullatenus tolerabilis. [k]

a In d. c. relatum. verſ. ceterum.
b Cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. c. propoſuit. de conceſſ. præb. l. præcepts. ff. de legib.
c §. eo proui ſo. de elect.
d Quæſt. 1. monit. 40. & 42.
e Clem. quia contingit. de relig. domib.
f Seſſ. 25. cap. 5. de refor.
g De teſtam.
h In Mercurial. reg. nemo plus. de regul. iur. li. 6.
i Cap. fin. de conjuguid.
k Cap. ſunt quidam 25. q. 1. cap quæ contra 8. diſt.

SVMMARIVM.

1 Consuetudo, vt beneficiarius percipiat fructus vnius vel alterius anni post mortem, valida. Et quomodo intelligenda remissiue. & num. 2.
3 Consuetudo derogat legi, quatenus est humana, non quatenus est naturalis, vel diuina.
4 Consuetudo cleri testandi liberè nullibi à Papa toleratur.
5 Permissio duplex, altera quæ probat, altera quæ tantùm non punit.
6 Consuetudo testandi etiam ad pia non est in Hispania.

1 TErtio moneo, nihil etiam obstare proximi moniti conclusioni illa, quæ etiam ipsemet N. mihi opposuit. Primum est extrauagans, quæ incipit, *Suscepti*, Ioannis 22. quæ est, [a] inter extrauagantes eius; & [b] inter communes, quæ approbat consuetudinem, vt beneficiarius percipiat post mortem reditus beneficij primi aut secundi anni.

Secundum est, quòd videtur Innocentius approbare in cap. *cum tibi*, [c] præfatæ consuetudinis valorem, quod ibidem Panormitanus annotasse dicitur.

Tertium est, quòd consuetudo potest legem abrogare humanam, [d] qualis videtur esse hæc, prohibens beneficiariis hanc testamenti factionem, & quòd contra eam est generalis consuetudo.

Quartum, quòd beneficiarij videntur domini suorum reditum, cap. 1. [e] per locum à contrario sensu: & quòd dominus cuiusque rei potest pro libito de ea disponere, atque testari. [f]

Quintum, quòd summus Pontifex cum non puniat beneficiarios testamenta facientes, satis videtur legem id prohibentem abrogare velle, cum alioqui peccarent. [g]

Ad quæ argumenta parum vrgentia sic respondetur. Ad primum quidem eodem omnino modo, quo respondimus supra, [h] defendendo non probari per illam valere consuetudinem disponendi ad libitum de reditibus ecclesiasticis inter viuos, neque testando.

Ad secundum respondemus primo, quòd Innocentius, [i] non asserit esse vllam consuetudinem testandi clericorum, neque de potestate testandi loquitur, sed de potestate ordinandi, quam ordinationem glossa [k] refert ad ordinationem inter viuos faciendam, iuxta constitutionem Alexandri III. positam in dicto cap. *ad hæc*.

2 Deinde, quòd quamuis Innocentius ibi eam consuetudinem præsupponeret, intelligendus tamen foret de consuetudine testandi in pios, & non in profanos vsus, iuxta supradicta in responsione argumenti primi. [l]

3 Ad tertium respondemus, primo fatendo consuetudinem posse indubiè derogare legi humanæ, quatenus est humana, [m] sed non quatenus illa complectitur legem naturalem, aut diuinam, vt habetur cap. *quæ contra mores*, [n] & latè Felinus, [o] & subinde fateor, consuetudinem posse beneficiariis concedere facultatem testandi in pios vsus, cùm id lege tantum humana prohibeatur: sed non testandi in vsus profanos, cum id lege naturali comprehensa in septimo præcepto sit interdictum, vt probatum fuit supra. [p] Secundo respondeo, negando planè id quòd hoc argumentum supponit, videlicet, consuetudinem generalem vbique vigere, vt beneficiarij ad libitum testari possint: contrarium enim efficaciter monstratum fuit supra. [q]

Ad quartum respondemus, inficiantes apertè, beneficiarios esse dominos redituum ecclesiasticorum, saltem liberos, & absolutos, sicuti sunt domini reditu um suorum patrimonialium, & quasi patrimonialium, & vt laici suorum bonorum: sed solum dispensatores, vel domini astricti & obligati, vt victui sibi honesto retento, quæ superfluunt elargiantur pauperibus: quia supra, [r] efficacissimè probatum fuit, solum IESVM CHRISTVM D.N. esse verum dominum omnium bonorum ecclesiasticorum, non solùm ea generali ratione, qua *Domini est terra & plenitudo eius*, [s] sed etiam speciali, qua alius quilibet est iure gentium rei suæ dominus, & per eum immediatè concessam esse administrationem eorum Ecclesiæ, vel Papæ, & mediatè aliis prælatis, & beneficiariis, per titulos canonicos supra dicto modo restrictam.

4 Ad quintum, negamus primò, summos Pontifices tolerare vbique præfatam consuetudinem: quia palam est non tolerare illam in Italia, vt latius monstramus in commentario cap. *non liceat Papæ*. [a] Secundo, etiam negamus, videri summos Pontifices voluisse legem prædictam abolere, ex eo quòd beneficiarios testamenta facientes non punierint. Primum, quia superior non videtur legem à se latam, à subditisque receptam abrogare, eo quòd transgressores eius non puniat, iuxta cap. *cum iam dudum*, [b] & glossam, [c] & latè Felinus scribit, [d] super glossam illius singularem, [e] & constat hanc legem communem, fuisse receptissimam. Item, quia legem naturalem, aut diuinam positiuam, nequeûr superiores, vt maximè id velint, ac expressim caueant, tollere: quia legem maioris, minor non tollit, [f] neque etiam circa eam indulgere seu dispensare sinè iusta causa iuxta glossam, [g] & notatur latè in cap. *quæ in ecclesiarum*, [h] & lex prohibens testamenti factionem de reditib⁹ ecclesiasticis in vsus profanos, est naturalis, comprehensa in septimo Decalogi præcepto, vt eam superius explicuimus. [i] Et subinde, nec tacitè nec expressè hanc legem superiores tollere possunt, nec circa illam dispensare sine iusta causa, vt luculèntèr Panormitanus docet. [k] Quæ dispensatio rectè facta, declaratio effectus ipso iudicanda est, iuxta S. Thomam, [l] & Maiorem, [m] vbi Scotus subtiliter de duplici dispensatione.

5 Negamus itè id, quod insinuatur in fine præfati quinti argumenti, scilicet, summos Pontifices, aliósque prælatos permittentes testamenta beneficiariorum, non facta prius abrogatione huius legis, peccare. Primum, quia non illa permittunt approbando, sed solùm non puniendo, ad alia maiora damna euitanda, & alios fines bonos: quod fieri potest, iuxta glossam celebrem ab omnibus receptam, [n] & Ioannem Andream, [o] receptú vbique, qui has duas species permissionis expressit. Qua etiam ratione Ecclesia, multa obscœna in carnispriuio fieri impunè permittit, [p] multámque prostibuli, seu lupanaris fornicationem impunitam omittit: sed non ideo isthæc approbare censentur, [q] nec si vellet, posset, contra iuris diuini prohibitionem, [r] & hac ratione non sunt dicendi perperam agere superiores, huius legis trásgressores non plectendo, ad euitanda plura, & maiora damna litium, iurgiorum, inimicitiarum, & sumptuum, quæ in dies oriuntur, exquirendo, an & qualiter, ac quatenus circa prædicta beneficiarij excesserint, & mouendo lites aduersus eorum hæredes. Quod profecto esset litibus, & scandalis implere orbem, cum paruo commodo, eo quòd multis modis se possent hæredes defendere, allegando multas rationes, quibus disponere potest beneficiarius, tam in morte, quàm in vita ad libitum de omnibus reditibus sui beneficij, vel de aliqua eorum parte, quæ colligi possunt ex supradictis, [s] & resumuntur infra, [t] quare multo satius est committere ista omnia conscientiæ beneficiariorú, vt rationem ipsi debitam ineant, & illam reddant Deo, qui indubiè petiturus est eam exactè istorum redituum suæ administrationi commissorum.

6 Ad quod etiam respexit lex Regia Hispaniæ, [v] ibi. *(y sobre las herencias de los clerigos, mandamos que se guarde la costumbre, que enestos ha tenido, y desde agora se den las prouisiones, que fuarem necessarias para que se guarde la dicha costumbre)* respexisse, inquam, videtur, quatenus præcipit seruari clericis consuetudinem, quam circa testamenti factionem obtinent. Nec enim mens eius latoris fuit, vt omnia passim testamenta beneficiariorú cueretur, nec si ea fuisset, iusta foret: sed tantùm voluit quieti Reipub. consulere, & seminaria & fomenta litium, iurgiorum, & scandalorum prudentissimo consilio subnouere, ac ipsorum testamentorum conditores, suæ ipsorum conscientiæ relinquere, vt eorum Deo reddant rationem, exactè eam repositurò. Qua ratione audio etiam fœl. reco. Pium III. vt infra, [x] tágemus, & latius declarauimus super ipsiusmet extrauaganti, [y] quem cum præfata apologia tamquàm rem ad eam pertinentem compositimus, statuisse, ne testamenta clericorum in Vrbe decedentium, in ius vocarentur, sicut ante eum vocari solebant. Sit itaque hæc conclusio, quòd consuetudo non concesserit, neque etiam possit concedere beneficiariis testádi facultatem de reditibus ecclesiasticis

in pro

a In tiul. de elect.
b In titul. ne sede vacan.
c De verb. signif.
d Cap fin. de consuet. l. 2. C. qua sit long. consuetu.
e De cleric. non residen. lib. 6.
f Leg. si quis vi. §. differe tia. ff. de acquir. possef. l. 1. ff. ad l. Falcid. l. 1. C. de sacrof. eccles.
g Arg. cap. qui negligit. & cap. resecande. 24. q. 1. cæ qui consensit. 82. dist.
h Quæst. 1. monit. 11.
i & allegato c. cum tibi. de verb. sig.
k In eod. cap.
l Remissa ad monitum 33. 9. prima.
m Cap. fin. de consuet.
n 8. dist.
o In cap. 1. de treug. & pac.
p Quæst. 1. monit. 52.
q Mon. 52. & 54.
r Quæst. 1. monit. 40.
s Psa. 23. & c. quo iure 8. d.

a 12. q. 2.
b De prob.
c Cap. omnis. dist. 3.
d In ca. 1. de treug. & pac.
e Vers. nona lex.
f Clem. ne Romani. de elect. ca. cum inferior. de maior. & obedient.
g Ca. non est, de voto. & c. quãto. de iureiuran.
h De consti.
i In hac cad. 9. 3. monit. 2. & latius. q. 1. monit. 20. & sequ. & monit. 42.
k In repet. c. cum esset. nu. 20. de testa.
l Quodlib. 4. articul. 15. & quodlib. 9. art. 15.
m In 3. dist. 24. q. 12. & melius in 3. distinct. 37. q. 13.
n In c. omnis. 2. dist. & in cap. meretrices. 32. q. 4.
o In Mercurial. c. pecte. de regul. iur. lib. 6.
p Cap. denique 4. dist.
q Dict. cap. meretrices.
r Cap. sunt quidam. 35. quæst. 2.
s Quæst. 1. monit. 51.
t Monit. 51.
v In pelit. 87. in curiis seu comitiis Vallisoleti, anni 1523.
x Monit. 9.
y In comment. c. non licet. 12. quæst. 2.

in profanos vsus licèt in pios sic: quamuis nec in pios Episcopis Hispanis concesserit, & si par sit credere concessisse illam ad pios vsus aliis minoribus clericis sæcularibus, & beneficiariis in Hispania: quoniam in Italia id non esse consuetudine concessum, palam constat ex prædicta extrauagante & aliis quas Paulus III. Iulius III. Paulus IIII. Pius IIII. & Pius V. ediderunt, quarum tenores qua parte huc pertinent, in prædicto capit. *non liceat*, à nobis transcribuntur. In aliquibus etiam partibus Galliæ non consueuerunt clerici sine Episcoporum facultate, vel aliquorum aliquorum obseruatione etiam ad pia testari.

SVMMARIVM.

1 Episcopi, quæ ratione in Hispania non testentur.
2 Beneficiarij minores Episcopis etiam simplices, cur non testantur.
3 Beneficiarius Episcopus testatur de tanto, quantum de suo dedit.

1 QVarto moneo, infertr ex prædictis primum, quòd bona pars rationis, qua quotidie summus Pontifex per suos collectores in Hispania accipit omnia spolia, seu bona Episcoporum, quæ relinquunt tempore mortis de reditibus ecclesiasticis, omnibus reiectis testamentis, est, quia episcopi non possunt de illis iure testari, per prædicta, & per textum in hoc singularem in cap. *quæ Romanes*. [a] Dixi, *bona pars rationis*, quia non est tota, est enim pars eius, quòd per ius antiquum scriptum, id est consuetudinem antiquam, vel per nouas extrauagantes, sunt reseruata ipsi Papæ, vt latius diximus in Commentario præfati cap. *non liceat Papæ*. [b] Hæc eadem ratio est, quare summorum Pontificum testamenta à successoribus suis non recipiuntur, quoad reditus ecclesiasticos, quando saltem eos ad alios, quàm pios vsus relinquunt. Quin omnia prædicta eorum bona deferuntur ad Camerarium: cuius officium morte summi Pontificis nõ finitur, iuxta clem. *ne Romani*, [c] vbi bona glossa in propositú nostrum, vt prædictum est supra. [d] Dixi, *saltem quoad alios vsus, quàm pios:* quoniam alia ratione opus est ad ea infringenda, cum eos in pios relinquerent, quæ posita est supra. [e] Infertur item, quòd nullus omnino beneficiarius testari potest de his rebus, quas non liceret ei donare inter viuos diuitibus propinquis, & amicis, sine respectu pietatis, aut paupertatis: nam ex supradictis liquer, quoad illas omnes, prohibitam esse beneficiariis testamenti factionem, & minorem potestatem eos habere testandi, quàm donandi, iuxta cap. *ad hæc*, adiuncto cap. *relatum 2.* [f] & cap. *quia episcopus*, [g] vbi glossa memoranda.

2 Infertur item, verum esse id, quod Panormitanus, [h] latè ac efficaciter probat cum communi, contra glossam, [i] videlicet, nullum beneficiarium, quamlibet simplicem, posse de reditibus eius testari. Primum, quia iura pontificia id prohibentia, generaliter de omnibus beneficiariis loquuntur, & ita generaliter sunt intelligenda. [k] Deinde, quia expressim quædam illorum iurium prohibent simplicibus beneficiariis testamenta facere, videlicet cap. *relatum 2.* [l] & capit. *episcopi*, [m] quæ id prohibent canonicis, quos esse beneficiarios simplices in confesso est. Tertio, quia eadem ratio dictat adimendam esse vtrisque beneficiariis simplicibus & curatis testamenti factionem cum vtrorumque beneficiorum simplicium & curatorum reditus sint ecclesiastici, & bona ecclesiastica: habeántque subinde onus adiunctú tacitè vel expressè erogandi illorum superflua pauperibus, vt superius abunde dictú est. [n] Vbi etiá [o] docuimus reditus simplicium beneficiorú nequaquam liberius erogari posse, quàm reditus aliorum.

3 Infertur etiam ex prædictis ratio Concilij Agathensis, [p] permittentis episcopo, vt quantum de bonis suis patrimonialibus Ecclesiæ contulerit, tantumdem possit decedens propinquis, aut quibus maluerit relinquere: quia, scilicet, tunc æquipollenter seu virtualiter de reditibus suis patrimonialibus effectu inspecto testatur: & de æquipollentibus idem est iudicium. [q] Infertur etiam, quòd beneficiarius, qui de rebus suis patrimonialibus, aut quasi patrimonialibus, quidpiam pauperibus donauerit, posset tantumdem ex testamento cui voluerit relinquere ex reditibus ecclesiasticis, per præfatum cap. *si quis episcopus*, [r] & tradit Francus, sicuti etiam beneficiarius aliquid donans

Ecclesiæ inter viuos ex bonis patrimonialibus, potest deinde tantumdem sibi ex bonis Ecclesiæ assumere, iuxta cap. *si quis qualibet*, [a] vt supra dictum est, [b] & tradit Francus, [c] quod temperandum est iuxta Panormitani doctrinam. [d] Quo multi excusari possunt, & imputare reditibus ecclesiasticis omnia, quæ in eleemosynam expendunt ex bonis suis patrimonialibus, vel quasi patrimonialibus, vt tantundem cui velint sana cõscientia relinquere possint.

SVMMARIVM.

1 Beneficiarij diuinitus vetantur testari ad profana, humanitus ad pia.
2 Testandi clerico consuetudo quæ iusta, & quæ non.

1 QVinto moneo, inferri etiam ex prædictis, quòd licèt beneficiarij, dum bene valent, imo & cum ægrotant, possint & debeant inter viuos omnes suos reditus superfluos, & quæsita ex eis pauperibus & piis operibus donare: iuxta hoc cap. & c. *casellas*, & cap. *episcopi*, [e] vt iam superius dictum est, [f] per testamentum tamen & vltimam voluntatem nequaquam possunt, neque ægroti neque sani. Infertur etiam, quòd alia lege ac ratione prohibentur beneficiarij testari de reliquis suorum redituum in profanos vsus, & alia lege, ac etiam ratione in vsus pios: nam testamenti factio in vsus profanos interdicitur lege naturali diuina comprehensa in septimo Decalogi præcepto: & etiam in ratione, quæ dictat repugnare legi naturali vti re aliena in alium vsum ab eo, in quem accepta sit: & quod est debitum vni, alteri soluere. Id quod latè monstratum est supra, [g] quorum vtrumque facit beneficiarius, dum reliqua istorum redituum debita pauperibus, vult ex testamento in profanos vsus relinquere, per latè in prædictis monitis adducta. Testari verò in pios vsus haud quaquam hac lege & ratione beneficiariis prohibetur: cum testando in pios vsus, in eum vsum, in quem acceperunt, his reliquis vtantur, & soluant eisdem, quibus debentur: prohibentur autem testari lege canonica intendente, vt beneficiarij reliqua ista inter viuos, in pia opera impendant, & vt illorum desiderium abiiciant. Quæ fuit ratio scopúsque huius prohibitionis, supra, [h] declaratus.

2 Infertur etiá ex his, decisio illius perobscuræ quæstionis, à multis quidem propositæ, à nemine tamen hactenus radicitus explicatæ, an scilicet, consuetudine induci possit, vt beneficiarij testari valeant de reditibus beneficiorum, abrogando ius commune contrarium? Et respondemus, nullam omnino consuetudinem inducere posse istam testandi factionem, contra iuris communis prohibitionem, in quantum ea in septimo continetur præcepto, ac legi concordat naturali in eo comprehensæ. Quandoquidem consuetudo contra legem naturalem, & diuinam nulla est, [i] & consequenter nequit præstare facultatem testandi in profanos vsus, cum aduersetur hoc, vt [k] diximus, septimo præcepto, & legi naturali in eo comprehensæ. Potest autem consuetudo introducere, vt in pios vsus beneficiarij testentur, cum hoc lege humana tantum prohibeatur, & non naturali, cui derogare potest consuetudo, [l] vt proximè explicuimus: qua radicali, vt ita dicam, declaratione, conciliari potest opinio improbantium istam consuetudinem permittentem testamenta condere beneficiariis, quam fere omnes amplectuntur, ex quibus multos retulit de more Didacus, [m] cum opinione contratia paucorum, quos idem retulit, [n] cui tamen non accedit Hostiensis, [o] solum enim ait id esse verum secúdum quosdam: neque D. Antoninus, [p] solum enim ait, id fieri, non tamen dicit bene fieri, quamuis quidam putant eos esse in illa paucorum opinione.

SVMMARIVM.

1 Papa quanto difficilius potest facere facultatem testandi ad profana, quam ad pia.
2 Papa, an, & quomodo testari possit plusquam alij clerici.
3 Testandi facultas de ecclesiasticis intelligitur ad vsus pios, etiamsi, &c.
4 Priuilegium operetur aliquid: sed eo dato restringendum.

Sexto, moneo, inferri etiam ex prædictis, quòd conclusio Panormitani, [q] asserentis, summú Pontificem

a 12. q. 2.
b Quæst. 1. mon. 27.
c Vbi supra.
d In cap. 1. de rerum permut. & in repet. c. cũ esset. de testa. nu. 32. pulcherrime.
e 10. q. 2.
f In q. 1. mon. 34. & seq.
g In ead. qu. mon. 3. q. 1. monit. 20. & 42.
h In hac qu. mon. 1.
i Ca. quæ cõtra mores. & cap. malæ cõsuetudo. 8. d.
k Proxime, & in 3. mon.
l Cap. fin. de consuetud. l. 2. C. quæsit longa consue.
m In dict. ea. cum in officiis de testa. nu. 9.
n Ibidem.
o In c. fin. de pecul. cleric.
p 3. part. tit. 10. §. 14.
q In ca. cum esses. de testa. num. 30.

f Detestam. 12. q. 5.
g In cap. cum esset. de testa. num. 23.
i In c. præsti. de offi. ord. lib. 6.
k Leg. pretio. ff. de public. c. folita. de manumit. & obed.
l De testam. m Et cap. fin. 12. q. 1.
n In q. 1.
o Monit. 42.
p Cap. si episcopus. 12. q. 2.
q Leg. fin. ff. de mandat. c. licet ex quadam. de testa. 112. q. 5.
s In rub. de testa. col. 32.

non posse concedere facultatem testandi de reditibus ecclesiasticis absque iusta causa, restringenda est quoad facultatem testandi in profanos vsus: quia hæc est contra legem naturæ: & ideo tanta causa in hoc requiritur, quanta in dispensatione & relaxatione legum naturalium. Non autem est extendenda, quoad facultatem testandi in vsus pios: quia hæc legi tantùm humanæ aduersatur, & ideo hæc sanctè dari potest ex causa longè minori: & si fiat sine vlla causa, in vtroque foro valebit, licèt quoad forum conscientiæ peccaretur, saltem venialiter: quia contra legem suam potest summus Pontifex sine iusta causa dispensare, ad effectum, vt valeat dispensatio: imo & ad effectum non peccandi mortaliter: imo & ad effectum non peccãdi venialiter, si aliqualis causa iusta putata subesset, vt satis colligitur ex vtroque Thoma. [a] Et si quis diligentius expendat argumenta Panormitani, intelliget per illa nil aliud probari: quæ sanè noua, aperta, & optimè fulcita declaratio est.

a 1. 2. q. 96. art. 5. & 2. 2. q. 187 art. 3.

2 Infertur etiam ex prædictis multò certior & clarior decisio illius quæstionis, an summus Pontifex testari possit, quàm illa nonnihil confusa Franchi, [b] dicentis, posse Papam, sicut & reliquos simplices clericos, secundũ glossam singularem. [c] Est enim clarior & profundior responsio, nõ posse testari eũ de reditibus ecclesiasticis ad vsus profanos; quoniam hoc est prohibitum per legem naturalem inclusam in septimo præcepto Decalogi: posse tamen testari ad vsus pios: quia hoc est prohibitum per solam legem humanam, cui Papa subiectus non est, saltem quoad coactionem, vt habetur in cap. *proposuit*, [d] & scribit vterque Thomas. [e] Non obstat id quod audio, scilicet: Pontificum summorum successores, prædecessorum testamenta minimè admittere solere, etiam si sint ad vsus pios facta: quia responderi potest, per ea, quæ respondimus, [f] scilicet, quòd possunt efficere, non quidem, vt præcessorum suorum testamenta in pia opera facta non valeant, sed ne in illa impendantur, in quæ reliquerunt: sed in alia quæ eis videbuntur conuenientiora: non autem possunt iustè efficere, vt illa in vsus insumantur profanos: quia id lege naturali vetitum est, per supradicta. [g]

b In rub. de testa. col. 32. & 33.
c In l. cũ hæredes. C. qui testam. facer. poss.
d De concess. præb. & cap. cunctos. per mundum. 9 q. 3.
e 1. 2. q. 96. art. 5.
f Ead. quæst. monit. 3.
g In ead. q. mon. 3. & q. 1. mon. 4. 2.

3 Infertur etiam ex prædictis, facultatem testandi à summo Pontifice, Prælatis, & aliis beneficiariis ecclesiasticis concessam, intelligendam esse in dubio concessam, ad vsus pios, & non ad profanos, vt decidit Barbat. [h] per ea quæ ipse allegat, quæ paulo plus nos superius digessimus: & quia licèt omne priuilegium debet ita intelligi, vt aliquid operetur contra ius commune, [i] dato tamen aliquo quod operetur, in reliquis debet restringi, iuxta cap. *porrò*, [k] & c. 1. de rescript. vbi pulcherrime Decius. [l] Vnde, cum prædicta facultas sit priuilegium, & operari possit effectum testandi ad vsus pios contra ius commune, non debet alium maiorem effectum operari, scilicet testandi ad vsus profanos. Idem quoque asseruimus de priuilegio testandi ad quoslibet vsus concesso non exprimendo profanos eadem ratione; & quia faciens facultatem generalem, quæ ex proprietate verborũ potest cõprehendere ea quæ sunt delicta, & non sunt delicta, non debet præsumi velle delinquere, vel mãdare delictũ. [m] Dicere autẽ facultatem illam generalem extendendam esse ad vsus profanos, nil aliud est, quàm in dubio profiteri Papã peccare, causãmque peccandi præstare: quia vt mox dicetur, peccat concedendo id absque iusta causa. Facit à simili, quòd Papa derogando iuri patronatus, non videtur derogare iuri patronatus laicorum, etiam si dicat se derogare iuri quorumcumque patronorum, vt probat Felinus. [n] Infertur etiam ex prædictis, peccare illum, qui priuilegio aliquo munitus, è reditibus ecclesiasticis ad vsus profanos testatur: quamquam id sit apostolicum, & in eo exprimatur, vt possit testari ad vsus profanos, si absque iusta causa ei cõcessum fuerit: quia illa est dispensatio contra legem naturalem diuinam, contra quã priuilegium concessum sine iusta causa nemini prodesse potest, saltem quo ad forum interius vt habet glossa adiuncto textu. [o] Et hanc existimo esse causam, quare ego nullam hucusque viderim facultatem particularem, in qua summus Pontifex expresse concedat alicui, vt de bonis ecclesiasticis in diuites & vsus profanos, sine paupertatis aut pietatis intuitu, testari possit, quamquam vidi aliquas facultates, quibus testandi simpliciter & quomodocumque voluerit, potestatem concedit. Verum ad vsus profanos huiusmodi dispensationes extendendæ non sunt, per superius dicta. Dixi, *particularem facultatem*: quia postea quam scripsi hunc libellum, & in Vrbem veni, vidi extrauagãtem Pij I V. datam Nonis Febr. anno 1560. cuius tenorem trãscribo in Commen. cap. *non liceat Papæ*. [a] qua clericis apud Sedem Apostolicam residentibus, fit facultas testandi de bonis suis, etiam ex reditibus ecclesiasticis quæsitis in cognatos & extraneos, diuites & pauperes. Quæ tamen facultas, vt super eamdem extrauagãtem annoto, intelligenda est quoad forum exterius tantum, quia facta fuit, vt audio, ad tollendas grauissimas illas molestias, quæ fiebant per ministros à Camera deputatos, omnibus clericis ægrotis; annotando, etiam antequam morerentur, bona, quæ habebant vndecumque quæsita; ne morientibus illis, cognati, hæredes, & famuli absconderent, vel amouerent à domibus eorum ea spolia, quæ post mortem eorum, Cameræ Apostolicæ debebantur, vt paulo latius dicam super dicta extrauagante.

a 12. q. 2. q.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum priuilegiatum sine mentione priuilegij valet.*
2 *Interpretatio in dubio ita facienda, vt actus valeat.*
2 *Princeps præsumitur vti plenitudine, cùm aliàs actus non valeret.*
3 *Iudicis sententia iustificatur ex alia causa sufficiente.*
3 *Iudex fungens duplici potestate, præsumitur vti efficaciore.*
4 *Donatio à Rege filio facta vt valet.*

1 SEptimo moneo, id in quo inter præfatum N. & me conuenit; valere testamentum eius, qui habet priuilegium testandi, etiam si testetur non exprimendo se virtute illius testari. Primo quidem per l. 3. [b] quatenus habet, militis testamentum valere, priuilegio militari, etiã si iure communi voluit testari, & non adhibuit omnia in id requisita.

b ff. de milit. testamen.
c ff. de verb. obligat. & l. quoties in actionibus. ff. de reb. dub.
d De verb. significe.
e In verb. rus lere.

2 Deinde, quòd in dubio interpretatio debet fieri, vt actus valeat, iuxta l. *quoties*, [c] de rebus dub. & habetur in c. *Abbate*, [d] cum similibus ibi allegatis in glossa. [e] Tertio, quòd licèt Princeps non præsumatur in dubio vti plenitudine potestatis, [f] vt notat Innocentius, tamen, si aliter actus non valeret, præsupponitur ea vti, ad hoc vt actus valeat, vt notat Paulus de Castro, [g] & Alexander. [h]

f In cap. innotuit. de elect.
g In l. ex imperfecto. C. de testam.
h In l. quamquam. C. de testament. milit.

3 Quarto, quòd sententia fundata in aliqua lege parum faciente, sustentatur per aliam melius facientem, secundum Panormitanum, [i] quem sequitur ibi Felinus, [k] qui superius, [l] probauerat, iudicem qui duplicem potestatem habet, in dubio procedere virtute efficatioris.

i In cap. cum ex officij. de præscript.
k Col. 13. ver. quarta conclusio.
l In 6. conclus.

4 Non obstat quòd Baldus dixerit, [m] donationem factam à Rege proprio filio, non valere, nisi expresse dicat, se potestate Regia id facere: nam licèt eum sequatur Felinus, [n] & Hyppolitus alios referens, [o] non est verum. Tum, quia licèt iure communi donatio inter patrem & filium in potestate constituti non valeat, [p] tamen id fallit in donatione, quæ fit à Rege filio, vt ipsemet Baldus dicit vbi supra: & alij plures, quos allegat Tiraquellus, [q] argumento l. penult. [r] & quod quæritur ex tali donatione fit, quasi Castrense peculium, iuxta l. *cum multa*, [s] & vt supra dictum est, quando Princeps facit aliquem actum, quem non potest facere nisi vtatur plenitudine potestatis, etiam in dubio videtur illa vti.

m In cap. 1. §. item sacramentum. de pace iuramẽt. firm. col. penulti. num. 19.
n In ca. quamuis. de consuet. 1. col. 2. de accusat.
o In sing. 196
p Leg. donationes quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxorem. & l. frater à fratre. ff. de condit. indebit.
q In tract. de nobilit. cap. 37. num. 45.
r Cod. de do. inter virum & vxorem.
s C. de bonis quæ liber.

SVMMARIVM.

1 *Testandi facultas, non moritur morte illam concedentis.*
1 *Licentia eligendi confessarium non expirat morte concedentis.*
1 *Gratia facta non expirat morte illam facientis.*
2 *Indulgentia morte concedentis eam non moritur.*
3 *Mandatum morte mandantis, re integra moritur.*
3 *Sententia, & præceptum sine cognitione latum moritur morte ferentis.*
4 *Licentia non residendi morte concedentis non moritur.*

1 OCtauo moneo, dixisse me in prima huius libri editione id, in quo etiam inter præfatum N. & me conuenit, scilicet, facultatem siue licentiam testandi non mori morte concedentis: licèt contrarium tenuerint aliqui, de quibus est Marianus Socinus iunior, [a] quod neruosius quàm ipse N. & alij probamus per ea quibus in capit. *placuit*. [b] secuti Paludanum contra quosdam alios, [c] ab hinc circiter 40. annos, potestatem eligendi confessarium à Papa vel Episcopo factam, non expirare morte concedentis probauimus.

a Consil. 86. volum. 1.
b Numer. 35.
c In 4. dist. 7. quæstione 3.

Primo quidem, quòd gratia facta non expirat morte concedentis illam, vt est casus capit. *si cui*. [d] quatenus habet potestatem alicui collatam ad conferendum aliqua beneficia, nulla persona expressa, nõ expirare morte concedentis: quia pòtius est gratia, quàm mandatum.

d De præben. libr. 6.

Deinde, quòd capit. *si super gratia*. [e] habet non solum gratiam durare post mortem eam facientis, sed etiam mandatum eius executorium simul cum ea factum.

e De officio. deleg. lib. 6.

Tertio, quòd glossa memorabilis, [f] habet licentiam fratribus præsentatis concessam, non expirare morte concedentis: pro qua est textus in extrauagante *inter cunctas*. [g]

f In clement. dudum. de sepult. §. statuimus. verb. ad deide. in ver. concesserunt.
g §. duos. de priuileg.

2 Quarto, quòd glossa illa celebrata, [h] & singularis putata à Romano, [i] habet, dispensationem ab Episcopo studij causa factam parocho ad septennium de non residendo, reuocari per eum non posse: & à fortiori de eius mortem non reuocari: cum reuocatio expressa sit potentior tacita, quæ fit per mortem. [k]

h Cap. cũ ex eo. de elect. li. 6. verb. septẽnium.
i Sing. 517.
k Leg. 4. ff. de lucr.

Quinto, facultas ordines accipiendi à quocumque malueris Episcopo, non expirat concedentis morte, secundum Cardinalem receptum, [l] & quòd licentia concessa cuipiam celebrandi in domo sua, non expirat morte concedentis, vt statuit Rota, [m] & Cameratius. [n]

l In clemẽ. fi. de elect. qu. 5.
m In antiqu. decis. 186.
n De rescript.

Sexto, quòd gratia à Papa facta, simul ac ipsius manu signatur, perfecta est, & non expirat morte ipsius per citata à Felino. [o]

o In rubr. de cõstit. col. 4.

Septimo, quòd Innocentius receptus ait. [p] Indulgentias à legatis concessas, finita eorum legatione durare.

p In ca. quod translationẽ. de offi. deleg.

3 Non obstat, quòd mãdatum re integra morte mandantis moritur, iuxta cap. *gratum*. & cap. *relatum*. cum eis annotatis, [q] quia aliud est in mandato de faciendo aliquid, de quo illa iura loquuntur: aliud de gratia, licentia, vel facultate cuipiam facta, de qua nos agimus.

q De offic. deleg. lex mandatum. C. eo.

Non obstat, quòd sententia, qua excommunicantur omnes furtum committentes, expirat morte illam proferentis vt habet glossa recepta, [r] quia aliud est de sententia pœnali, & conditionaliter sine causæ cognitione lata: aliud de concessione fauorabili, & gratia, vt expresse annotat Panormitanus, [s] hoc ipso modo diluitur & l. fin. [t] quæ habet, inhibitionem artis exercendæ alicui factam, morte vel dispositione inhibentis expirare. Loquitur enim de iudicis præcepto inhibitorio sine causæ cognitione lato, quod inhibentis officio finito, ipsum quoque finitur.

r In capit. à nobis. 1. de sẽten. excõmu.
s In c. penult. de cleric. non resid.
t ff. de pœn.

4 Non obstat etiam glossa penultima, [u] quatenus videtur habere, quòd licentia cuipiam de non residendo concessa, morte concedentis expirat; quia primò illa ipsa in fine videtur in contrarium inclinare, dum ait, eiusmodi licentiam de non residendo ab Episcopo concessam, posse per successorem reuocari; & ita innuit, eam morte concedentis non esse reuocatam. Et quia illa glossa quatenus contrarium sentire potest, reprobatur per Ioannem Andream Cardinalem Panormitanũ, & communem ibidem.

u De der. non residen.

SVMMARIVM.

1 *Testandi facultas non finitur per primum testandi actum.*
2 *Dispositio secundum materiam subiectam intelligenda.*
3 *Verba de primo actu tantùm esse intelligenda, quinque modis limitatur.*
4 *Testamento nil iuris quæritur ante mortem.*

1 NOno moneo, tenuisse me etiam in dicta prima editione, facultatem testandi à Papa concessam, non consumi per primum testandi actum, contra sententiam Philippi Decij, [x] quem sequuntur aliquot recentiores, & in his Tiraquellus, [y] qui dicunt, testamentum primum valiturum, & non secundum & contra quamdam postillam præfati concilij, quæ habet, neutrũ valere, non quidem ptius, quia testator non perseuerat in eo: neque posterius, quia testandi facultas intelligenda erat de primo testamento, quas opiniones refellimus. Primo quidem, quia videntur magis fundatæ in rigore verborum, quàm in intentione gratiam & facultatem concedentis, contra ca. *intelligentia*. [a]

x In cõsi. 512. y In le. boues. §. hoc sermone ff. de ver. signific. coliũ. fin. num. 78.
a De verb. signific.

2 Secundo quia dispositio debet intelligi secundum naturam materiæ super qua fit, argumento l. *in contractibus*. [b] sed natura testandi est deambulatoria atque mutabilis vsque ad mortem. [c] Tertio, quia in confesso est, eum qui huiusmodi facultatem habet, posse primum testamentum reuocare, alioquin non esset tam testamentum, quàm contractus, [d] & sequeretur, quòd posset quis legem ponere in testando, à qua non posset ipse recedere contra l. *si quis in principio*. [e] vbi communiter concluditur, id non posse fieri etiam per iuramentum. Quarto, quòd qui facit testamentum, in quo non perseuerat vsque ad mortem, intestatus videtur decessisse, argum. l. 2. §. *testamentum*. [f] ibi, *testamentum autem proprie illud dicitur, quod iure perfectum est, & quòd continet supremam voluntatem*. instit. de haered. quæ ab intestat. defer. [g] ibi, *sed & qui testamentum fecit, si eius hereditas non est adita, vel ruptum vel irritum est testamentum, intestatus non impropriè dicitur decessisse*. facit l. *intestatus*. [h] Neque obstat regula illa. l. *boues*. [i] quæ Decium & alios mouit, videlicet, verba promittentis aut concedentis, non comprehendere nisi primum actum: quia multis modis, eisdemque firmissimis, in dicta prima editione respondimus, & summatim nunc repetimus. Respondi quidem, primo, regulam illam intelligendam esse, quando dispositio est nimis onerosa, aut odiosa, vt diximus in capit. *placuit*. [k] qualis non est facultas testandi de reditibus ecclesiasticis ad vsus pios: quandoquidem concessum est, vt ecclesiasticis bonis ad debitum modum vtamur. Secundo, quòd illa regula non habet locum nisi quando primus actus est validus, & aliquando produxit effectum. argumento glossa memorabilis, [l] quæ non tantum agit de contractu inualido, sed etiam de valido, elidibili tamen, vt ait Tiraquellus, [m] probans, oportere actum primum esse validum & vtilem, ac talem, qui sit sortitus effectum aliquem: sed testamentum, quousque testator vita decedat, nullum producit effectum, & simulac reuocatur, nihil valet. Tertio quòd illa regula non habet locum, quando per primum actum, intentioni concedentis vel promittentis minimè satisfit, vt pulchrè annotauit Felinus. [n] Fallit quintò & paulò amplius dilatauit Tiraquellus. [o] Sed constat eũ, qui primũ testamentum facit, quod postmodũ reuocat, non satisfecisse intentioni gratiã testandi cõcedentis, nisi aliud faciat: quia illa fuit, vt cum testamento decederet. Quarto, quòd dicta regula non habet etiam locum, quando causa & ratio quibus est concessa facultas, durat post primum actum, secundum Ludouicum Romanum, [p] Felinum, [q] & Tiraquellum, [r] quæ in nostro casu durant: quandoquidem causa & ratio concessæ gratiæ, fuit, vt ille cui facta est, decederet contentus, eo quòd eius vltima voluntas impleatur. [s]

b In cap. 2. de treug. & pac. & col. penul. vers.
c In limi. 61.
d Cons. 504.
e Vbi supra, fallen. 4.
f Limit. 10.
g In princip. ff. de verb. signific.
h ff. de celeb. miss. & cap. vltima volũtas. 13. q. 2.
i Leg. 1. C. de sacros. Eccles.
k In leg. duris promissio. ff. de iure dot.
l In ca. ex tenore. de rescript.
m Vbi supra limit. 1. nu. 5.
n In cap. 2. de treug. & pac. & col. penul. vers.
o In limi. 61.
p Cons. 504.
q Vbi supra, fallen. 4.
r Limit. 10.
s Leg. 1. C. de sacros. Eccles.
t In leg. duris promissio. ff. de iure dot.
v Limit. 23.
x Ca. cũ Martha. de celeb. miss. & cap. vltima volũtas. 13. q. 2.

4 Quinto, quod illa regula locum non habet, quando contrarium æquitas suadet, vt ait Salicetus, [t] quæ in hoc casu euidens est, attenta concedentis persona, & fine in quem conceditur, & natura actus concessi, & nummis quibus constit. Sexto, quòd dicta regula nõ habet locum, quando per primum actum, nihil iuris alicui quæsitum est: id quod latissimè confirmat Tiraquellus, [v] & patet, quòd per testamentum, quousque testator vita defunctus sit, nullum ius cuiquam quæritur, [x] & ita credo solitum fieri ab eis, qui huiusmodi facultatem habent, concludo igitur illum, qui talem facultatem habet, posse testari, testamentumque reuocare semel, & pluries dum viuit, ita vt vltimum sit efficax.

SVMMARIVM.

1 *Testari qui potest, potest codicillari, & donare causa mortis.*
2 *Dispensatio ad quæ accessoria, & ad quæ minora extenditur.*
2 *Plus continet in se minus, etiam in causa odiosa.*

1 DEcimo moneo, etiam esse verum id, in quo inter præfatum N. & me conuenit contra Decium, [y] videlicet; eum cui testandi facultas est, posse donare causa

y In præfa cons. 512. to

morris, & facere codicillos, quod neruosius quàm ipse defendo. Primo quidem, quia poteſt hæc facere, iuxta l. *Marcellus.* [a] & l. *conſiciuntur.* [b] & cui conceditur quod eſt plus, conceditur vtique quod eſt minus, iuxta cap. *cui plus.* [c] lib. 6. & reg. *in eo quod plus.* [d] cũ allegaris in eis: quod procedit in omni materia etiam odioſa, [e] etiam ipſomet Decio conſitente, in locis mox infra citandis.

2 Secundo, quòd non obſtat id, quo maxime nititur Decius, ſcilicet, quod in diſpenſationibus non valet argumentum à maiori, ſecundum Hoſtienſem receptum communiter, [f] vt late tradit ibi Felinus, [g] quia eius dictum non procedit, quando illud minus eſt acceſſorium, vt ſentit gloſſ. memorabilis, [h] iuxta gloſſam cap. *ſi quis in clero.* [i] & aliã gloſſam ca. *non poteſt.* [k] ſed quia replicari poteſt cõtra hoc, quòd illæ gloſſæ ſunt intelligendæ de acceſſoriis, quę neceſſario conſequuntur diſpenſationem, & non de aliis, ſine quibus diſpenſario poteſt prodeſſe, iuxta gloſſas illas ſolennes: [l] & facultas teſtandi prodeſſe poteſt etiam ſi non comprehendat facultatem faciendi donationem cauſa mortis vel codicillos faciendi. Ideo reſpondeo ſecundo, & melius, illud Hoſtienſis eſſe limitandum, vt procedat ſolum in materia mandatorum, iuxta cap. *cui de non ſacerdotali.* [m] eo quòd eorum fines diligenter ſunt ſeruandi, [n] vel cum non militat eadem vel maior ratio in minori, & non aliàs, vt irrefragabiliter probat ipſemet Decius, contra quem arguimus, [o] per cap. *per venerabilem.* P & alia, concludendo idem eſſe in diſpenſationibus, quod in aliis odioſis, & reſtringendis: quod tenet in l. *non debet.* [q] & antea in ca. *at ſi clerici.* [r] ſed neruoſius, in d.c. *quia in tantum.*

SVMMARIVM.

1 Teſtari multominus poteſt religioſus quàm clericus ſecularis.
1 Monachus, quicquid acquirit, acquirit monaſterio vel beneficio.
2 Religioſus, an teſtari poſſit cum Papæ priuilegio.
2 Papa diſpenſare poteſt cum iuſta cauſa, ſuper voto ſubſtantiali monachi.
3 Diſpenſatio ſuper voto paupertatis, non eſt neceſſaria religioſo quo teſtetur.
4 Religioſi quadruplices quoad teſtandi poteſtatem.
5 Religioſo cui eſt æquum concedere vltimam voluntatem.

1 VNdecimo moneo, inferri etiam ex prædictis; beneficiarium, ſi eſt religioſus profeſſus, multominus teſtari poſſe, quàm clericus ſæcularis: de reditibus enim eccleſiaſticis eadem ratione, qua clericus teſtari non poteſt: de aliis verò bonis, quæ ſecum detulit in monaſterium, vel poſt ingreſſum quæſiuit per hæreditatem, donationem, aut alium quemcumque modum, multominus teſtari poteſt: quia non eſt, neque poteſt eſſe dominus alicuius rei, vt eſt, in cap. *non dicatis.* [s] & nos tradimus latè in rub. *de ſtatu monach.* & ſupra. [t] immo vero, quicquid acquirit, acquirit monaſterio, vel beneficio. [v] At nemo de rebus alienis teſtari poteſt, [x] ad effectum vt dominus teneatur eas dare, & ſane hoc habet locum, quamuis ſit Abbas, vel is factus ſit Epiſcopus aut Archiepiſcopus, [y] hi enim neque ad pia opera teſtari poſſunt vt ſcribit Panormitanus, [z] & Bartholus receptus. [a]

2 Addo autem primum, quòd eſt adeo magna difficultas: an religioſus poſſit cum priuilegio Papæ teſtari, vt nonnulli hoc ſummo Pontifici remittant decidendum, vt Franchus. [b] Alij vero affirmant non poſſe; quoniam videtur eis, quod Papa non poteſt eum abſoluere à voto ſubſtantiali paupertatis, per finem, cap. *cum ad monaſterium.* [c] Alij vero opinantur poſſe propter aliquam magnam cauſam. Hi enim videntur aſſentire communi opinioni Innocentij, Ioannis Andreæ & aliorum, [d] quæ habet, Papam poſſe abſoluere monachum à monachatu ex magna cauſa: in qua opinione eadem perſtat Franchus, [e]

3 Secundo addo, vtroſque plurimum errare, exiſtimantes eſſe neceſſarium euellere à monacho monachatum, & reddere eum ſæcularem, vt ei priuilegium teſtandi præſtari poſſit: quia ſat eſt efficere, vt ſicut poteſt monachatum non relinquẽdo, aliquorum bonorum & eorum redituum liberam habere adminiſtrationem, vt de illis per contractus inter viuos poſſit diſponere, ita etiam habeat liberam facultatem, vt in vltima voluntate de eiſdem bonis diſponat: quam quidem facultatem, tametſi religioſo concedere non poteſt Abbas, neque alius præter Papam: Papa tamen poteſt ei facile eam concedere, licèt eum à voto paupertatis non abſoluat. Hoc enim non eſt monachum alicuius rei dominum facere, ſed ſolùm efficere eum executorem atque diſpenſatorem, qualis etiam iure communi eſſe poteſt religioſus, [a] niſi fuerit ordinis Minorum, [b] quales quotidie fiunt à teſtatoribus, & illo munere ſanctè vtuntur, nec ob id voto paupertatis contraueniunt.

4 Tertio addo, quòd quantum ad hanc rem attinet, quadruplices ſunt religioſi: quidam enim ſunt beneficiarij. Alij ſunt ſimplices religioſi, qui in Conuentibus perfectæ communitatis reſident, & nullam rem ſæcularem habent peculiarem ſeparatam. Alij ſunt, qui beneficia quidem non habent, ſed neque in perfecta communitate viuunt: imo habent cum ſuperiorum licentia certam quantitatem panis, vini, pecuniæ, ac aliarum rerum victui ſuo neceſſariarum: ita vt ſi quid eis deſit, id aliunde quærant, ſi quid verò ſupereſt, ſibi & ſuis neceſſitatibus obſeruent. Alii denique ſunt cum licentia ſummi Pontificis, aliaúe ſufficienti extra monaſteria degentes: & hi quidem eis bonis aluntur, quæ induſtria ſua, labore, aut eleemoſynis quæritant, quorum nil reddunt ſuis monaſteriis, neque ab eis quicquam recipiunt.

Quarto addo, ſummum Pontificem huiuſmodi priuilegium primis, hoc eſt, beneficiariis religioſis quotidie concedere ſolitum: quoniam nihil incommodi monaſterio neque beneficio infertur, eo quòd ipſe, ea, quæ in vita donare poteſt, in morte relinquat: immo ex hoc ſæpe monaſterio commodum euenit: quoniã aliquot non donant in vita, & parcius viuendo quærunt, quæ iuxta ſuum priuilegium in morte relinquant: quod minime feciſſent, ſi id priuilegij à Papa non habuiſſent. Poſtea verò decedunt inteſtati, & ſuccedit eis monaſterium, vel ſuum beneficium. Quinimo aliquibus militaribus ordinibus facta eſt iam facultas generalis, vt Commendatarij eorum, & fructibus & reditibus eccleſiaſticis Commendarum licitè teſtari poſſint, dummodo certam quamdam ſummam ſuo magno Magiſtro, vel Commendatario maiori ſoluant.

Quinto addo, quòd ſecundis, hoc eſt, ſimplicibus religioſis, qui in perfecta communitate degunt, facultatem hanc teſtandi Papa minimè dare conſueuit: non quia concedendo hãc facultatem, videatur eos bonorum proprietarios facere: ſed quia non habent, neque habuerunt vmquam in vita rem aliquam, vel in proprietate, vel in adminiſtratione: & non decet, vt quis diſponat in morte de his bonis, in quibus in vita neque adminiſtrationem vllam habuit.

5 Quamuis ſi aliquis religioſus cùm ingreſſus eſt monaſterium, vel poſt ingreſſum, aliquam hæreditatem, vel donationes magnam bonorum copiam monaſterio quæreret, aut ſi magna ſua induſtria, & labore multa bona lucrifaceret, honeſtum videretur, vt ſuperior eius, aut certe Papa, facultatem ei faceret donãdi in vita, vel relinquendi in morte aliqua nõnullis cognatis, amicis, aut aliis, non quidem diuitibus, ſed pauperibus, vel aliqua Miſſarum ſacrificia, aut alia opera pia in eius memoriam inſtituendi. Quod frequenter ſolet fieri in eorum remunerationem, & ad exhortandum alios, vt idem faciant, inſpicientes ita ſuas pias intentiones iuuari. Tertiæ ſpeciei religioſis conſueuit Papa huiuſmodi facultatem concedere: quia hoc nihil aliud eſt, quàm adminiſtrationem bonorum prorogare, vt quemadmodum habẽt eam in vita de ſuperiorum licentia expreſſa vel tacita, ita quoque habeant tempore mortis. Quartis, eadem quoque ratione qua tertiis, & maiori, teſtandi facultatem concedere ſolet: quia licèt bona, quæ vtrique habent, monaſterij ſint, quoad proprietatem & poſſeſsionem, [c] tamen, ea quæ tertij habent, quærunt è bonis eiuſdem monaſterij, cui ſubſunt, parcius viuendo, quarti ex aliis bonis, atque aliis modis. Quamquam ſcio fœ. rec. Pium V. id cuidam monachæ huius quartæ ſpeciei, etiam à multis rogatum & flagitatum, noluiſſe concedere.

SVMMARIVM.

1 Commendatores ordinum militarium non poſſe teſtari, niſi ad

a *ff. de donat. cauſ. mort.*
b *ff. de iure codicill.*
c *De reg. iu. lib. 6.*
d *ff. eodem.*
e *Leg. nec in ea ff. ad l. Iul. de adult. leg. de ſuis. ff. ad liber. & poſthum.*
f *In cap. poſtulaſti. de reſcript.*
g *Colum. 12. verb. circa tertium.*
h *Ca. quia in tantũ. de præb.*
i *17. quæſt. 1.*
k *De præben. libr. 6.*
l *Clem. 2. de ætate & qualitate. ver. in eadẽ. & cap. ſtatutum. de reſcript. lib. 6. verb. canonicis.*
m *De præb. lib. 6.*
n *Leg. diligẽter. ff. mandat.*
o *In d.c. quia in tantum. à num. 5.*
p *Qui filij ſũt legu.*
q *ff. de regul. iuris.*
r *§. de adulteriis. de iudi. num. 7.*
s *12. q. 1. & c. cũ ad monaſterium. de ſtat. monach. auth. ingreſſi. C. de ſacroſã. eccle.*
t *Quæſt. 1. mento 7. & octo ſequen. & 35.*
v *Ca. multos. c. cũ olim. 2. de priuil. & ca. in præſentia. de probat.*
x *Cap. filius, de teſtam. & leg. cũ alienã. C. de legat.*
y *Ca. 1. 18. q. 1. & c. cũ olim 2. de priuil.*
z *In rubr. de de teſtam, ſub finem.*
a *In leg. 1. C. de ſacroſan. eccle. verb. lib. quæſt. 10.*
b *In rubr. de teſtam. col. penult.*
c *De ſtatu monach.*
d *In d. cap. cũ ad monaſterium.*
e *In dict. rub. col. penult.*

a *Cap. 2. de teſtam. lib. 6.*
b *Clem. exiui. §. proinde. & §. verum. de verb. ſign.*

hoc; & hoc modo. Clauſulæ bullæ Pij V. per quam adimuntur militaribus ordinibus, & quibuſdam aliis facultates teſtandi. num. eo.

1 DVodecimo moneo, ex præcedenti monito, & aliis ſupra poſitis, [a] inferri, eſſe difficile defenſu; Commendatarios ordinũ militariũ teſtari poſſe, quoquo modo voluerint, veluti aliqui teſtantur, videlicet, relinquendo bona ſua diuitibus in vſus profanos. Primo, quia ſunt religioſi, vt oſtendimus alibi. [b] Deinde, quia ſi ipſe ſummus Pontifex de ſuis reditibus eccleſiaſticis pro libito teſtari non poteſt, vt ſuperius, [c] dximus, ſine aliquo reſpectu paupertatis aut pietatis; multo minus poterunt Commendatarij, qui eius innituntur priuilegiis, argumento cap. *cum in cunctis.* [d] Quocirca, dico primo, neque cum priuilegio, neque ſine eo, poſſe eos teſtari de reditibus ſuarum Commendarum, ſine intuitu paupertatis aut pietatis, per dicta ſupra. [e]

Secundo, neque etiam poſſe teſtari eos ſine priuilegio è bonis, quæ habuerunt ante profeſsionem, neque de his, quæ poſt profeſsionem quæſierunt; neque de reditibus eorum, quia ſunt religioſi: & religioſi non teſtantur, iuxta cap. 2. [f] & dictam authent. *ingreſſi*, & quia nihil habent proprium. Omnia enim quæcunque habent, ſunt commendarum, & ordinum eorum: quoniam omnia ea, quæ habent religioſi ante profeſsionem, fiunt proprtia monaſterij, & ordinis, quem profitentur, iuxta authen. *ingreſſi.* [g] & cap. *in præſentia.* [h] Et quemadmodum quicquid ſeruus acquirit, domino acquirit. [i] ita quicquid religioſus quærit poſt profeſsionem, acquirit monaſterio, vel beneficio vt habetur, cap. *cum olim.* [k] vbi hoc Innocentius ab omnibus receptus ait: & conſequenter non poteſt pluſquàm ſeruus teſtari. [l]

Tertio dico, eos de ſupradictis bonis teſtari poſſe cum priuilegio, dummodo relinquant pauperibus, ſaltem non habentibus ſufficientia ad decenter viuendum, & operibus piis & non profanis vſibus: ſunt enim illa omnia bona eccleſiaſtica, & è patrimonio IESV CHRISTI, & ſuo proprio nomine nihil aut dominij, aut poſſeſsionis in eis habent, vt habẽt prædicta iura. [m] 2. cum eis annotatis, [n] & latiùs diximus ſupra. [o]

Quarto aduerto fœl. record. * Pium V. Anno D. 1568. quinto Idus Septembris in Bulla reuocationis quorundam priuilegiorum, militibus teſtandi facultatem in hæc verba abſtuliſſe. *Præterea, omnes & quaſcumque licentias & facultates teſtandi, & alias quomodocumque diſponendi, etiam ad certam & quantumuis modicam ſummam & quantitatem, de rebus, fructibus, & bonis immobilibus, mobilibus, & ſe mouentibus, ad Magiſtros, Priores, Præceptores, Milites, Fratres, & perſonas militiarum, & hoſpitalium prædictorum ratione illorum, neonon præceptoriarum, hoſpitalium, & beneficiorum eccleſiaſticorum, etiam ſecularium, & aliorum ordinum regularium, ac penſionum, & fructuum quorumcumque prouenientes: nec non facta hucuſque, non tamen effectum ſortita vigore licentiarum & facultatum prædictarum, teſtamenta, & alias diſpoſitiones huiuſmodi, etiam ſi per eaſdem licentias, & facultates diſponatur, quòd dimidia, vel alia pars rerum & bonorum prædictorum militibus, hoſpitalibus, domibus, & locis vnde illa prouenerint, aut aliis piis locis relinquantur. Decernentes omnes & ſingulas reſeruationes, aſſignationes, translationes, vniones, annexiones, incorporationes, ſuppreſſiones, applicationes, appropriationes, teſtamenta, donationes, & alias diſpoſitiones quaſcumque, quas prætextu priuilegiorum, facultatum, diſpenſationum & indultorum prædictorum ſic reuocatorum, ac contra præſentium tenorem per quoſcumque etiam dicta Apoſtolica auctoritate fieri, vel factas perſequi contigerit, tamquàm ſurrepitias & extortas, nullius prorſus roboris, vel momenti eſſe, nec per eas ius, aut titulum, etiam coloratum, cuiquàm acquiri, nec quemquàm quocumque tempore, quauis cauſa reſtitutionem in integrum, reductionem ad terminum iuris, aut quoduis aliud gratiæ, vel iuſtitiæ remedium impetrare, aut etiam ab alio vel aliis impetratis, aut motu ſimili conceſſis, vti, nec præſentes litteras, de ſubreptionis, vel obreptionis ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, vel impugnari, nec ſub vllis reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, ſimilium, vel diſſimilium reuocationum: & ordinationum ab ipſa Sede quandocumque emanandis, comprehendi: ſed ſemper ab illis excepta, & quoties illa emanabunt, toties in priſtinum & validum ſtatum reſtituta, & plenariè reintegrata eſſe, & cenſeri: ſicque in his & omnibus & ſingulis aliis ſupradictis per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quauis cauſa & inſtantia, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter interpretandi & iudicandi facultate & auctoritate, vbique interpretari, iudicari & definiri debere, necnon irritum & inane quicquid ſecus per quoſcũque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autẽ ſimilium priuilegiorum, diſpenſationum, facultatum, & indultorũ conceſsionem noſtris explodi temporibus, & quod nobis licere non patimur, noſtris ſucceſſoribus indicamus. Non obſtantibus, &c.* Per quæ tolluntur latiſsimè omnia contraria, & muniuntur prædicta contra quaſcúmque derogatorias litteras.

* Pium V. in bulla reuocationis. *Hæc Bulla eſt inter Conſtitutiones Pij V. in Bullario Pontificum Conſtitutio 71. & incipit ſacroſanctum. Continet autem illa Bulla moderationem & reuocationem priuilegiorum officiis Romanæ curiæ conceſſorum, circa penſiones obtinendas & transferendas & expectatiuas concedendas, vnioneſque ac ſuppreſſiones beneficiorum, ac facultatem teſtandi de bonis Eccleſiaſticis; quæ hic habetur.*

SVMMARIVM.

1 Commendatariis ac clericis nõn licèt maioratus inſtituere.
2 Commendatorum militarium ſtatus ob multa non deſiderandus.

1 DEcimotertio moneo, ex ſupradictis inferri; quòd licèt clerici prædicti ſæculares poſsint inſtituere maioratus magnos, & paruos è ſuis bonis patrimonialibus, & aliis, de quibus diſponere poſſunt, perinde atque de ſupradictis, & vel diuitibus, vel quibuſcumque voluerint relinquere, quemadmodũ laici, vt ſupradictum eſt, [a] nullus tamen Commẽdatarius profeſsus poteſt huiuſmodi maioratus facere pro diuitibus: quia illi ſunt dominorum & poſſeſsionum capaces, iuxta cap. *quia nos.* [b] cum ibi citatis. Hi verò quia religioſi, nequaquam, [c] & quoniam tractauimus in præfat. rubr. [d] an Commendatariorum filij ſine peccato poſsint bona libera, quæ parentes eorum ante profeſsionem habuerunt ex teſtamento, vel ab inteſtato ſibi tamquàm hæredes quærere; an idem ſit dicendum de bonis poſt profeſsionem quæſitis, & alia iis conformia: & quia hic liber creuit inter manus plus quàm putaram, nil de hac re aliud dicam, præter id quod ante multos annos Salmanticæ, cùm eſſem gymnaſta & cathedrarius illius celeberrimæ Academiæ dixeram, nempe iure mirandum, quòd tot viri adeo nobiles, & illuſtres, & ſanguine clariſsimo creti, ab omniq́ue labe deſecrato proguati, adeoq́ue Chriſtiani, etiam habentes aliunde, quò ſe honeſtè alant, tanta cura & opere in hos militares ordines cooptari, aſſumiq́ue ſatagant, ob vmbraticam illum, quem habitus eorum præſtat, honorem, vel ob Commendarum reditus, quos poſtea, quàm fuerint cooptati, adipiſci ſperant. Cùm tamen ſciant, aut certè ſcire debeant, facere hoc, eſſe facere ſe religioſos, vt in præfata rubr. de ſtat. monach. & ſupra, [e] probauimus, ſecuti S. Thomam. [f] Hoc præterea eſſe paruifacere quoddam opus adeo heroicum & ſublime: quod rectè factum, quoddam martyrium eſt, remiſsionémq́ue à culpa & pœna præſtat. auctore S. Thoma, [g] eſſe etiam omnibus voluptatibus venereis renunciare, excepta coniugali, idque per diſpenſationem, eodem auctore, [h] eſſe inſuper refutare omnes honores, & omnia bona ſæcularia, fieriq́ue illorum incapaces, etiam eodem auctore, [i] eſſe adhuc volũtatem ſuam omnino abnegare, & eam alienæ ſubmittere, cap. nullus. cap. religioſus. de elect. lib. 6. eſſe rurſus grauiter peccare, cùm vel honores, vel reditus in præcipuum, ſe ipſum & tanti operis appetant: quandoquidem nõ ſolùm hoc tam grande opus, verum & quodlibet cuiuſque virtutis, cui pro fine præcipuo præfiguntur temporalia bona, eſt prauum & peccatum, ſaltem veniale: cùm non liceat maiora in minora ordinare, vt ſuperi probauimus in cap. *cum miniſter.* [k] & olim probaueramus in rep. cap. *inter verba.* [l] ſecuti Adrianum, [m] eſſe itẽ velle ſibi contraria ſecúque pugnantia, cõtra l. *vbi repugnantia.* [n] Eſt enim velle per paupertatẽ ſæcularẽ, magnas diuitias ſeculares acquirere; & per ſubmiſſionem

a *In monit. 5.*
b *In rubr. de ſtatu monac. & ſupra qu. 1. monito 55.*
c *Ead. quæſt. monito 6.*
d *De elect. auth. multo magis. C. de ſacroſ. Eccl.*
e *Ead. queſt. monito 6.*
f *De teſtam.*
g *C. de ſacroſanct. eccleſ.*
h *de, probat. §. item nobis acquiritur. inſt. per quas perſon. & leg. placet. ff. de acquir. here.*
k *2. de priuil.*
l *Prad. authẽ. ingreſſi. & c. 2. de teſtam.*
m *Prad. §. itẽ nobis acquiritur. & prad. cap. in præſentia. & cap. cũ olim.*
n *De priuil.*
o *Quæſt. 1. monito 7. & octo ſequen. & quæſt. 2. monito 7.*

a *In 1. quæſt. monit. 19. & in hac quæſt. monito 1.*
b *De teſtam.*
c *Cap. in præſentia. de probationi. & c. 2. de teſtam.*
d *De ſtatu. monach.*
e *Quæſt. 1. monito 55. & 2. 2. quæſt. 188. art. 3.*
g *2. 2. q. 189. art. 3. ad 3.*
h *Ead. 2. 2. q. 186. art. 4.*
i *Ibidem.*
k *23. quæſt. 5. num. 30.*
l *11. q. 3. num.*
m *In quodl. 10. col. 4.*
n *ff. de reg. iu.*

sionem mundanam sublimitatem mundani honoris quærere. esse liberam facultatem sibi tam in vita, quàm in morte disponendi adimere, ad maiorem & liberiorem consequendam, esse mille sese implicare scrupulis, qui sibi oborientur in vtendo alienis, perinde ac si essent sua. esse denique abuti quodammodo religionis statu, omnium (excepto episcopatu) perfectissimo, docēte id S. Thoma,[a] imo, & nonnullam dare ansam murmurandi Lutheranis, qui dum abusus religionum damnare, eas verò ipsas laudare deberent, damnant has propter illos impudenter. Adde, quòd religiones militares non fuerunt institutæ ad indulgendum genio, neque ad diuitias & honores sæculares, quibus sui professores renunciant, quærendos; vt latè S. Thomas docuit. [b] institutæ enim fuerunt, vt fidem Catholicam armis defenderent: quod fieri posse probat idem auctor ibidem, [c] *viuentes in castitate, quæ salutem & vires auget.* Est enim castitas, vt quidam ait, omnium virtutum viror, & smaragdus: sicut è contrario venus squallor & mollities eneruis, quæ vt alius ait, vires eneruat: vtque vtentes abstinentia & sobrietate, quæ ingenia exacuunt, stratagemata bellorum acrius, & altius penetrarent: sicut enim cæcitas mentis nascitur ex luxuria, docente S. Thoma, [d] & hebetudo mentis ex gula, secundum eundem, [e] si ex castitate, abstinentia, & sobrietate nascuntur claritas, acumen, & serenitas mentis: quia contraria operantur contraria, [f] vtque ipsi efficerent corpora laboribus, cæterisque malis bellicis perpetiendis habilia. Equidem, ipse, vt iudico miseros eos, qui præcipuè ob caducos honores, diuitiásque fallaces sese præfatis ordinibus ingerunt, & addicunt: ita fælices arbitror illos, qui iuxta CHRISTI consilium, abnegantes semetipsos, & spretis venereis, aliisque bonis temporariis, eius Maiestati se, suáque omnia cum vita deuouentes, in præfatos heroicos fines religionum militariū cruces & insignia obtinere procurant; conanturque plus corā Deo & hominibus, sanctum semperque duraturum honorem, æternáque bona quærere, ob clara gesta; & vitam euangelicam, ad quod cruces, quas gestant in pectoribus obligant: quàm caducum, diuitiásque fugaces, quæ earum sola vana gestatio parit. Idque in gloriam D.N. IESV CHRISTI, qui nos omnes sua misericordia saluet æternum, Amen.

[a] 2.2.q.184. art. 7.

[b] Quæst.188. art. 3. ad 4. [c] art. 3.

[d] Vbi supra quæst. 314. art. 5. [e] Ibidem qu. 148. art. 5. [f] Ca. sciendū. 8. quæst. 1. & leg. & si contra. tabulas. ff. de vulg. & pupill.

SVMMARIVM.

1 *Auctor cur iuste commotus condonet, & cur ei sensum male imputetur.*

* *Hic incipit liber auctoris, quem propugnaculum Apologiæ libri de reditibus Ecclesiasticis, aduersus quendam N. qui in hoc genere argumenti eum reprehenderat ad Gregorium XIII. quem quidem librum nos in hac editione tamquam minus necessarium, cum hic omnia quæ in illo sunt, contineantur, expunximus. Cuius autem nomen D. Nauarrus suppresit, Cæsar Costa ab eo in opere mon. 17. citatus expresit, atque eum Sarmientum nominauit.*

X. DEcimoquarto moneo, quòd præfatus N. apologia mea præfata perlecta misit clam me quamdam antipologiam in Hispaniis impressam præfato fœl. record. Pio V. & eidem nunc uparam, cui multorum iudicio visus fui satisfeciſse in libello, quem appellaui propugnaculum meæ apologiæ, cuius summa, & substantia, omissis multis, quæ iam defierunt esse opportuna, continetur in hoc, & seqq. monitis, ita vt non oporteat legere præfatum propugnaculum, sed solum monitum hoc, & sequentia. Respondi enim primò pro fragilitate mea, prima eius lectione me paululum fuisse commotum, præsertim quòd subintelligerem me ab eo ob aliquot defectus etiam senectutis, tum clara, rū fucata oratione rhetoricè arguiſsed re alius sedata mente pensata animaduerti mearum partium fuisse imitari eum, qui cùm malediceretur non maledicebat, & senectutis opprobrium pro beneficio ducere, quod fuit mihi magna occasio gratias agendi Deo Opt. Max. quòd adeo sanam mentem quoad naturalia in corpore sano dedit, vt octogesimum annum agens post tot labores in tot academiis exanthlatos nullo corporis morbo laborarem, ac officij mei munera satis suauiter ferrem: & ea vi memoriæ, & intellectus vigerem, vt clarè intuerer numquam mihi fuisse minus ineptam eubuliam, nec minus obliquam syneſim, nec gnomen minus passionibus hebetatam. Cuius rei argumenta fuerunt duo Commentarij in cap. *cum minister.* [a] & in cap. *non liceat.* [b] & prædicta apologia, & traductio Enchiridij siue Manualis Confeſ. ex sermone Hispano in Latinum adeo repurgata, aucta, & reformata, quæ omnia illo triennio edita collata iis, quæ antea ediderat id palam demonstrant. quod ipsum fecerunt, & faciunt responſa quotidiana, tam in sacrę pœnitentiæ Prætorio, quàm extra illud à variis variatum orbis nationibus petita, & à nobis in dies reddita comparata iis, quæ antea respondere solebamus. Quod non ad iactantiam; sed ne opuscula nostra, quæ quamplurimis grata esse audio, nominis mei iactura fiant eis minus grata commemoramus, Deo teste, cui fuiſsemus ingrati, si secus dixiſsemus, & ea omnia ei adeo accepta non tuliſsemus, vt nihil nisi errata, & minus dolata nobis adscriberemus. Quæ omnia etiam nunc nonagesimumprimum annum agens respondere possem, nisi vis oculorum adeo esset extenuata, vt vix missare queam præterquam diebus festis.

Secundo respondi, gratias me egisse Deo, quas & nunc ago quàm maximas possum, & etiam ipsimet N. quòd in sua antipologia planè confiteretur nostram conclusionem principalem positam, [c] scilicet, quòd beneficiarius impendens quantitatem notabilem redituum sui beneficij vanè, vel profanè, id est sine iusto respectu pietatis, paupertatis, remunerationis, vel iustitiæ, quæ ipsum ad id obligat, saltem de concilio, vel honestate peccat mortaliter.

Ex qua conclusione infertur, non posse absolui à confeſsario illum beneficiarium, qui habet propositum impendendi norabilem quantitatem redituum sui beneficij, in profana, vel vana, exceptis modis, qui tangentur infra, [d] nisi desistat ab eo: quoniam eiusmodi propositum est peccatum mortale; cùm velle facere id, quod est peccatum mortale sit mortale, [e] & is, quem non pœnitet omnium peccatorum mortalium, nequit absolui. [f]

Infertur item, quòd qui beneficiarius testatus est, vel legauit, vel aliam dispositionem, quam iure reuocare potest de reditibus beneficialibus in profana fecit tenetur pœnitere, & consequenter reuocare illa, vt quidam maximus Prælatus, idémque mei amantiſsimus Hispaniæ, cùm propinquus morti legaſſet vni nepoti suppellectilem suam valoris plusquam centum millium ducatorum, monitus à Confeſsario Dominicano, quòd recta infernum aditet, petito, & accepto remedio, quod vnicum erat, reuocauit illud, & in pia mutauit: precatus nepotem vt id boni consuleret, qui non solum id boni cuſuluit sed & sua omnia obtulit, vt ea piis redderet, si ad suæ animæ salutem id opus esſet, vt dictum est supra. [g]

[a] 23. quæſt. 5. [b] 12. quæſt. 2.

[c] In quæſt. 1. monito 10.

[d] Monito 14.

[e] Ca. vouēſsibus. 17. q. 1. ca. periculoſe. & cap. ſcias. de pœnitentia diſtinct. 1. [f] Ca. deflent peccatores. de reg. iur. & c. fratres. de pœnitē. diſt. 5.

[g] Quæſt. 1. Monito 31.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarium non peccare pluſquam laicum impendendo suos reditus in vanos, & profanos vſus in viginti, & amplius locis dicit N. quod impudenter ait nunquam dixiſſe.*

DEcimoquinto moneo, perperam me à præfato N. argui, eo quòd in prædicta apologia dixerim eum in suo libro renere contrariam prædictæ conclusionis, nempe clericum de fructibus superfluis sui beneficij ita liberè posse disponere ac laicum de fructibus sui patrimonij, & ob id non plus peccare mortaliter vanè, vel profanè disponendo de illis extra pios vſus, quàm illum: & eo magis quòd multis apologiæ meæ locis congestis nonnulla iniuriosa verba miscendo id faciat: subdens quòd non cito loca in quibus id ipse teneat; cùm notorium sit vrbi, & orbi partibus, in quas liber eius in vrbe typis excusus pervenit eum id multis eiusdem libri locis tum directè, tum indirectè per firmam consequentiam id tenuisse. Primò quidem, [h] ibi, *Opinio S. Thomæ est, quòd Episcopus, & clericus potest disponere de reditibus sui beneficij vel portionis sibi assignatæ, eo modo, quo de bonis patrimonialibus.* At in confeſso est clericum de suis bonis patrimonialibus tam liberè posse disponere in vita & in morte, ac laicum de suis, iuxta textum cum glossa cap. *quia nos.* [i] & argumento cap. *cum dilectus.*

[h] Fol. 174. pag. 2.

[i] De teſtam.

[a] De iur. patronatus.

[b] In eadē pagina 1.

[c] Fol. 175. pagina 1.

[d] Fol. 175. [e] De diuiſsor.

[f] Fol. 176 pagina 2.

cum glossa memorabili. [a] Ergo per consequētiam necessariam tenet id, quod diximus cum ibi tenuisse.

Secundo, [b] ibi. *Et ita vult S. Thomas quod illorum fructuum Episcopus & Clericus sint Domini, & à lege iustitiæ liberi; licèt lege caritatis sicut in alijs etiam bonis & clerici, & laici (vt infra dicemus, non sint soluti.* Nonne hic directo exequat in hoc clericum laico?

Tertio, [c] ibi. *Quæ opinio S. Thomæ videtur hoc argumento probari, clericus sicut in bonis suis patrimonialibus habet dominium, ita habet in fructibus sui beneficij. ergo eodem modo de istis, sicut de illis disponere potest.* Nonne palam dicit clericum esse tam dominum redituum beneficij, ac patrimonij sui? Nōne argumentum quod adducit ad probandum opinionem, quā ipse male imponit S. Thomæ, fundat in hac paritate laici, & clerici; & patrimonij, & reditus beneficiorū? Cùm ergo ipsemet cū omnibus tā Theologis, quàm Canonistis teneat laicum non peccare dispendendo bona sua extra sustentationem suam, & opera pia, modo ordinatè id faciat, imò nec si inordinatè faciat siue sine præiudicio tamen al terius, plus quàm venialiter, per firmam consequentiam confiteretur clericum idem facientem de reditu eccleſiastico, [d] nō peccare mortaliter, quod nos diximus eū tenuisse.

Quarto, [d] inducens pro se c. *pernenit.* [e] quo respondet Papa debita beneficiarij soluenda esse de fructibus beneficij illius, post confutatas aliorum solutiones, subdit hæc ver. [f] *Ex quibus de iure, & obseruantia apparet illos fructus nō esse debitos pauperib⁹, alioquin id fieri nō posset: iniuſtū enim esset quod ex re alteri debita alteri satisfiat. signū ergo manifeſtiſsimum est illos esse fructus proprios ipsius clerici, & eos liberè posse alienare. & hoc ratione maxima nititur: nam iniquum esset, vt clericus posſidens beneficium pingue, eximatur à debitis, essétque omnino commercium ei interdictum, quod nullo canone factum est, imo permiſsum clerico est vendere, & emere dummodo non ita mercetur, vt mercatoris nomen & officium vſurpare videatur. Nec potest dici, quòd id contingat, non quia dominus sit, sed quia administrator, cū libera facultate qui licèt peccet, non tamen in exteriori foro facta ab eo reuocātur, vt Cardinalis & alij de quibus in sua opinione retulimus.* Hæc ibi. Nonne clarè asserit beneficiarium esse plenum dominum fructuum sui beneficij? Nonne etiam damnat Cardinalem docētem, quòd peccat eo modo quo administrator cum libera facultate peccaret? Nonne ait signum manifeſtiſsimum esse prædictos fructus esse proprios beneficiarij, & ideo liberam facit ei emptionem & venditionem eorum sicut laicis, modo mercatoris nomen non vſurpet? Nonne qui hæc ait, directo, & consequenter ait, eum non peccare in his pluſquam laicum? Nonne ait Papæ responſum iniuſtum iudicandum esse, si tales reditus deberentur pauperibus? quia iuberet soluere creditoribus de eo quod antea erat pauperum, siue debitum pauperibus: Nonne ait clericum posse alienare illos perinde ac laicum? Nonne per hæc clericum æquat laico in dominio redituum suorum? Quid enim aliud denotat verbum (plenos dominos) cum alijs idem denotantibus?

[g] Folio 178. pagina 1.

Quinto, [g] ibi. *Ex discursu extranagātis susceptī, apparet manifeſtè quòd ſupportatis oneribus, & diuino cultu exhibito, fructus beneficiorum sunt omnino liberi. quod non esset, si omnia quæ ſuperſunt, egentibus, & pijs operibus essent dispensanda. Imo & ibidē admittitur conſuetudo, vt beneficiatus habeat hæredes in fructibus sui beneficij, etiā anni post mortē suam sequentis. Et ita non ſolùm dominiū, & proprietas fructuū viuo cōceduntur, sed & mortuo cōſuetudine deberi poſſunt. ergo natura fructuum beneficiorum non est talis, vt ſuperflua pauperum sint: nihil enim potest magis ſuperfluum reperiri, quàm quod mortuo reſeruatur.* Hæc ibi. Pondera in his verba illa, *Omnino liberi, & quod non ſunt diſpenſanda pauperibus.* & illa, *Quibus etiam hæredes permittit.*

[h] Fol. 178.

Sexto, [h] dum fundans se in effectu diuisionis transferendi dominium, sic concludit. *Intellige quòd transfertur dominium ſcilicet, vt dominium, quod antea erat commune, & non diuiſum, nunc in ea parte sit proprium. & ab omni communione liberum: quò sit, vt de illius portionis fructibus libere tamquā verè dominus, diſponere poſſit: quod enim commune erat, proprium est effectum.* Hæc ibi. Pondera singula verba, quæ significāt clericum habere proprietatem, & dominiū redituum eccleſiaſticorum, perinde ac laicum suorum.

Septimo, [a] ibi. *Quod ex prædicta diuiſione pauperibus vel pauperi tribuitur, ita sit ipſius pauperis vt nulla obligatione astrictus sit: & etiam ſi aliquid sibi ſuperſit, restituere, nec aliquis vnquam pauperis rem sibi datam pleno iure eius effici negauit. ergo idem dicendum est de clerico quoad portionem ſibi assignatam. & hoc argumento vtitur Frater Dominicus de Soto,* [b] *licèt ſolùm vtatur quoad eā, quæ ſub eleemoſynæ nomine clericis dantur, tamen ad omnia etiam quæ ex reditibus ſuæ portionis clericis applicantur, aptari poteſt. quod probatur, quia cum portio pauperum, & portio clerici, ex eodem cumulo deducatur, non est cur diuerſo iure censeri poſsit, cùm ab vna eadémque re proueniat.* Hęc ibi. Nonne clarè exæquat pauperem acquirentem per eleemoſynam, & clericum acquirentem reditus? Nonne ait pauperem liberum dominium quærere in eleemoſynis? Nonne ſuperat in hac re Sotum, quem constat tenere, quod dico, eum tenuisse?

Octauo, [c] ibi. *Si miles facit ſuum ſtipendium, ſi ſuam mercenarius mercedem, quare clericus reditus in ſtipendium ſibi aſſignatos ſuos non efficiet: nec in milite neque in mercenario diſtinguitur, an id quod ſibi ſtatutum est, neceſſarium in victū sit, & veſtitū, vel abundās sit, & ſuperfluat: nā, ſi vltra laborē dominus mercenario retribuat, liberalitas domini non debet efficere, vt nos ob id iniquiores ſimus.* Hæc ibi. Nonne exæquat dominium clerici in reditibus suis, dominio militis in suo stipendio? Nonne tam plenum, & liberum facit dominiū clerici, quàm mercenarij? At in confeſso est militem & mercenarium non peccare eo solo, quòd stipendium, vel mercedem impendant extra opera pia, ergo fatetur nec clericum idem facientem peccare, præſertim mortaliter, eo solo quòd idem faciat. Et hoc est quod nos dicimus eum tenuisse.

Nono, [d] ibi. *Si igitur Eccleſia vberes, & abundantes fructus clerico aſsignauit, clericus illius ſtipendij largioris eodem modo dominus est ſicut & iuſti, & neceſſitati ſoli ſufficientis.* Nonne patificat superflua clericorum cum superfluis militum & mercenariorum, quoad peccandum, vel non peccandum per diſpenſationem illorum? At hoc est quod dicimus eum tenuisse.

Decimo, [e] ibi. *Manifeſtum ergo conſuetudines prædictas excuſare à peccato mortali, & liberare à lege iuſtitiæ, aliàs malè face ret Eccleſia eos ita tolerando; quod dicere esſet impium, & inſanū.* Nonne palam fatetur non peccare mortaliter clericum liberè suos reditus extra pia insumendo?

Vndecimo, [f] ibi. *Melius esſet, vt conſuetudine induceretur, vt quæ ſuperſunt omnia in pauperes largiuentur: ſed licèt optandum id ſit non imperandum.*

Nonne palam tenet clericum non teneri de præcepto, nisi consuetudo aliud dicret, ad erogādū superflua pauperibus? Ergo consequenter dicit eū iure non peccare mortaliter, imò nec venialiter, quum consilia non obligent etiam ad veniale, nisi ob contemptum, vt habet glossa singularis, [g] quod est plus quā quod nos dicimus eū tenuisse.

Duodecimo: [h] ibi. *Ergo & portio clericorum à lege iuſtitiæ, licèt ſuperfluat, est ſecura.*

Nonne concludit non peccare clericum pluſquam laicum in distributione sui patrimonij? At laicus non peccat mortaliter, nec venialiter ob id solum, quod non det superflua pauperibus, excepto neceſsitatis articulo: ergo consequenter idem ait de clerico quoad reditus eccleſiaſticos.

Decimotertio, [i] copioſius adhuc, ibi. *Cardinalis Zabarella in his anguſtiis cōſtitutus, exiſtimauit hos canones eo pertinere, vt clerici peccati rei conſtituātur, ab illis verò adeo administrationem cum libera sibi facultate conceſsam, vt quid de bonis in vita statuerit, rata firmáque habeantur, nec reſtitutionis neceſsitate obligentur: poſse tamen eis administratione interdici, interim tamen geſta retractari non poſse. ſi igitur vult peccare eos, qui ſuperflua nō dant pauperibus, ad reſtitutionem tamen obligari noluit. Quæ opinio licèt videatur in S. Thomæ opinionem aliquo modo incidere, in multis tamē differt, cum Cardinalis clericos non dominos, ſed administratores efficiat, & eorum poteſtatem in ſuis fructibus nolit eandem esse, quam in bonis proprijs poſſunt exercere. At S. Thomas eos dominos conſtituit, & idem ius eis in portione ſibi aſsignata quod in patrimonialibus proprijs bonis habent, concedit. Item interdici his bonorum administratione ſi abutantur, vult Cardinalis, ſed S. Thomas non magis horum bonorum interdictio*

[a] Eodem fol. & pagina.

[b] In d. lib. 10. de ius. & iur. quæſt. 4. art. 3. in 3. cōcluſ.

[c] Fol. 179. pagina 2.

[d] Fol. 180. pagina 1.

[e] Fol. 182.

[f] Fol. 183. pagina 2.

[g] In cap. quis autem. 10. diſtin.

[h] Fol. 187. pagina 2.

[i] Fol. 190. pagina 2.

*nem admittit,quàm priorum,cùm eiusdem rationis ea esse censeat.*hæc ibi,Nonne clericum facit plenum,& liberum do minum redituum suorum?Nõne æquat patrimonialia clerici cum reditibus beneficij?Nonne expresſè dãnat Cardinalem,eo quòd dicat eum peccare dispẽdendo in profana,licet dispensio valeat,& licèt posit ei interdici? At hęc plura sunt,quàm quę ego dico eum tenuisse.

a *Fol. 192. pag 1.*

Decimoquarto, [a] ibi,*S.Thomas in sua opinione nullam constituit differentiam,inter episcopum & alios clericos:nam vt ex eo apparet eiusdem rationis existimat portionem Episcopo assignatã & portionẽ assignatam clerico & vtriusque portionis fructus bonis patrimonialibus æquat.* Nonne idem hic etiam confirmat?

b *Fol. 193. pag.1.*

Decimoquinto, [b] ibi,*S.Thomas vult naturam horum bonorum nõ distare à bonis patrimonialibus vt apertis verbis dicit:* Nõne etiam idem hic confirmat?

c *Eodem fol. pag.2.*

Decimo sexto, [c] ibi,*S.Thomas dixit ex natura bonorum nihil differre portionem assignatam clerico,à bonis patrimonialibus , & posse de ea sicut de patrimonialibus,disponere.* Nonne etiam hic idem copiosius dicit?

d *Fol.195.*

Decimoseptimo, [d] ibi.*Sit itaque conclusio,clericus, etiam episcopus de fructibus portionis sibi assignatæ , si naturam rerum , vel personarum rerispicias,potest ita disponere,sicut laicus de bonis patrimonialibus.* Nonne ipse ait se S. Thomam,cui suam opinionem falsò imponit,sequi?Et nõne ait S. Thomam æquare portionem de fructibus ecclesiæ assignatam clerico bonis patrimonialibus eius?& ita disponere posse ac laicum de suis patrimonialibus? Quid ergo tam audacter negat quod ego dico eum dixisse,quòd non peccat magis mortaliter clericus dispendendo reditus sui beneficij, quam laicus reditus sui patrimonij.

e *Folio 201. pag.2.*

Decimo octauo, [e] ibi. *Clerici de his bonis, vt de patrimonialibus , sicut per consuetudines permissum est, disponere possunt, & à lege iustitiæ sunt liberati , & multo magis ab eadem lege iustitiæ soluti erunt heredes clericorum,quibus ex testamento, vel ab intestato hæreditas est delata dictis consuetudinibus permittentibus.*Nonne etiam hic idem confirmat?

f *Folio. 208. pag.1.*

Decimonono, [f] ibi,*Clericus quoad legem iustitiæ satisfacit in expendendo fructus sui beneficij si obseruet id , quod in erectione sui beneficij à Pontifice facta statutum reperitur:quod si nihil reperiatur,seruando consuetudinem illius prouinciæ,in qua existit tale beneficium,satisfacit tum quoad disponendum inter vivos , quàm in vltima voluntate.*Nonne hic addit quòd non solum donando, sed etiam testando potest de reditibus ecclesiasticis idem facere , quod de suis patrimonialibus, & laici de suis?

g *Folio 222. pag.1.*

Vigesimo, [g] ibi.*Et ita tam laici quàm clerici, tã mares quàm fœminæ,cuiuslibet conditionis,sub peccati mortalis præcepto eleemosynam facere tenentur,&c.* Adiungendo illa præcedentibus,expresſè ait beneficiarium non teneri ad eleemosynã lege iustitiæ,sed solùm lege caritatis , sicut quilibet alius laicus mas,vel fœmina,tenetur eam facere de superfluo. Rogo te igitur lector:nonne qui hęc dicit,nunc clarè,nũc per consequentiam,affirmat eum in impendendo suos reditus extra opera pia non magis peccare , saltem mortaliter,quàm laicum impendendo extra ea? At ipsemet, & omnes tam theologi,quàm canonistæ confitentur laicum nullatenus peccare impẽdẽdo extra pia,modò id ordinatè faciat:nec plusquàm venialiter,licèt inordinatè, sine tamẽ alterius præiudicio id faciat. ergo fatetur clericum, non peccare plùs mortaliter in impendendo suos reditus profanè,quàm laicum in impẽdendo suos. quod ego verè dico eum dixisse,& ipse id malè negat.

Vigesimoprimo,quòd in nulla parte sui libri dixit beneficiarium ob solum vanum vel profanum vsum fructũ sui beneficij peccare mortaliter,cum in supra dictis 20. locis,& alijs,æquaerit in hos clericos laicis, & fructus beneficiorum bonis patrimonialibus beneficiarij:& in confesso sit apud omnes clericum in vsu vano vel profano sui patrimonij sæcularis,non peccare plus saltem mortaliter, quàm laicum in vsu vano vel profano sui. Quod nec in hac ipsa antipologia , cui respondemus non confitetur vsque ad responsionem,quam dat ad mon.40. q.1. meæ apologiæ:quod tangit pag. 22.imo contrarium per bonam consequentiam tacitè ait,pag.18.ibi. *Postquam cuilibet clericorum est assignata sua portio,& per erectionem beneficiorũ pars cuiuslibet est separata,ex illo enim tempore,& lege iustitiæ, quilibet clericus suam portionem ,tamquam propriam liberam possidet: nam solùm quoad legem iustitiæ attinet,clericos in parte sua liberos efficio,& nõ quo ad legẽ misericordiæ.* & pa.59.ibi. *In cõsumptione autẽ quoad legẽ iustitiæ pares essẽt decuriones in suis salarijs, & clerici in suis reditib^us:licèt quoad legẽ misericordiæ longè distẽt.* Nonne per hæc reditũ beneficij facit propriũ beneficiarij, & exæquat patrimonio eius?& facit liberũ à lege iustitiæ, sicut laici patrimonium?& solùm subiicit legi misericordiæ,vt laicum?& in locis supra citatis omnes,laicũ, & clericum,pauperem,& diuitem æquè lege misericordiæ teneri?Ergo consequenter negat iterum,quod affirmat clericum ob solum vanum vsum,vel profanum peccare mortaliter,cum ille vsus sola lege misericordiæ non sit maius peccatũ,quàm vsus vanus & profanus,laici. Id ipsum significat in replicando solutionibus à me datis ad c.1.de clericis non residentibus, [a] & in replicando ad intellectum cap.*peruenit.* [b] à nobis nouè aptatum, [c] dum conatur facere clericos tam plenos dominos fructuum suorum,& liberos à dando superflua eorum pauperibus,quàm laicos,qui etiã tenentur eis eadem lege misericordiæ dare,qua sola dicit eis deberi superflua clericorum. Adde id quod refert se dixisse, [d] scilicet clericum magis peccare impendendo reditus ecclesiasticos vanè,vel profanè, quã laicũ idẽ faciẽdo, Primo quidem, quia adeo nõ exprimit eum peccare mortaliter ibi,quòd nec in antipologia sua relatis ad litterã, quæ ibi scripsit fassus est illud vsque ad responsionem; quam dedit ad mon.40.quęst.1. nostrę apologiæ,vt prædictum est.

a *Lib.6. mo. 44.*
b *De fin.defuisorib.*
c *In monit. 46.*
d *In capit.1. prima pæ.sui libri.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarius magis peccat male insumendo , quàm non restituendo.*

1 DECIMOSEXTO moneo,nullibi me dixisse præfatũ N. tenuisse conclusionem, quæ esset hæresis vel hæresi proxima,eo quòd negaret beneficiarium malè, vanè,vel profanè impendentem reditus teneri ad restitutionem;sed eo quòd tenebat eum non peccare mortaliter. Nunc autem quia vterque nostrũm tenet eum peccare mortaliter,restat quæstio an etiam teneatur ad restitutionem?vt in dicto propugnaculo latius respondi.

SVMMARIVM.

1 *Contradicere sibi N.& repugnare grauissime.*
2 *Allegationes superfluæ cur nocuæ.*
3 *Cæsar Costa Illustr,Archiep.Campanus laudatus.*
4 *Regi non licèt legem nouam de ecclesiasticis condere;sed sic antiquam declarare.*
5 *Doctor Delgadus olim Episcopus Astoricens.laudatus.*
5 *Beneficiarium debere restituere male insumpta triplex ratio maxime probat.*

1 DECIMOSEPTIMO moneo,ibidem respondisse demiratum me fuisse cum aliquot aliis pietate,eruditionẽque claris,quòd in ipsa epistola nuncupatoria præfatæ antipologiæ ausus fuit affirmare opinionem meam, quę habet, beneficiarios ecclesiasticos vanè, vel profanè suos reditus profundentes peccare mortaliter,& teneri ad restitutionem,esse ab omni veritate alienam,& quę maximè ecclesiastici status securitatem labefactat. Tum quòd non meminit quòd ea antea in epistola nuncupatoria sui libri ad Pium V.appellauit saluberrimam,& quam re ipsa sequi animarum saluti magis expediat. Tum quòd etiam contrarium tenentes iudicant eam tutiorem,vt & ipsemet in prędicta epistola iudicauit. Tum quòd fatetur, [e] magis communem, quam mox monstrabimus, esse adhuc communiorem quàm ipse putet.Tum quia iam priorem illius partem,scilicet quod peccat mortaliter,gratia Deo, planè cõfitetur,quę grãdis gradus est ad alterã,scilicet,quod teneatur restituere:nã argumẽtũ omni solutione mai° ad cõcludẽdũ clericos teneri lege iustitię ad dãdũ superflua pau

e 2. *part. sui lib.c.1.fol.76.*

peribus,videtur esse , quòd Clerici plus prohibentur suos reditus impendere vanè vel profanè , quàm laici suos, & non tantùm vtcumque magis,sed sub pœna mortalis peccati:secundum communem & nos ambos. At lege misericordiæ,& caritatis vtrique prohibentur, & tenentur æqualiter, vt ipsemet N.& Sotus confitentur. ergo alia lege fortiore prohibentur , & tenentur ad id clerici , quàm laici ; & non alia quàm iustitiæ. ergo lege iustitiæ,ac consequenter tenentur ad restitutionem: quia violans illam, tenetur restituere secundum omnes etiam Sotum, præter N.ergo,&c.Tum quia non debuit eam adeo traducere siue infamare etiam propter alias multas, & irrefragabiles rationes adductas supra. [a] Tum quia in eodem, [b] probatur idem quod ait Ioannes Maior , S. Thomam non fuisse in contraria opinione,quem etiam Petrus Sotus vt ibid. dicitur , pro nostra parte allegat: pro qua etiam Caietanus esse efficaciter conuincimus. Tum quia fere omnes antiqui, & maior pars recentiorum eam tenent : & adeo confidem,quòd prædictus Maior aiat nullum eorum, qui ante ipsum nati essent,tenuisse contrarium, & Petrus Sotus id hæresi esse proximum,& Archid.esse hæresim.

a *Quæstio. 2. monito 7.*
b *monito 7.*

Et quamuis alijs alius scribendi stylus placeat ; alijs quidem alia ratione,& alijs alia,mihi semper placuit mos ille docendi,dictandi,scribendi,quo me audiente Tholosæ Iodocus ille Belga, (quem diuus Carolus V. in Hispaniarum Cancellarium promouit, cuiusque sunt apostillæ multæ glossarum Codicis Tholosano more dictatæ,) vtebatur, dicens , satis esse vnum vel alterum textum firmum , & vnam , vel alteram rationem firmam , cum vno vel altero classico Doctore qui putaretur communiter receptus , ad vnum propositum citare ; esseque alia, vt plurimum superflua , quin & nonnumquam damnosa: quippe quæ inutiliter paucis sententijs occupent horas prælectionis, impleant chartas , & mentem prælegentis , & audientis distrahant & pectus infrigident, ac fastidiant: ideoque de industria soleam tacere multos , quos sciam vel facile scire queam, propositam à me sententiam tenere:quamuis item videar mihi plus satis textum , glossarum , & auctorum pro hac sententia supra [c] allegasse , & recte alia quædam omisisse: addam tamen hic quæ audio rei tam sanctæ tamque necessario persuadendæ tria.Primum quod Illustrissimus ac Reuerendissimus Campanorum Archiepiscopus Cæsar Costa , vir omnigena eruditione & virtute clarissimus, [d] in hæc verba scribit.

5 *Quæstio. 2. præsertim monito 7.*
d *Lib.1.ambiguitatum iuris.cap. 40.*
e *In cap. cum in officiis.nu. 3.de testamẽt. & in cap. memo.de electi.l. 6.num.73.*
g *Lib.10. qu. 4.art.3.de iu. & iure.*
h *In cap.cum in officiis. de testamẽt.n.3.*
i *In clẽ. gratia.de rescrip. num.12.*
k *In Apolog. qu 2.mon.7.*
l *Consil.337. 1.volum.n.7. cum seqnen.*
m *In cap.nemo. de electi. lib.6.n.44.in addit.ad Ioan. Monach.*
n *In tract. de pluralit.beneficq.11.*
o *Cõsil. 278. 2.volum. ex prima editione.*
p *In prax. beneficiorum de dispẽs. ratio. 22.a. in verb.nec non. debitis.nu.8.*
q *Vt deter. ste nume. clerici. prope finem.*

Ecclesiasticos prælatos vehementer errare , & mortali crimini esse obnoxios, si ea quæ præter honestum eorum victum de reditibus Ecclesiasticis supersunt , pijs operibus non erogent , receptissima est opinio Didaci Ccuarruuiæ , [e] vsque adeo vt contrarium affirmare, non procul ab hæresi distet, Probus , [f] in additionibus ad Ioannem Monachum.

Sed an de suis tantundem restituere teneatur , magna sane dubitatio est:& Martinus Nauarrus Iureconsultus clarissimus, pariqueque scientiæ,& pietate insignis,duobus editis voluminibus , confirmat abutentes prælatos reliquosque clericos de sua substantia ad restitutionem teneri,repugnantibus tamen Dominico Soto , [g] Didaco , [h] Zabarella , [i] & Sarmiento in libello hac de re edito. Ego quidem præter tot canonum auctoritatem , quibus Nauarri opinio, quæ communis est , vehementer nitì videtur , & præter Auctores à Nauarro doctissimè collectos , [k] reperio item sentire Castrensem, [l] Probum, [m] post Ioannem de Lignano, [n] Bertrandum, [o] Rebuffum. [p]

Quin iure quoque ciuili hanc quæstionem determinatam inuenio,Iustinianus in authen. [q] vtrumque affirmat, & peccare prælatos,& clericos non erogantes in pia opera ea quæ præter honestum victum supersunt , & de suo ad restitutionem teneri. Ita enim inquit iuxta Holoandri versionem. Quemadmodum autem ad ea pertinentes sumptus certa fine describimus,ita conuenit vt sanctissimus pro tempore Patriarcha, & Reuerendissimi clerici circumsistiant,ne reliqui sumptus,qui ex ecclesiasticis reditibus fiunt,aliter quàm in pias,& Deo placitas causas insumantur,& vt in illos conferantur,qui & reuera egent , nec aliunde habent , quo viuant (hæc enim dominum Deum conciliare solent) non verò per patrocinia,& hominum studia in locupletes distribuant ea,quæ ad ecclesiasticos sumptus suppetunt , vt exinde egentes vitæ necessarijs defraudentur. Nouerint enim Dei amantissimi Oeconomi , tam qui nunc,quàm qui olim pro temporibus futuri sunt,quòd si quid in his deliquerint, non tantum pœnis cælestibus erunt obnoxij , sed etiam de substantia sua sacrosanctæ Ecclesiæ indemnitatem præstabunt. Huiusque constitutionis meminit Balsamo. [a]

a *In Nomocanone. tit. 10.cap.1.*

Vnde nos ita colligimus , olim Oeconomi Conciliorum veterum decreris in Ecclesiis constituebantur,qui præerant dispẽsationes ecclesiasticarum rerum , qui si erogassent mandato Patriarcharum, & Episcoporum in profanos vsus , non in pia opera , tantundem de sua substantia tenebantur Ecclesiæ restituere. Ratióque erat , quia Oeconomus insiones Episcoporum , quas Balsamo supra citato loco appellat formas,contra rationem canonum sequi non debebat, erãt enim nullius roboris , vt inquit Balsamo. Sed cum hodie Episcopi Oeconomorum fungantur munere,abutentes, & in pia opera non erogantes,pari ratione tenebuntur restituere,præter diuinam vltionem,vt Imperator inquit , & pœnas cælestes , ex quo mortale delictum colligitur, vel etiam ita colligi potest.Cautum est in Concilio Antiocheno. Episcopum non erogantem ecclesiasticos reditus in pia opera,sed in domesticorum vsus, & commoda , Synodo Prouinciali pœnas daturum , cuius canonis meminit textus , [b] & quæ pœna fit cui obnoxius erit Episcopus,videtur per hanc constitutionem Iustiniani declaratum,tantundem scilicet de suo restituere.

b *In cap. episcopus.12.q.1.*

Nec dicat aliquis,hoc ius ante diuisionem fuisse,aliud deinde ius post assignatam cuique portionem constitutum fuisse : nam diuisio nullum nouum ius tradidit Episcopis , quod antea non obtinerent: hæc enim diuisionis natura non est, sed distinctæ portiones fuerunt, vt Episcopus arceretur à reliquis,non vt in sua maius ius,aut dominium obtineret;& vt iurisconsultorum verbo vtar,non quo magis, sed quo minus haberet, facta est diuisio.Deinde apertissimè apparet ad sumptus Patriarcharum,& clericorum portionem illam,de qua Iustinianus meminit, fuisse assignatã, vt ex verbis facile colligitur. Hæc ille.Cui non obstaret responsio, quam aliquis daret, dicendo præfatam authen. esse Imperatoris, cui nulla est potestas statuendi de ecclesiasticis , [c] quia responderi potest id quod etiam sentit præfatus Archiepiscopus, scilicet præfatam authen. non esse iuris noui constitutiuam,sed antiqui declaratoriam,& quoddam testimonium Imperatoris de mente & ratione canonum Ecclesiæ ad faciendam fidem, quòd Ecclesia illo tempore id seruabat, & erat obseruantia iusta : quod licere Imperatori, nulla dubitatio est.

c *Cap. bene quidem. 96. dist. cap. Ecclesia.de cõst.*

Secundum, quòd addo, est, quòd nonnulli eruditissimi, in quibus est doctissimus Doctor Alfonsus Delgadus ecclesiæ Toletanæ Scholasticus dignissimus,& canonicus admodum Reuerendus, qui auctus grandi Episcopatu Astoricensi nuper ad meliorem vitam migrauit;quibus hæc communis sententia placet, diligenter quæsierunt multos alios, qui eandem affirmant, quorum breuitatis gratia nomina taceo.

Tertium, quòd licèt omnes præfatos ita suspiciam , vt eorum auctoritas ad tam piam sententiam credendam mihi ferè pro ratione fuerit;ea tamen quæ volentem nolentem ad eam tenendam, etiamsi nullus recentiorum eam teneret, trahunt & compellunt sunt textus & rationes irrefragabiles,quibus eam præ omnibus,qui ante nos scripserunt munitissimus supra, [d] sub cuius finem lectorem huc remisimus. At quia fortasis,pie lector,hæc sola leges, & non dignaberis vel non vacabit præfata, quæ vbi supra congeruntur legere; admoneo te primo , rationem illam firmam supertius , [e] tactam,quę hanc partem maximè confirmat ; scilicet quòd clericus beneficiarius prodigens in profana reditus sui beneficij peccat mortaliter,& non laicus prodigens superflua sui patrimonij.ergo fortiori lege tenetur ille ad impendenda superflua operibus pijs,quam laicus superflua sui patrimonij;& non alia ratione, quàm quia ille tenetur iustitiæ lege,& non laicus ; cum vterque lege charitatis & misericordiæ, perequè teneatur, secundum omnes. At qui contra legem iustitiæ peccat restituere tenetur secundum omnes præter N.

d *Quæstio. 2. monito 7.*
e *In quæst. 2. monito 7.*

Secundo moneo , quòd supra , [f] plurimis probamus, quòd Ecclesiæ Christianæ traditione , canonibus eius , & donantium intentione, bonis Ecclesiæ est adiectus modus & onus ; vt dentur superflua pauperibus : & quòd accipiens aliquid cum onere hoc vel illud faciendi, lege iustitiæ tenetur ad illud.

f *Quæstio. 1. monito 21. & duobus sequ. & mo. 42.*

Tertio,quòd præcipuum fundamentum N.est quòd S. Thomas teneat id quod ipse , quod tamen non esse verum per multa supra [g] probo,& in his quòd Ioãnes Maior

g *Quæstio. 1. monito 46.*

constanter id affirmat,& multi ordinis Dominicani, puta Caietanus eius defensor acerrimus in loco proprio, [a] cõmunem effectu tenendo,& declarando expresse S. Thomam,quatenus, [b] significat contrarium intelligendum esse de his, quæ plus minus sunt necessaria ad suam honestam sustentationem, & non de alijs. Addens non posse cadere in sapientis sensum,quod tam grandes reditus tantùm illa necessaria excedentes concedantur Episcopo sine onere & obligatione distribuendi eos pauperibus: nam scimus alicubi 30.alibi 60.& 80.immo & 100.& circiter 200. millium aureorum annuorum summam excedere. Et quod Petrus Sotus eiusdem ordinis, & illius sectator grauissimus,cum pro nostra parte citat,& F. Ioannes Bromiardus eiusdem etiam ordinis in concionando exercitatissimus, [c] non solùm asserens beneficiatos vanè & profanè impendentes, teneri ad restitutionem: sed etiam latè affirmat accipientes ab eis non solùm pro actu vitioso,vt meretrices & lusores, sed etiam pro actu alioqui bono,vt cognati & affines, quo ditiores, & nobiliores fiant, ad idem teneri. Quin & subdit, experimento (quod & certè nos testari possumus) compertissimum,eas domos quæ huiusmodi largitionibus crescunt, citò & grauiter corruere: & fœminas quæ talibus reditibus splendidè dotatæ longè altioris ordinis viris nubunt,tandem despici,odio haberi,deseri, & pœnas pro dotantium peccatis,præsertim post eorum mortem dare.

Sed & Pyrrhus Tarus Iurisconsultus clarissimus, & cum primis Vrbis conscientiæ recti cum scientia consummata coniunctæ nomine dum viueret celeberrimus, etiam antequam ob id à S. D. Gregorio XIII. in Illustrem Vicarium Illustrissimi Reuerendissimique Cardinalis sui Vicarij maximi deligeretur, testatur acriter fuisse olim se præsente coram fœl. record. Paulo III. hac de re disputatum,& tandem in sententiam cuiusdem præcellentis Magistri Dominicani (cuius permagna tunc erat auctoritas) communem opinionem firmiter astruentis, conuentum. Cum igitur hæc ita sese habeant, viderit N. an satis modestè in epistola sua nuncupatoria antipologiæ ad summum CHRISTI Vicarium omni iustitia & veritate præditum, dixerit præfatam communem sententiam omni à veritate alienam: & quæ statum ecclesiasticæ disciplinæ labefactet: præsertim quum eam in altera nuncupatoria sui libri ad Pium V. epistola appellauerit saluberrimam. & animarum saluti magis expedientem.

a Scilicet 2. 2. q 185. artic.7.
b Quodli. 6. artic.12.
c In summa prædicantium litera D. XII.an.41.

SVMMARIVM.

1 Testandi de consuetudine quid Auctor senserit.
1 Auctorem immerito libidine carpendi insimulari.
1 Don Didacus Couarruuias Præses illustrissimus laudatus.

1 DECIMOOCTAVO moneo,respondisse ibidem eidem,quod frustra conabatur me odiosum facere. Illustrissimo supremi Regis Concilij præsidi, eidémque Reuerendissimo Episcopo Segobiensi dominoque meo quam colendissimo Don Didaco à Leyua & Couarruuias, eo quòd videat ei contradicere super consuetudine testandi clericorum studio carpendi omnes. Tum quia vrbs,& orbis palam nouit,quo essem erga eum affectu & reuerentia. Tum quia non erat facile creditурus, me in hac ætate, & opinione incidisse in eam omnes carpendi libidinem,quam mihi inspingit,quem septem circiter annis me audiens longè iuniorem & cenodoxiæ paratiorem probe nouit etiam meorum æqualium,etiam auditorum, largum laudatorem, & maiorum reuerentem, cultoremque extitisse,& adeo quidem, vt ab hoc male auditem apud multos, quòd me nimium alijs subiicerem. nouitque notum esse toti orbi Hispano, cui ipse præerat, quòd quamuis ab omni animi hoste intus coram Deo tota mea ætate impugnatus imo & expugnatus fuissem;ambitio tamen auaritia, & detractio adeò raro de me insigniter triumpharunt, vt fortè pluries de nimio illarum contemptu, & nimio laudandi alios officio fuerim notatus. Tum denique, quòd cum dignaretur legere, vel ab alio lecta audire, quæ scribo in locis ab N. citatis facile pro suo singulari, & sereno ingenio & profunda erudi-

A

B

C

D

E

F

tione colligeret, me non dicere nullibi esse vllam testandi consuetudinem, imo expresse affirmare in Hispania esse aliquam & lege Regia iussam seruari: & quòd credo illam esse validam etiam in foro conscientiæ,quoad testandum intuitu pietatis,paupertatis,remunerationis & debiti solutionis; & nullam esse consuetudinem præscriptam & validam,testandi pro libito in profana sine aliquo præditorum intuitu: quamuis in multis Regnis, & Prouincijs extra Italiam,& in aliqua eius parte,iustè in foro exteriori tolleretur consuetudo,ne testamenta clericorum ob hoc in iudicium deducantur, & seruari iubeatur ad obuiandum frequentissimis litibus quæ aliàs orirentur. quæ fœl.record.Pius V. admonitus ante quàm licentia imprimendi fieret, respondit esse iustam, & sanctam opinionem. Quin & ipsemet N.ni fallor,satis illud fatetur, [a] ibi. *Si ius permitteret simpliciter clericis testari, præsumendum propterea non esse, profanè eos testaturos, sicut & in vita disponere permittit: non tamen possumus dicere ad hoc permittere; vt vanè & profanè (vt verbis Domini Martini vtamur) clerici disponant: quia cum lex misericordiæ debeat eorum actus dirigere, neque lex iustitiæ in hoc disponat, eorum conscientiæ relinquitur.* Hæc ille. Nónne qui ait iure permittente testanti, non licere ad profana testari,satis ait, sola consuetudine contra ius permittente,licitum non iri? intelligeret etiam eius illustrissima Dominatio,quod licèt vsu captum sit,ne qua questio in foro exteriori super hoc fiat,non tamen constare id esse legitimè vsucaptum quoad forum conscientiæ, eo quòd maior pars ecclesiasticorum id faciat: quandoquidem maior pars est pauperum, vel non habentium vltra suam honestam sustentationem necessariam; & aliorum bona pars est Episcoporum,& superiorum, & Abbatum,& Religiosorum,qui de tali superfluo non testantur; & aliorum magna pars plus debitorum,quàm quæsitorum reliquit, & aliorum,multi solum intuitu pietatis, paupertatis, & remunerationis de suo reditu ecclesiastico testantur,& non sine scrupulo, vt mihi per aliquorum quæsita constat, & multi solum de patrimonialibus, & per industriam suam, & per munera,dona Principum, & aliorum diuitum, aut cognatorum quæsitis. Ita quòd paucissimi sint collatione aliorum,qui testentur ad profana de superfluo solius reditus ecclesiastici,extractis iis, quæ ad se sustentandum fuerint necessaria, & omnibus alijs in pia etiam eleemosynis minutis, & remunerationibus iustis factis simul cum his quæ sunt eis debita ob seruitia facta Ecclesiæ vniuersæ,vel particulari vltra ea, ad quæ ratione sui beneficij tenebatur. quæ omnia esse subtrahenda à superfluo de quo inhibetur testatio,ibi probauimus: & infra, [b] meminerimus. Quare multùm adducor ad opinandum, quòd esto consuetudo testãdi ad pia de reditibus ecclesiasticis esset perscriptibilis,& perscripta in Hispania(vt credo)consuetudo tamen testandi ad profana pro libito,neque est perscriptibilis, nec si esset talis esset perscripta: quia pauciſsimi vtuntur ea.Equidem præsago ipsimet N.quòd quum mortis articulus eum presserit non facilè audebit testari ad profana de reditibus ecclesiasticis, qui ei superfuerint, demptis ex eo omnibus prædictis,quicquid nunc satis iuuenis alios docere tentet.

a In 3. parte sua bumus responsionis ad mo.1.pag.68.
b Mo.penult.

SVMMARIVM.

1 Auctor male carpitur ab N. prolixitatis, & desiderij augendi librum.
1 Auctor qua in re præcelluit sibi æquales.
2 Auctor quatuor libros cur in hunc vnum redigit.
3 Auctor in quo de rege cœli,& de rege terræ benemeritus.

1 DEcimonono moneo, quòd in eodem propugnaculo respondi,quòd præfatus N. iniuria me accusabat prolixitatis superfluæ repetitionis, & desiderij augendi librum.Tum quia licet alij elegantia,& eruditione, aliisque orationis virtutibus me præcellant; breuitate tamen dictandi omnes meæ professionis æquales meos Gymnastas Hispanos præcessisse Salmantica & Coimbrica testantur. Tum quia Deus, & amanuenses mei nouerunt voluisse me duos iustos tractatus de eleemosyna, & de spolijs clericorum interserere apologiæ prædictæ,

ceu valde pertinentes ad eam:& ne nimium creseceret illa eorum,alterũ,scilicet de spolijs feci cõmentarium,ca.*non liceat.* [a] quem iam edidi. Alterum, scilicet de eleemosyna cœpi facere commentarium, cap. *quiescamus.* [b] quem sperabam propediem edere;sed per occupationes adhuc non potui. Tum quia causa repetitionis multorum contentorum in præfato libro de reditibus, quam in apologia feci, fuit quòd id promisi facere in epistola ad pium lectorem data, vt eum leuarem labore & confusione legendi tres libros, vnum illius & duos meos; quoniam trium summam ad argumentum nostrum præcipuum pertinentem cum potioribus neruis in vnum collectum facilius haberе,legere,intelligereque posset.

a 12.quæst.2. b 42.di.

2 Vt etiam nunc eadem de causa decreui decurtare prædictos tres libros,& quartum; quem appellaui propugnaculum prædictæ apologiæ,& aliquot alia eis accessoria,& redigere omnes illos in hunc vnum librum, quem appello de reditibus ecclesiasticis, qui fuit primus omnium eorum dicatus Hispaniæ regi,cùm adhuc esset Hispanus, & Regi Latinorũ,cum primum cœpit esse Latinus. Tũ quia facile, prudens lector,iudicabis quantum præcellam eum breuitatis ergo,si eius librum superfluis, & vulgatis in re clara citationibus,& parergis, ostentationis causa parum ad rem propositam pertinentibus distentum,& in multas partes, & capitula dissectum cõtuleris cum apologia mea his omnibus defæcata,præter vnam disgressionem in defensionem nominis Regis nostri Philippi II. magna de causa supra, [c] insertam. Quæ & si non sit sententijs & alijs tanti regis historia dignis ornata, fuit tamen opportune scripta & tanta fide recepta ob opinionem veracitatis quę de auctore habebatur etiam à primi ordinis viris,qui contenta in ea ignorabant,vel non aduertebãt,vt multi etiam suæ Maiestati deuoti longe Magnificentius de illo post eam lectam senserint, quàm antea sentirent: & multi qui palam obloquebantur, nunc etiam secretò laudent: vera enim magis dicentis fide;quam verborũ lenocinio egent: & vtinam in cæteris ita bene de Rege cœlorum mererer, vt in hac re de eodem, & de rege terræ me benemeritum. fuisse credo;satis mihi præmij esse ducens, muneri & pietati, qua erga eum esse debebam satisfeciſſe.Tum quia id palam demonstrat breuitas præfatæ digressionis,quæ cum in iustum librum poterat facilè distendi, eo quòd plurima,diuersissima,maxima, & lectori gratissima continet; paucis tamen pagellis astringitur: adeo quidem quod ipsimet videatur nimium breuis, dum me carpendo ait non esse ornatam sententijs,& alijs coloribus rhetoricis, quibus tanti Regis historia splendere debuerat: quòd profecto parum candide dixit: quia locus vix maiorem admittebat,& ob breuitatem fuit grata & opportuna.

c Quæstio 1. mon.38.

SVMMARIVM.

1 Reditus verbum simplici ad scribendum.

VIGESIMO moneo,me respondisse in dicto propugnaculo ad ea quæ super orthographia verbi reditus ipse repetit,cuius dicta & mea responsa, quia inutilia iudico,remitto lectorem ad ea, quæ sufficienter dixi supra. [b]

b Quæstio 1. monito 1.

SVMMARIVM.

1 Nobilitas non omnis per religionem amittitur.
2 Nobilem esse,& nobili parente natum diuersa.

VIGESIMO PRIMO moneo, respondisse me vbi supra,quod si eius inutilem prolixitatem in respondendo, [c] imitari vellem,multa possem respondere his,quę tum laudando,tum vituperando, de nobilitate, eruditione,& virtute mea, quam noui esse tenuissimam, & extollendo discipulos meos,quæ gloria mea est, iuxta illud. *filius sapiens gloria patris*, profundit:sed satis duxi respondere primo me iniustè ab eo quadantenus despici, quòd sim canonicus regularis: & quod incautè suggiller ab eo, quòd cum sim canonicus regularis,me significauerim nobilem. Tum quia non dixi me nobilem, sed tantum ex vtroque parente nobili antiquissimæ familiæ, licèt non adeo diuitis,nullo damnatæ secte sanguine infecto,natum. quod iure me potuisse dicere,non obstante religione, ne-

c Ad mon.6. quæst.1.

mo vmquam negauit nisi qui non animaduertit, vt N. aliud esse dicere quem esse nobilem,& aliud dicere quem esse natum ex nobili:imo, & aliud natum ex vtroque parente nobili, aliud ex vtroque parente nobili nullo damnatæ sectæ sanguine contaminato. quod non quilibet nobilis, etiam Illustris & laicus verè, & iurè dicere potest. Tum quia licèt nobilitas politica per religionis professionem perdatur,iuxta glossam vulgatam. [a] Nobilitas tamen naturalis hoc est sanguinis, non potest perdi, argument. l. *ius agnationis.* [b] quam in hoc citat Ludouicus Romanus, [c] & alij alibi. Secundo,quòd non debuit mihi imponere dixisse, nullum discipulum inueniri doctiorem suo magistro, cùm agnoscam me ab aliquot discipulis meis eruditione,& alijs animi dotibus longè superatum, quod magnæ gloriæ duco: cumque sciam illud Magistri Magistrorum. [d] *Non est discipulus supra Magistrum.* esse limitandum inquantum talis,ex mente S. Thomæ & aliorum ibidem.

a Cap. 1. de purg. canon. capit.ea quæ de statu monach & cap. scrip. 27.q.1. b ff.de pact. c Sung.37.
d Matth. 10.

SVMMARIVM.

1 Votum circa solenne paupertatis dicit N. decem expresse, aut consequenter, quorum iudicium remittitur sacro Inquisitionis officio.

1 VIGESIMOSECVNDO moneo,respondisse me ibidem,quòd licèt ipse in bono sensu dixisset omnes teneri ad seruanda consilia mentaliter,& ego idipsum dixerim etiam, [e] tamen verba ipsius bis repetita secundum propriam,imo & communem acceptionem, vt accipi deberent, siue barbara sint, siue latina, [f] non habent bonum sensum, quod nec ipse nunc negat:nec satis excusatur, quòd aliquod eorum sit barbarum,quo se ipse excusat:nam etiam barbara secundum communem significationem per eadem iura accipi debent: & ideo visum fuit nobis expedire,vt lector id admoneretur. Et quidem qua in eum sum caritate, & obseruantia, doleo eum adeo adhuc perstare in multis à via communi exorbitantibus,quæ ego efficaciter confutaui, [g] vt etiam aliqua periculosiora nunc adiiciat. In quibus sunt quòd Apostoli, esto vouerint statum perfectionis ad se perficiendum, non vouerunt paupertatem. quòd vouens votum solenne paupertatis, non fit inhabilis ad dominium quærendum. Quod Apostoli per Apostolatum, & monachi per Episcopatum absoluuntur à voto solenni paupertatis præcedentis. Quòd Petrus, & monachi post votum solenne sunt domini etiam in speciali,vestium,panis,& eduliorũ. Quòd dominium rerum temporalium est necessarium prælatis ad administrandum. Quòd dominium verum bonorum stabilium Ecclesiæ habent prælati & clerici. Quòd Franciscanus in particulari est dominus vestium,& cibi ad vescendum donatorum. Quod Monachus quærit sibi dominium vestium,& ad vescendum sibi datorum, non autem seruus. Et consequenter, quòd seruus & monachus non æquiparantur in acquirendo,ille suo domino, & hic ordini suo, vel Monasterio: vel certè Deo speciali ratione: & quòd paupertas seruilis maior est paupertate Euangelica: quòd ridiculum est dicere Monachum non esse dominum eorum quæ vestit,& edit. Quorum omnium definitionem Illustrissimis ac Reuerendissimis ac alijs causarum fidei cognitoribus, debita cum submissione ac reuerentia relinquo;satisfeciſſe me muneri meo ratus, quòd recepta & secura pium lectorem admonuerim, & ipsa quicquid ille respondeat,efficaciter probauerim.

e Monito 7.qu.1. dicta apologia.
f Cap.ex literis. de sponsa. & l.Labeo. de suppell. leg.ff.
g In quæst.1. monito 8.usque ad 19.

SVMMARIVM.

1 Bona data Deo non esse ipsius priuatiuè est contra Concilium Tridentinum.

VIGESIMOTERTIO moneo, demiratum me fuisse ibidem, quòd perlecto apologiæ meæ monito 20. pertinaciter doceat clericos esse veros dominos, non solùm fructuum bonorum immobilium Ecclesiæ, sed etiam eorundem immobilium,perinde ac pupillus,& minor rerum suarum, & primogenitos, & fidei commissarios rerum restitutioni subiectarum: & consequenter quòd Concilium Tridentinum definiens, [h] bona Ecclesiæ esse bona Dei, solum definiat, esse ipsius tamquam generalis

h Sess.25.c.1. de reformat.

domini omnium aliorum, iuxta illud Psalm. *Domini est terra, &c.* relat. in capi. *quo iure.*[a] cumulatiuè, & non ita priuatiuè, quòd ipse solus sit verus, & particularis dominus, & non alius, cum ratio, mens, & verba ipsius Concilij & fundamenta irrefragabilia, quibus ad id moueri potuit, posita vbi supra,[b] sint ei contraria: quin & ipsa ratio naturalis, qua probatur Deum, & si non amplius, saltem æquè fieri dominum specialem priuatiuè rei specialiter sibi à fidelibus suis oblatæ, & donatæ, ac alius homo sit rei sibi donatæ: & quòd Deus, cui res ita donata est, habet dominium illius rei priuatiuè, & non cumulatiuè, vt haberet alius homo cui illa donaretur: adeo quod nullus alius etiam ecclesiasticus, etiam ipsemet Papa sit dominus illius, sed solùm administrator. Papa quidem vniuersalis, & immediatus, alij autem particulares, & mediati. Quæ est Catholica conclusio, quam in illo Concilio determinari per sacram Illustrissimorum Reuerendissimorumque Cardinalium illi interpretando deputatorum congregationem definitum iri arbitramur.

a 8. *distinctio.*

b *Ind. mo. 20.*

SVMMARIVM.

2 *Repetitionis inutilis N. & non Auctor carpendus.*

1 ADDO quòd etiam iam tertio miratus sum, quòd me millies ad monitum 25. & aliàs carpit, eo quod multa ex libello meo de reditibus meæ Apologiæ in eam transtulerim; cùm in epistola in principio eius ad te data, legerit iustam causam, ob quam id me facturum promisi, & non aduertit, quantò iustiùs reprehendetur, & leuitatis arguetur ab omnibus, quòd sine vllo exemplo tertio quoque verbo, me nominat tribus & aliquando pluribus verbis, scilicet Reuerendus Dominus Doctor Martinus ab Azpilcueta Nauarrus, contra illud glossæ celebris,[c] *gaudent breuitate moderni.* quod toties ita facit, vt bona parte libellus eius minueretur, si id non fecisset. Peius autem & durius est, quòd me reprehendit eo quòd aliàs,[d] & nunc supra,[e] repetita cum plerisque omnibus ea de re tractantibus, teneo illam, quæ beneficiarijs est consolationis plena conclusionem, scilicet id quod beneficiarius per parsimoniam sibi facit reliquũ de fructibus sui beneficij, quos honestè in suam sustentationem impendere potest, fieri ei quasi patrimoniale, de quo perinde liberè ac de alijs patrimonialibus in vita & in morte, disponere potest; per friuolas, & è longinquo petitas ratiunculas. Tum quòd nemo vsque ad eum contrarium dixit. Tum quòd omnes qui ea de re loquuti sunt, id probant: nam & vltra ibi citatos, id tenet Franciscus à Platea grauissimus author, de resti.[f] Doctor item celebris Ioan. Bachonus.[g] Tum quia omnia quæ per suam industriam sibi quærit clericus fiunt ei patrimonialia, vel quasi patrimonialia.[h] At qui clericus per parsimoniam sibi aliqua reliquat, per industriam id facit, & non per qualem qualem, sed pœnosam, & suo genere Deo acceptam. Tum quòd famulus, cui herus daret 100. ad aliquod negotium, ea lege quòd non teneretur ad plus dandum, nec famulus ad reddendum quod ex eis partius viuẽdo reliquaret, suum faceret, ex mente omnium. Tum per alia, vbi supra citata: & ita N. videri potest contrarium dicere, vt non solùm mihi aduersetur in his, quibus clericorum facultatem angusto, sed etiam in his, in quibus amplio, malè significans, quòd ego velim eos in illo residuo liberare à lege misericordiæ; quum certum sit ei, & omnibus, me non liberare eos ab illa plusquam in patrimonialibus, quũ illis illud exæquem: sed à lege iustitiæ, qua tenentur dare pauperibus alia, quę ad suam decentem sustentationem non sunt necessaria. Non autem abs re declaro præfatum dictum Innocentij habere locum etiam in illo beneficiario, qui iusta de causa, puta iustæ legationis Regiæ, vel similis legitimè abest à suo beneficio, & lucratur aliquod salarium, potest enim viuendo de fructibus beneficij lucrifacta de salario quasi patrimonialia sibi facere perinde, ac faceret legata, & donata sibi ea legatione fungenti: quia nulla eorum sunt intuitu Ecclesiæ quæsita, sed omnia sunt industria vel alia ratione sæculari parta; & itaeadem ratio facit, vt illud dictum in omnibus habeat locum, argumento l. *illud.*[i] An autem idem dici possit de absente sine iusta causa, maioris quæstionis est: posset tamen idem responderi si debitas horas recitaret, & non abesset taliter, nec tali de causa, nec tali casu, quo ipso iure perderet fructus: quia ex eo quòd peccaret per absentiam iniustam, non sequitur, quòd perderet facultatem impendendi fructus per iustum titulum sibi quæsitos, quo minus se de illis honestè sustentare posset: quia à diuersis non fit illatio, l. *Papinianus.*[a] & iuxta c. *ad audientiã.*[b] & per alia, quæ gratia breuitatis omitto: omnino tamen optans & exhortans nequis absit. Cæterum miror quòd aiat me,[c] adulationis causa laudasse fœl. recor. Pium V. de sancta parsimonia, qua vitabat sumptus in aulæis, conuiuijs honestis, musicis, & alijs quibus animi causa, & paterni erga conuiuas, & assistentes affectus pro sua summa dignitate vti potuisset, quasi id nequiuisset honestè facere; cum videamus honestissimè medio inter vtrumque delecto S. D. N. Gregorium XIII. mediocritatis iuri diuino, & humano consonæ obseruantissimum, aliquid horum amplius, quàm illum admittere, iuxta illud, *Inter vtumque vola, medio tutissimus ibis,* relatum à glossa,[d] & ea quæ habentur in textu & glossa.[e] Idque facit præfatus N. non aduertens se falli, præsupponendo omne quod in opera virtutum expenditur, in opera pia censeri impensum: quasi omnia opera fortitudinis, magnanimitatis, magnificentiæ, obseruantiæ, & aliorum huiusmodi, longè alius speciei quàm misericordia, & religio, sint pia; de quibus in hac materia agitur, contra omnium sententiam probatam supra,[f] quod se nõ intelligere ibi fatetur.

a ff. *de minor. ribus.*

b *De decim.*

c *Monito 41. quæst. 1.*

d *Capit. 1. de effic. custod.*

e *§. hæc autẽ. sub c. caritas est aqua. de pœnitẽt. distinct. 2.*

f *In monit. 1. qu. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Pauper de quæsitis per eleemosynam non tenetur plusquam alij diuites ad eam.*

2 *Empta à clerico nomine suo non sunt sua, neque Ecclesiæ immediatè.*

2 *Diuisio non omnis transfert dominium.*

VIGESIMO QVARTO moneo, respondisse me vbi supra, gaudere me multum, quòd N. respondendo ad monit. 34. apologiæ clarè agnoscat pauperem non teneri ad faciendam eleemosynam de quæsitis per eum, plusquam alios laicos diuites; cuius contrarium eius verba mihi significare videbantur; quæ confessio multum commodat dictis meis positis supra.[g] Gaudeo item quod ad monit. 35. confiteatur ex opinione Archidiaconi non sequi beneficiarios esse reputandos vsuarios, quod ego dixi eum significare,[h] & nihil eorum, quæ ad id congerit eum excusat: quia ipse dixit ea sequi beneficiarium esse instar vsuarij, qui solum quotidianum vsum habet, allegando princip. instituit.[i] Gaudeo etiam quòd agnoscat,[k] empta de fructibus beneficij nomine beneficiarij non quęri Ecclesię immediatè, & minus possessionem eorum: quia id nos efficaciter confutauimus ei in apologia præfata & repetimus supra in hoc libro.[l] Quòd autem ipse id dixerit in suo libro palam est legenti eum,[m] nec ipsemet nunc directè negat licèt rem multis inuoluat. Quòd verò postea,[n] præsupponit per omnem diuisionem bonorum diuidentes fieri plenos dominos suarum partium manifestè falsum est; cùm passim fiant diuisiones quoad administrationem tantùm, & non quoad alios effectus quàm constituendos dominos plenos, vt ex cap. *edoceri.* cum latè notatis ibi per Panormitanum, Decium & alios, & per deducta à nobis in quæst. 1. mon. 41. per eum citato palam est in theoria: cuius rei vnum ex multis exemplis in praxi est diuisio Roncęallis inter Priorem & Capitulum eius. Argutias autem quibus nititur fraudare pauperes eleemosynis sibi adeo debitis de superfluo beneficiariorum, quòd impendendo illud in profana ipsomet confitente peccatur mortaliter, remitto D. N. IESV CHRISTO pauperum patri.

g *Quæstio. 1. monito 40.*

h *In 3. part. capit. 1.*

i *De usu & habitatio.*

k *Ad mon. 37.*

l *Quæst. 1. monito 47.*

m *Cap. 2. 3. part. nu. 28.*

n *Ad monit. 41.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarius regularis eo modo potest impendere suos reditus, ac sæcularis suos.*

2 *Mater N. splendidè dotata reditibus ecclesiasticis.*

3 *Restituit quis debitor sibi, vt paupers.*

f *Num. 330.*

g *In 4. distin. 21. quæstio 1. art. 2.*

h *Cap. quia nos. de testã.*

i ff. *ad leg. Aquil. & ca. dudum. 2. de elect.*

crub. ff. *quod met. caus.*

d *In 1. q. mo. 30. apologiæ prædictæ.*

c *Quæstio 1. monito 43.*

2 *Mon. 51. ad c. 1. de cle. non resi. li. 6. & idem faciendo vso. 12.*

b *De fideiuss.*

c *Quæstio. 1. moni. 33. & 52.*

d *Clem. 2. §. sed & tales. de vit. & honest. cler.*

e *Ca. 1. de re. iur. lib. 6.*

f *Leg. nam quod absurdum. ff. de bonis libert.*

g *Monito 52.*

h *Ca. 21. nume. 123.*

i *Consi. 84.*

k *12. q. 2.*

l *Consi. 39.*

m *Leg fin. C. de impub.*

n *De prob.*

o *l. 2. §. si tibi centum. ff. mand.*

VIGESIMO QVINTO moneo, respondisse me ibidem eum secum pugnantia implicare videri, dum replicat ad solutiones datas à nobis,[a] contra intellectum à nobis noue aptatum cap. *peruenit.*[b] ipse tamen videtur an sint, talia; nobis enim id visum est. Cæterum quàm studiosus nouitatum velit apparere præfatus N. facile quis colligat, ex eo quòd sine vllo textu & ratione reprobat dictum Cardinalis à toto orbe Christiano vsu receptum, & à nemine in theoria reiectum, textuque ac ratione ab eodem, & à nobis,[c] fundatum de beneficiario regulari, quòd ratione sui tituli canonici possit disponere de fructibus suis perinde, ac sæcularis clericus de suis in opera pia,[d] quod omnino tenendum est. Tum quia nemo ei contradicit. Tum quòd §. ille *sed & tales*, probat illud irrefragabiliter, quatenus iubet regularem, qui epitogio nimis brevi seu foderato vtitur, si est beneficiarius, det illud pauperibus, si autem careat beneficio, trradat illud superiori, qui illud suo arbitrio operi alicui pio impendat. Ponit enim differentiam inter regularem simplicem & beneficiarum in impendendo, quę nulla ratione alia nititur, quàm quòd hic sine alius consensu potest reditus beneficij administrare, ille verò nõ ea quæ à suo Monasterio accipit. Tum quòd omnis titulus canonicus beneficij dat illum habenti facultatem dispendendi reditus in sui honestam sustentationem, & opera pia. At omnis sæcularis & regularis, cui canonicè competit beneficium, habet canonicum titulum: quia canonicè tenet illud, & beneficium sine canonica institutione obtineri non potest.[e] Tum quia iure quilibet regularis potest in suam sustentationem, & opera pia suos reditus impendere. At sæcularis non potest in alios suos secundum omnes absque peccato. ergo vtrique est par potestas iustè dispendendi. Tum quia alioquin sequerentur duo absurda. Alterum quòd nulla esset differentia inter religiosum simplicem habentem peculium, & habentem beneficium: cùm vterque possit suam sustentationem honestam accipere, & neuter posset in aliud impendere. Alterum, quod nullus regularis factus Abbas, Episcopus, vel Archiepiscopus posset dispendere suos reditus sine superioris licentia, quæ sunt absurda, & ita non audienda.[f] Quare me male notat suspicionis, quod ego id sequar, eo quòd sum regularis, quum ego probabiliore fortè coniectura dicere possem, eum tenere has nouas opiniones, eo quòd mater eius splendidè dotata fuit de bonis ex beneficijs quæsitis. Arbitror autem, quòd, vt multi viri eruditissimi, & piissimi probarunt, ita quoque probasset N. si absque stomacho scripsisset illam conclusionem, quam ego infero supra,[g] & in Manuali latino,[h] scilicet pauperem qui tenetur restituere pauperibus posse sibi tamquam vni ex eis aliquid retinere, præsertim in foro conscientiæ, saltem de concilio confessarij, vel episcopi, vt Ancharanus,[i] dixit Abbatissam executricem ad distribuendum pauperibus, etiam in foro exteriori posse deligere suum pauper monasterium: quamuis effectu sit eligere seipsam, argum. cap. *nullam.*[k] & Calderini,[l] posse parentem deligere filios pauperes, quamuis reputẽtur idem, quod pater,[m] quod enim præcipuè obstabat apud eos, erat præsumptio suspicionis, & fraudis, quæ in foro conscientię cessat. Nec obstat quòd inter dantem & accipientem, debeat esse distinctio: quia idem sæpe diuersa ratione vice duorum fungitur, vt actoris & rei, in cap. *ex literis.*[n] & aliorum in alijs multis citatis per glossam eius. Et ita qui vno respectu est debitor, altero potest esse pauper, cui restituatur, præsertim coram Deo, quem latere non potest, quod tamquam verè pauper capiat à se vero debitore, si res ita se habeat. Quam decisionem cum sua ratione confirmat S. Thomas & Caietanus 2. 2. q. 32. ar. 9. ad 3. S. Thomas quidem decisionem, quatenus ait, quòd distributor eleemosynarum in pauperes, potest sibi, si est pauper, distribuere, sicut & alijs. Rationem autem Caietani quatenus arguit primo contra S. Thomam, eo quòd lege ciuili cauetur, eum cui data sunt centum, vt det cui voluerit, teneri mandati, si ea consumpserit, quod habet l. *si mandauero.*[o] quam ipse non allegat, & postea respondet, quod illud est verum, de illo qui non vt distributor, applicaret sibiipsi pauperi, vt alteri, sed absolutè consumeret; non autem de illo, qui paupertatis intuitu sibi tamquam alteri applicaret. Distribuens enim sibi intuitu paupertatis propriæ, mandatum impleuit, dando cui voluit ratione ducæ, quæ ipsum non deterioris conditionis esse dictat ex hoc, quòd est distributor, quam si non esset. Stat ergo solida literæ doctrina, quod distributor libere institutus potest seipsum inter pauperes referre, si est pauper, & absque fraude tantùm sibi distribuit: debet enim se vt extraneum computare, & in persona donantis sibi distribuere. hæc ille. Quid verò sentiendum esse de consuetudine testandi clericorum censeam, dixi supra,[a] per vbi dicta tolluntur omnia quæ replicat.

a *Mon. 18.*

b *Ad mo. 18. & 51.*

SVMMARIVM.

1 *Clericorum aliqua mala impunita permittit Ecclesia licèt ea non probet.*

VIGESIMO SEXTO moneo, respondisse in dicto propugnaculo, quòd quicquid N. dicat verum est Ecclesiam permisisse, ac permittere multa peccata impunita clericorum licèt plura laicorum: non enim videmus eam punire clericos primæ tonsuræ, nec minorum ordinum beneficio carentium ad meretrices publicas accedentes. nouit enim N. quod omnes fere scholastici Salmanticæ, & Pinciæ ætate nostra erant minorum ordinum, vel primæ tonsuræ, & palam multi eorum accedebant ad meretrices, quorum nullum vmquam vidimus ob hoc solùm punitum: quod ipsum etiam in reliquo orbe seruari videmus, & audimus. Pluralitatem item beneficiorum simplicium tanto tempore permisit impunitam, quòd licèt, illa esset à principio illicita, quia quodlibet eorum requirebat residẽtiam personalem, iuxta c. *conquerente.*[c] facta est consuetudine permissiua tanti temporis licita, iuxta multas glossas & multa iura, & resolutiones communes doctorum in capit. *extirpandæ.*[d] & alibi sæpe. Item tota nostra ætate, etiam nunc post Concilium Tridentinum quo nouè prohibita fuit pluralitas beneficiorum ei, qui haberet vnum sufficiens, vidimus, & videmus impuniros vixisse, ac viuere habentes plura, quorum vnum sufficit. Et quicquidille dicat, non trahuntur in iudiciũ triennales possessores, siue iustè, siue iniustè teneant beneficia, nisi in casibus expressis: neque qui in carnis priuio multa leuia peccata, & notiora etiam in vrbe committunt, nam capit. *denique,*[e] perinde seruatur in clericis ac laicis saltem quoad leuiora, & alia multa quibus confunditur eius opinio constantius quàm oportebat asserta, scilicet, quod Ecclesia nulla mala clericorum ad euitandum maiora permittat impunita, licèt non probet ea: quod etiam in hac in hac ipsa specie, feciſse & facere sentit Caietanus,[f] ibi *per patientiam.* &c. Cæterum ea quæ verbosissime adducit contra monit. 54. diluuntur vno verbo, quod nec Papa, nec alij, qui diuiserunt, & erexerunt beneficia ecclesiastica, id fecerunt animo exonerandi illa onere dandi superflua pijs operibus, cui antea subserant, nec interuenit iusta causa id faciẽdi, per ea ea quæ ipse,[g] irrefragabilia induxi.

c *De ele. non resid.*

d *§. qui vero præb.*

e *4. distinct.*

f *2. 2. q. 185. art. 7.*

g *In mon. 41.*

SVMMARIVM.

1 *Religione de militari multa absurda respondet N.*

1 *D. Samartinus Caruaial licentiatus laudatus.*

1 *Religiones militares esse verè religiones, & eorum professores veros religiosos, gauderéque priuilegio Canonis & fori. num. 2.*

1 *Commendas militum religionum vera beneficia regularia esse. num. 2.*

VIGESIMO SEPTIMO moneo, demiratum fuisse me vbi supra de præfato N. quòd tot falsa audeat asserere de religionibus militaribus, & professoribus illarum directè, vel indirectè, & quidem, mea sententia, periculosa, & iuri, & facto contraria.

Primo enim ait, nullam religionem militarem, esse veram religionem contra S. Thomam & omnes citatos supra.[h]

Secundo ait, quod nec Commendatores illorum nec vlli alij profitentes eas ad exercendam militiam vel alia

h *Quæstio. 1. mo. 55. in apologiæ præfatæ mon. 56. & sequentibus.*

munera temporalia aliena à diuinis officijs & contemplatione, gaudeant priuilegio canonis. *si quis suadente.* [a] contra cap. *non dubium.* [b] & alia ibi citata. Per quæ constat etiam conuersos quarumcumque religionum nullo ordine insignitos, & ad alia munera, quàm diuinorum officiorum profitentes, eo gaudere; etiam fœminas, contra capit. *de monialibus.* [c] & contra multa infra deducenda.

Tertio, quòd non gaudeant priuilegio fori, imo iudicentur à iudicibus laicis, in quorum territorio degunt, cùm non solùm iure, sed etiam consuetudine totius Hispaniæ inuiolabiliter obseruata nullus eorum iudicetur ab alio quàm à Rege, vel ordinum concilio, quod ipsum repræsentat, vel à Priore: à Rege, inquam, non tamquam Rege, sed tamquam administratore Magisteriorum supremorum illorum ordinum: ita quòd nec ipse, nec concilium eius iudicat eos auctoritate laica, sed ecclesiastica quam olim Magistri habebant, & nunc habet Rex, non vt Rex, sed tanquam administrator constitutus à S. Sede Apostolica Magisteriorum illorum, quæ fuerunt Regię Coronæ adnexa, siue vnitate: ante quod nullus rex Hispaniarum exercuit in illos vllam iurisdictionem amplius, quàm in clericos, vt constat per historiam, & per praxim, qua in hunc diem sola ecclesiastica iurisdictione iudicantur. Et ideo vbicunque delinquant, nullus ibi si non adest Rex ipse, vel Prior, vel Concilium præfatum punit eos, vt pote priuilegio fori exéptos ab omni iurisdictione laica, etiam Regia, quatenus est laica. Et ita quatenus habet iurisdictionem ecclesiasticam, per quam nõ infligitur pœna sanguinis. Quę est vna precipua causa, quare tãtopere appetitur militia horum ordinum, quæ suos professores omnes à timore pœnæ sanguinis liberat, sicut ordo sacer: vnde, præsides, & consiliarij consilij prędictorum ordinum non possunt esse laici, sed oportet, vt sint religiosi ordinum illorum. quod esse notissimum, & vsitatissimum mox demonstrabitur.

Quarto ait quòd nullus vmquam dixit prędictos Commendatores siue milites ordinum militarium esse personas ecclesiasticas; cum vt ego probo, sint etiam religiosi & in multis suis bullis, vt infra subiciam, Pontifices Maximi appellent eos non solum ecclesiasticos, sed religiosos: & eo nomine laude & fauore dignissimos.

Quinto, quod negat consequenter professores præfatorum ordinum etiam, qui vocantur de Alcantara, & Calatraua, qui profitentur regulam sancti Benedicti vel Cistercienſem esse ecclesiasticas personas, motus eo quòd videntur sibi non vouere castitatem & paupertatem; eo quòd verbis suarum professionum id non exprimunt, non aduertens, quòd omnes religiosi tam sancti Benedicti, quàm Cistercienses qui eandem regulam seruant, simili modo profitentur, & per illam professionem fiunt veri religiosi: non aduertens item, quod quilibet vouens obedientiam secundum aliquam regulam monachalem à sede Apostolica approbatam, videtur vouere castitatem, & paupertatem, quas regula illa iubet seruari: etiam si nullam aliam expressionem de illis mentionem faciat, & per id fit verus religiosus, secundum Innocentium recept. [d] Non item aduertens quod etiam conuersi regulæ sancti Benedicti, & Cistercienſis, quam prædicti milites (vt dictum est) profitentur, etiam Sutores, Latomi, Carpentarij, & Agricolæ sint Ecclesiasticæ personæ, imo religiosi, & gaudeant priuilegio canonis, & fori secundum omnes scribentes in dd. cc. [e] & alibi sæpè.

Sexto, ait quòd soli, & omnes deputati ad militiam, vocantur Commendatores: & quòd propriè nulli præter eos qui habent Commendas sint Commendatores, nec appellentur in regula tales, quod falsum videtur. Tum quia communiter tam professi ad diuina officia, quam ad arma, appellantur Commendatores, vt palam est in Hispania, adeo quod Salmanticæ collegia eorum, qui studentes inibi literis (quod soli professi ad diuina, siue chorum faciunt) appellentur Collegia Commendatorum, Et in Vrbe Reuerendus admodum licentiatus Samartinus de Carauajal vir prudentissimus, idemque ob maxima, quæ in ordinem suum S. Iacobi contulit officia, & peregit negotia, Regi summo sui ordinis Magistro acceptissimus, & professus ad chorum, imo, presbyter nullam commendam habens nullo alio nomine communiter appellatur, quàm *El Commendador*, siue Commendator Caruajal.

Septimo, quòd negat eos integrum votum paupertatis emittere: contra quòd vltra illa quæ adduxi supra, [a] adduco 3. capi. prima. ticu. 9. *de la Regla y eſtablecimiento de la Caualleria de la orden de Santiago*, in quorum primo omnes professores illius tam milites, quàm clerici iubentur manifestare semel in anno omnia bona mobilia, & immobilia quę habent peculiaria, & petere licentiam tenendi ea, exprimendo valorem cuiuscumque illorum in specie. quod temperatur per secundum, quo aliquibus de iustis causis stabilitum fuit, vt sufficeret militibus manifestare bona sua in genere, sine expresione valoris eorum in specie. Clericis autem non, quamuis vtrique incurrerent pœnam ablationis eorum quę celarent. In tertio vero scribuntur hæc verba: *Los bienes immobiles, que dexaren los frailes de nueſtra orden, que murieſſen ſin hiios legitimos, que queden libres, y eſſentos para la dicha nueſtra orden, y dellos, ny alguno dellos no puedan mandar, ny teſtar ny diſponer à perſona alguna que ſea en ninguna manera: porque todo lo que el religioſo adquiere, á ſu ordẽ lo adquire.* Quod postea fuit relaxatum ex parte ab Innocentio VIII. vt ibidem refertur, [b] sed nuper fœl. recor. Pius V. omnia priuilegia testandi professoribus ordinum militarium concessa reuocauit, per bullam cuius tenorem huc pertinentem transcripsi supra, [c] nulla enim ratione permitteret Hispania, quòd Papa hæc priuilegia daret, & tolleret professoribus prædictis, si non essent verè professi paupertatem, nec Regia Maiestas ferret, vt tot Illustrissimi, Illustres, & nobiles viri alioqui laici penderent à nutu Papæ quoad dispositionem bonorum temporalium in suis Regnis sitorum; quum non patiatur, vel minimum agricolam laicum, suorum Regnorum pendere ab eo etiam quoad dispositionem vnius prædioli fœcularis.

Octauo ait, quòd Commendatorum præfatorum commendæ non sunt beneficia ecclesiastica; nec regularia, sed fœcularia, quæ conclusio falsa, & inaudita est in theoria, & in praxi inusitata. Tum, quia nullatenus sine dispensatione Apostolica possunt conferri alijs, quàm religiosis professis eorundem ordinum. Tum quia nec Rex, quatenus est solùm Rex, potest quidpiam disponere de illis, nec quatenus est Magister, & Commendator maximus à Sede Apostolica deputatus potest Commendam vnius ordinis conferre militi alterius sine dispensatione Apostolica, per quam fiat facultas transeundi ad illum ordinem, quo fiat capax illius; quod frequenter factum à Papa ob regias preces scimus, & super valore facultatis consulti sumus. Tum quia conuenit eis tota definitio beneficij ecclesiastici, quam diligenter collectam præsertim ex Calderino Felino & alijs, [d] & Ancharano, [e] larè declaramus alibi in rub. de præb. & retulimus in commentario c. *non liceat.* [f]

SVMMARIVM.

1 *Don Michael à Marannon licentiatus laudatus.*
2 *Religionibus de militaribus quæ ab Auctore ſcripta ſunt in hoc libro, & aucta in Apologia eius, & defenſa in propugnaculo antipologia N. & repetita nunc ſupra quæſt. 1. monito 55. irrefragabiliter probantur fragmentis ſermone Hiſpano editis à Fiſcali doctiſſ. à tota Hiſpania receptis, & ſeruatis.*
3 *Religioſos milites non poſſe moraliter ſeruare caſtitatem in curia ſui Magiſtri iniuriosè dictum.*

VIGESIMO OCTAVO moneo, adduxisse me in dicto propugnaculo ad confirmationem contentorum in monito proximo, præsertim, quòd prædicti Commendatores gaudeant priuilegio prædicti canon. *si quis suadente.* & fori, allego fragmenta sequentia tractatus nuper sermone Hispano in ipsamet Hispania editi à nobilissimo viro, eodẽque doctissimo licẽtiato Don Michaële à Marannon non vno nomine mihi suspiciendo, qui Fiscalis omnium ordinũ munere apud prædictũ Concilium regiũ in presẽtia fungitur, cuius verba sunt. *Que los militias y ordenes de Santiago, Calatraua, y Alcantara (las quales iuntamos por ſer caſi vna orden) ſean perfetas religiones, y los caualleros y perſonas de ellas verdaderos religioſos, y exemptos dela iuriſdicion ſeglar, anſi en lo cibil, como enlo criminal, no tiene duda alguna, y muchas cauſas ay, y razones de que manifeſtamẽte ſe con-*

a *In prædicto monito 55. & ſequen.*

b *In cap 4.*

c *Eadem q 3. monito 12. & in prædicta apologia q. 3. mon. eodem.*

d *In c. poſtulaſti. de reſcript.*

e *In cap. 1. de reg. iur. lib. 6. & 12. q. 2.*

d *In c. conſuluit. de regulis.*

e *Et in c. 2. de foro comp.*

cluye la dicha religion, y exempcion de las dichas ordenes y perſonas. Y porque ſeria largo traer las aqui todas ſe diran en ſumma las que baſten para moſtrar ſer verdad lo dicho. Y las demas, y eſtas y ſolution de contrario, ſe podra ver copioſamente con ſus allegaciones en derecho, y Theologia enel libro, que de la origẽ religion, y exempcion de eſtas milicias tengo eſcripto, diuido en ſiete capitulos por mas diſtinta, y particularmente eſmenuzarlo y traer lo todo: al qual remito al lector.

Primeramente que las ordenes de Sãtiago, Calatraua, y Alcantara, y perſonas de ellas, ſean religioſas, no recibe duda pues conſta, y es notorio que profeſſan expreſſamente, y con todas las cerimonias de religion los tres votos ſubſtantiales, y baſtantemente para religion perfeta. Y que ſon ordenes aprobadas por la Sede Apoſtolica de Roma por el Papa Alexandro tercero, y Innocentio tercero, y Honorio tercero, y Lucio tercero, y Iulio ſegundo, y Leon decimo. Y otros muchos Summos Pontifices, con muchos encomios y loores verdaderos de entera y perfeta religion. Y que la orden de Santiago es de la orden de ſant Auguſtin, y como à tal fue dada la regla y orden de biuir à los clerigos, religioſos dela dicha orden, conforme ala de ſant Auguſtin. Y los otros caualleros dela dicha orden diputados para la Militia y defenſa corporal dela fe, y nombre Chriſtiano, fue aſi miſmo dada ſu manera de rezar, y viuir en todo conueniente, à caualleros religioſos, y à eſtado militar religioſo. La qual orden de ſant Auguſtin nadie duda ſer delas mas antiguas de Chriſtianos y exempta, y la orden de Calatraua y Alcantara, es de la orden de Ciſtel, Y la miſma ſin tener otra differentia, mas de ſer eſtas militares inſtituida para la dicha defenſion de la fe. Y en todo ſiguen la regla de Ciſtel, y biuen debaxo de ſu obediencia, y ſe gouiernan por ſus diffiniciones, reciben el habito con las meſmas ſolemnidades y le traen de continuo de dia y de noche, laqual orden de Ciſtel es de las mas celebres del Chriſtianiſmo, y por leyes de la patrida muy loada, y todas dichas tres ordenes y perſonas de ellas, ſon viſitadas por perſonas de ſu orden nombradas en ſus capitulos generales, que cada vn anno ſon obligadas à celebrar. Cõfeſſan ſus peccados à perſona de ſu orden. Pueden ſer abſueltos por los ſuperiores de ſu orden de excommunion y irregularidad ſi enellas incurren, como los de mas religioſos de otras religiones. Pagan ſus decimas los de Santiago à ſu orden, y los de Calatraua, y Alcantara à nadie de ſus labores y grangerias conforme al priuilegio de Ciſtel incorporado en derecho. Gozan todos del Canon ſiquis ſuadente del qual nõ gozarian ni delo arriba dicho à no ſer religioſos. Mueren como religioſos, entierranſe como tales. Y en ſuma que tomemos el principio, medio, y fin de ſu orden de todas tres milicias, y mire mos entrada, vida y muerte delas perſonas de ellas, ninguna coſa les falta para ſer perfetas religiones, y las perſonas verdaderos religioſos. Y aſſi omo religiones, ſe puede paſſar à ellas del eſtado Clerical, y de ellas no à eſtado otro alguno, ni religion. Por donde tambien claramente ſe conuence ſer religiones, y no de memos perfecion que qualquiera delas otras. Porque à ſerlo, podriaſe paſſar de ellas à las otras como à mas perfetas conforme à derecho.

Antes ſe puede con verdad dezir que eſtas Religiones exceden en cierta manera à las otras. Porque las otras cõſiſten las mas en obras dela vida contemplatiua, y dela actiua tienen poco à lo menos en reſpecto de eſtas. Y eſtas comprenden, perfectamente entrambas vidas. Por que los clerigos de eſtas Religiones exercẽ, como es notorio, enlos conuentos de la orden muy complidamente las obras dela vida contemplativa en los diuinos officios: y en rezar, y en muy grande contemplacion y apartamiento del mundo, y en los de mas exercitios dela vida contemplatiua. Y aun los Caualleros que no ſon Clerigos, tambien cumplen perfectamente las dichas obras en el entretanto que eſtan en los deuotos conuentos, porque ſon obligados à aſſiſtir y aſsiſten à ellas iuntamẽte con los dichos Clerigos de orden. Y los vnos y los otros non pueden ſalir, ni ſalen de los Conuentos ſin pedir licentia, mas que los religioſos de otras religiones. Y ſi fuera de los conuentos quando de ellos ſalen los dichos caualleros con licencia, como dicho es hecha ſu profeſtion, no cumplen las obras dela vida contẽplatiua, es porque non ſe cõpadecen las mas de las dichas obras, ô no cõuien con la milicia, como vemos enlos frailes predicadores, que por predicar no ſe occupan en el choro, y en otras obras que impiden el ſtudiar, o predicar, la qual milicia tambien en eſtos caualleros va enderecada derechamente al miſmo fin, que las obras della vida contemplatiua. Porque ſu fin deſta milicia es el enſalcamiento dela fe verdadera de DIOS. *Que es el miſmo immediato amor de* DIOS *en quien conſiſte tambien el fin dela vida contẽplatiua. Y aun para eſte fin, es el medio eneſta milicia el mas perfecto de todos. Por que es por medio dela muerte y martirio. Por lo qual bien à propoſito dize el Cardenal Alberto, en la regla de Santiago enel capitulo de los ayunos ſer coſa mayor y mas graue, y peſada, dificultoſa, y trabioſa poner la perſona a peligro de muerte, y à tantos trabaios y peligros, como eſtos caualleros la ponen cada dia en la guerra cõtra Moros por defeſay aumento dela ſe catholica, que no eſtando en paz y ſoſſiego, aſſigir el cuerpo con abſtinencias, diſciplinas, y otras maceraciones que ſon los exercitios de otras religiones: por los quales pertenden exceder à la religion deſtas ordenes. Y* CHRISTO *nueſtro Saluador por Sant Iuan lo dize, que nadie puede tener mayor amor à otro, que es poner la vida por el. Y la vida actiua y ſus obras ſe cumplen en eſtas ordenes perfectiſſimamente, y muy mas largamente ſin contradicion que en las otras religiones de obra, y non ſolamente de palabra. Porque tienen mas bienes para cumplir las, y eſtan dedicados para ellas muchos hoſpitales con grandes rentas ſin otras infinitas limoſnas, y reſcates de captiuos que ſe haze en eſtas ordenes por obligacion, ſin las limoſnas voluntarias. Y en general todos los demas bienes de eſtas ordenes ſe gaſtan en obras pias en la dicha guerra contra Moros, y en mon aſterios de monias y ſuſtẽtar otras gentes que la orden manda. Y no ſolamente los bienes (que es el primier grado de charidad con el proximo) ponen eſtos caualleros por ſus proximos: pero tambien ponen el trabajo corporal y vida, que ſon los otros dos grados dela charidad del proximo. Y en concluſion cumplen todas las obras de miſericordia como elegante y verdaderamente lo dixe el dicho Cardenal enel dicho capit. de ayunos.* hactenus ibi.

Et post multa quibus probat auctoritate Alberti Cardinalis & eius rationibus super regula S. Iacobi perfectionem illius religionis, subdit hæc. *Y no dexan de ſer religiones perfectas, por no exercitarſe tan principalmente en las obras de la vida contẽplatiua, como otras religiones, porque ſegum Sancto Thomas, y los demas Theologos, y Canoniſtas, muybien ſe puede inſtituyr religion para obras dela vida actiua. Y ſegun el miſmo S. Thomas la vida de los Apoſtolos de* CHRISTO *(que fue el retrato y dechado de la perfecion de religion) conſiſtio principalmente en la predicacion del Euangelio, laqual pertenece ſegun el meſmo Sancto Thomas ala vida actiua. Y entre las obras de la vida actiua, ſe puede inſtituyr religion y aun deue (dize el miſmo Sancto Thomas) para la milicia, o guerra en defenſion de la fe: como es la de eſtas ordenes. Y creo para mi, que quando Sancto Thomas dixo que podia inſtituirſe religion, y deuia (como dicho es) para la dicha guerra, eſtando la fe en peligro por falta de los Principes Chriſtianos, que quiſo entẽder por eſtas ordenes, que no mucho antes del tiempo de Sancto Thomas ſe confirmarõ todas tres por el Papa Alexandro tercero. Y ſe hizierõ religiones por la miſma cauſa y razõ de la fe Chriſtiana en gran peligro en Eſpanna por la diſcordia y guerras de los principes Chriſtianos de Eſpãna entre ſi: como à la letra lo dize la regla de la ordẽ del Bienauẽturado Santiago, poniẽdo la razon y cauſa de ſu inſtitucion. Y por el meſmo peligro teſtifica el Arcobiſpo Don Rodrigo, que fue inſtituyda la orden de Calatraua, cuya filiacion es Alcantara.*

Et paulo post. *Y mas ſe ha de aduertir, que en el voto de la obediencia que es el principal de los tres votos, excedẽ eſtas religiones à las otras, porque ſe voia en eſtas ordenes la obediencia en todo y por todo, y cõprehende el martyrio, y ſe padece cada dia en eſta milicia, el qual excede à toda otra perfectiõ Chriſtiana, y à la Virginitad, ſegũ Sancto Thomas y Theologos. De donde ſe ſigue, ſegun el meſmo ſancto Thomas, que puesto que eſtas inclytas religiones fueſſen en los otros dos votos, inferiores à las otras religiones, ſe hauria de cõpenſar con eſte exceſſo de eſtas ſanctas religiones à las otras en el voto de la obediencia que cõprehende tambien el martyrio: como dicha es, y excede à toda otra perfection.* & infra. *Y conſiderando creo eſta ſumma perfection deſtas ſagradas Religiones eſta prohibido por las bullas Apoſtolicas de la cõfirmacion de eſtas ordenes, que de ellas no ſe pueda paſſar à otra alguna Religion de qualquier calidad que ſea. Y nadie que ſin paſſion quiera iuzgar, y aya viſto la regla, y bullas, y priuilegios de eſtas ordenes, negara ſer perfetas Religiones. Y los que lo contrario dicen, han lo dicho ſin auer las viſto, (porque ſi las vieran no lo dixeran) y anſi no pudieron bien iuzgar, ni eſcriuir de lo que no vieron, ni por pretender que no ſe guarduna la Regla dexieron negar la Religion. Que es error manifieſto.*

Et paulo post. *Y que mas aprouacion dela religion deſtas ordenes es meneſter, de que ſu Mageſtady los catholicos Reyes de Caſtilla, los poſſeen y tienen con titulo de adminiſtracion del Papa, como à coſa religioſa y eccleſiaſtica? Y cada dia ſupplican al Papa por ellas, como por ordenes y religiones. Y los Papas ſi eſtas ordenes no fueran religiones eccleſiaſticas, como, o para que las auian de eximir de la iuriſdicion eccleſiaſtica de los*

obispos,y otros;como las eximen y les dan otros muchos priuilegios? Y las llaman religiones en muchas bullas. Y si algun texto viuera en derecho que las llamara expressamente religiones, nadie dubdara de su religion:pues porque mas sea de dubdar llamando las el summo Pontifice religiones fuera de texto? Pues el mismo poder se tien el Papa no haziendo texto,que haziendole. Y el poder destos pontifices que llaman à estas ordenes religiones, es el mismo que el de los otros, que hizieron los textos del drecho Canonico. Y aun que mas frequente mente las llamen ordenes, lo mismo importa que llamarlas religiones, ansi en drecho como enel coman hablar. Y si contra lo arriba dicho de la religion de estas ordenes, replicare alguno que no es su regla de e ste tiempo la que yo he pintado, o almenos no se guarda,ni se exercitan los caualleros destas. en la Milicia sino los mas en todo lo contrario de su regla y profession,argument o fue este y error. Primeramente de Vuicleff, y Iuan Hus reprouado enel Concilio de Costancia.y renouado en nuestros tiempos por su discipulo en los errores Martin Lutero, para dezhazer la orden y potestad ecclesiastica por los abusos,transgressiones, excessos.y males de los ecclesiasticos. Tes error y argumento de los Moros para reprouar nuestra ley Christiana por los pocos que dizen que las guardan de essos pocos que la siguen: como que la ley no por si sino por los que la siguen. o guardan se vuiesse de ius gar ser buena, o mala. A lo qual todo y a lo de matrimonio, y à otros defetos y obietos que contra la religion destas nobles ordenes opponen algunos. Respondo largamente en el dicho libro en el capitulo quinto,donde copiosamente se trata este articulo de la religion de estas milicias, y se puede ver. Por manera que siendo estas nobles ordenes religiones, y las personas de ellas religiosas, que duda puede auer: para no ser exemptas en todo de la iurisdicion seglar? T que hombre de iuyzio podra negar que las personas destas ordenes non se aten muy bien por los votos que hazen y se obliguen à la religion. Et paulo post.

T por concluyr con exemplo sacado del mismo echo, y caso que tratamos notoriamente se ve cada dia,que si vn clerigo,o sacerdote toma el habito de alguna destas ordenes, se exime de la iurisdicion ecclesiastica, à que est aua subjeto. T es iuzgado solamente por su orden. T esto sin contradicion de nadie, y mandando su Magestad. Luego la orden destas Milicias y religiones,pues atrae assi à su iurisdicion reglar al clerigo y sacerdote que era dela iurisdicion y estado ecclesiastico. De donde tambien se sigue,y necessariamente, que pues la iurisdicion de estas ordenes es mas poderosa que la ecclesiastica, y la ecclesiastica que la seglar, que lo sera tambien mas que la seglar. Y que la ecclesiastica sea mas poderosa que la seglar, es notorio. Porque si vn lego se haze clerigo,se exime de la iurisdicion seglar, à que estaua subieto y passa à la ecclesiastica. Et post pauca. *Item parece que no tiene dubda la dicha exempcion por la ley 12.titu.16.lib.2.ordina.echa por los Reyes catholicos en Toledo anno de 1480. Por laqual declaran por religiosos à los caualleros de estas tres ordenes, y de la de sant Iuan,y gualdo los à todos,y comparando los con los demas religiosos de otras ordenes. Y como à tales religiosos y exemptos dela iurisdicion seglar, los inhabilita para officios seglares,y la causa de hazer se à quella ley fue don ..... de Guzman caualliero de la orden de Calatraua, corregidor que fue de Ciudad Real, el qual enla residencia fue acusado de cierto homicidio, y por el habito se eximio de la iurisdicion seglar. Porlo qual los dichos sennores Reyes hizieron à quella ley para los caualleros de las dichas quatro ordenes, y en general para todos los religiosos de qualquier orden.* Et post pauca. *Que en Madrid siendo fiscal el Bachiler de la Torre,por todo el consejo Real presentes sus Altezas de los dichos sennores Reye, Catholicos, se declarò por la exempcion de Calatraua, de quiens sus Altezas se querian informar, y por consiguiente de Alcantara,que es cosa annexa de Calatraua, y vna misma orden: y la de Santiago est a ygualada quanto à este articulo, ala de Calatraua por la dicha ley 12. del ordinamiento.y tambien ay declaracion expressa de sumos Pontifices, à quien esta declaracion pertenece, por depender principalmente de ser,o no estas ordenes cosa religiosa y ecclesiastica, de la orden y caualleria de Santiago,ay declaracion y bulla del Papa Innocentio, y del Papa Martino V. de la orden de Calatraua y Alcantara, ay declaracion de mismo Innocentio IIII. y Innocentio VIII. y Leon X. y assi quando el Sennor Rey don Iuan el segundo hizo degollar à don Aluaro de Luna maestre de Santiago hizo despues traer de Roma para si,y los de mas que auia interuenido en la muerte del maestre absolucion de la ex-communion en que auiam incurrido por hauer puesto manos violentas enel dicho maestre, como lo testifica il Doctor Montaluo glossador de las partidas, y del consejo del mismo*

A *Sennor Rey Don Iuan.* Hæc ibi.

3 Per quæ omnia constat quàm aliena à facto,& iure N. responderit admonit.35.præfatæ nostræ apologiæ. Quare quicquid ipse & Dom. Sotus Author alioqui grauissimus, & multis nominibus mihi suspiciendus, collegáque meus olim in academia celeberrima Salmanticensi, virtute quidem animi,& eruditione theologica prior,gradu vero doctoratus, & loco sessionis in consessibus academiæ, & cathedræ primæ functionis honore posterior, in hac re dicant mihi videtur, vt in prædicto moni. 56. dixi iniuriam omnibus ecclesiasticis,& laicis agentibus vitam cælibem in Curia Pontificum Max. & aliorum ecclesiasticorum,ac Principum secularium; imo, & in aliis vrbibus extra septa Monasteriorum,dicere,quòd milites præfatorum ordinum obsequentes Regi Magistro suo, non possunt moraliter loquendo seruare votum castitatis: quia non est difficilius eis seruare illam, quàm aliis sacris initiatis suam,& ali is cœlibibus,sextú decalogi præceptum extra septa Monasteriorum habitantibus: quamuis certum sit,cæteris paribus,facilius esse illam seruare intra illa quàm extra.

B

SVMMARIVM.

1 Commendatarius cur vocatus Author.
2 Religionem militarem dicere non esse veram, piaculum, & eius professorem habere proprium,intolerabile.

C 1 VIGESIMONONO moneo, respondisse me præfato N. quòd incaute imponit mihi, quòd mon. 80. [a] appellaui canonicos Regulares Roncæuallis,& S. Isidori Legionensis Commendatarios, quod nec per somnium vnquam venit mihi in mentem: nõ enim ego appello ibi canonicos Commendatarios, sed prælatos quibus eorum præfecturæ in commendam conferebantur,quorum altera,s. prioratus Roncæuallis sic collata fuit quatuor præcessoribus eius,qui nunc est Reuerendissimus Illustrissimæ familiæ Don Antonius Manricus in episcopũ Pamp. à Regia Maiestate nominatus, dominus meus quàm colendissimus: & altera s. Abbatia S. Isidori commendata fait multis vsque ad præsentem, de quo nescio an fecerit professionem,& acceperit in titulum: nec ego me appellaui Commendatorem, eo quod sim canonicus simplex Roncæuallis: sed quia Commenda del Villar, prope Villagram Legionensis diœcesis, cui iurisdictio temporalis meri,& mixti imperij inest,illius ordinis mihi fuit collata à Priore generali,& per Sedem Apostolicam confirmata anno 1524. An vero periculose significet in responsione ad 57.monitum præfatæ apologiæ nõ esse veram religionem,quæ ad militandum instituitur,ipse viderit,mihi certe piaculum censerem, per prædicta in monitis proxime præcedentibus:satis aute miror,quòd audeat dicere,quòd ego exæquo regulares clericos,secularibus,eo quòd dixerim vtrosque habere eandem facultatem disponendi de fructibus beneficiorum suorum; quasi per hoc concesserim quòd regulares possint habere patrimonialia propria sicut seculares. Caueat autem ipse an periculose dicat contra totam religionem Christianam, quòd Commendatores post votum paupertatis solenne possint habere propria patrimonialia, quod etiam generalius supra dixisse notauimus:non aduertens,quòd omnes illi etiam de more se expropriant,vt [b] prædixi.

a *Quæstio. 1. num.5.*

b *In monito 27.& 28.*

D

SVMMARIVM.

1 Commendatores ordinum militarium Hispaniæ habent ecclesias separatas commendatas,quæ aliis non conferuntur.
2 Beneficiarius licèt non teneatur reficere ecclesiam priusquàm sumat necessarium ad se alendum secundum qualitatem beneficij,secus tamen de necessario sibi secundum aliam qualitatem extrinsecam.

E 1 TRIGESIMO moneo, respondisse me in d. propugnaculo, quòd alia quæ subiicit vsque ad secundam partem non sunt digna quibus respondeatur; nisi vt aduertat, an sibi constet, an verò secum pugnet affirmando exertè supra ad monitum 40.præfatæ apologiæ, quod clericus peccat mortaliter insumendo fructus beneficij vane, vel profane, quod ipsum reperit in secunda parte ad monit. 7. & quòd non purificauit clericos laicis quoad dispendendum reditus suos; & nunc purificat eos quatenus facit eis liberam facultatem

F

disponendi de eis, & absoluit eos ab omni lege, præterquam misericordiæ,qua secundum eundem etiam tenentur laici: qui tamen secundum eundem non peccant mortaliter sic sua impendendo,si enim hoc est verum,quomodo illud non est falsum; & è contrario. Legens verò ea quæ ad 82. respondet, fateor me valde tenuatum ad retardandum, nisi me condonatio supra facta, & missa, quam nunc indignè feci,ab eo rerraxisse: quis enim ferat tam frequentẽ, & duram reprehensionem transcriptionis eorum,quæ in libello de reditibus,quem defendebam, continentur, factam ab eo, qui nouit me lectori iam inde à principio in epistola ad eum data ob vtilitatem eius id facturum promisisse? Quis itẽ ferat audire Commendatores ipsos non habere Ecclesias,quarum decimas ipsi recipiunt, quæque ideo non habent Rectores principales, quia sunt vnitæ ordini, & ab ordine commendatæ commendatoribus,& ideo solùm ponuntur in eis Vicarij perpetui vel temporales,quos ipsi præsentant? Quis item ferat audire ordines prædictos non habere Ecclesias quæ non conferuntur presbyteris ordinum,& quod reparatio Ecclesiarum, quæ non habent reditus separatos à mensa Commendatarij, non debeat fieri ab eo? Quorum contraria sunt notoria Hispanis, & eorum testis omnis exceptione maior est in Vrbe prædictus Commendator Don Samartinus de Caruaial visitator S. Iacobi frequenter designatus,cum aliis eius rei conscius.

2 Cæterum assertio,quòd filius Regis parochiam mille aureorum habens,non teneatur reparare, & ornare illam necessariis, si illis mille eget ad suum statum quasi Regium decenter sustentandum, licèt ipsa non habeat reditum separatum, ad se conseruandum: & quòd potius Parochiani tenentur illam reparare, indigna est quouis canonum perito, præterquam ipso ad contradicendum mihi adeo propenso.

A

SVMMARIVM.

1 Legem nullam quæ nititur æquitate esse iustitiæ, non dixit Author.
2 Actus vnus & idem vario respectu ad varias virtutes, & varias leges pertinere potest.
3 Lege iustitiæ non obligatur quicũque iudicis officio cogi potest.
3 Officium iudicis nobile non est actio, & frequenter datur contra obligatum alia lege,quàm iustitiæ.
4 Legale debitum multiplex,& quæ legalis iustitia pariat actionem,& quæ officium iudicis,& quæ neutrum.
5 Lex subsidiaria regulariter parit actionem,quicquid N. dicat.
6 Necessitatem extremam patientis non fiunt ipso iure ei necessaria,licèt sint danda,& ab eo possint accipi.
7 Dominium rerum Ecclesiæ est apud Deum specialiter, & priuatiuè.
8 Gloriam per iustitiam, & eius opera quæri.
8 Iustitia vt maxima virtutum moralium.
9 Beneficiarius successor cum præcessore, vt diuidit fructus remissiuè.

a *In 2. par. sue antipologia.*

1 TRIGESIMOPRIMO moneo,quòd in prædicto propugnaculo nolui respondere speciatim ad multa, quæ præfatus N. coniecit, [a] sine certo scopo, effundendo quidquid se sibi offerebat circa 2. quæst. quam supra tractaui de necessitate restituendi malè,vel profanè impensa incumbente beneficiario ecclesiastico: & quòd condonabam ei improperia, quæ ipse tum expressè,tum figuratè,ac per quamdam consequentiam tacitè inferebat mihi. condonabam inquam, vt & semper condonaui, & nunc condono caritate vera,& non ficta, paratus ob antiquam amicitiam pro tenuitate mea inseruire ipsi, contentus adiicere solùm hæc pauca nuda confirmationibus, & confutationibus,& aliis parergis,& allegationibus superfluis, quibus sua dicta redundant.

B Primum quidem,quòd ipse,qui improperat mihi tranquillam senectutem fortè per præcipitis inuentutis ardorem,ait in principio,ambiguum sibi fuisse, an mea prima quæstio proponeretur de peccato tantùm beneficiatij male impendentis, an etiam de obligatione restituendi. Quilibet enim senex, immo & adolescens,qui sine tumultuario feruore, tenorem quæstionum legeret,præsertim adeò serio ac ipse, clarè id intellexisset ex principio huius libelli, & ex monito 1. [a] vbi vtrobique sic habetur. *Quæstio prima, An mortaliter peccent beneficiarij ecclesiastici superfluè, aut profanè reditus suorum beneficiorum impendentes. Quæstio secunda, An non tantùm peccent, sed etiam ad restitutionem teneantur.* hæc ibi. Nonne qui cæcus non est, videt; in prima quæstione non quæri de restitutione, sed solùm de peccato mortali?

a *Quæstio .1. apologet.*

Secundo,quòd mirum est virum iuuenem,diligentem, & adeo apud se sapientem, non intellexisse, quod ego ei non impono in meo primo moni. [b] quod ipse dicit ad illud,sed tantum,quod nõ omne id, ad quod quis compelli potest,debetur iustitię specialis lege,in quo ipse lapsus est in suo libro,& fallitur in responsione ad primũ, & secundum monitum secúdæ quæst. dum putat omne id propter quod ad iudicium venitur,esse debitum iustitiæ specialis, cuius cõtrarium ego, [c] irrefragabiliter probo, monstrando multas leges,& præcepta multarum virtutum aliarum à iustitia speciali esse,ad quarum obseruantiam quis à iudice compelli potest;licèt non sint præcepta,& leges virtutis iustitiæ specialis,sed vel *noluit intelligere, vt bene ageret.* vt habet psalmista, [d] relatus in ca. *ideo.* [e] aut certè credo ei dicenti se non intelligere: quia nondum peruenit ad hanc(quæ non est triuialis)cognitionem.

b *Quæst.2.*

c *In monit.1. qu.2.*

d *Psal.68.*
e *37. distinct.*

C Tertio, quòd miror eum putare,vel fingere me moueri illa doctrina S. Thomæ, quam in fauorem meum allegat, tacitè me ignorantiæ illius notando ad monitũ 2.meum; quam postea contra me opponit, non enim facit pro me, licet ipsemet (vt ait) non intelligens id falsum putet, & insinuet me dicere nulla lege iustitiæ in nullo casu teneri parrem filio,vel maritum vxori,neque è contrario, & falsius imponit mihi,quòd dixerim leges,quæ statuuntur ob æquitatem, & fundantur in ea,non pertinere ad iustitiam specialem,quod legista insensatus non dixisset,& ipso teste, [f] allegem l. *si & me & Titium.* [g] ad probandum actionem ob solam æquitatem dari,& contra id mihi falsò impositum opponit, nullum finem arguendi faciens, multa quæ cuique iurisperito ad manum erant: ego enim id solùm dixi de lege,quæ tantum ex pietate,misericordia, vel caritate descẽdit,& non de descendente ex æquitate, cui omnes fere leges nituntur, auctore Celso qui relatus ab Vlpiano, [h] ait, *ius esse artem boni, & æqui, & iurisconsultos esse philosophos æquum ab iniquo separantes.*

f *Ad 6.mo.*
g *ff. de reb. cred.*

h *In leg.1. ff. de iustitia & iure.*

D 2 Quarto, quòd non intelligit, aut certè non aduertit, quòd vnus & idem actus vno respectu potest esse vnius virtutis,& altero alterius, vt actus alendi filium, vel parentem,est actus virtutis pietatis; quatenus ex solo amore naturali,vel caritate procedit;sed quatenus pacto,promissione, legato,vel iusta lege tenetur alere, siue amet siue non,& alere sic vel sic,& illo,& illo tẽpore,velit,nolit,actus specialis iustitię est,& ita fieri potest,quòd actus, qui non parit actionem, nec restituendi obligationem, quatenus est actus vnius virtutis vel vitij,pariat eas quatenus est alterius; sicut passim apud Theologos inuenias actum suapte natura indifferentem, fieri actum alicuius virtutis,vel vitij,ob legẽ præcipientem, vel vetantem illum. Imo & actum vnius virtutis, fieri alterius,ob diuersum finem,vel diuersum præceptũ,vel legem: sicut vnus, & idem actus,lege naturali vel diuina,& humana præceptus,vel vetitus, vno respectu pertinet ad legem naturalem, & altero ad humanam, vt est pulchrum in re graui exemplum apud Caietanum. [i]

E

i *In tract.19. quæst.3.*

F 3 Non item intelligit,aut certè non aduertit,quòd aliud est obligari quem ad aliquid lege iustitiæ, & aliud obligatum lege alius virtutis cõpelli posse officio iudicis nobili ad implendam illam:potest enim quis cogi officio iudicis ad faciendum quod iubet lex misericordiæ,pietatis, caritatis,religionis, mansuetudinis,vel alius virtutis,quæ est multiplex,vt ex S. Thoma recepto, quod probo in d. 1.mon. adiunctis illis, quæ tradunt post alios Felinus, [k] & Iason, [l] super glossam, [m] & citati ab eis, & alij alibi de officio iudicis nobilis,quòd non est propriè actio,& quòd est misericorditer implorandũ,quod per illud prouidetur pauperi de aduocato,& fratrib⁹ minoribus de eleemosyna eis relicta,& cogit⁹ dies aliquãdo facere eleemosynã,&c. quãuis enim ad multa,quæ debẽtur lege iustitię specialis,

k *In cap.1.de offi.iud.*
l *In princip. de action.*
m *In verb. Ius.*

cogi posſit quis officio nobili ſine actione: nó tamen omnia, ad quæ quis illo cogi poteſt, debentur lege iuſtitiæ, per proximè dicta, & mox dicenda, quod & Caietanus, [a] dixit de compulſione ad implendum votum officio Epiſcopi ſine actione facienda.

a 1. tomo. tract. 9. q. 3.

4 Nec item intelligit, aut certè nõ aduertit, duplex eſſe debitum etiam legale, alterum quod debetur de honeſtate, & non de præcepto: qualia ſunt aliqua debita virtutis liberalitatis, & gratitudinis, ad quod non datur actio, nec officium iudicis, & eam frangens, non cogitur reſtituere. Aliud eſt debitum legale, quod debetur de præcepto, neceſſario faciendum, & hoc rurſus eſt duplex. Alterum, quod debetur lege iuſtitiæ ſpecialis, & ad hoc vt plurimũ datur actio, ſaltem iure canonico, & violator cogitur reſtituere. Alterum debitũ de præcepto lege tantùm alius virtutis; & ad hoc quatenus ab ea tantùm præcipitur, non datur actio, nec coactio, ad reſtituendũ, ſed officium tantum iudicis nobile, ad cogendum ad illud implendum. Exemplum primi, debitum à diuite patienti neceſſitatem non extremam, nec adeo magnam: illud enim obligat de honeſtate tantùm, & non parit actionem, nec obligationem reſtituendi, nec officium iudicis ad compellendum. Exemplum ſecundi, eſt debitum ex contractu, vel quaſi, delicto, vel quaſi, vel vltima voluntate; quod parit actionem & reſtituendi obligationem. Exemplum tertij, debitum q̃ quis debet egenti extremè, quod non parit actionem, nec obligationem reſtituendi, ſed officium iudicis nobile, quo poteſt ad id compelli: & ita pertinet ad iuſtitiam generalem legalem, quæ non parit actionem, nec reſtitutionem, quando non concurrit cum iuſtitia ſpeciali, & tunc ſic, nec officiũ iudicis, quando non concurrit cum virtute, quæ illud parit, & tunc ſic. Per quæ nondum forte hactenus ita declarata ſunt componenda dicta Alexandri Halẽſis S. Thomæ, S. Antonini, Caietani, Adriani, Panormitani, Turrecremataꝫ & aliorum multorum, quæ primo aſpectu ſecum pugnare videri poſſunt. Quæ & alia poſita in dicto monit. 1. ſi N. intelligere voluiſſet, non ſe fruſtra torſiſſet, fingendo ſcopos, in quos ſagittas mitteret, vidiſſetque propugnacula quibus Adrianus Sotus & ego, quos carpit, defendimur, & laudari meremur.

5 Quinto, ego efficaciter probaui, verum eſſet regulariter, & ſimpliciter, eos qui lege ſubſidiaria tenẽtur, obligari ad reſtitutionem, quod eſt contrarium eius quod ipſe ſimpliciter dixit; & nunc meis argumentis coactus limitat, per quod an ſatisfaciat ipſe viderit.

Sexto, quòd vim facio mihi patienter ferendo illa, quæ ad monit. 4. reſpõdet de dominio rerum exiſtentis in extrema neceſſitate, aſſerens me non intellexiſſe doctores, quos gratia Deo, adeo antequam fortè ipſe naſceretur intellexi, vt audeam dicere nullum vmquam tam verè, clarè, reſolutè, & ad praxim appoſitè ea de re dixiſſe, ac ego ſcripſi in Manual. Confeſ. [b] nam & ipſe inde fortè didicit, quæ dicit me non intelligere: & non aduertit ſecum pugnare, aſſerendo egentem extremè fieri dominũ eius rei, quam apprehendit, ad ſe conſeruandum neceſſariam; & mox argumento meo conuictus, dicit teneri ad reſtituendum veſtem pretioſam, ſine qua prehenſa periiſſet.

b Cap. 17. ẽ num. 69.

7 Septimo, quòd inſulsè, ne dicam periculosè, iterum confundit dominium ſpeciale, quod Deus habet in re ſpeciali donatione, vel diſpoſitione, hominis, ſibi dicata, cum dominio generali quod habet in omnibus etiam laicis. Tum quia ſignificat, Deum eſſe minus capacem ad quærendum dominium, quàm proximum. Tum quòd parum obſeruat Patres Concilij Tridentini, dum reputat eos dicentes bona eccleſiaſtica eſſe bona Dei, & ob id ſtatuentes reditus eorũ non eſſe donandos diuitibus, intellexiſſe de dominio generali, quod habet etiam in bonis laicis, & non de ſpeciali, quod habet priuatiuè, vt dictum eſt ſupra, [c] & reſoluitur infra, [d] iuxta profundam & hactenus nullibi ſic traditam reſolutionem apologiæ. [e]

c Quæſtio 1. monit. 41. & prius mo. 20. & quatuor ſeq. & in apologia præfata mon. 27. & 40.
d mon. 32.
e Mon. 24. 1. quæſt.

8 Octauo, quòd licèt deſiderare in eo memoriam, vel diligentiam, dum ait ſe non meminiſſe, vbi arguat de dominio militis ſuper ſuo ſtipendio quæſito, ad dominium clerici in ſuis fructibus, cum multis verbis id faciat. [f] Deſiderare licet etiam circumſpectionem, dum incautè, peruertendo ſenſum glorioſi, cap. *gloria epiſcopi*. [a] ait, [b] non quæri gloriam per opera iuſtitiæ, ſed miſericordiæ, & alias indebita, cõtra illud, *iuſtus vt palma florebit*. & alia mille loca Scripturæ, & cõtra illud S. Thomæ recepti. [c] *Chriſtiana perfectio eſſentialiter conſiſtit in præceptis, & inſtrumẽt aliter in conſiliis*. & contra expreſſam eiuſdem determinationem ab omnibus receptam, [d] qua iuſtitiam præfert liberalitati, & omnibus aliis virtutibus moralibus etiam miſericordiæ, quatenus eſt triſtitia alienæ miſeriæ, ratione regulata, vt ſubtiliter docet Caietanus. [e] Quod tamen eſt intelligendum de aliis virtutibus ordinatis ad ſe, vel proximum & non de religione, quæ ordinatur in Dei honorem, quæ eſt prima moralium ſecundum eundem. [f] Probat autem S. Thomas hoc per illud Tullij. [g] *In iuſtitia virtutis ſplendor eſt maximus, ex qua boni viri nominantur*. & per illud Ariſtot. [h] *Præclariſſima virtutum eſt iuſtitia, & neque eſt Heſperus, neque Lucifer, ita admirabilis*. Quod ait procedere nõ ſolùm in iuſtitia legali, ſed etiam in ſpeciali, duplici ratione, & pondera in dicto Ciceronis verbum *ſplendor*, & in Ariſtotelis verbis, *Heſperus & Lucifer*, quibus ſignificatur gloria quæ à S. Ambroſio definitur eſſe clara cum laude notitia, vt late monſtramus in ca. *inter verba*. [i] & eſt contra totam Eccleſiam Chriſtianam, quæ tribuit laureã gloriæ martyribus, non ſolùm his quibus ſe ad id, cum non teneretur, obtulerũt, ſed etiam his qui quæſiti tenebãtur id pro fide CHRISTI ſubire. Quin & contra ſapientiam Ethnicorum, qui ob iuſtitiam egregiè ſeruatam, alij Traianum, alij Ariſtidem, alij alios eius maximos cultores, glorioſiſſimos appellarunt.

a 12. q. b Admo. 10. c 2.2.q. 183. art. 3. d 2.2.qu. 81. art. 12. 2. e Ibidem. f 2.2.qu. 81. art. 6. g 1. offi. h 5. Ethic. i 11. quæſt. 3.

Decimo, quòd ſufficit eum exæquare maritum, & beneficiarium quoad diſpoſitionem fructuum dotalium, & beneficialiũ, ad hoc vt dicatur male illos exæquare, quod nos prætendimus: quum teneat beneficiarium diſpendendo vanè, vel profanè, peccare mortaliter, & tenere debeat maritum id faciendo non ita peccare per prædicta. Item quòd vt doleo totam fere vrbem concepiſſe librum eius contra me fuiſſe ſcriptum, ita gaudeo dicere rem ipſam non ſic habere.

9 Item quòd nõ fuit viſa nobis iniqua diuiſio fructuum inter præceſſorem & ſucceſſorem beneficij inſtar diuiſionis inter maritum, & vxorem: ſed quòd illa non eſt iure communi ſtatuta, nec vſu antiquo recepta, cum [k] dixerim nullam gloſſam neque Doctorem ordinarium antiquum meminiſſe talis conſuetudinis contrariæ opinioni communi, quam noui non fuiſſe ante 1525. annum, in Regno Nauarræ, nec Caſtellæ veteris, vbi mihi quoque tunc collata fuit commenda ſupradicta, ſicut ipſe ait ſe nunc habere pingue curatũ in Regno Caſtellæ Nouæ ſiue Toletano. An autem ea tunc ſeruaretur ibi, ſicut nunc ſeruari ipſe teſtatur, neſcio quamuis ſciam, quòd & ipſe nõ ignorat, non eſſe iuſtam cauſam, cur imputetur mihi ignorantia; cùm facilè potuiſſem ego ſcire, quæ ipſe ignorauit, eo quòd fui tunc, & ſum nunc longiſsimè ſenior eo, & fuerim in vtroque iure Gymnaſta quinquaginta, vt ipſe ait, annis; & vbique terrarum ad Gymnaſtas academiarum ſuper iuris vtriuſque dubiis concurritur. In reliquis autem, quæ reſpondet vſque in finem, parua diuerſitas eſt, vel conuenimus.

k In mon. 13. quæſt. 2.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarius poteſt ſibi facere patrimoniale de ſuo reditu, quantum impartit pauperibus de ſuo patrimonio.*
2 *Diſcere poteſt quiuis etiam ſenex à iuuene.*
3 *Auctor cur ſe ab improperiis defendit.*

TRIGESIMOSECVNDO moneo, quòd ad ea quæ reſpondet monitis meis, [l] ſolùm replico, primum, quòd gaudeo eum ad primum dicere; non poſſe clericos iuſtè teſtari ad profana, eſto iure ſimpliciter concederetur, vt poſſent teſtari: quia nec in vita ita poſſunt diſponere, in quo ante conuenimus, quod ſatis perpenſum, magnus gradus eſt ad meam concluſionem, quòd non valet conſuetudo teſtandi ad profana de quæſitis ex reditibus beneficiorum. Secundo, quòd nihil ego impono ei, quòd non dicat ipſe in ſuo libro directè, vel indirectè per neceſſariam cõſequentiã, vt in multis articulis [m] monſtraui.

l 3. quæſt.
m Eadem qu. monito 15.

Tertio, quòd qui legerint ſuum librum & meum, iudicabunt meum (ni fallor) longè præcellere ſuum methodo, breuitate, claritate, & reſolutione.

1 Quarto, me mirari, quòd quum ſit largiſsimus in concedenda clericis facultate diſpendendi, neget poſſe iuſtè beneficiarium impendere in profana tamquam patrimoniale tantundem de reditibus beneficij, quantùm impenderit de ſuis patrimonialibus, in opera pia, in quæ illi reditus poterant impendi, quod ego affirmaui, [a] & merito quia, * videtur quis ſoluere in cauſam duriorẽ, & potius quod debet, quàm quod non debet, [b] & conſequenter qui clericus debet dare ſuperflua redituum beneficialium pauperibus in dubio, actu, vel virtute vult potius dare de his, quæ debet, quàm quæ non debet, & conſequenter dare, quæ dat de patrimonialibus in compenſationem eorum, quæ retinet, vel accipit de reditibus beneficiariis per præfatas leges, & multa ſimilia, quæ facile adduci poſſent; niſi quum expreſsè in onus ſui patrimonij id faceret: quia tunc ſecus eſſet. [c]

a Monit. 4. q. 3. per cap. ſi epiſcopus. 12. q. 5. b Leg. 1. ff. de ſolut. & l. cũ de indebito. ff. de proba. c Argum. l. continuus. §. cumita. ff. de verb. obligat.

*Videtur quis ſoluere in duriorem cauſſam. *Soluere in duriorem cauſſam debitor dicitur: quando alteri multũ nominibus obligatus ſi in ſolutũ aliquid det, vel certam pecuniæ quantitatem ſoluat, creditor hoc debet acceptum referre nomine eo, ſeu conditione, qua ille debitor ſub gratuore pœna ſeu arctiore obligatione illi eſt obligatus ſeu adſtrictus, vt ſi quis centum alteri debeat proprio nomine, & totidem ſub fideiuſſione, ſi ſoluat centum potius ea creditor pro debito proprio nomine, quam ex fideiuſſione debet accipere. Quod deinde ſequitur ex cap. ſi habes eſt Auguſtini in lib. 50. homil. hom. 50. Vbi ſic habetur. En adſum ſenex à iuuene coepiſcopo, & epiſcopus tot annorum, à collega necdum anniculo paratus ſum diſcere.*

Quinto, quòd meam de commendatoribus ordinum militarium doctrinã præfatam, contra quàm ipſe N. multa ſcripſit, approbauit, & per quamdam conſequentiam directè Pius V. in bulla, quam ipſe N. dicit legiſſe inſertam monito 12. [d] & alia multa adducta ſupra. [e] Vltimo, quòd ipſe viderit an modeſtè dicat ab eo me didiciſſe quaſdam leges Iuriſconſultorum & Codicis ſatis profectò vulgatas, quas antequam ipſe naſceretur, iam prælector docere poteram, qui eo teſtante 50. annis fui Gymnaſta in academiis, & me ſciente, & Deo gratias agente, circiter 40. An item modeſtè dicat me indicante ſe, nouiſſe Aluarum Pelagium, quem ante 20. annos in Manuali Confeſſariorum Hiſpano non ſemel citaui.

d Huiuſmet 3. quæſt. e Reſpõſo 23.

2 Quæ non dixerim, pie lector, vt ſignificem putare me adeo ſenem non poſſe, vel non eſſe paratum ab eo iuuene diſcere multa diuina, & humana, Græca, & Latina, Pontificia, & Cæſarea: poſſum enim & paratus ſum, diſcere etiam ab alio longè inferiori, imitatus Patriarcham illum meum maximum Auguſtinum relatum in cap. *ſi habes*. [f] aientem ſe, tot annorum Epiſcopus paratum eſſe diſcere ab anniculo, & laudans Pomponium 78. annorum dicentem, [g] non pigere ſe alterum pedem in tumulo habentem, aliquid addiſcere: vt qui iam pridem certius quàm ille Ethnicus noui ſententiam gloſſam, cap. *niſi cum pridem*. [h] ſuper illo, *Spiritus vbi vult ſpirat*. hoc diſticho contentam.

f 24. quæſt. 3. g In l. apud iulianum. ff. de ædicom. libr. h Deremunc.

Tu ſpiras vbi vis, tua munera diuidis vt vis.
Scis cui des, quod vis, quantum vis tempore quo vis.

Non inquam dixi prædicta, quia nolim & non ſim paratus diſcere ab eo, & à longe inferiori eo; ſed ne mea opuſcula & reſponſa multis vtilia, eius improperiis deſinant eſſe talia: & vt apud ſe reputet, an id damni reficere teneatur. Et quòd fortaſsis inter nos quoque eſt locus illi apud S. Hieronymũ paræmiæ, *Bos laſſus fortius figit pedem*. Et quòd non rarò ſenilis cantio eſt Cygnea numine Dei, qui nos ambos, & omnes ſua ſanctiſsima pace conciliatos in terris, æterna tandem gloria donet in cœlis. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum ſacrorum, & profanorum dominij, adminiſtrationis, & diſpenſationis pulcherrima differentia per octo membra breuia digeſta, & reſoluta.*

1 TRIGESIMOTERTIO moneo, concluſiſſe me in dicto propugnaculo, ac coronide; quòd quicquid blandiamur nobis beneficiarij tam ſæculares quàm regulares, veritas conſtitit in his octo. Primo, quòd omnium bonorum pecuniariorum, ſicut & aliorum omnium, verus & ſummus dominus eſt Deus Opt. Max. illa ſua diſpoſitione generali, qua ipſius eſt terra, & plenitudo eius, tam quoad naturam, quam quoad vſum, vt declarat S. Thomas 2.2.q. 66. art. 1.

a Leg. 1. ff. de acquir. rer. dom. b In §. ſacra. & §. nullius. inſtit. de rer. diuiſ. c ff. de acquiren. rer. domi. d 17. q. 4. e 12. q. 1. f Ca. 1. de reform. ſeſſ. 25. g Et l. idquod. & l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cler. h In verbo, minui. i 2. 2. q. 99. art. 3. k Quæſt. 1. moni. 41. in apolog. q. 1. mon. à 4. l Et §. ſingulorum. inſt. de rer. diuiſ.

Secundo, quòd horum bonorum quædam ſunt communia, & nullius: ita quòd neque ſunt Dei, neque hominis ſingulariter, neque hominum cõmuniter vlla diſpoſitione humana in id ſufficienti, ſed capientium fiunt: quales ſunt lapides in littore maris, & piſces eius. [a] Alia verò ſunt diuiſa, quæ aliqua diſpoſitione humana ſunt alicuius: & hæc ſunt duplicia, quædam Dei tantùm, quæ etiam appellantur nullius, [b] alia tamen ratione quàm ſuperiora, ſcilicet, quia nullius hominis ſingulariter, neque hominũ vniuerſaliter ſunt, ſed Dei tantùm, ſecundum gloſſam receptam ibi & in l. 3. [c] qualia ſunt omnia Eccleſiaſtica & Deo dicata per humanam oblationem, donationem, conuentionem, delictum, vel vltimam voluntatem, iuxta c. *ſunt qui opes*. [d] & cap. *res*. cum gloſſa, [e] & alia multa præſertim [f] Concilium Tridentinum, & l. *nulli*. [g] cuius gloſſa, [h] probat poſſe Deum inſtitui hæredem, & ei donari & legari: quæ omnia dicuntur ſacra alicuius ex quatuor ſpeciebus ſacrorum, ſecundum S. Thomam receptum, [i] & probatur in iuribus prædictis, licèt alia ſint aliis ſacratiora, vt probatur ſupra. [k] Alia verò ſunt hominis, vel hominum ſingulariter, vel vniuerſaliter: qualia ſunt omnia profana & laica, ſiue ſint publica, ſiue priuata, iuxta §. *vniuerſitatis*. [l]

Tertio, quòd hæc conſequitur, ſolum Deum, & nullum hominem eſſe verum dominum bonorum eccleſiaſticorum, & ita eccleſiaſticos, ſiue ſæculares, ſiue regulares diſponentes de illis, diſponere de alienis: bonorum autem profanorum eſſe veros dominos laicos, & clericos ſæculares ſingulos, vel vniuerſos ad quos ea humana diſpoſitione ad id ſufficienti pertinent. Et ita eos diſponentes de iis, diſponere de ſuis.

Quarto, quòd vniuerſalis omnium bonorum eccleſiaſticorum tam mobilium, quàm ſtabilium, quæ ſunt Dei, adminiſtratio, ſiue ius adminiſtrãdi ea nomine ipſius pertinet ad Pontificem Maximum per conceſsionem immediatè factã ei, vt ſuo ſummo vicario à D.N. IESV CHRISTO. Particularis verò mediatè, vel immediatè ab eodem Pontifice conceſſa inferioribus beneficiariis ſæcularibus, vel regularibus, pro ſua cuiuſque inſtitutione, & titulo: ita quod nullus eorum etiam ipſemet Papa, eſt verus dominus eorum, ſed ſolùm adminiſtrator rerum alienarum, ſcilicet Dei: ſiue D.N. IESV CHRISTI: Papa quidem ſummus, ſeu immediatus, alij verò particulares, & mediati.

Quinto, quòd inter beneficiarium ſæcularem, & regularem hoc diſtat, quòd ille poteſt habere verũ dominium rei pecuniariæ profanæ vna cum iure adminiſtrandi hæc, vel illa bona eccleſiaſtica, per hunc vel illum titulum beneficiarium canonicum à Papa ſibi mediatè, vel immediatè conceſſum: & quidquid acquirit intuitu ſuæ perſonæ, acquirit ſibi quoad verum dominium, quicquid acquirit intuitu ſui beneficij, acquirit Deo quoad verum dominium, & Papæ quoad adminiſtrationem vniuerſalem; ſibi verò, quoad particularem: regularis verò quicquid acquirit tam intuitu ſuæ perſonæ, quàm ſui beneficij, acquirit Deo quoad verum dominium, & Papæ quoad adminiſtrationem vniuerſalem, & immediatam; ſuo verò beneficio, & ſibi quoad particularem mediatam.

Sextò, quòd inter clericum ſæcularem non beneficiarium, & regularem ſimplicem non beneficiarium, hoc diſtat, quòd ille ſiue ſit ſacris initiatus, ſiue non, quicquid iuſtè acquirit, ſibi acquirit quoad tam verum dominium quàm laicus, ea quæ ſibi acquirit; hic verò nihil penitus acquirit ſibi quoad verũ dominium, nec veram poſſeſsionem, neque vſumfructum, neque vſum iuris: ſed quicquid acquirit, acquirit primum Deo quoad verum dominium, & Papæ quoad vniuerſalem adminiſtrationem immediatam, & quoad particularem mediatã ordini ſuo, vel Monaſterio ſi eſt capax talis iuris adminiſtrandi: ſin autem, remanet illud apud Papam, & ſola adminiſtratio facti

apud ordinem suum, vel monasterium, dum Papa illis eam permittit; & etiam propriam suæ personæ, dum Papa, vel suùs prælatus eam sibi iustè permittit.

Septimo, quòd tam Papa quàm omnes alij beneficiarij, siue sęculares, siue regulares, debent administrare prędicta bona Dei, tamquam administratores alienorum bonorum, scilicet Dei, secundum voluntatem eius declaratam per sacras literas, traditiones Apostolicas, & Canones Ecclesiasticos Conciliorum vniuersalium, & Pontificum Maximorum.

Octauo, quòd voluntas Dei, & D. N. Iesv Christi declarata per præfata, est quòd Papa, & omnes alij ministri inferiores beneficiarij possint se alere decenter ex reditibus suorum beneficiorum: & quòd superflua naturæ, & decentiæ, distribuant in pauperes quos elegerint, siue mendicos, siue alios, indigentes tamen, saltem ad se decenter sustentandum, vel in alia pia, vel iustę gratitudinis officia; & non thesaurizent ea etiam ad mutandum statum inferiorem in altiorē; nec donent illos diuitibus, etiam cognatis, vt ditiores, vel nobiliores fiant: & quòd contra facientes, in notabili quantitate, peccant mortaliter, ceu vtentes rebus alienis contra voluntatem Domini, & tenentur ad restitutionem: quia violant legem iustitiæ, non solùm ipsi, sed etiam qui accipiunt ab eis, nisi excusentur per aliquod eorum, quæ nos colligimus in monito sequenti.

1 TRigesimoqvarto moneo, ex omnibus in hoc libro dictis inferri, * admonendos esse confessarios, & consultores beneficiatiorum, ne facilè peccati mortalis, &c.

* Admonendos esse confessarios &c. *Hoc monitum integrum & ad verbum prorsus habetur in Manuali Confessar. c.17. nu.94. quare superuacaneum prorsus duximus illud hic inserere. Quisquis enim, qui eius moniti legendi cupiditate tenebitur (quod sane ei faciendum est, cui Beneficiariorum confessiones audire incumbit) illud in eo loco quem notamus legere poterit. Cæterum Doctor Franciscus Turrianus cuius in sequenti monito epistolam D. Nauarrus habet, fuit D. Doctor Theologus ad Concilium Tridentinum à Pontifice maximo missus, qui post illud, Societatem Iesu, ingressus multis antequam esset Societatis, & postquam in eam cooptatus est, libris editis Romæ anno 1584. 21. Nouemb. diem clausit extremum.*

Hoc monitum, & alia 20. proxime præcedentia continent summam propugnaculi prefatæ apologię, quod fuit ceptum 8. Kal. Nouembris, finitum eisdem Kal. & manu extrema donatum die sacro B. Martino Apostolorum pari, cuius vt intercessione contra omnia aduersa muniamur vniuersa Ecclesia orat. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Turrianus Societatis Iesu laudatus, & epistola eius pro huius libri auctore.*
2 *Bona Deo, & Ecclesiæ data sunt Dei, & dominica. Turrianus.*
2 *Cibum scriptura vocat quod est naturæ necessum. Turrianus.*
3 *Deus sibi diuiti donata iubet dari pauperibus. Turrianus.*
4 *Episcopum scriptura cur vocat œconomum profunde. Turrianus.*
5 *Nouitas vocum vitanda. Turrianus.*
6 *Lex iustitiæ distributiue, vt iubet dari, & restitui ipsa pia. n.7. & 8. Turrianus.*
9 *Diuitias non copia, sed vsus facit mirabiles. Turrianus.*
10 *Episcopos qui facit dominos magna laude priuat Euangelium. Turrianus.*
2 *Pauperibus subueniendi cura communis esse debet. Turrianus.*

TRigesimoqvinto moneo, quòd longe post impressionem huius libri de reditibus ecclesiasticis, & post editionem eiusdem apologiæ, & propugnaculi prefatorum, missæ fuerunt mihi epistolę duæ pertinentes ad tres questiones prędictas, altera quidem Reuerendi admodum P.D. Doctoris Francisci Turriani Ordinis Societatis Iesu, illustrissimi vita integerrima, & recondita eruditione clarissimi, data ad Reuerendum eundemque admodum illustrem præsulem Laodicensem. Altera verò eruditissimi eiusdemque peritissimi, Achillis Statij Lusitani toti vrbi, magnęque orbis parti celeberrimi, ad me ipsum transmissa, quas sub hoc mon. 35. reponere non vno nomine opere pretium visum est: admonito prius lectore, quòd alter duorum compugnantium, de quibus meminit Turrianus, sum ego quem ait propugnare veritatem, & alter est N. in quem præfatam apologiam & propugnaculum edidi.

REVERENDISSIMO DOMINO GONZALO HERRERA EPISCOP. Laodicen. Franc. Turrianus Soc. Iesv.

1 VIA ex literis tuis postremis intellexi propositum esse D. Liermo Episcopo Mondoniensi designato scribere de bonis ecclesiasticis: & quid ipse de ratione eis vtendi sentiam, cupere scire, faciam: & quòd amicus tuus à me petit: & quòd ego ei pro tua in me beneuolentia & studio, atque officio mea scripta (vt scribis) defendendi, debere mihi videor. Tametsi post tam multa de hac re à duobus magnis viris sæpius vltro citroque magna concertatione disputata: & ab altero eorum vtriusque iuris consultissimo veritate tam subtiliter limata: & tot ac tantis argumentationibus, & auctoritatibus canonicis grauissimè concluśa, fortasśis actum agere videor. Sed si nihil aliud in hac scriptione proficiam, in re honesta amicis morem gerere operæ pretium est. Et quia eadem repetere nec opus est, neque sine fastidio legentis & scribentis fieri potest: inuestigabo paulo diligentius, si quid fortè ab illo grauissimo patrono, & fortissimo propugnatore veritatis nobis relictum est, quòd ad propositum ei finem episcopos, Ecclesiam, & pauperes adiuuandi pertinere possit.

2 Bona igitur ecclesiastica sic data sunt domino, cuius sunt, vnde κυριακὰ id est, dominica, [a] appellantur: sicut tempore Apostolorum dederunt Ananias & Saphira vxor pretium agri, quem vendiderant. Deo enim dederunt, non hominibus, sicut scriptura testatur, cum ait: *Cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto? non es mentitus hominibus sed Deo.* Deo igitur dederant, cui oportebat fidem seruare, & non fraudare eum, auertendo partē doni oblati. Huiusmodi ergo bona Deo oblata Deus ipse postea (sicut à sanctis Apostolis in suis constitutionibus traditum est) dedit Episcopis, & aliis ministris tamquam operariis cibo suo dignis, sicut aitęuangelista Matthæus. Cum verò cibum dixit, ea intelligi voluit, quæ naturę necesitas postulat, vt canon Apostolorum, [b] & synod. Antiochena, [c] interpretantur: his enim indigent ministri. Quòd si ex donis Deo oblatis, opes ministris Ecclesiæ Deus concesisset, & non necessaria tantùm, opes, siue diuitias, & non cibum vocasset, quo dignos esse dicit ministros Ecclesiæ, tanquam mercede sua. Hoc enim contentos esse vult, & non amplius sibi sumere, sicut Apostolus ait: *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* Quòd quidem de Episcopis in primis dixisse, qui in locum Apostolorū successerunt, testis, & interpres est idem canon Synodi Antiochenæ, [d] qui sequens canonem Apostolorum, Episcopo concedit, vt ex bonis ecclesiasticis accipiat: quæ (inquit) *opus sibi sunt ad vsus suos necessarios, & hospitum: vt nihil eis desit secundum Apostolum dicentem: habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* At apostolica constitutio, [e] *Sumat* (inquit) *Episcopus ex bonis ecclesiasticis, quantum sibi sufficiat: in indumentum, quantum necessitati & honestati congruat.* Quod si aliunde supperat illis ad viuendum, & sunt fortasse diuites, licebit eis dare bona sua, quibus videatur secundum canonem apostolicum, [f] & de Euangelio viuere, sicut dominus ordinauit, sumentibus ex bonis ecclesiasticis (vt iam diximus) quantum sibi & familiæ, atque hospitalitati sufficiat, tamquam qui sint & indigentes & operarij: vt quod accipiunt, sit eis merces, qua sunt digni propter opus ministerij, quę verò supersunt, aliorum egentium sunt. Omnino enim huiusmodi bona donata sunt Deo, quæ ideo Græcè dicuntur δῶρα, id est, dona, quę dari solent etiam non indigenti, vt certè nulla re indiget Deus, cui donantur. Cùm verò dat Deus ministris Ecclesię ista dona sua, quia

a *In apostolic. constit.*

b *41.*
c *Canone 25.*

d *25.*

e *Libro 2.ca. 24.*

f *40.*

genti, vt certè nulla re indiget Deus, cui donantur. Cùm verò dat Deus ministris Ecclesię ista dona sua, quia iam tamquam indigentibus dat, non δῶρα, sed δόματα vbique & Scriptura, & apostolica constitutio vocare solet. Sunt enim δόματα, quæ data interpretari solemus, ea quæ indigentibus dantur. Notauit hanc vim verbi huius Sanctus Maximus Dionysij Areopagitæ scholiastes in quæstionibus & responsionibus ad Thalasium. Sic Paulus, [a] vsus est hoc verbo, cū ait: *& Thessalonicā semel & bis mihi in vsum misis: non quia quæro datum.* Græce est δόμα, in quo digna est admiratione Scripturę sanctę prouidentia: quæ eo verbo in mercede ministrorum Ecclesię vtitur, quòd eos statim redarguere potest, si non contenti cibo suo, plus appetāt, id est, si ex possessionibus & bonis ecclesiasticis plus sibi sumant, quàm quod eis ad vsus vitę necessarios honestos, & decentes sufficiat. Continuo enim eos rogabimus, ista, quę supersunt necesitati, quo nomine vocabuntur; δῶρα enim, id est, dona, non sunt, quæ dari solent etiam nō indigentibus, vt idem quoque Sanctus Maximus notauit.

3 Deus autem ista dona sua, id est, sibi oblata, non dat ministris Ecclesię tamquam non indigentibus: sed potius dat in cibum, id est, ad necessarios vsus vitę, velut indigentibus, vt canon apostolorum nos docet. Neque rursus sunt δόματα, id est, data; quia hæc indigentibus dantur. Ista autem superfluunt istis: non igitur istorum sunt, quæ istis, neque tamquam non indigentibus à Domino Deo donata sunt: neque tamquam indigentibus data: nemo enim indiget superfluis. Restat ergo, vt sint aliena, & distribuenda; quibus debentur, & quorum sunt, vt si non distribuantur; iniquè ablata sint: ablata dico egentibus, quorum sunt. quòd si ablata sunt, iustitia postulat, vt restituātur. Deinde si episcopi veri & legitimi domini fructuum possessionum sunt, cur eos Scriptura sancta, & Apostolica doctrina à Clemente, Petri & Pauli discipulo scripta, & apostolici pontifices œconomos, id est, dispēsatores, & procuratores vocant? aut si œconomi, simul & domini sunt, consequens est, vt partim horum bonorum ecclesiasticorum tamquam propria eorū sint: ea scilicet, quæ ipsis Ecclesię ministris ad vsus vitę necessarios opus sunt; partim non propria, sed ipsis à Deo commendata, & concredita: tamquam fidelibus œconomis. Quòd si œconomi, siue dispensatores eorum sunt, quæ necesitati supersunt, an ratio iustitiæ naturalis non docet, si œconomus auertat sibi & suis vsibus, quæ dispensanda erant, ea resarcire, & compensare debere? aut certè si non debet, nō œconomus, siue dispensator; sed dominus est Episcopus, & mentietur Scriptura; quæ œconomos siue dispēsatores vocat, vt apud Lucam in parabola; cum ait. *Quis putas est fidelis dispensator & prudens?* (Græce est œconomus) *quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram.* quem locum de dispensatore spirituali, & non sæculari: ecclesiastico, & non ciuili, necesse sarió secundum Scripturam intelligendum esse, satis (vt opinor) probaui, [b] aduersus Magdeburgenses Centuriatores. Sic etiam vocat apostolica constitutio, [c] cùm ait, *Vos episcopos oportet, non magnas impensas facere: neque dona Dei tamquam alienis, sed tamquam propriis Dei vti, vt bonos œconomos siue dispensatores Dei decet.* Deinde subiungit. *Sumat ergo episcopus alimenti quantùm sufficiat, in indumentum, quantum necesitati, & honestati conueniat.* Item. [d] *Dabis*, inquit, *Sacerdoti, quæ ei debentur, primitias areæ, & torcularis, & oblata pro peccatis, tibi enim conuenit, vt largiaris, illi verò tamquam œconomo, & ministratori rerum ecclesiasticarum, vt dispensет: caue tamen, ne episcopū ad rationes voces, neque dispensationem eius obserues, quomodo, aut quibus, aut vbi, vtrum bene an secus: habet enim ratiocinatorem Deum, qui hanc illi œconomiam, siue dispensationem in manus tradidit.* Deum dixit ratiocinatorem Episcopi, ne licentia, & impunitas à iudicio hominum illecebra ei esset male dispensandi.

4 Sic quoque Apostolici pontifices Episcopos olim vocabant: sicut ex Scriptura sancta, & ex apostolica traditione didicerant. Vnde Alexan. I. [e] *Quod autem* (inquit) *ad alios iudices prius non debeant, quam* ad se (sic enim est in exemplari Vaticano manuscripto) *sacerdotes vel actores accusari: ita à tempore, Apostolorum obseruatum & definitum inuenitur.* Episcopos, qui sunt (sicut Clemens Romanus vocat) sacerdotes populorum vocat Alexander actores Ecclesiæ suæ. Sic enim legendum est, sicut in vetustis exemplaribus manu scriptis scriptum reperitur & non auctores vel rectores, quos prius quam accusentur, conueniri vult Pontifex Alexander ab iis, qui in eos querelam habent. œconomos enim Græcè quos nunc, vt antea dixi, dispēsatores interpretari solemus, olim interpretati sunt actores, id est, administratores, siue procuratores. Testis est interpretatio latina antiquissima epistolæ ad Galatas, in qua verbum œconomi Græcum sic translatum est, cùm ait, [a] *quanto tempore heres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus & actoribus est, vsque ad præfinitum tempus à patre.* pro actoribus Græcè, est œconomis. Et in vetustissima interpretatione Irenæi, [b] in fine: *Quis igitur*, inquit, *fidelis actor bonus & prudens.* Locus est Euangelij, [c] in quo œconomus est Græcè, Latinè, dispensator. pro quo interpres Irenæi (vt dixi) actor vertit. Sic etiam vocat Episcopos Anacletus, [d] actores Ecclesiæ, id est, œconomos, vel dispensatores. *Ego*, inquit magnus Basilius, *cum carnem audio, carnem intelligo, cum scapham, scapham.* nomina enim ad significandas res impósita sunt. Similiter nunc dicendum est, nos cùm episcopos œconomos & dispensatores audimus, œconomos & dispensatores intelligimus. Nomen igitur, quo S. Apostoli Episcopos œconomos bonorum ecclesiasticorum vocauerunt, vt Clemens Romanus, [e] testatur, & nomen item, quo ipsa bona ecclesiastica eis data δόματα, id est, data indigentibus appellarunt, hæc inquam nomina, voluerunt illi sancti Apostoli, vt perpetuo Episcopos admonerent, debere eos contentos esse necessariis ad vsus viæ: reliquorum verò ad distribuendum tantùm in vsus egentium potestatem eis fieri, vt si hoc non fecerint, ea quæ egentibus fraudata fuerint, egentibus reddēda sint. Si quod Apostolus Timotheo, [f] scripsit omnibus scriptū esse voluit, cùm ait, *Formam habe sanorum verborum, quæ ex me audisti in fide, & in dilectione in Christo Iesu Domino nostro.* qui œconomos, & dispensatores quos Scriptura sancta, & traditio Apostolicæ doctrinæ, & Pontificum apostolicorum consuetudo vocat, dominos potius vocant, & faciunt, & dispensationem ac procurationem bonorum Domini in dominium vertunt, quomodo isti formam habent sanorum verborum in fide creditæ dispensationis, & in dilectione pauperum in Christo Iesu Domino nostro, & Episcopo animarum nostrarum, cui primū bona ipsa oblata, & donata sunt? Rursus idem Apostolus, [g] *Si quis*, inquit, *non acquieścit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ, secundum pietatem est, doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum.* At qui ex numero est sanorum sermonum Domini nostri Iesu Christi, & ad doctrinam, quæ secūdum pietatem est, pertinet sermo, qui tradit secundum Scripturā, & Apostolicam doctrinam, & Apostolici canonis constitutionem bona ecclesiastica Christo Domino donata esse, & eorum œconomos, & procuratores Episcopos esse, cui sermoni sano, & pietatis pleno, qui non acquiescit, qualis sit Apostolus dicit, non ego. Et iterum in extrema parte epistolæ, *O Timothee*, inquit, *depositum custodi, deuitans profanas vocum nouitates.* depositum vocat, vt doctus Tertullianus, [h] sentit Apostō. doctrinam Ecclesiæ Catholicæ traditam, quæ instar depositi fideliter in ea custoditur, à qua qui discedit, is inducit vocum, id est, vt Vincentius Lirinēsis vetus & grauis Auctor interpretatur, dogmatū, rerum, & sententiarum nouitates profanas, quæ nihil, inquit, habent sacri, nihil religiosi, & ab Ecclesia, & templo Dei sunt alienæ. At nemo iam ignorat, vocari, vt supra docui, Episcopos in Euangeliis, in Apostolica doctrina, & Apostolicis constitutionibus & in epistolis Pontificū Apostolicorum œconomos, dispensatores, procuratores, actores, & administratores. Qui ergo eos bonorum ecclesiasticorum dominos dicunt, & faciunt, fidem Apostolicæ doctrinæ Ecclesiis Dei traditæ instar depositi crediti violant, & profanam vocis nouitatem introducunt. Denique si corrumpunt bonos mores colloquia praua, vt Apostolus, [i] ait, dictum Menandri comici approbans, profecto ad colloquia praua pertinet dicere Episcopos dominos bonorum ecclesiasticorum: siquidem ad auari-

a *In epist. ad Philippen. ca. 4.*

a *Cap. 4.*
b *Li. 4. c. 44.*
c *Lucæ. 12.*
d *In epist. 3.*
e *In const. apost.*
f *In epist. 2.*
g *In epist. ad eundem.*
h *In lib. de præscription. hæretic.*
i *In epist. ad Corinth. priore.*

a *Lib. 5. defensionis epistolarum pontificum apostolicorum c. 9.*
b *Libro 2. ca. 24.*
c *Cap. 35.*
c *In epist. 1.*

tiam, & non ad largitatem ministros Ecclesiæ hæc vox inuitat, quos Apostolus vult habentes alimenta, & quibus tegantur, his contentos esse. Sed ne iam amplius, si qui adhuc contradicunt, subterfugiendi locum cogitet, & in aperto latebras quærant, imponat finem disputationi Apostolica constitutio à Clemente Roman. lib. 2. cap. 24. descripta, quæ sic ait. *Quæ secundum mandatum Dei tribuuntur, decimas dico: & primitias in sumat Episcopus, vt homo Dei: quæ causa, & ratione pauperum sponte offeruntur, distribuat decenter in pupillos, in viduas, in afflictos & calamitosos, in hospites egentes, tamquam qui Deum habeat harum rerum ratiocinatorem, quarum œconomiam, id est procurationem ei commiserit. Impartite ergo Episcopi cum iustitia omnibus indigentibus, & vos vtimini bonis Domini, sed non abutimini: edite ex eis, sed ne soli ea deuoretis: quin potius communicate cum egentibus, & declinate offensionem* Dei. Non dixit: impartite omnibus egentibus cum misericordia aut caritate, sed cum iustitia; nequis diceret (vt iam quidam dixerunt) non esse restituendum, si quis eos fraudaret, quibus impertiendum erat: quia lex non iustitiæ specialis, sed lex caritatis impartiri iuberet. Iubet igitur lex apostolicæ constitutionis cum iustitia distribuere omnibus egentibus, vt cuiusque ratio, & necessitas postulauerit; quod quidem ad iustitiam distributiuam pertinet: ergo qui hanc iustitiam in distribuendo non seruauerit, qui in alios vsus conuerterit, ea per legem iustitiæ specialis, & commutatiuæ restituere egentibus debebit. Hæc enim est, quæ id, quod in eo, quod distribuendum erat fraudatum est aliis, emendare & corrigere debet, vt docet Sanct. Thomas. [a] Deinde quia propter caritatem Dei & proximi seruanda est hęc iustitia in bonis Domini in vsus egentium distribuēdis. Idcirco eadem apostolica constitutio de lege etiā caritatis in proximum admonet subiungens. *Etenim si ista bona soli insumpseritis, illud vobis tamquàm insatiabilibus, & qui soli ea comedetis, exprobrabit Dominus, lac deuorabatis, & lanis operiebamini.* & in alio loco. *An soli in terra habitabitis? quocirca iussum est*, inquit, *vobis in lege: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.*

a 2. 2. q. 62. art. 1. in resp.

6 Non solum igitur lex caritatis iubet Episcopis bona Domini, id est ecclesiastica cum omnibus egentibus cōmunicare: hoc ipsum, enim iuberet, quamuis omnia bona ecclesiastica Episcoporum essent, vt sunt patrimonij bona. Sed in primis lex iustitiæ distributiuæ hoc iubet; quia non sunt Episcopi, sed communia omnium egentium. ob hanc causam prius de iustitia admonuit & præcepit, quā de caritate Apostol. constitutio. Licèt sit caritas excellentior virtus; sed quam habere Episcopus nō potest, nisi illam iustitiam bona Domini in vsus omnium egentium distribuentem seruet. Subiungit deinde apostolica constitutio. *Atque hæc quidem dicimus, non vt laboribus vestris non fruamini, scriptum est enim, non alligabis os boui triturānti, sed vt moderatè cum iustitia fruamini.* Ecce iterum iustitia in iis etiam seruanda, quæ Episcopi vsui deputata sunt. Iniustitia ergo est Episcopum bonis ecclesiasticis ad vsus suos, & familiæ immoderatè vti. tātùm enim fit Episcopi proprium ex bonis ecclesiasticis ad vjuendum ex eis, aut ad dandum, cui velit, si malit ex patrimonio viuere, quantū eidem ad vsus necessarios, & decentes seundum gradum & locum, quem tenet, necessarium est. Ergo secundum apostolicā constitutionem Episcopus, qui iis, quæ specialiter vsui eius duputata sunt, immoderatè vtitur, ita vt immoderata sibi retineat, & aliis egentibus non subueniat, non solùm peccat, vt in bonis patrimonij sui similiter vtendis peccaret, scilicet, contra debitum caritatis sed etiam contra debitum iustitiæ in primis peccat. At fortasse, quod dixit S. Thomas, [b] eandem rationem videri in his immoderatè vtendis, vt de bonis propriis non asseueranter affirmauit, sed dubitanter dixit, cùm ait, videtur esse eadem ratio.

b 2, 2. q. 185.

Subiungit postea eadem apostolica constitutio. *Vt igitur cùm bos in area operatur ore non alligato, inde pastum capescit, non tamen totum, quod in area est, ab eo depascitur, sic vos cum in area, id est, in Ecclesia Dei operam exercetis, edite ex ecclesiæ bonis*, en igitur, quod bos in area ore capit, dum laborat messem terendo, exemplum est & in vetere Scriptura, vt Apostolus Paulus interpretatus est, figura fuit eius partis

A

siue portionis, qua Episcopus contentus esse debet; siue ipse ex summa nondum distributa bonorum omnium ecclesiasticorum alioqui communium sibi sumat: siue iam antea facta partitione bonorum Domini in clericos, in fabricā, in pauperes; nihil enim refert; nec enim quia pars Episcopi maior alioqui quàm vsus necessarij, & decentes moderate requirunt, inuenta est specialiter eius vsui deputata: idcirco totam quantacumque sit ei deuorare sine crimine iniustitiæ licebit? absit. non ita est, secundum Apostolicam constitutionem, nec hoc vmquam S. Thomas sensit. De ea igitur parte loquitur S. Thomas, quam vocat specialiter vsui Episcopi deputatam: in qua videri dicit per immoderatum vsum peccare, sicut in propriis bonis, in qua scilicet non est notabilis supra necessitatem excessus, & latere potest. Sin verò sit multus excessus, qui non potest latere, id ipsum sensit, vt ratio naturalis, & diuini iuris postulat; quod sensit, cùm Episcopus, plusquam debet de communi summa ante diuisionem bonorum sumit, ita vt multus sit excessus, qui latere (inquit) non potest. vnde videtur (inquit) bonæ fidei repugnare: bonę fidei dicit, scilicet, dispensationis ac procurationis bonorū ecclesiasticorum creditæ. Ex quo fit, vt non solùm peccet mortaliter, sed etiam restituere debeat: quia vbi bona fides creditæ dispensationis seruata non est, ibi alienum iniustè ablatum est.

B

C

8 Probat deinde Apost. constit. testimonio prophetæ Ezechielis, quod dicit de Episcopi moderato vsu bonorum ecclesiasticorum cum iustitia, id est, vt nō plus iusto sibi sumat, etiam ex parte sibi assignata: non enim exprobrabit Dominus Episcopo, quòd de lacte gregis manducat, & de lana ouium vestiat. *Quia enim*, inquit Apostolus, *pascit gregem, & de lacte eius non manducat* sed exprobrabit secundum Apostolicā doctrinam, quòd lac gregis & insatiabilis deuorat: & quòd de aliorū lana vestiat, hoc est, plus iusto in cibos & indumenta sibi sumat. Hoc enim significat apud Ezechielem, *Lac deuorabatis, & lanis operiebamini.* & paulo post idem Ezechiel: *Pascebant*, inquit, *pastores semetipsos, & greges meos non pascebāt.* significat immoderatos sumptus in vsus suos fecisse, & oues indigentes defraudasse pastu necessario.

D

In qua re, quia iniustitia erat, minatur paulo post Dominus, inquiens: *Visitabo oues meas, & pascam illas in iudicio.* cum dicit, pascam illas in iudicio, iniustitiā planè exprobrat pastoribus. Est igitur secundum Scripturam Apostolica constitutione interpretę, iniustitia in vsu immoderato partis Episcopi. quod si iniustitia est, est igitur opus restitutione, quæ est actus iustitiæ commutatiuæ, vt quę distribuenda erant egentibus, vt eorum communia, egentibus reddantur: aut in alios vsus pios collocentur: immo, vt sicut Apostolus ait: *Omne obstruatur.* neque verbum ipsum restitutionis proprium in sacris canonibus prætermittum est, Synodus enim Antiochena, quæ grauissima est, & plures canones Apostolorum renouauit, ac confirmauit, [a] renouans canonem Apostolorū, *Episcopus*, inquit, *ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandū in omnes, qui indigent, cum omni reuerentia, & timore Dei: participet autem & ipse quibus indiget: si tamen indiget, tam in suis, quàm in fratrum, qui ab eo recipiuntur, vsibus necessariis: ita vt nullo fraudentur iuxta S. Apostolum dicentem: habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* Deinde subiungit, *Quòd si contentus his minimè fuerit, scilicet, necessariis, conuertat autē res Ecclesiæ in suos domesticos vsus, & prouentus Ecclesiæ vel agrorum domesticis suis, aut propinquis, aut fratribus, vel filiis tribuat, ita vt per huiusmodi personas occulte res Ecclesiæ ledantur, Synodo prouincia pœnas iste persoluat.* sic interpres vetus è Græco vertit. Est autem hic pœnas persoluere Synodo, rationes Synodo referre. hoc enim significat, quòd Græcè est ὑποδύναι λογισμόν, quod vulgo dici solet, syndicari: cū quis rationem administrationis, quæ fidei eius commissa est, reposcitur; vt si quem fraudatum esse constiterit, confectis rationibus soluendum sit. Iudicio ergo Synodi Antiochenæ, si Episcopus non contentus necessariis, plus in vsus domesticos, aut domesticorum, vel propinquorum insumat, siue diuisa sint bona Ecclesiæ, siue non sint (nihil enim refert, neque Synodus quicquam referre iudicauit, quæ episcopum necessariis, vtcumq; sit, omnino contētū

a 2 Cam. 35.

debere esse secundum canonem decreuit) contra iustitiā facit, & restituere debet. Immo ne quis sententiam canonis vel malitiosa cauillatione eluderet, vel per errorem falsò existimaret, hoc genus lædendi res Ecclesiæ à Synodo prohiberi, cùm Episcopus prouentus Ecclesiæ, vel fructus agrorū nō per presbyteros, & diaconos Ecclesiæ tractat, sed per domesticos, & propīquos, siue fratres, siue filios, quibus potestatē eorum cū iactura rerū ecclesiasticarum dederit, addidit canon: *Si autem aliter accusatur Episcopus, aut presbyteri, quòd ea, quæ pertinent ad Ecclesiam vel ex agris, vel ex alia ecclesiastica occasione, sibi vsurpent: ita vt ex hoc pauperes affligātur, criminationi verò & blasphemiæ tam sermo prædicationis. quàm hi, qui sic dispensant, exponatur: & hoc corrigi oportet sancta Synodo, id quod decet, probāte.* Corrigi oportere dixit, qui è Græco vertit, pro eo, quod est, restitui oportere, verbum enim Græcum, διόρθωσις, quo vsa est Synodus, restitutionem proprie significat: sicut Aristo. [a] docet, vbi eam partem iustitiæ, quæ commutatiua dicitur, quæ in damnis, & lucris æqualitatem constituit, διορθωτικὴν vocat, id est, partē iustitiæ quæ in restituēdo versatur.

a In lib. 5. Moral.

8 Quomodocumque igitur Episcopus non contentus iis, quæ ad vsus suos necessarios decenter sufficiunt, plura sibi auertit, cum egentium detrimento, is iustitiam non seruat, & corrigere, ac emendare debet restituendo: vt Synodo prouinciæ decere visum fuerit. hunc canonem non interpretatus, sed secutus est Iustinianus, [b] vbi œconomis ecclesiarum iubet, si egentes à Patriarcha, aut reliquis clericis defraudati fuerint, indemnitatem præstare: quod quidem sine restitutione fieri non potest, vt in Synodo Antiochena sancitū est. Postremò si quis adhuc iudicio Synodi Antiochenæ grauissimæ non acquiescit, & insuper ex iudicio Dei futuro, quid in re sit scire cupit, videamus quid Isidorus Peluſiota eruditissimus, & sanctissimus pater ante annos prope mille ducentos in epistola ad Palladiū diaconum de iudicio in huiusmodi Episc. futuro scripserit, interpretemur Latinè. *In altero* (inquit) *seculo pronunciabitur contra eum à iudice incorrupto in illo horribili tribunali, cùm clamabunt esurientes his vocibus: nos quidem neque cibos ad necessitatem naturæ ab hoc accepimus, hic vero deliciis perfluens, & opes congerens, reliqua in honores splendidos insumpsit. Nudi dicent: durior hic, & difficilior quàm hyēs nobis fuit. Aegroti: grauior ipsa ægritudine extitit. pupilli: nullum patrocinium ab eo tulimus. Vidua: non attulit nobis consolationem. Inclusi in carcere: non stillauit in nos lachrymam compassionis. Calamitosi: non porrexit nobis manum subleuationis: & (vt summatim dicā) cùm omnes, quorum est episcopus ordinatus, in eum clamauerint: quid existimas factum esse iudicem incorruptum? an non grauiter puniet, quem nec honor fecit meliorem? omnibus sanè liquet, ita fore. Si quis verò non credit pronunciationem sententiæ in Euāgelio legere potest.* Diuidet (inquit) *eum & partē eius cū infidelibus ponet.* Hactenus Isidorus.

b In auth. 2. vt deter. sit num. cle.

Hæc est sententia, quam dominus in Euangelio Lucæ ait, pronunciandam esse in illum dispensatorem, quem constituit Dominus super familiam suam, vt daret illis in tempore tritici mensūram. Ille verò percutiens seruos & ancillas, sicut ait Euangelium, cœpit edere, & bibere, & inebriari, id est, immoderate vti bonis ecclesiasticis sibi ad impertiendum egentibus datis; quæ quidem, qui non impartit, is egentes percutit fame, ac nuditate. Sed fingamus proficisci hinc in alterum sæculum huiusmodi Episcopum, dolentem quidem, non distribuisse egentibus, quæ suis vsibus necessariis superfuerunt, sed non prouidentem, vt post mortem saltem distribuantur, cùm tamē posset. An continuo silebit illa, quam dixi egentium querimonia & lamētatio? An muta erit accusatio illa esurientium, & nudorum? minimè: non enim illæ voces audientur: quia hunc non pœnituit suæ in eos inhumanitatis iustitiæ: sed quia inhumanus & iniquus in eos fuit; & quod eis abstulit, aliis postea egētibus, qui loco priorum in vita remanserunt; neque dum vixit, neque post mortē reddidit. Si igitur verum esset, in legem caritatis ac misericordiæ, non autem in legem etiam iustitiæ eos episcopos peccare, qui pauperes ecclesiasticis eleemosynis defraudant: nullæ querelæ esurientium, & nudorum illic audirentur, quia iniustæ essent: audientur tamen (vt hic grauissimus auctor, & sanctissimus Isidorus Peluſiota testatur) illa igitur pœnitentia sine correctione restitutionis, non fuit vera pœnitentia.

9 Hæc enim est bonorum ecclesiasticorum lex à domino eorum instituta, à sanctis Apostolis tradita, & eorum canonibus diuinis sancita, vt ex eis clerus cuius pars & hæreditas est Dominus, ea tantùm, quæ ad vsus vitæ necessarios opus sunt, moderatè tamquam sua sumat: reliqua verò tamquam non sua, sed Domini propria cum egentibus communicet. Idcirco sunt hæc ecclesiastica bona illæ admirabiles diuitiæ, quas propheta Esaias dicit prophetās de ministris noui testamēti, cùm ait, [a] *Vos autē sacerdotes Domini vocabimini ministri Dei nostri. Dicetur vobis fortitudinem gentium comederis.* hoc dicit propter eorum, qui ex gentibus conuertendi erant, largas oblationes posse sionum, decimarum, primitiarum, aliorūmque bonorum, quæ fortitudinem & vires vocare solet Scriptura, vt cū ait, [b] *secundum vires suas porrigens da pauperi.* Deinde subiungit Esaias, *& eritis in diuitiis eorum admirabiles.* Quid enim admirabilius esse potest, quam eos qui huiusmodi diuitias quamuis amplissimas habent, sic eas tamen habere, quasi non habeant? sic possidere quasi non possideant? quod quidem tunc fit, cum ij, qui ex clero sūt, ex bonis ecclesiasticis copiosis, quæ habent, ea tantùm sibi familiæ, & hospitibus sumunt, quæ ad vsus vitæ necessarios sufficiunt: reliqua in vsus omnium egentium collocant, quippe quæ eorum fidei ad distribuendum commissa sunt. hoc ergo est in ecclesiasticis ac dominicis bonis habere, & possidere ea tamquam non habentes, neq; possidentes, cùm hoc modo & lege habentur, & possidētur. Qui autem Episcopos faciunt bonorum episcopatus sui dominos, & reliquos clericos suorum beneficiorum: ita vt quæ necessariis vsibus superſunt, peccent quidem, si aut auarè seruent, aut immoderatè insumant: sed non teneantur lege restituendi, quæ cum iniuria & damno egentium insumpserūt, nullam isti admirabiliorem legē in bonis Domini, quæ Dominus clero suo dedit, relinquunt, quàm in patrimoniis sæcularibus: & mēdacem faciunt prophetiam, quæ prædixit de ministris Ecclesiæ nostræ futuros esse admirabiles in diuitiis Domino oblatis: diuitias enim non facit admirabiles copia ipsa, sed earum vsus, & vtendi lex.

a Cap. 61.

b Eccles. 14.

Rursus isti, quod in tribu Leuitica, quę euangelici cleri typus, & vmbra fuit, in veteri testamento figuratum est, carere volunt re, & veritate, in nouo. Vt enim Leuitica tribus, quę ministrabat tabernaculo testimonij, quod typus Ecclesiæ nostræ erat, ex donis Deo oblatis alebatur, sicut Dominus ei per Moysen dixit; *Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel.* sic clerus ex bonis Domino oblatis pro ministerio Ecclesiæ alij debet. Et sicut voluit Dominus, vt tribus Leuitica donis illis Deo oblatis pro ministerio tabernaculi contenta, nihil inter filios Israel in eorum terra, quam eis Dominus dedit, & diuisit, possideret, sic voluit, vt præter ea, quę ex bonis ecclesiasticis Domino oblatis ad edendum & vestiendum, & ad reliquum vitæ cultum necessarium, & decentē clero sufficerent, nihil reliquorum bonorum Domini Dei tamquam proprium more & lege sæcularem possiderent; sed eorum œconomi, & procuratores tantùm esse ad suppeditandum egentibus, quod longè excellētius ac perfectius erat, & magis statum Euangelij decebat; habere scilicet, procurationem tantùm eorum bonorum ad largiēdum egentibus, quàm nihil possidere, vt veteres Leuitæ in terra Israël. Siquidem in non habēdo, nulla cura aut solicitudo est: in habendo autem ad distribuendum cum iustitia magna esse debet, quę si fuerit magna, rursus apud Deū & Ecclesiam Dei laus, & gloria est.

10 Hac igitur excellentia, & perfectione, ac laude Euāgelium, Ecclesiam, & clerum Christi priuant, & spoliant qui episcopos faciunt dominos bonorum omniū sui cuiusque eorum episcopatus: & similiter in beneficiis reliquorum, clericorum: immo faciunt hac ratione, multò meliùs, ac perfectiùs prouisum fuisse Leuitis veteris testamenti, quàm Leuitis noui. Expeditius enim erat in veteri testamento ad obeundum ministerium tabernaculi, nihil Leuitas in terra filiorū Israël possidere contentos donis Deo oblatis, quàm non contentos Leuitas noui

testamenti necessariis à Domino pro ministerio datis, accipere ab eo insuper, quæ nõ essent sibi necessaria, nisi lege Domini, qui ea dedit tenerentur ad suppeditãdum ea egentibus, tamquam alienа & non sua.

5 Illud præterea dicendum est, tam necessarium esse Episcopis prouidere omnibus egentibus, quę necessaria eis sunt, vt si non habeant ad tribuendum eis, secundum Apostolicam constitutionem petere ab aliis debeant: sic enim ait Apostolica constitutio. [a] *Idcirco accepistis datum Leuitarum, oblationem populi, vt suppetat vobis, & egentibus, & non cogamini accipere ab iniquis.* & paulo post. *Sin verò datum non sufficiat, denuncia fratribus, & collectam fac ad ministrandũ orphanis, & viduis in iustitia.* hoc ipsum sancti Apostoli, quibus Episcopi successerunt, exemplo suo eos docuerunt; sic enim Paulus in epistola ad Galathas scripsit, *Et cum cognouissent gratiam, quæ data est mihi, Iacobus, Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi: & Barnabæ societatis, vt nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem: tantùm vt pauperum memores essemus: quod ipsum sollicitus fui, vt facerẽ.* Et beatus Petrus profecturus ad prædicãdum Iudæis dispersis per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, Bythiniam, sicut ipse in epistola sua priore scribit, & Paulus profecturus ad gentes à Hierosolymis per circuitum vsq; ad Illyricum (vt ipse ad Romanos scripsit) cùm scirẽt hoc esse proprium pastoris, non solum spiritualia gregi ministrare, id quod potissimum est, sed egentibus ea etiã, quæ ad vitę vsus necessaria sunt, prouidere, communem curã pauperum habere voluerunt, vt discant Episcopi animarum & corporum pastõres, si fortè pauperes in diœcesi sua non habent, aut supereſt eorum necessitati, alienis etiam pauperibus opitulari: aut rursus si ex diœcesi sua ad vsus suorum pauperum, quantum satis sit, colligere nõ possunt, vt aliunde quærant.

11 Cura enim pauperibus subueniendi communis esse debet; sicut Paulus ex Ecclesiis Galatię ad pauperes Ecclesię, qui erãt Hierosolymis, collectas mittebat, vt ipse [b] testatur. Satis ergo (vt arbitror) hactenus demonstratum est: quid Episcopi in bonis Ecclesiæ cum iustitia vtendis facere debeant secundum naturam Scripturam, futuri sæculi iudicium, apostolicę constitutionis traditionem; Pontificum apostolicorum, & synodi Antiochenæ sentẽtiam, & sanctorum Apostolorum exempla. Contra verò si non faciant, ista omnia ab eis violari, & contemni.

Habes Reuerendissime Domine, quid de bonis ecclesiasticis; & eorum vsu sentiam. communicabis cum Reuerendissimo Domino Liermo Episcopo Mondoniensi, qui quid sentirem, scire desiderabat. Communicabis insuper, si qui alij videbuntur, quibus & epistola mea, & caritas tua prodesse possit. & vt me inter tua sacrificia Deo, ac D. N. CHRISTO IESV precibus commendes, te per tuam in me caritatem obtestor.

Romæ, ex domo Societatis IESV. M.D.LXXIIII. April. X X.

SVMMARIVM.

12 *Achilles Statius laudatus, & eius epistola hunc librum, & Auctorem eius laudans.*
12 *Auctorem Statiũ Conimbricæ cognouit prælegentem.*
13 *Bona Ecclesiæ in quem finem ei data grandia testimonia. Statius.*
14 *Restituenda male ab Episcopo insumpta. Statius.*
15 *Bonorum Ecclesiæ mala impensio facit, vt ei minus detur. Statius.*
16 *Pauperibus potius quàm sacris ædibus prouidendum. Statius.*
17 *Bonorum Ecclesiæ mala impẽsio rapina sacrilega. Statius.*
18 *Restituenda male impensa. Statius.*
19 *Ordinatio inordinata quàm graue peccatum. Statius.*

ACHILLES STATIVS LVSITANVS.

Martino Azpilcuetæ Nauarro, viro ornatissimo ac iuris consultissimo in Domino Salutem.

12 VM iampridem in eadem, qua tu, cogitatione versatus, de tota Ecclesiasticæ pecuniæ ratione commentariolũ mihi ipse confecissem, eum domi scilicet seruaui tam diu, atque in sinu propè continui, quoad nostræ ætatis hominum ea de re opiniones explorassem: in quibus tu ista auctoritate, virtute, eruditione dignam sententiam princeps dixisti, & verò etiam literis publicè mandasti. Quę tametsi propter nominis tui magnitudinem & admirabilem istam in omni genere laudis præstantiam, apud omnes homines plurimum valet: quia tamen vir singulari pietate, ac doctrina prædituς Franciscus Turrianus in eandem sententiam pedibus isset, ac manibus, idque elegantissima ad Laodicensem Episcopũ epistola declarasset, tritam satis iam esse viam putaui, qua cæteris, quibus idem videretur, ingredi liceret. Ergo ego qualemcumque lucubratiunculam meam perirè nolui, ad teque mittẽdam putaui, vt si probares ipse, dux, & auctor scriptionis huius manare tutò posset ad cęteros; sin improbasses, equidem non recusarem quo minus etiam periret. Hic vero labor ipse meus mihi, Deo est gratia, plurimùm, si præterea nemini profuit, multúmque religionis iniecit, ne sæculi nostri cõtagione infectus eo prolaberer, quo cupidi hodie multi mortales, atque ambitiosi pręcipites feruntur. Neque, verò, qui me ne de nomine quidem fortasse nosti, ad te sum veritus scribere, quem olim Conimbricæ, vbi mihi nutriri, ac doceri puero contigit, gentis meæ præclarissimum Doctorem, ac magistrum inter cæteros, & obseruaui, & sum maximè semper admiratus. Itaque me, & tua in omnes bonarum artium studiosos humanitas, & summum in gentem meã studium tuum, idémque vtriusque nostrum sensus impulerunt, vt te scripto nunc, & si non dedignabere, coram etiam fidenter conuenirem. Sed iam demum quam proposui ad rem aggrediar.

13 Principio, quòd ad rem maximè pertinet, quærendũ videtur, cuiusmodi sint res ipsæ Ecclesiasticæ: id verò est, à quibus profectæ, atque oblatæ, quibus item de causis, & quos denique in vsus ex eorum, qui optulerint sententia ad Episcoporum pedes, qui sunt ipsi successores Apostolorum, delatæ; quod ipsum aperte quidem, breuiterque declarat Aquisgranense Concilium, [a] in quo sic est. *Res Ecclesiæ, sicut à sanctis Patribus traditur, & in superioribus capitulis continetur, vota sunt fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum: fideles namque fidei ardore, & Christi amore succensi, ob animarum suarum remedium, & cęlestis patriæ desiderium, suis propriis facultatibus sanctam locupletem fecerunt Ecclesiam, vt his, & milites Christi alerentur, & ecclesiæ exornarentur, pauperes recrearentur, & captiui pro temporum opportunitate redimerentur.* Quapropter vigilanti, ac solerti cura prouidendum est eis, qui eius facultates administrant, ne eas in suos solummodò vsus conuertãt; sed magis iuxta possibilitatem rerum Christo famulantium, immo eorum, in quibus Christus pascitur, & vestitur, curam gerere penitus non negligant. In eandem sententiam Vrbanus Pontifex Maximus. *Res Ecclesiæ fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur: non ergo debent in alios vsus, quàm in Ecclesiasticos, & prædictorum Christianorum fratrum indigentiã conuerti: quia vota sunt fidelium, & pretia peccatorum, atque ad prædictum opus explendum tradita, si quis autem, quod absit, secus egerit, videat ne damnationem Ananiæ, & Saphiræ percipiat: & reus sacrilegij efficiatur, sicut illi effecti sunt, qui pretia prædictarũ rerum fraudati * sunt.* Ad hæc Vrbani verba additum est in veteri libro id quod sequitur. *Hęc, fratres, valde cauenda sunt, & timenda: quia res Ecclesiæ non quasi propriæ, sed vt communes, & Domino oblatæ cum summo timore, non in alios, quàm in pręfatos vsus fideliter sunt dispensandæ; ne sacrilegij reatum incurrant, qui eas inde abstrahunt, vbi traditę sunt, & quod peius est, anathema maranatha fiant, & si non vt Ananias, & Saphira fecerunt, mortui eciderint, anima tamen, quę potior est corpore, mortua, & alienata à consortio fidelium cadat, & in profundum Barathri labatur.*

Itaque si res Ecclesiæ pauperum sunt patrimonium, earum pauper est dominus, & quidem iure optimo: quod ius quicumque violat, cùm iustitię leges euerterit, quos læserit, quibusque iniuriam intulerit, obscurum esse non

[a] Cap. 116.

* Sic est in veteri libr.

[a] Lib. 4. ca. 2.

[b] 1. Corinth. c. 16.

poteſt. Neq; verò sum nescius, quid altario deseruiẽtibus, ac ministris Euangelij, quid sacris reficiẽdis, atq; ordinãdis ædibus debeatur, & inter quos ercisceri hæreditatem hanc oporteat. Sed idem tamen contendo, illos ipsos à pauperum non esse numero seiungendos; sic tamen vt gradus, dignitatísque eorum ratio habeatur; quam tueri sumptibus possint necessariis, & cùm res ita tulerit, vt alterutrum necessario sit omittendum, fabrica potius, ædificiorúmque ac totius Ecclesiasticæ suppellectilis pauperum causa multo sit ipsa cura posterior: immo verò res Ecclesiæ, si necesse sit, distrahi, diuendique, aurum, argentúmque conflari, & in vsus pauperum conuerti oporteat.

14 Quod quàm vere à me positum sit hoc loco, postea videro: id modo constet, res Ecclesiæ pauperum dici bona, pauperum esse patrimonium, pauperum pecunias iure, meritóque appellari: quod si est, persipicuum etiam est, horum bonorum dispensatores quidquid interuerterint, quidquid vitio administrarint, ac flagitiosè, luxuriosèq; perdiderint, dissipauerint, effuderint, Christi pauperibus abstulisse, eósque lege repetundarum teneri. Namque, quod nonnullorum pace dixerim, quàm est illud leue ac friuolum, quo tanquàm perfugio solent vti, peccatũ confitentes, si quis acceptam pecuniam Ecclesiasticus minimè ecclesiasticè, & vt religiosum virum decet, expenderit. Ergo patronus, qui pecuniam, rémque omnem suam domesticam seruo, vel dispensatori cuicumque administrandam commiserit, si parum bona vel nulla etiam fide in aliena pecunia versabitur, vtrique scilicet optimè cautum putabimus, si dispensator, vel potius ipse tãtùm patronus fuisse peccatum intelligat, nihil sibi restitui postulet, scutica solum, ac flagello cõtentus sit. Tu verò, inquit, doce, quæ mè contingit, quamque mihi Episcopus, & Ecclesia portionem tribuerit, cùm arbitratu meo malè cõsumpserim, esse quod pauperibus restituam. Equidem nihil esse, quàm vt id doceam, puto facilius, modo illud teneamus, ministro Ecclesiæ necessaria tantùm tribui, aut ipsum sibi suppeditare debere: nam si nec Episcopo licet, nisi quibus tantùm indiget, Ecclesiæ rebus participare, sic enim loquitur, [a] Antiocheni Concilij, quid Clericis infrà Episcopum liceat, omnes intelligimus. Beatus Prosper, cuius etiam auctoritate sunt vsi Patres in Concilio Aquisgranensi, [b] in eandem sententiam scribit interpretans Apostoli verba è priore ad Corinthios epistola, apud quem inter cætera sic est. *Quid est aliud de Euangelio viuere, nisi laborantem inde, vbi laborat, necessaria percipere?* Atque ante Prosperum beatus Hieronymus de vita Monacho, Clericoque instituenda. *Si autem ego*, inquit, *pars Domini sum, & funiculus hereditatis eius, nec accipio partem inter cæteras tribus, sed quasi Leuita, & sacerdos viuo de decimis: & altari seruiẽs, altaris oblatione sustentor, habens victum & vestitũ his contentus ero, & nudam crucem nudus sequar.* Cur autẽ hac tenuitate clericus vitam degere contentus debeat, docet idem Prosper eodem lib. *Quod si*, inquit, *quilibet minister Ecclesiæ non habet, vnde viuat, non ei reddit hic, sed necessaria præstat Ecclesiæ, vt in futuro præmium laboris recipiat, quod in hac vita iam spe Dominicæ promissionis expectat.* Iam ne igitur vides clericum necessariis rebus Ecclesiasticis vtendis fruendis contentum esse debere, vt reliquum quod est, pauperi cedat? Quod profecto adeo verum est, vt si clerico suppetat *, vnde vitam toleret, res ecclesiasticas non liceat attingere alendi sui; sustentandique causa. Quod olim admiratus, cum apud Dionysium Carthusianũ virum fide, ac religione præstantem, [c] legissem, veterum, sanctissimorúmque Patrum testimoniis ab eo confirmatum, ac Prosperi locum ille alterum adduxisset, omisit alterum, quem subiicio nunc. [d] *Nec illi*, inquit, *qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, vnde pauper victurus erat, accipiunt.* De clericis dicit per Prophetam Spiritus sanctus. *Peccata populi mei comedunt.* sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta, quibus indigere videntur, suscipiunt, ita possessores non alimenta, quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt. Minus dixit vir sanctissimus, atq; doctissimus: cùm etiam necessariis rebus interdictum esse videatur egentibus clericis, si suo indignam ordine vitam ducant.

15 Quod mihi significare videtur verba illa Synodi Romanæ. *De donis autem Sanctorum, id est, Catholicorum virorum, vel matronarum, quæ offeruntur Ecclesiis Dei, pascantur pauperes spiritu, id est serui Dei, & cuncti Ecclesiastici ordinis degentes castè, ac piè sub regula Christi:* quæ postrema verba clerico cuicumque non temere suppeditandam esse pecuniam, pauperúmque eleemosynas demonstrant. Cur igitur, inquit, *si quod necessitati superest, pauperum propriè esse censetur, Episcopus portionem meam tantam esse voluit?* quia nimirum te quoque rerum Ecclesiasticarum voluit secum esse & participem, & dispensatorem? his enim duabus tamquam partibus constat vita Clericorum: hæc cuiuscumque clerici, quàm possidet, pecuniæ bipartita ratio est, vt & sibi ipse consulat, & proximorum inopiam subleuet. *Habebat*, inquit Beatus Augustinus, [a] *habebat Dominus loculos, & à fidelibus oblata suis conferuat necessitatibus, & aliis indigẽtibus tribuebat: tunc primum Ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, vt intelligeremus, quod præcipit, non cogitandum de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ seruaretur à Sanctis, sed ne propter illa Deo seruiatur.* Quod vltimum nimirum idem illud est, quod supra proposui Beati Prosperi, vt in futuro præmiũ laboris recipiat. Beatus Ambrosius, [b] eo animo sua fideles obtulisse dicit Ecclesiæ ministris, vt per eorũ manus, quorum fidei, atque integritati summa omnia tribuerẽt, ad pauperes peruenirent. Quo factum opinor, vt labente hodie, vel ruente potius Ecclesiastica disciplina, perpauci fideles eadem, qua maiores nostri, in Ecclesiam liberalitate nunc vtantur. *Scio*, inquit Ambrosius, *pleroſque sacerdotes, quo plus contulerunt, plus abundasse; quoniam quicumque bonum operarium videt, ipsi confert. quod ille suo officio dispensat, securus quòd ad pauperem sua perueniat misericordia. Nemo vult nisi pauperi proficere suam collationem: nam si quem aut immoderatum, aut nimis tenacem dispensatorem viderit, vtrumque despiciet, si aut superfluus erogationibus dissipat, alieni fructus laboris, ac recondit sacculis.*

16 Reddendũ hoc loco existimo, quod supra sum pollicitus, rebus scilicet Ecclesiasticis salutem pauperũ longè anteponendam, sic vt omnia potius vendere, si necessitas postuler, non dubitemus. Quod olim fecisse beatum Ioannem Chrysostomum, eique ab aduersariis obiectum fuisse legimus. Namque ille cùm pecunia deficeret, nec haberet vnde pauperibus erogaret, quæ confecerat ipse cimelia, quibúsque abũdaret Ecclesia, eius rei causa diuẽdidit: quod eius factum quantauis dignum laude existimatur Acacius vero Abydenorum Episcopus, Persarum amplius septem milia, quos Romani bello cepissent, ac nisi pretio redimerentur, eorum se omnium cædem factũros esse minitarentur, cùm Rex Persarum, vel id leuiter curaret, vel pecuniam tantam repræsentare non posset, collecta vndique Ecclesiæ vasa conflauit, captiuos, & quidem Ethnicos & seruitute, & imminenti periculo liberauit: quod illi ad omnem posteritatis memoriam summæ laudi fuit. Et apud me B. Ambrosij homilia de perfecta liberalitate, nec dum, quod sciam, edita, in qua vir sanctissimus docet hunc esse auri argẽtique vsum in Ecclesia Dei, quem locum, ne quis desideret, iam subiicio. *Aurũ*, inquit Ambr. *Ecclesia habet, nõ vt seruet, sed vt eroget vt subueniat necessitatibus. Quid opus est custodire, quod nihil adiuuat? an ignoramus quãtũ auri, atque argenti de Tẽplo Domini Assyrij susteulerunt? nonne melius conflant sacerdotes propter eleemosynam pauperum, si alia subsidia desint, quàm sacrilegus contaminata asportet hostia? nonne dicturus est Dominus, cur passus es tot inopes fame mori? & certe habebas aurum, ministrasses alimoniam, cur tot captiui deducti in commercio sunt nec redempti, ab hoste occisi sunt? melius fuerat, vt vasa viuentium seruares, quàm metallorũ.*

His non potest responsum referri: quid enim dices? timui, ne tẽplo Dei, ornatus deesset. Respondebit, aurum sacramenta non quærunt, neque auro placent, quæ auro non emuntur, ornatus sacramentorum, redemptio captiuorum est: verè illa sunt vasa pretiosa, quę redimunt animas à morte: ille verus thesaurus Domini est, qui operatur, quod sanguis eius operatus est. Tũc vas Dominici sanguinis agnosco, cùm in vtroque video redẽptionem, vt calix ab hoste redimat, quos sanguis à peccato redemit. Quampulchrum vt cum agmina captiuorum ab Ecclesia redimuntur, dicatur, nos CHRISTVS redemit: ecce aurum quod probari potest, ecce aurum vile, ecce aurum CHRISTI, quod de morte liberat; ecce aurum, quo redimitur pudicitia. seruatur castitas: hos ergo fili malui vobis

[a] Homilia 67 Euang. in Ioannem.

[b] Lib. 2. offiſciorum.

[a] Can. 25.

[b] Lib. 2. de vita contemplatiua.

* Contrarium huius axiomatis teneri communiter & tenendum esse affirmamus supra q. 1. mon. 32. vbi admonemus infra nu. 20.

[c] in libro de vita sacerdotum. art. 24.

[d] Ex eod. lib.

liberos tradere, quàm aurum seruare, hic numerus captiuorum: hic ordo præstantior est, quàm species poculorum: huic muneri proficere debuit aurum redemptoris, vt redimeret periclitantes: agnosco infusum auro sanguinem CHRISTI, *non solum irritalasse, verum etiam Diuinæ operationis impressisse virtutem redemptoris munere.*

17 *Tale aurum sanctus martyr Laurentius Domino reseruauit, à quo cum quæ rerentur thesauri Ecclesiæ promissi se demonstraturum: sequenti die pauperes duxit; interrogatus vbi essent thesauri quos promiserat, ostendit pauperes, dicens, hi sunt thesauri Ecclesiæ, & verè thesauri, in quibus Christus est, in quibus fides est: hos thesauros demonstrauit Laurentius, & vicit, quòd eos nec persecutor potuit auferre. Numquid dictum est sancto Laurentio, non debuisti erogare thesauros Ecclesiæ, vasa sacramentorum vendere, &c.* At Beatus Flauianus Constantinopolitanus Episcopus, ad quem extat illa Beati Leonis Papæ Euangelicæ penè auctoritatis epistola, non modo idem sensit, & probauit, sed esse res omnes Ecclesiasticas pauperũ declarauit; quod ea, quæ de pauperum prærogatiua, & bonorum Ecclesiæ iustissima possessione supra posui, etiam cõfirmat. *Magnus*, inquit, *Flauianus Episcopus Constantinopolitanæ Ecclesiæ dixit, cimelia, & quæcumque possidet Ecclesia, non alibi, quàm in subleuandis pauperibus impendi debere.*

De ædificationibus vero sacrarum ædium, hac ipsa de causa deponendis, & sentire, & testari videtur Isidorus Pelusiota auctor antiquissimus, & grauissimus: cuius ex epistola ad Eusebium Episcopum sunt hæc. *Aiunt te Ecclesiam Pelusij ædificare arte, atque opere quidem pulcherrimo, sed iniquissimis rationibus, perq; summam iniuriam, ac magno pauperum malo. quorum impensis opus facis. Quod profecto nihil aliud est, nisi Syon in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitatibus ædificare: Deus autem non ex alieno sacrificium requrit, sed id cane peius abominatur.* & quæ sequuntur apud illum. Effectum arbitror vtrumque, & necessaria tantùm sumenda clerico de bonis Ecclesiæ, & eorum quantumcũque acceperit; esse dispensatorem oportere, si quid necessarij superest sumptibus. Nunc illud, quod rem maximè continet, etiam demonstrandum est, quam in eo culpam clericus contraxerit, non cuiuscumque peccari, aut criminis esse nomine appellandam, sed furti, sed rapinę, sed sacrilegij.

18 Quod si ita est, & quod furto scelus admiseris, non nisi restitutione demum expiari, quod clerico supererat; quoniam pauperi negauit, atque subtraxit, debet id omnino restitui. Origenes [a] fraudandi verbo in hoc vtitur genere.

Diaconi, inquit, *qui non bene tractant Ecclesiasticarum pecuniarum mensas, sed semper de eis fraudant, & ipsas, quas dispẽsant, non secundum iustitiam dispensant, & diuites fiunt de rebus pauperum, ipsi sunt nummularij, pecuniarum mensas habentes, quas* CHRISTVS *euertit.* &c. At qui fraudat, alteri, quod suũ est adimit, quod qui facit, idem furatur, vel quod grauius supra dixit Vrbanus, sacrilegium in rebus admittit Ecclesiasticis. Disertius, opinor, ac dilucidius mellifluus ille Doctor Sanctus Bernard. [b] *Verumtamen*, inquit, *quæ sunt illa tua beneficia? Eccleste: rectè, quia surgis ad vigilias, vadis ad missas, horis chorij nocturnis, diurnisque frequentas, benefacis, sic Ecclesiæ prębendam gratis non accipis; dignum est, vt qui altario deseruit, de altario viuat: conceditur ergo tibi, vt si benè deseruis de altario viuas: non autem, vt de altario luxurieris, vt de altario superbias, vt inde compares tibi frena aurea, sellas depictas, calcaria deargentata, varia grisea q; pellicea, à collo, & manibus ornatu purpureo diuersificata: denique quidquid præter necessarium victum, ac simplicem vestitum de altario retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est.* & reliqua apud sanctissimum virum, quæ legenda omnibus ecclesiasticis viris magnopere suadeo. *Non est*, inquit Bernardus, *tuum.* quorum sit autem expressit Magnus Basilius, [c] qui panem illum viduarum dixit, & pupillorum, cum episcoporum negligentiam, vel inhumanitatem potius accusaret. Si non est igitur clericorum, quod præter necessarium victum, ac simplicem vestitum retinent, iis, quorum est, reddant, si rapina, quibus abstulerunt, restituant; si sacrilegium tẽplis Dei, hoc est eis pauperibus reponant, quos rebus omnino suis sacrilegi nudauerunt. An non idem sanxit Concilium Carthaginense, cùm Episcopum, presbyterum, diaconum, vel quemcumque clericum denique, qui ante ordinationem nihil haberet suum, ordinatus, agro prædij sui; nisi vel liberalitate alterius, vel hæreditate fuisset auctus, iussit illa omnia Ecclesiæ restituere; negantem parere ecclesiastico indignum honore esse, haberique iudicauit. Nimirũ abstulisse furto iudicatur, qui restituere cogitur, furatus autem existimatur, qui necessariis rebus non contentus, habebat vnde emeret non necessaria, lege canonem in Cõcilio Aquisgranensi. [a] Ego verò in necessariarum rerum modo statuendo, pro dignitatis, ætatis, temporis, valetudinis ratione, & canones, & sanctorum Patrum scripta, dicta, facta, quæ nemini non sunt proposita, atque obuia, iterum, atque iterum clara voce testatus appello, & clericorum omnium conscientias, quarum ad ostiũ stat Christus & pulsat, tacitus etiam conuenio. Vtinam sapiant, & intelligant, quicumque sacram pecuniam tractant, colligunt, dispensat quocumque nomine, ne præter necessitatem rebus abutentes sacris, sacrilegij necessario crimine teneantur obstricti.

19 Verum, omnia facile vitari possent incommoda, & scãdala, si maiore religione, studio, atque delectu hominũ fierent ordinationes, tam maiorũ, quàm minorũ ordinũ. Quo in genere tribus modis peccari ab ordinatoribus beatus Gregorius docuit, triplici videlicet ab eo, qui ordinatur, præstando, atque offerẽdo munere, à manu, à lingua, ab obsequio. Quàm sit autem perniciosum Episcopis, penes quos est ordinatio, in malis ordinationibus flagitium, luculentè quidem B. Ioannes Chrysostomus scribit in interpretatione Actuum Apostolorum: est enim apud illum sic. *Multos Episcoporum saluos esse non arbitror: imo verò maximam eorum partem perire atque damnari. cuius rei causa est, quod opus, ac negotium id sit magni, ac præstantis animi, quod q; vt, ac necessitate sæpe cogat mores omnino suos exuere, ac deponere. Etenim multipliciter vndecumque occultatum esse oportet Episcopum. Neque verò mihi tu illud dixeris, peccatum Presbyteri est, aut Diaconi, horum enim omnium culpa, & peccatorũ causse in ordinantis caput videlicet referuntur, ac redundant.* Quid B. Leone Papa sanctius? quid in ordinando religiosius, ac circumspectius? & tamen quanti res ipsa sit, vt intelligeretur, de eius oratione ad Apostolorum principem B. Petrum, déque Apostoli ipsius apparitione, ac responso, in opere quod limonation Græcè inscribitur memoriæ traditum hoc legitur. *Sanctissimus, ac par Angelis Leo Romanorum præsul, quadraginta diebus mansit ad sepulchrum Beati Petri, in ieiunio, & oratione perseuerans. & petens ab Apostolo, vt pro se ad Deum intercederet, sua sibi vt peccata dimitterentur, completis autem quadraginta diebus, visus est illi adesse Apostolus dicens, oraui pro te, & remissa sunt tibi omnia peccata, præter ordinationes, hoc enim à te solùm postulabitur, bene, an malè ordinationes feceris.*

Hæc sunt, vir ornatissime, quæ pridem studiosè colligebam, & commentabar: quę si, vt de re ipsa inter nos cõuenit, si ad rem quoque feciſſe tibi videbuntur, nosque de eo amabis; ego verò tum huius operæ meæ fructum me cepisse maximum putabo. Vale Dat. Romæ. Kal. Iulij. Anno sal. M. D. LXXIIII.

SVMMARIVM.

20 *Beneficiarius habens patrimonium viuere potest de beneficij reditu seruato cui volet patrimonio, contra Statium.*

MARTINVS AB AZPILCVETA DOCTOR NAVARRVS.

Achilli Statio Lusitano viro eruditissimo, multisque nominibus suspiciendo, in Domino salutem.

20 EPistolam tuam, & Commentariũ de pecuniæ Ecclesiasticæ ratione, caritate, religione, prudentia, modestia, eruditione, & elegantia plena, iucundè suscepi, auidè perlegi, & ea tuo nomine, insignique fama digna comperi: simul in animum induxi tuæ auctoritatis adeo validis fundamentis innixæ accessione nostræ (quæ verior, receptior, quæque pientior & salubrior

a *Homilia in Matthæũ 16.*

b *In Epistola ad Fulconẽ.*

c *Homilia in sanctum Mamanthem.*

a *Cap. 89.*

est) sententiæ, multùm roboris addi posse: ideoque è Republic. Christiana eam edendam, typisque publicandam iudicaui. Admonendo tamen eam, omnes fere canonum peritos simul & theologos approbare opinionem Innocentij affirmantis, [a] clericum habentem beneficium ecclesiasticum, & alia bona Laica posse iustè se alere ex fructibus sui beneficij, & alia bona Laica, & fructus eorum reseruare aliis suis cognatis, vel amicis, quibus valet, donanda per contractus inter viuos, vel per vltimam voluntatem relinquenda: quamque praxis totius orbis Christiani seruat, & seruandam dixit etiam Decius, [b] licèt ferè solus canonistarum recessisset ab ea, [a] vt tradimus supra, [b] & ad dictum Prosperi, quod tua dignitas circiter dimidium epistolæ tuæ citat, & antea citauit Gratianus, [c] responderi potest, intelligendum esse de clericis non habentibus beneficia canonicè sibi collata, & habentibus alia bona ad se decenter alendum sufficientia, quibus non sunt in eleemosynam eroganda superflua aliorum beneficiatiorum, sed sic relinquendi fructus suorum beneficiorum, si quæ habent, & quibus inseruiant, cùm dignus sit mercenarius mercede sua. [d] Vale nostræ Lusitaniæ decus. Dat. Romæ 16. Kal. Augusti. 1574.

a *In c. episcopus. de præb.*

b *In dict. cap. Episcopi.*

a *In c. postulasti. de rescrip.*

b *Quæstio. 1. mouit. 32.*

c *In c. pastor. 1. q. 2.*

d *Luc. 10.*

In priore huius operis editione hic Bulla Pij V. de officio recitando habebatur, quæ incipit Ex proximo. sed quoniam illa eadem in tom. 3. in Manuali confess. cap. 25. num. 122. loco magis opportuniore habetur, hic eam non subiiciendam iudicauimus. Habetur item in cap. 7. Enchiridij de oratione num. 32. vnde illa petipoterit.

COMMENTARIVS IN CAP. HVMANAE AVRES. XXII. Q. V.

DE VERITATE RESPONSI, PARTIM VERBO EXPRESSO, partim mente concepto redditi.

Ad Sanctiſſimum D. N. Gregorium XIII.

IN gratiam collegarum Illuſtris Collegij Societatis Illuſtriſsimæ Ieſu Vallis Oleti ſiue Pintiæ, multis mihi nominibus ſuſpiciendi, ad quęſtiones infra ſcriptas reſponſurus, eorum precibus fretus aſſumo in fundamentum illud Illuſtriſsimum Maximi Optimique Pontifici Gregorij cognomento magni elogium lib. 26. Moral. cap. 7. tranſlatum à Gratiano in cap. humanæ aures. 22. quæſt. 5. orans eius auctorem, vt vna cum illa præpotente cœlorum Regina Virgine matre Maria lucem impetret diuinam in id mihi perneceſſariam.

Gregorius libr. 26. Moralium cap. 7. & in cap. Humanæ aures. 22. q. 5.

* *HVmanæ aures verba noſtra talia iudicant qualia foris ſonant. Diuina verò iudicia talia ea audiunt, qualia ex intimis proferuntur. Certè nouerit ille, qui intentionem, & voluntatem alterius variis explicat verbis, quia non debet aliquis verba conſiderare, ſed voluntatem & intentionem, quia non debet intentio verbis deſeruire, ſed verba intentioni.*

* *Humanæ aures.* Hoc cap. continet verba D. Gregorij vſque ad verbum proferuntur, reliqua non ſunt apud D. Gregorium cap. is autem, quod citatur paulo poſt non eſt apud Auguſtinum in libr. de mendacio, ſed in Enchiridio partim capit. 22. partim. 18.

Argumentum ſiue Caſus.

N. qui dixit clam cuidam fœminæ, *accipio te in vxorem meam,* ſiue animo eam ducendi, reſpondit iudici eum adiuranti & interroganti, an ea verba dixiſſet? ſe non dixiſſe illa, ſubintelligendo mente, quòd ea non dixerit animo illam ducendi.

Quæritur primò, an coram Deo mentitus fuerit?

Secundò, an peierauerit coram Deo, licet non fuerit mentitus.

Tertiò, an eſto non fuerit mentitus nec peierauerit, alia tamen ratione peccauerit.

SVMMARIVM.

A
1 *Mentiatur-ne proferens falſum ſubintellecto eo, quo ſit verum.*
1 *Homo iudicat iuxta verba, Deus iuxta mentem.*
1 *Mendacium eſt ſignificatio falſi, vel veri pro falſo habiti. & num. 3.*
2 *Terminus quadruplex, mentalis, vocalis, ſcriptus, & mixtus.*
2 *Argumentum à toto ad partem vt valet.*
3 *Oratio mixta interdum tota eſt vera, & partes falſæ, & econtrario partes veræ & tota falſa.*
3 *Surgent impij falſum cum hac mentali, verum ſine illa.*
3 *Bona in mortali peccato facta non prodeſſe verum cum mentali, falſum ſine illa.*
3 *Figurata locutio an propria dici poſſit remiſsiuè.*
4 *Chriſtum iudicij tempus neſciuiſſe vt verum.*
4 *Confeſſarius vt verè negat audiſſe peccatum confeſſum.*
5 *Contraria duo non poſſunt eſſe ſimul vera, nec ſic ſimul falſa.*
5 *Contradictoria non poſſunt eſſe ſimul vera, nec ſimul falſa.*
6 *Confeſſarius peccata ſibi confeſſa ſcit etiam vt homo, & ad multa poteſt vti ea ſcientia tamquam humana.*
6 *Confeſſarius iuſtè negare poteſt ſuffragium ob ſibi confeſſa.*
6 *Obligatio celandi ſcita non infert non eſſe ea vt homini ſcita.*
B
6 *Priuatio præſupponit habitum.*
6 *Honor exhibetur Vicario, ſed non quantus Domino.*
7 *Papæ oſculamur pedes, ſed non eius legato, & minus delegato.*
7 *Honor latriæ datur Deo, ſed duliæ ſeruo.*
7 *Confeſſarius teſtatur de licentia iuſta de ſcitis in confeſſione.*
8 *Obligatus qui non eſt dicere, vt verè reſpondere poteſt ſe neſcire.*
9 *Adultera vt iuſtè reſpondet marito, non ſum talis.*
9 *Adultera, & quiuis alius poteſt ſe defendere per amphibologiam meram, iuſta de cauſa. & q. 2. num. 10.*

1 A D primam quæſtionem reſpondeo, non fuiſſe mẽtitum coram Deo, & in foro conſcientię. Primo quidem per hoc cap. quatenus habet, humanas aures talia noſtra verba iudicare, qualia foris ſonant. Diuina verò iudicia talia foris audiunt qualia ex intimis proferuntur. Per quod palàm docetur, non eſſe falſum coram Deo id, quod ſua diuina maieſtas nouit & videt eſſe ſenſu vero prolatum, licet is, qui ſola verba prolata nouit, de bet iudicare id eſſe

falſum

falſum: at præfatus N. protulit illa verba, in ſenſu quem Deus ſciebat eſſe verum: ergo quo ad illum & forum conſcientiæ non fuit mentitus, cum mendacium ſit ſignificatio falſi ſecundum S. Auguſtinum in libr. de mendacio. quem refert Gratianus, [a] & tradit S. Thomas. [b]

2 Secundo, probatur illa firma ratione, quòd ſicut omnes dialectici docent, terminus qui ſecundum eos eſt pars orationis, inuenitur purè mentalis, purè vocalis, purè ſcriptus, & mixtus ex his: ita inuenitur oratio purè mentalis, purè vocalis, purè ſcripta, & mixta ex eis: argumento de toto ad partem cum identitate, vt ita dixerim, rationis quod eſt firmum, [c] & illa quæ fuerit mixta debet iudicari vera vel falſa conſideratis omnibus eius partibus. Tum quia inciuile eſt iudicare de lege niſi tota perſpecta. [d] Tum quia expreſſa & tacita regulariter ſunt eiuſdem virtutis. [e] Et ideo tota illa oratio mixta, *Deus eſt angelus:* cuius duo priores termini, ſcilicet *Deus eſt*, ſunt vocales, & tertius ſcilicet *angelus* ſcriptus, vel mentalis, eſt falſa, & hæretica: licet pars eius vocalis ſcilicet *Deus eſt* ſit vera & Catholica, & è contrario, tota illa oratio *Deus non eſt Angelus*, cuius tres priores termini ſcilicet *Deus non eſt* eſſent vocales & quartus ſcilicet *Angelus* eſſet mentalis vel ſcriptus, eſt vera & Catholica, & pars illa vocalis *Deus non eſt* eſſet falſa & hæretica.

3 Tertio, quòd vna & eadem oratio poteſt componi ex diuerſis partibus, quarum aliæ ſint expreſsè vocales vel ſcriptæ, & aliæ tacitæ & mentales: & quod ipſa tota ſit vera, & partes eius ſeparatæ ſint falſæ & hæreticæ: & econtrario ipſa ſit hæretica, & aliquot partes eius ſeparatæ ſint veræ & Catholicæ. quorum exempla ſunt innumeræ orationes tam ſacrarum & canonicarum literarum, quàm humanarum: in pſalmo enim primo eſt oratio mixta ex illa parte ſcripta vel vocali, *Non reſurgent impij in iudicio*, & ex illa mentali & ſubintellecta, *ad gloriam eternam*, quæ tota eſt vera, & de fide, licet ſola illa pars eius vocalis vel ſcripta, videlicet, *non reſurgent impij in iudicio*, ſit falſa & hæretica. & contra illud ſymboli Athanaſij. *Ad cuius aduentum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis.* Et in capit. *nihil*, [f] eſt etiam oratio mixta ex illa parte ſcripta, *Nihil prodeſt bona opera facere in ſtatu peccati mortalis.* & ex illa mentali, *quo ad meritum vitæ æternæ.* & tota illa conſtans ex illis duabus partibus eſt vera & de fide: pars verò illa ſola ſcripta, *Nihil prodeſt facere bona opera in ſtatu peccati mortalis*, eſt falſa & hæretica, iuxta Concilium Tridentinum. [g] Ex humanis autem literis excerpere licet multa exempla de figuratis locutionibus, de quibus latiſsime tractauit Alciatus, [h] & ſpeciatim in pag. 2. de peroemia. & pag. 8. de reticentia, & ſubauditione, ad quas reduci poſſunt orationes & locutiones præfatæ mixtæ ex verbis expreſsis, & mente ſubintellectis, quæ iudicantur veræ vel falſæ coniungendo partes ſubintellectas cum expreſsis. Ergo eadem ratione tota illa reſponſio præfata N. quæ eſt mixta ex illa parte vocali, *non dixi hec verba.* & ex illa parte mentali, *animo eam ducendi in vxorem*, fuit vera, licet pars præfata vocalis fuiſſet falſa. Et conſequenter cum benedictiſsimus & omniſcius Deus noſter noſſet eam eſſe mixtam, & compoſitam ex illis duabus partibus, nouit etiam totam illam fuiſſe veram coram eo, & in foro conſcientiæ, cui conſequens eſt præfatum N. dixiſſe verum coram eius diuina maieſtate, & in foro conſcientiæ, & ita non fuiſſe mentitum, cùm dixerit verum, nec putauit illud eſſe falſum: quod addo propter cap. *homines.* [i]

4 Quarto probatur idipſum exemplo D. N. Ieſu Chriſti, qui erat & eſt via, veritas, & vita, [k] qui rogatus de iudicio vniuerſali, quando eſſet futurum, reſpondit ſe neſcire: quod falſum fuiſſet, ſi ſola ipſa prolata verba per ſe aſſumpta & ſeparata à ſubintellectis conſiderata fuiſſent: quia contradictoria eius, videlicet ſe ſcire erat veriſsima: at conſideratis & adiunctis, quæ ſubintelligebat Dominicus erat veriſsimum, ſubintelligebat enim ſe neſcire id, ita vt conueniret eis manifeſtare, vt poſt & ante alios multos theologos & canonum peritos tradidit Archidiaconus receptus à noſtris, [l] & etiã Dominicus Sotus. [m]

Quinto probatur auctoritate omnium eorum, qui aſſeuerant confeſſarium, qui interrogatur an tale peccatum talis pœnitens ei fuerit confeſſus, iuſtè reſpondere poſſe non eſſe illud ei confeſſum, ſubintelligendo ita vt dicere teneatur: quod tamen eſſet falſum, ſi ſola verba expreſſa ſine ſubintellectis conſiderarentur.

Nec obſtat reſponſio quorumdam dicentium, confeſſarium neſcire ſibi confeſſa vt hominem, ſed vt Deum, & cùm reſpondet illum ipſi non eſſe confeſſum tale peccatum, intelligere, non eſſe confeſſum ei vt homini. Tum quia eſto eſſet verum, confeſsarium neſcire vt hominem, ſed vt Deum peccata ei confeſsa, falſum diceret, ſi reſponderet abſolutè ſe neſcire nihil ſubintelligendo, & mentiretur: quoniam ſicut duo verè contraria non poſsunt eſſe vera, licèt poſsint eſse falſa, ita duo contradictoria per nullam potentiam poſſunt eſſe ſimul vera, nec ſimul falſa ſecundum omnes dialecticos, & etiam noſtros, iuxta notata in l. *vbi repugnantia.* [a] & cap. *ſolicitudinem.* [b] & tangitur per Bartholum. [c] Cum ergo ſint duo contraria, audiui vel ſcio, & non audiui & nõ ſcio, ſi alterum eſt verũ, alterum eſt falſum. Et conſequenter, ſi eſt verum, quod audiuit vel ſcit, falſum eſt quod non audiuit nec ſcit. Ergo cum confeſſarius audiuit, vel ſcit vt Deus, falſum eſt quod abſolutè non audiuit vel non ſcit: quia perinde eſt, ac ſi diceret, nullo modo ſcio: nam negatio totum id quod poſt ſe inuenit deſtruit, & contrarium eius ponit, vt habet regula dialecticorum, pro quibus eſt gloſſa ſingularis recepta. [d]

Non obſtat etiam reſponſio præfata: quoniam falſum eſt confeſſarium neſcire vt hominem, quia ſcit vt Dei miniſter, & non eſt Dei miniſter vt Deus, ſed vt homo preſbyterio inſignitus, ac per conſecutionem vt homo argumento à toto in modo ad partem eius, quod eſt validum ſecundum Dialecticos & Baldum, [e] nam ſi aliquid eſt homo albus, vtique eſt homo: & ita ſi quis confeſſus eſt vt homini inſignito presbyterio, vtique confeſſus dicetur vt homini.

6 Tum quia palam eſt confeſſarium ſcire peccata confitentis per ſcientiam vel fidem humanam non diuinam, nec diuinitus infuſam, ſed humanitus acquiſitam. Tum quia illa ſcientia humana vti poteſt vt homo ad multa, vt alibi in commento prædicti cap. *facerdos.* [f] neruoſe, ac vtiliter probamus ſecuti Paludanum, [g] qui dixit, poſſe quem ſuum iuſtè negare ſuffragium in electione prælati alicui, quem per ſolam confeſsionem nouit eſſe peſsimum, cui aliàs deberet ſuffragari, & palam eſt eum non ſuffragari tamquam Deum, ſed tamquam hominem ad id ius habentem. Tum quia licet perinde teneatur celare illud, quod per ſolam confeſsionem nouit, ac ſi ſoli Deo pœnitens eſſet confeſsus, non tamen ex hoc infertur, quòd neſcit illud vt homo: quia aliud eſt teneri quem ad celandum aliquid perinde, ac ſi non eſset ei dictum, & aliud non eſse id ei vt homini dictum: immo obligatio illa celandi aliquid, qua tenetur vt homo, præſupponit illud dictum vt homini: quia priuatio præſupponit habitum. [h] Tum quia honor exhibitus alicui tamquam vicario alicuius, principaliter exhibetur ei, cuius vicariam vicem gerit, [i] & non ei qui eſt vicarius, niſi per quamdam conſecutionem & redundantiam, id quod facile colligas ex eo quod alius eſt honor, quo vicarius honoratur, & alius quo principalis: nam licet vicarius honorandus ſit tamquam vicem & locum principalis tenens, non tamen eodem honore, vt neruoſè ac vtiliter ad præxim probauit Decius, [k] quem in tribus academiis prælegendo illud ſecuti fuimus. Oſculamur pedes ipſi Papæ cauſa honoris, non tamen id facimus eius legato etiam à latere, & minus delegato, etiam dum eum tamquam legatum & eius vicarium honoramus. Deum Optim. Maxim. adoramus adoratione illa, quę vocatur latriæ, Papam verò eius vicarium, etiam cum eum tamquam ſummum eius vicarium honoramus, non adoramus adoratione latriæ, ſed adoratione, vel honore duliæ, vel hyperduliæ colimus, iuxta illud Ioannis Andreæ. [l] *Latria ſit Domino debetur dulia ſeruo.* Sic igitur id, quod dicimus Confeſſario tamquam miniſtro Dei dicimus, nec ille verè dicere poteſt non eſſe id ſibi dictum, ſi nihil ſubintelligebat.

7 Sexto, quòd ſecundum receptam S. Thomæ ſententiam, [m] cui concordat gloſſa communiter recepta, præſertim per Felinum, [n] quamquè nos lare ſecuti fuimus in d. cap. *facerdos.* [o] Confeſſarius de licentia pœnitentis ex cauſa

iuſta

---

a In cap. is autem. 22. q. 2.
b 2. 2. q. 110.
c Leg. quæ de tota. ff. de rei vendic. c. paſtoralis. §. itẽ cum totum. de offi. deleg.
d Leg. inicia. ff. de legib.
e Leg. expreſſa. ff. de reg. iur. l. Labeo. Item. quia. ff. de pact.
f De conſecr. diſt. 5.
g Seſſ. 14. c. 4. & can. 4. & 5.
h In rub. de verbo. ſign. lib. 4.
i 22. q. 2.
k Ioan. 1. & 1. Ioan. 5. cap. qui confeſſus. 2. diſt.
l In c. ſacerdos. de panit. diſt. 6.
m Lib. 5. q. 6. art. 2. de iuſt. & iure.

a ff. de regul. iur.
b De appel. c In l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub.
d In c. cum dilectus. de conſuet.
e In l. conſuetudo. C. de epiſc. & cler.
f De pœnit. diſt. 6.
g In 4. d. 21.
h Leg. decem ff. de verb. oblig. & c. ad diſſoluẽdum. de deſponſa. impub.
i Cap. fi. d. 92. & c. ſane, 2. de of. deleg. klm d. c. ſane.
l Super gloſ. verb. deuotionis. c. ſi canonici. de offic. ordinar. lib. 6.
m In li. 4. ſent. d. 21.
n Num. 35. in c. teſtimonium. de teſt.
o De pœnit. d. 6. a nu. 151. in num. 159.

iusta concessa potest dicere tamquam testis, illum sibi confessum illud aut illud peccatum, quod facere non posset, si ei tamquam homini non dixisset illud: non enim testificatur tamquam Deus, sed tamquam homo, qui fuit eius minister in illo actu.

Septimò, quòd ex eo quòd Confessarius perinde teneatur celare peccatum ei à pœnitente detectum, malè infertur, quòd illud nescit vt homo, sed vt Deus: nam & qui nouit iniustè illud vi forsan illata Confessario, tantùm tenetur ad celandum quantum Confessarius, secundum omnes [a] quos late sequimur in d. cap. *sacerdos*. [b] attamen non nouit illud, vt Deus, immo & vt pessimus homo. Sic qui dicit Confessario aliquid in confessione, dicit quidem illud ei vt ministro Dei, sed non propterea non dicit ei vt homini, immo dicit ei vt homini presbyterio insigniro, & iudici suo in illo animæ foro. [c]

8 Octauo, quòd ad eundem pertinet cognitio ad quem definitio. [d] At confessarius non absoluit vt Deus, sed vt minister Dei, quod patet ex illis præuiis precibus, *Dominus te absoluat, &c.* ergo etiam audit vt minister Dei. Nam & quidam legatus consuluit Papam vt homo, [e] & dixit se audisse in confessione. Et quòd pasim consulendo, & aliàs diximus talis casus mihi contigit in confessione, quod tamen dicimus vt homines nullatenus mentiendo. Hanc denique partem neruosissimè probat Scotus, [f] & aliis argumentis quæ omitto. Quare omnes qui fatentur, quòd Confessarius verè dicere potest, ille non est hoc mihi confessus, subintelligendo ita vt teneat prodere, coguntur profectò confiteri, quòd etiam alius quilibet, qui non tenetur aliquid dicere, verè poterit respondere illud sibi non esse dictum, subintelligendo non esse ita ei dictum, vt teneatur id prodere. Cùm igitur omnes confiteantur illud, nemo debet hoc negare.

9 Non obstant quædam quæ nimia, vt mihi videtur, religione aductus ait præfatus Sotus, [g] videlicet, quòd qui fecit, vel dixit aliquid nulla ratione potest dicere coram Deo non feci, aut non dixi illud sine mendacio: & quòd ipse nullatenus id auderet respondere: & quòd adultera interrogata à marito stricto ad occidendum eam gladio, si confiteatur an adulterium admiserit, nullatenus respondere posset absque mendacio, se nòn admisisse: Et quòd, si nudiustertius admisisset, responderet non admisi, subintelligendo heri, mentiretur: Et quòd eo casu nulla patet illi miseræ via eludendi maritum, & seruandi vitam: Et quòd tenetur vt martyr potius obire mortem illam iniustam, quàm vti eiusmodi amphibologia: Et quòd non minus tenetur eiusmodi adultera ad vitandam illam amphibologiam, & ad obeundam illam mortem, quàm puella, cui mors intentatur, nisi consentiat libidini: Et quòd sicut hæc puella potius debet mori, quàm cõsentire huiusmodi libidini, ita illa adultera potius debet mori, quàm amphibologia illa vti. Non inquam hæc obstant. Tum quia iuxta Psalrem regium vir ille doctus alioqui, & pius *trepidauit timore, vbi non erat timor*. Tum quia falso fundamento nititur, vt per supradicta patet. Tum quia ipsemet fatetur verè dixisse Christum, filius hominis nescit quando dies iudicij sit futurus, subintelligendo, vt vobis dicere conueniat: & eadem facilitate potest defendi id, quod nos dicimus, qua id ille defendere potest. Tum quia ipsemet fatetur, quòd Confessarius potest dicere simpliciter, ille mihi non est confessus hoc vel illud peccatum, quod tamen confessus erat: & tam facile defendas id quod nos dicimus, ac illud: nam vtroque casu falsum est, quod dicitur, si sola verba prolata consideres: & vtroque casu mendaciũ est, si nihil subintelligatur: & vtroque casu verum est, subintelligendo ea quæ subintelligi debent: & neutro casu admittitur mendacium, si ea subintelligantur. Tum quia ratio illa, qua ille ait mentiri eam, quæ interrogata, an adulterata sit, respondit non esse adulteratam, subintelligendo heri, cùm esset adulterata nudiustertius, falsa est: ideo enim ait illam mentiri: quia negatio eius vniuersalis est: quæ ratio falsa est. Tum quia immo est particularis coniungendo subintellecta cum expressis: quas coniunctiones nouit Deus coram quo illa id dicit: & an coram eo sit tuenda nunc disputamus. Tum quia eadem ratione mentiretur Confessarius dicens, illum aut illum ei non fuisse confessum illud aut illud peccatum: quia hæc negatio adeo vniuersalis est, ac illa, & adeo tollit subintellecta, ac illa. Tum quia falsum dixisset Christus, quòd non sciebat illum diem: quia verè sciebat, & negatio erat vniuersalis attento solo eo quod voce proferebatur. quod dicere esset grauissima blasphemia, cùm sua Maiestas esset, vt dictum est, summa veritas, via, & vita. Tum quia ipsemet fatetur posse me dicere sine mendacio, non memini, vel nescio subintelligendo vt debeam dicere: licet verè meminerim, & verè sciam: & eadem profectò ratione concedere debet, me sine mendacio dicere posse non vidi, non audiui, non dixi, non feci, subintelligendo ita vt dicere debeam, si modo non teneor dicere: quod tamen ipse negat, & ita pugnare videtur secum attenta eadem ratione. Tum denique quod mirandum est virum præcellenti doctrina præstantem, æquiparare Virginem ob timorem mortis stupro consentientem, & adulteram per iustam amphibologiam se à morte violenta excusantem. Quare concludendum est præfatum N. non fuisse mentitum respondendo, quòd non dixit verba prædicta, subintelligendo mente, quòd non dixit ea animo contrahendi matrimonium: & consequenter, neminem qui iusta gratia salutis animæ, vel corporis, pietatis, vtilitatis, vel alius necessitatis, vel virtutis, vel alicuius eius actus. bõi vtitur huiusmodi amphibologia mentiri, neque peccare peccatum mendacij. Quam partem absque vllo scrupulo nos sæpe defendimus, eam etiam procedere quando additur iuramentum, præsertim in repetitione cap. *inter verba*, [a] & in Manual. Confessar. [b] contra Sotum supra relatum, & Genesium de Sepulueda nostrum olim Compluti condiscipulum relatum, [c] vbi supra, dicentem neminem vsque ad Gabrielem hoc dixisse, cum idem censerint ante nos S. Hieronymus, S. Gregorius, & S. Thomas, & expresserunt Ricardus, Scotus, & Henricus Gandauensis, Paludanus, Adrianus sæpe, & Ioannes Maior, Siluester, Angelus de Perusio, & Ioannes ab Anania, & glossa ab omnibus nostris recepta. [d]

a In d. 21.
b Num. 42.
c Ca. omnis. de pœnit. & remiss.
d Leg. de quare. ff. de iudic.
e In c. offerij. de pœnit. & remiss.
f In d. dist. 21. q. 1.
g In q. 6. art. 2. lib. 5. de iust. & iure.
a 11. q. 3. conclusione 6.
b Ca. 12. nu. 9. & c. 18. nu. 61. & cap. 23. num. 44.
c In d. ca. 18. & 25.
d In c. ne quis 22. q. 2. in loc. infra q. 2. num. 10. & duobus seq. citatis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento qui affirmat id, quod scit esse falsum, peierat.*
1 *Veritas est virtus, qua se quis talem qualis est, ostendit. & q. 3. num. 2.*
1 *Genus humanum sine veritate consistere nequit.*
1 *Mentitur signis & factis, vt verbis. & num. 10.*
2 *Iurandum adiuranti iuxta mentem eius.*
2 *Iudici, quia patriam repræsentat, parendum.*
2 *Positioni simplici simpliciter respondendum.*
3 *Syllogismus qualis sit in iudiciis.*
3 *Iudex vt iudicabit secundum allegata & probata. & num. 14.*
4 *Iudex castigat crimina coram eo incidentia.*
4 *Iudex quibus in iudicio prouidere debeat.*
5 *Iurans qui verum iuxta mentem suam tantùm, non peierat.*
5 *Iuratus vt iustè ambiguè respondet iniustè adiuranti. & numer. 10.*
6 *Confitendi aliquid non creditur qualificanti illud.*
6 *Iudici respondendum non vt vult, sed vt velle debet.*
6 *Iudex non tollit facultatem respondendi iustè ambiguè.*
7 *Iudici adiuranti Confessarius respondere potest ambiguè.*
8 *Iudex potius veram rei veritatem, quàm probatam actis intendat.*
9 *Iuratus vt respondebit se non venire de loco, qui putatur, sed non est infectus.*
10 *Mendacium iustè excusatur per iustam amphibologiam. & q. 1. num. 9.*
10 *Simulatio, qua Dauid finxit se stultum, vt excusatur.*
10 *Verbo, est, pro, comedit, quando quis iustè vtitur.*
10 *Reus non obligatus respondere excusat se amphibologia.*
11 *S. Franciscus qua se amphibologia excusauerit.*
11 *Reus vt excusat crimen occultum amphibologia.*
11 *Ambiguum duplex, verbi dubij, & intentionis diuersæ.*
12 *Argumentum à minori valet affirmatiuè.*
13 *Adiuratus qua mente adiuranti respondere debeat.*
13 *Iudici non semper parendum.*
13 *Positioni iniustæ ambiguè responderi potest.*
14 *Actor qua mente cupiet iuxta probata iudicari.*

14 *Iudex de quibus occultis inquirere debeat.*
15 *Iudex fatuus est, qui vltra petita pronunciat.*
15 *Damnum actoris non debet reus iustè negans.*

Quæstio secunda.

1 AD secundam quæstionem, quæ supra fuit proposita, scilicet an præfatus N. peierauerit coram Deo, licèt non fuerit mentitus, respondetur facere pro parte affirmante primo, quòd periurus est qui affirmat aliquod falsum quod nouit esse falsum. [a] Et præfatus N. iuratus affirmauit se non dixisse illa verba, quæ sciebat dixisse. Ergo peierauit.

Secũdo quod qui iuratus dicere veritatẽ ostendit signis vel factis contrarium illius est periurus: quia id ita repugnat illi virtuti, quæ veritas vocatur ab Aristotele, [b] quæque inclinat ad se ostendendum proximo per dicta & facta talem qualis est, secundum S. Thomam receptum, [c] addentem societatem humani generis conseruari non posse, si nos aliis alios quàm sumus factis aut dictis ostenderemus. At præfatus N. iuratus ostendit suo dicto se alium fuisse, quàm esset. Ergo peierauit.

2 Tertio, quòd adiuratus ab aliquo respondere debet secundum mentem adiurantis, accipiẽdo verba in eo sensu, in quo adiurans accipit, * iuxta illud Isidori. [d] *Quacumque arte verborum quis iurat, ita Deus, qui conscientiæ testis est, intelligit.* At iudex adiurauit præfatum N. ea mẽte, vt responderet ei, an dixerit illa verba, necne, nihil subintelligendo: ergo præfatus N. debebat respondere, an dixerit ea necne, nihil subintelligendo, quod tamen non fecit. Ergo peierauit.

* Iuxta illud Isidori. *Isidorus lib. 2. sentent. cap. 31. ita habet; Quacumque arte verborum quisque iuret, Deus tamen qui conscientia testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit.*

Quarto, quòd litigantes tenentur parere iudici. [e] Et iudex adiurauit præfatum N. sine amphibologia, & ipse respondit cum illa. Ergo non satisfecit, & peierauit.

Quinto, quòd pars aduersa iustè potuit petere à iudice, * vt suæ positioni iuratus responderet. [f] Et pars fecit positionem simplicibus verbis, & ipse N. respondit amphibologicis & duplicibus, Ergo non satisfecit positioni, & peierauit.

* Vt suæ positioni iuratus. *Positio in iure est breuis verborum formula mentem proponentis continens ad eliciendam veritatem concepta, vel positio est assertio alicuius dicti vel facti, vt ad ipsum respondeamus, sunt autem positiones à parte, vt per confessionem aduersarij releuetur ponens ab onere probandi.*

3 Sexto, quòd in iudiciis videtur exerceri quidam syllogismus, cuius maior nititur lege, & minor facto, ex quibus colligitur conclusio, vt in casu proposito maior videtur esse hæc, vir qui verba ad matrimonium præscripta dixit fœminæ in id consentienti est, vel præsumitur maritus eius. At præfatus N. talia verba dixit fœminæ, quæ illum in maritum petit: ergo est, vel præsumitur maritus eius. Maior enim nititur lege cap. *si inter*. [g] Minor autem nititur facto. At iudex causæ interrogauit de minore, quæ purum factum continet. ergo præfatus N. iuratus purè tenebatur respondere ad interrogationem, concedendo vel negando simpliciter factum illud, & non vtendo subauditionibus, quod non fecit. Ergo peierauit.

Septimo, quòd iudex non debet iudicare secundum veritatem propriæ scientiæ & conscientiæ, sed secundum eam, quæ ex allegatis, & probatis colligitur, [h] & ita non est eius intentio veritatem ipsam quærere, sed probationes, ex quibus illam præsumat: & quòd iudex non debet, neque potest veritatem occultam inquirere, [i] & ita non debet interrogare de intentione occultissima illius, qui verba illa dixit, sed solùm de illis verbis, ex quibus coniicere possit, quæ mens fuerit illi. Ergo & N. adiuratus non debuit respondere secundum illam suæ mentis occultissimam intentionem, sed secundum eam, qua iudex interrogat, ac per consecutionem præfatus N. non satisfecit adiurationi, & fuit periurus amphibologia prædicta vtendo.

4 Octauo, quòd iudex præfatæ causæ non solum adiurauit N. ad declarandum esse vel non esse matrimonium inter eos: sed etiam ad puniendum eum, si deliquerit decipiendo aduersarium per illa verba callidè prolata, argu. capit. *cum dilectus*. [a] & cap. 2. [b] cum eis annotatis. per quæ probatur posse castigare iudicem crimina, quæ incidenter cognouerit: & ita præfatus N. non satisfecit adiurationi, & peierauit.

Nono, quòd iudex debet prouidere omnibus, ex quibus constat iudicium, [c] & accusator & testes sunt partes eius, vt ibidem probatur. Ergo debet prouidere honori eorum, sicuti iustitiæ actoris & rei: & ita intererat testium contra N. productorum, vt ille simpliciter responderet adiurationi. Ergo non satisfecit ei, & peierauit.

5 Pro parte tamen negante contraria, & vera, scilicet quòd præfatus N. non peierauit facit. Primo quidẽ, quòd præfatus N. iuratus non affirmauit aliquod falsum, neque tacuit aliquod verum, quod tenebatur dicere. quia vt probatum est in quæstione prima, verum erat, quod affirmauit & verum esse putabat: neque tacuit aliquid quod dicere tenebatur, vt ibidem probatum est. Ergo non peierauit.

Secundo, quòd sicut interrogatus à iudice iustè quoad omnia tenetur respondere ad omnia, & iniustè interrogatus quoad omnia, ad nihil tenetur respondere, ita interrogatus partim iustè, partim iniustè, licèt teneatur respondere ad iustè interrogata, non tamen ad alia: quia quod iuris est de toto ad totum, idem iuris est de parte ad partem, [d] quando est eadem ratio, vt supra dictum est. At iudex qui adiurauit N. licet iustè interrogasset eum, an præfata verba dixisset: iniustè tamen intendebat, vt responderet sine subauditione seu subintellectione licita: & ita N. respondendo verè ad interrogationem factam de verbis, satisfecit ei: quia non tenebatur satisfacere respondendo sine illa subintellectione, vt probatum est supra, & ita non peierauit.

6 Quòd autem iudex malè faceret, si intenderet, vt N. simpliciter responderet, probatur eo quòd intendebat munire & parare viam ad ferendam sententiam iniustam, videlicet quòd erat matrimonium inter illos cõtractum, quod erat falsum: quoniam confitenti ei se illa verba dixisse creditum fuisset: non autem si addidisset animũ contrahendi sibi defuisse, quoniã confitenti se aliquid feciſse ad sui defensionem, creditur quidẽ ei feciſse illud, sed non creditur quòd feciſset ad defensionem, iuxta notata in ca. *tua*. [e] & in cap. *præterea*. [f] & tradit Bartholus, [g] & alij quos refert Decius, [h] post Panormitanum & alios. Probatur item eo quòd tollebat ei facultatem concessam à lege naturali, diuina, & humana vtendi ex iusta causa amphibologia, qua coram Deo dicat veritatem, vt in decidenda præcedente quæstione probauimus: & ideo non tenebatur ei respondere, ita, vt volebat, sed vt velle debebat, & huic rectè voluntati satisfacit respondendo se illa non dixisse, subintelligendo animo contrahendi matrimonium: & ita non peierauit.

7 Tertio, quòd Episcopo inquirenti de aliquo crimine iam semiplenè probato adiuranti super eo Confessarium eius, qui illud admisit, vt diceret ei an audierit ab aliquo, qui illud admiserit, satisfacit respondendo se id non audisse subintelligendo intra se ita, vt debeat detegere, satisfacit inquam etiam si episcopus habeat intentionem obligandi eum, vt detegat ei, licet solum id nouerit per confessionem sacramentalem: & etiam si hanc intentionem exprimat: at non satisfacit alia ratione, quam quia respondet iuxta intentionem, quam episcopus debet habere, licet non respondeat secundum eam quam habet. Ergo eadem ratione N. satisfecit adiurationi iudicis respondendo ei secundum intentionem, quam debebat habere, licet forte non respondisset secundum eam, quam habebat. Ergo non peierauit.

8 Quarto, quòd iudex licet debeat iudicare secundum allegata & probata, idest secundum fidem seu credulitatem illam, quam in animo eius, qui nihil contrarium nosset, deberent ingenerare acta publica coram eo facta, & non secundum priuatam conscientiam, iuxta glossam receptam, [i] quæ est recepta sententia etiam apud theologos, vt per vtrumque Thomam: [k] ipse tamen iudex tenetur ipsam veritatem quærere. Quod Eleutherius Papa clarè affirmat. [l] Primo per illa verba, *Iudicantem oportet*

a De ord. cog. & cap. 2. de confess.
b Leg. qua de tota ff. de rei vendic.
c Cap. forus de verb. signif.
d In ca. quacumque eod. causa, & q. 5.
e Cap. 2. de ma. or. & obedien. l. veluti ff. de iust. & iure.
f Cap. 2. de confess. lib. 6.
g De sponsal.
h Leg. illicitus §. veritas. ff. de offic. præsid. c. iudicet. 3. q. 7.
i Cap. si omnia. 6. q. 1. c. qualiter. de accusat.
d Leg. quæ de tota. ff. de rei vendic.
e De sponsa.
f De transa.
g In l. Aurelius. §. idem quæsit. ff. de liberæ legat.
h In cap. cum venerabilis. de except. nu. 19.
i Leg. illicitus. § veritas. ff. de offic. præsid. & ca. iudicet. 3. q. 7. k 2. 2. q. 67. art. 2.
l In cap. iudicantem. 30. qu. 5.

cuncta rimari. Secundo per illa, *& ordinem rerum plena inquisitione discutere.* vbi glossa per ordinem rerum, intelligit omnes rei circumstantias. Tertio per illa, *donec actio ambarum partium illuminata sit pleniter, veritas enim est lumen id, quo illa est illuminanda.* [a] Quarto per illa, *tantum actio ventiletur quo vsque ad rei veritatem perueniatur.* Cui consentit S. Ambrosius, [b] per illa verba, *In iudicando cordi magis est custodia veritatis, quàm obedientia voluntatis.* Per quæ palam docent cordis, & mentis, ac intentionis principalis iudicis esse debere, vt veritatem attingat, & custodiat. Et Euaristus Papa [c] ait nullum ante veram iustamque probationem, &c. per quæ omnia & multa alia constat intentionem per se ac primariam esse debere iudici perueniendi ad ipsius veritatis cognitionem, & si quandoque non contingat ei peruenire ad eam ob defectum, vel falsitatem testium, & instrumentorum: & licèt oporteat eum iudicare secundum ea, quæ coram ipso probantur, tamen id contingit per accidens, & non secundum eius primariam intentionem. Ergo præfatus iudex, qui cognoscebat de dicta causa matrimoniali debebat habere mentem primariam sciendi rei huius veritatem, scilicet an verè ille esset maritus eius: ac per consecutionem: cùm interrogauit N. an dixerit illa verba, debebat habere mentem, & intentionem sciendi, an ita illa dixerit, vt per ea contraxerit matrimonium. Cùm ergo N. adiuratus respondisset se non dixisse illa subintelligendo, animo eam ducendi, respondit illi iuxta intentionem, quàm vt rectus, æquus, & sanctus iudex debebat habere: & ita non tacuit illam veritatem, quam debuisset fateri, & cùm verè responderit coram Deo, nullatenus coram eo peierauit.

9 Quinto, quòd recepta sententia est eum, qui scit aliquod oppidum nulla peste laborare, & venientem ex eo ad locum, in quo fama est illud esse illa infectum, adiuratus an veniat ex illo, vel illud fuerit ingressus iustè posse respondere se non venire ex eo, nec illud fuisse ingressum subintelligendo, quòd non venit ex eo peste infecto, nec sit ingressus illud peste infectum, & satisfacit interrogationi coram Deo, licèt adiurans ea mente interroget, vt tantum respondeat ei materialiter de illo ingressu, nullo habito respectu ad pestem: quoniam non mentitur coram sua diuina Maiestate, & respondet interrogati iuxta mentem, qua debet interrogare, quatenus est custos portarum oppidi ad finem non permittendi ingressum eis, qui ex locis peste infectis veniunt: quod etiam ante nos rectè affirmauit Siluester. [d] Sic igitur præfatus N. adiuratus à iudice, an dixerit illa verba, respondendo se illa non dixisse, subintelligendo intus animo eam ducendi satisfecit adiurationi eius, immo & intentioni, qua iudex debebat interrogare, licèt fortè ipse aliam & contrariam haberet.

10 Sexto facit conclusio præcedentis quæstionis, scilicet, quòd causa salutis animi, corporis, honoris, immo & rei familiaris, & cuiuscumque actus virtutis potest quis vti verbis amphibologicis, & duplicibus. Et quod D. Hieronymus, [e] appellat vtilem simulationem illam Dauid, [f] qua mutauit os suum coram Achis rege, ita vt videretur amens ob ea, quæ faciebat per signa exteriora: quod licitè non potuisset facere, nisi subintelligendo se illa vti ad significandum se non teneri sanam mentem palam facere: nam paria sunt mentiri per verba, & alia signa exteriora secundum S. Thomam receptum, [g] & quòd B. Gregorius ait. [h] *Intelligentia verborum ex causis est assumenda dicendi: quia non res sermoni, sed rei sermo debet esse subiectus.* ex quo colligitur sermonem intelligendum esse secundum intentionem, & causas loquentis. Et quòd glossa solennis & recepta [i] ait, eum, in cuius domum aliquis refugit, interrogatum ab illius hoste vbi sit ille, quem persequitur, iustè posse respondere, non est hic, subintelligendo per illud verbum, *est*, comedit, contra communem verbi intelligentiam: quamuis enim verbum, *est*, significet, comedit, cùm descendit à verbo edo: secundum tamen communem intelligentiam talis responsi est præsentis temporis, descendens à verbo sum, es, fui. Et quòd S. Thomas [k] dicit, quòd reus interrogatus de crimine à iudice non procedente iuridicè, non tenetur fateri veritatem: sed potest per appellationem, vel aliter licitè superfugere, & vix potest alio modo, quàm appellatione superfugere, nisi huiusmodi amphibologia, & subintelligendo aliquid aliud, quàm verba sonant. Ergo vtendo illa amphibologia non peierat.

11 Et quòd B. Franciscus, (quod referunt, & probat Angelus de Perusio, [a] & Ioannes ab Anania, [b]) interrogatus ab his, quæ persequebantur homicidam, an illac, vbi erat ipse transisset, immissis manibus intra manicas respondit, non transisse illac, subintelligendo contra communem intelligentiam non transisse per illas manicas: quamuis Angelus [c] referat misisse manum in aurem, quod in idem recidit quoad propositum nostrum. Et quòd Scotus [d] dicit posse reum respondere ad accusationem super crimine nondum detecto oppositam, negando illud, vt in ea continetur, subintelligendo, quòd continetur in ea vt publicum, & illud adhuc est secretum, & ita excusatur per amphibologiam: aliàs enim peieraret: quia palam est responsionem illam falsam esse, si eam separes à subintellectis, nam contradictoria eius est vera, videlicet quod fecit illud, vt in ea continetur. Quinimmo Scotus ipse palam sensit eum, qui absolutè negauit crimen sic oppositum, intendendo negare prout est propositum & publicum, non teneri ad pœnitendum, nisi ad cautelam. Et quòd Paludanus [e] postquam dixit, quòd non res sermoni, sed rei sermo debet esse subiectus, quod antea dixerat D. Gregorius, [f] subdit, quòd quantumcumque quis verba generalia dicat: si tamè intelligat se restringere ad id quod verum est, non mentitur: sentiens, quòd faciendo id ex causa minimè peccat. Et quòd idem Paludanus vbi supra [g] dicit; quòd quando verum est quod quis dicit secundum intentionem suam, licèt sit falsum secundum intentionem audientis, non est mendacium, nec peccat vtendo illa amphibologia ex causa. Et quòd Adrianus, [h] asserit eum, qui etiam adiuratus interrogatur de crimine occulto, quòd ipse solus nouit, etiam extra confessionem, licitè posse respondere absolutè se id nescire, subintelligendo, ita vt teneatur pandere.

12 Et quòd idem Adrianus, [i] ait palam colligi ex Paludano, videlicet quòd eodem modo debet se habere is, qui à superiore de crimine occulto, quod ipse solus nouit, interrogatur, etiam iuratus, & per obedientiam ad respondendum ad actus, ac se debet habere confessarius interrogatus de peccato, quod per solam confessionem nouit: cui concordat etiam Henricus de Gandauo, [k] & Gabriel, [l] Richardus, [m] & Ioannes Maior, [n] & Siluester. [o] Per quæ omnia constat posse quem vti amphibologia ex causa iusta, etiam cum respondet iudici, etiam superiori, etiam spirituali, etiam adiuratus, & per obedientiam adactus, etiamsi ea amphibologia non contingat ex diuersa verbi significatione, sed ex diuersa interrogantis, & respondentis mente, ac intentione, modo dicat verum coram Deo secundum suam mentem, licèt falsum sit secundum mentem interrogantis, & adiurantis secundùm communem intelligentiam: & vt dictum est, ad sit iusta causa vtendi ea duplicitate, nullumque verum, & iniustum ex eo damnum alicui eueniat. Cùm igitur præfatus N. causam iustam habuisset vtendi amphibologia illa, & verum dixisset coram Domino secundum suam mentem, & intelligentiam: neque vllum ex eo damnum iniustum vlli euenisset, consequitur eum vtendo ea non peierasse.

Septimo, quòd multæ, magnæque iustæ causæ potuerunt esse prædicto N. ad vtendum amphibologia præfata, scilicet, quòd nisi vsus fuisset ea iudicatus fuisset maritus eius, quæ vxor ipsius non erat, & quam fortè valde odio habebat: & quæ ipsi erat valde impar, & eius matrimonium magno dedecori, & scandalo, vel, forte occasio mortis alterius eorum, vel quòd forte ob aliquod impedimentum occultum non poterat eius esse vxor, vel religionis ingressum precluderet, vel aliud inconueniens huiusmodi. Quare cum ob longè minores causas liceat vti huiusmodi amphibologiis, maxime licuit ei vti ob harum aliquam præfata amphibologia. [p]

13 Non obstant pro contraria parte adducta, non primum, & secundum, quibus respondetur negando fuisse falsum id quod præfatus N. iuratus respondit: negando item, quòd se ostendit esse alium quàm erat: quia immo se

a *Ioan.1.*

b *In cap. iudicet.3.q.7.*

c *In cap.nullum.3.q.5.*

d *In verbo, iuramentum 3.q.2.in fine.*

e *In cap.vtilem.22.q.2. 1.Reg.21.*

g 2.2.q.111. art.1.
h *In cap. intelligentia.de verbo.signif.*

i *Ca. ne quis. 22.q.2.*

k *In 2.2.q. 69.art.1.*

a *Inl. idem. § sit vbi ff de cond.ob iurp. caus.*
b *In cap. qui cum fure. de furtis.*
c *In l.qui vnus §. qui aliter. ff.de furtis.*

d *In quarto lib. senten. d. 15.q.4. sub fi.*
e *In quarto d. 21.q.3.col. 6.*

f *In d. c. intelligentia de verb sign.*

g *Dist.35.q.1. col.4.*
h *In 4.de rem fessione. dub. 10.& in quæ lib. 11. litera C.& de correctione frater.§.offenso. col.6.*
i *Vbi supra d.21.q.3.ar.3.*

k *In quodlib. 9.*
l *In ead. d. 21.*
m *In 4.d.33.*
n *In 4.d.15. q.18.*
o *In verb.iuramẽtum. 3. q.2.*

p *Argu. cap. cũ in cunctis. de elec.auth. multe: magn. C. de sacrosanct. eccles.*

ostendit solutum ab ea, quæ illum in coniugem petebat: quod erat verum, per dicta in quæstione prima.

Ad tertium respondetur concedendo, quòd regulariter adiuratus debet respondere adiuranti iuxta mentem eius, sed fallit quãdo alia mẽte quã debet adiuratur: quia tũc sufficit, vt respõdeat secundũ eã mentẽ, qua debet adiurari, modò verum respondeat, vt constat ex fundamẽto primo pro nobis inducto, qa quoad id iniustè adiurat.

Ad quartum concedimus, quòd partes tenentur obedire iudici in iis, quę sunt iusta; non autem in eis, quæ sũt iniusta. [a] At non est iustum præceptum iudicis, quo alia mente, quàm debet iubet reo respondere & quo tollit facultatem à lege respondentibus cõcessam. Et iudex præfatus alia mente, quàm debebat adiurauit N. si intendebat, vt ille responderet absolutè, sine subintellectione, cũ qua respondit per præfata.

Ad quintum respondemus, quòd pars aduersa potest quidem proponere positiones iustas, non autẽ iniustas. [b] At positio, de qua in argumento, non fuisset iusta coram Deo, si ea mente posita fuisset, vt N. ad eam respoderet nihil subintellecto: quoniam vellet, quòd N. mentiretur, vt sententia iniusta contra eum ferretur, quorum vtrumque est peccatum, quia agentes & cõsentientes &c. [c] immo vt iusta sit coram Domino, ea mente saltem tacita debebat esse actrix, vt eius positio intelligeretur de verbis animo contrahendi dictis: alioquin saltem tacitè voluisset iniustam pro se ferri sententiam, quod peccatum est.

14 Ad sextum concedimus, quòd iudex tenetur iudicare secundum allegata, & probata; & non secundum veritatem contrariam; etiamsi eam sciret, vt persona priuata: sed negamus, quòd mens eius primaria non debeat esse peruenieni ad cognitionem veritatis per alleganda, & probanda, vt in tertio argumento pro nobis facto probatum est: immo affirmamus eum peccaturum fuisse, si voluisset, vt contrarium veritatis concluderetur, per allegãda, & probanda. Quare optimè fuit satisfactum intentioni, quam ille debebat habere per amphibologiam prędictam, per quam sine mendacio persuadebatur ei ipsa veritas, & dissuadebatur falsitas veritatis figura personata.

Ad septimum negamus, quòd iudex non debeat velle inquirere de yeritate, quæ occulta est: nulla enim est lex, quæ hoc dicter; sunt autem multæ, quæ contrarium præcipiunt, vt l. *congruit*, [d] cap. 1. *de offi. ordin.* cap. *qualiter.* 1. & cap. inquisitionis. de accusa. præsertim cùm per viam accusationis proceditur: quamuis verum sit non debere iudicem iudicare de occultis, neque inquirere de iis, quæ per se occulta sunt; qualia sunt ea, quæ intra cancellos mentis includuntur; quale tamen non est hoc, de quo agimus: quia non agimus de illa intentione prout est solum mentalis; sed prout est expressa voce, quæ probabilis est, quam tamen aliquando falsè significat ipsa vox, quæ tunc negari potest per amphibologiam prædictam, ne sit instrumentum persuadendi falsum.

15 Ad octauum negamus, quòd iudex causæ matrimonialis debeat se extendere vltra ea, quæ coram eo petuntur: quoniã fatuis dicitur esse iudex, qui vltra petita pronunciat, [e] & si dicatur, quòd poterit saltem per nouam telam iudicij ad id procedere, respondemus, quòd id est, impertinens nostræ quæstioni.

Ad nonum respondemus, quòd iudex nõ tenetur prouidere honori accusatoris, vel testium, qui lædit ur ex eo quòd reus iustè renuit confiteri, id quod illi opponunt, vel testantur. Tum quòd id non petitur ab eo, & fatuus est iudex, qui vltra petita pronunciat. Tum quòd non infamantur accusator, & testes eo solo, quòd non credatur eis, iuxta cap. *cum dilectus*, [f] pro quo facit cap. *super eo*, § & colligitur ex late notatis à Felino in ca. 1. [h] Tum quia dãnũ, quòd euenit accusatori, vel testi ex occultatione veritatis, quam reus etiam iuratus nõ tenetur fateri, & potest iustè tacere absque dolo malo, & mendacio per prudentiam, & dolum bonum, qualem inueniri probat, [i] non dicitur datum iustè à reo, nec est imputandum ei, vt pulchrè de more ait S. Tho. [k] appellando huiusmodi occultationem, & dolum prudentiam, & virtutem, siue actũm eius. Et ita præfatus N. qui huiusmodi prudentia vsus respondit subintelligendo id, quo suum dictum reddere-

a *Capit. non semper. ca. si dominus. cap. qui resistit. 11. q.3.*

b *cap.1.& 2. cum gloss. de confess. lib.6.*

c *Cap. 1. de effic.deleg. c. notum.2.q.1.*

d *ff. de offic. præsid.*

e *Leg.fin. C. de fideicom. liberta.*

f *In fine. de ordine cogni.*
g *De electio.*
h *De excep.*

i *Leg.1. ff.de dolo.*
k *2.2.q.69. art 2. in corpo.iuris.*

tur verum, non fuit periurus, neque peierauit.

SVMMARIVM.

1 Peccatum quid, & quòd omnis actus moralis inordinatus est talis.
1 Dolus malus, & astutia praua prudentiæ bonæ contraria.
2 Finis malus facit actum malum eiusdem generis cuius est ipse.
3 Famam restituat, qui causam eam ledendi dedit.
4 Sponsæ dolo deceptæ quod remedium.
4 Papa potest dispensare, vt etiam hodie clam fiat matrimonium.
5 Sponsalijs de contractis olim, & nunc quàm diuersum iudicium.
5 Sponsalia non fiunt nunc in matrimonium per copulam.
6 Promissio fictè facta ad quid conscientiam obligat.
7 Mentitos non fuisse Patriarchas nonè defendi potest.
8 Ars simulandi duplex, Pelasga, & vtilis.
8 Simulo quod non est, dissimulo quod est.
9 Simulator qui meretur, & qui demeretur.
10 Silet, aut respondet qui bene.
10 Iuratus qui respondebit iuxta mentem adiurantis. & num.11.
10 Argumentum de genere ad speciem, vt negatiuè valet.
11 Respondere qui non tenetur, vt se defendet.
12 Iuramentum quadruplex, & vt præstandum est.
12 Peccata plurima vitari per bonam artem simulandi.
14 Monarcha cur facilius arte bona simulandi vti potest.
14 Apophthegma.
15 Simulare qui nescit, nescit regnare.
16 Simulare an se posit Catholicus infidelem.

Quæstio tertia.

1 AD tertiam quæstionem, An scilicet præfatus N. esto non fuerit mentitus, neque periurus, aliàs saltem ratione peccauerit, respondeo, quòd multis aliis rationibus potuit peccasse. Tum quia omne dictum, factum, vel concupitum contra legem est peccatum, iuxta definitionem peccati, quam ex B. Augustino sumptam ponit glossa, [a] quamque nos post alios declaramus in Manuali Confess. [b] Et quòd omnis actus moralis inordinatus est peccatum, vt ibidem tradidimus nos post S. Thomam, [c] qualis est dolus malus, de quo speciatim tradimus in d. Manual. [d] est enim actus moralis inordinatus: quia vt habet l. 1. [e] est *circumuentio, & machinatio ad fallendum alium adhibita*: & si præfatus N. adhibuisset præfatam subintellectionem negationis suæ ad decipiendum præfatam fœminam profecto peccasset, non quidem peccatum mendacij, neque periurij, sed peccatum doli, vel astutiæ, quæ sunt vitia contraria veræ prudentiæ, vt docet S. Thomas. [f] Potuisset etiam peccasse, volendo habere copulam carnalem cum fœmina, quæ non erat sua vxor legitima, quòd est peccatum contra legem naturalem & diuinam contentam in Decalogo tradito, [g] & in glossa recepta, [h] & potuisset punirj pœna, cap. 1. & 2. [i]

Quare resoluendum est, præfatum N. non quidem peccasse peccatum mendacij & periurij, vt probatum est in præmissis duabus quæstionibus, neque aliud, si nihil aliud mali miscuit responsioni suæ, quam subintellectionem præfatam iusta de causa conceptam.

2 Potuisset tamen peccasse alia mala miscendo, pura dolum & stuprũ, de quibus proximè dictum est, & peccatum simulationis vtendo sine iusta causa amphibologia præfata: quia feciss et actum contrarium virtuti veritatis, qua vt post Aristotelem, [k] ait S. Thomas, [l] tenemur ostendere nos foris aliis, quales sumus: ostendisset enim verbis se coniugem præfatæ fœminæ, qualis non erat, nec per illa verba fiebat. Peccasset item alia peccata, si in alios malos fines, vel cum aliis inordinatis circũstãtiis verba præfata respõdisset: & illa peccata fuissent illius generis, vel illorum generum, cuius, vel quorum fuissent illi mali fines, vel illæ malæ circunstantiæ, vt colligitur ex S. Thoma recepto, [m] quia non solùm est malum, id cuius finis vel circumstantia sunt malæ, sed etiam est talis speciei, cuius est finis ille, vel circumstantiæ, vt colligitur ex Doctore Angelico recepto, [n] & aliis quæ nos latius tradimus in commentario cap. *cum minister.* [o] adeo quidem quòd ob eorum aliqua

a *In cap. ille vex. de pœnit. dist.3.*
b *In prælud. 7. à num.4.*
c *In li.2.sent. d.36. & 1.2. q.71.art.6.*
d *Cap.17 nu. 177.*
e *ff. de dolo.*

f *2.2.q.55.ar. 3.& 4.*

g *Exodi 20.*
h *In cap.quid in omnibus. 32.q.7.*
i *De adulter.*

k *In 4. Ethi. l.2.2.qu.109. art.1.*

m *1.2.q.7.& 18.*
n *Vbi supra. 023.q.5.*

teneretur in foro conſcientię tantùm, & ob alia in foro exteriori tantùm, & ob alia in vtroque, & ob alia obligaretur ad aliquam reſtitutionem, & ob alia non.

3 Ex qua reſolutione infertur primo, quòd ſi præfatus N. verba prefata matrimonio contrahendo apta dixiſſet (vt intellexi, quendam aulicum dixiſſe cuidam ruſticæ, vt eam infamaret) & conſecuta fuiſſet infamia, qua populus, vicinia, vel alia congregatio, vel maior pars eius crederet eam fuiſſe ab eo carnaliter cognitam, vel oſculo, vel aliis turpibus tactibus contaminatũ, teneretur in foro conſcientiæ ad reſtituendam famã bonãm in totum, vel ex parte notabiliter leſam: quia dedit cauſam damni; & qui eam dat damnum dediſſe cẽſetur, [a] & etiam in foro exteriori, ſi per ſuam confeſsionem, vel aliàs iuſtè id probari poſſet, iuxta regulam *peccatum.* [b]

Secundo, quòd præfatus N. licèt non peccaſſet peccatum periurij, neque mendacij quoad Deum & forum cõſcientiæ: potuit tamen peccaſſe quoad forum exterius; & quoad forum interius peccaſſe tale peccatum, ob qualem finem malum voluiſſet prefatam fœminã decipere.

4 Sed quæri poteſt, quo remedio ſe in hoc dubio iuuari poteſt præfata fœmina, poſtea quam prefatus N. fuerit abſolutus à petitione ipſius ob prędictam reſponſionem cum prędicta ſubintellectione factam, ad hoc vt poſsit agere vitam honeſtam & caſtam? Ad quod reſpõdeo primo, quòd huiuſmodi dubium raro poteſt cõtingere nũc poteſt Concilium nuperrimum Tridentinum in terris, in quibus illud ſaltem quo ad hoc eſt receptũ: quia clarũ & indubitatum eſt matrimonium poſt illud Concilium cõtractum nõ valere, niſi coram Parocho, vel alio ſacerdote ab ipſo, vel eius ſuperiore ſubſtituto, & coram duobus vel tribus teſtibus id fiat per ca. r. [c] eiuſdem Concilij & ita non eſt curandum de reſponſione equiuoca contrahentis: ſed ſtandum eſt ſacerdotis & teſtium dictis: quia coniugibus etiam ambobus non creditur contra matrimonium, iuxta illa quę notantur in cap. *ſuper*, [d] neque pro matrimonio ſuper impedimento irremiſsibili per partes per latè notata in cap. *iurauit*, [e] & cap. *ſeries*. [f]

Dixi, *raro*: quia interdum occurrere poſſet. Tum propter mortem Parochi & teſtium, vel amiſsionẽ ſcripturæ à Notario publico vel alio, cui credi poterat, factam. Tũ ob diſpenſationem Papę, per quam etiam nũc credimus contrahi poſſe validè ſicut ante illud contrahi ſolebat, argum. c. *cuncta per mundum*. [g] Tum quia, vt ex actis in ſacræ Pœnitentię prętorio conſtat, etiam nunc viuũt multi, qui ante prefatum Concilium clam ſemel contraxerũt, & poſtea iterum palam, qui petierunt in ea remedium ad animas ſuas ſaluandas, perſeuerando in ſecundis matrimoniis palam contractis. Tum quia poteſt contingere in matrimoniis etiam publicè ſaltem coră ſacerdote & teſtibus ſine animo contrahendi alterius partis contractis.

Secundo, quòd primum & optimum remediũ eſt ingredi aliquam religionem approbatam, iuxta cap. *Agathoſa*. [h] Secundum remedium eſt id quod prę aliis ſenſit Siluester, [i] nempe credere ipſi iuranti, ſi videtur veriſimile viris ſapientibus, prudentibus, & moribus egregiè probatis, quòd iuſtè credi poſsit ex circumſtãtiis perſonarũ, temporum, & locorum, puta quia ſtatim poſt illa verba prolata, vel paulo poſtea contraxit cum alia palam & publicè; vel quòd tanto interuallo eſſet nobilior, potentior, vel ditior ipſa, quòd eis videtur veriſimile eum verbis fictis contraxiſſe; vel quòd eſt vir timens Deum, & vixit chriſtianè cõfitendo & communicando temporibus debitis: & conuerſatur inter viros huiuſmodi cõditionis & profeſsionis: & iurat ſe ficta illa verba dixiſſe, vel eſt iam ingreſſus & profeſſus aliquam religionem probatam, in qua non fit diſpenſatio ad matrimonium: vel proteſtatus fuit antequam cum illa contraheret, ſe verbis fictis contractum aliqua de cauſa, quę videbatur iuſta & honeſta, iuxta gloſſam. [k]

5 Suboritur tamen quæſtio, An hæc omnia habeãt locũ in ea, quæ clam contraxit ſponſalia de futuro tantùm, & videtur dicendum quòd non. Tum quia illa etiam clam contracta hodie poſt dictum Concilium Tridentinum valent: licèt matrimonium non valeat, vt tradimus nos in Manual. confeſſar. [a] Tum quia qui, vel quæ ante Concilium præfatum contrahebat ſponſalia de futuro: & poſtea ſecuta copula carnali ſine vxorio affectu, ſiue ſine animo transferendi ſponſalia in matrimonium contrahebat palam matrimonium de præſenti cum alia, tenebatur in foro conſcientiæ manere cum ſecunda, per elegantem rationem, quam tradit S. Thomas receptus, [b] in foro verò exteriori debebat redire ad priorem per cap. *is qui*. [c] nunc autem in vtroque foro tenetur manere cum ſecunda: quia per præfatum Concilium ceſſat præſumptio iuris & de iure, qua præſumebatur matrimonium inter ſponſos ſecuta copula carnali per præfatum cap. *is qui*. [d] Tum quia huiuſmodi ſponſus vel ſponſa contrahens per verba de præſenti palam cum alia in vtroque foro tenebatur priorem accipere: quia verum matrimonium fiebat per talem copulam carnalem poſt ſponſalia tali affectu habitam: nunc autem minime, & ita valet contractum cum ſecunda.

6 Tum quia qui olim contrahebat ſponſalia de futuro carnali copula quocumque affectu ſiue vxorio ſiue non vxorio ſecuta, & poſtea contrahebat cum alia iudicabatur bis contraxiſſe matrimonium, & erat ſuſpectus de hæreſi, contra veram Eccleſiæ doctrinam ſacramenti matrimonij, [e] nunc autem non: quia certum eſt cum ſola tantum ſecunda contraxiſſe. Idem tamen nunc eſt cenſendum, quod olim cenſebatur de illo, qui promittit etiam cum iuramento contrahere matrimonium ſine animo contrahendi quo ad obligationem, quam contrahit, adimplendi quod promittit: quia etiam nunc, vt olim, valent ſponſalia de futuro clam contracta, & nunc vt olim tenetur quis adimplere promiſsionem & iuramentum, quo quis promittit ſe aliquid licitum facturum, etiam ſi abſque animo obligandi ſe ad faciendum illud promiſerit vel iurauerit dolo & aſtutia mala, per cap. *quacumque*. [f] ſecundum omnes quoad forum exterius, & ſecundum aliquos etiam quoad forum conſcientiæ: quod ait eſſe tutius Siluеſter, [g] quam contrarium. quod tamen nobis videtur de rigore iuris eſſe verius quoad implementum rei promiſſæ, vel iuratæ, licet teneatur reſarcire ei, cui ſic malo dolo iurauit, omne damnum quod ipſi eueniret, ea noua ratione diuerſitatis, quod implementum rei promiſſæ, vel iuratæ non eſt coram Deo promiſſum, nec iuratum per dicta ſupra, [h] & damnum dolo malo ei datum etiam coram Deo eſt debitum per præceptum 7. Decalogi, [i] quod ipſum videtur dicendum de omni promiſsione & iuramento fictè factis: quod vt quotidianum ita puto valde memorandum, præſertim confeſſariis.

Dixi *dolo malo*. quia ſi bono dolo, & ex iuſta cauſa prudenter promiſit, vel iurauit ſubintelligendo, quòd non intendebat ſe obligare, niſi quatenus ad id eſſet iure obligatus, non teneretur ad aliquid in foro conſcientiæ per ſupradicta, & per ea quæ ſcribit S. Thomas, [k] cuius etiam doctrina eſt intelligenda ſecundum prædicta, & ſecundum ea quæ tradunt Innocentius & alij in capit. veniens. & cap. Quintauallis. de iureiur.

7 Ex omnibus ſupra in his tribus quæſtionibus reſolutis, vltra præfata colligitur primo nouus modus excuſandi à mendacio Patriarchas illos veridiciſsimos, quos credimus numquam mentitos fuiſſe Abrahamum, Iacobum, & Iſaacum, & Ioſephum. Abrahamum quidem ſignificantem, [l] Saram non eſſe ſuam vxorem, quod ſimpliciter dictum erat falſum, excuſari enim poteſt dicendo, eum id ſignificaſſe ſubintelligendo ex iuſta cauſa, quòd non erat ita vxor eius, vt conueniret, aut teneretur id tunc palam facere. Et eodem modo excuſatur Iſaacus, qui [m] ſignificauit Rebeccam non eſſe ſuam vxorem, quod ſimpliciter ſignificatum erat, falſum. Iacobus autem, [n] dixit ſe eſſe Eſau, excuſari poteſt dicendo, non dixiſſe id ſimpliciter & ſeparatim, ſed ex iuſta cauſa ſubintelligendo repræſentatiuè, ideſt quòd nutũ diuino repræſentabat Eſau quoad ſuccedendum in primogenio patris, ad quod Eſau natiuitate carnis vocabatur. Ioſephus item aſſerens, [o] ſe augurem eſſe, & ſignificans ſe non eſſe filium Iacobi, nec fratrem Beniamini, excuſari poteſt dicendo eum non aſſeruiſſe ſimpliciter & ſeparatim ſe eſſe augurem, neque ſignificaſſe ſimpliciter & ſeparatim ſe non eſſe filium

a cap. fin. de iniu. & l. qui occidit. ff. ad legem Aquil.
b De regul. iur. lib. 6.
c De reform. matrimonij. ſeſſ. 24.
d De eo qui cogno. cõſang. vxor.
e De probat.
f De teſtibus cap. Iator. ca. tenor. & cap. conſanguinei. de re iudic.
g 9. q. 3. & c. propoſuit. de conſecr. prębenda.
h 27. q. 2.
i In verbo matrimonii. 4. q. 9.
k Cap. tua de ſponſal.

a Cap. 25. nu. 144.
b In quodlib. 5. q. 8. articu. 15.
c De ſponſal.
d De ſponſal.
e Argumen. capitu. ad abolendam. de hæreticis.
f 22. q. 5.
g Vbi ſupra verbo iura. mentũ. 3. q. 2.
h In q. 1. &
i Et c. ſi res aliena. 14. q. 6. & cap. fin. de iniuriis.
k 2. 2. q. 89. art. 7. ad 4. & in 3. d. 39. q. 1. art. 3. q. 3
l In cap. 12. & 20. Geneſ.
m In cap. 26. Geneſ.
n In cap. 27. Geneſ.
o In cap. 44. Geneſ.

Iacobi, nec fratrem Benjamini; ſed ſubintelligendo ſe vulgi vel communi reputatione eſſe augurem, iuxta S. Thomam, [a] & non eſſe filium Iacobi, nec fratrem Benjamini: ita quòd eſſet ſenſus, ego vulgi opinione reputor augur, profanus, & quòd non ſum filius Iacobi, nec frater Benjamini, quod erat verum.

8 Secundo colligitur, duplicem eſſe artem ſimulandi, & diſsimulandi. Alteram quam nõnulli appellant Pelaſgam, qua quidam malè ſiue inordinatè abſque iuſta cauſa, vel non curantes an mentiantur, factis, vel verbis ſimulant aliquid ineſſe, quod non ineſt; vel diſsimulant nõ ineſſe, quòd ineſt, iuxta differentiam quam inter hæc verba tangit verſus ille gloſ. ſingulari. [b] *Quod non eſt ſimulo, diſſimulo, quod eſt.*

Alteram bonam, quam S. Hieronymus, [c] appellat vtilem, qua quidem alij prudenter & ordinatè ex aliqua iuſta cauſa, ſine vllo dolo malo, & aſtutia vulpina, de qua Perſius: *Aſtutam ſeruat ſub pectore vulpem.* & abſque mendacio verborum, & factorum, ſimulant quod non ineſt, vel diſsimulant quod ineſt: qui enim ſine iuſta cauſa per mẽdacium, dolum, vel aſtutiam malam id facit peccat, & vtitur arte mala Pelaſga: qui vero prudenter, & iuſta cauſa dicit vel facit aliquid, quod per ſe ſeparatim ſignificat falſum, ſed ſubintellecto aliquo efficitur verum ſine mẽdacio, dolo malo, & aſtutia prædicta, vtitur bona prudentia.

9 Tertio, quòd errant illi, qui omnes ſimulatores, & diſsimulatores laudant; & etiam qui omnes vituperant: quoniam ſoli, qui vtũtur arte ſimulandi Pelaſga, ſunt vituperandi; & ſoli, qui vtuntur arte ſimulandi vtili, ſunt laudandi per prædicta.

Quarto colligitur, quòd omnes qui ſine aliqua iuſta cauſa ſimulant, vel diſsimulant, peccant ſaltem venialiter & mortaliter, ſi cum damno proximi notabili, vel cũ iuramento id faciant, non quidem eo quòd ſemper mentiãtur verbis vel factis; ſed eo quòd ſemper agunt contrariũ actibus virtutis, quæ vt ſupra diximus, [d] eſt veritas, qua ſecundum Ariſtotelem, [e] receptum à S. Thom. [f] communiter approbato, dirigimur ad nos oſtendendum aliis tales, quales ſumus.

10 Quinto, quòd non ſolum ſunt laudandi, qui tacent quando & vbi non tenentur loqui, vt vtiliter probauimus in prælud. 2. 8 ſed etiam qui aliqua iuſta de cauſa nõ reſpondent ad interrogationes, ad quas non obligantur reſpondere: & etiam qui reſpondent ad eas, ita quòd licèt reſponſiones ipſæ ſeparatæ à ſubintellectis ſint falſę; coniunctæ tamen cum eis efficiunt vnum verum, quod reſpondens affirmat, vel negat.

Sexto colligitur, quòd ſicut, qui tenetur reſpondere, obligatur ad reſpondendum interroganti ſecundum intentionem & intelligentiam communem iuſtè interrogantis, iuxta cap. *quacunque arte*, [h] ita qui nullatenus tenetur reſpondere interroganti, non tenetur reſpõdere ſecundum intentionem ipſius; ſed poteſt reſpondere ſecũdum propriam mẽtem, & intentionem, ſubintelligendo id quod adiunctum reſponſioni conficit vnum verum, quod ipſe intendit affirmare vel negare, non curando de intentione interrogantis: quia qui nullatenus tenetur reſponderè adiuranti non tenetur reſpondere ſecundum intentionem ipſius: quoniam à quo remouetur genus, remouentur omnes ſpecies eius, iuxta l. *ſi cauſa cognita*, cõiuncta gloſ. [i] per quam id docuit Baldus ab omnibus receptus, [k] quod argumentum dialectici aliis verbis dicunt à genere ad ſpeciem valere negatiuè. Si quid enim non eſt animal non eſt homo: & palam eſt, non teneri quem vllatenus ad reſpondendum, eſſe genus ad non teneri ad reſpondendum ſecundum intentionem interrogantis.

11 Septimo, quòd ſicut omnes tenemur reſpondere iudicij, & cuilibet alij ſuperiori iuridicè interroganti & adiuranti; & non vtcumque, ſed ſecundum intentionem eius, quam debet habere in interrogando, & adiurando, per præfatum cap. *quacunque* ita nemo tenetur reſpondere vlli, malè & iniuſtè interroganti & adiuranti, etiam ſuperiori ſecundum intentionem ſuam, neque aliam, imo nec iuridicè alias interroganti ſecundum intentionem malam, quam habet, ſed ſecundum eam, quam debet habere, vt latè probatum eſt ſupra. [a]

Octauo colligitur, quòd teſtis, vel quiuis alius, non tenetur reſpondere iudici ſuper aliqua re interroganti & adiuranti, vt iuſtè ac vrbanè ſeſe habeat, debet facere id quod nos dicimus in Manuali Confeſſar. [b] de teſte, qui non tenetur reſpondere iudici adiuranti, an tale quid ſciat: ſcilicet quod dicat ei vrbanè, quòd non tenetur reſpondere quamuis ſciret. & ſi illum cogere velit debet appellare, ſi non timet iudicem in eum ob id fœuiturum: & ſi hoc timet, reſpondere ſe nihil ſcire, ſubintelligendo intra ſe, quod dicere teneatur, iuxta prædicta. [c]

12 Nono, *iis* eſſe conſequens, quòd iudice, vel quolibet alio ſuperiore vel priuato iubente iurare aliquod ex quatuor iuramentis, quæ ponit Speculator, [d] ſcilicet, de calumnia, de malitia, de veritate, & aſſertorio, debet adiuratus conſiderare, an iubeatur ordinatè id facere ſeruato iuris ordine: & ſi facit ita, reſpondere humiliter ſecundum intentionem & mentem, quam adiurans debet habere: ſi autem non ita iubeatur, vel quia adiurans eſt homo priuatus, vel ſuperior incompetens eius, vel iubet contra ordinem iuris, vel extra territorium ſuum, vel vltra poteſtatem ſuam, poteſt dicere ſe non teneri ad reſpondendum: & ſi cogatur, appellare: & ſi non eſt locus appellationi, vel ſi timet fœuitiam, ſi appellet, negare, vel affirmare quod verum ſit ſecundum mentem & intentionem propriam, non curando de illa, quam iudex habet.

* Ex quatuor iuramentis, ſcilicet de calumnia. *Calumnia hic pro omni petitione iniuſta aut pro accuſatione falſi, aut pro omni malitia accipitur. vnde iuramentum calumniæ hæc continebat, primo quod non calumniandi animo litem moueat, ſecundo quod bonam cauſſam ſeu iuſtam defenſionem ſe habere putet, tertio quod in tota lite multam exiget probationem, niſi quam pro veritate putet eſſe neceſſariam, quarto quod nullam allegandi cauſſa differendi negotium proponet. Quinto quod nihil iudicibus cauſſa patrocinij vel alicui perſonæ pro hac cauſſa, vel promiſerit, vel poſtea daturus ſit, vel per ſe vel per mediam perſonam. hoc eſt ergo iuramentum calumniæ cui non abſimile eſt iuramentum malitiæ & veritatis. niſi quod illud actoris, hoc defenſoris proprium eſſe videatur.*

13 Decimo colligitur, quòd per hanc doctrinam ſingularem poſſumus euitare innumera peccata, quæ paſsim aliquot negligentiores admittimus negando, vel affirmando paſsim ſine aliqua ſubintellectione, cum qua coniuncta eſſent vera: paſsim enim interrogamur quo vadimus, quid comedimus, quantam pecuniam habemus, mutuauimus, donauimus, quas literas, quæ noua ſuſcepimus & quæ ſcripſimus vel retulimus: quid nobis ille, aut ille dixerit: quid ſcimus de illo aut illo, & alia huiuſmodi ſexcenta, quibus abſque peccato reſpondere poſſemus, ſubintelligendo aliqua, quibus fient vera, quæ annuimus, vel falſa, quæ negamus. vt ſiquis reſpondeat peteriti pecuniam, librum, noua, &c. alia non habeo, vel neſcio illa, ſubintelligendo ita vt teneat vel conueniat illi præſtare, tradere, dicere, vel palam facere, vel alia, quæ rei quæ agitur conueniat, ad hoc vt ſit verum, quod affirmat, vel falſum quod negat.

14 Vndecimo colligitur, hac arte bona, vt nobis videtur, vti & vſum eſſe quemdam Monarcham cum primis maximum, quem fama fert numquam mentiri nec mentitum fuiſſe: & à quo contentus recedit omnis; qui ad eum accedit allocuturus ipſum, & negotia etiam magna tractaturus: creditur enim ita excipere & audire ad ſe venientes, & ſic eiſdem reſpondendo, ſignificare tam geſtu, quàm verbis & factis, vt placeant eis, cum quibus rem gerit intellecta ſecundum intentionem illorum, licèt ſint in ſeſe falſa: ſed vera ſecundum ſubintellecta ipſius reſpondentis & ſignificantis: quod eo facilius poſſunt facere Monarchæ non agnoſcentes ſuperiores, quo minus tenentur aliis reſpondere. Eum tamen, qui caute hoc præſtaturus eſt oportet eſſe mente ſerenum, ſedatum & affectuum ſuorum regem & dominum, pauciloquum, & modeſtum, qualis dicitur fuiſſe, qui gloriam hanc, quæ maxima eſt, etiam apud inimicos quæſiſſe dicitur.

15 Duodecimo, videri etiam nobis hanc doctrinam & artem bonam voluiſſe quemdam alium etiam maximum cumprimis Monarchã perſuadere filio ſuo primogenito,

a 2. 2. quæſt. 91. articul. 7. ad 1. argum.
b Leg. 1. §. ex hoc reſcripto. ff. de ventre inſpiciendo.
c In cap. vtil. lem. 22. q. 2.
d Ead. q. nu. 2. & q. 2. nu. 1.
e 4. Ethic. f In 2. 2. qu. 109. art. 1.
g Comment. ea. inter verba 31. q. 3.
h Infra qua. 3. ead. cauſ.
i In verbo peremiſſi. C. de tranſactio.
k In l. conuenticula. C. de epiſc. & cle ric. num. 3.

a In q. 1.
b Cap. 25. nu. 43.
c In 2. & 2. quæſt.
d In tit. de iuramento calumniæ.

quem ab studio literarum ob quemdam secretum defectum retrahebat; dicens nolo filium meum aliud latinè callere, quàm illud apophthegma, *Qui nescit dissimulare, nescit regnare.* quod nos olim cuidam maximo cum primis principi simulatores omnes odio habenti, non sine fructu scripsimus in responso cuiusdam grauis quæstionis sibi reddi iusso: quod tamen apophthegma præfati Monarchæ intelligendum est de arte bona simulandi & dissimulandi, quam vt supra diximus, Hieronymus appellat vtilem; quæ absque mendacio verborum, vel factorum ex aliqua iusta causa exercetur; & non de illa nequissima, quæ sine aliqua iusta causa per dolum malum, & asturiam vulpinam, & mendacia verborum vel factorum seruilia passim per nonnullos colitur, per supradicta.

16 Decimotertio, quod ex prædictis non potest inferri id, quod Archidiaconus post Hugationem colligit, [a] scilicet posse Catholicum aliqua de causa simulare se hereticum, vel infidelem, vel dissimulare se non esse Catholicum ob aliquam magnam causam. Tùm quia à diuersis non fit illatio, [b] & per præfata solum concluditur non mentiri, nec peierare illum, qui ex iusta causa respondet aliquid, quod est verum per subintellectionem iustè conceptam, subintelligendo mente aliquid, per quod & illud quod exprimitur fiat vnum verum, vel falsum ad affirmãdum vel negandum illud: & illatio Archidiaconi habet, posse quem ex aliqua magna causa simulare se esse, vel esse velle hereticum: quod est diuersum ab eo, quod ex prædictis colligitur; & est mortale peccatum secundũ omnes. Tum quia, vt supra, [c] diximus, licèt is qui per subintellectionem respondet esse verum, quod sine illa esset falsum non peccet peccatum mendacij nec periurij; posset tamen peccare multa aliorum generum peccata sic respondendo: quoniam potest responsionem illam cum tali subintellectione iusta iustè facta dirigere in multos fines mortaliter malos, & cum circumstantiis mortaliter malis, qualis est simulatio, qua se simulat esse, vel esse velle hæreticum, aut alius generis infidelem, vt mox dicam.

Decimoquarto, ex hoc proximo corollario inferri peccare mortaliter eum, qui dissimulat se ore Catholicum, licet corde confiteatur esse talem, etiam si metu etiam iusto id faciat, [a] quod latius tradimus in Manual. Confessa. [b] Et colligitur ex vtroque Thoma, [c] quatenus habent, non licere Catholico se negare catholicum, immo teneri ad confitendum se talem, quoties id exigit honor Dei, & confirmatio fidei, proximi, & necessitas tollendi scandalum aliorum, qui crederent eum non esse Catholicum, nisi confiteretur se talem, per illud Apostoli. [d] *Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem.* Tum quia, licèt quis licite possit occultare se esse Catholicum, quando id facere potest sine iactura honoris diuini, & confirmationis fidei, & scandalo prædicto proximi, peccat tamen mortaliter, si interrogatus an sit Catholicus? respondeat expresse non esse, vel tacitè gestando signum proprium & determinatum, quo infideles vtuntur ad prodendum suam infidelitatem. Dixi *qui vtitur signo proprio & determinato ad significandam infidelitatem*: ad excludendum eum, qui vtitur signo dubio communi Catholicis, & infidelibus, eo quòd generalia & dubia sunt in bonam partem interpretanda. [e]

Quæ omnia supra & vbilibet à me dicta humilimè submitto cuiusuis alius iustiori iudicio, præsertim autem summo summi Patris Domini Nostri Optimi Maximique Pontificis & vnici Vicarij Domini nostri Iesu Christi, qui eum cum grege sibi commisso conseruet, prosperet, beetque æternum, Amen.

a *In cap. vtilem. vers. & nota. sup. eod. causa q.2.*

b *Leg. Papinianus. ff. de minoribus.*

c *In hac ead. quæst. nu. 9.*

a *Cap. presbyteros. 50. dist. & cap. nunc autem. 2.1. dist. & ca. sicut satius. 32. quæst. 4.*
b *Cap. 11. nu. 27.*
c *2. 2. qua. 3. art. 2.*
d *AdR om. cap. 10.*

e *Cap. 2. de regul. iur. le. merito. ff. pro socio. le. 3. pro curator. ff. de cond. indeb.*

FINIS COMMENT. C. HVMANÆ AVRES. XXII. QVÆST. V.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

Obrepserat in priori editione hoc loco Commentarius de silentio in diuinis officijs præsertim in choro seruando, & sua quasi exiguitate nos fefellerat, ita vt eumdem etiam Commentarium in tertio tomo vna cum enchiridio de oratione recuderemus. In hac igitur editione nos cùm errorem nostrum animaduertissemus, eum quidem Commentarium ex illo enchiridio excerptum cum suo quasi trunco reliquimus, & hinc plane quasi temere & minimo cum delectu insertum amouimus, quod te æqui bonique consulere desideramus, Vale.

DE FINIBVS HVMANORVM ACTVVM COMMENTARIVS.

Ad illustrissimum excellentissimumque D. D. Gabrielem à Cueua Ducem Alburquerquensem, In cap. cum minister. 23. q. 5.

August. in quæstionibus Exodi quæst. 39. ad cap. 11.

VM minister iudicis occidit eum, quem iudex iussit occidi, profectò si id sponte facit, homicida est, etiam si eum occidat, quem scit à iudice debuisse occidi.

SVMMARIVM.

1 *Finium humanorum actuum cognitio, ad rectè viuendum, & examinandam conscientiam necessaria.*
1 *Finis cuius malus, ipsum quoque malum: & finis cuius bonus, ipsum quoque bonum.*
2 *Gratianus aliqua tribuit vtiliter Augustino contrarius Erasmo, qui multa ei damnosè adimit.*
2 *Finis verbum, masculino & feminino genere profertur.*
2 *Intentio est actus voluntatis, & qualis.*
3 *Finis exactè definitur, & declaratur.*
3 *Bonum duplex, verum, & apparens: idque triplex, honestum, delectabile, & vtile.*
3 *Verbum, propter, quatuor causas significat, efficientem, finalem, &c.*
4 *Finis, & medium potest esse idem, diuerso respectu.*
4 *Finis primò duplex, vltimus & medius. Vltimus item duplex, verus & falsus. Medius item duplex.*
5 *Bonum quoddam propter se tantùm amabile, quoddam propter aliud tantùm, quoddam propter se, & propter aliud, & quæ sunt illa.*
5 *Bonum delectabile propter se amabile.*
6 *Finis iterum duplex, cuius, & quo.*
7 *Finis tertiò duplex, operationis, & operantis.*
8 *Finis quartò duplex, bonus, & malus, cum suis definitionibus.*
9 *Finis quintò duplex, principalis, & minus principalis, cum suis definitionibus.*

IC TVRVS de humanorum actuum finibus, quorum cognitionem pridem diximus esse necessariam ad rectè viuendum, & rectè examinandum conscientiam, ac confitendum peccata, [a] delegi pro dicendorum fundamento cap. hoc, *cum minister*, [b] ex quæstionibus Patris nostri grauissimi Augustini super Exodo desumptum. Partim, quòd eius opem, vt imploramus; ita etiã speramus. Partim quòd in variis variorum Regnorũ Academiis prælegendo, frequentissimè illud citabamus, ad fundanda illa duo Boëtij Topic. loca, videlicet, *Cuius finis malus est, ipsum quoque malum est. Et cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est.* quæ facilè deducuntur ex eo, quatenus probat, Ministrum iudicis peccare, occidendo hominem, etiam illius iussu, in finem vindictæ priuatæ: quia is finis malus est: non autem si occiderit in finem vindictæ publicæ: quia is finis bonus est.

Secundo prænoneo lectorem, caput hoc esse quidem à Gratiano desumptum ex D. August. super Exod. sed non ex vno loco tantùm, sed ex duobus; videlicet ex quæst. 71. sub finem, & quæst. 79. neque tam quoad verba, quàm quo ad sententiam; vt palam est legenti omnes eius quæstiones super Exod. & conferenti caput hoc, cum præfatis duabus; quarum tenores breuitatis gratia non refero: facio tamen certiorem in eis non esse verbum, sponte, huic inserum, licèt sit verbum, volens, & verbum, per voluntatem: quæ satis illi æquipollent in d. q. 79. quæ tamen nõ sunt ita latè accipienda, ac significatio eorum patet: alioqui enim probaret hoc capitulum, peccare omnes exequutores pœnarum sanguinis, qui voluntariè occidunt vel mutilant eos, quos iustè iudex occidi iubet: quia sponte, volentes, & per voluntatem suam id faciunt: quod est contra cap. *non est crudelis*. cap. *qui malos*. & cap. *homicidas*. [a] & falsum ac contra consuetudinem omnium totius orbis Christiani confessariorum, qui passim absoluunt iustitiæ ministros, qui auctoritate publica in id deputati, occidũt, & mutilant ad id patiendum damnatos: licèt non proponant ab eiusmodi officio perpetuo abstinere: quod iustè facere nequirent, si id verum esset ob defectum iustę contritionis, quæ huiusmodi propositum exigit, iuxta cap. *negotium*. [b] & latius tradimus in Manuali Confessariorum. [c] Quare intelligenda sunt solùm de illo, qui voluntariè ad propriam vindictam, vel alium finem malum occidit eum, quem iudex iustè iubet occidi: quæ intelligentia satis colligitur ex prædictis duabus quæstionibus S. Augustini & ex consuetudine quamplurimorum doctorum, qui caput hoc passim allegant, ad probandum præfata duo loca topica, siue regulas Boetij in Topicis, citata à Sanct. Thoma, [d] videlicet, *Cuius finis malus est, ipsum quoque malum est.* Et, *Cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est.* quarum priorem probat secundum intelligentiam prædictam iuxta sensum directum: quatenus habet, malè facere illum exequutorem iustitiæ, qui damnatum etiam iustè, occidit sponte, id est, voluntariè secundum volũtatem propriam, & vindictam propriam, vel alium malum finem. Posteriorem autem probat, quatenus iuxta sensum indirectum, & à contrario collectum habet non peccare illum exequutorem iustitiæ, qui occidit condemnatum iustè, ad finem vindictæ publicę, qui est bonus: quia interest Reipublicæ maleficia puniri, [e] quarum regularem prior, quæ iuxta sensum directum hinc colligitur: scilicet, *Cuius finis malus est, ipsum quoque malum est.* sine vlla exceptione, in vniuersum est vera: altera verò, frequenter fallit, vt infrà dicetur: quia cum bonum constet ex sua integra causa, vt B. Dionysius air, [f] post Aristotelem, [g] quos declarat Sanct. Thomas, [h] non sufficit boni finis circumstantia, quò actus sit bonus. quia verò, vt ipsimet aiunt, malum ex quocumque defectu fit, & ideo dicitur fieri modis infinitis, sufficit mali finis circumstantia, quò actus sit malus.

2 Tertio prænoneo, Gratianum virum grauissimum, & rei theologicæ callentissimum, & quemdam alium, contrario modo sese ad S. Augustini opera habuisse: quoniam Gratianus multa, quæ non sunt eius, ad verbum ei tribuit: ille autem alius, multa quæ ad verbum à plerisque omnibus ei tribuuntur, ademit, censendo non esse ipsius, cuius censuræ non pauci adhæserunt. Quod fuit in causa, vt ipse quoque cum ante 27. annos scriberem commentaria in tres posteriores distinctiones de pœnitentia, in exordio earum, in quo Gratianus tribuit B. Augustinus librum de pœnitentia, eius operibus insertum, licèt ipsius censura illi contraria displiceret, eius tamen in hoc iudicium appellarem sagax, & donum diuinum. Nunc autẽ postea quàm in quodam suo libro deprehendi aliquot errores, à nemine ante me notatos, quos in repetit. cap. *quando*, [i] prodidi ab hinc circiter 20. annis, anno scilicet 1550. & postea

a *In repet. cap. inter verba. 31. quæst. 3. concil. 2. & 23. quæst. 5.*

a *Infræ eadẽ cauſ. & quæ.*

b *De pœnit. dist. 5. ca. pœnitẽtia. & ca. satisfactio. de pœnit. dist. 3.*
c *Cap. 1. post prin.*

d *1. 2. quæst. 18. art. 4.*

e *Le. ita vulneratus. ff. ad legẽ Aquil. c. vt fame. de sent. excom.*

f *Cap. 4. de diuinis nominibus.*
g *In Ethic.*
h *1. 2. quæst. 18. art. 4. in fi.*

i *De consec. dist. 1. cap. 18. à nu. 13. vsq; ad nume. 32.*

quàm noui, & à piißimis, eißdémque eruditißimis, viris accepi, quòd magno cum Eccleßiæ ſcandalo cenſuerit, aliqua communi totius Eccleßiæ conſenſu accepta, & pro irrefragabilibus habita, non eſſe illorum auctorum, quibus præfatus communis conſenſus tribuit, admoneo ipſum damnosè, ſaltem in ſacris, & ſacrorum auctorum libris cenſendis, hallucinatum fuiſſe: ideoq; à cenſuris eius valde cauendum tamquam factis ab eo, qui ſacram Theologiam non à radice, neque à trúncos; ſed quod eius opera demonſtrant, à foliis, & floribus delibauit. Quod ipſum noſtra ætate facere multos plus ſatis humanis literis deditos, non ſolùm circa Theologiá; ſed etiam circa iuriſperitiam videmus, dolentes, quòd nó ſatis animaduertunt aliud eſſe ſapientiam, ſciétiam & ſacræ Theologiæ, vel ſacri iuris peritiam Hębraicis, Greçis, aut Latinis verbis cõteſtatá, vel ſcriptá: & aliud ipſá verborum, quibus contegitur, aut ſcribitur, ſignificationem: & ideo aliam, & longè maiorem operam impendendam rei cognitioni; neque ſufficere impenſam verborum ſignificationi, cùm à diuerſis non fiat illatio. [a]

Dicam igitur breuiter diſtinctè, ac aptè, quàm potero ſine vllo fuco, & vlla ornatus cura quid nam ſit, & quotuplex actuum humanorũ finis; quíque in eis operetur; & qui eorum illius ratione dicantur boni, & qui mali: qui peccata mortifera, & qui venialia, rudiùs, quidem, barbarius & demißius: ſed longè breuiùs, neruoſiùs, vtiliùs, & clariùs prçlucente, opémque ferente Chriſto; quàm Cicero in ſuis quinque libris de finibus bonorum & malorum, fide ipſius deſtitutus, & affectu gloriæ per orationis elegantiam quærendæ, inſtructus.

Verbũ *Finis* tam fœminino, quàm maſculino genere inuenitur, iuxta illud, [b] *Quem das finem rex magne laborum.* Et illud eiuſdem, [c] *Hæc finis Priami fatorum.* & eſt extremitas cuiuſlibet rei: quod probant præfata Maronis dicta, & multæ leges, [d] & ca. *finem litibus* [e], in noſtro verò propoſito accipitur pro termino, & extremitate, in quam operatio vel intentio operarij ſe refert. Intétio autem operarij eſt actus voluntatis: non quidem ille, quo vult aliquid abſolutè, quia ille dicitur voluntas; velle, quo quieſcit in aliquo: quia ille ad finitionem ſpectat: ſed ille, quo vult aliquid tanquam terminũ alicuius rei in illud ordinatæ, vt ſubtiliter declarat S. Tho. [f]

Definitur autẽ finis, iuxta mentẽ Ariſt. [g] S. Tho. & aliorũ in 2. lib. ſent. [h] & eiuſdem S. Tho. [i] eſſe *bonum verum vel apparens, quod propter ſe appetitum facit vt aliud propter ipſum appetatur*, vt pridẽ diximus, ſed nõ adeò exactè, in repet. c. *inter verba.* [k] Dixi *bonũ*, pro genere: qa omnis finis eſt bonum quoddam, ſed non contra, omne bonum eſt finis. Dixi *verum, vel apparens*, eò quòd vt aliquid ſit finis, & quiddam appetibile, ſatis eſt, & requiritur, quòd ſit verum bonum, vel appareat aliqua ratio, quare videatur bonum, iuxta illud Philoſo. [l] *Finis eſt bonum, vel apparens bonum.* & S. Thomam, [m] idque triplex eſſe, ſcilicet honeſtum, delectabile & vtile, vt S. Tho. [n] Dixi, *propter ſe appetitum*: quia ſi ſolùm, propter aliud appeteretur, eſſet quidem mediũ ad finem, ſed non fini. Dixi, *facit vt aliud appetatur propter ipſum*: alioqui enim non eſſet finis & terminus: quidquid dixerint Gregoriùs Ariminenſis, & Gabr. [o] quibus vbi ſuprà non contradixi.

Per verbum autem, *propter*, [p] vt ait Sanct. Thomas, quatuor cauſſę ſignificari poſſunt finalis, formalis, efficiens, & materialis, ad quá reducitur etiá materialis diſpoſitio, quę nõ eſt cauſa ſimpliciter, ſed ſecundùm quid. Quatuor enim ſunt cauſæ diligendi, & appetendi aliquid propter aliud, & vt dicatur finis, puta, finalis, vt medicina propter ſanitatẽ, formalis, vt homo propter virtutẽ; quia virtute formali eſt bonus & ita diligibilis: efficiẽs, vt filiº alicuius ob patrẽ: diſpoſitio, quę reducitur ad genus cauſę materialis, vt beneficus propter beneficia, quę ad id mouent.

Ex quibus infertur, quòd vt aliquod bonum ſit finis, nõ oportet, vt id non appetatur ob aliud: vnum enim & idẽ diuerſis rationibus poteſt eſſe medium, & finis, vt temperantia, quæ per ieiunium quæritur ad melius ſeruiendum Deo reſpectu ieiunij, eſt finis, & reſpectu Dei medium; id quod latius mox apparebit.

4 Finis autem diuiditur primò, in vltimum, & medium. Vltimus eſt, qui propter ſeipſum tantùm amatur. & hic eſt duplex. Alter eſt verus vltimus, & omnium ſupremus, & vnus omnium creatorum ſcopus, qui propter ſe tantùm, & non propter aliud eſt amabilis: qualis ſolus Deus eſt, vt docet S. Thomas, [a] quippe qui ſuper omnia eſt diligendus. [b] Alter eſt falſus, quẽ falſi homines pro ſua falſa imaginatione impudentiſsimè, ſtolidiſsimèque tacitè, vel expreſsè fingunt, & adorant, iuxta illud Apoſtoli. *Quorum Deus venter eſt*, [c] qualis eſt voluptas Epicuro, in quem Cicero duos libros prædictorum quinque ferè prodegit.

Finis medius, eſt qui propter ſe, & propter aliud amatur: qui eſt duplex. Alter verè medius, ille ſcilicet, qui verè eſt propter ſe, ac propter aliud eſt amabilis: quales ſunt virtutes, & omnia honeſta, ſecundum S. Ambroſium; [d] & S. Thomam. [e] Alter falsè medius, ille ſcilicet, qui non poteſt eſſe amabilis propter ſe: qualis eſt pecunia, vel non eſt amabilis propter aliud: qualis eſt Deus.

5 Quæ tamen propter ſe, & propter aliud, rectè amari queunt, ſunt omnes ſcientiæ ſpeculatiuæ, ſecundum Ariſtotelem, [f] & S. Thomam, [g] & virtutes morales, aliáque honeſta ſecundum B. Ambroſium, [h] & S. Thomam: [i] hæc ſiquidem, iuſtè poſſunt amari propter ſe tantùm, & iuſtiùs propter Deum, vel alios fines eis ſuperiores. An autẽ delectabilia, ſint talia, quæſtionis eſt: nam S. Tho. [k] ait delectationes eſſe propter operationes. At in eadem, Idixit delectationes propter ſe appeti, & nõ propter aliud, ſi ly *propter*, cauſam finalẽ ſonet: immo, [m] allegat Ariſtot. [n] docentem: ridiculũ eſſe ab aliquo quærere, propter quid vult delectari, cũ palam ſit, quòd propter ipſam delectationẽ. & hoc videtur verius per latẽ tradita à Caiet. [o] vbi pulchrè dicta S. Thomę conciliat, dicens, bonum diuidi in bonum propter ſe & bonum propter aliud. bonum autem propter ſe in bonũ honeſtum, & delectabile, & ita ſalus & vita, quæ ad delectabilia reducuntur à Boẽtio, [p] ſunt de genere bonorum, quæ propter ſe ſolùm iuſtè appeti poſſunt, id quodad multa multùm perpendere oportet. Cætera verò bona, quę vocantur vtilia, nõ ſunt amabilia propter ſe, ſed ſolùm ob aliud: qualia ſunt bona pecuniaria ſecundum eundem S. Thomam, [q] qualia etiam honoraria, ſcilicet, honor, fama, & gloria, iuxta eundem. [r]

6 Secundò diuiditur finis, in finem cuius, & in finem quo, quorum membrorum nomina à Ciceronianis parum probantur. Finis cuius, eſt id, in quo eſt ratio boni. Finis autem quo, adeptio & poſſeſsio. ſiue vſus eius: vt auari, finis cuius, eſt pecunia, in qua eſt ratio boni, & finis quo, eſt adeptio, poſſeſsio & vſus eius, vt declarat S. Thomas, [s] & ita finis cuius, totius humanæ vitæ ipſe Deus eſt, in quo ſumma & infinita ratio boni eſt. Beatitudo autem, qua beati videntes eum, eo ipſo fruuntur, eſt finis quo.

7 Tertiò finis diuiditur in finem operationis, & in finem operatij, ſeu operantis. Finis operationis eſt obiectũ, in quod ſuapte natura ipſa dirigitur. Finis operátis eſt, in quem per operantem dirigitur operatio: vt cum quis ædificat domum, quod locando eam lucretur, ipſa domus eſt finis operationis, finis autem operantis, eſt lucrari, quod per locationem intenditur. Qua diuiſione ad graues difficultates diſſoluendas multis in locis D. Thomas vtitur præſertim in 2. diſt. 1. [t] & in 4. diſt. [v]

8 Quartò, diuiditur finis in bonum, & malum. Bonus finis eſt bonum verum aptum. medio, quo quæritur, non enim poteſt eſſe bonus finis, niſi verè bonum, nec ſufficit, quòd verè bonum, niſi medio, quo quærirur, ſit aptum: nõ enim eſt bonum diligere Deũ propter pecunias, vt infra dicetur. illud autem eſt bonum aptum, quod eſt obiectum actus, in quod illa ſuapte natura dirigitur, aut aliquid aliud illo melius. Finis verò malus eſt malum culpæ, vel bonum medio, quo quæritur ineptum, Finis enim inquantum huiuſmodi, ſuperior eſt medio, in quantum huiuſmodi, ſecundum Diuum Thomam. [x] At malum eſt inferiora ſuperioribus prçponere: immo æquare, [y] quia omnia inordinata mala ſunt, cum nihil debeat eſſe inordinatum, [z] & quia ea quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt, [a] & quia prædia inferiora non debent dominari ſuperioribus, ſed eis ſubſeruire. [b]

9 Quinta, diuiſio finis, eadémque maximi ponderis

eſt in

a *Le. Papinianus. ff. de minoribus.*

b *Aenei. 1.*
c *Aeneid. 3.*

d *ff. & C. finium regund.*
e *De dolo & contum. & l. properandũ. C. de iudic.*

f *1. 2. qu. 12. art. 1. ad 4.*
g *2. Phyſic.*
h *Diſtin. 38.*
i *1. 2. qu. 12. ar. 1. & 2. & qua. 13. art. 3.*
k *11. quæſt. 3. conc. 2.*

l *2. Phiſic.*

m *1. 2. qua. 8. art. 3.*
n *1. part. q. 5. art. 3 & 1. 2. qu. 44. art. 4.*

o *In 2. diſt. 38.*

p *2. 2. quæſt. 27. art. 3.*

a *2. 2. quæſt. 27. art. 1.*
b *Deut. 6. Matthæ. 22. Marc. 12.*
c *Ad Philip. 3.*

d *Libr. 1. de offic.*
e *1. part. q. 5. art. 6.*

f *1. Metaph.*
g *1. 2. qua. 3. art. 6.*
h *Libr. 1. de offic.*
i *1. part. qua. 5. artic. 6.*
k *1. 2. q. 4. ar. 2. ad 2. & in ſumma contra Gentil. lib. 3. cap. 26.*
l *1. 2. q. 2. ar. 6. ad 1.*
m *In arg. 1.*
n *10. Ethic.*
o *In d. art 2.*

p *Lib. 2. proſa 2. de Cõſolat.*

q *In diſt. art. 6. ad 2.*
r *2. 2. quæſt. 132. art. 1.*

s *1. 2. qua. 2. artic. 8.*
t *Quæſt. 1. art. 1. & 3. & diſt. 36. qua. 1. art. 5. ad 2. & diſt. 38. art. 2.*

v *16. q. 3. art. 1. qu. 2. ad 3. & 2. 2. q. 141 art. 6. ad 1.*
v *Quæſt. 141. art. 6. ad 1.*
x *1. 2. quæſt. 1. artic. 1. ad. 1.*
y *Cap. ſtatuimus. & c. ſolita. de maior. & obed.*
z *§. ſi vero. ver. inordinatum autẽ nihil. autbent. de hæred. & fal. cap. ad hoc. 86. diſt.*
a *Ad Roma. 13. extranea. vnà ſãctam. de maior. & obedien.*
b *Leg. 1. §. fi. cut. & l. 2. in principi. ff. de aqua pluuia arcen.*

eſt in principalem & minus principalem. Principalis eſt finis, propter quẽ ſolùm, eriá ſi nec actu, nec virtute concurreret alius, vel tantùm propter illum, ac propter aliũ fit opus ſaltẽ quoad actionẽ operis. Dixi, *ſolũ*, ad ſignificandũ eſſe alios aliquos fines principales totales: qualis eſt virtus reſpectu operis, quod quis facit eo ſolo, quòd eſt honeſtum, vel quòd recta ratio id dictat. Dixi, *nec actu nec virtute*: quia interdum concurrit alius finis virtute ſeu virtualiter, qui non concurrit actu ſiue actualiter: vt cùm quis ieiunat die quo ſcit duplici præcepto eſſe ieiunandum, & meminit tantum vnum. Dixi, *vel tantùm propter illum ac propter alium*, ad ſignificandum eſſe aliquos fines principales, partiales & non totales: quales ſunt illi duo fines ieiunij, ieiunantis aliquo die quatuor temporum quadrageſimæ, ad ſatisfaciendum duplici præcepto, quo illud præcipitur: videlicet præcepto de ieiunando dies quatuor temporum, de quo in cap. 1. 2. & 3. [a] & præcepto de ieiunando quadrageſimam: de quo in cap. *quadrageſima.* [b] Addidi, *ſaltem quoad actionem illius operis*, ad comprehẽdendum finem principalem concurrentem cum alio maiore, & principaliori, vt cùm quis ieiunat die ad id indicto, vt obediat præcepto Eccleſiæ, & pleat Deo, nam licèt finis Deo placendi ſit quiddam maius, & principalius quàm obedire, quippe quod eſt actus caritatis, quæ præcellit omnes virtutes, [c] tamen quoad hoc eſt quadamtenus par obedientiæ. Finis minus principalis eſt diſpoſitio, ſiue impulſio, ad faciẽdum aliquid propter aliud, ſiue ſine illa id fieret, ſiue non: quales ſunt timor inferni, & ſpes paradiſi: quibus quis ad amandum Deum propter ſeipſum mouetur, iuxta mentem S. Thomæ, [d] qui ait eam reduci ad cauſam materialem: & quòd non eſt ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Dixi, *ſiue ſine illa, &c.* ob multos fines minus principales operum, ſine quibus ea non fierent: qualis eſt negotium alienum eius, qui venit Romam, ob grande aliquod negotium proprium, & non veniſſet, niſi aliquis aliud minus, cum aliquo ſalario ei commiſiſſet: eiuſmodi enim aduentus finis minus principalis eſt negotium alienum, licèt ſit cauſa ſine qua id nón accidiſſet. Modus cognoſcendi vtet finis ſit principalis, cum non fieret, niſi vterque concurreret habetur in noſtro Enchirid. de oratio. [e]

a *76. diſtinct.*

b *De conſec. diſtinct. 5.*

c *Cap. charitas. 2. de pœnit. diſtinct. 2.*

d *In 2. 2. qu. 27. art. 3.*

e *Super cap. quãdo. de cõſecr. diſt. 1. ca. 6. numer. 13.*

SVMMARIVM.

10 *Finem ob aliquem, hominem, & alia omnia agere, ſed alia & alia ratione.*
10 *Fine à quo actus ſuam ſpeciem ſortiuntur, qui finis eſt primus in intentione, licèt quando eſt alius ab obiecto ſit vltimus in exequutione.*
11 *Fine de vltimo vitæ humanæ inquiſitio Ariſtotelis non adeo magnificienda, &c.*
11 *Beatitudo in quo conſiſtit, & quid ſit eſſentialiter.*
12 *Beatitudo in nulla re creata conſiſtit, etiam iuxta naturalem rationem: non in diuitijs, non in honoribus, non in fama & gloria, nec in potentia, non in vllo corporis vel animæ bono, nec voluptate, licèt inhæreat animæ, ſed in ſolo Deo, qui eam producit.*
13 *Beatos multos falsè dici. 14. Et eſt duplex re, & ſpe conſummata patriæ, & conſummanda viæ: & hanc tales, & tales habere.*
14 *Beatitudinis titulo, qui & qua ratione iuſtè gaudeant.*
15 *Finem aliquem eſſe vltimum humanæ vitæ, etiam naturali ratione probari.*
15 *Finem ob vltimum hominem omnia agere, non videri verum, contra S. Thomam.*
15 *Referri poſſe omnia, quæ non ſunt peccata, in Deum.*
15 *Infidelium actus non omnes mali.*
16 *Referre in Deum nos, omniáque noſtra, actu vel virtute, vtile, ſed non ſemper neceſſarium.*
17 *Mediorum in finem relatio fit vno actu, quandóque pluribus, inter quæ plurimùm diſtat.*
17 *Actus idem non poteſt eſſe bonus & malus, etiam diuerſo reſpectu.*
18 *Relatio duplex, actualis & virtualis, quæ definitur exactè.*
19 *Gratiæ gratum facientis effectus quidam inſignis.*
19 *Referendi nos, & noſtra Deo, modus vtilis.*
20 *Fines duos vltimos etiam falsos, nemo vno & eodem tempore habere poteſt.*

20 *Fines vltimi falsi tot, quot falsæ opiniones putant eſſe omnium amabiliſſima.*
20 *Deus firmius neceſſario amandus, licèt non feruentius, & intenſius.*
21 *Amat qui aliquid, ita vt malit frangere legem ad mortale obligantem, quàm deſiſtere ab illo amore, peccat mortaliter.*
22 *Finem vltimum non ponit omnis in eo, in quo etiam ſcienter mortaliter peccat.*
23 *Peccatur non habitu, ſed actu: cum exemplo quotidiano.*
24 *Amare Deum æquè ac aliud, vel minus comparatiuè peccatum, non autem ſimpliciter.*
24 *Bonum, aliud propter ſe ſolum, aliud propter aliud ſolum, aliud propter ſe, & aliud amabile.*
24 *Scire vt ſcias tantùm ſi, & quando peccatum.*

10 AD definitionem, ac diuiſiones, prædictas addo, declaróque complura, ſequutus ordinem propoſitionis earum. Primò quidem, ad definitionem finis poſitam, [a] addo id quod S. Thomas poſt ſe ac alios, [b] definit, [c] omnem hominem agere propter finem: immo & alia omnia etiam naturaliter agentia, ſecundum Philoſophum, [d] ſed aliter homo rationis particeps, & aliter rationis expertia: homo quidem tamquàm ſeſe ad illum liberè ſua voluntate mouens: illa verò naturaliter tamquàm à natura, quæ ipſe Deus eſt, mota. Illud ire, quod ipſemet, [e] determinat, ſcilicet humanos actus à fine ſuam ſpeciem recipere, iuxta illud S. Auguſtini. [f] *Secundum quod finis eſt laudabilis, vel culpabilis, opera noſtra ſunt laudabilia, vel culpabilia.* quia finis, qui eſt alius ab obiecto, licèt ſit vltimus in exequutione, primus tamen eſt in intentione, quod clarius expreſsit in art. 1. & 4. 8 & clarius quæſt. 18. [h] & quæſt. 20. [i] quod non latuit Bartholum. [k]

11 Ad primam autem diuiſionem finis poſitam ſupra, [l] in vltimum & medium, addo primo, quod operoſa illa de vltimo fine, fœlicitare ac beatitudine inquiſitio Ariſtotelis, [m] & verboſa illa Ciceronis, [n] non eſt tanti facienda, quanti ego olim illam faciebam, imitatus gloriepetas illos, qui malunt diſcere veritatem per ambages ex philoſophia ethnicorum obſcura, & nubila, quàm recta ex Euangelio claro & ſereno à ſacris doctoribus expoſito: quoniam ex D. Ioanne, [o] & Magiſtro ſententiarum, S. Thoma, Scoto, & aliis, [p] & rurſum S. Thomas, [q] facillimè colligitur finem vltimum cuius, omnium in quo beatitudo noſtra conſiſtit, eſſe ipſum Deum, increatum, ſummè, infinitéque bonum. Vltimum autem finem quo, eſſe beatitudinem, ſiue fœlicitatem animæ inhærentem creatam, qua prehenditur, & in fruitionem habetur vltimus ille finis cuius, vt ante, poſtque alios declarat S. Thomas. [r] Et quòd beatitudo ſiue fœlicitas eſſentialiter eſt viſio Dei, cum illa mira fruitione, quã iuxta Eſaicum, [s] & Paulũm, [t] nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, vt rectè placet S. Thomæ, [v] vel fruitio cum viſione, vt ſubtiliſsimo placet Scoto. [x]

12 Addo, quòd S. Thomas ante, poſtque alios, [y] mõſtrat eſſe impoſsibile, non ſolùm iuxta rationem fidei Catholicæ, ſed etiam iuxta naturalem beatitudinem noſtram, conſiſtere in alio, quàm in ipſo Deo. in quo ſumma & tota ratio vniuerſalis boni conſiſtit, dũ [z] oſtendit non poſſe conſiſtere in diuitiis, [a] quod neque in honoribus, licèt diuitiis meliores ſint, [b] quòd neq; in fama & gloria, [c] quòd neque in potentia, [d] quòd neque in vllo corporis bono, cum & ſalus, & alia corporis bona ordinentur ad animæ bonum, [e] quòd neque in voluptate, etiam quàmlibet honeſta, [f] neque in aliquo bono animæ, quamuis animæ inhæreat beatitudo, qua prehenditur, & poſsidetur id in quo illa conſiſtit, nempe ipſemet Deus, [g] quòd neque in vllo alio bono creato, ſed in Deo ipſo increato, qui creauit nos: quíque beatitudinem in animis beatorum facit, iuxta illud Auguſtini, [h] *Illis rebus fruendum eſt, quæ nos beatos faciunt.* vt declarat S. Thomas. [i]

13 Quare, iure rideamur, qui ob quãlibet magna fortunæ, corporis, vel animę bona, gaudemus appellari fœlices, antequàm Deũ intueamur, & antequã ſciamus, nos eſſe illi per gratiá ſuá acceptos: quod nemo niſi reuelãte dño ſcire poteſt, vt dicit Sapiẽs, [k] & c. fin. [l] & can. 16. ſeſſ. 6. Concil. Trid. immo & antequã probabiliter eã nos eſſe cõſequntos, & conſeruare coniiciamus, quin etiam ſcientes, vel

a *Nuuer. 3.*
b *In 2. lib. ſẽt. diſtinct. 38.*
c *In 1. 2. qua. 1. art. 1. & 2.*
d *2. Phyſic.*

e *In d. diſt. q. 1. art 3.*
f *De Eccleſ. morib.*

g *Que 1. 1. 2.*
h *Art. 8.*
i *Ar. 2. ad 2.*
k *In le. ambitioſa. nu. 19. ff. de decret. ab ordi. facie.*
l *Numer. 4.*
m *In lib. 1. & 10. Ethic.*
n *In 5. libr. de finib. bonorũ, & malorum.*
o *1. Ioan. 4.*
p *In 4. diſtin. 49.*
q *In 1. 2. q. 1. 2. 3. & 4.*

r *In 1. 2. qua. 1. art. 7.*
s *Cap. 64.*
t *1 ad Cor. 2.*
v *d. quæſt. 3. artic. 8.*
x *In dict. diſt. 49.*
y *In dict. q. 3.*

z *In art. 1.*

a *In ſecundo,*
b *In tertio,*
c *In quarto,*
d *In quinto.*
e *In ſexto,*
f *In ſeptimo,*

g *In octauo,*

h *1. de doctrina Chriſtian.*
i *In dict. qua. 3. art. 1.*

k *Eccleſ. 9.*
l *De purgat. cano.*

scire debentes,ea nos carere, ideo quòd nouerimus nos in squallido culpæ mortiferæ reatus statu iacere, parum memores illius Seuerini.[a]

Quid me fœlicem toties iactastis amici?
Qui cecidit stabili non erat ille gradu.
& illius Parthenicæ Marianæ,
Fœlices quicumque istis à fortibus altam,
Visuri pacem, sunt in loca tuta recepti:
Nam neque mens vllam secus est habitura quietem,
Nec latos sensura dies, nec dulcia sæcla.

14 Nolumus tamen negare, posse appellari beatos & fœlices illos, qui gratia Dei gratum faciente fruuntur: etiam si paupertate opprimantur, morbis crucientur, & ignominia,ac tyrannide pessundentur: illos item,qui non adeunt in concilio impiorum, & in via peccatorum non steterunt,[b] & quorum remissæ sunt iniquitates,[c] qui timore casto Deum timentes,ambulant in viis eius,[d] & qui immaculati in via ambulant in lege Domini,[e] beatos,inquam, spe, non re, beatitudine consummanda, non consummata,viæ,non patriæ.Sed nec volumus damnare peccati, omnes, qui eiusmodi epithetis & titulis fœlicitatis, & beatitudinis ornari gaudent, modò non gaudeant eis quatenus ob malum culpæ,vel ob bonum falsum tribuuntur, aut ob ipsam laudem solam, non referendo eam in alium finem aptum, etiam si ob vera bona illa contingat, iuxta ea quæ pridem in dicta rep.cap.*inter verba*,[f] seruanda diximus,in acceptanda iustè laude humana, & summatim retulimus in Manuali,[g] de numero quorum iustè se beatos appellari gaudentium, sunt qui ratione dignitatis interioris, veræ, vel præsumptæ: vel exterioris, cui virtus animi respondet, vel respondere præsumitur, vel quæ ad ei respondendum, obligat, vel incitat, eiusmodi appellationem acceptant, gratias Deo agentes quòd dederit eis illa, ob quæ laudantur, aut in dolentes quòd nil eorum, vel certè non tantùm, quantùm putantur habere, habeant,argument.cap.1.[h] adiuncto dicto cap.*inter verba*.[i]

15 Addo tertiò quòd idem S.Thomas,[k] probat efficaciter, esse aliquem vltimum finem humanæ vitæ: non solùm fide Catholica, sed etiam illa ratione naturali, quòd finis habet rationem boni, quam processus in infinitum tollit, iuxta Philosophum,[l] immo & [m] tenet, omnia quæ vult homo, velle propter vltimum finem. Quod tamen nobis non videtur certum,etiam subintelligendo formaliter,vel virtualiter, quicquid Caietanus ibi dicat,soluendo argumenta Scoti,[n] quæ tamen nostra sententia, minimè soluit: & corroborantur. Tum eo quòd peccata, quæ peccamus,neque referimus,neque sunt referibilia in vltimum finem, secundum omnes, & tandem Caietanum,[o] vbi ait,omnia,quæ non sunt peccata, esse in Deum referibilia, non tamen illa. Tum quia licèt operari, propter id quod est per se amabile, non referendo illud in finem vltimum, vt infra dicemus. Tum quia multi multa volunt, & operatur etiá formaliter, & actualiter propter id quod est, & sciunt esse contrarium vltimo fini, & eius assequutioni: puta omnes qui peccant mortaliter scientes id impedire adeptionem eius. Tum quòd alioqui omnia opera infidelium, qui gloriam vel falsum Deum suum vltimum finem putant, essent peccata, ob mali finis circumstantiam, quod est contra eundem S. Thomam, [p] quem ibi Caietanus latè defendit contra Gregorium Ariminensem qui communiter reprobatus, [q] id affirmauit.

16 Addo quartò,vtilissimum quidem esse,dicare omnia opera nostra huic vltimo fini, iuxta illud. [r] *Dico ego opera mea Regi.*& omnia in nomine eius,qui est D.N.Iesus Christus facere, [s] nam & Persius fidei lumine carens, grauiter detestatur oscitantiam nostram, qui parum ob oculos hunc finem vltimum versamus,& minus in illum nostras actiones veluti sagittantes nostras in suum scopum sagittas collimamus,dum ita increpat.

Est aliquid quò tendis, & in quod dirigis arcum,
An passim sequeris coruos,testaque,lutóque
Securus quo pes ferat,atque ex tempore viuis?
& dum subdit,
Discite ô miseri,& causas cognoscite rerum.
Quid sumus,aut quidnam victuri gignimur?

Vtilissimum,inquam,est hoc facere:non tamen adeo in id obligamur,vt quoties id non facimus peccemus: immo plurimum nocuerit credere omnia, quæ facimus esse peccata, nisi in vltimum finem, qui est Deus, ea referamus. Proinde curemus facere illud, vt meritis crescamus, & hoc euitemus,ne scrupulis angamur.

17 Addo quintò, quòd multi putant se non facere relationem prædictam quam tamen faciunt: & multi contra facere,quam tamen non faciunt. Pro cuius rei intellectu, notandum: quòd hæc collimatio,siue relatio operum nostrorum, in vltimum finem, siue Deum & aliorum mediorum in alios fines, aliquando fit vnico actu,aliquando pluribus. Fit pluribus, quando vno volumus finem, & altero, ea quæ sunt media ad finem. Vnico autem fit, quando vno & eodem actu volumus finem, & media in illum, vt probat vterque Thomas, [a] plurimúmque refert,an hoc vel illo modo ea velimus: nam quando finis est bonus & media mala, vel è contrario finis malus, & media bona, & vtraque volumus vno actu, totus ille malus est: quia vnus & idem actus, non potest esse bonus,& malus,etiam diuersis respectibus, secundum communem opinionem, quam affirmauit S. Thomas, [b] & Maior, [c] Caietanus, [d] Iacobus Almaynus, [e] aptusq; est in hoc textus *c.cum renunciatur.*[f] & cap.*si enim.* [g] At si diuisim vno actu quis vult orare,vel ieiunare, & altero vanam gloriam ex eo quærere,prior actus potest esse bonus,licèt posterior sit malus.

18 Notandum item,quòd hæc relatio est duplex,scilicet actualis, siue formalis, aut expressa:cum vnico actu, vel pluribus actualiter media referuntur ad finem, vt proximè dictum est. Et virtualis aut tacita seu æquipollens, quæ prætermissa operosa doctorum disputatione, super hoc adhibita, [h] & attentis magnis argumentis Ioannis Maioris contra communem, in quam etiam S. Thomas inclinat ibidē,[i] & Caietanus,[k] & aptius ad propositum, [l] definiri potest, quòd est relatio, quæ tacitè resultat eò quòd includitur in alia generali actuali antea facta, vel eo quòd aliam actualem specialem consequitur: vel eo quòd inest actui aptitudo ad relationem talem, concurrente gratia habituali, quæ ad eam inclinat. Exemplum primæ partis,est relatio illa tacita, quæ resultat ex eo solo, quod quis facit bona opera, post quàm generaliter aliquādo dicauit & retulit omnia bona suæ vitæ opera amori vel obsequio Dei: aut cum professus fuit Christianismum, monachismum, vel alium viuendi statum accepit: aut aliàs quandocumque, & postea mentem contrariam non habuit. Exemplum secundæ partis, est relatio milliarium,siue leucarum, & passuú itineris, quod sine vlla Dei actuali memoria, facit is qui vadit visere S. Iacobum in Compostella,quæ resultat ex eo quòd ipse illam visitationem vouit. Exemplum tertiæ partis, est relatio bonorum operum eius, qui sine vlla Dei actuali memoria facit in statu gratiæ gratum facientis, & caritatis, resultans ex eo quòd sint apta, vt in vltimum finem referantur: & fiunt ab eo,qui habet illum præcellentem habitum caritatis, & gratiam quæ ad eiusmodi relationem inclinat,vt S. Thomas, Maior,& Caietanus [m] probant. Breuius eriam definiri potest secundum S. Bonauenturam, quem sequitur Gabriel, [n] quòd virtualis relatio vnius in aliud est illa, de qua interrogatus operans,an tacitè illam sentiat, verè, ac affirmatiuè respondere potest ita sentire.

19 Ex quo infertur vnus fructus sæpe à concionatoribus inculcandus illius fœlicis status in gratia Dei, nempe quòd omnis actus moraliter bonus existētis in gratia Dei censetur sufficiēter relatus in Deū,eo solo quòd agens illum sit gratia Dei gratú faciente ornatus:esset tamen perutile, ac piissimū,vt quisque nostrum frequenter Deo, nostro fini vltimo corde puro dicat.Multa Domine,volo & nolo, dico & facio, quæ propter se minimè sunt amabilia, nec de se sunt mala,sine vlla tui,vel beatitudinis, vel alicuius virtutis,quę iustus eorú finis esse potest,actuali memoria,quę mea fragilitas est.Quare imitatus Psaltē, [o] ego ea omnia & alia opera mea, & me ipsum dico tibi regi & Domino meo:protestórq; me omnia illa velle,vt placeá tibi omniú amabilissimo: vtque reuerear te omniú reuerēdissimum: vtque aliquando tua visione,(quæ omniú suauissima est) perfruar, vtque hoc iusto fine virtualiter saltem præstita, recta sint, & honesta,inque tuum amorem referibilia.

a *Libro de Consolat.*

b *Psalm.*1.
c *Psalm.* 38.
d *Psalm.*127.
e *Psalm.*118.

f 11. *quæst.* 3. *conc.* 4.
g *Capit.* 23. *numer.*18.

h 40.*distinct.* i 11. *quæst.* 3.
k *In dicta.* q. 1. *art.* 4. 1. 2.

l 2. *Metaph.* m *In art.* 6.

n *In* 4. *distin.* 49.

o 1. 2. *quæst.* 8.*art.*3. & q. 100. *artic.*10.

p 2. 2. *quæst.* 10. *artic.* 4. q *in* 2. *sentē.* di. 38. & *seq.*

r *Psalm.* 44. s *Ad Colos.*3. *ea.* nō *liceat.* 26. *quæst.* 5.

a 1.2.*quæst.*3. *artic.*3.

b *In* 2.*sent.*d. 40.q.1. *ar.*4.
c Di. 17. q.2.
d *Super Matth.cap.*6.
e *In moralib. cap.* 12.
f 32. *quæst.*1.
g *De pœnit. distinct.* 2.

h *In* 2.*li. sēt. distinct.* 40.
i *articul.*5.
k 1.2. *qu.*21. *art.* 3. & *qu.* 100. *artic.*10.
l *Qua*.8.*art.* 3. & *quæst.* 18.*artic.*3.& 9. *in addit. magn.*

m *Vbi supra*

n *In dist.* 41. *colun.*3.

o *Psalm.*44.

20 Addo sextò, quòd quamquam vnus & idem homo, vno & eodem tempore, non potest etiam falsè putare, duos esse sibi vltimos fines, cuius, neque quo: quia id secum pugnat,& compugnantia constare simul nequeunt.[a] Licèt item veri fines vltimi cuius, & quo non sint alij, quàm prædicti, etiam iuxta solam rationem naturalem,vt probat S.Thomas,[b] tot tamen sunt falsi, quot aliquorum falsæ opiniones,& peruersæ voluntates fingunt: & toties diuersis temporibus plures habere potest vnus & idem, quoties suam sacrilegam opinionem in aliam in eo illi similem mutat: quia vnicuique id est talis finis vltimus, quod ipse putat esse omnium amabilissimum, iuxta illud Apostoli. [c] *Quorum Deus venter est.* Ideóque grauissimum idololatriæ genus est velle,vel appetere,vel amare aliquid aliud à Deo vero, tamquam omnium amabilissimum, impiáque illa phrasis loquendi Virgiliana,*O Melibœe,Deus nobis hæc otia fecit: Namque erit ille mihi semper Deus, &c.* quam quidam, nimium sese amantes, imitantur, dum sese, suos deos, suósque angelos appellant, finem sui amoris vltimum sese esse innuentes, contra illud. [d] *Qui amat patrem aut matrem plusquam me,nō est me dignus,*quod tamē intelligendum est de maiori amore,quo ad firmitatem,non quo ad intensionem & feruorem, vt in Manuali Confessariorum, [e] declarauimus. Quò à peccato excusantur plurimi qui longè fortius ac intensius amant sese,parentes,vxores, vel amicos, quàm vltimum finem Deum: parati tamen saltem virtualiter, prius perdere illum feruentem, quàm diuinum vtcumque calidum,si sors tulerit,vt alter eorum sit necessariò perdendus. Quomodo vtinam omnes, qui sic amant, & sic loquuntur sint parati, vel saltem pœniteat eos non fuisse ita paratos: quo veniam confessi, consequantur. Amen.

21 Qui tamen & omnes alij meminerimus, quòd toties mortaliter peccamus, quoties ita pecuniam, honorem, amicos,cognatos,heros, Duces, Reges, Imperatores,Episcopos,Papam,immo & nos,vtámve nostram amamus: vt malimus legem, (quæ ad peccatum mortiferum obligat) transgredi, quàm prædicta, vel eorum gratiam amittere. An autem id sit constituere tacitè, vel æquipollenter, finem vltimum in eo quod præfert huiusmodi legi, quæstionis potest esse:quia id videri potest alicui sensisse vterque Thomas: [f] at ipse arbitror non constituere. Tum quia illi Patres non exprimunt hoc. Tum quòd alioqui bis peccarent omnes, qui semel scienter mortiferè peccarent: quia transgrederentur legem, quod est vnum peccatum, & ponerent finem vltimum in eo, quod est alterum. Tum quia multi peccant mortaliter cognoscentes minimè in eo consistere finem vltimum, licèt nouerint id esse illi exosum, & licèt à tentatione aliqua victi,agant illud, sciant tamen, id non esse omnium amabilissimum.

22 Addo septimò, verè pœnitentem, & omnia peccata sua,vt debet,cōfiteri volentem, recogitare oportere,num aliquando & quoties eo animo, actu siue actualiter, aut virtualiter fuerit. Actualiter,inquam,vel virtualiter: nam non sufficit ad peccandum habitu, seu habitualiter, illo animo fuisse: quia omnium sententia non peccamus habitibus, sed actibus: & qui eo habitu est, vt auctoritate propria vindicaret iniuriam, si ei fieret, vel rem haberet cum aliqua,si ab ea rogaretur, non peccat,si nullum super hoc alium actum produxerit. Quod etiam ex Cardinali S. Xisti pridem collegimus in capit. *quem pœnitet.* [g] alioquin enim etiam dormientes peccaremus contra clem. 1. [h]

23 Addo octauò, quòd ex verbis illis Christi, *Qui plus amat &c.* nemo colligat, eum, qui æquè amat vltimum finem,qui est ipse Deus,ad se vel aliam creaturam,non peccare. Tum quia qui comparatiuè æquè, vel minus amat Deum,quàm se vel alium,peccat,vt post S.Thomam,[i] diximus in Manuali Confess. [k] Tum quia plus tenemur diligere illum quàm alios, & quàm nos ipsos, vt probat S. Thomas,[l] & seruare præcepta eius, plusquàm nos,vitámque nostram, iuxta illud, *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me,* [m] quo docemur, oportere nos perdere vitam, si aliter eum sequi præcepta eius seruando nequimus. Quæ Catholica conclusio est, frequentérque per concionatores inculcanda: cum passim videre sit præcepta Pontificum, Regum, Regulorum,heroum,& amicorum iniusta, maioris haberi, quàm iusta Christi: & hæc ob ea frangi. Dixi superius, *qui æquè, vel minus amat Deum, comparatiuè.*nam qui sine vlla comparatione ad Deum,minus,vel æquè amat eum, non peccat: non enim omnis amor,quo Deus amatur,est malus, eo ipso,quod non sit sic per omnia erectus, vt videtur præsupponere vterque Thomas. [a]

24 Addo nono,quòd ex hac diuisione prima colligitur esse aliquid, quod propter se solum, & nō propter aliud, rectè amari potest, & ita est vltimus finis,quod nequit esse rectè medius,quod solus ipse Deus æternus, immensus, omniúmque principium & finis est. Est aliud, quod propter aliud solum, & propter se rectè amari potest, & ita non potest esse rectè finis vltimus, neque medius, cuius generis sunt bona pecuniaria, & honoraria, & omnia quæ dicuntur bona vtilia. Aliud est quod propter se, & propter aliud,rectè amari potest: & ita rectè potest esse finis medius,& non vltimus,cuius generis sunt virtutes, scientię,& alia honesta, immo & delectabilia, vt prędictum est suprà. [b]

Ex quo infertur,errasse illos, qui dixerunt, quemdam peccasse in eo,quòd iura diuina, & humana, vel artes liberales discret,eo tantùm fine, vt sciret, non referendo id in alium: quia scientia est finis medius, qui propter se solum, & propter aliud appeti potest, vt dictum est. Nec obstat illud S. Bernardi, [c] quo illi mouebantur, *Multi sciunt vt sciant, & curiositas est.* quia intelligendum est de illis,qui discunt scientiam ad gloriam vanam, vel alia vana,vel mala,vel non ideo,quòd scientia propter se solam, est rectè appetibilis.

SVMMARIVM.

25 FINES *& scopi vltimi,in quos viatores omnia referant, duo sunt.*
26 *Finis operantis licèt sit posterior fine operationis secundum ordinem exequutionis, est tamen prior secundum ordinem intentionis,& ita principalior.*
27 *Lex omnis iusta principalius sit ob vtilitatem publicam quàm priuatam.*
28 *Antinomia quædam graues conciliantur noué.& 29.*
29 *Legibus aliquot cur renunciari potest: licèt principalius publicam vtilitatem quàm priuatam respiciant.*
29 *Fortunius Cantaber laudatus.*
29 *Finis non idem iuris vtriusque secundum communem: sed contra Fortunium,qui quatuor dictis satis conciliatur.*
29 *Beatitudo vera,quæ Christiana est,supernaturali tantùm lumine cognoscitur.*

25 CIrca secundam finis diuisionem positam supra, [d] in finem cuius, & finem quo, admonendi sumus frequenter, quòd humanæ vitæ, omniumque in hoc sæculo eam agentium, qui viatores dicimur, duo tantùm sunt vltimi scopi, in quos omnia nostra in Deum referibilia, mediatè vel immediatè, actu vel virtute referre deberemus, videlicet finis cuius, qui est Deus ipse increatus, & infinitè bonus,& finis quo, qui est beatitudo ipsa animæ creata & finita,qua tamen ipse infinitus ad plenam & perfectam satietatem apprehenditur.

26 Ad tertiam diuisionem finis positam supra, [e] in finem operationis,& operantis addo,quòd quamuis finis operationis sit tantùm vnus,finis tamen operarij, siue operantis potest esse multiplex,nempe,ille ipse:qui est operationis & alij multi:vt ieiunij,quod est operatio, finis est corporis afflictio: & finis operantis & ieiunantis potest esse illa,& alia multa:puta vitia comprimere, mētem eleuare, virtutesque augere, vt missæ præfatio habet, & S. Thomas, [f] declarat.

27 Quamuis item finis operationis, quando est alius à fine operantis, sit prior illo secundum ordinem exequutionis,finis tamen operantis est prior secundum ordinem intētionis,vt probat S.Tho. [g] Est etiam principalior illo, iuxta illud Aristotelis.*Qui furatur,vt adulteretur, magis est adulter,quàm fur.* ædificantis enim domū ob lucrum per locationem eius quærendū, primus & principalior finis est lucrum,iuxta ordinē intentionis:quia ille mouet primū ad

ædificandum,

a *Le. vbi repugnantia.ff. de reg.iur. ca. si enim de pœnit. distinct.*2.
b 1.2. *qua.* 1. *artic.* 7.

c *Ad Philip.* 3.

d *Matth.*10.

e *Ca.*1. *nu.*3.

g *De pœnit. distinct.* 1.
h *De homic.*

i 1.2. *quæst.* 109. *artic.* 3.
k *Ca.* 11.*n.*8.

l 2. 2. *quæst.* 27.*artic.* 3.

m *Matth.*16.

n 1.2.*q.*88. *art.*4. & *seq.*

a *In* 1.2. *quæ.* 109. *artic.*3.

b *Numer.* 4. & 5.

c *Libr.*1. *Medit.*

d *Numer.* 6.

e *Numer.* 7.

f 2. 2. *quæst.* 147. *artic.* 1.

g 1.2.*q.*1.*a.*1. *ad* 1. & *ar.*4. *in corpore q.* & *q.*18. *art.* 2. *ad* 2. & *q.* 20. *art.* 1. *ad* 7.

ædificandum,licèt postremus sit in exequutione:quia post ædificatam domum quæritur.

28 Addo secundo, ex his inferri omnem legem iustam esse factam principalius ob vtilitatem publicam, quàm priuatam, iuxta cap. *erit autem lex*, [a] quia licèt multarum legum finis propinquior, & prior secundum ordinem exequutionis, sit vtilitas priuata, minorum, mulierum, &c. vt constat per totum titulum.ff. & C.de minor.& ad Velleia. & l. 1. [b] quia tamen ille finis est minus principalis, quamuis propinquior secundum ordinem exequutionis, & vtilitas Reipu. publica quæ inde resultat iuxta l. 1.[c] est finis prior secundum ordinem intẽtionis, & ita principalior, meritò dicuntur omnes latæ principalius ob publicam vtilitatem quàm ob priuatam: quæ omnia præclarè sensit Bartholus, [d] licèt parum cautè appellet ordinem intellectus, quem nos appellamus cum S. Thoma, & aliis ordinem intentionis,& non abs re:quia fines ad voluntatem, cuius actus & intentio pertinent: & non ad intellectum, iuxta S.Thomam receptum.[e]

29 Addo tertio,quòd per hæc componi possunt antinomiæ quædam & controuersiæ, quas nullibi legimus satis compositas,antequam nos scripsissemus rep.cap.*inter verba*. [f] Prima est inter illud quod in confesso est, multos multis legibus renunciare posse,vt habetur in l.*quod fauore*,8 & ca.*quod ob gratiam*, [h] cum glosijs & inter illud quòd omnis lex est facta principaliter ob vtilitatem publicam. Et quòd nemo potest renunciare legi in fauorem publicum principaliter latæ, vt est in l.*ius publicum*, [i] cap.*si diligenti*, [k] componitur enim respondendo, quòd hoc posterius intelligendum est de lege, cuius vterque finis primus tam secundum ordinem intentionis, quàm secundum ordinem exequtionis, est publica vtilitas: illud autem prius,de aliis: quarum finis primus est vtilitas priuata, secundum ordinem exequtionis.

Altera controuersia est, inter glossam, [l] & inter Cantabrum nostrum Fortunium dotibus inditis & quæsitis ingenij,morum,& eruditionis bene fortunatum,& in hac (quæ omnium totius orbis nobilissima prouincia est) Italia omni litterarum genere illustratum, [m] habet enim illa glossa vsque ad illum recepta,Leges factas in fauorem singulorum, vt minorum, mulierum, & similium, principaliter quidem factas esse ad vtilitatem priuatorum, sed secundariò ad vtilitatem publicam:Fortunius autem contra, eas principaliter latas esse in fauorem publicum,& secundariò in priuatum: componitur enim hæc controuersia, intelligendo verba illa principaliter, seu primò & secundario glossæ, iuxta ordinem exequutionis, & non secundum ordinem intentionis: verba verò Fortunij è contrario. Eodem omnino modo conciliari potest prædicta glossa cum Archidiacono & communi, [n] vti olim cum Salmanticæ Decreti cathedram regeremus, cõciliauimus.

Est item alia inter præfatum Fortunium & communem antinomia, siue controuersia: Ille enim, [o] tenet, eundem esse vtriusque iuris & canonici & ciuilis finem. Cuius cõtrarium tenent communis, quam sensit glossa, [p] communiter recepta & putata singularis ab Andrea Siculo, [q] & notatur à Dominico, [r] sensit enim ius ciuile dirigere hominem in bonum publicum honestum, non curando de vtilitate animæ: ius verò canonicum dirigere hominem in vtilitatem animæ,vitando eius periculum,iuxta cap.2.[s] ibi, *vt animarum periculis cauetur: &c.* Quod ipsum tenet Panormitanus, [t] Cardinalis & communis.

Omissa tamen altiori disputatione breuiter, & nouè dici possent quatuor. Primum,quòd iuris ciuilis quatenus est tantùm tale, & quatenus constituitur tantum per protestatem sæcularem, quæ est naturali ratione tantùm naturaliter ducta,non potest esse finis beatitudo & fœlicitas æterna, ad quam Christiani & fideles tẽdimus, & adipisci speramus: quod probatur primò illo irrefragabili argumento, Nihil potest esse finis alicuius libere agentis, nisi ab eo præcognitum:quia vt post Aristotelem ait S. Augustinus, [v] & post eum S. Thomas, [x] voluntas non fertur in incognitum. At potestas sæcularis, quatenus est tãtùm talis,non cognoscit,nec cognoscere potest præfatum finem: quia nõ potest cognosci per solum naturale lumen, & rationem naturalem: ergo non potest sibi præstituere illum finem. Deinde patet eo quòd potestas sæcularis est potestas naturaliter à Deo data generi humano, quæ dirigitur per ius naturale, rationemque naturalem & ius naturale, *capi.ius naturale*. [a] At ratio & cognitio naturalis,non attingit super naturalia: vnde S. Thomas, [b] & ipse cum Scoto & aliis omnibus commentantibus, in prologo sententiarum concludunt necessariam esse homini scientiam reuelatam, & supernaturalem ad hoc vt saluetur, & adipiscatur vitam æternam,quæ physicus & naturalis cognoscere non potest iuxta illud. [c] *Oculus non vidit, Deus absque te,quæ præparasti diligentibus te.*

Secundum,quòd fœlicitas humana huius vitæ temporalis,quæ consistit in virtute morali & naturali, quæque est virtuosa naturali rationi conformis, potest esse & est finis iuris ciuilis, & legum sæcularium humanarum quatenus illæ tantum à potestate naturali rationis feruntur, iuxta Aristotelem, [d] & S. Thomam, [e] & satis probatur in procemio Decre. ibi. *Lex proditur vt appetitus noxius sub iuris regula limitetur,per quam genus humanum,vt honestè viuat,alterum non lædat,ius suum vnicuique tribuat,infarmatur.* & in c.*facta*. [f] *Factæ sunt autem leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutáque sit inter probos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrænetur audacia, & nocendi facultas.*

Tertium, quòd iuris canonici siue Pontificij, etiam quatenus est humanum,per potestatem ecclesiasticam supernaturalem constitutum, potest esse & est finis fœlicitas æterna, quam Christiani quærimus, & adipisci speramus. Tum quia hoc significant præfata ca. *cum contingat*,8 & c.2. [h] & etiam ca.1. [i] c. *quamuis pactum*. [k] totus titulus de summa Trinitate in Decretalibus Sexto, & Clementinis totus titulus de baptismo, de celebratione missarum,de pœnitentiis & remissionibus & multæ causæ, & quæstiones, quæ in Decreto Gratiani ponũtur,extrauagans. *vnam sanctam*. [l] canones item Apostolorum,& Concilia œcumenica & prouincialia in hunc finem principaliter habita. Tum quia Ecclesia Christiana,sicut à Christo clauem potentiæ suæ summam, eãdemque supernaturalem potestatem ligandi atque soluendi etiam mediantibus legibus accepit,iuxta c.*quodcunque*. [m] & extrauag.*quia quorundam*. Ioannis xxij. [n] ita etiam accepit clauem scientiæ,ac cognitionem fidei orthodoxæ,vt per præcitata constat: & ita legibus supernaturali potestate à se latis finem quoque supernaturaliter lumine fidei cognitum, & præstituere potuit, & præstituit.

Quartum,quod iuris ciuilis, quatenus est à Christianis Imperatoribus & Regibus etiam potestate naturali compositum,aut approbatum,finis potest esse, & est fœlicitas æterna,quam Christiani credimus & speramus: quoniam licèt potestas eorum sit tantum naturalis,& non possit ad supernaturalia extendi, habent tamen cognitionem fidei infusam,& acquisitam,qua cognoscunt,& credunt vitam, quam Christiani quærimus æternam : & ita vt omnia virtutum aliarum opera possunt in eam referre, ac frequenter actu vel virtute referunt: ita etiam suum ius, suasque leges,quæ sunt opera quædam eorum præcipuè possunt in eamdem referre ac referunt, quod satis constat ex inscriptione illa C. *In nomine D.N.Iesu Christi.* & ff. *In nomine Domini.*& clarius ex l.1.& l.2.& l.*inter claras*. cum his quæ inferuntur ei ex epistola Iustiniani, [o] & ex l. 1.& 2. [p] & titulis de Episcopis & clericis & de Episcoporum audictia & aliis multis,quibus quatuor arbitror dictis,satis conciliari posse illa, quæ præfatus eruditissimus Fortunius ait, cum his quæ communis docet.

Ex quibus infertur, id quod ipse persuadere nititur ius ciuile compositum à Iustiniano ex mente ipsius explicita vel implicita ita interpretandum, vt non fuerit ei vlla intentio contraueniendi sacris canonibus legirimè ab Ecclesia,Papa,& Conciliis œcumenicis ante illum latis, vel postea ferendis, quoad ea, quæ ad vitam æternam consequendam sunt necessaria.

SVMMARIVM.

30 Actus cuiuscunque virtutis, quamlibet bonus, & principaliter fiat ob bonum temporale siue pecuniarium siue honorarium malus.

30 Regula illa,cuius finis malus est,&c.sine vlla exceptione vera.

30 Bona virtutis & animę præstatiora bonis corporalibus & vtilibus

31 Fortia

a 4. *distinct.*

b §. *huius studij. ff. de iust. & iur. eff.Solu.matrim.*

d *In leg. ambitiosa.nume 19.ff. de decret. abordi. facien.*

e *1. 2.qu.8.in princ.& qua. 12. artic. 1.*

f *11. quæst. 3. conclu. 5.*

g *C. de legib.*
h *De regul. iur. libr. 6.*

i *ff. de pact.*
k *De foro competen.*

l *Leg.1.§.huius studij. ff. de iustt. & iu.*

m *In libr. de vlt fine vtriusque iuris. in principio.*

n *In d.ca.erit autem lex.4. distinct.*

o *In lib. præfato de vltimo fine vtriusque iuris. in principio.*

p *Cap. cum contingat, de iureiur. ver. debet.*

q *In c.in præsentia. col. 3. de probat. & cap.nam concupiscẽtia de constit. col.3. & ca.caterũ. de iuram.calum. & cap. filius.col.2.de testament.*

r *Cap.2. de constit.libr.6.*

s *De constit. libr.*

t *In procemi. Greg.col. 10.*

v *Lib. 10. de Trinit.*

x *1. 2. quæst. 3. artic. 4.*

a *1.dist. & in prime. 1. dist.*

b *1.part.q.1.*

c *Esaie. 64.*

d *Li.5. Ethic.*
e *1.2.q 93.ar. 2.& qua. 96. art .3.*

f *4. distinct.*

g *De iureiur.*
h *De constit. lib.6.*
i *De pact.c.1. de oper. nou. nunc.*
k *de pact.li.6. c.licet mulieres.de iureiu. eodem libr.*
l *De maiorit. & obedien.*

m *24.qua.1.*
n *De verb. signific.*

o *De summa Trinit.*
p *De vet.iu. enucl.*

31 Fortia facta ob honorem aut pudorem peccata.

32 Actus virtutum facti principaliter ob salutem, & vitam mali, secundum Adrianum:quod non est verum in omnibus.

33 Actus virtutis iustè fit minus principaliter ob temporalia bona.

33 Finis iustus omnium actuum virtutum Deus.

34 Beatitudo & virtus, vt comprehendit diuinam, & humanam, & ratio,vt est genus ad naturalem, & supernaturalem.

35 Fine quo satisfit obligationi ponendi finem actui.

36 Finis malus, quia malum culpæ, & finis malus, quia ineptus differunt.

a *Numer. 8.*

30 EX quarta finis diuisione posita supra,[a] in bonum & malum, & membrorum definitionibus, colligitur primò, quòd quicumque aliquem virtutis actum agit, principaliter ob bonum aliquod tẽporale pecuniarium, immo & honorarium,quod pecuniatio maius est,peccat, si actualiter vel virtualiter non referat illud in Deum, aut beatitudinem,vel aliquam virtutem ei conuenientem generalem, vel specialem. Tum, quia sine vlla exceptione vera est illa regula topica supra, [b] citata. *Cuius finis malus est, ipsum quoque malum est:* fundata in hoc cap.*cùm minister*, & aliis postea citandis, licèt altera eius germana, scilicet, *Cuius finis bonus est,ipsum quoque bonum est*, frequenter sit falsa, iuxta capit. *fortè*, quòd de furante ad eleemosynam faciendam agit,& cap.*denique*. [c] At finis medio minor ineptus est,& consequenter malus: & constat virtutes, & animæ bona præstare bonis corporalibus, & vtilibus, [d] ergo hæc inepta sunt, vt illorum fiant scopi & fines: & per consecutionem,qui ea facit, finem principalem actus virtutis, inordinatè, maléque facit. Tum per illud Persij ab omni schola Christiana receptum.*Recti finem, extremúmque esse recuso, Euge tuum & bellè.* Tum quia grauissimè id determinat Adrianus, [e] per illa verba, *Qui vult bene agere,Deo placere, iustè iudicare, liberalem,fortem, magnanimum, temperatum se exhibere, propter honorem, corporis salutem, siue intendat, vt finem totalem, siue vt finem partialem, actus neque iustus, nec liberalis, neque magnanimus est: sed agit malè & peccat.* Per dictum item Aristotelis, [f] omnium sententiæ consonum, *Qui quamlibet strenuè pugnet: si ob honorem, & gloriam, vel pudorem id facit, non agit fortiter, sed vitiosè.* Et per illud S. Augustini relatum per Magistrum,& alios,8 & à S. Thoma. [h] *Qui ob victum prædicat, non meretur, sed peccat,* & Caietanum super Matth. [i] *Qui largitur eleemosynam, vt laudetur, saltem venialiter peccat*, & ante illos Gratianus, [k] *Qui dat ob pudorem, & rem, & merita perdit, neque bene agit qui bonum ob timorem agit.*

b *Numer. 1.*

c *14. quæst.5.*

d *Cap. deteriores.6.qu.1.*

e *Quodlib.9. 1. liter. C.*

f *Ethic.3.*

g *In 2. distin. 38.*
h *Quodlib.2. artic. 2.*
i *Capit. 7. pœn. 2.*
k *Cap. final. 23. quæst. 6.*

l *Numer. 5.*

32 Ampliandam esse conclusionem hanc etiam ad eum, qui agit aliquem virtutis actum ob corporis salutem, expresit præfatus Adrianus, vbi supra: sed contra putamus. Tum quia supra,[l] diximus,vitam, & bona delectabilia iustè posse amari, & appeti propter se tantùm, cui consequens est iustè illa fieri posse finem aliquarum bonarum operationum. Tum quòd alioqui consequeretur, quòd actus abstinendi à nimio cibo, & potu, qui sunt actus virtutis, abstinentiæ, & sobrietatis, ad conseruandam salutem, & vitam, vti etiam pharmacis, & aliis medicinis, ad recuperandam salutem amissam, esset peccatum, quod est contra omnium Doctorum mentem. Quare illud Adriani arbitror limitandum, vt solùm habeat locum, in actibus virtutum maiorum virtutibus illis, quarum actus iustè ordinari possunt ad salutem & vitam:quales sunt amor Dei, & actus spei, & religionis, quarum finis aptus & proportionatus nequit esse salus & vita hominis. Vnde qui amaret Deum,vel crederet in eum, vel speraret in eo,vel eum veneraretur principaliter propter salutem, & vitam suam conseruandam, peccaret: quia de illo, quod est minus bonum faceret finem maioris boni: ille verò, qui actum abstinentiæ, sobrietatis, temperantiæ, continentiæ & aliarum similium virtutum, finem faceret suam vitam, & salutem, non peccaret: immo si alia in id necessaria concurrerent, mereretur.

33 Ampliaret etiam aliquis hanc conclusionem per præfati Adriani dictum,etiam ad actus,qui licet principaliter fierent propter finem debitum, minus tamen principaliter propter bona vtilia, eo quòd ipse ait præfatam conclusionem esse veram,siue ille finis sit totalis, siue partialis. Sed non rectè faceret, qui sic ampliaret eam, immo est limitanda,vt solum intelligatur de fine principali, & non de minus principali:quia nihil ait Adrianus de fine minus principali,sed solum de partiali, qui frequenter est principalis:quoniam duo fines partiales possunt esse principales vnius,& eiusdem actus, [a] & infra dicemus, exemplum de ieiunio, quo quis ieiunat dies quatuor tẽporum Quadragesimæ, in finem satisfaciendi præcepto de ieiunando dies quatuor temporum, & in finem satisfaciendi præcepto de ieiunanda Quadragesima, qui duo fines sunt quidem partiales,sed principales.

a §. *assinitatis. Institut. de nupt.*

34 Secundo colligitur, quòd omnium actuum quarumcumque virtutum finis principalis aptissimus & optimus est Deus ipse,qui est vltimus finis cuius, omnium rerum. Beatitudo item,quia est vltimus finis quo, potest esse finis & principium omnium actuum intellectus & rationis, quamuis nequeat esse finis principalis caritatis & amoris Dei,qui propter se ipsum solùm principaliter est diligendus,vt Sanct. Thomas declarat. [b] Virtus item in genere, & recta ratio,sunt fines boni & apti omnium virtutũ moralium & actuum illarum:quisquis enim agit iusta, fortia, & temperata,quisquis amat Deum, vel credit in eum, vel sperat in eo,quia id facere est virtus theologa,vel moralis, vel quia ratio naturalis,vel supernaturalis id dictat, bene facit. Quælibet etiam virtus est finis aptus actuum ad eam conuenientium: qui enim iusta facit,quia iusta sunt, qui fortia,quia fortia sunt,quique temperata, quia temperata sunt:bene facit. Finis item aptus est etiam quælibet virtus altior, & maior respectu cuiuslibet actus inferioris virtutis: nam qui iusta, fortia, vel temperata facit, vt placeat Deo,vel vt caritas, fides, & spes magis ac magis augeatur in eo,rectissimè agit.

b 2. 2. *quæst. 27.art.3.*

35 Tertio colligitur,quod obligationi quã omnes habemus præstituendi fines bonos, & aptos omnibus nostris actibus deliberatis, vt longè post hæc scripta, [c] diximus, satisfacimus optimè quidem, si eos agamus, vt Deo placeamus,& egregiè,si vt fiamus beati, & sufficienter, si eo quòd sunt recti, vel honesti,seu virtuosi,seu quia recta ratio diuina,vel humana id dictat: nam quodlibet horum, quæ in effectu idem sunt, licèt verbis differant, est iustus generalis finis omnium actuum quarumlibet virtutum. Sufficienter item satisfacit præfatæ obligationi, qui aliquod iustum facit,quia iustum est,vel forte,quia forte est, & modestum,quia modestum est,&c.quia quælibet virtus specialis est iustus finis actuum ad eam pertinentium. Satisfacit etiam qui ieiunat,aut refrænat iram, vt animam & corpus quadantenus Deo sacrificet: quia virtutem altiorem scilicet religionis, facit finem actuum virtutum inferiorum,videlicet abstinentiæ, & mansuetudinis. Non tamen contra satisfaceret, qui oraret, vel sacrificaret principaliter,vt abstinens fieret: quia virtutem inferiorem faceret finem principalem actus virtutis superioris, quod non licet per prædicta.

c *In præalu. 5. Man.Confes.*

36 Quartò infertur, quòd finis malus, eo quòd sit malum culpæ, & malus, non eo quòd est malum, sed quia ineptus est,eo quòd sit medio minor,plurimum differunt. Primo quidem quia ille non potest esse finis principalis, neque minus principalis actus boni, etiam si tantùm veniale malum sit: hic autem licèt non possit esse finis principalis, potest tamen esse minus principalis: ieiunare siquidem, & orare, immo & diligere Deum, si ea etiam minus principaliter, ob fructum paruum, veniale tantum, vel ob inanem, (quæ venialis tantum sit) gloriam agas, peccas: etiamsi principaliter ob Deum ipsum ea feceris. Qui autem illa principaliter facit ob Deum, beatitudinem, vel virtutem, siue quia recta sunt, non peccat: etiam si minus principaliter, ob ea sperat assequi aliquod bonum temporale, pecuniarium, vel honorarium,vt mox probabitur.

Secundo differunt,quòd ille nulla relatione ad superiorem finẽ potest fieri aptus,hic autem sic.Qui enim ieiunat vt furetur,ad dandũ pauperibus,peccat:quia,vt dictum est supra,[d] nullum peccatũ rectificatur,per eius in finem bonum relationem. Qui autem ieiunat ob pecuniam, quam ob id sperat,ad hoc,vt eam pauperibus eroget, nõ peccat, immo bene meretur : quia illa pecuniæ acquisitio in

d *Numer.15.*

erogationem pauperibus amore Dei faciendam, relata, tranformatur in finem caritatis: quæ finis omnium operum bonorum sanctissimus esse potest.

SVMMARIVM.

37 CAVSA finalis incautè definitur à Bartholo.
37 Finem principalem non arguit cessatio operis illo cessante.
37 Fines multi possunt esse principales eiusdem actus.
38 Actus omnis cuius finis etiã minus principalis est malus, malus.
39 Finis principalis nullius actus virtutis potest esse bonum temporale.
39 Finis minus principalis inseruientis Deo, Ecclesiæ & prælato, potest esse beneficium ecclesiasticum, & mutuantis lucrum.
39 Mutuans iustè sperat lucrum minus principaliter.
39 Distributiones ob lucrandas minus iustè surgitur.
40 Pœnas qui statuunt, & qui ob eas obediunt, vt peccent.
40 Timor seruilis, qui bonus, & qui malus.
41 Præmia qui statuunt, & qui ea quærunt vt peccent.
42 Timore Dei seruitium qui bene, & qui male merentur.
42 Timorem quem non compatitur caritas.
43 Finis principalis orationis iustus nequeunt esse temporalia.
43 Finis minus principalis, & obiectum orationis possunt esse temporalia, non autem finis principalis.

37 EX quinta finis diuisione supra, [a] posita, in principalẽ & minus principalem, eorũque definitionibus infertur, primò, quòd parum cauta est definitio finis, seu causæ principalis finalis, Bartholi, [b] & quam sentit glossa, [c] & alij, quos citaui in repet. cap. *inter verba.* [d] Et in cap. *cum cessante*, [e] videlicet, esse finem quo cessante cessat opus. Tum quia illa multis finibus minus principalibus conuenit, per prædicta. [f] Tum quòd alioqui paucissima essent opera etiam in sese bona, quæ non essent peccata, omnes enim virtutum actus, quorum finis principalis est aliquod bonum temporale, est peccatum, vt supra, [g] probatum est, & rarissimi sunt qui nisi ob ea speratur aliquid temporale, illa facerent, iuxta illud Iuuenalis. *Quis enim virtutem amplectitur ipsam præmia si tollas?* Tum quia licèt operis cessatio, cessante causa, sit aliqua coniectura quoad forum exterius, quòd sit principalis, non tamen cõcludit, & quoad forum inferius nihil ferè facit, quoniam quoad illud æstimatio animi, quia sic æstimantur causæ, facit, vt alia sit principalis, alia verò minùs principalis.

Secundo infertur, quòd vnus & idem actus potest habere multos fines principales, & multos minus principales, & multos, quorum alius, vel alij sunt principales, & alius vel alij minus principales, pro quo est §. *affinitatis*, [h] & l. *librorum*, [i] vbi & in l. 1. [k] Bartholus potest enim quis ieiunare principaliter vno & eodem die, quò fiat abstinens, & quò præcepto Ecclesiæ obediat: & quò pro peccatis satisfaciat, & quò Deo placeat. Et primo fine meritum abstinentiæ meretur, secundo obedientiæ: tertio pœnitentiæ, quarto caritatis, vt pridem diximus, in cap. *fratres*, [l] quod plurimum nos mouere debet ad facienda bona ob multos fines bonos: quò multa merita eadem opera, & labore quæramus, referendo in multos fines principales ea, quæ ob vnum tantùm facimus, vt in prædicto exemplo.

38 Tertio infertur, quòd omnis actus quamlibet bonus cuius finis siue principalis siue minus principalis est malum culpæ saltem veniaIiter adeo est malus, vt nulla relatione in bonum aliquod etiam summum, fieri potest bonus. Nec obstat, quòd subtiliter opponi potest, dixisse nos supra, [m] quòd finis malus, eo solo quòd est ineptus ad hoc, vt sit finis principalis, potest esse bonus, si referatur in altiorem finem: putà actus iudicandi ac consulendi ob amorem pecuniæ, propter ipsammet solam, est peccatum, saltem veniale, fieri potest bonus referendo pecuniam ad largiendam eleemosynam, vel ad honestè viuendum. Non inquam, hoc obstat: quia consulere vel iudicare ob pecuniã propter se solam, est alius actus ab actu consulendi, & iudicãdi propter pecuniam in prædictos fines relatam: & ita nõ probat argumentũ, quòd idem actus qui est mal[9] ob finem malum culpæ, fiat bonus per relationem finis illius in alium maiorem: quamuis probet, quòd vna & eadem res, quæ propter se tantùm desiderata inficit desiderium, eadem propter aliud desiderata rectificat illud: sed illa desideria non sunt vnum, neque possunt esse, quia secum pugnant, sed duo, quorum alterum est bonum, & alterum malum.

39 Quarto infertur, quòd licèt nullius actus virtutis finis principalis possit esse bonum temporale: immo quilibet actus virtutis quamlibet in se bonus, efficiatur malus, si fiat principaliter ob aliquod bonum temporale, non tamen si fiat minus principaliter ob illud, primo quidem, per illud, [a] *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem.* vbi verbum, *propter.* significat causam impulsiuam, siue finem minus principalem: quod significare aliquando dicit S. Thomas suprà, [b] citatus. [c]

Deinde quòd vrbanus Papa, [d] & Cælestinus, [e] determinarunt licere clericis seruire Deo in Ecclesiis, ob spem ascendendi ad dignitates illarum: immo Gelasius, [f] dixit in hæc verba, *Commoda presbyteri propensius quàm diaconi consequantur, vt hac saltem ratione constricti, & honorem quem fugerant appetere nitantur, & quæstum.*

Tertio quòd Valerius Maximus, [g] ait vbertimum virtutis alimentum esse honorem. & Cicero à Christianis probatus, & à S. Augustino relatus. [h] *Honor alit artes.* & Iuuenalis, [i] *Quis virtutem amplectitur ipsam, præmia si tollas?*

Quartò quòd glossa recepta, [k] dicit expresè per illum textum, licere clerico seruire in Ecclesia, ad quærendam aliquam dignitatem, modo principaliter ob id nõ seruiat: cui similis est glossa 1.[l]

Quintò quòd glossa, [m] habet, quòd licèt peccet qui mutuat principaliter ob lucrum, non tamen qui principaliter id facit, vt iuuet proximum, & quia id ratio dictat: quamuis minus principaliter, & secundariò id speret. & glossa cap. *cum esset.* [n] & ca. *cum ad nostram.* [o] aiunt, simoniam quidem admittere illum, qui prælato inseruit principaliter ob beneficium ecclesiasticum præsertim interueniente pacto: non autem qui principaliter ob alium iustum respectum inseruit, licèt secundariò, & minus principaliter ob illam spem inseruiat. Quod pulchrè de more declarat Adrianus. [p] Facit denique glossa illa celebertima, [q] quæ ait, peccare quidem eum qui surgit ad matutinas preces principaliter propter distributiones quotidianas: non autem illum, qui surgit principaliter, vt Deo inseruiat, & minus principaliter & secundariò, vt eas lucretur.

40 Quinto infertur ratio excusandi superiores præcipientes aliqua sub pœna temporali, & subditos obedientes ob eam eis, qualia sunt citata per Gratianum, [r] & ca. *irrefragabili.* [s] & capit. *vt clericorum.* [t] cum multis aliis Pontificis & Cæsareis decretis, quibus superiores metu pœnarum cogunt subditos ad agendũ bona, & ad abstinendum à malis: videri enim posset alicui, hoc esse peccatum, eo quod videatur incitare subditos ad peccãdum, nempe ad obediendum ob finẽ excusandi se à pœna temporali, quod est quoddam bonum temporale, & tale bonum nõ potest esse finis actus virtutis. & si subditi peccarent obediendo propter pœnam, peccarent etiam superiores præcipiendo aliquid sub ea: quia facientes & consentientes, &c. [v] Sed ratio excusandi à peccato tam superiores, quàm subditos est, quòd ipsi non statuunt pœnas ea mẽte, vt subditi principaliter ob eas obediant: quia id esset velle vt peccent, & consequenter ipsi peccarent, iuxta dictum cap. *notum.* [x] sed potius ea, vt inferiores obediãt principaliter ob virtutem, & minùs principaliter ob pœnas, & ita non peccant: quia non iubent quicquam, quod sine peccato nequeat impleri per inferiores, si velint: & si ipsi obediant eis principaliter, vt euitent pœnam, peccant quidẽ quoad forum interius, non culpa superiorum, sed sua propria: cùm possint ea sanctè implere solius virtutis amore, aut saltem eius amore principaliter, & minus principaliter pœnæ timore: amplectentes illud, *Oderunt peccare boni virtutis amore.* & fugientes illud, *Oderũt peccare mali formidine pœnæ.* Itaque quicumque principaliter præcipiũt vel obediunt ob pœnam, peccant quoad forum interius, qui verò principaliter ob virtutem, & minùs principaliter propter pœnam, rectè agunt, qui verò penitus ob solam virtutem obediũt, melius agunt: & experiẽtur illud falsum dictum gloss. [y] Deus

a *Psalm.118.*
b *Numer.3.* c *In 2.2.qua. 27. art.1.* d *In cap.5 of ficia. 59. diff.* e *In ca. quid proderit. 81. distinct.* f *In cap. consuluit. 74. d.* g *Lib.2.cap.1. de Areopago.* h *Libr.1. de Ciuitate Dei. cap. 2.* i *Satyr.10.* k *In dict. cap. quid proderit l. Ca. hoc ad mos.59. distin.*
m *Ca. consuluit. de vsur.*
n *De simon.* o *De electio.*
p *Quolib. 9. art.2. sub litera L, M, N, O.*
q *Cap. de cle. non resid. li.6.*
r *In cap. 1.2. 3. & 4. 26. quæst. 6.* s *De offi. ord.* t *De vit. & honest. cleric.*
v *Ca. nuũ.2. 93.1. & c.1. de offic. deleg.*
x *2. quæst.1.*
y *Capit.1. de collus. ãteg.*

non est remunerator verborum, sed aduerbiorum, id est, non remunerat bona facta, sed bene facta.

41 Sexto infertur ratio, qua excusantur legislatores, & alij pij & eruditi, qui in Indiis & alibi solent inuitare infideles muneribus, & blanditiis ad fidem Catholicam, & parentes filias ad religionem, ne innuptæ pereant, & heri siue domini, qui promittunt præmia famulis confitentibus & communicantibus extra Quadragesimam, & qui statuunt in Ecclesiis distributiones quotidianas horis canonicis interessentibus: licèt enim secundo videri possent peccare, eo quòd incitant ad faciendum actus virtutum propter bona temporalia, & sic ad peccandum, excusantur tamen eò quòd, qui talia promittunt, & statuunt non ea mente id faciunt, vt ij quibus illa promittuntur, ob ea principaliter moueantur, sed vt per ea veluti per calcaria, minus principaliter moti & impulsi, ea bona principaliter ob Deum, vel virtutem faciant: sicut glossa singularis, quæ penultima est, capit. 1. [a] probè sensit: nam qui contraria mente mouerent, vel mouerentur, peccarent.

42 Septimo infertur, quòd omnia illa quæ probant licitum esse seruire Deo ob timorem malorum, vel amorem bonorum, quale est illud. [b] *Eum timete qui potest animam & corpus perdere in gehennam*, vbi, *timete*, significat, seruite cum timore, secundum Gratianum, [c] in summa, qualia item alia multa, quibus olim sub lege naturæ & Mosaica, & post eas sub lege gratiæ, Deus ipse multos ad iustitiam, vel ad augmentum eius traxit, & trahit amore bonorum temporalium: & timore malorum temporalium vel æternorum, iuxta illud. [d] *Bona terra comedetis.* adiuncto cap. *non omnis*, [e] quòd omnia inquam intelligenda sunt de amore, quo bona temporalia minùs principaliter amantur, & de timore quo mala temporalia minus principaliter timentur: timor enim seruilis quo principalius mala pœnæ timẽtur, quàm mala culpæ, & qui hominem ita afficit, vt nolit peccare propter pœnam, peccaturus, si ea non immineret, peccatum est, & mortiferum quidem, si tale est illud, à quo propter timorem abstinet: nec eum caritas compatitur, sed seruilis ille, quo timetur quidem malum pœnæ, sed minùs principaliter, & minus quàm malum culpæ, & quo ad Deum accedimus, bonus est, & donum Dei, vt colligitur ex S. Thoma. [f]

43 Octauo infertur, non obstare prædictis, quòd licet petere à Deo temporalia, iuxta illud. [g] *Tribue victui meo necessaria*, & quòd illud licet desiderare, quod licet & petere, vt ait S. Augustinus. [h] Et quòd hoc est iuxta doctrinã Dominicam, [i] qua docuit nos petere, *panem nostrum quotidianum.* Et quòd petitio à Deo, actus est virtutis, & non qualis qualis, sed religionis, quæ est moralium suprema, iuxta S. Thomam. [k] Infertur inquam, hæc non obstare: quia aliud est obiectum, vel materia actus virtutis, siue finis operationis, de quo agunt prædicta, quod concedimus esse frequentissimè bonum temporale: aliud finis operarij & principalis, de quo loquimur. Vnde qui petit à Deo victum vel temporalia bona non debet facere illa finem orationis suæ principalem, sed ipsum Deum, cui obsequitur orando vel volendo ad obsequendum ei, vel in gloriam eius. Quod vtinam omnes animaduertamus, licèt possit facere minus principalem, vt subtiliter declarat S. Bernardus. [l]

SVMMARIVM.

44 FINIS principalis actus virtutis nequeunt esse laus, honor, fama & gloria.
44 Intellectus illius Pauli, Qui gloriatur, in Domino glorietur, &c.
44 Prædicanti ob gloriam humanam, non quæritur laureola doctoralis.
44 Bona honoraria esse bona fortunæ, ineptáque vt sint finis principalis virtutis.
45 Possunt autem esse finis minus principalis.
45 Restitutio bonorum pecuniariorum excusatur, si fieri non potest, absque amissione honorariorum.
45 Brauia ad honorem incitantia licita.
45 Coronæ honoris variæ, pro variis gestis Roma instituit.
45 Laureæ honoris literariæ tres, baccalaureatus, licentiatus, & doctoratus.
46 Honoraria bona, quæ probant esse inepta pro fine actus virtutis, intelligenda de fine principali, & quæ contrarium probant de minus principali.
47 Laus quid, & in quo ab honore differat.
47 Laus etiam sine sermone literis sacris & canonis.
47 Laus non solùm virtuti, sed etiam aliis bonis debita.
48 Honor quid?
48 Fama quid? & aliter quàm à iurisconsulto definita.
49 Gloria quid?
49 Reuerentia quid?
50 Honoraria bona scilicet reuerentia, laus, fama, honor, & gloria conueniunt. Primò quod numquam aliud pro alio ponitur. Secundò quòd nullum eorum est virtus: & quòd bona externa fortunæ, excepta aliquando reuerentia: & quòd non sunt propter se amanda. Tertiò, quòd omnia illa sunt maiora quàm pecuniaria. Quartò quòd sunt minora quàm vita & alia corporalia bona.51.
51 Bona honoraria præcedunt pecuniaria.
51 Intellectus leg. isti quidem. ff. quod met. caus.
52 Intellectus leg. Codicillis, §. Matre. ff. de leg. 2.
52 Patrem magis tenetur diligere filius quàm filium pater.
52 Adulterij peccato cur maius homicidium.
52 Gloriam Romani gentiles cur vitæ præponebant.
53 Honore pro seruãdo moriendũ vulgatum elogium, seu error, nisi.
53 Gratia pro seruanda non obiisse Eleazarum, sed pro virtute: quæ gloriam meretur.
53 Vitam honori & gloriæ, & virtutem virtuti præferendam.

44 NOno infertur, quòd quinque illa bona honoraria, videlicet reuerentia, laus, honor, fama, & gloria humana, non possunt esse fines principales alicuius actus virtutis: & quòd quicumque ob ea principaliter facit aliquid, peccat: etiamsi illud, quod facit de se sit maximè bonum.

Primò quidem per illud. [a] *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioqui mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est*, & per illud Euangelistæ alterius. [b] *Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis?* per quod S. Augustinus, [c] ait, amorem gloriæ humanæ fidei Christianæ obuiare, ad perditionem eius disponendo.

Secundo per illud Pauli. [d] *Qui gloriatur in Domino glorietur*, id est, qui appetit gloriam, non appetat humanam, sed diuinam, quam cognoscendo, & amando Deum, & ea quæ ab eo habet, accepta ferendo illi, in cuius quæ gloriam referendo assequetur, vt in effectu ait S. Thomas, [e] & colligitur ex eo quod subiungit, *Non enim qui se ipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat.*

Tertio per illud S. Augustini. [f] *Sanius videt, qui laudis amorem vitium esse cognoscit.*

Quartò, quòd per illud ait S. Bernardus, [g] laudem exteriorem hominum esse vanam, & interiorem conscientiæ minimè sufficere: ideóque diuinam qua laudemur quærendam. Et per illud eiusdem S. Bernardi, [h] *sunt qui scire volunt vt sciantur: & turpis vanitas est.*

Quinto, quòd S. Thomas, [i] concludit, non quæri laureolam in cœlo doctoralem, prædicanti bene ob gloriam, & Aristoteles, [k] ait non esse magnanimo curandum vt laudetur, & quidam sapiens ad quemdam philodoxum dixit, *summa laus est non ambire laudem.* & Salustius de Catone, *Quo minus quærebat gloriam, magis eum illa sequebatur.*

Postremò per rationem qua fundat hæc omnia ille irrefragabilis syllogismus in secundo modo primæ figuræ, quem appellant, *Celarent*, scilicet, Nullum temporale bonum fortunæ potest esse finis iustus principalis illius actus virtutis, vt suprà, [l] latè probatum est. At quodlibet horum quinque est bonum temporale fortunæ, vt suprà, [m] probatum fuit. Ergo nullum illorum potest esse iustus finis principalis illius actus virtutis. Per quam eamdem rationem syllogisticam significatur omnes prædictas auctoritates, & alias eis similes intelligendas esse de illis, qui finem principalem suorum actuum aliquod horum quinque faciunt, aut de illis, qui hæc ea parte qua sunt vana vel mala quærunt: quod quando contingat infra dicetur. Per quam intelligentiam responderi potest eis, quatenus sequenti conclusione contraire videri possint.

45 Decimo infertur, quòd præfata quinque, scilicet reuerentia, laus, honor, fama, & gloria possunt esse fines mi-

a *De cleric. non resid. lib. 6.*
b *Matth.10.*
c *23.q.4.*
d *Esai.1.* e *5.q.4. c. Nabuchodonosor 23.q.4.*
f *2.2.q. 19. per totam, præsertim art.4.* g *Prouerb.30.* h *Lib. de orãt. de Deum, ad Probam.* i *Matth.6. & Luc.11.* k *2.2.q. 81. art.6. & leg. volut. ff. de inst. & iure.*
l *Serm. 40. super Cant.*

a *Matth.6.*
b *Ioannis 5.* c *Lib.5. de Ciuit. Dei c. 14.*
d *2. ad Cor. 10.*
e *Super eod. cap.10.*
f *Lib.5. c.13. de Ciuit. Dei.* g *In sermonibus paruis fol.18.*
h *Serm.3. super Cant. col. 3.* i *Quodlib. 3. art.12.* k *Ethic.1.*
l *Num.30.* m *Num.5.*

nus principales actuum virtutum:& quòd qui eos agit,ob ea minus principaliter respecta, non peccat. Quod probatur primo per illud.[a] *Luceat lux vestra coram hominibus*,& illud,*Sint lucernæ ardentes in manibus vestris.*[b]

Secundo per illud Pauli, [c]relatum in cap. *inter verba.* [d] *Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ.*Et ne dicas eos agere de laude diuina pondera, quòd loquuntur de laude conscientiæ propriæ,quæ est creatura.

Tertio quòd id efficaciter probatur, eo quòd bona pecuniaria licitè possunt peti à Deo, & appeti, & pro fine minus principali poni, vt suprà, [e] probatum est. At bona honoraria qualia sunt illa quinque maiora sunt,quàm pecuniaria, iuxta illud, [f] *melius est nomen bonum quàm diuitiæ multæ*, & illud. [g] *Curam habe de bono nomine, magis enim permanebit illud, quàm mille thesauri magni pretiosi*, & illud Aristotelis. [h] *Honor est maximum bonorum*, receptum à Sanct. Thoma in multis locis, præsertim. 2.sec. [i] cui consonat l. *in pecudum*, [k] & glossa penultima cap. *suum*, [l] & glossa extrauagantis,*ad conditorem*,[m] quod adeò quidem est verum, vt excusetur quis à restituendo bona pecuniaria,quamdiu nequit ea restituere saluis honorariis, vt probat Caietanus, [n] quem nos sequimur in Manuali. [o] Cum igitur omnium consensu, liceat desiderare bona, pecuniaria, & pro fine minus principali ponere,à fortiori licebit desiderare, & pro tali fine ponere honoraria.[p]

Quarto , quòd brauiis & coronis propositis olim sapientes procurarunt incitare homines ad honorem & gloriam quærendam. Athenienses cum oliuarum corona Periclem illustrassent,polliciti fuerunt eundem honorem eis, qui similes illi euaderent, auctore Valerio Maximo, [q] & Plinius testatur Populum Romanum cuius legibus totus fermè Christianus orbis vtitur, varias coronas pro variis gestis instituisse: nempe,ciuicas, vallares,murales,rostrales,&c.quin & Christiani pasim,etiam Pontifice Maximo auctore , varias in variis regnis instituerunt academias,& honores Mineruales,vt laureas primas, quas baccalaureatus,& secundas, quas licentiatus, & tertias, quas doctoratus vocant , vt ad studiositatem & litterarum studia,magis,ac magis accendantur scholastici: quod vtique non permitteretur, nisi licitè illa possunt esse fines minus principales actuum virtutis studiositatis,& aliarum.

46 Vndecimo infertur, quòd vt omnia, quæ allegari possunt ad probandum nil horum quinque debere appeti , nec ob aliquod horum fieri, sunt intelligenda de illis, quando pro fine principali ponuntur,vel quando sunt vana,vel mala,vt diximus supra,[r] ita omnia quæ adduci possunt ad probandum,quòd illa possunt appeti,& ob ea fieri aliquid, sunt intelligenda de illis, quando non sunt vana, neque mala,& pro fine minus principali ponûtur.Per quá resolutionem , quam plurima subobscura clarescunt.

47 Duodecimo infertur , dicendum esse, qui sunt & in quibus differant quinque præfata bona , scilicet reuerentia, laus, honor, fama, & gloria. Et laus quidem definitur *esse,sermo elucidans magnitudinem virtutis*,secundum Aristotelem,[s] cui definitioni, licèt ab omnibus probetur,addenda est particula , *quatenus est ad aliquem finem ordinata:* quia vt S. Thomas asserit, [t] & D. Antoninus, [v] sub finem: laus ab honore differt,eo quòd hic est testimonium absolutum alicuius excellentiæ,verbis, vel alio signo exteriori exhibitum : illa verò testimonium relatiuum alicuius excellentiæ , referens eam in alium finem verbis tantùm exhibitum. Vnde Aristoteles,[x] dixit,optimorum non esse laudem , sed aliquid maius ea: quia optimum non refertur in aliud.Per quod vbi supra dixit S.Thomas Deo secundum illam eius ineffabilem essentiam, non conuenire laudem, sed summam latriæ reuerentiam, & honorem : quia est maior omni laude, [y] secundum verò effectus,qui in vtilitatem nostram ordinantur , sic, iuxta illud. [z] *Miserationum Domini recordabor , laudem Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus.* & clement. *si dominum in Sanctis eius laudare iubemur*, [a] qua de differentia pulchrè dixit quidam.

Est honor in portu , cum puppis ab æquore venit.
Laudibus inceptum contineatur opus.

Addendum item secundo, quòd sacræ litteræ,sactique canones per verbum,*laus*,non solum intelligunt illam exteriorem, quæ verbis fit, cui soli definitio præfata conuenit,sed etiam & magis interiorem,qua Deum Angeli laudant, iuxta illud, *Laudate Deum omnes Angeli eius*, [a] qua creditur Zacharias mutus laudasse, [b] & multi audientes Apostolum, [c] cantant & psallunt in cordibus suis Domino.

Addendum tertio, quòd per illud verbum , *virtutis* , in definitione positum , intelligendum est omne bonum etiam si non sit morale : qualia sunt ingenium , iudicium, memoria,eruditio,ars, vires,agilitas,& alia multa, quæ iure laudantur.

48 Honor autem definitur, vt prædictum est , *exhibitio reuerentiæ in testimonium alicuius excellentiæ*, cui per proximè dicta videntur addenda illa verba , *sine eius in alium finem relatione.*

Fama vero definitur à Calistrato, [d] esse dignitatis illæsæ status,legibus ac moribus comprobatus:cui licèt etiam nemo aduertat, addendum est , illam quidem aptam esse proposito Calistrati,non tamen nostro. Tum quia secundum illam, non esset fama , nisi de virtute : cum tamen in nostro proposito,sit de ingenio,& aliis,de quibus diximus esse etiam laudem: vnde in Scripturis, [e] Gigantes appellantur viri potentes & famosi. Tum quia iuxta illam definitionem,nullus infamis haberet famam,cum tamen multi , qui vno respectu sunt infames , altero habeant famam ingentem , vt Alexander Magnus , Iulius Cæsar, & alij multi. Quare fama ad propositum nostrum definiri potest, esse, *attestatio popularis de re aliqua*,argument.capit.*non sunt audiendi*, [f] & cap. *qualiter & quando.*[g]

49 Gloria verò est , *clara cum laude notitia* , secundum S. Ambrosium, [h] quem sequitur S. Thomas, [i] cui etiam addendum,quòd verbum,laude,in ea positum non debet ita strictè intelligi , ac supra definitum est: fieri enim potest, vt alicui contingat gloria sine laude verbi , per honorem facti, vt satis contingit Mardochæo. [k]

Reuerentia definitur à Thoma Vualdensi, [l] *animi reputatio , quæ quis bonitatem alterius magnificat* , vbi pulchrè ait, hæc quatuor, reuereri,honorare,laudare,& glorificare,ita sese habere , vt posterius priori aliquid adiiciat. Reuereri enim est animo magnificare. Honorare verò,id aliquo signo exteriori significare. Laudare verò , id verbis facere. Glorificare autem , longè lateque id expandere.

50 Decimotertio infertur etiam dicendum, in quibus quinque supradicta conueniant,& quidem primò conueniunt,quòd licèt strictè sumpta,ita vt dictum est,differant, conueniunt tamen in eo, quòd frequenter assumuntur latius,aliud pro alio:nam gloria nonnumquam comprehendit omne testimonium approbatorium, & vnius, iuxta illud Pauli. [m] *Gloria nostra hæc est , testimonium conscientiæ nostræ.* relatum in dicto cap. *inter verba* , [n] ad idem facit quod Hieremias ait, [o] & cap. *gloria episcopi* , [p] & tradit S. Thomas. [q] Honor item comprehendit laudem , vt docet S. Thomas. [r] Laus item honorem, vt in definitione supradicta, & declarat S. Thomas, [s] declarans quoddam D. Ambrosij dictum.

Secundo conueniunt, quòd nihil eorum est virtus,nec moralis,nec intellectualis:quia vt post S.Thomam. [t] Manualis Confessar.declaramus. Virtus est habitus & qualitas mentis habentis eam:& nullum horum est talis:quodlibet enim eorum est extra mentem eius cuius est , vt palam patet,& probat Boëtius, [v] & S.Thomas, [x] & ita sunt bona externa, & fortunæ , excepta sola reuerentia , qua quis considerans suam paruitatem , humilitatem , & vilitatem , insufficientiam , & in omne peccatum propensionem, reuerebitur se ipsum quatenus est à Deo multis donis naturalibus,& gratuitis donatus, subiiciens omnia sua quatenus sunt sua, omnibus , quæ à Deo habet , quatenus sunt eius.

Ex quo infertur,quòd non sunt propter se tantùm amabilia, vt supra dictum est, [y] nec consequenter possunt esse fines iusti principales aliquorum bonorum actuum per prædicta, [z] sunt que inferiora bona virtutibus omnibus, quas,[a] diximus esse amabiles etiam propter se tantùm.

51 Tertiò conueniunt in eo,quòd omnia illa sunt maiora bona quàm pecuniaria, vt infrà probabitur.

Quarto conueniunt in eo , quòd sunt minora vita , salute , & aliis bonis corporalibus : horum enim dominus

solus

solus Deus est. [a] *Ego occidam , & ego viuere faciam.* & [b] *Tu es Domine qui vitæ ac mortis potestatem habes* , & quamuis eius diuina Maiestas huius dominij partem communem fecerit Reipubl. [c] non tamen particularibus, [d] qui tamen sunt domini præfatarum quinque rerum,vt latè monstramus [e] cap.*inter verba.*

Nec obstat,l.*isti quidem*,[f] ibi, *Viris bonis stupri metus maior quàm mortis esse debet.* per quam quidam aiunt infamiam esse morte peiorem : quod tamen illa non probat : sed aliud longè diuersum , scilicet mortem præponendam stupro : quòd Odoffredus sentiens , ait , ibi probari animam esse anteponendam vitæ corporali : cui consentit ibi Albinus aiens per eam probari moriendum esse potius, quàm peccare mortaliter.

52 Nec etiam obstat l. *codicillis*, [g] per quam aliqui dicunt probari,peius esse marito, vxoris adulterium,quàm mors: quia respondeti potest primò, quòd illa eius verba, *Filium nostrum occidit & alia peiora fecit.*quæ in hoc inducuntur,verificari possunt, vt ibi annotauit Iacobus de Arena in occisione patris. Peior enim videri debet viro bono patris occisio,quàm filij: quoniam & si multa inclinant quem ad magis amandum filium quàm patrem,plus tamen tenetur amare patrem, qui fuit principium causæ , & fons eius, quàm filiũ cuius ipse causa est,vt rectè probat S.Thomas. [h]

Secundò respondeti potest, quòd præfatus §. *matre*, non loquitur de morte propria,sed de morte filij:& ita vt maximùm solum probaret , marito peius esse adulterium vxoris, quàm mortem filij, quod nil contra dicta concludit. Quamquam nolumus negare , maius peccatum esse occidere filium alicuius , quàm cum vxore eius adulterari: quoniam hoc est contra tertium præceptum secundæ tabulæ Decalogi illud verò contra secundum & per hoc perimitur vita iam habita, per illud autem impeditur habenda, vt S.Thomas declarat. [i]

Tertiò nouè sed verè ad illas ambas leges respondeti potest Paulum , & Scæuolam earum auctores fuisse Romanos gentiles,quos pro summo bono gloriam & famam dixisse D.Augustinus testatur, [k] his verbis, *Romani gloriam ardentissimè dilexerunt,propter eam viuere voluerunt,pro ea mori non dubitarunt.* ob quod Tullium grauissimè reprehendit, & ita eorum hac in re sententia , tamquam Christianæ legi contraria repellenda est.[l]

53 Tertio non obstat illud vulgatum elogium, *Pro honore moriendum.* quia id est vulgatum erratum , si vt sonat intelligatur : nam etiam Ethnicus Aristoteles , [m] dixit, non esse veram,sed falsam fortitudinem eam,qua quis pro pudore, vel honore moritur : & ita vt aliqua ex parte verum sit verba illa pro honore,accipienda sunt,pro eo quod honorem meretur,nempe pro virtute, siue theologa,putà fide, spe, vel caritate, siue morali, putà iustitia, & veritate, fortitudine,& constantia, temperátia,& castitate,& aliis.

Quarto non obstat illud quod de Eleazaro , [n] dicitur, quòd glorioſissimam mortem magis quàm odibilem vitam complectens voluntariè præibat ad supplicium. Non enim ille pro gloria humana mortem sustinuit,sed pro lege diuina obseruanda : & ita pro virtute religionis ; quæ gloriam merebatur. Quare magnopere persuadere sibi omnes debent , nobiles præsertim , & milites , qui magis in hac re peccant, ne tanti faciant laudem , honorem, famam & gloriam,vt pro eis,vel pro vitanda ignominia vitam corpoream, vel spiritualem prodigant : vitam autem animæ, virtutésque ipsius tam morales , quàm theologas tanti æstiment, vt eo sint semper animo, quòd malint vita, membrísque corporeis destitui , dilacerarique , quàm eas deserere:sintque parati ad fortissimè pugnandum,repugnandumque vsque ad mortem, pro fine Regi, Reipublicæque præstita seruanda, pro legum diuinarum,& humanarum obseruantia , per quam summus honor acquiritur in hac vita caduca , & gloria sempiterna in illa stabili patria,Amen.

SVMMARIVM.

54 Honorariorum bonorum,quæ sunt quinque, appetitus vel contemptus suapte natura, neque bonus, neque malus.
54 Bona quæ quis facit nolle & velle ab aliis probari licet.
55 Honorariorum bonorum appetitus vel contempus sit bonus ex bono fine , qui triplex ponitur à S.Thoma cui adduntur alij tres.& 56.
56 Honor exhibetur & recipitur iustè cũ debetur,& sponte datur.
57 Bonorum honorariorum , quæ quinque sunt, appetitus & contemptus sit malus ex fine malo, qui contingit tripliciter.
58 Honorariorum bonorum appetitus , non referens ea in aliud est malus.
58 Actus omnis sine bono apto carens, malus, etiamsi malo quoque careat.
58 Otiosum omne deliberatum, quale est quod sine caret, malum, & ideo nullus actus in individuo indifferens.
59 Honorariorum bonorum appetitus inordinatus , vt plurimum veniale peccatum,sed quinque casibus mortale.Quod ipsum dicendum de contemptu eorum. num. 60. & etiam de appetitu & contemptu ceterorum bonorum vtilium.& de complacentia, & displicentia, de obtentu omnium tam honorariorum: quàm aliorum vtilium.num.61.

54 QVinto conueniunt in eo,quòd appetitus vel contemptus horum quinque suapte natura , neque est bonus, neque vitiosus. Tum quia non est peccatum,vt ait S. Thomas , [a] quod aliquis bonum suum cognoscat & probet: dicitur enim à Paulo. [b] *Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum , qui ex Deo est, vt sciamus , quæ à Deo donata sunt nobis.* Similiter etiam non est peccatum, quòd aliquis velit bona opera sua ab aliis approbari : dicitur enim Matth. 5. *Luceat lux vestra coram hominibus.* Persius item aiebat.

Non ego cum scribo, si fortè quid aptius exit,
Laudari metuam,nec enim mihi cornea fibra est.

Tum quia bonitas vel malitia naturalis actus est obiecto,siue ex proportione obiecti ad actum sumitur, vt probat S. Thomas. [c] At obiectum eiusmodi appetitus , siue proportio obiecti ad illum , nil mali , nec contrarium ratioñi de se continet. Vnde S.Thomas, [d] concludit neque appetitum, neque cõtemptum famæ esse de se bonum, vel malum:idémque concludit de appetitu glorię vbi supra. [e]

55 Decimoquarto infertur ex proximè dictis,quòd præfatorum quinque bonorum appeitus assumit rationem boni ex fine bono & apto. Ille autem , vt S. Thomas ait vbi supra est triplex , primus cùm appetuntur ad gloriam Dei.Secundus cùm appetuntur ad vtilitatem spiritualem proximi , vt bono exemplo proficiat. Tertius cùm appetuntur ad vtilitatem propriæ animæ, vt in bonis quæ in se cognoscit ex testimonio laudis alienæ studeat perseuerare ac crescere : nam si vtilitas animæ proximi pro fine desiderij laudis posita , efficit illud bonum , à fortiori vtilitas animæ proprię:cum magis quis teneatur diligere se,quàm proximum. [f]

Quibus addo quartum finem quotidianum,cùm appetuntur ob vtilitatem exteriorem propriam vel aliorum quod passim inuenias in eis, qui cupiunt laudari,honorari, & glorificari de bonis suis, genere, habitudine, conditione , & id genus aliis , tamquam medium adipiscendi coniuges,vel alia munera, & officia sibi conuenientia: in eis item,qui cupiunt laudari de dulci cantu,sana doctrina, & dexteritate legendi, scribendi,præcinendi, præcinandi, & gubernandi arte , vt stipendia mereantur condigna. In eis item,qui præfata cupiunt,vt filiis, cognatis, famulis , & aliis necessariis suis aliqua bona vtilia eorum contemplatione eueniant , qui non videntur peccare, sed bene agere. Quod tamen intelligendum est , cùm vtilitas præfata temporalis actu , vel virtute refertur in Dei amorem,vel obsequium,aut in vitam honestam suam,vel aliorum bonorum maiorum quàm hæc bona temporalia minora,per supradicta,[g] & ea quæ scribit S.Thomas. [h]

Addo & quintum finem , quando appetuntur eo quòd sunt debita,vt eruditè dixit Caietanus, [i] quod procedit etiam si non referantur in alium finem:nam sicut licet dare & accipere pecuniam debitam , eo quòd sit debita , quod est iustitiæ virtutis actus,ita etiam licebit dare & accipere laudem & honorem debitum:cum pari ratione id sit actus iustitiæ,iuxta illud. [k] *Reddite omnibus debita,cui tributum tributum,cui timorem,timorem, cui honorem,honorem.*

Addo sextum finem,cùm ea desiderantur,vel recipiuntur non tamquam debita , sed tamquam dona gratiosè oblata per alium ex amicitia, caritate , magnanimitate, vel

humilitate:

a *Matth.5.*
b *Luc.12.*
c *2. ad Corinth.1.*
d *11.q.3.*
e *Num.41.*
f *Prouer. 21.*
g *Eccles. 41.*
h *4.Ethic.*
i *Quæst. 119. artic.1. ad 2.*
k *§. fin. ff. de vsur.& glos. penultim.*
l *De pœnit.*
m *Ioan. xxij. vers. Honor. verb.signi.*
n *Tom. 1. opuscu. opusc. 14.*
o *Ca. 16.nu. 44.*
p *Arg. c.cum in cunctis. de elect. & authen. multo. magis. C. de sacros. eccles.*
q *Lib. 2.cap. Areopagi.*
r *In fine corollarij 8.*
s *1. & 2.Rhetor.*
t *2. 2. q. 103. art.1. ad 3.*
v *3.part. tit. 5. c.10. §.1.*
x *1. Ethic.*
y *Eccles.43.*
z *Esai.63.*
a *De relig. & veneratio. sanctorum.*

a *Psalm.148.*
b *Luc.1.*
c *Ad Colos. 3.& ca.1.91. iſtiſ.*
d *In l. cognitionis. §. existimatio. ff. de variis.& extraor. cog.*
e *Geneſeos 16.*
f *11.q.3.*
g *In 1.de accusatio. cum glos.& citatis ab ea.*
h *In cap.1.ad Roma.*
i *1. 2.q.2.ar. 2. & melius 2.2.q.103.ar. 1.ad 3.& melius 2. 2. q. 132.art.4.& lib.3. contra Gentiles.*
k *Hester 6.*
l *In lib. de sacramentalibus.cap.118. art.6.*
m *2. ad Corinth.1.*
n *11. quæſt.3.*
o *Hierem. 9.*
p *12.q.2.cap. sacerdos. ſub finem. 1. q.3. q 2.2. q. 132. art.1.*
r *2. 2. q. 103. art.1. ad 3.*
s *In 4. d. 15. art.3.q.2.*
t *1. 2. qu. 71. art. 1. in præludio 4.num. 11.*
v *Lib. secundo. de confessione.*
x *1.2.q.2.ar. 3.*
y *Num. 9.*
z *Num.30.*
a *In dicta nu. 5.*

a *Quodlib.1°. art. 13. & 2. 2. q. 132.& vti.*
b *1. ad Corinthios 2.*
c *1. 2. q. 18. art. 1. maxime ad 1.*
d *Quodli. 12. art. 13.*
e *In dicta q. 132. art.1.*
f *Ca.ſi nõ licèt. 23. q.5.l. præſes. C. de ſeruit.*
g *Num.30.*
h *In 2. libro ſententia.diſt. 38. art. 1.ſub finem.& art. 2.in 3.arg.*
i *2. 2. q. 131. art.1.*
k *Romæ.13.*

humilitate: vt cùm quis minor altero,recipit ab eo honorem debito maiorem:quod passim fit,& probatur esse bonum à S.Thoma post Senecam.[a]

56 Decimoquinto infertur, quòd appetitus,& contemptus horum virtiatur,redditurque malus. Primo quidē, ex fine malo,quia vt prædictū est,[b] sine vlla exceptione vera est illa regula topica. *Cuius finis malus est, ipsum quoque malum est.* Secundo, cùm illa sunt vana : sunt autem vana ex mente S. Thomæ, [c] & Abulensis, [d] vbi etiam Maior, S. Antoninus, [e] & Caietanus in prædictis duobus articulis. Primū ex parte materiæ, ex qua illa desiderantur,eo quòd est illis indigna, pura,quia est nulla, eò quòd verè non est illa excellentia, ex qua desiderantur, vel est mala, malitia culpæ,iuxta illud, *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* [f] qualis est eorum qui gloriantur cum malè fecerint,[g] aut ita vilis, quæ nil horum, aut non tantùm, quantum ex ea desideratur merentur. Deinde ex parte eius,à quo quæruntur, putà cùm desiderantur ab homine, pro certiori & maiori testimonio , quàm ipse de illa dare possit.Postremò ex parte eius qui ea desiderat,putà,quia ea in debitum finem nec actu nec virtute referat:quamuis enim Abulensis vbi supra addat quartum modum , & S. Thomas alibi possit videri addere alium, omnes tamen reducuntur ad prædictos tres, vt monstrauimus in præfata reper.cap.*inter verba.*[h]

57 Decimosexto ex his infertur,omnem appetitum horum quinque adeo absolutum, vt neque actu seu actualiter, neque virtute, seu virtualiter ea in alium debitum finem referat,esse malum,saltem veniale.Tum quia nil horum est propter se tantùm amabile , neque consequenter potest esse finis & medius , vt prædictum est. [i] Tum quia omnis actus humanus, hoc est deliberatus carens fine bono, malus est, etiam si fine malo careat, eo quòd est actus otiosus, & omnis actus otiosus etiam verbalis tantùm est malus,iuxta illud. [k] *De omni verbo otioso, quòd loquuti fuerint homines, reddent rationem.* Et eo quòd ea quæ homo agit,vt homo , id est deliberatè , debet agere propter aliquem finem aptum:alioqui vanè agit,& omnis vanitas est peccatum,iuxta illud. [l] *Vt quid diligitis vanitatem?* & illud. [m] *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.*

58 Tum quia appetitus pecuniæ absolutus in nullum finem relatus, est malus, & inordinatus, vt colligitur ex S. Thoma. [n] At eadem ratio est de his quinque quoad hoc, per prædicta. Tum quia ea ratione vterque Thomas, [o] concludit nullum actum deliberatum in indiuiduo esse indifferentem , sed bonum , vel malum : quia si caret fine bono,licèt careat etiam malo,est malus:nam debet ob aliquem finem fieri:alioqui est otiosus,& consequenter malus. Tum quia gloria in nullum alium finem ordinata dicitur inanis & vana , & appetitus gloriæ vanæ peccatum est, vt probat S. Thomas, [p] & eadem ratio militat in aliis quatuor, per prædicta.

59 Decimoseptimo infertur, quòd appetitus & desiderium horum quinque licèt etiam quando est malus , vt plurimum veniale tantùm sit peccatum , mortale tamen est in quinque casibus. Primo cum appetuntur de malo culpæ mortali,vt exprimit Caietanus, licèt id ibi non exprimat Aquinas. & ante Caietanum expressit S. Antoninus, [q] per illud. [r] *Quid gloriaris in malitia?* quod licèt primo aspectu non concludat, cum gloriam quærens de malitia veniali,non peccet mortaliter,satis tamen concludit consideranti,quòd mens Prophetæ fuerit dicere eiusmodi esse malitiæ,gloriari de aliqua malitia, cuiusmodi est illa, & gloriari de malitia veniali,esse veniale,& gloriari de mortali, mortale , facit cap. *quam sit graue crimen in clericis, cum malefecerint gloriari.* [s] Secundo, cum appetuntur in mortalem irreuerentiam Dei , vt Princeps Tyri, de quo Ezechiel. [t] *Eleuatum est cor eius, & dixit, Deus ego sum.* Tertio,cum aliquod horum plus quàm Deus amatur, iuxta illud. [x] *Dilexerunt magis gloriam hominum quàm gloriam Dei.* Quarto, cum in aliquo eorum ponitur vltimus finis, vt multos olim Romanos potuisse supra ex Augustino probauimus. Quando autem in aliqua re creata constituitur vltimus finis, supra [y] prædiximus: addentes raros esse Christianos qui id faciāt. Quinto cum aliquid horum præponitur obseruantiæ legis ad mortale obligantis:quod plus satis vsitari constat ex eo quòd passim videas viros: & etiam mulieres eo animo, vt malint peierare, vindictam de lædente , vel iniurio sum.ere, simoniam saltem clam admittere, subditos opprimere,violare iustitiam,laudare peccatores, præsertim Principes in desideriis animarum suarū, quàm gloriam,honorem,famam, dignitatem, vel principem locum perdere.Hos quinque casus,in quibus appetitum horum quinque diximus esse mortiferum in dicta reper.cap. *inter verba* , [a] ad duos contraximus : nunc autem videntur cōtrahendi ad tres. Primus cum appetuntur ex malo mortifero. Secundus,cum in eo finis vltimus constituitur,vel ob id frangitur lex ad mortale obligans. Tertius cum ad mortale aliquod malum referuntur.

60 Decimooctauo , quòd eadem quæ dicta sunt de appetitu horum quinque,dicenda sunt de illorum contemptu, nempe quòd ille de se neque bonus , neque malus est, quódque bonus fieri potest præstituto ei vno ex sex finibus,quibus appetitum eorum diximus rectum fieri,quódque est malus,si nullo fine bono circundetur:etiam si nullo fine malo denigretur: quódque potest fieri malus ex parte materiæ,vt fit, cum quis laudem ex virtute,& gratia Dei prouenientem contemnit. Et ex parte modi, vt cùm quis minoris quàm par est, testimonium diuinum vel humanum de suis bonis habeat.Et ex parte contemnentis,vt cùm quis ea in aliquem malum & inordinatum finem contemnit : quódque aliquando potest esse malus mortiferè, vt est cum quis laudem de gratia Dei manantem despicit , aut in illo contemptu , finem vltimum, vt quidam philosophi fecerunt, constituit, seu ob eum aliquam legem,sub mortali pœna obligantem infringere statuit:aut tertio, cùm in mortiferum finem eum refert.

61 Decimonono , quòd idem est dicendum de auro , & argento & aliis bonis pecunia æstimabilibus,& de eorum appetitu & contemptu, quod diximus de prædictis quinque bonis honorabilibus, videlicet,quod desiderium, vel contemptus eorum de se in genere , neque malus est, neque bonus : quódque fieri potest bonus per vnum ex sex finibus prædictis : quódque si nullo illorum circundetur, erit malus,licèt nullo malo circundetur,quódque erit malus,& mortiferus tribus casibus præfatis.

Vigesimo quòd eadem quæ diximus de appetitu & contemptu, eadem ratione dicenda sunt de amore & actu ea quærendi & refutandi , & de quæsitorum complacentia,& displicentia. Quibus est consequens,quanta nos cura esse oporteat, vt cùm hæc vel illa desideramus , amamus, quærimus, odimus, aut refutamus, & in eis quæsitis complacemus, ipsum Deum, beatitudinem, vel honestam , siue virtuosam vitam pro fine præstituamus : simul doleamus, quòd toties eiusmodi actus, ob finis debiti defectum vanè conceperimus, & egerimus. Consequitur item alio delectu quàm hactenus à me audito , debere vti concionatores, in carpendo præfatorum appetitu, & laudando eorumdem contemptu : ne scilicet , omne horum quinque appetitum absolutè vituperent , neque eorum contemptum laudent.

SVMMARIVM.

62 *Honoraria bona, quæ sunt quinque , tum demum pro fine minus principali rectè poni , cùm referuntur in aliud aptum: aliàs non,pulchra declaratione.*
63 *Laudis,gloriæ, vel honoris de excellentia, quæ quis caret, appetitus non est mortalis contra Abulensem.*
63 *Iustitiæ non contrait , volens quòd suum non est , si non est alienum.*
64 *Laudem vel gloriam ob humanam facere principaliter quod institutum est principaliter ad gloriam Dei,non est mortale, contra Angel.*
64 *Doctoratus in Theologia sine mortali potest assumi principaliter ad gloriam humanam ab idoneo.*
64 *Gloriam ob humanam facere aliquid , tamquam ob pretium vel aliàs differunt.*
65 *Intellectus dicti quotidiani Gregorij de laudis requisitione.*
66 *Laudis, & gloriæ benè & malè appetitæ , quinque exempla quotidiana.*
67 *Actus ex se bonus , ne fiat malus , ob præstitutionem honoris & aliorum honorum vtilium pro fine exigi.*

a 2. 2. q. 106. art. 1.
b *Num.* 30.
c 2. 2. q. 131. art. 1. & q. 132. art. 1. & de malo. q. 9.
d *Super Matth. c. 6. q. 3.*
e 2. *part. tit. 3. c. 3. §. 1.*
f *Psal.* 51.
g *Cap. quàm graue. de excess. prælat.*
h *Cont. 5.*
i *Num.* 5.
k *Matth.* 12.
l *Psalm.* 4.
m *Psal.* 118.
n 2. 2. q. 118. art. 1. & 2.
o 1. 2. q. 18. art. 8.
p *In prædicta q.* 132. *art.* 1.
q 2. *part. tit. 4. c. 1. §. 1.*
r *Psal.* 51.
s *De excess. prælat.*
t *Ezech.* 28.
v *Ioan.* 12.
x *Num.* 21.
y *Cauell.* 5.
a *Cauell.* 5.

62 VIgesimoprimo infertur, id quod hactenus numquam fuimus ausi asserere : nempe non licere appetere,neque pro fine etiam minus principali ponere ista quinque , nisi referendo illa actu , vel virtute in alium finem bonum & aptum,neque eadem, immo maiori ratione , alia bona pecuniaria. Hoc ipsum esse dicendum de contemptu eorumdem , ac consequenter non solùm esse peccatum saltem veniale, inseruire Deo, Papæ, Regi, vel aliis prælatis & magnatibus , principaliter propter bona pecuniaria, vel honoraria, sed etiam inseruire principaliter propter Deum ipsum, vel beatitudinem,vel alium debitum finem, & minus principaliter propter bona honoraria vel pecuniaria, nisi ea rursus actu , vel virtute in aliquem finem bonum, & aptum reflectantur. Non oportet autem , mea sententia , vt finis in quem hæc reflectuntur sit adeo altus:ac est is,quem requirit actus principalis,qui propter altiorem finem fit. Exemplum de illo , qui amat vel colit Deum principaliter propter ipsum , & minus principaliter vt concedat ei victum , vel aliquid aliud temporale optatum , ad iustè, honestè vel temperatè viuendum : is enim bene facit , licèt illum victum , siue bonum, minus principaliter intentum, non referat in ipsum Deum, qui est finis actus principalis amandi eum infinitè maior,quàm vita honesta, studiosa,iusta,vel temperata,in quam refert illum victum, vel bonum optatum minus principaliter intentum.

63 Vigesimosecundo,quòd non est vera illa dura opinio Abulensis, [a] quòd omnis appetitus laudis, honoris , aut gloriæ humanæ de re falsa , pura de excellentia , quæ non habetur , est peccatum mortale. Tum quia S. Thomas , [b] quem ipse pro se citat: non air illud de omni appetitu vanæ gloriæ de omni re falsa , sed de falsa in irreuerentiam Dei redundante. Tum quia non obstat eius ratio, scilicet quòd omnis iniustitia est peccatum mortale,vt ait S.Thomas receptus , [c] & quòd contra iustitiam est, appetere id quod suum non est : quoniam illud procedit , quando appetitur id,quod non solum non est suum, sed est alienum: nemo enim dicit esse peccatum mortale appetere diuitias,quæ non sunt suæ,modò non sint alienæ,nec velit eas cum præiudicio alterius. Et ita non erit mortale,appetere laudem & gloriam ob aliquam excellentiam , quam quis non habeat , modò illa sine vllo rei publicæ , vel priuatæ præiudicio appetantur, vt si quis laudari cupiat, de castitate, fortitudine, viribus, & ingenio, quod non habet,ita tamen vt nulli ex eo præiudicium eueniat.

64 Vigesimotertio infertur, quòd non videtur etiam vera illa opinio Angeli, [d] quæ habet esse peccatum mortale prædicare,missare,sacramenta ministrare,& alia eiusmodi quæ principaliter in gloriam Dei sunt instituta facere principaliter in gloriam & laudem propriam. Tum quia is casus non est de quinque supetius expressis,in quibus solis auctores docent appeti gloriam esse mortale. Tum quia nulla efficaci ratione probatur. Tum quia Siluester, [e] dixit , quòd eam opinionem consequeretur, dici posse , væ væ , toti statui ecclesiastico. Et ita non solum Siluester , sed etiam is qui adiecit postillas ipsi Angelo contrarium tenent.

Pro Angelo tamen facit primò illud S. Augustini. [f] *Diuina Scriptura principaliter ordinatur ad honorem Dei , in quo Deus contemnitur , si principaliter ad alterius honorem ordinetur.* Secundò pro eo facit quod D. Antoninus, [g] determinat, quòd assumens gradum magisterij, aut doctoratus ad gloriam suam principaliter peccat mortaliter. Tertiò, quòd videtur simonia, facere eiusmodi opera spiritualia,ob aliqua horum quinque principaliter , vt asserere videtur Adrianus. [h]

Ad horum tamen primum respondet postilla prædicta, quòd verbum,*principaliter*,quo vtitur S.Augustinus,soluit quæstionem , intelligendo , per illud, ponere vltimum finem in gloria : quæ tamen responsio displicet. Tum quia intentio S. Augustini est, ponere differentiam inter sacram Scripturam,& alias res,quæ secundum hanc expositionem non inuenitur : quoniam etiam vtendo aliis ab Scriptura sacra in gloriam humanam, ponendo finem vltimum in illis,esset peccatum mortale, vt prædictum est. [i] Quare respondendum est quòd D. Augustinus per ly,*contemnitur*,non intelligit contemptum expressum,nec talem tacitum , qui ad constituendum peccatum mortale sufficiat, sed ad veniale tantùm, longè tamen grauius quàm id quod resultaret ex eo,quòd aliis vteretur ad eumdem gloriæ finem.Ad secundum respondeo,negando illud dictum D. Antonini procedere in eo , qui est dignus illo gradu, quod antea Siluester, [a] negauit. Ad tertium respondeo illud esse verum de illo qui exercet spiritualia , pro gloria, tamquam pro pretio illorum:nos autem loquimur de illo qui exercet illa ad gloriam , vt eam assequatur , sed non tamquam pretium eorum : vt quando fiunt ad preces & gratias,quæ non sonent pretium: quamuis plurimùm certè cauendum existimo ab huiusmodi peccato , quod saltem valde graue veniale esse negari nequit.

65 Vigesimoquarto infertur,emolliendum esse illud D. Gregorij , satis durum & terribile in homilia super parabolam de decem virginibus, [b] scilicet, *Cauendum ne per hoc quod rectum geritur,fauor,aut gratia humana quæratur,& appetitus laudis subrepat , eóque à mercede vacuetur.* id enim crudè acceptū, cogeret omnia ferè humana bona opera dānare: quorus enim quisque est,cui, vt Cicero sentit,res præclaras agenti aliquis laudis appetitus non subrepat ? Intelligamus ergo illud esse verum iuxta prædicta de requisitione, siue appetitu inordinato, quo principaliter requiritur laus de bono , quod geritur , & etiam de illo , quo minus principaliter illa quæritur propter se solam, vel non referendo eam in aliquem finem, vel non in debitum,vel referendo in malum: non autem de requisitione ordinata,qua minus principaliter quæritur laus, propter aliquem debitum finem , in quem actu vel virtute refert eam expetens.

66 Vigesimoquinto ex proxima illatione infertur quinque. Primum quòd orans, vel aliud bonum agens ob laudem, vel fauorem humanum , quo assequatur aliquod beneficium ecclesiasticum, vel aliud munus,quo est indignus, meritum perdit , & peccat , siue principaliter, siue minus principaliter, ob ea id faciat: quia requirit laudem ob finem in se malum. Secundum,quòd qui orat,vel aliud bonum facit principaliter ob ipsam solam laudem etiam nō ordinatam in malum finem, meritum perdit & peccat. Tertium, quòd qui colit vel amat Deum principaliter, vt sit ei calcar,quò fiat temperans,vel abstinens,meritū perdit,& peccat,quia finem principalem actus maioris virtutis,scilicet caritatis & religionis facit minorem virtutem, scilicet temperantiam vel abstinentiam. Quartum, quòd qui ieiunat, & abstinet , vel sobrius est, vt assequatur laudem & gratiam humanā, quo ab illis impellatur ad amandum & honorandum Deum,qui sunt actus caritatis,& religionis virtutum longè maiorum , quàm abstinentia ,& sobrietas non peccat, & meretur. Quintum, quòd qui orat,vel aliud bonum facit principaliter propter Deum,vel alium debitum finem, minus autem principaliter ob laudem , in quantùm est quoddam bonum , sed non propter se solùm appetibile,non perdit meritum,nec peccat, modò eam in aliquem finem debitum referat. Quæ omnia profecto inculcanda erant à Concionatoribus , vt rem ad eò quotidianam calleremus,& scrupulos, quos illud Gregorij dictum gignit,vitaremus.

67 Vigesimosexto infertur, quòd duo requiruntur, vt actus ex sese boni non inficiantur præstituendo eis pro fine bona vtilia , quæ sunt omnia pecuniaria & honoraria. Alterum, vt non quærantur propter se solùm, sed propter aliud in se amabile. Alterum,vt non præstituantur, pro finibus principalibus eorum, vel referantur in finem illis actibus congruum.

Ad hoc autem vt non efficiantur per præstitutionem bonorum honestorum & delectabilium per se amabilium , satis est quòd non fiant fines principales actuum maiorum virtutum,siue referantur in alium,siue non.

SVMMARIVM.

68 *Actus quibus candidati specimen ingenij , eruditionis, artis, virium,& aliarum dotium exhibetur, ad promerenda præmia plus merentibus proposita,quomodo vt sint boni sient.*
69 *Intellectus quorumdam Domini dictorum,& aliorū Doctorum.*
73 *Eleemosynam maiorem largiri , eo quòd publicè , vel à maiore petatur,non esse malum,sed melius esse curare,ne sic petatur.*
73 *Eleemosynam publicè largiri debere prælatos.*

a *Super Matth. c. 6. q. 3.*
b 2. 2. q. 131. art. 2.
c 2. 2. q. 58. art. 4.
d *In summa, verb. vana gloria.*
e *In eod. ver. vana gloria.*
f *Lib. 1. de doctri. Christi.*
g 2. *part. tit. 1. c. 6. §. 4.*
h *Quodlib. 2. a littera H. usque ad S.*
i *Num.* 21. *& sequent.*
a *verb. Doctor. q. 4.*
b *Matth.* 25.

73 *Bona bene facere publicè non esse facile omnibus, ideo fugiendus multis episcopatus.*
74 *Honor iam quæsitus, cur magna cura conseruandus.*
74 *Actuum de se bonorum, cur bona pars mala.*
74 *Bona insignia publicè facturus, quid præmeditari debeat, ne sibi toxica fiant.*

68 VIgesimoseptimo infertur, quòd actus currendi, saliendi, æquitandi, hastis, sagittis, bombardulis, & cannis ludendi, prælegendi etiam, disputandi, canendi, pulsandi organa, musicandi & alia eiusmodi quibus agilitatis, roboris, ingenij, artis, dexteritatis, eruditionis, industriæ, doctrinæque aliarum inditarum, aut quæsitarum specimen præbemus, sunt boni, si eos principaliter agamus, vt per eos Deo placeamus, vel vt beati fiamus, vel quia recta ratio id dictat, vel quia sunt honesti, etiam si minus principaliter eos faciamus, vt pallia, & brauia, pulpita, cathedras, sacerdotia, officia, & alia munera ecclesiastica, scholastica, sæcularia, militaria, vel alia, quæ magis idoneis promittuntur, assequamur, modo eos in aliquem finem bonum actu, vel virtute collimemus, & reflectamus.

a *Mat.c.6.* Vigesimooctauo, infertur, quòd in illo. [a] *Ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis.* illa cõiunctio, *vt*, denotat finem principalem, neque actu, neque virtute in alium finem debitum relatum. Et è contrario in illo. [b] *Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificẽt patrem vestrum, qui in cœlis est.* denotat finem minus principalem, & in alium debitum relatum. Quæ concordia videtur aptior illa, quam Ioannes Gerson tradit. [c] Infertur & illud, quod expressius quàm alij dixit Maior, [d] scilicet, quòd quærens gloriam propriam propter laudem, & gloriam Dei, non quærit gloriam inanem. Consequitur item, quòd Abulensis, [e] & Caietanus, [f] aiunt, soli Deo, & non facienti quærendam gloriam per bona opera, intelligendi sunt, de gloria principaliter desiderata, & non de relata in Deum, vel alium finem debitum.

b *Matth.5.*
c *In secunda part. alphab. 39. in tract. de temperãtia col.3.*
d *Mat. ca.6. col.2.*
e *Mat.5. col, 23.*
f *Ibidem.*

70 Vigesimonono infertur, quòd nõ desumitur hinc argumentum adeò validum, vt aliqui putant, ad confirmandam illam hæresim, quæ habet, omnia nostra opera esse peccata saltem venialia, per illud, [g] malè intellectum, *Quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ.* licèt enim dolenter concederemus, quòd plurima opera nostra etiam suo genere bona, fiant mala ob finis circumstantiam, ex eo quòd multa fiant ob finem malum mortaliter, vel venialiter, multa in finem debitum non referuntur: complura principaliter propter bona temporalia, vtilia & honoraria, quæ constat esse mala, saltem venialia per prædicta, [h] & non pauca, quæ licèt principaliter fiant propter Deum, vel quia recta sunt, fiunt tamen minus principaliter ob bona temporaria, præsertim laudem & gloriam, in nullum alium finem debitum, actu neque virtute relata, quæ etiam sunt peccata venialia per præmissa. [i] Quamuis etiam inquam, hæc ita se habeant, quamplurima tamen fiunt ob solum finem debitum, & multò plura ob illum & alium minus principaliter actu vel virtute, siue virtualiter, relatum in finem aliquem debitum, iuxta id quod de relatione virtuali & actuali supra, [k] est dictum.

g *Esai.64.*
h *Num. 44.*
i *Num.57.*
k *Num.18.*

71 Trigesimo infertur, expedire plurimum, meminisse illud magni patris nostri Augustini dicentis. [l] *Alia quæcumque iniquitas in malis operibus exercetur vt fiant: superbia verò etiam bonis operibus insidiatur vt pereant.* Illud item Magni Gregorij, [m] citati & declarati, videlicet, *Sapè vos fratres admoneo, prauа opera fugere, &c. nunc autem compellor dicere, vt & bona magna cautela faciatis, nuper hoc bonum quod geritur, fauor aut gratia humana requiratur, ne appetitus laudis subrepat, & quod foris ostenditur, intus à mercede vacuetur.* Illud item Magni Basilij, qui curabat, vt quoties in pontificalibus missaret, diceretur ei? *Pater nondum est sepulchrum tuum perfectum, fac vt perficiatur*, quò appetitum laudis, & honoris mortis memoria refrænaret. Expedit, inquam, meminisse hæc tria, in omnibus nostris actis, præsertim quoties sese nobis aliqua opera insignia publicè facienda offerent, qualia sunt in materia virtutis latriæ, siue religionis, missa publica præsertim cantanda, & maximè in pontificalibus, euangelij lectio, capitulum, antiphonæ, & orationis

l *In c.4. regulæ nostræ.*
m *Supra nu. 65.*

A cantandæ: qualia in materia iustitiæ, sententiam in grauioribus causis in magno consessu ferre: qualia in materia fortitudinis, & magnificentiæ, pugnæ veræ vel vmbratiles, sumptus grandes, & apparatus maximi: qualia in materia studiositatis prælectiones, disputationes publicæ, & specimina ingenij, memoriæ, artis, eruditionis, & aliorum donorum tam inditorum, quàm quæsitorum, ad brauia, & præmia habilioribus proposita exhibenda. Operæ pretium, inquam, faceremus cum eiusmodi agenda occurrerint, meminisse prædicta, & omnino cauere in primis, ne nostræ actioni vllus finis malus, præsertim mortiferus, præstituatur: ne ve vlla res temporaria, pecuniaria, B vel honoraria principaliter intendatur, immo neque minus principaliter, sine debita in alium finem iustum relatione actuali vel virtuali: simúlque nostræ actionis principalis finem facere Dominum solum ipsum beatificatorem, vt ei placeamus, & beatitudinem, quam prærendimus, vel virtutem aliquam ipsi actioni aptam, vt eam exerceamus, vel vt rationi supernaturali, vel naturali, aut humanæ, quæ id dictat satisfaciamus. Quòd si aliqua alia bona temporaria, pecuniaria, vel honoraria, his adiunxerimus, illud fiat minus principaliter, & secundariò, cum eorum actuali vel virtuali in fines proximè dictos relatione, in uocatione illa præmissa, *Actiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni, & adiuuando prosequere, vt nostra hac operatio à te incipiat, & per te incepta, in te ipsum finiatur, per* C *CHRISTVM D.N. Amen.*

72 Trigesimoprimo inferuntur hæ, quæ sunt quotidianæ, decisiones dubiorum, super quibus olim interrogati fuimus. Prima est Ioannis Gersonis, [a] nempe quem non malè, immo bene mereri, si aliud non desit, largiendo maiorem eleemosynam publicam, quàm fuisset largituras secretam, modò minus principaliter illam maiorem laudem de maiori eleemosyna requirat, eaque actu vel virtute in alium finem debitum referat.

a 2. *part. tit. de temperan. alphab.39.*

Secunda non esse peccatum, immò meritum, si adsint cætera, largiri maiorem eleemosynam pauperi absenti, pro quo petit aliquis amicus, vel vir egregius, quàm dedisset, si pauper ipse, vel alius homo gregarius eam petiisset, modo minus principaliter, & non principaliter respiciatur persona.

D 73 Tertia peccare illos, qui absque aliqua de magna causa procurant, aut consulunt, vt petatur ad aliquod opus pium publicè per egregiam quampiam personam Dei amore, vt maior eleemosyna fiat, quàm si secretò, vel per alias personas gregarias fieret, seruatis tamen modis prædictis. Dixi, *absque aliqua magna causa*, quia sine tali vt id fieret non consulerem: quoniam cum bona pars hominum sit vel pauper, vel insueta humilitatis actibus, vel plus satis gloriæ humanæ auida, facilè credi potest bonam partem eorum, à quibus petitur, tam aut magis largituram illud plus, quod largitura est publicè, quàm secretè ob gloriam humanam, vel pudorem & ignominiæ timorem, ex necessitate quadam & tristitia, quàm hilari mente in hoc ab Apostolo, [b] requisita. Ob quod & alia quædam olim, cum primam missam cantaui, non permisi, vt vllus ad eam inuitaretur, nec vt mihi quicquam offerretur, contra meæ morem gentis, & contra expectationem cognatorum, & amicorum meorum: quod ipsum aliqui postea meo exemplo, & hortatu, fecerunt.

E b 2. *ad Corinth.c.9.*

Quarta decisio, iustè peti aut dari posse plus eleemosynæ, cum in aliquod pium opus publicè petitur ex altari vel suggesto, publicante parocho vel alio, quis, & quantum largiatur, aut promittat, vt pro eo circumsedentes Deum orent. Quam decisionem limitandam arbitror, vt præcedentem.

F Quinta decisio, posse quem absque peccato plus offerre missam primam facienti, vel nuptias, aut baptismum celebranti, eo quòd ad id inuitatus fuerit, vel populo spectante offerat, quàm offerret si nemine vidente, aut non inuitatus id faceret, eadem ratione seruatis prædictis modis. Quæ omnes decisiones radicantur primum in eo, quòd eleemosyna iustè fit, si fiat principaliter propter Deum, vel quia est actus virtutis, licèt minus principaliter fiat ob laudem, propriam in finem debitum relatam, per prædicta. Deinde quòd frequenter circunstantiæ ali-

quot occurrunt, ob quas eleemosyna publica debet esse maior quàm secreta: è quibus est illa, quòd alioquin iniustè videntibus putaretur faciens eam auarus, vel sordidus, & derractione dignus.

Sexta decisio est eiusdem Ioannis Gersonis vbi supra, licèt errare illos, qui laudant prælatos non facientes eleemosynas publicè, sed tantum secretè: quia præceptum
a *Matth. 5.* est eis, vt publicè bene faciant, per illud. [a] *Luceat lux vestra coram hominibus.*

Septima est eiusdem & aliorum omnium, quòd quamuis præfata vera sint, cauendũ tamen est hominibus operibus humilitatis parum assuetis, ne cum virtutum opera exercent, principaliùs vel æquè principaliter ea faciant ob humanam gloriam, ac ob alium debitum finem, incitante ad id laudis humanæ insita cupiditate: immo huiusmodi homines bene sibi consulent vtendo ad litteram illo Christi dicto. b *Cum facis eleemosynam, noli tuba canere, sed*
b *Matth.6.* *da in abscondito.*

Octaua decisio est eiusdem Ioannis Gersonis vbi supra: quòd ob hãc solam causam, etiam si aliæ omnes ab essent, deberent fugere episcopatus, & alias dignitates, ij qui parum sunt in virtutum, præsertim humilitatis actibus exercitij: quoniam oportet eos agere multa bona publicè, & subest eis periculum faciendi ea tantùm, vel plus ob humanum fauorem, quàm alium finem debitum.

c *Super Matthæ. c.6.q.3. col.2.* 74 Nona decisio est Abulensis, [c] scilicet dignum esse vituperio eum, qui honorem iam quæsitũ non curat conseruare. Tum quia, vt ille inquit, honor sicut non potest iustè quæri nisi per virtutem, & aliquam veram excellentiam, ita nec perdi iustè, nisi perdita illa, tum per illud præceptum. d *Curam habe de bono nomine.* Tum per illud Apostoli. e *Melius est mihi mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet.*
d *Eccles. 41.* e *2.ad Cor.9.* f *2. ad Corinth.11.* g *2.Mach.9.* Tum quia idem, quod maximè duco notandum, etiam de gentilitia nobilitate se laudauit sic scribendo, [f] *Hebræi sunt & ego: semen Abrahæ sunt, & ego.* & illud. [g] *Absit vt fugiamus ab his, & inferamus crimen gloriæ nostræ.* Tum quia crudelem esse illum, qui famam negligit, intellige inordinate, definit S. Augustinus. [h] Tum quia licèt magis curandum sit de virtute, vel excellentia vera, quàm de honore vel laude illi debita: eo quòd honoris perditio frequenter sine culpa eius, cui debetur contingit, [i] nihilominus tamen curandum est de honore, ne vulgus, quod nouit effecta, & eorum causas ignorat, videns quem ab honore decidisse, præsumat eum virtutem quoque & excellentiam amisisse, & ex eius casu præsumpto, scandalum accipiat ob speciem mali, à qua vt caueamus Apostolus relatus in *c. cum ab omni specie mali.* [k] præcipit. [l] Tum denique, quod ob quinque fines bonam famam & honorem desiderare conuenit, vt in repetit. *c. inter verba*, [m] scripsi: quorum quartus est, vt constantius virtutes colamus: reputantes nos tantò esse obligatiores, tantoque plus peccaturos, si contra fecerimus, quanto magis credimur eas colere.
h *In cap. non sunt audiendi.11.q.3.*
i *Cap. venientes. 22.d.*
k *De vit. & honest. clericc. 11. ad Tessal. 5.*
m *11.q.3.con. 5.*

SVMMARIVM.

75 Auctorem iustè potuisse, debuisseque suum honorem defendere.
76 Apologia in eos, qui falsis & impertinentibus de causis nisi sunt persuadere Romæ infensum esse Auctori Regem Philippum huius nominis II.

75 TRigesimosecundo infero ex proximè dictis, non solùm potuisse me iustè, sed etiam debuisse Christianè defendere meum honorem, & famam, quam falsis & impertinẽtibus de causis tollere, aut certè grauiter minuere proximis diebus tentarunt quidam in hac amplissima Roma totius orbis Christiani theatro & capite, præsidente illi Sanctissimo D.N. Pio V. Põtifice Maximo, multis nominibus merito, cum primis prædecessorũ suorum sanctissimis conferendo, æquandóque, quo Ecclesiæ vniuersæ Principe, redeũt aurea sæcla, & aurea regna, patratque Deus Opt. Max. contra infideles mirabilia. Quam defensionem feci per epistolam quamdam apologeticam ad Illustrissimum, & Excellentissimum Ducem Alburquerquensem, Mediolani Gubernatorem, quam, quia, vt audio, aliqui parum correctè transcripserunt, statui eius tenorem verum huic corollario subiicere.

Tenor Epistolæ præfatæ apologeticæ.

ILLVSTRISSIMO, EXCELLENTISSIMOQ. D. DON GABRIELI A CVEVA DVCI ALBVRQVERQVENSI, Gubernatorique Mediolani, &c. Iustissimo, Pientissimoque principi,

MARTINVS AB AZPILCVETA Doctor Nauarrus, S. P. D.

76 MVlta, diuq; versans, Princeps præcellens, constitui tãdem ad tuam præcellentẽ, vereq; Christianam benignitatem confugere, quo me pro tua in Christum pietate, & in me caritate, qua parte honestè poteris, à labiis iniquis, & à lingua dolosa, liberes: præsertim apud Sanctissimum D. N. Pium V. Pontificem Maximum, & apud Regem, & D. N. Philippum II. Monarcharum summum, quod nemo potest, mea sententia, efficere aptius. Tum quia nemo tui ordinis Princeps, vtrique gratior & fidelior creditur. Tum quòd nemo magnarum, qui præfatum nostrum Monarcham cis Alpes repræsentant, adeo bene ac tua Excellentia me familiámque meam nouit: quippe qui multo tempore tanta caritate, prudentia, humanitate, ac fideli vigilantia, Nauarram Prorex eius gubernasti, quanta nemo alius eam ætate nostra, tantáque cum omnium Regnicolarum laude tua, & eorum mœstitia concordi, exinde isthuc fuisti missus, quãta nemo alius antea fuerat euocatus: tametsi multi alij virtutibus, dignitate, ac opibus præcellentes, & in his pater tuus ille iudicio, experientia, ætate, rebus gestis, & aliis nominibus verè magnus eam gubernarunt.

Negotium, quod me ad tuam Excellentiam confugere facit, tale est, iam inde à duobus annis, nescio neque cupio scire à quibus, neque quo spiritu, cœpit in vulgus spargi, Regem præfatum esse infensum mihi, maléque velle, inde autem his proximis diebus, cum de quibusdam magnis honoribus distribuendis hic tractaretur, asseueratum: ex eóque illatum, oportere, ne Sanctissimus D. N. Patrésque purpurati, vlla egregij amoris signa in me ostenderent, suamque affertionem quatuor argumentis dicuntur nisi persuadere. Primum, quòd in operibus meis scripserim, iniustè Nauarram à præfato Rege teneri. Secũdum, quòd ipse fateor in libello de reditibus ecclesiasticis latinitate donaro quod repero in eodem libro, [a] nullo curiæ Regiæ munere me ab eo donatum, quod aiunt contingere non potuisse, nisi me Rex odisset, cum vulgò putarer aliquo illorum dignus. Tertium, quòd sim Nauarrus, ex vtroque parente de duobus prognatus palatiis, quorum domini olim Regem Ioannes à Labretto relicta Nauarra abeuntem, vna cum Marescallo Excellentiæ tuæ cognato, suoque duce sequuti fuerunt, eosque frequenter eo nomine laudem. Postremum, quòd in Galliis, multo tempore iura Pontificia & Cæsarea didiscerim, & docuerim, Gallicéque loquar, & Gallias magnifaciam, eisque sim bene affectus.

a *Quæst. 1. monit. 38. in editione nouæ eiusdẽ tract.*

Quam propositionem, & argumenta, quibus eam suffulciunt, eo grauius sentio, quòd ea nequeo diluere, nisi me, meosque laudando, contra illud. b *Laudet te alienus, & non os tuum.* & quòd id fecerunt homines, nihilo alio, quod sciam à me offensi, quàm quòd illustrissimum Toletanum defendam: vel quòd Italis, præsertim Romanis, & eorum, totiusque orbis Pontifici Maximo Patribusque purpuratis sim cariór, quàm illi vellent: vel quòd aliter quàm licebat cum iniuria proximi, in præfatum Regem voluerint videri obsequiosi.

b *Prouer.27.*

Ad quæ omnia æquo animo ferenda, quanta mihi sit opus ope diuina, æstimet pro sua rara prudentia tua ista Excellentia reputans secum, me adeo senem, & peregrinum, in tanta vrbe, quæ totius orbis theatrum est constitutum, & paulo ante ab omnibus tam summatibus,

quàm infimatibus, gratia Deo maioris quàm merear habitum, nunc verò non per quales quales, sed, vt coniicere licet per conterraneos, atque adeo cum cognatis meis iniustè infamatum. Quæ tamen omnia soli Dei Opt. Max. vindictæ lubenter reliquissem, nisi quibusdam pijs & doctis viris visum esset, quòd licèt non solùm ea iustè possem ferre, immo deberem plurimum gaudere quatenus me solum ferunt, iuxta illud Gregorij. [a] *Inter verba laudantium siue vituperantium ad mentem semper recurrendum est: & si non in eo inuenitur malum, quod de nobis homines loquuntur in magnam debemus lætitiam prosilire.* Tum ob alia multa, quæ in eius repetitione illi adiecimus. Tum quòd tantæ senectuti non conuenit caducis onerari honoribus, præsertim quos nouit vires eius superare, iuxta finem cap. *non est putanda,* [b] ex eodem Gregorio desumpti, vbi glossa citat illud Horatij, *sumite materiam vestris qui scribitis æquam viribus*, &c. Tum quòd consiliorum meorũ rationibus priuatis incommodarent: & solum expedire mihi possent, vt maiore cum auctoritate mea scripta legerentur: quatenus tamen Reipublic. cognatos meos, & mea scripta quatiunt, non posse me sine peccato, aut sine magna caussa dissimulare, iuxta illud. [c] *Curam habe de bono nomine.* & quòd iuxta S. Augustinum relatum in c. *non sunt audiendi.* [d] *Crudelis est qui famam suam negligit:* quia mea infamia, eo quòd tam publicam gero personam, plurimis esset scandalo: cùm non sit par credere summum, benignissimumque Regem tantam iram, nisi ob maximum crimen in me conceptum iri, auctoritatique meæ, meisque opusculis derogaret, omnibusque cognatis meis, & toti Nauarræ officeret, immo & aliqua ex parte gloriæ tanti Regis detraheret, apud eos qui me intus & in cute noscentes, sciunt me non odio Maiestatis eius, sed amore dignum.

Necessitate igitur in hoc adactus, primum argumenta præfata singulatim diluam. Deinde adiungam alia, per quæ vnà cum his quæ dilutionibus miscebo constabit me circiter annos 50. non solum qualiter qualiter, sed insignier de præfata Regis Maiestate, déque patris eius illius summi Imperatoris, déque eius matris illius summæ Imperatricis demeritum, & ideo præsumendũ, non esse mihi eum infensum, neque malè velle, sed potius bene.

Ad primum igitur præfatorum argumentorum respondeo, impudentissimè dictum esse, ac testimonium falsissimum: quòd in aliquo meorum operum scripserim Nauarram iniustè à præfato Rege teneri. Tum quòd palam & notorium est, me numquam ea de re in eis tractasse, neque vllam mentionem fecisse. Tum quòd palam quoque est mea omnia opera priusquam typis excuderentur, per magnum Regiæ Maiestatis Castellæ concilium examinata, & priuilegio munita fuisse. Tum quòd palam etiam est stultissimi vanissimique hominis futurum fuisse, id scribere in terris tãto Monarchæ subditis, in præsentem scribentis, suorúmque perniciem, nullo diuino, neque humano iure ad id cogente, nullaque vtilitate ad id suadente, & quòd gratia Deo Opt. Max. non vsque adeo insanio, & desipio. Tum quia plurimi, qui meum confessariorum & pœnitentium Manuale serió legere, dixerunt, quòd ego in eo assero Nauarram iustè à Regibus Catholicis teneri, etiamsi non esset verè illorum, eo argumento id colligentes, quòd [e] dixerim, *Restitutionem alienarum rerum non esse faciendam, quando per eam consequerentur maxima damna publica: ob idque non esse facilè damnandos Reges, qui tenent aliqua aliena, etiam si scirent, non esse sua, modo probabiliter crederent, eorum restitutionem consequuturæ grauissima suorum regnorum incommoda.* Ex hac enim propositione adiuncta altera, quàm sæpe dixi, videlicet, prudentissimos quosque rei militaris Hispanos iudicare per restitutionem præfati Regni, apertum iri ostium inferendi maxima damna in alia Regna Hispaniæ per montes Pyreneos, inferunt, me dixisse, Reges Catholicos non teneri, ad restituendam Nauarram, etiam si nollent non esse suam. Quamquam ego nullum verbum penitus feci de Nauarra, neque de vllis aliis dominiis, super quibus inter vllos Monarchas controuertitur: neque an in eiusmodi casibus sit compensatio aliqua facienda, nec ne. Tum quia frequenter constantissimeque verbo asserui, tam in Galliis, quàm in Hispaniis, quòd numquã Reges Catholici sua sponte, Regnum illud aliis, qui suum esse prætendunt, relinquent. Tum denique quòd cum illa pacifera Regina, & domina nostra Isabella te Prorege Nauarræ traiiceret in Hispaniam, & in domo natalis mei vno die requiesset multis viris Principibus Hispanis, & Gallis, qui eam comitabantur, asserentibus præfatum Regnum mox restitutum iri Vindocinensi, qui eam vsque ad Roncam vallem comitatus fuerat, contradixi, nitens præfato, (quod est irrefragabile) fundamento. Quin & licentiato perdocto ab Ainciondo, consiliario præfati Vindocinensis Excellentiæ tuæ (ni fallor) noto, mihi verò etiam amico, (quia emphiteutarum mei ordinis Roncæuallis cum primis præcipuus est) cum paulò post transitum præfatæ Reginæ scripsisset ad me propediem, se, cum Rege suo in domum præfatam, qua erat iter in curiam Regiam diuersuros, eo quòd iam habita fide publica, siue saluo conductu, ornabant iter ad acceptandam restitutionem. illi, inquam, mihi hęc scribenti, rescripsi, demirari me incogitantiam & imprudentiam eius & omniũ Gallorum, & multorũ Hispanorum, etiam magnatum, qui crederent eam faciendam. Eidemq; secũdo replicanti, quòd Regia nostri Regis Maiestas, (quem ego soleo dicere numquam mentiri) promiserat Henrico II. socero suo, restituere illã ei, quam ipse appellabat suam Reginam, si monstraret se non posse illud absque peccato mortali retinere, & quòd facilè id ipsa esset ei monstratura: triplicaui duo. Alterum quòd præfatus Rex adeo erat Christianus, quòd nõ solum Regnum Nauarræ, sed etiam Toletanum, & totam Castellam restitueret, si quis ei persuaderet, non posse illa, salua suæ animæ salute detinere, quippe qui optimè nouit, parum prodesse homini totum mundum lucrari, si animæ suæ detrimentum patiatur. Alterum, quòd nullatenus id poterat illa ei monstrare, quoniam, esto, probaretur ei non esse illud eius, non tamen poterat probari, & minus monstrari non posse illud iustè retinere: quia vt ipse poterat facilè videre, in prædicto meo Manuali iure constat, non esse necessarium restituere alienum, quando ex eo maxima damna publica probabiliter timerentur. Et quòd ex facto constabat totam prudentiam bellicam Hispanorum iudicare, grauissima damna Regnis Hispaniæ probabiliter timeri posse per huiusmodi restitutionem euentura: quamobrem moneret suum Regem, ne se vanis impensis, & laboribus oneraret, vanisque molestiis tanti Regis Maiestatem fatigaret, alias (si ei videretur) sibi quæreret compensationes. Qua mea triplicatione factum fuit, vt à vana spe decideret Vindocinensis, Princeps alioqui virtute bellica summus, & non fuerit vsus fide publica, siue saluo conductu à Maiestate Regia suam curiam adeundi iam ei dato, quod de hoc negotio fastidiosissimo tractaret. Ob quod solum officium vtrique parti, sine alterius iniuria præstitum, ab vtroque poteram præmium petere, quia tunc amici erant, sed malui ab ipso, qui hæc vidit, & inspirauit, Deo sperare illud. per quæ palam est, impudentissimè mihi obiici primum. Addo quòd imprudenter dum volunt videri in Regem officiosi, sunt in eundem inofficiosi: quoniam multi qui norunt me, de tangentibus animarum salutem etiam verbo cunctanter respondere solitum, facilè credere possent, cunctantius tale quid scripturum contra tantum Regem, & in opere typis, & in Hispania excusso: neque id vllatenus nisi veritate cogente facturum: ob idque illi assentiri. Per quæ satis superque dilutum est primum.

Ad secundum respondeo, pudere debere illos velle Romæ Romanis persuadere Regiam Hispaniæ Maiestatem malè mihi velle in Hispaniis, eò quòd ipse hic fassus fuerim nullo me suæ curiæ munere ab eo donatum. Primum, quia malignè inuertunt ad finem probandi odium in me tanti Regis ea, quæ candidè asserui ad finem, vt magis crederetur mihi de laudibus eius disserenti. Deinde quòd eodem argumento probarent Maiestatem eius, quæ in omnes, etiam exteros præcellenter est benigna, odisse omnes, quos ipse nouit, & vulgus æstimat eius munificentia dignos, si eos muneribus suæ curiæ minimè donaret: immo & Maiestatem Apostolicam, & Francicam odio habuisse summum illum Thomam Aquinatem, qui eorum in Imperiis degens, nullo ipsarum curiarum munere functus fuit. Et

[a] *Cap. inter verb. 11. q. 3.*

[b] *1. q. 1.*

[c] *Eccles. 41. d 11. q. 3.*

[e] *In cap. 17. num. 60.*

nerespon

ne respondeant quòd ille fuit religiosus, considerent me quoque iam inde à sexaginta septem annis esse talẽ, quamuis imperfectum & infirmum, vt ille perfectissimus & sanctissimus. Quæ consequentia quàm absurda sit, nemo non videt cum multis aliis de causis quàm odij passim id contingat: putà, quia non egent eis, vel non expetunt ea, vel non petunt, vel tamquam eis minus expedientia, minimè acceptant: vel quia solius potentię diuinæ est omnes pro meritis donare. Ob quarum aliquas causas, id erga me ab eo factum, in eodem ipso loco quem ipsi citant, affirmo in hæc verba: *Quia contentus & supra merita ornatus honore ac honorariis quatuor prædictarum, quæ celeberrimæ sunt academiarum, numquam curia Regiæ munera, in hunc vsque diem ambiui, neque petij, neque accepi.* Præterea, quòd, licèt non acceperim, oblata tamen mihi fuere: nam Deus quem in testem inuoco, nouit, quòd ante 35. annos, cùm nondum Salmanticæ vllam cathedrarum maiorum nactus essem, oblatus fuit mihi locus in Concilio Regio Regni Nauarræ, quod solet residere Pampelonæ, vna cum canonicatu illius Ecclesiæ Cathedralis. Nouit item quòd maiora mihi desiderarunt, & promiserunt Cardinalis ille ter magnus Gubernator Ioannes à Tauera, & episcopus Pacensis Suarez, qui tunc plurimum non abs re apud Cæsarem & Cardinalem præfatum valebat, posteaque decretorum cathedram in eadem Salmantica obtinui, & antequàm primæ functionis adeptus Conimbricam Lusitaniæ iussu Cæsarum migrarem: immo & postquàm migraui, vt in Castellam redirem: quæ tamen omnia literas & scholas feruenti animo insequenti, iustè, mea sententia, minoris illis fuerunt. Nouit item Deus ipse, ad quem modum ab hinc circiter quindecim annos cum cathedra Conymbricensi (vt aiunt) iubilata per Pinciam, in qua curia Regia residebat, in patriam Nauarram redirem, Reuerendissimus Ispalensis Donnus Ferdinandus Valdesius, quem vtinam in cœlo inueniamus, benignissimè suscepit, & ardenter desiderauit, vt in magnum Inquisitionis concilium, cui præsidebat, cooptarer: adiiciens palam, è republica futurum, vel creando nouum aliquod munus mihi aptum, in curia Cæsarea retinerer. Quæ licèt agnoscerem esse meritis meis longè maiora, recusaui tamen: quia de consensu glorioſissimorum illorum Lusitaniæ Regum, nullis pietate, prudentia pacis, belliqúe in infideles artibus secundorum, præfati Regis socerorum Dominorum nostrorum vix obtento, omnibus, (& in his etiam episcopatus, ad quem vacantem me præsentare voluerunt) prætermissis, omnino decreuerã, in quadam insigni ciuitate extera illis solis ad hunc vsque diem nota, me includere, ibiqúe nomine mutato incognitus aliquot annis incumbere opusculis, quæ edideram recognoscendis, & aliis quæ sub lituris habebam, poliendis & edendis, & manu extrema donandis. Nouit item ipsa Regis soror Germana Princeps Portugalliæ D. N. multis nominibus altissima, quæ tunc Regna eius gubernabat, cuique Manuale Confessariorum dedicaram, quàm obnixè illo eodem tempore percupiuit, ne ab eius curia discederem, significans id mihi futurum honori. Quin & vt me à prædicto proposito auerteret districtè iussit, vt duo Illustria canonicorum regularium monasteria visitarem, ad ea quæ agerem, illius potestate munitus: quod & feci, neque voluit mihi facere facultatem adeundi Nauarram, donec certior facta fuit, oportere me illò ire ad collocandas tres ex fratribus præmortuis neptes. Quin & postea cum in Nauarra, crure, casu mulæ in quatuor partes fracto, in lecto iacerem, iam conclamatus, per vnum cursorem, (qui quarta die à crure fracto ad me peruenit, iussit vt ad suam curiam illico magno meo honori reuerterer: cui respondi, me ad maius tribunal vocatum, suum adire non posse. Nouit etiam Deus, quòd Marchio ille Cortensis, Dominus Ioannes à Benauides Regi perdilectus, & qui eum imitatus numquam mentiebatur, è Flandria in Nauarram rediens, dixit mihi, à magno illo Regis Consiliario Erasso rogarum fuisse, vt discerer ex me, an possem & vellem Regiæ Maiestati, in Concilio magno Castellæ inseruire: cui respondi, me velle quidem vt par erat vbique terrarum Maiestati eius inseruire, sed ob præfatam causam tunc non posse id honestè facere.

Dicat nunc hic aliquis horum detractorum, cur ergo Regi iubenti, vt essem Illustrissimi Toletani aduocatus, assensus fuerim, cùm munus aduocandi longe minus honestum sit, quàm superiora, quæ dixi me recusasse? Cui respondeo, Maiestati eius notum esse, me à prima iussione, quòd licebat, supplicasse, causasque cur id non debebam facere, proposuisse. At cum per Illustrissimi Compostellani, qui nunc est Ispalensis, & insignis Cardinalis, & tunc erat Toletani iudex, litteras, secundo iussisse, vt omni excusatione, præterquam mortis posthabita illico Pinciam, vbi causa tractabatur, adirem: additis præfati Marchionis literis, quibus significauit eum meam excusationem ægrè tulisse, caueremque mihi plurimùm, ne iterato id facerem. Itaque illico nondum cruris fractura satis sanata cum adiui, vt eius Maiestati secundo mihi iubenti, & adeò rem tam cordi habenti obedirem. Quod ipsum, vt facerem tua Excellentia à me super hoc consulta, consuluit, adiui inquam repurãs causam intra semestre, vel ad summum octo menses finiendam, quod & ipsi iudices subdelegati tunc certum putabant. Adiui certè, non vt facerem voluntatem meam, sed eius, qui me mittebat Regis facultate ad id, & præcepto mei Præfecti Roncæuallis factis, adiui non quidem quòd Reuerendissimum Toletanũ, vel de facie antea cognouissem, sed quòd eum putarem innocentem, eo quòd facile intelligerem, eum à rege tanta cura eius defensionem procurante plusquam vulgariter diligi, quod fieri nequibat à Rege tam Catholico, credente ipsum à fide defecisse. Quamobrem etiam coram iudicibus eum ingenuè admonui, ea me conditione ipsius defensionem acceptare, vt quàmprimum clarè nosset ipsum hæreticum, liberè desererem. Quod etiam ipsi placuit, & quia eum numquam ita noui hæreticum, (licet in eo falli potuissem) nec per eum, nec per eius defensores factum est, quo minus causa finiretur, non licuit eum deserere: immo ne falsò iactaretur, malè me de illo sentire (vt Maiestati Regiæ dixi, oportuit) non obstante senectute, neque debilitate relicta ex grauissima febri (quę me paulo ante vexauit (huc venire ab vltimis Hispaniæ finibus, nempe Olisipone, prope quam literæ Regiæ me inuenerunt. Per quæ omnia plus satis manet dilutum, secundum meorum detractorum argumentum, quo arguunt Regem mihi iratum, eo quòd eius curiæ muneribus non sim donatus.

Ad tertium autem fateor, immo gaudeo, me esse Nauarrum, & Cantabrum de antiqua illa gente, fidei Regibus præsertim datæ obseruantissima, testãte Platina, [a] Cantabros, & Astures, qui omnium Hispanorum postremi Romanis adhæserunt, vltimos eos deseruisse: nullaque quam nouerim, prodente historia vllum Nauarrorum fidem Christi, quam per S. Saturninum discipulum beati Petri susceperunt, in hunc diem (gratia Deo) deseruisse, & in impiam Iudæorum, Sarracenorum, Turcarum, vel Lutheranorum factionem transfugisse, etiamsi ab eis captus & per munera illectus, vel tormento in id adactus fuisset. Fateor item & gaudeo me progenitum à prædictis duobus palatiis, Azpilcuetæ videlicet & Iaureguicar, quod alio nomine dicitur Baztan: vnde Bazanes Castellani magnates originem ducunt, quæ in saltu Pyrenæi montis, qua parte Vascones Celtas, à Celtiberis diuidit, sunt sita, quæque licèt non sint adeo opulenta, sunt tamen longe ante Carolum Magnum erecta, & nullo in hunc diem gratia Deo damnatæ sectæ sanguine contacta: quorum alterum alteri hoc solo nomine præstat, quòd alterum est vnum ex duodecim, qui præfato Regno nascenti regendo fuêre destinata. Quæ res adeo notoria, fortè fuit in causa, ne mei æmuli vllam natalium, & puritatis generis antiquissimi Christicolarum notam obiicerent. Fateor etiam, & magno decori duco, quod præfati eorum Domini vna cum suo duce Illustrissimo Nauarræ Mariscalo Excellentiæ tuæ cognato relictis suis laribus sequuti fuissent præfatum Ioannem à Labreto Regem tunc temporis suum, & à se iuratum: quia licèt non damnem eos, qui de causis eis notis diuersum fecerant, laudo tamen hos, quòd spretis suis sua iuramenta Deo reddiderunt. Quod magno illi Regis proauo Ferdinando, qui Catholici Regis cognomen primus adeptus fuit, adeo non

[a] *In vita Ioan. 6.*

displicuit,

diſplicuit, vt etiam laudaret eos, quod imitarentur ſuos progenitores, qui patrem ſuum Regem Nauarræ & Aragoniæ contra filium proprium Principem aduerſus eum rebellantem defendiſſent,& ſperaret eoſdem poſteaquam ei iuramento ſe obſtringerent,numquam ab eos defecturos. Quæ ſpes nulla eum ex parte fefellit, Rege ipſo noſtro, patriq; ſuo Imperatore teſtibus locupletiſsimis, qui præfato Mariſcalo crediderunt primum Coletum,deinde Iſpalim,& poſtea Regnũ Galleciæ ſatis Gallię finitimum: præfeceruntq; Conciſio magno trium ordinũ,& iuſſerũt, vt ſtatus & belli Concilio intereſſet: immo & tandem in præſidem Concilij ſupremi deſtinatus obiit mortẽ,& fratrem eius D.Franciſcum à Nauarra, cuius ego quatuordecim annis in Galliis primum,deinde Salmanticæ iuri vtrique incumbẽti ductor & comes fui, ad duos epiſcopatus, & ad archiepiſcopatum Valentinum euexerunt.Taceo fidem illius Illuſtriſsimi Marchionis à Falces, cui etiam orbem nouum Rex credidit,& eius fratrum Illuſtriũ ductorum militum à Peralta,qui ſignis Regiis præfecti alij alibi terra, marique militantes, aut glorioſas mortes oppetierunt,aut inſignem operam(vt vnus eorum ſub Excellẽtiæ tuæ ditione)nauant: quorum ducatui ſemper progenitores mei adhæſerunt. Taceo fortem, prudentemque illum Dionyſium ab Eza, cuius ſoror cuidã meo auunculo nupſerat,cuiuſque fidelitas,virtus, & opera inſigniter enituit in ſeditioſos illos Caſtellanos , eo ſolo quod communitatis nomen ſibi fecerunt,poſteaquam à præfato Rege Ioanne à Labreto dimiſſus Regia ſigna ſequutus fuit , cuiuſque trium filiorum maximo natu Carolo ab Eza non ſolum Plumbinum Regia Maieſtas credidit, ſed etiã ictius arcis Mediolanenſis aliquanto rempore Procaſtellanus, & bonæ partis eius cuſtos fuit:& alij duo ante trienniũ à Regia Maieſtate honorificè aucti,alter in Flandria, & alter in Hiſpania fortiter Regi militant Taceo fidelitatẽ magni Eraſi & Caſtelli, qui Regi ſunt à ſecretis,quorum progenitores idem,quod mei fecerũt.Taceo complures alios, id ſolùm admoneo notonotius,& notorium facti permanẽtis eſſe, quod ambo præfatorum duorum palatiorum meorũ auitorum Domini ante triennium à Regia Maieſtate perpetuis ſtipendiis & aliis donariis aucti,nũc in Pyrenæi montis anguſtiis contra Lutheranos reſidẽt. Alter,ſcilicet Dominus de Azpilcueta,qui eſt vicecomes Colinæ Præfectus Roncalibus,(genti omnium Celtiberorum ſuapte natura fortiſsimæ)in ea parte, qua Nauarram à Bearnio diuidit. Alter verò Dominus de Iaureguicar, ſiue Baztan, in ea præfata parte,qua Vaſcones Celtas à Celtiberis ſeiũgunt: in quamcumque occaſionem, cum ſuæ domui fœderatis ad arma paratus eſt. Per quæ palam ſatisfactum eſt tertio meorum æmulorum argumento.

Ad quartum reſpondeo, fateri ,gandereque me plurimum in Galliis multo tempore didiciſſe, docuiſſeque iura Pontificia & Cæſarea, imo & eo vſque nominis perueniſſe,vt à quibuſdam Principibus viris inuitarer, & rogater ad conſiliarij officium in magno Pariſienſi Parlamento,eorum propria opera & pecunia coëmendum.ſolebant enim tunc eiuſmodi officia vendi pro eis,quibus erat eruditionis nomen iurium celebre. Fateor hoc inquam illis, quos etiam cõtra profiteri oportet, me antequam Gallias adirem intra Nauarram & celeberrimam Complutenſem (quæ in Caſtella noua eſt) Academiam artes liberales & Theologiam ſcholaſticam didiciſſe. Et quòd poſtea in Hiſpanias è Galliis regreſſus,triginta circiter annos ea iura Pontificia docui, Salmanticæ quidem circiter 14. & Conimbricæ Maieſtatis Regię parentum iuſſu quintuplicato ſexdecim. Neque vllus negat attuliſſe me à Tholoſa Galliæ in Salmanticenſem, veteris Caſtellæ Academiam, omnium orbis Chriſtiani cum paucis principem,ſolidam & perutilem iuris Pontificij ſapientiam, ſicut & poſt me altero anno perdoctus iuxta ac perpius ille frater, Franciſcus à Victoria ſolidam,vtiliſsimamque Theologiam ex eiuſdem Galliæ Pariſiis eodem inuexit:cum ante nos ambos integerrimus ille Siliceus in Regis magiſtrum à Cæſare delectus, & poſtea in Archipræſulem Toletanum promotus, & aliqui alij Pariſiis in eadem Gallia adamuſſim docti, vtramque philoſophiam, & alias artes liberales magnoperè in eadem auxiſſent. Si ergo illi, quorum aliquot plures annos quam ego in Galliis didicerunt, & docuerunt, nulla ob hoc nota, imò laude dignos ducunt, cur ego ſolus damnor. An quia Regis duplicato iuſſu Reuerendiſsimum Toletanum cum collegis meis tòt annos iuſtè defenderim? An quòd chariot quàm ipſi vellent cœperim eſſe Pio V. Põtifici Maximo,Patribuſque purpuratis, & toti Romæ? Fateor item me paululum Gallicè balbutire, modò non negent præfatos eleganter, & ter maximum Cæſarem Regis genitorem elegantiſsimè loquutos. Fateor etiam me ſolere Gallias , in quibus eſt etiam Flandria, cum vndecim aliis vt arbitror dominiis aucta, magnificare, quas qui parui facit,neque illas vidit, neque Geographiam earum, neque tes in eis geſtas intelligit. Neque diffiteor me,qua parte par eſt,amare Gallias.Tum quia magna pars earum Maieſtati Catholicæ paret. Tum quia, gratia Deo in eis didici, quod eius ope fideliter noſtrates docui. Tum quia, quo tempore ipſe in eis degebam,magna erant in Deum religione,& Reges ſuos obedientia & inter ſeſe ſimplicitate , humanitate mutua , dilectione, dulciq́ue ac modeſta conſuetudine, ab omni vanitate ſuperbiáque vt plurimum aliena. Tum quia ſunt proximi, quos omnes præcepto Chriſti teneor diligere:& iam inde à puero plurimùm aduerſor eis, qui aliàs eo ſolo nomine quòd ſint illius vel illius gẽtis aut factionis oderunt. Quare frequentiſsime aduerſatus ſum in Nauarra, Nauarris illis,qui alios Nauarros, eo ſolo quod eſſent alterius factionis, oderant. In Gălliis , item illis Gallis qui Caſtellanos eò ſolo quod Caſtellani eſſent, oderant , non enim Nauarros & Gotholanos, quorum copia magna ſolet eſſe Tholoſæ , licèt nos omnes eſſe Hiſpanos noſſent, ſic aduerſari ſolebam in Caſtella illis Caſtellanis,qui oderant Francos, eo ſolo nomine, quòd eſſent Franci , & qui iure vel iniuria facilè irridebant & deſpiciebant Portugallos: & in Portugallia Portugallis, qui iure vel iniuria facilè oderant Caſtellanos , & nunc plurimum defero Romanis , qui nos omnes cuiuſcumque gentis homines, humanè tractant, & cum iudicio dignos honore ſuſcipiunt,& amant, de aliis autem eo indignis parum curant, ſed non eos afficiunt iniuria,niſi eis fuerint iniurij. Quod profectò proprium eſt Chriſtianorum: quoniam ſecundum Chriſtianam doctrinam in omni gente, & factione, qui facit iuſtitiam, eſt Deo acceptus & amandus. Et contrà in omni gente & factione, qui facit iniuſtitiam, eſt Diabolo acceptus & quatenus talis,odio habẽdus:& quia in omni gente & factione ſunt boni, meliores, & optimi, mali, peiores & peſsimi , quos omnes quidem ad vnum diligere oportet , ſaltem propter Deum, & vt licet hos, qua parte mali ſunt , odiſſe , ita illos , qua parte boni ſunt, oportet amare. Tum quia olim Toloſæ anno circiter 20. ſupra 1500. habui in ſcholis tempore carnis priuij prælectionem (quæ repetitio appellatur) pudicam & paciferam, contra multas quæ illo tempore paſsim habebantur, ſpurcas & ſeditioſas, ſuper illud prœmij Decretalium, *Rex pacificus pia miſeratione voluit ſibi ſubditos fore pudicos, pacificos,& modeſtos.*ad quam veluti ad rem nouam, non pauci confluxerunt,qua inter alia multis perſuaſi, ſolas duas in orbe Chriſtiano eſſe gentes. Alterã quæ Chriſto, alteram quæ Sathanæ militarent. Ideoque illorum Francorum, qui honeſtatis literarum ſtudioſi haberi volebant, eſſe amare colereq́ue Hiſpanos, Vaſcones, Britones,& alios aliarum nationum, qui Toloſæ literis, & honeſtati operam dare ſatagebant. Et contra, noſtra Hiſpanorum & aliorum aliarum nationum , qui honeſtatis, & literarum ſtudioſi haberi volebamus , erat amare coleréque Francos earundem ſtudioſos. Quo factum fuit, vt in omnes cuiuſcumque gentis honeſtos promiſcue creſceret amor, & in omnes cuiuſcunque gentis inhoneſtos decreſceret. Tum denique quòd cum omnes Chriſtiani debeant ſe reputare aduenas, & peregrinos , iuxta ſententiam Petri , & iuxta ſententiam B. Pauli, non habere hic ciuitatem manẽtem, ſed futuram inquirere, cum primis id facere debeo ego, quem Nauarra genuit , Caſtella noua Compluti educauit, Gallia virum fecit, Caſtella vetus Salmanticæ ſublimauit , Luſitania ornauit, decorauit & longe ſupra merita mea illuſtrauit, niſi (vt prædixi) alio me ſpiritus (vt putabam) bonus direxiſſet:

O quam mutatus ab illo Gallorum eſt populus.

xiſſet: à qua ſola etiam nunc honorificè inauditis meæ cathedræ ſtipendiis perpetuis alor. Vnde reuerſum vtraque Caſtella, & Nauarra beniginſsimè excepit, tractauit, & opera mea conſiliiſque meis gratuitis duodecim circiter annis eſt vſa:in quibus (quod gloriæ magnæ duco) aliquando fui à ſacris confeſsionibus præfatæ Regis ſorori Germanæ incomparabili Portugalliæ Principi D. N. & eius ex ſorore nepotibus Bohemiæ principibus nõ ſolum titulis auitis,ſed etiam propria indole virtutum , animorum, corporumque glorioſiſsimis. Et tandem per varios caſus , & multa diſcrimina vitæ, in Italiá totius orbis prouinciarum nobiliſsimam veniens iam circiter triennium Romam Chriſtiani orbis matrem & magiſtram, annum 78. agens colo.

Cum igitur præ aliis meæ conditionis viris debeam me peregrinum reputare,cur non imiter eum qui pro nobis factus peregrinus, omnes cuiuſcumque gentis homines amat,nullius perſonam accipit , vnumquemque pro ſua in eum fide,ſpe, caritate,atque aliis virtutibus collaudat, vel ſua in eum impietate aliiſque peccatis vituperat? Cur imitatus eum,non amem omnes cuiuſcunque gentis ſaltem propter eum, & bonos etiam propter eorum bonitatem? Cur non omnes malos , qua parte ſunt tales,oderim ? Cur non omnibus ſine alterius iniuria proſim , vel prodeſſe velim ? Cur non ab alterius iniuria abſtineam, etiamſi per eam Nauarro alicui , Hiſpano alij, vel etiam mihi ipſi prodeſſem ? Abſit à me (Princeps Excellentiſsime) vt credar vlli,etiam mei natalis ſoli Regi , longè beniginſsimo , cum alterius iniuria contra diuina Chriſti præcepta obſequuturus:tantùm abeſt, vt cum eius iniuria vlli alij obſequar.Per quæ omnia ſatis ſuperque monſtraui, non eſſe præſumendum me à tam benigna Maieſtate odio haberi.eò quòd in Galliis multo tempore iura didicerim, &docuerim: & quòd Gallias , qua parte par eſt, magnificiam & diligam , quod aduerſariorum quartum argumentum prærendebat.

Dilutis argumentis quibus detractores mei clam me perſuaſiſſe putant præſumendum eſſe mihi Maieſtatem Regiam infenſam,adiũgam pauca ex multis, quibus contrarium iure præſumi oporteat. In primis quidem , quod cùm primum Tholoſam cauſa iura diſcendi adiiſſem , à Gallis in Gallia didici rationem præfatam , qua præfatus Rex Catholicus Ferdinandus Nauarram iuſtè retinere poſſet,quam à nullo in Hiſpaniis Hiſpano audire memini.

Secundum quòd poſt aliquot annos,bonus , vt credo, ſpiritus mihi perſuaſit,Gallias cito eſſe ruituras, quamuis non tantùm,neque illius generis ruina,qua ruerunt,quod perſuaſi omnibus & ſingulis,qui vnam horam ea de re me diſſerentem audierunt, è quorum numero fuerunt etiam præfatus Mariſcalus Excellentiæ tuæ cognatus, ipſiusque frater Archiepiſcopus Valentinus , præfati Regni cum paucis primi:quibus etiam perſuaſi è re Chriſti,& Nauarræ publica & ſua , cognatorumque ſuorum, & eis adhærentium priuata, imò & ipſiuſmet Regis Ioannis, viri natura pacifici, cui tantùm erant oneri,fore , vt primo quoque tempore oblata iuſta occaſione , abſque tamen iniuria Galli , cui Mariſcalus militabat , in ſuam redirent patriam. Quo facto,tota ea tranquillata fuit,& Regia Maieſtas leuata bona parte curarum , & impenſarum , quibus defenſio illius Regni egebat,illis in Gallia degentibus.

Tertium,quòd poſt biennium ſequutus fui eos recuſatis,cum gratiarum tamen actione, horis ad legendum honorificis ab Academia Tholoſana mihi præſtitutis,& multis aliis,quæ Gallia vt dixi;promittere benignè cœperat.

Quartum,quòd meo illo tranſitu & magnis argumentis perſuaſi Mariſcali præfati ſequacibus, licèt non citra ſudorem, poſſe illos recta cõſcientia credere iuſtè Nauarram à Regibus Catholicis teneri , eiſdémque militando bene mereri. Ad quod plurimum profuit, quod ego , qui eram eiuſdem opinionis,& factionis,quarum ipſi non ſolùm verbo , ſed etiam facto relictis Galliæ muneribus, in Hiſpanias nullo penitus munere Regio ad id allectus, traieci:& Salmanticam paulò poſt adiui. Quæ res quanto fuerit obſequio Cæſari,& quantæ animarum præfatarum tranquillitati Deus Optimus Maximus nouit.

Quintum,quòd plurimum Regiæ Maieſtati Salmanticæ inſeruiui, ſi ſeruire Regno eſt ſeruire Regi, prælegendo circiter 14.annos tam in æſtate,quàm in hyeme,quotidie geminatis , & frequenter triplicatis horis:quod plerique omnes præfecti conſiliarij,ac confeſſarij, imò & prælectores gymnaſtæ totius Regni, quorũ bona pars me audiuit, ingenuè pro ſua in Deũ,& in me caritate, teſtantur.

Sextum,quòd primarię functionis ſacrorum Canonum cathedram Salmanticenſem , quam nullus ante me vmquam auditur reliquiſſe,niſi ob opulentum epiſcopatum, præfatæ Imperatricis Regiæ matris obnixo rogatu reliqui, præcedentibus quinque iuſsibus , duobus eiuſdem Imperatricis,quæ abſente Imperatore illius regna gubernabat,& tribus eiuſdem Imperatoris,qui tunc ſuperuenerat, quibus academiam renitentem , & ab eis ſupplicantem, adegerunt , vt mihi facultatem abeundi ad confirmandam Conimbricẽſem recens fundatam in Portugallia Academiam faceret , qua ſine , iurauerat me nullatenus etiam relicturum, ne ſummorum mihi ab ea beneficiorum collatorum immemor eſſe iudicaret.

Septimum , quòd præfatorum regis noſtri parentum mandato in Conimbricam tranſlatus , præfatis eius ſoceris Luſitaniæ Regibus D. N. circiter ſexdecim annis ope diuina,tanta fide, cura,ſtudio & labore, nullo morbo , vel alio negotio impeditus,omnibus id atteſtantibus feruiui, quòd non ſolum ipſi me inſigniter diligerent, ſed etiam omnes eorum regnorum,tam ſummates,quàm mediocres & infimates egregiè me etiam in hunc diem diligunt, dilecturi , vt ſpero in Deo,æternum : neque tantum dilexerunt & diligunt,ſed etiam ex animo cupiunt, vt recognitis & editis meis operibus, ad eos reuerterer , inſigni aliquo apud eos honore ſepeliendus. Quæ obſequia , cùm parentum Regis mandato , etſi non eſt ſuperbum dicere, rogatu,frarribus eorundem & Regis ſoceris præſtiterim, imò & cum literas eorundem habeam in hunc diem ſeruatas,quibus promiſerunt,ſe imputaturos ſibi , quæcumque ſuis fratribus obſequia præſtarem, nonne illorum, & Regiæ Maieſtati præſtita cenſenda ſunt , præſertim quòd Deo Opt. Max.teſte, Maximus ille gubernator Cardinalis Ioannes à Tauera,miranti mihi,quòd Maieſtas Caſtellana per litteras iuſtitiæ de ſupremo eius Concilio, (cui tunc ille præſidebat)emanatas,adeò abſolutè iuberet Salmanticæ,vt mihi ſuo gymnaſtæ facultatem adeundi Conimbricam faceret , reſpondit , quòd Maieſtas Caſtellæ, Maieſtati Portugalliæ, cùm ob alia, tùm verò maximè ob fauorem , & auxilia inſignia , quæ Caſtellæ præſtiterat, quando aduerſus Cæſarem à regno abſentem inſurrexit Caſtellana communitas, quòd iure Cæſar velle debebat, non tantùm vt Salmantica,quæ pars quædam Caſtellę eſt, ideóque ipſius ſalus à totius ſalute pendebat, aliquam ob meam abſentiam iacturam patereturr, ſed etiam vt aliæ ſe offerrent occaſiones gratificandi tam vicinæ, támque cognatæ ac amicæ Maieſtati, & ſi id ſine aliquarum partium maiore iactura fieri nequiret.

Octauum,quòd præfatis his annis multos libros Regiis Regnis eruditorũ iudicio vtiles cõpoſui. Primũ in tres de pœnitentia diſtinctiones poſteriores,dicatum Regi & D. N.Ioanni tertio Regum ætatis ſuæ(abſit verbo adulatio) religione,eleemoſynis,ornatu, prudentia,tam belli quàm pacis artibus inſignita,iuſtitia , clementiæ radiis coruſca, magnificentia omni genere modeſtiæ decora exemplari.

Secundum de laude & detractione in cap. *Inter verba.* [a]

Tertium,de oratione vocali , in cap. *quando.* [b] quæ duo lingua vulgari ſcripta, dedicaui Reginæ Catherinæ huius nominis primæ, præfato Regi ſuo coniugi omnibus præfatis nominibus pari,& eò quòd ei ſuperſtes in dies ſe maior fit,& in educando amborum nepote Rege noſtro Sebaſtiano tam ſanctè vt ſperetur , omnes ſuos auos & proauos ſuperaturus,illo ſuperiori.

Quartum in cap. *ſi quando.* & cap. *cum contingat.* [c] ſuper habilitate ad beneficia , & remediis contra cenſuras malè latas,ad eandem Reginam,ſed latinè.

Quintum , de vtraque ſuprema poteſtate in *ca. nouit.* [d] ſupremo illi Principum flori Regis D.N.Philippi ſororio dedicatum.

Sextum Manuale confeſſariorum lingua Luſitana ad Cardinalem infantem domnum Henricum præfatorum

a xx. q. 3.

b *De conſec. diſt. 1.*

c *De reſcrip.*

d *De iudi.*

Regum fratrem multis nominibus super illustrem, & incomparabilem scriptum.

Septimum ipsummet Manuale Castellano sermone donatum & auctum Domnæ Ioannæ sorori Regiæ germanæ Portugalliæ Principi multis nominibus altissimæ D.N.in Castella oblatum.

a De pœnit. dist.1. Octauum de indulgent. in §. *in Leuitico.*[a] latinè ad illam probè latinā callentem Infantem Domnam Mariam præfatorum Regum sororem, & in Reginam Hispaniarum à Cæsare delectam,& à tota Hispania maximè desideratam, immo & ab Rege nostro Philippo per procuratorē iamiam ducendam vxorem, si vnum diem integrum plus Eduardus Anglus vixisset, quod maximo Hispaniarum & totius Christiani orbis malo, malus aliquis spiritus impediuit.

b De restitu. spoliat. Nonum, de amissione possessionis per renuntiationem,in cap.*accepta.*[b] ad longè Illustrissimum Episcopum, & Comitem Conimbricēsem Didacum Soarez,cuius me bonam partem pronunciantem tribus horis attentissimè in frequentissimo consessu audiuit.

c De Iudæis. Decimum,de armis, & aliis rebus ad infideles non exportandis,in c. *ita quorundam*, [c] Illustri Collegio Societatis Iesu Conimbricano dicatum.

Vndecimum, de plurimis piis additis ad præfatam repetitionem cap. *quando.* Reuerendæ Abbatillæ S. Claræ Albiensi Domnæ Annæ ab Expeleta Nauarræ ascriptum.

Nonum est, quod reuersus Conimbrica Portugalliæ in Castellam, primum præfatæ Regiæ Maiestatis sororis D. N. quæ Regna eius tunc gubernabat iussu, duo Illust. ordinis Canonicorum regularium monasteria,non sine laude bonorum,visitaui. Deinde iussus à concilio Regio magno,vt Manuale prædictum in Castella typis excudi facerem,annum circiter integrum latēs, intra typographi domum inclusus,impendi & recognoscendo,& augendo,& componendis quinque commentariis resolutoriis, quos illi Principium summo Carolo, (quem mors immatura, suisque omnibus Imperiis inuisa sustulit)dicaui. Et quod ab eo loco, in quo latebam euocatus, præfatæ Principis iussu adiui eius curiam, & super dubiis maximis, neque minus controuersis, statúmque publicum tangentibus, respondi,Deo, & Regi,(vt euentus docuit) grata.Et postea Regis Maiestatis geminato iussu, causam Reuerendissimi Toletani,qua parte iusta esset, defendendam cum aliis collegis meis suscepi:in quam totos nouem annos finiendos dimidiato mense Augusto, huius anni 1570. impendi,vna cum doctore Delgado, cum primis sui ordinis prudenti,pio,& docto, collega meo plurimùm mihi suspiciendo, qui aliquot menses ante me Pinciam ad idem negotium iuerat,idque feci, plerisque omnibus æstimantibus,decere me magis agere iudicem, (qualem etiam in inquisitione Lusitaniæ aliquando egeram) quàm aduocatum,qualis numquam fueram,presertim coram iudicibus, qui mecùm discerent ipsi Salmaticæ doctorem celebrem ibi viderant. Quod feci, & facio auersus à recognoscendis & edēdis meis lucubrationibus, cuius rei causa præcipuè Conimbricam reliqui, in qua est notorium perdidisse me,ac perdere quotannis,quingentos ducatos,seu cruciatos ex salario mihi statuto,quo ipsam meā cathedram cum mille ducatorum salario mihi statuto iubilatam prælegerem,& multos alios incertos,quos vti Decanus conferendo gradus,præsidendo,& cōsulendo,lucrari poterā fruens gratuita habitatione in palatio Regio, sito in terra omnium,quas ego colui,tēperatissima,salubertimáque. Tandémque cum libellum de reditibus ecclesiasticis, quem sermone vulgari Regiæ Maiestati dicauerā latinitate donatum S.D.N.Pio Papæ V.hic offerre vellem, perpēdens, multos etiam alioqui Regi bene affectos,parum decenter de tanta Maiestate sentire, non satis quidem polito stylo, sed satis magna meorum dictorum fide, nomen eius & gloriam ab ore detrahentium vendicaui.

Decimum tandem, quòd tua ipsa Excellentia nouit & multi alij testantur præfatum Regem non parum responsis de iure meis deferre solitum:epistolásque meas pro sua, (quæ incomparabilis est)benignitate, libēter legere,precibus meis etiam pro aliis porrectis benignè annuere: palámque esse, preces pro me super habendis ad imprimendum opera mea priuilegiis,benignissimè audisse: imo & Carolum IX. Galliarum Regē rogasse, vt nemo in regnis eius,opera mea sine meo consensu imprimeret,quod amplissimè ille concesserit, asserens se ad Regis nostri, suíque fratris instantiam cōcedere in litteris,quæ super hoc Gallicè cōfectæ,& iam aliquot ex operibus meis præfixę, prostant. Neque memini quicquā ab eius Maiestate petiisse, quod non concesserit:immo cōtra, non semel audiui gratum ei fururum,vt aliquem à se honorem peterem, quod etiam ex eiusdem verbis arbitror me bis subintellexisse: quem,quia,vt ait S.Augustinus. *Otium sanctum quærit caritas veritatis,& negotium iustum suscipit necessitas caritatis.* non petij,neque licuit fortè petere, etiam si licuisset accipere. Cum igitur Excellentissime Domine omnia hæc, quæ in præfatis decem dictis cōtinentur, sic se habeant. Cúmque argumēta æmulorum monstruerim esse falsa, vel impertinentia,iustum profectò arbitror credendū esse Maiestatem Regiam in omnes adeò benignam, & gratam, non esse in me solùm,à sua conditione ingenita,longóque habitu aucta,alienam,vt me,quem debet diligere,oderit.

Quare,supplico Excellentiæ tuæ, vt pro isto, quo es in me candore animi,efficias ea via quam tua rara prudentia Spiritus sancti gratia fulcita suggesserit, ne me S.D.N. gratia,qua prosequi cœperat destituat,eo quòd puter me tanti Regis gratia priuatū, & vt regia Maiestas dignetur significare me sibi fidelem Regnísque suis vtilem fuisse; ideóque sibi non esse ingratum, quod maximo beneficio ducam:quoniam post Maiestatis Diuinæ gratiam,maximè debeo expetere Apostolicam, & Regiam, qua foueat & seruiam tranquillius Deo opt.Max. qui fauit vt Excellentia tua in Nestoreos annos, magis ac magis illius supernis augeatur donis,quibus promissiones eius, quæ omne desiderium superant,consequatur vna cum Illustr. D.Domna Iohanna de Alhama Duce Gubernatricéque pientissima, Amen.

Ratio cur non solùm Regem Philippum appello D. nostrum, sed etiam Regem Portugalliæ,illa est, quòd sicut origine sum Nauarrus, & ita Regi Philippo subditus, ita domicilio iussu patrū eius in Lusitania contracto Regi Portugalliæ subditus, vtrique sine tamen alterius, & alius cuiuscumque iniuria,omnibus neruis Christianè (vt debeo)Diuina ope inseruiturus. Quo vtinam trāquillentur animi eorum qui se suáque tantum norunt, & amant, ob idque etiam eo nomine me taxant quòd in amando, colendo,laudando,&,qua parte par est,magnificando Imperium Lusitanum, eis videar æquo longior: cùm tamen palam sim eis,qui illud,illiusque res gestas nouerunt longè breuior & curtior. Neque tua hoc Excellentia Excellentissime Princeps miretur:quia non desunt,qui me malè affectum Hispanis iudicent, eo quòd Romam, & alias Italias vrbes,è quibus est etiam ista Mediolanum, absolutè omnibus nominibus, vrbibus illarum insignibus non postponam: cum tamen id, absque Dei, conscientiæque meæ offensa nequeam facere:tam putant aliqui,neminem esse verè Hispanum, qui verè vel secus omnia Hispaniarum omnibus aliarum gentium non præfert: quasi egeat Hispania yllius mendaciis, quò credatur esse pars Orbis Christiani cum primis nobilissima: & quasi non sit verum illud, *Terra omnes non possunt omnia ferre, vel non omnis fert omnia tellus.*

Etiam atque etiam vale Princeps Pientißime.

FINIS COMMENTARII DE FINIBVS HVMANORVM ACTVVM.

COM

COMMENTARIA IN SEPTEM. DISTINCTIONES DE POENITENTIA.

Præfatiuncula.

EDituri tertio Commentaria,quæ scripsimus in tres posteriores distinctiones huius tractatus de Pœnitentia,primum Conimbricæ anno M.D.XLII. *& deinde Lugduni,* M.D.LXIX. *impressa, & rogati vt simul cum eis ederemus ea,quæ in eadem Conimbrica academia commenti fuimus in quatuor priores distinctiones nondum typis excussa, decreuimus, ex illis tantum vtiliora decerpere, omissis plurimis quæ non sunt adeo vtilia,suffectis eis breuiter aliis,quæ magis sunt vtilia,magisq; praxi quotidianæ accōmoda,in hanc quæ sequitur formam.*

Hic erat præfatio ad Auditorium suum Conimbricense,quæ quidem quoniam solum complectebatur ipsius prælegendi rationem quæ non erat de pane lucrando, sed de animo : nō visum est necessarium eam rursus hīc subiungere,vt solum in hac editione necessaria & ad rem maximè spectantia haberentur.

PRAELVDIVM.

SVMMARIVM.

1 *Stylum quem omittit auctor.*
2 *Decretum tres partes sic finitæ habet.*
3 *Pœnitere quid;& pœnitentia esse verbum Latinum.*
4 *Pœnitentia verbum æquiuocum quatuor significat,*
Virtutem,actum pœnitendi, & Sacramentum pœnitentiæ, atque pœnam in eo iniunctam.
5 *Aphorismus & distinctio quid significent.*
5 *Verborum significationi non tantum, quantum ipsi rei attendendum.*
6 *Numerus septenarius laudatus,sextus perfectus.*
7 *Numeri quæ pars dicitur aliquota.*
Ad suum auditorium Conimbricense.

1 PRæmoneo igitur vos primum, auditores studiosissimi & clarissimi, me non sequuturum in interpretandis iis distinctionibus stylum Archidiaconi, viri quidem vtriusque iuris peritissimi: neque Cardinalis S. Sixti viri profecto multis nominibus suspiciendi, & in re Theologica præsertim theorica versatissimi,doctrinæq; S. Tho.addictissimi: quia stylus illius est valde breuis, & ieiunus, & ob affectatam breuitatem plura remittens,quam determinans; huius verò prolixus,& à Iurisperitorum consuetudine longè alienus.

2 Præmoneo secundo, hunc tractatum non esse partem principalem huius aurei voluminis,quod ex tribus partibus constat. Quarum prima continet vnam,& centum distinctiones:secūda triginta quinq; causas: & tertia quinque de consecratione distinctiones;sed esse quoddam parergon, siue appendicem resolutionis q. 3. quod est vtile scire volenti ordinen huius voluminis, ne decipiatur credendo secundam partem eius hoc loco finiri; quoniam etiam ad hanc partem pertinent duæ quæstiones proximè insequentes, quarta nempe, & quinta cum suis omnibus quæstionibus.

3 Præmoneo tertio pro declaratione tituli sequutus illud Vlpia.[a] *Bene est pauca de tituli significatione referre.* Et illud Celsi,[b] *Iuri operam daturum prius nosse oportet, vnde nomē iuris descendat,* id quod ex copiosis hic, & alibi à nobis dictis de significatione,& Latinitate huius verbi pœnitētia in compendium contraximus in Man. Conf.[c] Nēpe,quod pœnitere dicitur generaliter ille,qui nollet feciſſe, vel omisisse aliquid à se factum, vel omissum. quod dupliciter contingit, vel sine dolore; vt in beatis, quos sine dolore suorum erratorum pœniter:vel cum dolore, vt in viatoribus,qui non solum nolunt,sed etiam dolēt peccasse, iuxta illud Aug. [d] *Pœnitere est pœnam tenere,*relatum, [e] infra. [f] Ita quod plerisque visum est verbum,pœnitentia,minime latinum esse,& vtendum loco eius verbo Græco *μετάνοια,* sed quia illo vtitur Plinius in illo. [g] *Nihil fœdius agricolis, quam gestæ rei pœnitentia.* Et quia verbo pœnitudo vtitur Diuus Hieronymus,[h] nihil nobis necessum erit vti verbo Græco *μετάνοια.* Item quod vtrumque horum verborum pœnitentia,& pœnitudo propriè significat habitum, vel actum pœnitendi;hoc est nolendi feciſſe, vel omisisse facere aliquid à se factum, vel omissum: impropriè verò & per figuram metaphoram, seu Metonymiam transfertur ad significandum sacramentum pœnitentiæ à Iesu Christo Domino nostro institutū,vt in c.*quod in te*,[i] & impropriùs per easdem figuras ad significandum pœnam in satisfactionem à sacerdote pœnitenti iniunctam.[k]

4 Ex quo sequitur, verbum pœnitentia æquiuocum esse; * quippe quod propriè significat habitum, vel actum pœnitendi,& impropriè sacramentum Pœnitētiæ, & improprius pœnam pœnitenti à confessario iniunctam.

Item quod verbum, *pœnitentia*, generaliter acceptum, quatenus non solum complectitur pœnitentiam peccatorum:sed etiam omnium aliorum actorum,diuiditur vt genus in suas species in bonam,& malam. Mala est, quæ de actu bono habetur: & bona, quæ de malo. Verbum item pœnitentia strictè acceptum pro bona.id est, quæ de peccatis habetur est verbum æquiuocum significans, vt dictū est, habitum virtutis, vel actum pœnitendi de peccato: impropriè verò sacramentū pœnitentię; improprius autē pœnā pœnitenti à sacerdote iniunctā. In hac verò distinctione

a *Leg.1.ff. de reb. cred.*
b *In libr.1.ff. de iust.& iu.*
c *Prælud.* 10.
d *In cap.8.li. de vera & falsa pœnit.*
e *In cap.pœn.*
f *Distinct.* 3.
g *Epist.* 12.
h *Deut.* 3.& *Reg.* 16.
i *de pœni. & remiss.*
k *Ca. fallus. inf. distinct.*3. l *In 4. li. sen. distinct.* 14. m *In*3. *par.q.* 85.*artic.* 1.

ctione accipitur pro virtute; vel actu pœnitendi, id est pro pœnitentia, quatenus est virtus, vel actus eius, & non quatenus est sacramentum pœnitentiæ, vel pœna in satisfactionem à confessario iniuncta, iuxta illud, quod omnes Theologi tradunt,[a] & Thomas,[b] pœnitentiam scilicet accipi pro virtute, & actu pœnitendi, & sacramento pœnitentiæ.

Quid autem sit pœnitentia prout est virtus, vel actus eius dicetur infra,[c] & quid prout est sacramentum in c. *perfecta.* [d]

5 Præmoneo quarto, quod quæréti, cur cum verbum *distinctio*, quo vsi sunt noster Gratianus in hoc volumine, & Petrus Lombardus in quatuor lib. sent. & alij multi præsertim regulares in cõpilationibus suarum definitionũ & constitutionum, idẽ significet, quod diuisio & separatio, & ita potius actionem, quam passionem & membra diuisa, vel separata; prefati omnes potius videntur significare per hoc verbum membra distincta, diuisa, & separata, quã actionem distinguendi, & diuidendi. Septem quippe eæ distinctiones potius videntur significare septem quæstiones distinctas, & separatas, quæ in illis disputantur, quam septem actiones, eas distinguentes. Hoc inquam quærenti responderi potest primum quæstionem esse de lana, vt dicunt, caprina, & de re parum fructuosa. Deinde quod forte imitati sunt Hipocratem, qui quemdam suum præcellentem librum, aphorismorum inscripsit. Aphorismus verò Græcis est definitio, distinctio, & separatio, vt etiam Budæus [e] annotauit. Quãuis replicari posset, prædictum verbum aphorismus etiam significare sententiosè dicta, vt Budæus [f] annotauit. Tertio, quod vsi sunt tropo, vel figura Metonymia, qua sæpe causa sumitur pro effectu, vt in illo Augustini: *Fides est credere quod non vides*, relatum à glos.[g] & probatum in ca. *in domo.* [h] Et interdum effectus pro causa; vt pro inuentore id quod inuentum est, vt in illo Terentij.

Sine Cerere & Libero friget Venus.

Vult enim per Cererem frumenti inuentricem intelligere panem: per Liberum verò inuentorem vitis vinum: per Venerem libidinem. Itaque hęc verba, ***distinctio prima,*** significant quæstionem primam septem quæstionum in hoc paretgo, siue appendice distinctarum, siue distinctè tractandarum.

His autem quibus hæc non satisfecerint, si attuletint aliquid decoctius & aptius, libenter assentiemur: modo nõ conuicientur viris gratissimis, dicendo errorem esse Canonistarum more quorumdam recentiorum parum religiosè sacras litteras tractantium; de quibus quidam eruditissimus sic inquit. *Sunt quidam argutuli, qui cõtemptis spretisque veterum loquendi formulis, ostentandi se causa noui verborũ magistri videri affectãt, & volunt licere sibi arbitratu suo, veterũ scriptorum de religione loquendi leges, ceu mollem quampiã & ductilem ceram modo in arctum, modo in extensum fusímque dissormare.* Cuius rei esse bonam partem causlæ nos quoque diximus infra,[i] & in *c. cum minister*,[k] quòd aliquot iuuenes plus studij verborum significationi, quàm rerum exactæ cognitioni impendant.

6 Premoneo quinto, quod glo. [l] sub finem habet, ideo Gratianum septem posuisse distinctiones, quod numerus septenarius sit perfectus. Pro glo. facit glo. ca. 1. [m] referens multa, quibus septenarium numerũ ornat in hęc verba: *Septem sunt horæ, sicut sunt septem dona Spiritus sancti.* [n] *Septem dies seculi: septem ætates quibus completur finitur mundus: septem petitiones in oratione dominica: septem psalmi pœnitentiales, item septem diaconi, sic septem candelabra.* [o] Cui adde, quod septẽ sunt sacramenta: septem disciplinæ liberalium artium: septem planetæ septem fuerunt Aegypti plagæ: & septem sunt peccata capitalia.

7 Cęterum contra glo. facit, quod numerus perfectus dicitur, quem omnes partes aliquotæ præcisè, reddunt, qualis est senarius numerus, quem vnũ, duo, tria, quę sunt omnes partes eius aliquotę præcisè reddunt, vt copiosè declarat glo.[p] quę inquit, partem aliquotã eam esse, quæ aliquoties repetita reddit totũ præcisè, nec plus, nec minus: numerus verò septenarius non habet, nisi vnam partem aliquotam; scilicet vnũ, quia nulla eius alia pars aliquoties repetita reddit totum præcisè: & ita cum nõ habeat plures partes aliquotas, non possunt illum sue partes aliquotæ præcisè reddere. Quare tutius esset dicere, ideo Gratianum septem has distinctiones posuisse: quia septẽ quęstiones occurrebant sibi distinctè tractandæ; & quòd numerus septenarius est habitus dignus, vt maximis rebus ornetur.

a *In 4. li. sen. distinct. 14.*
b *In 2. part. qu. 85. art. 1.*
c *Cap. pœnit. distinct. 3.*
d *Ead. dist. 3.*
e *In le. omnis definitio ff. de regul. iur.*
f *Ibidem.*
g *In rubr. de Sum. Trin. & fid. Cath. l.*
h *De pœnitẽ. distinct. 4.*

PRÆLVDIVM II.

IN GLOSSAM SVMMÆ.

SVMMARIVM.

1 *Glossæ summarum Decreti quæ, & cur sic dictæ.*
2 *Contritione sola, legitima tamen, cordis remitti peccata.*
3 *Nulla tamen id scriptura veteris testamenti expresè probari.*
4 *Et qua ratione maximè probetur.*
4 *Concilio Oecumenico necessariò standum.*
4 *Peccata condonandi media non minuit sed auxit Christus.*
5 *Contritus de attrito quis fit per sacramentum.*
6 *Contritio legitima votum cõfitendi, & satisfaciendi continet.*
6 *Sed sufficit virtuale.*
7 *Contritio etiam iusta delet peccata: sed non obligationem cõfitendi ea, & peccat non confitendo, licet id non contemnat.*
8 *Præceptum frangitur neglectu, & consiliorum contemptu.*

1 NOta primò circa glos. hanc, eã appellari glo. Summæ huius distinctionis. Et quoniã vidi aliquos nõ solum Theologos: sed etiam iuris vtriusq; studiosos ignorare, quales glossæ Decreti appellentur glossę summæ, & cur hoc nomine appellentur, non grauabor in præsentia illud admonere, quod nemo, quod sciam, admonuit, eo, vt arbitror, quod visum sit puerile. Admoneo igitur, apparatum glossarum huius voluminis Decreti in principio cuiuslibet fere distinctionis, & quæstionis ponere scopum siue summam, & diuisionem eorum, quę Magister Gratianus in illa distinctione vel quęstione præcipuè tractat; atque fere semper implicitè, vel explicitè quęstionem determinare, vel sententiam confirmare, interdũ latiùs interdum verò breuiùs. Quam ob causam glossę illę appellantur glossę summę, eo quod redigunt in compendium, siue summam implicitè, vel explicitè diuidendo, determinando, vel vt diximus, confirmando quęstionem, & sententiam propositam. Quapropter cùm allegatur glo. summæ per summam non intelligimus vllum c. neque glo. ca. sed glos. ipsam in principio distinct. vel quæst. propositam, eã in summam redigentem, siue summantẽ, aut aliquod prædictorum facientem.

2 Nota secundo ex glos. determinationem quęstionis hic à Gratiano propositæ, nempe Sola cordis cõtritione, Dei gratia interueniente, posse remitti peccata. Quã quidẽ conclusionem approbat hic Archidiaconus, & satis Cardinalis Sancti Sixti,[a] & clarius Magister,[b] post longã pro vtraque parte disputationem, & magnus ille Thom. Aquinas,[c] quem Paludanus ibi, [d] cum communi opinione posteriorum sequitur. Magnus inquam ille Thomas, quem multis nominibus in iis commentariis, & aliis nostris opusculis sequimur tamquam aurigam & antesignanum omnium doctorum Theologorum tam antiquorũ, quàm recentiorum; cuius doctrinæ vastissimo, inexhausto; pelago certius inuenitur, aut ex eo certè hauriri potest, fere quidquid alibi quæritur. Id ipsum etiam tenent canonum periti, vt Hostiensis & Panormitanus. [e]

3 Contra tamen hanc conclusionem facit primo, quod visum est Magistro id irrefragabiliter probari per illud, [f] *In quacumque hora ingemuerit peccator, vita viuet & non morietur.* Et per illud Psal. 50. *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Et per illud Psal. 31. *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino. & tu remisisti impietatem peccati mei.* Quæ quidem elogia gemitum & cõtritionem, atque votum, seu propositum confitendi tantùm requirunt, & non actualem confessionem.

Sed quòd illa nihil probent monstrabitur infra in primis quinque capp. ea ratione, quòd illa loquantur de tempore præcedente passionem Christi, in quo nondum erat sacramentalis confessio instituta, nec præcepta: & ita non requirebatur tunc sacramentalis confessio, nec propositum eam faciendi, ad hoc vt remitterentur peccata. Sicut

a *Numer. 24*
b *In 4. sentẽ. distinct. 17.*
c *In 3. part. q. 86. art. 2. & in dict. dist. 17. qua. 2. art. 5. quæstiuncula 1.*
d *Quæst. 1.*
e *In cap. Dª qui de pœnit. & remiss.*
f *Ezech. 18.*

& tunc sine baptismo aquæ, & proposito sumendi illum, remittebantur peccata, quia nondum erat ille institutus, neque præceptus: non autem nunc, quando ille fuit à Iesu Christo nostro Domino institutus, & præceptus, [a] vt declarat Conc. Trid. [b] Nam sine illo, vel proposito actuali, vel virtuali accipiendi illum tempore debito adultis non remittuntur peccata.

a *Matth. 28. & Ioan. 3. & Marc. 16.*
b *Sess. 7. can. 1.*

3 Contra tamen hanc conclusionem facit primo, quod sicut nullo textu legis veteris, siue scriptæ probari potest, solam contritionem sufficere ad condonandum peccata tempore legis Euãgelicę per supra dicta: ita nullus Theologus, nec canonum peritus videtur adducere vllum textum legis Euangelicæ, nec vllam rationem efficaciter probantem, sola contritione, sine confessione, & satisfactione condonari peccata. Tum quia peccatorum remissiones factæ à Christo gloriosæ Magdalenæ, latroni, & aliis multis nihil probãt; cùm factæ fuerint ante institutionem sacramenti pœnitentiæ, quod, vt supra dictũ est, post Christi resurrectionem fuit institutum & præceptum. Tu quia fuerunt factæ ab ipsomet Christo, qui per excellentẽ potestatem, quam habebat, poterat effectum sacramentorum sine sacramentis conferre, secundum omnes. Secundo quòd vir eruditus Magister Cano, [c] multis argumentis conatur probare, pœnitentiam etiam exteriorem; non solùm tempore legis Euangelicæ: sed etiam tempore legis naturæ scriptę ad salutem fuisse necessariam, actu quidẽ, si facultas faciendi eam adesset, & voto seu proposito, si deesset.

c *In relect. de sacrament.*

4 Ad horum tamen prius respondemus primo, satis nobis esse, quod Conc. Oecumenicum definierit, prædictam conclusionem veram, & Catholicam esse, [d] cui necessario credendum est. [e] Secundo quod efficaciter confirmatur hac noua, & neruosa ratione quòd dominus noster Iesus Christus, qui eius summa bonitate dignatus est venire ad augendas vias quærendi misericordiam, & veniam peccatorum noluit tollere, neque minuere antiquas; sed addere nouas, & iam datas reddere efficaciores: at ante aduentũ eius lege naturæ, ac scripturæ per solam cõritionem, seu interiorem confessionem remittebantur peccata, vt supra probatum est, & infra probabitur: ergo etiam euangelica lege remittentur. Neque etiam obstat, quòd per institutionem sacramentalis confessionis videtur imminutum esse remedium antiquum quærendi veniam peccatorum per solam cõritionem: ante enim illius institutionem nõ erat necessarium propositum actuale, nec virtuale sacramentaliter confitendi; nunc autem sic. Non inquam hoc obstat. Tum quia nihil vel parum augetur difficultas, cùm tam, vel parum minus facilè, valeat quis concipere dolorem suorum peccatorum cum proposito actuali, vel virtuali sumendi hoc sacramentum, quàm sine illo, vt palam est. Tum quod multum augetur vtilitas, cùm per minorẽ dolorem ac contritionem peccatorum queratur remissio, adiunctis confessione & absolutione, quàm illis non adiunctis olim quęrebatur. Tum quod præbetur maior occasio concipiendi maiorem contritionem, illis adiunctis, quam illis non adiunctis. Nam per illorum adiunctionem fæpissimè fit de attrito contritus. Vnde multi certo modo attriti ante passum Christum per suam attritionem non consequebantur suorum peccatorum veniam: qui tamen nunc eodem modo attriti, sumpto sacramento, fœliciter eam consequuntur. Quidquid enim dicat Ioan. Maior, [f] verior est opinio Thomæ, & aliorum communis, quæ habet per attritionem, & sacramentum pœnitentiæ actualiter assumptum, peccatorum remissionem nobis à Deo tribui. vt efficaciter colligitur ex Caietano, [g] quã opinionem videtur probare Sancta Tridentina Synodus, [h] quatenus damnat eum, qui dixerit, absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse actum iudicialem, sed nudum ministerium declarandi remissa esse peccata confitenti.

d *Cap. 4. sess. 14. Cõc. Trid.*
e *Cap. maiores. 24. qu. 1.*
f *In 4. di. 14. quæst. 1. cõc. 3.*
g *In paruis epus. tract. 4 ana... tom. 1.*
h *Sess. 14. ca. 6. & can. 9.*

6 Ad posterius argumentum siue dictum Magistri Cano respondebitur, [i] infra, [k] ne nimis super hãc glo. immoremur: resoluendo in præsentia per solam contritionem, siue pœnitentiam interiorem sine actuali confessione, & confessarij absolutione, cum voto tamen siue proposito confitendi, & satisfaciendi nos delictorum veniam statim à Domino impetrare. De quo non licet hodie dubitare, cùm per Sanctum Concilium Tridentinum, [a] sic definitum sit. *Contritione caritate perfecta aliquando contingit, vt homo Deo reconcilietur, prius quam hoc sacramentum actu suscipiat.* Cęterum votum, seu propositum confitendi & satisfaciẽdi virtuale, licet non sit expressum, videtur sufficere. quoniam de æquipollentibus idem iudicatur, [b] iuxta ea quæ de proposito attendendi horis pronunciandis diximus in Enchir. de orat. [c]

a *Præcitata sess. 14. cap. 4*
b *ſ. ſi ff. mãd. capit. licet. ex quadam. de testibus,*
c *Ca. 13. n. 17.*

Nota tertio ex eadem glossa quatenus sentit, tunc demum per solam contritionem remitti peccatum, cùm eã Dei Opt. Max. gratia comitatur, quod ad hoc, vt per solã contritionem capitalia peccata remittantur, necessarium est, eam esse legitimam. Quæ autẽ talis sit, dicemus infra, [d] referendo illa, quæ breuius, & clarius diximus in Enchir. Confes. [e]

d *In prædicto capit. nullus. eadem dist. in cap. pœniten. inf. distinct. 3.*
e *Ca. 1. nu. 1.*

7 Nota quarto ex glos. quòd licet per solam contritionem sine exteriore confessione condonentur mortifera peccata: is tamen cui condonantur, tenetur illa tempore debito, si facultas adsit, confiteri. Id quod ea ratione probatur; quia contritione nequit esse legitima sine proposito implicito, vel explicito, siue actuali vel virtuali ritè cõfitendi, perfectéque satisfaciendi tempore debito. Adeo quod Concilium Tridentinum, [f] definierit, hanc reconciliationem peccatoris, quæ per solam contritionem contingit, non esse ipsi contritioni adscribendam: sed sacramenti voto, quod in ea includitur. intelligendo per votũ sacramenti propositum legitimè confitendi, & ritè sacramentum pœnitentię accipiendi, quod formaliter in hac absolutione sacramentali à confessario facienda consistit. Et ita quidquid senserit glo. 1. & 2. vera cõclusio est, quod per nullam contritionem & nullam satisfactionem excusatur peccator à confitendo peccatum mortiferum tempore debito.

f *Præfata sess. 14. capit. 4.*

8 Nota quinto posse videri alicui glossam sentire, tunc demum quem peccare mortiferè non confitendo peccatum per contritionem deletum, cùm per contemptum omittit confiteri. quod apertè falsum est. Tum quia secundum communem omnium sententiam satis à prædicto Concilio confirmatam, ita tenetur ad id faciendum, quod peccaret, etiam si omitteret confiteri per solam negligẽtiam sine vllo contemptu admissam: sicut etiam peccat non confitendo tempore debito per negligentiam peccatum, de quo non erat legitimè contritus. Tum quia non solum mortiferè delinquit, qui præceptum obligans sub peccato mortali infringit non adimplendo per contemptum illud: sed etiam non adimplendo per negligentiam, argumen. §. fin. 4. dist. & c. fi. [h] ibi: *Quod imperatur necesse est fieri, si non fiat pœnam habet:* igitur sufficit quod non fiat, etiamsi non adsit contemptus. Tum quia alioqui non esset differentia inter omissionem consiliorum Euangelicorum, & præceptorum, quod est contra præfata iura. quia etiam is, qui ex contemptu illa consilia trãsgreditur mortiferè delinquit, iuxta glossam, [i] quam sequitur Dom. Cardinalis & Præpositus ibidem & Panormitanus & Felinus cum citatis ab eis, [k] & etiam nos tradidimus in Enchir. Conf. [l] addendo quædam aptius, quam alibi de huiusmodi contemptu.

h *14. quæst. prima.*
i *In cap. quia. autem. 10.*
k *In ca. 1. nu. nimer. 22. de constitu.*
l *Cap. 20. nu. 2*

DISTINCTIO PRIMA.

PRINCIPIVM.

GRATIANVS.

HIs breuiter decursis, in quibus extra negotij finem aliquantulum euagati sumus, ad præpositæ causlæ tertiam quæstionẽ pertractandam (qua quæritur: Vtrum sola cordis contritione, & secreta satisfactione absque oris confessione quis possit Deo satisfacere) redeamus.

SVMMARIVM.

1 DIGRESSIO *Hieronymi gratior, quam recentiorum.*

2 *Pœnitentia de virtute, non de sacramento est dist. 1.*
3 *Sacramenta quo ordine Magister & Theologi tractant in 4. lib sent.*
4 *Pœnitentia virtutis vbi desinitur, & vbi vt est sacramentum.*

1 NOta ex hoc principio licere auctori alicuius libri iuxta occasionem à proposito discedere. quod appositè facit Diuus Hieronymus in vita Pauli Eremitæ, & Hilarionis, atque alibi sæpe: ob quod quidam de illo dixit: *Quis exordiatur dexterius? Quis expatiatur vel amœnius, vel appositius?* nullus tamen, vt arbitror, frequentius, quam Gratianus noster id facit, qui passim oblata, immo & aliunde quæsita occasione, longius digreditur, & multa, quæ suo proposito videtur vtilia, adiungit. Quæ quidem licet delicato lectori videantur nimia, superuacanea, & extraria: tamen non fuerunt sine magno fructu adiuncta. quoniam multa eorum nostro sæculo sunt ecclesiæ orthodoxæ in hæreticos acerrima tela, scutáque calybea, partim per semetipsa, partim quia indicant auctores, & loca vnde alia similia deprompi possint. Quem imitati recentiores iurisconsulti nihil sibi videntur scripsisse, nisi omnia similia, & aliqua ex parte suo proposito consentanea congerant, & accumulent. qua quidem re licet aliqua ratione indoctioribus prosint: doctioribus tamen præsertim multis occupatis fastidio sunt.

IN GLOSS. PRIMAM.

Nota primò ex hac glossa duas rationes continuandi hanc distinctionem ad præcedentia, id est, quare Gratianus tractauit de pœnitentia: quas, quia parum sunt vtiles, & minus aptæ, non scribo, quia satis est voce retulisse, & confutasse, & in ea posse illas legi.

Nota secundo ex ea dem glossa, quòd reddendo rationem prædictæ continuationis huius tractatus ad præcedentia; quare Gratianus in hac dist. agit de sacramẽto pœnitentiæ, videtur præsupponere, quod Gratianus tractat hic de pœnitentia, quatenus est sacramẽtum: quod ipsum etiam præsupponit Archid. in hac glo. & Card. [a] sed id videtur esse falsum. Tum quia solum tractat de effectu solius contritionis, quæ non est sacramentum pœnitentiæ; nec loquitur de illa, quatenus est pars eius, & ei cõiuncta: sed quatenus est ab ea separata; non enim quærit, an per sacramentum pœnitentiæ remittantur peccata: sed an sola contritione sine illo, & sine confessione, & satisfactione possint illa remitti; quæ longè diuersa sunt & tractans de vno cẽsetur tractare de alio separato. arg. l. *Papinianus*, [b] cap. *ad audientiam*. de decimis. Tum quia immo affirmans aliquid de vno videtur id negare de altero. [c] Tum deniq; quia incidenter allegare aliqua iura de sacramento pœnitentiæ, non est tractare ex proposito de illo argumento. [d]

3 Nota tertio ex ead. glos. quarenus reddit præfatam rationem prædictæ continuationis, & ordinis videri determinare, quod loco, & ordine congruo tractat in hac dist. Gratianus de sacramento pœnitentiæ: quod late conatur defendere Card. [e] sed mea sententia parum caute, & inutiliter. Parum quidem caute, quoniam, vt [f] dictum est, non tractat Gratianus in hac dist. principaliter, & ex proposito de sacramento pœnitentiæ, nec de pœnitentia, quatenus est sacramentum. Inutiliter autem, quia nihil, vel parum prodest scrutari, qua ratione Gratianus in tractãdo sacramenta non est sequutus illum ordinem tractandi ea, quẽ Magister sententiarũ & omnes eius commentatores, & Hugo de sacto victore, [g] & D. Tho. [h] & alij alibi seruauerũt. Tum quia ipsemet Card. fatetur, quod facile excusari potest Gratianus à transgressione ordinis aliorum, dicendo, quod ipsi non fuit propositum conficiendi tractatum ordinatum, & continuatum de sacramentis, quamuis de illis in variis sui operis partibus, nunc incidenter, nunc ex proposito tractauerit suæ intentioni conuenientibus. Fateor autem esse vtile nosse ordinem, quem in tractando ea seruauit Magister sententiarum, [i] non solùm Theologis; sed etiam Iurisperitis, quo facilius meminisse, & inuenire possint ea quæ ipse aliíque commentatores eius tractant oportuna eis & necessaria; nempe quod primo loco tractat de Baptismo, secundo de Confirmatione, tertio de Eucharistia, quarto de Pœnitẽtia, quinto de extrema Vnctione, sexto de Ordine, septimo de Matrimonio. Cuius ordinis rationem tradit Thomas, [a] quem non citat hic Cardinalis ea, vt arbitror, ratione, quod visa sibi fuerit cõgruentior illa, quam reddit Albertus Magnus. [b] Sed quia parum refert vtrã earum, vel aliam teneamus, modo nouerimus ordinem, quem ille seruat pulchrum, & omnibus placidum non refero illas.

4 Nota quarto ex eadem glo. definitionem pœnitẽtiæ, & etymon, siue etymologiam eius remissiuè, de quo etymo, & eius propria, larga, metaphorica, & translatitia significatione dictum est supra in expositione tituli breuiter: sed altius, & resolutius, quã vsq; ad nos quod sciamus dictum fuit. De definitione autem dicimus, eam nõ posse rectè dari, nisi præmissa prius æquiuocatione ipsius, iuxta illud Aristotelis in antecategoriis, siue anteprædicamentis: *Omne æquiuocum est prius diuidendum, quam definiendum*, & constat verbum pœnitentia æquiuocum esse, vt dictũ est supra, [c] quippe quod propriè significat virtutem, seu actũ pœnitendi, & impropriè sacramentum pœnitẽtiæ, & improprius pœnam pro peccato iniũctam. Præsupposito tamen hic pro cõperto, quod in hac distinctione Gratianus non agit, nec voluit agere principaliter de pœnitentia prout est sacramentum; nec prout est pœna iniũcta à confessario: sed prout est virtus, vel actus pœnitendi, quod & ex domino Cardinali parum in hoc sibi constante colligitur, [d] & irrefragabiliter per definitiones in locis prædictis dandas concluditur.

Nota quinto ex eadem glossa definitionem satisfactionis, sed remissiuè tantũ, & merito; quia non erat hic locus conueniens ad eam tractandam: quam tamen trademus perfectam, & exactã [e] infra, [f] ad quod glossa nos remittit.

Nota sexto ex eacem glos. septem esse attendenda in agenda pœnitentia, quorum declarationi locus proprius non est hic: sed in c. *considereat*, infra, [g] vbi dicemus, quæ illorum de præcepto sint attendenda, & quæ de consilio.

Nota septimo ex eadem glos. tres opiniones super decisione quæstionis propositæ hic à Gratiano, an per solam contritionem remittantur peccata, quas satis incogitãter recitat; quia id facit quasi immemor eorum, quę paulo antea dixit, [b] dicendo eam absolutè, & quidem rectè, vt ibi diximus.

Nota octauo ex eadem glos. summam eorum, quę Gratianus in iis septem distinctionibus tractat, quod nullius necessitatis, & paruæ vtilitatis fuit cum in principio cuiuslibet illarum clarè proponantur quæstiones, quas in vnaquaque illarum tractat, & quia id facilè videri potest tam in glos. quam in prædictarum distinctionum principiis, non refero illas. Rationem verò, quam reddit glos. cur Gratianus septenarium numerum delegit ad tractandas septem quæstiones in his septem distinctionibus propositas, scilicet quod numerus septenarius est perfectus, parum esse aptam, supra, [i] monstratum est.

CAP. PETRVS.

Amb. super Luc. cap. 22. in commentariis.

PEtrus doluit, & fleuit: * quia errauit vt homo: non inuenio, quid dixerit, scio quod fleuit: lacrymas eius lego, satisfactionẽ non lego.

CAP. LACRYMAE.

Ioannes Chrysost. super Luc. cap. 22.

LAcrymæ lauãt delictum, quod voce pudor est confiteri.

SVMMARIVM.

1 PETRO *remissum fuisse peccatum sine confessione non probat, eam non esse hodie necessariam ad peccati remissionẽ.*
1 *Euangelium non continet omnia facta Christi.*
2 *Confessio sacramentalis instituta post resurrect. per hæc verba.*
3 *Petro ante resurrect. & conf. institutã fuit remissum peccatũ.*
3 *Confitendi obligatio per nullam contritionem, nec satisfactionem tollitur.*

4 *Lacry*

a *In 2. distin. eiusd. 4. qu. 1. artic. 3.*
b *In 1. distin. eiusdem 4.*
c *In expositione tituli.*
q *In quæst. 3.*
e *In Cap. satisfactio.* f *Distinct. 3.*
g *Distinct. 5.*
h *In glossa summa.*
i *In expositione tit. num. 6.*
* *Luc. 22.*

a *In quæst. 1.*
b *ff. de minoribus.*
c *Cap. nonne. de præsum. & l. cum prator. ff. de iudic.*
d *Leg. si quis ne causam ff. de reb. cred.*
e *In quæst. 1. & in 1. notab.*
g *In libr. de sacramen.* h *In 3. par.*
i *In suo 4. lib.*

4 *Lacrymæ propriè exteriores, impropriè interiores.*
4 *Indefinita quæ, & quando æquipollent vniuersali.*
5 *Lex generalis quæ non includit omnes species.*
6 *Lex dictans hoc facere illud, non excludit alia requisita.*

1 PRo resolutione communi quæstionis gloss. summæ ponit; scilicet per solam contritionem sine actuali confessione, & satisfactione posse peccata remitti, quã [a] noua ratione muniuimus, adducit Gratianus hæc dua ca. Primum scilicet cap. *Petrus*. quatenus videtur probare, Petro fuisse dimissum peccatum, quod admiserat negando Christum sine confessione sacramentali: sed hoc argumẽtum facilè diluitur, respondendo primò, quod vt ait glos. & quidem rectè, Ambrosius non dicit, Petrum non fuisse confessum; sed solùm quod non legitur in Euangelio eius confessio: quoniam non bene sequitur, non legitur in Euangelio: ergo non fuit factum. Nam neque omnia facta etiam Christi fuerunt scripta in Euangelio, vt testatur Diuus Ioannes. [b]

2 Nota secundo quod nõdum erat instituta, neque præcepta confessio sacramentalis à Christo: quoniam illam instituit, vt supra dictum est [c], post resurrectionem per illa verba: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis retenta sunt*, [d] quod clarius quam vmquam definit Sacrosanctũ Conc. Trid. [e] negatio autem Petri fuit ante resurrectionẽ, vt palã est, [f] & ita non tenebatur Petrus illam negationem sacramentaliter confiteri.

3 Tertio Gratianus ipse respondet, [g] quod Petrus etsi non fuisset confessus, satisfecit tamen Deo pro suo peccato multis dolendo, flendo, lacrymando, & ter confitendo, se amare illum, cum interrogaretur, an illũ diligeret, [h] & alia multa pro amore Christi faciendo: sed hæc responsio, bona venia tanti Magistri, incauta fuit. Tum quia peccatum illud fuit condonatum Petro ante resurrectionem, immo & ante mortem Christi, cum fleuisset amarè, vt apertè satis colligitur ex Luca, [i] & confessio illa trina fuit post resurrectionem. Tum quia præsupponit, quod peccator per solam contritionem, & satisfactionem absoluatur ab obligatione confitendi tempore debito peccata mortifera à se admissa legitimo confessori: quòd est falsum. Quoniam vt supra [k], monstratum est, per nullam cõtritionem, neque satisfactionem quamlibet magnam absoluitur ab obligatione confitendi ea tempore debito.

4 Ad idem propositum etiam adducit Grat. ca. *lacryma*: sed facilè dilui potest respondendo primò, quod non ait, confessionem, neque aliam pœnitentiam exteriorem esse necessariam ad ablutionem peccati. Deinde quod verbũ lacrymæ propriùs intelligitur de lacrymis exterioribus, quæ propriè sunt lacrymæ; quam de interioribus, quę impropriè ac metaphoricè dicuntur lacrymæ: & consequẽter propriùs potest intelligi hoc cap. de lacrymis exterioribus veris, quàm de contritione, quæ tantùm impropriè, & translatitiè appellatur lacryma. Quapropter magis probat, pœnitentiam exteriorem esse necessariam, quam non necessariam. Tertiò, quòd non dixit vniuersaliter, omnes lacrymas lauare peccatum: sed indefinitè, lacrymas lauare peccatum; & ita solùm probat, aliquas lacrymas lauare peccatum: quia indefinita oratio cõmunis loquutionis in materia contingenti non æquipollet vniuersali, nec illam infert. Non enim sequitur: Homo currit: ergo omnis homo currit, vt resoluit glo. solemnis. [l] Cum igitur oratio hæc: Lacrymæ lauant peccatum sit indefinita, & communis Diui Ioan. Chrysostomi, & in materia contingenti, non æquipollet illi vniuersali: Omnes lacrymæ lauant peccatum, nec illam infert: & ad verificãdam illam sufficit, quod aliquæ lacrymæ lauent peccatũ; ex quo non infertur, quod omnis contritio sola mundet peccatum; etiam si propriè contritio esset lacryma, quanto minus quod non est propriè, sed tantùm metaphoricè. Nec prodest dicere, quod indefinita canonis, vel legis æquipollet vniuersali, vt eadem solẽnis glo. dicit, & quod cap. hoc est canon, vel lex. Tũ quia Ioan. Chrysostomus auctor eius non dicit illud vt legislator, sed vt doctor, nec Grat. habuit auctoritatem legẽ ferendi, nec posuit hic illud tamquam legem: sed tamquam quoddam elogium doctoris præcellentis.

5 Tum quia etiam indefinita canonis, vel legis non æquipolleт vniuersali, nec omnes species eius infert, quando ex aliquo notabili accidenti alicui speciei additur notabilis ratio diuersificandi. Nam enim qui legat marmor videtur statuas marmoreas legare: sed tantùm rude marmor, [a] licet sic qui legat omne marmor, [b] nec qui legat lanam videtur legare tinctam, [c] licèt sic qui legat omnem lanam, iuxta l. *pediculi*. [d] Aprior ad hoc textus in capit. *statutum*, [e] adiuncto capitul. *licet canon*, quatenus probant, cap. illud *licet canon*, disponens absolutè de Ecclesia parochiali, non includere Ecclesiã parochialem collegiatam, quamuis verè sit parochialis. Dixi autẽ, *Notabili accidenti*, &; *Notabilis ratio*: quoniam non sufficit quodlibet maius, vel minus accidẽs: nec quælibet maior, vel minor ratio: lex enim disponens indefinitè, & generaliter comprehendit omnes species eius, etiãsi aliqua maior ratio comprehendendi in vna specie, quam in alia reperiatur, iuxta l. 1. *§. quod autẽ*, [g] & tradit post alios Dec. [h] At magna ratio diuersificandi inuenitur inter lacrymas exteriores, & interiores: quia exteriores sunt propriè lacrymæ, & interiores tantum impropriè, & metaphoricè: & exteriores, quæ præsupponunt interiores sunt maioris virtutis, quam solæ interiores. ergo ex hac indefinita: *Lacryma lauant peccatum*, etiamsi esset canonis, vel legis non potest inferri, quod solæ lacrymæ interiores sine exterioribus, & sine confessione, & satisfactione lauent peccatũ. Nec etiam obstat, quod illa verba: *Quod voce pudor est confiteri*, videntur significare, non esse necessarium confiteri: quia nullatenus significant illud; sed quod qui rectè confitentur cum pudore id faciunt, & facere debent, [i] quod etiamsi textus haberet, lacrymas interiores lauare peccatũ non concluderet necessario, Ioan. Chrysostomũ velle, [p] solæ illę sufficerent sine pœnitentia exteriori sufficiẽti: quia non diceret, solas interiores sufficere. Sicut Paulus dicens, quem fide iustificari, [k] noluit dicere id fieri sola fide sine spe, & caritate, quia id hæreticum, & damnatũ est à Concilio Tridentino sess. 6. capit. 7. & 8. & can. 9. Neque Tobias dicens. [l] *Eleemosyna à morte liberat*. & Daniel, [m] *Peccata tua eleemosynis redime*, & Dominus. [n] *Date eleemosynã, & ecce omnia sunt munda vobis*, significant per solam eleemosynam sine fide, spe, & caritate, hominẽ à peccatis absolui: sed quod illa eum aliis requisitis ad remissionẽ peccatorum assequendam plurimum operatur, vel quod ad delenda illa plurimum disponit. Quapropter responderi posset, Chrysostomum dicendo, lacrymas interiores lauare peccatum, non intellexisse de solis lacrymis interioribus, siue de sola contritione; sed adiuncta confessione, & alia exteriori satisfactione: sicut nec excluderet fidem, spem, & caritatem, sine quibus peccatum deleri nequit. & aptè intelligi posset, quod lacrymæ disponunt quidem ad concipiendam, & agendam contritionem: licèt illæ solæ non sufficerent ad delendum peccatum, nec requirerentur, vt nos post alios in Enchir. confes. [o] tradidimus.

IN GLOSS. CAP.

LACRYMÆ.

Glossa hæc significat, lacrymas supplere defectum cõfessionis per pudorem omissę, quòd est falsum: nã, vt supra [p] diximus, per nullam contritionem, per nullamque satisfactionem absoluitur peccator ab obligatione confitendi peccata mortalia tempore debito.

CAP. SACRIFICIVM.

Item Propheta. Psal. 50.

SAcrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies.

SVMMARIVM.

1 CONTRITIO *requirit votum confitendi sacramentaliter, & non sufficit non contemnere id facere.*
2 *Confessio sacramentalis tempore Dauidis non erat necessaria.*

a *Leg. quæsitum. §. illud fortasse ff. de leg. 3.*
b *Leg. hæres meus. §. 1. ff. eodem.*
c *Le. si cui. in princip. ff. de legat. 3.*
d *§. Labeo ff. de aur. & arg. leg.*
e *De elect. libr. 6.*
f *Eodem tit.*
g *ff. de aleatoribus.*
h *In consilio 669. nume. 3.*
i *Cap. quem pœnitet. inf. eadem distin.*
k *Ad Rom. 3. & 5. c.*
l *Cap. 12.*
m *Daniel 4.*
n *Luc. 11.*
o *Cap. 2. nu. 23.*
p *In gl. sum. numer. 7.*
l *In capit. vt circa. de elect. libr. 6.*

1 PRo eadem supra dicta cõmuni resolutione adducit Grat. hoc ca. quatenus probat, solam contritionem sufficisse Dauidi ad delendum peccata. Sed neque hoc argumentum est firmum. Tum quia ex mente glossæ quam Cardinalis sequitur, respõderi potest primò, Dauidem loqui de vera contritione, qualis non est illa, quę habetur cum contemptu Confessionis. Qua in re bis videntur peccare, primum quod præsupponitur tempore Dauidis, Confessionem sacramentalem peccati fuisse necessariam: quod est falsum, cum secundum fidem catholicam, non fuerit præcepta, nec instituta ante passum Christum: sed post resurrectionem eius, [a] & definit Concil. Trid. [b] Deinde quod præsupponunt sufficere ad legitimam contritionem, quòd non contemnat confiteri, quod etiã falsum est. Requiritur enim, vt habeat propositum formale, aut virtuale suscipiendi sacramentum pœnitentiæ & cõsequenter confitendi, quòd est pars eius, sine qua illud nõ consistit, vt post alios tradimus in Ench. Confe. [c] & colligitur ex preçitato Conc. [d] Secundo igitur respondetur c. hoc nihil neque pro, neque contra probare; quia, vt dictũ est, neque tempore Dauidis, nec ante passum Christum erat præcepta, neque instituta confessio, de qua loquimur, sacramentalis, neque sacramentum pœnitentię, quod post Christi resurrectionem incepit, vt supra traditum, & sæpe repetitum est, & definit præfatum Concilium Tridentinum, [e] vt etiam supra diximus, quòd Petro fuit remissum peccatum sine confessione, quia illa nondum erat instituta, neque præcepta.

Glossarum intellectus tangitur in textu.

CAP. DIXI.

Item Propheta Psal. 31.

DIxi confitebor aduersum me iniustitiã meam domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

CAP. MAGNA.

Auguſt. ſup. Pſal. 31.

MAgna pietas Dei, vt ad solam promissionem peccata dimiserit. nondũ pronunciat ore, & tamẽ Deus iam audit in corde: quia ipsum dicere quasi quoddam pronũciare est. votũ enim pro opere reputatur.

SVMMARIVM.

1 CONFESSIONIS *conditiones male colligi ex dicto Dauid.*
2 *Votum propriè promissum Deo, & impropriè velle.*
3 *Iuramentum non delatum remitti posse contra glossam.*
4 *Contritio, remissio, & iustificatio vt simul fiunt.*
5 *Voluntas, siue votum quando pro facto habeatur.*
5 *Velle confiteri, & baptizari, communicare, & alia sacramenta sumere non æquari sumptioni.*
6 *Peccatum veniale cur per voluntatem communicandi deletur contra glossam.*
7 *Martyrium pati maius, quàm velle pati.*
8 *Contritio non requirit, vt eam statim confessio sequatur; nec vt quamprimum facultas eam faciendi adsit.*
8 *Intellectus illius:* Erraunt in inuio, & non in via.
9 *Actus interior, & exterior eiusdem malitiæ, & bonitatis. 11.*
10 *Actus potest esse bonus, vel malus ex suo obiecto, vel solo fine, vel ex vtroque.*
11 *Actus interior & exterior sunt duo in genere entis, & vnus in genere moris.*
12 *Actus interior solus, tam bonus, vel malus, ac comitatus exterior; quia cæteris paribus hic nihil addit illi.*
12 *Sed communiter sunt impares numero, extensione, vel intentione.*
13 *Maius vel minus, peius, vel melius nihil se ipso.*
14 *Voluntas agendi, perfecta) (imperfecta, perfectissima.*
15 *Præmium meriti duplex essentiale, & accidentale.*
15 *Illud respondet caritati; hoc operi per eam facto.*
16 *Pœna demeriti duplex, essentialis, & accidentalis.*
16 *Illa respondet contemptui Dei; hæc operi per eum facto.*
17 *Opus operatum facit quadam, & quædam operans.*
18 *Voluntas dicta velleitas non habetur pro facto.*
19 *Sed perfecta sic, quoad præmium, vel supplicium essentiale, sed non quoad accidentale.*
20 *Neque quoad id, quod opus operatum facit.*
20 *Excommunicatio, censuræ, & irregularitas cur sola voluntate non contrahuntur.*
20 *Voluntas sola non parit excommunicationem, nec irregularitatem.*

a *Ioan. capit penultim.* b *Sess. 14. ca. 1. & 5. adiunctis canon. 1. 3. & 4.* c *Cap. 1. nu. 1.* d *Vbi sup. ca. 4. & 5. Eccanon. 4.* e *In præallegata sess. 14. c. 1. & can. 3.*

Initiũ usque ad versum nondum, *est Cassiadori: quæ vero sequuntur ex Aug. deprõpta sunt. & sunt in glossa ordin. in eundem locum.*

1 NOta primo, quòd Gratianus adducit hæc duo c. ad probandam eandem resolutionem præfatæ glossæ Summæ, scilicet quòd per contritionem sine cõfessione, & satisfactione possunt remitti peccata. Ad quam probãdam adduxit etiam tria præcedentia cap. quæ supra monstrauimus, nõ probare propositum eius, quod neque duo hæc probant, plusquam eorum primum & tertium. Nam sicut illa loquuntur de tempore præcedente passionem & resurrectionem Christi, ita & hæc. Quoniam loquuntur de remissione peccati facta Dauidi, & consequenter de tempore, in quo nondum erat præcepta, neque instituta confessio sacramentalis: & resolutio prædictæ glossæ Summę loquitur de tẽpore, quo instituta, & præcepta est illa. Ex quo infertur, quàm incogitanter dominus Archidiaconus nitatur colligere ex hoc dicto Dauidis septem conditiones confessionis sacramentalis; nempe quod sit deliberata, integra, aperta, amara, siue accusatoria proprioru peccatorum, verecunda, & voluntaria.

2 Nota secundo, quod verbum, *votum*, significat voluntatem, & desiderium alicuius rei iuxta illud Ouidij.

Irascor votis heu leuis ipsa meis.

& illud Persij.

Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

Quę tamen non videtur propria & germana significatio: sed impropria & translatiua. Votum enim propriè significat promissionem, vel dedicationem, aut promissum vel dedicatum Deo, vt in rub. & tot. tit. de voto, & in illo Plinij. [a] *Hanc ego vitam voto, & cognitione præsumo.* Vouere namque propriè est aliquid Deo sanctè promittere, vt in illo. [b] *Vouete & reddite vota vestra Deo*, relatum in c. *magna*, [c] & * in illo Hieronymi, lib. 1. contr. Ioui. circa medium: *Vouentibus virginitatem, non solum nubere, sed etiam velle damnabile est*: relatum 27. dist. [d] Quoniam verò, quæ vehementer desideramus ea voto à Deo poscimus, efficitur, vt per metonymiam, votum ad significãdum desiderium alicuius rei, & voluntatem seu propositum eam consequendi, vel faciendi transferatur, vt in hoc c. & in aliis supra citatis, & in sacrosancto Conc. Trid. [e] dum docet; per contritionem sine voto sacramenti pœnitentiæ non reconciliari peccatorem.

* In illo Hieronymi. *Apud Hieronymum hoc non est inuentum. In glos. ordinaria 1. Timot. 5. ad ea verba habentes damnationem, refertur ex B. Aug. in lib. de bono viduitatis cap. 8. cuius verba referuntur in cap. nuptiarum 27. q. 1.*

Nota tertio illud solemne dictum: *Votum pro facto reputatur*, id est, voluntas, vel propositum faciendi pro facto habetur, quòd tres glossæ postremæ huius cap. multis tractant.

IN GLOSSAS.

3 Nota ex glo. secunda c. *dixi* * iuramentum non remitti, nisi iurare volenti. Contra quod facit c. *tuis*, [f] quatenus probat, posse aduersarium remittere testibus sui aduersarij iuramentum, & quatenus soli verbo aduersarij potest totum ius suum relinquere, [g] & quod lex *remitti*. quam ad id allegat glossa non probat illud: sed quòd in dubio videtur remitti ei iuramentum, qui non suscipit illud sibi delatum. sed si actor dixerit, quod est contentus stare verbo rei etiam non iurati, etsi iudex deferat iuramentũ reo, qui nollet iurare, nec peteret remissionem iuramẽti, sed quòd ipse confitebitur veritatem & actor esset contentus, remissum esset iuramentum, quidquid dicat glos. per iura contra eam citata, nec scribentes in dict. l. *remitti*.

a *Epist. 5. 4*
b *Psam. 75.*
c *De voto.*
d *Ca. vouentib.*
e *Sess. 14. capit. 4.*
f *De testibus.*
g *Leg. fin. C. de fideicom.*

contrarium dicunt, licèt hoc non satis exprimant.

* Iuramentum non remitti. *Iuramentum remittere est ei qui paratus est iusturandum dare, siue absenti siue præsenti & ignoranti, atque adeo per epistolam gratiam facere, vt ei etiam iniurato credatur.*

a *In verb. dimisit.*

4 Nota quarto ex glossa capir. *magna.* [a] iustificationem peccatoris, contritionem, dilectionem, & remissionem esse simul tempore, ita quod nulla earum aliam tempore præcedit: sed in eodem instanti & momento sunt omnes: licèt alias aliæ natura præcedant sicut ignis & calor eius simul sunt tempore: & sicut sol, & radij eius, licet simul sint tempore: sol tamen natura suos radios præcedit. quod quia copiosius tradit glossa, [b] infra, [c] ibi declarabitur.

b *In cap. conuertimini.*
c *Eadem,*

5 Nota primo, quòd glossa super verb. *pronunciare.* collegit ex textu illud, quod collegimus paulo superius notab. 3. scilicet, votum pro opere reputari, quòd confirmat glossa per principium dist. 3. [d] quod tamen non probat hoc, quia licet probet, voluntatem confitendi, si desit facultas id faciendi sufficere ad remissionem peccatorum: non tamen probat, illam voluntatem tantùm valere, quantùm valet ipsa confessio reapse, siue realiter facta, vt ipsa eadem glossa paullo inferius dicit, & repetit glossa, [e] & quidem merito. Tum quia voluntas confitendi, etiamsi desit facultas id faciendi non excusat à confitendo peccatum tempore debito, cùm accesserit facultas id faciendi: confessio autem realiter facta sic. Tum quia confessio realiter facta meretur absolutionem sacramentalem, quæ dat gratiam primam: quam tamen non meretur sola voluntas confitendi, etiamsi desit facultas id faciendi. Tum quia voluntas confitendi non facit de attrito contritum, sicut ipsa confessio, absolutione subsecuta.

d *Infr.*
e *In verb. reputatur.*

Nota secundo ex eadem glossa voluntatem sumendi baptismum non æquiparari sumptioni reali iuxta cap. *sine pœnitentia.* [f] & probatur firma ratione. Tum quod per sumptionem realem remittuntur omnia peccata, tam mortalia, quam venialia quoad omnem pœnam pro illis demeritam, vt est in cap. *debitum.* [g] & in Concilio Tridentino, [h] non tamen per solam voluntatem sumendi illum. [i] Quoniam sumptio realis cum minori contritione, siue attritione remittit illa, quàm voluntas, sumendi. Cùm etiam minor contritio requiratur ad veniam peccati adiuncta sumptione reali Eucharistiæ, quàm sine illa, vt colligitur ex S. Thoma. [k]

f *De consec. distinct. 4.*
g *De baptis. & eius effect. & ca. baptiſ. vsque de cõs. distinct. 4.*
h *Sess. 14. c. 2.*
i *Di. cap. baptismi vsque.*
k *3. part. qua. 79. art. 3.*

Nota tertio ex glossa quòd nec voluntas sumendi Eucharistiam æquiparatur sumptioni eiusdem: quia, vt ait, per sumptionem remittuntur peccata venialia: non autem per voluntatem sumendi. Cui addo, quòd efficacior ratio est, quòd per actualem sumptionem infunditur gratia sacramentalis ex opere operato: non tamen per voluntatem sumendi, quamuis voluntas esset meritoria ex opere operantis, secundum omnes: & quòd per sumptionem realem potest fieri de attrito contritus, & non per solam voluntatem sumendi.

l *3 part. qua. 79. art. 4.*
m *De consc. distinct. 2.*
n *3. part. qu. 87. art. 3.*
o *Art. 2.*

6 Nota quarto ex eadem glossa per sumptionem Eucharistiæ remitti peccata venialia, quòd docet S. Thomas communiter receptus, [l] & probatur in cap. *iteratur.* [m]

Nota quinto, quod ex sola voluntate sumendi Eucharistiam non remittuntur peccata venialia. Contra quod tamen facit, quòd triplici modo aliqua opera remittunt illa, vt tradit S. Thomas communiter receptus. [n] Primo inquantum per ea infunditur gratia, quia per infusionem gratiæ tolluntur venialia peccata, vt ibidem, [o] definit. quo modo per Eucharistiam, & extremam Vnctionem, & alia omnia sacramenta noue legis peccata venialia remittuntur. quia per illa omnia confertur gratia non ponenti obicem secundum plerosque omnes Catholicos, quidquid glossa contradixerit in cap. *quidquid.* [p] vt definiuit & in articulum fidei redegit Concilium Tridentinum. [q] Secundo in quantùm illa opera sunt cum aliquo motu detestationis peccatorum. quomodo confessio generalis, tunsio pectoris, & oratio dominica operantur ad remissionem venialium peccatorum. Nam in oratione dominica petimus: *Dimitti nobis debita nostra*, vt idem S. Thomas, [r] definit. Tertio inquantum illa opera sunt cum aliquo motu reuerentiæ in Deum, & ad res diuinas. quo

p *1. quæſt. 1.*
q *Sess. 7. can. 6.*
r *In eodem art. 3.*

modo benedictio episcopalis, & aspersio aquæ benedictę, quælibet sacramentalis vnctio, oratio in ecclesia dedicata, & alia huiusmodi operantur remissionem venialium peccatorum. At per solam voluntatem sumendi Eucharistiam infunditur gratia ei, qui habet illam: quia est meritum de condigno ex opere operantis. Illa item voluntas sumendi Eucharistiam continet implicitè dispicentiam, & detestationem peccatorum, immò & reuerentiam erga Deum & eius sancta: ergo etiam per solam voluntatem sumendi remittuntur venialia. Quare verius videtur contrarium eius, quod ait glossa, nisi restringatur quoad illam voluntatem sumendi, quæ sine infusione gratiæ, & sine dispicentia, & detestatione, & sine vlla reuerentia erga Deum, & eius sancta habetur. quod tamen rarò videtur accidere.

7 Nota sexto, voluntatem patiendi martyrium, non esse tanti effectus quanti passio ipsa, [s] tum quia per passionem remittuntur omnia peccata quoad omnem pœnam tam purgatorij, quam inferni: non autem per solam patiendi voluntatem, secundum Sanct. Thomam receptum. [t] Tum ob ea, quæ infra [u] addentur.

a *Ca. nullus. infr. dist. 7. & cap. baptismi vicem de cons. distinct. 4.*
b *3. part qua. 68. art. 2. ad 2. & quæst. 87. ar. 1. ad 2.*
c *Numer. 15.*
d *In verbo opere.*

8 Nota, quòd glossa, [d] significat, tunc demum per solam contritionem condonari peccata, cùm deest facultas confitendi. quòd falsum est. Tum quia scitè id significat Concilium Tridentinum, dum ad contritionis perfectionem non requirit, vt concurrat cum ea, vel continuo sequatur, si fuerit facultas confitendi, vel cum primùm adfuerit, sed debito tempore. Tum quòd, vt diximus, [e] infra, [f] ad omnium sacramentorum, excepto sacramento Eucharistiæ, iustam legitimámque sumptionem sufficit, secundum omnes, contritio sine actuali confessione: quamuis adsit facultas illam faciendi, dummodo habeatur propositum eam tempore debito faciendi, solùm enim sacramentum Eucharistiæ requirit actualem confessionem: ergo per contritionem sine actuali confessione remittuntur peccata, licet adsit facultas confitendi, cum absque contritione, per quam peccata remittuntur, vel probabiliter præsumuntur remissa, nullum sacramentum sumere liceat. [g]

e *In 3. part. Summæ.*
f *Dist. 5. num. 32.*

9 Nota primo ex glossa vltima conclusionem illam, quam supra, [h] collegimus, nempe votum, siue voluntatem pro facto reputari, non habere locum in malis operibus, sed tantùm in bonis. Pro qua limitatione videtur adducere glossa illud: *In via, & non iniuio.* quòd habetur in Psalmis, [i] quod non tangitur per Cardinalem hic: & exiliter per Archidiaconum sed profecto parum facit: quoniam sensus illorum verborum, vt ex Augustino. Turrecremata, Irnerio, & Iansenio colligitur, est, Deum Optim. Maximũ propter peccata Principum, & Rectorum populi permisisse, vt stulti fierent, & non cognoscerent vias rectas: & ita magis ac magis errarent incedentes per vias tortuosas & obliquas: sicut magis errãt, qui incedunt per deserta inuia, siue sine via, quam qui incedunt per vias regias. Sed pro ea parte, qua glossa dicit, præfatam conclusionem habere locum in bonis, facit optime capit. *duæ.* [k] quatenus habet, voluntatem faciendi eleemosynam sufficere. Et aptius quàm alia pro glossa faciunt hęc duo capp. *dixi.* & *magna.* & alia iura, quæ allegat glossa capit. 1. [l] quæ sub finem approbat resolutionem huius glossæ, scilicet, quòd hæc conclusio habet locum in bonis operibus, & non in aliis. Contra quam tamen conclusionem, quatenus dicit, eam habere locum in bonis facit illud Ambrosij. [m] *Non satis est bene velle, nisi studeas etiam bene facere.* relatum in cap. *non satis est.* [n] secundo faciunt præfatum cap. 1. [o] & capit. 2. [p] cum aliis iuribus, quæ loquuntur de bonis operibus, & aiunt, non sufficere voluntatem ea faciendi sine opere. Tertio faciunt ea quæ determinauimus supra, [q] de sacramento Baptismi Eucharistiæ, & Pœnitentiæ, in quibus licet sint bona & optima, voluntas tamen ea suscipiendi non æquipollet sumptioni reali. Contra eandem conclusionem quatenus habet, præfatum notabile, non habere locum in malis, faciunt primo nouem leges proxime sequentes à Gratiano citatæ, quæ probant, voluntatem faciendi mala oftensam fotis per attentationem, conatum, vel alia signa exteriora esse puniendam. Secundo faciunt capit. *periculosæ.* & capit. *si cui.* & alia multa, [r]

g *Capit. per Esaiã. & ca. omnia sacramenta. 1. q. 1.*
h *No. 3. nu. 2.*
i *106.*
k *45. distinct.*
l *De eo, qui mittit in poss. cauſſ. rei seruãd. ver. voluntatem.*
m *Cap. 30. li. 1. officior.*
n *86. distinct.*
o *De eo, qui mit. in poss. cauſſ. rei seruan.*
p *De re iud.*
q *In glos. pronũciare n. 1. 5.*
r *Infr. eadem*

quæ probant, voluntatem ſine vlla ipſius oſtentatione, per attentationem, conatum, vel alia exteriora ſigna eſſe puniendam. Tertio facit Concilium Tridentinum quòd in ſeſſ. 14. capit. 5. & can. 7. declarat eſſe de fide catholica, neceſſario confitenda eſſe omnia, & ſingula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta & interiora. Contra eandem concluſionem quoad vtramque partem eius facit, quòd Sanct. Thomas receptus ab aliis determinat,[a] eandem bonitatem, & malitiam eſſe actus interioris boni, & mali, & exterioris ei reſpondentis: ergo idem dicendum eſt de voluntate faciendi bona & faciendi mala quoad hoc, vt reputetur vel non reputetur pro facto, cùm nihil ſit ſe ipſo maius vel minus, argu. *l. qui iuriſdictioni præſt.*[b] & cap. *innotuit.* cum ei annotatis de elect.

10 Pro reſolutione horum videtur dicendum primo cum Panormitano,[c] elogium, ſiue brochardicum hoc ſupra,[d] collectum, *Voluntas pro facto reputatur*, continere multa membra, quæ vna ſola reſolutione generali vix reſolui poſſunt: & ideo non fuit auſus illud ipſe ibidem pro dignitate tractare remittendo lectorem ad Archidiaconũ,[e] qui rem copiosè quidem & eruditè, ſed aliqua ex parte confusè videtur tractaſſe. Quapropter ſolum tractabimus hic illud membrum, quòd pertinet ad forum conſcientiæ & pœnitentiarium, ſcilicet, an voluntas reputetur pro facto, ſiue æquipolleat illi quoad naturales, & diuinas leges & quoad meritum, vel demeritum, & præmium, & pœnam, ſiue ſupplicium in foro Dei, & conſcientiæ quærendum, aut patiendum.

Pro cuius quæſtionis reſolutione præſuppono primo ex S. Thoma communiter recepto,[f] actum exteriorem poſſe habere duas bonitates, vel duas malitias, alteram ex genere ſuo, alteram ex fine, ad quem ordinatur. Exemplum primi membri: Eleemoſyna facta, ſeruatis debitis circumſtantiis, ex genere ſuo eſt bona, quia eſt conformis rectæ rationi: omiſsis verò illis eſt mala, quia eſt difformis eidem. Exemplum ſecundi membri: Deambulatio relata ad finem tuendi ſanitatem in obſequium Dei eſt bona: relata verò in finem luxuriandi eſt mala, quæ quidem duæ bonitates adeo differunt, vt bonitas prior natura, vel tempore ſit prior in ipſo actu exteriori, quam in actu voluntatis interiori, vt reſoluit,[g] idem S. Thom. defenſus à Caietano & recentioribus.

11 Secundo præſuppono, verum eſſe id quòd ſupra,[h] arguendo aſſumitur, eadem nempe bonitate vel malitia eſſe bonum, vel malum actum interiorem, & exteriorem ſecundum eundem S. Thomam.[i] Nec quidem mirum. Nam licet in eſſe naturali, & in genere entis diuerſi, ſeparatique ſint actus interior & exterior ei reſpondens: in genere tamen moris vnum ſunt: & ita eadem bonitas & malitia moralis poteſt eſſe in eis quæ ſunt vnum genere moris, quamuis bonitas, & malitia naturalis ſint diuerſæ, quoniam ſunt diuerſæ in genere entis, vt nos clarè diximus.[k]

Neque obſtat, quòd ſupra dictum eſt, aliam nempe bonitatem, vel malitiam eſſe actus exterioris, & aliam actus interioris: quoniam illud procedit conſiderando actum exteriorem ſeparatum ab interiori tamquam materiam à ſua forma, & actum interiorem ſeparatum ab exteriori tamquam formam à materia: hoc autem, quòd hic diximus, intelligitur de bonitate, & malitia conueniente toti actui compoſito ex interiori, & exteriori tamquam ex forma, & materia: vt in ſimili aliquid per prius conuenit corpori: ſiue materiæ hominis, quatenus eſt quid ſeparatum ab anima, vt candor: & aliquid per prius conuenit animæ, quatenus eſt quid ſeparatum à corpore, vt ſcientia: verumtamen totus homo compoſitus ex illis, eodem candore denominatur candidus, & eadem ſcientia ſciens.

12 Tertio preſuppono, quòd etiam ex ijs ſequitur actus, vel operis exterioris exequutionem, vel exercitium nihil bonitatis, vel malitiæ cæteris paribus addere bonitati vel malitiæ actus interioris. Si enim eadem bonitate, vel malitia actus interioris, & exterior ſunt boni, vel mali, conſequi planè videtur, actum exteriorem, ſiue interioris conſequutionem nullam bonitatem, vel malitiam addere voluntati, & actui interiori ſolùm volenti exequi & exercere actum exteriorem: nihil enim, vt paulò ſuperius diximus, eſt ſe ipſo maius, vel melius.[a] Dixi autem, *cæteris paribus*, qualia communiter non ſunt. Nam, vt ait S. Thomas communiter receptus,[b] triplici modo poſſunt eſſe imparia. Primo modo ſecundum numerum, puta cùm aliquis vult aliquid facere bono fine vel malo: & tunc quidem non facit: poſtmodum autem vult, & facit, duplicatur actus voluntatis, & ſic fit duplex bonum, vel duplex malum. Secundo modo quãtùm ad exteriorem, puta cùm aliquis vult facere aliquid bono fine, vel malo, & propter aliquod impedimentum deſiſtit: alius autem continuat motum voluntatis, quouſque perficiat opus: manifeſtum eſt, quod huiuſmodi voluntas eſt diuturnior in bono, vel malo, & ſecundum hoc eſt peior, vel melior. Tertio ſecundum intenſionem, ſunt enim quidam actus exteriores, qui in quantùm ſunt delectabiles, vel laborioſi nati ſunt intendere voluntatem, vel remittere. Conſtat autem, quod quantò voluntas intenſius tendit in bonum, vel malum tanto eſt melior, vel peior: at rarò contingit, quo aliquo horum modorum non ſint imparia. cum communiter pluries, vel diuturnius, vel ardentius velit quis quod reuera ſiue realiter facit, quam qui mente vult facere, & non facit.

14 Quarto præſuppono, duplicem eſſe voluntatem faciendi aliquid, alteram imperfectam, & perfectam alteram. Voluntas imperfecta eſt, quæ non exequitur opus, etiam ſi facultas exequendi adſit, quæ à quibuſdam appellatur velleitas ideſt voluntas, qua quis aliqua parte vellet quidem facere aliquid, ſed non ex omni, nec omnino efficaciter illud facit: qualem habent concubinarius, & alij multi peccatores, qui vellent quidem aliquo reſpectu abſtinere à vitiis: ſed non proponunt omnino ab illis abſtinere. Perfecta verò, ſiue deliberata dicitur, quæ eſt parata exequi opus, ſi facultas adſit, qualis fuit Mariæ Magdalenæ tollendi corpus Chriſti, quòd putabat eſſe ablatum.[c] Et hæc quidem diuiditur in eam, quæ eſt perfecta perfectione interiori tantùm, qua quis vult omnino facere quòd appetit: & in eam, quæ non ſolùm eſt perfecta perfectione interiori, verumetiam exteriori, hoc eſt exequutione operis voliti, quæ poſſet appellari perfectiſsima, vt colligitur ex S. Thoma & Caietano.[d]

15 Quinto præſupponimus, præmium meritorium eſſe duplex, alterum eſſentiale, & alterum accidentale. Præmium eſſentiale eſt gaudium de Deo, quòd reſpondet caritati, quæ ad voluntatem pertinet. Accidentale autem eſt gaudium de quocumque bene facto, vel de omnibus, quæ conſequuntur illud, & eſt gaudium, quòd habetur de creatura, ſiue aliquo bono facto meritorio, cuiuſmodi eſt laureola, & alia varia gaudia de variis benefactis, quę colliguntur ex S. Thoma,[e] & ex Ioanne Maiore.[f] Et hoc quidem non eſt de eſſentia beatitudinis, ſed quoddam auctarium eius aduentitium, vt colligitur ex eodem S. Thoma.[g] Itaque præmium eſſentiale reſpondet merito caritatis, quæ eſt in voluntate: præmium verò accidentale operi bono exteriori per caritatem operato.

16 Simili modo eſt dicendum, duplicem eſſe pœnam, ſiue ſupplicium demeriti, alterum eſſentiale, & accidentale alterum. Eſſentiale eſt, quod conſiſtit in ſeparatione à Deo, & dolore exinde prouenient, & reſpondet contemptui Dei, qui reſpicit voluntatem. Accidentale verò eſt auctarium quoddam pœnæ, vel ſupplicij eſſentialis reſpondens operi male per malam voluntatem operato: quod conſiſtit in dolore de illo male facto, & de omnibus malis conſequutis illud. Etenim, cæteris paribus, magis dolebit, qui malè voluit, & fecit, quàm qui voluit tantùm, vt colligitur ex ſuprà dictis. Exemplum de exiſtente in purgatorio, cui reſcienti per aliquem angelum, vel animam illuc euntem, hæredem eius non curare agere pro illo debita ſuffragia, augetur pœna: non quidem eſſentialis, ſed accidentaria, quam de illa omiſsione cõcipit. Et damnato exiſtente in inferno, ſi nouerit hæredes eius pro eo ſuffragia facere, adiicitur pœna, eo quod illa ei non proſint: non quidem, vt diximus, eſſentialis, quæ eſt priuatio beatificæ viſionis, & fruitionis de Deo; ſed accidentaria, eo quod hæc ei non proſint.

a *In 1.2. quæ. 20. artic. 3.*

b *ff. de iurid. omn. iud. & leg. penul. ff. de recep. arb. & In dict. cap. 1. de eo qui mitt. in poſſ. can. te. ſer.*

d *In not. 3. numer. 2.*

e *In cap. qui bona, quod legit. cum ca. Anaſtaſius. 17. quæſt. 2.*

f *In 1.2. q. 20. articul. 1.*

g *Ibidem ar. 2. & 3. & Num. 9.*

i *Vbi ſupra art. 3.*

k *Prælud. 7. 2. enchir. confeſſ. nume. 23. & præl. 9. num. 2.*

a *Arg. de pen. ff. de recept. arb. & l. qui iuriſdictio. ff. de iuriſd. om. iud. & ca. innotuit. de elect.*

b *Vbi ſup. ar. 4.*

c *Ioan. 20.*

d *In dict. qu. 20. artic. 4.*

e *In lib. 4. ſ. diſt. 14. qu. 1. art. 1. & ſeq.*

f *Ibid. qu. 13.*

g *Vbi ſup. & melius in qu. 2. de Mal. ar. 2. ad 8.*

17 Sexto præſuppono, quædam eſſe, quæ ex ſolo opere operato naſcuntur, vel proueniunt, quæ nulla voluntas quamlibet perfecta ſine opere operato poteſt producere, cuiuſmodi ſunt characteres qui per Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinationem imprimuntur, cuiuſmodi etiam eſt gratia ſacramentalis, quæ ex opere operato conficitur, cuiuſmodi item ſunt irregularitas, & excommunicatio, quæ ſola mala mente non contrahuntur.

18 His igitur breuiter præſuppoſitis, dicimus primo reſoluendo vt propoſuimus, illud, *Voluntas pro facto reputatur*, quoad Deum & forum pœnitentiarium, reſolutionem huius gloſſæ aientis votum pro facto reputari in bonis, & non in malis, non eſſe tenendam per ea, quæ in principio contra eam adduximus. Secundo dicimus, quod voluntas imperfecta, quæ ab aliquibus, vt paulo ſuperius tradidimus, appellatur velleitas non reputatur pro facto ſecundum omnes, qui de ſola illa voluntate, quæ cõſequeretur actum, ſi facultas adeſſet, quærunt, an pro facto reputetur & non de alia, quæ eſt imperfecta ex defectu deliberationis efficacis: nec de illa, quæ eſt perfectiſsima per conſequutionẽ, cũ de illa non ſit dubiũ, cùm ſit operi cõiuncta.

19 Tertio dico, quod omnis volũtas perfecta perfectione interiori, reputatur tam in malis, quàm in bonis pro facto quoad meritum, vel demeritum eſſentiale. Tum quia meritum eſſentiale reſpondet caritati interiori voluntatis, & gratiæ cooperanti, vt colligitur ex S. Thoma,[a] & Ioanne Maiore.[b] Pœna item ſiue ſupplicium eſſentiale reſpondet quantitati demeriti: quantitas autem demeriti offenſæ reſpondet quantitati voluntatis interioris actus mali, non habita ratione, an opus volitum exequatur nec ne? Cùm ergo præmium eſſentiale meriti, & pœna eſſentialis demeriti reſpondeat actui interiori voluntatis bonę vel malæ, neceſſariò conſequitur, voluntatem perfectam mærendi, & demerendi æquipollere quoad præmium & ſupplicium eſſentiale voluntati perfectæ non impeditæ, & exequutæ. Tum quia, vt prædictum eſt,[c] eadem bonitas, & malitia inuenitur in huiuſmodi voluntate perfecta, opere non ſequuto, & in voluntate perfecta opere ſequuto: ergo vtraque eſt par quoad præmium, vel pœnam, ſiue ſupplicium eſſentiale, per ea, quæ de illis præſuppoſita ſunt ſupra,[d] non autem quoad pœnam, ſiue ſupplicium accidentale, quòd reſpondet actui & operi operato exercito, & exequuto per bonam vel malam voluntatem, cum illa non debeatur propter ſolam voluntatem: ſed propter opus factum, & exequutum per ſolam voluntatem interiorem.

20 Quarto dico, quod nulla voluntas ſine opere operato æquiparatur eidem cum opere coniunctæ quoad ea, quæ ex ſolo opere operato naſcuntur: & cõſequenter nulla voluntas ſuſcipiendi ſacramenta quamlibet perfecta ſine reali ſuſceptione, æquiparatur eidem. & ſubinde nemo ſola voluntate poteſt quærere characteres, vel gratias ſacramentales ſine reali ſacramentorum perceptione, neque incurrere vllam irregularitatem, vel cenſuram opere, pro quo illæ imponuntur, non conſequuto, quia cauſſa ceſſante ceſſat effectus,[e] & cauſſa effectuum ex operè operato emanantium ſunt opera illa, ex quibus emanant, & nõ ſola voluntas per quã illa fiunt, vel fieri proponuntur.

21 Quinto quod nulla voluntas interior quamlibet perfecta in bonis, nec malis, æquiparatur eidem exequutæ, & cum opere facto coniunctæ quoad præmium, vel pœnam ſiue ſupplicium accidentale. Quia præmium, vel ſuppliciũ accidentale naſcitur ex opere bono, vel malo iã operato, & non ex ſola volũtate bona, vel mala operantis, vt colligitur ex D. Thoma,[f] & clarius ex Ioanne Maiore,[g] & per prædicta[h] & proximè repetita nulla voluntas quamlibet perfecta faciendi aliquod bonum, vel malum ſufficit ad producendum ea, quæ ex opere operato naſcuntur. Tum quia præmium accidentale reſpondet actui, & operi bono per bonam vel malam caritatem operato. Cùm igitur aliud ſit voluntas perfecta bene, vel male operãdi, & aliud opus ipſum bene vel male operatum: & præmium vel ſupplicium accidentale reſpondeat ipſi operi operato, conſequens eſt, nullam voluntatem operandi ſine opere operato æquiparari eidem cum opere perfecto coniunctę quoad præmium ſiue ſupplicium accidentale.

22 Ex iis infertur primò id, quod ſupra dixit gloſſa,[a] quod votum ſiue volũtas ſubeundi martyrium non reputatur pro facto. Tum quia aureola, quæ datur pro martyrio prouenit ex opere operato, & nõ ex ſolo opere operantis vt colligitur ex D. Thoma.[b] Tum quia de ſubſtantia & eſſentia martyrij eſt, vt actu mors pro Chriſto ſubeatur ſecundum eundem.[c] Ita quod vulnus, vel afflictio duret, vſque ad ipſam mortem incluſiuè, quod ibidem efficaciter, & latiſsime probat Caietanus contra Martinum de Magiſtris. Vnde ſequitur, neque Virginem Mariam, neque Diuum Ioannem Euangeliſtam propriè perfectéque fuiſſe martyres, ſed tantùm meraphoricos & inchoatiue, vt ipſemet ibidem aſſerit, & probat. Tum quia martyrium eſt ſummum teſtimonium de veritate, vel iuſtitia fidei Chriſtianæ latum per ſanguinis effuſionem ſiue poſitionem, aut contemptum vitæ temporalis, quæ eſt bonorum temporalium ſummum, iuxta illud.[d] *Maiorem caritatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* in quo ponderandum eſt, quod dixit *ponat*, & non quod velit ponere.

23 Secundo infertur, quod voluntas teſtatoris legantis & iubentis, vt aliquot miſſæ pro anima ſua poſt mortem eius dicantur, non reputatur pro facto. quia licet quoad præmium eſſentiale viſionis Dei, & gaudij, ſiue fruitionis de eo, tantùm profit ei legatio, ſiue iuſsio ſine illius exequutione, quantùm illa exequuta, non tamen quoad præmium accidentale, quod ex opere operato illarum miſſarum prouenit iuxta D. Thomam receptum,[e] dilatarum à nobis in Enchirid. de orat.[f] Ex quo ſequitur, grauem eſſe negligentiam hæredum, qui huiuſmodi legata, & iuſsiones debita, cum diligentia non adimplent. Quod ipſum dicendum eſt de aliis precibus, præſertim, Pater noſter, Aue Maria, & horis canonicis, quæ à miniſtris Eccleſiæ aguntur, quas operari aliquid ex opere operato dixit poſt alios Gabriel,[g] relatus à nobis vbi ſupra.[h] Id item ipſum dici poſſet de piis legatis eleemoſynis, & debitorum ſolutionibus quoad bona opera, preces, vel benedictiones, quas facerent legatarij, pauperes, & creditores, quibus illa impartirentur, quod parum aliquod hæredes magis ſui, quam mortuorum curam habentes perpendunt.

CAP. SI QVIS NON dicam.

Eſt l. ſi quis. C. tit. de epiſ. & cle. & in Cod. Theodoſ. lib. 9. tit 25.

IMP. IOVIANVS A. SECVNDO P.P.

SI quis non dicam rapere, ſed attentare tantummodo iungendi cauſſa matrimonij ſacratiſsimas Virgines auſus fuerit, capitali pœna puniatur, aliàs feriatur.

SVMMARIVM.

1 *Propoſitum in propoſito operatur id, quod oppoſitum in oppoſito.*
2 *Attentatio ſola delicti punitur.*
3 *Conatus ſolus punitur regulariter: fallit octo caſibus. nu. 5. qui profundius quàm alibi declarantur nu. ſeqq.*
4 *Voluntas ſola non parit excommunicationem, nec irregularitatem.*
5 *Conatus non eſt ſolus actus mentalis.*
Et ideo non fallit propriè regula in illo num. 8.
6 *Conatus ſemper punitur ſaltem extraordinariè. num. 11. & 13.*
7 *Etiamſi conans pœniteat, & non ledat.*
8 *Mente ſola credens, vſuram licere non eſt excommunicatus.*
9 *Sacramentum omne requirit ſignum ſenſibile.*
10 *Suſpenſus propriè non eſt omnis peccato mortifero infectus.*
10 *Suſpenſus propriè celebrans irregularis.*
11 *Alienare conatus non punitur vt alienans.*
12 *Conatus ſolus pœna etiam infligenda non punitur.*
14 *Conatus ſolus non parit excommunicationem nec irregularitatem.*

a *Ca. magna. in verb. pronũtiare nu. 5.*

b *In 4. lib. ſe. diſt. 49. qua. 5. articul. 1.*

c *2. 2. quæſt. 124. artic. 4.*

d *Ioannis 15.*

e *In 4. lib. ſet. diſt. 45. quæſt. 1. art. 1. quæſtiuncula. 3.*

f *Cap. 19. nu. 62. & capit. 20. nume. 39.*

g *In canone miſſa lect. 57. colum. 2.*

h *In num. 62.*

k *Nu. 23. & prælud. 9. nu.*

l *Tripar. hiſt. libr. 7. cap. 4.*

Tripart. hiſt. lib. 7. cap. 4.

a *In 1.2. q. 114. art. 2. & in 4. diſt. 49. q. 5. art. 1.*

b *Ibid. q. 13.*

c *In 2. præſupp. nu. 11.*

d *In 5. præſupp. num. 15.*

e *Cap. cũ teſſante de app. cũ cõcordan.*

f *In 4. lib. ſen. diſt. 49. ar. 1. & in 1.2. qu. 20. ar. 4. eod.*

g *Ibid. qu. 13.*

h *In vlt. præſupp.*

15 Excommunico te si appellas, & si appellaueris differunt.
16 Conatum non puniri in ciuilibus vt intelligendum.
17 Conatum non puniri per statuta, vt intelligendum.
17 Excommunicans facientem non includit conantem, nec mandantem, &c.
17 Ratio communis cur conatum non puniunt statuta fragilia.
18 Conatus, an puniatur breuissimè resoluitur.
18 Conatum quare non punit statutum, vera & noua ratio, quæ conuincit idem de lege quod de statuto dicendum.
18 Conatum punientes leges communes derogant.

1 NOta primo, quod Gratianus adducit hanc legem & octo sequentes ad probandum, vt ait glossa per locum à simili, solam cordis contritionem sine exteriori Confessione, & satisfactione sufficere ad remissionem peccatorum. Verumtamen non declarat, quomodo procedat hoc argumentum à simili, sed dici potest, quòd sic. Sicut se habet pœna, & supplicium ad malam voluntatem & demeritum, sic se habet præmium ad bonam voluntatem & meritum. Sicut enim se habet oppositum in opposito, ita se habet propositũ in proposito, [a] at per hãc legem & octo sequentes pœna siue supplicium debetur soli malæ voluntati, & eius malitiæ: ergo & præmium debetur soli malæ voluntati, & eius bonitati, & consequenter remissio debetur contritioni cordis, quæ in sola voluntate consistit. Hoc tamen argumentum parum concludit, vt inquit glossa. [b] Tum quia neque per hanc legem neque per sequentes punitur sola voluntas delinquendi, nullo actu exteriori sequuto: quoniam omnes requirunt, vt illa mala voluntas per attentationem, conatum, vel alium exteriorem actum palàm fiat, vt constat ex eis. Tum quia æquè possunt induci pro contraria parte argumentando hoc modo: Per præcitatas leges non punitur sola voluntas delinquendi, nisi eam comiterur aliquis actus exterior: ergo neque per solam cordis contritionem sine exteriori confessione condonandum est peccatum. per quæ manent expeditæ glossæ. [c]

2 Nota secundo, attentationem delicti esse puniendam, & addit hic Archidiaconus alios casus, in quibus etiam alij actus exteriores significantes voluntatem delinquendi opere non perfecto puniuntur: quorum quia fere omnes, licet ipse non admonuerit, recitat glossa, [d] non expedit eos hic referre.

3 Nota tertio vtrum siue voluntatem, non solum quoad naturales, & diuinas leges pro facto reputari, vt latè diximus in glossa vltima, [e] sed etiam quoad leges humanas, & earum pœnas. quam quidem quæstionem proponit hic Cardinalis eam satis frigidè tractans: quam tamen, quia propria eius sedes est cap. *cogitationis*, [f] ibi vtilius, & pertinentius tractabimus: hic autẽ eius loco tractabimus quæstionem illam quotidianam, & vtilissimam: An conatus ad delinquendum, opere non sequuto, debeat puniri lege humana. Et pro parte quidem affirmante faciunt hæc lex & octo sequentes, quæ probant, puniendum esse quem propter attentationem & aliquos exteriores actus factos ad delinquẽdum & significantes malã voluntatem delinquendi. Secundo, quòd licet volũtas interior malè faciendi intra suos fines & terminos contenta, lege humana nõ debeat castigari, tum quia nemini nocet, neque quemquã scandalizat, tum quia nequit probari, vt in præallegato ca. *cogitationis*, dicemus: demonstrata tamen per conatum, & alios similes actus exteriores, quibus respub. vel proximi scandalizantur, punienda est: tum quia probari potest, tum quia conatus ille, & alij actus exteriores facti ad exequendum malam voluntatem nocent proximis & reipub. cuius interest ea puniri. [g]

4 Pro parte autem negante faciunt multa, quæ probãt, malam voluntatem, etiam adiuncto conatu & attentatione, non reputari pro facto, etiam quoad Deum ipsum, vt in ca. proximo, [h] diximus. Secundo, quod attentans ferire clericum non est excommunicatus, nisi actu feriat secundum glossam ab omnibus receptam. [i] Neque attentans occidere hominem, si non occidit, nec mutilat eum, est irregularis secundum glossam, [k] receptam à plerisque omnibus contra glossam cap. *periculose*. [l]

5 Huius articuli quæstionis resolutionem posuit Felinus, [m] laudatus fere ab omnibus posteris, præsertim ab omnibus posteris, præsertim ab Hippolyto, [a] referendo fere ad verbum omnia ipsius dicta, quẽ nos quoque semper magni fecimus: sed nunc altius nobis contenta in eis perpendẽtibus visa sunt digna, vt aliqua ex parte dolẽtur.

Pro resolutione igitur ponit ipse regulam cum octo fallentiis, siue limitationibus. Regula est: Solus conatus ad delinquendum etiam non sequuto delicto regulariter meretur pœnam: quæ probatur per duo argumenta prædicta, & per alia multa, quæ tradit Felinus. [b] Cui addo primo, id proculdubio esse verum, in quibus casibus lex id exprimit, quia in certis non est locus coniecturis. [c] Exemplum est in cap. 1. [d] & in præsenti cap. & octo vel nouem sequentibus in quibus exprimitur, conatum esse puniendum. Addo secundo, quod eadem ratione proculdubio conatus non est puniendus, quando ipsa lex exprimit conatum non esse puniendum, vt in cap. *cogitationis*. [e] Addo tertio ex iis inferri, præfatam regulã intelligendam esse in casu dubio, videlicet quando lex punit aliquid nulla facta mentione de conatu. Addò quarto solam voluntatem delinquendi nullo actu exteriori comitatam non dici conatum secundum propriam verbi conatus significationem, & secundum iura, quæ de conatu disponunt. Itaque regulę sensus fit, voluntatem delinquendi per aliquos exteriores actus factos ad delinquẽdum expressam pœnã mereri.

6 Cæterum hæc regulam fallit primo, secundum eundem Felinum quando qui habet affectum delinquendi, addit ei conatum, sed ductus pœnitentia, vel quia perficere non valuit, illum non perfecit. In quod allegat: legem *qui ea mente*. [f] & præcitatam legem *qui falsam*, quatenus habet, absoluendum esse illum, qui monetam falsam percussit, si tamen eam non efformauit, vbi glossa alia quamplurima iura citat. quæ tamen fallentia, quam etiam sequitur Hippolytus, [g] non videtur vera. Tum: quia iura per eos, & per prædictam glossam citata id non probant. si quidem lex illa, qui ea mente, potius probat contrarium: lex verò *qui falsam*, & alia iura citata per glossam probant quidem, quod in casibus illorum non ponitur sic pœnitens pœna ordinaria per ea imposita: nec tantùm quantùm si consequererur factum: non tamen quòd nullatenus puniri debeat. sicuti sollicitatores virginum, & interpellatores alienarum nuptiarum, nõ sequuto effectu, non debent castigari pœna ordinaria stuprorum, & adulterorum, sed sic extraordinaria. Tum quia licet qui consuluit delictum, eo non sequuto, non castigetur pœna ordinaria imposita illi delicto, vt tradit Cardinalis, [h] debet tamen castigari pœna extraordinaria iudicis arbitrio imponẽda, quatenus nempe consulere illud est delictum in se, vt tradit post alios Decius. [i] Sic igitur qui parauit præparamenta ad delinquendum, licet delictum non perfecerit, quia eum pœnituit, vel quia non potuit, debet quidem puniri propter delictum & peccatum, quòd admisit delinquendo, & conando exterius delinquere, non pœna ordinaria, sed arbitrio iudicis secundum quantitatem & qualitatem conatus, & præparamentorum.

7 Secundo fallit, quando conatus tendit in delictum, quod factum nemini nocet argum. l. *damus*. adiuncta glossa, [k] vbi Baldus & Salycetus notant, committentem falsum, quòd nemini nocet, non esse puniendum pœna falsi, quod Ioannes ab Anania commendat, [l] allegans in id glossam penultimam, [m] quam etiam Felinus & Hippolytus citant, sed male, quia est antepenultima quæ apertè id non dicit: sed Panormitanus & communis ad id eam inducunt. Arbitror autem, etiam hanc fallentiam limitandam esse, sicut & præcedentem: nempe quòd committens falsum nemini nocens, non est quidem puniendus pœna ordinaria falsi, sed sic extraordinaria arbitraria. & sic potest defendi glossa, [n] quæ habet, affectum fabricandi falsum, etiam non sequuto effectu, esse puniendum.

8 Tertio fallit, quando conatus non habuit actum exteriorem: sed stetit in sola voluntate, etiam cum consensu rationis secundum Felinum [o] per l. *cogitationis*. [p] & aliquot alia, quæ ad verbum refert, & sequitur Hippolytus vbi sup. [q] Quibus addo primum, hanc fallentiam veram quidem esse in se, sed ineptã. quia exceptio apta debet esse de contentis in regula vt tradit Dynus, [r] & alij, quos refert Decius. [s] Et satis probat cõtextus in l. *nã quod liquide*. [t]

a *In l. falsam ff. ad l. Cornel. de fal.*
b *In præfas 1 tracta. nu. 1.*
c *Leg. continuus. §. cum ita. ff. de ver. oblig. & cap. non est dubium de sent. excõ. d. De homic. lib. 6.*
e *Inf. ead.*
f *Eff. de fart.*
g *In præalle. lege qui falsam nu. 2.*
h *In clem. 1. q. 12. de pœn.*
i *In cap. 1. de effic. delega. num. 10.*
k *In verb. priuatus. C. ad l. Cornel. de fal.*
l *In cap. 1. num. 14. de crim. fal.*
m *Ca. quãto. de iure iur.*
n *Præfatcn. 1. de crimin. fal.*
o *vbi sup.*
p *ff. de pœn.*
q *Num. 17.*
r *In rub. de reg. iur.*
s *In l. 1. num. 22. ff. eod.*
t *ff. de penu. leg.*

a *Cap. sciendum 8. q. 1. & leg. si contra. tabulas. ff. de vulg. & pup. substit.*
b *Vlt. huius c.*
c *1. & vltima.*
d *Cap. si quis tam masculum. inf. ead.*
e *Cap. magna. num. 9.*
f *Inf. ead.*
g *Leg. ita vulneratus. alias si ita vulneratus. ff. ad Leg. Aquil. c. vt famil. de sent. excom.*
h *à num. 18.*
i *In c. si quis pulsatus. inf. ead.*
k *Cap. si aliquis. de homic.*
l *Infra ead.*
m *In tracta. quando conatus, &c.*

& hæc

a *In clem. 1. q. 3. de vsur.*
b *In clem. 1. q. 3. de pœnit.*
c *De sent. excom.*
d *In l. non ideo minus q. 6. C. de accus. & inscript.*
e *Num. 6.*
f *In clem. 1. quæst. 10. de consan. & affinit.*
g *In 3. part. q. 60. art. 1.*
h *In 4. dist. 1.*
i *Sess. 7. can. 2. & 13.*
k *De verbor. signific.*
l *De clericis excõ. ministr. §. & 152. & 152. n. 1. & 6.*
m *Ca. 27. nu. 151. & 152.*
n *Ead. lib. 6.*
o *Ead. lib. 6.*
p *Cap. de homine de celebra. miss. & c. quotiens. de cons. dist. 2.*
q *In l. si quis non dicam. C. de episcop. & clericis.*
r *In dicto ca. cogitationis.*
s *Vbi supra.*
t *Ca. cum in cunctis. §. penult. de elect.*
v *In dict. cap. perpetuo & in regula in pœnis de reg. iur. in Mercur.*
x *In dict. cap. cum in cunctis. §. penult. & in cap. 1. col. 1. versic. ex prædictis. de eo qui mu. in poss.*
y *In clem. 1. versic. si quis in 2. quæst. de reb. eccle. non alien.*
z *Num. 6.*

a *In dict. l. si quis non dicit in 2. col in fin. quam dat ad l. 1. ff. quod cu. iur.*
b *Numer. 6.*
c *ff. de variis, & extraord. crim.*
d *Inf. fall. 8. num. 17.*
e *In l. si fugitiui. col. 2. C. de ser. in. fug.*
f *In c. præterea requisiti. ad fi. de appella.*
g *Inf. ead.*
h *De sentẽt. excomm.*
i *Dict. cap. si quis pulsatus.*
k *In cap. præterea. 2. de appellat.*
l *Ibid. nu. 13.*
m *In ver. voluisse. l. si constituerit. C. finium. regundo.*
n *ff. de pœni.*
o *In cap. cogitationis.*
p *Ead. nu. 6.*

5 Cæterum contra illud, quod ait Felinus in hac fallentia incurrere nempe quem excommunicationem, si parauerit se ad appellandum, quamuis non appellet, si excommunicatio lata fuit sub conditione, *Si appellabis*, nõ autem si sub conditione, *Si appellaueris*. Facit primo, quod Cardinalis quem ad hoc citat, [k] non distinguit inter excommunicationem latam sub conditione, *si appellabis*, & inter latam sub conditione, *si appellaueris*, sed inter latam sub conditione, *Si appellaueris*, & latam sub conditione, *Si appellas*. Secundo facit, quod verior sententia videtur esse, quam tenet Antonius ibi post Hostiensem, & defendit Decius, [l] nempe quod non incurritur excommunicatio propter præparamenta appellandi, donec consummetur actus appellandi: adeo quod electio facta à canonicis post excommunicationem latam cum conditione, *Si appellauerint*, vel, *Si appellabunt*, valet tamquam facta à non excommunicatis: licet per eam incurrerint excommunicationem. quia videtur electio præcessisse excommunicationem, & non econtrario excommunicatio appellationem.

16 Septimo fallit in ciuilibus, quia inquiunt, conatus in ciuilibus non punitur per glossam, [m] quam parum apte citant. Tum quia illa glossa non loquitur de conatu, & actu exteriori ad voluntatem malam exequendam, de qua regula loquitur: sed de voluntate interiori non comitata actu extetiori. Allegat enim legem *cogitationis*. [n] quæ, vt infra dicemus, [o] loquitur de voluntate interiori non comitata exteriori. Tum quia glossa illa etiam intellecta de voluntate exteriori actu comitata non dicit, quòd conatus, si esset malus, in casu illius legis non deberet puniri: sed quòd non haberet locum pœna illius legis, nisi perficeret actum, quem intendebat facere. Quapropter etiam in ciuilibus, qui deliquit conando, licèt non perfecerit opus, debet puniri extraordinariè, licèt non debebat perdere illud, quod perderet, si perficeret opus, iuxta ea, quæ addimus supra. [p] Tum quia hæc fallentia traditur de conante agere actum, & illum non perficiẽte: & illud, quod ipsi dicunt intelligitur de perficiẽte actum, licet nulliter. Tum quia falsum est, agentem actum nulliter, si actio est

mala,non esse puniendum, quamuis aliquando excusetur propter actus nullitatem à pœna, vel onere aliquo,vt clarius aliis trademus [a] infra. [b] Si quis enim pacisc'atur de committendo simoniam, vel de aliquo delicto faciendo, licet actus sit nullus, [c] pacisc'entes tamen peccant: & puniti debent,licet non tantùm , quantùm punirentur,si exequerentur illa,secundum omnes, vt tradidimus in Enchirid.Confessar. [d]

17 Octauo fallit secundum eosdem in statutis punientibus delicta: quia semper intelliguntur de delictis consummatis,allegant Baldum, [e]& Imolensem, [f] & rationẽ illam, quòd verba in statutis propriè debent intelligi, [g] & quod conatus ad delictum non est verè illud delictum,in quod conatus intenditur: sed tantum fictè. Quibus addo primò, fallentiam quidem hanc esse veram in hunc sensum,quod statuta punientia facientem aliquod delictum, non includunt conantem facere illud,si non facit:sed non in hunc sensum, quod conatus , si est malus, non debeat puniri saltem alia pœna,quàm statutaria, scilicet extraordinaria,& arbitraria,per ea,quæ prædiximus supra. [h] Addo,secundo,quod non videtur, hoc esse speciale in statutis. nam etiam generaliter idem dicendum est de aliis legibus punientibus faciẽtes delicta ea firma ratione, quod lex omnis puniens est pœnalis:& nulla lex pœnalis regulariter, siue sit statutum , siue alia lex debet extendi extra casum,de quo loquitur,nisi exprimatur illud in ea. iuxta c. *pœna*. [i] vbi dicemus. & in l.*si presses*. [k] Vnde nos etiam post alios diximus in Manual.Confessa. [l] quod lex excommunicans facientem aliquid non comprehendit regulariter consentientem,etiam mandando,consulendo,fauendo,& auxiliando,antequam fiat,nisi ex eius, vel aliarum legum tenore id expressè,aut tacitè colligatur. Tertio addo,non esse veram illam rationem,quam adducunt ex Bartholo, [m] scilicet , quod ratio quare per totam Italiam non punitur solus conatus est,quod in ea delicta puniuntur secundum statuta. Quoniam etiamsi iure communi punirentur, non deberent puniri tentantes & conantes admittere illa, sicut admittentes , nisi exprimeretur id in eis,vt in aliquot illarum exprimitur : & idem fieret in pœna imposita per statuta,si exprimeretur in eis,vt sic,vel sic conantes puniẽtur. Ex quo infertur, longe cautius fuisse loquutum Speculatorem, [n] ideo non puniti hodie conantes delinquere,sicut delinquentes : quia per consuetudinem derogatum est legibus solum conatum punientibus:quod dictum valde communiter commendatur à plerisque omnibus,& in iis à Panormitano, [o] & ab Angelo & Paulo de Castro, [p] & ab aliis,quos Nicolaus Milles, [q] citat.

18 Per quæ omnia probatur, veram resolutionem quæstionis in hoc 3.notabili propositæ esse, quod conatus ad delinquendum non consequuto delicto, debet quidem puniri pœna ordinaria legis pœnalis humanæ , si hoc exprimatur in illa:si autem hoc non exprimatur, debet vtique puniri pœna extraordinaria, quatenus conatus,& attentatio delicti est per se actus malus : non autem ordinaria. Et id , quod dicitur in statutis punientibus, quæ sunt pœnalia,est dicendum in legibus communibus punientibus,quæ sunt pœnales, & è contrario id, quod dicitur de legibus punientibus , est dicendum de statutis punientibus. Et quod consuetudo generalis videtur derogasse legibus communibus,quæ iubent puniri tantùm conantes, quantùm facientes, quodque parum refert quoad hoc,an pœna sit ipso iure imposita,aut per sententiã imponenda: & an pœnæ impositæ,vel imponẽdę sint cẽsuræ,vel aliud.

CAP. NEMO.

Est Lex nemo.C.de postulando,

IMPP. LEO ET ANTHEMIVS AA. NICOSTRATO PP.

NEmo vel in foro magnitudinis tuæ,vel prouinciali iudicio, vel apud quemquam iudicem accedat ad togatorum consortium,nisi sacrosanctæ Catholicæ religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem aliquid quoquomodo , vel quadam machinatione factum, vel attẽtatum fuerit, officium quidem sublimitatis tuæ , centum librarum auri iacturam pro cõdemnatione sustineat, *Hæc lex habetur C. de episcoporum audientia , & C.de postulando. ex qua inferunt ipsi Caluinistæ in corpore iuris Geneuæ impresso,nõ alios quam Christianos orthodoxos (qualis ipsi profectò non sunt) ad reip.curam,administrationem , atque institutionem non debere admitti.*

SVMMARIVM.

1 Aduocatus causſarum nequit esse non baptizatus.
1 Et quæ pœna puniatur si contra fecerit.
1 Et qui illum ad aduocandum admiserit.
2 Aduocati cur dicantur togati.
3 Officium vnde dicitur,& interdum est tota curia.num.5.
4 Appellare quando fidelis ad infidelem potest.
4 Postulare potest Iudæus pro se coram iudice Christiano.

1 NOta primo, quod hæc lex lata fuit ab Imperatoribus,Leone,& Anthemio,& missa ad Nicostratum præfectum prætorio,& consequenter incogitanter dixisse Cardinalem fuisse scriptã ab Imperatore ad Leonẽ Papã.

Nota secundo ex quatuor partibus eius quatuor. Primum ex prima,quod nemo, qui non est baptizatus potest aduocare in iudicio. Secundum ex secunda,quod curia,siue officiales curiæ admittentes,vel attentantes admittere ad aduocandũ eũ,qui non est baptizatus,puniatur in centum libras auri. Tertiũ ex tertia,quòd qui non baptizatus aduocauerit,publicatis bonis exsulet perpetuo. Quartum ex quarta,quòd rector prouinciæ,in qua id fuerit admissũ dimidio bonorũ suorũ proscripto exsulet quinquennio.

2 Nota tertiò,quod patrocinantes clientibus in iudicio vocantur hic togati,vt vocantur aduocati in tit. C. *de aduocatis diuersorum iudicum* : & in tit. *De aduocatis diuersorum iudiciorum*,& tit. *De aduocatis Fisci*. [a] Et patroni causſarum. in l. *rem non nouam*. [b] Non quidem ea ratione , quod alij multi vtentes toga non dicantur togati:sed ea forte,quod nullus hominum ordo magis assiduè vtatur toga , seu veste togata,quàm illi.

3 Nota quarto , quod licet verbum officium,quod originem ducit ab officio,secundum Ambrosium, [c] & plerosque omnes alios vel ab officio, secundum alios,accipiendo præpositionem,ob,pro,circum,ita quod significet circunspecte facio, propriè significat id , quod vnusquisque secundum suam cõditionem circumspectè facere debeat. Per translationem tamen,metonymiam , & metaphoram significat alia plurima,quod late probat Albericus in suo dictionario,verbo officium.In hoc autem cap. videtur significare curiam ipsam officialium , siue ipsos officiales collectiuè,vt in authen.de defens.ciuit. [d] ibi: *Officium prouinciale* , adiuncta glossa significatur curia prouincialium prouinciæ,vt etiam glossa hic , [e] videtur sentire , vt in ea dicemus.Pro quo facit,quod vulgus videtur appellare curiam Cancellariæ,officium Cancellariæ,curiam Cameræ, officium Cameræ,curiam auditoris officium auditoris.

4 Nota quinto,quod in huius cap.casu, attentatio operis etiam illo non consequuto punitur,propter quod Gratianus induxit hanc legem ad probandum à simili , quod etiam per contritionem, quæ videtur quidam conatus ad consequendam veniã peccati debeat illa concedi absque alia confessione,& satisfactione. quòd tamen esse fragile & infirmũ argumentum duplici nomine monstrauimus. [f]

IN GLOSSAM.

Nota ex glossa quod non licet Christiano appellare ad iudicem infidelẽ,vt est casus expressus in c.*catholicus*. g pro quo facit,quod Paulus [h] reprehẽdit fideles recurrẽtes ad Iudices infideles:& ꝙ prohibitũ est , ne infideles sint iudices c.*constituit*. [i] & l.fin. [k] & ne habeant aliquã potestatẽ super fideles:nec vlla publica officia.c.*cum omnis*. [l] Cõtra ꝙ tamen facit , quod Paulus ad Cæsarẽ appellauit, [m] & ꝙ Christiani habitantes,vel morantes in Alexandria,& aliis

a *In cap. hac autẽ verba. not.2. num.3.*
b *Ead.*
c *Cap.fin.de pact.& l. iurisgentium.§. ait prator, alias Pomponius ait. versiculo, pacta. ff. de pact.*
d *Ca. 23. nu. 103.*
e *in l.1. ff.ad Leg. Corn. de sicar.*
f *In cap. de præscrip.*
g *Leg. 2. §. hac verba.ff. de nego. gest.*
h *eod.nu.6.*
i *Infra ead.*
k *ff.de pœn.*
l *Capi. 27. num. 51.*
m *In d.l.1. ff. ad Le. Corn. de sicar.*
n *In tit. de accus. §. 1. versic. quid si.in fin.*
o *In cap.mulieres. de sen. excom. num. 14.*
p *In l. 1. ff. quod quisq; iur.*
q *In reper. verb.affectus versic.penul.*

a *Leg. Fisci aduocatus.*
b *§. patroni autem causſarum. C. de ind.*
c *Lib.1. offic.*
d *§. deinde eos.collat.2.*
e *In verb. officium.*
f *In cap. præcedenti nota. 1.num.1. g.2.q.6.*
h *1.ad Corinth.6. 17.q.4.*
k *C.de Iudæ.*
l *De Iudæ.*
m *Act.ca.25.*

terris Turcis,vel Sarracenis subiectis,cùm iniustè condẽnãtur, ab inferiore iudice recurrunt ad superiorẽ eius infidelem. Et in Anglia , & Germania hodie plurimi Christiani appellant ad iudices hæreticos , qui sunt omniũ infidelium pessimi secundum D. Tho. [a] Ad quæ respondetur,illa procedere in terris , quibus dominantur reges infideles, vt ait glossa.ita vt conclusio ipsius prædicta debeat seruari in terris , in quibus potest ad iudicem fidelem appellare.Ita quod si essent duo iudices , quorum alter esset fidelis : alter verò infidelis , ad quorum quemlibet posset appellari;Christianus deberet appellare ad fidelem.

Nota secũdo,quod Iudæus potest postulare pro se coram iudice Christiano.quod quamuis iura à glo.citata nõ probent : satis tamen persuadet illa ratio , quod quilibet prohibitus postulare potest pro semetipso id facere. [b]

5 Nota terto ex glossa 2.eam sentire , id quod diximus supra, [c] nempe verbum officium non significare hic opus faciendum : sed curiam officialium , vel officiales ipsius curiæ collectiuè. Exponit enim verbum , *officium* ,per verbum , officialis : sed non satis cautè. Tum quia non significat textus, quod vnus officialis curiæ debeat multari prædictis centum libris auri : sed tota ipsa curia officialium , siue omnes officiales curiæ collectiuè debent illis multari. Tum quia ratio puniendi tam grandi pœna officiũ pro peccato alieno magis quadrat toti curiæ permittenti aduocationem infideli,quam vni officiali:est enim ratio secundum gloss. adiuncto Archid. quod debet officialis repugnare iudici male iubenti,quæ repugnantia & resistentia magis quadrat toti curiæ,quàm vni curiali.Tum quia dubium esset quis officialis deberet puniri tanta multa:& quod friuolũ videtur dicere , quòd ait Archid.esse notarium,qui multo minoris auctoritatis est, quàm tota curia ad resistendum iudici.Tũ denique quod non potest dari iusta ratio , cur vnus officialis magis peccet, quam alius , nisi vno tantum officiali tota curia constaret , quod perrarum videtur.

CAP. QVIS QVIS.

Est lex desumpta ex tit.C.ad leg. Iuliam Maiestatis.

IMPP. ARCAD. ET HONOR. AA. EVTYCHIANO P.P.

QVisquis cum militibus , vel priuatis, vel barbaris sceleſtam inierit factionẽ. Et reliqua.Hæc lex habetur in lib.9. C.tit.ad legem Iuliã maiest.l.5.& causſ.6.q.1.ca.si quis.

SVMMARIVM.

1 Lex humana puniens voluntatem intelligenda est de voluntate exterius per aliquem actum vel conatum expressa.
2 Pœna huius cap.ipso iure imponitur.nu.3.
3 Pœna non censetur imposita nisi lege exprimatur.

NOta primo quod hic non ponitur à Gratiano principium legis sed ratio illius. Principium enim omisit, vt puto, causſa breuitatis : & habet , conspirantes contra principem , vel eos, qui sunt ad latus eius pœnis criminis læsæ maiestatis puniendos esse ; & subdit pro ratione id, quod trãstulit hic Gratianus nẽpe;*Eadẽ enim seueritate*,&c.

Nota secundo, quod hanc legem sicut duas præcedentes inducit Gratianus ad probandum condonari peccata per solam contritionem.Induxit autẽ à simili sic : Tractatus & conatus opere non sequuto sufficit,vt quis castigetur pœna maxima criminis læsæ maiestatis:ergo & cõtritio,quæ est conatus ad veniam promerendam sufficiet, vt illa quæratur.sed fragilitas huius argumenti mõstrata est in 1.notab.c.*si quis non dicam*. [d]

IN GLOSSAM.

Nota ex glos.1.quod præfata l..quisquis.trãsfertur tota in §.*verum*, [e] qui alias est cap.*si quis cum militibus*.post præfatum §.*verum*.qui est sub c.*quæro*.

2 Nota ex glos.2.quod pœna præfatæ legis non imponitur pro sola voluntate interiori volendi committere crimen lesæ maiestatis,quia illa non est punibilis lege humana, vt habet cap. *cogitationis*. [a] & quòd ad hanc l. quæ habet absolutè,puniendos esse, qui voluerunt crimen læsæ maiestatis committere, respondendum est , debere intelligi de voluntate deducta foras per aliquem tractatum, & conatum exteriorem. Ex quo desumitur argumentum ad probandum, affectum siue conatum non sequuto effectu esse puniendum.Quod quomodo sit resoluendum copiosè dictum est in d.cap.*si quis non dicam*. [b]

3 Extra glossam quæritur,an confiscatio,siue publicatio bonorum , quæ fit ob crimen læsæ maiestatis , de quo hoc cap. agit , fiat ipso iure : an sit facienda per sententiam.& quod non fiat ipso iure facit, quod non est , dicendum vlam pœnam ipso iure impositam esse , nisi aliquo iure id exprimatur , iuxta glossam singularem , & receptam , [c] & non videtur inueniri aliquod tale in corpore iuris communis clausum. Nam hæc l. per Gratianum hic citata, & relata integrè per eundẽ, [d] quæ maxime id probare videtur,habet quidem publicari, & confiscari bona huiusmodi crimen committentis , sed non exprimit eam ipso iure incurri : & in dubio dicendum est, imponendam esse per sententiam,& non ipso iure,cùm grauior sit ipso iure imposita, quàm quæ imponitur per sententiam : & in dubio benignior interpretatio est accipienda iuxta ca.*in pœnis*. [e] vbi hoc exprimit glossa recepta.

Sed contrarium videtur dicendum tum per l. *donationes*. [f] quæ habet,perduellem non posse validè donare.tum quod lex penultima & vltima, [g] habent, perduellem , qui commisit hoc crimen non posse alienare validè bona sua, nec manumittere : nec debitores soluere illi debita, & à successoribus esse auferenda bona , etiamsi dum viueret, non fuisset accusatus , vt habet præfata l. *donationes*. & §. *per contrarium*. [h] quorum tamen contrarium dicendum esset,si esset,ferenda sententia , per l. *post contractum*. [i] & ei adnotata. Tum quod præfata l.vltima per illa verba, *eximde* , & c. significat perdere ipsum bona ex tempore delicti commissi,vel tractati.Tum quòd per incestas, & nefarias nuptias bona ipso iure confiscantur, [k] quod longè minus est crimine læsæ maiestatis. Tum quod Speculator à nemine reprehensus , [l] determinat, actorem posse repelli à reo per exceptionem huius criminis , quod nullatenus esset verum , nisi per illud ipso iure perderentur bona , & actiones,& glossa à nemine, quem viderim, in hoc citata expressè habet, [m] ita confiscari bona ob crimen læsæ maiestatis , sicuti ob hæresim , ob quam ipso iure confiscari, declaratum est per illud cap.*cum secundum* quamuis antea subdubitaretur per cap.*excommunicamus*. [n]

Non obstant citata in contrarium:quia licet,vt illa probant, non videatur expressè iure communi cautum , perduelles, & crimen læsæ maiestatis committentes ipso iure perdere bona : cauetur tamen implicitè, quatenus in præcitatis legibus cauetur,ne validè possint alienare illa, nec donare , nec manumittere , nec eis solui debita. quæ omnia non essent ipsis vetita, nisi à tempore delicti perderent ipso iure illa,argumento l.*post contractum*. [o]

CAP. IS QVI.

Est l.7. C. ad leg. Corneliam de Sicarijs.

IMPP. DIOCLET. ET MAXIM. AA. ET CC. PHILISCO.

IS,qui cum telo ambulauerit hominis necandi [p] causſa, sicut is, qui hominem occiderit, vel cuius dolo malo factum erit commissum,legis Corneliæ de sicariis pœna coercetur. [q]

SVMMARIVM.

1 Telum à iurisconsulto melius,quàm à glossa definitur.
2 Votum in bonis , & non in malis pro facto haberi malè ait glossa.
2 Sica & sicarius quid sint.

NOta primo ex glossa 1.huius capit. quod telum dicitur quidquid nocere potest:quod non est satis cautè dictum,cum omnia corporea nocere possint: & glossa nõ

a *Inf. eadem.*
b *Numer. 3.*
c *In ea.fin.de iur. patrona.*
d *In ea. quæro §. verũ.6. quæſt. 1. qui aliæ est.r.§. si quis cum militibus.*
e *De reg. iur. libr. 6.*
f *§. fin. ff. de donat.*
g *C. ad leg. Corn.maiest.*
h *Inſt. de hared. quæ ab intest.deferu. iff. de donat.*
k *C. de iccst. nup.auch. incestas nuptias & auth. ex complexu, & cap. vii seeti. de hæret. libr. 6.*
l *In tit.de accor.versic. ité quod comisit crimen læsæ maiestatis num. 18.*
m *In d.ca. cũ secundũ. super verbo, ipso.*
n *§.1. & 2.*
o *ff. de donat.*
p *Occidendi.*
q *Lib. 9. C. tit.16.l.7.*
a *Sup. eadem numer. 1.*
e *6. quæst. 1.*

dixisset omnia corporea esse tela. Quare lõgè cautius definitur telum ab imperatore,[a] & à Caio,[b] in hæc verba: *Telum vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur, sed nũc omne significatur, quod mittitur manu. Ita sequitur, vt & lapis & lignum & ferrum hoc nomine contineantur. dictumque ab eo quòd in longinquum mittitur, Græca voce figuratum ἀπὸ τοῦ τήλου.*

Nota secundo ex glos. 2. sentire illam id, quod expressius dixit in cap. *magna pietas*,[c] nempe, votum pro facto reputari in bonis, & non in malis. quod latè confutauimus in præfata glos.[d]

Nota tertio ex glo. vltima, ficam esse cultellum à secãdo dictam: & ficarium, qui ea ad occidẽdum vtitur. & rectè quidem videtur vocari cultellus: quia non omnis culter, qui scindere potest, appellatur fica: sed tãtùm paruus, qui est genus gladij breuioris, quem vulgus appellat dagha, & pugnale.

CAP. SI QVIS NE-candi. est l. 8. C. ad Leg. Corneliam de sicariis.

IMPP. VALETIN. VALENS, ET GRAT. AAA. AD PROBVM P. P.

SI quis necandi infantis piaculum aggressus aggressaue sit: sciat se capitali supplicio esse puniendum.

SVMMARIVM.

1 *Piaculum pium opus, & crimen expiandum.*
2 *Peccat magis, qui magis nocet.*
2 *Peccat magis occidens adultum, quàm infantem.*
2 *Occidens fœtum nondum natum vt includitur hoc cap.*
3 *Homo est verus nondum natus.*
4 *Lex etiam odiosa includit omuia per ipsius verba propriè significata.*
5 *Abortiens abortum-ve procurans, vt puniendus.*

NOta primo ex hoc cap. eum, qui conatur occidere infantem esse occidendum: & quod eodem modo inducit Gratianus hanc legem ad probandum suum propositum, quo induxit præcedentes, vt diximus in primo notab.[e] simul monstrando fragilitatem argumenti.

1 Nota secundo, quòd verbũ *piaculum*, licet alibi significet opus pium, siue satisfactioné piam, qua expiatur peccatũ, iuxta illud Virg.[f] *Ea prima piacula sunto*. & illud Horatij.[g] *Teq; piacula nulla resoluent*; hoc est nulla opera pia satisfacient. Hoc tamen loco significat scelus & crimen grãde sanguinis effusione, vel aliqua satisfactione magna expiandum, iuxta illud eiusdem Virgilij.[h] *Distulit in seram commissa piacula mortem*. Vbi Seruius inquit, piacula esse crimina, propter quæ expiatio debetur. quod sentiunt Archid. & Cardinalis hic & antea glossa in d. l. *si quis necandi*. vbi Salicetus dicit, maius crimen esse occidere infantem quàm adultum. Pro quo facit, quod post l. 7. quæ incipit *is qui*. quæ iubet occidere conantem necare alium, ponitur hæc 8. quæ iubet occidere conantem necare infantem, innuens id esse grande piaculum. Quæ conclusio licet secũdum quid, & illo respectu, quod infans est omnino innocens, vera sit: mea tamen sententia simpliciter falsa est. quia simpliciter plus nocet, qui occidit adultũ, quàm qui infantem; cùm sit maioris valoris, & ad maiora habilis, vt palam est, & cæteris paribus, qui magis nocet, magis peccat argum. cap. fi.[i] & tradit D. Thomas,[k] & certũ est maioris esse condemnandum lege Aquilia, qui occidit seruum, equum, aut aliud animal adultum, quàm qui seruum infantem, vel equulum aut aliud animal recẽs.[l] Ad quod facit etiam id, quod ipsemet Salicetus fatetur, eũ qui occidit infantem nõdum natum, nec anima rationali informatum & viuificatum, vt quia non sunt elapsi quadraginta dies à conceptione, non incurrere pœnam illius legis. pro quo text. optimus, quem ipse non citat in ca. *quod verò non formatum*.[m] Facit etiam quòd longè difficilius dispensat sacra Pœnitentiaria in irregularitate contracta per voluntariam occisionem adulti, & pueri discretionem animi assequuti, quam in voluntaria abortione infantis etiam anima rationali formati. Facit item, quòd non incurrit irregularitatem is, qui occidit huiusmodi infantem nondum anima rationali animatum.[a]

3 An autem infans nondum natus dici debeat homo, quæstionis est. Nam Baldus, quem multi sequuntur, & in iis Decius,[b] notat ex illa lege nondum natum non esse hominem re, sed solùm spe, & ideo statutum loquens de homicida non includere occidentem nondum natum. Qua in re licet in longum disputatio posset protrahi dicendum tamen primò, certum esse, quod fœtus ante animæ rationalis infusionem, quæ masculo fit quadragesimo, & fœminæ octuagesimo non esse hominem.[c] Secundo, erroneum esse dicere fœtum rationali anima informatum non esse hominem. tum per præfata duo capp. & cap. *sicut*. 2.[d] tũ quia sicut nihil est homo, quod non sit compositum ex corpore, & anima rationali: ita omne compositum ex illis est homo.[e] Tertio, quod qui occidit huiusmodi fœtũ, verè occidit hominem, & verè dici potest homicida, vt dicit Panormitanus,[f] & errãt, qui contrariũ leuiter dicunt.

9 Quarto, quòd huiusmodi fœtus antequam nascatur, habetur pro nato, quoad ea, quæ sibi prosunt per l. *qui in vtero*.[g] quamuis non quoadea, quæ aliis prosunt. iuxta l. *quod dicimus*.[h] vbi Paulus sic inquit: *Quod dicimus, eum, qui nasci speratur pro superstite esse, tunc verum est, cùm de ipsius iure quæritur. aliis autem non prodest, nisi natus sit* eadem fere verba ponuntur in l. *aquisitum*.[i] Quinto quod Baldus multa solet dicere in superficie pulchra: quæ tamen sunt in recessu dolanda, & ideo dictum eius, & lex illa *cum inter veteres*, ex qua illud collegit non sunt intelligenda, vt velint negare, huiusmodi fœtum rationali anima informatum verè esse hominem: sed quod fingitur non esse homo quoad vtilitatem, vel nocumentum aliorum, donec nascatur: tum quia nec Baldus nec vllus alius sine præiudicio fidei Catholicæ potest asserere contrarium: tum quia omnes ipsi fatentur, eum haberi pro homine nato, quoad ea quæ sunt ei fauori: & certum est non posse haberi pro homine nato, si non esset homo. Sexto hac ratione, prudenter statutum esse, ne occidens fœtum antequam rationali anima sit informatum, dicatur homicida, neque irregularis: occidens verò postea sic.

4 Septimo quod hoc cap. & l. penult.[k] vnde sumptum est: immo & statutum, quo punitur homicida, includit occidentem fœtum anima rationali animatum, ea firma ratione, quam nemo reddit, quod dispositio quamlibet odiosa, & pœnalis includit omnia, quæ sua verba propria significant, iuxta l. *cum lege*. adiuncta glossa & doctrina Arerini communiter recepta,[l] & per prædicta huiusmodi fœtus est verus homo, & occidens eum verè occidit hominem, & ita propriè est homicida: ergo includitur sub lege disponente de homicida, etiam si sit odiosa, & restringenda.

5 Pro quo facit l. *Cicero*.[m] quatenus habet, mulierem, quę accepta pecunia à substitutis per medicamenta abortiuit, vt illi succederent morte puniẽdam esse. Et hanc partem tenent glossa, Angelus & Salicetus,[n] & Aretinus,[o] & Ioannes ab Anania,[p] quem sequiur Felinus,[q] post Albericum de Rosate.[r] Quamuis æquè dicatur non esse locum pœnæ integræ huius cap. nisi quando data opera, dolo, & odio fœtus principaliter caussa exanimandi, quis percutit mulierem prægnantem, vel procuraret abortum. Nõ quidem ea ratione, quod non fiat homicidium: sed quia est caussa diminuendi pœnam, iuxta legem *quid ergo*.[s] Vnde mea sententia, minuenda esset pœna ei, qui non principaliter odio fœtus: sed caussa seruandi honoris sui, & suorum id faceret, aut faciendum consuleret, vt frequẽtissimè accidit illis fœminis, quæ ex fornicatione clam concipiunt, & procurant abortum, ne ex vteri tumore, aut partu sequenti infamentur ipsæ, & qui eas prægnantes fecerunt, argumento. l. *seruos*.[t] vbi in seruo, qui grauiter deliquit, domino exhortante, pœna mortis in minorem pœnam cõmutatur, & ibi Salicetus,[v] dicit, quod licet mãdatum in atrocioribus non excusset in totum seruum, qui paruit domino: pœna tamẽ debet mitigari. Et dicit Baldus quòd ille, qui interficit aliquem metu tyranni, non debet mori, quia debet pœna mitigari per illum textum glos. ibi idẽ dicit. Et Bart. Veron.[a] tradit cautelam pro illis, qui interficiunt hominem de mandato dominorum, vt non debeãt decapitari per illum text.[b] Sic etiam abortiens vel abortiri faciens principaliter ob honorem seruandum, & ob scandalum vitandum, & non odio fœtus videtur longè minus peccare: ideóque minori pœna puniendus.[c]

CAP. SI FORTE MVLIER. Est l. vltima. C. ad Leg. Corneliam de sicariis.

IMPPPP. GRAT. VALENT. THEOD. ET ARCAD. AAAA. CYNEGIO. P. P.

SI fortè mulier marito mortis parasse insidias, vel quouis alio genere voluntatem occidendi habuisse inueniatur, vel si fortè maritus eodem modo insectetur vxorem. in eadem quæstione ab omni familia, non solùm mariti, sed etiam vxoris (quæ tamen tunc temporis domi fuerit) quærendum est, sine cuiusquam defensione.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio de seruis coniugum contra eos habenda.*
1 *Quæstio de seruo contra dominum regulariter non habenda.*
2 *Tormenta non sint cognitionis principium.*
3 *Seruos non iuuantes dominum morte puniendos.*
4 *Diuertitur iustè à coniuge mortem machinante.*

1 NOta ex hoc capit. contra coniugem conantem occidere suum vel suam coniugem posse cogi ad testificandum seruos vtriusque. Contra quod facit lex 1.[d] quæ habet, non esse habendam quæstionem de seruis cõtra dominos suos.

2 Sed respondetur id esse regulare, falleréque in huius legis casu propter atrocitatem delicti, vt sentit glossa recepta.[e] Facit item contra hoc capit. *quod à tormentis non est incipiendum*,[f] sed respõdetur, quod hæc lex non probat esse incipiendum, etiã in hoc casu à tormentis, immo præsupponit debere præcedere aliqua indicia, vt colligitur ex ipsomet text.[g] quod significat, legem hanc loqui, cum aliqua indicia probantur: sed non sufficiunt ad condemnandum. si enim sufficerent non esset necessaria quæstio seruorum.[h]

IN GLOSSAS.

3 Nota ex glos. 1. quod contra text. facit l. vlt.[i] quæ habet, seruos non iuuantes dominum periclitantem vltimo supplicio esse puniendos, & consequenter non, vt hic dicitur, in testimonium adducendos. Ad quod videtur glos. respondere, quod illa l. vltim. loquitur de seruis scientibus insidias, & potentibus iuuare, & non iuuantibus: hoc autem c. de nescientibus insidias, vel infirmis, & ita non valẽtibus iuuare, iuxta l. *si quis in graui*.[k] Sed planius videtur, hoc c. intelligendum esse de coniuge, qui, vel quæ nõ periclitabatur de morte, à qua serui iuuando liberare possent succurrendo; sed de morte, quæ è longinquo, & per machinationem quamdam secretam inferri procuratur. quod quia non adeo pertinet ad propositũ, minimè prosequimur.

4 Nota ex glos. vlt. quod iustam caussam diuertendi à coniuge habet coniux, cui suus, vel sua coniux machinatur mortem. in quod allegat l. *consensu*,[l] sed longè aptior, & neruosior est text. in c. *litteras*,[m] quod est in hoc singulare, vbi tractatur de cautione, quæ sufficit ad excusandum diuortium.

CAP. SI QVIS TAM FOEMI-nam. Desumptũ ex tribus legibus infrascriptis.

VLPIANVS LIB. QVINQVAGESIMO SEPTIMO AD EDICTVM.

Si quis tam fœminam, quam masculum. & reliq. lib. 47. tit. 10. Pandectarum.

SVMMARIVM.

1 *Pudicum tentans facere impudicum, quàm graue peccet.*
1 *Pudicitiam attentare quid.*
1 *Iniuriam facit, qui eam fieri curat.*
2 *Pudicitiæ duo noua exempla, vt excusanda.*
2 *Pudicitiam tentat, qui formosam esse vel amare, dicit.*
3 *Affectus sine effectu punibilis varie appellatur.*

NOta prime, hoc cap. esse desumptum ex l. *sed est quæstionis*.[a] & l. *attentari*, & l. *non solum*.[b] quas induxit Gratianus ad probandum suum propositum eo modo, quo. capit. *si quis non dicam*.[c] eo quod etiam in iis legibus punitur affectus, & conatus sine effectu, & ideo de huius inductionis vi & imbecillitate dicendum est id, quod ibi diximus.[d]

1 Nota secundo ex hoc cap. tria prout tres leges continet. Primum est (quatenus continet præfatũ §. *si quis tam.*) iniuriarũ actione teneri, qui attentat facere aliquem, vel aliquam impudicum, vel impudicam. Secundum est (quatenus continet præfatam legem attentari) *attentari pudicitiam esse agere, vt ex pudico impudicus quis fiat*. Tertium (quatenus continet præfatam legem *non solum*) iniuriam facere, qui eam fieri procurat.

2 Nota tertio argũmentum pro nobili quadam Romana, quæ folea sua in Ecclesia quemdam nobilem in facie grauiter percussit, eo quòd ei in Ecclesia oranti significauit se carnali eius amore teneri. Qui videtur iniuriam ei fecisse per hunc textum cui satis concordat l. *item apud Labeonem*.[e] quatenus habet iniuriarum teneri, qui appellat virginem, & eum dici appellare virginem, qui blanda oratione alterius pudicitiam attentat. Facit item pro quadam monacha nobilissima Hispana, quæ in monasterio quodam Illustrissimo quemdam nobilissimum alapa percussit, eo quòd eam appellauit formosam. quamuis, vt audio, tritum Italis sit adagium, quo significatur, fœminas molestè ferre, se appellari deformes. Dixi facere has leges pro præfatis fœminis nobilibus, non quidem mea sententia ad excusandas illas penitus à peccato, & vt aiunt à toto: sed à tanto, & ad laudandum earum affectum, & amorem erga pudicitiam, & honestatem, sine qua nemo apud Deum, & homines probos satis nobilis esse potest, licet genere sit nobilissimus, & illustrissimus, iuxta illud Pauli.[f] *Sine sanctimonia id est castimonia, nemo videt Deum.*

Ex quibus infertur, multos sub specie vrbanitatis & ciuilitatis grauiter peccare, dum blandis verbis, eisdémque artificiosè compositis alloquuntur fœminas, & eas amare insinuant, seque illarum seruitores appellant, cùm verè coram Deo, & angelis eius, virisque incorruptis inciuiles, & rustici habeantur angelis custodibus earum & suis veræ vrbanitatis, & ciuilitatis callentissimis. quòd potest esse ratio, quare saluberrimè sanctissimus Vincentius consuluit,[g] vt volentes seruare castitatem asperè & durè alloquantur fœminas. quod tamen dictum temperandum est, ne asperitas & durities modestiæ limites excedat exẽplo Christi, quem legimus,[h] suauiter alloquutum Samaritanam, & adulteram,[i] & Magdalenam,[k] & matrẽ suam carissimam,[l] dum virginem virgini commendauit.

IN GLOSSAM.

3 Nota ex glossa 1. multis verbis significari exteriorem actum mali affectus, qui nõ sequito effectu punitur, quos retulit Archidiaconus in cap. *si quis non dicam*. nempe sola attentatio, vt hic, & 36. q. 2. cap. *si quis non dicam*. Solus conatus: vt 14. q. 4. cap. *quoniam multi*. Sola voluntas, vt 27. q. 1. cap. *nuptiarum*. Sola expectatio mercedis. 14. q. 3. capit. *si fœnerauerit*. Sola cogitatio. 6. q. 1. cap. *si quis*. Sola intentio, vt sup. ead. cap. *si quis cum telo*. Sola aggressio sup. ead. cap. *si quis necandi*. Solus ausus, vt infra ead. ca. *si quis pulsatus*. Sola sollicitatio, vt infr. ead. cap. *sollicitatores alienarum*.

Nota secundo ex glossa ideo solam voluntatem sine actu exteriori non puniri, quia sola voluntas interior nullo signo exteriori prolata probari non potest. Quæ ratio non est satis exacta, quia vt dicemus in capi. *cogitationis*.[m] etiam per confessionem probata non potest puniri.

a *In §. item lex Corneli. inst. de public. iud.* b *In leg. si calumniator. §. telum. ff. de verb. significa.*
c *In ver. pronunciare, & in ver. reputatur.* d *Ver. pronũciare num. 5.*
e *Cap. si quis non dicam. numer. 1.* f *Aeneid. 6.* g *Li. 1. Carm.* h *Æneid. 6.*
i *14. quæst. 6.* k *1. 2. qua. 73. articul. 8.* l *Argu. leg. 2. ff. ad le. Aqu.* m *32. qua. 2.*
a *Capitulum sicut. ex tuarum. 2. de homici.* b *Conf. 535. in le. cũ inter veteres. Cod. de fideicõmiss. liber.*
c *Cap. quod vero non formatum, &c. Ioannes 32. quæstio. 2. & De homici.* d *Ca. in quadam. de celebrat. missi.* e *In dict. cap. sicut. 2. num. 3.*
f *ff. de statu hominum.* g *ff. de verb. significa.*
i *ff. ad Senatusc. Tertull.*
k *Cod. ad leg. Cornelii de sicar.*
l *ff. de testam.*
m *ff. de pœn.*
n *In dict. leg. penultim.* o *In tractat. malefitio. in verbor. & ex literualle dic. Titius, 5 ver. sicut. quid. si quis seriat.* p *In dict. cap. sicut 2.* q *Ibi, num. 4.* r *In 3. part. statutorum quæst. 57. § pœn. gratior. ff. de postulan. & l. aut fatua. ff. de pœnit.* t *Codic. de vet. public.* v *In 6. mod.*
a *In cautela 2. nota. quod licet mandatum.* b *In dict. leg. seruos.* c *Ca. non ad-feramus. 24. quæst. prima.*
d *§. diuus. Antonius. ff. de quæstion.*
e *In illa lege.*
f *Leg. 1. §. 1. ff. de quæst.*
g *In verbo. inueniatur.* h *Arg. ca. 2. de prob. ci ei adnor.*
i *Cod. ad Silanian.*
k *ff. ad Silanian.*
l *C. de repud.* m *§ fi. de rest. ipeliator.*

CAP. SI QVIS PVLSATVS. Est §. si quis pulsatus l. item apud Labeonem. ff. de iniuriis.

VLPIANVS LIB. SEPTVAGESIMO SEPTIMO AD EDICTVM.

SI quis pulsatus quidem non est, verũ manus aduersus eum leuatæ, & sæpè territus est, quasi vapulaturus, non tamen percussit, vtili iniuriarum actione tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Manus leuans, licet non percutiens iniuriarum tenetur.*
2 *Excommunicatum non facit solus conatus percutiendi.*
3 *Pœna ipso iure imposita non infertur ob solum conatum; immo nec per sententiam inferenda, noua ratione. nu. 5.*
4 *Conatus sine effectu punitur, sed non pœna ordinaria.*
4 *Intellectus ca. sicut. 2. 17. q. 4.*

NOta primo, Gratianum adducere hanc l. ad probandum suum propositum, sicut superiores; & quomodo à simili sit inducenda, & quâ vim habeat inductio, dicendum est vt supra.[a]

Nota secundo ex eadem, leuantem manum ad percutiendum alium teneri actione iniuriarum, etiamsi non percutiat; quod est valde quotidianum.

a *Cap. si quis non dicam. 1. not. nu. 1.*

IN GLOSSAM.

2 Nota ex glossa eum, qui conatur, & pro viribus nititur percutere clericum, & non percutit, nõ incurrere excommunicationem latam in percussores clericorum per c. *si quis suadente.*[b] Pro quo facit primo contextus præfati c. *si quis suadente.* qui solùm excommunicat iniicientes manus in clericos, & qui nititur percutere, & non percutit, non iniicit eas in eum. Secundo quod lex pœnalis nõ est extendenda extra casum, in quo loquitur, iuxta cap. *pœna*,[c] vbi latius dicemus: & aliud est iniicere manus, & aliud ad id conari, & præfatus canon loquitur tantùm de iniicente: ergo non est extendendus ad conantem tantum.

b *17. quæst. 4.*

c *Infr. eadem.*

3 Tertio facit, quod conatus nõ habetur pro facto quoad pœnam, quæ ipso iure incurritur per ea, quæ tradit Felin.[d] & excommunicatio præfata est pœna, quæ ipso iure incurritur secundum omnes.

d *In tract. an. quãdo conatus fall. 4. nume. 5.*

Contra tamen glos. ferè ab omnibus receptam faciunt primo hoc cap. & omnia iura citata in glo. cap. præcedentis, quæ probant, conatum ad male faciendum esse puniẽdum: Secundo cap. *sicut*,[e] quod probat, tam sacrilegũ esse illum, qui clericos insequitur, ac qui bona Ecclesię diripit. Tertio, quòd nulla iusta ratio diuersitatis dari potest inter conantem facere delictum, pro quo ponitur pœna per sententiam ferenda: & inter conantem facere delictũ, pro quo ponitur pœna ipso iure ad effectum, vt alter eorum incurrat pœnam, & alter non; vt probamus in dicto cap. *si quis non dicam*,[f] ergo sicut pœna per sententiam ferenda incurritur per conatum: ita quę incurritur ipso iure debet incurri per conatum.

c *4. 27. qu. 4.*

f *In fal. 8. nu. 17. sup. eadẽ.*

4 Ad quæ tamen respondeti potest. ad primum quidem concedendo, quod omnis conatus ad male faciendum est puniendus, quia est malus non tamen regulariter tantùm, quantùm sequuto effectu, vt in d. cap. *si quis non dicam*, & diximus. Et ita cõcedimus, eum, qui conatur percutere clericum, & non percutit esse quidem puniendum pœna extraordinaria, sed non ordinaria; qualis est excommunicatio, quæ ob talem percussionem ipso iure incurritur. Ad secundum respondetur primo, cap. illud intelligendũ esse de insequente clericum, & percutiente, & non solum de insequente; sic enim habet: *sicut qui ecclesiam Dei deuastat, & eius prædia, & donaria spoliat, & inuadit, sit sacrilegus: sic ille, qui eius sacerdotes insequitur, sacrilegus iudicatur*: at qui diripit bona Ecclesiæ non est sacrilegus propter volũtatem, & conatum diripiendi quoad propositum illius capit. ergo neque qui insequitur personam clerici, si non percutit eum, erit sacrilegus quo ad propositum eius, & vt incurrat pœnam sacrilegi percutientis clericum. Secundo respondetur, quod qui insequitur personam, & qui diripit Ecclesiæ bona exæquantur ibi in hunc sensum, quod sicut conatus diripere bona Ecclesiæ, & non diripit, est sacrilegus quoad mentem & conatum, non tamen quoad pœnam ordinariam: ita conatus percutere clericum & non percutiens est sacrilegus quoad mentem, & conatum, sed non quoad pœnam ordinariam. & quod sicut conatus diripere bona Ecclesię, & diripit est sacrilegus perfectus, & punitur pœna ordinaria, sic conatus percutere clericum & percutiens est sacrilegus perfectus quoad pœnam ordinariam.

g *Num. 6. 32. & 18.*

§ Ad tertium respondetur (quidquid communiter, sed incogitanter dicatur) concedendum esse, non posse dari iustam rationem diuersitatis inter conatum ad delictum propter quod incurritur pœna ipso iure, & inter conatum ad delictum, propter quod incurritur pœna per sententiam ferenda vt nos in dict. cap. *si quis non dicam.*[a] efficaciter probamus: & consequenter quod non est ratio efficax ad dicendum, conantem percutere clericum non esse excommunicatum, quia pœna incurritur ipso iure, sed aliæ supra dictæ.

a *In 8. fal. numer. 17.*

§. CONTRA. GRATIANVS.

Contra.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus. §. contra.*
2 *Orationis vitium maximum rerum inconsequentia.*

NOta quòd Cardinalis & qui posuit casum huius §. qui nihil aliud, quam hoc verbum, *Contra*, continet, intellexerunt, quod Gratianus allegat sequentes leges vsque ad cap. *pœna.* contra omnes præcedentes leges suprà positas à cap. *si quis non dicam.* vsque huc, quatenus illæ probant affectum sine effectu esse puniendum. Cuius contrarium videntur probare sequentes leges vsque ad cap. *pœna.* Contra quod tamen facit primò, quod non videtur conuenire tanto viro, vt omissa indecisa quæstione principali, pro cuius altera parte tam multa allegauit, transeat ad nouam disputationem nouæ quæstionis, ne dicatur admittere vitium inconsequentiæ rerum, quod esse magnum Quintilianus merito docuit, & significat iurisconsultus,[b] & Imperator,[c] Deinde quod colligitur ex glossa capit. *sollicitatores.*[d] Gratianum allegare sequentes leges vsque ad ca. *pœna.* pro altera parte quæstionis à principio propositæ, nempe quod sola contritione interioti non remittitur peccatum inducendo in hunc modum: Sola voluntas interior sine opere non meretur pœnam, vel certè non tantam, quantam opere consequuto: ergo nec sola interior contritio merebitur veniam, vel saltem non integram. Verum tamen cutius fuerit dicere, vtrosque bene dicere: glossa quidẽ subtilius, alios vero planius. Quoniam non potest negari, omnia iura citata à cap. *si quis non dicam.* vsque ad hunc §. facere pro parte affirmante quæstionis principalis à Gratiano in principio propositæ, scilicet per solam contritionem posse remitti peccata inducendo illa eo modo, quo sentit glossa d. capit. *sollicitatores.* vt ibi dicemus, per quod illa glossa defenditur: & quia etiam negari non potest, præfata iura præcedentia facere pro parte affirmante alterius quæstionis, scilicet affectum, & voluntatem absque opere consequuto debere puniri: & quod præfata capp. seqq. vsque ad capit. *pœna.* faciunt pro parte negante vt possit defendi etiam casus fictor & Cardinalis.

b *In leg. 2. ff. de stat. hom.*
c *In leg. 1. §. quibus. C. de nouo C. facit.*
d *Infr. eadẽ.*

CAP. COGITATIONIS. EST lex cogitationis. ff. de pœnis.

VLPIANVS LIB. TERTIO AD EDICTVM.

COGITATIONIS pœnam nemo patiatur.

SVMMARIVM.

1 *Cogitatio sola est impunis soli Deo cognita.*
1 *Cogitare de peccato non est peccatum: nam etiam sancti hoc faciunt.*

1 *Iudicium præcedit cognitio.*
2 *Concupiscentia seu fomes peccati remanet in baptizatis, at non est verè peccatum, sed ex illo, & inclinans ad illud.*
2 *Volitum nihil quod non prius cognitum.*
3 *Ecclesiæ potestas non includit penitus interiora etiam confessa. num. 9.*
3 *Lex diuina cur necessaria homini ob actus interiores.*
4 *Beatitudinis æternæ notio superat notionem naturalem.*
4 *Cogitatio propriæ actus potentiæ cognitiuæ, quæ de se nec bona, nec mala. nu. 5.*
5 *Cogitatio voluntatis omnino interior impunibilis lege humana, secus diuina. nu. 1.*
6 *Hæresim falsam imponens, vel veram dissimulans, vt excommunicatus.*
6 *Excommunicatio in hæreticos non includit mentales tãtùm.*
7 *Occultum duplex per se, & per accidens: & occultum per se duplex.*
8 *Hæreticus occultus quis excommunicatus.*
9 *Excommunicatur, cur nemo propter actum omnino interiorẽ.*
10 *Hæresis sola mente perficitur, non sic regulariter alia mala.*
10 *Hæretici tepidi confessarius hoc roget.*
11 *Cogitatio voluntatis omnino interior lege diuina punibilis.*
12 *Peccatum est legis fractio, voluntas frangendi, & quæ delectatio.*
12 *Delectatio morosa quæ mortifera.*

a *Inf. eadẽ.*

1 NOta primo, neminem propter solam cogitationẽ puniẽdum. Pro quo facit primo cap. *cogitatio*,[a] vbi eadem ferè sententia ponitur. Secundo, quod nemo debet puniri pro peccatis occultis,[b] at cogitationes sunt penitus occultæ, & soli Deo cognitæ, iuxta illud cantici Hannæ,[c] *Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes*: ergo nemo potest eas punire, cum punitionem debeat præcedere cognitio.[d] Tertio quòd nec cogitare de peccato, nec per cogitationem cognoscere, intelligere, vel apprehendere peccata est peccatum. nam id passim faciunt multi Sancti, dum audiunt sacras confessiones, concionantur, legunt, & audiũt sacras, vel alias bonas litteras de peccatis differentes: immo & ipse sanctus sanctorum Dominus, & saluator noster Iesus Christus cogitabat de illis dum prædicabat contra illa, & cogitabit de illis cum ad iudicandum venerit, cùm rem, de qua iudicaturus est iudex præcognoscere debeat, & præcogitare, iuxta c. *Iudicantem oportet cuncta rimari.*[e] Et absurdum est dicere, eos ob hoc peccare, & debere puniri.

b *Cap. si oĩa. 6. quæst. 1. 21. Reg. ca. 2.*
c *Leg. de quæst. ff. de iudic.*
c *30. quæst. 5.*

2 Quarto si qua cogitatio esset punibilis maximè illa, quam præ quirit concupiscentia; quia secundum Augustinum,[f] *Nihil volitum, quin præcognitum*: ar licet in baptizatis remaneat cõcupiscentia, iuxta cap. *ætas*,[g] & nos post S. Thomã & alios compendiosè tradimus in Enchir. Cõf.[h] & Concilium Trid. definit.[i] in hęc verba. *Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hæc sancta Synodus fatetur & sentit.* quę planè concupiscentia non est punibilis; quia non est peccatum, vt idem Concilium definiuit per hæc alia sequentia. *Hanc concupiscentiam, quam aliquãdo Apostolus peccatum appellat, sancta Synodus declarat Ecclesiam Catholicam numquam intellexisse peccatum appellari, quod verè, & propriè in renatis peccatum sit; sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat.* Quinto denique quod Ecclesiæ auctoritas, & potestas non attingit actus omnino interiores humanos: quia non includũtur sub eius potestate, vt ait S. Thomas,[k] in hęc verba. *De iis potest homo legẽ facere, de quibus potest iudicare: iudicium autem hominis esse non potest de interioribus motibus, qui latent; sed solùm de exterioribus, qui apparent.* Ex quibus infertur, legem diuinam fuisse generi humano necessariam; quia nulla lege naturali, nec humana poterat satis benè instrui de actibus interioribus, vt requiritur ad consequendam beatitudinem æternam, ad quam creati sumus. non quidem naturali, quia beatitudo æterna excedit eam, & rationem naturalem; nec humana quia potestas ferendi eam non attingit actus interiores. Adeo quòd nõ debet quis in exteriori foro puniri pro delicto omnino mentali, etiam si per confessionem eius de illo constet iudici, vt singulariter determinat Paludan.[l] quem etiam pridem retulimus in glossa summæ.[m]

f *10. libr. de Trinit.*
g *12. quæst. 1.*
h *In prol. 8.*
i *In sess. 5. decreto de peccato originali. §. si quis per Iesu Christi.*
k *1. 2. quæst. 91. artic. 4.*
l *Lib. 4. sentẽt. dist. 17. qu. 2.*
m *Nume. 21. inf. distin. 5.*

3 Cæterum contra hoc notabile sic confirmatum facit, primò, quod omnis mala cogitatio est punibilis, quia est peccatum primò per duo vltima præcepta Decalogi data Moysi,[a] de non desiderando vxorem alienam, & de non concupiscendo rem alienam. Secundo per illud. *Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.* Tertio per illud Apostoli,[b] translatum in capit. *nam concupiscentiam.*[c] d quo significatur, concupiscentiam solam sine actu exteriori esse peccatum. Quarto quod culpa, ratione cuius debetur pœna, vt significat cap. 2.[d] in sola voluntate, aut certe magis in ea, quam in actu exteriori consistit, vt rectè probat, & resoluit Angelicus Doctor.[e] Pro quo vltra citata per illum facit definitio peccati, quam dat Augustinus,[f] relatus à Gratiano,[g] scilicet: *Peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetat.* Immo addit D. Thomas,[h] quod cæteris paribus, exterior actus non addit actui interiori bonitatem vel malitiam: ergo cogitatio mala meretur pœnam.

a *Exod. 20.*
b *Esa. cap. 1.*
c *Ad Rom. 7.*
d *De consist.*
e *De consist.*
f *In quæst. 2. art. 2. de malo. & in 1. 2. q. 20. art. 1. 2 & 3.*
g *Li. de duabus animab. cap. 11.*
h *§. 1. 15. q. 1.*
i *In d. qu. 20. art. 4. & in d. qu. de mal. artic. 2. ad 8.*

Pro resolutione horum dicimus primo, verbum, cogitatio, dupliciter sumi. Primo propriè pro actu potentiæ cognitiuæ, siue accipiatur pro inquisitione veritatis discurrendo per multa, vt videtur accipere Marcus Tullius.[k] *Viuere docto viro est cogitare.* Et 2. de Legib. *Siue quid mecum ipse cogito, siue aut scribo, aut lego*: vt etiam accipit Ricardus à Sancto Victore relatus à D. Thoma,[l] & Damascenus[m] relatus ab eodem D. Thoma,[n] siue capiatur pro quacunque operatione intellectus, vt solere capi ait Augustinus,[o] relatus à S. Thoma.[p] Secundo accipitur improprie pro actu potentiæ appetitiuæ & voluntatis, vt in cap. *quisquis.*[q] & in l. *quisquis.*[r] vnde illud sumitur. Id enim quod in principio appellat cogitatum, appellat postea volitum: & etiam in sacris literis ita frequenter accipitur, vt, ibi: *Cùm cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum.*[s] ibi, *Cogitatio humani cordis in malum prona esset*, & alibi sæpe.

k *Li. 5. quæst. Tuscul. ibi: l. 2. q. 180. artic. 3. ad 1.*
l *Li. 2. orth. fidei, cap. 22.*
m *In 1. par. q. 79. artic. 10. ad 3.*
o *Lib. 14. c. 7. de Trin. to. 3.*
p *In dict. qu. 180. artic. 3. ad 1.*
q *Sup. eadem*
r *C. ad Legem Iuli. maiest.*
s *Gen. cap. 6. & 8.*

§ Secundo quod cogitatio, prout est quædam cognitio, & actus potentiæ cognitiuæ separatus ab actu potentiæ appetitiuæ, siue voluntate, per se non est bonus neque malus: sed indifferens, sicut loqui, ambulare, sedere, & accipiendo in hoc sensu cogitationem, certum est locum, esse in ea huic cap. quod cogitatio non est punienda: quia nullatenus est peccatum: quod abundè probat argumentum tertium pro præfato notabili adductum. Si autem accipiatur pro actu potentiæ appetitiuæ, & voluntatis, sicut videtur accipi in hoc cap. distinguendum est, an sit bona cogitatio vel mala: quia si est bona non est punienda, quia non est peccatum, & in illa etiam procedit prædictum notabile. Si autem est mala distinguendum etiam est, an sit suis finibus contenta, vt dicit Gratianus,[t] vel est intra solam mentem retenta, & nullo actu exteriori prolata, nec patefacta: & etiam in illa est locus præfato notabili, quod probat secundum argumentum pro illo inductum.

t *In ca. cogitatio. inf. ead.*

Tertio dicimus ex prædictis sequi, quòd regulariter cogitatio sumpta pro appetitu, siue interiori actu nullo conatu, vel attentatione exteriori comitata non meretur pœnam in foro exteriori, siue lege ciuili, vt inquit Gratianus,[x] quod probant argumentum secundum, & fortius quintum pro prædicto notabili adducta. Probant & cap. *erubescant.*[y] & alia multa inducta per glossam.[z]

x *Indicto ca. cogitatio, 32. distinct.*
y *2. Clem. 1. §. verum. verb. eo ipso de hæreticis.*
z *Inf. eadẽ.*

6 Contra tamen hoc dictum facit primò præcitatus *§. verum.* quatenus excommunicat ipso iure Episcopos & Inquisitores, qui odio vel amore, pretio, vel precibus imponunt alicui hæreticam prauitatem, quam non debent imponere, vel omittunt imponere, quam imponere debent, quamlibet sint occulta, & intra mentem retenta odium & amor.

Secundo, quòd excommunicatio lata contra hæreticos in cap. *excommunicamus.*[a] & in bulla cœnæ Domini, quam nos post alios declaramus in Enchirid. Confessar.[b] ligat occultos hæreticos, iuxta glossam receptam,[c] & glossam huius cap.

a *1. & 2. de hæreticis.*
b *Ca. 27. nu. 55.*
c *In sum. 24. quæst. 1.*
d *In fin.*

Tertio contra faciunt multa iura, per quæ præfata glossa prædicti *§. verum.*[d] concludit, constitutionem militantis Ecclesiæ ligare criminosos omnino occultos, licet non possit eos nominatim punire, nec eiicere, immo teneatur tollerare.

7 Quibus tamen non obstantibus, tenendum est præ-

dictum tertium dictum. & ad diluenda oppoſita præſuppono duo, quæ ſolerter quidem, ſed prolixius, & obſcurius Caietanus adnotauit. [a] Primum quod occultum eſt duplex. Alterum per ſe, & quòd ſuapte natura nõ eſt probabile; qualia ſunt omnia ſola mente, & corde concepta. Alterum per accidens, quòd ſuapte quidem natura eſt probabile; ſed quia nullo præſente factum eſt, nõ poteſt probari. Secundũ quod occultũ per ſe eſt duplex. Alterũ comitatum actu exteriori, per quem vti per effectum, & ſignum eius probari poſsit. Alterum non comitatum tali actu exteriori. & præfatum noſtrum dictum tertium intelligendum eſt de cogitatu occulto, quod ſuapte natura probari nõ poteſt, nec comitatur effectu, vel ſigno aliquo exteriori, per quæ probari poſsit.

Quibus præſuppoſitis, reſpondetur ad primum concedendo, quod ille §. *verum*, in eo allegatus excommunicat iudicem odio, vel amore imponentem hæreſim alicui, cui non debet, vel omittentem imponere illam ei, cui debet: ſed negando quod illud odiũ, & amor ſint occulta ſuapte natura nõ comitata vllo effectu, vel ſigno exteriori prodẽte illa. comitatur etenim illa cõmiſsio vel omiſsio actu exteriori imponendi vel non imponẽdi hæreſim, quæ ſunt effectus exteriores; vel ſigna, quibus illud odiũ, vel amor proditur; ita ille §. *verum*. non excõmunicat ſolũ propter odium, vel amorem ſolo corde conceptum: ſed propter effectum exteriorem, & ſignum, quo illa produntur, quod eo manifeſtè probatur; quia inquiſitor, qui odio, vel amore id facere proponeret, & deliberaret: non tamẽ faceret, non eſſet excommunicatus ſecundum omnium mentem.

8 Ad ſecundum reſpondetur concedendo, quòd iura citata in eo excommunicant quidem hæreticos occultos per accidens: non autem occultos per ſe, & ſuapte natura, qui nullo effectu vel ſigno exteriori ſuam hæreſim prodiderunt, vt paulo latius infra tangemus.

Ad tertium reſpondetur, aliquot iura citata per gloſſam in ea allegata parum, vel nihil facere pro eius cõcluſione: alia verò, quæ aliquid faciunt intelligenda eſſe de occultis per ſe, nullo effectu, vel ſigno exteriori, per quæ probari poſsint, comitatis. ſupradictus enim §. *verum*. vt paulo ſuperiùs dictum eſt, loquitur de occultis per effectus & ſigna exteriora proditis. Paragraphus item *quia*, [b] qui eſt de argumentis vrgentibus, non excõmunicat monachum propter voluntatem ſolam eundi ad curiam animo nocendi monaſterio: ſed propter aditum realẽ in curiam, qui eſt effectus exterior comitans, & prodens illum malum animum. Et nullum aliorum citatorum ab ea excommunicat aliquem propter ſolam voluntatem puram; quæ non ſit ſuapte natura probabilis: ſed propter actum exteriorem loquendi, machinandi, fauendi, vel conſulendi.

9 Ex iis infertur primo, id quod ſupra, [c] diximus, nempe quod nemo propter ſolum actũ interiorem malum quãlibet mortiferum excommunicatur per aliqua iura, quãlibet generaliter excommunicantia; immò quod longè maius eſt, non poteſt per legem, neque poteſtatem vllam humanam excommunicari, quod probatur per doctrinam Sancti Thomæ, [d] ſupra relatam, quam tenẽt Ioannes Maior, [e] & Iacobus Almainus, [f] & Silueſter, [g] & ante illum Angelus à Clauaſio. [h] Eandem etiam tenet, licèt non meminerint illius expreſſe Caietanus, [i] citans pro illa illud. [k] *Homo videt quæ parent, dominus autem intuetur cor.* & illud Pauli. [l] *Nolite ante tempus iudicare, quouſque veniat dominus, qui manifeſtabit conſilia cordium.* Pro quo præter prædicta facit, quod nemo propter ſolam voluntatem percutiendi clericum, furandi rem ſacram, rapiendi virgines etiam ſacras, ingrediendi monaſterium, committendi ſimoniam, vel aliquod aliud ſcelus, quamlibet atrox, excommunicatur, ſi voluntatem illam nullo exteriori effectu, vel ſigno prodiderit: & ita nos quoque poſt alios diximus in Enchirid. Confeſſ. [m] declarando capit. 1. bullæ cœnæ, quod per illud non excommunicatur hæreticus omnino mentalis.

10 Contrà quod tamen facit, quod multo maior ratio videtur, cur hæreticus omnino mentalis incidat in excommunicationem latam generaliter contra hæreticos, quàm alius ſceleratorum prædictorum. Quoniam ſimonia, percuſsio, rapina, furtum, & alia huiuſmodi non cenſentur completa per ſolam voluntatem faciendi ea, ſi nullus actus exterior ea comitetur: hæreſis autem eo ipſo, quod aliquis ſcienter credit eam, perfecta, & completa eſt. Et ità maior ratio dictat, hæreticum purè mentalem incidere in excommunicationem, quàm alium criminoſum. Hoc argumentum tetigit Caietanus, [a] quo non obſtante, tenet id, quod prædictum eſt: quamuis ei formaliter non reſpondeat, nec ciret D. Thomam pro prædicta doctrina. Sed reſponderi poteſt negando, quòd gratuitas, & perfectio delicti ſufficiant, vt excommunicationi ſit locus: ſed poteſtas, & mens excommunicandi requiritur. & quia poteſtas, & lex humana purè interiora, non attingunt, ideo excommunicatio non inficit illa, etiam ſi ſint completiſsima: & ideo licet aliqua lex Eccleſiæ excommunicaret omnem, qui luxuria carnis mortali ſe inficeret, non tamen eſſet excommunicatus, qui ſola mente mortali vellet luxuriari, immo neque qui ſola mente delectatione moroſa, & mortifera ſe delectaret, nullo id actu exteriori prodendo.

Secundo infertur, quod hæreticus mentalis, qui ſuam hæreſim proderet exteriore aliquo actu, etiam tantùm verbo, ſtatim eſſet excommunicatus, etiamſi nullus alius audiret, videret, aut quomodolibet perciperet. Quia per id fit, vt ſua hæreſis, tantùm per accidens ſit occulta Eccleſiæ, tum quia eſt comitata exteriori actu, vel ſigno, quo probari poteſt, tum quia incipit eſſe hæreſis exterior, verbalis, vel ſcripta, vel aperta, quæ ſuapte natura eſt probabilis.

Tertio infertur, quod confeſſarij, cum audiunt pœnitentes tepidos in fide, qui victi tentationibus diſſentiunt fidei, debent eos interrogare, an etiam ſaltem ore ſolo protulerint hæreſim ſuam, quando in ea erant: vt ſciant, an inciderint in cenſuras præfatæ bullæ cœnæ, & aliorum canonum contra hæreticos latas.

11 Quarto principaliter dicimus, cogitationem accipiendi verbum pro actu potentiæ appetitiuæ, & voluntate, ſi eſt mala, eſſe punibilem lege diuina, etiamſi fuerit omnino interior, & ſuis terminis contenta. Tum quia Gratianus [b] habet, cogitationem huiuſmodi non mereri pœnam lege ciuili, ſignificando mereri lege Dei, eo quod, qui de vno negat, de alio affirmare videtur. [c] Tum per ea multa, quæ attulimus in quarto argumento, [d] contra hoc notabile formato, probando, cogitationem huiuſmodi eſſe adeo malam, vt culpa & malitia peccati magis conſiſtat in ea, quàm in actu exteriori eo modo, quo dicit D. Thomas in locis citatis in eod. 4. argu.

12 Ex quibus omnibus ſequitur id, quòd in epilogum redigendo ea, quæ olim in hoc cap. latius ſcripſimus, tradimus in Enchirid. Confeſſ. [e] Primum quod non ſolùm eſt peccatum mortale tranſgreſsio præcepti ſub eius pœna obligantis: ſed etiam propoſitum tranſgrediendi, immo & deſiderium deliberatum id faciendi; immo &, quod maius eſt, ipſe conſenſus, ipſa voluntas vera, & expreſſa delectandi ſe illa tranſgreſsione cogitata, licet neque faciat, neque proponat, neque deſideret facere, qualis eſt conſenſus illius, qui de aliquo peccato mortali cogitat abſque propoſito id faciendi: eo tamen animo, vt ex eo naſcatur, & creſcat ei aliqua delectatio, qua fruatur. Quinimmo quòd maius eſt, conſenſus, & voluntas interpretatiua, vel tacita illius eſt culpa lethalis. Quæ omnia conſonant communi opinioni, quæ colligitur ex Beato Auguſtino, [f] & Magiſtro ſententiarum, [g] cum ſuis commentatoribus, & ex S. Thoma, [h] & Beato Antonino, [i] & Ioanne Maiore, [k] & Caietano. [l]

Secundo tradidimus etiam ibidem, non ſolum propoſitum peccandi, vel conſenſum expreſſum in peccatum eſſe peccatum lege Dei punibile: ſed etiam tacitum, quem alij interpretatiuum, alij moroſam delectationem dixerunt: Caietanus autẽ negatiuũ non poſitiuũ appellat.

Tertio, quod huiuſmodi conſenſus tacitus interpretatiuus, vel negatiuus, vt loquitur Caietanus ſiue delectatio moroſa, tunc demum eſt peccatum, quando quatuor cõcurrũt. Primũ, vt id, de quo ſumitur delectatio ſit lethalis culpa vt ait S. Thomas. [m] Secũdo, vt qui delectatur, aduertat ſe delectari: nã ſi id non aduerteret, quãuis integrũ

diem

a *In 2. 2. qu. 11. ſuper art. 3. & 4.*

b *Clem. ne in agro de ſtatu monach.*

c *In c. ſi quis non dicã. nu. 8. 9. & 10.*

d *2. 2. quæſt. 91. artic. 4.*
c *Lib. 3. ſent. diſt. 25. quæſt. 3 ſub fin.*
f *De auct. eccleſ. cap. 4.*
g *Verb. excõ. 7. caſu 2. & ver. hæreſis. qu. 8.*
h *Verb. hæreticus. num. 1.*
i *2. 2. qua. 11. ſuper artic. 3. & 4.*
k *1. Reg. c. 16.*
l *1. ad Cor. 4.*
m *Capit. 27. numer. 16.*

a *In dict. 2. 2. q. 11. ſuper 3. & 4. artic.*

b *In cap. cogitatu inf. eod.*
c *Cap. nonne, de præſumpt. le. cũ prator. ff. de iudic.*
d *Num. 2.*

e *cn. 11. nu. 9.*

f *Libr. 10. de Trinit.*
g *In 2. diſtin. 24. 3.*
h *1. 2. qu. 74. 3. 3. part. tit. 3. cap. 1. § 5.*
k *In 2. diſtin. 24. quæſt. 18.*
l *In ſum. cor. delectatio, & quæſt. 16. lib. 27. quæſt. quæ nũc eſt in 14. tractat. 1. 11. opuſculor. eius. m 2. 2. quæſt. 74. artic. 8.*

a *Cap. 11. interrogationis Auguſtini.*
b *In cap. ſed penſandũ. 6. diſtinct.*

c *Dist. ea. ſed penſandum.*

d *2. 2. qu. 35. artic. 1. ad 4.*
e *Depoſitio. notab. 7.*

f *In d. qu. 16. lib. 27. queſtionũ, qua nũc eſt tractatus 14. 1. tom. oper. eius.*

g *Capit. 11. numer. 9.*
h *Inf. eadem.*

* *Al. domũ prælegerit.*

a *Cap. 11. interrogationis Auguſtini.*
b *In cap. ſed penſandũ. 6. diſtinct.*

1 *Romani adhuc ethnici caſtitatis cultores.*
2 *Votum etiam in malis haberi pro facto contra gloſſ. in.*

1 NOta ex hoc cap. duo principaliter. Alterum eſt, quod ſollicitatores alienarum vxorum ad adulterandum, vel contrahendum matrimonium, non ſequuto effectu, extraordinaria pœna ſunt puniendi. Alterum, magnum fuiſſe Romanis, etiam cum adhuc eſſent ethnici, in caſtitatem, amorem, & obſeruantiã, & in carnis luxuriam, venereasque voluptates odium & indignationẽ, cum hæc lex Iulij Pauli in hoc cap. citata tam acriter in libidinoſos luxurioſosque ſtatuat.

Nota ſecundo id, in quo Gratiani propoſito ſeruit, nẽpe, conatum abſq; opere nõ eſſe tantũ puniendũ, quantum illo ſequuto, de quo late dictum eſt in ca. *ſi quis non dicam.* [a]

IN GLOSSAS.

2 Nota ex gloſſa 1. id, quod diximus ſupra, [b] nẽpe gloſſam hanc tenere quòd Gratianus legem præcedentẽ, hanc & ſequentes vſque ad c. *pœna.* allegat ad probãdum, quod ſola contritione interiori nõ remittitur peccatum, & non ad illud, in quod Cardinalis & fictor caſus illius §. *contra*, putauerunt, vt diximus ibi, [c] addendo modũ, quo ſuo propoſito inſeruiunt, & quo ſenſus huius gloſſa & etiam illorum ſaluari poſſunt.

Nota ex gloſſa vltima illud quod ſupra, [d] confutauimus: nempe votũ pro facto reputari quoad bona, non autem quoad mala, concludendo, idem dicendum eſſe in vtriſque quoad remunerationem & pœnam principalem, & præcipuam à Deo infligendam.

a *à numer. 7. ſupr. eadem.*

b *In §. cõtra.*

c *Numer. 1.*

d *In cap. magna. ſuper gl. pronuntiare. num. 5. & gl. reputatur. numer. 8.*

CAP. VVLGARIS.

Eſt lex vulgaris. ff. de furtis. eſt 47. ff. tit. 2. l. 2.

VLPIANVS LIBRO QVADRAGESIMO AD SABINVM.

VVlgaris eſt quæſtio, an is, qui ex aceruo frumenti modium ſuſtulit totius rei furtum faciat, an vero eius tantùm, quod abſtulit. O filius totius acerui furem eſſe putat: nam & qui aurẽ alicuius tetigit, inquit Trebatius, totum eum videri tetigiſſe, proinde, inquit, & qui dolium aperuit, & inde parum vini abſtulit, non tantum eius quod abſtulit, verum totius videtur fur eſſe. Alias totius videtur furtũ feciſſe, ſed verum eſt in tantum eum furti actione teneri, quãtum abſtulerit.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus inductionis cap. vulgaris, & ipſius cap. nu. 4.*
2 *Iniuriam factam collegæ redundare in collegium.*
2 *Iniuriam factam monacho remitti à monaſterio: non autem factam canonico.*
3 *Baptizata parte apparente infantis, totus baptizatus.*
4 *Furtum non efficit ſolus tactus, ſed contrectatio.*
4 *Tangi dicitur omne totum diſcontinuum tacta eius parte.*

1 NOta primo, quod ſecundum mentem Cardinalis, hoc c. ideo facit ad propoſitum Gratiani, quod furans partem tantùm acerui frumenti, licet videatur totum aceruum furari, non tamen tenetur furti, niſi pro parte ſublata. Sed contra hoc facit, quod non eſt verum, vt infra dicemus, eum, qui partem acerui furatur, totum aceruum furari. Tum quia Gratianus loquitur de effectu, opere non ſequuto, & inductio prædicta nihil facit ad hoc: ſed ſolum ad aliud diuerſum, ſcilicet quod qui furatur partem videtur furari, vel non furari totum, & à diuerſis non fit illatio. [e] Poſſet tamen induci alio modo, licet remotiore, quam aliæ leges præcitatæ, ſcilicet quòd ſicut qui accipit partem acerui frumenti non tenetur tanti, quanti accipiens totum: ita concipiens contritionem, quæ eſt pars ſacramenti pœnitentiæ, non meretur tantam veniam, quantam adiungens contritioni confeſsionem, & ſacramentalem abſolutionem, quæ perficiunt

c *Leg. Papinianus. ff. de minoribus.*

totum sacramentum pœnitentiæ. Sed neque hæc inductio concludit contra receptam sententiam probatam supra in glossa summæ, [a] quia potest responderi, concedendo quidem quod non meretur tantùm, cæteris paribus, qui solùm veram concipit contritionem, quantùm qui adiungit ei confessionem, & absolutionem sacramentalem & satisfactionem: negando tamen, quòd ex hoc sequatur, quòd per solam contritionem non deleatur peccatum sufficienter quoad culpam, quamuis, vt plurimum, non deleatur quoad tantam pœnam, quoad quantam deleretur adiunctis illis partibus, neque quoad quærendam tantam gratiam, quia per solam contritionem non quæritur gratia sacramentalis, quæ per sacramentum ex opere operato confertur confesso.

Nota secundo, Offilium & Trebatium in ea fuisse opinione, quòd furans partem acerui videtur furari totum: cuius contrarium tenet Bartholus in d. l. *vulgaris*, [b] quæ est eadem cum hoc cap. de quo mox in glossa.

IN GLOSSAM.

2 Nota ex glossa 1. iniuriam factam vni canonico, vel monacho alicuius collegij redundare in totum collegium regulare, vel sæculare, glossa similis in capit. *parochianos*, [c] quæ recepta communiter addit, non posse monachum, nec filium familias, nec consequenter canonicum remittere iniuriam sibi factam in præiudicium collegij & patris. Quia possent collegium & pater agere actione iniuriarum, non obstante illorum remissione: immo quod collegium regulare potest remittere iniuriam factam suo monacho, etiam eo nolente, licet non sæculare iniuriam factam suo canonico ipso nolente.

3 Nota secundo, quòd ad hoc quòd aliquis sit verè baptizatus, sufficit quod quantulacumque pars eius tangatur aqua quamlibet parua, argum. cap. *nec quemquam*; [d] cuius ratio pulchrè redditur à D. Thoma. [e] Quo efficitur, vt rectè faciant illi, qui cum difficile mulier parit infantem, & timetur de morte eius, antequam totus exeat procurant baptizare illum, fundendo aquam in partem, quam iam peperit, & apparet foris.

4 Nota tertio ex glossa 2. concordiam inter Offilium ex vna parte, & Vlpianum ex altera, nempe quod opinio Offilij, quæ habet, furantem partem acerui frumenti: censeri furari totum acerum, procedat de rigore iuris: opinio vero Vlpiani contraria procedat de æquitate. Bartholus tamen prorsus damnat Offilij opinionem, [f] respondendo ad argumentum Trebatij, quod pro Offilio in textu adducitur, scilicet, quod qui tangit auriculam hominis, tangit totum hominem: ergo & qui furatur partem acerui frumenti, totum acerum furatur. Respondet enim Bartholus malè arguere Trebatium à tangente partem alicuius rei continuæ & solidæ, qualis est homo, ad tangentem partem rei diuisæ, & discontinuæ, qualis est acervus. Sed hæc responsio Bartholi non est tuta. Tum quia negare non potuit ille, nec aliis potest, acervum frumenti posse tangi, neque asserere, quod ad tactum eius requiratur tactus omnium granorum totius acerui. Neque consequenter constituere illam differentiam inter totum continuum, & discontinuum, quod hoc non dicatur tangi, nisi omnes eius partes tanganturr: illud autem sic. Tum quia sicut ad quærendam possessionem alicuius fundi non requiritur, vt quis omnes glebas eius circumambulet: sed sufficit, quamliber partem eius introire, [g] ita ad quærendam possessionem acerui frumenti lapidum, lignorum, nummorum vel aliarum rerum, siue intra saccos vel horrea, siue septa inclusarum non est necesse singulas earum tradi, & tangere, sed sufficit aliquam earum cum animo quærendi possessionem omnium. [h] Tum quia si lege caueretur, vt aliquod præmium vel supplicium deberetur ei, qui primùm acerui tritici tangeret, non quæreretur quis prius eius omnia grana tetigisset: sed quis prius aliqua. Alia tamen ratione negari potest consequentia Offilij, quã facit de tangente ad furantem, quia tactus non requirit vllam cõtrectationem, & motionem de loco ad locum: sed furtum sic iuxta definitionem eius traditam in l. 1. i & §. *furtum*. [k] Prædicta enim l. *vulgaris*, singulariter probat, * furem, qui tangit armarium, quod tollere non potest, & contrectauit res in eo inclusas, non facere furtum armarij. Et ita non sequitur: Qui tangit partem tangit totum: ergo qui furatur partem, furatur totum. Quare tenendum est, eum, qui furatur partem acerui frumenti, nõ furari totum aceruum, licet qui partem tangit, totum tangat.

* Furem qui tangit armarium. *Hoc habetur in ea parte legis huius vulgaris, quam Nauarrus hic describere prætermisit, quæ etiã pars in Decreto habetur. Armariũ autẽ & armamentarium ab eadem origine esse nempe ab armis Varro est auctor. Sed armamentarium proprie locus est vbi reponuntur arma, armarium autem vbi libri cæteraque huiusmodi, cibaria, item & pecuniæ vnde Vlp. l. & si de legatis 3. Armaria inquit membro domus adherentia vel affixa.*

CAP. HAEC AVTEM verba. Est paragraphus hæc autem verba. l. 1. ff. quod quisque iuris.

VLPIANVS LIBRO TERTIO AD EDICTVM.

HÆc autem verba, QVOD STATVERIT QVI IVRISDICTIONI PRÆEST: cum effectu accipimus, non verbotenus, & ideo si cùm vellet statuere, prohibitus sit, nec effectum decretum habuerit: cessat edictum. nam STATVIT verbum rem perfectam significat, & consummatam iniuriam, non cœptam.

SVMMARIVM.

1 Iure, quod quis statuit, vti debet.
1 Verba subiunctiua futuri temporis, an perfectum signent.
1 Promissio, si volam, & cum voluero cur differunt.
2 Verbum, statuerit, *cur hic perfectum significet ratio noua.*
3 Actum inutilem agens non videtur illum agere, nisi, &c et. nu. 5.
4 Maritum, vel prælatum inutilem habere, vt est illos non habere.
6 Verba cum effectu intelligenda profunde tradit.

1 NOta primò quòd hoc verbum, *statuerit*, licet sit futuri temporis, significat rem perfectã, habet enim textus eum, qui voluerit statuere, & impeditus non statuit, non dici statuisse quod nõ perfecit. Ex quo infertur, quod verba futuri subiunctiui modi rem perfectam significant. cuius rei rationem esse, ait glossa, [a] quod verbum futuri subiunctiui formatur à præterito indicatiui, & ita significat rem quadamtenus perfectam. Per quã rationem aiunt prædictæ glossæ venditionem & promissionem, *Cùm volam*, non valere: venditionem autem, & promissionem, *Cùm voluero*, sic, arg. l. *sub hac*. [b] & l. *si quis stipulatus sit Sticũ*. [c] Quæ planè omnia quamuis frequentiori Doctorum sententia probentur, non tamen videntur satis cautè dicta. tum quia ratio præfatarum glossarum videtur esse friuola, & nullo iure firmata. Lex enim *sub hac*. potius videtur contrarium probare, quatenus habet promissionẽ illam, *Si volam*, non valere, & præfata l. *si quis stipulatus sit Sticum*, non loquitur de promissione, *Cum volam*: sed de electione rei promissæ per disiunctionem. *Quam volam*. tum quia verba futuri temporis, siue formentur à verbo præteriti temporis siue præsentis, rem vel actum futurum significant, vt palam est. tum quia ratio quare venditio & promissio, *Si volam*, non valet: & facta, *Cum voluero*, valet, non est, quod verbum *voluero* significet rem perfectã: sed quod coniunctio, *Cum*, principaliter significat tẽpus, & minus principaliter conditionẽ: coniunctio autẽ, *Si*, contra principaliter significat conditionẽ, & minus principaliter tẽpus. Et ita verbum. *Si voluero*, clarè ponit rẽ in libera promittentis voluntate: verbũ autem, *Cum voluero*, non itẽ, sed tacitè monendo promissionẽ esse factã, & determinãdam tempore, quo voluero: licet non sit tanti effectus, ac est promissio de dãdo, *Cum voluero*, vt irrefragabiliter probatur in d. l. *centesimis*. [d] quatenus probat, promissionem de dando, *Cùm voluero*, valere, etiã si promittens moriatur

[a] *In leg. hac venditio ff. de contrab. emp. & in leg. centesimus. § fi. ff. de ver. oblig.*
[b] *ff. de actu. & oblig.*
[c] *ff. de verb. oblig.*
[d] *§. final.*

[a] *Numer. 5.*
[b] *ff. de furtis.*
[c] *De semten. excommun.*
[d] *De consec. distinct. 4.*
[e] *3. part. qu. 66. artic. 7.*
[f] *In præcitata l. vulgaris.*
[g] *Leg. 3. §. 2. ff. de adq. poss.*
[h] *Arg. l. claruib. ff. de contrab. emp. § si quis merces. inst. de rer. diuis. & le. 1. §. si iusserim. ff. de adq. poss.*
[i] *ff. de furt.*
[k] *Institution. de oblig. quæ ex delict. nascun.*

antequam declaret se velle, & potest peti ab hærede: promissio autem, *Cùm volam*, non valere, nisi viuens declauerit se id velle, vt colligitur ibidem, ex Bartholo, Alexandro, Iasone & aliis recentioribus.

2 Tum quia (licet nemo aduertat neque hic neque ibi, neque in d. l. 1. [a]) ratio vera, quare verbum statuerit in hoc cap. & in d. §. *hæc autem verba*, debeat intelligi de illo, qui perfecit statutum, est, quòd verba legis in dubio intelligenda sunt secundum propriam significationem, secundum quam non dicitur statuere, qui vult statuere, vel inchoauit statuere & non statuit: sed tantùm qui perfecit statutum, sicut ad hoc, vt quis dicatur occidisse, non sufficit velle occidere, vel se præparare ad occidendum: neque vt quis dicatur emere, sufficit velle emere, vel ad emendum se præparare: tum quia idem dicendum esset si edictum prætoris dictatum fuisset per illa verba. *Quod quisque iuris statuet*, quod est futurum indicatiui: vel, *Si quis aliquod ius statuat*, per verbum præsentis subiunctiui, vel futuri optatiui formari à præsenti indicatiui: vel, *Quod quisque iuris statuit*, per verbum præsentis temporis indicatiui.

3 Nota secundo, eum, qui facit inutiliter actum non videri facere illum: quod clarius probatur in dict. l. 1. [b] quatenus ex vers. sequenti, quem non transtulit huc Gratianus, infert, eum qui statuit non habens potestatem statuendi, & eum qui inter eos dixit ius, inter quos iurisdictionem non habuit, non incidere in edictum, quia inutiliter statuit, nullamque sententiam dixit. Ad idem est l. *quoties*, [c] quæ habet, eum qui satisfdat inutiliter, non censeri satisfdare: vnde glossa singularis, [d] dicit, iudicem, qui tulit sententiam nullam, non facere litem suam. Pro quibus facit illud tritum sermone prouerbium à Persio in metrum redactum.

Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.

Et illud quòd paria sunt aliquid non esse factum vel non idoneè, iuxta l. *nulla est*, [e] & l. *quamuis*, [f] vbi Bartholus notat, [g] & quod nihil, & inualidum æquiparantur, iuxta l. *si aut nullum*, & ibi Baldus, [h] & quod paria sunt non comparere, vel minus legitimè comparere, iuxta cap. *Nicolao*, vbi hoc notat Baldus, [i] & quod paria sunt non esse, vel esse inutile, [k] & quod paria sunt vxori, non habere maritum, vel habere inutilem vt ait glossa. [l]

4 Et non habere prælatum, & habere inutilem, [m] & non adire hæreditatem, vel nulliter adire, seu via incompetenti vt est in l. 2., & ibi Salicetus Fulgosius & alij ad hoc notant. [n] Et quod paria sunt, vel quod nulla causa exprimatur, vel friuola, quia habetur pro nulla vt habet glossa, [o] & ibi Baldus ad hoc notat. [p]

Aduertendum tamen primò, quòd illa duo supra dicta de episcopo, & marito inutili non sunt generatim intelligenda, vt quidam videntur intelligere, in quibus est quædam notatiuncula impressa super præcitatam glossam, [q] quæ dixit, vxorem habentem maritum inutilem dici viduam: quoniam hoc falsum & hæreticum est: cùm matrimonium consummatum nullatenus dissolui possit nisi morte, quantalibet superueniat malitia, furor, ægritudo, vel alia qualitas, quæ reddat alterum coniugum inutilem teste Ambrosio in Hexameron, [r] relato à Gratiano, [s] & cap. *quoniam*, [t] iuxta illud. [v] *Quos Deus coniunxit, homo non separet*, relatum in cap. *quos Deus*. [x] Neque ecclesia cathedralis censetur viduata, eo quod episcopus ægrotet, vel fiat inutilis. Adeo quod sine sua culpa priuari non potest, neque donec priuetur ob culpam alius potest sibi substitui: licet ex iusta causa coadiutor ei dari possit. [y] Et ita sic restringenda sunt præfata elogia, vt non significent parificari omnino prælatum vel maritum inutilem, & non habere: sed tantùm quoad illa, quoad quæ ille ob suam culpam, vel ob aliam causam est inutilis.

5 Aduertendum secundo quod etiam id, quod probat hoc ca. cum suis concordantibus, quod paria sunt, non facere actum, & facere inutiliter illum est intelligendum, quoad hoc, vt non mereatur pœnam, vel præmium, quam vel quod mereretur faciendo illum validè: non autem quoad alia. Nam si propter actum inutiliter gestum fierẽt ab aliquo aliquot impensæ: vel alicui aliqua damna euenirent, posset ipse cogi in foro exteriori, & in foro conscientiæ, teneretur soluere impensas, & resarcire damna, quæ ex illa inutili actione sequerentur. [a] Quam declarationem sentiunt quidem, licet nõ ita clare Alexander & Decius. [b]

6 Nota tertio, quod verba cum effectu sunt intelligenda, quod profundius, quàm alij cum glossa declarabitur.

IN GLOSSAM.

SVMMARIVM.

6 Tituli qui, & ad quid pro legibus sub eis positis allegentur.
6 Rubricæ Decreti non sunt Gratiani, sed Cotæ Palex.
7 Lex æqua. Necis artificem arte perire sua.
7 Legis auctor legis suæ vi directoriæ subest.
8 Ius nouũ impetratũ contra alium seruandũ contra impetrãtem.
8 Doctor qui consulens debet suo consilio vti contra se.
9 Legis extensio, & limitatio quædam noua legis latio est.
10 Verba esse intelligenda cum effectu significat esse faciendum totum & solùm id, quod propriè verba significant.
11 Nisi aliud de mente proferentis constet, & quod fiat, vt conuenit in finem proferentis.

6 NOta primo ex glossa rubricas siue titulos posse allegari pro iuribus sub illis constitutis. de quo latissime tractat Iason. [c] concludens tandem rubricas & titulos habentes orationem perfectã perinde allegari posse ad causarum decisiones ac leges & capita sub illis sita, qualis est, de qua loquitur glossa hæc scilicet. *Quod quisque iuris in alterum statuit, vt ipse eodem iure vtatur.* qualis illa: *Ne fideiussores vel mandatores dotium dẽtur.* qualis illa: *Ne sanctum baptisma iteretur.* qualis illa. *Vt beneficia ecclesiastica sine diminutione conferantur.* quales pleræque aliæ, quas vbi supra citat Iason. Quod tamen non procedit in rubricis Decreti siue summariis, quia nõ sunt facta ab habente potestatem legis condendæ: immo neque à Gratiano, sed * à quodam discipulo suo cognomine Cota Palea, vt annotat Ioannes Imola. [d] Possunt etiam aliæ rubricæ non habentes orationem perfectã allegari ad aliquos alios effectus, putà quod est dignius id, de quo in anteriori rubrica tractatur, vel ad eliciendum verum & germanũ intellectum legis, de qua disputatur: quia in dubio ille est verior, qui plus congruit titulo, & ad alios effectus, quos refert Iason. [e] Quamuis defendi posset nullam rubricam, etiam habentem orationem perfectam, posse allegari pro efficaci lege, ea ratione, quod actus agentium non operantur vltra fines eorum. [f] & intentio ponendi rubricas siue titulos non fuit decidere quæstiones per ipsos: sed mõstrare de quibus rebus tractetur in legibus & capitulis, sub illis positis, parum tamen refert, vtrum horum teneatur.

* A quodam discipulo suo cognomine Cota Palea. *De Palea, quæ vox est quibusdam decreti capitulis præfixa, variæ sunt Doctorum opiniones quas enumerat is qui Gregoriano decreto epistolã seu admonitionem quamdam præposuit. Cõuenit que cum Nauarro, hunc Paleam quam ipse non Cotam Paleum, sed Protopaleam nominat post Gratianum, hæc capitula Gratiani decreto inseruisse. Quod si illa capitula, etiam rubricas vt hic habet Nauarrus addidisse probabile est.*

Nota secundo illud pulchrum Ouid.

Neque enim lex iustior vlla est,
Quam necis artifices arte perire sua.

Cui concordat præfata rubrica in princ. & l. 1. § quæ id ipsum cõtinet, & illud Catonis supra relatum, *Patere legem quam ipse tuleris*: quod olim ibi diximus esse legem naturalem, sicut illud: *Non facies alteri, quod tibi nõ vis fieri*, [h] & colligitur ex illo dicto Domini nostri Iesu Christi, [i] *Omnia quæcumque vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis.* Qua ratione etiam legislatorem suæ legi subiici quoad vim directiuam, definit B. Thomas, [k] & ibi fusè Caietanus.

8 Nota tertio ex glossa quod præfatum dictum: *Quod quisque iuris in alterum statuit:* & cæt. nõ solùm habet locum in iudice constituente ius nouum, vel iniquum, sed etiam in impetrãte illud, quod colligitur ex: ea, quatenus allegat cap. 1. [l] quod probat, eum qui impetrat iudicem delegatum contra alium teneri respondere illi coram eodem, si mutua petitione illum reconuenire velit. & melius probat ca. 2. quatenus habet, actorem, qui impetrat rescriptum appellatione remota, teneri respondere reo eum recopuenienti, etiam appellatione remota. Et confirmatur ex eo, quod lege prædicta prima, [m] non solum

[a] *§. hæc autẽ verb. ff. quod quisque iur.*
[b] *§ & ide o.*
[c] *ff. qui satisda. cogan.*
[d] *In l. 1. ff. de variis & extraord. cogni.*
[e] *ff. de auctor. tutor.*
[f] *§. si conuenerit.*
[g] *ff. ad S. C. Velle. & l. nõ putauit. ff. de acquis. ff. de con. tab.*
[h] *C. de leg. hæredib.*
[i] *De appell.*
[k] *l. 1. §. quib. cum con. ff. quo qui iur.*
[l] *In l. fin. C. ad l. Flaui. de plagiar.*
[m] *Cap. inter corporalia. de transl. prælat.*
[n] *C. de iniecef. dic. l. fin. ff. de lib. & posth. & l. filius emãcipatus. ff. de collat. bon.*
[o] *In l. 1. in princ. in gloss. mag. in vers. baldenus circa princ.*
[p] *ff. de oper. nunt.*
[q] *Leg. plagiarij. C. ad leg. Flaui. de plag.*
[r] *Ca. 7. lib. 5.*
[s] *In c. horren dus. 32. q. 5.*
[t] *De coniug. leprof.*
[v] *Matth. 19. x 33. q. 2. & in c. inter corporalia. de transl. prælat.*
[y] *Cap. cum ferens 21. 7. q. 1. & c. 1. de cler ægrotan. lib. 6.*

[a] *Arg. c. fi. de iniur. & l. qui occidit. ff. ad l. Aquil.*
[b] *In dict. l. 1. §. 1. ff. quod quisque iur.*
[c] *In rub. de act. num. 9.*
[d] *In rubr. de verb. obligat. colum. 2.*
[e] *Vbi supra numer. 12.*
[f] *Le. in agris. ff. de adquir. rer. dom. cap. fin. de præb.*
[g] *In princip.*
[h] *Ca. 1. dist. 1.*
[i] *Ma. 8th. 7.*
[k] *1. 2. q. 96. art. 5.*
[l] *De mutat. petition.*
[m] *ff. quod qu. iur.*

habet locum in iudice, qui constituit ius iniquum: sed etiam in eo, qui facit illud dici: & ita in adsessore, & etiã in collitigante, vt annotauit ibidem glossa, [a] & consequenter impetrante illud ius nouum à Principe: quod per plura confirmat Iason, [b] non tamen videtur id, quòd Angelus & Alexander dixerunt, [c] quod doctor consulens aliquid, tenetur seruare idem contra se. Tum quia consultus, qui vno modo consulit, reperta postea veritate, potest consulere contrarium secundum Baldum receptum. [d] Tum quia nullo iure probatur illud: & à ius dicente & faciente ius dicere non arguitur efficaciter ad consulentem parti consilium quærenti, nisi consuleret iudici vt adsessor: vel alias dolosè per suum consilium moueret iudicem ad constituendum tale ius, quia tunc posset dici auctor constituendi tale ius: & ita comprehenderetur sub verbis legis complectentis facientem ius dicere: quo casu posset illorum opinio procedere.

9 Nota ex glossa vlt. id, quod supra [e] collegimus, scilicet verba cum effectu esse intelligenda: pro quo glossa allegat cap. *si quis suadente*, [f] quatenus adiunctis illis, quæ adducit glossa in cap. *si quis pulsatus*, [g] probat, verba illius canonis, *Violentas manus iniecerit*, intelligenda esse de iniiciente cum effectu, hoc est percutiente: quod multis aliis confirmat Iason & Decius. [h] Sed quia nullius vmquam doctrina hac in re nobis satisfecit, quamuis multi fæpè id tetigerint, ideo referam primum quæ adducunt Iason, & Decius & deinde aperiam, quid me in hac re semper auxit. Allegant ergo secundo vltra glossam prædictam legem penult. *§. docere*, [i] quæ determinat, cùm qui conatus fuit in ius vocarum vi eximere, ne ad iudicem veniret, si nihilominus venit non incidere in pœnam illius edicti. Tertio quod qui vitiosè, vel nulliter satisdat, non videtur satisdare. [k] Quarto quòd nixus ad copulam non habetur pro copula. [l] Quinto quòd verba Concilij Lateranensis posita in cap. *relatum*. [m] *Qui per se valeant curam exercere*, non verificantur in non exercẽte, licet id facere valeat: quia vt ibi exprimitur verba cum effectu sunt intelligenda. Sexto quòd ea, quæ promittuntur, opere debent compleri. [n] Septimo quod non censetur capere, qui capit, vt statim restituat. [o] Octauo quod promittens quidquid eum, qui furatus est seruum oporteret facere, dare, non satisfaceret verbaliter offerendo seruum absentem. [p] Nono quòd vbi opus est factis, non sufficiunt verba, vt probat hoc cap. ibi, *Verbotenus*, & textus adiuncta glossa recepta, [q] quæ habet, non sufficere voluntatem dandi cautionem, nisi facto data fuerit ad tollendam missionem in possessionem caussa rei seruandæ. Decimo quòd promittens inuenire latronem non satisfacit, nisi ceperit, & iudici exhiberit. [r] Vndecimo quòd præmium propositum capienti bannitum non debetur, nisi captum ducat ad iudicem secundum Bartholum communiter receptum. [s] Duodecimo quod idem Bartholus, [t] ait, quòd stante statuto, vt inuentus cum armis puniatur certa pœna, non punitur, si non fuerit captus.

Hæc sunt, quæ faciunt pro glossa nostra, & not. 3. quod autem circa hæc me semper anxit, est hoc dilemma, siue syllogismus triplici cornu cornutus: Quod aut textus, glossæ, & doctores, qui habent verba legis cum effectu esse intelligenda, intendunt loqui de effectu, quem verba illius significant: aut intẽdunt loqui de alio effectu subaudito vel improprio, quem verba non propriè significant, sed impropriè, sumendo verba figuratè per transllationem, metaphoram, metonymiam, synecdochen, vel aliam figuram: aut quod conatus ad aliquid faciendum non habetur pro facto, quòd glossa nostra satis sentit. Si primum inutiliter videntur loqui, & vt aiunt aërem verberare, & littus arare. Quis enim dubitat, omnem dispositionem, & orationem intelligendam esse de effectu, quem verba propriè significant? Si autẽ secundum, nõ videtur esse verum: tum quia lex, & dispositio intelligenda est secundum propriam verborum significationem. [v]

10 Tum quia omnis extensio, limitatio, & vt ita dicam, impropriatio videtur quædam legis & dispositionis mutatio, quæ non potest fieri, nisi per ipsum legislatorem, cuius est interpretari suam legem, iuxta l. 1. & vltimam, [x] & cap. *cum venissent*, [y] cum eis adnotatis: tum quia nullum

A

a 17. quæst. 4. b In c. si quis pulsatus.

fere superius adductorum probat aliud, quàm quod verba sunt intelligenda cum effectu, quem propriè ipsa significant. Nam primum, scilicet cap. *si quis suadente*. [a] adiuncta glossa, [b] de effectu, quem verba propriè significant, intelliguntur, de iniectione nempe & percussione reali, quam illa verba, *manus iniecerit* propriè significant. Et secũdùm, prædicta nempe lex penultima. *§. docere*, qui habet, conantem eximere & non eximentem non dici eximere de effectu per verba legis propriè significato intelligitur. Tertium, scilicet lex *quoties*. [c] etiam loquitur de effectu, quem verba propriè significant, quia non videtur satisdare ad mentem saltem iubentis, nisi legitimè & vtiliter id faciat. Quartum, nempe cap. *relatum*. [d] non recte inducitur ad hoc, nam non probat id, ad quod inducitur, scilicet non esse conferẽdum beneficium volenti seruire illi, sed quòd oportet, vt de facto seruiat: quia immo, si satis perpendatur, probat iustè posse quidem conferri illi: sed quòd ipse non satisfacit per solam voluntatem, siue potentiam, nisi de facto seruiat. Quintum, scilicet ca. finale, [e] intelligitur de conatu ad copulam, qui est effectus, quem verba illius significant. Sextum verò, nempe cap. *qualiter*. nihil etiam probat, tum quia solùm probat, promissionem esse opere complendam, tum quia illa operis completio est effectus, quem verba promissionis propriè significant. Septimum, prælegata nempe lex *aliud est*. nihil aliud probat, quam verbum capio propriè communiter significare solam illam acceptionem, qua quis capit sine obligatione restituendi, & ita de effectu proprio per verba significato loquitur. Octauum, scilicet prædicta l. *qui decem*, solùm probat, quod promittens dare, facere, quod fur serui tenetur, non satisfacit offerendo seruum absentem, quem fur tenebatur offerre præsentem. Nonum, scilicet quod non sufficiunt verba, vbi opus est facto: vel quod nõ satisfacit quis volendo, si tenetur facere, nihil probat, aut intelligendum est de effectu, quem verba propriè significant. Tria vero illa posteriora de promittente inuenire latronem, capere bannitum, & inuenire aliquem cum armis, faciunt quidem ad propositum, quia loquuntur de effectu alio ab illo, quem propriè verba significant: quandoquidem inuenire latronem, capere bannitum, & inuenire aliquẽ cum armis, non significant propriè retinere, & iudici præsentare: neque inuenire significat propriè capere inuentum, nisi ex mente aut intentione statuentium illud colligatur. Et consequẽter per nullum præfatorum iurium probatur, verba esse intelligẽda cum alio effectu ab illo, quem propriè significant: nisi cum expresè constat, vel tacitè per coniecturas præsumitur, id voluisse legislatorem, aut statuentes, vel promittentes. Si autem tertio præfati textus glossa & doctores intendunt docere, conatum non haberi pro effectu, non satis aptè videntur loqui: nam id diuersum tractatum requirit, & iam habitus est in ca. *si quis non dicam*. supra eadem.

11 Resoluendo igitur, & euoluendo hoc inuolucrum, dicendum est, quod sensus præfati elogij, *Verba cum effectu sunt intelligenda*, est, quòd fiat totum & solum id, quod verba propriè significant, nempe velle tantum, si solam voluntatem requirunt, conari autem, & incipere, si solum conatum & principium desiderant: perficere verò, si requirunt operis perfectionem, nisi aliud aliunde de mente disponentis appareat, vel constare, aut præsumi valeat: & quòd id, quod est volendum, conandum, incipiendum, vel perficiendum fiat, vt conuenit ad finem, quem profcrens illa intendit, quòd vltimum sensit iurisconsultus in d. *§. hæc autem verba*. significando quod non sufficit præstare quouis modo effectum verborum, sed iuridicè ac validè. Ita quod si verba requirunt satisdationem, detur illa legitime & vtiliter. [f] quia, vt glossa illius ait, non refert, an non fiat, vel minus bene fiat per iura, quæ ipsa citat, &c. *Nicolao*. [g] quod probat, paria esse non comparere, vel minus legitimè comparere, vt ibi adnotat Baldus & cap. *inter corporalia*. [h] quod patificat, non habere prælatum, vel habere inutilem, & alia multa, quæ adducit Iason, [i] & in terminis nostris est textus, [k] qui habet, iudicem, qui nulliter, siue inualidè iuş iniquum statuit, quia sententiam ipso iure nullam tulit, non censeri statuere.

B

d De cleric. non resident.

C

e De sponsal.

D

E

F

f Le. quoties. ff. qui satisd. cogan.
g De appell. h De transla. prælator. i In dict. leg. quoties. k In dict. §. hæc autem verba.

a *In verb. si quis.* b *In dict. le. 1. num. 7. & 8.* c *Ibidem.*

d *In Cap. ne innitaris. de constitu.*

e *In not. ab. 3. numer. 6.*

f *17. quæst. 4.* g *Supr. eadẽ.* h *In dicto §. hæc autem verba.*

i *ff. ne quis eũ qu. in ius voc. eſſ vi exim.*

k *Le. quoties. ff. qu. satisd. cogan.*

l *Cap. fin. de sponsal.* m *De cler. nõ resident.* n *Ca. qualiter. de pactis.* o *Leg. aliud est capere. ff. de verb. sign. & leg. si cui plusquã per legẽ Falcidiã ff. de prætor. stipul.* p *Le. qui dicẽ. §. idẽ respondet. ff. de solut.* q *In cap. 1. de eo, qu. mitt. in poss. caus. rei seruan.* r *Leg. si Barbatorũ. C. de fideiuss.* s *In d. §. hæc autẽ verba.* t *In leg. 1. in princip. ff. de adqui. poss.* v *Leg. non aliter. ff. de le. 3.*

x *C. de legib.*

y *De iudic.*

a *Notab. 5. b Infin. ff. de var. & extraord. cog.*

Quia faciens actum inualidum non videtur illum fecisse, vt annotauit Iason, [a] confirmans illud multis, in quibus est glossa 1. solemnis, [b] quæ habet, iudicem, qui male iudicat ferendo sententiam nullam, nõ facere litem suam.

CAP. POENAE.

est lex interpretatione. ff. de pœnis. lib. 38. ff. titut. 19. leg. 42.

HERMOGENIANVS LIBRO PRIMO EPISTOLARVM.

Interpretatione legum pœnæ molliendæ sunt potius quàm exasperandæ.

SVMMARIVM.

1 Legis pœnalis restringenda triplex ratio.
2 Lex pœnalis quæ & cur dicitur exorbitans à iure communi.
2 Lex pœnalis non extenditur ad alium casum, fallit vno & viginti modis. num. 4.
2 Lex disponens contra ius commune vt pœnalis restringitur.
3 Argumentum à simili non valet de l. pœnali.
4 Lex pœnalis, & odiosa includit omnia, quæ verba eius propriè significant.
4 Intestabilis est qui, & cui non testatur.
5 Lex pœnalis extenditur per eandem vel parem rationem vno & viginti modis.
5 Primo ad correlatiua.
6 Secundo ad æquiparata.
7 Tertio ad latè significata.
8 Quarto fauore animæ.
9 Quinto fauore Ecclesiæ.
10 Sexto ratione expressa.
11 Septimo ad gradata.
12 Octauo de vno ad alterum præambulum.
13 Nono ad commensurata.
14 Decimo ad parificata.
15 Vndecimo ad reiterationem.
16 Duodecimo ne frustretur.
17 Decimo tertio de numero ad numerum.
18 Decimo quarto ad iuxta modum loquendi vulgarem contenta.
19 Decimo quinto ad contenta in l. interpretata.
20 Decimo sexto ad subrogatum.
21 Decimo septimo cùm exprimitur exempli causſa.
21 Decimo octauo ne fiat vana.
21 Decimo nono ad vitandum absurdum.
21 Vigesimo cum seipsam extendit ad similia.
21 Vigesimo primo, si non est verè pœnalis.
22 Lex pœnalis humana non punit solam voluntatem, nec attentationem ad delinquendum pœna temporali ordinaria: sed extraordinaria sic, secus de diuina.
22 Leges punientes conatum pro facto abrogatæ sunt hodie.

1 OMissis breuitatis causſa diuisione Cardinalis & intentione, qua Gratianus, posuit hoc cap. siue §. quæ sunt paruæ vtilitatis, nota primo, id ad quod passim ab vtriusque iuris interpretib[y] citatur, nempe legem pœnalem non excedere proprium casum, id est non esse extendendã ad casum nõ expressum sub eius verborum significatione. Cuius vna ratio potest sumi ex illo c. *Odia restringi fauores conuenit ampliari*. [c] quia pœnæ odiosæ videntur. Secunda ratio potest desumi ex ca. *Quæ à iure communi exorbitant, sunt restringenda*. [d] Quoniã licet leges quæ generaliter puniunt delicta, non exorbitent à iure communi, quòd habet delicta esse punienda, [e] quæ tamen imponunt speciales pœnas, quas ius naturale non ponit, possunt dici exorbitantes à iure naturali, quod est omnibus commune. [f] Tertia ratio potest desumi ex cap. *In pœnis benignior interpretatio facienda est*. [g] & videtur benignius aliquem debere puniri, quàm sic debere puniri: sicut benignius est iubere, vt detur, quam vt intra certum diem propinquum detur, [h] quia mitius agitur cum lege, quàm cum homine, vt annotat ibidem glossa. Et condemnatus ob vim illatam in dubio intelligitur damnatus ob priuatam, quæ non infamat, & nõ ob publicã, quæ infamat. [i] Faciunt & alia multa, quæ glossæ illius legis & dicti cap. *in pœnis*, & alibi sæpe citant.

2 Ex quibus sequitur, quòd hæc regula debet ampliari,

A

primò vt etiam procedat, cum eadem omnino ratio militat in alio casu, quæ militat in expresso in lege pœnali, quod probat c. *constitutionem*. [a] quatenus extendit cap. *non solum*. præcedens disponens de fratribus Prædicatoribus & Minoribus ad fratres Augustinianos & Carmelitas, in quibus erat eadem omnino ratio, quæ in fratribus Prædicatoribus & Minoribus, vt in ipsomet c. *constitutionem*, exprimitur, & hoc tenet Ioannes Imolensis, [b] quem Dominicus & Francus ibidem referunt & sequuntur.

3 Secundo sequitur, ampliandam esse hanc regulam etiam ad legem disponentem aliquid aduersus ius commune, quia non extenditur ad alium casum etiam ex identitate rationis per l. *præcipimus*. vbi hoc notat Bartholus C. de appell. & per l. si vero. §. de viro. ff. solu. matrimo. vbi etiam idem tenet Baldus communiter receptus.

Tertio infertur, regulam esse tenendam per rationes prædictas, licet hoc cap. non probaret efficaciter eam per illa verba: *Pœnæ non debent excedere proprium casum*: eo quòd sint verba Gratiani, vt Archidiaconus, Cardinalis & Bellamera dicunt, quem constat non habuisse potestatem legis condendæ.

Quarto infertur argumentum à simili (quod regulariter est validum, [c]) non valere in lege pœnali.

Quinto sequitur, non esse veram illam glossam, [d] quæ habet id, quod Archidiaconus antea dixit hic, non relatus ab ea, quod lex pœnalis extenditur de vno casu ad alium, in quo est omnino eadem ratio, licet Cardinalis & Bellamera sequantur hic Archidiaconum.

4 Sexto sequitur, quòd non obstantibus iis verum est, quod omnis lex, etiam odiosa, & pœnalis extendenda est ad omnia, quæ verba illius ex propria significatione comprehendunt, quę est celebris doctrina Francisci Aretini in *l. cum lege*. [e] quæ adiuncta glossa probat, eum, qui aliqua lege fit intestabilis, non solum fieri inhabilem ad testimonium ferendum alicui: sed etiam ad hoc, vt ei non feratur in testamento, cùm tamen benignè posset intelligi strictius, vt tantùm fieret inhabilis ad testimonium ferẽdum alteri. Quam doctrinam commendat Decius in locis citatis, [f] & alibi sæpe, & Alciatus. [g] Cuius ratio est, quòd extendere legem ad omnia illa, quæ propriè verba eius significant, non est extendere illam ad casum non comprehensum in illa. Quia omnia significata propriè per verba illius, censentur contenta in ea.

5 Hoc autem notabile limitant Dominicus & Francus, licet præfata non adferant. [h] Dominicus quidem sexdecim modis, & Francus vno & viginti, quorum multis verbis parum necessariis omissis dicendum, quòd primò limitatur in correlatiuis, quia de vno correlatiuo ad aliud extenditur in c. 2. & ibi glossa, [i] & in l. fi. [k] & ibi Bartholus & Baldus.

6 Secundo quando casus sunt æquiparati iure antiquo, quia tunc noua constitutio, etiam pœnalis, loquens in vno extenditur ad reliquum in eo, in quo sunt æquiparati secundum glossam & Bartholum. [l]

7 Tertio quando casus ille alius comprehenditur sub lata significatione verborum legis pœnalis. [m] Nam statutum quod excluderet filiã à successione, excluderet etiam neptem, quia est eadem vel maior ratio in ea, & saltẽ largè potest dici filia. l. *secundum liberorum*. [n] & per Baldum in l. *maximum vitium*. [o]

8 Quarto fauore animæ vt ait Bartholus, [p] facit glossa, [q] nisi cõstitutio esset pœnalis, & correctoria, quia tũc etiam fauore animæ non fieret extensio, vt videtur velle glossa. [r]

9 Quinto cum constitutio pœnalis continet fauorem ecclesiarum, vt in cap. *sciant cuncti*. [s]

10 Sexto cum in ipsa constitutione exprimitur ratio expressa, quia tunc fiet extensio ad omnia sub ipsa ratione comprehensa, secundum glossam. [t]

11 Septimo cùm duò habẽt se gradatim, puta si est determinatum certũ tẽpus ordini subdiaconatus, & certũ tempus ordini diaconatus: nã facta mutatione in vno ex prædictis gradibus videtur facta in alio, ita glossa singularis. [v]

12 Octauo cum habent se, vt præambula ad vnum finem, vt electio, postulatio, præsentatio, & collatio, quæ tendunt ad finem prouidendi Ecclesiæ vacanti: nam tunc ex identitate rationis dispositum in vno censetur dispo-

B

C

D

E

F

a *De regula. lib. 6.*

b *In dict. cap. 1. de tem. ordinan. lib. 6.*

c *L. eg. nõ possunt ff. de legib. ca. dudũ. 2. de elect. le. illud. ff. ad le. Aquill. cum similibus.*
d *Ca. 1. de temporib. ordinat. lib. 6. in verb. Italiæ.*

e *ff. de testa.*

f *In Ca. quia intantum de præb. & leg. factum. §. in pœnalib. ff. de regul. iur.*
g *In rubr. de verbor. signi. numer. 1.*
h *In d. cap. 1. de temporib. ordinandorũ. in glos. verb. Italiæ.*
i *De locat.*
k *C. de indict. viduitate tollenda.*
l *In le. quod vero. ff. de le. & leg. si quis seruo. Cod. de furt.*
m *Le. illud. ff. ad le. Aquill.*
n *ff. de verb. signifie.*
o *C. de liber. præ.*
p *In auth. sacramẽta pub. C. si aduer. vend.*
q *In leg. ũnes. Cod. de feriis. verb. apostol.*
r *In clem. vt ij. qui de stat. & qual. ver. eisdem.*
s *De election. libr. 6.*
t *In clemẽ. 1. de elect. ver. eligantur.*
v *In clem. generalem. de stat. & qual.*

situm in altero, vt habet glossa fin.[a] & in dict.ca.*quam sit*, & d. cap. *sciant cuncti*, & per Paulum. [b]

13 Nono cum duo sic se habent adinuicem, vt vnum commensuretur instar alterius, vt est publica honestas, vel affinitas, quæ commensurantur instar graduum consanguinitatis: nam correctis gradibus consanguinitatis coïnciduntur etiam affinitatis, licet de illis non fiat mentio, secundum glossam. [c]

14 Decimo cùm aliqui casus reperiuntur à iure parificati, vt est electio, postulatio, prouisio, & præsentatio: quia tùc statutum in vno, extenditur ad reliqui secúdum glossam, [d] sed hæc limitatio comprehenditur in supradicta secunda.

15 Vndecimo cum constitutio disponit super certo casu. Nam si postea idem casus reiteretur pluries, & subsit eadem ratio, sit extensio per glossam, [e] quamuis hæc limitatio, si satis perpendatur, non est apta.

16 Duodecimo, cùm sit extensio ad casum, sine quo constitutio nullum sortiretur iuris effectum. [f]

17 Decimotertio, quando constitutio loquitur in certo casu in singulari: vt si quis produxerit falsum testem: nam tunc extenditur ad producentem plures, vt habetur l. *si quis id quod*, [g] & cap. *si compromissarius*, [h] adiunctis glossa 2. & ibi notatis per Dominicum & Francum.

18 Decimoquarto quando casus ad quem extenditur comprehenditur sub expresso secundum cõmunem vsum loquendi, licet non ex propria significatione verborum iuxta l. *librorum*, [i] & ibi per Bartholum notata & in l. *omnes populi*, [k] & notata in dicto cap. *si postquam*.

19 Decimo quinto, cum noua constitutio fit ad interpretandum antiquam: nam extenditur etiam ad alium casum in illa antiqua contentum secundum glossam in capit. *qui contra certam*, [l] & clem. *statutum*, [m] vbi pulchrè Cardinalis.

20 Decimo sexto, cùm fit extensio ad subrogatum loco illius, de quo ipsa constitutio, & ita constitutio loquens de vicario episcopi locum habet in vicario capituli, vacante sede, quando subesset eadem ratio secundum glossam. [n]

21 Decimo septimo, quando casus est expressus gratia exempli: nam tunc non restringitur dispositio, vt notatur in cap. *si Papa*, [o] secus si alia ratione, quam exempli exprimatur, quo casu procedit glossa verbo, *clericorum*. [p]

Decimo octauo cum nisi fieret extensio: cõstitutio redderetur vana, vt habetur in ca. 2. adiuncta glossa, [q] & cap. *si ciuitas*. [r] Sed hæc extensio videtur eadem, quæ duodecima.

Decimo nono, cùm si non fieret extensio resultaret absurdum, vt l. *scire*, [s] & notata in dicto cap. *si postquam*. [t]

Vigesimo cum in constitutione est apposita clausula, vt procedatur de similibus ad similia, vt voluit Baldus. [v]

Vigesimo primo quando constitutio non est merè pœnalis: sed solùm respectu impensarum, vel nullitatis processus, quia illæ non videntur esse veræ pœnæ, quamuis de hoc dubitari possit.

22 Nona secundo, quod nulla pœna per legem humanam pro aliquo delicto imposita, debet castigari quis propter solam voluntatem etiam actu exteriori, vel aliquo conatu, vel præparatione monstratam, & probatam nisi in casibus in iure expresis. Quod notabiliter dicit hic Gratian[9]: pro quo est textus optimus in cap. *cum in cunctis*, [x] adiuncto ca. *perpetuo*, [y] quæ coniuncta probant, pœna imposita malè eligenti indignum prælatum non esse puniendum eum, qui suffragium, vel votum suum dedit indigno, si non consequatur electio, quæ debet consequi publicationem suffragiorum, seu votorum. [z] Cuius optima ratio, quã à nemine redditam video, est, quòd lex pœnalis non est extendenda de vno casu ad alium regulariter, vt supra, [a] latè traditum est, at facere delictum est aliud, quàm velle facere, vel attentare, vel incipere illud, vel se ad id præparare: ergo pœna imposita facienti delictum nõ est imponenda volenti, attẽtanti, vel incipienti facere illud. Quod notabile limitandum est procedere in foro exteriori, quoad pœnam ordinariã pro delicto à lege humana impositam: non autem quoad forum conscientiæ & pœnam æternam, quia eam incurrit, vt habet præfatum cap. *perpetuo*. [b] Non item procedit in foro exteriori, quoad pœnam extraordinariam, quia debet puniri voluntas illa per actum exteriorem attentationis, vel conatus patefacta plus vel minus, prout magnitudo, vel paruitas culpę id exegerit, iuxta l. 1. [c]

Nota

[a] *Cap.1. de si postula. prael.*
[b] *In clem. 1. de elect.*
[c] *In cap. non debet de consan. & affin.*
[d] *In capit. si postquam. in ver. prouisio. de elect. lib. 6. & in clem. 1. verb. facerdotiũ. de offic. vic.*
[e] *In cap. si electio. de elect. libr. 6. verbo aliam.*
[f] *Arg. l. 2. ff. de iurisdictio. omn. iudi. & ca. praterea. de offic. de leg. ff. de iurisdictio. omni. iudic.*
[h] *De elect. li. 6.*
[i] *§. quòd tamen Cassius. ff. de l. 3. ff. de inst. & iur.*
[l] *De elect. lib. 6.*
[m] *Verb. consuetudinem de elect.*
[n] *Clemen. 2. verb. episcopi de rescript.*
[o] *De priuil. lib. 6.*
[p] *In d. cap. 1. de rempo. or. lib. 6.*
[q] *In ver. facta. de vsuris. lib. 6.*
[r] *De sen. excom. eod. lib.*
[s] *§. oportet. ff. de excus. tutor.*
[t] *Et in clem. fin. de rescri.*
[v] *In l. 3. C. de legibus.*
[x] *§. fi. de electione.*
[y] *Eod. tit. lib. 6.*
[z] *Cap. publicatio. de elec.*
[a] *In 1. notabili.*
[b] *De elect. li. 6.*
[c] *ff. de va. & extraor. cog.*

[A] & tradimus supra, [a] declarando fallentiam siue limitationem 8. Felini quam ponit in tract. *quando conatus*. Nam licet per ea, quæ diximus ibi, [b] regulariter conatus vel attentatio ad delinquendum, non debeat puniri pœna ordinaria imposita per legem humanam facienti delictum: debet tamen puniri pœna ordinaria imposita illud facienti in casibus à iure expresis, & in aliis extraordinaria iudicis arbitrio imponenda.

23 Limitandum est etiam hoc dictum Gratiani, quod habet, voluntatem solam delinquendi perfactam per aliquem exteriorem actum debere puniri pœna ordinaria delicti in casibus à iure expresis, hodie nõ habere locum, quia secundum Speculatorem quem citant omnes, [c] videtur derogatum esse per consuetudinem generalem, cuius determinationem commendant plurimi, quos refert Felinus, [d] & Iason [e] & alij alibi sæpe.

[B]

CAP. AVT FACTA.

Est lex aut facta. ff. de pœnis. lib. 48. ff. tit. 19. l. 16.

CLAVDIVS SATVRNINVS LIBRO SINGVLARI DE POENIS PAGANORUM.

AVt facta puniuntur, vt furta, cędesque: aut dicta vt conuicia, & infidæ aduocationes: aut scripta, vt falsa, & famosi libelli: aut consilia vt coniurationes, & latronum conscientia: quousque alios suadendo iuuisse sceleris est instar. Sed hæc quatuor genera consideranda sunt septem modis: causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu: & reliqua.

[C]

SVMMARIVM.

1 Crimen quadruplex, factum, dictum, scriptum, & consultum.
2 Diuisionis vt bonæ membra sunt sibi ipsis opposita.
3 Peccatum triplex, cordis, oris, & operis.
4 Maleficium, genus est ad omne peccatum, & delictum.
4 Circunstãtiæ quot remissiue, vtriq; foro necessariæ, potissima finis.
5 Miles quis dicatur, emansor, & quis fugitiuus.
5 Effractor est, qui frangit aliqua vt euadat, vel rapiat.
5 Grassatura, grassatio, grassor & grassatores quid.
5 Expilatio est subtractio rei hæreditatis iacentis.
6 Abigeus à fure vt differt.

[D]

1 NOta primo ex hoc cap. elegantissimo, perpetuaque memoria digno, quadruplicia esse crimina, quæ puniuntur, facta nẽpe, dicta scripta, & consilia. Contra quam tamen diuisionẽ, licet nemo id aduertat, neruosè posset opponi primò, quod membra bonæ diuisionis debent esse oppositæ secundum Aristotelicam doctrinam ab omnibus receptam: cuiusmodi non sunt membra huius diuisionis. Nam omnia includuntur sub primo membro: omnia quippe punibilia possunt verè dici facta, sicut omnes stipulationes, quæ non consistunt in dando, consistunt in faciendo, & consequẽter stipulans ab alio dictum, scriptum, vel consiliũ, dicitur stipulari factum. [f] Quinimmo & non facere est quoddã facere, vt colligitur ex l. *stipulatio ista*. [g] & est textus in l. *qui non facit*. [h] iuncta glossa quæ allegat in hoc. §. *si vxor*. [i] & potuit allegare l. *si mora*. vbi glossa id annotauit. [k]

[E]

Secundo quod pleraque omnia consilia, exceptis, perpaucis, quæ dãtur nuptibus, solent dari verbis vel scriptis.

[F]

3 Tertio, quod omnia peccata, & crimina diuiduntur in peccata cordis, oris & operis. vt post S. Thomã, [l] tradimus nos in Enchirid. confess. [m]

Quarto, quod omnia delicta vocantur maleficia vt habetur in l. *ex maleficiis*. [n] & §. 1. [o] & §. *ex maleficiis*. [p]

Ad quæ omnia responderi potest, iurisconsultum in prædicta lege aut facta, quã Gratianus huc transtulit, non intendisse tradere diuisionem absolutam & exactam: sed quamdam planam doctrinam cognoscendi varietatẽ criminum, quæ puniuntur: & facta dici, quæ opere ipso sine verbis & scriptis fiunt: & consilia, quę sine verbis scriptis, & opere consummato saltem à consulente fiunt.

[a] *In cap. si quis non dicam, a num. 12. & à Num. 3.*
[b] *In tit. de accusat. §. 1.*
[c] *In d. tract. quãdo conatus.*
[d] *In l. 1. §. hac autem verb. ff. quod q. in.*
[e] *In l. 1. §. hac autem verb. ff. quod q. in.*
[f] *Leg. 2. ff. de verb. oblig.*
[g] *ff. eod.*
[h] *ff. de regul. iur.*
[i] *Institut. de nupt.*
[k] *ff. sol. mat. l. 2. q. 102. art. 4. ad 4. & in 4. dist. 16. q. 1. art. 1. & dist. 38. q. 2. art. 1.*
[l] *In Prolud. 9. num. 2.*
[m] *ff. de actio. & obli.*
[n] *De obligat. ex delictis tantum.*
[o] *In fin. de actionib.*

Nota secundo, contextum huius cap. in noua impressione Lugdunensi apud Hugonem à Porta correctiorem esse, quam olim erat. Si quidem olim erat verbum innuisse pro quo nunc est iuuisse, quo modo legendum omnino esse censet Budæus, [a] addens textum contextumque aptiorem fore, si pro illis verbis? *Quousque alios suadendo innuisse sceleris est instar*, legatur, *Quousque alios suadendo iuuisse sceleris est instar*.

[a] *In d. l. aut facta.*

4 Nota tertio hunc textum vti omnium iuris optimum ad hoc, quod circumstantiæ actuum humanorum considerandæ sunt iudicibus, vt iustè ac æquè crimina punire possint. In quod facit cap. *sicut dignum*, [b] & cap. *homo christianus*, [c] & l. *respiciendum*, *alias perspiciendum*. [d] cum similibus. Quorum tamen omnium optimum videtur hoc ca. quod est iurisconsulti in præcitata l. *aut facta*. [e] Demiror autem, Cardinalem hoc in loco adeo opportuno non memihisse quidquam eorum, quæ S. Thomas de circumstantiis tradit, [f] cum eius doctrinam locis opportunis soleat inserere, etiam frequentissimè ad litteram, de quibus, quia tractauimus in c. 1. § & in Enchirid. confess. [h] nihil aliud in præsentia dicemus, quam quod per hoc cap. probatur optimè iuris peritis & iudicibus exterioris fori, necessariam esse illarum cognitionem. Et quod S. Thomas, [i] ab omnibus receptus, triplici ratione probat, pertinere quoque ad theologos, & ad forum interius: & quod, [k] monstrat, circumstantiarum potissimam esse circumstantiam finis: & post eam, quid sit illud, quod agitur. Quæ verò sint illæ, & quæ necessario confitendæ satis superque tradidimus vbi supra. [l]

[b] *De homic. c. 40. distinct.*
[c] *Def. De pœnit. dist. 1.*
[d] *In l. 1. 2. qu. 7. & quæst. 18. & in 4. libro. sent. dist. 16. quæst. 3. & infr. dist. 5. a numer. 4.*
[e] *Cap. 7. i. 1. 2. que. 7. ar. 2. & in 4. lib. sent. distinct. 16. q. 3. art. 1. quæstiuncula 1. ad 1.*
[f] *In art. 4.*
[g] *In ca. consederet. dist. 5. in princip.*
[h] ** Legendum fugitiuus sic enim est in originali.*
[i] *In Leg. 3. §. emansor. ff. de re mil.*
[k] *In Le. 1. & 2. ff. de effractor. & le. 3. §. effractura. ff. de esse. prof. vigil.*

5 Nota quarto ex hoc textu adiunctis eius glosis, quod emansor est miles, qui diu euagatus tardius ad castra pedit: & * furtiuus, qui diu latuit & postea rediit ad castra, [m] & quod effractor est, qui carcerem, vel aliud frangit, vt inde euadat, vel aliquid rapiat, [n] & quod grassatura est aggresio, quæ fit in viis, & nemoribus à latronibus. Nam vt inquit glossa deriuatur à grassor: grassor autem videtur esse frequẽtatiuum à verbo gradior: vnde grassari est cum impetu, vehementia & frequentia inuadere, quod quia faciunt qui vias, & nemora obsident ad expoliandum vestibus, pecuniis, & aliis rebus iter facientes: ideo frequenter illi vocantur grassatores, & actus ille, quo aggrediuntur, & spoliant, aut iniuria afficiunt grassatio & grassatura.

[m] *In Le. 1. & 2. ff. de effractor. & le. 3. §. effractura. ff. de esse. prof. vigil.*
[n] *Le. 1. & 2. ff. de effractor. & le. 3. §. effractura. ff. de esse. prof. vigil.*

6 Nota item quod expilatio est subtractio rei alicuius hæreditatis iacentis non aditæ, quæ non habet dominum: furtum verò subtractio rei alienæ habentis dominum: & quod abigeus differt à fure, quoniam omnis pecoris subtractio furem facit: abigeum autem non facit nisi gregis. [o]

Post hæc scripta legi Budæum, qui Accursianos ignorantiæ arguens satis concordat prædictis, addens quod etiam obsessores viarum, vrbium, & vicorum ad pulsandum, & expoliandum, vel iniuria afficiendũ alios dicuntur etiã grassatores: & quod à Græcis appellantur λῃστοδύται. & quod verbum grassari nonnumquam in bonam partem accipitur, vt in illo Sallustij: *Ad gloriam virtutis via grassatur*. Et quod interdum grassari significat fœuire, quod ante illum glossa huius capit. dixit, licet eam ille non citet. A quibus quidem omnibus non longè recedit Accursius cum in dicta leg. *aut facta*, grassatores tradat in vna glossa esse, qui ad malum nituntur, & in altera, qui in malum tendunt. Solùm enim deuiat in eo, quod significat, omnes gradientes in malum posse dici grassatores: quod satis concedi posset de significatione lata, cùm quoad illos etymologia satis respondeat: sed de propria, & apud iurisconsultos vsitata solùm significat eos, quos supra diximus.

[o] *Lege. 1. 2. & 3. ff. de abigeis.*

§. *EVENTVS.*

EST §. EVENTVS PRÆFATÆ L. AVT FACTA.

EVentus spectatur, vt à * dementissimo quoque facta: quamquam lex non minus eum, qui occidendi hominis causa cum telo fuerit, quàm eum qui occiderit, puniat: & ideo apud Græcos exilio voluntario fortuiti casus luebantur, vt apud præcipuum Poëtarum scriptum est.

[A]

[B]

[C]

[D]

[E]

[F]

SVMMARIVM.

7 Intellectus, correctio & explanatio cap. aut facta.
8 Euentus vt facit etiam dementissimum puniri.
9 Fortuiti casus interdum cur puniuntur.
10 Furiosus, & demens cur interdum castigantur.
11 Pœna spiritali, nec corporali nemo pro alio punitur.
12 Actus exterior, an quidquam mali, vel boni addat interiori.
13 Morte non punitur puer, qui gladio iratus occidit alium.
13 Minori minuitur pœna delicti.

7 NOta primo ex hoc paragrapho, quod contextus eius in Decreto, quo nunc Romæ vtor habet dementissimo pro clementissimo, quod aliquot alij Decretorum libri habent, vt post alios Cardinalis quem Bellamera sequuntur, adnotauit, quod nescio cur non meminerit Budæus, [a] nec Alciatus. [b] Licet Budæus plurima & Alciatus aliqua ei adnotauerint. Vtrãque verò lectionem non probant Archidiaconus, Cardinalis & Bellamera: sed satis rectè, aut certè clarè: tum quia non monstrant, quomodo magis sumatur argumentum ab euentu quoad iudicandas causas dementissimorum, quàm quoad iudicandas causas humanissimorum, aut inhumanorum, vel crudelissimorum: tum quia non satis ostendunt, quo modo ex prædictis inferatur illa illatio. *& ideo fortuiti casus, &c.* tum quia relinquunt verba: *à dementissimo quoque facta*. sine verbo, à quo regantur: tum denique quod non declarant, an illa dictio, *quoque*, sit coniunctio posita pro etiam, quod Accursius sentit, dum in præfata lege verbo, *dementissimo*, addit non solum, à *sapienti*: an sit ablatiuus à nominatiuo quisque. Equidem fateor me prælegisse Salmanticæ atque Conimbricæ hoc cap. & numquam satis illud intellexisse: & opinor præfatis omnibus, etiam Bartholo & aliis, qui præcitatam l. *aut facta*, in scholis interpretati fuerunt, idem contigisse. Vnde Bartholus sentiens difficultatem dixit, illi verbo facta subaudiendum esse, puniuntur: sed ex eo non colligitur complanatio prædictarum difficultatum. Alciatum item credo intellexisse scabriciem textus, & ideo concluisse parenthesi omnia illa verba: *Quamquam lex non minus eum, qui occidendi hominis causa cum telo fuerit, quam eum, qui occiderit puniat* (quod nemo aliorum videtur animaduertisse) per quam coniungit verba præcedentia cum sequentibus: sed non complanat alias difficultates. Budæo autem arbitror maiori curæ fuisse honor & gloria redundãs ex reconditæ eruditionis ostentatione nõ adeo vtili, quàm enucleatio intellectus germani huius cap. ad casus quotidianos vtilis. Nunc autem iis omnibus pensatis videtur dicendum primò, quod lectio, quæ habet à dementissimo est correctior illa, quæ habet à clementissimo: tum quia sic legunt Accursius & Bartholus, & alij communiter, & etiam Budæus, & Alciatus: tum quia non potest bene aptari sensus huius §. verbo clementissimo, vt mox patebit.

[a] *In dicta le. aut facta.*
[b] *In lib. 1 dist. punctionũ. ca. 17. neque in ll. præterm issorum super eadem gloss.*

Vide annot. Gregor. decr. additas & perspici. quomodo clemẽtissimo vox magis conuenias.

Secundo quod adeo circumstantia euentus consideratur in puniendis delictis, quod quandoque illo sequuto facta etiam dementissimorum puniantur, quæ alias non punirentur: quamuis multa sapientum facta puniantur, etiam illo non sequuto, vt in exemplis præsentis cap.

Tertio quod sensus illationis, quam facit textus, [c] est, quia factà dementium propter aliquos euentus puniuntur: *ideo apud Græcos fortuiti casus exilio voluntario luebantur*.

[c] *In vers. & ideo.*

Homerũ intelligit, cuius versus ex Iliados ibi citãtur.

Quarto quod totius huius §. sic explicati praxis & exemplum potest esse, quòd multi dementes arripiunt arma, incedunt cum illis, minantur, & intẽtant aliis mortem & iniurias, qui si ea non eueniant, siue non perducantur ad effectum, nulla pœna puniuntur, etiam ordinaria in casibus expresis in parenthesi: sed si illa intentata euenerint, & sequatur mors, vel aliquod magnum malum, castigantur aliqua pœna arbitraria, non obstante dementia, in exemplum cohibendi delicta, propter suspicionem, quam talis euẽtus generare potest, quod aliquid mẽtis, & culpæ

habet ille demens, ſicut caſus fortuiti, non ſequuto euentu, non puniuntur: ſequuto tamen euentu puniebantur apud Græcos. Si quis enim in aliquem rubum denſum nemoris, vbi nullus homo probabiliter putatur eſſe abſconditus, foluerit inſtrumentum mannarium, ſiue ſclopetum, & nihil mali euenerit, nullatenus punitur, nec accuſatur, nec contra eum inquiritur: at ſi contigerit aliquem, qui erat abſconditus pila exploſa, occidi, accuſatur, vel contra eum inquiritur: & vt plurimùm in exemplum, vel ob horrorem tanti mali, vel ſolatium cognatorum aliquo exilio, vel aliqua pia impenſa pro anima eius facienda puniri ſoler.

9 Quinto quod rectè Accurſius cenſuit verbum, *quoque*, pro, etiam, poni: certum enim eſt, etiam ſapientes propter euentum interdum grauiùs puniri, vt paulo inferius dicetur: & conſequenter noluiſſe iuriſconſultum dicere, propter euentum non debere ſapientes puniri, vt mox trademus: ſed quandoque propter illum, etiam dementiſſimos, vt ſupra monſtratum eſt, puniri.

Sexto quod rectè ſubaudiuit Bartholus verbum, puniuntur poſt verbum, *facta*, & apto iudicio Alciatus adhibuit prædictam parentheſim.

Septimo, quod ex iis ſequuntur tria, ſcilicet, dementem & furioſum aliquando pro grandi malo euentu puniri, & ſapientem pro fortuito caſu: & per euentum augeri delictum, & eius pœnam.

Contra quæ omnia faciunt primo l. *diuus*, [a] & l. *infans*, [b] & l. *penult.* [c] quæ habent, furioſum non eſſe puniendum pro delicto, quia ſaris ſuo furore punitur.

Secundo, quod nemo abſque culpa debet puniri, [d] & caſus fortuitus contingit abſque culpa: quia non poteſt quis illi reſiſtere, [e] ergo propter fortuitum caſum nemo debet puniri.

Tertio quod non licet occidere innocentem & iuſtum, iuxta illud Moſis. [f] *Inſontem & iuſtum non occides*, & l. *abſentem*. [g]

Quarto quod iudicium non eſt ſumendum de aliqua re per ea, quæ conueniunt ei per accidens: ſed per ea, quæ conueniunt ei per ſe iuxta l. *ſi quis ne cauſſam*, [h] & tradit D. Thomas ſæpè, præſertim 1. 2. [i] at euentus per accidens conuenit actui: ergo non eſt ſecundum eum iudicandus. Ad quod facit illud Penelopes.

Careat ſucceſſibus opto.
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Ad horum oppoſitorum primum reſpõdet Bartholus, [k] dicens, hunc textum non eſſe intelligendum de omnino demente: ſed de temerario, qui temere & ſubito deliquit: etenim talis puniri debet iuxta l. *reſpiciendum*, [l] vbi Bartholus id latius tradit. Attamen is intellectus non eſt aptus huic cap. tum quia loquitur de dementiſſimo: tum quia loquitur de eo, qui nullatenus deberet puniri, niſi malus euentus conſequutus eſſet: tum quia exemplum Græcorum puniendi delicta fortuita non eſſet aptum propoſito iuriſconſulti. Quare reſpondendum ſecundo, textum intelligendum eſſe de illo, qui iudicaretur dementiſſimus, niſi conſequeretur euentus aliquis grandis inſigniter malus, tunc enim quia ille arguit aliqualem ſuſpicionem, quod aliquantulam mentem habuit, & conſequenter culpam, punitur pro bono exemplo reipub. & ſolatio damno affectorum, vt paulo ſuperius dictum eſt.

Tertio quòd licet quis ſpiritualiter non debeat puniri pro alio ſine culpa propria, vt tradit D. Thomas, [m] poteſt tamen puniri in fortunis, & fama ſine culpa propria, dum tamen ſubſit cauſſa, vt filij per duellium puniuntur, [n] & filij hæreticorum. [o] Vnde cap. *ſine culpa*, [p] non habet ſimpliciter: ſine culpa neminem eſſe puniendum: ſed cum adiectione; *Niſi ſubſit cauſſa*, vt adnotauit gloſſa. [q] Facit item, quòd etiam animal brutum comburitur pro crimine hominis nefando vt habet Moſes, [r] & cap. *mulier*, [s] & tradit D. Thomas. [t]

Ad ſecundum reſpondetur eo modo, quo ad primum concedendo, quod caſus fortuitus non eſt puniendus ſpiritaliter, neque corporaliter ſine ſua propria culpa, neque in fortunis, & fama ſine cauſſa.

Ad tertium reſpondetur ſecundum tertium modum, quo reſpondimus primo.

12 Ad quartum conceditur, quod, cæteris paribus, ſicut nullus actus exterior addit bonitatem vel malitiam actui interiori quoad Deum & forum interius, vt tradit D. Thomas, [a] ita neque euentus, vt probat argumentum, niſi tacitè vel expreſsè fuerit præcognitus, & præuiſus ab agente, vt declarat S. Thomas; [b] ſed negatur quod euentus non inducat frequenter indicium, & cauſſam ad augendum, vel minuendum pœnam vel præmium agenti actum iuxta legem, *quid ergo*, [c] & l. *deſertorem*. [d]

13 Nota ſecundo, præfatum Alciatum, [e] per hunc §. decidere queſtionem ortam ex ſequenti caſu à ſe ita narrato: *Cum duo pueri aleam luderẽt, atque, vt fieri ſolet, iurgio orto, quod in regione aluei rectè diſpoſitam tabellam alter negaret, paulo iracundior alter, temperatorio cultro, quem forte de ludo litterario attulerat, colluſorem percuſſit: ita ſuper pubem, vt ſtatim & è veſtigio moreretur. Quæſitum eſt, qua pœna puer plectendus eſſet*: Decidit enim, illum non puniendum vltra exilij vltionem. Tum quia hic textus habet caſus fortuitos puniri ſolitos eſſe à Græcis exilio: tum quia verba Homeri, quem & hic & ibi iuriſconſultus citat, ſic habent per eundem Alciatum de Græco in Latinum conuerſa.

In veſtras puerum ex Opoente Menetius ades
Me duxit, cædem quo fugi propter amaram
Tempore cum fatuus genitum Amphidamante peremi
Inuitus, propter talos, cum incanduit ira.

Quæ vtique viſa ſunt Alciato continere caſum ſimilem ei, qui contigit illi, & ita ſimiliter decidendum: tum quia verbum illud, *inuitus*, contentum in illis ſignificat, vt ille ait nolentem, ſiue mentem non habentem illum occidiſſe: tum quia gladius temperatorius calamorum, quo alterum interfecit, non eſt de genere inſtrumentorum valentium occidere: vnde præſumitur, prædictum puerum non habuiſſe mentem occidendi, [f] quapropter non fuit ipſe occidendus, ſed ſolùm exilij pœna puniendus. Quæ quidem Alciati deciſio nobis placet: ſed non credimus, eam per præcitatum §. probari: tum quod ille loquitur de pœna fortuiti caſus: at caſus ſupra commemoratus non continet fortuitum homicidium, ſed voluntarium, quia potuit euitari: & conſequenter non erat fortuitus. [g] tum quia de induſtria & propoſito percuſsit eum in loco periculoſiſsimo: quare licet genus gladij argumento ſit, non fuiſſe illi mentem occidendi: genus tamen loci, in quo eum percuſsit, contrarium arguit, tum quia legem illam Græcorum parum conuenire legibus Romanis ſignificat gloſſa vltima, [h] dum ait, id ſeruari apud Græcos, denotans non eſſe idem apud Romanos. Deciſio vero Alciati videtur vera ea ratione, quòd facta puerorum non ſunt pœna ordinaria punienda, vt habet l. *auxilium*, [i] & gloſſa: [k] & quod ſubito, & iracundo calore id fecit, quod etiam pœnam diminuit. argumento l. *quidquid calore iracundiæ*. [l]

Nota tertio, quod in aliquibus libris in fine huius §. ponitur Gregor. & in aliquibus Gregorius: ſicut & ſupra in principio huius cap. in fine verſ. qualitate. Gregor. vitioſe, quia loco illorum deberet ſcribi Græcum, ſiue Græc. abbreuiatum ad ſignificandum quod in Pandectis in l. aut facta. ff. de pœnit. vnde hoc cap. eſt deſumptum ponuntur Græca auctorum Græcorum, quæ Gratianus omiſit ſignificando lectori per verbum Græc. vel Græcum ibidem poſſe verba Græca legi. In quibuſdam tamen libris nouiſſimè impreſsis nihil horum habetur: quod etiam non eſt probandum, tum quia Gratiani verba ſine cauſſa tolluntur, tum quia demptis omnino illis non ſignificatur inueniri Græca in libris Pandectarum. Quare videntur tollenda Greg. & Grego. & Gregorius, & loco illorum reponendum Græcum, ſiue Græc. abbreuiatum, quo ſignificetur ab Homero, & Demoſthene ſuper rebus in iis duobus locis tactis eſſe ſcriptum Græcè, id quod in Pandectis legi poteſt.

CAP. COGITATIO.

GRATIANVS.

COgitatio non meretur pœnam lege ciuili, cùm ſuis terminis contenta eſt: diſcernuntur tamen, à maleficiis ea, quę de iure

a ff. de offic. præſid.
b Ad le. Cor. de ſicar.
c ff. ad leg. Cornel. de parricid.
d Leg. ad ea. ff. de reg. iur. cap. 2. de cõſt.
e Le. cõtract. verſ. animalium vero. ff. de regul. iur.
f Exod. 23.
g ff. de pœn.
h ff. de rebus cred.
i Quæſt. 20. art. 3.
k In dict. leg. aut facta. §. euentus.
l §. delinquitur. ff. de pœ.
m 2. 2. quæſt. 64. artic. 6.
n Leg. ſiquis eum militib. §. filij vero. C. ad leg. Iuliam maieſt.
o Cap. 2. §. quicũque. de hæreſit. lib. 6.
p De reg. iur libr. 6.
q Ibid. & in cap. renouantes. 12. diſtin. & in ca. 2. de cõſtit.
r Leui. 19.
s 15. quæſt. 1.
t 2. 2. quæſt. 108. artic. 4. verb. quæſt. 24. artic. 2. ad 7.

a In d. 12. q. 20. art. 5.
b In d. art. 5.
c §. pœn. grauior. ff. de his, qui notã. inf.
d §. it. qui ad hoſtem. ff. de re militari.
e Lib. 1. diſſert. 17.
f Arg. l. 2. §. Diuus. ff. ad legem Corn. de ſicariis & veneficiis.
g Le. cõtract. ff. de reg. iur.
h huius §.
i §. in delictis. ff. de minorib. l. 11. c. 1. de delictis pueror. l. ff. de reg. iu.

a Supra eod.
b In cap. cogitationis.

effectum deſiderant. In iis enim non niſi animi iudicium conſideratur.

SVMMARIVM.

1 Gregorio incuria librarij tribui cap. cogitatio.
2 Intellectus ſuperſcriptionis cap. cogitatio.
3 Cogitatio quæ punienda.

1 NOta primo hoc caput in aliis libris habere ſuperſcriptionem Gregorius ad longum, & in aliis Gregor. abbreuiatum: & malè, tum quia neutrum eorum pertinet ad hoc cap. tum quia nec pertinet ad finem §. præcedentis, in quo debet eſſe Græc. & nõ Gregor. neque Gregorius, vt diximus in 3. eius notabili, tum quia verba huius cap. non ſunt Gregorij, ſed Gratiani: & ad intellectum eorum debent ſuppleri, & ſubaudiri illæ duæ coniunctiones, *Vel, Sic*, ſecundum gloſſam, Archidiaconum, Cardinalem & Bellameram. Ita quod ſit ſenſus.

2 Ego Gratianus poſt quæſtionem propoſitam in princ. huius diſt. primæ: An per ſolam contritionem ſine confeſsione interiori remitti poſſent peccata inſerui alteram, ſcilicet: An mereatur quis ob ſolam voluntatem, & cogitationem puniri: & adduxi quædam pro parte affirmante ante cap. *cogitationis*, [a] & ab illo capit. vſque ad cap. *pœna*, quædam alia pro parte negante: & in dicto capit. *pœna*, poſui vnam concordiam inter illa, nempe quod iura punientia ſolam voluntatem habent locum tantum in caſibus expreſsis in eis, & non aliis: quia pœnæ non ſunt extendendæ ad alios caſus non expreſſos: nunc autem addo aliam concordiam, nempe, iura decernentia, cogitationem ſolam non eſſe puniendam, intelligenda eſſe de cogitatione interiori ſuis limitibus contenta: alia verò de cogitatione & voluntate actu exteriori comitata, & patefacta.

3 Nota ſecundo, quod in hoc cap. vel §. continentur ſola verba Gratiani vſque ad cap. *diuortium*, quæ continent duo: alterum eſt, quod cogitatio non meretur pœnam lege ciuili, cùm intra ſuos terminos contenta eſt, de quo ſatis ſupérque dictum eſt ſupra, [b] alterum eſt, quod maleficia, & contractus in hac re differunt, quia in contractibus ad hoc, vt valeant, requiritur iudicium: ſiquidem per illa verba? *Quæ iuris effectum deſiderant*, ſoli contractus, vltimæ voluntates, vel iudiciales actus intellexiſſe videtur: quod an ſit verum, & quo modo ſit intelligendum, patebit ex iis, quæ in duobus capitibus ſequentibus dicemus.

CAP. DIVORTIVM.

Eſt lex diuortium. ff. de diuortijs, & repudijs. lib. 24. ff. titut. 2. leg. 3.

PAVLVS LIBRO TRIGESIMO-QVINTO AD EDICTVM.

DIuortium non eſt verum, niſi quod animo perpetuam conſtituendi diuiſionem fit: itaque quidquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum eſt, quàm ſi perſeuerantia apparuit iudicium animi fuiſſe: ideóque per calorem miſſo repudio, ſi breui reuerſa vxor eſt, nec diuertiſſe videtur.

SVMMARIVM.

1 Diuortium quid ſtrictè, & quid generaliter acceptum.
2 Diuortium ſecundum iura canonica, & non Cæſarea iudicandum.
3 Diuortiũ triplex quoad vinculum, torum, & cohabitationem.
3 Matrimonium diuidi religione, & diſpenſatione.
4 quoad vinculum.
5 Matrimonium infidelium conſummatum cur, & quando diuidatur.
6 Matrimonium quoad torum diuidi fornicatione ſæpè & ipſo iure.
6 Matrimonium quoad habitationem diuidi ſæuitia cum ſententia iudicis. num. 7.
8 Matrimonium non diuidi ob furorem, nec ob morbum.

9 Coniunx qui, vel quæ non diuertens ob adulterium excuſatur.

1 NOta primo, verbum, *diuortium*, ſignificare ſeparationem matrimonij: quo modo accipitur in tit. *de diuortiis, & repudiis*, in Pandectis, & in tit. *de diuortiis*, in Decretalibus. Et ſecundum communem vſum, quo iuriſperiti loquuntur: tametſi multa ſignificet acceptum generaliter ſecundum ſuam originem, quam deducit à verbo diuerto, vel diuertor, quod eſt à via declino iuxta illud Cic. [a] *Nuntiat ſe Pompeÿ conueniendi cauſſa diuertiſſe Maſſiliam*. Et inter alia diuerſas vias, ſiue ſemitas tranſuerſas, iuxta illud Virgilij. [b]

Obiiciunt equites ſeſe ad diuortia nota.

2 De quo diuortio dicimus primo, quod hoc cap. quoad cõtentum in eo principaliter, & l. *diuortium*, [c] & aliæ multæ leges ſæculares, præſertim Cæſarum ethnicorum, nihil vel parum ſeruiunt Eccleſiæ Chriſtianæ, ſecundum cuius diuinas, & Pontificias leges matrimonium eſt ſacramentum, iuxta illud Pauli Apoſtoli. [d] *Sacramentum hoc magnum eſt*: quod eſſe de fide definiuit Sanctum Concilium Tridentinum, [e] & perpetuum, & indiſſolubile, iuxta illud. [f] *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet*, tranſlatum in cap. *quos Deus*, [g] & in capit. *inter corporalia*, [h] & definit idem Concilium Tridentinum, [i] in decreto de ſacramento matrimonij. [k]

3 Secundo dicimus, quod licet raro fiat diuortium ſecundum iura Pontificia: fit tamen aliquando, vt diximus in Manual. Confeſſ. [l] tripliciter. Interdum in totum, etiam quoad vinculum: interdũ quoad torum, & habitationem tantùm: & interdum quoad torum tantùm. Nam diuiditur in totum antequam ſit copula carnali conſummatum per profeſsionem ſolemnem religionis approbatæ, [m] quod eſſe de fide definit Concilium Tridentinum. [n]

4 Diuiditur etiam ante conſummationem per diſpenſationem Papæ iuſta de cauſſa factã, ſecũdum gloſſam, ſi o receptam ab omnibus puris canoniſtis, & theologis canonum peritis contra puros theologos, excepto Caietano, p quorum opinio adeo ſeruatur, quod etiam ter vel quater ad petitiones conſilio meo, antequam ad vrbem veniſſem oblatas fœl. recor. Paulus Papa III. & Pius IIII. per ſuas diſpenſationes diſſoluerunt quædam matrimonia omnino clandeſtinè contracta nondum conſummata in remedium animarum alioquin perituraru. Quod atteſtor, ne quis ſequutus Sotum, q contra Caietanum vllum ſcrupulum ingerat his, qui huiuſmodi ſanctiſsima gratia fruuntur, vel poſthac fruentur. Nam & poſt eum Michaël à Medina Franciſcanus vir eruditiſsimus, idémque purus theologus, r Caietanum, & communem eſt ſequutus.

5 Diuiditur item matrimonium contractum inter infideles etiam poſt conſummationem, ſi altera pars eorum ad fidem Catholicam conuertatur, & altera nolit ei cohabitare ſine contumelia creatoris, & ſine niſu ad peruertendam, vel inducẽdam eam in mortale. [s] Quia, vt dictum eſt, non eſt inter eos ſacramentum, ſed contractus tantùm.

6 Diuiditur autem quoad torum & cohabitationem, & non quoad vinculum propter fornicationem iudicis auctoritate, iuxta illud. [t] *Quicumque dimiſerit vxorem, niſi ob fornicationem, &c.* relatum in cap. *dixit dominus*, [v] & cap. *dominus*, [x] & etiam propter ſæuitiam coniugis, & ob aliquas cauſſas notatas ſuper textum ſingularem. [y]

7 Diuiditur autem quoad torum tantùm ob fornicationem per ſolam Euangelij auctoritatem ſine alia iudicis ſententia ſecundum gloſſam, [z] & communem. Circa quæ alias hic addidimus, primo poſſe coniugem Catholicum, vel Catholicam diſcedere à cohabitatione coniugis Lutherani, vel Lutheranæ ad ſuam hæreſim inducentis per cap. 2. [a] non tamen nouè contrahere. Secundo idem eſſe dicendum de coniuge, qui vel quæ à ſuo, vel ſua coniuge inducitur ad aliud peccatum mortale, & non poteſt ab inducendo retrahi vt ait Paludanus. [b] Tertio reſpondiſſe nos cuidam nupturæ, poſſe illam recedere à ſuo marito adeo laxo animo & nimium fidenti, quod inducebat in domum ſuam quoſdam amicos parum pudicos, quibus vel aliquo eorum in ea relictis exibat domo, & illi modo directè, modo indirectè, modo verbis, modo tactu inducebant eam ad aliquod peccatum cordis, & in grande periculum

a 6. Philip.
b Æne. 9.
c 2. ff. de diuortijs & repudiis.
d Epheſ. 5.
e Seſſ. 24. cano. 1.
f Marc. 10. & Matth. 19.
g 33. q. 2.
h De tranſla. prælat.
i In dict. ſeſſ. 24.
k In princ.
l Cap. 22. à num. 21.
m Ca. ex publico. de conuerſ. coniug. cap. commiſſum. de ſponſ.
n Vbi ſupra. can. 6.
o In dict. cap. ex publico.
p In tomo 1. opuſculor. opuſc. 28.
q Lib. 7. de inſt. & iur.
r Lib. 5. de ſacro hominum continen.
s Cap. gaudemus. de diuor.
t Luca. 16.
v 32. q. 1.
x Ead. cauſſ. quæſt. 7.
y In cap. literas, §. fi. de reſt. ſpoliat.
z Cap. noſſe. 32. q. 1.
a De diuor.
b In 4. diſt. 39. quæ. 1. col. fin.

operis:& rogatus ab ea,ne id faceret,negligebat,per multa,quæ ibi adduximus. Quartum coniugem à coniuge recedere non posse propter morbum, quem alij Gallicum, alij appellant Neapolitanum.argum.cap.*si vxorem*,& cap. *horrendus*,[a]& tradit Alexander,[b] quia non potest etiam ob morbum Lepræ. Quinto quod coniux à coniuge non potest ob amentiam discedere,nisi probabile mortis periculum inducerer per prædicta: quod dolens respondi cuidam amico religionem intrare volenti, eo quod vxor furere cœperat, quia commodè poterat eam à se offendendo arcere. Sexto non peccare vxorem, eo quod non discedit à marito adultero, etiam in adulterio perseuerante: eo quod ei reddat, vel petat debitum, etiamsi publicè adulteretur, modo id ei non placeat (quod fere semper contingit & probabiliter arbitretur, eum non destitutum ab eo,licet ipsa ei debitum neget.

8 Immo nec maritus peccaret idem faciendo cum vxore adultera, si displiceret ei adulterium, & pensatis personarum loci, & temporis, aliisque circumstātiis fieret probabile,eam non posse ab adulterando arceri sine maximo scandalo, & damno publico vel priuato. Per quod limitandum est illud Chrysostomi, [c] relatum à Gratiano. [d] *Patronus turpitudinis est,qui celat crimen vxoris.*

9 Cui concordat cap.*si vir.*[e] Septimo quod coniux adulterans non potest exigere debitum à consorte innocente tamquam iure debitum: sed potest petere tamquam licitum, siue publicum siue occultum sit adulterium, & siue coniux innocens sciat, siue nesciat illud. Quia licet adulterans ipso iure perdat ius exigendi:non tamen perdit ius rogandi,vt concedat illud,si voluerit. Eo quod vinculum matrimonij durat,non obstante adulterio:quod esse de fide prædictum Concilium Tridentinum [f] declarauit, & facit illud licitum, cum nullo iure naturali diuino,vel humano prohibeatur.

10 Nam licet Dominus, [g] concedat innocenti facultatem negandi debitum: non tamen negat potestatem reddendi illud, si voluerit, nec adultero facultatem petendi tamquam rem licitam,licet non debitam. Ex quibus consequitur, posse coniugem innocentem adulteranti denegare debitum sine vlla iudicis auctoritate,iuxta illud: *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.* [h] quæ breuis declaratio est mentis Caietani. [i] Octauo quod coniunx innocens etiamsi cœperit negare debitum adulteranti,si postea adulteretur,tenetur ei reddere debitum, quia per compēsationem tollitur, quoād potestatem negandi hoc crimen, [k] quod confessarij magnopere aduertant ad præcipiendum multis maritis,qui recedunt à toris vxorum propter præsumptum, vel verum adulterium,& se copulant aliis,vt redeant ad eas:hi enim nullatenus sunt absoluendi,nisi prius incipiant reddere debitum vxoribus , aut certè concipiant propositum efficax reddendi illud,arg.cap.*peccatum*,[l]cum similibus. Nono , quod non obstant prædictis cap. *significasti*.& cap.*porro*,[m] quatenus habent, non posse coniugem innocentem discedere ab adulterante sine iudicis auctoritate nisi adulterium sit notorium , quia illa intelligenda sunt quoad forum exterius: non autem quoad interius,de quo agimus,Per quæ declaranda est glossa.[n]

Nota secundo calore iracundiæ facta non videri valida esse, nisi eo cessante ratificentur, de quo est regula iuris,cuius initium est,*quidquid*,vbi ponuntur eadem verba, quæ hic. Per quæ Ludouicus Romanus, [o] l.*quidquid*, [p] addit multa,quorum aliqua sunt emendanda,vel saltem declaranda. Primum enim dicit, contractus per iracundiam factos non valere: tum per l.*diuortium*,[q] vnde hoc cap.desumptum est , quod loquitur de contractu diuortij & separationis: & habet non valere illud nisi post sedatam iracundiam ratificetur: tum per l. *quidquid*, [r] vbi ait Bartholus venditionem factam ab eo , qui erat iratus in suos cognatos , non valere: tum per l.*licitatio* , [s] quæ videtur probare , obligationem augmenti pretij , quam quis facit in subhastatione calore licitationis ab altero factæ non valere. Quæ tamen conclusio videtur falsa,nisi calor iracundiæ tantus fuerit, vt contrahentem à suo iudicio penitus alienet. Primo quidem per cap. *sunt qui opes*, [t] quod irrefragabiliter probat, donationem bonorum tumultuario siue turbato iudicio factam valere. Secundo per cap. *dum* , [a] quod probat , votum per iracundiam factum valere: nisi tanta fuerit iracundia,quæ vouentem penitus iudicio deturbaret : vt Ioannes Andræas , Panormitanus & communis intellexerunt. Tertio quod etiam iuramētum per iracundiam factum obligat, argum.ca.*sicut ex litteris*, [b] quatenus ibi iuramentum factum calore iracundiæ non declaratur non valere ob iracundiam,sed ob aliam rationem. Quarto , quòd contractus etiam metu factus regulariter valet , iuxta glossam solemnem , & receptam cap. *Abbas*, [c] & citata per illam.

Quinto quia votum facilius redditur inualidum,quàm contractus, vt dictum est: at valet votum per iracundiam emissum à vouente non penitus à suo iudicio deturbato: ergo & contractus. Tum quod non videmus vllibi iudicari contractus esse nullos propter solam iracundiam,immo non memini vllum ob id solùm , quod iratus contraxisset,rescissionem contractus obtinuisse, tantùm abest,vt debeat dici nullus, & inualidus. Quod etiam Decius, [d] *quidquid*, tenet quamuis adeo breuiter , vt multis videri possit Romanum, quem ibi citat sequutus: & ante illum Felinus licet per transitum, [e] nemo tamen respondet argumentis Romani,sed responderi potest.

13 Ad primum quidem , scilicet, l. *diuortium*, [f] translatam in dict.l.*quidquid calore*,§ & in hoc cap.quod ipse non citat,primo quod est lex ciuilis & sæcularis facta à legislatore laico, immo & ethnico, cui nulla erat potestas legis ferendæ in re spiritali , [h] quale est matrimonium, præsertim quoad ea,quæ tangunt firmitatem,vinculum,& dissolutionem eius,iuxta cap.*tuam*,[i] cum ei adnotatis.

14 Secundo concedendo , diuortium per iracundiam sine auctoritate Ecclesiæ factum non valere; sed negando, quod id eueniat ea sola ratione , quòd fiat per iracundiam,sed quia est illicitum, & malum, quod fieri nequit, etiam sedato,& sereno animo: sicut etiam in præfato cap. *sicut ex litteris*, [k] dicitur iuramentum monachi per iracundiam factum de non manēdo in monasterio cum quodam alio monacho non valere , non prouenit ex sola ratione iracūdiæ,vt supra dictum est,sed quia iuramentum erat illicitum: quippe contra votum obediendiæ,& contra perseuerantiam promissam , vt habet textus & declarat glossa & communis opinio.[l] Tertio magis mirandum esse tot iuris vtriusque interpretes quidquam fundamenti iecisse super illo cap. & illa lege infirma & vana,quam serio cogitandum, quid illi respondendum sit : cùm eos omnes oporteat fateri , diuortium nec irato , nec sedato animo fieri posse sine auctoritate Ecclesiæ, etiam impedimento subsistente, [m] nisi adulterium esset notorium.[n]

Ad secundum etiam respondetur illam legem,*quidquid*, & hoc cap. ei concordans & decisionem Bartholi , [o] intelligenda esse de contractu facto calore tantæ iracundiæ , quæ mentis alienationem induceret, & non de illa, quæ solam perturbationem per prædictum cap. *sunt qui opes*,P & cap.*si quis iratus*,q quod Bartholus citat,& ita nihil inferuire suo proposito , quippe quod loquitur de delinquente,& iurante, & non de contrahente.

Ad tertium respondetur, quod illa lex , *licitatio* , solùm probat,non esse adiudicandam rem in auctione, siue subhastatione positam plus offerenti antequam fideiussores, vel idoneam cautionem præstet:quod non est contra conclusionem nostram.

15 Ad quartum conceditur , quòd ea, quæ iocò promittuntur, non obligant , [r] sed negatur ex eo inferri ad promittentem per iracundiam : nisi quando est tanta, quæ alienet à mente. Quia arguitur à non habente animum obligandi ad habentem illum, licèt turbatum,& ita à separato ad valde separatum contra l. *Papinianus*. [s]

16 Ex iis infertur primo, non esse speciale priuilegium piæ causæ,vt donatio per iracundiam ei facta valeat:quia si fiat per iracundiam à iudicio prorsus alienantem non valet,plusquam si fierer rei profanæ:quod etiam sentit vbi supra Decius & quidem rectè ea ratione , quam ipse non citat, quod Ecclesia est æquitatis amica,iuxta cap.*fraternitas*,[t] cum glossa & ei adnotatis, & non vult, vt sibi detur, vel relinquatur cum aliena iactura plusquam alij, [v] immo nec quantùm alij,vt glossa eius sentit.

Secundo infertur, insipidam esse illam differentiam,

a *De conuer coniug.*
b *De iureiu.*
c *De iis quæ vi metus.*
d *In dict. reg.*
e *In c.dilecti. nu. 15. de exceptionibus. & ff. de diuort. & ff. de reg iu.*
h *Cap. bene quidem. 36. dist. & cap. Ecclesia. de consist.*
i *De ordinan. cognit.*
k *De iureiuran.*
l *Ibidem.*
m *Ca. porro. de diuor.*
n *Cap. significasti.eodem.*
o *In dict. leg. quidquid.*
p *17. quæst. 4. q 2. quæst. 3.*
r *Leg.3. ff. de act. & oblig.*
s *ff. de minor.*
t *12. quæst. 2. v cap. fin. 17. quæst. 4.*

a *32. q 5.*
b *In l. si eum dotem. §. si maritus. ff. solu.mat.*
c *Homil. 26. super Matth. cap.9.*
d *In ca.1. 32. q.1.*
e *De adult.*
f *Vbi supra.*
g *Matth. 5. & Luc. 16.*
h *Leg. cū proponas. C. de pact. cap. peruenit.de iureiuran.*
i *In tract.17. responsor. responsi.4.tom. 1.*
k *Ca. intelleximus , de adulter.*
l *De reg. iur. lib.6.*
m *De diuort.*
n *Cap. 1. 32. quæst.1.*
o *In singulari 414. quod incipit; Volo commentari tibi.*
p *ff. de regul. iur.*
q *2.de diuor. & repud.*
r *ff. de regul. iur.*
s *In princ. ff. de publican.*
t *17 q.4.*

quam sensit Gratianus inter delicta & contractus in cap. præced. vt ibi dixi.

17 Tertio, non esse verum id,quod Romanus,[a] de voto ait,scilicet,votum per iracundiam factum nullum esse, sequutus glossam , [b] quæ planè falsa est : nisi intelligatur de ira alienante vouentem prorsus à iudicio, vt Ioannes Andreas [c] receptus ibi, & communiter à canonistis rectè tenet, licet Iason, [d] & Felinus, [e] simpliciter sequantur Romanum. Vnde & prætorium Sacræ Pœnitentiariæ omnia vota per iracundiam , vel aliam passionem & turbationem facta iudicat esse valida : nisi tanta fuerit iracundia, tantáque passio , & turbatio , quæ vouentem extra mentem ad insaniam trahat.

Quarto quod idem à fortiori est dicendum de iuramento, vt etiam Felinus cum communi tenet , [f] quamuis Romanus, [g] malè contradicat.

IN GLOSSAM.

Nota ex glossa prima , non censeri quid factum , nisi perseuerauerit, de quo in cap.sequent.dicetur.

CAP. SI QVIS IRATVS.

FABIANVS PAPA EPISTOLA TERTIA AD HILARIVM EPISCOPUM.est in Cod. Theod. lib. 9. titul.1.leg.1. & in cap. libr. 7. cap. 36. & in epist. Sixti III. cap.3.

Si quis iratus crimē cuilibet temere obiecerit , conuitium non est pro accusatione habendum: sed permisso tractandi * spacio, si id quod iratus dixit , per scripturam sese probaturum fateatur : vt si fortè resipiscens quæ per iracundiam dixerit iterare, aut inscribere noluerit: non vt reus criminis teneatur. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Facta sine perseuerantia non haberi pro factis in malis , & in bonis sic incautè resoluit Baldus communiter receptus.*
2 *Deus potest facere, ne facta in sensu diuiso.*
3 *Facta verè frequenter fictè sunt facta.*
4 *Ira,quæ non alienat à sensu,facta valent.*
5 *Dispensatio voti & iuramenti ob iram facti datur.*
6 *Tempus infra quod ira potest allegari pro impunitate.*

1 NOta primò non videri quem facere id,in quo non perseuerat: nec fuisse id,quod non durat. Pro quo primo facit cap.præcedens cum glossa quæ habet,non dici quid factum, si non est in eo perseueratum. Secundo facit , quod frater Salomonis , qui statim ab ortu mortem obiit,dicitur non fuisse,iuxta cap.*nam ego*, [h] adiuncta glossa,& prohibitio prætoris cessat per concessionem contrariam , [i] & qui cœpit cudere falsam monetam, non videtur cudisse, nisi perfecerit.[k] Et non videtur erratum quod emendatur.[l] Tertio quod qui soluit,ita vt illud statim recipiat , non videtur soluere.[m] Neque qui capit , vt statim restituat,[n] & quem rectè pœnitet,non videtur peccasse.[o]

Sed contra hæc omnia & similia facit primo , quod Agatho relatus ab Aristotele , [p] aiebat , non posse Deum facere non fuisse quod fuit. Pro quo est lex *in bello*, q & illud Hieronymi,[r] relatum in cap.*si Paulus*. [s] *Cùm omnia possit Deus suscitare non potest virginem post ruinam.* Secundo , & qui vouit,& qui iurauit aliquid quod est licitum, licet statim pœniteat , tenetur voto & iuramento secundum omnes. Et qui se obligat alicui,licet pœniteat,manet obligatus extra cōtractus,in quibus est locus pœnitentiæ.[t] Quæ planè omnia videtur conciliare Baldus , [v] vbique fere receptus. Cuius concordiam ante omnes videtur sensisse Gratianus, [x] scilicet quod notabile præfatum procedit in maleficiis & in delictis , quæ non sortiuntur iuris effectum : contraria verò in licitis , quæ sortiuntur iuris effectum. Quæ tamen concordia & resolutio confutatur per eadem iura supra citata:nam cap. hoc & capit. *nam & ego*, & cap. *apud iudicem* , & lex , *qui falsam* , loquuntur de delinquentibus, & delictis:& habent facta,quę non possiint, haberi pro non factis ob defectum perseuerātiæ: & econtrario, votum , iuramentum , & multi alij contractus non sunt delicta,quæ tamen non habentur pro non factis propter præsentiam , & defectum perseuerantiæ. Quare dicendum primo, quod veritas præfatorum dictorum Agathonis & Hieronymi, petenda est ex doctrina,quæ traditur à logicis in materia enuntiationum modalium , [a] quæ fusè traditur à S. Thoma in libr. opusculorum opusc.40. & presius in 3.lib.sent. [b] quam sensit glossa subtilis in ca. *Nabuchodonosor*, [c] quæ doctrina habet in summa, quod hæc propositio: Possibile est,factum non fuisse factum,potest capi in sensu diuiso, & in sensu composito: & in composito est falsa,quia significat, quod Deus potest facere, aliquid quod est factum,non fuisse factum: quod est falsum: quia Deus non potest facere duo contradictoria esse simul vera:& hæc propositio continet duo contradictoria,scilicet:Hoc esse factum:)(: Hoc non esse factum: in sensu tamen diuiso est vera: quia sensus est,possibile esse Deo,qui habet,habuit,& habebit semper vnam & eandē omnipotentiam,quòd hoc tantùm cōsideratum, vt possibile contingens sine qualitate factionis præteritæ, non sit factum.

Secūdo,quòd fictione iuris effici potest,vt verè factum vel omissum fingatur non esse factum,vel omissum,& habeatur pro tali:vt in §.*fuerat*,[d] & l.1.[e] act.& tot.tit.ff.& C. de cap.& postlim. reu. In quibus is, qui verè viuit, fingitur esse mortuus , & habetur pro tali. vt latè tradunt Bartholus & alij repetentes.[f]

Tertio quod multa facta , & omissa , tam in delictis, quam in contractibus habentur pro non factis, & non omissis per consensum partium, per solutionem,pœnitentiam, & absolutionem, & per aliquot alias causas, quoad omnia,vel quoad partem,prout in diuersis materiis diuersimodè statutum inuenitur, quæ quia sunt varia, & diuersa, non possunt certa iuris regula comprehendi.

3 Nota secundo,eum,qui alteri crimen per iracundiam obiicit excusari,si non perseueret in obiectione. Pro quo est capit. præcedens , qua parte continet id, quod regula, *quidquid*,[g] nempe calore iracundiæ factum non valere,nisi postea ratum habeatur : per quam ibi Bartholus dixit, alienationem bonorum per iracundiam factam non valere allegando in id hunc textum quatenus est situs in cap. *si quis iratus*, [h] quod tamen non seruire suo proposito diximus in cap.*diuortium*,[i] quia sua decisio est de contractu: & ea.hoc agit de delicto, inter quæ quoad hoc esse magnam differentiam censuit Gratianus, [k] & Ludouicus Romanus, [l] & Baldus. [m]

4 Contra tamen hoc notabile videtur esse primo casus in l.*item apud Labeonem*, [n] quatenus habet, eum qui conuiciatur teneri actione iniuriarum. Secundo l.*si non conuicij*, [o] quæ habet duo: alterū verba iniuriosa prolata in aliquem in dubio præsumi animo iniuriandi prolata:alterum quòd qui ea protulit intra annum actione iniuriarum conueniri potest. Tertio quod, vt plūrimum, omnia conuicia per iracundiam obiiciuntur, & si ob eam obiiciens excusaretur, impune quis alios verbis iniuria afficeret.

Quare dicendum est primo,malè communiter allegari contextum illius cap.ad fundandum notabile prædictum. Quia non habet textus, eum, qui obiicit, excusari à pœna, & impunem esse debere,nisi perseueret in obiectione:sed longè aliud,obiectionem scilicet criminis per iracundiam propositam non esse habendam pro accusatione , nisi sequantur inscriptio, & alia necessaria ad accusationem, de quibus in cap.*super iis*,[p] & in l.*libellorum*, [q] & ita excusabitur à pœna talionis & aliis multis , quibus calumnioſus accusator est puniendus, [r] alias tamen punietur extraordinariè iudicis arbitrio.

Secundo quod Decius,[s] dixit quòd vt differentia inter delicta & alia, de quibus supra disputatum est habeat locum, dicendum est , quod in delictis non excusatur delinquens ex calore iracundiæ dato quod maxima sit iracundia , propter quam alienetur à mente , per ea quæ supra [t]

a *In lib.1. Periermenias, siue de interpretatione.*
b *Dist.2. q.1. ar.1.quæstiū cula 3. & in 1. par. quæst. 25. artic. 4.*
c *§. nasci ira. qui alias est, in verb.quæstio. 23. qu. 4.*
d *Institutione. de actionibus.*
e *ff. de rei vxoriæ.*
f *In leg. si is, qui pro emptore.ff. de vsucap.*
g *De reg.iur.*
h *2. quæst. 3.*
i *Sup. eadem. numer.4.*
k *In cap. cogitatio. sup.ea.*
l *In singul. 414.*
m *In le si non conuicij. C.de iniuriis.*
n *§. ait. prætor.ff. de iniu.*
o *C. eod. tit.*
p *De accus.*
q *ff. eodem.*
r *Cap. quisquis & cap. qui crimen.2. quæst.8.*
s *In d.l.quidquid.num.7.*
t *In c. diuortium nu.12.*

h *De verbor. significo.*
i *Le. si optus. ff. de operis nou. nuntiatione.*
k *Le. qui falsam.ff.ad leg. Corn.de falsi.*
l *Cap. apud misericordē. 32. quæst. 1.*
m *Le qui solui ff.de solutionibus.*
n *Le.aliud est capere ff. de verbor. sign.*
o *Cap. ferrū. 30. distinct.*
p *In 6. Ethic.*
q *§. facta. ff. de captiuis, & postlim. reuerf.*
r *In epist. ad Eustochiū de custodia virginitatis.*
s *32. quæst. 5.*
t *Leg. sicut inuto. Cod.de obligationib. & cap. quod semel placuit. & ca. mutare.de reg. iur. libr. 6.*
v *In le. si non conuicij. C.de iniuriis.*
x *In cap. cogitatio. sup. ead.*

adduximus. Quod tamen non videtur tenendum. Tum per finem cap. *mertto*, [a] ibi: *Non sunt peccata nolentium, nisi nescientium, quæ discernuntur à peccatis volentium.* Tum per l. *illud*, [b] ibi: *Sanè sunt quidam qui iniuriam facere non possunt, vt puta furiosus, & impubes, qui doli capax non est, namque hi pati iniuriam solent, non facere.* Fateor tamen difficile probari posse, fuisse tantam, quæ adeo abstulerit iudicium & mentem, ita vt tunc peccare non potuisset secundum Panormitanum in cap. dudum de conueri. coniug. Præsertim si constaret ante, atque post illud delictum, habuisse ad id sufficiens iudicium.

Tertio quod quamuis ex toto non excusetur ille, qui iracundiæ calore deliquit: pœna tamen mitigari debet in delicto commisso cum tali iracundia propter quam alienatus sit à mente, vt Romanus concludit. [c] Et facit textus in l. 1. [d] & in l. *famosi*, [e] & idem Panormitanus concludit, [f] vbi concludit, quod ille, qui prouocatus ad iracundiam deliquit, mitius debet punirt, argum. l. *si adulterium cum incestu*. [g] vbi dicitur difficillimum esse iustum dolorem temperare: idem Panormitanus dicit, [h] cum similibus, vt ibi Felinus tradit. Et sicut iracundiæ calor est causa minuendi pœnam delicti: ita est causa dispensandi, & relaxandi votum, & iuramentum vim voti habens cum aliqua recompensatione salutari: quod frequenter in sacro Pœnitentiariæ prætorio fieri videmus.

5 Quarto quod infra quantum tempus allegari possit, dictum vel factum fuisse per iracundiam notat Lucas de Penna, [i] vbi varias refert opiniones, & videtur resoluere, quod infra triginta dies hoc allegari possit: & allegat bonum textum, [k] ca. *cum apud*, & in l. *si vindicari*, [l] quem refert & sequitur Decius. [m] Quamquam ipse non video ad quid plus prodesse possit allegatio illius iræ facta ante triginta dies, quam facta paulo post: cùm tantum possit mollire & pacare animum iniuria affecti & mouere ad condonandum eam, vel iudicis ad minuendum pœnam, si fiat trigesimo primo, vel trigesimo quinto, aut quadragesimo, significando iustam pœnitentiam, & petendo debite veniam, vel pœnæ diminutionem.

CAP. PERICVLOSE.

AVGVSTINVS AD HILARIVM.

PEriculosè decipiuntur, qui existimant, eos tantùm homicidas esse, qui manibus homines occidunt, & non potius eos, per quorum consilium, & fraudem & exhortationem homines extinguuntur: nam Iudæi nequaquam propriis manibus Christum occiderunt, sicut scriptum est: Nobis non licet interficere quemquam:* sed tamen illis mors domini imputatur: quia ipsi lingua eum interfecerunt: Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Dilexisse nos Iesum vsque ad mortem meminisse oportet.*
2 *Homicida omnis, qui occidit inordinatè, qui consulit, & mandat ad hunc effectum. num. 6.*
3 *Facere non dicitur propriè, qui consulit, mandat, &c.*
4 *Occidere quos, & quo modo licuit Iudæis.*
4 *Iudæis ob quod crimen, & quomodò licuit occidere.*
5 *Christus qua ratione dicitur crucifixus hora tertia & sexta.*
5 *Dies artificialis, vt diuiditur in horas duodecim.*

1 MVlta ex hoc ca. notari possunt, tam quoad forum interi[9], quàm exterius: & in primis nota, Dominum nostrum Iesum Christũ dilexisse nos vsque ad mortẽ, [n] quod semper meminisse, atque nos parare ad subeundam quotiescumque oportuerit pro eius amore, & honore mortem, plurimum profuerit. Deinde quod eam intulerunt illi Iudæi verbis, & gentes factis: & quod non Iudas, sed Iudæi eum tradiderunt Pilato morte condemnandum. Tertio quod manus, quia est membrum ad operandum magis, quam cætera corporis membra paratum, accipitur pro opere reali: & quod homicidium est grauissimum peccatum: & quod omnes homicidæ etiam verbo tantùm sunt tales: & quod pœnitentiam agere debent.

2 Nota secundo quod licet interdum occidere hominem, in quo multùm moratur dominus Cardinalis multa trita & vulgaria pro vtraque parte adducendo: quæ omnia breuiter resolui possunt dicẽdo ex mente S. Thomæ, [a] & omnium, quod per quintum præceptum Decalogi traditum à Mose, [b] non prohibetur omnis hominis occisio: sed tantùm occisio inordinata illius, qui non meretur occidi, vel non eo modo, quo occiditur, vt nos post alios tradimus in Enchirid. Confessar. [c]

Nota tertio id, in quod principaliter citatur hoc cap. à Gratiano, scilicet cõsultorem homicidij esse homicidam, etiamsi ipse suis manibus non occidat: quod extenditur per cap. *si quis viduam*, [d] ad præcipientem, defendentem, & facientem: & per cap. *sicut dignum*, [e] ad exhortantem, comitantem, & quoquo modo adiuuantem: & per cap. *quantæ*, [f] ad non defendentẽ: & per glossam prædictam, [g] ad ratum habentem. Quæ planè omnia sunt vera quoad finem in quem grauissimus ille patriarcha noster Augustinus omnia in hoc cap. contenta inducit, scilicet quod omnes prædicti peccant mortiferè: sicut & is, qui manibus propriis occidit. Quoniam etiam omnes, qui simpliciter consentiunt: & quibus simpliciter placet non solùm homicidium iniustum, sed etiam quodlibet aliud peccatum mortiferum, peccant mortiferè per illud Pauli. [h] *Facientes & consentientes digni sunt morte*, relatum in cap. 1. [i] & in præcitato cap. *quantæ*. [k] Faciunt, & multa alia similia, & tradidimus in cap. *cogitationis*, [l] & in Enchirid. Confessar. [m]

3 Quæstio tamen maior & vtilior est, an omnis canon & lex imponens pœnam excommunicationis vel aliam facienti homicidium, vel aliud delictum includat consulentem, & omnes alios prædictos. Nam pro parte affirmante facit, quod lex Iulia maiestatis, & lex Cornelia de sicariis, & veneficiis, quæ sunt latæ contra perduelles & sicarios, non solùm includunt facientes perduellionem, id est, sumentes arma aduersus patriam, vel principem: sed etiam volentes, & tentantes sumere, & consulentes, [n] & eos, qui occidendi animo tela ferunt. [o]

Secundo quod non solùm feriens clericum: sed etiam mandans, vel consulens est excommunicatus, [p] & non solùm percutiens S.R.E. Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, aut Nuncios vel Legatos: sed etiam consulentes sunt excommunicati. [q] Et non solùm hæretici sunt excommunicati: sed etiam consulentes, receptatores, defensores, & fautores eorum. [r]

Sed contrarium est tenendum, vt nos tenuimus in Enchirid. Confessarior. [s] nempe, quod lex excommunicans facientem aliquid, non comprehendit regulariter consentientem, etiam mandando, consulendo, fauendo, receptando, vel auxiliando antequam fiat: nisi ex eius tenore, vel aliarum legum id expresè aut tacitè colligatur: quod firmiter asseuerat Caietanus, [t] & Siluester sibi contrarius, [v] & Ioannes Tabienna, [x] Bonifacius cum communi, [y] quod & nos vbi supra confirmamus. Tum ea ratione quod canones & leges non debent continere superflua & superuacanea, [z] at capit. 1. *de schismatic.* [a] & clement. *si quis suadente*, [b] exprimunt consulentes: quod superfluum & superuacaneum fuisset, si absque illa expressione fuissent inclusi: tum quia participans cum excommunicato ante commissum crimen habens annexam excommunicationem, vel cum committitur, non incurrit eam per resolutionem positam in præfato Enchirid. prædicto, [c] & constat, omnes prædictos communicare in crimine ante crimen commissum: tum quia cap. *quod in dubiis*, [d] habet participantem cum excommunicato esse excommunicandum, & excommunicatum: tum quod Ioannes relatus à glossa illius cap. *quod super*, intellexit eam de participante in crimine: Qui licet merito carpatur ibi à Panormitano & communi quoad participantem in crimine commisso: non tamen carpitur quoad participantem ante illud commissum, qualiter participant ij, de

quibus

a Dist. 37. q. 1. art. 4. libr. senten.
b Exod. 21.
c Ca. 15. nu. 1. & 2.
d 50. distinct.
e De homic.
f De senten. excom.
g Cap. si quis viduam.
h Ad Rom. 1.
i De offic. deleg.
k De senten. excom.
l Supra eod.
m Caput. 11. numer 9.
n Le. si quis. & l. qui quis C. ad leg. Iuliam maiest.
o Leg. 1. ff ad leg. Corn. de sicar. & cap. quisquis, & ca. si quis cũ telo. sup. eod.
p Cap mulieres de senten. excom.
q Capit. 1. de ichn. mater. li. 6. cle si quis suadente. de pœn.
r Ca. excommunicamus. de hæreticis & cap. 2. eod. tit. libr. 6. & cap 1. bulla. cœnæ dom. m.
s Cap. 27. nu. 51.
t In summa. verbo excõmunicatio. pag. 2. & c. 47. & notab. 3.
v In verbo excõmunicatio. dubio 10.
x Verb. excõmunicatio. 5. casu 40.
y In clem. de consanguin.
z § quib. le 1. C. de nouis C. facien. & in proœm. Gregoriano. a lib. 6.
b De pœnit.
c Capit. 27. numer. 32.
d De senten. excommu.

a De pœnit. lib. 6
b De pœnit. & ff. de iurisd. omnium iudic.
d Sup. eadem numer. 2.
e Ioan. 19.
f Genes. 49.
g ff. de iurisd. omnib. iudi.
h In ca. quod Iedẽ. de offic. ordinar.
i In 3 par. q. 47. ar. 4. ad 3. & etiã sup Ioan. ca. 18. lect. 5.
k Exod. 22.
l Psalm. 100.
m Act. ca. 7.
n Ioan. 19.

quibus loquitur: tum quod cap. *fœlicis*. [a] & clem. *si quis suadente*. [b] & multa cap. bullæ cœnæ. & l. *si quis id, quod*. [c] & alia multa exprimunt consulentes, mandantes, &c. cum intendunt eos includere: tum denique quod in ca. *pœnæ*. [d] late resoluimus, legem pœnalem non extendi vltra proprium casum ex similitudine, neque ex identitate etiam omnimoda eiusdem rationis: at palam est per prædicta, alium esse facientem actum, & alium consulentẽ, & mandantem: ergo lex loquens de faciente non est extendenda ad consulentem, & mandantem.

Ad opposita respondetur, illa procedere quando legislator in ipsamet lege, qua imponit pœnam facienti, vel in alia, extendit eam ad consulentem, vel mandantem, vel aliter constat de mente ipsius, vt supra tactum est.

4 Nota tertio, hic videri probari, non licuisse Iudæis à tempore, quo cœperunt Romanorum ditioni subiici, occidere quemquam criminosum, quia vt inquit textus, [e] ipsemet dixerunt, sibi non licere occidere quemquam. In quod item facit, quod erat ab eis ablatum sceptrum & regnum, iuxta illud. [f] *Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat, qui mittendus est.* quo significatur aduentu Christi adimendum esse illud ab eis: & ita regia potestas desiit esse apud eos: & consequenter merum imperium, quod videtur pertinere ad Regem, & ad eius ministros, quales non erant Iudæi, argumento l. *imperium*. cum ei adnotatis [g] per Panormitanum & alios, [h] quod tenet D. Thomas. [i]

Contra quod tamen facit primo illud. [k] *Maleficos non patieris viuere super terram*, & illud, [l] *In matutino interficiebam peccatores terræ.*

Secundo facit, quod ipsi auctoritate sua occiderũt Stephanum, [m] & quod voluerunt lapidare suæ lapidibus obruere de montis præcipitio eiiciẽdo ipsummet Christum.

Tertio quod voluerunt lapidare mulierem adulteram, quam coram Iesu de adulterio accusauerant, si iudicata fuisset ab eo rea adulterij.

Pro horum concordia, quidquid glossa sentiat, dicendum primo licuisse Iudaico populo, antequam sceptrum, & regia potestas auferretur ab eis à Romanis occidere malefactos, sicut licebat aliis regibus, quod probant duo testimonia primo loco citata.

Secundo quòd etiam lege diuina licebat eis idem posteaquam à Romanis fuit eis ablata regia potestas: quia iniustè videntur Romani eam illis abstulisse absque legitimo titulo: sed lege humana Romanorum (licet iniusta) fuit illis de facto, & non de iure eis ablata. Tertio quòd Romani sicut permiserunt eis vti lege sua, ita videntur permisisse illis occidere solo ictu lapidum, non quidem propter crimina penitus sæcularia, qualia sunt homicidia, crimen læsæ maiestatis, rapinæ, furta, & id genus alia: sed pro criminibus contra suam legem peculiarem admissis: & quæ lapidum ictu puniri pro ea iubebantur, de quibus est adulteriũ, blasphemia, & alia Iudeis speciatim & particulatim pro suæ legis defensione à Deo concessa.

Ex qua concordia infertur primo, Iudæos per illud quod responderunt Pilato. [n] *Nobis non licet interficere quemquam*, noluisse significare, non licuisse illis antequam Romanis iure, vel iniuria subderentur interficere malefactores sicut aliis Regibus: neque absolutè omnem mortis inferendæ potestatem sibi ademptam per Romanos, cùm non esset adempta potestas inferendi mortem pro quibusdam criminibus modo ab eis concesso: neque lege diuina quoad omnem modum, & pro quocumque crimine occidendi: sed quod nõ liceret eis id facere, lege humana Romanorum iustè, vel iniustè sibi id verante, per mortẽ crucis, qua Christum ob maiorem ignominiam afficere volebant: & alios modos, quàm iactu lapidum per suam legem pro quibusdam criminibus sibi concesso: quo genere mortis nolebant illi Christum occidere. Neque petebant, eum occidi ob crimen, pro quo eis licebat occidere: sed pro crimine læsæ maiestatis humanæ, quo illum se regem facere, & rempub. commouere atque perturbare, à Romanóque imperio auertere dicebant, vt acerbissima & turpissima crucis morte plecteretur.

Secundo sequitur, Pilatum, cum dixit: *Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum*, noluisse dicere, quod liceret Iudæis occidere Christum quocumque mortis genere, & ob quodcumque crimen morte dignum: sed solùm mortis lapidum ictu inferendæ: & solum pro criminibus Iudaicis legibus peculiariter sibi sub pœna iactus lapidum vetitis.

5 Nota quarto concordiam, qua conciliantur Marcus dicens, [a] Christum fuisse crucifixum hora tertia, & Ioannes, [b] dicens, eũ crucifixum hora sexta, vt Marcus intelligatur de crucifixione verbali, & Ioannes de reali. Quæ concordia, etsi satis subtilis & pia sit, planius tamen, & simplicius dici posse videtur, quod Marcus intellexit de vltima hora tertiæ prout est secunda pars diei continens tres horas: & Ioannes de sexta hora totius diei, quæ est eadem quæ vltima hora tertiæ prout est secunda pars diei: diuidendo diem artificialem in quatuor partes, vt diuisit Siluester relatus à nobis in Enchirid. de oratione composito super c. *quando*. [c] Ita quod ex duodecim horis, quas prædictus dies artificialis habet, duæ partes priores, scilicet prima & secunda, & tertia, quæ durant vsque ad meridiem: & posteriores, scilicet sexta & nona totidem horarum incipiant à meridie. Et ita prima pars continet tres horas, & secunda, quæ appellatur tertia, alias tres, quarum vltima est sexta totius diei inclusiuè, à qua incipit tertia pars, quæ vocatur sexta, quæ continet tres horas vsque ad nonam, à qua incipit quarta pars totius diei, & continet totidem horas vsque ad solis occasum. Et ita factum in vltima hora tertiæ, prout est secunda pars totius diei, est factum in sexta hora totius diei artificialis: & consequenter factum in fine horæ tertiæ, quatenus est pars secunda totius diei est factum hora sexta totius diei, quæ est vltima tertium horarum tertiæ, prout est secunda pars diei. Quare Marcus intelligitur de hora tertia prout est secunda pars totius diei: & continet horam sextam totius diei: & Ioannes de eadem hora sexta totius diei: & non de hora sexta prout est tertia pars totius diei, quæ incipit à meridie, qui est finis horæ sextæ totius diei, quæ est vltima hora tertiæ, prout est secunda pars totius diei continens tres horas.

a Capit. 15.
b Ioan. 19.
c De consec. dist. 3. nu. 38.

IN GLOSSAM VLTIMAM.

6 Nota primo ex glossa vltima non solum esse irregularem, qui occidit. sed etiam qui consuluit occidere, de quo est expressus casus in cap. *si quis viduam*. [d] quod est intelligendum consequuto effectu, secundum omnes.

Nota secundo etiam esse irregularem, qui tradit furem vel maleficum iudici, qui postea fecit eum occidere etiam iustè. Pro quo est glossa expressa adiuncto textu in cap. *vnum*. [e] Quod fallit in eo, qui ciuiliter tantùm conqueritur de malefactore suo, protestatione præmissa, nolle se vt pœna sanguinis puniatur per textum nouum in capit. *prælatis*. [f]

Nota tertio, homicidam tantùm mentalem, id est, qui voluit occidere, & non occidit, quia non potuit, esse irregularem. Quod tamen falsum est per glossam in ca. *si aliquis*. [g] receptam communiter per omnes quæ satis probatur in cap. *sicut ex litterarum*. [h] Nota item quod lex lata contra facientem non includit volentem facere, immo nec attentantem, nisi exprimatur in ea. per ea, quæ latè diximus in cap. *pœna*. [i] & constat canones pœnam irregularitatis imponentes, latos esse contra facientes, & non contra volentes tantùm facere.

d 50. distinct.
e 23. quæst. 5
f Ne cler. vel mona. lib. 6.
g De homic.
h Eod. titul.
i Supra eod. à numer. 2.

CAP. HOMICIDIORVM.

CLEMENS EPIST. PRIMA AD IACOBVM.

HOmicidiorum tria genera dicebat esse Petrus. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium largè triplex, sed propriè vnum.*
2 *Lex puniens homicidam, non punit infamantem.*
3 *Peccata omnia esse paria asserere hæreticum.*
4 *Homicidia triplex vt punitur pari pœna.*
4 *Pœnæ paritas duplex durationis & extensionis &c.*

5 *Mali omnes pari pœna durationis & priuationis visionis intuitiuæ Dei, sed non intensionis post mortem punientur.*

5 *Præmio pari vt boni omnes post mortem donandi.*

1 NOta primo, triplex esse homicidium: primum, quo tollitur hominis vita vera, siue quo occiditur homo: secundum, quo tollitur hominis fama: tertium, quo odio habetur homo. Quod quidem est verum capiendo verbum homicidiũ impropriè per translationẽ, metaphoram, metonymiam, synecdochẽ, vel aliã figuram: propriè enim homicidiũ est hominis cædes, interfectio, vel occisio, qua ferro vel alia vi illata tollitur vera hominis vita, siue qua homo cæditur, necatur, vel occiditur. [a] Ratio autem quare detractio & odium dicũtur homicidia impropriè per aliquam prædictarũ figurarum est, quod præbent occasionem, vel sunt caussa occidendi hominem, vt tradit D. Thomas. [b] Potest etiam esse ratio, quod per ea videtur tolli fama, & amicitia, quæ sunt quædã vita hominis similitudinaria, & metaphorica: sicut & alibi facultates, & bona temporalia dicuntur hominis vita, iuxta glossam singularem, [c] adiuncto textu in illis verbis: *Militant námque patroni causſarum qui gloriosæ vocis consſi munimine, laborantium ſpem, vitam & posteros defendunt.* Ex quo sequitur, quòd in lege pœnali, & odiosa lata contra homicidas, & facientes homicidia non includuntur detrahentes hominibus, nec osores eorum: sed nec aliena rapientes, vel surripientes.

2 Quia lex pœnalis & odiosa licet includat omnia, quæ verba eius propriè significant, iuxta l. *cum lege.* adiuncta glossa & doctrina Francisci Aretini, [d] (etiamsi maior ratio militet in vno, quam in alio, [e]) non tamẽ extenditur ad alia, quæ impropriè significant, nisi concurrant aliquot ex vno, & viginti, quæ retulimus in cap. *pœna.* [f]

3 Nota secundo prædicta trium generum homicidia parili, siue pari & æquali pœna esse punienda. Pro quo facit, quod omnia illa sunt suo genere peccata mortifera, vt declarat D. Thomas: [g] & constat, quod non solum præfata tria genera homicidiorũ: sed etiã omnia alia peccata mortifera in foro interiori, & diuina lege puniuntur pœna æquali, quoad durationem & perpetuitatẽ, & quoad priuationem visionis intuitiuæ Dei: sicut & omnes boni æquali præmio remunerabuntur quoad durationẽ, & perpetuitatem, & visionem intuitiuã Dei, iuxta illud Symboli Athanasij: *Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui vero mala in ignem æternum.* Pro eodem facit illud. [h] *Defleat peccator, quia offendens in vno factus est omnium reus,* relatum in cap. *defleat.* de regu. iur. id est, pœna pro vno peccato mortifero Dei lege infligenda tantùm durabit, & tantum priuabit visione Dei, quãtùm duratura est pro omnibus infligẽda: quia vtraque erit æterna, & vtraque omnino visione Dei priuabit. Facit item quod per vnumquodque horũ homicidiorũ æqualiter amittitur gratia & amicitia Dei, ac per aliud: quoniam per vnum quodque peccatum mortiferum amittitur illa, quantacumque fuerit in peccante ante peccatum iuxta B. Thomam receptum. [i]

Contra tamen hoc notabile facit primo, quod hæreticum est illud paradoxum Stoicorum à Marco Tullio [k] relatum, ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ κατορθώματα, id est, omnia peccata sunt æqualia, & rectè facta. Quod latè probat S. Thomas. [l] In quod sufficit illud Ioannis, [m] *Qui me tradidit tibi maius peccatum habet:* ergo non sunt omnia pari pœna punienda, nec consequenter hæc tria homicidiorum genera.

Secundo facit illud, [n] *Pro mensura peccati erit & plagarum modus:* [o] at peccatũ primi generis horũ homicidiorum est maius, quàm aliorum: ergo maiore pœna est dignum.

Tertio quod peccata, quæ in proximum committuntur eò maiora sunt cæteris paribus, quò maiora nocumenta saltem præuisa, & intenta proximo inferunt, vt idem S. Thomas receptus determinauit, [p] at qui tollit proximo vitam naturalem magis nocet ei, quam qui tollit famam, vel amorem, vel amicitiam: ergo homicidium primi generis prædictorum homicidiorum est multo maius peccatum quàm homicidium secundi, & tertij generis, quod in specie tradit ipsemet D. Thomas, [q] ergo maiori pœna est puniendum.

Quarto quod etiam lege diuina & humana maiori pœna imponitur pro primo genere homicidij, quàm pro aliis duobus: quoniam pro illo imponitur pœna mortis naturalis, siue priuationis veræ vitæ, iuxta illud. [a] *Propinquus occisi homicidam interficiet.* Et illud. [b] *Homicida, parricidáque quod fecit, semper expectet:* at homicidium secundi & tertij generis non punitur tanta pœna.

Quinto quòd etiam in foro pœnitentiæ maior pœnitentia imponitur homicidæ primi generis. [c]

4 Pro quorum concordia prænotandum est primo, quod paritas pœnæ peccati potest duobus modis considerari: altero respectu interioris fori, & legis diuinæ quoad alterum sæculum: altero verò respectu exteriotis fori huius sæculi, & quoad pœnam, quæ in illo debetur ei lege diuina & humana.

Secundo quod paritas pœnæ potest considerari quoad durationem, & extensionem eius, vel quoad intensionem & grauitatem ipsius: & quòd pœna vnicuique peccato mortifero debita est par & æqualis quoad durationem pœnæ, cuique alij peccato mortifero, immo & omnibus coniunctis infligendæ per primum argumentum pro nostro notab. adductum.

5 Tertio, quod pœnæ quoad intensionem & granitatem in altero sæculo imponendæ pro peccatis non sunt pares: quoniam pro maiori peccato maior pœna quoad intensionem & grauitatem imponitur, iuxta illud. [d] *Potentes potenter tormenta patientur*: & illud Pauli. [e] *Qui reddet vnicuique secundum opera eius*: sicuti neque omnes boni patia præmia quoad intensionem pro suis bonis operibus consequenter in cælis, iuxta illud. [f] *In domo patris mei mansiones multæ sunt*, relatum ex Augustino, [g] à Gratiano in ca. *in domo.* [h] quod sub medium habet, multitudinem & varietatem mansionum esse multitudinem & varietatem præmiorum, quæ pro multitudine & varietate meritorum iustis retribuuntur in regno cœlorum.

Per quæ præsupposita facile conciliantur notabile nostrum & argumenta contra illud adducta, intelligẽdo notabile nostrum quoad durationem & perpetuitatem pœnæ, & priuationem visionis Dei in futuro sæculo & gratiæ eius in præsenti, quæ debetur in interiori foro, & futuro sæculo præfatis præfatorum trium generum homicidiis: id verò, quòd argumenta concludunt intelligendo quoad forum exterius huius sæculi, & quoad intensionem & grauitatem pœnæ in altero sæculo infligendæ.

CAP. OMNIS.

HIERONYMVS IN ESAIAM CAP. XXXIII.

OMnis iniquitas, oppressio, & iniustitia iudicium sanguinis est: & licet gladio non occidit, voluntate tamen interficit.

SVMMARIVM.

1 *Hieronymi phrasis in hoc cap. vi valdè figurata.*
1 *Iniquitas habitum propriè, & non actum significat.*
2 *Homicida figuratè omnia mortiferè peccans.*
3 *Sanguines vel sanguis mortifera peccata signat.*

1 NOta primo, quod in superscriptione, hoc c. tribuitur Hieronymo: & quia vir diligẽtissimus itidémque doctissimus Antonius Demochares non addit in suo Decreto locum, vbi hoc dicat Hieronymus, suspicamur, ipsum non potuisse eum inuenire: legitur autẽ apud Hieronymum in Esaia cap. 33.

Nota secundo quod triplici figura videtur vsus Hieronymus illis verbis: *Omnis iniquitas, oppressio, & iniustitia*, scilicet metonymia, quatenus causſam pro effectu posuit, id est, habitum iniquum pro actu iniquo, in quem ille inclinat. Iniquitas enim propriè non est actio iniqua, sed habitudo vel habitus mentis, quo quis propensus est ad agenda, quæ iniqua sunt, vt ait Ambrosius, [i] relatus à Gratiano, [k] infra, [l] post Aristotelem. [m] Et synecdoche quatenus secũdum intellectum Cardinalis vtitur toto generis vniuersali signo aucto pro specie parte illius, hoc est verbo omnis

a *Numer. 35.* b *Leg. 3. C. de Epiſc. audiẽt.*

c *Cap. miror. & cap. eos. & ea. ſeq. 50. diſt.*

d *Sap. 6.* e *Ad Rom. 2.*

f *Ioan. 14.* g *In tract. 68.*

h *Inf. diſt. 4.*

i *In apologia Dauid. ca. 2.* k *In cap. illa vox.* l *De pœnit. diſtinct. 1.* m *Li. 5. E.*

a *Leg. ſi ita vulneratus. ff. ad le. Aqu.*

b *l. 2. qua. 73. art. 4. ad 2. & 3. & 2. 2. q. 34. artic. 2.*

c *In lo. aduocati. C. de aduocatis diuerſor. iudicior.*

d *ff. de teſt.* e *Leg. 1. §. quòd autem. ff. de aleæ luſ. & aleatorib.* f *Supra ead. à numer. 6.*

g *In 2. 2. qu. 73. artic. 4.*

h *Iac. 2.*

i *1. 2. qua. 113. art. 2. & 2. 2. qu. 10. art. 4. & q. 24. art. 12. & alibi ſæpe.*

k *In libr. paradoxorum,* l *In queſt. 2. de malo, art. 9. in 1. 2. qua. 73. artic. 2. & in 2. lib. ſen. diſt. 42. qua. 2. artic. 5.*

m *Capit. 19.* n *Deut. c. 25.* o *Capit. non afferamus. 24. queſt. 1.* p *In præfata qua. 73. art. 8.*

q *In 2. 2. q. 73.*

omnis iniquitas in genere pro speciali iniquitate directa in sanguinis effusionem, vt mox dicemus. Tertia est endiadys, quatenus de duobus facit vnum, id est, pro iniqua oppressio ponit iniquitas, & oppressio, vt Vlpianus, [a] dixit, pactum esse placitum, & consensum, pro placitum consensum. vbi glossa ita exponendo dixit, Vlpianũ vsum fuisse figura Endiadys, sicut & Virgilius: *Paterís libamus & auro*, pro pateris aureis. Et: *Arma virúmque cano*, pro armatum virum. Vtitur etiam quarta figura metaphoræ, quatenus secundum Hugonem vtitur verbo sanguinis, subintellecto verbo effusio, pro morte, quæ est effectus sanguinis effusionis.

Tertio nota secundum intellectum Cardinalis, sententiam huius cap. esse, quod sola iniquitas, & iniusta oppressio, qua quis proximum inducit ad sui sanguinis veram effusionem potest appellari homicidium. * Pro quo faciunt illa verba, [b] *Iudiciũ sanguinis est*, accipiendo ea figurate per metonymiã pro sola sanguinis effusione, & morte illam consequente. Faciunt item illa verba paulo inferius posita, *Et ſi gladio non occidas, voluntate tamen interficis.*

* Pro quo faciunt illa verba Iudicium sanguinis est. *Iſa. 33. v. 15. vbi noſtra vulgata editio habet ex Hebræo, qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem. ſeptuaginta legunt* Βαρύνων τὰ ὦτα ἵνα μὴ ἀκούσῃ κρίσιν αἱμάτος, *i. obturans aures, ne audiat iudicium ſanguinis. Hæc igitur verba ex interpretatione 70. hic interpretatur D. Hieronymus, quæ hoc in loco tanquam ex Scriptura ſacra pro argumento ſumit Nauarrus,*

2 Nobis autem planior & vtilior sensus esse videtur, quod Hieronymus voluit dicere vniuersaliter, omnem iniquam actionem & oppressionem, omnémque voluntatem eam faciendi esse quoddam homicidium & iudicium sanguinis: eo quod inducat mortẽ spiritalem, quam mortiferum peccatum infert, iuxta illud Pauli. [c] *Stipendia enim peccati mors.* tum quia glossa secunda videtur ita sensisse, dum inquit, prædictos iniustos oppressores esse dignos iudicio sanguinis, quia vtrique damnantur, tum quia in dubio verba propriè sunt intelligenda, [d] at magna verborum improprietas tribueretur D. Hieronymo secundum intellectum Cardinalis, cùm oporteret verba illa vniuersalia: *Omnis iniquitas*, restringere ad solam iniquitatem occidendi, vel directam ad occidendum, tum quia Esaias, [e] non solum damnat eos, qui occidunt, vel procurant occidere: sed omnes alios mortifere peccantes: puta tyrannidem exercentes, depredantes, contemnentes, calumniantes, detrahentes, & munera accipientes.

3 Tum quod verbum sanguinis numero plurali pro omnibus peccatis mortiferis accipitur in illo. [f] *Libera me de ſanguinibus Deus.* Et etiam numero singulari in illo Esaiæ. *Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* tum quia qui mentẽ Esaiæ, satis expenderit, intelliget, eum in præfato loco, [g] scribere contra omnes peccatores, contra quos scribit in alio, [h] & multis aliis, puta contra affligentes pauperes, opprimente viduas, & pupillos, & non reddentes eis iustitiam, nec opem eis oppressis ferentes, néue eorum causſam susci pientes. Tum quod oppressores iniqui, & iniusti homines æquè: immo magis possunt appellari homicidæ, quam detractores, & osores, cùm peius sit iniquè & iniustè opprimere, quàm solùm odisse & simpliciter detrahere: at supra, [i] diximus, & ibi probatur, [k] detractores & osores posse dici homicidas. Tum denique quod quemcumque intellectũ sequamur oportet nos dicere, D. Hieronymum non loqui de homicida propriè dicto, id est, occidẽte, quia etiam volentem occidere, licet non occidat, appellat occisorem: qui tamen non est propriè occisor, neque homicida, vt dictum est. [l] Et intelligendum est de illis, qui sunt homicidæ impropriè per metonymiam, metaphoram, synecdochen, vel quamlibet aliam figuram: per quas potest appellari homicida quisquis opprimit proximum, detrahendo, calumniando, odio habendo, conuiciis, & iniuriis afficiendo, & expoliando: ergo aptè intelligi potest hoc c. de qualibet oppressione, etiam ab ea, quæ fit per sanguinis effusionem Ex quibus sequitur, legem vel dispositionem pœnalem latam vel factam contra homicidas & admittentes homicidia nõ includere præfatos iniustos oppressores, nisi homicidium verum & proprium perficiant, vt etiam supra [m] diximus.

a *In leg. 1. ff. de pact.*

b *Ezech. 7.*

c *Ad Rom. 6.*

d *Leg. nõ aliter. ff. ad le. 3.* e *Dist. ca. 35.* f *Psalm. 50.*

g *Capit. 33* h *Capit. 1.*

i *In capit. periculoſe.* k *Numer. 4.*

l *In præallegato cap. periculoſe.*

m *Ea. in præcitato. c. periculoſe. nu. 2.*

CAP. NVMQVID CAIN.

CYPRIANVS SERMONE IIII. DE MORTALITATE.

NVmquid Gen. 4. Cain cùm Domino munus offerret, peremerat fratrem? Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Cor potius intentionem, quàm cogitatum significat.*
2 *Deus ſe, omnémque alia nouit per ſemetipſum.*
3 *Scientiam ad quærendam nulla ætas ſera.*
3 *Scit nulla creatura præter animam Chriſti omnia.*
3 *Scientia de quibus & à quibus non quærenda.*
4 *Diuinos ad caſtigandum exhortatio.*
4 *Credere diuinos ſcire longè vel ſecreta facta ſine ope Dæmonis ſtultum, & ſtultius ſcire illos futura.*
4 *De quibus iniuriis qui, Summates commuere videntur.*
4 *Transfuga quis à Chriſti caſtris in caſtra diaboli.*
5 *Rex qui ſuos transfugas horret, ſit ipſe transfuga Chriſti.*
5 *Dæmonis præſens familiaritas initium perpetuæ familiaritatis futuræ.*
6 *Dæmoni dat dexteram, qui vult diſcere ab eo quidquam.*
7 *Rex Luſitaniæ Ioannes 111. heroica laude dignus.*
7 *Superſtitioſa quibus regulis ſecernuntur à piis remissiue.*

1 NOta primo intellectum illius. [a] *Scrutans corda, & renes Deus:* in quo, vt ait Hugo probatus ab Archidiacono Card. & Bellamera per corda cogitationes significantur, & per renes delectationes. Sed cautiùs videtur dicere S. Thomas, [b] per corda intelligi intentiones, & per renes delectationes. quia cogitatio est actus potentiæ cognoscitiuæ, intentio verò est actus appetitiuæ, vt docet idem S. Thomas, [c] & vt plurimum per cor intelligitur actus voluntatis * iuxta illud. [d] *Inueni virum ſecundum cor meum:* præsertim cùm agitur de operibus bonis, vel malis, sicut in dicto versiculo, qui agit de iudicio Dei ferendo de actibus bonis & malis.

* Iuxta illud. Inueni virum secundum cor meum. *In 1. lib. regum hoc non habetur, ſed ſolum illud. prouidi enim mihi in filiis eius regem. Sed D. Paulus illius loci fidelisſimũ interpretem agens Actor. 13. 22. & amoto illo ſuſcitauit illis Dauid regem, cui teſtimonium perhibens dixit, Inueni Dauid filiũ Ieſſe virum ſecundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Tantum ergo interpretem lib. 1. regum pro textu ipſo citat Nauarrus, ni malis eſſe ἁμάρτημα μνημονικὸν, quod bono ſeni condonandum eſt.*

2 Nota secundo, cognoscere Deum omnia interiora cordium & renum iuxta præfatum dictum psalmi repetitum Apocalyp. 2. & iuxta illud. [e] *Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile & quis cognoſcit illud? ego dominus ſcrutans cor & probans renes:* & iuxta illud, *nouit ille, qui nihil ignorat.* [f]

3 Ex quo ab hinc circiter quadraginta annis collegimus duo notabilia: alterum, Deum omnia scire: alterum nullam puram creaturam scire omnia. Et in primo notabili diximus multa de scientia infinita, nempe quod duplici modo probatur, quod ipsemet Deus sit ipsa omnium rerum, etiam cogitationum, scientia. Quod nec augeri, nec minui potest. Quod non est mutabilis. Quod non ponat necessitatẽ rebus contingenter agendis, & id genus alia, quæ ibi videri possunt, & tractantur latius à B. Thoma. [g] In posteriori multa etiam de scientia creaturæ, quod laudabile sit eam quærere. Quod nulla sit ætas ad quærendum eam sera. Quod nemo scit, an sit Dei amore dignus. Quod nec homo, nec angelus futura in sese nouit, neque cordis cogitatus, si cogitans nolit. Quod consulere Cacodæmones de futuris interdũ sapit hæresim Quod Astrologia non sit vetita contra Decium: sed quod multi astrologi sunt ablegandi. Quod sola Christi anima nouit omnia: licet non ita perfectè ac Deus, & id genus alia, quæ ibi legi possunt.

Quoniam autem audio, magnam partem Christianorum imitari Turcas, Sarracenos, & Paganos in desiderando scire futura & præsentia, quæ in longinquis locis & terris aguntur, & secreta, quæ propè fiunt: quin & cogitatus ipsos Deo reseruatos per vanas, & exectabiles superstitiones, non grauabor transcribere hic, quam olim præfato notabili adiunximus, ad castigandos diuinos,

a *Psalm. 7.*

b *In eo. Pſal.*

c *1. 2. qua. 12. art. 1. & 2. 2. qua. 180. art. 1. & in 2. ſententiã. diſtin. 38. artic. 3.*

d *1. Reg.*

c *Hierem. 17.*

e *capit. nouit. de indic.*

g *1. part. qua. 14. per totã.*

exhortationem in hæc verba.

Exhortatio ad castigandum diuinos.

4 Locus simul & pietas exigunt à me, in præsentia, candide lector, vt admoneam omnes, quos diuini honoris cura tenet, castigandos esse illos, qui ea, quæ in longinquis locis & terris fiunt, nullo inde nuntio accepto, vel ea, quæ in secretis locis accidunt, nemine illa ipsis prodente, nuntiant, cum aliis, tum principibus iactantes se se (O impudentiam arrogantissimam & arrogantiam impudentissimam) per Astronomiam illa cognouisse, cum à Cacodæmonibus illa superstitiosissimè, & vtinam non hæreticè, didicerint. Qua in re quis satis demiretur quanta cum socordia, ne dicam impudentia, bona pars Christianorum (quod summopere dolendum est) & in iis summatum, & aliquot litterarum cultorum cum multis ægrotantiũ centuriis errent, dum alij habent Cacodæmones familiares, aut habere percupiunt, à quibus, quæ in longinquis partibus, aliisque locis secreta fiunt, quam citissimè addiscant, & quorum obsequio & ministerio multis in locis vtuntur. Alij vero quærunt homunciones, etiam à Christiana fide alienos, qui obsequio maligni spiritus se vti iactant: aut talem certè se Astronomiam callere mentiuntur, qua sciant & nouerint quædam in remotis, occultisque locis facta. Quos cum inuenerint altis donant muneribus, digniores qui cruentis donarẽtur verberibus. Alij se in specubus & subterraneis, aliisque locis abditissimis docẽdos Cacodæmonibus, vt audio, tradũt. Alij ægroti & grauiter vulnerati adorant carmina quædam, quibus nulla est vis à natura, neque à diuino, vel ecclesiastico instituto. Alij, quorum nescio, an maior sit culpa, cùm sciant aliquot sibi subditos talia vel facere, vel curare: nullo tamen pietatis zelo in eos armantur, sed veluti conniuentibus oculis altissimi Domini dissimulant iniurias. Quod ne fiat, intelligite iam adhortante Propheta, [a] *Reges intelligite*, qui latera eorum clauditis & eruditissimi, qui iudicatis terram, eruditissimi qui ipsis addidetis: [b] *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit vos, & non ipsi vos.* Meminerimus omnes, vitam hominis super terram quandam esse militiam. [c] Meminerimus, duos esse huius militiæ duces; alterum, qui pro nobis est, Christum lucis pacisque principem: [d] alterum, qui contra nos est, Sathanam item principem: sed huius mundi, sed tenebrarum. [e] Meminerimus inter hos ductores, & eorum exercitus, bellũ esse perpetuũ & irreconciliabile: & quòd merito ἀσπονδος πόλεμος dici debeat. Meminerimus, nos dedisse duci nostro [f] nomina, & in eius verba iurasse, cum sacrosancti baptismi aqua ablueremur. Veniat in mentem quam exosi, quam turpes, quanta pœna digni habeantur transfugæ & desertores. [g] Non obliuiscamur multis nos erratis à Christo descisce re: [h] at quo maximè morum peruersitate defecimus, & transfugimus infidelitatem esse: [i] cui proxima est hæc, quam insectamur, Cacodæmonum familiaritas. [k] Veniant hæc in mentem. Veniant, pudeatque Christi, sub quo militare cœpimus, vexillum deserere, vos Reges præsertim, & summates, qui odio impotenti ferimini in vestros milites, non solũ transfugas & proditores: sed etiam in emansores & desertores, & arma præsertim tota alienantes. [l] Pudeat cum illo iungere amicitias, illum habere familiarem, qui vt Christi, qui vt totius generis humani hostis [m] est antiquissimus ita & truculentissimus. Pudeat, quod est apud Esaiam, [n] pernacutere fœdus cum morte, & facere pactũ cum inferno. Expendamus, nobiscumq; animo reputemus, Dæmonum in hac vita societatem initium esse quoddam æternæ damnationis, & quæ perpetua est, inferorum cohabitationis: sicut econtrariò cum angelis & sanctis, iis, quibus interdum apparent, initium quoddam est futuræ fælicitatis, & quæ in cælis futura est, perpetuæ cohabitationis. Expendamus nobiscum illud Augustini. [o] *Qui sine saluatore salutem vult habere: & sine vera sapientia æstimat se prudentem fieri posse, non sanus, sed æger, non prudens, sed stultus & demens permanebit.* Expendamus Cacodæmones diuini honoris auidissimos nihil non agere, quo pro diis habeantur. [p] Cuius rei testis est locupletissima tamdiu delusa, & quæ in hunc vsque diem deluditur Gentilitas. Non dubitemus toties illis videri tribui diuinum honorem, [q] quoties curamus ab illis discere futura, quorum præscientia soli Deo est peculiaris. Non dubitemus, nos toties dare dexteras ipsis, quoties cupimus aliquid ab eis discere, vel scientia, quam habent de iis, quæ nobis sunt secreta, vel absentia iuuari, vel opera medicari. Quid, per Deum prodest, [a] remotissimas gentes fidei Christianæ subigere, Christianum imperium extendere, operam pro virili strenuam summatibus, qui hæc curant, impendere, si nos interim, & nostros principes tenebrarum tyrannidi, inquieta curiositate ac pestilenti superstitione subiicimus aut certè subiici impune patimur, & non sine magno infirmorum scandalo?

6 At inquies, res dulcissima optatissimáque est mens sana in corpore sano, [b] corpus iuuenile in senecta: longè pulcherrimum aliis eruditione præstare. Maxime vero è repub. scire, quid cum suis proceribus secreto moliatur hostis. Quid amicus. Quid Lusitanus, aut Castellanus. Quid Gallus, aut Italus, vel Germanus. Quid deest nostro, vel hostium exercitui absenti. Fateor equidem hoc, dum illa illis contingant modis, quos Deus probat, quos vigilans prudentia, parque diligentia inuenit. At, [c] ò curuæ in terras animæ, & cælestium inanes, potèstne mortalibus quidquam dulce, pulchrum, vel commodum venire à Cacodæmone hoste versuto, mille [d] ad nocendum vias habenti, & totidem alias quærenti? Qui à ruinæ suæ principio conatur omnibus modis humanum genus perturbare ac euertere? Qui humanum intellectum non potest sicut angelus bonus illuminare, [e] sed tantum obtenebrare? Qui mendax est, & pater mendacij? Qui si aliquando quidquam vel dicat vel faciat, quo suis cultoribus vel parum commodet: non tamen id facit, vt prosit, sed vt grauissimè aliquo mendacio, illi fide habita, obsit. Si cauendum est ab inimico reconciliato, [f] quid de inimico prorsus irreconciliabili? Iam quòd prodesset fortunis, nec obesset vmquam illis, quod prorsus contra est? [g] Quid prodest homini totum mundum lucrari cum animę suæ detrimento? Vbi est illa caritas, qua Deum plusquam nos diligere tenemur? [h] Si Deum Opt. Max. pro Domino ducimus, vbi est ipsius timor? [i] Si pro Patre, vbi ipsius amor? Absint à nobis hæc remedia, quæ ipsis morbis sunt grauiora. [k] Absit à nobis leonina societas, [l] cum eo præsertim, qui tamquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret: [m] quod bellum iam inde à baptismo indiximus illi perpetuum, geramus gnauiter, geramus & strenue alta mente versantes illud Pauli, [n] paulo immutatum. Quid nos separabit à caritate Christi? Quid nos faciet deserere Christi vexillum, in quo vincendum? Quid nos faciet ad signa funesta perfidi hostis per familiaritatem transfugere? An tribulatio, an angustia, an nuditas, an fames, an gladius, an periculum? Decernamus ope diuina, quòd eadem exequamur: scilicet quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus: neque instantia, neque futura, neque creatura aliqua nos separet à caritate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

7 Inter alia, Christiane lector, quæ me ad hanc exhortationem faciendam mouerunt, fuerunt quidam, qui quo tempore præfatam relectionem Conymbricæ composui & pronunciaui, frequentabant, curiam Regis Ioannis huius nominis tertij, non solum Lusitaniæ: sed etiam totius orbis Christiani Regum cum primis religiosissimi, prudentissimi, & iustissimi, & in sibi subditos amore paterno, & Regia magnificentia benignissimi, & iactantes se astrologos, euentus futuros prænunciabant, consilia, dicta, & facta in prouinciis longissimè remoris denunciabant, fures & furta secreta indicabant, & plagas aliquas, & morbos nulla medicina facta, curabant, quos ante mensem post hanc repetitionem in eiusdem Regis curia publicatam, inde abiisse accepimus (vtinam & in vrbe aliqui ob eam editam resipiscant.) Et quoniam ab egregiis confessariis audio, nonnullos esse in vrbe, & in vicinis prouinciis, qui Cacodæmonum opera in prædicta quatuor vtuntur: & plurimi præsertim fœminæ multiplici superstitione sibi victum quæritant, etiam atque etiam rogo & obsecro omnes cuiuslibet ordinis confessarios, vt occasione oblata doceant sibi confitentes illas bases ad secernenda superstitiosa à religiosis aptissimas, easdémque breuissimas, quas in Enchirid. Confess. [o] posuimus.

a *Psalm. 2. versic. 10.*
b *Psalm. 99. versic. 3.*
c *Iob. 7.*
d *Esa. 9.*
e *Ca. C. baptizãdi. de cõsecrat. dist. 4.*
f *Leg. 3. §. is, qui ad hostẽ. ff. de re milit.*
g *Ca. omnis. de pœn. di. 1.*
h *2.2.qu. 10. artic. 6.*
i *2.2.qu. 94. ar. ad 1. & q. 97. art. 4. & qu. 100. art. 1. ad 1.*
k *Leg. 3. §. emãsor. ädiũ. gl. & leg. seq. ff. de vomi.*
l *Leg. qui emmeatus §. arma. ff. eodem*
m *Cap. visis. 10. quæst. 2.*
n *Esa. 28.*
o *De ciuit. Dei, relatũ in cap. qui sine. 26. quæst. 2.*
p *Aug. cap. 3. li. de diuinat. dæmoniũ. relat. ca. scien. dum. 26. q. 3. & 4.*
q *Tho. vter q; 2.2. quæst. 95. artic. 4.*

a *Hieron. ad Nepotianum. de vit. cler. i. to. 5. rel. c. nihil enim prodest. de cõsec. distinct. 5.*
b *Pers. Saty. 3.*
c *Pers. Saty. 1.*
d *Cap. visis. 10. quæst. 1.*
e *Tho. 2.2. q. 172. artic. 5.*
f *Athanas.*
g *Cap. Matthæus. de pœn. & Matt. 16.*
h *Ca. caritas est, de pœnit. distinct. 2.*
i *Malach. 1.*
k *Ibidem.*
l *Leg. si non fuerint. §. Aristo. ff. de pœnit.*
m *Ca. 1. Pet. 5.*
n *Ad Rom. 8.*
o *Ca. 11. num. 20.*

CAP. NOLI PVTARE.

AVGVST. CAP. XXIII. LIB. XIX. CONTRA FAVSTVM. IMO

verò tract. 42. in c. 8. Ioan. vt notatur in decreto Gregoriano.

NOli putare, te non esse homicidam quando fratri tuo mala persuades. Si fratri tuo mala persuades occidis. Et vt scias, quia occidis audi Psalmistã: Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus, * alias machæra acuta.

* *Psalm. 56. vers. 6.*

SVMMARIVM.

1 Homicida est suadens malum, quod sic ampliatur & limitatur.
2 Restitutio bonorum animæ vt est necessaria. nu. 8.
3 Bona animæ meliora quam corporis & fortunæ.
3 Gratia etiam parua præstantior omni naturali bono.
4 Animæ vita præstantior corporali.
5 Restitutionem sola legis iustitiæ fractio inducit.
5 Occidit animam, sed non vere peccatum.
6 Bona animæ voluntate sola perduntur.
7 Restitutio bonorum animæ cuique à Christo parata.
8 Bona animæ alia gratuita, alia naturalia.
9 Restituendi obligatio, oblato debito, cessat.
10 Peccans minus sæpe magis restituere tenetur.
11 Peccatum intentum directè in malum vt peius.
12 Restituat qui dolo, meta, vel fraude facit peccare.
13 Restituet cur plus interdum furans, quàm fornicans.

NOta primo ex hoc ca. eum, qui persuadet proximo malum, esse homicidam, eo quod occidit animam eius: quod ampliatur duobus modis, & limitatur totidem. Ampliatur primò, vt non solum procedat in persuadente: sed etiam suadente, & quomodolibet rogante, & inuitante. Tum quia consentit in peccatum mortale, quod ipse vult facere, vel fieri ab alio: & qui consentit in aliquod peccatum mortale volendo illud admittere, vel volendo vt alius admittat, mortiferè peccat vt ait Paulus, [b] & tradimus post alios in Enchirid. Confess. [c] & supra. [d] Vnde colligere licet non absre, totam orthodoxam ecclesiam post Dauidem precatorem maximum, [e] prece humili orare Deum Opt. Max. *ab alienis parce seruo tuo*, hoc est condona nobis peccata, quæ admittimus inducendo directè vel indirectè alios ad peccandum, & volendo vt alij peccent: nonnumquam in vtilitatem nostram, vel alienam: & nonnumquam in suum proprium damnum. Licet item ex eadem colligere illud eiusdem Prophetæ dictum. [f] *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me*, quandoquidẽ pauci sunt collatione aliorum, qui huiusmodi peccata satis meminerint, & pauciores qui ea confiteantur.

Secundo ampliatur, vt procedat etiam in volente persuadere, licet nec persuadeat, nec suadeat, nec vllatenus ad peccandum moueat. Quia sicut volens occidere, licet non occidat, dicitur esse homicida mentalis, vt in fine huius capit. dicitur: ita volens persuadere, licet nullatenus persuadeat, dicitur persuasor, saltem mentalis: & ita homicida mentalis per prædicta.

Limitatur autem duobus modis. Primo quidem, vt non procedat in persuadente peccatum veniale: quia illud non occidit animam, quippe non tollit gratiam secũdum Thomam receptum, [g] quæ est animæ vita. [h] Secundo limitatur, vt non procedat secundum significationem propriam per ea quæ dicta sunt in cap. *periculose*. [i] Non enim persuasor mali occidit eum, cui persuadet, cum vitam corporalem non adimat, quod requiritur, vt dictum est, [k] ad hoc, vt dicatur verè occisus, & probatur per l. *si ita vulneratus*. [l]

2 Secundo nota, quæstionis esse grauissimæ: An qui nocet in bonis animæ proximo, teneatur ad restituendum damnum. Nam partem affirmantem asseruit Scotus, [m] in hoc ibi communiter receptus, & Adrianus, [n] & alij alibi, quæ videtur communis opinio, ea ratione, quòd si rerum corporalium restitutio est necessaria, multo amplius spiritualium, quæ ad animam pertinent, argumento cap. *cum in cunctis*. [a] siquidem hæc nobiliora sunt illis. Proinde modo, quo nocuit restituere debet inducendo ad pœnitentiam eum, quem induxit ad peccandum: & opera meritoria consulendo, exhortãdo, & pro eo Deum precibus, tum propriis, tum alienis, si opus est, interpellando, eiúsque conuersionem impetrando, reuocare contendat: absque tamen peccati occulti manifestatione. Pro qua communi opinione facit primò, quòd qui nocet proximo in bonis pecuniariis, honorariis, & corporalibus tenetur restituere secundum omnes. [b] At animæ bona, præsertim gratia gratum faciens, & virtutes sunt pretiosiora prædictis, [c] maximè gratia, quæ quamlibet parua valet plusquam vniuersa totius orbis bona naturalia secundum S. Thomam receptum. [d] Ergo à fortiori, qui nocuit proximo in illis, tenebitur ea restituere, quam optimo modo possit.

Secundò, quòd qui plus nocet proximo, cæteris paribus, plus peccat secundum eundem D. Thomam receptum. [e]

4 Tertio, quod anima pretiosior est corpore, [f] & consequenter vita animæ plus valet, quam vita vera corporis: & à fortiori quam fama, vel honor, vel pecunia, quæ licet interdum impropriè vocentur hominis vita, vt probatur, & dictum est in cap. *homicidiorum*. [g] non tamen verè sunt vita. Et consequenter plus videtur obligatus restituere, qui animam hominis occidit, & vitam eius tollit, quam qui reliqua bona subtrahit.

Quarto, quod memoria, iudicium, ars & scientia sunt animi bona: ar qui alium læderet in eis, ita vt non posset per suam industriam viuere, vt poterat vtendo eis, teneretur restituere, secundum omnium mentẽ: ergo etiam qui lædit in aliis bonis gratuitis, quæ longè sunt iis maiora, ad idem tenebitur.

5 Pro contraria tamen parte facit primò, quòd sola peccata contra leges veræ iustitiæ specialis inducunt necessitatem restituendi, & non alia quæ sunt contra leges caritatis, & aliarum virtutum secũdum Alexandrum Halensem communiter receptum, [h] qui bene defenditur ab Adriano, [i] quem nos quoque sequuti fuimus in repetitio. ca. *inter verba*. & in Enchirid. Confess. [k] & Dominicus Sotus, [l] at nocere proximo in bonis animæ non est facere contra leges iustitiæ veræ specialis, sed contra legem caritatis. Nam inducere aliquem ad peccandum mortiferè non est contra quintum præceptum Decalogi, NON OCCIDES, vt aliqui piè putant, & nos etiam diximus in præfato Enchirid. Confess. [m] post Concilium Colonien se in declaratione quinti præcepti, non enim occidit animam verè, sed metaphoricos, vt dictum est supra. [n]

6 Secundo quod scienti & consentienti non fit iniuria neque dolus, [o] at nemo tollit alteri animæ bona, saltem gratuita, nisi volenti, & consentienti. cum illa non tollantur, nisi per peccatum: & peccatum, vt Augustinus ait, [p] relatus à Grat. [q] adeo est voluntarium, quod nõ esset peccatum, si non esset voluntarium.

7 Tertiò, quòd qui lædit, satisfacere videtur offerendo læso per se vel alium id, in quo læsit, argumento legis primæ & adnotatorum ei, [r] & in præallegatis ca. *fures*. [s] & ca. *peccatum*. [t] at oblata est, & quotidie offertur peccatori à Deo per pœnitentiam refectio bonorum gratuitorum per peccatum perditorum & ablatorum, iuxta illud, [v] *Pœnitemini & conuertimini, vt deleantur peccata vestra*: & per totam huius dist. seriem. Ergo qui læsit in prædictis bonis aut non tenetur restituere, aut restitutionem factam habet, si læsus vult eam oblatam accipere: & si non vult, in mora est accipiendi, & ita sibi debet, imputare, quia, vt habet regula iuris supra allegata: *Mora sua cuique est damnosa*.

Quarto, quòd nulli confessarij, quamlibet pij & docti consueuerunt huiusmodi restitutiones iniungere pœnitentibus: nec vllus videtur esse canon, qui huiusmodi restitutionem iubeat fieri: ergo nec nos debemus dicere, illam de præcepto esse faciẽdam, argumento c. *consuluisti*. [x]

8 Pro quorum omnium concordia videtur dicendũ primò, animæ bona esse duplicia. Altera naturalia, quæ tolli

a *De elect. & auth. cen. multo magis. C. de sacrosanct. eccles.*
b *In ca. si res aliena. 14. q. 6. & cap. peruenit. de reg. iur. li. 6.*
c *Ca. ex merito. & cap. deteriores. 6. quæst. 1.*
d *1.2. qu. 113. ar 9. ad 2. & in 4. dist. 5. q. 1. art. 3. quæstiuncula 1.*
e *1. 2. quæst. 73. art. 8.*
f *Ca. præcipimus. 12. qu. 1. & c. qui exigit. 22. qu. 5.*
g *Numer. 1. supr. eodem.*
h *In 2. part. quæst. 87. i In 4. de rest. quæst. 1. colũ. 9. in §. de curretibus cum fure.*
k *Capit. 24. numer. 7.*
l *Lib. 5. quæst. 3. art 4. & li. 4. de iust. & iure, quæst. 7. ar. 1. col. 4. & alibi sæpe.*
m *Capit. 15. numer. 1.*
n *In ca homicidiorũ. nu. 4.*
o *Ca. scienti. de reg. iur. li. 6. cũ suis concordantibus.*
p *Ca. 15. lib. 1. Retractationum*
q *In §. 1. 15. quæst. 1.*
r *ff. quisatisfd. cogan. s 14. q. 6.*
t *De reg. iur. libr. 6.*
v *Actor. 3.*
x *2. quæst. 4. & authen. de trien. & semiss. §. resideremus. coll. 3.*

quidem possunt absque consensu habentis ea, & non recuperari sola voluntate perdentis illa, qualia sunt iudicium, memoria, ars, scientia, & mentis sanitas, de quibus dicendum est, eum, qui ea aliquo modo manca fecerit, vel prorsus læserit, teneri ad restitutionem, quod probat argumentum quartum pro parte affirmante supra formatum. Altera sunt bona gratuita spiritalia, quæ nequeunt tolli sine consensu habentis ea, qualia sunt gratia Dei, dona Spiritus sancti, & virtutes infusæ, quæ absque lethali peccato nequeunt perdi: & sola voluntate perdentis ea, & misericordia Dei possunt recuperari. De quibus videtur dicendum, non esse de iustitia restituenda ab eo, qui læserit illa propter argumenta pro parte negante formata: nisi aliquid aliud vltra peccati persuasionem, & inductionem in illud interuenerit, propter ea, quæ mox dicemus. Et ad opposita respondetur.

9 Ad primum concedendo quidem, bona gratuita animæ, gratiam gratum facientem, & dona Spiritus sancti esse quidem multo pretiosiora bonis corporalibus, honorariis, & pecuniariis: negando tamen quod ex hoc sequatur, magis teneri ad restituendū illa, quam hæc. tum quia hæc tolluntur ab inuito sine consensu saltem libero habentis ea: illa verò à volente, qui sine voluntario peccato non potest illa perdere, vt probat ipsummet argumentum pro parte affirmante adductum, tum quia qui perdit illa, potest, si vult, ea recuperare sine alicuius hominis adiutorio per suam pœnitentiam, & misericordiā Dei semper ad condonandum peccata parati: qui autem perdit hæc minimè, vt palam est. tum quia obligatio restituendi cessat, vt supra quoque dictum est, oblato debito creditori per debitorem, vel per alium, qui pro eo soluat, iuxta l. *manifesti.* [a] & l. *soluendo.* [b] cum aliis per glossas ibi citatis: at misericordissimus piissimúsque Deus semper offert suę gratiæ restitutionem volenti efficaciter eam recuperare, iuxta illud. [c] *Ego sto ad ostium & pulso, si quis mihi aperuerit intrabo, & cœnabo cum illo:* Et iuxta illud. [d] *Petite & accipietis, pulsate & aperietur vobis.* Tum quia creditor nolens capere debitum à debitore, vel alio pro illo soluere volente, videtur esse in mora capiendi sibi debitum: & ita sibi, & non alij debet imputare: & ideo sua culpa, & non aliena desinit esse satisfactus, argumento cap. *mora.* [e]

10 Ad secundum respondetur primo, concedendo quidem plus peccare, cæteris paribus, qui plus nocet: negando tamen esse cætera paria in lædente spiritalia, & lædente temporalia. Quia hic lædit inuito domino: ille verò volente illo. Secundo respondetur negādo, quod semper teneatur plus restituere, qui plus peccat. Plus enim peccat qui Deum Opt. Max. odio habet, quā qui furatur proximo scutum. Quia omnium peccatorum maximum est odium Dei secundum D. Thomam, [f] attamen hic plus tenetur restituere, quam ille. Item qui voluntate deliberata inflammandi, & comburendi totam domum proximi illam incendit, & non combusit nisi partem fenestræ plus peccat, quàm qui per subitam iram demolitur maiorem partem eius: at hic plus tenetur restituere, quam ille: quia magnitudo obligationis restituendi non tam prouenit ex magnitudine peccati, quàm ex magnitudine damni dati, argumento totius tit. de iniur. & dam. dat. & de restit. spoliator.

Ad tertium respondetur primo, concedendo animam esse pretiosiorem corpore, & plus peccare eum, qui directò vult occidere alterius animam, & tollere illi vitam spiritalem, quàm eum, qui vult occidere corpus, & tollere illi vitam corporalem: negando tamen, quod plus teneatur restituere, quam hic. tum quia, vt supra dictum est, ille tollit vitam scienti & volenti: hic autem ignoranti, & nolenti, vel saltem inuito, licet scienti.

11 Tum quia hic tollit vitam volens directo illam tollere: ille verò, qui persuadet peccatum nunquam, vel certè rarò vult directo auferre vitam animæ eius, quem inducit ad peccandum. Et constat peccata in malum directò intenta, esse maiora peccatis indirectò solùm & per quamdam consequutionem in illud malum directa: arg. l. *si quis nec causam.* [g] & aliorum multorum ibi à Iasone inductorum, & eorum, quæ determinat B. Thomas de nocumento intento. [h]

Ad quartum argumentum respondeo concedendo, quòd lædens alium in bonis animæ naturalibus, de quibus arguitur, perinde tenetur restituere boni viri seu iudicis arbitrio, ac is qui læsit alium in bonis corporalibus & honorariis: negando tamen quod ex hoc sequatur ad restitutionem bonorum gratuitorum, per easdem rationes, per quas monstrauimus non inferri hoc ex propositis in tribus argumentis prioribus.

Ex quibus infertur primo, præfatam communem opinionem, pro qua fuerunt allata quatuor prædicta argumenta, non esse intelligendam de inducente ad peccatum veniale, per quod non amittitur gratia Dei, & alia spiritalia ei coniuncta, vt prædictum est. Neque de quolibet inducente ad peccatum lethale: sed de illo, qui vi, dolo, aut fraude alium ad peccatum inducit, vt si paterfamilias, aut dominus auctoritate sua induceret filium suum, aut clientem, vel seruum, vt cum alio inimicitias exerceret: aut litterarum peritus, vel hæreticus quispiam alteri persuaderet, illum, aut illum contractum non esse vsurarium: aut illam vel illam doctrinam non esse veram: cùm tamen contrarium esset verum: vel qui susurrando vel falsa renuntiando inter duos inimicitias disseminaret. Neque est item intelligenda de illo, qui ad peccandū impulit alium qui scit illud esse peccatum, & potest libere, & absque vllo timore, aut erubescentia illius, qui inducit illum ad peccandum abstinere ab illo peccato, aut ab illo resilire. Nam hic ad nullam tenetur restitutionem à iustitia præceptam, de qua hic loquimur, siquidem nihil commisit contra iustitiam, quamquam debeat illum ex caritate, sicut alios peccatores, & aliquanto plus corrigere. Id quòd eruditè insinuauit, & meo iudicio efficaciter probauit magister Sotus. [a]

13 Secundo verum esse, id quod Sotus vbi supra ait, eum qui aliquam parum honestam induxit ad fornicandum, non vt animam eius occideret, sed vt suam libidinem voluptatemque expleret, non peccare tātùm, quantum peccasset auferendo, vel furando ab aliquo magnam pecuniæ quantitatem, tum quia non intendit animam eius occidere, neque vita gratiæ priuare, nisi solùm per quamdam consequutionem forte à se non præuisam, nec præcogitatam, tum quia parum illam læderet quoad temporalia, cùm non esset integra fama: alium verò, cui auferret magnam pecuniæ quantitatem grauiter læderet. Cui consequens est, eum non teneri per illam inductionem ad fornicandum, tantùm restituere, quantum per præfatam rapinam, vel furtum, tum quia non nocuit illi nolenti vel inuito, sed volenti: huic autem nocuit nolenti & inuito, tum quia, vt paulo superius dictum est, offertur ei à misericordissimo Deo restitutio gratiæ, si qua fuit ablata, per quòd videtur ei satisfactum: quæ tamen oblatio non fieret huic pecunia sua priuato.

CAP. HOMICIDIVM.

AVGVSTINVS LIBRO XIX. CONTRA FAVSTVM. cap. 23.

HOmicidium lege vetitum putabatur, * non aliud esse, nisi corporis peremptio. Aperuit ergo Dominus, * omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidij genere deputari.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium quare voluntas occidendi & nocendi personæ,*
2 *licet non eius bonis honoris, & pecuniæ.*

1 NOta primo quod Iudæi ante aduentum Christi putabant, solam voluntatem occidendi nō esse peccatum, sed malè. tum quod ipse Christus damnauit eorum sententiam, [d] tum quod desiderium siue cupiditas & concupiscentia malè faciendi est peccatum, vt postrema duo Decalogi præcepta probāt, tum quod peccata solius cordis, & peccata oris & operis eisdem respōdentia eiusdem speciei sunt, vt tradit D. Thomas receptus, [e] relatus etiam

a *C. de solutionib.* b *ff. de negot. gest.* c *Apoc. 3.* d *Luc. 11.*

e *De reg. iur. libro 6.*

f *1.2. quæ. 73. art. 4. ad 3. & 2.2. q. 34. art. 2. & quæ. 39. artic. 2. ad 3.*

g *ff. de rebus cred.* h *1.2. quæst. 72. artic. 8.*

a *Lib. 4. q. 6. art. 3. de iust. & iur.*

* *Deut. 5.*

* *Matth. 5.*

d *Matt. 5.*

e *1.2. quæs. 82. art. 2. & 7. ad 3.*

a *Prælud. 9. num. 2.*

b *Dist. 1. 1. q. 2. a. 1. 2. & 3.*

c *Exod. 20.*

d *Cap. 15. & 17. & 18.*

e *Ad Rom. 9.*

f *In c. periculose. nu. 3. & c. noli. nu. 6.*

g *Leg. si ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.*

h *Supra eod. num. 2.*

à nobis in Enchirid. Confes. [a] tum quòd immo culpa & malitia peccati proprius inest malæ voluntati quam operi, vt tradit D. Thomas. [b]

2 Nota secundo, omnem appetitum nocendi proximo dici posse homicidium. Quod est verum intelligēdo primo de appetitu nocēdi proximo in persona & bonis corporalibus: non autem de appetitu nocendi ei in bonis pecuniariis, vel honorariis; quia quintum præceptum, de nō occidendo traditum à Mose, [c] solum prohibet dāna personalia in proximum, & non damna pecuniaria, quæ prohibentur per septimum; nec honoraria, quæ prohibentur per octauum, vt post alios diximus & nos in præcitato Enchirid. Confes. [d] neque damna in bonis gratuitis, vt in præcedenti cap. diximus. Non est etiam intelligendum de primo motu occidendi, vel vulnerandi, quem non possumus impedire, vt ait glossa notabilis huius cap. & probatur in illo Apostoli. [e] *Non enim quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, illud facio.* Neque item est intelligēdum de sola voluntate occidendi, vulnerandi, vel peccandi, non sequuta morte, quoad hoc vt leges humanæ contra homicidas editæ habeant locum in huiusmodi vulnerāte: quia vt diximus, [f] non dicuntur propriè homicidæ, qui non occidunt, etiamsi vulnerent. [g] Addo tamen quod etiam nocens proximo in bonis honorariis, vel pecuniariis potest dici homicida impropriè per metaphorā, metonymiā, aut synecdochen, quatenus præbent occasionem homicidij, & quodammodo tollunt vitam, quæ in honore, amore & pecunia quodammodo consistit, vt diximus in cap. *homicidiorum.* [h]

CAP. SI PROPTEREA.

AVGVSTINVS LIBRO PRIMO CONTRA FAVSTVM, IMO EST IN LIB. 50. homil. homil. 28.

SI propterea non facis furtum, quia times ne videaris, intus fecisti, in corde fecisti, reus furti teneris, & nil tulisti.

SVMMARIVM.

1 *Furtum est voluntas furandi quoad hoc, & non quoad illa.*

1 NOta ex hoc cap. volentem furari, furē esse. Quod quidem est eo modo intelligendum, quo diximus supra, [i] voluntatem & appetentiam malam esse peccatū, & quando veniale, & quando mortale. Quod vero subditur teneri furti, intelligendum est quoad Deum & legē eius, & quoad forum conscientiæ tantùm: nō autem quoad homines, & legem eorum, & forum exterius, vt ibidē diximus. Neque quoad Deum & forum conscientiæ quoad restitutionem: neque quoad pœnam dupli, tripli, vel quadrupli, de qua in §. in duplum. & §. tripli. & §. quadrupli, [k] sed ad longe grauiorem & acerbiorem inferni, vel purgatorij, iuxta ea quæ diximus vbi supra & in ca. *dixi.* [l]

i *In cap. cogitationis. nu. 2. & 4. 5. & 11.*

k *Institution. de actionib.*

l *Sup. ea nu 15. 16. & 17.*

CAP. SI CVI.

AVGVSTINVS LIBRO PRIMO DE LIBERO ARBITRIO capite tertio.

SI cui etiam non contingat facultas concumbendi cum coniuge aliena: tamen planum sit, eum aliquo modo id cupere, & si potestas detur, esse facturum: non minus reus est, quam si in ipso facto deprehenderetur.

SVMMARIVM.

1 *Delectatio conditionalis;* Si duxero illam, *an mortalis.*
2 *Vidua delectari potest actu coniugali præterito dupliciter.*
3 *Sic benè, & sic malè contra Caietanum.*
4 *Delectatio venerea præsens nō ordinata in generationem prolis ex qualibet re bona, vel mala prohibita.*
5 *Delectari de sententia data, & de habita copula, vt differunt.*
6 *Coniugi cui difficilior, quam cælibi castitas.*
7 *Delectatio maris de fœmina visa, vel econtrario, vt peccatum.*
7 *Visus nec tactus regulariter per se malus.*
8 *Visus fœminæ malus. sed tactus peior.*
9 *Neuter tamen per se bonus, nec malus. 11. & 12.*
9 *Visus & tactus ad delectandum mortiferi sunt.*
10 *Visus vel tactus vt mortifer ob delectationem.*
11 *Tactus fœminæ ob aliud, quàm libidinem, vt malus.*
12 *Delectatio insurgens ex tactu fœminæ, an lethalis.*
13 *Tactus fœminæ frequentissimè licitus.*
13 *Tactus venerei non per se malus, bonus interdum.*
14 *Oscula & alij tactus fœminæ suo genere indifferentes, sed facti ad libidinem mortiferi.*
15 *Tactus fœminæ ad delectationem honestam, vt non malus.*
16 *Tangens compressus delectando se, vt non peccat.*
16 *Delectationis venereæ paruitas, an excuset à mortali.*

PRænotandum, quod neque Gratianus, neque Archidiaconus citant locum, vbi hoc dicit Augustinus: Cardinalis autem dicit, id dixisse Augustinum in 4. libr. de libero arbitrio: sed non dicit in 4. sed in 1. c. 3.

1 NOta primo, cupientem fornicari censeri fornicari. Pro quo facit illud. [a] *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* Et ponderāndum est, quod licèt non dicat Augustinus simpliciter, volentem seu cupientem fornicari; sed cum illa adiectione, aliquo modo, quasi diceret quantulocumque modo volentem fornicari arg. glos. singularis, [b] per verba tamen sequentia significat loqui se de illo, qui aliquo modo, quantuluscumque ille sit, ita vult fornicari, vt id faceret, si facultas ad id adesset. Propter quod decidemus hic breuiter dubia, quæ hinc remissimus decidenda in fine cap. *cogitationis.* [c]

Quorum primum est, an peccet mortaliter, qui vellet delectari se conditionaliter cum aliqua, vel aliquo, si vel quando sua, vel suus coniux esset. Et quidem mea sententia; hoc cap. nihil facit pro parte negante, neque affirmāte huius quæstionis; quia, vt prædixi, disponit de ita volente fornicari, quod id faceret, si facultas adesset; & ita non loquitur de conditionali voluntate se delectandi actu aliquo, si vel quando licitus esset, de qua quæstio proponitur: sed de voluntate absoluta fornicandi, si facultas adesset: facit tamen pro parte negante, quod dispositio conditionalis, nihil ponit in esse, donec adimpleatur conditio. [d] Ergo voluntas delectandi se copula coniugali habita cum aliquo, vel aliqua, si esset, vel fieret sua, vel suus cōiux, non est peccatum mortale; quia non est de actu illicito.

Pro parte autem affirmante facit, quod delectatio nascens ex illa cogitatione non est conditionalis, nec pendens de futuro euentu, si vel, quando fuerit coniux: immo est præsens, vt palam est. Videtur ergo dicendum, quod aut is, de quo quæritur, concipit delectationem præsentē ex præfata cogitatione insurgentem, & aduertenter illa se delectat, & consentit in ea deliberatè: & peccat mortaliter per rationem pro parte affirmante adductam: aut non habet præfatam delectationem præsentem insurgentem ex tali cogitatu cōditionali; sed solùm voluntatem se delectandi tali copula, cùm sibi fuerit licita: & non peccat per rationem pro parte negante adlatam. quod vtiliter quidem, sed pluribus & paulo obscurioribus verbis determinat Caietanus in opusculis. [e]

2 Secundum dubium est, an vidua, quæ se delectat cogitando de copula licita habita cum marito suo, dum viueret, peccet lethaliter.

Et pro parte quidem negante facit, quod qui non trāsgreditur legem non peccat, vt ait Augustinus, [f] relatus à Gratiano in capitul. *qui peccat*, [g] at vidua, de qua quæritur, nullam legem transgredi videtur: quia non habet, nec vult, nec desiderat habere copulam carnalem illicitam: & ita non videtur transgredi sextum præceptū Decalogi, de non mœchando, neque de non desiderando copulam carnalem illicitam.

Pro parte autem affirmante facit, quòd qui se exponit periculo probabili peccandi mortiferè, peccat mortiferè, iuxta illud. [h] *Qui amat periculum peribit illo:* at huiusmodi vidua exponit se periculo habendi pollutionē præ-

a *Matth. 5.*

b *In clem. 1. de foro competen. verbo aliqua.*

c *Sup. eod. nu. 12. vers. casus autem.*

d *Leg. obligationum fere. ff. de actioni. & obligationibus & §. omni. inst. de verbor. obligationib. cap. si pro te. de rejcrip. lib. 6.*

e *Tom. 1. trac. 14. dub. 10.*

f *Cap. 79. lib. 2. contra literas Petiliani.*

g *23. q. 4.*

h *Eccles. 3.*

sentem,& consensum & desiderium copulæ carnalis præsentis,quæ sunt peccata mortifera per præfata duo præcepta prohibita.

Hoc dubium resoluens Caietanus,vbi sup.dub.2.dicit, quod volùtaria delectatio de præterito actu coniugij nõ est peccatum mortale: quia eiusdem moris est delectari de præsenti,præterito,vel futuro;huiusmodi enim,inquit, differentiæ non variant speciem moris de bono in malũ: & propterea sicut simpliciter,& absolutè cõsensu approbatiuo potest placere viduæ actus præteritus: ita potest delectari de illo. Quod vtique confirmat ex eo, quòd iudex, qui iustè iusſit occidere aliquem,iustè postquam desiuit esse iudex, potest delectari, & gaudere de illa occisione. Verumtamen periculosa videtur hæc resolutio. tũ per resolutionem eiusdem, qua ibidem resoluit primum dubium,dicés posse quidem velle, quem delectare se copula carnali conditionali habenda,si &,quando fuerit licita:non tamen habere delectationem præsentem, quæ insurgit ex illa cogitatione morosa. Contrarietas autem colligitur ex eo, quòd in vtroque casu cogitatio & memoria habentur de actu licito; & vtrobique quæritur de delectatione insurgente ex illa cogitatione: & de altera dicit,quod est mortifera,de altera verò quod non.

3 Tum quod vidua,de qua loquimur,potest habere duplicem delectationem fluentem atque manentem ex memoria & cogitatione copulæ iustæ præteritæ. Altera quidem,qua gaudet & delectatur, se fuisse vxorem talis viri, & se habuisse copulam cum illo,& se delectatam fuisse illo actu: sine tamen præsenti delectatione venerea,ex tali cogitatione insurgente;quæ certè licita est, quia nullo iure prohibita. Altera comitata prædicta delectatione venerea,qua in præsenti delectatur cogitando de illa copula carnali præterita,quæ non est licita. Tum quia prohibitum est omnibus, qui non sunt legitimo matrimonio iuncti, non solùm habere,& velle habere copulam carnalem,& consentire in illam: sed etiam delectare se carnaliter,& frui voluptate venerea,siue nascatur ex cogitatione de copula carnali licita,siue illicita. Tum quod secundum suam resolutionem liceret cuilibet religioso, atque religiosæ delectare se carnaliter, & habere delectationes venereas manantes ex visione licita pulchrę mulieris, vel viri: vel ex cogitatione copulæ carnalis licitæ aliquorum coniugatorum,vel coniugandorum:vel ex lectione licita sponsaliorum & matrimoniorum inter aliquos contractorum, & vsu licito eorum. quod est contra mentem omnium Sanctorum, qui sentiunt, quod per præceptum de non mœchando, non solum prohibetur actus exterior mœchiæ,vel fornicationis, & voluntas habendi eam: sed etiam voluntas fruendi delectatione venerea vndecumque aliunde insurgente,quam ex actu licito morali,quando illum exercet. Tum quòd licèt coniux absens,sicut potest velle habere copulam carnalem cum coniuge absente,quando præsens fuerit, ita posit etiam velle delectare se,cũ illam copulã habuerit:nõ tamẽ potest habere in absentia delectationẽ morosã,sicut nõ potest habere copulã præsentem, neque polluere se pollutione insurgente ex cogitatione copulæ, quam habuit, vel sperat habere ex copula iam habita, vel habenda cum coniuge,cum fuerit, vel erit præsens. Tũ quod fatetur vbi supra, peccare mortaliter viduam, quæ delectationem habet de actu præterito licito cum periculo probabili pollutionis:quod non esset verum, si delectatio illa esset licita. quia ipsemet in tractatu 22. [a] ait confessarium, neque alium exercentem rem licitam peccare mortiferè propter pollutionem contra suam voluntatem euenientem. Tum denique, quod omnis delectatio venerea inordinata,& consensus in eam prohibetur per sextũ præceptũ Decalogi,de NON MOECHANDO & nonum in eo contentum, de NON DESIDERANDO VXOREM PROXIMI. vt sentit S. Thomas, [b] definiẽs, illam & consensum in eam esse peccatum: & consequenter prohibitam illo sexto præcepto, vel nono in eo comprehenso,quod & ipsemet Caiet.ait,[c] at omnis delectatio venerea non ordinata in generationẽ prolis est inordinata,vt ipsemet S.Tho.[d] ergo consequitur, delectationem venereã & consensum in eam deliberatum præfatæ viduæ, vel cuiuscumque alterius non ordinatum in generationem prolis esse peccatum.

5 Ad duo verò argumẽta Caietani respondetur, ad primũ quidem concedendo, quod præfata via potest gaudere & delectare se de carnali copula licita præterita, delectatione illa honesta, qua gaudet, se habuisse illam licitè cum tali & tali marito,nobili,vel sibi caro:non tamen delectatione venerea inordinata, & libidinosa, vt dicitur in secundo & vltimo argumentis pro nobis adductis.

6 Ad secundum autem concedendo, quod iudex potest gaudere,& delectare se de occisione,quam iustè fieri iussit. Quia huiusmodi delectatio est de actu licito, & nulla lege prohibito:& consequenter, quod etiam vidua præfata potest delectare se delectatione honesta,& gaudio honesto,quod habuit rem cum suo marito, & quod delectata fuerit tunc delectatione ordinata in generationẽ prolis intenta:negando tamen ex hoc inferri, quod possit licitè delectare se delectatione præsenti venerea & libidinosa,quæ est prohibita, cùm non sit ad generationẽ prolis ordinata. Quare videtur concludendum, omnes clericos,monachos,sæculares, coniugatos & non coniugatos, licitè quidem posse velle conditionaliter delectare se delectatione venerea, si liceret eis: & gaudere se delectatos fuisse:cum licuit habere rem,& eam actu habuerunt, modo id fiat sine delectatione morosa præsenti: nulli tamen etiam coniugato licere habere delectationem veneream præsentem morosam, & ea deliberatè frui etiamsi nascatur ex licito cogitatu copulæ carnali habitæ,vel habendæ à se, vel ab alio,vel lectæ,vel scriptæ,vel auditæ. Et consequenter, posse viduam gaudere, & se delectare eo quod fuerit vxor illius, vel illius viri,& quòd habuerit rẽ cũ illo,& quòd delectata fuerit eam habendo: sine tamen delectatione præsenti, & eius fruitione deliberata: etiamsi probabiliter putaret se intactã à pollutione seruare. Quia, vt dictum est,omnis delectatio venerea non intẽta & ordinata in prolis procreationem est omnibus prohibita, & consensus in illam deliberatus est peccatum mortiferum.

Ex quibus infertur,difficilius esse coniugibus absentibus à suis coniugibus seruare castitatem,quàm cœlibibus ob cogitationes frequentes copularum carnalium præteritarum,& delectationes ex eis manantes,quæ prouocant eos,vel eas ad fruendum eis præsentibus:& ideo non satis Christiana prudentia vti eas, quę ambitionis vel auaritiæ causa nubũt profecturis in Indiam vel orbem nouum,& alia remota loca ad munera magna ibi administranda & conficienda,ipsis relictis in Hispania.

7 Tertium dubium: An delectatio de pulchra muliere, vel pulchro viro viso sit peccatum mortale. Ad hoc dubiũ respondet Caiet.[a] quòd non. Ea ratione quòd huiusmodi visio nõ est de se libidinosa, sicut sunt oscula & amplexus, quæ ait esse de se libidinosa.

Contra quod tamen facit primò, quod ipsemet ait, [b] quòd regulariter nullus tactus præterquam membrorum verendorum est per se malus; quia non solùm, vt ipse ait,sed etiam vt ante illum dixit ille castissimus S.Thom. possunt fieri: & quotidie beneſiunt causſa amicitiæ, pacis,amoris honesti,consuetudinis regionis, & alijs, vt in seq.dubio dicemus.

8 Secundo, quòd quamuis tactum magis consequatur delectatio venerea quàm visum: tamen frequentissime consequitur etiam visum: quòd significauit Dominus & Saluator noster per illud. [c] *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam,iam mœchatus est eam in corde suo*,relatũ ex Gregorio,[d] & à Gratiano. [e] Quod declarauit Beatus Augustinus in sua regula canonicorum regularium relatus in ca. *nec solo*, [f] in hæc verba:*Nec solo affectu & tactu,sed aspectu quoque appetitur, & appetit concupiscentia fœminarum.nec dicatis vos animos habere pudicos;si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius: & cum se sibi inuicem etiam tacente lingua conspectu mutuo corda nunciant impudica, & secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab immunda violatione corporibus fugit castitas ipsa de moribus.*

Tertio,quod magis & minus non faciunt differre specie,secundum Philosophũ,& probatur in l.vlt.[g] accipiendo speciem prout logici capiunt pro specie specialissima, quam Iurisperiti appellant genus:sed tãtùm numero, siue indiuiduo,vt loquuntur Logici,vel specie,vt iurisconsulti.ergo propterea,quod tactus magis moueat ad libidinẽ, & visus minus,non differunt quoad hoc genere,ita vt tactus per se sit libidinosus & non visus,cũ vterq; possit fieri benè,& quotidie fiat,& vterq; malè,vt etiã quotidie fit.

9 Quare rectius videtur dicendum primò,quòd nec visus nec tactus est de se peccatum etiam veniale, si fiat honesta de causſa,& sine delectatione venerea:neque etiam si fiat cum illo primo motu insurgente. quia cùm non sit illa in potestate nostra, vt dicit gloss. quam ibi ad hoc notauimus, [a] non est peccatum. Secundo quod tam visus, quàm tactus est peccatum mortale,si fiat deliberatè ad habendam delectationem veneream vti præambulã ad copulam carnalem: immo etsi fiat deliberatè ad habendam solam delectationem veneream sine relatione ad copulã carnalem per præfatum cap.*nec solo*.B.Augustini supra relatum:& per glo.memorabilem, quæ [b] reprehendit scholasticos Ecclesias, vt videant dominas. Tertio quòd nec tactus,nec visus ex causſa honesta factus est peccatum,propterea quod ex eo insurgat delectatio venerea in sensualitate,contra, vel præter voluntatem rationalem tangentis vel videntis,si nullus consensus voluntatis portionis superioris animæ accedat.

10 Quartò quòd nec etiam tactus,nec visus,ex causſa illicita; sed non luxuriosa factus, erit maius peccatum propter primum motum insurgentem contra, vel præter voluntatem tangentis,vel videntis,quàm si ille non insurgeret.tum quia licet illicita causſa tangendi, vel videndi ob inimicitiam,auaritiam,vanam gloriam, vel scãdalum, vel aliam causſam illicitam faciat, vt ille tactus, vel visus sit peccatum mortale, vel veniale iuxta qualitatem causſę illicitæ: non tamen facit, illum esse peccatum mortale,vel veniale luxuriæ,si causſa tangendi,vel videndi non est luxuriosa,nec in finem luxuriæ ordinata, nec vllus cõsensus rationalis illi motui primo accedit.

11 Ex quo infertur,non peccare mortifere illum, qui tãgit,aut videt mulierem pulchram,aut quæ tangit,& videt virum pulchrum causſa vanitatis,leuitatis,curiositatis,vel alia simili,non dirigendo id ad carnalem copulam, nec ad delectationem veneream: sed ad quamdam aliam vanam animi recreationem, vel aliam venialiter tantùm malam, etiamsi exinde insurgat delectatio venerea cõtra, vel præter voluntatem eius nullo assensu superioris portionis animæ accedente.

Quintò quòd inter tactum & visum hoc videtur in hac materia distare, quod ex pluribus causſis honestis, & in pluribus locis,& temporibus potest esse licitus visus, quã tactus: & quòd periculosior est, cæteris paribus, tactus, quàm visus,iuxta illud Pauli. [c] *Bonum est homini mulierem nõ tangere.*

12 Quartum dubium est: An delectatio insurgens ex tactu fœminæ vel masculi sit peccatum mortale. Et pro parte quidem negante facit, quòd tactus genere suo non videtur talis: quia potest fieri benè & malè.malè quidẽ notum est:benè autem fit à medico & chirurgis medicando; à patre & matre osculando & amplexando;immo & à cõgnatis & ferè ab omnibus, secundum morẽ regionis osculando, & alias tangendo manus causſa amoris honesti, amicitiæ,fauoris,& ioci honesti: aut ducendo choreas ob festum,recreationem,solatium, iucunditatem ad conseruandam,& augendam caritatem, vel amorem honestum.

Pro parte verò affirmante facit,quòd tactus pudendorum de se iudicatur esse lethalis:& quod Apostolus ait, [d] *Bonum est homini mulierem non tangere*, ex quo à contrario sensu arguit D. Hieronymus in epist.ad Nepotianũ, [e] quẽ refert Gratianus. [f] *Ergo malum est tangere*: & illud septimæ synodi relatum in cap.*definiuimus*. [g] *Periculosa est sexuum cõmistio*,Et illud B.Cypriani lib.1.epist.9.ad Pomponium,de virginibus:*Certè ipse concubitus ,ipse cõplexus, ipsa cõfabulatio & inosculatio,& coniacentium duorum turpis & fœda dormitio, quantum dedecoris & criminis confitetur?*

Pro concordia horum præmoneo, Caietanum hanc rẽ laboriosè, subtiliter, vtiliter, atque copiosè quidem tractasse, [h] sed ita vt eius dicta videantur indigere declaratione & limitatione.

Primo quidem circa illud, quòd [i] videtur asserere, tactus pudendorum esse suo genere malos, dum ait nullatenus debere mulierem pati eos,& teneri ad se defendendũ (etiam clamore,si opus est) à volente eã tangere. in quod citat illud Deut.22.de virgine,quæ oppressa in ciuitate, si non clamauit,meretur mortem. Pro quo addo, quod mea ætate duæ principes fœminæ potentissimæ,laborãtes immedicabili cancere in abditis, verendisque locis, non sustinuerunt se curari à chirurgis.

13 Quibus tamen non obstantibus,contrarium videtur verius.tum quòd negari non potest,illos tactus bene posse fieri causſa medicandi & curãdi; probari etenim potest puella nupta nõ fuisse cognita à viro per adspectum mulierũ, [a] & quod mulier, q̃ dicitur esse inepta viro propter arctitudinẽ mẽbri genitalis, potest interdũ fieri apta per artem chirurgicam,vel medicinalem,vt colligitur ex cap. *fraternitatis*, [b] & quod sæpe vetulæ mulieres infundũt clysteres viris infirmis;quamuis oporteat, eas tangere pudẽda.& quod parentes solent filiis suis dolore aliquo in mẽbris genitalibus languentibus mederi. tum quia infantiũ & senum decrepitorum non se valentium mouere omnia membra solent tangi à ministris eis inseruientibus. tum quia auctoritas illa Deute.nihil obstat,cum loquatur de virgine desponsata, & non de solùm tacta:sed oppressa & vitiata; ex quo non infertur ad solum tactum pudẽdorum mulieris in genere, de quibus loquimur. Neque etiam obstat id, quod de duabus illis principibus fœminis diximus,quoniam etsi teneri possit, eas bene feciſſe præferentes pudicitiam medicinæ(qua vt plurimum ægrotãtes non tenentur vti,licèt benè vti possint, iuxta doctrinã Innocẽtij & aliorum, [c] non tamen peccassent,si passę fuissent sibi medicinam fieri, neque qui eas curassent animo mundo & casto.

Quare videtur hac in re dicendum, tactum præfatum esse quidem longè periculosiorem,quàm aliorum mẽbrorum:& longè magis fugiendum, vel patiẽdum ab eis tantùm, qui, vel quæ probabiliter crederent, se delectationi venereæ inde insurgẽti non consensuros:non tamẽ ita esse per se malum,vt nullatenus possit esse bonus. quod videri potest sensisse Caietanus; cui quidẽ, si sensit ex iusta causſa fieri posse interdum benè, sed quasi sẽper esse malum,libẽter assentimur. Ex quo infertur primo, non peccasse illos,qui in quadam ciuitate Hispanię adspexerunt, & quatenus oportuit contrectauerunt pudẽda cuiusdam hermaphroditi ad æstimandum quo sexu magis incalesceret,vt reputaretur masculus,vel fœmina,iuxta l.*quæritur*, [d] quamuis nos rogati, vt id faceremus, noluimus annuere remittẽtes negotium ad medicos & chirurgos, vt in cap. *inter verba*, [e] scripsimus.

14 Secundo quod rectè videtur dixisse præfatus Caiet. [f] oscula,amplexus,& alios tactus, quibus se masculi & fœminæ mutuo tangunt,regulariter esse per se ac suo genere indifferẽtes; quippe qui possunt fieri benè ac malè, vt supra, [g] monstratum est.

Tertio rectè dicere ipsum, quod tactus præfati, si fiant ad finẽ peruenièdi ad copulam carnalem,vel tamquã preuisa,& præambula peruenièdi ad illam sunt peccata mortalia;quia finis,in quẽ fiunt est peccatum mortale; & omnis actus directus in peccatum mortale est mortalis secũdum omnes,& nos fusè tradidimus in cap. *cum minister*, [h] & in Enchirid.de orat. [i] & in præcitato cap.*inter verba*. [k]

15 Quarto dolandum esse id,quod ait præfatus Caieta. scilicet,prędictos tactus, cùm fiunt tanquam delectabilia ad delectandum se sola delectatione ex eis insurgente, etiam non volẽdo peruenire ad actum carnalẽ, nec faciẽdo eos tamquam præambula & preludia peruenièdi ad illum,esse peccata mortalia cõtra Martynum de Magistris, quẽ fuisse in Hispania quosdam alios sequutos subintelleximus. Dolandum inquam est primò id, quando fierẽt tamquam delectabilia libidinosa,& prouocantia,seu mouẽtia ad delectationẽ veneream & libidinosam:secus autẽ quando fierẽt tamquam delectabilia mouẽtia ad delectationem honestam:puta ad augẽdam amicitiam, beneuolẽtiam,& amorẽ naturalem paternum, filialẽ, ciuilem, scholasticum,vel alium honestum:vt cum agnati, gẽtiles, conciues, municipes & conterranei extra patriam more patrio osculãtur vicissim manº, vestes,vel se amplexãtur,

a *Præfati* 1. *tomi.*

b 2.2.q.154. *art.* 1. *&* 3.

c *Art.* 4. *q.* 154.

d *In dict. q.* 154. *art.*1.

a *In c. homicidium. supra end.*

b *In cap. odi.* 24.q.1.

c1.ad Cor.7.

d 1.ad Cor.7.

d Decima de *vitorum. & epist.*1.*contra Iouinianum.* f *In cap. hostitium* 32. *dist.*

g 12.q.2.

h 2.2. q.154. *art.*4.

i *In coll. generul. suæ additionis.*

a *Ind. tract.* 14.

b *In* 2.2.q. 154.art.4.

c *Matth.*5.

d *Cap.*9.*lib.* 21.*super lob.*

e *In cap. qui videtis.* 32. q.5.

f *Ead. caus. & quæst.*

g *ff. de fundis instructis vel instrum. lega.*

a *Cap. proposuisti.de prob. & cap.nec aliqua.*27.q.1.

b *De frigi. & malefic.*

c *In cap. tuanos.de homic.*

d *ff.de statu homin.*

e 11.q.3. f 2.2. *quæst.* 159.art.4.

g *Num.*7.

h 23.q.5.nu. 38.

i *Ca.* 12.nu. 109.

k 11.q.3.

vel de honesto patriæ more sese osculantur absque delectatione venerea turpi & inhonesta. Negari enim non potest, huiusmodi tactus esse delectabiles delectatione honesta,quæ nascitur ex amore naturali honesto, vt palã est ex illo Marci Tullij.[a] *Cari sunt parentes,cari liberi,propinqui,familiares:sed omnium caritates patria vna complexa est.*

Et ex illis dicteriis; *Dulcis amor patriæ*; *Dulce videre suos? Dulcis amicitia;Dulces amici*,& id genus aliis.Dolendum esse item secundo,vt procedat, quando illi fiunt principaliter ad delectandum se delectatione venerea: secus autem si fierent ad se delectandum præfata delectatione honesta:licèt sensualitate ac fomite peccati originalis, vel etiã diabolo suggerente insurgeret delectatio venerea in sensualitate:quia tunc non sunt peccata mortifera;immo neque venialia, si nullatenus consentiatur eis consensu voluntario voluntatis partis supetioris, (nisi quatenus inquiunt S.Thomas & Caietanus,[b] vt tradidimus in præcitato cap.*cogitationis*,[c] & in Enchir.Consess.[d]

16 Propter quod respõdimus aliàs interroganti, nõ peccare mortaliter eos,vel eas,qui, vel quæ visitantes Ecclesias,& multitudine oppressi volentes)(nolentes tangunt se se;& ex illo tactu insurgit delectatio venerea in sensualitate, si voluntas nec expresè, nec tacitè consentiat illi: præsertim si pigeat huiusmodi motus venerei,& repugnet ei,quamuis non expellat,nec possit eam omnino expellere per prædicta in præcitato cap.*cogitationis*,[e] & per capit. *sed pensandum*,cum ei adnotatis.[f] Quod ipsum videtur dicendum de omnibus aliis huiusmodi tactibus, qui fiunt principaliter quidem ex caussa honesta hospitalitatis, cõuiuij,affabilitatis & comitatus honesti; etiam si tangentes præuiderint ante illos tactus, sibi motum iri præfatam in sua sensualitate delectationem veneream: modo non se tangant ob eam principaliter,nec minus principaliter;sed consequeretur præter voluntatem eorum,etiam repugnãte parte animæ superiore. quoniam tales motus dicuntur primi,& non sunt in hominis potestate,vt ait glos.[g] & S. Thomas.[h]

An verò sint venialia,licet nullatenus eis consentiatur, dicetur infra tangendo differentiam inter primum & secundum motum sensualitatis.quia peccatum, vt supra ex Augustino relato à Gratiano,[i] diximus,adeo est voluntarium, quod alias non esset peccatum.

17 Quarto,quod sæpè venit nobis in mentem, an etiam dolandum sit hoc dictum,ne procedat in aliqua parua delectatione venerea, quæ sine periculo consentiendi in actum carnalem, & incidendi in pollutionem insurgeret alicui. Et quidem pro parte negante facit, quod nemo, quem legerim,hanc limitationem scripsit.Pro parte verò affirmante facit quod transgressio cuiuscumque præcepti excusatur à mortali culpa propter rei paruitatẽ, vt in multis locis affirmat S.Thomas receptus,& à nobis sæpe citatus,præsertim in præallegato cap.*cogitationis*.& [k] Enchir. Consef.& hoc præceptum non est maius, nec ab alio datum,quam ab eo, qui alia nouem præcepta tulit.Nec obstat responsio, quod non potest dari paruitas copulæ carnalis,quæ sola videtur esse transgressio eius.quoniam potest dari paruitas delectationis venereæ, quæ prohibetur per illud,vt prædictum est:& ita licet non possit dari paruitas copulæ carnalis; videtur tamen posse dari paruitas delectationis venereæ, quæ ex solo cogitatu vel tactu insurgeret.

§. *ITEM.*

GRATIANVS.

ITem sicut auctoritas testatur, Voluntas remuneratur,non opus.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas peccandi interior & actus exterior vnum peccatum sunt.*
2 *Voluntas efficax sine opere tantùm meretur, quantum cum illo.*
3 *Quoad meritum vel pœnam essentialem cæteris paribus; quod raro contingit.*
4 *Intellectus illius D.Chrysostomi.* Voluntas nõ opus remuneratur.
5 *Bonitas & malitia actus, prius obiectiuè in actu exteriori quã in interiori.*
5 *Bonitas & malitia exterior nulli, nisi ob interiorem imputatur.*
6 *Peccata cogitationis,vt tolluntur.*

1 HÆc auctoritas in hoc §.à Gratiano citata,cui neq; ipse,neque Antonius Demochares dederunt locũ specificum,vnde sumpta fuerit,habetur apud D. Chrysostomum in homiliis,homilia 26.quem recentiores citãt.[a] Ex qua & ex mente Gratiani collige duas conclusiones. Altera est,quod interior voluntas faciẽdi aliquod peccatum,& exterior actus illi respondens sunt vnum tantum peccatum,quam conclusionem tenet D.Thomas.[b]

2 Altera est, quod sola voluntas faciendi aliquid efficax,id est,talis,quæ faceret,nisi impediretur, tantùm præmij,vel pœnæ meretur,opere non sequuto, quantùm illo sequuto.quam etiam tenet S. Thom.[c] Pro qua primo facit hæc auctoritas Chrysostomi. *Voluntas remuneratur non opus.* Secundo facit cap.*si cui*,[d] quatenus habet, volentem fornicari si posset, non minus peccare, quàm si voluntatem facto expleret.Tertio faciunt omnia illa, quæ supra,[e] attulimus ad probandum, votum siue propositum faciendi haberi pro facto.

3 Contrarium tamen tenuit Scotus in quodlibetis q.18. art.3.Pro quo & contraria opinione communi multa fundamenta recentiores,[f] adferunt: sed omnia dissolui possunt per distinctionem,quam supra, [g] tradidimus. Nempe opinionem communem S. Thomæ communiter receptam,[h] esse veram quoad præmium essentiale meriti,vel pœnam essentialem demeriti: & quando cætera sunt paria quoad numerum,extensionem,& intentionem, quod, vt ibi diximus,perraro contingit:& numquam quãdo exterior actus,seu opus est sacramẽtum, quod ex opere operato gratiam confert,vt vbi supra inquit S.Thomas.

Nota secundo dictum Gratiani, scilicet luce clarius probari per hanc auctoritatem D. Chrysostomi, sola cordis contritione condonari peccata.quod latius probauimus in glos.summę,[i] quatenus ipsemet Gratianus infra,[k] non satis fortè memor eorum, quæ hic dixerat, non idem affirmat etiam tamquam ita clarum,sicut est lux:immo relinquit illud arbitrio lectoris quod tamen post Cõcilium Tridentinum,[l] non esse relinquendum, immo pro luce clariori tenendum in præfata glos.summę diximus.[m]

IN GLOSSAM.

4 Nota, primo ex glos. prima tacitam solutionem argumenti, quod fieri poterat contra præfatam auctoritatem B.Chrysostomi ex illo. [n] *Opera enim illorum sequuntur illos.* Et ex illo Pauli, [o] *vnusquisque recipiet prout in corpore gessit, siue bonum siue malum.*Et ex illa sententia Domini,[p] qua inquit,remunerãda esse opera misericordiæ.Et ex illo Symboli Athanasij.*Qui bona egerunt, ibũt in vitam æternã:qui verò mala in ignẽ æternũ.*Etenim illa omnia probãt,opera bona esse præmiis donanda,& opera mala esse suppliciis castiganda:præfata verò auctoritas dicit,non remunerari opera.Glosa sentiens hanc difficultatem soluit primò per figuram Eclipsim, siue subauditionem subaudiendo dictionem tantùm. Ita quòd non sit sensus, quòd opus non remuneratur:sed quod non tantùm opus remuneratur, sed etiam voluntas sine opere. qui sensus verus in se est, & aptus litteræ.Quoniam præfata figura frequentissima est, tam in sacris,quam in profanis litteris.sic etiam glos. & in cap.*cantantes*, [q] subaudit dictionem tantum illi dicto B. Hieronymi.[r] *Deo corde & non ore cantandum*: ita vt sit sensus non voce tantùm,sed etiam corde esse cantandum:& sic glos.sentit, non solùm actum & opus interius esse remunerandum,sed etiam exterius.Quod adeo quidem verum est(vt super textum dicimus) quod cæteris paribus tantùm quis meretur, vel demeretur sola voluntate perfecta & efficaci quoad præmium & supplicium essentiale sine opere,quam cum illo.

k *In cap.11.*

a *Est hom. 26. operis imperf. in Matth.*

a *In 1.2.qua. 20.art.4.*

b *In 2. libro senten. dist. 40.q.1.art. 1.*

c *In d.lib.2. sen. dist. 42. q.1. art.1. & in 3. sen. dist. 4. q.1. art.2. & qua.2. de malo artic.2. ad 8.*

d *Super cap.*

e *Cap.in cap. magna.*

f *In præfato art.4.*

g *In d. cap. magna.num. 15.*

h *In 1.2. q. 20.art.4. & 2.2.q.81.art. 6. ad 1.& 3. part.qu. 68. artic. 2.& in 4. dist. 4.q.3. art.3. quæstiũcula. 2.& d. 15.q.2.art. 1. q.2.ad 4.*

i *A num.2.*

k *Cap. super cap. penult.*

l *Sess.14.c.4.*

m *Num. 2. & 6.*

n *Apocal.14.*
o *2.Corinth.5.*

p *Matth.25.*

q *92.dist.*

r *Ad cap.5.epistolæ ad Ephes.lib.3.*

5 Secundo soluit,quod sensus D. Chrysostomi est,opus non remunerari propter se:sed propter voluntatem,vnde procedit. & ita sentit glosa bonitatem & malitiam actus esse potius in actu interiori,quàm exteriori, super quo est magna disceptatio B.Thomæ, Caietani, & recentiorum Theologorum.[a] Sed breuiùs & planiùs resolui potest, dicẽdo primo quod bonitas & malitia operis in se, & obiectiuè prius sunt in opere exteriori, quàm in voluntate. Prius enim in se,& obiectiuè,est bonũ opus largitio eleemosynæ debitis circumstantiis comitata, quàm voluntas elargiendi eam: quoniam suam bonitatem recipit à Deo, & à sua lege æterna, & naturali, qua opus rectæ rationi conforme est bonum,& est tale etiamsi numquam ab aliquo fiat,neque illam aliquis facere velit:& quoniam non ideo præfata largitio est bona,quia voluntas faciendi eam est bona:sed potiùs contra,voluntas illam faciendi est bona,quia illa est bona.Furtum item ideo est malum,quia est prohibitum à Deo,& contrarium rectæ rationi,& legi naturali & diuinæ:& est malum etiamsi nemo furetur,neque velit furari:& voluntas furandi ideo est mala,quia furtum est malum. Dicendo secundo, voluntatem esse causam, quare aliquod opus imputetur agenti pro peccato ad præmium, vel supplicium. tum quia nihil potest esse peccatũ nisi sit voluntarium,[b] tum quia voluntas est caussa omniũ actuum humanorum, quales sola sunt peccata mortalia hominum,vt diximus in Enchirid. Conf.[c] Et ita, vt alicui imputetur aliquid pro peccato ad supplicium, oportet,vt voluntas & malitia præcedant:quapropter bonitas & malitia caussatiuè dicitur prius esse in voluntate, quàm in opere.

Tertio est inferendum ex iis breuiter, quòd vno respectu,scilicet obiectiuè,seu tamquam obiectum,opus exterius per prius dicitur bonum, vel malum in se, quàm voluntas interior id faciendi. Contra verò alio respectu,scilicet caussatiuè, seu tamquam caussa voluntas dicitur bona,vel mala perprius, quam opus exterius dicitur bonum vel malum.Secũdum quod nullum opus exterius, licet sit bonum,vel malum in se imputatur alicui ad præmium vel supplicium,nisi voluntariè velit illud facere.Ita quod voluntas faciendi illud est caussa, quare illud bonũ, vel malum imputetur alicui ad præmium vel supplicium. Et in hoc sensu glos. accepta, & auctoritas B. Chrysostomi sic intellecta sunt valde memoranda.

6 Nota secundo , quod nulla peccata cogitata, si modo cogitans cõsentiat in eis tolluntur eo solo, quòd cogitans nolit ea cogitasse(vt quidam dixerunt tolli) argumento l. *ab emptione*,[d] quæ conclusio Catholica & de fide est.quoniam non solum habenda est contritio peccatorum omnium, quamlibet occultorum & tantùm mentalium: sed etiam confessio eorum exterior est facienda, vt definit Concilium Tridentinum.[e]

Nota denique ex glossa vltima,non sufficere quamlibet contritionem ad delenda peccata : qualis autem sufficiat dicemus in cap.*perfecta*.[f]

a *In 1.2.q 20 art.1.*

b *15.q.5.§.1.*

c *Psalud. 6. à num. 7.*

d *ff.de pœn.*

e *Sess.14.c.5. & can.7.*

f *Dist.3.*

CAP. PORRO.

PROSPER CAP. VII. LIB. II.

DE CONTEMPLATIVA VITA.

POrro illi, quorum peccata humanã notitiam latent, non ab ipsis confessa, nec ab aliis publicata:si ea confiteri vel emẽdari noluerint,Deum quem habent testẽ, ipsum habituri sunt & vltorem.Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Deus iudex & testis nostra errata puniet, nisi illa præueniendo muniamus.*
2 *Iudices nostri non sumus veri,vt confessarij.*

1 NOta primo ex hoc eleganti capi. eleganter ab elegantissimo Prospero dictato duo ex duabus partibus eius,quæ multum nos mouere possunt ad pœnitendũ. Primum quòd Deus ipse omnipotens & omniscius est iudex,& testis omnium nostrorum erratorum, etiam occultorum. Secundum quod æterno iudicio puniemur,nisi tẽporali pœna nos ipsos puniamus.Pro priori est illud.[a] *Ego sum testis & iudex*; declaratum à S. Thoma,[b] & illud Symmachi Papæ in libro Ennodij relatum in capit. *aliorum*.[c] Pro posteriori vero est illud. [d] *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis.*Adde tertio quod in capit.seq.ponitur nempe quod per pœnitentiam non solum assequimur veniam peccatorum:sed etiam præmia æterna beatorum.

2 Nota secundo, debere nos esse iudices & vltores peccatorum nostrorum,non quidem proprij, vt sunt confessarij, qui habent veram iurisdictionem super pœnitentibus sibi confessis, vt contrarium dicentem clarè damnat Sacrum Concilium Tridentinum.[e] Nemo enim veram potest supra se habere iurisdictionẽ, [f] sed impropriè,metaphoricos,& per similitudinem,vt pote cognoscendo vltro,& sponte nostra errata,priuato & singulari iudicio,& puniendo ea aliqua pœna, vt glos. quæ per hoc manet expedita,declarat.

a *Hieremiæ cap.29.*
b *2.2.q.67. art.1.ad 1.& art.3.ad 3.*
c *9.q.3.*
d *Luc.13.*

CAP. FACILIVS.

PROSPER CAP. VII. LIB. II.

DE CONTEMPLATIVA VITA.

FAcilius Deum sibi placabunt, qui nõ humano conuicti iudicio, sed vltro crimen agnoscunt.Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Confessio criminis tollit,vel minuit pœnam.*
2 *Confessio metu probationis, vel præmisso processu, licet coacta, vt minuit pœnam.*
3 *Confessus negando qualitatem eius non est confessus.*

1 NOta primò, mitius esse puniendum sponte cõfessum,quàm conuictum.Pro quo facit capi.*serpens*,[g] & alia iura,quæ citat glos.[h]

Contra quod facit primo cap.*non dicatis*,[i] quod habet, parcendum esse sponte confitenti:secundo facit cap. vlt.[k] quòd habet debere quem deponi propter crimen confessum.Tertio facit quod interest reip.vt delicta puniãtur,[l] & omnis culpa est digna pœna,vt innuit cap.2.[m]

Ad horum primum respondeti potest primo illud cap. esse Diui Augustini,qui non habuit potestatem condendi legem generalem.Secundo quòd illud,dicit, esse seruandum in sua regula,quæ non ligat nisi eos, qui eam profitentur,id est,canonicos regulares, & alios religiosos, qui sub ea militant. Tertio,quòd potest intelligi de condonatione nõ totali:sed partis pœnæ, & ita de diminutione.& consequenter concordat textui nostro,qui hoc ipsum habet. Pro quo intellectu facit, quòd non ait simpliciter, vt ei parcatur:sed cum adiectione, vt oretur pro eo,quasi dicat.Partem pœnæ sibi debitæ soluant fratres per suas orationes.

Ad secundum respondetur,præfatum cap.vltimũ agere de confessione non animo spontaneo facta, sed timore probationis : nostrum autem cap. de omnino spontanea, vt resoluit glos.communiter recepta in dict. cap.*presbyterum*.[n]

Ad tertium respondetur concedendo quidem interesse reip.vt delicta puniantur:sed negatur quod non legitimè puniantur,si pœna ex caussa diminuatur. Cùm vtique certum sit eam ex caussa & diminui & augeri posse, iuxta l.*quid ergo*.[o] & tradunt omnes in ca.*at si clerici*, [p] & vna iusta caussa minuendi est confessio spontanea.

2 Quibus addo primo,quòd etiam æquius & verius videtur id,quod ait Panormitanus, [q] scilicet quod etiã confessio spontanea,facta timore probationis aliqua ex parte debet minuere pœnam, licèt non tantùm, quantum omnino spontanea,quod satis ipse sentit, & merito de toto ad partem,quod est validum. [r] Etenim si omnino spontanea tollit certam partem : debet semispontanea tollere aliquantulam partem.

Addo secundo, confessionem iudicialem factam præcedente processu,non censeri omnino spontaneam.Vnde

g *Inf. ead.& cap.presbyterum.50.d.& c.si quis presbyter. 15. q. 8.*
h *In dict.cap. presbyterum. 1.12.q.1.*
i *15 q.8.*
k *Leg. si ita vulneratus ff.ad leg. Aquil.*
l *De constit.*

n *50. d.& c. vlti.15.q.8.*
o *§.pœna grauior. ff.de his qui notan.infamia.*
p *§. de adulteriis vero.de iudic.*
q *In præallegato cap.at si clerici.nu.7.*
r *Leg. qua de tota. ff.de rei vendic. cap. pastoralis. §. item cum tenuerit ff. de iudic. delegat.*

Panormitanus, [a] dicit, huiusmodi de crimine confessum non esse habendum pro confesso, sed pro conuicto.

3 Addo tertio, non haberi pro confesso, si cõfiteatur aliquid negando qualitatem necessariam ad suam condemnationem: vt si fur confiteatur contrectasse quidem rem alienam, sed vt amicus, & non fraude, neque dolo quia furtum non fiat sine dolo, [b] negat id, quod est necessarium ad suam cõdemnationem. Dixi *qualitatem necessariam*, quia si non esset talis, nihil sufficeret, quominus esset confessio spontanea. Cuius rei exemplum ponit Baldus, [c] de illo, qui confiteatur quidem, damnum dedisse, sed negat illud dedisse dolo & per iniuriam, quoniam ad condemnationẽ per actionem legis Aquiliæ non requiritur dolus: sufficit enim, quod non iure fiat, iuxta glossam. [d]

§. *HOC IPSVM.*

GRATIANVS.

HOc ipsum probatur auctoritate illa prophetica.* In quacumque hora peccator fuerit conuersus & ingemuerit. Et reliqua.

CAP. SCINDITE CORda vestra.

IOEL. CAP. II.

SCindite corda vestra & non vestimenta. Et reliqua.

CAP. CONVERTIMINI.

IDEM PROPHETA.

COnuertimini ad me in toto corde vestro, & ego conuertar ad vos.* Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Iustificatio sit regulariter per motum à peccato in Deum.*
2 *Licet Deus illam possit facere sine illo.*
3 *Signum exterius doloris sine interiori paruum.*
4 *Gratiam Deus parato non dat necessariò.*
5 *Confitentur multi priusquam contritione condonentur.*
6 *Infinitatum superius est pars infinitati inferioris.*
7 *Infinitatum nomen est, cui præmittitur negatio.*

1 NOta primo ex hoc §. quod ad iustificationem adulti lethali peccato infecti, requiritur motus eius, quo per liberum arbitrium discedat à peccato per detestationem eius, & accedat ad Deum per amorem ipsius & veniæ desiderium. Ezechiel enim, [e] in hoc §. citatus habet in summa, quod in quacumque hora ingemuerit peccator, pœnitendo peccasse, & conuersus fuerit desiderando & petendo veniam, vita viuet: ergo præsupponit, requiri ad iustificationem, quod recedatur à peccato, & accedatur ad Deum per amorem & desiderium veniæ, quæ requirunt motum præfatum liberi arbitrij. Tũ quia Deus Opt. Max. sapienter & suauiter regit creaturas secundum suam naturam, quam eis indidit, * iuxta illud. [f] *Omnia in sapientia fecisti, Domine, quæ in cœlis sunt, & quæ in terris*, & illud Sap. 8. *Omnia disponit suauiter.* at hominem præ omnibus corporeis creaturis libero arbitrio dotauit, dando ei voluntatem & conditionem liberam: ergo conuenit, vt per motum sui liberi arbitrij saluet eũ, vel dãnet. Quæ ratio est S. Tho. [g] Non obstat quod D. Paulus, [h] videatur fuisse absque aliquo motu subito iustificatus: quia prius saltem natura habuit præfatum motum, quo sui actus mali pœnitens Dei gratiam desiderauit obtinere.

* Iuxta illud. Omnia in sapientia. *Citatur hoc ex Psal. 103. In quo ita legitur. Quam magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. Non ergo ibi est & quę in cœlis sunt, & quę in terris. Quamuis totus ille Psalmus Deum ab opificio & prouidentia sua celebrans, sapientiam diuinam in rebus omnibus tam cœlestibus quàm terrenis, & tam visibilibus quam inuisibilibus clare demonstret elucere.*

2 Nec obstat, quod Deus Opt. Max. posset de absoluta potestate, peccatorẽ absque præfato motu iustificare: quoniam, vt illud verum est, ita certum est conuenientius esse, vt per præfatum motum iustificetur: & ita sua diuina maiestas agit id, quod magis cõsonat æquitati, & iustitiæ, quã suæ infinitæ immensæque potestati. Adieci tamen initio norabilis, *adulti*: quia pueri, amẽtes, iudicióque ad hũc motum concipiendum carentes passim per baptismũ iustificantur, qui non possunt illum habere vt habetur in ca. *firmissime*, [a] & tradit Sanct. Thom. [b] Non obstat etiã, quòd subito ad martyrium abreptus absque tali motu iustificetur, [c] quia id speciali ratione benignissimus Deus facit; vel vt reddat vicem amori, quo sic abreptus pro eius amore mortem libenter suscipit; vel quia etsi non concipiat illũ expresè: concipit tamen tacitè suæ virtualiter, concipiẽdo voluntatem moriendi pro Christo, quæ virtute suæ, vt ita dicam, virtualiter continet voluntatem discedendi à peccato, vti maior summa continet minorem. [d] Non obstat etiam, quod in momento temporis non poterit quis meminisse omnia peccata, quæ fecit, vt ea detestando ab eis recedat: quia satis est detestari speciatim suæ particulatim occurrentia, detestando generatim omnia oblita cũ proposito detestandi ea singulatim tempore debito, vt nos post Ioan. Maior. & Caiet. Clarius aliis diximus in Enchir. Confes. [e]

3 Nota secundo ex cap. *scindite*. parui momenti esse corã Deo signa exteriora, quibus non respõdent interiora. Scissus enim suæ scissura vestiũ erat olim signum magni doloris, qua vsi fuerunt Dauid, & viri eius, [f] propter mortem Saulis & Ionatæ, & Ioël in hoc c. *scindite*, citatus significat, parum esse scindere vestimenta ad significandum iustum de peccato dolorem, nisi etiam cor scindatur per tristitiã interiorem. Sic parum prosunt põpa funeris, & sepulchri animæ defuncti, nisi preces & sacrificia legitimè cum debita cordium deuotione offerãtur. [g] Sic vestes pullę quorundam agnatorum acceptę pro defunctis, quibus succedunt, parum illos commouent ad condolẽdum qui nouerunt eos lætis animis illis succedere. Sic cantus exterior parum Deo placet, nisi comitetur eum interior. [h] Nec sufficit, vt respondeat qualiscunque interior: sed oportet, vt sit legitimus, vt infra dicemus in cap. *pœnitentia*, [i] cum legitimam contritionem definiuerimus, vt in [k] præfato Enchirid. definiuimus.

4 Nota tertio ex cap. *conuertimini*, quod Deus benignissimus, simul ac nos cõuertimus ad eum, cõuertitur ad nos gratiam suam infundendo, & remittendo nobis errata. Quærit autem Cardinalis: An necessario id Deus teneatur facere: & cõcludit, quod non de necessitate absoluta. Tum quod sic homo comparatur ad Deum, sicut lutũ ad figulum, secũdum illud, [l] *Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea*: sed lutum non ex necessitate accipit formam à figulo, quantumcumque sit paratum: ergo homo non recipit ex necessitate gratiam à Deo quantumcumque ad eum se conuertendo præparet, & disponat. tum quod, omne illud, quod fit gratis, fit ex libertate non ex necessitate. tũ quod gratis iustificamur. [m] De necessitate autẽ benignæ promissionis debet id facere. tũ per illud. [n] *Et quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita*. tũ quod Deus obligatur sua promissione, vt ait Bald. allegãs in hoc Magistrum sententiarũ, [o] quem sequitur Decius, [p] non quidẽ alij, sed sibimetipsi, vt diximus.

5 Nota quarto ex versi. *item leprosi*. posito in capi. *conuertimini*. quod omnis peccator iustificatur per solam contritionem, antequam confiteatur. Pro dicto Gratianus adducit D. Lucã, [q] in quo leprosi missi à Domino ad sacerdotes antequam peruenirent ad eos fuerunt mundati. Et illud, [r] de Lazaro resuscitato priusquã solueretur à discipulis, & id genus alia. Quã quidẽ sententiam etiã asseruit Maior. [s]

Contrarium tamen tenendum est. Tum quia, vt opinor, bona pars Christianorum prius, vt plurimum, vadit ad confitendum sua peccata sacerdoti, quàm cõcipiat tantam eorum contritionem, quanta requiritur ad remissionem eorum sine calore, aut virtute sacramenti, quæ in absolutione sacerdotis consistit. Tum denique, quòd secundum Sanct. Thomam & plerosque omnes theologos, frequentissimè quis de attrito fit contritus per calorem &

[a] *Vbi supra.*

[b] *Le. 1. §. furtum. ff. de furtis. & §. furtum institutionibus de obligationibus quæ ex delicto nascun.*

[c] *In Le. contra negantẽ. Cod. de lege Aquilia.*

[d] *In leg. §. putator. & in l. si quis sumo. ff. ad legem Aquiliam.*

* *Ezechi. 33.*

* *Cõfecta est hæc ex Ioelis capite 2. & Zach. cap. 1.*

[a] *Cap. 18. & 33.*

[b] *Psalm. 103.*

[g] *1. 2 qu. 113. art. 1. & 3. & in 4. sen. dist. 17. qua. 1. art. 3. quæstiuncula 2. & 3 par. q. 86 ar. 6 ad 1.*

[h] *Actorum. cap. 9.*

[a] *15. quæst. 1. & ca. firmissime. de cons. dist. 4.*

[b] *In 4. dist. 17. quæst. 1. art. 2. quæstiuncula 1. & dist. 20. art. 1. quæstiuncula 1. & quodlib. 5. artic. 2.*

[c] *Ca. data pœnitenti vicem de consec. dist. 4.*

[d] *Leg. 1. §. si tamen ff. de verb. oblig.*

[e] *Ca. 1. nu. 25.*

[f] *2. Reg. ca. 1.*

[g] *Ca. animadu. 33. quæst. 2.*

[h] *Ca. citius. tet. 50. dist. 1 distinct. 3.*

[k] *Prin. ca. 1.*

[l] *Ierem. 18.*

[m] *Roma. 3.*

[n] *Psalm. 88.*

[o] *In leg. 3. ff. de pact.*

[p] *In ca. 1. de probation.*

[q] *Capit. 17. 1 Ioan. 1.*

[s] *In 4. distinct. 14.*

virtutem sacramenti pœnitentiæ susceperit.

Non obstat locus præfatus Euangelij, quia ad summum probat, aliquos pœnitentes prius assequi remissionem peccatorum, quàm confiteantur, quod est verum, & nos cum communi confitemur. Tum quia receptum est illud Augustini dicentis infra. [a] *Nullus debitæ grauioris pœnæ accipit veniam, nisi qualemcumque, et si longe minorem quam debeat, pœnam soluerit*, & cap. omnis. [b] *Omnis qui iam suæ voluntatis arbiter constitutus est, nisi eum pœniteat veteris vitæ, nouam non potest inchoare*: Sed negamus id contingere omnibus. quin putamus bonæ parti confitentium contrarium obtingere: hortandósque esse magnopere pœnitentes, ne nimium suæ contritioni fidentes suorum lethalium peccatorum confessionem nimis differant, putantes sibi esse condonata peccata per attritionem, quam putabant esse iustam contritionem: cum toto fere anno antequam confiteantur, maneant in statu damnationis, & amittant fructum gratiæ omnium bonorum operum suorum, quæ toto illo tempore fecerunt.

[a] *Eod. capit. nullus.*

[b] *Distinct. 4.*

IN GLOSS. CAP. SCINDITE.

Nota ex glossa cap. *scindite*, vnum, quod non memini legisse vmquam in alia vlla vtriusque iuris glossa, scilicet quod omne superius infinitatum efficitur pars inferioris infinitati. Cuius conclusionis terminos pauci theologi, & pauciores iurisperiti declarant: & minor quod tantùm operæ insumpserit Archidiaconus in eis declarandis, cuius verba nihil eis addendo recitat ad litteram Bellamera. Nos autem addimus primum, ipsum eruditè quidem & laboriosè prædictos terminos declarasse, & tandem concluisse: & non satis aptè sua dicta dictis Gratiani applicasse. Secundo nos ea relinquere intacta, quia parum sunt vtilia. Tum quod est verum in se id, quod ait gloss. nempe superius infinitatum fieri partem inferioris infinitati: quia perinde est, ac si diceret, genus infinitatum fieri speciem speciei infinitatæ. Cùm genus sit superius & generalius, quàm species, quæ est inferius & pars subiecta superiori generi. Et hoc est verum in se, & probatur, quia nomen hoc infinitatum, licet non sit Ciceronianum, est tamen logicum, quo logici recentiores in principiis suæ institutionibus seu præludiis, quæ prologomena, & Logicæ præfationes & terminos appellant, (quos nos adhuc pueri audiuimus & didicimus) vtuntur. Et definiunt, infinitatum esse terminum vel nomen, cui præiungitur negatio illa, *non*, vt, Non animal, Non homo, & significat quidquid non est illud, cui adiungitur negatio. Si quidem non animal significat quidquid non est animal: & non homo quidquid non est homo. Ex quo vtique consequitur quod genus negatum, siue infinitatum minus significat, quam species negata & infinitata. Quoniam pauciora sunt, quæ non continentur sub genere, quàm quæ non continentur sub specie: animal etenim est genus siue superius, & homo species siue inferius. Et ita pauciora sunt, quæ non continentur sub animal, quàm quę non continentur sub homo: & è contrario consequenter pauciora sunt, quæ continentur sub non animal, quàm quæ non continentur sub non homo: equus enim est non homo, sed non est non animal. Et ita non animal, quod est genus infinitatum est species, siue inferius ad non homo, quod est species infinitata.

IN GLOSS. CAP. CONVERTIMINI.

SVMMARIVM.

1 *Auxilium Dei & gratia gratum faciens eius differunt.*
1 *Gratia gratum faciens est donum, auxilium tantùm motio.*
2 *Auxilium Dei duplex naturale, & supernaturale.*
3 *Iustificatio constat ex quatuor, quorum gratia prior natura.*
3 *Iustificatio & remissio idem sunt.*
4 *Intellectus illius*, Conuertimini ad me, &c.
5 *Gratia vt caussa efficiens præcedit alia, quæ ipsam, vt caussa materialis præcedunt.*
6 *Ordo Scripturæ seruandus.*
Conuertitur quomodo peccator ad Deum, & ipse ad illum.
8 *Intellectus illius.* Surge qui dormis & exurge à mortuis.
9 *Ordo qualis ad iustificationem requisitorum.*

1 PRo declaratione glossæ 1. cap. *conuertimini*, quę multa implicat: præsupponendum primo, quod auxilium Dei, & gratia gratum faciens differunt. Quoniam gratia gratum faciens est donum supernaturale infusum à Deo rationali creaturæ, quod est quædam qualitas infusa inhærens ei iuxta elem. 1. [a] & [b] Conciliũ Tridentinũ & colligitur ex [c] S. Thoma. Auxilium verò Dei, vel diuinum est motus, quo iuuat Deus hominem absque additione, & infusione illius doni supernaturalis, vt colligitur ex multis locis eiusdem S. Thomæ præsertim verò ex art. 6. [d] vbi expresè ait, auxilio diuino opus esse peccatori ad se præparandum ad consequendum gratiæ habitualis donum: & [e] quatenus ait, quod vocatio Dei est auxilium diuinum, quo mouetur quis ad recedendum à peccato per detestationem eius, per quam peruenitur ad remissionem eius per gratiam: & ita auxilium diuinum, quo peccator peruenit, ad iustificationem, non est præfata gratia, sed præuenit eam.

2 Secundo, quòd auxilium diuinum est multiplex: alterum naturale: supernaturale alterum. Naturale quidem est, quod à Deo Opti. Maxim. naturaliter datur creando ipsum hominem quibusdam facultatibus, tam corporis, quàm animi ornatum. Supernaturale verò, quo Deus mouet hominem ad ea, quæ super rationem & facultatem naturales sunt, vt colligitur ex S. Thoma, [f] & Caietano qui eruditè ibidem explicat.

Tertio quod ex iis sequitur, ad iustificationem & translationem peccatoris ab statu peccati mortiferi & damnationis ad statum approbationis & amicitiæ Dei, vt plurimum, interuenire auxilium diuinum sine habituali dono & gratia, quo incipit moueri ad detestandum statum illum malum, & desiderandum hunc bonum. Nec obstat, quod ait Sanct. Thomas communiter receptus, [g] in hæc verba. *Quatuor, quæ requiruntur ad iustificationem impij, tempore quidem sunt simul, quia iustificatio impij non est successiua, vt dictum est: sed ordine naturæ vnum est prius altero: & inter ea naturali ordine primum est gratiæ infusio: secundum motus liberi arbitrij in Deum: tertium est motus liberi arbitrij in peccatum: quartum verò est remissio culpæ.* Non inquam obstat, quia S. Thomas ibi loquitur de fine iustificationis perfecto: nos autem loquimur de initio cõuersionis & motus & actuum, qui sunt præuij, &, vt ita dicam, præparatiui qui ante illam consequutam solent haberi: & possunt esse boni moraliter, vt grauiter determinat præfatum Concilium Triden. [h]

4 Quarto quod ex iis colligitur aptus modus intelligendi illud. [i] *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos:* in hoc capit. citatum, scilicet quod nos mediante auxilio suo diuino debemus conuerti ad Deum præparando nos per detestationem peccatorum & desiderium veniæ, vt ipse postea conuertatur ad nos, infundendo suam gratiam habitualem, qua nos sibi gratos faciat.

5 Quinto quod ex prædictis, præsertim ex doctrina S. Thomæ supra ad litteram relata & communiter recepta colligitur, gratiam gratum facientem, & habitualem in genere causæ efficientis, vel formalis iustificationis, esse priorem natura motu liberi arbitrij in amorem Dei: & amorem Dei priorem detestatione peccati: & hanc priorem remissione illius: quamuis in genere causæ materialis & dispositionis detestatio peccati, & amor Dei possint esse priora natura, & tempore gratia & remissione.

6 His præsuppositis, nota primo ex glossa 1. præfati cap. *conuertimini*, ordinem Scripturæ seruandum esse, ita quod præcedere debet illud, quòd prius scriptum est: & ita prius nos debere conuerti ad Deum, quàm ipse conuertatur ad nos. Quia contextus habet, *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Pro quo est cap. *si rector.* [k] quatenus habet per illud. [l] *Insta opportune & importune*, quod opportunitas debet præire importunitatem, eo quod prius scribitur opportunitas, quam importunitas. & cap. *quorundam* adiuncta glossa, [m] quatenus probat, ideo Prædicatores censendos digniores Minoribus, quia prius ibi nominantur. Et glossa cap. *bene quidem*, [n] distinct. quæ colligit, Mediolanensem Archiepiscopum esse dignioren Rauennatensi, ex eo, quod prius ibi respondisse dicitur. Faciunt & alia plurima, quæ tradit Felinus, [o] post Bartholum, [p] vbi tractat de triplici ordine: cuius dicta recentiores dilatant.

[a] *§ fi. de sum. Trinit.*

[b] *Can. 7. & 11. sess. 6.*

[c] *Omnib. art. quæ. 110. 1. 2.*

[d] *q. 109. 1. 2.*

[e] *Quæst. 113. art. 1. & 3.*

[f] *In 1. 2. quæst. 109. artic. 1.*

[g] *In dist. 1. 2. quæst. 1. ar. 6. & clarius artic. 8.*

[h] *Vbi sup. ca. 7. & can. 4. & 10.*

[i] *Zach. 1. & Ioël. 2.*

[k] *43. distinct. 1 2. Tim. 4.*

[m] *In verb. prædicatorii de elect. li. 6.*

[n] *Verb. Mediolanèsi. 96.*

[o] *In c. cũ dilecta num. 4. de rescrip.*

[p] *In le. 2. §. prius. de vul. & pupilla.*

7 Nota secundo ex glossa argumentum neruosum contra præcedens notabile, scilicet, quod non potest peccator conuertere se ad Deum, nisi diuino auxilio adiutus. Pro quo, licet illa nihil alleget, est illud Apostoli. [a] *Non volentis nec currentis, sed miserentis est Dei*, per quæ Sanct. Thomas, [b] concludit, non posse quem præparare se ad spiritalia dona infusa, nisi auxilio diuino speciali moueatur, neque cõuertere se ad Deum, nisi ab eo conuertatur. Et alibi, [c] concludit id, quod glossa hic dicit, nihil pro eo allegando, scilicet neminem posse mereri primam gratiam. Quæ planè omnia confirmantur per Concilium Tridentinum. [d] Ad quod argumentum non respondet glossa formaliter, nec clarè, nec firmiter, sed ex iis, quæ præmisimus, respondendum est, concedendo quidem, ordinem conuersionis, qui tangitur in hoc capit. *conuertimini*. seruandum esse, & seruari. Concedendo item, quod peccator non potest se ita conuertere ad Deum, vt iustificetur, & sit ei gratus sine supernaturali dono gratiæ infuso negando tamen, quòd non possit se ita conuertere ad Deum, vt iustificetur, & sit ei gratus sine supernaturali dono gratiæ infuso: negando item, quòd non possit se ita conuertere, & præparare ad illud donum gratiæ sine illius infusione. Quia potest id facere adiutus auxilio speciali diuino per motum sui liberi arbitrij ad detestandum peccata, & desiderandum veniam eorum. Ita quod Deus prius se conuertit ad peccatorem, mouendo illum per auxilium speciale ad hoc, vt se conuertat, & præparet ad gratiam, & postea Deus iterum se conuertit ad eum infundendo eam illi, & per eam faciendo eum sibi gratum, qua munitus meretur postea vitam æternam, non solùm de congruo, sed etiam de condigno, vt probat S. Thomas cum communi, [e] & definit præfatum Concilium in præcitato can. 32.

8 Ex qua solutione colligitur modus intelligendi illud Apostoli quod citat glossa. & est ad Ephes. [f] *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus*: nempe quod surrectio à mortuis, quę est conuersio vel initium conuersionis peccatoris ad Deum præueniente diuino auxilio, & postea cùm surrexerit præparando se sufficienter, illuminat eum Christus per gratiam, & donum supernaturale infusum, quo facit illum sibi gratum.

9 Nota tertio ex glossa quòd ordo iustificationis habet, vt contritio, qua conterimur, præcedat remissionem, & quod contritio ex libero arbitrio præcedens meretur remissionem, & quòd gratia, quæ illam præcedit est causa illarum, & quod quidam prius ponunt remissionem.

Sed contra glossam facit primo, quòd videtur secum pugnare dicendo primo, quòd contritio præcedit iustificationem, & postea, quòd gratia præcedit omnia, & quod secundum aliquos remissio præcedit. Ideo quidquid illa sentiat, eius dicta reducẽda sunt ad duo. Alterum est, quod iustificatio impij non est successiua, sed in eodem momento incipit & fit: licet ordine naturæ alia eorum, quæ requiruntur ad eam sequantur alia præcedant, vt dictum est supra. [g] Alterum quod ille ordo est tenendus, considerando illa quatuor, quæ ad illam requiruntur, tamquam causas efficientes, & effectus illarum, scilicet considerando motum liberi arbitrij ad detestandum peccatum, & ad optandam veniam amore Dei mediante auxilio diuino tamquam dispositionem & causam materialem ad gratiam habitualem esse posse priores non solùm natura: sed etiam tempore gratia habituali, & iustificatione, ac remissione, quæ idem sunt secundum S. Thomá, [h] vt dictũ est. [i]

CAP. RESVSCITATVS.

AVGVSTINVS IN PSALMO SEXAGESIMO SECVNDO.

RESuscitatus corpore, viuit absente resuscitatore: non autem sic resuscitatus in anima. Cum enim Deus sit vita animæ, anima vero vita corporis: sicut corpus viuere non potest, absente anima: ita non nisi Deo præsente anima viuere potest. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Gratianus sæpe sensum & non verba eiusdem loci colligit.*
2 *Vitas duas naturalem & supernaturalem viuit iustus.*
3 *Gratia gratum faciens vita animæ supernaturalis.*
4 *Gratia gratum faciens quid, & quam pretiosissima.*
5 *Dei dilectio operatur aliquid in dilecto. generalis quidem esse, particularis vero gratiam gratum facientem.*
6 *Belial quid & cur diabolus sic vocetur.*

1 NOta primo, quod hoc elogium D. Augustini non videtur desumptum ex eo ad verbum: sed in sententia, sicuti cap. *cum minister*. [a] & cap. vltimo 10. quæst. 1. & alia multa, quæ artificiosè quidem: sed non ad litteram sunt desumpta ex auctoribus, quibus attribuuntur à Gratiano. Siquidem hoc elogium non legitur ad litteram apud Augustinum, [b] quem citat Gratianus, nec Antonius Demochares ei locum tribuit: sed parum refert. Quoniam ex multis sacræ Scripturæ locis illud irrefragabiliter colligi potest.

2 Nota secundo, hominem iustum duplicem vitam viuere, alteram corporalem, & spiritualem alteram. Corporalem quidem per animam rationalem, [c] spiritalem autem per gratiam gratum facientem, & per caritatem. tum per hoc cap. & cap. sequens, & capit. *caritas*. [d] tum per illud [e] Domini ad Nicodemum. *Nisi quis renatus fuerit denuo nõ potest videre regnum Dei*. Et iterum: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto*. Et rursum: *Oportet vos nasci denuo*. Tum per illud. [f] *Vt per magna dona, quæ donauit, efficiamini diuinæ consortes naturæ*. Tum per illud. [g] *Translati sumus de morte ad vitam*: & alia multa eiusdem ibidem. Per quę quidem omnia clarè constat, duas in homine iusto esse vitas. Alteram naturalem, qua est homo naturalis viuens anima naturali: alteram supernaturalem, qua est homo supernaturalis viuens anima supernaturali quæ est gratia. Tum quia sicut Deus per dilectionem cõmunem, qua diligit omnes creaturas, iuxta illud Sap. 11. *Diligit Deus omnia, quæ sunt*, dat eis quoddam esse commune ad participandum bonum naturale: ita per dilectionem particularem, qua diligit rationalem creaturam ad bonum supernaturale superaddit illi per iustificationem quamdam formam supernaturalem, qua transformat eum in esse supernaturale aptum ad participãdum naturam ipsam diuinam per beatitudinem supernaturalem. Et ita sua diuina maiestas vnum tantum esse, & vnam tantùm naturam indidit aliis creaturis: rationali vero & intellectuali, angelicæ scilicet & humanæ iustæ duo. alterum naturale, quo naturaliter sit, & viuat: alterum gratuitum, quo supernaturaliter efficiatur diuinę naturæ consors. Vnde S. Thomas cùm adhuc insigniter supernaturaliter in via viueret, dixit, [h] quod duplex est hominis vita. Vna quidem exterior secundum naturam sensibilem & corporalem, & per hanc vitam non est nobis communicatio, vel conuersatio cum Deo & angelis. Alia autem est vita hominis spiritalis secũdum mentem: & secundum hanc vitam est nobis cõuersatio & cum Deo & angelis. In presenti quidẽ statu imperfectè. Vnde dicitur. [i] *Nostra conuersatio in cœlis est*: sed hæc conuersatio perficietur in patria, quando serui eius seruient Deo, & videbũt faciẽ eius, vt dicitur Apocal. vlt. & ideo hic est caritas imperfecta, sed perficietur in patria. Quæ planè omnia semper ob oculos nobis essent obuersanda, vt tanti beneficij memores semper, & vbique gratias ageremus tãto benefactori.

3 Cæterum hæc gratia, quæ hic dicitur animæ vita, & grandi encomio extollitur, [k] non est ipsemet Deus, nec ipsa anima grata effecta, neque alia substantia, sed quoddam accidens, & qualitas inhærens animæ eam ad actus omnium virtutum propter Deum mouens, per quam ab esse naturali eleuatur ad supernaturale, vt prædictum est, & eleganter confirmat S. Thomas. [l] Et alibi, [m] definit, eam esse maius bonum, quam bonum naturale cœli, & terræ & totius vniuersi.

4 Et ex mente eiusdem S. Thomæ & omniũ aliorum, [n] definitur esse donum supernaturale infusum à Deo rationali creaturæ, quo fit ei grata: & consequenter, vt paulo superius dictum est, non est substantia, sed accidens inhærens creaturæ rationali. vt definit Concilium Tridentinum, [o] quamuis magister vbi supra aliter sentiat.

5 Cuius rei rationem reddit Sanct. Thomas, [p] quæ decurtata

a 23. quæst. 5.
b In Psal. 62.
c Ca. ad eius. 5. dist. & c. cap. Moyses. 32. q. 2.
d Inf. dist. 2.
e Ioan. 3.
f 2. Pet. ca. 1.
g 1. Ioan. 3.
h 1. 2. quæst. 23. artic. 1.
i Phil. 3.
k In dist. cap. qualitas. 2. inf. dist. 2.
l In 1. 2. qu. 110. in 4. art.
m In qu. 113. ar. 9. ad 2. & in 4. dist. 4. q. 1. art. 3. quæstiuncul. 1.
n In 2. lib. sent. dist. 26. art. 1. & 12. quæ. 110. artic. 1.
o Sess. 6. ca. 7.
p In dict. qu. 110. artic. 1.

decurtata consistit in eo, quod dilectio Dei differt à dilectione hominis multis nominibus: & in iis, quòd homo diligendo alium nihil boni creat in eo: sed præsupponit esse in eo aliquod bonum, ob quod diligit: Deus autem per suam dilectionem creat & operatur in dilecto aliquod bonum, propter quòd facit eum diligibilem: vt per dilectionem communem, qua diligit omnem creaturam, producit in ea bonum naturale, quo est, & largitur ei naturalem facultatem, qua dirigitur in finem naturalem, ad quem creata est. Et ita per dilectionem, qua iustificat & diligit creaturam rationalem ad bonum supernaturale diuinum, creat in ea quoddam bonum supernaturale diuinum, quo feratur in illud, quod cùm non sit substantia, est accidens & qualitas inhærens animo, cui conuenit definitio prædicta.

6 Nota tertio, quòd ex verbis Gratiani huic dicto Augustini subiectis adiuncta glossa, [a] colligitur hoc nomine Belial diabolum intelligi. Et rectè quidem, etenim significat apostatam, & secundum D. Hieronymum in interpretatione nominum Hebraicorum significat absque iugo, & peruersus, quod fere in idem recidit. Et aptè diabolus dicitur apostata, quia retrocessit à via, quam cepit, iuxta illud. [b] *Quomodo cecidisti lucifer, qui mane quasi sol oriebaris*: Et tradit S. Thomas. [c] Dicitur item absque iugo, quia noluit subiacere legi diuinæ. Dicitur item peruersus, id est prauus & præposterus, quia praua & præpostera, & amat, & suggerit, iuxta c. *visis*. [d] ibi: *Mille nocẽdi artes habet, & conatur genus humanũ omnibus modis peruertere & perturbare.*

a In verbo Belial.
b Esaiæ. 14. c 1. par. quæst. 64. artic. 4. 5. & 6.
d 16. quæst. 2.

CAP. QVI NATVS.

IOANNES EPISTOLA PRIMA CAPITE TERTIO.

QVi natus est ex Deo non peccat. ergo non est filius diaboli: solo enim peccato diaboli filij sumus. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Filius Dei & natus ex eo cur dicitur omnis iustus.*
2 *Natus ex Deo non peccat manens Dei natus.*

1 NOta primo, quod sola verba superiora huius cap. sunt Ioannis, reliqua verò Gratiani.

Nota secundo quod ex eis colligitur, omnem iustum dici natum ex Deo: sic Ioannes ait. [e] *Et ex Deo nati sunt*. Vbi etiam dicitur filius Dei, ibi: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*. quę sunt intelligenda de generatione & natiuitate spiritali, qua quis transformatur in supernaturalem vitam, quæ habetur per gratiam, vt fusius dictum est in capit. præcedenti.

2 Nota tertio, quod hoc dictum beatissimi Apostoli Ioannis est vnum de fundamentis, quibus aliquot hæretici nostra ætate asserunt, eum, qui semel adeptus est gratiam & iustificatus per illam, non posse amplius peccare. Quam tractat Castrensis, [f] & damnatur à Concilio Tridentino. [g] Quorum hæreticorum sensus peruersus est & alienus à sensu Ioannis, qui vt rectè ac scitè declarat glossa fuit dicere, iustum non posse peccare permanendo in iustitia. Ita quod repugnant sibi gratia & peccatum mortiferum, vt testatur D. Ambrosius, [h] relatus in cap. *cum renunciatur*. [i] & cap. *quia radix*. [k] & tradit post & ante alios S. Thomas. [l]

c Cap. 1.
f Inlib. cõtra omnes hæreses verb. operã. hæres 1. g Sess. 6. c. 14. & can. 23.
h Ca. 4. lib. 2. de Cain & Abel.
i 32. quæst. 1.
k Inf. dist. 2.
l 2. 2. qu. 24. art. 11. & 12.

CAP. OMNIS.

IOANNES EPISTOLA PRIMA, CAP. TERTIO.

OMnis qui non diligit Deum in morte manet. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Dilectio caritatis Dei includit Deum & proximum.*
2 *Militamus omnes viui sub duce Christo vel diabolo.*
3 *Dilectio Dei duplex naturaliter quæsita & infusa.*
4 *Scit cur nemo esse miles Christi, nisi eo reuelante.*
5 *Sciunt cur plurimi esse milites diaboli.*
6 *Intellectus illius*: Nemo scit, an odio vel amore dignus sit.
7 *Bona etiam ob Deum facta non probant quem, illi gratum.*
8 *Virtutes morales infundi pueris baptizatis verius.*
9 *Caritas fons, cui non communicat vllus malus.*
10 *Contritione ante confessionem non delentur semper peccata.*

1 NOta primo, quod sola verba supra scripta sunt Ioannis desumpta ex 1. Ioan. [a] reliqua verò Gratiani, immo verbum *Deum* in illis positum non est Ioannis, quia non tractat ibi de dilectione Dei explicitè, sed de dilectione proximi, vt palam est prædictum cap. 3. legenti. Sed suppletio illa Gratiani defendi potest, ex eo quod quisquis ex caritate diligit proximum, diligit etiam Deum: sicut, & qui diligit Deum diligit proximum suum, iuxta illud. [b] *Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & odit fratrem suum, mendax est*. Diligere enim proximum ex caritate, vel dilectione caritatiua, est diligere illum propter Deum, & vt in Deo sit, iuxta S. Thomam, [c] vel quia est capax beatitudinis æternæ, & ad eam consequendam habilis, optando expressè, vel tacitè, vt ambo aliquando communicent in eius visione beatifica, vt nos expressius aliis tradidimus in Enchir. Confess. [d] & consequenter omnis dilectio caritatis proximi includit dilectionem Dei, saltem tacitè. Et ita Ioannes loquens de diligẽte proximum, potest intelligi loqui de diligente Deum: & consequenter Gratianus, sicut dixit de diligẽte Deum, poterat etiam dicere de diligente proximum, & Deum & proximum: vt sit sensus: Qui non diligit Deum ex caritate, non diligit Deum nec proximum, manet in morte, & vicissim: Qui diligit Deum vel proximum, vel vtrumque, manet in vita. quandoquidem loquitur de dilectione caritatis, cuius obiectum principale est Deus, & minus principalem proximus, & fertur in vtrumque in Deum quidem propter ipsum solum: in proximum autem propter Deum.

2 Nota secundo, quod ex hoc dicto Ioannis intelligitur id, quod nos insinuabamus in cap. *nouit*. [e] citando illud. [f] *Militia est vita hominis super terram*, duos esse duces, duoque signa, siue vexilla eorum, sub quibus militamus mortales omnes, quotquot in orbe terrarum viuimus summates & infimates, Christus scilicet & signum eius, vel vexillum viuificum, & salutiferum, & diabolus, & signum eius funestum. Dilectus enim Christo Ioannes per prædicta verba in sensu directo, significat, quòd omnes, qui non diligunt Deum & proximum manent in morte: & consequenter militant sub diabolo & signo seu vexillo eius funesto & mortifero. In sensu autem obliquo, quod omnes qui diligunt Deum & proximum, manent in vita, id est militant sub Christo, & signo eius, vel vexillo viuifico, & salutifero. Quod si satis nobis cum animo reputaremus & ruminaremus, longe magis abhorreremus à peccatis mortiferis, quæ nos animæ vita priuant, & tam pessimo duci addicunt, magisque afficeremur ad diligendum Deum & proximum, quorum dilectio nos viuificat, & signo siue vexillo eius adscribit.

3 Nota tertio, quòd præfatum elogium Ioannis quatenus habet in sensu directo, omnes qui diligunt Deum manere in vita, nempe spiritali, non est intelligendum de omni dilectione & amore Dei & proximi, sed tantùm de dilectione infusa caritatis habitualis & actualis, vel saltem habitualis. Duplex etenim est amor siue dilectio, vt vbi supra diximus, & colligitur ex S. Thoma. [g] Altera naturalis & humana: altera supernaturalis & diuina, quæ caritas, & vel caritatiua appellatur. Naturalis siue humana illa est, qua ratione naturali & humana tantùm diligimus Deum, vti caussam & principium nostrum & nostrorum: proximum verò vti hominem, cognatum, vicinum, & quocumque alio simili respectu. Altera est supernaturalis & diuina, seu caritatiua vel caritas infusa, qua Deum diligimus propter se, & proximum propter Deum.

4 Ex quibus infertur primo, quod nemo certo scit absque reuelatione diuina, se viuere verè vita spiritali gratiæ & caritatis, nec se militare sub signo, vel vexillo Christi. Quia nemo scit, se habere gratiam gratum facientem, & caritatem infusam, quę est ipsamet gratia, secundum multos, vel individua comes eius secundum S. Thomam, & sequaces eius, [h] quorum sententiam magis quam contrariam supra diximus consonare Concilio Viennensi, [i] & Tridentino. [k] Cum ergo nemo sciat, se habere præfatam gratiam & caritatem, vt definit prædictum Concilium Tridentinum. [l] Cumque sciat, vel debeat scire, neminem ea carentem militare in Christi castris.

a Cap. 3.
b 1. eiusdem Ioan. 4.
c 2. 2. q. 1. art. 1. ad 3. & qu. 25. artic. 1.
d Ca. 14. nu. 6. & 7.
e De indic. notab. 2. à nume. 3.
f Iob. 7.
g 1. 2. quæ. 51. art. 3. & 63. art. 3. & 66. artic. 4.
h In 1. 2. quæ. 110. art. 2. & 3. quæst. 112. artic. 5.
i Cle. 1. §. fin. de Sum. Trin.
k Sess. 6. can. 11.
l Vbi supra canon. 16.

consequens

consequens vtique est, neminem scire, se militare in eis absque diuina reuelatione.

5 Secundo infertur, non esse idem dicendum quoad hoc de militia Christi & diaboli: Quia licet nemo sciat, se militare in castris Christi, & sub signo, siue vexillo eius viuifico sine diuina reuelatione: potest tamen scire sine illa se militare in castris diaboli, & sub signo, siue vexillo eius funesto. Quoniam potest scire, se esse infectum mortali peccato: cui consequens necessarium est, se carere præfata caritate & gratia, qua qui caret manet, vt Ioannes inquit, in morte, & est miles diaboli. In quod facit illud Iobi, [a] relatum in cap. final. [b] *Et si simplex fuero, hoc nescit anima mea.* Et illud Apostoli. [c] *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum*: quarenus nihil dicunt de ignorantia status mali: sed tantùm de ignorantia status boni. Et ita argumento à contrario sensu significant, scire quem posse, se esse in malo statu. Quia qui de duobus propositis alterum negat, videtur alterum affirmare. [d]

6 Tertio infertur illud Ecclesiastis 9. *Nemo scit an odio vel amore dignus sit*, intelligendum esse de illo, qui nescit, se infectum esse peccato mortifero: non autem de illo, qui scit contrarium, & potest optimè nosse cognoscendo se peccasse mortiferè, & nullatenus pœnituisse, vel non satis legitimè, vt est in cap. *legatur.* [e] & cap. *peccati venia non datur nisi correcto.* [f]

7 Quarto plurimos decipi putantes se militare Christo in eius castris: eo quod sciant se amare ipsum, & ob eius amorem elargiri eleemosynas, & facere multa opera pia, & bona, & dicere similia. Tum quia licet sciant illa opera esse de se pia, & bona, & quod faciunt & dicunt ea ob dilectionem & caritatem naturalem vel supernaturalē Dei & proximi, nesciunt tamen, an illa dilectio, & caritas sint supernaturales diuinitus infusæ, an verò humanæ naturales vel quæsitæ virtute humana, cum possint produci à dilectione, & caritate habituali naturali & quæsita actibus bonis apparenter sine caritate actuali vel habituali infusa promanātibus, vt colligitur ex S. Thoma locis supra citatis, & aliis, qui tenent infundi à Deo etiam paruulis baptizatis virtutes tam morales, quàm theologas, iuxta clem. 1. [g]

8 Tum quia passim videas fœminas, immo & viros concubinos & alios aliis vitiis & peccatis infectos & irretitos precari, ieiunare, stationes frequentare, eleemosynas elargiri, & alia mille id genus opera bona facere, & misereri inopum, & afflictorum, etiam collacrymando: quos tamen palam est militare diabolo in castris eius: eo quod palam in aliquo lethali peccato perseuerent, cùm ad id sufficiat vel semel mortiferè peccasse, & legitimè peccati eos non pœnituisse: etiamsi aliis mille virtutum actibus resplendeant & sibi & aliis omnibus Sancti appareant, iuxta illud. [h] *Defleat peccator, quia offendens in vno factus est omnium reus*, relatum in cap. *defleat.* [i] & in cap. *fratres.* [k] & ibi à nobis [l] declaratum.

9 Nota quarto illud, quod Gratianus præfato elogio subiicit, scilicet dilectionem esse fontem, cui non communicat alienus, id est, qui non est Dei amicus, esse intelligendum de dilectione Dei & proximi, quæ est caritas à Deo infusa cum gratia, cuius est comes individua: siue sit eadem cum illa, siue non secundum contrarias opiniones, vt dixi supra. [m]

10 Nota quinto, non esse verum id, quod significat Gratianus sub finem huius cap. omnem scilicet pœnitentem priusquam peccata sua confiteatur & absoluatur à suo confessario, esse absolutum à peccatis: & per absolutionem non absolui, sed absolutum esse declarari, vt diximus in glossa cap. *conuertimini.* [n] & dicemus. [o]

§. *ALII AVTEM.*

GRATIANVS.

Alij autem econtrario testantur dicentes sine confessione. Et reliqua.

CAP. NON POTEST.

AMBROSIVS LIB. DE PARADISO CAP. XIIII.

NOn potest quisquam à peccato iustificari nisi peccatū ante fuerit confessus.

CAP. ECCE.

AMBROSIVS IN SERMONE QVADRAGESIMÆ. EST IN SERM. M. S. CVIVS initium est, Ecce nunc tempus adest.

ECce nunc tempus acceptabile adest, quo confessio animam à morte liberat. Confessio aperit paradisum: confessio spem saluandi tribuit. Et aliqua.

SVMMARIVM.

1 *Contritio licet interdum deleat peccatum sine confessione actuali, non tamen sine voto confitendi.*
2 *Iustificatio est idem, quod remissio peccati.*
2 *Iustificatio quo ordine requirat quatuor.*
3 *Gratia iustificans vt præcedit, & præceditur ab aliis.*
4 *Confessio sacramentalis vt requiritur ad iustificationem.*
5 *Confessio cur liberatio, apertio paradisi, & spes salutis.*

NOta primo, quod hic incipit secunda pars huius distinctionis in qua vsque ad §. *iis auctoritatibus.* positum sub cap. *quis aliquando*, allegat Gratianus multa, quibus nititur opinio dicentium, peccata non condonari sine confessione actuali eorum facta sacerdoti: sicut vsque ad hunc §. allegauit multa pro contraria opinione, quam esse veram diximus, & defendimus in glossa 1. summæ. [a]

1 Nota secundo, quod glossa 1. huius §. sentit idem, quod glossa prædicta summæ, nempe quod per contritionem absque confessione non condonantur peccata, si contemnatur confessio, significando, quòd non requiritur confessio, etiam in voto & proposito; sed sufficit, quod non contemnatur. Sed quidquid illa hic, & ibi sentiat, veritas habet, quòd per contritionem legitimam cum proposito ritè & legitimè confitendi tempore debito condonantur interdum peccata, etiam ante confessionem eorum: sed non sine voto confitendi tempore debito: & non sufficit, quod non contemnatur, nisi habeatur votum, siue propositum. Quæ plane omnia colliguntur ex Concilio Tridentino, [b] ibi. *Docet præterea etsi contritionem hanc aliquando caritate perfectam esse contingat, hominémque Deo reconciliare, priusquam hoc sacramentum actu suscipiat, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam.* In quibus tamen verbis aduertendum est: quòd licet non habeatur in eis expressè sufficere votum actuale, vel virtuale confitendi, id tamen est dicendum. tum quia habetur in eis sufficere votum in genere, quod includit expressum, & tacitum siue virtuale. tum quia de illis regulariter idem iudicatur. [c] Et iterum dicetur in cap. *pœnitentia.* [d]

2 Nota tertio quod hoc cap. *non potest*, videtur probare, iustificationem peccatoris prærequirere confessionem peccatorum actualiter, & realiter factam. quod tamen non est verum, vt paulo superius dictum est, & antea comprobauimus in prædicta glossa summæ: & ad hoc cap. responderi potest, intelligendum esse de confessione in proposito, vel voto, & non realiter facta.

Nota quarto, quòd iustificatio impij siue peccatoris, de qua loquitur in hoc cap. *ecce.* B. Ambrosius, est idem quod remissio peccati secundum S. Thomam. [e] Et quod ad eam requiruntur illa quatuor, quæ declarauimus in ca. *facilius.* [f] & in cap. *conuertimini.* [g] desumpta ex eadem, [h] quia ibi erat propria sedes huius rei: quamuis Cardin. eam hic tractet. Et quod gratiæ infusio requiritur, vt ibidem S. Thomas. [i]

3 Et quomodo illa est prima causa non tempore, sed natura iustificationis & remissionis in genere causæ efficientis, [k] sed detestatio peccati, & spes veniæ in genere causæ disponentis & materialis sunt priores interdum etiam tempore. quod idem probat alibi. [l]

Nota quinto, quod dubitari potest: An confessio sacramentalis sit de numero requisitorum ad iustificationem. Et quidem nec S. Thomas, [m] nec nos, [n] eam in numero

earum

a *Cap. 9.* b *De purg. canon.* c *1. Cor. 4.* d *Ca. qualis. 25. dist. cap. nõne. de præsump.* c *24. qua. 2.* f *De reg. iur. lib. 6.* g *§. fi. de sum. Trin.* h *Iacobi. 2. c.* i *De reg. iur.* k *Inf. dist. 5.* l *nume. 107.* m *Eod. nu 4. & in cap. resuscitatus. à nu. 2. sup. ea.* n *à num. 7.* o *In duobus capp. seqq.*

a *Huius dist. nume. 6.*
b *Sess. 14. ca. 4.*
c *Le. cũ quid. ff. de rebus cred. & ca. 2. de rescrip.*
d *Inf. dist. 3.*
e *1. 2. qu. 113. art. 1. 5. & 6. ad 1. & in 4. sen. dist. 17. q. 1. art. 1. quæst uncula 1.*
f *§. hoc ipsũ nume. 1.*
g *Numero 4.*
h *Q. 113. ar. 1. 3. 6. 7. & 8.*
i *Artic. 2.*
k *Artic. 8.*
l *In 4. senten. dist. 1. art. 4. quæstiũcula 1.*
m *In prædict. artic.*
n *In d. ca. Conuertimini.*

earum posuimus: sed in hoc cap. videtur D. Ambrosius eam eis adnumerare, quatenus dicit, neminem iustificari sine confessione.

4 Verumtamen responderi potest, non requiri eam realiter: requiri tamen in voto seu proposito, & quod tacitè requiratur sub illis quatuor requisitis. Quorum duo sunt detestatio peccati, & spes veniæ, quæ in effectu constituunt contritionem: & vt illa sit legitima, requirit realem sumptionem sacramenti pœnitentiæ, vel votum siue propositum actuale vel virtuale sumendi illud: & consequenter subeundi partes eius, quarum vna est confessio sacramentalis. Vnde potest dici, quòd confessio requiritur saltem in voto, seu proposito faciendi eam tempore debito, licet non requiratur re & actu facta.

5 Nota sexto, quod ex cap. *ecce*, colliguntur tres effectus pœnitentiæ, scilicet liberatio à morte animæ, apertio paradisi, & spes salutis æternæ. Liberatio quidem à morte animæ illa ratione, quia licet interdū quis à morte animæ per contritionem liberetur, illa tamen, vt paulo superius dictum est, requirit votum siue propositum sumendi sacramentum pœnitentiæ: & per consequutionem faciendi confessionem, quæ est pars eius tertia. Apertio verò cæli ea ratione dicitur effectus pœnitentiæ, quòd licet illa propriè dicatur effectus baptismi: eo quòd principaliter tollat peccatum originale impediens ingressum cæli, vt inquit S. Thomas. [a] Et licet etiam contritioni conueniat, eo quod illa interdum sine actuali confessione cælum aperiat: conuenit nihilominus confessioni, quia per illam datur absolutio sacramentalis, quę tollit omnes reliquias, vel partem earum purgationis peccati remanentes post contritionem, quę differunt ingressum cęli, vt tradit idem Thomas. [b] Spes verò salutis, quia licet omnia bene merita præbeant illam: speciatim tamen & particulatim sacramentum pœnitentiæ, quo quis absoluitur à vinculis impedientibus salutis acquisitionem. quod sacramentum sine confessione stare non potest.

§. *POENITENTIA.*

GRATIANVS.

Pœnitentia est dolor animi. Et reliqua.

CAP. PERFECTA.

IOANNES CHRYSOSTOMVS LIBRO DE COMPVNCTIONE.

PErfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia quid remittat, & quod est planctus.*
2 *Pœnitentia cogit sensus, voluntatem, & omnia membra subire ad veniam necessaria.*
3 *Pœnitentia debet attingere omnia peccata etiam mentalia.*
4 *Voluntas radix omnium bonorum & malorum.*
5 *Peccatum vt continet tria, quæ delentur per tria.*
6 *Peccatum veniale, an confitendum, & remittatur.*

1 NOta primo, quod §. hic videtur continere definitionem pœnitentiæ, quatenus est virtus pœnitendi de peccato, vel actus eius, quam quia melius ibi cadit, declarabimus in cap. *pœnitentia.* [c]

Nota secundo, quod cap. hoc *perfecta*, videtur, describere pœnitentiam, quatenus est sacramentum: & quia repetitur ad litteram in eadem, [d] vbi magis quadrat eius declaratio, ibidem eam explicabimus.

Nota tertio, quod glossa 2. huius. §. videtur reprehendere definitionem pœnitentiæ in eo contentam: quod non videtur satis reuerenter facere. tum quia eam tribuit Gratianus Ambrosio doctori grauissimo non solum hic, sed etiam in cap. *pœnitentia.* [e] vbi eam ad verbum repetit. tum quia Magister sententiarum, & omnes in eum commissentes probant eam, [f] tum quia declarata, vt in d. cap. *pœnitentia.* declarabimus, est optima. tum quia glossa nititur fragillimo argumento, desumpto ex eo quòd planctus Iudæ non fuit bona pœnitentia: siquidem noluit Ambrosius dicere, quod omnis planctus de peccato sit pœnitentia, sed quòd plangere est genus ad bene pœnitere de peccato: & quod omnis bona pœnitentia est planctus, quod est eruditè dictum, cum omnis bona definitio debeat constare genere & differentia, iuxta l. 1. [a] & ibi Bartholum receptum ab omnibus, & nos post alios latè tradidimus in rubricis. [b]

2 Nota quarto, quòd glossa 2. cap. *perfecta.* videtur significare, quod vera pœnitentia non solum sensualitatem, quæ rationi repugnat, cogit pati requisita ad veniam peccati, eo quod caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, iuxta Apostolum. [c] Quod tamen non videtur satis cautè facere, tum quia noluit Ambrosius dicere, quod ipsa pœnitentia, siue virtus vel actus pœnitendi formaliter cogat: sed quod pœnitens ipse debet se cogere ad subeundum ea, quæ sunt ad veniam necessaria, iuxta illud Apostoli. [d] *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* Et illud eiusdem. [e] *In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Dei.* Tum quia perfecta pœnitentia non solùm sensualitatem, sed etiam partem rationalem, non tantùm inferiorem, verumetiam superiorem, immo & alia membra, quæ sunt ad parendum rationi apta debet cogere ad pariendum ea, quæ sunt ad veniam necessaria, iuxta præfata Pauli elogia.

5 Tum quia vera pœnitentia debet includere omnia peccata mortifera, etiam purè mentalia, etiam ea, quę non attingit sensualitas, vt habetur in cap. omnis, [f] ibi: *Omnia peccata sua.* & expressius definit Concilium Tridentinum. [g]

4 Tum quia glossa fragillimo & leuissimo argumento nititur. Quia ex eo, quod caro concupiscat aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, per nullam bonam consequentiam infertur, quod vera pœnitentia solam sensualitatem debeat cogere: vel quod plus debeat cogere illam, quam aliam potentiam, immo si res adamussim expendatur, plus conuenit cogere voluntatem superiorem, quæ est radix omnium meritorum & demeritorum ad pœnitendum de peccato, quàm ipsam sensualitatem, quæ per se nullius est meriti, neque demeriti: sed solum quatenus regitur vel negligitur à voluntate, vt dictum est supra. [h]

Nota quarto quod glossa huius cap. [i] est glossa huius cap. *perfecta*, vsque ad verbum *videtur.* & à verbo *videtur.* est cap. *non potest*, vbi declarabimus eam.

5 Nota sexto, quod glossa vltima videtur dolanda, quatenus ait, tria in peccato inueniri, scilicet impudentiam, delectationem & perpetrationem: & ad eius deletionem tria esse necessaria, quæ tres partes pœnitentiæ præstant. Contra impudentiam verecundia, quam præstat confessio prima pars pœnitentiæ: contra delectationem amaritudo, quam præstat contritio secunda pars pœnitentiæ: contra perpetrationem recompensatio, quam præstat satisfactio tertia pars pœnitentiæ. Dolanda inquam & limanda est hæc glossa, vt dictum eius communiter sit verum: non tamen vniuersaliter. Quoniam multa sunt peccata saltem purè mentalia, quæ absque impudentia committuntur, cùm nemo illa videat, iuxta illud. [k] *Homo videt quæ parent, Deus autem intuetur cor.* Multa item quę fiunt sola voluntate absque operis perpetratione. [l] Dolanda est item, quatenus significare potest, quod contra peccatum sine impudentia, & sine delectatione & operatione commissum non sunt necessaria pudor, amaritudo, & satisfactio, quod falsum est. Quoniam ad delendum quamlibet culpam mortalem quomodolibet admissam requiruntur prædicta tria iuxta tenorem huius capit. & communem sententiam. [m]

6 Nota septimo, quod in capit. *tres sunt autem actiones.* [n] vbi est aptior locus, tractabimus quinque quæstiones, quas gloss. hic mouit. Prima, an necesse sit peccata venialia confiteri. Secunda, an sit necesse confiteri singulatim singula peccata confitenda. Tertia, an sit habenda de singulis contritio singularis. Quarta, an peccata venialia dimittantur sine mortalibus. Quinta, an mortalia sine venialibus.

CAP.

a *In 3 part. q. 66. art. 9. & in 4. senten. dist. 2. qua. 1. artic. 2.*
b *In 4. dist. 18. q. 1. art. 3. quæstiũcula 1.*
c *1. infra distinct. 3.*
d *Distinct. 3.*
e *Inf. dist. 3.*
f *In 4. li. sen. distinct. 14.*

a *ff. de testa.*
b *De iur. prob. & præbend.*
c *Ad Galat. 4. & 5.*
d *1. ad Cor. 9.*
e *2. Cor. 10.*
f *De pœn. & remiss.*
g *Sess. 14. canon. 7.*
h *In ca. si cui. numer. 16.*
i *In verb. humilitas.*
k *1. Reg. 16.*
l *Capit. sicut tribus. infra eadem.*
m *In 4. libro sent. dist. 14. & ca. ônis. de pœnit. & rem. iss. & cap. quem pœnit. infra eadem.*
n *Infra ead. distinct.*

CAP. NON POTEST.

IOANNES CHRYSOSTOMVS LIBRO DE COMPVNCTIONE.

* aliàs doni.

NOn potest quis gratiam * Dei cælestis accipere, nisi priùs purgatus fuerit ab omni sorde peccati. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 Gratia præcedit remissionem, vt causſa effectum.
1 Purgatio interdum dispositio ad illam dicitur.
2 Gratia gratum faciens & auxilium diuinum diuersa, vtrumque operans, & cooperans, præueniens & subsequens.
3 Gratia eadem vno respectu operans, altero cooperans.
3 Gratia vno respectu præueniens, & altero subsequens.
4 Purgatus interdum pro dispositio ad purgationem.

1 NOta primo, quod verba huius capit. supra scripta videntur vrgere pro opinione, quæ habet, remissionem peccati esse quid diuersum à iustificatione peccatoris, & quod debeat præcedere gratiæ infusionem. Gloriosissimus enim Doctor Ioannes Chrysostomus expresè per præfata verba, definit non posse haberi gratiam à peccatore, nisi prius purgetur à crimine: nemo autem à crimine purgatur coram Deo, nisi per remissionem peccati.[a] Sed contrarium est tenendum per illa, quæ scripsimus in ca. *conuertimini*.[b] scilicet quod iustificatio & remissio peccati sunt idem, & quod illæ fiunt per gratiæ infusionem: & quod primam gratiam nemo potest mereri: & quod gratia præcedit natura remissionem tamquam causſa efficiens ſuum effectum: quamuis vix possit huic ca. responderi, vt satis significauit glossa præcedens,[c] nisi dicatur aliter, quàm dicit illa, vt dicetur infra.[d]

2 Nota secundo, quod glossa huius cap. quæ per errorem coniungitur glossæ penultimæ cap. præcedentis, sensit difficultatem solutionis præfati argumenti, & ideo nititur vario modo respondere: sed quia obscurè loquitur pro eius declaratione, & vera ad argumentum responsione, præsupponendum est primò, id quod diximus in glossa cap. *conuertimini*.[e] gratiam scilicet esse duplicem. Altera est auxilium diuinum, quo Deus per se sine infusione alicuius doni mouet nos ad bene operandum. Altera est gratia gratum faciens, vt colligitur ex S. Thoma ibidem citato.[f]

3 Secundo quod gratia siue capiatur pro præfato auxilio diuino, siue pro ipsa gratia gratum faciente est duplex, altera operans, & altera cooperans, iuxta illud Augustini.[g] *Cooperando Deus in nobis perficit quod operando incipit: quia ipse, vt velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens.* Prius, enim, vt ibi diximus mouet nos Deus suo diuino auxilio ad bene operandum, & prius infundit gratiam primam gratum facientem, quàm nos mereamur quidquam de condigno. Nemo enim potest mereri de condigno primam gratiam, qua iustificatur, vt ibi diximus post S. Thomam receptum.[h] Et ita appellatur operans, quia sine merito nostro de condigno Deus per illam operatur in nobis iustitiam. * Cooperans verò est, quæ siue sit auxilium diuinum mouens ad bene operandum, siue ipsa gratia iustificans, quod, vel quæ primo operatur nobis ad merendum de condigno augmentum gratiæ primæ, qua iustificamur. Tertio quòd gratia est duplex præueniens & subsequens, iuxta illud,[i] *Misericordia eius præueniet me.* Et iterum: *Misericordia eius subsequetur me*: quamuis vt ait S. Thomas receptus,[k] sicut gratia diuiditur in operantem & cooperantem secundum diuersos effectus: ita etiam in præuenientem & subsequentem qualitercumque gratia accipiatur.

* Cooperans verò est. *Quia obscurè satis de cooperante gratia hic Nauarrus agit, ideo quod quædam librarij vel alterius impressoris incuria hic desiderari videantur, ex D. Thoma quid sit gratia cooperans melius intelligetur. sic ergo ille. Operatio alicuius effectus non attribuitur mobili sed mouenti: in illo ergo effectu in quo mens nostra est mota & non mouens, solus autem Deus est mouens, operatio Deo attribuitur, & secundum hoc dicitur gratia operans. In illo autem effectu, in quo mens nostra & mouens & mouetur, operatio non solum attribuitur Deo sed etiam animæ, & secundum dicitur gratia cooperans. Est autem in nobis duplex actus primus interior voluntatis, & quantum ad istum voluntas se habet vt mota Deus autem vt mouens, & secundum hunc dicitur gratia operans, alius est exterior, quia voluntate imperatur, & quia quantum ad hunc actum Deus nos adiuuat, & interius confirmando voluntatem, vt ad actum perueniat, & exterius facultatem operandi præbendo, respectu huiusmodi actus dicitur gratia cooperans, & paulo post sic igitur habitualis gratia in quantum anima sanat, dicitur gratia operans, inquantum vero est principium actus meritorij, qui ex libero arbitrio procedit dicitur cooperans.*

Sunt autem quinque effectus gratiæ in nobis, quorum primus est, vt anima sanetur, secundus vt bonum velit, tertius vt bonum, quod velit, efficaciter operetur, quartus vt in bono perseueret, quintus vt ad gloriam perueniat. Et ideo gratia, secundum quod causſat in nobis primum effectum vocatur præueniens respectu secundi effectus: & prout causſat in nobis secundum, vocatur subsequens respectu primi effectus. Et sicut vnus effectus est potior vno effectu, & prior alio: ita gratia potest dici præueniens & subsequens secundum eundem effectum respectu diuersorum: & hoc est quod Augustinus dicit.[a]

Præuenit vt sanemur, subsequitur vt sanati vegetemur.
Præuenit vt vocemur, subsequitur vt glorificemur.

4 Nota tertio, quod ex iis colligi potest solutio præfati argumenti fundati super hoc cap. Primo ex mente glossæ declarando paulo plus illam, scilicet quod hoc cap. non est intelligendum de gratia gratum faciente, operante, siue iustificante: neque de gratia præueniente, scilicet prima gratum faciente: quia illa tamquam causſa efficiens iustificationem præcedit natura, licèt non tempore purgationem à peccato, & remissionem eius: sed est intelligendum de gratia cooperante, & subsequente quoad merendum augmentum gratiæ, vel alium effectum de quinque prædictis, excepto primo, secundo quod verbum *purgatus* non est accipiendum propriè, ita quod significet rem purgatam, sed impropriè ad purgationem dispositam per detestationem peccati, & spem veniæ auxilio diuino ante gratiam primam conceptas, vt tactum est in dicto capit. *conuertimini*. Ita quod mens D. Gregorij est dicere, non posse quem accipere gratiam cælestem cooperantem, aut subsequentem, nisi prius fuerit purgatus à crimine per operantem & præuenientem, neque etiam potest accipere operantem & præuenientem, nisi prius fuerit paratus legitimè ad purgationem per iustam detestationem auxilio diuino conceptam.

CAP. NVLLVS.

AVGVSTINVS IN LIB. DE CONTINENTIA CAP. VI.

NVllus debitæ grauioris pœnæ accipit veniam, nisi qualemcumque, etsi longè minorem, quàm debeat pœnam soluerit. Ita enim impartitur à Deo largitas misericordiæ, vt nō relinquatur iustitia disciplinæ.

CAP. NEMINEM.

AVGVSTINVS EPISTOLA QVADRAGESIMA OCTAVA AD VINCENTIVM.

NEminem putes ab errore ad veritatem & à quocumque seu magno, seu paruo peccato ad correctionem sine pœnitentia posse transire.

SVMMARIVM.

1 Misericordia non est facienda sine iustitiæ disciplina.
1 Disciplina iustitiæ semper miscenda misericordiæ.

a Cap. firmissime 15. qō. 1. & Legatur. 24. qō. 2.
b Supra ead. numer. 10.
c Capit. perfecta.
d 3. notabili sub fin. nu. 3.
e sup. ead. nu. 1. & 2.
f 1. 2. qu. 111. art. 2. & 113. ar. 3. & 2. sen. dist. 30. art. 5.
g Libro 1. de gratia & libero arbitrio cap. 17. 10. 7.
h 1. 2. q. 114. artic. 5. & 2. senten. distinct. 29. q. 1. art. 1. quæstiuncula 1.
i Psalm. 58.
k In d. q. 111. art. 3.
a In li. de natur. & grat. cap. 32.

2 *Contritio pœnam, & disciplinam iustitiæ continet.*
3 *Disciplina vnde, & quid propriè, quidve impropriè dicitur.*
3 *Disciplina in lege odiosa pro scientia, vel arte ponitur.*
4 *Pœna interior & exterior peccati vt se habent.*
5 *Caritas male dicitur à gloss. pœna.*
6 *Pœna non requiritur maior ad veniam, quàm ad culpam.*
6 *Culpa remissa remittatur ne tota pœna remittitur.*

a In §. alij autem.

1 NOta primo, quod Gratianus confirmat id quod incepit probare sup.[a] quadam ratione fundata in iis duobus capp. scilicet quod non decet, vt à diuina maiestate impartiatur largitas misericordiæ, relicta disciplina iustitiæ: at si ob solam contritionem Deus condonaret peccata, videretur largiri misericordiam relicta iustitia. Quā rationem copiosè, eleganter & pientissimè munit Gregorius,[b] relatus in capit. *disciplina*,[c] per multa loca & exempla sacræ scripturę probando, quod circa subditos inesse debet rectoribus, & iustè consulentibus misericordia & piè sæuiens disciplina. Eandem etiam rationem munit glossa vltima huius c. per illud,[d] *Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine.* Et per illud elogium singulare. *Confisi de misericordia timeamus de iustitia. Misericors est, quia neminem punit citra demeritum & remunerat vltra meritum. iustus quia nullum peccatum præterit impunitum.*[e] Sed huic respondeti potest, concedendo quidem non esse misericordiam separandam à iustitia, nec contra iustitiam à misericordia: negando tamen, quod Deus parcendo peccatori propter contritionem legitimam, vtatur misericordia sine disciplina & pœna iustitiæ.

b In c. 6. lib. 20. ad ca. 29. Iob.
c 45. dist.
d Psal. 100.
e 22. quæstione vlti. cap. quoties.

2 Quoniam contritio legitima, quę includit disciplinā & dolorem de peccato commisso propter amorem Dei, pœna & disciplina magna est: non solùm iuxta sacras litteras, sacrosque doctores gemitum de peccatis magni facientes, iuxta illud. [f] *In quacumque hora ingemuerit peccator.* Et illud.[g] *Laborauī in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meū, lacrymis meis stratū meum rigabo.* & illud Augustini,[h] relatum in cap. *si quid inueniſti*.[i] *Deus cor interrogat non manum:* sed etiam iuxta illud Persij.[k]

Magne pater diuum, ſæuos punire tyrannos.
Haūd alia ratione velis, cum dira libido,
Mouerit ingenium ferueuti tincta veneno;
Virtutem vt videant intabeſcantq; relicta. Et alibi.
An ne magis Siculi gemuerunt aera iuuenci?

f Ezech. 18. & 33.
g Iſa 6.
h Sermo. 19. de verbis Apoſtoli.
i 14. q. 5.
k Satyra 3.

3 Nota secundo quod licet Isidorus,[l] dicat, quod disciplina à discendo nomen accepit, vnde & scientia dici potest; nam scire dictum est à discere, quia nemo nostrū scit, nisi qui discit: cui satis consonat Vlpianus,[m] ibi; *Si eum disciplinis, vel arte instituerit.* Licet item verbum disciplina accipiatur pro doctrina, more, vel lege, vel secta, iuxta inscriptionem illius libelli Boëtij de scholarium disciplina: & Vegetij de disciplina militari. Et illud Marci Tullij.[n] *Omnes ferè philoſophi omnium diſciplinarum.* Hic tamen Aug. accipit pro pœna, vt ait glo. & ex textu colligitur: quo eodem modo accipit D. Gregorius,[o] & omnes ferè religiosi in suis regulis & expositionibus earum. Immo & vulgus pro flagello, quo quis se vel alios pro pœnitentia & pœna peccatorum & erratorum ferit & castigat. Quinimmo & eos, qui publicè hoc faciunt causa religionis & implorandi à Deo veniam, salutem, pluuiam, vel aliquod beneficium vocamus disciplinantes, & collegium eorum collegiū disciplinatorum. Et quāuis id nemo admoneat, dicendum est, quod quia verbo disciplina propriè vocatur scientia vel ars, vt inquiunt Isidorus, Vlpianus, & Marcus Tullius: reliqua verò impropriè per translationem, metonymiam, metaphoram, sinecdochen, vel aliam figuram, verbum hoc positum in dispositione strictè interpretanda in dubio significare scientiam, doctrinam & artem, & non alia, iuxta l. *non aliter*,[p] & cap. *quæ à iure*.[q]

l Lib. 1. originū, siue etymologiarum cap. 1.
m In l. si pendētis ff. de vſufruct.
§ si verò. ff. de vſufruct.
n 5. Tuſcul.
o In d. c. diſciplina.
p ff. de leg. 2.
q De reg. iur. lib. 6.

IN GLOSSAS.

Nota tertio quod glossa 2. opponit contra textum, quatenus habet: *Nullus debita grauioris pœnæ accipit veniam, nisi qualemcumque, & ſi longe minorem, quàm debeat pœnam ſoluerit.* Per quæ videtur significare, pœnam interiorem esse minorem exteriori. Opponit inquam primo hoc non esse verum de pœna interiori, neque exteriori. Non de interiori, quia per interiorem remittitur peccatum, & consequenter adest caritas, sine qua non remittitur peccatum, & caritas est quid maius, quàm omnis alia pœna.

Secundo quod aliquando remittitur peccatum sine vlla pœna, iuxta illud.[a] *Vade & amplius noli peccare.*

Tertio quòd B. Gregorius,[b] relatus à Gratiano in cap. *omnes*.[c] per illud Apostoli,[d] *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitate ad iniquitatem: ita exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem*, concludit tantùm debere nos pati pœnitendo, quantùm egimus peccando.

Quarto quòd maior debet esse pœna, quàm culpa,[e] ad quæ non respondet formaliter, nec clare glossa, sed responderi potest.

4 Ad primum quidem, quod id, quod videtur significare Augustinus intelligi potest, tam de interiori, quam de exteriori pœna. Quoniam nec contritio, quæ est interior pœna, neque confessio & satisfactio, quæ sunt exteriores pœnæ, sunt tā grandes, quàm est pœna per mortiferum peccatum demerita. Hæc enim est perpetua carentia visionis Dei, & perpetuus animæ & corporis cruciatus: contritio autem & confessio, atque satisfactio temporariæ, sunt paruæ & quasi nullæ collatione illarum.

5 Quod vero ait glossa caritatem, esse quid maius aliis pœnis, incogitanter dictum est, tum quia caritas non est pœna, sed maxima gratia, tum quia illa est venia, vel qua mediante fit illa, & causſa saltem formalis remissionis, vt dictum est in cap. *conuertimini*. [f] tum quia illa à Deo ipso supernaturaliter, immediatè & gratis datur peccatori non merenti eam, saltem de condigno vt probat S. Thomas, [g] & ita non debet computari inter pœnas, quas pro ſua culpa dat peccator: sed inter beneficia & dona, quæ recipit à Deo Opt. Max. gratis & misericorditer data.

6 Ad secundum respondetur concedendo, quod dominus illi mulieri nullam pœnam exteriorem imposuit: sed negamus, quod non sustinuerit aliquam pœnam interiorem pœnitudinis: immo & exterioris pudoris denuntiationis, & præsentationis, atque accusationis coram summo iudice.

Ad tertium autem respondetur, quod non fuit mens Pauli, nec Gregorij asserere per illa verba in argumento contenta, peccatorem esse obligatum de præcepto ad suscipiendum, ac sustinendum tantum laborem per membra ſua seruiendo iustitiæ, quantùm accepit seruiendo per eadem iniustitiæ: sed de bono consilio, & ad maiorem fructum consequendum.

Ad quartum respondebitur in d. cap. *productior*. ad quod gloss. se remittit.

Nota quarto quod Cardinalis quærit hic: An culpa peccati remissa, remittatur omnis pœna pro illo debita. Quod & nos alias hic tetigimus, sed tractauimus in capit. fin. & cap. *ſi quis*.[h] longè prefsius Concilio Tridentino & aliis lectione dignis adiunctis.

a Ioan. 8.
b In 19. libro moralium c. 25. ad ca. 28. Iob.
c 47. dist.
d Rom. 6.
e Cap. productior, infr. d. 3.
f Num. 3. & cap. reſuſcitauit. à num. 1. & cap non poteſt 2. ſup. ead.
g 1. 2. q. 114. artic. 5. & 3. lib ſent. diſt. 19. q. 1. art. 1.
h Inf. d. 5.

CAP. AGITE.

AVGVST. IN HOMILIIS, HOMILIA XLIX.

AGite pœnitentiam, qualis agitur in ecclesia, vt oret pro vobis ecclesia. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 Peccata publica, an publicè confitenda remittuē.

1 NOta quod videtur Cardinali Beatus Augustinus in hoc capit. *agite*. significare non sufficere occultè confiteri sacerdoti publica peccata: sed quòd oporteat illa publicè confiteri, quod ait non esse verum: & rectè quidem, vt nos diximus clarius & vtilius in cap. *ſacerdos*.[i] licet non satis cautè dicat. Augustinum id hic significare: quia

Augu. in lib. 50. hom. hom. 49.
i Inf. d. 6. nu. 86.

solùm dicit,non sufficere occultè solo corde pœnitere;nõ tamen ex hoc infertur,eum dicere non sufficere confiteri occultè sacerdoti publica peccata; quod longè diuersum est,& à diuersis non fit illatio.[a]

CAP. VENIT.

ORIGENES HOMILIA VNDECIMA AD CAP. XVIII. EXODI.

ET venit,inquit, Aarõ & omnes presbyteri de Israël manducare panem cũ socero Moysi in conspectu Dei.Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Deus aliter dicitur nosse bonos & aliter malos.*
2 *Mali quidam,vt sunt in conspectu Dei,quidam verò non.*

1 NOta primo ex hoc cap.iustos omnes esse in cõspectu Dei;non autem sic malos. Non quidem quòd non omnes sint in conspectu eius verè, quia ipse conspicit omnes.Etenim.*In manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipse conspicit,* [b] & nihil ignorat, [c] & omnia sunt nuda & aperta oculis eius, vt ait Paulus, [d] relatus in cap.*Deus omnipotens,* [e] sed quia Deus omniscius iustos nouit approbando,iuxta illud. [f] *Nouit dominus viam iustorum:* quo modo nescit malos,iuxta illud. [g] *Nescio vos.*

2 Nota secundo,quod aliquot mali dicuntur esse in cõspectu Dei;immo & peccare in conspectu Dei, qualis fuit Dauid,qui, [h] ait;*Tibi soli peccaui,& malum coram te feci.* Aliquot autem non dicuntur esse in conspectu Dei, imò fugere & abscondere se ab eo: sic Adam cùm peccauit post peccatum se abscondit.[i]

3 Et Cain postquam pro parricidio condemnatus est à Deo,exiit à facie Dei.[k] De quo in cap.*numquid Cain.* [l] Sed difficilè planè est hanc malorum diuisionem defendere. Dicenti enim cum Cardinali, malos pœnitentes esse in conspectu Dei,non pœnitentes verò fugere & abscondere,se obstat grauissimè, quod pœnitentes verè sunt iusti, & ita non sunt mali;quia nemo potest simul esse iustus & malus. [m] Dicenti autem,intelligendum esse de malis, qui postea conuersi fecerunt pœnitentiam, vt Dauid, obstat quod Adam computatur in textu inter fugientes,& se abscondentes, & tamen fecit pœnitentiam. Dicenti verò quod intelligatur de malis volentibus pœnitere: sed nõdum pœnitentibus obstat, quod Dauid ponitur in numero ordinis prioris malorum,etiam quando peccauit:& tamen tunc nolebat pœnitere. Dicenti denique (quod & D.*Hieronym. ipse declarat)illos malos esse,& peccare in conspectu Dei, qui pleniorem scientiam de Deo habent,& plenius diuinis imbuti sunt disciplinis, grauiter obstat,quòd Plato, Aristoteles, & tot millia peccatorum ethnicorum,Iudæorum, & hæreticorum habuerũt & habent longè maiorem scientiam & multò magis fuerunt & sunt instructi doctrinis:attamen videntur computandi inter fugientes & abscondentes se;nisi respõdeatur, Hieronymum per habentes pleniorem scientiam Dei & institutionem doctrinæ,intellexisse illos malos, qui mouẽtur auxilio diuino ad se parandum; & incipiunt se parare ad gratiam eius gratum facientem quærendam: sed nondum quæfierunt.De quibus agit Conc. Trid. [n] & cap.*firmiter,* [o] & quamuis contra hæc replicari & triplicari possit:tamen quia non expedit gratia breuitatis ea relinquo.

CAP. SEDET CONTINVO.

AVGVSTINVS EPIST. XLVIII.

SEd * continuo. qui dixerat, sicut Adamá, faciam te, & sicut Seboim.Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Deo non est passio affectiua,nec mutabilitas.*

1 NOta primo, quod videtur Augustinus significare primo esse in Deo passiones affectiuas, sicut ĩhomine.Quod non est verum, Cùm nulla passio sit in Deo vt probat S.Tho. [p] & dicit hic Card. & probatur per cap. *productior,* [q] vbi est proprior huius rei sedes,& ideo ibi eã tractabimus.

Secundo videtur significare, Deum esse mutabilem, quòd etiam est falsum, vt ait D. Cardinalis & nos tractabimus clarius & vtilius in cap. *nouit dominus.* [a] vbi est aptior locus.

CAP. SERPENS.

AMBROSIVS IN LIBRO DE PARADISO CAP. XIIII.

SErpens decepit me,& manducaui. * Venialis culpa, quam sequitur professio delictorum.Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Confessio peccati prodest,negatio obest.*
2 *Parricidæ qui propriè,& qui plus punitur.*
3 *Quæstores criminum cur dicti parricidiorum.*
4 *Vicarius Episcopi auctus re,non augetur nomine.*
5 *Parricidium cum duplici rr.scribendum.*
6 *Cain peccauit ne plus mentiendo,quàm occidendo?*
7 *Dei odium sito genere peccatorum maximum.*
8 *Peccata multa in proximum maiora,quàm aliqua in Deum.*
9 *Peccatum in Deum auget auersio formalis ab eo.*
10 *Dei blasphemia leuis minus peccatum, quam graue homicidium.*
11 *Cain non præsumitur peccasse per infidelitatem.*
12 *Veniale peccatum tribus modis dicitur.*

1 NOta primo,quod ad probandum confessionem sacramentalem esse necessariam, vt condonentur peccata, inducit Gratianus hoc cap. in cuius prima parte habetur,eum,qui peccata sua confitetur, dignum esse venia:& ponit exemplum de Eua,quæ suum peccatum confessa veniam obtinuit. In secunda, eum, qui confiteri renuit,non esse venia dignum,exemplo Cain,cui suum peccatum neganti,venia negata fuit. In tertia comparat parricidium, quo Cain fratrem suum occidit cum mendacio, quod mentitus est Deo. In quarta exemplo Christi inducit confessarios & pastores animarum, vt pœnitentibus sint pij & benigni.

Nota secundo,quod confessio multùm prodest ad peccati veniam impetrandam,de quo dictum est supra. [b]

2 Nota tertio D. Ambrosium appellare hoc in loco occisionem fratris parricidium cum duplici rr.Ex quo colligo primum non solùm patrum & parentum, sed & fratrum occisores appellari parricidas. quod Budæus, [c] ampliat auctoritate Festi & Marci Tullij ad omnes homicidas.Pro quo facit præcitata l.2. [d] ibi: *Et quia,vt diximus, de capite ciuis Romani iniussu populi non erat lege permissum consulibus ius dicere : propterea quæstores constituebantur à populo, qui capitalibus rebus præessent, hi appellabantur QVAESTORES PARRICIDII, quorum etiam meminit lex duodecim tabularum.* Facit & illud Prisciani, *Parricida à pari & patre deduci potest r. in r. commutato.* Quod profecto non videtur satis cautè dictum.tum quia alius est titulus ad LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS,qui de omnibus homicidiis disponit, & alius titulus AD LEGEM POMPEIAM DE PARRICIDIIS, qui speciatim disponit de parricidiis.tum quia l.1.& aliquot leges sequentes, [e] serio docent,quorum occisores dicantur parricidæ, palam significando, non omnes homicidas esse parricidas : sed tantùm eos, qui patrem,matrem , auum,auiam , fratrem , sororem , aut filios , aut nepotes, aut consobrinos & alios ibi expressos occidunt.tum quia lex penultima aliam pœnam imponit aliquibus parricidis, quàm sicariis. Quare iuri consonantius videtur dicere propriissimè solum occisorem parentum siue adscendentium, aut filiorum,siue descendentium dici parricidam. tum quia frequentior sententia scientium latinè habet,illam dictionem deriuari à dictione parens, vel pater.tum quia illorum tantum occisor iubetur puniri hodie illa grauissima pœna, quam ponit l.penult. [f] & l.2.§ & §.*alia deinde lex.* [h] scilicet.*Vt insutus culeo cum Cane,& Gallo gallinaceo, & Vipera,& Simia,& inter eas ferales angustias comprehensus serpentium contuberniis misceatur(secũdum quod regionis qualitas tulerit) vel in vicinum mare, vel amnem proiiciatur, vt omni elementorum vsu viuus*

carere

a *Lib. 6.*
b *23. quæst. 1.*
c *2.2. quæst.1.*
d *ead. caus. quæst. 5.*
e *1.2. quæst. 73. artic. 8.*
f *Præfati cap. 4. Gen.*
g *Capit. 1. de reuiu. inor. facien. le. meritò. ff. pro socio.*
h *Dist. 6. cap. 1. vers. veniale.*
i *1. ad Tim. 1.*
k *De cleric. excõ. minist.*
l *In 4. lib. sen. dist. 17. q. 3. art. 5. quæstiuncula 1.*
* *Oseæ 6.*
* *Marc. 2.c.*
* *Ioan. 1.*

a *Inf. ead.*
* *Genes. 3.*
b *Ead. c. peruenit. 2.*
c *In l.2. ff. de origin. iur.*
d *§. deinde.*
e *Eiusdè tit.*
f *ff. ad l. Pomp. de parricid.*
g *C. de his qui parentes occid.*
h *Instit. de publicis iudic.*

a *Leg. Papinianus. ff. de minorib.*
b *Psal. 94.*
c *Cap. nouit. de iudic.*
d *Ad Heb. 4.*
e *2.q.1.*
f *Psal. 1.*
g *Matth. 25.*
h *Psal. 50.*
i *Gen. 3.*
k *Genes. 4.*
l *Sup. ead.*
m *Cap. omnis. sup. ead.*
* *Hieronymum pro Origene hic affert,quoniam hoc cap. Hieronymo antea tribuebatur.*
n *Sess. 6. cap. 14. & can. 4. & 23. & 29. & sess. 14. can. 15. de pœnit.*
o *In fi. de sũma Trinit. & fid. Cath.*
* *Amb. lib. 1. de pœnit. c. 4.*
p *1. par. q. 20. art. 1. & q. 21. art. 1. ad 1. & in 1. sent. dist. 42. q. 1. art. 1.*
q *Inf. d. 3.*

carere incipiat.& ei cælum superstiti, & terra mortuo auferatur. (quamuis sint qui putent, omnes, quos appellant parricidas l.1.& aliquot leges seq. [a] puniendos esse hac pœna:verumtamen præcedens opinio videtur verior; quàm tenet glos. [b] Propriè autem dici parricidas occisores omnes illorum,quos parricidarum numero adscribũt. d.l.1.& seq. [c] quo modo videtur hic accepisse D.Ambrosius, qui fratris cædem appellauit parricidiũ, sicut præcitata l.1. [d] Improprièverò per trãslationem & metaphoram omnes homicidas,quasi occidentes fratres & cognatos suos,cognatione illa,qua natura omnes homines cognatos effecit. [e] Tũ quia non obstant opposita.

Ad prius enim nempe l.2.§.*alia deinde lex.*vers.*& quia,* [f] respondeti potest, quod nõ cœperunt dici quæstores parricidij, eo quod haberent ius dicendi super causis capitalibus & homicidiorum: sed eo quod cùm ab initio nulla lege esset permissum de capite ciuium Romanorũ iniussu populi consulibus ius dicere , constituti fuerunt à populo quęstores , qui possent ius dicere de parricidiis propter magnam eorum grauitatem,& scandalum populi, & cœperunt appellari *quæstores parricidij.* Et quia postea visum fuit expedire, vt etiam alia crimina capitalia breuius puniretur,ampliata fuit eis potestas ad omnes causas capitales,& nomen remansit idem.

4 Sicut Vicarius generalis episcopi, non eo solo quod sit Vicarius,potest cognoscere de criminibus, [g] nec conferre beneficia , [h] sed frequenter per speciales clausulas augetur eius potestas : idem tamẽ nomen & eadem penitus dignitas ei remanet secundum omnes.

Ad posterius autem, scilicet dictum Prisciani citatum à Budæo respondeti potest, quod eadem facilitate negare possumus cum frequẽtissima tot auctorum sententia, qua ille dicit sua propria.

5 Secundo colligo, dictiones illas parricidium & parricida exarandas esse duplici rr. vt in omnibus Pandectis, saltem ante hæc nouissima tempora impressis exarantur, vt & Budæus ipse, [i] scribit. Quod ideo videtur factum, quod formantur à genitiuo patris mutando Euphoniæ gratia,& blandioris soni causa.t. in r. Et recentiores, qui cœperunt scribere per simplex r.possunt postpoui eis, qui tot sæculis scripserunt per duplex rr.vt & Budæus scripsit conseruando antiqua,quæ sine euidenti vtilitate non sunt mutanda. [k]

6 Nota quarto , magis peccasse Cain mentiendo Deo, quàm occidendo fratrem germanum Abel, [l] quòd hic affirmat Cardinalis & sentiunt alij.Pro quibus facit primò, quòd mentiendo Deo peccauit contra primum præceptũ, *de amando & colendo Deo:* occidendo verò fratrem contra quintum præceptum , de *non occidendo* , & peccata contra priora præcepta sunt maiora peccatis commissis contra posteriora,vt rectè colligitur ex cap.*quid in omnibus* , [m] adiuncta glos.& ex S.Thoma. [n]

7 Secundo quod negando veritatem interrogatam à Deo visus fuit commisisse peccatum infidelitatis, significando non credere,Deum omnia scire, contra ca. *nouit ille, qui nihil ignorat,* [o] & cap.*multi,* [p] & Paulum, [q] & infidelitas est maius peccatum,quam parricidium,vt colligitur ex S. Thoma, [r] dum quærit? An infidelitas sit maximum peccatorum.

Tertio quod peccata commissa contra Deum maiora sunt,quam commissa contra proximum, vt docet idem S. Thomas, [s] vnde odium Dei est omnium peccatorum maximum,vt idem vbi supra definit.

Quarto quod videtur hoc expressum in præsenti capit.

Sed iure stricto contrarium videtur verius. Tum quia licet odium proximi de se, & vt quædam radix sit maximũ peccatorum,quæ in proximum committuntur: maius tamen peccatum est homicidium ; immo & maximum furtũ ratione nocumenti maioris , secundum omnes.Ergo licet odium Dei formale suo genere sit maximum peccatorum: parricidiũ tamen,& alia peccata,vt prælia iniusta, quibus multi occiduntur, possunt esse maiora ratione nocumenti. Tum quia licet omne periurium sit peccatum in Deũ: multa tamen peccata in proximũ sunt maiora & grauiora,quàm aliqua periuria; vt homicidia & bella iniusta (vt paulo superius dictum est)argumento cap.*verum.* [t] adiuncta cap.1.*de homicid.* [a] & cap.*quid culpatur.* [b] Tum quia magna est differentia quoad magnitudinem peccati,an quis recta via & formaliter siue expresè auertat se à Deo per odium & irreuerentiam formalem,quod pauci faciunt,an indirecto,faciendo aliqua peccata mortifera, per quæ per quamdam consequutionem fit auersio à Deo , & incurritur odium eius,quod plurimi,proh dolor, passim faciunt: & Cain potuit mentiri Deo sine odio & irreuerentia formali eius , & sine infidelitate , quod peius passim periuri faciunt. Cùm grauius videatur iurare mendacium , per quod Deus fit testis mendacij , quàm mentiri simpliciter absque iuramento argumento notatorum in cap. [c] & melius in glossa cap.*iuramenti.* [d]

10 Tum quod arbitror esse verum id , quòd quidam recentiores affirmant , maius peccarum esse occidere aliquem hominem, quàm sit leuis blasphemia & irreuerentia,etiam formalis in Deum , immo & maius, quàm aliquod odium Dei formale ratione nocumenti grauissimi, per quæ multum crescit peccatum , vt tradit S. Thomas receptus. [e]

Ad argumentũ pro notabili nostro respondeti potest. Ad primum quidem , & ad tertium respondetur primo, quod assumpta in eis procedunt , cæteris paribus ; quod non contingit in Cain, qui non occidit , nec voluit occidere Deum : at fratrem vita & amore dignissimum occidit.Secundo quod non constat ex contextu,Cain habuisse odium & irreuerentiam formalem intra suam mentem contra Deum : sed solum mentitum fuisse propter verecundiam,vel timorem,quod multi frequenter faciunt: & ita non est arguendum ab odio & irreuerentia Dei formalibus,quæ non probantur infuisse illi.

11 Ad secundum respondetur negando , quod Cain habuerit infidelitatem,cùm id non habeat contextus, [f] & in dubio non est præsumendum delictum. [g]

Ad quartum respondetur,Ambrosium non asserere, id quod prædicti asserunt,& nostrum notabile habet,sed solùm ait,fortasse , & quasi dicere: Ex contextu id non apparet , sed potuit esse maius. quoniam fortè id fecit ex odio, vel contemptu , & infidelitate grandi & formali Dei , quæ potuerunt esse tanta , vt facerent mendacium grauius,quàm fuerit parricidium.

IN GLOSSA.

12 Nota ex glossa 2. quòd peccatum dicitur tribus modis veniale. Primo id quòd consequitur veniam per confessionem,vel alio modo,vt in hoc cap.accipitur. Secundo quòd mortem non meretur,sed alio modo punitur, vt infra. [h] Tertio id , quod habet aliquam circumstantiam, quæ alleuat peccatum , & facit aliqua ex parte venia dignum,iuxta illud Apostoli:*Veniam merui quia ignorans feci.* [i] Et facit cap. *Apostolicæ,* [k] cum similibus. S.Thomas etiam, [l] dixit, vt hæc glossa peccatum tripliciter dici veniale , sed aliter in hæc verba: *Vno modo ex genere,sicut verbum otiosum. Alio modo ex causa , id est venie caussam in se habens.sicut peccatum ex infirmitate. Alio modo ex euentu , eo quod euenit , vt per confessionem , vel alias condonetur.* Sed aduertendum quod tertius modus S.Thomæ est idem , qui primus glossæ: & secundus est idem , qui tertius : & tertius S. Thomæ satis consensit cum secundo glossæ. Verumtamen clarior est doctrina S.Thomæ,quam glossæ.

CAP. LIBENTER.

AMBROSIVS CAP. XI. LIB. I. DE POENITENTIA.

LIbenter ignosco,promptè indulgeo,misericordiam magis volo , quam sacrificium:* quia per sacrificium iustus commendatur , per misericordiam peccator redimitur. Non enim venit vocare iustos , sed peccatores ad pœnitentiam. * In lege sacrificiũ, in euangelio misericordia est. Lex per Moysem data est,per me gratia. *

a *ff. ad legem Pompeiam de parricidiis*
b *In d. l.1.*
c *ff. ad Legem Põpeiam de parricidiis*
d *ff. de parri.*
e *Le. vt vim. ff. de iust. & iur.*
f *ff. de orig. iur.*
g *Cap. licet. de offi. Vicar. lib. 6.*
h *Cap. vlt. eod. tit. & lib*
i *In præallegata l.2.*
k *Leg. 2 ff. de constit. princ. & l. minime. ff. de legib.*
l *Gen. 4.*
m *32. q. 5. n. 2. q. 22. per totam.*
n *2. qu. 22.*
o *De iudic. p 4. q. 1.*
q *Ad Hebr. 4.*
r *1. 2. qu. 10. art. 3.*
s *In 1. 2. qu. 73. art. 4. ad 3. & 2. 2. q. 34. art. 2.*
t *De iurau.*

SVMMARIVM.

1 *Culpa ignoſcitur.pœna indulgetur.*
2 *Miſericordia,an maior aliis virtutibus.*
3 *Caritas omnium maxima & perfectiſſima virtutum, cur Fide & Spe maior.*
4 *Religio maxima virtutum moralium.*
4 *Iuſtitia maxima moralium quoad proximum.*
5 *Miſericordia duplex,altera moralis communis,quæ eſt in concupiſcibili:altera ſuperior quæ eſt in appetitu rationali.*
6 *Virtutes omnes Theologicæ maiores omnibus moralibus.*
7 *Iuſtitia legalis etiam ad bonum diuinum ſe extendit.*
7 *Miſericordia qua maior,& qua maior iuſtitia etiam legali.*
8 *Intellectus tres illius*: Miſericordiam volo, & non ſacrificium.
9 *Iuſtificatio magis tribuitur miſericordiæ,quam iuſtitiæ.*
10 *Deus ipſe eſt quidquid in Deo eſt.*
10 *Deus omnino ſimplex nullatenus compoſitus, neque pars compoſiti,neque mens mundi.*
11 *Iuſtificatio impij vt maximum operum Dei.nu.16.*
12 *Dei potentia,ſapientia,iuſtitia,& bonitas (cui tribuitur miſericordia)in quolibet opere concurrunt.*
13 *Dei attributa reipſa ſunt idem,ratione tamen differunt.*
14 *Deus omnium factor & finis,nullius forma vel materia.*
15 *Deus non prius creauit ſpiritalia,quàm corporalia.*
16 *Dei effectus cur tribuitur vni attributo,& non aliis.*

NOta primò,parum facere hoc cap.ad probandum id, pro quo Gratianus citat illud, & alia omnia à §. *alij*, vſque huc inſerta.

Nota ſecundo,quod recte videtur Hugo,quem ſequũtur Archidiaconus Cardinalis & Bellamera exponere verbum ignoſcere peccatum quoad culpam,& indulgere quoad pœnam. Tum quia ignoſcere propriùs ſignificat non cognoſcere, vel pro non cognito habere, iuxta illud Perſij.

Ignouiſſe putas, quia cum tonat, ilex Fulmine concutitur, potius quam tuque domuſque.

Indulgere autem propriùs obſequi, nimirum vel blandiùs tractare. Tum quia per id euitatur Bartologia, ſiue redundans verborum inculcatio:& munitur illa concluſio Catholica in articulum fidei ad ſalutem neceſſarium à Sacroſancto Concilio Tridentino redacta, [a] ſcilicet remiſſa peccatori pœnitenti culpa peccati à Deo, non ſemper remitti totam pœnam ei debitam: quamuis differẽtia hæc paſsim confundatur capiendo pro eodem indulgeri & ignoſci culpam & pœnam. Vnde & illud indulgentia à culpa & pœna,de qua in clem.2. [b]

Nota tertio,quòd illud, [c] & [d] citatũ hic ab Ambroſio: *Miſericordiam volo,non ſacrificium*, ſignificare videtur miſericordiam præcellere ſacrificium, immo & eſſe maximam omnium virtutum,& melius eſſe miſereri,quam ſacrificare. Pro qua facit illud. [e] *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius*.Et illud. [f] *Miſericordia ſuperexaltat iudicium*. Et illud. [g] *Pietas ad omnia vtilis eſt*,adiuncta gloſ.Ambroſij: *Omnis ſumma diſciplinæ chriſtiana in miſericordia & pietate eſt*. Et illud eiuſdem Ambroſij. [h] *Miſericordia plenitudo virtutũ eſt, & ideo omnibus eſt propoſita perfectæ forma virtutis*, relatum in cap. *in omnibus*. [i]

Contra quod tamen facit primo, quod caritas eſt omnium virtutum non ſolùm moralium;ſed etiam theologicarum maxima,iuxta illud. [k] *Spes,Fides, & Caritas, tria hæc, maior autem horum eſt Caritas*.

Secundo faciunt illa multa, quæ de encomio caritatis adducit Proſper, [l] infra, [m] præſertim illud: *Summa actionum bonarum ſalus morum,finis cœleſtium præceptorum.mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, anima ſanctarum mentium,cauſſa meritorum bonorum, præmium perfectorum,ſine qua nullus Deo placuit, & cum qua nullus vnquam ei diſplicuit*.

Tertio facit illa irrefragabilis ratio, qua Sanct. Thomas, [n] probat, caritatem eſſe maximam omnium virtutum: nempe quod illius obiectum eſt ipſemet Deus Opt. Max. quem ea ratione magis attingit,quàm etiam fides & ſpes, quod illæ attingunt quidem Deum,ſecundum quod ex ipſo prouenit nobis,vel cognitio veri, vel adeptio boni:caritas autem attingit ipſum Deum, vt in eo ipſo ſiſtamus,non vt ex eo aliquid nobis proueniat.

4 Quarto, quod virtus religionis eſt virtus moralis, vt probat S.Thomas, [a] & maxima moralium, vt probat idem, [b] at ſacrificare pertinet ad virtutem religionis, vt tradit idem S.Thomas, [c] per totam.

Quinto, quod etiam iuſtitia eſt virtus moralis ſecundum omnes: & eſt maxima virtutum moralium, quæ ad proximum ſunt, vt probat S.Thomas. [d]

5 Pro reſponſione horum, dicendum primo, quod miſericordia accipitur duobus modis. Vno modo pro virtute,quæ mouet ad contriſtandum ordinatè de aliena miſeria:& hoc modo ponitur à S.Thoma, [e] inter virtutes morales circa paſſiones, & eſt ſubiectiuè in appetitu concupiſcibili, in quo eſt paſsio triſtitiæ: & ſic accepta proculdubio eſt minor virtus iuſtitia legali,& particulari. legali quidem, quia illa præſtat ei tamquam virtus vniuerſalis. Nam lex publica, ſicut præcipit quæ ſunt manſueti, & quæ temperati,ita etiam præcipit, quæ ſunt miſericordis, vnde paſsim conſtituuntur hoſpitalia, vbi opera miſericordiæ exercentur.Iuſtitia verò particularis præſtat miſericordiæ ſic acceptæ, præſertim quia in ſubiecto nobiliori eſt, ſcilicet voluntate rationali, vt probat S. Thomas, [f] præſertim propter ea, per quæ iuſtitia præcedit liberalitatẽ:quæ tangit præfatus S. Thomas. [g] Altero autem modo ſumitur miſericordia pro virtute, qua voluntas rationalis mouetur ad miſerendum alteri & tollendum malum, vel ſupplendum defectum eius: & miſericordia ſic accepta ponitur potiſsima virtutum moralium, quæ ſunt ad proximum. Tum quia quadantenus participat naturam diuinam,cuius proprium eſt parcere,miſereri, & ſupplere defectus aliorum,iuxta illud: *Deus cui proprium eſt miſereri ſemper,& parcere*.Tum quia hoc modo accepta ſuperat etiam iuſtitiam legalem, quatenus ſaltem reſpicit bonum commune humanum, vt ex vtriuſque actuum comparatione colligitur. Longè ſiquidem maioris eſt ſubleuare communitatem à miſeria,ſeu defectu, quod eſt actus miſericordiæ hoc modo acceptæ, quàm tribuere bono communi humano, quod ſibi debetur, quod eſt actus iuſtitiæ legalis.

Pro quo facit,quod opera miſericordiæ hoc modo conſideratæ ſunt quædam hoſtiæ & ſacrificia,iuxta illud Pauli. [h] *Beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci,talibus enim hoſtiis promeretur Deus*. Et quod miſericordia hoc modo conſiderata videtur filia caritatis, qua mediante exercentur opera miſericordiæ, quæ etiam dicuntur opera caritatis, vt habet capit. *inter opera caritatis*. [i] & tradit Sanct. Thomas. [k]

6 Ad prima ergo tria oppoſita dicendum, concedendo, quòd non ſolùm caritas,ſed etiam fides,& ſpes, quæ ſunt virtutes theologicæ ſunt maiores, quam miſericordia quocumque modo accipiatur, quia virtutes theologicæ præcedunt morales ſecundum omnes,per ea quæ S.Thomas ſcribit. [l] Et ita dicendum eſt, quod B. Ambroſius in hoc capit. non comparat miſericordiam, quatenus eſt virtus moralis cum virtutibus theologicis: ſed cum moralibus.

7 Ad quartum reſpondetur concedendo, religionem eſſe maiorem etiam miſericordia, quia licet non ſit virtus theologica, ſed tantùm moralis:eſt tamen maxima moralium:excepta ſaltem iuſtitia legali, vt dictum eſt, ea ratione, quod obiectum eius, quod eſt cultus, & honor diuinus,magis appropinquat Deo, quàm finis aliarum virtutum moralium. Dixi, *excepta ſaltem iuſtitia legali*, quia illa quatenus ſe extendit etiã ad reddendum Deo, quod ei debetur, poteſt dici ſuperior illa, vt declarat Caietanus. [m]

Ad quintum reſponderur concedendo, quod iuſtitia præcellit miſericordiam, primo modo acceptam pro virtute morali,quæ eſt in appetitu concupiſcibili circa triſtitiam de malo & defectu proximi ad tollendum & ſupplendum illa, de qua non loquitur Ambroſius in hoc capite:negando tamen,quod iuſtitia,nec ſpecialis,nec legalis ſit maior miſericordia ſecundo modo accepta, vt probatum eſt ſupra,de qua poſſunt intelligi hoc cap. Ambroſij & confirmationes adductæ pro illo.

a *In ſeſſio. 6. cã.30. & ſeſ. 14. cap. 8. de pœnit.&can. 12. & ſeſſ.25. in princ.*
b *De pœnit. & remiſſ.*
c *Oſee 6.*
d *Matth. 9.*
e *Pſal.144.*
f *1.Ioc.2.*
g *1.Timo.4.*
h *Super Luc. cap.3.*
i *86. diſtinct.*
k *1. Cor.13.*
l *In cap. caritas.2*
m *Diſt.2.*
n *2.2.q.24. art.6.*
a *2. 2. q. 81. art.5.*
b *Ibid. art.6.*
c *In diſt.2.2 q.85.*
d *In d. 2.2.q. 58.art.fin.*
e *2. 2. q. 30. art.4.*
f *2. 2. q. 58. art 4.*
g *In d. q. 58. art.vlt.*
h *Ad Hebr. vlt.*
i *De ſponſal. & mat.*
k *In d.2.2 q 30.art. 2. & 3. & 32.art.1.*
l *In 1.2.q.62. præſertim. art.2.*
m *In 2. 2. q. 81.art.6.*

8 Illud autem Oſeæ citatũ hic ab Ambroſio ſcilicet: *Miſericordiam volo non ſacrificium*, poteſt intelligi de miſericordia vtroque modo accepta,in hoc ſenſu, quod ſit melior, quàm ſacrificium exterius irreligiosè oblatũ,iuxta illud. [a]

Holocauſta nolui, quia manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt, vt declarat S. Thomas, [b] vel etiam per figuram Ecclypſim, ſiue ſubauditionem aduerbij,tantùm,vt ſit ſenſus: Miſericordiam volo,& non tantùm ſacrificium. Poteſt etiam intelligi, vt aliqua miſericordiæ opera præferantur aliquibus oblationibus,& operibus religioſis, licet eſſent in ſe bona:vt cùm quis ob miſericordiam,largitur extremè,immò & grauiter egenti illis, quæ volebat offerre ob honorem Dei voluntariè ſine obligatione legali monachis vel ſacerdotibus parum egentibus, quod ſatis colligitur ex eodem S.Thoma. [c]

Cæterum iis omnibus addendum eſt,quod non tantùm curare debemus ſcire metaphyſicè harum virtutũ quidditates,& comparationes, quantum practicè vti eis bono fine in gloriam & honorem Dei, & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, & vtilitatem proximorum temporalem & ſpiritalem ad iuuandum illos, & illo adiutorio placere Deo principio primo, & fini vltimo noſtro ſupremo glorioſiſsimo. Amen.

9 Nota quarto, iuſtificationem peccatoris magis attribui miſericordiæ Dei,quàm iuſtitiæ,potentiæ,vel ſapientię.quod quidem verum eſt,& latè,ac ſtudioſè comprobat Cardinalis. Sed quia id facit ſubobſcurè & ſtylo iuriſperitis parum conſueto; & ea, quæ tractat pertinent ad habendam ſcientiam de Deo nobis ab Apoſtolo commendatam: vt omnia clareſcant oppono contra hoc capitul. primo;

10 Quod quidquid vere dicitur eſſe in Deo, eſt ipſemet Deus: & ita deitas eſt Deus, & glorioſiſsima & adorandiſsima Trinitas diuina eſt Deus,& potentia, & bonitas, & ſapientia,& miſericordia & iuſtitia,& omnia alia attributa Dei, qui omnino ſimplex eſt, ſunt ipſemet Deus. [d] De cuius ſumma ſimplicitate tractans angelicus Doctor Sanct.Thomas, [e] poſteaquam per ſex art.cõcludit, Deum non eſſe corpus, nec compoſitum ex quibuſdam aliis: in ſeptimo ſic concludit. *Dicendum, quod Deum omnino eſſe ſimplicem,multipliciter poteſt eſſe manifeſtum. Primò quidem per ſupradicta in hac quæſtione.Cùm enim in Deo non ſit compoſitio,neque quantitatiuarum partium,quia corpus non eſt:neque compoſitio formæ,& materiæ,neque in eo ſit aliud natura & ſuppoſitum, neque aliud eſſentia & eſſe, neque in eo ſit compoſitio generis & differentiæ,neque ſubiecti & accidentis,manifeſtum eſt, quod Deus nullo modo compoſitus eſt:ſed eſt omnino ſimplex*. Cum igitur quidquid eſt in Deo,ſit Deus,& conſequenter miſericordia & iuſtitia,quæ ſunt in Deo, ſint ipſemet Deus; videri poteſt cuipiam,iuſtificationem non plus pertinere ad miſericordiam,quàm iuſtitiam,cùm vtraque ſit Deus ipſe.

Secundo quod,vt eſt in ſeſe ſimpliciſsimus,ita in nullius alius rei compoſitioné venit,vt ipſemet S. Tho. concludit, [f] poſt Dionyſ. [g] vnde ſtolidè quidã quos refert Plinius, [h] dixerunt eſſe animam ſiue mentem mundi, neque principium formale, ſiue cauſſam formalem, vt ſtolidius aliqui dixerunt:neque materiam primam, neque ens vniuerſale quod aliqui ſtolidiſsime aſſeruerunt. vt inquit S. Thomas. [i]

11 Tertio oppono,quod iuſtificatio impij eſt maximum operum Dei,iuxta illud, [k] *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius*.Et in collecta dicitur: *Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miſerendo manifeſtas*. Et Auguſtinus dicit exponens illud. [l] *Maiora horum faciet*, quòd maius opus eſt, vt ex impio iuſtus fiat, quàm creare cælum & terram, vt concludit S.Thom. receptus. [m] Iuſtificatio igitur potius videtur tribuenda potentiæ Dei,quam miſericordiæ.

12 Quarto,quod in omni effectu diuino concurrunt attributa illa Dei,potentia,ſapientia,iuſtitia,& bonitas,cui attribuitur miſericordia, vt colligitur ex Sancto Thoma. [n]

13 Sed ad horum primum reſpondetur primò quidem concedendo Deum Opt. Max. eſſe omnino ſimplicem,& omnis compoſitionis,tam materiæ & formæ, quàm generis, & ſpeciei, ſubiecti & accidentis & alterius cuiuſlibet expertem:& quod omnia ſibi attributa, tam miſericordia & iuſtitia,quàm potentia & ſapientia,& quæcumque alia ſunt realiter ipſemet Deus, qui ſe ſolo abſque vlla notitia, & ſcientia, & qualitate aliqua omnia nouit, fecit & gubernat,iuxta illud poëtæ:

Quidquid habet Phlegethon,quidquid caua viſcera terræ,
Quidquid habet pelagus,quidquid ſecat aera pennis,
Omnia feciſti, & ſolus totum ipſe gubernas.

Sed negando,quod non differant ratione,alia enim ratione dicitur potens,alia ſapiens, & alia iuſtus & miſericors.& ita dicere, iuſtificationem pertinere magis ad miſericordiam Dei,quàm ad iuſtitiam, non eſt dicere, quòd magis pertineat ad virtutem miſericordię,quæ eſt in Deo ſeparata realiter ab eius eſſentia,ſicut eſt in angelis & hominibus: ſed quod magis pertinet ad ipſum ea ratione, qua eſt miſericors,quàm ea,qua eſt iuſtus.

14 Ad ſecundum concedimus, etiam Deum, ſicut non eſt vllatenus compoſitus, ita in nullius rei compoſitionem venire, neque eſſe cauſſam materialem, vel formalem alicuius rei: ſed ſic omnium efficientem & finalem, iuxta illud Boëtij. [a]

Tu requies æterna pijs,te cernere finis,
Principium,vector,dux ſemita,terminus idem.

Et illud Concilij Oecumenici tranſlatum in cap. *firmiter*. [b] *Vnum vniuerſorum principium, creator omnium viſibilium & inuiſibilium,ſpiritualium & corporalium, qui ſua omnipotenti virtute ſimul ab inirio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam ſpiritualem & corporalem, angelicam ſcilicet & mundanam*.In quibus verbis obiter perpendendum eſt, verbum illud:*Simul*,pro illa concluſione, quod non prius ſua infinita bonitas condidit angelicam naturam ſpiritalem, quam corporalem. Cuius contrarium, cum prædicaretur olim Tholoſę ante ſexaginta & vltra annos à quodam celebrimo concionatore, viſum fuit mihi periculoſum per hunc canonem in Concilio Oecumenico per Innocentium III.latum, per quem à me ſibi oſtenſum mutauit ſententiam, licet S. Thomas, [c] non damnet eam propter auctoritatem Gregorij Nazianzeni & aliorum Græcorum, quos citat ibi. Sed in Opuſculo 25. vbi in præfatum canonem commentus fuit abſoluté ſequitur hanc ſententiam,nulla de contraria facta mentione.

16 Ad tertium reſpondetur concedendo, iuſtificationem peccatoris eſſe maximum operum Dei, eo quod licet quoad modum agendi maius ſit creare,quod eſt ex nihilo aliquid facere,vt dicit gloſſa ſuper illud. [d] *in principio creauit Deus cælum & terram*,& cæt.& probat S. Thomas, [e] maius eſt tamen iuſtificatio quantum ad id,quod fit, quia vt idem S.Thomas ait, [f] terminatur ad bonum æternum diuinæ participationis, quã creatio cæli & terræ,quæ terminantur ad bonum naturæ mutabilis. Et ideo Auguſtinus cum dixiſſet, quod maius eſt, quod ex impio fiat iuſtus,quàm creare cælum,& terram,ſubiungit. *Cælum enim & terra tranſibunt, prædeſtinatorum autem ſalus, & iuſtificatio permanebit*:negando tamen quod eoquod ſit maius,quantum ad id,quod fit,debeat attribui magis potentiæ,quàm miſericordiæ:licet id,quod eſt maius,quoad modum agẽdi magis tribuatur potentiæ, vt præclarè dixit idem S. Thomas vbi ſupra.

Ad quartum reſpondetur concedendo aſſumptum in eo:negando tamen conſequentiam,quia,vt ait præcitatus S.Thomas, [g] licet effectus Dei procedat ex quolibet attributorum, tamen reducitur vnuſquiſque effectus ad illud attributum, cum quo habet conuenientiam ſecundum propriam rationem:ſicut ordinario rerum ad ſapientiam, & iuſtificatio impij ad miſericordiam, & bonitatem ſe ſuperabundanter diffundentem. Creatio verò, quæ eſt productio ipſius ſubſtantiæ rei reducitur ad potentiam.

a *Iſaiæ 1.*
b *In prædict. cap. 9. Matt.*
c *12. qu. 30. ar.4.ad primum.*
d *Cap. firmiter. de ſum. trinit. & fide cathe.*
e *1.part.q.3.*
f *In artic. 8.*
g *Ca.1.de diuin. nominib. non longe à principio.*
h *Li.1.natur. Hiſtor.*
i *1.ſent. diſt. 37. quæſt. 2. artic. 2.*
k *Pſal. 144.*
l *Ioan. 14.*
m *1.1.q.113. ar.penult. & in 3.par.qua. 43.art. 4.ad 2.&in 4.diſt. 5.qu.1. art.3. quæſtiũcula 1.*
n *1.part. qu. 45. art. 6.*
a *Lib.3.de cõſolatione philoſophica.*
b *de ſſt. Trin. & fid. Cath.*
c *In 1.part. q. 61. art.3.*
d *Gen. 1.*
e *1.part qua. 45.ar.1.& 2. lib.ſen. diſt.1. q. 2. artic. 2.*
f *In d.q. 113. art. penult.*
g *1.part.qua. 45.ar.6.ad 3.*

CAP. MVLTIPLEX.

LEO I. THEODORO FOROLIVIENSI EPISCOPO, EPISTOLA 89.

MVltiplex Dei miſericordia ita lapſibus humanis ſubuenit, vt non ſolùm per

baptismi gratiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinam spes vitæ reparetur æternæ. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 Absolutio sacramentalis sit per verba indicatiua.
2 Intellectus cap. multiplex.
3 Absoluo te, non est absolutum te declaro.
4 Iustificatur nemo potest mortem.

1 NOta primo ex hoc capite eleganti & ad multa vtili Beati Leonis, colligi, misericorditer constitutũ esse à Deo misericordissimo, vt lapsis post baptismum in peccatum mortiferũ sacramentũ pœnitentiæ succurreret. quod per totũ hunc tractatũ cõfirmari potest. Item quod videtur significare præfatus Leo absolutionẽ non esse faciẽdam à cõfessario per verbũ indicatiui *Absoluo te*, sed per verbum optatiui & deprecatiui; *Absoluat te Deus.* Ait enim indulgentiam peccatorum non posse à Deo obtineri, nisi supplicationibus sacerdotum. Pro quo facit secũdo, quod non videtur à Christo instituta hæc forma absoluendi indicatiua. Tertio quod in absolutionibus, quæ confitentibus generaliter peccata fiunt ad Primam, & completoriũ vtimur verbis deprecatiuis; *Misereatur vestri*, vel; *indulgentiã concedat vobis.* Quarto, quod etiam temeraria videtur illa interpretatio, qua quidam per verbum, *Absoluo*, intelligunt absolutum esse declaro. Quinto quod eadem ratione, qua confessarius dicit; *Absoluo te à peccatis* posset dici; Remitto tibi peccata: quod tamen non facit.

2 Sed contrarium est tenendum cum S. Thom. communiter recepto. [a] Tũ quia sicut Dominus dixit discipulis, [b] *Euntes docete omnes gentes baptizantes eos*; ita dixit Petro. [c] *Quodcumque solueris super terram*: sed sacerdos auctoritate illorum verborum Christi fretus dicit: *Ego te Baptizo*; ergo eadem auctoritate dicere debet: *Ego te absoluo.* Tum quia peccata sunt quædam vincula secundum illud. [d] *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum quisque constringitur*: & quia per sacramentum pœnitentiæ rũpuntur & tolluntur illa vincula, conuenienter dicit confessarius, *Absoluo te*, id est, soluo te à vinculis, quibus ligatus & cõstrictus teneris. Tum denique quod post prædicta scripta Concilium Tridẽtinum, [e] hoc per hæc verba definit. *Docet præterea sancta Synodus, sacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipuè ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse. Ergo te absoluo, &c. quibus quidem de Ecclesiæ sanctæ more preces quædam laudabiliter adiunguntur: ad ipsius tamen formæ essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsius sacramenti administrationem sunt necessariæ.*

Ad oppositа autem respõderi potest. Ad primum quod Leo in hoc c. loquitur de precibus cõfessarij, quas de more præmittit absolutioni vel aliis, quibus rogat Deum pro venia pœnitentis: non autem de verbis substantialibus ipsius absolutionis, qua perficitur sacramentum.

Ad secundum, quòd licet formaliter & expresè non instituerit Christus, vt confessarius, vteretur huiusmodi verbo indicatiuo: tacitè tamẽ id fecit per illa verba: *Quodcumque solueris*, vt dictum est in fundamento principali conclusionis.

Ad tertium, quod absolutiones illę, quæ dantur generalem confessionem facientibus, non sunt sacramẽtales; sed quædam bonæ precationes, de quibus etiam potest intelligi hoc cap. Leonis: nos autem loquimur de absolutione sacramentali, quæ sacramentum pœnitentiæ perficit.

3 Ad quartum concedimus, ineptam esse interpretationem, qua verbum, *Absoluo* exponitur, Absolutum esse ostẽdo. Tum quia impropriantur verba contral. *non aliter.* [f] Tum quia per eandem videtur negari potestas absoluẽdi iudicialiter data sacerdotib. quod est cõtra Cõc. Trid. [g]

Ad quintũ concedimus, posse cõfessarium de rigore iuris absoluere per illa verba. Remitto tibi peccata tua. Quia sicut dominus dixit. [h] *Quęcumque solueritis super terrã*, &c. ita dixit. [i] *Quorum remiseritis peccata*, &c. quamuis quia peccata sunt quædam vincula, vt prædiximus, aptius videtur verbum, *absoluo.*

Nota secundo ex illis verbis: *Quod manens in corpore non recepit, consequi carne exutus non potest*, quod mortuus in statu mortiferi peccati, non potest per vllam pœnitentiam postea factam iustificari, nec saluari. quod est verum, quodque Dominus Cardinalis latius, quàm sit necesse, hic confirmat. Cum id ab omnibus sit receptum, & clarius quam hic definitur in cap. *qualis*, [a] per illa verba: *Qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio apparebit, vel repræsentabitur.* Pro quo est illud dictum, [b] adiuncto ibi dicto Hieronymi. *Si ceciderit lignum ad Austrum, vel ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit ibi erit.* Dixi, *peccati mortiferi*, quia venialia etiam post mortem purgantur, vt in d. cap. *qualis.* expresè determinat Gregorius.

CAP. NEMO.

AMBROSIVS CAP. I. LIB. I. DE POENIT.

NEmo potest agere pœnitentiam, nisi qui sperauerit indulgentiam: sed negant iis oportere communionem reddi, qui præuaricatione lapsi sunt. Deus autẽ nullum crimen excepit, qui peccata omnia donauit.

SVMMARIVM.

1 Peccator duplici mola molendus superiori, quæ est spes veniæ, & inferiori, quæ est timor pœnæ.

1 NOta ex hoc cap. quod spes veniæ requiritur ad iustificationem. Pro quo est illud glossa solemnis, [c] sic aientis: *Non debemus desperare: sed potius moli inter duas molas, scilicet spei & timoris. Vnde dictum est.* Noli pignorare superiorem molam, nec inferiorem. *Ille superiorem pignerat, qui non timet: ille inferiorem, qui ita timet, quod in desperationem cadit, sicut Cain.* [d] Quæ per Tropologiam applicauit huic proposito illud. [e] *Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam.* Quamuis ibi loquatur de accipiente pignori, & glossa de dante pignori cui infra, [f] addidimus, has duas molas circundandas esse caritatis cantho, vt bona farina fiat.

CAP. VERBVM.

AMBROSIVS CAP. IIII. LIB. II. DE CAIN ET ABEL.

VErbum Dei dimittit peccata, sacerdos est iudex. Sacerdos quidem suum officium exhibet, & nullius potestatis iura exercet. *& paulo post.* Dominus parius & soluendi esse voluit & ligandi. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 Absoluere qui potest, potest & condemnare, & contra.
1 Condemnare non potens absoluere nequit. & contra.
2 Episcopi de depositione solus Papa cognoscit & definit.
3 Absoluendi potestas manet ablata potestate damnandi.
4 Lex corrigens aliam in vno non extenditur ad aliud.
5 Statutum in vno quando includit æquiparatum.

1 NOta primò, hoc esse præcipuum caput iuris Pontificij, quod allegatur pro illa conclusione, Qui potest condemnare potest & absoluere, & econtrario. Pro qua est in iure Cæsareo l. *qui condemnare*, [g] vbi & in regul. *nemo qui condemnare*, [h] multa alia citantur, à glosis & Doctoribus. Ita quòd in effectu sunt quatuor regulę, quas exprimit glossa, [i] scilicet, Qui condemnare potest, potest & absoluere. Et, Qui absoluere potest, potest & condemnare. Et, Qui condemnare non potest, non potest absoluere. Et, Qui non potest absoluere, non potest condemnare. Pro quibus facit, quod qui potest dare, potest tollere seu adimere, iuxta l. *datum.* & ibi Baldus ad hoc notat. [k] & l. 3. l allegata per glossam in d. l. *qui condemnare.* [m] vbi glossa ponit has quatuor regulas duas affirmatiuas & duas negatiuas. Et sic qui habet potentiam condemnandi, habet etiam potentiam absoluendi, & econtrario, & qui non habet vnum, non habet aliud: sicut in simili qui potest adire, potest etiam repudiare, & econuerso: & qui vnum non potest, non potest etiam aliud iuxta l. *ù potest*, [a] & cap. *firmior*, [b] vbi glossa ponit tres prædictarum regularum. Facit item quod contrariorum contraria est disciplina, iuxta cap. *sciendum*, [c] & l. 1. [d] & tradit glossa & latè disputatur ibi à Doctoribus. [e]

Contra quod tamen facit primo cap. *quamuis.* & cap. *accusatus*, [f] quatenus habent, Concilium Prouinciale posse cognoscere de crimine depositionis episcopi: sed non illum deponere.

Secundo facit capit. *querenti*, [g] quatenus habet, delegarum non posse absoluere post annum à sententia lata eum, quem excommunicauit contemnentem parere rei iudicatæ.

Tertio cap. *tua.* & cap. *conquesti*, [h] quatenus probant, incendiarium, postquam fuerit denunciatus excommunicatus, non posse absolui ab episcopo, qui eum excommunicauit.

Quarto cap. *sanctum*, [i] quatenus videtur probare, quemdam pœnitentem potuisse reconciliare alium in mari secum periclitãtem, quem tamen non videtur potuisse condemnare.

Quinto facit l. 3. [k] vbi dicitur, eum, qui priuilegio fatus est clarissimus, posse accusari coram inferiore à principe & absolui, non tamen condemnari principe inconsulto.

Sexto, quod confitens peccata parocho alieno videtur posse absolui ab eo: sed non condemnari, vt dicit glossa Ioannis. [l]

Septimo, quod episcopus sine inquisitore, & inquisitor sine episcopo potest absoluere accusatum, vel inquisitum de hæresi: condemnare tamen minimè, vt habet glossa memorabilis. [m]

Octauo, quod absens accusatus potest absolui probata innocentia, non autem damnari. [n]

Nono, quòd legatus à latere absoluit ab excommunicatione lata in clericos non subiectos sibi ratione legationis: quos tamen non potest excommunicare.

2 Ad horum primum respondet glossa prædicti cap. *inferior*, [o] quod fallit in casu illorum capp. *quamuis, & accusatus.* Et idem in effectu tenet in dicto cap. *accusatus*, glossa Ioannis: sed glossæ additio tenet contrarium, & rectè. Quia prædictum cap. *quamuis*, non solùm habet, Concilium prouinciale non posse episcopum condemnare: sed neque accusationem eius definire, & cõsequenter neque absoluere accusatũ. Tum quia in c. *dudum*, [p] statuitur, non posse quidquã in caussa depositionis episcopi decerni ab alio, quàm à Romano Põtifice: & ita nec condẽnationem nec absolutionẽ fieri. Tum denique quod Cõcilium Tridentinum clarius & fusius hanc rem definiens statuit, [q] in hæc verba: *Causse criminales grauiores contra episcopos, etiam hæresis, quod absit, quæ depositione, aut priuatione dignæ sunt ab ipso tantùm summo Romano Pontifice cognoscantur & terminentur. Quod si eiusmodi it caussa, quæ necessario extra Romanam Curiam sit committenda, nemini prorsus eã committatur, nisi Metropolitanis aut episcopis, à Beatissimo Papa eligendis. Hæc verò commissio & specialis sit, & manu ipsius Sanctissimi Pontificis signata, nec vmquam plus ijs tribuat, quam vt solam facti instructionem sumant, processúmque conficiant, quem statim ad Romanum Pontificem transmittant, reseruata eidem sanctissimo sententia definitiua.* Per quod videtur corrigi præfatum cap. *quamuis*, quatenus permittebat Concilio prouinciali cognitionem caussarum depositionum episcoporum excepta sola definitione: per hoc autem decretum sublata est etiam omnis cognitio: quinimmo prohibetur etiam cognitionis commissio sine reseruatione sententiæ definitiuæ.

3 Ad secundum, scilicet ca. *quærenti*, [r] respondetur, quod incautè communiter inducitur ad hoc: quia non est verum, ibi probari, potentem excommunicare non posse absoluere: sed solùm quod qui potuit excommunicare, officio suo durante, non potest, eo finito, absoluere, quia non potest etiam excommunicare, cum sit iam officio suo functus. [s]

Ad tertium, nempe cap. *tua*, & cap. *conquesti.* [t] respondetur quod duo illa capp. loquuntur in casu, quo expresè vetatur absolutio potenti excommunicare: regulæ autem præfatæ loquuntur de dubio, cum expresè cõceditur, vel vetatur alterum, & alterum tacetur. Quia in certis non est locus coniecturis. [a]

Ad quartum respõderi potest, primo quidem quòd non loquitur de absolutione, neque de condemnatione vera: sed de quadam reconciliatione ob necessitatem facta. Secundo quòd loquitur de reconciliatione facta in articulo mortis. In quo etiam laico licet confiteri. [b] licet ipse veram absolutionem sacramentalem non posit dare, vt latius diximus in cap. 1. [c] & declarauit Concilium Tridentinum. [d]

Ad quintum respõderi potest sicut ad tertium, quod loquitur in casu, quo expresè vnum conceditur, & alterum negatur.

Ad sextum quod illa glossa Ioannis non est vera: & ibidem reprehenditur à Bartholomæo Brixiensi in additione: & nos latius tradimus infra. [e]

Ad septimum, conceditur præfata glossa, quæ habet, sublata potestate condemnandi alicui habenti potestatem condemnandi, & absoluendi, non tolli potestatem absoluendi. Tum quia eam ibi sequitur Card. & Imolensis & Iason, [f] & Decius. [g] Tum quia non est eadem ratio, quoniam potestas condemnãdi tollitur in dicta clem. in fauorem rei: & ideo non debet extendi ad sublationem potestatis absoluendi, quod esset damnum & odium ei: cum inducta in fauorem alicuius non debeant inducere odium & damnum eius. [h] Tum quia rei sunt fauorabiles. [i]

4 Tum quia lex noua corrigens vel limitans antiquam non est extendenda vltra casum, quem continet, vt est in l. *præcipimus.* [k] & in l. *ſi vero.* [l] & vtrobique Bartholus & communis in authen. *quas actiones.* [m] & in terminis nostris affirmat Iason. [n] Tum quia, qui de vno dicit, de alio affirmare videtur, [o] ergo præfata clemen. 1. tollendo solũ pœnam condemnandi ab eo qui habet potestatem condemnandi & absoluendi, videtur noluisse tollere potestatem absoluendi.

5 Neque obstat ratio illa neruosa Francisci Aretini, qui cum Bartholomæo Socino tenet contrarium, [p] scilicet quod quando sunt duo pet antiquam legem parificata, & in altero eorum statuitur nouè aliquid, videtur etiam statutum in altero, iuxta glossam celebrem, [q] & alias multas sibi concordantes: ergo cum condemnare & absoluere sint æquata iure huius cap. antiquo. & aliis pro eo supra citatis: clem. illa prima, quæ nouè abstulit potestatem condemnandi episcopo per se solùm, potestatem absoluendi videtur etiam tollere. Non inquam, obstat hæc ratio, quia illa non habet locum, quando diuersa est ratio, vt in hoc casu esse, supra monstratum est.

Ad octauum respondetur, id esse speciale, ratione fauoris innocentiæ, ne innocens indefensus condemnetur, quæ solutio facit etiam pro solutione septimi: & contra pro hac solutio illius.

Ad nonum respondetur, illud procedere, cùm alterum eorum datur in priuilegium: quia non censetur dari alterum, eo quod priuilegia sunt restringenda. [r]

Nota secundo D. Cardinalem tractare hic de clauibus Ecclesiæ, eo, vt arbitror, quòd licet nullam de illis Ambrosius faciat expressam mentionem: facit tamen implicitam, cum loquatur de potestate soluendi, & ligandi sacerdotum; quæ est clauis, vt definitur à Ioanne 22. [s] Veruntamen quia aptior est ad id locus in cap. *voluissent iniqui.* [t] infra, [v] illuc eam remitto.

In glossam primam.

SVMMARIVM.

6 Verbum Dei quid, & rectius quam sermo dicitur.
7 Gloriosissimæ Trinitatis opera exteriora indiuisa.

6 NOtà primo ex hac glossa ratione, qua secunda persona adorandissimæ Trinitatis, quę est Filius, dicitur Verbũ, scilicet q̃ sicut per verbũ manifestatur volũtas loquentis: ita per filium manifestatur voluntas patris. Pro quo faciũt ea, quæ quidã recentiores dicunt super illud. [x]

In principio erat verbum & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, aientes aptius potuisse verti sermo, &c. eo quod verbum λόγος significat verbum, & sermonem: & sermo magis explicat mentem loquentis, quàm verbum. Quod tamen rectè reprobat eruditissimus idémque doctissimus Cornelius Iansenius.[a] Cuius reprehendendi ratio colligitur ex eis, quæ profundè Angelicus Doctor S. Thomas,[b] prædixerat, postquam,[c] subtilissimè monstrauit,[d] verbum propriè dici & esse in diuinis. Et[e] posse capi essentialiter & personaliter, licet communiter capiatur personaliter pro sapientia genita. Et[f] verbum dici absolutè sine relatione ad creaturas, & etiam cum ea. Ex cuius vtrobique dictis colligitur, Verbum, de quo Ambrosius hic loquitur, quod est filius secunda persona excellentissimæ Trinitatis esse Verbum æternaliter genitum à Patre, perfectum, consubstantiale illi, & coæuum: quod tandem caro factum, & animatum corpus assumens de virgine nasci dignatum, procedénsque homo sine semine largitum est nobis suam deitatem, vt vniuersa hoc die Purificationis Virginis matris sacro per orbem diffusa resonat ecclesia.

a *In prima parte sua cõcordiæ euangelicæ cap. 1.*
b *In dict. cap. 1. Ioan.*
c *In 1. lib. sen. dist. 27. qu. 2.*
d *In artic. 1.*
e *In 2.*
f *In tertio.*

7 Nota secundo ex eadem glossa omnia opera omnipotentissimæ Trinitatis ad extra esse indiuisa: & quod quidquid vna facit, facit tota sanctissima Trinitas, & quælibet illius persona, vt inquit Augustinus in Enchirid.[g] citatus à Magistro,[h] adeo quidem, quod etsi solus filius sumpserit humanitatem, & factus fuerit homo: illam tamen assumptionem & vnionem hypostaticam tota beatissima Trinitas effecit, vt Magister cum S. Thoma & aliis omnibus in eum comminiscentibus tradit.[i] Vnde S. Thomas,[k] concludit in hæc verba: *Tres personæ fecerunt, vt humana natura vniretur vni personæ filij, licet filius solus fuerit terminus vnionis.*

g *Cap. 24. & lib. 13. de trin. cap. 11.*
h *In 3. lib. sen. distinct. 1. §. 3.*
i *Vbi supra.*
k *3. par. qua. 3. artic. 4.*

CAP. POTES FIERI.
AMBROSIVS CAP. III. LIB. I.
DE POENITENTIA.

POtest fieri vt aliquis victus suppliciis, sermone neget Deum, & corde adoret. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Deum nullo metu licet, etiam ore tantùm negare.*
1 *Confessio fidei oris necessaria.*
2 *Fides nec verbo, nec signo etiam metu neganda.*
3 *Eleazarus nec signo voluit se simulare gentilem.*
4 *Fidem negare sponte peius, quam vi vel metu.*
5 *Bona facta in peccato mortali ad quid prosint.*
6 *Diabolus vt per patientiam illuditur.*
7 *Veniam quis pœnitens & confessus querit.*

1 NOta primo ex principio huius cap. quod non solùm qui sponte negat Deum, sed etiam qui metu quamlibet grauiter id facit, peccat: tum quia non solùm corde, sed etiam ore oportet cõfiteri Deum, iuxta illud.[l] *Corde creditur ad iustitiam: ore autem fit confessio ad salutem.* tum quia Petrus peccauit ore tantum negando.[m] Et insignis martyr Marcellinus exteriori tantùm actu sacrificando,[n] quod tradit S. Thomas,[o] vbi alter Thomas addit aliqua, ex quibus colliguntur quædam quotidiana, scilicet quòd non licet Christiano vti signo, quo discernuntur Iudæi, vel Sarraceni à Christianis tempore, quo Christiani cogniti esse tales spoliarentur, caperentur, iniuriis afficerentur, vel trucidarentur.

l *Ad Roma. 10.*
m *Ea. fidelior. 50. distinct.*
n *Cap. nunc autẽ. 21. dist. 02. 2. quæst. 3. artic. 2.*

2 Per quæ sæpè respondimus miserè peccare Catholicos illos, qui transeuntes per Gallias, & Germaniam timore territi, verecundia confusi, vel vtilitate, aut voluptate allecti, negant se ore tantum Papistas, vel verbis vel signis fatentur se Lutheranos, vel alterius falsæ religionis professores. Per quæ ipsa conuincitur etiam, esse falsa illa Iudæorum conclusio * in Concilio illorum, quod Thalmud vocant, vt aiunt, asserta, quòd licèt Iudæo simulare se Christianum exterius, modo corde agat Iudæum. Quod in caussa est, vt illorum multi sub pallio Christiano suum Iudaismum tegant, non satis perpendentes illud Eleazari glorioſissimi Iudæi, qui, p cum duceretur ad mortem, impium duxit edere carnes suillas, per quod simulando se à sua recta fide discedere poterat illam euadere.

p *Vt habetur 2. Machab. 6.*

* In Concilio illorum quod Thalmud vocant. *Thalmud Iudæorum Concilium non est, sed liber quidam fabulosissimus & vanissimus ex dictis plurimorum Rabbinorum, qui post Christi Domini mortem floruerunt consarcinatus, de quo plurima habet Sixtus Senensis in lib. 2. Bibliot. verb. traditiones seniorum. Petrus Valatinus illi libro plus æquo addictus multa ex eo habet in lib. de arcanis Christianæ religionis.*

4 Nota secundo ex eodem principio, longe minus peccare, qui metu adacti negant fidem necessario confitendam, quam qui sponte. Pro quo est illud Conc. Ancyriani,[a] relatum in cap. *presbyteros.*[b] quo statutum fuit, vt liceat, qui sponte labuntur, non debeant recipi nisi difficulter, vt habet cap. *quicunque* præcedens illud: qui tamen coacti metu id faciunt, & postea redeunt, retineant honorem, seu beneficium, non tamen officium: qui verò per vim absolutâ ad id adacti id faciunt, vtrumque retineant. Ex quo potuit deriuari gratia, vt qui capti à Turcis per grauia verbera, vel grauem metum, verbis tantùm professi fuerunt sectam Turcarum, corde seruantes fidem Catholicam, redeuntes ad patriam ab episcopis & inquisitoribus benigne recipiantur.

a *Cap. 1.*
b *50. distinct.*

5 Nota tertio ex illis verbis: *Quoniam*, &c. quod bona gesta in peccato mortali prosunt: non quidem quoad gratiam, & gloriam, quas sine caritate & gratia gratum faciente non potest quis bene merere, vt optime dicit hic glossa per illud Apostoli.[c] *Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* & c. *nihil.*[d] sed quoad alia multa iuxta glossam celebrem cap. *quòd quidam.*[e] & *§. quod autem.* infra,[f] vbi fusius dicetur.

c *1. ad Cor. 13.*
d *De consec. distinct. 5.*
e *De pœnit. & remiss.*
f *Dist. 3. sub cap. quatuor.*

6 Nota quarto ex illis verbis: *Ægritudo carnis peccatum repellit,* &c. quòd frequenter diabolus illuditur, quia frequenter inducit aduersitates aliquibus, vt per desperationem pereant: quæ tamen patienter ea sufferentibus multum prosunt. Pro quo est tota historia Iobi, & Tobiæ: & illud Apostoli.[g] *Fidelis est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis.*

g *1. Corin. 10.*

7 Nota quinto ex fine, quòd omnes per pœnitentiam & confessionem venia digni fiunt. Quod est verum si pœnitentia & confessio fiunt legitimè, vt dicetur in cap. *pœnitentia.*[h]

h *& in cap. perfectæ. inf. distinct. 3.*

CAP. QVANTVSLIBET.
AMBROSIVS CAP. VII. LIB. II.
DE POENITENTIA.

QVantuslibet ergo mortui fœtor sit, aboletur omnis, vbi sacrum redoleuerit vnguentum. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Lapsis veniam non esse dandam hæreticum.*
2 *Lazarus mortuus & fœtidus quis.*
2 *Ecclesia per Bethaniam in quo repræsentatur.*
2 *Alabastri fractio Christus in cruce fractus.*
3 *Christi fama prædicata cuius odor vnguenti.*
3 *Vnguentum in barbam barbam autem Aaron quid mystice.*

1 NOta primo ex hoc cap. in summa: Quique pœnitenti veniam à Deo pientissimo dari, & damnandos & hæreticos esse, qui lapsis pœnitentiam negant.

2 Nota secundo ex glosis, quæ certe sunt aptissimæ, primum quod contextus loquitur de Lazaro resuscitato à Christo Bethanię: & quod Lazarus fœtidus significat quẽlibet peccatorem se & alios suo exẽplo corrumpentem: & quod Bethania significat Ecclesiam: & quod fractio alabastri, quod fregit Maria Magdalena ad vngendum Christum, cuius vnguẽti odore repleta fuit tota domus Ioan. 12. significat fractionem corporis Christi in cruce per passionem, cuius odor vniuersalem Ecclesiam implens mortuos viuificauit: quia fama passionis eius per totum orbem terrarum diffusa peccatores credentes iustificat. Et quod

vnguentum illud odoriferum significabat virtutes, & bona opera, vel Christi miracula: vel gratia est illud vnguentum, de quo dixit Euangelium, quod fracto alabastro, id est Christi latere lancea reserato, & corpore clauis transfixo repleuit totã domum, id est, vniuersalem Ecclesiam. Et quod illud vnguentum interpretatum, sicut dictum est, potest dici vnguentum, de quo Dauid,[a] ait? *Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam barbam Aaron.* Eo quod proxima barba, in quam descendit, fuerunt Apostoli, & ab eis descendit in barbam Aaron, id est, episcopos & alios prælatos. Et quod etiam hoc vnguentum potest dici pœnitentia fructifera, quod conficitur ex tribus rebus odoriferis, nempe oris confessione, cordis contritione, & operis satisfactione. Quorum ampliorem amplificationem remitto concionatoribus, quorum fuerit applicare illa praxi & operationi bene pœnitere volentium.

a *Psalm. 132.*

CAP. IIS POTESTATIS.
AMBROSIVS CAP. IIII. LIB. II.
DE POENITENTIA.

* *Al. ius.*

IIs † potestatis suæ gratiam negat (quæ in remissionem peccatorum est) qui cælestem eius potestatem diabolico fultam suffragio vendicarent. Eosque asserit diabolico vti spiritu, qui separarent Ecclesiam Dei. Et reliqua.

CAP. NONNVLLI.
AMBROSIVS CAP. IX. LIB. II.
DE POENITENTIA.

NOnnulli enim ideo poscunt pœnitentiam, vt statim sibi communionem reddi velint. ij non tantum soluere se cupiũt. quam sacerdotem ligare. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Bonus nulli, qui sibi malus.*
2 *Eucharistiæ communio rectè commercium diuinum.*

NOta primo, quod hæc duo capp. in summa continent inuectiuam, seu inuectionem in hæreticos negantes, veniam esse dandam pœnitentibus: & in eos, qui per pœnitentiam fictam sacram communionem accipere præsumunt, & merito quidem. Quoniam alterum est hæreticum per cap. *potest fieri,* & cap. *quantuslibet.* proximè præcedentia, & alia multa supra & infra eadem & aliis multis distinctionibus sequentibus à Gratiano citata. Alterum autem peccatum mortiferum, & valde graue.[b]

b *Cap. sane. de celeb. miss. & ca. quotidie de con. ec. dist. 2.*
c *Eccles. 14.*

1 Nota secundo ex cap. *iis potestatis,* non mirandum, quod salutem neget aliis, qui sibi eam negat. Pro quo facit illud.[c] *Qui sibi nequam cui bonus erit?* Et illud quod glossa hic citat. *Conueniet nulli, qui secum dissidet ipse.* & illud glossæ l. præses. C. de seruitutibus & aqua.

Alpibus ille perit, qui se plus diligit vllum.

Et quod caritas ordinata incipit à se ipso vt habet d. l. *præses,* adiuncta glossa & cap. *si non licet.*[d]

d *23. quæst. 5.*

2 Nota tertio ex hoc cap. nonnulli, communionem sacram sacratissimi corporis domini consortium dici diuinũ: & merito. Sic etenim de illa Gregorius inquit, in homilia Paschali, relatus in cap. *quid sit sanguis.*[e] *Quis fidelis habere dubium potest, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cælos aperiri: in illo Iesu Christi mysterio angelorum choros adesse? Summa & ima sociari, vnúmque ex inuisibilibus atque visibilibus fieri?*

e *De consecr. distinct. 2.*

CAP. SVNT QVI.
AMBROSIVS CAP. IX. LIB. II.
DE POENITENTIA.

SVnt qui arbitrantur, hanc esse pœnitentiam si abstineant à sacramentis. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum operum impedimenta gaudere, vt est malum.*
2 *Diuitias nolle ob distribuendi laborem, vt malum.*
3 *Gaudet, & dolet quis de eadem re diuerso respectu.*

1 NOta hoc cap. in summa continere, errare communiter illos, qui putant, aptam suis peccatis pœnitentiam esse à sacramentis abstinentiam. Quod facit contra illos, de quibus in Enchirid. orat. diximus, gaudere, eo quod elapsa sit hora audiendi missam, ea non audita, vel tempus dicendi, aut cantandi preces, quas dicere, aut cantare tenebantur, quia eius lapsu ab illa obligatione liberabantur. Facit item contra illos, qui gaudent tentasse mane die ieiunij ignoranter, eoquòd sint à ieiunio illius die soluti: & maximè contra illos, qui gaudent se excommunicatos, ne teneantur ad facienda diuina cum aliis, vel eis interesse: & denique contra omnes, qui gaudent impedimentis bene faciendi, quibus à bene faciendi obligatione liberentur, quorum magnus est numerus. Quorum de numero etiam sunt, qui propterea principaliter gaudent diuitiarum, & redituum carentia, ne in eis distribuendis labore vexentur, vt tradit Cardinalis S. Sixti,[a] quamuis in nouè impresis id non inueniam. Dixi supra initio notabilis *communiter,* quia interdum potest esse apta pœna peccati abstinere à sacramento, vt est casus expressus in c. *in actione.*[b] Permultos item canones pœnitentiales multi à communione sacra separantur, vt in cap. *presbyter.*[c] & capit. *admonere 33.*[d] vbi occidendi vxorem præter alia multa imponitur separatio à communione sacra vsque in finem vitæ. Et glossa[e] præsupponit, iustè posse quem suspendi à diuinis etiam à confessiario.

a *In c. pœnult. 50. distinct.*
b *Inf. eadem.*
c *82. d. distinct.*
d *Quæst. 2.*
e *In ca. is, qui de sen. excõ. lib. 6.*

3 Addo præterea, quod alij, in quos hoc notabile torsi, possunt iuste interdum sine peccato gaudere impedimentis faciendi aliqua bona opera. Etenim quamuis nulli liceat gaudere simpliciter, quòd hora dicendi horas, non dictis per negligentiam illis sit elapsa, quia id esset gaudere de peccato: licet tamen dolendo de peccato, quod admisit non dicendo illas tempore debito, gaudere quod inueniatur solutus ab obligatione dicẽdi eas. Similiter quamuis non liceat simpliciter gaudere, quod sit excommunicatus: licet tamen dolendo, quòd sit excõmunicatus propter multos respectus, gaudere quòd sit solutus ab obligatione faciendi aliquid, quod teneretur facere, si non esset excommunicatus. Sic item quamuis non liceat simpliciter nolle diuitias, ne bene faciat: licet tamen nolle illas, ne impediatur labore distribuendi illas ab alio bono actu. Neque obstat, quod duo contraria nõ possint eidem subiecto inesse, quoniam id quidem est verum eodem respectu, sed non diuerso. Siquidem potest quis dolere de morte patris, quia priuatur eius præsentia, & gaudere de eadem, quia id Deo placuit.

CAP. MINOR.
CYPRIANVS EPISTOLA II.
LIB. IIII. AD ANTONIANVM.

MIror autem quosdam sic obstinatos esse, vt dandam non putent lapsis pœnitentiam, aut pœnitentibus existiment veniam denegandam. Et reliqua.

CAP. IMPORTVNA.
HIERONYMVS AD DAMASVM TOM. II.

IMportuna in euangelio mulier tandem meruit audiri,* & clauso cum seris ostio, media licet nocte, ab amico amicus panes tres accepit.* Deus ipse, qui nullis cõtra se superari viribus potest, publicani precibus superatur.* Niniue ciuitas, quę peccato periit, fletibus stetit.* Quorsum ista tã longo repetita principio? Videlicet, vt paruum magnus

* *Matt. 16.*
* *Luc. 11.*
* *Luc. 16.*
* *Ionæ 3.*

adspicias: vt diues pastor morbidam ouem non contemnas. Christus in paradisum de cruce etiam latronem tulit, * & ne quis aliquando seram pœnitentiam putaret, fecit homicidij pœnam martyrium. Christus prodigum filium reuertentem lætus amplectitur, * & nonaginta nouem pecudibus derelictis, vna ouicula, quæ remansit, humeris boni pastoris aduehitur. * Vbi verò peccator intelligens vulnus suum tradit medico se curandum: vbi non est virga necessaria, sed spiritus lenitatis.

* Luc. 23.

* Luc. 15.

* Matt. 18. Hæc vsq; ad finem non sũt reperta apud Hieronymũ.

SVMMARIVM.

1 *Lapsi ad veniam benignè suscipiendi.*
2 *Deum precibus flecti, vt intelligendum remissiuè.*
3 *Martyrij proprij de ratione mors est.*
4 *Martyr cur testis summus & perfectus fidei.*
5 *Contemptus summus bonorum mundi contemptus mortis.*
6 *Martyrem non pœna, sed causa facit.*
7 *Martyres metaphoricè sunt B. Virgo Maria, Ioannes & latro, Martyr absque sanguinis effusione inuenitur.*

1 NOta primo, quod in hoc cap. elegantissimo elegantèr, breuiter & neruosè D. Hieronymus probat id, quod supra proximo cap. & aliis multis, [a] probatur, nempe grauiter eos errare, qui negant lapsis pœnitentibus, veniam esse dandam, exemplis in textu breuiter scriptis. Et prælatos benignè debere peccatores ad pœnitentiam suscipere, exemplis etiam ad id aptis.

a Supra eod. distinct.

2 Nota secundo illa verba: *Deus ipse, qui in se superari nullis viribus potest, publicani precibus superatur: & Niniue ciuitas, quæ peccato periit, fletibus stetit.* Per quæ significat Hieronymus, Deum posse precibus flecti, & eius voluntatem fletibus mutari. Quod quemadmodum sit intelligendum & temperandum in cap. *nouit.* [b] dicetur ex iis, quæ in Enchir. de orat. [c] fusè satis scripsimus.

b Infra. c Cã. 19. à nu. 51.

3 Nota tertio illa verba: *Christus homicidij pœnam fecit martyrium:* per quæ significat, bonum latronem à Christo in cruce pendente conuersum, fuisse martyrem. Pro quo secundo facit illud Cypriani, *in cap. numquid.* [d] *In Dei seruis apud quos confessio cogitatur, & martyrium mente concipitur, animus ad bonum deditus, Deo iudice coronatur. Aliud est martyrio animum deesse: aliud animo defuisse martyrium:* significando martyres esse, qui pro Christo martyrium pati cupiunt, etiamsi actu non occidantur.

d Cain supra eadem.

Tertio quod idem Hieronymus, [e] ait, eam fuisse virginem & martyrem. Et alij multi dixerunt, beatum Ioannem Apostolum fuisse martyrem, eo quod tempore Domitiani in feruentis olei dolium missus fuit, licet mortem non obierit, & postea in pace quieuerit.

e In sermone assumptionis Virginis.

4 Quarto facit illa ratio Martini de Magistris relata latè à Caietano, [f] quod votum vel voluntas efficax faciendi aliquid pro facto habetur. [g] Et quod, cæteris paribus, tantùm meretur qui efficaciter vult actum bonum facere, quantùm qui facit etiã in actu martyrij, vt ait Cyprianus. [h]

f In 2. 2. qu. 124. art. 4.

g Ca magna, sup. eod.

h In dicto ca. nũquid Cain.

Quinto quod alioqui sequeretur, quod si duo pari caritate, parique voluntate subeundi martyrium sisterentur tyranno, qui alterum occideret, alterum verò seruaret: qui vnus remaneret, minus mereretur, quia non esset martyr.

Sexto quod non esset dicendus martyr, qui protractis, & dilatatis in longum afflictionibus, per eas absque sanguinis effusione moreretur, quod est falsum, cum B. Marcellus sic mortuus, ab Ecclesia pro martyre colatur.

i In d. quæst. 124. art. 4.

5 Quibus tamen non obstantibus, contrarium tenet S. Thomas communiter receptus, [i] tum per illud Maximi in quodam sermone de martyre: *Quod vincit pro fide moriendo, qui vinceretur sine fide viuendo:* tum quia, vt idem Sanct. Thomas ait, martyr dicitur quasi testis fidei Christianæ, per quam nobis visibilia pro inuisibilibus contemnenda proponuntur, vt dicitur à Paulo, [a] ad martyrium ergo pertinet, vt homo testificetur fidem, & se propter illam omnia præsentia contemnere, vt ad futura & inuisibilia bona perueniat. Quamdiu autem homini remanet vita corporalis, nondum se opere ostendit corporalia cuncta despicere. Consueuerunt enim homines, & consanguineos, & omnia bona possessa cõtemnere, & etiam dolores corporis pati, vt vitam conseruent. Vnde & Sathan contra Iob dixit. [b] *Pellem pro pelle, & cuncta, quæ homo habet, dabit pro anima sua*, id est, pro vita sua corporali: & ideo ad perfectam rationem martyrij requiritur, quòd aliquis mortem sustineat propter Christum. Tum quia ex præfata S. Thomæ ratione colligitur, esse de ratione martyrij dare testimonium non solum verum & sufficiens, sed summum de fidei Catholicæ veritate per contemptum summum bonorum temporalium, quod est vita, iuxta illud. [c] *Maiorem caritatem nemo vnquam habuit, quàm vt animam ponat quis pro amicis suis.* Tum denique, quod non ait Dominus, quòd maior caritas sit velle ponere animam pro amico, sed ponere ita quod voluntas opere perficiatur. Per quæ planè omnia, breuius, quàm Caietanus respondet, responderi potest ad opposita.

a Ad Hebr. 11.

b Iob. cap. 2.

c Ioan. 15.

6 Ad primum quidem, scilicet cap. hoc, quòd loquitur de martyrio valde improprio & metaphorico & similitudinario. Tum quia ille latro bonus, licet fuerit occisus: non tamẽ fuit occisus pro Christo, & veritate fidei orthodoxæ, sed pro suis facinoribus: & vt rectè ait hic glossa ex Augustino. *Non pœna, sed causa facit martyrem*, vt etiam, [d] S. Thomas ex Maximo dicit. Similitudo autem inter illum latronem in cruce pendentem, & iamiam morientem, & martyres fuit, quia sicut martyres moriuntur in gratia, ita & ille: & sicut martyres recta abeunt in gloriam, [e] ita & ille, & quod ausus fuit confiteri, Christum esse Deum in conspectu tot & tantorũ contradicentium, vt sentit glossa.

d In dist. qu. 124. artic. 4.

e Ca. baptismi. vers. de consec. dist. 4.

Ad secundum, nempe cap. *nunquid Cain.* [f] respondetur, quod Cyprianus appellat ibi martyres inchoatiuè, & imperfectè volentes martyrium pro Christo subire, & non subeuntes: nos autem loquimur de martyrio perfecto.

f Supra eod.

7 Ad tertium respondetur, quod nec Virgo Mater, nec B. Ioannes fuerunt propriè, & verè martyres, licet passiones illorum multorũ merita superauerint, præsertim Virginis matris, cuius animam gladius ille summi doloris iuxta crucem pertransiuit, iuxta vaticinium Simeonis. [g]

g Luc. 2.

Ad quartum conceditur, votum efficax, cæteris paribus, æquari facto quoad præmium & meritum essentiale, non autem quoad accidentale: qualis est laureola martyrij, vt latè diximus in cap. *dixi.* & in cap. *magna.* [h]

h Supra eod.

Ad quintum negatur, quod cæteris paribus, qui vnus remaneret ex duobus propositis in argumento, minus meritum essentiale mereretur, quàm qui occideretur: licet minus accidentale consequeretur, vt prædictum est in præcitato cap. *magna.*

Ad sextum negatur, quòd desinat esse martyr, qui afflictionibus in longum protractis per eas ante illarum finem sine sanguinis effusione moreretur, vt rectè declarat Caietan. [i]

i Sub fin. vbi supra.

§. *QVOD AVTEM.*

GRATIANVS.

QVod autem omni peccanti auctoritate Ambrosij venia promittitur, falsum videtur, quibusdam enim venia denegatur, aut ex magnitudine peccati, aut ex gradu officij. Et reliqua.

CAP. SI SACERDOS.

IOAN. PRIMA SVA EPISTOLA CAP. V.

SI sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo Et reliqua.

Hic locus ex primo Reg. c. 2. citatur tam hic quam in c. alienum dist. 50. & sumptus est ex D. Greg & Leone, qui eo quod ibi habeatur. *Si vir in virum peccauerit placari ei potest Deus: si autem in dominum peccauerit quis orabit pro eo.* hæc verba colligunt.

SVMMARIVM.

Peccata quædam irremissibilia difficile remittuntur, vel quia non implicant causſam remissionis. 3.
2 Peccatum nullum, cuius venia discreto negetur.

1 NOta quod ex hoc §. *quod autem*, & capit. sequenti colliguntur aliquot fundamenta contra id, quod Hieronymus dixit in cap. proximè præcedenti, & Ambrosius in aliis præcedentibus illud, scilicet quòd omni peccatori volenti pœnitere conceditur venia. Primum est illud. [a] *Est peccatum ad mortem, non dico vt quis oret pro eo.* Secundum illud. [b] *Quis medebitur incantatori vulnerato à serpente?* Tertium est initium cap. sequentis: *Si peccauerit sacerdos, &c.*

a 1. Ioan. 5. b Eccles. 12.

2 Ad quæ tria respondet Gratianus in versic. *sed huiusmodi.* Primò quòd per hæc non significatur, quod vlli peccatori denegetur venia: sed quod difficilius conceditur peccato grauissimo, quàm paruo, vt primum fundamentum probat. Et gratius sacerdoti & aliis habentibus curam animarum, quàm non habentibus illam, quibus potest dici illud vulgatum: *Medice cura te ipsum.* & illud Domini. [c] *Vos estis sal terræ, quod si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* quæ solutio Gratiani defendi potest. Sed vltra prædicta tria neruosius facit cõtra præfatum dictum Hieronymi & Ambrosij illud. [d] *Voluntariè peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur hostia pro peccatis*: sed in pœnitentia homo se offert hostiam Deo pro peccato, iuxta illud eiusdem Apostoli. [e] *Exhibeatis corda vestra hostiam viuentem sanctam, & Deo bene placentem:* ergo pœnitentia non delet peccata eorum, qui post notitiam veritatis prolapsi sunt. Et illud. [f] *Esau non inuenit pœnitentiæ locum*, cui addit eiusdem glossa 2. locum veniæ: quamquam cum lachrymis inquisisset eã. Et illud, de Antiocho, quod orabat scelestus ille dominum, à quo non erat misericordiam consequuturus. Et illud. [h] *Qui dixerit contra Spiritum sanctum*, scilicet verbum, *non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro.* Et Isidorus in lib. de ordine creaturarum de dæmonibus loquens ait, quòd non pœnituerunt, nec si pœnituissent, veniam inuenissent.

c Matt. ca. 5. d ad Heb. 10. e Ad Roma. cap. 12. f Ad Heb. 12. g 2. Machab. vlt. 9. h Matt. 12.

3 Quibus tamen non obstantibus, contrarium tenet sancta Catholica Ecclesia. Tum per illud quod Dominus ait, [i] de peccatore pœnitente? *Omnium iniquitatum eius, quas operatus est non recordabor.* Et Luc. 15. *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam:* sed inutilis esset ista vocatio pœnitentibus, nisi veniam de quocumque peccato largiretur: ergo omne peccatum in hac vita per pœnitentiam deleri potest, quia maior est misericordia Dei, quàm iniquitas hominis. Vnde reprehenditur Cain, qui dixit, [k] relatus infra in cap. *voluissent.* [l] *Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear.* Quocirca post & ante alios tradit S. Thomas receptus, [m] duo circa hoc esse erronea. Alterum est, dicere, esse aliquem discretum, qui vsque ad mortem omnium peccatorum, quamlibet grauium, non possit fructiferè, dum viuit, pœnitere. Alterum, aliquod peccatum esse, quòd ante mortem per pœnitentiam remitti non possit. Et respondet ad obiectionem de Esau, quòd verè non pœnituit, dixit enim: *Venient dies luctus patris mei, vt occidam Iacob fratrem meum.* Similiter etiam nec Antiochum verè pœnituit, quia licet doleret de culpa præterita: non tamen dolebat, eo quod esset offensa Dei: sed eo quòd ægrotabat: & veræ pœnitentiæ causſa est amor Dei, & spes veniæ, per quæ displicet eius offensa, vt habetur capit. *nemo potest.* [n]

i Genes. 4. k §. denique. l In 3. part. qu. 86. art. 1. m Supra eod. n Matt. 12.

Ad obiectionem autem de peccato in Spiritum sanctum, quòd dicitur irremissibile, [o] respondetur primo, quod est intelligendum de sola impœnitẽtia finali, in qua quis moritur, vt Augustinus dicit, [p] quæ penitus irremissibilis est: quia post finem huius vitæ non est remissio lethalium peccatorum, [q] secundo quod si intelligatur de omni peccato in Spiritum sanctum, quale est omne quod fit ex certa malitia, & ipsa blasphemia in Spiritum sanctum, vt determinat S. Thomas, [r] dicitur irremissibile, quia tale peccatum non habet in se causſam excusationis, vel quia pro tali peccato punitur aliquis, & in hoc sæculo & in futuro, vt tradit idem S. Thomas, [s] ad quæ reducendus est Gratianus in hoc cap. *si sacerdos.* [t]

o Matt. 12. p In libro de verò dormit. q Cap. qualis 23. distinct. r 2. 2. qu. 14. artic. 1. s Ibidẽ art. 3. t §. fin.

CAP. VOLVISSENT.

GREGORIVS CAP. XLIII. LIB. IIII. DIALOGORVM.

VOluissent iniqui, si potuissent, sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper viuere cupiunt, qui numquam desinunt peccare, dum viuunt. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 Peccator sine fine punietur, licet ad horam peccauerit.

1 COntra initium huius ca. facit primo, quod plurimi [a] peccant cum voluntate corrigẽdi se post aliquod tempus, immo nollent nisi semel peccare, & mallent non peccare, quàm peccare, si metus, necessitas, vel tentatio aliqua voluptatis, persequutionis, contumeliæ, aut alius iniuriæ eos ad id non adigeret, argumento c. *tolerabilius.* [a]

a & ca. itaque 32. q. 5. & ca. desleat. de regul. iur.

Secundo quòd significat, non debere puniri perpetuo, qui non habuit propositum peccandi perpetuum, quòd est tam falsum, quàm certum quod damnabitur peccator ad pœnam perpetuam, etiamsi tantùm vnum peccatum mortiferum peccet, & ab eo desistat, & nolit amplius peccare, nisi pœniteat eum cum iusto dolore peccati iam admissi, argumento ca. *desleat.* [b] cum ei adnotatis, & cap. *firmissime.* [c] Quia nõ sufficit resipiscere, & nouam inchoare vitam, vt declarauit Concilium Tridentinum. [d] Quare restringendum est hoc Gregorij elogium ad quosdam Atheistas, & huius sæculi valde amatores, qui nõ credunt, aut certè frigidè: & ideo insipientes, vt est ille, de quo Dauid. [e] *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* vel vt ille, de quo idem. [f] *Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso: non est timor Dei ante oculos eius.*

b De reg. iur. c 15. q. 1. & c. ônis de conf. distinct. 4. d Sess. 14. ca. 8. & 9. & can. 10. e Psalm. 13. f In Psal. 35.

§. *EX IIS.*

GRATIANVS.

EX iis itaque apparet. Et reliqua: *In quibus sunt illa verba.* Frustratur Euãgelium & claues datas ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Claues esse in ecclesia, & quid sint illæ. 2.*
3 *Claues ecclesiæ non propriæ: & cur metaphoricæ.*
4 *Claues huiusmodi negantes cur hæretici.*
5 *Clauis est potestas, & non vllus habitus vel actus infusus, vel quæsitus, sed character ipse sacerdotalis.*
6 *Clauis potestatis & scientiæ eadem re, ratione diuersa.*
7 *Claues, vt in gloriosissima trinitate, in Christo, & in ministro.*
8 *Claues huiusmodi non fuerunt ante Christum.*
9 *Claue interdum sacerdos remittit culpam, interdum non.*
10 *Contritus de non attrito, quis sit per clauem.*

1 NOta quòd per hæc verba Gratianus asserit, Ecclesiam habere claues aperiendi portas regni cælorum. De quibus implicitè facit mentionem Ambrosius in ca. *verbum.* [g] & expressè Augustinus in ca. *agite.* [h] & in ca. *quodcunque.* [i] sed expressius tradit Gratianus cum glossa, [k] & Concilium Tridentinum. [l] Et quia de iis clauibus, me aliquid hic tractaturum dixi in præcitato cap. *verbum.* dico primo, quod præcipuum clauium fundamentum est illa promissio facta Petro. [m] *Tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis.* Quam quidem promissionem postea Dominus compleuit, [n] per illa verba ipsi dicta: *Pasce oues meas:* & per alia ipsi, & aliis Apostolis dicta: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retẽta sunt.* Quæ in summa referuntur in d. c. *quodcunque.*

g Sup. eadem h Sup. eadem i 24. quæst. 1. k In ca. 1. 20. dist. in verb. dedit. l Sess. 14. cap. 8. & can. 3. & vlt. de pœnit. m Matt. 16. n Ioan. 20. & Matt. 28.

2 Secundo quod definitio clauis Ecclesiæ ferio valde data fuit à Ioanne XXII. [o] scilicet quod: *Clauis est spiritualis potestas ligandi, atque soluendi, qua iudex ecclesiasticus dignos recipere, & indignos excludere debet à regno Dei.* Quam breuius describit præfata glossa, [p] dicẽs quod: *Est potestas sacerdotalis*

o In extrauagan. quia quorundã de verborũ sign. p In Ca. 1. 20. distinct.

soluendi & ligandi: & aptius Magister, [a] vnde videtur accepta definitio Ioannis XXII.

3 Tertio, quod ex iis infertur, clauem vel claues datas Petro, & Ecclesiæ non esse veras claues, sed metaphoricas, vt declarat glossa singularis, [b] dicens quod clauis spiritualis est inducta instar clauis materialis: sicut enim clauis materialis dicitur instrumentum, quo clausum ostium aperitur: sic illa potestas, quæ attributa est dispensatoribus sacramentorum clauis dicitur. Nam ostium cœli, licet de se apertum existat, vt ait Ioannes, [c] ibi: *Ecce in cœlo ostium apertum, quod est Christus*: clausum tamen dicitur propter impedimentum originalis peccati vel actualis impedientis humanam creaturam cœlum & Dei gloriam ingredi. Et quia per talem potestatem in virtute passionis Christi illud impedimentum tollitur, ex hoc porta cœli aperiri & reserari dicitur, [d] sicut alias contingit, quod per sublationem impedimenti via præparari & aperiri dicitur ad aliquid, vt est videre in pacto facto vltimo de petendo, per quod tollitur impedimentum exceptionis ortæ ex pacto de non petendo præcedenti, & ex hoc aperitur via ad agendum, [e] & sublato impedimento exhæredationis per querelam inofficiosi testamenti aperitur, & paratur etiam via efficax ad agendum. [f] Et sublato impedimento prætentionis per petitam bonorum possessionem contra tabulas aperitur via augmenti, vel diminutionis legatorum ab impubere relictorum. [g]

4 Quarto quod sunt hæretici, qui negant claues prædictas, siue potestatem præfatam soluendi & ligandi peccatores (quę metaphoricos, vt prædictum est, dicitur clauis) esse in Ecclesia: qualis fuit Ioannes Vuicleffus, cuius dogma validè reprobat Thomas Vualdēsis. [h] Qualis item Lutherus, & omnes eius sequaces fuerunt, & sunt nostra ætate, quos alij alibi efficaciter reprobant: quorumque argumenta tangit S. Thomas, [i] & alij post eum ibidem.

Primum est, quod non videtur, quòd requirantur claues ad intrandam domum, cuius ostium est apertum: at à D. Ioanne, [k] dicitur: *Vidi & ecce in cœlo ostium apertum*, quod Christus est, qui de semetipso dicit. [l] *Ego sum ostium*: ergo ad intrandum in cœlum Ecclesia clauibus non indiget.

Secundo, quod clauis est ad aperiendum & claudendum; sed hoc solius Christi est, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit, [m] ergo Ecclesia in ministris suis claues non habet.

Ad quorum prius colligitur solutio ex verbis relatis supra in glossa proximè relata.

Ad secundum respondet S. Thomas quod oppositum intelligitur de clausione, qua limbum clausit, ne aliquis vltra in illum descendat: & de apertione, qua paradisum aperuit, remoto impedimento naturæ, scilicet originali peccato per suam passionem. Claues autem datæ sunt ad absoluendum à peccato actuali per pœnitentiæ sacramentum.

5 Quinto quod ex iis sequitur, quod claues Petro, Ecclesiæ, & ministris eius datæ non sunt actus, neque virtutes infusæ, vel acquisitæ: sed quædam potestas spiritalis indelebilis data sacerdotibus, quæ, vt S. Thomas communiter receptus, [n] ait, est ipsemet character sacerdotalis, per quem datur principaliter potestas super corpus Christi verum ad conficiendum, & consecrandum illud: & secundariò super corpus Christi mysticum ad soluendum & ligandum peccatores. Ita quòd verè & propriè eæ duæ potestates non sunt duæ res realiter separatæ, sed vna tantùm, quæ diuersa ratione dicitur duplex.

6 Sexto ex iis etiam sequitur, quòd potestas præfata super corpus Christi mysticum, quæ ratione prædicta dicitur esse clauis, non diuiditur in duas, scilicet clauem potestatis, & clauem scientiæ: sed vna tantùm est realiter, sed alia ratione dicitur clauis potestatis, & alia clauis scientiæ. Dicitur autem clauis potestatis, quia per eam habet sacerdos potestatem absoluendi & ligandi: dicitur autem potestas scientiæ, siue discretionis, quia per eam habet potestatem discernendi, qualia sunt peccata, quæ confitentur peccantes, & an sint digna solutione, vel non. Et ita non obstat argumentum, quod contra hæc opponitur, quòd vna sera non indiget, nisi vna clau. Tum quia etiam nos concedimus, has duas claues realiter esse vnam. Tum quia licet ad aperiendum vnam seram vna clauis immediate ordinetur, sicut est in proposito. Secúda enim clauis, quæ dicitur potestas ligandi & soluēdi, est quæ immediatè seram aperit peccati: sed clauis, quæ dicitur scientia, ostendit cui aperienda sit sera.

7 Septimo quod præfata potestas soluendi & ligandi, vt eleganter dicit S. Thomas receptus, [a] est quidem in sanctissima Trinitate per auctoritatem: & ideo dicitur à quibusdam, quod habet clauem auctoritatis, sed in Christo homine fuit hæc potestas ad remouendum prædictum obstaculum per meritum passionis, quæ etiam dicitur ianuam aperire: & ideo dicitur habere secundum quosdam claues excellentiæ. Sed quia ex latere dormientis in cruce sacramenta fluxerūt, quibus Ecclesia fabricabatur, ideo in sacramentis Ecclesiæ efficacia passionis manet, & propter hoc etiam in ministris Ecclesiæ, qui sunt dispensatores sacramentorum potestas aliqua manet ad prædictum obstaculum remouendum, non propria virtute, sed virtute diuina & passionis Christi; & hæc potestas metaphorice clauis Ecclesiæ dicitur, quæ est clauis Ecclesiæ ministerij.

8 Octauo quod licet sacerdotibus veteris legis fuerit data potestas aliqua discernendi inter lepram & lepram, & inter dignos & indignos ad ingrediendum templum, vel aliquam partem eius, non habuerunt tamen præfatas claues aperiendi, vel obserandi regnum cœlorum, quamuis eorum illa potestas quamdam præ se figuram harum attulerit, secundum omnes.

9 Nono quod magna est quæstio, an sacerdos per huiusmodi claues remittat culpam, & pœnam æternā ei debitam, an verò solam pœnam in purgatorio luendam, quam tractat Magister, [b] & omnes in eum comminiscentes præsertim Thomas, [c] inquiens eodem modo se habere potestatem clauium, quæ est in sacerdote ad effectū sacramenti pœnitentiæ, sicut se habet virtus, quę est in aqua baptismi ad effectum baptismi. Baptismus autem & sacramentum pœnitentiæ conueniunt quodammodo in effectu, quia vtrumque contra culpam directè ordinatur, quod non est de aliis sacramentis: sed in hoc differunt, quia sacramentum pœnitentiæ, eo quòd habet actus suscipientis quasi materiales, non potest dari, nisi adultis, in quibus requiritur præparatio ad suscipiendum effectum sacramētorum: sed baptismus quandoque datur adultis, & quandoque pueris, & aliis carentibus vsu rationis, & ideo per baptismum datur gratia, & remissio peccatorum pueris sine aliqua sui præparatione præcedente: non autem adultis, in quibus præexigitur præparatio remouens fictionem, quæ quidem præparatio quādoque præcedit sufficiens ad gratiæ susceptionem, antequam baptismus actu percipiatur, sed non ante votum baptismi post tempus propalatæ veritatis. Quandoque autem talis præparatio tempore non præcedit, sed est simul cum baptismi susceptione, & tunc per baptismi susceptionem gratia remissionis culpæ confertur: sed per pœnitentiæ sacramentum numquam datur gratia, nisi præparatio adsit, vel prius fuerit. Vnde virtus clauium operatur ad culpæ remissionem, vel in voto existens, vel etiam in actu se exercens, sicut & aqua baptismi. Sed sicut baptismus non agit, vt principale agens, sed vt instrumentum non quidem pertingens ad ipsam gratiæ susceptionem causandam etiam instrumentaliter, sed disponens ad gratiam, per quam fit remissio culpæ: ita est de potestate clauium. Vnde solus Deus remittit per se culpam, & in virtute eius agit instrumentaliter, & baptismus vt instrumentum, inanimatum & sacerdos vt instrumentum animatum, quòd dicitur instrumentū secundum Philosophum, [d] & ideo sacerdos agit, vt minister, & sic patet, quod potestas clauium ordinatur aliquo modo ad remissionem culpæ, non sicut causāns, sed sicut disponens ad eam. Vnde si ante absolutionem aliquis non fuisset perfectè dispositus ad gratiam susciendam, in ipsa confessione & absolutione sacramentali gratiam consequeretur, si obicem non poneret.

10 Ex qua responsione colligitur id, quod supra diximus, per sumptionem sacramenti pœnitentiæ, & absolutionis confessarij fieri quem frequenter de attrito contritum: & quod pœnitens tripliciter potest accedere ad sacramentum. Primo quidem cum legitima contritione, per quam consequitur gratiam ante confessionem, quo casu confessarius per suam absolutionem non remittit culpam, quia non inuenit illam in pœnitente: sed auget gratiam, & remittit aliquam partem pœnæ in purgatorio delendæ, si qua talis remansit. Secundo modo potest accedere sine contritione legitima, & sine attritione tali, quæ sufficiat etiam cum calore sacramenti ad veniam: & tunc nullatenus remittit culpam, sed manet confessio informis. Tertio modo potest accedere sine contritione quidem legitima, sed cum tali attritione, quæ sufficiat ad hoc, vt per sumptionem sacramenti remittatur ei culpa: & tunc sacerdos per potestatem clauium absoluendo remittit culpam dispositiuè, & ministerialiter: sicut virtus baptismi remitteret in simili cathecumeno: quamuis auctoritatiuè, & ramquā caussa vera efficiens solus Deus remittat.

CAP. SVFFICIT.

LEO PP. I. EP. LXXVIII. AD EPISCOPOS CAMPANIÆ.

SVfficit pœnitenti confessio, quę primum Domino offertur. Et reliqua.

CAP. POENITENTIA.

IDEM LEO EP. XC.

POenitentia quæ dilata est, cum studiosius petita fuerit, non negetur. Et reliqua.

1 NOta, quod hæc duo capp. in summa continent id, quod superiora, & sunt intelligenda & resoluenda eo modo, quo resoluta sunt alia omnia citata per Gratianum in capit. *voluissent*. [a]

CAP. NON SVFFICIT.

AVGVSTINVS LIB. DE POENITENTIÆ MEDICINA.

Beda 2. Corint. cap. 12.

NOn sufficit mores in melius commutare, & à præteritis malis recedere, nisi etiam de iis, quæ facta sunt, satisfiat domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperātibus eleemosynis & ieiuniis. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia iusta non est sola nouæ vitæ.*
2 *Satisfactio quid &c. remissiuè.*

NOta textum iuris in corpore clausi optimum contra hæresim Lutheranam, quæ habet summam pœnitentiam esse, non amplius peccare, & optimam pœnitentiam nouam vitam, quam retulit & damnauit Caietanus. [b] Dixi, *in corpore iuris clausi*, quia melior & grauior est in Concilio Tridentino, [c] quod si habet: *Declarat igitur sancta Synodus, hanc contritionem, non solùm cessationem à peccato, & vitæ nouæ propositum, & inchoationem, sed veteris etiam odium continere, iuxta illud:* * *Proijcite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Et certè qui illos Sanctorum clamores consideraverit.* * *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* * *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum.* * *Recogitabo tibi annos meos in amaritudine animæ, & alios huiusmodi generis: facile intelliget, eos ex vehementi quodam anteactæ vitæ odio, & ingēti peccatorum detestatione manasse.* Quod idem præsupponitur paulo inferius. [d] Quapropter cautè legenda est glossa 1. huius capit. quæ contrarium videtur sentire.

Moneo præterea, D. Cardinalem definitionem satisfactionis, & aliquas alias quæstiones eam attinentes parum opportunè hic tradidisse: quas breuius, neruosius, & vtilius trademus in capit. *satisfactio*, [e] vbi est huius rei propria sedes.

CAP. NOVIT.

AMBROSIVS IN COMMENT.

AD CAP. I. LVCÆ.

NOuit dominus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum.

SVMMARIVM.

1 *Deus incommutabilis, vt dicitur mutare sententiam.*
2 *Deus vt mutat sententiam præsentis iustitiæ.*
3 *Oratio vt solum impetrat, quod est dari decretum.*
4 *Orant malè multi volentes decretum Dei mutare.*
5 *Orans debet Dei voluntatem suæ præferre.*

QVoniam in cap. *importuna*, [a] diximus, tractaturos nos hic illam quotidianam quæstionem, quam poëta tetigisse videtur illo versu.

Omnipotens, æterne Deus, precibus si flecteris vllis.

Omnipotens. *Alludit ad versum Virgilij in 2. Æneidos, quem non posuit propter nefandum nomen Ionis quod in eo continetur, quod tamen per incogitantiam septem pedum fecit, vnde melius dixisset.* O Pater omnipotens.

1 An scilicet piissimus misericordissimúsque Deus supplicantium precibus ita flectatur, vt eis motus sententiam ante illas conceptam mutet, vt significat illud cap. *importuna*, illis verbis: *Deus ipse, qui nullius in se viribus flecti potest, publicani precibus vincitur*, & aliis, quæ eamdem sententiam sonare videntur, & Ambrosius hic videtur per verba clara exprimere dicens, Deum mutare sententiam, quando peccator viram mutat, cui concordat Hieronymus infra. [b] Cui quidem quæstioni alia generalior adiungi potest? An Deus sit aliqua ex parte mutabilis.

2 Et quidem pro vtriusque parte affirmante faciunt primo hæc duo capp. quæ firmum fundamentum habent in illo Hieremiæ, [c] relatum [d] à Gratiano. [e] *Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam à malo, quod cogitaui, vt facerem eis.*

Secundo quod à Salomone [f] dicitur de sapientia, quod est mobilior omnibus mobilibus: sed Deus est ipsa sapientia: ergo.

Tertio quòd appropinquari & elongari motum significant: huiusmodi autem dicuntur de Deo in scripturis. [g] *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.*

Quarto quod alioqui nihil prodesset orare, nihil pœnitere, nihil prouidere futuris, & alia id genus facere, quæ nisi Deus mutaret suam sententiam vel voluntatem nihil prodessent oranti, petenti, consulenti, & prouidenti. Siquidem si Deus velit, fiet quòd eum rogamus, etiamsi non rogemus: si nolit, superuacaneum est eum orare, cum non sit mutaturus suam voluntatem.

3 Quibus tamen non obstantibus, contrarium necessario pro fide Catholica firmiter tenendum est. Tum per illud. [h] *Ego Deus & non mutor.* Tum quia Deus est primum ens simplicissimum sine vlla potentia in aliud, quod non est, aut non habet, vt post & ante alios tradit S. Thomas, [i] Tum per illud S. Ambrosij quotidie in Hymno Nonæ à sua Ecclesia cantatum.

Rerum Deus tenax vigor.
Immotus in te permanens.

Tum per illud Seuerini Boëtij.

Stabilisque manens dat cuncta moueri.

Tum per illud Concilij Toletani 8. *Incommutabilis Deus, idémque semper existens*, relatum in d. cap. *incommutabilis*. [k] Tum per illud Concilij Oecumenici. [l] *Vnus solus est verus Deus, æternus, immensus, & incommutabilis, incomprehensibilis, omnipotens, & ineffabilis.* Tum quod propter hæc & alia tradit S. Thomas communiter receptus, [m] non posse quidquam oratione impetrari, quod ab æterno Deus non constituerit dare. Tum quod etiam nos post alios diximus, [n] neminem orare debere, aut Deum rogare quidquam existimando se suis precibus flexurum eum ad volendum aliquid, quod antea nolebat: tum per prædicta, tum per illud Gregorij, [o] relatum in cap. *obtineri*. [p] *Obtineri non possunt, quæ prædestinata non sunt.* Tum quia, vt ait Augustinus, [q] *Solus Deus est immutabilis, cùm neque quod substantiam mutari possit, vt alia corruptioni obnoxia: neque quoad locum, vt corpora cælestia: neque alio modo, vti angeli*, quod d. ca. *firmiter*. [r] Tum quia vt est ineffabilis illa substantia, & suum esse supra modum admirabile, ita eius scientia & voluntas non mutatur, vt ante & post alios tradit S. Thomas. [s] Tum quia, vt impium est dicere, Deo curæ non esse regimen inferiorum, aut humana omnia fato quodam incuitabili, aut syderum con-

cursu, siue, vt aiunt, constellatione, aut immutabilitate prouidentiæ diuinæ fieri, ob idque non prodesse orationem: ita erroneum vtique est existimare ob nostras orationes & preces mutare Deum suam voluntatem instar Regum & potentum dominorum ob preces suorum familiarium, vt tradit S. Thomas.[a]

4 Ad oppositа autem respondetur. Ad primum, scilicet ad hoc cap. & cap. *importuna*, fundata in illo Hieremiæ,[b] quod duplex est sententia Dei de nobis: altera secundum iustitiam, quam meremur secundum nostrum statum præsentem, altera est secundum iustitiam, quam meremur secundum statum præscientiæ æternæ, vt colligi potest ex S. Thoma,[c] præfata autem capp. loquuntur de mutatione sententiæ secundum iustitiam præsentem nostri status. Quoniam pro varietate iustitiæ nostri status est varia quoque Dei sententia. Nam si sumus in malo statu eius sententia est, vt malè pereamus, si durante illo statu moriamur: si autem mutemus illum in statum bonum, & ei gratum, sententia eius erit, vt saluemur, si in eo perseueremus. Contraria verò loquuntur de sententia Dei secundum suam sapientiam æternam, quæ nullatenus commutatur, quo etiam modo respondetur ad secundum & tertium.

Ad quartum autem respondetur, quod vtilitas orandi non consistit in eo, vt merito, & virtute orationis faciamus eum velle, quod antea nolebat: sed vt det, quod decreuerat nobis dare oratione mediante: sicut mittens sementem in aliquem fundum non facit, Deum velle in eo dare panem, quem non decreuerat dare, sed quem decreuerat dare præuia illa semente.

4 Ex quibus infertur primo, malè & perperam orare aliquos quos vidimus recitare, iubere celebrare missas, ieiunare, & plangere ob salutem alicuius cognati infirmi, aut afflicti, sperantes, quòd Deus mutaret suam voluntatem prius conceptam: instar Regum & potentum, qui passim id faciunt.

Infertur secundo, quod orans & rogans Deum aliquid, credere potest quòd ante mundi creationē sciebat Deus, eum fuisse illud rogaturum: & quod immensa sua bonitas decreuerat illud dare, aut aliud quidpiam magis oranti, vel illi, pro quo oratur, conueniens: iuxta illud B. Bernardi. [d] *Vnum indubitanter sperare possumus, quoniam aut dabit, quod petimus, aut quod nouerit esse vtilius.*

5 Tertio infertur, verum esse quod post alios dixit Adrianus, [e] omnes quidpiam à Deo postulantes debere communiter, saltem virtualiter siue tacitè addere conditionem illam: Si sua maiestas id velit, aut illud ei gratum fuerit, magisque debere, quæ Dei sunt, quàm quæ sua sunt desiderare, voluntatémque diuinā suæ præferre. Quinimo melius fuerit petitionem suam sub finem iis verbis moderari: *Sed fiat voluntas tua*, vt ipsemet redemptor noster suam in horto moderatus fuit, dum dixit: *Pater si possibile est, transeat à me calix iste, verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.*

a *In d.1. par. q. 22. art. 4. & q. 23. art. 8. & 1. 2. q. 83. art. 2.*

b *Cap. 18.*

c *In 4. hb. sent. d. 46. q. 1. art. 2. q. 2.*

d *In serm. 5. Quadrages.*

e *Quodlib. 5.*

CAP. ALIVD.
LEO I. EPISTOLA XC. AD RVSTICVM CAP. VIII.

ALiud quidem est debita iustè reposcere, aliud propria perfectionis amore contemnere. Et reliqua.

f *11. q. 1.*

NOta quod hoc dictum Leonis Papæ pertinentius fuit propositum in cap. *aliud*,[f] quàm in hoc loco repetitum, nisi quatenus de pœnitente solemniter intelligeretur, vt glossa ibidem dicit, de quo agit cap. seq.

CAP. QVI SANCTVS.
HIERONYM. AD CAP. I. IOEL. IN COMMENT. MALACH. III.

QVi sanctus sacerdos est, & comedit in pascha Domini, accingatur baltheo castitatis, & audiat cum Apostolis: * Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Castitas baltheus sacerdotum.*
1 *Castitas sanctimonia, sine qua nemo Deum videbit.*
2 *Castitas sola saluat vt intelligendum.*
2 *Virtus nulla sine caritate saluat.*
3 *Castitas ob Deum seruata has virtutes habet comites.*
4 *Castitatis agones cur maximi Christianis.*
6 *Castitas quibus coniugatis grauior, quàm cælibibus.*
6 *Castitas ni reformetur, totus periclitatur mundus.*
6 *Castitas vt radix omnium bonorum.*
7 *Castitas & incestitas radices omnium bonorum, & malorum.*

1 NOta, castitatem esse sacerdoti conuenientissimam virtutem, quatenus significat, non posse esse absque illa sanctum sacerdotem, & illam esse baltheum eius, alludendo ad cingulum, quo sacerdos cingens se ad missandum sacerdotales vestes induit dicens: *Præcinge me, Domine, cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis, vt maneat in me virtus continentiæ, & castitatis.* In quod est illud apostoli.[a] *Habete pacem & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum*, intelligendo per sanctimoniam puritatem & carnis munditiem, vt post & ante alios intelligit San. Thomas.[b] Et illud Hieronymi,[c] relatum in ca. *hoc solum*.[d] *Solum dico, quòd quomodo absque cæteris operibus virginitas sola non saluat, sic omnia opera absque virginitate, puritate, continentia, & castitate imperfecta sunt.* Illud item authenti. [e] *Nihil sic in sacris ordinibus diligimus, quàm cum castitate viuētes.* Et paulo inferius dicitur, castitatem esse principium & fundamentum residuarum virtutum sacerdotis. Accedit & illud Hieronymi,[f] relatum in cap. *nuptiæ*.[g] *Nuptiæ terram implent, virginitas paradisum.* Plus videtur dicere Iustinianus,[h] ibi: *Castitas sola Deo cum fiducia potis est hominū animas præsentare.*

Contra quod facit Catholica illa veritas, quod nec castitas nec fides, nec spes, nec vlla alia virtus, neque omnes simul virtutes coniunctæ possunt nos saluare absque gratia & caritate infusa, vt colligitur ex S. Thoma ab omnibus recepto.[i] Et probatur illo Apostoli.[k] *Si linguis hominum loquar & angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* relatum in cap. *si quis autem*.[l] Et nuper definit Concilium Tridentinum.[m]

Ad quod videtur respondere quædam additio Panormitani,[n] quod verbum illud, *sola*, non debet coniungi cum verbo, *castitas*: sed solum cum verbo, *fiducia*. Quæ solutio nullo modo est tenenda. Tum quia quadamtenus videtur redolere hæresim Lutheranam de fiducia damnatam à sacrosancto Concilio Tridentino.[o] Tum quia innuit, aliquos sine castitate saluari posse, eo quod, ait, paucos illam habere, iuxta cap. *quia tua*,[p] intelligendo multos saluari. Quare securius sentit ibi Panormitanus quem additio videtur carpere, dicens quod verbum, *sola*, non excludit comitatum aliarum virtutum ad salutē necessariarum. Quæ planè solutio in se vera est, non tamen satisfacit. Tum quia quædam de connexitate virtutum parum firma & digesta ei adiungit: tum quia imperator voluit ibi castitati insignem quamdam præstantiam tribuere: & secundum intellectum Panormitani nullam tribueret. Quoniam non solùm castitas sed quælibet alia virtus comitata aliis ad salutem necessariis potest nos Deo præsentare.

3 Quare respondendum videtur nouè, Iustinianum voluisse dicere castitatem legitimè propter Deum & eius amorem seruatam, esse tantam, & tantæ potentiæ virtutem, quòd nulli, vel rari sunt, vel erūt, quibus eam habentibus non insint etiam aliæ virtutes ad salutem necessariæ. Pro qua considerationē facit illud, quòd omne tarum est pretiosum,[q] & castitas legitimè propter Deum seruata est adeo rara, vt Gregorius,[r] relatus in dicto cap. *quia tua*, asserat, paucos sine vitio carnis viuere. Tum per illud Cypriani: *Inter Agones Christianorum maxima sunt bella castitatis, vbi continua pugna, & rara victoria.* Quod confirmari videtur illo redemptoris nostri,[s] loquentis de eunuchis propter Deum factis: *Qui potest capere capiat.* Tum quòd huiusmodo castus valde abnegat semetipsum: quod esse valde

a *Ad Hebra. 11.*

b *Ibid.*

c *Lib. 1. ad uersus Iouinianum.*

d *33. q. 5.*

e *Quomodo oporteat. epi. scopos. §. nihil col. 3.*

f *Lib. 1. contra Iouinianum.*

g *32. q. 1.*

h *In autenti. co de leonin. §. sanctum. col. 3.*

i *In 1. 2. q. 113 per totam.*

k *1. ad Cor. 13.*

l *Inf d. 3.*

m *Cap. 7. & can. 9. 11. & 12.*

n *In prœmiis Rex pacificus num. 9.*

o *Dict. sess. 6 c. 9. & can. 12. & 13. & 14.*

p *50. distinct.*

q *Cap. diuersi, in §. 93. distinct.*

r *In ca. 1. resp. ponsionum ad Augustinum*

s *Matth. 19.*

difficile

difficile asserit elegantèr Gregorius,[a] statim in principio exponens illud Domini. [b] *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me*, Ibi: *Alibi*,[c] *dicitur, vt abnegemus nostra, hic dicitur vt abnegemus nos. Et fortasse laboriosum non est homini relinquere sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsum. Minus quippe est abnegare quod habet, valde autem multum est, abnegare quod est.*

Et ne quis opponat illa de perpetua virginitate agere: nos autem de castitate, quæ in matrimonio etiam inuenitur,[d] considēret, quod licet virginitas cælibi difficilior sit, quàm coniugatis castitas, ea ratione quòd vtitur matrimonio instituto in remedium contra fornicationem, iuxta cap. *nuptiarum*,[e] alia tamen ratione difficilior est coniugatis, à suis saltem coniugibus absentibus.

5 Concupiscentiam quippe libidinis plurimum auget experientia, & frequentia eius, vt colligitur ex Ioanne Cassiano,[f] quem Sanct. Thomas,[g] & omnes alij sequuntur: qui super illud Apostoli.[h] *Fugite fornicationem*, sic ait: *Nullo faciliori modo luxuria, quam suarum occasionum fuga vinci potest. Illa enim experientia crescit: & habitus quo auctior est additus naturæ corruptæ, tanto est fortior hostis, fortiusque impugnat.* Et quidem merito, consuetudo enim est altera natura, iuxta l. *qui posthumos*, adiuncta glossa,[i] & omnis habitus in actus, ex quibus gignitur inclinat: & difficile est vitam mutare assueтаque relinquere præcitato authent. de monachis. §. sancimus. coll. 1. Equidem cum hāc de castitate laudem iam inde à puero audierim, eiusque custodiam & obseruantiam statui cælibi adeo existimauerim necessariam, vt quisquis cælibum ea careret apud Deum & homines merito infamia laboraret: nunc autem factus octuaginta octo annorum, & per multa & varia regna peregrinatus arbitror non solum cælibum statui: sed etiam coniugum adeo esse necessariam, vt nisi ea vtrumque statum propugnare incipiat, totus mundus periclitetur.

6 Tanta enim videtur in vtroque incuria & negligentia seruandi eam, & vtendi medicinis & antidotis ad eius conseruationem à sanctis patribus institutis præsertim illo D. Ambrosij à tota Ecclesia in hymno primæ horæ decantato.

Carnis erat superbiam,
Potus cibique parcitas.

7 Et contra, tanta cura & diligentia in parandis cibis, potu, vestitu, conuersatione impudica, & aliis multis fomentis & irritamentis gulæ & libidinis, quod illud Augustini,[k] relatum in cap. *Quia radix omnium malorum est cupiditas. & radix omnium bonorum est castitas*,[l] posset conuerti sic: Radix omnium bonorum est castitas, & radix omnium malorum impudicitia & incestitas, accipiendo vt ibi accipit glossa distributionem verbi, *omnia*, pro generibus singulorum, & non pro singulis generum, & intelligendo totum in hunc sensum: Vbi moratur castitas legitimè propter Deum seruata, morabitur vt plurimum & omnis alia virtus actu, vel affectu: & contra vbi morabitur incestitas morabitur vt plurimum omnis alia turba vitiorum actu, vel affectu.

a *In homi. 32.*

b *Apud Matth. 16. & apud Lucam 9.*

c *Id est Luca 14.*

d *Ca. Nicena 31. distinct.*

e *27. quæst. 1.*

f *Lib. 10. de inst. monach.*

g *2. 2. qu. 35. artic. 1. ad 4.*

h *Ad Cor. 6.*

i *ff. de liber. & posthum.*

k *Tract. 8. in Ioan.*

l *Inf. dist. 2.*

CAP. SI AGAMVS.
HIERONIM. IN COMMENT. AD CAP. NONVM AMOS.

SI agamus pœnitentiam, ipsum quoque suæ pœnitebit sententiæ. Et reliqua.

Hoc elogium Hieronymi ita oppugnari & propugnari potest, ac illud Ambrosij simile huic in cap. *nouit*, supra eadem oppugnatum & propugnatum fuit.

CAP. QVAMOBREM.
HIERONYMVS IN DANIELEM CAP. IIII.

QVamobrem consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime: & iniquitates tuas misericordiis pauperū, si forte ignoscat Deus delictis tuis. Et reliqua.

Daniel. 4.

SVMMARIVM.

1 *Eleemosyna vnde deducitur.*
2 *Kyrie eleison, quid signat & vt pronunciatur.*
3 *Eleemosyna quid, declarando definitionem.*
4 *Præpositio per, & in, vt differant.*
5 *Opus, operationem etiam interiorem hic significat.*
6 *Egenus est mendicus, & quandoque etiam diues.*
7 *Eleemosyna quæ dicitur fieri propter Deum.*
8 *Eleemosyna cuius virtutis actus.*
9 *Eleemosyna non sola, sed sic comitata tollit peccatum.*

1 NOta quod ex verbis huius cap. quæ sunt Danielis cap. 4. & ex sequentibus, quæ sunt Dni Hieronymi colligitur, magnam esse vim eleemosynæ. De qua breuiter dicemus pauca è multis, quæ alias,[a] dict. scripsimus.

Primum quòd eleemosyna cum duplici, è, Græcis est ἐλεημοσύνη cum ε, ἔλεινον, & l. ἴωτα, & dicitur ab ἐλεος, quod misereor, vel misereſco, ex cuius imperatiuo ἐλέησον, quod est miserere & κύριε à κύριος id est, dominus componitur Kyrie eleison, quod quotidie missantes pronunciamus & significat, *domine miserere*. Quod admonere obiter volui, primo quòd ætate mea quidam pædagogus magni nominis, theologus & presbyter cuiusdam principis omnium ætatis suæ maximi interrogatus ab eodem coram pluribus, quid significaret Kyrie eleison, ignorauit, & petiit ad respondendum dilationem. Deinde vt sacerdotes attenta mente consideremus, hanc orationem nouies repetendam serio à beato Gregorio (vt constat ex eius epistola,[b] data ad Ioannē Episcopum Syracusanum, quæ habetur in Registro epistolarum,[c]) missæ officio inserram fuisse, vt affectus missantis iis præcationis vocibus inflammaretur, & sibi ob oculos animi dominum & misericordiam eius proponeret.

2 Quod parum videntur perpendere quidam, qui eam nimium festinata & tumultuaria voce pronunciant, præsertim omittendo vnum, e, dicendo Kyrieleison pro Kyrie eleison: & minus qui pronunciant Kyson pro Kyrie eleison, & vt quidam eruditus monet Kyrchaleison. Sed neque videtur laudanda curiositas eorum, qui pronunciant Kyrie eleeson mutando ὖτα Græcum in E. Latinum. Quoniam Gregorius voluit, vt illa Græcè pronunciaretur, quo nouitas idiomatis toties repetita mentem moueret pronunciantis. Quandoquidem repetitio eiusdem dictionis color rhetoricus est ad excitandum inflāmandúmque affectum aptissimus, quale fuit ille redemptoris nostri in cruce, [d] *Eli, Eli lammasabachthani*, id est: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* & illud. [e] * *Deus, Deus meus respice in me quare me dereliquisti?* & illud. [f] *Deus, Deus meus ad te de luce vigilo.*

* Deus, Deus meus respice in me. *Videtur existimasse Nauarrus hæc Eli Eli lammasabachtani, & Deus, Deus meus respice in me, &c. diuersa esse Scripturæ testimonia, cū vnum & idem sit, quod primum Dauid in Christi persona protulit, & post modum ipse Christus in cruce pendens ex Dauide sumptum vsurpauit. Psalmus enim 21. vel secundum Hebræos 22. sic incipit.* אלי אלי למה עזבתני. *1. Eli Eli lama hazabthani quod septuaginta reddiderunt, Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti, interpositis his verbis respice in me ad maiorem emphasim. Christus autem hæc verba simpliciter, vt erant in Hebræo enunciauit. Euangelistæ autem simpliciter Christi verba Latine vel Græce reddiderunt.*

Qua ratione conueniret multum, vt ministri, cum quibus alternatim debent sacerdotes illa repetere, monerentur, vt attentè & modestè illa repeterent, ne quod aliquod pueri discoli faciunt, vaga mente tumultuosáque voce respondentes, infrigident potius quàm inflāment affectum.

3 Secundum quod *eleemosyna*, auctore S. Thoma. [g] *Est opus, in quo datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum.* Dicitur, *opus*, siue operatio pro genere: quia omnis eleemosyna propriè est operatio, & communicatio, qua quis sua bona communicat subueniendo alteri: quamuis per Metonymiam frequenter accipiatur pro ipso bono communicato, vt in illo. [h] *Date eleemosynam.* Quomodo etiam in hoc capit. aptius accipi posse videtur, quam pro ipsa datione: licet etiam pro illa non ineptè possit exponi. Dicitur, *in quo*, quia plerique omnes ita dicunt: quamuis clarius, & fortè tersius dici posset, per quod.

a *Super. cap. quiescamus. 42. distinct.*

b *63.*

c *Ca. 63. li. 7.*

d *Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23.*

e *Psalm. 21.*

f *Psalm. 62.*

g *In 2. 2. q. 32 ar. 1. & in 4. sen. dist. 15. q. 2. art. 1. qu. 1. ad 1. & qua. 2. ad 4.*

h *Lucæ 11.*

4 Quoniam prepositio,*per*, proprius videtur significare latinis causſam instrumentalem, vel aliam mediante qua res fit, quàm præpositio, *in*, quæ fere semper significat in loco, vel tempore: licet in sacris litteris frequenter significet etiam causſam, mediante qua res fit, vt in illo.[a] *In hoc cognoui quoniam voluisti me, &c.* in illo Constantino reuelato: IN HOC SIGNO VINCES. Dicitur: *Datur*, aliquid egenti, quia de eleemosynæ essentia est, vt detur aliquid, & detur egenti. Dicitur: *ex compassione*, quia recta eleemosyna nascitur ex misericordia, quæ est passio, vel compassio incitans ad dandum, adeo quod Augustinus,[b] relatus in cap. *dua*,[c] dixerit, eleemosynam corporis sine corde benigno datam non sufficere. Dicitur. *Propter Deum*, non quidem, quod sit de ratione eleemosynæ, prout est actus misericordiæ, vel bonum opus morale tantùm, quia multas eleemosynas bonas faciunt multi peccatis mortiferis infecti: sed quod, nisi fiat propter Deum non potest esse meritoria, saltem de condigno iuxta ea, quæ de merito post, & ante alios tradit S. Thomas.[d]

Cui tamen definitioni addo primum, quod per illud, *opus*, siue operatio, non solum intelligitur exterior, sed etiam interior. Quia teste Augustino in præfato capit. *dua*, duplex est eleemosyna, altera cordis, & altera corporis, adeo quidem vt hæc sine illa nihil valeat: illa verò sine hac multum, cum voluntas subueniendi egeno efficax, id est, quæ subueniret, si adesset facultas, multùm prosit absque reali, immo cæteris paribus tantùm, quantum adiuncta reali per dicta supra.[e]

5 Secundo addo, quòd per illud ly, *datum*, intelligendum est etiam cupitum, vel vt clarius dicam volitum efficaciter dari, vt includatur voluntas omnium pauperum, volentium efficaciter largiri eleemosynam, quam ob defectum facultatis eam dandi non dant per prædicta.

6 Tertio quòd per illud egenti, non solùm significatur mendicus, sed etiam habens quidem quo viuat, sed carens quo decenter viuat. [f] Immo & diues, modo ratione egestatis ipsius, vel illorum, quibus ipse distribuere debet, tribuatur, quales sunt multæ Ecclesiæ, multíque clerici satis supérque habentes, quo decenter sustententur, & viuant, & relinquuntur eis in testamétis, & donantur inter viuos multa piè ac misericorditer in eleemosynam, quo ipsi, sua honesta sustentatione reseruata, distribuant aliis egenis superflua.

7 Quarto quod sicut non est de essentia, & ratione eleemosynę, vt detur propter Deum aliquid egenti, quoad hoc vt sit bona moraliter: ita non est necessarium, vt detur expressè propter Deum: sed sufficit, quod detur propter eum tacitè siue virtualiter. Quod quando fiat latè diximus in Enchirid. de oratione. [g] Et vt plurimum contingit quando interrogatus, an id ageret propter Deum, verè affirmare posset, quòd sic. Quinimmo sufficeret, quod eleemosynam bene moraliter ageret in statu gratiæ Deo grato: quia tantæ virtutis est gratiæ gratum faciens, vt omnia opera eius bona moraliter referantur in Deum, & censeantur ipsius amore facta.

8 Tertium, quòd eleemosyna est actus virtutis, siue virtuosus, vt probat S. Thomas receptus vbi supra: & quod propriè & immediatè est actus virtutis misericordiæ: licet eo respectu, quo fit propter Deum, sit etiam caritatis, & eo respectu, quo plerumque fit obligatione legali, vel edicto superioris sit iustitiæ, vt probat idem S. Thomas.[h] Immo etiam frequenter est actus pœnitentiæ, & computatur inter fructus illa dignos, vt Daniël & Hieronymus in hoc cap. citati probant.

Quartum, quòd eleemosyna à Magistro, & aliis omnibus definitur esse maximum opus satisfactionis, quæ est tertia pars pœnitentiæ, vt dicemus,[i] infra.[k]

9 Quintum quod id, quod significant Daniël & Hieronymus hic, & dominus in illo. [l] *Date eleemosynam & ecce omnia sunt munda vobis*, nõ est ita intelligendum, quod eleemosyna per se sola sufficiat ad redimendum peccata, & pœnas pro eis debitas, vt multi stulrè putant retinentes vsuras, & alia malè quæsita, alendo concubinas, & alios scarios, respublicas & priuatos perturbantes: Quoniá sicut in cap. *qui sanctus*,[m] supra diximus, castitatem esse quidem maximam virtutem, sed non seruare sine comitatu aliarum ad id necessariarum: & sicut nec fides, licet sit prima, quamuis non maxima virtutum, secundum S. Thomam,[a] non tamen sola sine comitatu caritatis, quæ est earum maxima, sufficit ad salutem: sic etiam eleemosyna, licet sit actus proprius, & immediatus misericordiæ præclarissimæ virtutis, & mediatus aliarum præcellentium: non tamen sufficit ad salutem, nisi comitentur eam fides, spes, & caritas: nec earum comitatum vmquam assequeretur vllus peccator, nisi prius legitimè pœniteat eum omnium peccatorum mortiferorum, cum proposito ea legitimè ac ritè conterendi, confitendi, & iusta satisfactione compensandi, quæ numquam non essent populo à concionatoribus inculcanda.

a 2. 2. quæst. 4. art. 7.

b *In ca. disciplina 45. dist.*

c *Psalm. 24. d 1. part. qua. 21. ar. 3. & 4. additis ar. 1. & resolutius in 4. lib. sent. dist. 40. qua. 2. art. 1. q. 2. e 1. 2. qu. 113. art. 9. & in 3. par. q. 43. ar. 4. ad 2. & in 4. sen. dist. 17. q. 1. ar. 5. quæstiuncula 1. ad 1. & in dist. in. 46. q. 2. art. 1. quæstiuncula 3. ad 2. f Deuter. 25. g Apoc. 18. h Eadem. i Inf. dist. 3. & ca. 1. §. defleat. inf. dist. 5. k à nume. 1. usque ad 4. l de reg. iur. lib. 6. m ff. de reg. iu. n Ezech. 18. & 33.*

CAP. VIDE BENIGNVM.

ORIGENES HOMI. III. AD CAP. TERTIVM IVDIC. IBI glossa ordinaria.

1 Vide benignum dominum misericordiam cum seueritate miscentem, & ipsius pœnæ modum iusta, & clementi libratione pensantem. Et infra. Disce & hoc, ô tu auditor, quisquis ille es, qui tibi conscius es alicuius erroris, & quanto tempore errasse te nosti, & quanto tempore deliquisti, tanto nihilominꝰ tempore humilia te ipsum Deo, & satisfacito illi in confessione pœnitentiæ. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 Iustificatio per misericordiam & iustitiam simul fit.
1 Gubernatio misericordiam & iustitiam simul requirit.
2 Dei omni operi misericordia & iustitia cur insunt.
3 Misericordia immensa Dei non tollit iustitiam.
4 Operi omni Dei etiã creationi insunt misericordia, & iustitia.
5 Pœnitentiam durare quantum peccata non necesse.
6 Peccatorem de grauiori grauius dolere consilium.
7 Peccati memoria, vt interdum nocua.

1 NOta primo, Deum Op. Max. in iustificando peccatorem misericordia simul & iustitia vti. Quod cõfirmatur, eo quod Gregorius, [b] per multa probat, etiam gubernatores humanos, qui non sunt adeo misericordes, vt Deus in omni suæ gubernationis opere misericordiam iustitiæ miscere debere.

2 Confirmatur item illa ratione irrefragabili, quòd eius diuina maiestas in omni opere vtramque miscet, iuxta illud. [c] *Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas.* Super quo verbo dicit Cassiodorus. *Hæc duo in opere Domini simul sunt. etsi nõ nobis simul appareant.* Et declaratur per S. Thomam,[d] in ea verba, quæ apud eum videri possunt.

3 Per quæ vtique apparet in omni opere diuino concurrere misericordiam cum iustitia, & consequenter in opere iustificationis, cùm sit maximum operum Dei: secundum consideriationem positam ab eodem S. Thomam.[e]

4 Ea vero, quæ huic conclusioni opponi possent, ea potissimum consideratione diluuntur, quod alia ratione dicitur concurrere iustitia, & alia misericordia. Iustitia enim concurrit ea ratione, qua promisit Deus parcere prostratis, & per legitimam pœnitentiam humilitatis: misericordia vero ea ratione, quòd sine merito parcit.

5 Nota secundo ex eodem cap. peccatorem debere tanto tempore pœnitere, quanto peccauit. Pro quo est illud.[f] *Pro mensura peccati erit & plagarum modus.* & illud. [g] *Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantùm date illi tormentorum.* Cui concordat cap. *Deus infra*,[h] & melius cap. *Iudas*,[i] cum aliis, quæ ibi adduximus.[k]

Contra quod tamen neruosissimè facit, quod nemo ad impossibile obligatur, iuxta cap. *nemo*,[l] & l. *Impossibilium nulla obligatio est.*[m] & multi peccatores maiori tẽpore peccarunt, quam eorum vita durabit: & quod nemo posset iustificari, priusquam longo tempore sua pœnitentia duraret. Quod directo contradicit illi. [n] *In quacunque hora ingemuerit peccator, peccatorum eius amplius non recordabor.* Et illi Dauidis. [a] *Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meã domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Et quod omnis peccator toto tempore, quo viuit, potest per pœnitentiã quærere veniam.[b]

6 Per quod relatum ad literam tenet contrarium rationibus efficacibus Ioannes Maior, [c] quem expressius aliis hoc explicantem, & alios secuti, diximus in Enchirid. cõfess.[d] notabile nostrum procedere de consilio, & honestate, & non de necessitate. Quia pœnitudo circũamicta debitis circumstantiis quãtumcumque sit remissa, & breuissimo tempore, etiam in instanti concepta satis est ad crimina diluenda, quantùm ad culpam, & ad commutandam pœnam æternam inferni in temporalem purgatorij. Quod iterum repetemus in *c. talis.* (quidquid [e] Dominus Cardinalis determinet) & sit bonum seruare illud de cõsilio, sed non est necessarium de præcepto, nam facilè dicimus pro simili quod illud elogium; De grauiori peccato grauior requiritur pœnitendi siue pœnitudo, est intelligendum de consilio, & honestate arg. c. *tempora.*[g] secundum S. Thomam, Paludanum, & communem. [h] non autẽ de necessitate, argumento prædicti capit. *talis.*

7 Quinimmo neque consilium continet, quoad peccatores, qui admiserunt peccata, quæ sine periculo sibi ea placendi, non possunt in memoriam reuocare, & diu ruminare. Qualia sunt fere omnia venerea, vt & nos pridem monuimus, non expedire illa in memoriam morosè reuocare, nisi cum corpus esset ad afflictum, & animus contra ea grauiter iratus.

a *Psal. 31.*
b *C. nemo. c. null' inf. dist. 7. & ca. talis inf. eod dist.*
c *In 4. lib. sent. dist. 14. q. 1. col. 6. & 7.*
d *Capit. 1. n. 35.*
e *In c. Deus.*
f *Et in dict. c. 1. num. 35.*
g *26. q. 7.*
h *In 4. dist in. 17.*
i *24. q. 1.*
k *Can. 4.*
l *Cap. 12. de diuinis nominibus.*
m *Leu. 20.*
n *8. 72. dist & 1. Ioan. 1.*

CAP. ECCLESIA.

Hieronymus in cap. 5. Epistolæ ad Ephesios.

Ecclesia Christi, est non habens maculam, neque rugam, aut aliquid istiusmodi. qui ergo peccator est aliqua sorde maculatus, de ecclesia Christi non potest appellari, nec Christi subiectus dici. Possibile autem est, vt quomodo Ecclesia Christi, quæ prius rugam habuit & maculam, in iuuẽtutem & munditiam postea restituta est, ita & peccator currat ad medicum: quia non habent opus sani medico, sed male habentes, vt curentur vulnera ipsorum, & fiant de Ecclesia, quæ est corpus Christi.

SVMMARIVM.

1 Ecclesia, vox Græca, vnde deducatur.
1 Concio, suggestum, oratio concionantis, & auditorium.
2 Ecclesia propriè vocatio, & collectio fidelium; impropriè verò, & figuratè alia multa.
3 Ecclesia in veteri testamento dicitur interdum synagoga: in nouo vero numquam, & quare.
4 Ecclesia propriè continet militantem, & triumphantem.
5 Ecclesia includit omnes fideles etiam malos, & 8.
6 Ecclesiæ potior pars iustorum, & ita inuisibilis, de qua nullus est mortifere malus.
7 Ecclesiæ quæ pars macula, & ruga caret.

NOta primo, Ecclesiam Christi non habere maculam, neque rugam.

Nota secundo, quòd peccator lethali peccato infectus, nõ est de Ecclesia, nec subiectus Christo. Pro quo est etiã textus in. c. *omnibus.*[i] & quod eã alloquitur sponsus. [k] *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Pro quo est etiam illa ratio neruosa, quod in symbolo fidei tam maiori, quã minori confitemur, Ecclesiam esse sanctam: at sanctum dicitur purum, mundum & ab omni sorde intactum & purum secundum Dionysium. [l] Et facit illud [m] ad sacerdotes: *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum*, relatum in ca. *proposuisti.*[n]

Contra tamen hoc facit neruose illud. [o] *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Et quod omnes quot quot sumus in Ecclesia Christiana confidenter dicimus; *Dimitte nobis debita nostra*, confitendo esse in nobis peccata, quæ dimittantur. Et quod Ecclesiæ militanti non conuenit titulus, & epithetum siue appositum illud *non habens maculam, nec rugam*, vt super illis verbis quæ ab Apostolo ad Ephes. 5. ponuntur, Augustinus testatur & probat. & quod error & hæresis est asserere, quòd peccatores orthodoxi baptizati fidem Catholicam firmiter tenentes non sint de Ecclesia Catholica, & partes eius vt paulò inferius probabitur.

1 Quare pro præfatorum concordia, dico primo, verbũ hoc *Ecclesia* multa significare: alia quidem propriè: alia vero impropriè & figuratè; est enim deductum à verbo Græco ἐκκλησία, quod proprie est concio, non quidem qua parte accipitur pro suggestu, vnde concionatur iuxta illud Liuij. [a] *Vocato in concilium populo summissi fascibus in concionem adscendit.* Nec prout accipitur pro ipsa oratione cõcionantis, iuxta illud Ciceronis: *Legi concionem tuam nihil illa sapientius*: sed prout significat cœtum & multitudinem ad audiendũ ipsam concionem coactã, iuxta illud M. Tullij. [b] *Concio, quæ ex imperitissimis constat, tamen iudicare solet.*

2 Itaque Ecclesia Latinis propriè significat conuocationẽ fideliũ, iuxta illud Nicolai Papę epistola vnica clero & plebi Viennẽsis Ecclesiæ; *Ecclesia, id est Catholicorũ collectio.*[c] Impropriè verò & figuratè, per metonymiam, metaphorã, synecdochen, & alias figuras significat & alia multa, vt colligit glossa, [d] in hæc verba. *Ecclesia dicitur malignantium*, iuxta illud, [e] *Ouidij Ecclesiam malignantium: & dicitur Ecclesia collectio fidelium*, [f] *& dicitur ecclesia morum ambitus*, [g] *& dicitur Ecclesia corpus Christi*, [h] *& dicitur ecclesia præfectura, siue præfatura ipsius ecclesiæ.* [i] *Item dicitur ecclesia ipsa obuentiones ecclesiasticæ prouenientes ratione ecclesiæ, vt hic.* Et prædicta glossa non relata, nec acceptis omnibus modis significandi ab ea collectis. D. Cardinalis S. Sixti colligit quindecim modos in illo copiosissimo tractatu de potestate Ecclesiæ.[k]

3 Dico secũdo duo illa verba Ecclesia, & Synagoga esse Græca, & idẽ fere significare; licet Ecclesia videatur magis significare cõuocationẽ; Synagoga cõgregationem. Quare autẽ literæ sacræ veteris testamenti appellauerint fidelẽ populũ, vt plurimũ synagogã, & interdũ Ecclesiam, sacręve verò literę noui testamenti nũquam reuocationem Christianorũ appellant Synagogam; sed semper Ecclesiã, tradit B. Augustinus. [l] *Deus stetit in Synagoga deorum, in medio autem Deus diiudicat*, in hæc verba, *In Synagoga populũ Israel accipimus: quia & ipsorum propriè Synagoga dici solet; quamuis & Ecclesia dicta sit: sed nostram apostoli Synagogam numquã dixerunt, sed semper Ecclesiam: siue discernendi causſa, siue quod inter congregationẽ, vnde Synagoga, & conuocationẽ, vnde Ecclesia nomen accepit, aliquid differt: quòd scilicet congregari & pecora solent, atque ipsa propriè, quorum & greges propriè dicimus: conuocare est magis vtentium ratione, sicut sunt homines.*

4 Tertio quod Ecclesia accepta secundum tertiam significationem pro concione siue cœtu vel collectione fidelium generaliter semper comprehẽdit, non solùm viatores in hac vita peregrinantes, & militantes pro quærẽda beatitudine, sed etiam comprehensores etiam cõquiescentes in altera, & triumphantes de victoria. Quod vtiq; satis colligitur ex illo. [m] *Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cælo*: Et ex hymnis officij dedicationis Ecclesiæ: & ex D. Bernardo. [n] Quia vna est Ecclesia & vnum caput eius Christus, [o] & consequenter quod vna pars eius inferior appellatur Ecclesia militans, altera triumphans.

5 Quarto, quòd Ecclesia militans est collectio omniũ fidelium baptizatorum, tam non prædestinatorum quàm prædestinatorum, & tam bonorum, quàm malorum firmã & sinceram fidem Catholicam tenentium. Quod esse de fide catholica, cui non potest subesse falsum, multis argumentis post & ante aliis probat Castrensis, [p] contra Donatum auctorem hæresis huic articulo contrariæ & notatores eius Ioannem Hus, Lutherum, & alios eorum sequaces, qui, vel illa sola ratione, confunduntur, quòd hæresim illorum consequeretur, nullatenus sciri posse, vbi, nec apud quos esset Ecclesia Catholica. Cum secun-

a *Lib. 1. Cicero. lib. 9. Epistol. ad Dolabellam.*
b *In 1 alio.*
c *In cap. ecclesia. de consecrat. 1. dist.*
d *In cap. vitæ ne prælati vices suas.*
e *Psal. 25.*
f *De consecrat. dist. 1. c. ecclesia.*
g *De consecr. dist. 1. cap. de fabrica.*
h *1. q. 1. cap. in ecclesia. & 26. q. 2. c. sed illud.*
i *Vt supra cap. proximo.*
k *Lib. 1. c. 2.*
l *Super Psal. 81.*
m *Apocaly. c. 21.*
n *Sermone 68. super Cã.*
o *Cap. loquitur. 24. qu. 1. & extraung. vnam sanctam. de maior. & obedië.*
p *In lib. contra omne hæreses verbo ecclesia.*

dum orthodoxam fidem de nemine scire possit absque speciali reuelatione,quis sit prædestinatus ad gloriam, & quis sit Deo gratus per gratiam,iuxta illud. [a] *Nemo scit,an odio sit vel amore dignus*, Et illud Iobi, [b] relatum in cap.fin. [c] & tradit S.Thomas. [d] *Et si simplex fuero,hoc nescit anima mea.*

Consequereretur item,quod Ecclesia esset inuisibilis, & nesciretur, quis esset eius præfectus & Vicarius Christi supremus: & quod non posset refugi ad Ecclesiam, nec præsidem eius pro vllo dubiorum consilio, nec pro vllo litium fine,& ad alia id genus; quæ cuiuis rationis capaci sunt absurda,& ita non audienda. [e]

6 Quinto quod Ecclesia sit accepta pro electione omnium fidelium in Deum credentium,cum, vt prædictum est, contineat iustos, & iniustos; bonos, & malos, habet vnam partem præcipuam, quæ solos bonos & iustos continet: quæ est pars inuisibilis, & de communi lege minimè nota: quæ tamen est potior pars Ecclesiæ militantis: ex qua nullus reiicitur nisi per amissionem caritatis, & gratiæ gratum facientis: per illam tamen sic. & consequentet per vnum solùm lethale peccatum quantalibet gratia, & caritate ante illud polleat, vt S. Thomas receptus determinat. [f] & probatur in *c.defleat.* [g] & cap. *cum renunciatur.* [h]

7 Sexto,quod primum notabile nostrum collectum ex textu;nempe quod Ecclesia non habet maculam, nec rugam,est intelligendum de Ecclesia triumphante, & non de Ecclesia militante. Siquidem multi consistentes intra illam sunt multis peccatis mortiferis infecti,& gratia, & caritate infusa orbati, vt supra probatum est. Posset tamen intelligi etiam de præfata potiori parte Ecclesiæ militantis, in qua soli iusti,& grati Deo sunt, si per maculá, & rugam intelligamus culpam mortalem, & non venialem. Nam pars illa est immunis & libera à peccato mortifero;licet aliquibus venialibus leuiter sordeat.

8 Septimo quòd secúdum notabile; nempe quòd peccator infectus mortali peccato non sit de Ecclesia,est verum primo intelligendo de infecto peccato mortali hæreseos vel schismatis implicantis hæresim:quia per hæresim perditur donum fidei, vt probat S.Thomas. [i] sine quo non potest esse pars Ecclesiæ, quam fides Catholica facit. Est iterum verum secundo intelligendo de præfata parte potiori Ecclesię militantis, quę constat ex solis iustis, & caritatem habentibus, quę tota amittitur quouis mortali peccato,vt paulo supra dictum est.Non est autem verum intelligendo de peccatore mortiferi peccati macula inquinato, quod non est hæresis, nec implicat illam: & intelligendo de Ecclesia integra fidelium firmiter fidem tenentium. Quoniam illa non solùm admittit intra se bonos, & iustos, sed etiam malos, & iniustissimos, modo Catholicam fidem sibi retineant, vt supra probatum est, Per quæ facilè omnia pro vtraque parte citata conciliari possunt.

a *Ecclesiast.9.*
b *Cap.9.*
c *De purgat. canon.*
d *1.2. q.112. ar.5.& in 3. par.q.80.ar. 4.ad 5.*
e *Leg. nam absurdum. ff. de bonis libertor.*
f *1.3.q.71.ar. 4.& 2.2. qu. 24.ar.12. & in 3.par. qu. 79. ar. 6. ad 2.& 1. libro senten. distin. 17.q. 2. art. 5.& in 3.dist. 27.q.2.ar. 4. quæstiuncula 4. & in 4. dist.16. q̃.2. ar.1.q. 1. ad 2.*
g *De reg.iur. h 32.q 1.*
i *2.2.qu. 39. ar.1.& in 4. senten. dist. 13.q.2.art.1.*

CAP. SVPER TRIBVS.

HIERONYMVS AD CAP. I. AMOS. IN COMMENTA.

SVPER tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum. Iuxta tropologiam hoc possumus dicere. Primũ peccatum est cogitasse, quæ mala sunt. Secundum cogitationibus acquieuisse peruersis. Tertium quod mente decreuimus, opere compleuisse. Quartum post peccatum non agere pœnitentiam, & in suo sibi complacere delicto.

SVMMARIVM.

1 *Motus sensualitatis in peccatum,an sit peccatum.*
1 *Sensualitas non tam seruat,ac membra exteriora.*
2 *Dominium duplex despoticum & regale.*
3 *Sensualitas vt peccati subiectum.*
4 *Peccati de essentia est,vt sit voluntarium.*
5 *Sensualitas seruat actum volente nolente) (voluntate.*
6 *Motus primo primus, & secundo primus, & deliberatus quis.*
7 *Sensualitas non peccat,sine culpa voluntatis.*
8 *Concupiscentia solùm voluntaria prohibita.*
9 *Peccati omne subiectum non potest agere illud.*
10 *Intellectus cap. super tribus.*

NOta primo, mentem Gratiani fuisse velle probare per hoc cap. quod pœnitenti condonantur peccata; sed non impœnitenti,& in peccato perseueranti.Pro quo facit ca.*leg.atur.* [a] & reg. *Peccati venia non datur,nisi corrécto.* [b]

1 Nota secundo hic videri probari opinionem, quam videtur tenere Caietanus, [c] & expressè tenuit Altisiodorensis, [d] nempe quod omnis motus sensualitatis in peccatum est peccatum,saltem veniale.

Pro quo facit primò,quòd sensualitas;licet non sit tam libera,ac voluntas rationalis:non est tamen tam serua, ac membra hominis exteriora. Quoniam hęc per omnia obediunt voluntati,tamquam serui obediũt dominis suis; quia habent super eos dominium despoticum: illa autem non obedit animo,sed potest apperere, & passim appetit contra illam,quę non habet in ipsam dominium despoticum,sed regale,quale habet rex in ciues,qui possunt obedire,& esse rebelles, vt ait Aristoteles, [e] & hæc libertas videtur sufficere,vt motus eius ante vllum consensum voluntatis sit veniale peccatum;quamuis non sit mortale.

Secundo facit,quòd omnis concupiscentia inordinata videtur esse prohibita per 9. præceptum Decalogi; *Non concupisces*,datum à Deo, [f] cùm negatio quidquid post se inuenit,destruat,& contrarium eius ponat, iuxta glossam singularem & receptam. [g]

3 Tertio quod S.Thomas in dicto ar 3. ait, sensualitatẽ posse esse subiectum peccati: & in responsione ad 3. motum sensualitatis, qui præuenit rationem esse peccatum veniale.Pro quo videtur casus hic,quatenus habet,primũ peccatum esse peruersè cogitare;secundum ei adquiescere;tertium opere complere.

4 Contrarium tamen tenendum est, tum quia S. Thomas [h] ait,nullum actum posse esse mortaliter bonum,neque malum, nisi ex dominio, quod voluntas habet in illum: ergo motus sensualitatis naturaliter insurgens, & prœueniens omnem rationem & voluntatem non potest esse peccatum etiam veniale. Et alibi [i] ait,quòd ideo sensualitas potest esse subiectum peccati,quia actus eius potest esse voluntarius, quatenus illa nata est moueri à voluntate. Tum quia eruditissimus Augustinus [k] relatus, [l] ait,*Voluntas est,qua peccatur,& rectè viuitur*, & paulo post. *Non nisi voluntate peccatur:* Vbi & [m] inquit, *Peccatum vsque adeo voluntarium est, vt nullo modo peccatum sit, si non sit voluntarium.*

5 Tum quia opinionem Caietani consequeretur posse quem nullatenus volentem, immo & omnino nolentem, & pro viribus repugnantem peccare. Quoniam sensualitas potest gignere & conseruare motum illicitum volente)(nolente, ac renitente voluntate, vt passim in omnibus facit,& fecit in illo strenuissimo milite Paulo, qui [n] ait. *Sentio legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati:* Quod allegans Hieronymus, [o] relatus in c.*si Paulus.* [p] clare significat;motum carnis in illicita non posse facile reprimi & tolli. Nam vt ibidem idem Paulus ait: *Non quod volo bonum,illud ago,sed quod malum odi,illud facio.* Significans se non agere bona tam liberè, ac volebat repugnante motu carnis,quem oderat. Tum quia [q] ipsemet ait; *Fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari supra id,quod potestis,sed cum tentatione faciet prouentũ.* At si primus motus malus naturaliter insurgẽs esset peccatum, sine vllo actu voluntatis, & repugnante pro viribus voluntate tentaremur contra voluntatem nostram. Tum quia ipsemet Paulus ait, [r] nihil damnationis esse in eo, in quo spiritus repugnat legitimè aduersus carnem.

6 Pro resolutione oppositorum distinguendum est secundum recentiorum sententiam inter motus primo primos, & motus secundo primos, & inter motus deliberatos; & quod primi nullatenus sunt peccata: secundi verò tantùm venialia: tertij, si sunt circa pec-

a *24.q.2.*
b *De reg.iur. lib.6.*
c *In 1.2.q.74. art.3.*
d *Lib. 2. tra. 18.ca.1.*
e *1. Politicor. 3.*
f *Exod.20.*
g *In cap.cum dilectus de consuetud.*
h *In 2.li.sen. d.24.q.1. ar.2.*
i *Dist.q.74. art.3.*
k *In li.1.Retract.c.15.*
l *15.q.1.§.1.*
m *In lib. de duabus animabus.ca.11.*
n *Ad Rom.7.*
o *In epist. ad Eustochium de custodia virginitatis.*
p *32.quæst.5.*
q *1.Cor.10.*
r *Ad Rom.8.*

catum veniale,sunt venialia: si circa mortale sunt mortalia.Motus autem primò primus est, qui insurgit naturaliter,antequam voluntas ei resistere possit; qualis solet esse,qui aliquando de muliere formosa, vel viro pulchro viso subito insurgit.Secundus primo est,qui insurgit, vel durat postquam voluntas potest repugnare,quamuis difficile,& non repugnat.Deliberatus autem est, cùm ei voluntas consentit,vel potens facile, & debens repugnare, non repugnat. Qua distinctione præmissa,responderi potest generaliter ad omnia argumenta, quæ in contrarium adduci possunt.

Ad primum autem oppositorum speciatim atque particulatim responderi potest,concedendo quidem,sensualitatem non subiici voluntati tantùm, quãtum alia membra.sed negando eam habere tantam libertatem,quæ sufficiat ad producendum actum,qui sine aliquo voluntatis rationalis consensu verò,vel interpretatiuo,siue negligẽtia possit esse peccatum mortale vel veniale; quia de ipsorum essentia est,vt sint voluntaria per prædicta alioquin enim etiam dormientes somniando & appetendo, vel operando aliqua illicita de se mortalia,vel venialia peccarent contra clem.1. [a] & contra cap. *restamentum.* [b] & contra cap. *si concupiscentia.* [c] quod probat concupiscentiam vigilantis non consentientis minus culpæ habere,quàm concupiscentiam dormientis.

8 Ad secundum respondetur negando,quod omnis cõcupiscentia prohibetur in præfato præcepto nono: sed solùm concupiscentia volũtaria.Licet enim sit negatiuum & neget omne quod sequitur;& sequatur verbum,*concupisces*.& ita possit videri alicui, omnem concupiscentiam generatim prohiberi:non tamen est verum: quia verbo, *concupisces*,posito in illo præceptó subaudiendum est aduerbium,*malè*:& ita solùm negat, & prohibet concupiscentiam malam,qualis non est motus primo primus, cùm non sit voluntarius.

Ad tertium respondetur concedendo peccati subiectũ posse esse sensualitatem;negando tamen,quod possit esse agens illius per se sufficiens.Quoniam omnis potentia, in qua potest inueniri actus voluntarius potest esse subiectũ peccati:licet non possit peccare sine consensu, vel negligentia voluntatis,in qua est radix omnis peccati. Nã omnis actus, qui est,& dirigitur in finem à principio intrinseco dicitur voluntarius secundum eundem S.Thomam. [d]

9 Ad quartum; scilicet illud, quòd ex eodem S. Thoma, [e] desumitur; scilicet morum sensualitatis præueniẽtem rationem esse veniale peccatum, respondetur nõ esse intelligendum de motu primò primo qui exurgit antequã voluntas resistere possit:sed de motu secundò primo, qui insurgit,vel continuatur postquam voluntas resistere potest,licèt difficulter.

10 Ad hoc autem ca.respondetur,intelligendum esse de secundo primo motu,& non de primò primo, & minus de cogitatu,prout solum est actus potentiæ cognoscitiuę: quia illa non potest esse magis peccatum, quam actus exterior,vel interior imperatus,vt diximus in cap. *cogitationis.* [f]

a *De homic.*
b *Distinct. 6.*
c *15. quæst. 1.*
d *1.2.q.6.ar. 1.*
e *In practicato articulo.*
f *Supra eadem,ánu. 2.*

CAP. SECVNDA.

HIERONYMVS AD CAP. I. AMOS IN COMMENTA.

Est in epist.50.ad Pammachium & Occanum.

SEcunda post naufragium tabula est culpam simpliciter confiteri.Imitati estis errantem,imitamini & correctum. Errauimus iuuenes,emendemus senes,iungamus lacrymas,& gemitus copulemus.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia quæ non est vera tabula cur secunda.*
2 *Pœnitentia cur quartum sacramentorum.*
3 *Peccata sic bene,sic male absconduntur.*
4 *Pœnitentia sacramentum reædificat,non edificat.*
5 *Pœnitentia sacramentum, & baptismum non esse idem de fide.*
6 *Pœnitentia laboriosus baptismus metaphoricos.*
7 *Naui vera verum mare nauigatur, & metaphorica baptismi, & pœnitentiæ metaphoricum.*
8 *Baptismus contra peccatum originale; pœnitentia contra actuale.*

1 NOta primo hoc cap.celebre passim tam à theologis, quam à iurisperitis citari ad probãdum, pœnitentiam nuncupari secundam post naufragium tabulam. Quod palam est, non esse propriè talem, quia non est propriè tabula prima, nec secunda nauis naufragæ: sed metaphoricè, siue similitudinariè, quod post & ante alios declarat S.Thomas receptus, [a] in hæc verba. *Pœnitentia metaphoricè dicitur secunda tabula post naufragium.Nam sicut primum remedium mare transeuntibus est, vt conseruentur in naui integra:secundum autem est post nauem fractam,vt quis tabulæ adhæreat:ita etiam primum remedium in mari huius vitæ est, quod homo integritatem seruet, secundum autem remedium est,si per peccatum integritatem perdiderit, quod per pœnitentiam redeat.*

Cæterum contra hoc facit primo,quod omnia sacramẽta sunt quædam tabulæ,id est remedia contra peccatum: sed sacramentũ pœnitentiæ non tenet secundũ locũ inter sacramenta,sed potius quartum, iuxta ordinem quẽ in sacramentis tractandis ponit Magister, [b] vbi primum locum tribuit Baptismo;secundum Confirmationi, tertium Eucharistiæ,quartum Pœnitentiæ.

Secundo quod super illud Isaiæ 3. *Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt*,dicit glossa:*Secunda tabula post naufragiũ est peccata abscondere*:pœnitentia autem non abscondit peccata,sed magis ea reuelat.

Tertio quod fundamentum in ædificio non tenet secundum,sed primum locum:pœnitentia autem in spiritali ædificio est fundamentum,secundum illud, [c] *Non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis.* Vnde & præcedit ipsum baptismum,secundum illud, [d] *Pœnitentiam agite & baptizetur vnusquisque vestrum.* & declarat S. Thomas. [e]

2 Pro responsione prænotandum est, quòd id,quod est per se naturaliter prius est eo,quod est per accidens, sicut substantia prius est accidente:sacramenta autem quædam per se ordinantur ad salutem hominis;sicut Baptismus, qui est spiritalis generatio: & Confirmatio, quæ est spiritale augmentum,& Eucharistia,quæ est spiritale augmentum, & Eucharistia,quæ est spiritale nutrimentum.Pœnitentia autem ordinatur ad salutem hominis quasi per accidens, præsuppositó quodam,scilicet ex suppositione peccati:nisi enim homo peccaret actualiter pœnitentia non indigeret:tamen baptismo, Confirmatione,& Eucharistia: sicut in vita corporali non indigeret homo medicatione, nisi infirmaretur;indigeret autem per se ad vitam generatione,augmento,& nutrimento.

Quo prænotato respondetur ad opposita. Ad primum quidem,quod sacramenta præcedentia pertinent ad nauẽ integram,id est ad statum integritatis cuius respectu pœnitentia dicitur secunda tabula.

Ad secundum respondetur, quod abscondere peccata contingit dupliciter;vno modo dum ipsa peccata fiunt: siquidem peius est publicè peccare, quàm occultè: tum quia peccator publicus videtur ex maiori contemptu peccare:tum etiam quia peccat cum scandalo aliorũ.Quapropter quoddam remedium est in peccatis,quòd aliquis in occulto peccet.

3 Et secundum hoc dicit glossa quod secunda tabula post naufragium est peccata abscondere, non quod per hoc tollatur peccatum, sicut per pœnitentiam: sed quia per hoc peccatum minuitur. Alio modo aliquis abscondit peccatum prius factum per negligentiam confessionis & & hoc contrariatur pœnitẽtię Et sic abscondere peccata, non est secunda tabula;sed magis contrarium tabulę:dicitur enim, [f] *Qui abscondit scelera sua,non dirigetur.*

4 Ad tertium respondetur, quòd Pœnitentia non potest dici fundamentum spiritalis ędificij simpliciter, quia non fundat ędificium primum, sed reędificat & reficit illud.: sed potest dici fundamentum in secunda

a *3.par.q.84. ar.6.*
b *In 4.li.senten.*
c *Hebr.6.*
d *Act.2.*
e *3.par.q.49. ar.3.& q.68. a.5.& 6.& 7. & in 4. sent. d.4.q 2.ar.1. quæstiuncula 1.& 3. & quæstiu. 2. & d. 18. q. 1. ar. 3. quæstiuncula 1.*
f *Prouer.28.*

rædificatione,quæ fit per detestationem peccati ; primo enim redeuntibus ad Deum occurrit pœnitentia: Apostolus autem ibi loquitur de fundamento spiritalis doctrinę; pœnitentia vero,quæ baptismum præcedit,non est sacramentum pœnitentiæ.

5 Nota secundo, hic esse textum irrefragabilem contra hæreticos nostræ ætatis dicentes, sacramentum baptismi & pœnitentiæ esse idem sacramentum;quos, vt alios plerosque taceamus,Concilium Tridentinum non solum auctoritate sua;sed etiam irrefragabilibus argumentis damnat duobus in locis,& in priori quidem, [a] in hæc verba. *Cæterum hoc sacramentum multis rationibus à Baptismo differre dignoscitur.nam præterquam quod materia,& forma, quibus Sacramenti essentia perficitur,longissimè distidet:constat certè, Baptismi ministrum iudicem esse non oportere,cum Ecclesia in neminẽ iudicium exerceat,qui non prius in ipsam per baptismi ianuam fuerit ingressus. Quid enim mihi,inquit Apostolus, de ijs, quæ foris sunt iudicare?* * *Secus est de domesticis fidei, quos Christus Dominus lauacro Baptismi sui corporis membra semel effecit:nam hos,si se postea crimine aliquo contaminauerint, non iam repetito Baptismo ablui,cum id in Ecclesia Catholica nulla ratione liceat, sed ante hoc tribunal,tamquam reos,sisti voluit:vt per sacerdotũ sententiam non semel,sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum pœnitentes confugerint,possent liberare. Alius est præterea Baptismi:& alius Pœnitentiæ fructus; per Baptismum enim Christum induẽtes, nouæ prorsus in illo efficimur creaturæ,* * *plenam & integram peccatorum omnium remissionem consequentes:ad quam tamen nouitatem & integritatem per sacramentum Pœnitentiæ, sine magnis nostris fletibus,& laboribus,diuina id exigente iustitia, peruenire nequaquam possumus:vt merito Pœnitentia laboriosus quidã Baptismus à sanctis Patribus dictus fuerit:est autem hoc Sacramẽtum Pœnitentiæ lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, vt nondum regeneratis ipse Baptismus.* In præfato autem canone secundo per hæc verba:*Si quis Sacramenta confundens, ipsum Baptismum,Pœnitentiæ Sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo Sacramenta distincta non sint,atque ideo Pœnitentiam non rectè secundam post naufragium tabulam appellari;anathema sit.*

IN GLOSSAM.

7 Hæc glossa vnica,si satis perpendatur, confirmat, & declarat verba præfata S.Thomæ,quibus explicat Metaphoram,& similitudinem inter nauem & tabulam, in quibus saluatur nauigans in vero mari ab vna parte; & inter Baptismum,& Pœnitentiam, quibus saluatur nauigans in mari metaphorico huius mundi tendens ad gloriam æternam:& è contrario verba præfata Thomæ confirmant, & explicant hanc glossam quæ notabiliter dicit primò, Pœnitentiam esse secundam tabulam procellarum huius mũdi,in quo nauigamus tendentes ad patriam.

8 Secũdo quod incurrimus naufragium originalis peccati per peccatum primi parentis,iuxta illud Apostoli, [b] *Si cut in Adam omnes moriuntur.*& illud ; *Eramus omnes filij iræ,* relatum,in cap.*firmissimè*. [c] Tertio quod baptismus est prima tabula,vbi purgatur vetus homo & induitur nouus. [d] Secunda est Pœnitentia,qua post baptismum resurgimus, vt probant hoc cap.& per multa alia per Gratianum supra citata.Quarto quod peccantes mortiferè post baptismum possunt redire per Pœnitentiam:sed non per Baptismum contra impios Anabaptistas,quos prędictum Cõcilium damnat, [e] quatenus damnat reiterationem baptismi rite collati,etiam in illo,qui negauit Christi fidem apud infideles,& per pœnitentiam ad Ecclesię sanctum cõsortium reuertitur.

a *Sess. 6. de iustif.cap.14. & sess.14.ca. 2.& can.2.de pœnit.in cap. quidem,2.*

* *1.Cor.5.in fin.*

b *1.Cor.15.*

c *De conser. dist..4.*
d *Cap. deinde.26. distin.*

e *In dicto c.2. vbi supra, & can.11.& de baptisme.sess. 7.*

CAP. QVIA DIuinitatis.

HIERONYMVS AD CAP. III. LAMENTATIONVM HIEREMIÆ.

Caput hoc est in commentarijs ad c.3.Lamentationum Ieremiæ quæ non sunt Hieronymi sed Rabani.

QVia diuinitatis natura est clemens & pia,magísque ad indulgentiam, quàm ad vindictam prona:quia non vult mortem peccatoris,sed vt cõuertatur & viuat, si quis post lapsum peccatorum ad veram pœnitẽtiam se cõuerterit,cito à misericorde iudice misericordiam impetrauit. *Ezech.18.& 33.*

SVMMARIVM.

1 Pietas propriè accepta non conuenit Deo.
2 Pietas parentes,religio Deum colit.
3 Pietas impropriè pro misericordia Deo conuenit.
4 Deus pronior ad veniam,quàm ad vindictam cur:num.9.
5 Deus est quidquid in eo est,quia omnino simplex.
6 Deo attribuũtur omnia infinita.
7 Prioritas est multiplex temporis,naturæ,&c.
8 Attributa Deo omnia re idem,ratione diuersa.
8 Et alia vt prius esse alijs aliqua ratione conuenit.
9 Pietas prius natura,quàm iustitia conuenit Deo.
10 Misericordia duplex,hæc minor,hæc maior iustitia.

1 NOTA primò,Deum esse clementem & pium.Contra quod facit,quod pietas est virtus attributa iustitiæ tamquam pars potentialis eius, de qua post & ante alios tractat S.Thomas, [a] quam [b] definit, esse specialem virtutem sep aratam ab alijs,quæ à Marco Tullio, [c] relato ab eodẽ, [d] definitur esse virtus,per quam sanguine iunctis patrięque beneuolis officium,& diligẽs tribuitur cultus. Quod nullatenus diuinitati conuenire palam est,cum ipsa sit [e] Ἀλφα & Ὦμεγα principiũ & finis omnis creaturæ,vt in Enchir.de orat. [f] satis superque diximus,debetur ei omnis latriæ honor iuxta illud glossæ. [g]

Latria sit domino,debetur Dulia seruo.

Ob quæ memini iampridem audisse quemdam linguæ Latinæ scientissimum grauissimè carpentem eos,qui pietatem Deo tribuebant,& eum appellabant pium. Nec equidem miror,quia etiam quædam Lexica cum primis approbata ita exponunt verbum,*pietas*:vt nullatenus conueniat creatori,sed tantũ creaturæ:quod tamen non debuissent facere.

2 Tum quia Hieronymus Græcè & Latinè callentissimus in hoc cap.diuinitatem appellat clementem & piam, & in Scriptura 2. Paralipomen. 30. Deus appellatur clemens & pius.Et alio in loco, [h] dicitur ei:*Tu qui pius es misereres nostri.*Et iterum, [i] *Pius & misericors est dominus.* Tũ quia pro concordia omnium dici potest primò, quòd pietas & religio propriè sumptæ sunt duæ virtutes attributæ iustitiæ & partes potẽtiales eius,per quas agnoscimus & reddimus debita,quæ Deo & parentibus debemus, non quidem pro æqualitate debiti:sed pro tenuitate nostra,quarũ maior,scilicet religio est virtus : qua Deus summo latriæ honore colitur,vt post Marcum Tullium 2.Rhe.docet S. Thomas, [k] pietas verò est virtus, qua coluntur parentes, patria,& consanguinei,vt post eundem Marcum Tulliũ idem S. Thomas declarat, [l] & pietas hoc modo propriè sumpta nullatenus conuenire potest Deo, qui nulli quidquam debet,nec debere potest.

3 Alio verò modo impropriè extendendo per metaphoram & similitudinem à filijs, qui subueniunt parentibus ad omnes qui subueniunt & opitulantur alijs egentibus: quod potius pertinet ad virtutem caritatis,misericordiæ,vel liberalitatis, quam pietatis & religionis: & hoc modo potest vocari pius,quicũque opitulatur alij;& Deus omnium piissimus,qui opitulatur omnibus,adeo vt etiam suum esse,suámque essentiam donet eis. *

4 Nota secundo,Deum proniorem esse ad indulgendũ, quàm ad vindicandum.Pro quo est illud Collectæ ; *Deus, cui proprium est misereri semper & parcere,*& illud, [m] *Miserationes eius super omnia opera eius.*& illud. [n] *Misericordia superexaltat iudicium.*

Contra quod tamen facit primo,quod in Deo & summa illa adorantissima Trinitate Patris & Filij & Spiritus sancti,n ihil est prius,aut posterius,nihil maius aut minus, iuxta Sy mbolum Athanasij.

5 Secundo , quod omne quod est in Deo est ipsemet Deus, [o] quia est omnino simplex & ab omni compositione materiæ & formæ,generis & speciei,subiecti & accidẽtis omnino alienus dicto,vt habetur in cap. *firmiter*. adiuncta glossa in verb. simplex omnino,& tradit S.Thomas. [a]

Tertio,quod horrendum est incidere in manus Dei. [b] Per quòd significatur iustitia eius esse maxima.

6 Quarto quòd omnia Deo attributa sunt simpliciter infinita,vt dicit S.Thomas, [c] & vnum simpliciter infinitum non potest esse alio infinito maius , vt dicit idem S. Thomas, [d] & tam iustitia , quàm misericordia , & pietas sunt Deo attributa : ergo non videtur posse reddi ratio, quare natura diuina magis dicatur prona ad actus vnius horum,quàm alterius.

7 Pro resolutione horum præsuppono, multiplicem esse prioritatem,temporis, naturæ, originis, causſæ , perfectionis, intentionis , & assequutionis , vt colligitur ex S. Thoma, [e] de creatione materiæ, [f] dum concludit informitatem materiæ non præcessisse tempore , sed naturaformitatem eiusdem. Et [g] dum significat, viuere in angelis non esse prius tempore,quàm intelligere,licet sit prius natura: sicut sol non est prius tempore sua luce, sed tantùm natura. Et gratia non præcedit tempore in iustificatione impij remissionem peccati,sed solùm natura,secundum quam causſa est prior suo effectu,vt diximus in *c.conuertimini.* [h] post S. Thomam. [i]

8 Secundo præsuppono,quod licet omnia attributa Dei, sint ipsemet Deus , & consequenter infinita, vt ipsemet, est,& æqualia quoad essentiam & substantiam: differunt tamen ratione, vt probat S. Thomas. [k] Alia enim ratione dicitur essentia,alia simplex,alia bonus , alia misericordia, & pietas, & iustitia.

Tertio præsuppono , quòd sicut attributa præfata diuersa ratione dicuntur de Deo , licet realiter sint ipsemet Deus:ita etiam quædam illorum prius aliqua ratione dicuntur de ipso,quàm alia: sicut licet vnumquodque dicatur ens & bonum:prius tamen dicitur esse & ens , quam bonum , vt ante & post alios tradit S. Thomas. [l] Et sicut licet vnumquodque sint ens & vnum:prius tamen dicitur ens, quàm vnum,vt idem S.Thomas declarat, [m] ita etiam aliqua Deo attributa prius ratione dicuntur de eo , quam alia. Vnde idem S.Thomas, [n] prius tractauit de aliis attributis,quam de aliis. Nam in 2. quæst. tractauit de esse & essentia Dei:in 3.de simplicitate: & postquã tractauit in 4. de perfectione Dei , & in 5. de bono in cõmuni tractauit, in 6. de bonitate Dei,& postea quæst.21.de iustitia agit.

9 Quarto præsuppono , quod misericordia , siue pietas (pro eodem enim hic accipiuntur) prius ratione conuenit Deo , quàm iustitia , saltem punitiua : tum quia pietas tribuitur bonitati diuinæ,quæ vt dictum est , præcedit iustitiam præsertim punitiuam, tum quia in dicto capit. *firmiter*,quod ponit ordinem de Deo credendorum, vltimus locus tribuitur iustitiæ actibus.

10 Neque obstat,quod præfatus S. Thomas in prædicta 1.par. [o] tractat de iustitia Dei & inferius,[p] de ipsius misericordia , quia videtur respexisse ad ordinem , quem habent in nobis misericordia prout est virtus moralis sita in appetitu concupiscibili , & etiam iustitia prout est virtus moralis sita in appetitu rationali , quæ præcedit misericordiam & alias virtutes morales in appetitu concupiscibili sitas,vt tradit S. Thomas , [q] textus autem ipse & nostrum notabile loquuntur de misericordia siue pietate, prout est quoddam supplens defectus & miserias : quod in Deo est super omnia opera eius, quomodo accipiendo etiam apud homines misericordia est plusquam moralis virtus , & præcedit iustitiam etiam legalem , vt eruditè probat Caietanus. [r]

Iis præsuppositis respondeo ad primum , quod illud Athanasij intelligitur de prioritate temporis, & magnitudine perfectionis reali : & non de prioritate naturæ , vel rationis , de qua loquitur hic Hieronymus, & nostrum notabile , quæ prioritas rationis inuenitur in attributis suæ diuinæ maiestati,vt dictum est supra. [s]

Ad secundum concedendo quidem , quidquid est in Deo esse re ipsa ipsum Deum,esseque re ipsa æquale cuilibet alicui rei,quæ in eo est,quia quælibet est infinita : negando tamen , quod quidquid attribuitur Deo eadem ratione attribuatur ei:& consequenter negando, quod non attribuatur magis Deo aliquid aliqua ratione.

a *Part.1. q.3. & qu.9. art. 1.& q.25.ar. 1.& quæst.13. art. 12. & in 1.lib. sen. dist. 19. quæst. 3. artic. 2. ad 1.*
b *Hebræor. 10.*
c *1.part.q.43. artic. 1. & in opusc.de potẽ. qu.1. artic.2.*
d *In 3.part.q. 10. artic.3.ad 3.& in 2.sen. dist.1.artic.5. ad 18.*
e *1.par.q.66. art.1.& q.4.*
f *Aristo. 1.*
g *Quodlib. 4 art.24. ad 16.*

h *Supra cad. i 1.2.qua.113. artic.8.*
k *In 1. sentẽ. dist.2.q.1. ar. 3.& dist. 22. quæst.1.ar. 3. & in 1.par.q. 21. artic. 3.*

l *In 1.par.qu. 8.artic.2.*
m *In dicta 1. part. quæst. 15. artic. 4.*
n *In prædicta. 1.part.*

o *Quæst. 21. in art. 1.*
p *In 3.*

q *2.2.qu. 58. art. vlt.*

r *In d. 2.2. q. 58.art. vlt.*

s *In 3.præsuppos.*

Ad tertium concedendo , attribui Deo iustitiam maximam & infinitam,& quòd ipse dicitur iustissimus , & infinitè iustus:negando tamen consequentiam,quod ex hoc sequatur quod aliqua ratione non tribuatur ei magis misericordia & pietas,quàm iustitia.

Ad quartum concedendo , omnia attributa Deo esse infinita & re ipsa æqualia : negando tamen quod eadem ratione attribuantur omnia, vt ex præsuppositis patet: & concludẽdo quòd aliqua ratione potest & debet dici Dei natura esse magis prona ad miserenduin quàm ad vindicandum,vt ait hic Hieronymus.

CAP. NE FORSITAN.

HIERONYMVS AD CAP. XII. OSEÆ.

NE forte peccati immemores tardius reuertantur, adhuc inquit: sedere vos faciam in tabernaculis , sicut in diebus festiuitatis,vt quod facit baptisma, hoc faciat pœnitentia, & habitent in tabernaculis Saluatoris,hoc est in Ecclesiis.

SVMMARIVM.

1 Israelitici populi exitus de Aegypto quid signat.
2 Maris rubri transitus peregrinatio,&c.quid signet.
3 Tabernaculorum habitatio cur statu huius vitæ.
3 Militia vita hominis super terram.
4 Peregrini & aduenæ cur simus viatores.

1 AD intelligentiam tam litteralem,quam mysticam huius c.oportet meminisse id,quod habetur à Mose, [a] & tangitur à Dauide, [b] *In exitu Israel de Aegypto , domus Iacob de populo barbaro:* & alio in loco ibi. [c] *Et eduxit eũ cum argento,& auro,& non erat in tribubus eorum infirmus* , nempe populum Israël numerosissimum , scilicet. 600. millium absque fœminis & paruulis existe,duce Moyse , de Aegypto, & transisse mare rubrum sua sponte mirabiliter diuisum,vt aditet terram melle lacteque fluentem sibi promissam: immo quadraginta annis per Arabiæ deserta peregrinatum fuisse victitando in tabernaculis & tentoriis, nulla domo ædificata,pastumque manna de cælo misso, & post quadraginta annos , purgatis iam maculis incredulitatis,pusillanimitatis,& aliarum in Deum offensarum,duce Iosue fortissimo viro , intrasse præfatam terram promissam. [d]

2 Quo quidem memoria repetito,nota primo ex eodem c. in quo D. Hieronymus ponit sensum mysticum quorundam verborum Oseæ 12.adiuncta glossa,præfatum exitum Israëlitici populi de Aegypto cum transitu maris rubri,significare mysticum sacramentum baptismi: & exitum eiusdem populi de præfatis tabernaculis ad prædictam terram promissionis significare sacramentum pœnitentiæ:& quod sicut se habuit ille primus exitus ad habitationem deserti:& secundus de illa habitatione ad terram promissionis,ita se habet,vt plurimum,sacramentum baptismi ad sacramentum pœnitentiæ:& sacramentũ pœnitentiæ ad patriam,ad quam vocati sumus , scilicet gloriam cælestem. Sicut enim populus Israël nõ intrauit statim post transitum maris rubri terram promissionis : sed peregrinatus fuit quadraginta annis per desertum , victitans in tabernaculis,& tentoriis,vt victitant peregrini, & milites,dum sunt in expeditione,ita,vt plurimum , populus Christianus non ingreditur gloriam cælestem statim post baptismum : sed peregrinatur in hoc mundi deserto militando, [e] in tabernaculis Ecclesiæ , & inquinatur multis maculis,quæ impediũt ingressum cæli,ad quod intrandum egent ablutione siue mundatione illarum , quæ fit per sacramentum pœnitentiæ : sicut populus Israël eguit purgatione macularum , quibus impediebatur ei ingressus terræ promissionis.

3 Nota secundo,quod Ecclesia militans,vt certando per violentiam capiat regnum Dei, iuxta illud Domini. [f] *Violenti rapiunt illud* , aptè significatur per tabernacula & tentoria , in quibus præfatus populus Israël in de-

a *Exod. 12.*
b *In Psal.113.*
c *In Psal.103. à vers.*

d *Ioſ. cap. 3.*

e *Iob. 7.*

f *Matthæ. 11.*

serto fuit moratus,iuxta illud. [a] *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus,& habitabit cum eis*:tum quia ſtatus huius vitæ eſt ſtatus militiæ, iuxta illud. [b] *Militia eſt vita hominis ſuper terram*: tum quia ſtatus eius eſt ſtatus peregrinationis, quia dum viuimus in hoc mortali corpore à Domino peregrinamur, [c] tum quòd Auguſtinus ſuper illud. [d] *Proteges eos, in tabernaculo tuo*, ait ſtatum huius vitę ideo tabernaculum dici,quia adhuc in terra eſt, & peregrinatur : & tabernaculum eſſe habitaculum militum in expeditione degentium.

4 Quod nos ſæpe nobiſcum reputare deberemus memores illius egregiæ exhortationis Principis Apoſtolorum. [e] *Cariſſimi obſecro vos tamquam aduenas,& peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam: conuerſationem inter gentes habentes bonam.* Et illius Pauli. [f] *Neſcitis,quod ij,qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium? ſic currite,vt comprehendatis. Omnis autem qui in agone cõtendit ab omnibus ſe abſtinet.* Et illud eiuſdem. [g] *Labora ſicut bonus miles Ieſu Chriſti:nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus,vt ei placeat,cui ſe probauit,nam & qui certat in agone non coronabitur,niſi legitime certauerit.*

a *Apocal.21.*
b *Iob. 7.*
c *2. Cor. 5.*
d *Pſam. 30.*
e *Primæ ſuæ epiſtolæ ca. 2.*
f *1. Cor. 9.*
g *2. ad Tim. 2.*

CAP. PRAEDIXERAT.

HIERONYMVS AD CAP. IX. DANIEL.

PRædixerat Hieremias ſeptuaginta annos deſolationis templi, poſt quos rurſum veniret populus in Iudæam, & ædificaretur ibidem templum in Hieruſalem. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 Securitas parit negligentiam,& hæc offenſam.
2 Securitas curæ vacuitas bona & mala.
3 Securitas mala damnatur,bona laudatur.
4 Cura iuſta,quæ nec maior,nec minor conuenienti.

NOta primo, Deum poſſe precibus ita flecti : vt velit, quod antea nolebat. Cõtra quod inter alia eſt illud. [h] *Triumphator in Iſrael non parcet,nec enim homo eſt, qui agat pœnitentiam.* quod quemadmodum reſolui debeat in c. *nouit*, [i] dictum eſt.

1 Nota ſecundo illa verba, *Securitas parit negligentiam, & negligentia offenſam.* Ex quibus colligitur, vituperabilem eſſe curæ vacuitatem, quandoquidem ſecuritas eſt animi tranquillitas & vacuitas anxietatis : & eam Hieronymus hic damnat:ſic ſocordia, ſiue væcordia damnatur in illo hymno Ambroſij,

Abſiſtat & vacordia.

Et Marcus Tullius. [k] *Vituperanda eſt rei tam neceſſariæ tanta incuria.* Et incurioſi,qui animi cura carent,pingueſcere ſignificantur ab Apuleio, cum agnũ pinguem appellat incurioſum.Et rectores iubentur habere curam regendorum. [l] Et omnes iubentur habere curam de bono nomine, [m] & qui de illo non curat crudelis appellatur ab Auguſtino. [n]

2 Et merito huiuſmodi ſecuritas,& curæ vacuitas damnatur,cum pariat negligentiam, vt ait Hieronymus : & negligentia ſit peccatum, etiam frequenter mortiferum, iuxta gloſſam ſolennem. [o] Quò fit, vt non pauci erremus in pronũciandis horis, & aliis officiis diuinis agendis,qui ſecuri & nimium confidentes de noſtra (quam credimus habere artem) & exercitio non adhibemus ſatis curæ ad præuidendum ea priuſquam pronunciemus.

Contra tamen hæc omnia faciunt, quod tranquillitas animi,quæ ſecuritas quædam eſt,laudatur in illo Poëtæ.

Vult hilares vultus,tranquillaque pectora carmen.

Et ſunt Philoſophi,qui definiunt, ſecuritatem eſſe rectam placidamque animi conſtitutionem malorum pẽdentium cura vacantem.Et illud. [p] *Iacta ſuper dominum curam tuam, & ipſe te enutriet.* Et illud Domini. [q] Nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ, quid comedatis, aut bibatis. Et rurſum. [r] *Nolite ſolliciti eſſe qualiter,aut quid reſpõdeatis.* Et illud Petri. [s] *Ipſi cura eſt de vobis.* Quod ſapit illud Perſij, ſatyra 1.

O curas hominum, ô quantum eſt in rebus inane?

Et illud Beatæ Annæ apud Baptiſtam Mantuanum.

O curæ, ô vani pro poſteritate labores?

Et quod cura dicitur, quod cor vrat, id eſt, quod anxium faciat hominem, vt inquit Cornelius Fronto, [a] & gloſſa. [b]

3 Pro concordia horum,dicendum primo, quod tam ſecuritas,& incuria,quàm ſollicitudo & cura eſt duplex,altera honeſta, conueniẽs & apta, altera verò inhoneſta,inconueniens,& inepta. Et hæc poteſt eſſe talis dupliciter, vel per exceſſum vel per defectum,eo quòd eſt maior vel minor,quam rei gerendæ conueniat.

4 Secundo,quod,vt ſingulariter dicit Marcus Tullius, [c] cuique rei gerendæ iuſta cura eſt adhibenda : nec maior, nec minor,quàm illa requirit.Et quidem meritò:quia omnis virtus,& actio virtuoſa in medio duorum vitiorum eſt conſtituta ſecundum Ariſtotelem, [d] & S. Thomam. [e] & gloſſam, [f] quæ citat illud Horatij.

Virtus eſt medium vitiorum & vtrumque redactum.

Tertio quod hoc cap. cum omnibus pro eo adductis intelligenda ſunt de ſecuritate,& incuria inordinata,quę excludit curam honeſtam,iuſtam, & conuenientem: contraria verò de cura honeſta,iuſta,& conueniente,quæ neque eſt ſuperflua, nec nimis parua : ſed mediocris, & rei gerendæ apta.

Quarto, quod quanta debeat eſſe cura conueniens & apta rei gerendæ , non poteſt pro quolibet caſu determinari : ſed eſt determinandum in caſu occurrenti arbitrio viri prudentis:tum quod omnis virtus conſiſtit in mediocritate,quam vir prudens definierit,vt ait Ariſtoteles vbi ſupra, receptus in hoc ab omnibus Catholicis : tum quia determinatio eius,quod generaliter iure præcipitur, pertinet ad bonum virum,ſiue iudicem. [g]

a *Lib. de prõprietatibus, & differẽtiis latini ſermonis.*
b *In auth. de hæredibus & Falc. in princ.*
c *Lib. 1. offic.*
d *2. Ethic.*
e *1. 2. queſt. 64. art. 1. & in §. hæc, q ſub cap. caritas eſt aqua inf. diſtinct. 2.*
g *Leg. 1. ff. de iure deliberandi cap. de cauſſa de offi. deleg.*

CAP. MEDICINA.

AMBROSIVS CAP. XX. LIB. DE HELIA ET IEIVNIO.

MEdicina miſericordiæ tollit peccata magna:habemus etiam plura ſubſidia, quibus peccata noſtra redimamus, pecuniam habes, redime peccatum tuum. nõ venalis eſt Dominus:ſed tu ipſe venalis es: peccatis tuis venundatus es,redime te operibus tuis,redime te pecunia tua, vilis eſt pecunia, ſed pretioſa eſt miſericordia. Eleemoſyna, inquit, à peccato liberat, crimina ergo eleemoſynis redimuntur.

SVMMARIVM.

1 Eleemoſyna corporalis,vt pariat effectum ſpiritalem.
2 Eleemoſyna penſatur ſecundum ſe,ſuam cauſſam & effectum.
3 Eleemoſyna iuſtè datur pro ſpiritali minus principaliter.
4 Peccatum pro pœna peccati ſæpe ponitur.
5 Peccator vt dicitur diabolo venundatus.
6 Peccator Deo: & diabolo diuerſe obligatur.
7 Peccator emitur,& redimitur tantùm metaphoricè.
8 Peccator dum ſe redimit, Deo ſoluit,non diabolo.
9 Peccator ſeruus diaboli,cur non ſoluit illi.

1 NOta primo ex hoc c. concluſionem S. Thomæ, [h] nempe eleemoſynam habere effectum ſpiritalem. Pro qua concluſione plurima faciunt, præſertim illud. [i] *Eleemoſyna viri gratiam hominis, quaſi pupillam conſeruauit.* & illud Domini. [k] *Date eleemoſynam, & ecce omnia ſunt munda vobis*, relatum in proxime ſequenti cap.

Contra quod facit primo, quod inferiora & debiliora non poſſunt agere in ſe maiora & fortiora : quia agens vt tale eſt maius paſſo vt tale,argumento c. *inferior*. [l] & l.1. [m] Et ſpiritualia ſunt maiora & fortiora corporalibus. [n]

Secundo quod emere ſpiritale pecunia,eſt ſimonia. [o]

Tertio quod cum datur eleemoſyna, plus attenditur dilectio Dei , & proximi , quæ eſt quoddam ſpiritale, quàm pecunia , quæ datur iuxta ſententiam Domini

h *2. 2. quæſt. 32. artic. 4.*
i *Eccleſ. 24.*
k *Luc. 11.*
l *21. diſtinct.*
m *ff. de aqua pluuia arcen.*
n *Ca. illud, de maior. & obedien.*
o *Ca. qui ſtatorii. cap. qui ſtudet. 1. q. 1. & gloſ. in ſtatutis.*

qui, [a] ait viduam, quæ duo æra minuta miſerat in Gazophylacium plus meruiſſe,quàm multos diuites.

2 Hæc oppoſita ſoluuntur per illa verba S. Thomæ, [b] ſcilicet , quod eleemoſyna corporalis tripliciter poteſt conſiderari , vno modo ſecundum ſuam ſubſtantiam, & ſecundum hoc non habet , niſi corporalem effectum , in quantum ſcilicet ſupplet corporales defectus proximorum. Alio modo poteſt conſiderari ex parte cauſſæ eius,in quantum ſcilicet aliquis eleemoſynam corporalem dat propter dilectionem Dei & proximi : & quantùm ad hoc habet fructum ſpiritalem ſecundum illud. [c] *Perde pecuniam propter fratrem*, & paulo poſt. *Pone theſaurum tuum in præceptis altiſſimi,& proderit tibi magi, quàm aurum.* Tertio modo ex parte effectus : & ſic etiam habet ſpiritalem effectum, in quantum ſcilicet proximus, cui per corporalem eleemoſynam ſubuenitur, mouetur ad orandum pro benefactore. Vnde & [d] ſubditur, *Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis,& hæc pro te exorabit ab omni malo.*

Ad primum igitur oppoſitum reſpondetur , concedendo id,quod aſſumitur in eo : & conſequenter eleemoſynam,quatenus eſt res corporea , per ſe non producere effectum ſpiritalem : negando tamen , eam id non facere, quatenus procedit ex cauſſa ſpiritali,ſcilicet ex dilectione Dei,& proximi.

3 Ad ſecundum reſpondetur , negando quod faciens eleemoſynam emat quidquam ſpiritale : quia ſolùm intendit ſubuenire proximo egenti propter Deum. Neque obſtat,quod etiam intendit prouocare inopem ad orandum pro eo: quia hoc ſolùm intendit minus principaliter, & intentio minus principalis quærendi ſpiritale per temporale, yel econtrario non facit ſimoniam, iuxta gloſſam memorabilem. [e] Et irrefragabiliter probatur in cap. *ſi officia*, [f] & in c. *quid proderit*. [g] adiuncta gloſſa: etiam ſi actus non fieret,niſi cauſſa minus principalis interueniret,vt latius tradidimus in cap. *cum miniſter*. h & in Enchirid. de oratione. [i]

Ad tertium reſpondetur concedendo id, quod aſſumitur in argumento: ſed negando quod ex eo ſequatur,eleemoſynam ipſam corporalem rectè datam non operari effectum ſpiritalem.

4 Nota ſecundo iuncta gloſſa, [k] quod verbum peccatum accipitur pro pœna peccati,quod ſæpe fit,vt in illo. [l] *Peccata tua eleemoſynis redime.* Et in illo Alexandri Papæ, [m] relato in ca. *ipſi ſacerdotes*. [n] ibi. *Et ſacerdotes peccata populi comedunt,quia ſuis precibus ea delent,atque conſumunt*.adiuncta gloſſa & in cap. *animæ*. [o] & alibi ſæpe.

5 Nota tertio ex illis verbis : *Peccatis tuis venundatus es*: peccatorem vendere ſe Diabolo pro pretio peccati mortiferi , quod paulo clarius dicit idem Ambroſius, [p] quem refert Gratianus, [q] illis verbis : *Neminem iugo ſeruitutis adſtrictum poſſidet , niſi ſe ei prius peccatorum are vendiderit*: Vbi gloſſ. ſingulariter dicit : *Ipſum peccatum dat nobis Diabolus pro pretio,vt nos demus ei ius ad occidendum nos.* Quod ſi ſatis meminiſſemus,non tam facilè mortiferè peccaremus.

6 Aduertendum eſt autem primo,quod D.Thomas ait, [r] quod homo per peccatũ obligatur Deo , & Diabolo. Deo quidem per reatum & obligationem pœnæ ſecundum iuſtitiam, quam incurrit ob offenſam : Diabolo verò iure ſeruitutis,quia qui facit peccatum ſeruus eſt peccati vt ait D.Ioannes & ſecũdum D. Petrum, [s] at quo quis ſuperatus eſt , huius & ſeruus eſt , & Diabolus vincit peccatorem. Quæ S.Thomæ ſententia videtur contraria gloſſæ prædictæ, quoniam gloſſa dicit peccatorem emi à Diabolo , & ita eſſe Diaboli iure emptionis : Thomas autem econtrario, quod eſt Diaboli iure belli , quo vincit eum. Et quidem textus hic & melius in d.c. *non eſt*. ſentiunt id , quod ait gloſſa hic,& melius ibi. Quare videtur dicẽdum,quod emptio & ſeruitus prædictæ ſpirituales non ſunt vera emptio, nec vera ſeruitus : ſed metaphoricæ & ſimilitudinariæ.Et ita peccator duplici ratione poteſt dici eſſe Diaboli, primo iure belli, quia poteſt dici victus ab eo in prælio ſpirituali. Secundo iure emptionis , eo quod poteſt dici metaphoricè emptus ab eo per pretium voluptatis & oblectamenti , quod dat ei ſuggerendo, vel offerendo illi peccatum, quod qualecumque ſit aliqua ratione eſt delectabile. Quare ita S. Thomas rectè intelligi poteſt de debito ſeruitutis metaphoricæ: Ambroſius autem de debito emptionis metaphoricæ.

a *Luc. 21.*
b *In d. art. 4.*
c *Eccleſ. 29.*
d *Ibidem.*
e *In ca. 1. ſub finẽ de cleric. non reſident. lib. 6.*
f *59. diſtinct.*
g *61. diſtinct.*
h *23. quæſt. 5.*
i *Super capit. quãdo de cõſecrat. diſt. 1. cap. 12.*
k *In verbo peccata.*
l *Daniel. 4.*
m *Epiſt. 2. n. 1. queſt. 1.*
n *13. quæſt. 2.*
o *Ca. 1. quæſt. 2.*
p *In cap. 3. lib. 1. de Iacob & vita beata.*
q *In c. non eſt 15. q. 1.*
r *3 part. qua. 48. art. 4.*
s *2. Pet. 2.*

7 Aduertendum ſecundo , quod nec etiam redemptio, nec liberatio à ſeruitute diaboli , quibus nos redimimus, & inlibertatem vindicamus per eleemoſynam,& alia bona opera gratia diuina facta ſunt verè redemptio & liberatio,ſed metaphoricæ,& ideo non ſeruantur adamuſſim leges emptionis & liberationis veræ.

8 Nec enim offert, nec ſoluit peccator diabolo quidquam vti emptori & domino , quo ſe redimat vel liberet, ſed Deo. Quia peccator ſoluit de pretio paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti,quod pro ipſius redemptione ſoluit, iuxta illud. [a] *Quę non rapui , tunc exoluebam.* Non quidem diabolo,ſed Deo Patri omnipotẽti, & tori ſummæ & glorioſiſſimæ Trinitati , quod vtique pretium cõmunicatur ſibi per ſacramenta ſupernaturaliter ab ipſo Chriſto inſtituta, vt tradit B.Thomas, [b] in hæc verba: *Quia redemptio requirebatur ad hominis liberationẽ per reſpectum ad Deum, non autem per reſpectum ad diabolum: non enim erat pretium ſoluendum diabolo,ſed Deo.Et ideo Chriſtus ſanguinem ſuum , qui eſt pretium noſtræ redemptionis, non dicitur obtuliſſe diabolo,ſed Deo.*

9 Neque obſtat,quod iuſtitia iubet vnicuique ius ſuum tribui. [c] ergo etiam diabolo, cui debet ſeruitutem, tenetur pro illa ſoluere , ſicut ſoluit Deo pro reatu : tum quia quoad pœnam homo principaliter erat Deo obligatus ſicut ſummo iudici:diabolo autem tamquam tortori,ſecundum illud; [d] *Ne forte tradat te aduerſarius tuus iudici, & iudex tradat te miniſtro*,id eſt *angelo pœnarii crudeli*, vt ait D. Chryſoſtomus, & ita ſufficit ſatisfacere Deo principali creditori, tum quia nemini debet ſua fraus & dolus prodeſſe, [e] & diabolus dolo & fraude vincit peccatorem. tum quia tortori nihil debetur,donec executio torquendi fiat, iudice auctore , & Deus non facit poteſtatem torquendi peccatorem verè ante mortem pœnitentis.

a *Pſalm. 68.*
b *In diſt. art. 4. ad 3.*
c *Le. iuſtitia. ff. de iuſtit. & iur. & §. inſt. inſtitutionib. eodem tit.*
d *Matth. 5.*
e *Cap. ſedes apoſtolica. de reſcript.*

CAP. MEDICAMENTVM.

IOANNES OS AVREVM, hom. 9. ad cap. 6. epiſt. ad Hebr.

MEdicamentum fortius, quod maxime operatur in pœnitentia eſt eleemoſyna,& infra. Audi enim quid dicat ſcriptura diuina: Date eleemoſynam , & ecce omnia munda ſunt vobis.

SVMMARIVM.

1 Satisfactionis partes eleemoſyna,ieiunium,& oratio.
1 Eleemoſyna maxima partium ſatisfactionis.
2 Eleemoſyna non obligat ſed incitat ad orandum.
3 Eleemoſyna vt virtualiter ieiunium,& oratio.
4 Eleemoſyna ſine pœnitentia non delet peccatum.

1 NOta primo hic videri caſum expreſſum, quod maxima partium ſatisfactionis,quæ omnium conſenſu ſunt tres,eſt eleemoſyna,vt tradit Thomas, [f] de quibus communiter omnes Theologi tractant, [g] licet Sotus quadam ratione non inepta tractet de illis. [h]

Pro qua concluſione facit primo, quod S. Thomas recenſendo partes pœnitentiæ primo nominat eleemoſynam,ſecundo ieiunium,tertio orationem : licet Sotus vbi ſupra primo nominet ieiunium, ſecundo orationem , tertio eleemoſynam,quamuis ſub finem etiam primas partes concedat eleemoſynæ.

Secundo , quod plura vincula fortiora ſunt vno, iuxta illud; [i] *Triplex funiculus difficilius rumpitur*,relatum in cap.1. [k] & eleemoſyna virtualiter videtur continere omnes tres ſatisfactionis partes,ſe ſe quidem quatenus iuuat miſerum inopem: ieiunium verò quatenus porrigendo , quæ ad ſui corporis ſuſtentationem pertinent, quadamtenus affligit corpus: orationem autem quatenus excitat eum, cui ſubuenit ad orandum pro ipſo.

Luc. 11.

f *In 4. lib. ſen. diſt. 15. quæſt. 1. art. 4. quæſtiuncula 3.*
g *In d. quæſt. 15.*
h *In diſt. 19. qu. 2. art. 3.*
i *Eccleſ. 4.*
k *de treu. & pac.*

2 Dixi autem supra, *quod excitat inopem ad orandum*, & non quod obligat, vt dixit dominus Cardinalis in proxime præcedenti c. quia id nullo iure probatur, immo si quis daret eleemosynam in pretiũ orationis, admitteret simoniam argumento definitionis simoniæ datæ à glossa communiter recepta, [a] quod etiam asserit Sotus.

Tertio quòd de nulla prædictarum partium tam absolutè dicitur tollere & mundare peccata, quàm de eleemosyna, iuxta illud. [b] *Date eleemosynam & ecce omnia munda sunt vobis*, & illud. [c] *Peccata tua eleemosynis redime*, & iterum, [d] *Eleemosyna ab omni peccato liberat.*

Contra tamen hoc facit, quod oratio est actus Latriæ, siue religionis maximè Deo gratus. Religio enim est virtutum moralium maxima, vt probat D. Thomas. [e] Secundo quod in præfatione missæ Quadragesimæ dicitur de ieiunio, *Vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia.* Tertio quod dominus [f] dicit, *Hoc genus Dæmoniorum non eiicitur, nisi in ieiunio, & oratione.*

3 Ad horum primum, & secundum respondetur, quod eleemosyna legitime facta est virtualiter oratio, & ieiunium, cùm tamen illæ non sint virtualiter eleemosynæ.

Ad tertium respondetur negando consequentiam, nullo enim medio apto sequitur, eleemosynam non esse potissimam partem satisfactionis, ex eo quòd ad eiectionem cuiusdam generis Dæmoniorum requirantur ieiunium & oratio, vt palam est.

4 Nota tertio, quòd finis huius cap. videtur probare, solam eleemosynam sufficere ad condonandum peccata. Contra quod est textus expressus supra in cap. *non sufficit*, vbi resoluimus, quod hoc cap. & omnia iura diuina & humana significantia, eleemosynam, fidem, vel aliquam virtutem sufficere ad remissionem peccati, nõ sunt ita intelligenda, quod illa per se sola sufficiant ad remissionẽ peccati: sed quod sunt magna pars ad illam consequendam per legitimam pœnitentiam. Ob quod diximus supra, stultè errare quosdam diuites, qui putant se sine vlla iusta pœnitentia, immo etiam sine confessione, neque proposito cessandi à peccatis eorum, veniam esse consequuturos.

a 1. *quæst. 1. in summa.*

b *Luc. 11.*
c *Dan. 4.*
d *Tob. 4.*

c 2. *2. qu. 81. art. 6. & qu. 88. art. 6. & quodlib. 6. artic. 11.*
f *Math. 17.*

CAP. DEVS.

AMBROSIVS CAP. II. LIB. I. DE POENITENTIA.

* *Alias distinctionem.*

DEus * definitionem non facit, qui misericordiam suam omnibus promisit, & relaxandi licentiam sacerdotibus suis sine vlla exceptione concesit, sed qui culpam exaggerauit, exaggeret pœnitentiam. Maiora enim crimina maioribus abluuntur fletibus.

SVMMARIVM.

1 Peccato de diuturno, an diuturnè pœnitendum.

1 NOta ex postremis huius cap. verbis tantò maiorem pœnitudinem requiri ad deletionẽ peccati, quantò maius est peccatum, non solùm quoad intensionem ipsius pœnitudinis: sed etiam quoad durationem eius. Ita quod requiritur interior & diuturnior. Qua de re copiosè satis superque dictum est supra in ca. *vide benignum.* g

g *Nus,*

CAP. FLEAT.

IDEM LIB. II. DE POEN. CAP. X.

FLeat prote mater Ecclesia, & culpam tuam lachrymis lauet. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 Peccator, etiam occultus petat suffragia ministrorum.
2 Ecclesiæ pro venia pœnæ de consilio tantùm.

1 NOta quod hoc c. intelligitur duobus modis. Primò quidem de peccato publico, vt sentit glossa. pro qua facit verbum, *Mater Ecclesia*, cui non fit confessio occultorum secretè vt confessario. [a] Et sensus est quod peccator debet fletu, mœstitia, & tristitia exteriori significare interiorem dolorem, quem habet, de peccato, Ecclesiæ, id est ministris Ecclesiæ, qui pro eius venia Deum deprecentur.

Secundo modo intelligitur de omni peccato mortifero, siue sit occultum, siue publicum: tum per illa verba. *Videat te Christus mœrentem*: tum quod contextus loquitur generaliter, & ita generaliter est intelligẽdus. [b] tum quod eadem ratio videtur de vtroque. Quoniam vterque indiget suffragio Ecclesiæ ad impetrandam veniam pœnæ suo peccato debitæ, de qua textus videtur loqui iuxta glossam. [c] Et quidem vterque intellectus est in se verus, sed secundus aptior videtur & vtilior. Ita quod sit sensus, peccantem morriferè, siue id palam, siue clam faciat, non solum debere contritionem & animi dolorem de peccato habere, & illud confiteri, per quæ remittatur quo ad culpam: sed etiam debere quærere suffragia Ecclesiæ, missas scilicet, & alias preces, vt condonetur ei quoad pœnam hic, vel in purgatorio subeundam, etiam post remissionem eius quo ad culpam, vt dicemus in cap. *mensuram.* [d] Quod tamen notabile temperandum est, vt procedat de bono consilio: non autem de præcepto.

2 Quia peccator legitimè contritus, & rite confessus non tenetur de præcepto sub pœna noui peccati petere aliqua suffragia pro venia peccati quo ad pœnam, nisi id fuerit impositum sibi à confessario, & ab eo acceptatum, vt diximus in cap. 1. [e] quidquid contra dicere videatur dominus Cardin. per illud Augustini capit. 10. de vera & falsa pœnitentia. relatum in dicto cap. 1. scilicet: *Nisi vnitas Ecclesiæ succurrat, nisi quod deest peccatori, sua operatione cõpleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui*: quoniam illud dictum est temperandum eo modo, quo notabile nostrum temperauimus.

a *Cap. sacerdos. inf. dist. 6. & ca. omnis. de pœnit. & remiss.*

b *Leg. de pretio vero. ff. de publicana in rem actione, & cap. fulia. §. fi. de minorit. & obedit.*
c *In verb. culpam.*

d *Inf. eadem.*

e *Inf. dist. 6. num. 40.*

CAP. ADAM.

AMBROSIVS CAP. XI. LIBRI SECVNDI DE POENITENTIA.

ADam post culpam Deus statim de Paradiso eiecit, non distulit, sed statim separauit à deliciis, vt ageret pœnitentiam statim tunica vestiuit eum pellicea non serica.

SVMMARIVM.

1 Adam frequenter Gratianus meminit.
2 Adam vox Hebræa significat id, quod homo Latinis.
3 Adam creatus extra paradisum in agro Damasceno.
4 Protoplastus cur dictus Adam, siue ruber.
5 Adam creatus in gratia & iustitia, & saluatus.

SVper hoc celebri cap. in quo de primis diebus Adam, siue Adami tractat D. Ambrosius, ego postremis diebus meis scribens dicam de illo tamquam de parente omnium primo sequentia.

1 Primum, quod in multis locis Magister noster Gratianus de illo & illius factis meminit, vt hic & in ca. *Adam.* [f] & in cap. *vt cognouerunt.* & in ca. *tolle.* g & alibi sæpe.

2 Secundum, quod אדם Adam vox Hebræa significat idem quod homo, siue terrenus, aut terra rubra, vel indigena, secundum Hieronymum in interpretatione nominum Hebraicorũ. Qui [h] ait, in omnibus locis sacræ Scripturæ, in quibus à Latinis scribitur filius hominis, vel filij hominis, ab Hebræis scribi filium Adam, vel filios Adam, & multos recentiorum scribere Adamus pro Adam.

3 Tertium, quod licet in Genesi non exprimatur, quo loco fuerit creatus Adam, tamé exprimitur fuisse creatum extra paradisum, & Euam intra illum, [i] & in agro Damasceno, vt addit glossa eius quod potuit desumere ex glossa, l. *filij.* [k] & vtraque à magistro Historiæ Ecclesiasticæ.

4 Quartum, quod probabilius videtur dici, primum parentem nostrum vocatum fuisse Adam, siue Adamum id est rubrum eo quod corpus eius fuit de terra rubra formatum, quàm quod, vt Archidiaconus inquit, terra illa, ex qua formatum fuit sanguine replenda erat. Quia sedes animæ in sanguine est, [a] vel quia peccaturus erat: & peccata appellantur sanguis vel sanguines, vt ait glossa. [b] Pro quo potuit allegare illud. [c] *Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ.* Et glossam ca. *inter hæc.* [d] ibi, *Sanguinẽ sanguis tangit, id est peccatum peccato additur.* [e] Probabilius, inquam, quam illud Archidiaconi. Quoniam antequam peccaret fuit appellatus Adam, hoc est ruber: & à sanguine, quem nondum habuerat, non satis apte nomen accipere poterat. Et quod sunt, qui dicant in agro Damasceno terram esse rubeam, aut certè ad calorem rubeum inclinantem. Quamuis parum referat, vtrum horum dicatur; cùm magis curiositatem quàm vtilitatem sapiant.

5 Quintum; quod Adam fuit creatus in gratia, ita quod non solum habuit gratiam gratum facientem antequam peccaret, vt probatur hic auctoritate D. Ambrosij, & multis aliis adductis à Gratiano, [f] sed etiam habuit à principio suę creationis; non solùm iustitiam originalem, qua sensus rationi, & ratio Deo subdebatur: verum etiã gratiam, qua fuit gratus Deo ab instanti suæ creationis; quæque iustitia originalis tamquam sua vera radice sustentabatur, vt declarat S. Thomas communiter receptus, [g] declaratus ibi à Caietano. Quod ipsum tenet post Magistrũ & communem idem S. Thomas. [h] Quodque post recuperatam gratiam, quam cum Paradiso terrestri per peccatũ amiserat, tandem cælestem eundémque æternum cũ gloria introiuit; testari videtur D. Ambrosius in ca. *fexto die.* [i] & Augustinus in cap. *sicut primi.* [k] vbi pro nobis orare dignetur, Amen.

a *Cap. Moyses 32. q. 2.*
b *Distin. 3.*
c *Psal. 50.*
d *Verbo sanguine inf. d. 3.*
e *Ca. admonere inf. eadem. q. 1.*

f *Infr. d. 2. c. vt cognouerunt. & cap. tollat cum multis §§. seqq.*
g *1. par. q. 95. art. 1.*
h *In 2. li. sentent. dist. 29. q. 2. art. 3. & dist. 20. quæst. 2. art. 3. & 22. quæst. 3. art. 1.*
i *30. dist.*
k *Inf. eadem Aug. in li. 50. hom. vlti. cap. 3.*

Contra quam diuisionem facit primò, quòd baptismus est ianua sacramentorum, vt habetur in cap. *veniens.* [a] & tradit S. Thomas. [b] Nam pœnitentia, secundum Hieronymum dicitur secunda tabula respectu baptismi, sed secundum non est ante primum.

2 Secundo quod nondum viuens vita spiritali non potest actum viuentis spiritaliter agere: [c] at assumere sacramenta est actus viuentis spiritaliter: ergo non potest illa prius, quàm baptismum, per quẽ incipit illa vita, sumere.

3 Tertium, quod adiunctum ex membris bonæ diuisionis debet conuerti cum diuiso. [e] quod non contingit in hac diuisione. Siquidem diuisum, quod est pœnitentia, conuenitur peccato veniali ante baptismũ admisso; quæ tamen non includit sub disiuncto membrorum huius diuisionis, vt palam est, nec pœnitentia solemnis, de qua in cap. *ex pœnitentibus.* [f] videtur includi sub vllo illorum.

Ad horum primum, & secundum respondetur, quod vt supra in rubrica huius dist. & in glossa summæ tactum est, & tradetur in cap. *pœnitentia.* g pœnitentia dupliciter accipitur; vno modo pro pœnitentia virtute, seu actu pœnitendi; alio modo pro sacramento pœnitentiæ, vt in capit. *quod in te.* [h] & cap. hoc loquitur de pœnitentia virtute, quæ est prior baptismo, vt tradit S. Thomas. [i]

Ad tertium respondetur, negando, quòd pœnitentia; quæ est diuisum non conuertatur cum disiuncto ex membris diuisionis. Quia non est verum, quod peccatum veniale admissum ante baptismum, & pœnitentia solemnis non includatur sub aliquo membro diuisionis: illa enim includitur sub primo, & hæc sub secundo. Itaque pro triplici statu pœnitentis triplex est statuta pœnitentia. Prima pro pœnitente, qui non est baptizatus, & est omnino extra Ecclesiam. Secunda pro existente intra illam per baptismum, sed non per meritum. Tertia pro existenti intra Ecclesiam, etiam per meritum; sed obfuscatus veniali.

5 Nota secundo id, quod supra, [k] notauimus contra hæreticos ætatis nostræ, scilicet non sufficere ad remissionẽ peccatorum, cessare ab eis, mutare vitam, & non amplius illa peccare: sed oportere detestari prærerita, & de illorum admissione dolere. Habent etenim suprascripta verba; *Omnis enim, qui iam suæ volũtatis arbiter constitutus est, cùm accedit ad sacramenta fidelium, nisi eum veteris vitæ pœniteat, nouam inchoare non potest.* De quo latius diximus in dicto cap. *non sufficit.*

Nota tertio ex illis verbis: *Quid enim interest ad naufragium? &c.* Quod per sola peccata venialia potest perdi gratia baptismalis: & consequenter quod plurima venialia possunt constituere vnum mortale, cui apparet concordans illud eiusdem Augustini super illud. [l] *Qui incredulus est filio, non habebit vitam.* relatum à Thoma. [m] *Peccata minima, si negligantur, occidunt.*

Sed contrarium est tenendum, vt idem Thomas communiter receptus ibidem tenet: tum quia ea, quæ differũt in infinitum, non transmutantur ad inuicem: sed peccatũ mortale, & veniale differunt in infinitum: vt probat idem S. Thomas, [n] quia mortali debetur pœna æterna, & veniali temporalis, vt probat idem S. Thomas communiter receptus, vbi supra: tum quia nullæ summæ finitæ possunt constituere summam infinitam; quia implicat contradictionem, quæ non potest consistere. [o]

6 Ad hoc autem cap. & ei concordantia respondetur, nõ esse ita intelligẽda, vt vlla venialia, etiam totius mũdi coniũcta posint efficere vnum mortale, nec inducere iacturam gratiæ: sed disponere posse ad mortale. ita quod assuetus admittere, & negligere illa, facile inducatur ad consentiendum alicui mortali, & ipsemet S. Thomas ibi respondet: non tamen citando hunc textum. Ex quibus sequitur primo, vt illud Augustini prælatum in §. *criminis*, [p] *Nullum peccatum adeo est veniale, quod non fiat mortale dum placet*, non sit ita intelligẽdum: vt venialia, eo solo quod placeãt fiãt mortalia: quia ex eo sequeretur, quòd omnia venialia essent mortalia: siquidem omnia placẽt, & sunt voluntaria. Quandoquidem nullum est peccatum, quod nõ sit voluntarium, secundum eundem Augustinum, [r] relatũ in §. 1. [s] & rursus eundem Augustinum, [t] quem refert Gratianus in cap. *meriti.* [v] Sed quod illa venialia, quæ ita placent, vt fierent, etiamsi essent mortalia, vel contra leges

a *De presbyt. non bapt.*
b *In 3. par. quæst. 63. art. 5. & q. 66. ar. 5. ad 1. & 4. dist. 1. ar. 1. quæstiuncula 3.*
c *Cap. secunda. supr. eod. & Arg. prædicti. veniens.*
e *§. 1. inst. de obligat. quæ ex delict. nascun. & 50. dist.*

f *Infr. dist. 3.*

g *Dist. & remiss.*
h *In 3. par. q. 84. art. 6. ad 2. & q. 90. ar. 4. ad 1. & in 4. dist. 16. quæst. 1. ar. 2 quæstiunc. 1.*

k *Eadem in. non sufficit. num. 1.*

l *Ioann. m 1. 2. qu. 88. art. 2. & 4. n 1. 2. q. 72. art. 5. ad 1. & q. 87. art. 5. ad 1. & in 4. d. 16. q. 3. art. 2. quæstiunc. 4 ad 5.*

o *Leg. vbi repugnantia ff. de reg. iuris c. sollicitudinẽ. de appellat.*
p *Sermone quarto de animabus de funct. q. 25. dist.*
r *In lib. 3. retract. cap. 12. & in lib. de duabus animabus ca 11. & 15. quæst. 1.*
s *Ad cap. 15. lib. 4. viginti quatuor quæstionum super Numeros.*
v *Ead causs. & quæst.*

ad mortale obligantes: aut ita vt in eis constituatur finis vltimus: tunc enim per talem circunstantiam mutantem illũ de vna specie moris in aliam efficiũtur mortalia: sed non est idem in genere moris, licet sit in genere entis, vt colligitur ex eod. S. Thoma, [a] & ex iis, quæ nos diximus in Enchirid. confess. [b]

Sequitur secundo, quod licet vnus & idem actus manens idem in genere entis possit esse venialis in vna parte alicuius temporis, & mortifer in alia parte eiusdem: nõ tamen potest fieri, quòd idem actus manens idem in genere moris pro eodem temporis momento sit venialis & mortifer. Quod quidem corollarium totum verificatur in actu nolendi aliquid per totam vnam horam, in cuius dimidio primo erat illicitum venialiter id velle: & in altero dimidio incipit esse mortiferum per legem, vel præceptũ, vel circunstantiam superuenientem. Huiusmodi enim actus in priore dimidio esset venialis, & in posteriori mortalis: in nullo tamen momento simul est mortalis, & venialis, quod colligitur ex S. Thoma, [c] & ex præludio præfato.

Nota quarto ex illis verbis: *Cùm dicimus, Dimitte nobis debita nostra*, &c. quod venialia peccata per orationem dominicam remittuntur. Pro quo est glossa solennis, [d] quæ admonet septem alios modos, quibus condonatur peccatum veniale. De quibus, & aliis modis, quibus illud cõdonatur, dicemus latius in cap. *de quotidianis*. [e] reddendo rationem, quare per illa condonantur: & quare multi decipiuntur putantes sibi ea condonari, quoties illa faciunt, vel eis fiunt. Vbi etiam soluuntur quinque quæstiones, de peccatis venialibus, quas in cap. *perfecta*. huc [f] remisimus [g] soluendas.

a *Vbi supra art. 5.*
b *Prælud. 9. à num. 18.*
c *Vbi supra.*
d *In proœmio lib 6. verbo benedictionẽ.*
e *infr. dist. 2.*
f *Supra eod.*
g *Num. 1.*

In glossas.

SVMMARIVM.

9 Peccans venialiter ex contemptu, an peccet mortifere.
9 Contemptus auget peccatum, & mutat speciem.
10 Contemptus auget demeritum, vt caritas meritum,
11 Peccandi venialiter nulla caussa iusta.
14 Contemptus quis, & quis præsumptus.
13 Contemptum verum non inducit consuetudo.
14 Contemptus minus principalis non attenditur ad hoc.
15 Contemptu clauium quis peccet.
16 Peccando venialiter qui parasiti peccant mortiferè.
17 Pœnitentia, an vlla propriè parturiat vllum.
18 Emendandum vt illud; Singula, quę non prosunt, &c.

9 NOta ex glossa prima conclusionẽ quotidianã, quòd qui peccat, peccata venialia ex contemptu, peccat mortaliter. Pro qua facit primo glossa singularis & recepta, [h] quatenus habet, quod licet transgressio consiliorũ Christi regulariter non sit peccatum, vt nos post alios diximus in Enchirid. confess. [i] & supra: [k] est tamen quando illa fit ex contemptu.

10 Secundo, quod S. Thomas huic glossę concordans, [l] ait, respõdendo ad primum argumẽtũ formatũ ad probãdũ, quod frequentia venialium efficit de peccato veniali mortale, quod diuturnitas non est circumstantia trahés in aliã speciẽ: similiter nec frequẽtia, vel assiduitas, nisi fortè per accidens ex aliquo superueniẽte. Nõ enim aliquid acquirit nouã speciẽ in eo, quod multiplicatur, vel protelatur, nisi fortè in actu protelato, vel multiplicato superueniat aliquid, quod variet speciem, puta inobedientia, vel contemptus, vel aliquid huiusmodi. Per quę clarè inquit, peccantẽ vẽialiter ex cõtemptu mortaliter peccare.

11 Tertio, quod per illud S. Thomę, [m] scilicet: Sicut meritum præcipuè consistit penes caritatem: ita demeritum præcipuè consistit penes contemptum Dei. Vnde secundum quod aliquis Deum per actum peccati magis contẽnit, secundum hoc maiorem reatum incurrit. Quod probatur per illud Aristotelis: [n] *Sicut se habet oppositum in opposito, ita propositum in proposito*: probatum in cap. *sciendum*. [o] l. *& si cõtra tabulas*. [p] & tradit & declarat S. Thomas. [q] Probatur itẽ per illud eiusdẽ S. Thomę. [r] scilicet quod peccato suo genere veniali potest inesse à parte cõtemnentis maior contemptus Dei, quàm inest alicui grauissimo peccato mortifero. Pro quibus omnibus est glossa in cap. *cum quidam*. [a] ibi: *In quantitate contemptus meritur Deus quantitatem reatus, quantum enim frangitur* (alias fringitur) *iustus, tantum amat*: [b] ergo à simili quantum contemnit, tantum peccat. [c]

h *In cap. quis autem. 10. di.*
i *Cap. 20. nu. 2.*
k *Ead. in gloss. summæ. num. 8.*
l *1. 2. quæst. 88. art. 5.*
m *In 4. qu. 9. art. 3. qu. 3.*
n *Lib. 2. Eth. ca. 2. à medio.*
o *8 questio. 1.*
p *ff. de vulg. & pupil.*
q *In quæst. de malo qu. 4. arti. 6. ad 6. & quæst. 13. artic. 4.*
r *In 4. distin. 9. articul. 3. quæst. 3.*

12 Contra tamen hanc conclusionẽ facit neruosè, quòd ex ea videtur sequi, omnes fere, qui peccamus venialiter, peccare mortaliter. Quoniam omnia quæ facimus vel omittimus facere aliquid sine iusta caussa, videmur facere ex contemptu, vt habet glossa solennis & memorabilis, [d] omnes item, qui scienter facimus aliquid contra ius secundum glossam: [e] & constat omnes peccantes venialiter facere id sine iusta caussa. Quia nulla de caussa possunt iustè peccare. tum argumento §. 1. [f] tum quia repugnant inter se peccare, & iusta causa id facere; quia ob nullam caussam licet peccare, & bona pars hominum, qui venialiter peccãt, scit, vel scire debet se venialiter peccare.

13 Ad hoc argumentũ respondetur, quod aliud est præsumi aliquem ex contemptu peccare: aliud verè ex contemptu coram Deo peccare. Is enim præsumitur ex contemptu peccare, qui per indicia, & coniecturas iuridicas in foro exteriori est censendus ex cõtemptu peccare. Et de hoc sunt intelligendæ duæ glossłæ prædictæ. [h] Ille verò dicitur vere ex contemptu peccare, vt resolutius aliàs diximus in Enchirid. confess. [i] qui principaliter mouetur ad id, eo quod legem, vel illius auctorem parui facit: non autem qui mouetur & inducitur ad id principaliter per iram, auaritiam, aut aliam caussam etiam iniustam secundum vtrumque Thomam, [k] & Archidiaconum, [l] & Dominicum, [m] quantumlibet hoc inuoluat Felinus. [n] Nec etiam ad id sufficit consuetudo peccandi iuxta mentem S. Thomæ, [o] quam optime & dilucide declarat Caietanus, quidquid dicat Ricardus, [p] quem sequitur Angelus, [q] & alibi sæpe. Quia quamuis cõsuetudo multum faciat ad præsumendum huiusmodi contemptum in foro exteriori: nihil tamen facit, quoad interius, vbi sola veritas consideratur. [r]

a *De iureiuran. verbo dignitate.*
b *7 quæst. 1. cap. aduersus. §. cum vero.*
c *Argum. 11. quæst. 3. cap. non solum. 9. cum ergo.*
d *In cap. metropolitanũ. 2. quæst. 7.*
e *Cap. cum illorum. de sent. excom. num. verb. in contemptum:*
f *31. quæst. 1.*
g *Cap. si aliquid. iuncta gloss. 2. 2. q. 4.*
h *Cap. metropolitanum & cap. cum illorum.*
i *Cap. 13. nu. 42.*
k *1. 2. quæst. 80. artic. 9.*
l *In cap. quicumque 81. distin.*
m *In cap. nullus 55. distin.*
n *In cap. cum quidam. de iureiurã. col. 3. & 4.*
o *2. 2. quæst. 186. artic. 9.*
p *In quodlib. 1. quæst. 19.*
q *In verb. inobedientia, §. 1. & verb. feria. §. 42.*
r *Ca. tus. de sponsalibus. c. humana. 22. quæst. 5.*
s *Leg. si quis nec caussam. ff. de reb. credit. & c. qui prouerit. 61. distinct.*
t *In dicto cap. nullus. 55. distinctio.*
v *In 3. not ab.*

14 Dixi vltra alios, *principaliter*, quia non sufficeret, quod minus principalis caussa peccandi esset, quod non tanti, quanti deberet, faceret legem, regulam, vel præceptum contra quod peccat venialiter. Tum quia id est principaliter attendendum, quod principaliter intenditur. [s]

15 Tum quia ratus est, qui scienter peccet aliquod veniale, quod non peccaret, si esset mortale, qui quadamtenus non contemnat legem, vel regulam illud vetantem. Sed ad hoc, vt non incurrat mortale, sufficit, quod principaliter non moueatur ad id peccandum ex eo, quod non facit illam tanti, quanti debet: sed propter aliam caussam iustam pietatis, vel vrbanitatis, aut iniustam iræ, auaritiæ, voluptatis, vel aliàs simile. Facit ad hęc stylus curię, cuius meminit Archidiaconus, [t] secundum quem petitur & datur absolutio à censuris petentibus illam, & allegantibus non contraueniss illis per contemptum, quamuis scienter, & sine caussa iusta contraueniant, vel non pareãt eis: quia aliud est non parere, vel contrauenire: & aliud principaliter ex contemptu illarum id facere.

16 Ex hoc notab. & ex dictis, [v] super textu sequitur primò, nulla peccata venialia, quotquot sint illa, equipollere vni mortali. Secundo nullum veniale manens idem in genere moris effici mortale. Tertio nullum idem, etiam in genere entis, esse mortale, & veniale pro eodem momento temporis, licet possit esse pro diuersis. Quarto venialia posse disponere, caussamque dispositiuam esse ad committendum mortale, parando gradum & occasionem ad peccandum mortaliter, & assuefaciendo ad transgrediendum legem obligantem ad veniale tantùm. Quinto, omnes qui peccant venialiter scienter & aduertenter eo principaliter, quòd renuunt subdere se, vel obedire legi obliganti ad veniale, vel tam affecti, quod omitterent id facere; licet esset mortale, vel finem vltimum in eo constituendo peccare mortaliter. Sexto non videri ex contemptu peccare mortaliter eo solo, quod scienter & sine iusta caussa, vel iniusta id faciat, vel omittat aliquid, quod ex se est veniale, nec etiam si principaliter alia de caussa iusta vel iniusta id faciat, vel omittat principaliter; licet minus principaliter sit etiam caussa quod legem obligantem ad veniale non faciat tanti, quanti deberet: quæ sunt maximè quotidiana, & memoranda, tam confessariis, quàm pœnitentibus. Septimo ex iis sequitur, quosdam parasitos dicaces, irrisores, subsannatores ac murmuratores, qui faceta dicteria & patua schommata, vel alia parum nocentia dicunt caussa iocandi, & placendi sibi, vel aliis eo affectu, vt non abstinerent à suis dicteriis & facetiis, etiam si id esset peccatum mortiferum: peccare mortaliter. Septimo impium esse illud adagium cuiusdam Ethnici: *Licet perdere amicum, ne taceatur falsum dictum.*

17 Nota ex glossa secunda, quod verbum, *parturit*, impropriè ponitur in hoc cap. quatenus inquit, pœnitentiã ante baptismum parturire hominem natum: quia non parit illum, sed disponit ad pariendum per baptismum.

Contra quod facit, quod verbum, *parturio*, secundum originiarum & propriam significationem refertur ad partum corporalem [a], & per translationem, & metaphoram refertur ad partum spiritalem: de quo loquitur textus, & consequenter impropriè ponitur. Quare cautius dixisset glossa quod verbum, *parturit*, ponitur metaphoricè, cùm propriè significet partum corporalem: & quod aptè trãsfertur per figuram metaphoram ad significãdum partum spiritualem.

18 Nota ex glossa verbo collecta illud pentametrum celebre: *Et quæ non prosunt singula, multum iuuant*, per quod Speculator, [a] admonet aduocatum, vt in postrema allegatione adducat omnia fundamenta, quæ possunt prodesse sui clientis caussæ. Et suspicor, multos cepisse occasionem malè pronunciandi hunc versum ex eo, quòd ipse exponendo adiecit verbo *multa* verbum *collecta*, pronuntiant enim multi hunc versum sic: *Singula quę non prosunt, multa collecta iuuant*. Et male, quia in Hemistichio priore redundat vna syllaba: & in posteriore pro pede Dactylo ponitur pes Amphimacrus, cuius duæ hinc inde longæ habent in medio inclusam breuem, vt inquit Isidorus. [b]

a *In titulo de disputationibus & allegationib. aduocat. §. 3. nu. 4.*
b *Lib. 1. Originum, siue Etymologiarum cap. 16. de pedibus.*

CAP. SI PECCATVM
Dauid.
GREGORIVS.

SI peccatum Dauid dominus transtulit tã detestabile, quid est, quòd post omnia quæ de eodem peccato per prophetã à Domino ei dicta sunt, postmodum tanta toleravit, Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 Culpa remissa, non semper remittitur tota pœna.
2 Peccatum & delictum, licet origine differant: non tamen secundum vsum receptum, qui est seruandus.

NOta quod quamuis per contritionem, & etiam cõfessionem condonetur peccatum mortiferum, quoad culpam & pœnam æternam: remanet tamen, vt plurimũ aliqua pœna corporalis, in quam transfertur æterna luenda in hoc sæculo, vel in purgatorio, vt dictum est supra, [c] quod probat Gregorius hic multis, & præcipue exemplo Dauid, qui, [d] post quam Nathan propheta dixit ei, remissum esse sibi peccatum adulterij commissum cum Bethsabee vxore Vriæ, & homicidium eiusdem Vrię, multis malis afflictus fuit ob illa. Diximus autem supra, *vt plurimum*, quia id non semper contingit. Tanta enim potest esse contritio ex parte caritatis, & doloris sensibilis, quòd per illam solam, vel sacramento pœnitentię comitatam peccatum penitus, tam quoad pœnam, quam quoad culpam remittatur, iuxta textum & glossam solennem, [e] vbi hoc idem cum aliquot aliis adiunctis repetemus, & tradit S. Thomas. [f]

c *Ead. in c. liberter. nu. 1.*
d *Vt habetur 2. Reg. ca. 11.*
e *Ca mensuram inf. ead.*
f *In 3. lib. sentẽ. distin. 19. ar. 3. quæst. 2. in corpore q. & in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 2. quæstiuncula 3. & dist. 17. qu. 2. art. 1. quæstiuncula 1. ad 2 m cor. q. & alibi sæpe.*
g *In reg. peccatũ. de reg. iur. lib 6.*
h *In quæstio. super Leuiticum.*
i *In 4. sent. dist. 42.*

Cap. hoc integrum habetur in cons. Ench. in li. 2. Reg. c. 8. magna tamen parte hab. li. 9. Mor. c. 17.

In glossas.

2 Nota ex glossa 1. illam differentiam inter peccatum & delictũ, quam etiã ponit glossa celebris, quę hãc allegat, g & Augustinus, [h] & Magister, [i] quos nos retulimus in Enchirid. confess. [a] & S. Thomas, [b] super illis verbis: *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris?* & alibi sæpe. [c] Scilicet quod peccatum est perpetratio mali, siue actio mala: delictum autem omissio boni, quasi derelictum, siue derelictio boni faciendi. Et addit prædicta glossa aliud esse crimen; nempe peccatum graue; accusatione, & depositione dignum, [d] quam item differentiam sentit glossa, in regulis *delictum*. [e] Facit etiam glossa cap. *ille rex*. [f] quatenus inquit, *peccatum esse peccantis actionem*.

Cęterum quamuis prędicta differentia videatur verior secundum originariam, & propriam significationem: tamen secundum communem vsum loquendi receptum, etiam omissio, & desertio, siue derelictio boni faciendi appellatur peccatum, vt hęc glossa clarius ait, quam glossa prędicati cap. *peccatum*. Pro qua facit glossa prędallegati ca. *ille rex*. quatenus ait, omne, quod non est ex Deo, esse peccatum, & fortius quatenus refert definitionem peccati traditam ab Augustino; [g] quam nos retulimus in prefato Enchirid. confess. [h] & declarauimus, [i] scilicet: *Peccatum est dictum, factum, aut concupitum contra legem Dei æternam*: quia in ea per *dictum*, debet intelligi, etiam non dictum: & per *factum*, etiam non factum: & per *concupitum*, etiam non concupitum.

Ex quibus sequitur, quod leges, statuta, & aliæ dispositiones loquentes de peccato, vel delicto, debent intelligi de omni peccato, vel delicto: eo quod est vitiosum & inordinatum. Quia verba potius sunt intellig enda secundum vsum & modum communem loquendi, quàm secundum originariam significationem. [k]

a *Prælud. 7 num. 10.*
b *In 2. li. sent. dist. 42. art. 2. quæstiuncula 3. & Psalm. 24.*
c *Ad Gal. 6. lect. 1. in prin.*
d *Cap. 1. 81. distinct.*
e *De reg. iur. lib. 6.*
f *Infr. dist. 3.*
g *Lib. 22 contra Faustum.*
h *Prælud. 9. num. 5.*
i *num. 6. 7. & 8.*
k *Leg. Labeo ff. de supellectile legat. & l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. & cap. ex literis. de sponsalibus.*

CAP. SICVT PRIMI.
AVGVSTINVS CAP. XXXIIII. LIBRI SECVNDI DE PECcatorum meritis.

SIcut primi homines postea iustè viuendo merito credũtur per domini sanguinem ab ex tremo iudicio liberati, tamen non in illa vita meruerunt ad paradisum reuocari. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 Parentes primos saluatos fuisse.
2 Angelos custodes omnes habent præter Christum.

1 NOta primo idipsum, quod in notabili primo proximè præcedentis cap. est denotatum.

2 Nota secundo, primos parentes, Adam scilicet, & Euam saluatos fuisse: & nunc incolere paradisum cęlestem, quamuis fuerint à terrestri eiecti. [l] Cui cõcordat D. Ambrosius, [m] relatus in cap. *sexto die*. [n]

Et quamuis Adam nouissimus, id est, dominus noster Iesus Christus, non habuerit Angelum custodem; quia nõ eguit illo, qui omnes angelos ex nihilo creauit, & sua custodia protegit, vt post & ante alios determinat S. Thomas. [o] Adam tamen habuit illum, vt ipsemet S. Thomas, vbi supra definit. sicut & alij omnes homines habent singulos, vt ipsemet probat. [p] Vnde diabolus falsidicus male applicauit Iesu Domino Deo nostro, [q] illud. [r] *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis*: quia Christus non habuit angelum custodem.

l *Gent. c. 3.*
m *Cap. 4. lib. de Helia. & ieiunio.*
n *35. dist.*
o *1. par. qu. 113. art. 4. ad 1. & in 2. sent. dist. 11. q. 1. art. 3. ad 6. & 7.*
p *Vbi supra vtrobique art. 1. & 2.*
q *Matth. 4.*
r *Psal. 90.*

CAP. IN ACTIONE.
AVGVSTINVS IN ENCHIRIDIO CAP. LXV.

IN actione pœnitentiæ, vbi tale commissum est, vt is qui commisit, etiam à Christi corpore separetur: non tam consideranda est mensura temporis, quàm doloris. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 Peccator suspendi potest interdum à communione.

NOta primo, quod hoc cap. est desumptum ex Enchiridio Augustini; quamuis per errorē dicatur à Gratiano esse desumptum ex sermone de pœnitentia.

1 Nota secundo, quod pœnitens, ob aliqua peccata grauiora est arcendus, & ad aliquod tempus prohibendus à sacra communione, quod facit ad supra dicta in cap. *nonnulli sunt, qui arbitrantur.*[a]

a Eadem.

CAP. IVDICET.

AVGVSTINVS SERMONE QVINQVAGESIMO.

IVdicet seipsum homo in istis voluntate, dum potest *& infrà*. Vt si peccatum eius non solùm in graui eius malo; sed etiam in tanto scandalo aliorum est, atque hoc expedire vtilitati Ecclesiæ videtur Antistiti, in notitia multorum, vel coram totius plebis multitudine agere pœnitentiam non recusset, non resistat: nec lethali & mortifera plagæ per pudorem addat timorem. Et reliqua.

Aug. in li. 50. hom. hom. 50. Dap. 11. & in lib. de pœnitentia. medicin. 12. c. 3.

SVMMARIVM.

1 *Peccato pro publico, an pœnitentia publica, remittitur.*

b §. secreta. infra eod.

NOta quòd pro peccato publico publica pœnitentia est agenda, quod qualiter sit intelligendum, dicemus in cap. *quis aliquando*,[b] & diximus late in cap. 1. inf.[c]

c Dist. 6. à num. 90.

CAP. MENSVRAM.

HIERONYMVS.

MEnsuram autem temporis in agenda pœnitentia idcirco non satis apertè præfigūt canones pro vnoquoque crimine, vt de singulis dicant, qualiter vnumquodque emendandum sit. Et reliquà

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia imponenda confesso arbitraria.*
2 *Confessarius vt tenetur iustam pœnitentiam imponere.*
3 *Pœnitentia iusta quæ sit, solus Deus nouit.*
4 *Pœnitentia septennis cuique peccato debita non probatur.*
5 *Pœnitentia in quem finem sunt, & fuerunt arbitraria.*
6 *Confessarius, in imponenda pœnitentia hæc consideret.*
7 *Confessarius moneat sic pœnitentias antiquas.*
8 *Pœnitentias aliquot antiquas reuocare vtile.*
9 *Pœnitentia, quæ minuenda confesso, & quæ non.*
10 *Abstinentia cibi minor, quàm vitij mortificatio.*
11 *Abstinentia vitiorum cur melior, quàm ciborum.*
12 *Ieiunium magnum à vitiis abstinere.*

1 NOta primo ex hoc cap. pœnitentiam imponendam à confessatio pœnitenti confesso esse arbitrariam, id est, arbitrio eius relinqui, quanta pœnitentia imponenda sit pœnitenti confesso.

d Infra dist. 5.

Contra quod facit cap. *falsas*. [d] quatenus habet pœnitentias, quæ non imponuntur secundum decreta patrum esse falsas. Facit item quòd pro quolibet peccato mortali est imponenda pœnitentia septennis. [e] Quorum concordiam cum multis aliis ad eam spectantibus in dicto cap. *falsas*. satis superq; serio tractamus: & postea in Enchirid. confessatior. [f] resoluimus.

e Cap. hoc ipsum. 33. q. 2.

f Cap. 26. num. 15.

2 Primum, quod confessarius debet curare imponere pœnitentiam iustam pœnitenti: tum quia ea minorem falsam Gregorius appellat in præcitato cap. *falsas*. [g] non eo quod nihil prosit, vel absolutioné irritam faciat; sed quia pœnitentē fallere potest, præbendo ei occasioné credēdi se per illā plenè satisfacere: tū quia Abulēsis, [h] circa finem dixit confessariū imponentē pœnitentiam pro suo libito sine alia circūspectione peccare: quamuis nō declaret, an mortaliter, an venialiter: nisi quando nullam scienter iniungit. cui satis concordat Concilium Colonienſe. [i] multa de hac re tangens & Adrianus, [k] ait, sacerdotem non debere condonare offensas contra Deum factas sine multa prudentia & pœnitentia, argumento cap. *si is qui prælatus*. [a] Et Maior, [b] non esse veri amici imponere paruā pœnitentiam, neque prudentiæ eius paruitate lætari. Tum quia Concilium Tridentinum [c] declarauit debere confessarios pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate salutares & conuenientes satisfactiones, & pœnitentias iniungere. ita vt non leues pro grauibus iniungant; ne si fortè eorum peccatis connitean, & indulgēcius cū eis agant, eorum peccatorum participes fiant. Quo efficitur, vt constanter affirmemus non rectè fungi officio suo illos confessarios, qui omnibus vnam & eandem leuem pœnitentiam obligatoriam, & aliam grauiorem voluntariam imponunt.

g Inf. dist. 5.

h Super cap. 18. Ma. q. 40.

i De satisfactione. §. ex præditis.

k In 4. de sanctibus. q. 3. colum. 6.

3 Secundo, iliam esse pœnitentiam iustam, quæ neque est maior, neque minor meritaq; aquæque exæquat, & non superat pœnam peccatis confessis in purgatorio luēdam, argumento l. *iustitia*. [d]

Tertio, hanc soli Deo esse cognitam: solus enim ille nouit, quāta pœna debeatur in purgatorio peccato mortali per contritionem, & confessionem condonato; quia solus ille nouit grauitatem peccati, & vim contritionis, & partem, quam absolutio sacramentalis tollit. Metitum item operis satisfactorij, tum sacramentalis, tum cuiuslibet alius, quod pro magnitudine vel paruitate gratiæ & deuotionis magis, vel minus, saltem ex opere operantis satisfacit.

a 23. qu. 4.
b In 4. sent. dist. 20. col. 3.
c Sess. 14. cap. 7.

d ff. de iustitia & iur. & §. iustitia. inst. eod. tit. instit. uitio: & procœmij Gregorianis.

4 Quarto, vulgatum esse, vnicuique peccato mortali, iuxta canones, pœnitentiam septem annorum iniungendam esse. in quod allegatur Gratianus. [e] Pro quo numquam nos textum potuimus inuenire, vt diximus in præcitato cap. *falsas*. [f] quamuis inuenerimus multas glossas receptas, [g] quæ id dicunt. Et communis cum Hostiensi, [h] & Paludanus, [i] Antoninus id dicit. [k] Cui consonare videtur stylus concedendi indulgentias quadraginta, vel alius numeri annorum, & dierum in pœnitentiam iniunctorū. Quare contrarium putamus: tum quod id tenet S. Thomas, [l] ante quem idem sensit D. Hieronymus in hoc cap. Tum quia nec Gratianus dicit, Ecclesiam septennem pœnitentiam in singula peccata statuisse: sed tātùm pro grauissimis peccatis iniungi solitam fuisse. [m] Tum quia dici potest, illam pœnitentiam non fuisse seruatam pro foro interiori, sed exteriori, vt probamus in præcitato c. *falsis*. [n] Tum quia ibi ostendimus, illos quadraginta sex canones pœnitentiales, quos Hostiensis, [o] colligit ad forum exterius pertinere: quia ineptè imponeretur pœnitentia septennis pro vnoquoque peccato ei, qui mille cōfiteretur. Quinto, quantitatem & qualitatem iustæ pœnitentię, nunc & semper relinqui, relictámque fuisse prudentis confessarij arbitrio, [p] non quidem, vt sentit glossa, [q] & Panormitanus, [r] & Antonius Burgensis, [s] ad effectum vt pœnitens completa pœnitentia iniuncta magna, vel parua ab omni pœna purgatorij liberetur, quia hoc falsum est, iuxta Magistrum & communem, [t] & probamus in dict. cap. *Deus qui*. [v] Nec etiam ad effectum, vt pœnitens ad pœnitentiam impositam acceptandam teneatur, secundū aliquos; sed ad effectum, vt animæ negotia, quo ad hunc mundum, & quo ad alterum mediocriter gerantur.

e Dist. 50. cap. falsas.
f Num. 1.
g In d. c. falsas. & ca. ipsum. & ca. admonere 33. q. 2. & in ca. prædicandum 22. q. 1. & ca. sunt plures. de pœnit. dist. 1.
h In sum. de pœnit. & remiss. §. quæ pœna.
i In 4. sent. dist. 20. qu. 2. k 3. par. titul. 27. capi. 1.
l In 4. sent. dist. 20. qu. 2. art. 2. quæstiuncula 2. & art. 3. quæstiuncula 2. & quodlib. 2. qu. 16. ar. 1. m In dicto c. hoc ipsum. §. hinc etiam.
n Num. 14.
o In dicto. §. quæ pœna.
p Cap. Deus qui de pœniten. & remiss. & hoc cap. adnostro. & cap. tempora 26. q. 7.
q Huius. ca.
r In prædicto ca. Deus qui num. 4.
s In cap. 2. de empt.
t In 4. sent. dist. 20.

6 Sexto, confessarium circumspicere debere in æstimanda pœnitentiæ magnitudinem & paruitatem peccati, & contritionis, & qualitatem personæ pœnitentis; an sit robustus, an debilis; iuuenis, an senex; an assuefactus pœnitere, an non. An item videatur magnam recusaturus, aut, quamuis acceptet eam, nō impleturus. An sic pauper, an diues: magnoperéque curare debere, ne pœnitentiam minus aptam imponat; Qualis est eleemosyna pauperi, ieiunium perpetuo morbo laboranti, austeritas magna delicato, & in altiori loco posito. Qualis item, quæ imponitur vxori, filio, seruo, aut famulo, in notabile obsequiorum debitorum impedimentum: vel in periculum lapsus spiritualis, aut detectionis peccati occulti, iuxta mentem S. Antonini. [x] Qualis item peregrinatio mulieribus, iuxta Hostiensem, [y] maxime sine suis maritis, vel cum illis in longinquum: cum domi manentes sanctos inuisere spiritu possint, ita Maior. [z] Qualis panis & aquæ, & solitudinis melancholico, & scrupuloso. Qualis item multa

v Et in repet. §. in Leuitico, de pœnitent. dist. 1.

x 3. par. tit. 17 cap. 10. §. 10.
y Cap. mulier de sent. excom.
z In 4. dist. 17. quæst. 2.

recita

recitatio prælectori, & ad longas preces obligato, vt dicimus in præcitato §. *ponat*. [a] & aliæ similes.

a Num. 4. & 5. infra dist. 3.

7 Septimo, confessarium pœnitenti dicere debere iustam pœnitentiam, quæ sibi imponenda erat, solum Deū Opt. Max. scire: & timentes Deum, & cupientes vitare pœnas alterius vitæ antiquitus septem annorum pœnitētiam pro vnoquoque maximo peccato mortali facere solitos fuisse, iudicantes tam longam pœnam, tam magnæ offensæ purgandæ adhiberi oportere: sed quod non intendit imponere ipse, nisi sponte velit eam suscipere. Et si respondeat, se velle, & iudicat, illum impositam impleturum, iniungat eam, quæ iusta videbitur, habito respectu ad eas, quæ prædictis canonibus pœnitentialibus præcipiuntur. Nam vt habet Concilium Colonienſe vbi supra. *Iam quod sperandum non sit, vt communiter ab hominibus iterum suscipiantur pœnitentię antiquæ: bonum tamen esset, vt aliqui ad illas reuocarentur.* In quod mouere potest etiam formula antiqua concedendi indulgentias per relaxationem annorum, & dierum in pœnitentiam iniunctorum; de quarum modo intelligendi paucula, quę hoc in loco scripsimus, remittimus ad repetitionem paragraphi in Leuitico. [b]

b Infr. end. not. 11. à num. 11.

8 Octauo, quod confessarius pœnitenti nolenti accepta tam magnam pœnitentiam statisfactoriam, debet diminuere illam, quantùm ei placuerit, declarādo ei pœnam alterius mundi, iuxta Maiorem. [c] Dixi, *satisfactoriam*; quia restitutoria, vel ad exeundum à peccato necessaria; qualis est alieni restitutio; odij mortalis depositio; & dimissio concubinæ, & officij, quod sine peccato exercere nequit & conuersationis, qua se credit in peccatum mortale lapsurum, necessariò imponenda est, quam si nolit acceptare, nullatenus est absoluendus, vt dicam in cap. *satisfactio*. [d]

c In 4. sen. d. 20. quæst. 1. col. 3.

d Inf. d. 3. & præcisato §. ponat se.

10 Nota secundo, quod non valet tantùm abstinentia ciborum, quantùm mortificatio vitiorum. Contra quod facit, quòd incautè videtur separare abstinentiam à mortificatione vitij. Quoniam abstinentia cibi videtur esse mortificatio, iuxta illud Pauli. [e] *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo*. Et illud Ambrosij, [f] *Gula à paradiso regnantem expulit*) (*abstinentia ad paradisum reuocauit errantem*: relatum in cap. *sexto die*. 8 Et faciunt alia multa, de quibus ibi, & in ca. *non dico*. [h]

e Ad Corint. 9.
f Cap. 4. lib. de Helia & ieiunio.
g 35. dist.
h Cap. nectatur. cap. ieiunium. inf. de cons. dist. 5.

11 Ad quod respōderi potest primo, quod Hieronymus non intendit dicere, abstinentiam non esse speciē mortificationis: nec separari illam à genere mortificationis, nisi tamquam speciem à suo genere. Secundo quod non loquitur de abstinentia & mortificatione vitiorū: & melius esse mortificare vitia generaliter, quàm abstinere à cibis, per quod solùm salrem directè vitium gulæ mortificatur: quia vnius vitij gulæ mortificatio est abstinentia ciborum. In quod facit illud Papæ Pij, [i] relatum in cap. *nihil enim*. [k] *Nihil enim prodest homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere: nisi mens ab iniquitate, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur.*

i Epist.
k Infra de cons. dist. 5. §.

CAP. QVIS ALIquando.

IOANNES CHRYSOSTOMVS.

QVis aliquādo vidit clericum cito pœnitentiam agentem: & si deprehensus humiliauerit se, non ideo dolet, quia peccauit, sed ideo confunditur, quia perdit gloriam suam.

Est auctor imperfectus in Matth. hom. 40.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitens verus non est qui plus dolet de amisso honore, quam de amisso Deo.*
2 *Clerici quomodo plus dolere possint de beneficijs amissis, quam de gratia Dei perdita.*
2 *Clericos deteriores esse laicis, res pestilens.*

NOta primo, raros esse sacerdotes honorabiles, & qui acta honorantur, quos sui peccati mortiferi, per quod suam famam perdūt, rectè pœniteant. Ex quo infert glossa id, quod in eam infra dicemus.

Nota secundo, pœnitentem magis debere pœnitere peccati, & dolere de ipsius commissione, propterea quod offensa Dei est, quàm quod per illud perdit honorem, famam, gradum, beneficium, vel alia bona quæcunque ecclesiastica vel profana. Tum quod B. Ioannes Chrysostomus ait, non sufficere, vt pœniteat, & doleat, ideo quod honorem & famam perdat: & constat, honorem bonorum omnium exteriorum esse maximum, iuxta Philosophum, [a] & Sanct. Thomam, [b] & glossam memorabilem in extranagan. *ad conditorem* Ioann. XXII. & glossam cap. *sua*. [d] Pro quo est illud. [e] *Melius est bonum nomen, quàm diuitię multę*. Et illud. [f] *Curam habe de bono nomine; quia illud magis tibi permanebit, quàm multi thesauri*. Tum quia vna de conditionibus requisitis ad contritionem legitimam est, quod magis doleat propter Deum, seu amorem eius, quia offendit illum, & displicuit ei; quam propter aliquid aliud, vt dicemus in ca. *pœnitentia*. 1. 8 & diximus in Enchirid. confess. [h]

a Ethicor. 4.
b 1. 2. quæst. 2. art. 2. ad 1. & 2. 2. quæst. 103. art. 1. ad 2. & quæstio. 129. art. 1. ad 2.
c Verbo bonorem. de verborum significat.
d De pœn.
e Prouer. 22.
f Eccleſiast. 41.

Contra quod facit experientia, quæ est magistra rerū: [i] quæ nos docet, clericos, & etiam laicos, qui admiserunt delicta, ob quę ipso iure perdunt, vel per sententiam perdere debent sua beneficia, vel alia bona profana & laica maiorem diligentiam adhibere in adeundo Pāpam, Regem, vel alios ad impetrandam condonationem pœnę iá incursæ, vel per sententiam incurrendę, quàm in obtinendo à Deo veniam offensæ ipsi per peccarum factæ.

i Luce ca. 14.

2 Ad quod respondetur primo, concedendo id, quidem fieri, vt satis testatur hic D. Chrysostomus: negando tamē id bene fieri, vt ipsemet innuit. Secundo respōderi potest; presupponendo, quod dolor de aliquo bono amisso dupliciter potest esse maior; scilicet quoad intensionem & quoad firmitatem, siue æstimationem: verbi gratia est aliquis filius, qui peccauit morti feram aliquod peccatū, cui pater moritur, & vult iustè pœnitere sui peccati: si amat multùm patrem, longè intensius dolebit de morte patris presentis, quàm de aliquo peccato mortifero à se admisso. quod clarè significabunt lactymę corporales, & singultus eius: magis tamen dolebit æstimatiuè siue appretiatiuè de peccato mortifero contra Deum admisso, in hunc sensum, quod mallet non peccasse illud, quam patrem suum non esse mortuum.

Respondetur igitur secundo, quod licitè possunt præfati, de quibus arguitur, plus intensiuè dolere propter amissionem honoris, & bonorum, quàm propter offensam Deo factam, modo æstiment, & appetient magis offensam Deo factam, quàm illorum iacturam. Ita, quod si daretur eis optio, mallent non offendisse Deum, nec per illam offensam eius amicitiam perdidisse, quàm non perdidisse: vel non perditum iri sua beneficia ecclesiastica, vel alia profana & laica bona, quamlibet magna & pretiosa, iuxta illud. [k] *Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, & c.* Et iuxta illud. [l] *Siquis venit ad me & non odit patrem suum, & matrem suam, & c. adhuc autem & animam suā non potest meus esse discipulus.* Replicanti autem, paucos esse, quos sic pœniteat, respondēdum est, paucos esse fortè, qui hoc expresse agant: sed multos, qui tacitè vel virtualiter id efficiant. Et nullos consequuturos veniam, qui hoc expresse, vel virtualiter non efficiant, vt in dicto cap. *pœnitentia*, dicemus: orandumq; esse summopere Deum, vt misereatur nostri, & auxilietur nobis ad sic pœnitendum. Amen.

k Matth. 16.
l Luce ca. 14.

IN GLOSSAS.

2 NOta ex glossa posita in verbo *gloriam*, corollarium lametabile, quod infert ex hoc textu adiūcto notabili nostro primo: scilicet clericos esse deteriores laicis. Quod probat hoc cap. quatenus habet peius eos pœnitere suorum peccatorum, quàm laicos. Et confirmatur illo Elogio Hieronymi, [m] relato in capit. *transferunt*. [n] *Veteres scrutans historias, inuenire non possum aliquos alios scidisse Ecclesiā, & de domo domini populos seduxisse, præter eos, qui sacerdotes à Deo positi fuerant*. Et illo Augustini. [o] relato in c. *quantumlibet*. [p] *Non sum deteriores expertus, quam qui è monasterio*

m Ad cap. 5. Oseæ in comment.
n 24. quæst. 3.
o In epist. 137. ad Hipponenses.
p 47. dist.

defecerunt. Cũ tamen Hieronymus dicat, [a] relatus à Gratiano in capit. *qualis.* [b] vehementer ecclesiam Dei destruere meliores laicos esse, quàm clericos. Vbi eleganter de more asserit, non solum episcopos, presbyteros, & diaconos & alios præpositos: sed etiam alios inferioris gradus, exorcistas, lectores, & alios omnes, qui domui Dei seruiunt, conuersatione & sermone populum, cui præsident præcedere debere. Ex quibus verbis potest videri desumptum illud sacrosancti Concilij Tridentini. [c] *Nihil est quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assiduè instruat, quam eorum vita, & exemplum, qui se diuino ministerio dedicarunt*: & paulo post. *Quapropter sic decet omnino clericos in sortem Domini vocatos, vitam, moresque suos omnes componere, vt habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil nisi graue, moderatum, ac religione plenum, præseferant.* Quibus consequens primo est, magna laude dignos esse Præsules, qui omni cura & studio intendunt animo, ad purgandos omnes clericos, iuxta illud præfati Hieronymi. [d] *Tempus est vt iudicium à domo Dei incipiat.* * *Et alibi scribitur: A sanctis meis incipite:* * *In filiis autem Leui omnem intellige dignitatem.* Secundo, maximas gratias esse agendas Deo, quod ætate nostra multi clerici, & religio si libenter se reformarunt, vel reformationem susceperunt in illis locis, in quibus nos quoque vidimus laxatis ecclesiasticæ disciplinę repagulis eos vix clericaliter viuere. Tertio vehementer errare eos, qui peccata clericorum, etiam secreta palam faciunt; cum potius deberẽt etiam publica, quoad eius fieri posset, obtegere exemplo Constantini relato à Gratiano, [e] quod & alia multa in hoc scite atque circumspectè perpendit DOMINVS HIERONYMVS ALBANVS ob heroicas virtutes & maximam eruditionem iam ptidem in Summum Sacrumq; Ordinem Illustrissimorum, & Reuerendissimorum S.R.E. Cardinalium meritissime assumptus. [f]

a In commẽtariis epist. ad Titum cap. 2. in vltimis verbis.
b 8. quæst. 1.
c Sess. 22. ca. 1. de reforma. in princ.
d In cap. & purgabit. 50. distinctio.
** 1. Pet. 4.*
** Ezech. 9.*
e In capit. in scripturis. 96. distinctio.
f In li. de potestate Papæ 1. num. 164.
Chrisost. hom. 3. in epist. ad Hebr.

§. NON TIBI DICO.

IOANNES CHRYSOSTOMVS.

NOn tibi dico, vtte prodas in publicũ, neque apud alios. Et reliqua.

SVMMARIVM.

4 *Gratiani cur solutiones istæ non expendantur in §. hîc auctoritatibus.*
4 *Peccata secreta, nec tenetur quis confiteri, nec debet, præterquam in sacra confessione.*
6 *Peccatum suum secretum, quod quis debeat fateri, octo argumenta.*
7 *Iudex interrogans reos crimina occulta, vt peccet.*
8 *Reum ante iudicia, nec tormentis, nec iuramento cogendum.*
8 *Lege naturali sumus liberi à fatendo peccata occulta.*
9 *Immo & obligati ad ea tacenda.*
10 *Infamans se tormentorum metu, vt peccet.*
10 *Tormenta & cruciatus non excusant propalantem ob ea sua crimina secreta.*
11 *Lege naturali vetamur scandalizare, & detrahere.*
12 *Præcepta Decalogi esse leges naturales.*
12 *Detractio vetatur octauo præcepto.*
12 *Prohibetur præcipuè & principaliter latio falsi testimonij, & veri celatio.*
13 *Lege naturæ vetamur peccato consentire.*
14 *Iudex, quis sit detractor inordinatè inquirendo.*
15 *Lege naturali defensio corporalis, & ciuilis competit.*
15 *Interrogari nemo de crimine regulariter potest.*
16 *Famam seruare, cur melius, quam occulta puniri.*
17 *Iuramentum tortura spiritalis indicia requirit.*
18 *Consuetudo quæ corruptela.*
19 *Positio criminalis & eam includens non obligat. numero 26.*
20 *Iudici reus hæc tantùm tenetur fateri.*
20 *Infamia qualis ad requirendum necessaria.*
21 *Iudicium duplex, & quod requirit inquisitio.*
22 *Testis vnus de crimine, sed non de iudicio sufficit.*
23 *Indicium, & manifestum, & intimatum debet esse.*
24 *Potestas publica, publica scientia ducenda.*
25 *Prælato interroganti occulta non est obediendum.*
27 *Interrogans quis non respondens excusatur.*
28 *Famam fœdans restituat, etiam læsa sua fama.*
28 *Intellectus cap. qualiter & quando 2. de accusat.*

NOta hoc dictum celebre D. Ioannis Chrysostomi passim ab vtriusque iuris peritis citatum: quod secundum vnum intellectum probat, neminem teneri ad confitendum delicta sua, præterquam in sacra confessione: & secundum alium intellectum, quod male facit, qui secreta sua delicta publicat.

5 Contra quos tamen duos intellectus facit primo l. *vbicumque.* ff. [a] quæ habet, iudicem, vbicumque æquitas mouerit, posse interrogare partes.

6 Secundo, quod Innocentius, [b] tenet reum debere respondere, & confiteri veritatem iudici interroganti super crimine notorio, vel famoso: & quod eadem ratio videtur militare in aliis. Nam ratio quare tenetur respondere in illis est; quia tenetur parere superiori præcipienti, [c] ac etiam in occultis iudex interrogans est superior: ergo, &c.

Tertio prædictum cap. *dudum. 2.* [d] quatenus significat quemdam fuisse interrogatum, an plura beneficia curata possedisset.

Quarto præcitatum ca. *cum super.* [e] quatenus habet quẽdam fuisse confessum simoniam admisisse, & eius mediatorem fuisse.

Quinto capitulo vltimum, [f] quatenus innuit posse quẽ cogi ad iurandum super re petita.

Sextum ca. 8 quatenus habet, reum iussum à iudice respondere, haberi pro confesso, nisi responderit.

Septimo cap. *quidam.* [h] quatenus per illud Gregorius [i] præcipit, vt qui famoso libello secreto publicato Castorij famam læsit, proderet se ad ei satisfaciendum.

Octauo, quòd Angelus, [k] sic dicit: *Iudæa debet animaduertere: quod antequam faciat inquisitionem, interroget reum super quo contendit inquirere contra eum: aliàs si primo formaretur inquisitio, & postea interrogaret, non valeret, vt in cap.* qualiter, & quando. [l]

7 Quibus tamen non obstantibus, hoc dictum D. Ioannis Chrysostomi est tenendum, & reuerendum: atque inferendum ex eo id, quod nos intulimus in rubr. de iud. [m] scilicet vehementer errare iudices, vt iamptidem scripsimus in capit. *inter verba.* [n] qui per tormenta vel iuramentũ (quod quædam tortura est) prædictum; immo & absque illis, non probatis coram ipsis prius indiciis in id sufficiẽtibus, interrogant & compellunt partes ad respondendũ super omnibus occultis contra capit. *erubescant.* [o] ibi; *Secretorum autem & cognitor Deus & iudex est.* cap. *Christiana.* [p] & capit. *consuluisti.* [q] ibi: *Occulta verò & incognita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominum.* Vnde in specie tenuerunt Aretinus, [r] & Cardinalis Alexandrinus, [s] Iulius Clarus, [t] Hypolitus, [v] neminem de suis criminibus sine indiciis huiusmodi præuiis interrogari posse, quod in præscriptis argumentis adeo alias muniuimus, vt etiam si præfati, & alij plerique contradicant: à quouis tamen Christiano asserendum esse.

8 Quorum primum est, quod lege naturali, & diuina sumus omnes liberi, & immunes ab onere prodendi crimina nostra secreta in foro exteriori, vt probat Augustinus, [x] relatus in ĉ. *si peccauerit.* [y] iuxta hoc elogium D. Ioannis Chrysostomi hic: *Non dico tibi, vt te prodas.* Id est peccatũ tuum secretum publices, secundum glossam hîc tat. priuilegium Dei, vt pote superioris non potest tolli ab homine, vt inferiori, [z] ergo nemo potest ab vllo iudice humano cogi ad publicanda sua secreta delicta.

9 Secundum, quod non solùm prefata lege naturali, & diuina sumus liberi ab hoc onere prodendi nos, & publicandi crimina nostra secreta: sed etiam grauati onere illa tacendi sub pœna peccati, per prefatum elogium, secundum alium intelligendi modum: qui confirmatur per ca. *Quam sit graue, gloriari cum quis malefecerit,* [a] & cap. *non sunt audiendi.* [b] quatenus habet, peccare, qui famam suam negligit; quanto magis qui diffipat?

10 Quod post alios confirmat D. Antoninus, [c] & sentit Caietanus, [d] dicentes peccare eos, qui seipsos infamant,

a ff. de interrogatoriis actionibus.
b In cap. dudum. 2. de elect. in glossa magna; & in cap. cum super. de cens. ff.
c Cap. 2. de maior. & obedient.
d De electio.
e De conf. ff.
f §. fina. de iureiuran.
g De confes. li. 6.
h 5. quæst. 1.
i Epistol. 30. lib. 5.
k In tractatu malefic. verb. hoc. est quadam inquisitio vers. quarto principaliter. quæro.
l Vers. debet igitur de accusat.
m Num. 59. n 11. quæst. 3. conclus. 6. carroll. 64.
o 32. distinct. p 32. quæst. 5. q 2. quæst. 4. r In cap. qualiter, & quando 2. §. debet. de accusatio.
s In capit. de accusationibus. coll. 37. post medium 3. quæstione 5.
t In prax. criminali. q. 45. vers. sed pone aduncto vesse. aduerte tamen.
v In l. de minore. §. tormenta ff. de quæstionibus & in præsata §. constante. nume. 14. & conf. 8. nu. 11. & 12. & cõsil. 14. nu. 15.
x In sermone 16. de verbis domini.
y 2. quæst. 1. 2. Cap. inferior. 21. dist.
a De excess. prælator. b 11. quæst. 3. c 3. part. sum. 8. cap. 1. §. 1. versiculo primo modo.
d 2. 2. qu. 73. art. 2.

famant,

famant, etiamsi metu tormentorum id faciant: ita quod etiam tormenta, & cruciatus non excusant propalantem ob ea sua crimina secreta: ergo nullus iudex humanus, cũ legi naturali & diuinæ subdatur, [a] potest iubere cuiquam, vt se, siue sua peccata prodat.

11 Tertium, quod lege naturali & Euãgelica, [b] vetamur scandalizare proximum: & cùm peccare publicè, vel publicare se peccasse sit scandalizare, vt colligitur ex Thomã, [c] & efficaciter probatũr in cap. *presbyter si à plebe.* & ca. *si mala.* [d] consequitur, euangelica lege nos vetari à publicando peccato secreto: & consequenter neminem posse ab vllo homine ad illud cogi.

12 Quartum, quod eadem lege naturali, & diuina est vetitum detrahere & infamare alium: quia præcepta Decalogi sunt leges naturales, & diuinæ secundum S. Thom. [e] & detrahere est contra præceptum octauum Decalogi. Nam per illud, vt nos post alios tradidimus in Enchirid. Confess. [f] ex mente S. Thomæ recepti, [g] & melius Alexãdri Halensis, [h] præcipue & principaliter prohiberur latio falsi testimonij, & veri celatio: & secundario omnis significatio inordinata verborum, signorum, & factorum, quæ fit mentiendo, inhonorando, susurrando, deridendo, maledicendo, & detrahendo. Detrahere autem, vt ibidem probamus, [i] non solum dicitur, qui falsum crimen imponit, vel est caussa imponendi: sed etiam, qui crimen secretum alterius, vel proprium citra ordinem iuris detegit, vel est caussa vt detegatur: ergo lege naturali & diuina vetantur iudices infamare, vel præstare causssam infamandi. Cùm ergo interrogare, & cogere reum ad respondendum de suis criminibus occultis non seruato iuris ordine, sit dare proximo causssam se infamandi; immo cogere illum ad se infamandum, consequitur, lege naturali & diuina eos ab hoc faciendo arceri: & consequenter nullatenus posse id iuste facere.

13 Quintum, quod lex illa naturalis & diuina, [k] *Digni sunt morte non solùm qui faciunt. sed & qui consentiunt facientibus,* relata in c. 1. [l] & alibi sæpe, vetat, ne curemus, neue procuremus, vt alij peccent; immo, ne consentiamus illis peccãtibus: atqui interrogat reum de crimine secreto, & cogit eũ respondere de illo, non solùm consentit peccato, quod ipse faceret infamando se, præsertim si esset persona publica: sed etiam curat & procurat, vt peccet; immo cogit peccare: ergo lege naturæ & diuina debẽt iudices ab hoc faciendo abstinere.

14 Sexto, quod audiens detrahere dicitur detractor & peccat asserendo, & non resistendo, vt præfati tradunt vbi supra, [m] post Bernardum, [n] relatum à D. Thoma, [o] ergo à fortiori, iudex qui cogit proximum ad reuelandum peccata sua secreta per interrogationes citra iuris ordinem factas, dicetur detrahere: & consequenter legi naturali & diuinæ contraire. Vnde in dicto ca. *inter verba.* [p] intulimus, peccare iudicem, qui specialiter inquirit, vel per viam inquisitionis specialis procedit contra aliquem, nulla præcedente infamia, quia intendit lædere famam illius, aut lædit, aut dat causssam læsioni inordinatæ contra iura, quæ prohibent specialiter procedi per viam inquisitionis contra aliquem non præuia iusta infamia. [q]

15 Septimum, quod lex naturalis, & diuina præbent homini facultatem defendendi se non solùm corporaliter, iuxta l. *vt vim.* [r] sed etiam ciuiliter. [s] Et consequenter facit ei facultatem, ne teneatur impugnanti se arma sua, vel de domo præstare. Quod sentit iurisconsultus in dicta l. *de minore.* [t] ibi:

Non debet initium probationum de domo rei accusator sumere.

Et Imperator in l. *nimis graue est.* [v] ibi: *Nimis graue est, quod petis virgeri partem aduersam ad exhibitionem eorum, per quos ipsi negotium fiat.* Ex qua lege, & naturali facultate descendit illa lex: *Qui accusare volunt probationes habere debent.* [x] *Et illa; Actore non probante reus absoluitur.* [y] Et illud. [z] *Nemo cogitur ante iudicium de suo iure aliquid respondere:* & quod in nulla legum, quæ sunt viginti duæ, alias viginti tres illius tituli fit mentio de interrogatione rei super crimine occulto.

Octauum, quod adeo vetamur lege naturali, & diuina,

a Capit. sunt quidam. 25. quæst. 1.
b Matt. 18. & Marc. 9. & cap. nihil de præscript. & cap. 2. de noui oper. nũ. c 2. 2. quæst. 44. artic. 2.
d 2. quæst. 5.
e 1. 2. q. 94. art. 2. & 2. 2. qu. 122. art. 1.
f Cap. 18. n. 1.
g 1. 2. q. 122. art. 1. ad 2.
h In 3. parte quæst. 1.
i à num. 18.
k Ad Rom. 1.
l De offic. delegat.
m Num. 93.
n Lib. 2. de consideratione ad Eugenium, circa finem illius.
o 2. 2. qu. 73. art. 4. in corpore quæstio. p 11. q. 3. colli. 6. corollario 48.
q Cap. super his. & c. qualiter, & quando. de accusationibus.
r ff. de iust. & iur.
s Clement. pastoralis. §. cæterum. de iureiur.
t §. tormẽta. ff. de quæstio.
v Cod. de tebibus.
x Cod. de edendo.
y Capitulo fi. §. final. de iuris.
z Leg. prima §. interrogatorio. ff. de interrogatoriis actionibus.

a Prouerb. 24.
b In capit. si tantum & c. placuit. 6. q. 2.
c In capit. inquisitionis. de accusationibus.
d De vot. c 11. quæst. 3.
f ff. de pœn.
g Leg. 1. in princ. ff. de quæstionib. l. militis. C. eo.
h In cap. per tuas. de prob.
i Consil. 253. 2. part. 2.
k Cond. 6. corollar. 64. num. 745.
l 2. 2. q. 32. ar. 7. ad 3.
m Sub fin. n 8. dist. capit. fi. de consuetud.
o ff. de interrogat. actionibus.
p 2. lectura.
q In cap. dudum. 2. de elect. in gloss. magna. qui idem repetit, in cap. cum super de cens. ff.
r In cap. 2. de confess. lib. 6.
s 2. 2. qu. 69. art. 2.
t In quæst. 70. art. 1.
v In dicta q. 69. ar. 1. & 2.
x De accusa.

exceptione maior, non faciant apud eos vnum perfectũ; quia requirunt, vt probetur per duos testes.

22 Pro quo licet ipse non alleget, est doctrina Bartholi communiter recepta,[a] dicentis, quod illud dictum: Vnus testis facit indicium, est intelligendũ de vno teste, qui testificatur de ipso maleficio: & non de vno, qui testificatur tantùm de indicio: puta quod ipse fuit tali nocte repertus in loco vicino illi, in quo fuit factum furtum. Quia tale indicium debet probari per duos testes: & non sufficit probari per vnum, argumento eorum, quæ notantur in leg. fin.[b]

23 Tertio addit idem Caietanus præfatæ doctrinæ S. Thomæ, ponderãdum esse in ea, quod requirit, vt indicia sint manifesta, quod ait: esse referendum ad tria. Primo ad factum, cuius est indicium, ita quod manifestè indicent tale factum. Secundo ad personam, ita quod manifestent, quòd ipsa perpetrauerit tale facinus. Nam sicut præcedẽs infamia de crimine debet esse talis, quæ infamet personã inquisitam: ita oportet, quòd indicia sint talia, quæ personam indicatam indicent. Tertio quoad processum: ita quod indicia huiusmodi intimentur reo, vt sciat se esse in tali articulo cõstitutum, quod tenetur obedire iudici præcipienti, & exigenti veritatem. Vnde videtur orta praxis, licet eam ipse non alleget, dandi copiam indiciorum reo antequam torqueatur.

Quarto addit, quod, nec indicia, neque infamia præcedens obligant reum ad respondendum, si quid rationabile habet, quod contra illa obiiciat. Quinto denique addit singulariter, quod ratio iuris naturalis, & diuini, qua reus non debet interrogari de occultis, est illa, quod poenas publica, quæ scientia publica duci debet, non debet duci occulta.

24 Pro quo faciunt omnia iura probantia, quod iudices, qui vtuntur publica potestate, non debent iudicare secundum suam scientiam priuatam: sed secundum publicam, quam allegata, & probata inducunt,[c] ergo iudex non potest interrogare, neque cogere ad respondẽdum reum, nisi præuia probatione ad id sufficiente, in acta publica validè & rite deducta: & ita solùm, præcedente notorietate, vel saltem infamia legitima, aut indiciis illi cõquipollentibus.

25 Quam rationem prius tetigit San. Thomas,[d] in hæc verba: *Prælatus non est iudex iudiciorum occultorũ, sed solus Deus. Vnde non habet potestatem præcipiendi aliquid super occultis; nisi inquantum per aliqua indicia manifestantur. puta per infamiam, vel per aliquas suspiciones, in quibus casibus potest prælatus præcipere eodem modo, sicut & iudex secularis vel ecclesiasticus potest exigere iuramentum de veritate dicenda.*

Quibus duobus addo, quod potest reddi & alia ratio, non minus firma, nec minus aperta, desumpta ex eo, quod subditus non tenetur obedire præceptis superioris hominis contra priuilegiũ, vel præcep. superioris Dei vt habet c. *si dominus.* & c. *Iulianus.*[e] & tradit S. Thom.[f] & priuilegio Dei, vt supra traditum est, liberamur ab onere detegendi peccata nostra; immo & iubemur regere illa, nisi ob aliquã iustam vtilitatẽ. Quæ vtique ratio cõfirmatur ex eo, quòd in simili ait idem S. Thomas receptus ab omnibus,[g] ibi. *Prælato non est obediendũ contra præceptum Domini, secundum illud* Act. 5. Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. *Et ideo quando prælatus præcipit, vt sibi dicatur, quod quis sciuerit corrigendum, intelligẽdum est præceptum sanè, saluo ordine fraternæ correctionis: siue præceptum communiter fiat ad omnes, siue ad aliquem specialiter. Sed si prælatus expressè præciperet contra hũc ordinem à Domino institutum, & ipse peccaret præcipiens, & ei obediens, quasi contra Domini præceptum agens. Vnde non esset ei obediendum.* Ex qua confirmatione colligitur, quòd iudex non habet potestatem cogendi reum ad iurandum de veritate dicenda, nisi infamia, vel semiplena probatio præcesserit, vt prædictum est in nono fundamento nostræ cõclusionis. per quæ satisfactum est argumento 2.

Ad tertium autem respondẽt aliqui, quòd tenere duas Ecclesias curaras non sonat directè crimen: & ideo interrogatus de illo, non censetur interrogatus de crimine. Quam tamen solutionem efficaciter confutat Innocentius in hæc verba: *Quod sicut non tenetur respondere, an sit criminosus, sic nec illis positionibus, per quas peruenitur ad illud.*

26 Ex quibus aperte colligitur id; quod ait glossa,[a] quod sicut nemo tenetur respondere positioni criminali: ita nec vlli, ex qua infertur crimen. Quare melius respondet ibidem ipsemet Innocentius quod fuit notorium, vel famosum eas tenuisse illum, qui fuit interrogatus: nos autem loquimur de crimine occulto, scilicet non notorio nec famoso, nec semiplenè probato per proximè dicta.

Ad quartum respondetur quod c. *cum super.*[b] non probat ibi quem fuisse interrogatum, & iussum respondere super simonia: sed aliud, scilicet fuisse quem eam confessũ & ita non infertur ex hoc illud, cum à diuersis non fiat illatio.[c]

Ad quintum respondetur id, quod ad primum: nempe cap. vltimum.[d] loqui in ciuilibus: immo & quod loquitur; quando est præsumptio faciens aliquam semiplenam probationem.

27 Ad sextum, quod c. 2.[e] non loquitur de quolibet, qui iussus respondere positioni, non respondet: sed de eo, qui absque rationabili causa respondere recusat; qualis non est, qui recusat eo quòd positio sit criminalis, vt glossa recepta ibidem dicit, & supra satis supérque monstratum est.

28 Ad septimum respondet primò glossa, quod loquitur de occulto criminoso criminis manifesti. Contra quam faciunt deducta in responsione ad secundum; & ideo respondetur secundo, quod Gregorius,[f] non præcipit simpliciter alicui, vt reuelaret suum delictum secretum: sed disiunctiuè, vt reuelaret, vel faceret alia: de quibus ibi, vt dicit Caietanus.[g] Tertio responderi potest germaniùs, vt olim respondimus,[h] illud c. agere, de illo, qui læserat famam alterius quam non poterat restaurare, nisi reuelando & infamando se: quo casu, tenetur se prodere. Quia qui læsit famam alterius; & non potest restaurare illam, nisi infamando seipsum, & testando se malè illum infamasse, tenetur id facere secundùm Scotum,[i] & secundum doctrinam Caietani;[k] relatam à nobis in repetitione c. *inter verba.* II.[l] & in Enchirid. Confess.[m]

29 Ad octauum respondeo, mirari me primùm, quod Angelus vir alioquin doctissimus dixerit illud. Deinde quod nec Augustinus, nec Hieronymus in additionibus eius illi repugnauerint ibidem. Tertio quod nec Angelus, nec ipsi perpenderint quod §. *debet,*[n] quem Angelus pro se cirat, nihil disponit de interrogatione, sed solum de facienda copia inquisito capitulorum, de quibus est inquirendus. Verba enim eius hæc sunt: *Debet igitur esse præsens is, contra quẽ facienda est inquisitio, nisi se per cõtumacia absentauerit: & exponenda sunt ei capita, de quibus fuerit inquirendum.* Super quo Panormitanus ibi receptus quærit; An valeat processus capitulis, seu positionibus non traditis. Et respondet valere, si non petatur copia & nec ille, nec vllus alius ait, quidquam de interrogatione faciẽda ibi disponi. Quarto vehementer miror, quod dicat, quod non valet processus, si præponat inquisitionem, & postea interroget: cuius contrarium ille §. docet: dicens, ante omnia esse dãdam inquisito capitulorum, super quibus cõtra illum inquirendum est, copiam.

30 Ex quibus omnibus infertur, falsam esse opinionem, & malam praxim eorum, qui censent, interrogari posse quem de crimine, cuius non est infamatus, nec vllis indicijs in id sufficientibus noratus; eo quod sit de alio crimine infamatus, i mmo & conuictus. Quod irrefragabilibus argumentis, & auctoritatibus probauimus alibi,[o] quæ qui legerit operæpretium meo iudicio fecerit: quæque gratia breuitatis hic non repeto.

VERS. SECRETA.

GRATIANVS.

SEcreta namque peccata, secreta confessione, & occulta satisfactione purgantur. Et reliqua.

SVMMARIVM.

31 *Publica peccata, an publicè confitenda?*

31 Nota

a *In l. fin. ff. de quæstionibus num. 7.*

b *Cod familia herisciun. & l. vbi numerus. ff. de test.*

c *Leg. illicitas §. veritas. ff. de officio præsid. & cap. iudicet. 3. q. 7. capitulo pastora. §. quia vero. de offic. delegat.*

d *2. 2. qu. 33. artic. 7. ad 3.*

e *11. quæst. 3. 2. 2. qu. 33. art. 7.*

f *2. 2. qu. 33. art. 7.*

g *In d. 2. 2. qu. 3. art. 7. ad 3.*

a *In cap. 2. de conf. lib. 6.*

b *De cõfessis.*

c *Leg. Papinianus. ff. de minoribus.*

d *§. vlt. de iureiuran.*

e *De confess. lib. 6.*

f *In d. c. quidam 5. quæst. 1.*

g *In dict. q. 69. ar. 1. & 2.*

h *In dicto ca. 2. de confess.*

i *In 4. libro sentent. di. 15. q. 4. art. 1. & 2. 2. quæst. 72. art. 6. ad 2. & in parui. Opusc. lib. 17. responsionum respon. 14.*

k *Que nõ est in paruis Opusc. sunt tom. 1. tractatu vlt.*

l *Quæstio. 3. conclusione 6 corolla. 20.*

m *Ca. 18. nu. 47.*

n *Cap. qualiter & quando, 2. de accu.*

o *In rub. de ind. numer. 62.*

31 Nota quod hic locus significat à contrario sensu, publica peccata esse publice confitenda, quod ipsum versi. ea verò quæ posita infra,[a] affirmat auctoritate Augustini. Quod quemadmodum sit intelligendum, vtiliter declaramus in c. 1. in princ. & melius, in c. sacerdos.[b]

a *Eadem.*

b *Num. 87. infra dist. 6.*

§. NVNC AVTEM.

IOANNES CHRYSOST. HOMILIA XXXI. AD CAP. XIII. EPISTO. ad Hebræos.

NVnc autem si recorderis peccatorum tuorum & frequenter in cõspectu Dei pronũcies, & pro eis clementiam eius depreceris, citius illa delebis. Et reliqua.

VMMARIVM.

32 *Peccati commissi memoria ad quid bona, vel mala.*

32 Nota ex hoc dicto B. Ioannis Chrysostomi, & ex illud supra;[c] cap. posito §. *Si habuerit peccata in mẽte tua continuo.* peccati commissi memoriam esse vtilem. In quod facit illud Ezechiæ regis,[d] *Recogitabo tibi annos meos in amaritudine animæ meæ.* Et illud. Dauidis. *Et peccatũ meum cõtra me est semper,* id est, assidue illud ob oculos mẽtis meę obuersũ, tristi animo voluens tã grauiter peccasse. Contra quod tamen facit illud.[f] *Quasi à facie colubri fuge peccata:* Et illud,[g] *Auferte malum cogitationum vestrarum.* Et quod cogitatio peccati, licet, quatenus est actus purus partis cogitiuæ, non sit peccatum, vt diximus in ca. cogitationis.[h] est tamen occasio peccandi, quæ tollenda est,[i] & quod delectabilia, quo magis cogitantur, & circũspiciũtur magis ad suã cõcupiscẽtiã mouẽt secũdũ Philosophũ receptũ. Quo fit, vt Isidorus,[k] relatus in c. *valet,*[l] consulat cõuersis, vt mutent locum, vbi peccauerunt, ne ille in conspectu mentiũ eorum cogitationes peccatorum renouet. Quare limitandum est hoc notabile, vt procedat, quando memoria peccati conseruatur, vel renouatur ad pœnitendum, & dolendum de ipsius commissione: & ad confitendum illud ritè & legitimè, & ad operandum aliqua pia opera pro pœnæ illi debitæ venia quærenda, vt sentit glossa & probant hic §. & pro illo adducta: non est tamen vtilis, immo valde nociua, quando conseruatur, vel renouatur ad illud iterandum, vel se de illo delectandum, vel laudandum, vel cũ periculo in illud recidendi, vt probant in contrarium adducta.

c *In eod. cap.*

d *Isa. 38.*

e *Psalm. 50.*

f *Eccles. 21.*

g *Isa. 1.*

h *Supra. eadem. num. 2.*

i *Cap. 1. 32. q. 1.*

k *Lib. de summo bono, ca. 10.*

l *81. dist.*

§. ITEM IN LEVITICO.

ITem in Leuitico, & infra. Sacerdos ergo numerum annorum vsque ad iubelæum suppurat. Et reliqua.

SVMMARIVM.

2 *Indulgentiæ Iubileę tractatus auctoris summa.*

1 ADmonemus te hic, candide lector, edidisse nos ab hic triginta annos: nempe anno iubelæo 1550. in inclinata Conimbricensi academia solennem Commentarium super hoc §. qui de anno iubelæo veteris testamẽti mentionem facit: in quo largissimè tractauimus, de indulgentia iubelæa; quam orthodoxi suspicimus, quamque Sancta Romana Ecclesia olim indulgere solebat centesimo; quoquo anno, deinde quinquagesimo; nunc autem singulo vigesimo quinto, visentibus limina apostolorum solemnissimè indulget, declarando tres extrauagantes typis excusas in tit. de pœni. & remiss. inter communes, per vnum & triginta notabilia. Cui quidem ostea anno 1575. qui fuit annus iubelæus in hac eadem alma vrbe addidimus expositionem duarum extrauagantiũ S. D. N. Gregorij XIII. quarum altera indixit plenissimam indulgentiam iubelæam, in altera verò suspensionem indulgentiarũ plenarum extra vrbem concessarum, cum aliquot alijs glosis & anctarijs. Et quia credimus nos operępretium facturos, si tibi per quamdam breuem summam in eo tractata indicaueri mus, eam sic scribemus.

Primum principale fuit, vnde vox illa, Iubelęus, deriuatur, quid significet, & quod scribi debeat Iubelæum, & nõ iubileum ex probatis auctoribus; notabili primo. Quid remittebat condonabátque annus iubelæus Hebræis; notabili secundo. Quid figurabat anni iubelæi Hebræorum remissio: & quod non præmonstrabat nostrum hunc annũ iubelæum, licet ei similis fuerit. Et quotus sit fuerítue, notabili tertio.

Secundum principale, quid iubelea indulgentia plenissima sit, & quo iure id probetur; notabili sexto. Et quis eius inuentor; notabili septimo. Et à quo die incipit annus iubelæus; notabili vigesimo quarto. Et quæ indulgentiæ suspendantur per illum; notabili vigesimo quinto. Et quæ aliæ gratiæ; notabili vigesimo octauo. Et indulgentia instar iubelæi quanta sit; notabili sexto.

Tertium principale, vnde hoc verbum Indulgentia deducatur, & quid significet, & an sit vox latina; notabili vigesimo, & ad quid notabili octauo. Definitio eius, prout in hac materia accipitur, exactior, quam hactenus fuit data: notabili vigesimo. Nępe, *quod est remissio pœnę temporariæ debitę actuali peccato pœnitentis, extra sacramentalem absolutionem facta à prælato ecclesię ob rationabilem causam, eam de thesauris satisfactionum Ecclesię compensante.* Cuius omnes particulæ ibi declarantur: multa ex illa sic declarata vtilia, & quotidiana inferendo.

Quarum principale, quod indulgentia diuiditur in plenam, plenioremi, & plenissimam, cum earum perfectis ac absolutis definitionibus, & multis alijs ad eam rem pertinentibus; notabili decimonono.

Quintum principale, quod indulgentiæ vtiles sunt & etiam à perfectis quærendæ; notabilis quinto. Quæ origo earum; & quam antiquæ, notabili septimo.

Sextum principale, quod merita Christi, quorum virtute satisfactiua maximè nituntur indulgentiæ, mira sunt & infinita, notabili duodecimo.

Septimum principale, quid sit, & qualis thesaurus ille indulgentiarum in exhaustus: & quod ex meritis Christi & Sanctorum eius sit collectus, notabili decimotertio: & quod thesaurus hic dispensari possit: & quod aliter per sacramentorum collationem, aliter per indulgentias dispẽsatur: & alia huc pertinentia: notabili decimo quarto.

Octauum principale, quòd condonato per pœnitentiã peccato, vt plurimum, non condonatur tota pœna ei debita: & quid sit purgatorios locus, quẽ indulgentiæ præsupponunt esse notabili decimosexto.

Nonum principale, quod indulgentiæ valent, quantum sonant: & plus vni, quàm alteri, cum pluribus ad id pertinentibus; notabili vndecimo.

Decimum principale, quod ad concedendum indulgẽtiam, iusta causa requiritur: An autẽ debeat esse sufficiens ad tantam indulgentiam, an aliquantulam, & id genus alia: notabili decimoquinto.

Vndecimum principale, Romanum Pontificem esse primum, & summum huius thesauri dispensatorem: solùm que posse plenam indulgentiam de illo depromere, & illã concedere secundum communem,[a] non excluso tamen Concilio Oecumenico rite ac legitimè cõacto: quia etiã illud hoc facere potest, secundum Panormitanum,[b] quem refert, & sequitur Felinus.[c] Alios item episcopos esse ordinarios, licet secundarios illius sanctissimi thesauri dispẽsatores ad concedendas indulgentias minimè plenas, & à iure strictas: non autem parochos, nec alios inferiores episcopis: & alia quædam quotidiana, & non pœnitenda.

Duodecimũ principale, quod licet prædicti parochi, & inferiores episcopis non possint cõcedere aliquã indulgẽtiã: possũt tamẽ, etiã laici, cõmunicare alijs sua merita, etiã quoad vim satisfactoriam. Prælatos quoque inferiores cuiuscumque congregationis, posse communicare merita suarum congregationum pro benefactoribus suis facta

a *In ca. quod autem. de pœnitent. & remiss.*

b *In quodam sermone.*

c *In sermone de indulgentiis. colum. fi.*

(quia

(quia id non est concedere indulgentiam, vt ex definitione eius posita in dicto notabile vigesimo) colligitur, & ex S. Thoma communiter recepto.[a]

Decimum tertium principale continet prædictas duas extrauagantes nouas S.D.N. Gregorij XIII. cum multis glosis vtilibus à nobis additis.

CAP. QVEM POENITET.

AVGVSTINVS CAPITE DECIMO DE VERA ET falsa pœnitentia.

QVem pœniteat, omnino pœniteat, & dolore lachrymis ostendat. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia interior contritio, & quæ legitima.*
2 *Pœnitentia, quas lachrymas necessariò requirit.*
3 *Confessione sine reali condonari peccatum.*
4 *Confessio sacramentalis, vt debet esse personalis.*
5 *Veniale peccatum trifariam dicitur.*
6 *Confessarius arbitratur, non dispensat, nec indulget. num. 8.*
7 *Canones pœnitentiales multi: & aliqui ligant.*
9 *Peccatum confessum etiam veniale satis sacramento.*
10 *Absolui nequit nullum peccatum speciale confitens.*
11 *Confessarius vt optimus eligendus.*
12 *Confitens alij, quam parocho, vt satisfacit.*

1 NOTA primo ex hoc cap. adiuncta glossa pœnitẽtiam interiorem dici contritionem, eamque debere esse legitimam, idest, omnium peccatorum, & circumstantiam eorum: quam infra[b] definiemus.

2 Nota secundo, quod pœnitentiam perfectam debent comitari lachrymæ, quod est verũ in hoc sensu, quod lacrymæ interiores, idest, pœnitudo, siue displicentia peccati, & dolor ex ea resultans sunt necessaria; & non sufficit sola cessatio à peccatis, & noua vita, & respiscentia quod male aiunt Lutherani, contra quos est Augustinus relatus in cap. *non sufficit*.[c] & ibi latius dictum est: & definit sacrosanctum Concilium Tridentinum,[d] in hæc verba: *Declarat igitur sancta Synodus, hanc contritionem, non solùm cessationem à peccato, & vitæ nouæ propositum, & inchoationem, sed veteris etiam odium continere.* Lacrymæ autem corporales, etsi sint vtiles, & optandæ: non tamen sunt necessariæ, vt diximus in cap. *falsus*.[e]

3 Nota tertio, quod Augustinus videtur significare per illa verba: *Repræsentet vitam suam Deo per sacerdotem, præueniat iudicium Dei per confessionem*, nõ condonari peccata sine confessione, & ob hoc allegasse Gratianum hoc cap. Quod tamen est intelligendum de confessione in voto, & proposito faciendi eam statim, vel tempore debito, & non de actuali & reali. Quia, vt prædictum est supra,[f] interdum, & frequenter siue illa condonantur peccata, vt vbi supra præfatum Concilium declarauit per hæc verba: *Docet præterea sancta Synodus, contritionem hanc aliquando caritate perfectam esse contingere, hominémque Deo reconciliare priusquam hoc sacramentum actu suscipiatur.* id, quod idem probat eadem sancta Synodus sess. 6. capit. 24.

4 Nota quarto, quod ex illis verbis; *Docens corporali præsentia, confitenda esse peccata non per nuncium, non per scriptum manifestanda*: colligitur sacramentalem confessionem debere fieri personaliter: & non posse fieri per procuratorẽ, neque per nuntium, nec per alium negotiorum gestorẽ, nec per epistolam, vt alias hic diximus, dummodo id possit facere per semetipsũ. Quid autẽ si non potest respondere; Dicimus illa duo, quæ tradidimus in cap. *fratres*. & Enchirid. conf. cap. 21. num. 36. Alterum est, quod non tenetur ad confitendum per alium, nec per scriptum, nec per interpretem. Alterum verò quod si id faceret, valerẽt confessio, & absolutio, quæ scriptæ mitterentur secundũ Paludanum,[h] & clarius Adrianum.[i] Tum quia illa, quæ per interpretem fit, semper fuit & est in vsu Ecclesiæ: & eam, quæ per scriptum à pœnitente præsente fit; probat glossa.[k] Tum quia falsum est de ratione intrinseca confessionis esse, vt sit secreta. Concilium enim Tridentinum,[l] expresse ait, eam publicè fieri posse, licet nemo ad id teneatur. tum quia alioqui confessio, quam tertius insidiosè audiret, nihil valeret: tum quia hoc cap. habens non esse faciendam per scriptum intelligi debet, quando verbo commodè fieri potest, ne contradicat præfato cap. *qualis*. quod secundum vnum intellectum glossæ habet, eam per scripturam fieri posse: quod intelligendum est aliquando. tum quia hæc opinio misericordiam Dei, virtutem sacramenti pœnitentiæ, & deuotionem pœnitentium auget: opposita verò à confitendo alienę linguę homines, & mutos scientes scribere, & ægrotos in domum parochi ægrotantis migrare nequeuntes auocat.

5 Nota quinto, quòd illa verba huius c. *Per confessionẽ fit veniale, quod operatione erat criminale*: nõ sũt ita intelligẽda, vt significent, peccatũ mortale fieri veniale, provt veniale est alterũ mẽbrũ diuisionis peccati in mortale & veniale, vt etiã nos diximus post S. Tho.[a] in Enchir. conf.[b] sed pro digno venit, siue quod habet causſam, ob quam veniã meretur, vel est meritum, iuxta glossam,[c] & B. Thomam,[d] dicentes peccatum tripliciter dici veniale, vt in prædicta glossa dictum est.

6 Nota sexto ex illis verbis: *Ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere, plus iam confitentibus parcere*: confessarium posse dispensare circa canones pœnitentiales, diminuẽdo pœnam in eis decretam pœnitenti sibi confesso. In quod dicit hunc textum optimum, & singularem Panormitanus,[e] quem probat Felinus;[f] cuique plurima addunt posteriores, præsertim Decius,[g] parum digesta, & multis allegationibus obscura.

Primum enim omnes præsupponunt, esse multos canones pœnitentiales, id est, qui taxant pœnitentiam imponendam quibusdam criminibus: quod quidem verum est: eorum enim quadraginta septem collegit Hostiensis.[h]

7 Secundo præsupponunt conditores illorum canonũ noluisse, vt confessarij tenerentur imponere pœnitentibus sibi confessis pœnas in eis contentas. quod non videtur verum, vt diximus in c. *falsus*.[i] & etiam in cap. *mensuram*.[k]

Tertio, quod confessarius potest diminuere pœnam in eis taxatam, quod verum est, & quotidiana praxis seruat: quia pœnitentiæ interioris fori sunt arbitrariæ vt habet c. *mensuram*, vbi bona glossa quam ibi declarauimus.[l]

8 Quarto, quod probatur optime, cõfessariũ posse dispensare circa canones pœnitentiales, quod profecto non videtur verum: tum quia nulla dispẽsatione fit hic mentio: tum quod verbum *parcere*, non videtur satis bene aptari dispensationi. Quia dispensatio non dicitur propriè condonatio, nec veniæ concessio: sed legis, vel canonis relaxatio ex causſa, vt definit glossa recepta.[m] Tum denique quod contextus expresse loquitur de venia & condonatione, quæ crescit ex eo; quod peccator pluribus sacerdotibus confitetur idem peccatum. Sic enim habet: *Quanto pluribus confitetur in se venię turpitudinem criminis, tanto facilius consequitur veniam remissionis.* Quæ vtique verba non significant, facultatem dispensandi esse sacerdotibus, sed quod confessio eiusdem peccati pluribus sacerdotibus facta plus prodest, & quod plures sacerdotes plus possunt parcere per plures absolutiones, quam vnus per vnam sine vlla dispensatione. Quod est verissimum, & valde notandum: tum quia pudor & afflictio animi, & labor pluribus confitendi multiplicatus plus merentur, quã semel assumpta, quod verba eiusdem contextus paulo antea præmissa probant, tum quod, vt diximus inc. *fratres*.[n] absolutio sacerdotum, & pœnitentia per eos iniuncta, & gratia sacramentalis multiplicata multiplicant veniam, & condonationem peccati: & hic intellectus est contextui valde germanus, vt ibidem diximus.

Ex quibus sequitur, non esse verum, id quod dixerunt aliqui per hunc textum, scilicet posse parochos concedere indulgentiam pœnitentibus sibi confessis, cum eos absoluunt. Quos refellit Calderinus,[o] quem sequimur in tractatu de indulgentiis,[p] & merito; quia, vt ibi probamus nullus inferior episcopo habet potestatem ordinariam ad concedendas indulgentias.

9 Nota septimo, quod ex hoc intelligendi modo qui

a *In 4. d. 20, quæst. 4.*
b *In cap. pœnitentia. d. 3.*
c *Sup. ead.*
d *Sess. 14. c. de contritione.*
e *Infra dist. 5.*
f *In glo. summa n. 6.*
g *Num 85. inf. dist. 5.*
h *In 4. di. 17. quæstio. 2. ar. 1.*
i *In 4. de confess. quæst. 1. col. 6.*
k *In ca. qualis. 30. quæst. 5.*
l *In dicta sess. 14. cap. 5.*
a *2. 2. qu. 72. ar. 5. & q. 88. art. 1. & 2. & 1. sent. dist. 17. quæst. 2. ar. 5. & 2 d 42. q. 1. ar. 3. & in 4. d. 16. q. 3. ar. 2. quæstiũcula 4. ad 5.*
b *Prælud. 9. num. 5.*
c *2. c. serpens. supra ead.*
d *Lib. 4. sent. dist. 17. quæst. 3. art. 5. quæstiunc. 1.*
e *In cap. at si clerici. 5. de adulteriis vero. num. 5. de iudic.*
f *Cap. sicut dignum. col. 1. de homic.*
g *Num. 6.*
h *In sum. tit. de pœnit. & remiss. §. qua pœna.*
i *Infr. dist. 5. num. 3.*
k *Supra ead. à num. 1.*
l *Supra ead.*
m *In cap. nisi rigor. 1. quæst. 7.*
n *Nu. 28. infra dist. 5.*
o *In c. nostro col. 17. de pœni. & remiss.*
p *Super §. in Leuit. sub c. quis aliquando supra ead. nu. 31. vsq. 9.*

est verissimus, infertur notabilis illa conclusio, quod non solùm peccata nondum confessa: sed etiam iam confessa, etiam legitimè: iámque condonata possunt esse sufficiens materia sacramenti pœnitentiæ & possunt illa vtiliter cõfiteri, vt in dicto c. *fratres*.[a] diximus: sicut & venialia, licet non sint necessario cõfitenda, vt tradidit S. Thomas,[b] potest tamen quis vtiliter ea confiteri, vt diximus in glossa,[c] etiamsi ante fuissent confessa. Qua conclusione memini me vsum, audiendo confessionem sacram cuiusdam magnæ principis, quæ pridie alteri confessa communionem sacram sumptura voluit se reconciliari: & cum nihil eorum, quæ mihi confessa erat meo iudicio esset peccatum, etiam veniale: sed tantum omissio consilij, dixi ei, vt confiteretur aliquod peccatum saltem veniale, etiam antea confessum. Quia de substantia confessionis sacramentalis est alicuius peccati confessio, secundum S. Thomam,[d] & sufficit, quod sit alicuius venialis, vt ipsemet sentit,[e] quod ipsa magna humilitate parique religione præstitit. Nec obstat dicere, quod illa confessa fuit generaliter se peccasse cogitando, loquendo, & operando, quia confessio huiusmodi generalis non sufficit, vt latius diximus in ca. *fratres*.[f] & resolutius in Enchirid. confess.[g] ob quod ipsum noluimus absoluere quamdam religiosam confitentem se plurima, ac plurima peccata commisisse videndo, audiendo, tangendo, loquendo, incedendo contra præcepta Dei, & Ecclesiæ, & contra cõsilia, antequam speciatim aliqua saltem venialia, & saltem antea confessa confiteretur. quod vt arbitror frequenter occurrere confessarijs in reconciliationibus, quæ fiunt ad communicandum à recenter cõfessis: ita duco eis valde memorabile; non enim videtur sufficere confessio generalis solita fieri publicè ad hoc, vt absolutio sacramentalis eam facienti detur.

11 Nota octauo, quod id quod Augustinus hic subiicit, confiteri volentem eligere debere confessarium scientem soluere, atque ligare, intelligendum est, vt diximus in cap. 1.[h] infra;[i] vbi eadem verba repetuntur: & quod subiicit de confessione laico facienda, cum deest sacerdos: intelligendum est, vt dictum fuit in glossa summæ.[k] Quod autem infra significat non sufficere confiteri occulte publica peccata, declarandum est, vt latè declarauimus in ca. *sacerdos*.[l]

Nota nono, quid Dominus Cardinalis determinat hic septem quæstiones per sex folia grandia, & stylo profuso, ac à iurisperitorum alieno. Quarum prima est: Vtrum quis possit confiteri sacerdoti per nuntium, aut litteras. Cui breuius & vtilius responsum est in quarto notabili.

Secunda: Vtrum, sacerdote absente, teneatur quis ei per litteras confiteri: Cui etiam responsum est ibidem.

Tertium: Vtrum etiam necessariũ sit confiteri proprio parocho. Cui respondimus affirmatiuè regulariter in dicto c. *sacerdos*. vbi est propria illius sedes.

12 Quarta: Vtrum quis possit alteri, quam proprio sacerdoti parochiali confiteri ex priuilegio, vel mandato superioris. Cui respondimus affirmatiue, ibidem.

Quinta: Vtrum religiosi habentes super hoc priuilegiũ vel ab episcopo commissionem, possint sine licentia plebani absoluere. Cui respondimus etiam affirmatiuè ibidẽ.

Sexta: Vtrum confessi religiosis, videlicet Prædicatoribus, vel Minoribus habentibus priuilegium audiendi cõfessiones, teneantur iterum suo proprio sacerdoti parochiali confiteri. Cui etiam ibidem respondimus negatiuè.

Septima: Vtrum quandoque quis possit licitè laico cõfiteri. Cui respondimus affirmatiuè cum certa modificatione in glossa summæ,[a] infra dist. 5.

CAP. QVAMVIS.

LEO PRIMVS EPISTOLA SEPTVAGESIMA OCTAVA.

QVamuis plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud omnes homines erubescere non veretur. Et reliqua.

NOta non esse necessarium confiteri publicè: licet sit laudabile id aliquando facere quod latè satis superq; tractamus in c. *fratres*.[b] quo etiã id remissimus in c. *quis aliquando*.[c]

CAP. QVIDAM.

THEODORVS CANTVARIENSIS ARCHIEPIS. IN POENITentiali suo.

QVidam Deo solummodo confiteri debere peccata, dicunt, vt Græci. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Græcos confiteri debere, & solitos id facere.*

NOta, quod glossa in summa,[d] ex hoc ca. colligit, Græcos non teneri ad confitendum, nec confessionem, de qua loquimur, sacramentalem fuisse in vsu apud eos quorum vtrumque falsum est, & nullatenus hic textus probat, vt monstrauimus in 3. parte eiusdem glossæ.[e]

a *Præcitato num. 28.*
b *In 4. dist. 16. q. 2. art. 2. quæstiuncula 3.*
c *Summe n. 18. infr. dist. 5.*
d *3. par. qu. 84. art. 2.*
e *In 4. distin. 26. q. 2. ar. 2. quæstiuncula 3. & in dicta d. 16. q. 2. & ar. 2.*
f *Infr. distin. 5. num. 9.*
g *Cap. 2. n. 5.*
h *Not. 2. nu. 16.*
i *Dist. 6.*
k *3. par. nu. 5. infra dist. 5.*
l *Infra. dist. 6. num. 86.*
a *3 par. n. 5.*
b *Dist. 5. nu. 93.*
c *§. secreta. supra ead.*
d *Infra dist. 5.*
e *à nu. 1.*

DISTINCTIO SECVNDA.

PRINCIPIVM.

GRATIANVS.

QVia verò de pœnitentia ſemel cœpit haberi ſermo, aliquantulum altius repetendum videtur, diuerſorum ſententias certis auctoritatibus munitas in medium proponẽtes. Alij dicunt pœnitentiam ſemel tantùm eſſe vtilem: vnica enim eſt, nec iterari poteſt. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Caritatem ſemel quæſitam amitti non poſſe, hæreſis.*
2 *Caritas via, cur amitti poteſt.*

a *Diſt. 3.*

MIſsis illis, quæ parum vtilia hic proponuntur, ſolum in hoc principio annotandum eſt, quòd Gratianus in eius initio proponit queſtionẽ, quã latè tract. infra, [a] ſcilicet An pœnitentia ſit iterabilis: & in §. *item ſub ca.* 1. tangit alteram, ſcilicet: An caritas ſemel queſita poſsit amitti, quam late in hac diſt. tractat.

b *In diſt. 3.*

1 Et quia prior reſoluenda eſt infra, [b] hanc reſoluendo cum hac gloſſa Summæ, dicimus primo, quod ſolum eſt verũ, ſed etiam pro articulo fidei Catholicę credendũ, caritatẽ ſemel quæſitã amitti poſſe in hac vita, in qua peregrinamur, & ſumus viatores: immo & ſæpius quæri, & ſæpiùs amitti, quantũcũque ſit perfecta, quòd egregiè Gratianus probat per c. *firmum.* & c. *tolle*, & alia multa capp. [c] & nuper definitum fuit à ſancto Concilio Tridentino, [d] in hęc verba: *Si quis dixerit iuſtificatum, vel ſine ſpeciali auxilio Dei in accepta iuſtitia perſeuerare poſſe, vel cum eo non poſſe; anathema ſit.* & rurſum [e] in hæc: *Si quis hominem ſemel iuſtificatum dixerit amplius peccare non poſſe, neque gratiam amittere, atque ideo eũ, qui labitur, & peccat, numquam verè fuiſſe iuſtificatum, aut contra poſſe in tota vita peccata omnia, etiam venialia, vitare niſi ex ſpeciali Dei priuilegio, quem admodum de Beata Virgine tenet Eccleſia: anathema ſit.* Et alijs in locis, [f] hoc multis alijs auctoritatibus probatur, & ante illud omnium Catholicorum ſententia fuit apud Magiſtrum, [g] vbi Sanctus, & omniſcius ille Thomas [h] videndus eſt.

c *Infra eod.* d *Seſſ. 6 c. 1. & can. 22. & 23. Canone quidem 22.*
e *Canone 23.*
f *In c. 12. 13. & 14. gl. in lib. 3. ſenten. diſt. 31.*
g *Lib. 3. ſenten. diſt. 31.*
h *Quæſt. 1. art. 1. & in 4. diſt. 14. quæſt. 1. ar. 4. & in 2. 2. quæ. 24. ar. 11. & quod libet. 3. ar. 11. ad 7.*
i *Matth. 25.*
k *1. 2. q. 1. ar. 4. & 1. par. q. 64. ar. 2. & 1. ſent. diſt. 8. q. 1. ar. 2.*
l *In dicta 1. 2. q. 24. ar. 11.*

2 Secũdo, quod licet caritas viatoris, & peregrinãtis à Deo in hac miſera vita amitti, & quæri poſsit, etiã ſæpius ac ſæpiſsimè, quãliber perfecta fuerit, & conſũmata: tamen perfectiſsima, quæ eſt comprehenſoris, & iam in patria quieſcentis, nullatenus perdi poteſt. Quia eſt vita æterna, vel inſeparabiliter adiuncta illi, quæ amitti non poteſt iuxta illud, [i] *Iuſti ibunt in vitam æternam*, vt tradit idem S. Thomas. [k]

Tertio, quod rationes, quare caritas amitti poteſt, & quare potius in hac vita, quàm in alia tradit S. Thomas, [l] ſcilicet, quod caritas tripliciter poteſt conſiderari. Primo ex parte Spiritus ſancti mouentis animam ad diligendum Deum. Deinde ſecundum naturalem inclinationem ipſiuſmet caritatis, quæ inclinat ad bonum ſemper agendum. Tertio ex parte obiecti, in quo eſt, quòd eſt ipſa anima. Et quod caritas primo modo conſiderata, ſcilicet ex parte Spiritus ſancti mouentis animam, eſt inamiſsibilis: quia Spiritus ſanctus nõ poteſt peccare, nec conſequenter animam ad peccandum mouere. [a] & caritas ob ſolum mortiferum peccatum amittitur, vt tradit idem S. Thomas. [b] conſiderata etiam ſecundo modo eſt inamiſsibilis. Quia ſicut ignis ſecundum naturalem ſuam inclinationem non frigefacit, neque aqua calefacit: ita caritas non inclinat ad peccandum. Tertio verò modo conſiderata non poteſt amitti in patria nec in via verò ſic: quia in patria ita implet totam potentiam eius, vt ſemper actu feratur ad diligendum Deum, & ita nullum locum ei relinquit, vt feratur in contrarium, per quod caritas perdatur. In via verò eſt amiſsibilis, quia non implet omnino potẽtiam animæ, ita vt illa actu ſemper feratur in Deum amandum: & ita relinquitur ei locus, vt per ſuum liberum arbitrium poſsit in contrarium ferri,

a *§. fin. inf. ead.*
b *In dict. qu. 24. art. 12.*

Quarto principaliter dicimus, quod per hãc diſtinctionem videntur conciliari poſſe facri auctores, quorum alij aſſerunt, caritatem ſemel quæſitam non poſſe amitti; alij verò contrarium, ita vt eorum dicta intelligantur de caritate huius vitæ conſiderata ex parte ſubiecti, quod eſt vertibile per liberum arbitrium: illorum verò aſſerta intelligantur de caritate alterius vitæ, vel de caritate huius vitæ cõſiderata ex parte Spiritus ſancti, qui eam infundit, & ex natura ipſius, quæ ad nullum peccatum inclinat.

c *Inf. ead.*
d *1. c. caritas. 1. inf. ead.*

Quinto, quòd ex hoc videtur poſſe colligi profundior reſponſio ad c. *caritas*, c. *radicata*, & alia, [c] innuẽtia, caritatẽ quæ perditur nõ fuiſſe veram, quàm illa, quam ſentit gloſſa, [d] quæ per vera intelligit perſeuerans vſque in finem, vel *perducens ad vitam æternam.*

e *Leg. non aliter. ff. de leg. 3.*
f *Cap. radicata inf. ead.*

Quoniã verbũ vera propriè non ſignificat illa, & à propria verborum ſignificatione non eſt recedendum niſi aliter de mente dicentis conſtet. [e] & quam illa ſignificata per gloſſ. [f] ſcilicet quod per verbum *radicata.* intelligitur de caritate perfecta, quæ dat ſecuritatem per ſpem perſeuerantiæ, tum quia hæc ſuppletio palam eſt extranea ſignificationi verbi *perfecta*, & verbi radicata: tam quia, vt ipſemet gloſſa ſentit, quælibet caritas quamlibet magna, & quamlibet perfecta & radicata perdi poteſt, argumento c. *ſi Paulus.* 8 & illi [g], [h] *Quiſtat, videat, ne cadat.* Et quãuis reſpõſio præfata, quę poſſet colligi ex predicta doctrina S. Tho. ſit profundior: germanior tamen eſſe videtur illa, quę colligitur ex mente præfatarum gloſſarum; ſcilicet quod præcitata capp. non ſignificant, caritatem quæ perditur non fuiſſe veram, ſed fuiſſe fragilem, & quaſi fictam, ſiue fictilem vt dixit Gratianus, [i] & inefficacem, quæ non habuit effectum ſaluandi eam habentem. Quoniam licet verba illorum capp. paululum improprientur, non tamen impropriantur ad libitum: ſed cogente neceſsitate irrefragabili, quod licet facere, vt iura iuribus concordent. [k]

g *22. q. 5. h 1. Cor. 10.*
i *In §. fin. inf. ead. poſito ſub c. fin.*
k *Cap. cum expediat. de elect. lib. 6.*

CAP. SI QVIS.

PATRES OCTAVÆ SYNODI.

SI quis ſemel notatus fuerit inuidiæ, vel contentionis vitio: & rurſus in hoc ipſum inciderit, ſciat ſe primam cauſſam, ex qua inuidia, vel contentio naſcitur in interioribus medullis habere reconditam. Oportet ergo eum per contraria, atque diuerſa curari, id eſt, per humilitatis exercitium. Exercitia verò humilitatis ſunt, ſi ſe vilioribus officijs ſubdat, & miniſterijs indignioribus tradat. ita namque arrogantiæ, & humanæ gloriæ vitium euitari vel curari poterit: vt aliàs legitur habitum mutabilitatis adeptus conſuetudine humilitatis affectus vltra iam non incidat in arrogantiæ, & vanæ gloriæ delictum. Atque in ſingulis huiuſmodi vitijs cura ſimilis adhibeatur.

SVMMARIVM.

1 *Inuidia quid, & cur vitium.*
2 *Triſtitia de malo alieno multiplex, bona & mala.*
3 *Inuidia dicitur capitalis, quia parit quinque filiæ.*
4 *Inuidia peccatum cur capitale, & de ſe mortale.*
5 *Nemeſis indignatio, eo quòd Deus det bona malis.*
6 *Conſuetudo quid, & quæ mortalis, vel venialis.*
7 *Contraria etiam vitia contrariis curantur.*
8 *Virtuoſos habitus curandi ratio Chriſtiana.*

a *In 1. 1. q. 26. ar. 1.*
b *Ca. 23. nu. 118.*
c *2. Rhetorior.*

1 NOTA primo inuidiam eſſe peccatum, quod latius profequitur dominus Cardinalis hic referẽdo ferre ad litteram S. Thomam, [a] cuius doctrinam vtiliter abbreuiando, ac decurtando in Enchirid. confeſſ. [b] nouiter eam ex eius mente definimus, aientes, inuidiam eſſe *vitium inclinans ad triſtãdum de bono alieno, eo quod ſuam excellentiam minuat*, quæ deſumitur ex mente Ariſtotelis, [c] & præfati S. Thomæ vbi ſupra, quem pulchre Caietanus ibidem defendit. Dixi, *vitium*, pro genere, quia omnis inuidia eſt vitium: non tamen contra omne vitium eſt inuidia. Dixi *inclinans*: quia definitur inuidia prout eſt vitium, & habitus generatus ex actibus inuidendi inclinans ad ſimiles actus, quod eſt proprium habituum, vt poſt eundem S. Thomam, [d] diximus in præfato Enchirid. [e]

d *1. 2. q. 49. art. 2.*
e *Prælud. 5. nu. 7.*

2 Dixi *ad triſtandum de alieno bono, eo quod minuit excellentiam ſuam:* quia triſtitia de alieno bono ob aliũ reſpectum non pertinet ad inuidiam. Etenim triſtitia de bono alterius, eo quòd ſit ſuum bonum pertinet ad odium: ea verò, quæ eſt de bono alieno, quatenus eſt dãnoſũ ſibi, vel alteri, & quæ poteſt eſſe bona, & mala pertinet ad aliud vitiũ, vel aliam virtutem: ea autem, quæ naſcitur ex eo, quòd ille indignus eſt eo, pertinet ad indignationem; quæ eſt mala ſecundum doctrinam Chriſtianã: quamuis non ſecundum Ariſtotelicam, vt docet S. Thomas vbi ſupra. In quod inuidia eſt illa ſola, quæ concipitur de alieno bono, eo quòd diminuit excellentiam inuidentis, quæ ſemper eſt peccatum, & ſuo genere mortale, ſecundum eundem S. Thomam, [f] quoniam repugnat caritati, quæ inclinat ad gaudendum de quolibet bono proximi, quatenus eſt bonũ ei.

f *Vbi ſupra art. 3.*

3 Ratio autem, quare inuidiæ vitium dicitur capitale eſt, quia parit alia quinque, ſcilicet odium, ſuſurrationem, detractionem, & de aliorum aduerſis lætitiam, & de proſperis triſtitiam, iuxta B. Gregorium, [g] declaratum per S. Thomam vbi ſupra art. 4.

g *Ca. 17. lib. 31. Moraliũ.*

4 Porro inuidia interdum eſt lethalis, interdum tantum venialis. Lethalis quidem primo, quando eſt de bono notabili proximi; ſcilicet ſciẽtia, honore, fama, diuitijs, fauore, veneratione, & id genus alijs: ea ratione, quod ſua per illud excellentia diminuitur, per proximè dicta. Secundo, qui triſtatur, eo quod non ſint ei tanta bona temporaria, quãta alijs ob finem mortiferum: quia eiuſmodi finis omnem actum efficit mortalem, iuxta ea, quæ tradidimus in præcitato Enchirid. [a] Triſtari autem de hoc ob finem venialem eſt veniale tantùm, triſtari verò ob bonum eſt virtus; quale eſt triſtari eo quòd careat virtutibus, quibus alium videt ornatum ad finem quærendi eas, iuxta mentem S. Thomæ vbi ſupra.

a *2 Prælud. 9. nu. 16.*

5 Tertio, qui deliberato triſtatur, eo quòd Deus bona malis largiatur, quod eſt peccatum appellatum Nemeſis, ſecundum omnes, maximè ſi id faciat incuſando diuinam in diuidendo bona prouidentiã, quod explicat late Caietanus, [b] definiens idem de illo, qui proponit imitari malos in actibus mortalibus, vt fortunarũ copia ſimilis eis euadat, contra illud. [c] *Noli æmulari in malignantibus*, id eſt, ne te ad ſui imitationem prouocent improbi.

b *In 2. 2. q. 36. art. 2. & in Summa, verbo Nemeſis.*
c *Pſal. 36.*

6 Nota ſecundo, contentionem eſſe peccatum, quam eſſe ſextam filiam vanæ gloriæ, diximus in Enchirid. confeſſ. [d] definiendo eã eſſe *altercationem inordinatã*, & conſequenter ſemper eſſe peccatum, ſaltem veniale: cùm omnis actus inordinatus, ſi eſt deliberatus, ſit peccatum, ſaltem veniale, vt diximus in dicto Enchirid. [e] Eſt autem mortiferum, vt [f] tradidimus, cũ per eam contra perſpicuam veritatem altercatur, circa ea quæ pertinent ad fidẽ ſanctam Catholicam, aut ad ſalutem animæ, aut corporis neceſſaria: alias non peccat, niſi venialiter iuxta Caietanum. [g]

d *Cap. 23. nu. 11.*
e *Prælud. 7. à nu. 4.*
f *In eod. cap. 23. nu. 34.*
g *In ſumma, verbo Contentio.*

7 Nota tertio contraria vitia contrariis virtutibus eſſe curanda: contraria enim contrariis curantur, vt dicit gloſſa in c. *affectum.* [h] per illum textum, & hunc, quem ibi ad id citat. Vnde Hieronymus, [i] teſtatur legiſſe quoſdã podagra & chiragra, quas ex epularum largitate contraxerant, laborantes, proſcriptione bonorum ad ſimplicem menſam redactos conualuiſſe.

h *26 q. 7.*
i *In cap legimus. de conſecrat. d. ſ. 5.*

8 Nota quarto memorabilem doctrinam ab omnibus diſcendam, vel iam ſcitam, in praxim deducendam ad eradicandum vitia, maximè quæ in puerili, iuuenili, & etiam virili ætate imbibimus, ſcilicet, vt nõ ſolum peccatorum per ea commiſſorum nos pœniteat, & diſpiciamus ea iam peccare: ſed vt exerceamur in actibus contrariis, per quos minuantur, & euruantur habitus vitioſi quæſiti per actus vitioſos. In quod eſt illud B. Gregorij, qui elegantiſsime de more ſic ait, [k] ſuper illud. [l] *Qui vult venire poſt me: Dominus ac redemptor noſter vitæ noſtræ veteri in vitijs enutritæ contrariet atem oppoſuit noui tatis ſuæ.* Et infra: *Cæleſtis medicus ſingulis quibuſque vitijs obuiantia adhibet medicamenta. Nam ſicut arte medicinæ, calida frigidis) (frigida calidis curantur: ita Dominus noſter contraria oppoſuit medicamenta peccatis, vt lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis manſuetudinem, elatis præceperit humilitatem.* Quare pij cõfeſſarij fuerit pœnitenti nimias, vel nimium delicatas, vel pretioſas eſcas edenti, ſuadere abſtinentiam, nimis delicatas veſtes induenti, ciliciũ rationabile, nimis otianti & vaganti, exercitium vtile ac quietum, & aliis vitiis occupatis alia contrariarum virtutum officia: non tamen ad ea voto vel iuramento adſtringendo, argumento cap. *clericos.* [m]

k *In homilia 72.*
l *Matth. 16.*
m *De clericoniug.*

§. *ITEM SINE CARITATE.*

GRATIANVS.

ITem ſine caritate nullo adulto peccatum remittitur: nõ autem habet caritatem, qui aliquando peccaturus eſt criminaliter.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum non remittitur abſque caritate.*
2 *Caritas & gratia idem, aut inſeparabiles.*

1 NOTA primo ex priori parte huius §. non remitti peccatum ſine caritate. Pro quo facit illud Chriſti ad Simonem de Magdalena. [n] *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum:* Et illud. [o] *Caritas operit multitudinem peccatorum.* Et illa multa Pauli, [p] quibus eam omnibus virtutibus præfecit. Et illud Proſperi. [q] *Caritas eſt mors criminum, vita virtutum.*

n *Luc. 7.*
o *1. Pet. ca. 4.*
p *1. ad Co. 13.*
q *In c. caritas eſt inf. ead.*

2 Et illa ratio firma, quod licet S. Thomas, & eius ſequaces, & Scotus, & eius aſſeclæ ſibi aduerſentur in eo, quòd hi aiunt, vnam & eandem rem eſſe gratiã gratum facientem & caritatem, & ſola ratione differre; illi verò quod realiter differunt: omnes tamen conueniunt in eo, quod numquam altera ſine altera inuenitur, vt colligitur ex

eodem S.Thoma.[a] Cùm ergo numquã sine gratia crimen remittatur, iuxta illud.[b] *Iustificati gratis per gratiam ipsius*: per quod id affirmat Sanctus Thomas ab omnibus receptus,[c] & per totam: numquam etiam sine caritate remittetur. Ex qua ratione efficaciter infertur, quod etiam puero, & infanti non remittitur peccatum originale sine caritate: quamuis Gratianus hic significet contrarium, quatenus inquit, non remitti adulto. Quia peccatum etiam originale per baptismum non remittitur sine infusione gratiæ, secundum omnes: omnis quippe iustificatio requirit illam, secundum S.Thomam.[d]

Nota secundo ex secunda parte, quod Gratianus allegando, & non determinando, ait, caritatem semel quæsitam numquam perdi posse. Si quidem non est ipse in ea opinione, vt constat ex §. *hæc quæ*. & ex multis alijs, quæ allegat infra,[e] licet tria capitula immediate sequentia citet pro ipsa: quod glossa rectè adnotauit.

CAP. CARITAS.

AVGVSTINVS AD IVLIANVM COMITEM.

CAritas, quæ deseri potest, numquam vera fuit.

CAP. RADICATA.

AVGVSTINVS TRACT. VIII. IN EPIST. I. IOAN. IIII.

RAdicata est caritas? securus esto, nihil mali procedere potest.

CAP. VALIDA.

GREGORIVS CAP. XXII. LIB. X. AD CAP. XI. IOB.

VAlida est vt mors dilectio. virtuti etenim mortis dilectio comparatur: quia nimirum mentem, quam semel ceperit, à delectatione mundi funditus occidit.

SVMMARIVM.

1 *Caritas vis quamlibet magna perdi potest.*
2 *Mors & dilectio quomodo fortes.*

1 NOTA primò, quod Gratianus citat hæc tria capp. pro sententia illorum, qui tenebant, caritatem semel quæsitam numquam perdi, quod tamen falsum est, & hereticum, vt supra dictum est in glossa summæ huius dist. per.[f] Concilium Tridentinum. Pro quo etiam est illud.[g] *Habeo aduersum te pauca, quod primam caritatem reliquisti*: per quod hoc tenet S.Thom. ab omnibus catholicis recept.[h]

2 Nota secundo ex cap. *valida*. adiuncta glossa intellectum illius.[i] *Fortis est vt mors dilectio tua*, scilicet quod sicut mors omnia soluit, vt habet authen. de nupt.[k] & ab omnibus terrenis separat: ita caritas, & dilectio Dei separat habentem eã ab omni malo affectu, cui concordat S.Thomas qui præfatum vers. in loco proprio sic exponit: *Sicut mors animam à corpore separat, vt iam nihil in præsenti vita homini liceat ambire: ita dilectio Christi, quem vere peruaserit, totum sæculo huic mortificat, & quasi insensibilẽ reddit, solúmque Christo viuens, mũdo mortuus est.* Pro quo est illud.[l] *Qui amat animam suam, perdet eam*. Caritas enim Dei efficit, ne animam nostram, quatenus est prona in terrena cæsestibus contraria, amemus: sed odio habeamus. Et illud.[m] *Christus semel mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerat Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu.*

CAP. CARITAS EST.

PROSPER CAPIT. XIII. LIB. III. DE VITA CONTEMPLAT.

CAritas est, vt mihi videtur, recta voluntas & ab omnibus terrenis ac præsentibus prorsus auersa, iuncta verò Deo inseparabiliter, & ignita igne quodam Spiritus sancti, à quo est, & in quem referitur incensa, inquinamenti omnis extranea, corruptionis * nescia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, super omnia, quæ carnaliter diliguntur excelsa, affectionum omnium potentissima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus semper inuicta, summa actionum bonarum, salus morum, finis cælestium præceptorum, mors criminum, vita virtutũ, virtus pugnantium, palma victorum, anima * sanctarum mentium, caussa meritorum bonorum, præmium perfectorum, sine qua nullus Deo placuit, cũ qua aliquis peccare nec potuit, nec poterit: fructuosa in pœnitentibus lęta in proficientibus gloriosa in perseuerantibus, victoriosa in martyrib⁹, operosa in omnibus omnino fidelibus, ex qua quidquid est boni operis viuit. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Caritatis exacta definitio.*
2 *Caritas & gratia diuersæ, at inseparabiles.*
3 *Caritas res creata qualitas animæ inhærens, habitus & virtus spiritualis, sed non de septem donis.*
4 *Figurata valde oratione vtitur hic Prosper.*
5 *Caritas terrenis inordinatis, non ordinatis aduersa.*
6 *Caritas non est habitus virtute naturali quæsitus, sed infusus à Deo, & est amicitia hominis cum Deo.*
7 *Bonum diuinum quo modo omnibus diligibile.*
8 *Deus sine dono fidei, vt cognoscibilis.*
9 *Deus vi naturali vt nosci & diligi potest super omnia.*
10 *Deum sine dono fidei nosse non satis saluti.*
11 *Deum non omnes, qui putant, diligunt super omnia.*
12 *Caritas vt omnis inquinamenti extranea.*
13 *Caritas non minuitur, licet tota tollatur.*
14 *Caritas vt immutabilis, & augmentabilis sine termino; & an per omnem actum & additionem gradus.*
15 *Caritas vt superat omne bonum naturæ.*
16 *Caritas figuratè non propriè est, quæ Prosper ait.*
17 *Caritas vt vita animæ, sic illa corporis.*
18 *Bonum nullum meritorium nisi ex caritate fluat.*
19 *Caritas cur dicitur omnium forma virtutum.*
20 *Caritas viæ nullum facit impeccabilem.*
21 *Caritas cur refert in Deum omnia moraliter bona.*
22 *Caritas maxima virtutum contra hæreticos.*

NOTA primo, quod glossa huius cap. diuidit, & summat illud pulchrè, quam cui placuerit legere, poterit.

Nota secundo, quod Prosper videtur definire caritatem. Cuius definitionem defendit hic Dominus Cardinalis sed nobis videtur magis more rhetorico laudare illam, & pulcherrimum encomium eius proponere, quam modo Aristotelico definire. Tum quia non ponit genus eius: neque est breuis, qualis debet esse omnis optima definitio secundum Aristotelicã doctrinam. Tum quia non aperit quidditatem caritatis: sed enumerat eleganter maximos eius effectus. Tũ quia per hæc omnia, & sola Prosperi dicta nescit quis, an caritas sit res creata, vel increata: substantia, vel quantitas: habitus, vel actus: virtus, an passio: naturaliter, vel supernaturaliter tantùm quæsita.

1 Quare per dicta supra,[a] clarius dici potest, quod caritas, *est donum supernaturale, infusum à Deo rationali creaturæ, quo diligit Deum super omnia, & proximum sicut se ipsum.*

2 Cuius definitionis bonitas probatur primo; quia vt dictum est,[b] supra,[c] secundũ Scotũ & suos assectas,[d] gratia gratum faciens, & caritas eadem res sunt, & non differunt, re, sed ratione tantùm: & gratia gratum faciens est secundum omnes, quos etiam nos referimus in Enchirid. confess.[e] & in præcitato cap. *resuscitatus*.[f] donum supernaturale infusum à Deo rationali creaturæ, quo grata est ei, quæ nulla re alia differt à prædicta nostra definitione, quam quia in illa dicitur, quo grata est ei, & in nostra loco illius ponitur, quo diligit Deum super omnia, & proximum sicut se ipsum. Quæ duo effectu sunt vnum: quandoquidem nemo est Deo gratus, qui non diligat eum super omnia, nec contra quis dono infuso diligit Deum super omnia, qui non sit ei gratus. Tum quia vt diximus in dicto ca. *caritas*. tam qui dicunt eas esse diuersas, vt S.Thomas,[g] & sequaces eius, quàm qui dicunt easdem esse idem, conueniunt in dicendo, quòd neutra earum sine altera inuenitur: & quod nemo est gratus Deo, qui dono supernaturali non diligit eum super omnia, nec econtrario.

Secundo probatur: quia constat ex genere, & differentia sufficienti: habet enim donum pro genere, quippe omnis caritas est donum, non tamen contra omne donum est caritas. Reliqua verò constituunt differentiam, qua differt ab alijs omnibus donis. Per illud enim, *supernaturale*, differt ab omnibus donis naturalibus. Per illud verò, *infusum à Deo*, differt à donis quæsitis à creatura, licet eius ope diuina. Per illud autem, *rationali creaturæ*, differt ab omni vi, & virtute indita creaturis rationis expertibus. Per illud denique, *quo diligit*, differt à dono fidei, & spei, de quibus Apostolus,[h] & à dono prophetiæ, & alijs gratijs, quas appellãt gratis datas, de quibus idem,[i] & per S.Thomam.[k] Per eadem etiam differt à gratia gratum faciente ratione quidem tãtùm, secundũ eos, qui dicũt eas re apse differre.

3 Ex qua definitione vltra ea, quæ Prosper dicit hic in textu sequitur primo, caritatẽ, de qua loquimur esse quidam creatum, essęque accidens & qualitatem inhærentem ipsi creaturæ rationali, vt tradidimus in dicto cap. *resuscitatus*.[l] & probat S.Thomas,[m] sicut & gratia gratum faciens secundum eundem.[n]

Secundo quod est habitus, & virtus specialis, & vna, vt ipsemet probat.[o]

Tertio, quod caritas est quidem donum; sed non de numero septem donorum, quæ appellantur Spiritus sancti, quæ prædixit Isaias,[p] habitum iri à Christo in hæc verba: *Et requiescet super eum spiritus Domini*, quorum nullum esse virtutem probat S. Thomas communiter receptus,[q] quem defendit ibi Caietanus ab argumentis Scoti.[r]

4 Nota secundo, quod Prosper in hoc ca. pro sua magna facundia vtitur in multis, oratione multis figuris figurata; nempe metonymia, hyperbole, metaphora, siue trãslatione, ac alijs. Metonymia quidem in principio, accipiendo effectum pro caussa. Si quidem, vt adnotauit prima glossa, caritas, quę est habitus à Deo infusus, non est voluntas recta; sed caussa faciens voluntatem rectam, & Deo gratam, sic Augustinus ait relatus à glossa.[s] *Fides est credere quod non vides*: cũ tamen fides sit habitus, & credere actus, quem illa facit: ita etiam Azo & Bartholus dicunt,[t] appellationem esse sententię rescissionẽ: cùm tamen non sit rescissio, sed caussa rescisionis. Hyperbole autem vtitur, dũ ait, caritatem esse terrenis omnibus prorsus auersam: cum tamen collecta Ecclesię significet, terrena posse appeti, quatenus rogat in ea, vt sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna. Et quotidie petimus à Deo *panem nostrum quotidianum*: sanam item mentem in corpore sano: immo aliqua eorum cadunt sub merito de condigno secundum S.Thomam.[u]

5 Quapropter restringi debet hoc desiderium, & vota inordinata: quibus tantùm, & non ordinatis est aduersa caritas. Sic item id, quod subiungit, *inseparabiliter Deo coniuncta*, restringendum est ad inseparabilitatem ex parte Spiritus Sancti, à quo infunditur, & ex parte suæ inclinationis, vel consummationis, quam habet in patria: quia ex parte subiecti, quod est vertibile, in via, passim & facile perditur, vt dictũ est in glossa summæ, & cap. *caritas*.[x] Metaphoraverò, & translatione vtitur, dum inquit, *ignita igne quodam Spiritus sancti*: non enim caritas verè est ignis, neque ignita: sed metaphoricẽ.[y]

6 Nota tertio ibi: *A quo est*, quod caritas nõ quæritur naturali virtute, neque ex actibus nostris, sicuti alij habitus à nobis quæsiti: sed à Deo infunditur, iuxta illud Apostoli.[z] *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*: cuius rationem tradit eleganter S.Thomas,[a] in hæc verba: *Caritas est amicitia quædam hominis ad Deũ, fundata super communicationem beatitudinis æternæ. Hæc autẽ communicatio non est secundum bona naturalia, sed secundum bona gratuita: quia vt dicitur ab Apostolo.*[b] Gratia Dei vita æterna. *Vnde & ipsa caritas facultatem naturæ excedit, quod autem excedit naturæ facultatem non potest esse, neque naturale, neque per potentias naturales acquisitum: quia effectus naturalis non transcendit suam caussam. Vnde caritas non potest neque naturaliter nobis inesse, neque per vires naturales acquisitas: sed per infusionem Spiritus sancti, qui est amor Patris & filij, cuius participatio in nobis est ipsa caritas.*

7 Nec obstat illud Dionysij.[c] *Omnibus diligibile, & amabile est bonum diuinum, quod est obiectum caritatis*: quia intelligendum est de dilectione fundata super cognitione, & communicatione naturalium bonorum: caritas autem fundatur super communione beatitudinis, quæ est bonum supernaturale.

8 Non etiam obstat, quod Deus, cùm sit summè bonus, est maximè diligibilis: quia conceditur, eum in se, prout est obiectum beatitudinis, maximè esse diligibilem, sicuti etiam est in se maximè cognoscibilis: sed ficut propter defectũ virtutis naturalis nostri intellectus non cognoscitur à nobis sine dono fidei, vti finis supernaturalis: ita propter defectum virtutis naturalis nostræ voluntatis, non potest à nobis sine dono supernaturali ab eo infuso diligi, vt conuenit nostrę saluationi.

Non etiam obstat illud Apostoli.[d] *Finis præcepti est caritas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta*: nec illud gloss. super Matth. 1. *Fides generat spem, & caritatem*. Nec illud Augustini relatum in cap. *sicut sæta*. c quod timor introducit caritatem, quia non significant, quod illa producunt, vel efficiunt caritatem: sed quod vel excitant ad exercendum actum eius, vel quod disponunt animam ad merendum saltem de congruo infusionem eiusdem, vt respondet S. Thomas vbi supra.

9 Non obstat etiam, quod homo existens in peccato mortali, carens caritate potest Deum diligere super omnia, vt tradit Caietanus,[e] ea ratione neruosa, quod sicut intellectus vi naturali potest cognoscere Deum super omnia diligibilem: ita & voluntas vi naturali potest diligere Deum super omnia.

10 Non inquam hoc obstat: quia vt colligitur ex eodem S. Thoma,[f] licet Deus vi naturali cognosci possit, vt principium naturale, & finis naturalis omnium creaturarum, & consequenter possit diligi, vt talis: non tamen potest cognosci vi naturali, quod est beatificator, & summæ beatitudinis auctor: quia id excedit omnem cognitionem naturalem & ita neque voluntas sua vi naturali potest diligere illum tamquam talem beatificatorẽ sine dono gratuito, quod est caritas. Et si replices. Intellectus per donum fidei additum suæ vi naturali cognoscit Deum, vt supernaturalem finem beatificantem: ergo voluntas sua vi naturali poterit ferri sine alio dono caritatis ad summè, siue super omnia diligendum eum. Respõdeo argumentum esse neruosum, sed solubile, negando cõsequentiam: tum quia arguit ex effectu cognitionis naturalis munitæ dono fidei gratuito ad effectum vis voluntatis dono gratuito destitutæ: tum quia argumentum potest retorqueri in arguentem sic: Vis naturalis intelligendi sine gratuito dono fidei non potest credere, vt conuenit saluationi, Deum supernaturalem finem: ergo nec vis naturalis voluntatis poterit, vt conuenit, eum vti supernaturalem finem diligere sine dono gratuito, quod est caritas.

11 Ex quibus infertur, posse quidem hominem, etiam post naturam per peccatum originale corruptam, per vim puram naturalem sine dono fidei habere aliquam cognitionem naturalem de Deo: scilicet quod est principium, & finis naturalis creaturarum: qualem habuit Aristoteles: qualem item Hæretici, Iudæi, & Sarraceni; & consequenter posse illum diligere tamquam tale principium, & talem finem, ita vt putent se diligere illum (vt conuenit) super omnia: non tamen credere, vt conuenit suæ saluationi sine dono fidei: neque cum illo amare ipsum super omnia, vt conuenit eidem suæ saluationi, nisi addito dono caritatis. Ad saluationem enim non sufficit qualis qualis fides, nec qualis qualis dilectio: sed perfecta; qua scilicet credantur omnia credenda explicite, vel implicite, quæ nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non poterit, vt habet Symbolum Athanasij, & cap. *firmiter*.[g] Et vt omnia præcepta saltẽ ad mortiferum peccatum

obligantia compleátur, iuxta illud.[a] *Qui mándata mea seruat, ú diligit me:* Et iterum: *Qui diligit me, sermonem meum seruabit.* Et[b] *Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non seruat, mendax est: qui autem seruat verbũ eius, in hoc caritas Dei perfecta est.* Et[c] *Hæc est enim caritas Dei vt mandata eius custodiamus.* Nec puto aliud sensisse eruditissimũ Caietanũ (licet eum videantur grauiter carpere recéntiores) in cõmẽtarijs super S. Tho.[d]

12 Nota quarto ibi: *Inquinamenti omnis extranea*, quod caritas omne inquinamentum expellit. Quod est verum in hoc sensu, quod in nullum peccatum, etiã quamlibet leue veniale inclinat & quod omni peccato mortifero adeo repugnat, vt per quodlibet mortiferum peccatũ quamlibet leue omnino amittatur, iuxta cap. *cum renunciatur.*[e] & tradit S. Thomas.[f] Compatitur tamen secum omnia peccata venialia, vt idem S. Thomas receptus probat.[g]

13 Nota quinto ibi; *Corruptionis nescia*, quòd caritas non potest corrumpi. Quod verum est, quoad hoc, quod non potest diminui, vt probat S. Thomas,[h] per illud[i] *Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum*, & ignis semper ascendit, vel extinguitur: & quia cessat ratio quare alij habitus diminuantur per cessationé actuũ, iuxta illud Aristotelis.[k] *Multas amicitias inappellatio soluit.* Quoniam caritas à solo Deo, vt dictum est, producitur, & conseruatur: alij autem habitus per nostros actus generantur, augentur, & diminuuntur. Non autem voluit dicere Prosper, illam esse incorruptibilem, quia, vt diximus, in glossa sum. & in cap. *caritas.*[l] amittitur, & corrumpitur, auferente Deo illam ab habente propter peccatum mortiferum.

14 Nota sexto ibi; *Nulli vitio mutabilitatis obnoxia*: caritatẽ esse immutabilem. Quod est verũ in hoc sensu, quod non potest naturaliter mutari ex vno subiecto in aliud, quod etiam cuilibet alij accidenti, & qualitati cõuenit, iuxta illud omnium Philosophorũ: Accidens non potest migrare de subiecto in subiectum, vt tradit S. Thom.[m] Posset autem supernaturaliter, sicuti notitiam mẽtis humanæ Deus ad mentem Angeli mutare posset, vt inter alios præsupponit Ioann. Maior, loquens in hac ipsa materia gratiæ.[n] Est etiam immutabilis per diminutionẽ, vt in præcedenti notabili dictũ est: sed mutabilis est, quo ad hoc, vt possit augeri secundum omnes,[o] & S. Thomam, p[&] Conciliũ Tridentinum iudicauit hæreticum dicentem contrariũ, q per hæc verba: *Si quis dixerit, iustitiam acceptam non conseruari, atque etiam nõ augeri coram Deo per bona opera, sed opera ipsa fructus solummodo, & signa esse iustificationis adeptæ, non autem ipsius augendæ caussam: anathema sit.* An autẽ per quamlibet actum augeatur grandis quæstionis est. Nam S. Thomas, Ricardus, & frequentior,[r] tenent partem negãtem. Ego autem contrariam in celeberrima Complutẽsi academia didici, cùm adhuc adolescens essem, vbi communiter id tenebatur: & mihi nunc etiã persuadent augmenta Ioannis Maioris.[s] Quæstionis item est, an illud augmentum fiat per additionem gradus ad gradum. Et quidem S. Thomas vbi supra, & eius scholæ viri mordicus tenẽt; quod nõ, sed per maiorem radicationem in subiecto, quod ipsum tenent in augmento omnium aliorum habituum, vt vterque Thomas.[t] Nobis tamen intelligibilior visa est semper à tempore præfato opinio prædictorũ Complutẽsium: quorum aliquot fuerunt discipuli præfati Maioris, qui eã affirmat, & mihi probat,[v] quamuis parum referat quoad salutem animę vtra opinio harum teneatur. Omnes autem conueniunt: posse illam augeri in infinitum in via, id est, quod nullus fidelis perueniet, dum viator est, ad gradũ caritatis quo maiorem habere nequeat, per illud Apostoli.[x] *Non quod iam acceperim, aut quod iam perfectus sim: sequor autem, si quomodo comprehendam.* Vbi glossa hoc annotauit. Pro quo mihi est textus singularis in clem. *ad nostrum.*[y] dum iudicat hæreticos illos, qui dicunt posse quẽ in vita præsenti tantum & talem perfectionis gradum acquirere, quod reddatur penitus impeccabilis: & amplius in gratia proficere non valeat. Quæstionis itẽ est, an posit perfecta esse in via, nã pars negãs videtur sequi ex proximè dictis, partem autẽ affirmantẽ videtur probare ca. *caritas.*[z] vbi dicemus.

15 Nota septimo ibi: *Super omnia, quæ carnaliter diliguntur*: videri textum pro illa mirabili conclusione S. Thomæ.[a] Quod bonum gratiæ vnius maius est, quam bonum naturæ totius vniuersi, vnde in corpore q. adducit illud Augustini super illud.[a] *Maiora horum faciet.* Quod maius opus est ex impio iustum facere, quàm creare cælum, & terram. Per quod, & quædam alia concludit vir piissimus, idemque doctissimus, quod licet creare cælum, & terram sit maius opus ex modo agendi: iustificare tamen impium est maius opus in se propter gratiã & caritatem, quam creat & infundit, & sine qua nulla fit iustificatio. Quæ si nobiscum animis nostris satis reputaremus, non tam facile caritatem amitteremus, ac amittimus, valorem illius parum pensantes, & nostram omnimodam perditionem illius amissionem consequentem non animaduertentes.

16 Nota octauo ibi: *Affectionum omnium potentissima*: multa mirabilia epitheta caritatis: quæ tamen sunt intelligenda per metonymiam, accipiẽdo effectum pro caussa. Non enim voluit dicere Prosper, quod caritas, quæ est habitus, sit affectionum omnium potentissima: sed caussa, quæ illam facit. Neque voluit dicere, quod ipsa, quæ est quoddam accidens, carens potentia appetitiua sit contemplationis auida: sed quod facit animam eam habentem illius auidam. Neque quod ipsa est inuicta: sed quod habentem eam facit inuictum, iuxta illud Apostoli.[b] *Quis nos separabit à caritate Christi, an mors, an vita?* &cæt. Neque quòd sit actio summa, sed quod facit eam; & sic de reliquis. Similiter item dicitur, *salus morum, finis cælestium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum.* Dicitur enim esse prædicta, quia operatur ea, inclinando, & adiuuando animã habentẽ eam ad illa facienda.

17 Nota nono ibi; *Anima sanctarum mentium*, quod caritas siue gratia, quæ est eadem, vel inseparabiliter illi coniuncta, sic se habet ad animam, vt anima ad corpus. Sicut enim corpus anima informatum viuit, & carens ea mortuum est: sic anima informata gratia & caritate viuit, & carens illa mortua est: immo addit Augustinus relatus in cap. *resuscitatus.*[c] quod corpus viuit absente resuscitatore: anima verò non nisi resuscitante præsente per gratiam & caritatem. In quod est illud.[d] relatum in cap. *omnis.*[e] *Omnis, qui non diligit Deum, in morte remanet.*

18 Mota decimo ibi, *Caussa meritorum bonorum*, Et ibi, *Sine qua nullus nũquam Deo placuit.* quod nulla opera quamlibet de se bona sunt meritoria, nisi qui ea fecerit, habeat caritatem, & gratiam prædictam. Et ita omnia opera, quæ fiunt ab infecto péccato mortifero dicuntur mortua: quia nihil prosunt ad quærendam gratiam, & gloriam æternam,[f] licet quo ad alia multum prosint, vt dicemus in ca. *quærat.*[g] post eius glossas. Vnde S. Thomas disputando concludit,[h] quod nulla virtus potest esse vera sine caritate, eo quod Apostolus,[i] ait, nulla opera, quamlibet bona prodesse sine caritate: & constat virtutes esse vtiles per illud.[k] *Sobrietatem, & iustitiam docet, prudentiam, & virtutem, quibus nihil in hac vita est vtilius hominibus.*

19 Immo[l] post Ambrosium definit, caritatem esse formam omnium aliarum virtutum, ea ratione, quod in moralibus id, quod dat actui ordinem ad finem, dat ei & formam. Manifestum est autem secúdùm prædicta, quod per caritatem ordinatur actus omnium aliorum virtutum ad vltimum finem, & secundum hoc ipsa dat formam actibus omnibus aliarum virtutum.

20 Nota vndecimo ibi; *Cum qua aliquis peccare non potuit*, hunc textum facere pro dicẽtibus, iustum non posse peccare, quod esse hæreticum diximus in c. *qui natus.*[m] Et ibi dictis adde, hæreticum esse dicere posse vllum peruenire ad illum statum, in quo non possit peccare per clem. *ad nostrum.*[n]

Nota duodecimo ibi, *fructuosa*, &cæt. alia pulcherrima epitheta caritatis, quæ etiam debent intelligi per metonymiam, id est, accipiendo effectũ pro caussa: caritas enim non est propriè illa, quæ hic dicuntur, sed caussa illorum.

21 Nota decimotertio ex illis verbis; *Ex qua quidquid boni operis est, viuet:* adiunctis illis superius positis, *Caussa bonorum operum*: quod omne opus bonum moraliter factum ab habente caritatem est meritorium etiam si aliàs non referatur in amorem, & obsequium Dei: quia caritas tantam vim habet, quod omnia referibilia in Deum, quæ habens illam facit, refert in ipsum vt inquit S. Thomas communiter receptus.[o] illa pulchra ratione, quod sicut voluntas imperat omnibus potentijs, & refert actus earum

in fines

a *Ioan.14.*
b *1.Ioan.2.*
c *Cap.5.*
d *In dicta 1. 2.q.109.ar 3.*
e *32.q.1.*
f *2.2.q. 24. art.ii.*
g *In eadem q.24. art. 11.*
h *In dicta q. 24.art.10.*
i *Cant.8.*
k *8.Ethic.*
l *1.supra ead. amittitur.*
m *3.par.q.62. ar.3.ad 2. & q.77.ar.1. in corpor.q.*
n *Lib.1. sent. dist.17. q. 18. col.2.*
o *In 1.lib.sen. dist.17.*
p *2.2.qu. 14. art.4.*
q *In sess. 6. canon.24.*
r *In dist. dist. 17.*
s *In dicta. dist.17. q.14.*
t *In 1.1. qu. 52.art.2.*
v *In dicta d. 17. quæst. 18.*
x *Ad Philip.3.*
y *De hæretic.*
z *Infra ead. a 1.1. quæst. 113.ar 9. ad 3. & in 4.sẽt. dist.5. q. 1.art.3. quæstiuncula 1.*
a *Ioan.14.*
b *Ad Rom. cap.10.*
c *Supr. dist.1.*
d *Ioan.1.*
e *Supr.dist.1.*
f *Ca.nihil.de consecrat.*
g *§.quod autem infr.dist. 3.*
h *2.2.qu. 23. art.7.*
i *1.ad Cor. 13.*
k *Sap.8.*
l *In art. vlt. eiusdem qu. 23.*
m *Sup.distin. 1.num.2.*
n *De Hæretic.*
o *In 2.1 sentent. dist. 40. quæst 1.art.4. & expressius in 5.*

in fines sibi gratos: ita caritas, quæ est forma omnium virtutum, vt prædictum est, & omnibus eis imperat, actus & fines earum in finem sibi gratissimum, qui est Deus super omnia ei caros & dilectus, saltẽ virtualiter refert. Ita quod quidquid ordinatur in finem alicuius virtutis, ordinatur in finem caritatis: & cum omnis actus bonus ordinetur in finem alicuius virtutis, in finem caritatis ordinatus remanebit: & ita erit meritorius. Et sic comedere, & bibere, seruato modo temperantiæ, & ludere ad recreationem, seruato modo eutrapeliæ, quæ medium tenet in ludis, vt dicitur,[a] meritorium erit in eo, qui caritatem habet, qua Deum vltimum finem vitæ suæ constituit. S. Thomæ autem videtur concordare communis, quam etiã tenet Maior,[b] & Thomas à Vio,[c] quos sequuti, hanc resolutionem diximus esse vnam de tribus relationibus virtualibus, quibus omnia nostra referimus in Deum, in ca. *cum minister.*[d] inferentes ex hoc vnum fructum sæpe à concionatoribus inculcandum illius fælicis status in gratia Dei, nempe quòd omnis actus moraliter bonus existentis in gratia Dei censetur sufficienter relatus in Deum, & meritorius amplioris gratiæ, & gloriæ eo solo, quòd agens illum sit gratia Dei gratum faciente ornatus.

22 Nota decimo quarto ex illis verbis: *Quam excellentiorem viã nommat Apostolus*, quod caritas est maxima omnium virtutum. Quæ conclusio est Catholica contra hæreticos ætatis nostræ, fundata in præfato dicto Apostol.[e] ibi: *Nunc autem manent fides, spes, caritas, tria hæc: maior autem est caritas.* Cùm enim omnium virtutum maximæ sint tres theologicæ, fides, spes, caritas, secundum omnes; cumque caritas sit maior fide, & spe, necessariò consequitur, caritatem esse omnium virtutum maximam, quod disputando S. Thomas receptus post, & ante alios tradit.[f]

§. *ITEM ERGO.*

PROSPER CAP. XV. LIB. III. DE VITA CONTEMPLATIVA.

ITem. Ergo si caritatem Deo exhibeamus, & proximo de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, facile peccato resistimus, bonis omnibus * abundamus, sæculi blandimenta contemnimus, & omnia, quæ difficilia sunt humanæ fragilitati vel aspera, etiam cum dilectione * perficimus, si tamen Deum caritate perfecta, quæ nobis ab illo est, ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus diligamus. Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus diligit Deum: quem si ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis, vnde peccati desiderijs seruiamus.

Aliàs operamus.
Aliàs detestatione.

SVMMARIVM.

1 *Caritas cur amicitia creaturæ cum creatore.*
2 *Caritatis cur est magis amare, quàm amari.*
3 *Caritas facit diligere Deum propter se tantum.*
3 *Bonum amabile triplex; propter se tantùm, & propter alium tantùm, & propter se & alium simul.*
4 *Dei cognitio incipit à creaturis: dilectio verò ab ipso.*
5 *Caritas iuuat ad resistendum peccato.*
6 *Comparatiuo pro verbo sæpe ponitur positiuum.*
7 *Dei dilectionis pulchra descriptio: sed figurata.*

NOTA primo ex hoc §. præcipuum caritatis actum esse dilectionem, circa quod dicemus primo, quod S. Thomas post & ante alios,[g] probat, quòd caritas propter dilectionem, quam producit, est quædam amicitia, qua creatura rationalis, quamlibet minima, fit amica Dei: & ille quamuis Opt. Max. amicus eius, iuxta illud.[h] *Non dicam vos seruos, sed amicos meos:* & illud: *Vos amici mei estis.*

Neque obstat, quod amicitia requirit conuersationem secundum Philosophum,[i] & homo in via nõ videtur conuersari cum Deo: quia licet non cõuersetur perfectè: conuersatur tamen saltem imperfectè quoad mentem, & spiritualia, iuxta illud.[k] *Nostra conuersatio in cælis est.* Et in col-

a *2.Ethic.*
b *Lib.senten. q.17.quæst.3. ci.2.q.21.ar. 3. & quæst. 110 ar.10. & aptius.qu. 8. art.3.*
d *23.q.5. nn. 18.*
e *1.Cor. cap. 12.& clarius cap. 13.*
f *2.2. quæst. 23. artic 6.*
g *2.2. q. 23. art.1.*
h *Ioan. capit. 11.*
i *8. Ethicor.*
k *Ad Philip. 3.*
a *Ioan.12.*
b *In ead.2.2. q.27.art.1.*
c *In li.3.sententiæ dist.27.q. 3.artic.1. & breuius 2.2. q.27.art.4.*
d *Psal.118.*
e *Num. 14. 23.quæs.5.*
f *In dict. dist. 27.q.3.art.1.*
g *De consec. dist.4.*

tantur: anathema sit. Quod ipsum sensit Cõcilium Tridentinum, [a] per illa verba: *Si quis dixerit, iustificatum, vel sine speciali auxilio Dei, in accepta iustitia perseuerare posse, vel cum eo non posse; anathema sit.* Neque obstat, quod illi canones loquuntur de gratia, & nos de caritate: quia, vt dictum est in primo notabili, gratia & caritas aut idem sunt secundum aliquos, aut certe inseparabiles. Ad idem facit illud Augustini, [b] commendatum à S. Thoma, [c] eum, qui negat nos orare debere, ne intremus in tentationem, negat autem hoc, qui contendit ad non peccandum gratię Dei adiutorium non esse homini necessarium: est anathematizãdus. Facit & illud, quod ei adiungit idem S. Thomas peccato mortifero infectum non posse diu abstinere ab alio simili, per illud Gregorij super Ezechielem. [d] *Peccatum, quod mox per pœnitentiam non deletur: suo pondere ad aliud trahit.*

Contra tamen Prosperi dictum, quatenus habet, facile resisti cũ caritate peccatis, facit primo illud Pauli [e] relatum per Hieronymum in c. *si Paulus.* [f] in hæc verba: *Si Paulus post inuiditatem, ieiunia, famem, carceres, flagella, supplicia in semet reuersus exclamat; Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Facit item quod S. Thomas, [g] probat, habentem gratiam, & caritatem egere auxilio Dei ad se conseruandum in eis. Qui etiam, [h] probat egere dono particulari perseuerantiæ ad se conseruandum in illo felici statu gratiæ vsque in finem, quod satis sentit Concilium Tridentinum, [i] facit item id quod ibi S. Thomas ait: *Nemo quamlibet iustus potest vitare omnia peccata venialia sine dono Dei speciali:* quale datum fuit virgini matri, quod in articulum fidei redegit sacrosanctum Concilium Tridentinum. [k]

6 Per quæ omnia videtur dicendum illud verbum *facile*, positiuum accipi pro comparatiuo facilius. Ita quod sit sensus, facilius resisti peccatis cum caritate, quàm sine illa, & vtitur figura Synthesi, qua vna dictio ponitur pro alia, sicut & in hoc loco. [l] *Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus,* ponitur bonum pro melius nisi quis dicat, Prosperum respexisse ad statum innocentiæ naturæ nondum lapsæ: in quo quis, etiam sine gratia habituali, non tamen sine auxilio Dei speciali, potuisset facile vitare omnia peccata mortalia, & venialia, vt docet ipsemet S. Thomas receptus, [m] sed hic sensus parum germanus videtur Prosperi verbis.

7 Nota tertio pulchram descriptionem dilectionis caritatis perpetua memoria dignam, scilicet quod diligere Deum est illi copulari animo, & concipere fruendi eius visione affectum, peccati odium, mundi fastidium.

Contra quod tamen facit, quod ea, quæ sunt idem, non possunt à se mutuo diuidi: nec alterum potest sine altero consistere. arg. l. *si idem.* C. de codicill. & l. 1. [n] & probatur ratione naturali speculatiua omnibus indita: at vnio hominis cum Deo datur sine dilectione Dei, anima enim hominis habens caritatem infusam, cum dormit, est copulata Deo: attamen non diligit Deum actu. Vigilans item frequentissimè amat Deum sine affectu, & sine desiderio visionis eius, & sine odio formali peccati, & sine fastidio, & sine displicentia mundi, vt experientia, quæ rerum est magistra, nos passim docet.

Ad hoc respondendum est, præfatam descriptionem continere figuratam orationem, sicut multa alia huius ca. & quod in ea per metaphoram effectus accipitur pro causa, nempe diligere pro caritate, quæ facit diligere, & copulationem hominis cum Deo pro caritate, quæ facit copulari, & causat desiderium videndi eum, & odium peccati, & fastidium, siue displicentiam mundi, quatenus continet offensas eius, vel impedit à fruitione ipsius, quæ etiam in hoc mundo habetur imperfecta, vt prædictũ est.

§. *DILIGERE ETIAM.*

SVMMARIVM.

1 *Caritatis ordo habet diligere Deum plus quàm se.*
2 *Et se plus quam proximum: & animã proximi plus quã corpus.*
3 *Et ad quid plus meliores, quàm coniunctiores.*
3 *Et ad quid plus Patrem, quam filium.*
4 *Et patrem, quàm matrem, & fratrem quàm vxorem.*
4 *Et benefactorem, quam beneficiarium.*
5 *Et quod etiam in patria seruabitur ordo.*
6 *Caritatis amor quis differt ab alio, etiam honesto.*

1 NOta primo in diligendo ex caritate, seruandum esse ordinem, id est, quod alia magis, quàm alia diligantur. Quod irrefragabiliter probatur per illud. [a] *Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me caritatem.* Per quod omnes, & in his S. Thomas [b] concludit, quod licet in his, quæ pertinẽt ad alias virtutes, tam theologicas, quàm morales non sit eiusmodi ordo necessarius, est tamen in iis, quæ pertinent ad caritatem. Et [c] concludit, magis nos debere diligere Deum, quàm proximum, & quam nosmetipsos: per illud. [d] *Si quis venit ad me, & non odit patrem, matrem, vxorem, fratres, sorores, adhuc etiam & animam suam, non potest meus esse discipulus:* Scilicet quia amicitia caritatis fundatur super communicatione beatitudinis, quæ consistit in Deo essentialiter, sicut in primo principio, à quo deriuatur in omnes, qui sunt beatitudinis capaces. Et ideo principaliter maximè Deus est ex caritate diligendus: ipse enim diligitur sicut beatitudinis caussa: proximus autem sicut beatitudine ab eo simul nobiscum participans. Et [e] concludit, teneri, quem ad diligendum se magis, quam proximum, quia exemplar diligendi proximum est dilectio sui ipsius, iuxta illud. [f] *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.* Cui concordat cap. *si non licet.* 8 & l. *præses,* [h] & illud glossæ eiusdem.

Alpibus ille perit, qui se plus diligit vllum.

2 Et [i] concludit, magis esse diligendum proximũ quoad salutem animæ, quàm eius corpus: quia hoc est capax beatitudinis per redundantiam eius de anima in corpus: illa autem per se, quod etiam videtur sentire Prosper in hoc §. Et [k] concludit, debere nos absolutè ratione obiecti diligere plus meliores, & magis Deo coniunctos coniunctione spiritalis gratiæ & caritatis; quàm cõiunctos coniunctione sanguinis: sed posse nos aliqua ratione, & respectu habito ad diligendum, & ad aliquem finem diligere intensius coniunctos sanguine, vel alia coniunctione temporaria. Ita quod, vt ipsemet concludit ibidem, [l] magis tenemur ad prouidendum quoad sustentationem corporalem parentibus, & aliis sanguine iunctis, quàm extraneis melioribus: quod etiam determinauit glossa, [m] in illa quæstione, quam dicit fuisse appellatã à Petro, Manducatore Aquam tenebrosam in nubibus aëriis: scilicet, cui potius, cæteris paribus, sit exhibendus cibus, patri hæretico, aut extraneo fideli.

3 An autem magis quis teneatur diligere patrem, quam filium quæstionis est. Et quidem D. Ambrosius relatus in glossa, [n] parentes præponit filiis: quod certum est quo ad effectum honorandi & colendi eos per rationes, quas assignat S. Thomas, [o] quo ad prouisionem autem, & vtilitatem præferendos esse filios efficaci ratione concludit, excepto autem articulo necessitatis, in quo magis tenetur prouidere patri, quam filio: quia magis obligatur, & debet ei propter ea, quæ ab eo suscepit beneficia, quod est valde notandũ. Quamuis enim natura magis inclinet ad amandum filium, vt opus suum: beneficia tamen à patre suscepta magis obligant ad exhibendum patri necessaria ad viuendum; quàm filio iuxta Philosophum. [p]

4 Cæterum, quòd pater per se, ac cæteris paribus, sit plus diligendus, quàm mater tradit ibidem, [q] & [r] concludens, parentes magis esse diligẽdos, & hõorandos, quàm vxorem, ratione boni & obiecti, quia sunt proprium: quamuis ratione coniunctionis intensius possit diligi vxor, quia sunt vna caro. [s] Eadem fere ratione concludit, [t] debere magis diligere benefactorem; quam beneficiarium, seu beneficiatum, cui benefecit, qua ratione est principium: licet beneficiarius quatenus est quoddam opus benefacientis, plus vt plurimum diligatur.

5 Et tandem [v] concludit, ordinem caritatis, etiam perduraturum in vita beata, quo ad hoc, vt ab omnibus beatis diligatur Deus super omnia, etiam super se ipsos diligentes. Et etiam quo ad hoc, vt quilibet beatus plus curet in ordinando suam mentem ad Deum, & gaudendo illa ordinatione, qua se ad id ordinat: immo & quoad hoc, vt coniuncti secundum quid, scilicet ratione coniunctionis diligant coniunctos: sed alios omnes tantò plus, quantò sunt meliores, & Deo coniunctiores, ea ratione, qua sunt meliores, & Deo amiciores & gloriosiores. Quæ ratio & respectus diligendi incomparabiliter, vt ait S. Thomas

a *Can. 1.*
b *2. 1. quæst. 26. art. 1.*
c *In ar. 2. & 3.*
d *Luc. 14.*
c *In ar. 4.*
f *Leuit. 19. & Matt. 22.*
g *23. qu. ult., & C. de seruitutibus & aqua.*
h *In 5.*
k *In 7. art.*
l *Art. 8. & 13.*
m *In ca. 1. 30. dist.*
n *Placitati cap. 1. 30. dist.*
o *Vbi supra art. 9.*
p *In 8. Ethic.*
q *Art. 10.*
r *In 11.*
s *Mat. 19.*
t *In art. 12.*
v *In art. vlt.*

iam id expertus, præcellit omnes alias coniunctiones ad diligendum mouentes.

6 Nota secundo illa verba, *Proximos autem tunc diligimus*, quod non est caritatis actus, vt plurimi opinantur, amare alium, quia est cognatus, conterraneus, conciuis, collega, condiscipulus, commilito, vel alia necessitudine coniunctus: sed eo tantùm respectu, quod est naturæ nostræ particeps, & supernæ beatitudinis capax, vt hic pulchrè definit Prosper: & nos traditimus in Enchirid. Confess. [a] distinguentes amorem honestum ab inhonesto, & honestum caritatiuum ab honesto naturali ex coniunctione, & ratione temporaria procedente.

a *Cap. 14. n. 6.*

CAP. QVAERENDVM.

BEDA AD CAP. PRIMVM, PRIMÆ IOANNIS.

QVærendum est interea, quomodo speciale filij Dei agnoscendi signum fuerit, quod super eum descenderit, & manserit Spiritus sanctus. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Spiritus Sanctus Christo semper insuit, aliis autẽ omnibus non.*

NOta, quod licet Spiritus sanctus semper manserit, & maneat in Christo, qua parte homo est, quia fuit plenus gratię, & veritatis, [b] in aliis autẽ fere hominibus, etiã sanctissimis, ita manet, vt etiam aliquando possit recedere, & in quibusdam penitus recedat: ita vt perdant omnino gratiam gratum facientem & caritatem contra hæreticos ætatis nostræ: & aliquando tantùm quoad aliquas gratias gratis datas. vt perpulchra exempla hic Beda demonstrat.

b *Ioan. 1. 1.*

CAP. CARITAS.

APOSTOLVS I. COR. XIII.

Caritas numquam excidit.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus illius,* Caritas nunquam excidit.

PEr dicta supra eadem dist. [c] dicendum est, intentionem Pauli non fuisse dicere per hæc verba, quod caritas nõ excidit, seu amittitur per peccatum mortiferũ; sed quod, vt glossa hic, & S. Thomas, [d] rectè dicunt, non finitur in hac vita: sed consummatur in alia; quia fides conuertitur in scientiam; spes in rem presentem; caritas autem augebitur, iuxta illud. [e] *Viuit dominus,* &c. Cuius rationis ratio est; quod fides non habetur de visis & scitis, vt ait S. Thomas receptus, [f] nec spes de rebus presentibus: sed de futuris, seu speratis tantum, secundum eundem S. Thomam. [g]

c *In gloss. sum. & in c. caritas 1.*
d *1. ad Cor. 13. lectione 3.*
e *Esaiæ 51.*
f *2. 2. quæ. 1. art. 7. 4.*
g *Quæst. 18. artic. 2.*

CAP. VNCTIO.

AVGVSTINVS SVPER. EPISTOLAM I. IOANNIS, TRACT. III.

VNctio inuisibilis Spiritus sanctus est: vnctio inuisibilis caritas est, quæ in quocũque fuerit, tamquam radix illi erit. Quę quãuis, ardente sole, aresc̃ere non potest, vritur calore solis, non arescit.

Vnctio inuisibilis caritas est. *Apud D. Augustinum aliter legitur. Vnctio inuisibilis caritas illa est, quæ in quocumque fuerit, tamquam radix illi erit, quæ quamuis ardente sole arescere non potest. Omne quod radicatum est nutritur calore solis non arescit. Ita non negat caritatem posse arescere, sed quod in caritate radicatum est. Hæc habent notæ Gregoriana in hoc cap.*

SVMMARIVM.

1 *Caritas non est Spiritus sanctus: sed donum creatum.*
2 *Caritatem tribulatio non perimit, sed auget.*

h *In 2. li. sent. dist. 27.*
i *Sess. 6. cã. 11.*

1 NOta primo, quod hoc ca. & similia dederunt ansam Magistro sententiarum, vt diceret, [h] quod caritas est ipsemet Spiritus sanctus, & non donum creatum, & infusum à Deo distinctum ab ipso Spiritu sancto, & ab anima, in quam infunditur, & cui inhæret, quod esse falsum, declaratum fuit in Concilio Tridentino. [i] Et ita hodie est hæreticum, licet tempore Magistri fortè non fuisset, vt modo definitum, quemadmodum diximus in cap. *caritatis. 2.* [a]

a *Nu. 3. supr. eadem.*

2 Nota secundo ex glossa cui concordat D. Cardinalis, licet de illa non faciat mentionem, quod ea ratione caritas dicitur non arescere, sole ardente, quia per tribulationem, quæ instar solis suo grandi calore vrgentis premit tribulatos, nõ perit, nec minuitur: sed augetur iuxta illud, [b] *Da nobis auxilium de tribulatione.* Quod autem per solẽ feruor alicuius tribulationis possit intelligi, colligitur ex illo. *Nigra sum sed formosa, quia decoloratio me fecit;* id est tribulationis exercitatio secundum expositionem glossæ.

b *Psal. 59.*
Cant. 1.

CAP. PENNATA.

GREGORIVS HOMILIA III. SVPER EZECHIELEM.

PEnnata animalia minimè reuertuntur. Et reliqua.

CAP. NON REVERTEBANTVR.

GREG. HOM. V. IN CAP. I. EZECHIELIS.

NOn reuertebantur, cum ambularent. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Propositum non obligat, etiam ad veniale.*
2 *Verba illa,* faciam id: *tripliciter intelligi possunt.*
3 *Deus quomodo omnia in omnibus.*

1 NOta primo ex his duobus capp. quod eniti debemus, ne à bonis, quæ cœpimus, reuertamur ad mala, quæ admisimus: quod dicitur in hoc ca. significari, primum per illud Ezech. *Animalia pennata, cùm incederent, non reuertebantur.* Et per illud. [c] *Nemo mittens manum ad aratrum, & adspiciens retro, aptus est regno Dei.* Et per illud Pauli. [d] *Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea, quæ sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor.* In quod facit illud eiusdem Gregorij. [e] *Qui bona agunt, si meliora agere deliberãt, & post deliberata non faciunt, licet in bonis prioribus perseuerent: in conspectu tamen Dei ceciderũt ex deliberatione.* Per quod Cardinalis aiebat, peccare illum, qui proponit facere aliquod bonum opus, si postea illud non exequitur. Cuius cõtrarium probamus nos in Enchiri. confess. [f] quod etiam tenet S. Thomas, [g] quem nos referimus, & sequimur per illud eiusdem Enchir. vbi supra. Quia nullum propositum, quamuis ardenter conceptum obligat aliquem, nisi promittat animo se obligandi, quod frequentissimè contingit, cum affabilitatis, vel amicitiæ gratia abeuntes dicunt remanentibus: vel contra remanentes abeuntibus: *Visitabo, aut salutabo illum, aut illum nomine vestro:* aut *precabor illic, aut illic Deum, aut Virginem matrem: aut illum, aut illic sanctum in illo, aut illo loco,* potius caussa exprimendi amoris & propositi, vel intentionis, quam habet ad ea faciendum; quàm animo se ad ea obligandum.

c *Luc. 9.*
d *Ad Philip. 3.*
e *Homil. 3. lib. 1.*
f *Cap. 12. nu. 26.*
g *2. 2. quæst. 88. art. 1.*

2 Nam vt subtiliter ait Caietanus, [h] cum dicitur: *Faciam hoc,* potest tripliciter exponi. Primo, vt sit enunciatio propositi, quasi diceret. Intendo hoc facere. Secundo, vt sit enunciatio euentus, quasi diceret: Ponetur hoc in effectu. Tertio, vt enũciet promissionem, quasi diceret. Promitto, quod faciam hoc: & in hoc solo tertio sensu habet vim promissionis. Immo & siquis promittat, sine tamen animo obligandi se: sed tantùm exprimendi suum propositum, nõ obligatur, in conscientia saltem, si res est leuis: & non iurat illud, vt ipsemet ibidem prosequitur. Per quæ possunt etiam limitari ea, quæ scripsimus in præcitato Ench. confe. [i]

h *In dicta q. 88. art. 1.*

Ex quo infertur, confessiones eorum, qui confitentur, se omisisse, aut destitisse ab executione diuinarũ vocationum; & propositorum implendi pia consilia, intelligẽdas esse de omissionibus, quæ per negligentiam, vel aliam inordinationem, saltem venialem contaminantur.

i *Cap. 18. n. 6.*

3 Nota secundo ex cap. *non reuertebantur.* adiuncta glossa illud Pauli, [k] quòd in regno cœlesti Deus erit omnia in omnibus. Contra quod facit, quod nihil est quicquam in

k *1. ad Corin. 15.*

Deo, quod non ſit ipſemet Deus: & quod Deus eſt adeo ſimplex,& ſeparatus ab omnibus ſuis creaturis, iuxta cap. *firmiter*. [a] quod quidquid eſt in Deo, eſt ipſemet Deus ſine vlla generis, vel ſpeciei, vel accidentis compoſitione & diuerſitate, vt probat S. Thomas: [b] & in dicto cap. *firmiter*. ar notitia, viſio, caritas,& gaudium, ſalus & vita beatorũ non ſunt Deus: ergo nec ipſe eſt in eis omnia. Quam oppoſitionem videtur ſenſiſſe gloſſa, dum verbum *omnia* exponit per verbum *ſufficientia*, cui videtur conſentire idem S. Thomas, [c] dum ait, Deum eſſe omnia in beatis: quia creaturarum animæ omnino requieſcent in eo: & quia eſt beatitudo earum. Sed clarius dici poſſet id, quod ambo ſentiunt; ſcilicet, quod ipſe eſt omnia in eis, non quidé realiter, ſed eminenter & cauſſaliter, cauſſando nempe in eis omnia, quę homo naturaliter deſiderat, quę reducuntur ad ſcientiam, aut ad vitæ rectitudinem, aut ad honoris ſublimitatem, aut ad famę celebritatem, aut ad diuitias, aut ad voluptatem, & delectationem, aut ad ſui conſeruationem, vt tradit S. Thomas. [d] Cuius ſuper hoc dicta ante hac redegimus in epilogum in prędicato Enchirid. confeſſ. [e] vbi etiam hoc Apoſtoli elogium ex Auguſtino citatur.

a Dē Sum. Trin.

d 1. par. qu. 7. art. 1. & per totam.

c In loco prorio, ſcilicet dicto cap. 15.

d Lib. 3. contra Gent. ca. 63.

e Pralud. 4. num. 14. ſubſ. finem.

CAP. POTEST.

GREGORIVS HOMIL. V. IN CAP. I. EZECH.

POteſt diſcurſus, atque mobilitas ſpiritus ſic intelligi. In Sanctorum quippe cordibus iuxta quaſdam virtutes ſemper manet: iuxta quaſdam verò receſſurus venit, & venturus recedit.

NOta præcipuum eorum, quę ex hoc cap. colligi poſſunt; ſcilicet de acceſſu, & receſſu Spiritus ſancti, qui viris ſanctis contingit, De quo dictum eſt in ca. *quærendū*. [f]

CAP. FICTA.

AMBROSIVS IN COMMENT. AD CAP. VI. 2. AD COR.

Ficta caritas eſt, quæ deſerit in aduerſitate.

**Sunt verba gloſſ. ordin. in c. 1. 1. ad Cor. ſed Ambroſij verba ſunt hæc, Simulata caritas in hũ eſt, qui in neceſſitate deſerunt fratres.*

SVMMARIVM.

1 *Caritas ficta cur hic appellatur vera.*

NOta quod ex dictis ſupra, [g] & ex mente gloſſæ huius cap. & ex D. Cardinali colligitur verbum, *ficta*, in hoc cap. non accipi propriè pro caritate, quę apparet eſſe, & non eſt: ſed pro vera, quę verè infunditur à Deo, & perditur per peccatum quia licet neque ex parte Dei, à quo infunditur, neque ex parte ſuæ naturę ſit amiſsibilis: eſt tamen talis ex parte ſubiecti, quod eſt vertibile per liberum arbitrium, vt ibi declaratum eſt, & appellat eam Ambroſius hic, fictam, id eſt non duraturam in finem vſque vitæ, vt inquit gloſſa vel fragilem ob fragilitatem, quam ſuſcipit ex ſubiecto.

f Supra ead. num. 1.

g Eadē dist. in gloſſ. Summe, & in ca. caritas. 1. & cap. valida.

CAP. QVIA RADIX.

AVGVSTINVS IN LIB. L. HOMIL. HOM. VIII.

QVia radix omnium malorum eſt cupiditas, & radix omnium bonorum eſt caritas; & ſimul ambæ eſſe non poſſunt niſi vna penitus *euulſa fuerit, alia plantari non poterit, ſine cauſſa conatur aliquis incidere ramos, ſi radicem non contendit euellere.

*Aliàs radicitus.

SVMMARIVM.

1 *Radix vera quid, metaphorica quid. nu. 3.*
2 *Peccatorum origines multæ, maximæ fomes.*
4 *Verbum omne, ponitur pro ſingulis generum, pro genere ſingulorum.*
5 *Caritas aliter radix bonorum, quàm cupiditas malorum.*
6 *Caritas peccato mortali, non venialirepugnat.*
7 *Peccatum exterius vix ſine interiori vetatur.*

1 NOta primo, cupiditatem eſſe radicem omnium malorum. Similis textus in c. *bonorum*. [a] & ante omnes Paulus. [b] Cõtra quod facit primo, quod radix propriè eſt id, per quod arbor vel herba ſuſcipit ex terra nutrimentum.

2 Secundo illud Eccleſiaſtes decimo, *Initium omnis peccati eſt ſuperbia*. Tertio quod plurima mala oriuntur ex fomite peccati originalis, qui licet per baptiſmum aliqua ex parte debilitetur: numquam tamen penitus extinguitur, & ſemper nos inclinat ad peccandum, iuxta illud Pauli, [c] relatum à D. Hieronymo in cap. *ſi Paulus*. [d] *Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?* Ex quo fomite omnis ætas ab adoleſcentia dicitur prona ad malum, vt eſt in cap. *omnis*, [e] & in prœmio Clementinarum.

Quarto quod pleraque peccata naſcũtur ex paſsionibus amoris, odij, timoris, ſpei, & iræ: quæ impellunt ad actus malos, ex quibus frequentatis generantur habitus vitioſi, qui etiam impellunt ad actus malos, ex quibus ſunt geniti, ſecundum omnes. Quin & ex vno peccato generatur aliud, & alibi dicitur, quod ignorantia eſt mater cunctorũ erratorum, [f] quæ omnia ſolerter tangit Magiſter ſententiarum. [g]

Ad horum primum reſpondetur ex mente S. Thomæ, [h] quod radix propriè eſt id, quod dicitur in argumento: ſed per metaphoræ, ſiue tranſlationis figuram accipitur pro alijs, ex quibus naſcuntur, profluunt, & deriuãtur alia propter quamdam ſimilitudinem, quam in hoc habent cum radice vera; ex qua naſcitur, & nutritur arbor, vel herba, & in hoc capit, radix non accipitur propriè, ſed metaphoricè.

4 Ad omnia autem alia argumenta reſpondetur, quod duplex eſt diſtributio huius nominis, *õne*, vel *omnia*, vt omnes tradunt, in quibus eſt etiã Magiſter ſententiar. [i] & Accurſus communiter receptus, [k] & clarius glo. huius ca. Altera vulgaris & magis vſitata, qua diſtribuit pro ſingulis generum, id eſt pro omnibus ſpeciebus & indiuiduis poſitis ſub nomine cui adiungitur. Altera minus aſſueta, qua diſtribuit pro generibus ſingulorum, vt in illo celebri elogio. *Omne animal fuit in arca Noe*. non enim ſignificat, quod omne contentum ſub illo verbo *animal*. in ſpecie, ſiue in indiuiduo fuit in arca Noe: ſed quod, aliquod animal de quolibet genere animalium fuit ibi; & in hoc cap. verbum *omnium*. diſtribuit poſteriori modo, & non priori: ita quod non eſt ſenſus, quod omnia mala in indiuiduo, & in ſpecie naſcuntur ex cupiditate: ſed quod nullum eſt genus mali, cuius aliqua ſpecies, vel indiuiduum nõ prodeat, vel prodire non poſsit ex cupiditate, quod rectè gloſſa intellexit.

5 Nota ſecundo, quod radix omnium bonorum eſt caritas, in quod faciunt plurima illa, quæ in encomium eius dixit Proſper. [l] Et multa, quæ nos illis ex alijs auctoribus addidimus: & in iis, quod omnia opera moraliter bona facta ab habente caritatem cenſentur prodire ab ipſa: & tãquam ab ea procedentia ſunt grata Deo, & meritoria, tam gloriæ, quàm gratiæ gratum facientis.

Sed contra hoc vrget, quod infideles, & mali Chriſtiani, qui omnes ſunt expertes caritatis faciunt multa bona & habent multas virtutes, vt diximus in ca. *omnis*. [m] vbi eſt illud Hieronymi: *Romani virtutibus meruerunt imperium*: & S. Thomas concludit, [n] quod non omnia opera infidelium ſunt mala & conſequenter aliqua ſunt bona: & tamen nõ procedunt ex radice caritatis, qua penitus caret, & infra, [o] dicemus bona facta in peccato mortali perdi.

Ad hæc reſpondemus primo id, quod paulo ſupra reſpondimus argumento primo cõtra notabile primũ forma to, intelligẽdo, quod verbũ *omniũ* diſtribuit pro generibus ſingulorũ: & nõ pro ſingulis generũ. Secũdo reſpõdemus; quod verbũ *bonorum*. accipitur pro ſolis bonis Deo gratis & placitis, quorum nullum poteſt inueniri, quod non procedat ex caritate, vt latius dictum eſt in dicto capit. *caritas* 2. Ex quibus infertur, quod longè aliter caritas

a 47. diſt. b 1. ad Timot. 6.

c Ad Rom. 7. d 32. q. 5.

e 12. q. 1.

f Cap. ignorantia. 38. d. g Lib. 2. diſt. 42. h In præfata diſt. q. 2. ar. 1.

i In d. diſt. 42. k In l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iu.

l In c. caritas 2. ſup. eadem.

m § ex iis. 2. 8. queſt. 1.

n In 2. 2. q. 10. art. 4.

o Diſt. 4. in ca. quamuis. §. quod autē.

eſt radix omnium bonorum, quàm cupiditas omniũ malorum. Quia hæc ſolùm eſt radix omnium malorum, intelligendo, quod illud verbum *omnium* diſtribuat pro generibus ſingulorum: caritas autem eſt radix omnium bonorum, etiam intelligendo, quod illud verbum, *omnium*, diſtribuat pro ſingulis generum, accipiendo verbum *bonorum*, pro ſolis operibus Deo gratis atque acceptis, & vita æterna dignis.

6 Nota tertio, duo contraria non poſſe eidem ſubiecto ſimul ineſſe, & quod caritas eſt contraria cupiditati, quod eſt verum de cupiditate mortifera: non autem de veniali; quia caritas patitur ſecum peccatum veniale iuxta doctrinam S. Thomæ communiter receptam, [a] non autem mortale, ſecundum eundem. [b]

7 Nota quarto, ſine cauſſa quem compeſcere actus peccatorum exteriores, niſi etiam compeſcat interiores: quia ſicut ait hic Auguſtinus, ſine cauſſa conatur quis incidere ramos, ſi radices non contendit euellere. Sicut enim è radice pullulat ramus, ſic ab interiori actu exterior actus prouenit. Vnde Hieronymus ait illud, [c] *Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram?* Intelligendum eſt de illo, qui motus voluntatis paruos exorientes per memoriam petræ, quæ eſt Chriſtus confringit. Et alibi: *Niſi prauos animi motus ſtatim confregeris, deducent te ad peccatum maximum*. Per quæ memini me olim dixiſſe cuidam parocho cum primis amico, & ſatis diuiti, excuſanti ſe non poſſe à libidine abſtinere: Quia fieri poteſt, vt abſtineas, fere ſeruientibus aſsiduè tibi puellis decoris: aſsiduéque lautis epulis tam in cœna, quàm in prandio vtaris? cùm neceſſario ſurgant tibi motus peccati, qui non colliſi ad petram, ducunt te in peccatum operis, & conſuetudinis, quod dicitur maximum in cap. *ſuper tribus*. [d] Cui conſentit Auguſtinus in ca. *ſicut*. [e]

Contra tamen hoc notabile facit ca. *vides*. [f] & cap. *diſplicet*. & ca. *nimium inquieti*. cum ſimilibus, quæ probant bonum & vtile multum eſſe arcere malos ab opere exteriori malo, etiam ſi non poſsint arceri à mala voluntate interiori; quia ceſſare à malo opere, & conſueſcere contrario, eſt gradus & via, vt incipiat placere bonum: & vt ceſſet voluntas faciendi contrarium. Quare non eſt dicendũ Auguſtinum, cuius ſunt prædicta duo, capp. in oppoſitum citata, voluiſſe dicere, in hoc nihil prodeſſe ceſſare, vel arceri quem ab opere malo exteriori, etiã ſi non ceſſet, nec arceatur à malo interiori: ſed quod non ſatis eſt abſtinere ab illo. Ita quod ad verbum illud *ſine cauſſa*, intelligendũ eſt, de cauſſa ſufficienti ad pœnitudinem de peccato, vel quod ægrè, & vix ceſſabit ab opere exteriori, niſi euellat opus interius: vel quod vix, ne vix quidem abſtinebit ab illo, niſi abſtineat ab interiori.

a 2. 2. q. 24. art. 10. b Ibid. ar. 12.

c Pſal. 136.

d Supr. diſt. 1. e Inf. eadem. f 23. qu. 6. g 23. queſt. 4.

CAP. CARITAS EST aqua.

AVGVSTINVS.

CAritas eſt aqua, de qua dominus ait in euangelio. †Qui biberit aquam, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.

Ioan. 4.

SVMMARIVM.

1 *Credere Deo, Deum, & in Deum diuerſa.*
2 *Nemo repente ſummus acquiſitione naturali.*
3 *Chriſti anima & Apoſtoli, vt repente ſummi.*
4 *Virtus quid, & quæ infuſa, & quæ queſita.*
5 *Virtus cur communiter ſtet in medio rationis, non rei.*
6 *Caritas cur dicitur forma omnium virtutum.*
7 *Caritas creſcit in via ſine termino.*
8 *Caritas maxima patrię non eſt Seraphica. Seraphim, & Cherubim cur ita dicti.*
8 *Caritas Chriſti & matris cur maior angelica.*
10 *Reſolutio breuis ſeptem queſtionum Cardinalis.*

EA omnia, quæ in hoc cap. ex Auguſtino elegãter diſſerente adferuntur reducenda ſunt ad ſenſum, qui cõueniat reſolutioni poſitæ in gloſſa Sũmæ, & in c. *caritas*. [h]

Nota duos illos ſenarios, quibus gloſſa verbo, *credere*, declarat differentiam inter credere Deo, Deum, & in Deum, ſcilicet.

h Supra ead.

Credo Deo, credásque Deum, plus credo valere,
Si credas in eum, quam quod ei, vel eum.

Hoc ideo; quia credere Deo eſt, credere verũ eſſe, quod Deus dicit: credere Deum eſt credere Deum eſſe, quod & Dæmones credunt: ſed credere in Deum eſt amando credere in ipſum.

§. HAC QVAE.

GRATIANVS.

HÆc quæ de caritate dicuntur de perfecta intelligi poſſunt, quæ ſemel habita numquam amittitur. Et reliqua.

1 NOta primo, quod Gratianus inſinuat in hoc §. vnam ſolutionem ad omnia cap. præcedentia, [a] per quæ videtur probari, caritatem ſemel quæſitam amitti nõ poſſe; ſcilicet quod intelligatur de caritate perfecta. Quæ tamen ſolutio nihil valet: quia etiam perfecta huius vitæ amitti poteſt; vt dictum eſt ſupra. [b]

2 Nota ſecundo celebre illud elogium. *Nemo repente fit ſummus*: cui conſonat illud Perſij.

Non à fonte labia prolui Caballino,
Neque in bicipiti ſomniaſſe Parnaſo
Memini, repente vt ſic Poëta prodirem:

Et illud Poëtæ de Maria Virgine Matre:

Omne quod excellens, & quod ſublime futurum eſt,
Difficiles ortus habet, incrementáque tarda.

3 Contra quod tamen facit, quod humanitas Chriſti eodem momento, quo Virgo Mater humillimè reſpondit ad angelum; *Ecce ancilla domini*, &c. repente aſſumpſit animam & corpus, & fuit vnita per vnionem hypoſtaticam diuinitati, vt tradit S. Thomas receptus, [c] & eandem animam repleuit tanta gratia, quanta maior nulla fuit: nec erit vmquam, quamque alij ſummam, alij vocãt infinitam, vt colligitur ex eodem, [d] & alijs. Adeo quidem quod non potuit, nec poteſt augeri, vt ipſemet tradidit, [e] aſſerens, eam fuiſſe illi in primo inſtanti ſuæ conceptionis inditam. Quare præfatum elogium eſt intelligendum de iis, quæ fiunt, nutriuntur, & augentur naturaliter: non autem, quæ à Deo ſupernaturaliter fiunt: quæ poſſunt ab eo repente fieri ſumma. Nam & repente Apoſtolos fecit ſummos concionatores die Pentecoſtes, [f] & Paulum ex perſequutore vas electionis. [g]

a Ad cap. 1. vſque in hunc §.

b In gloſſ. ſumæ.

c 3. par. q. 33. per totam.

d 2. par. q. 6. & 7.

e In dicta q. 7. art. 12.

f Act. 2.

g Act. 9.

In Gloſſam.

Nota tertio, gloſſam eſſe hic memorabilem pro concluſione S. Thomæ, [h] inueniri ſcilicet in hac vita caritatẽ perfectam, pro quibus eſt textus iuris optimus in c. *caritas in quibuſdam*. [i] vbi hoc declarabitur.

4 Nota quarto; hic eſſe gloſſam pro illo Ariſtot. [k] *Virtus in medio conſiſtit*: quod Horatius relatus à gloſſa reduxit in illud ſenarium.

Virtus eſt medium vitiorum ad vtrumque redactum.

Thomas autem clarius & profundius [l] dixit, quod virtus moralis eſt habitus electiuus in mediocritate conſiſtens: quamuis, [m] definit eam ex Auguſtino, quod eſt *qualitas bona, qua bene viuitur, qua nemo male vitur, quã Deus in nobis ſine nobis operatur*. Quæ tamen definitio ſoli virtuti infuſæ conuenit propter vltimam particulam, qua dempta, poteſt conuenire vtrique, tam adquiſitæ, quam infuſæ, vt idem ibidem monſtrat.

5 Nota quinto ex hac gloſſ. multa argumenta contra ſupra dicta de medio, & mediocritate; in qua dictum eſt, conſiſtere virtutem: quorum ſolutio clarior poteſt colligi ex mente eiuſdem S. Thomæ, [n] & ex Ariſtotele, [o] nempe quod medium virtutis non eſt communiter medium rei; ſed medium rationis, non quidem medium in ipſa ratione poſitum: ſed medium, quod ipſa ratio conſtituit eſſe medium quo ad nos. Quia virtus moralis conſiſtit in conformitate ad rationem rectam. Dixi communiter, quia medium virtutis iuſtitiæ, etiam eſt medium rei, quia illa verſatur circa operationes exteriores: aliæ verò circa paſſiones interiores vt declarat S. Thomas ibidem.

6 Nota ſexto, hic etiam eſſe gloſſam pro illa concluſione S. Thomæ, [p] caritatem ſcilicet eſſe formam omnium virtutum, quod probat ex Ambroſio, [q] ea ratione, quod

h In 2. 2. qu. 24. ar. 8.

i Infra ead.

k Ethicor. 2.

l In 1. 2. quæſtio. 64. ar. 1.

m In 1. 2. qu. 55 art. 4.

n In præfata queſtio. 64. art. 1. & 2.

o 2. Ethicor.

p 2. 2. queſt. 23. art. 8.

q Lib. 2. in Lucam.

in moralibus forma actus attenditur principaliter ex parte finis: & per caritatem ordinatur actus omnium aliarum virtutum ad vltimum finem.

7 Nota septimo hic esse glossam pro cõclusione, quam latius tetigimus in cap. *caritas 2.* [a] scilicet caritatem posse crescere in via in infinitum sine termino.

8 Nota octauo caritatem maximã patriæ esse Seraphicam. Pro quo facit, quod Seraphim, idem significat quod ardentes, vel accẽdentes, secundum D. Hieronymum: [b] & sunt altissimi ordinis spirituum cælestium, secundum Dionysium. [c] Et quod dicuntur ab ardore caritatis, quæ est maxima virtutum, quæque non admittit peccatum mortiferum: licet Cherubini, qui sunt minoris ordinis dicantur à scientia, quæ admittit peccatum mortiferum. Et quod nullus ordinis Cacodæmonũ dicitur Seraphim, vel de ordine Seraphim: licet sic Cherubim, vel de ordine Cherubim, vt probat hoc ca. & tradit S. Thomas. [d]

9 Hæc autem glossa licet teneri possit quo ad caritatẽ patriæ, quæ in Angelis, & Sanctis regulariter inuenitur: non tamen videtur vera simpliciter. Quia caritas animæ Christi longissime Seraphicam excedit; immo & caritas Virginis Matris. Tum quia super omnes choros angelorum exaltata omnium sanctorum princeps est & regina, per dicta supra, [e] tum per illud Hieronymi in sermone de eius assumptione: *Cæteris per partes gratia præstatur; Mariæ verò se totam simul infundit gratiæ plenitudo.* Per quod & alia S. Thomas, [f] ait, eam habuisse plenitudinem gratiæ. Tum quia omne, quod est propinquius alicui principio magis participat de ipsius effectu secũdum Dionysium, [g] & Virgo mater fuit, & est propinquissima Christo: qui est principium gratiæ auctoritatiuè secundum diuinitatem, & instrumentaliter secundum humanitatẽ. Tum quia vt probat ibidem alter Thomas, Virgo Mater propinquior est Deo, etiam quo ad Deitatem per gratiam, quàm omnes angeli, licet illi propinquiores sint per naturam.

10 Nota nono, quod D. Cardinalis nullum ordinẽ huius §. nec glossæ eius sequutus, mouet hic septem quæstiones, quas circiter quatuor magnis foliis tractat. & relinquit intacta omnia capp. sequentia vsque ad §. econtrario. [h]

Prima est: Vtrum vlla caritas via possit esse perfecta: quam nos in c. *claritas 2.* [i] remisimus terminandam in cap. *caritas in quibusdam.* [k] vbi est propria sedes eius.

Secunda: An in virtutibus sint gradus: quam videtur S. Thomas, [l] iis verbis proponere: Vtrum virtus possit esse maior, vel minor: de quo nulla facta mentione D. Cardinalis respondet suæ quæstioni per verba ipsius S. Thomæ ad litteram relata. Quorum breuis & clara resolutio est, primo quidem, manifestum esse inter virtutes specie differentes alias esse maiores aliis, vt infusas adquisitis: theologicas moralibus: & inter theologicas caritatem aliis. Et in moralibus prudentiam, quatenus bonum rationis continet, esse maiorem aliis, vt ipsemet S. Thomas determinat, [m] & iustitia est maior, quàm fortitudo, & fortitudo quàm temperantia; quod colligitur ex eodem S. Thoma qui prius de prudentia tractat, [n] quàm de iustitia, de qua tractat inferius, [o] & postea de fortitudine, [p] & postea de temperantia. [q]

Nec obstat, quod [r] præfert iustitiam aliis virtutibus moralibus, & quæ versantur circa ipsas operationes exteriores, vel passiones interiores regendas: prudentia autem est partim intellectualis, & versatur circa bonum ipsi⁹ rationis practicæ, vt colligitur ex tota præfata q. 47.

Secundo, quod manifestum est, etiam inter virtutes eiusdem speciei alias esse maiores aliis ex parte subiecti, siue in eodem homine secundum diuersa tempora, siue in diuersis subiectis. Quia cùm virtutes sint habitus, & habitus possint augeri, & diminui secundum omnes & S. Thomam, [s] palam est, virtutem eius, qui pluries egerit actum, in quem illa inclinat, & à quo generatur, aut augetur, maiorem futuram esse, quàm alterius, qui rarius eius actus egerit.

Tertia quæstio est: An caritas augeri possit in via. Ad quam respondimus supra breuiter, & vtiliter, [t] vbi erat propria sedes eius.

Quarta: An caritas viæ possit augeri in infinitum. Cui etiam ibidem responsum est, quod sic.

Quinta an caritas possit minui, ad quam responsum est ibidem, quod non.

Sexta: An rectè diuidatur caritas in incipientem, proficientem, & perfectam. Ad quam respondet Dominus Cardinalis per verba S. Thomæ, [a] ad litteram relata, quorum summa est, quod rectè diuiditur, tum per illud Augustini, [b] *Caritas, cùm fuerit nata nutritur, quod pertinet ad incipientes: cum fuerit nutrita roboratur, quod pertinet ad proficientes: cũ fuerit roborata perficitur, quod pertinet ad perfectos.* Tum quia, primò incumbit homini studium principale ad recedendum à peccato, & resistendum concupiscentiis eius, quæ in cõtrarium caritatis mouent: & hoc pertinet ad incipientes; in quibus caritas est nutrienda, vel fouenda, ne corrumpatur. Secundum autem studium succedit, vt homo principaliter intendat ad hoc, quòd in bono proficiat: & hoc studium pertinet ad proficientes, qui principaliter intendunt, vt eis caritas per augmentum roboretur. Tertium autem studium est, vt homo principaliter intẽdat, vt Deo in hæreat, & eo fruatur: & hoc pertinet ad perfectos, qui cupiunt dissolui, & esse cum Christo.

Septima: An in fide possint gradus poni, quam mox in c. sequenti determinabimus.

CAP. CVM SANCTAM.

GREGOR. SVPER EZECH.

HOMIL. XV.

CVm sanctam Ecclesiam Dominus suscipit, in gradibus eius dignoscitur. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Virtus, vt alia maior in diuersis, & in eodem.*
2 *In, præpositio, hic non negat, nec auget, sed minuit.*
3 *Intellectus illius:* Petro peccante non fuit herba.

1 NOTA primò, quòd D. Gregorius in hoc c. mira sapientia, & pari eloquentia concludit in summa, primum esse gradus in virtute, quod supra, [c] diximus esse verum in hoc sensu, quod inter virtutes diuersarũ specierum alia est alia maior: quamuis id non intendat in hoc c. D. Gregorius. Est etiam verum in sensu, quem prætendit Gregorius; scilicet quod virtus vnius, & eiusdem speciei, etiam vnius & eiusdem hominis, est maior vno tempore, quàm alio, quod probat exemplo Apostolorum perentiũ à Christo, [d] vt augeret fidem eorum, & exemplo illius, qui interrogatus à Christo, [e] an crederet, dixit: *Credo domine, adiuua incredulitatem meam:* significando credere se quidem exiliter, & desiderare augmentum fidei. Quomodo autẽ fiat hoc augmentum eiusdem virtutis in eodem homine tradit S. Thomas, [f] & profundius, [g] tractando de augmento omnium habituum, quorũ de numero sunt omnes virtutes. qui S. Thomas cum suis asseclis tenet, huiusmodi augmentum non fieri per additionem gradus ad gradum: sed per maiorem radicationem in subiecto. Alij verò contra: quorum opinionem [h] mihi semper visam fuisse veriorem, & intelligibiliorem ab eo tempore quo adhuc iuuenis in celeberrima Complutensi Academia eam imbibi: quamuis parui referat quo ad bonum conscientiæ, vtra teneatur.

2 Nota glossam in verbo *incredulitatem*, quæ adiuncto textu probat præpositionem *in* compositam nonnumquã diminuere significationem verbi, cum quo componitur. Hoc enim verbum *incredulitas*, significat paruam credulitatem. Alibi autem auger, vt in l. *Gallus*, [i] vbi verbum, *indifficilis*, significat valde difficilis: quamuis, vt plurimum, neget, vt in verbo, *innocens*, & *insons*, [k] & alibi aliter, vt lexica probata docent: quamuis nulla vel pauca exempla, in quibus significet diminutionem fortè inueniantur.

3 Nota in gloss. verbo *herba*, illum versiculum. Petro

a *N. sum. 14. supra ead.*
b *In interpretatione nominum Hebraicorum in Exaum.*
c *De cæleſti Hierarchia cap. 7.*
d *In 1. par. q. 63. art. 7. ad 1.*
e *No t. 2.*
f *In 3. par. q. 27. art. 5.*
g *Cap. 4. cæleſt. Hierar.*
h *Sub cap. ſi ſermo.*
i *In ſi. nu. 14.*
k *Infr. ead.*
l *In 1. 2. queſt. 66. ar. 1.*
m *In dict. q. 66. art. 1.*
n *2. 2. q. 47.*
o *Queſt. 58.*
p *Queſt. 123.*
q *Queſt. 141.*
r *In præfata q. 58 ar fin.*
s *1. 2. q. 51. & 52.*
t *In c. caritas 2. nu. 14.*
a *2. 2. q. 24. ar. 9.*
b *In 1. canonicam Ioan.*
c *§. hæc quæ not. 9.*
d *Luc 17.*
e *Marci 9.*
f *In 1. 2. qua. 66. per totam.*
g *In q. 53. ar. 2. hîn c. caritas. 2. num. 14.*
h *In c. caritas. 2. nu. 14.*
i *§. ille cõſu. ſſ. de liber. & poſtum.*
k *Cã in cap. mutabilis. & c. inno. eod. 22. quæſt.*

tro peccante, tunc non fuit herba, sed ante, id est Petrus antequam peccaret habuit caritatem, licet fragilem vti herbam: quam tamen per negationem omnino amisit.

CAP. QVI VVLT *facere.*

AVGVSTINVS IN LIB. DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO.

cap. 17.

QVi vult facere Dei mandata, & non potest, iam quidem habet bonam voluntatem, sed adhuc paruam & inualidam. Et reliqua.

OMnia, quæ hic dicit Augustinus, resoluenda sunt per dicta supra, [a] & per dicenda in ca. *perfecta.* [b]

CAP. SICVT SETA.

AVGVST. TRACT. IX. IN I. EPIST. IOAN.

SIcut seta introducit filum, ita timor introducit caritatem. caritas crescit, timor minuitur, & econuerso.

1 *Caritas & timor, vt filum & seta.*
2 *Timeri vt potest Deus.*
3 *Timor filialis, seruilis, mundanus & initialis.*
4 *Timor mundanus omnis malus, seruilis & filialis non item.*
5 *Timor seruilis, sic differt à filiali.*
6 *Timor seruilis non omnis donum Dei.*
7 *Timore de quo seruili agit hoc cap.*
7 *Timor qui seruilis seta caritatis.*
8 *Caritas deficit, aut perficit, non minuitur.*

1 NOta primum, hoc cap. esse celebre tam Theologis, quàm iurisperitis, quatenus agit de habitudine, quam habẽt caritas & timor Dei, & ita præsupponit, Deũ posse iuste timeri, iuxta illud. [c] *Si ego Dominus, vbi est timor meus?* & illud: [d] *Beatus vir qui timet Dominum:* & illud, [e] *Beati omnes qui timent Dominum.*

Contra quod facit, quod Deus est obiectum spei, quæ est contraria timori: & quod est summum bonum, iuxta illud, [f] & illud, *Quam bonus Israel Deus, iis qui recto sunt corde.* & illud. [g] *Confitemini Domino, quoniam bonus,* cum aliis multis. Et quod nemo videtur posse iuste timere bonum, præsertim summum, in quo nihil penitus est mali, quod solum timetur.

2 Quam oppositionem soluit S. Thomas, [h] dicens in summa, quod Deus non potest quidem esse iustum timoris obiectum: sed iustè potest timeri tamquam caussa mali pœnę, eo quod ipse est caussa efficiens malorum pœnę, licet malorum culpæ sit tantùm permissor, iuxta cap. *nec mirum,* [i] & tradit Magister cum S. Thoma & aliis omnibus, [k] quæ iuste nobis ob varias caussas infligit: quæ ratio timendi pertinet ad timorem seruilem. Possumus enim iustè timere recessum ab eo per mala culpæ à nobis admissa, quod pertinet ad timorem filialem.

3 Nota secundo ex textu adiuncta glossa, quòd duplex est timor. Alter filialis, seruilis alter, quibus addit S. Thomas, [l] initialem, & mundanũ: ea ratione, quòd in hac materia tractatur de timore, quatenus quis conuertitur ad Deum, vel auertitur ab illo. Cùm enim obiectum timoris sit malum, quandoque homo propter mala, quę timet, à Deo recedit; & iustè dicitur timor humanus, vel mundanus. Quandoque autem homo propter malum, quod timet ad Deum conuertitur, & ei inhæret quod quidem malum est duplex, malum pœnæ, & malum culpę. Si ergo aliquis conuertatur ad Deum, & ei inhæreat propter timorẽ pœnæ, erit timor seruilis: si autẽ propter timorẽ culpæ erit timor filialis; nã filiorũ est timere offendere parentem: si autem propter vtrumque est timor initialis, qui est medius iter vtrumque timorem.

4 Et [m] probat, timorẽ mũdanũ sẽper esse malũ: quia nascitur ab amore mũdi propter eius mala vitãda, & recedit ur à Deo, quod est sẽper malũ. Et [n] cõclud it timorẽ seruire nõ esse malũ, quia est à S. sancto secũdũ gloss. [o] quæ habet ab eodem spiritu duos timores nasci, filialem scilicet, & seruilem. Duplex enim est timor seruilis: alter quidem, quo quis conuertitur ad Deum principaliter ob timorem mali pœnæ, qui sẽper est malus: alter quo quis cõuertitur ad Deum propter timorem quidem mali pœnæ: sed minus principaliter, quod non est malum, sicut nec amare Deum minus principaliter propter bona temporalia; iuxta illud, [a] *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem:* id est, propter repositam mercedem, quam promisisti ijs qui tibi placuerint.

Et [b] concludit, timorem seruilem esse alterius substãtiæ, quàm filialem: quoniam obiectum huius est malum culpæ, quod fugit: obiectum autem illius malum pœnæ, quod fugitur. Porro timorem seruilem posse remanere cum caritate concludit idem S. Thomas, [c] significando tamen aliquando esse contrarium illi.

Contra quod neruose facit, quòd ipsemet, [d] asserit, ipsum esse donum Dei illorum septem, de quibus scribit Propheta. [e] Et constat nullum illorum septem donorum esse sine caritate, & gratia secundum eumdem receptũ. [f]

6 Sed respõderi potest id, quod ait, [g] habere locũ in timore seruili, quo minus principaliter timetur malum pœnæ: id vero, quod ait in art. 6. de timore seruili in genere, qui continet etiam timorem, quo principaliter, vel principalius timetur malum pœnæ.

7 Nota tertio, ex prædictis colligi intellectum huius cap. scilicet quod intelligitur quidem de timore seruili, vt glossa & Cardinalis dicunt: sed non de quolibet seruili: sed tantum de illo, qui se compatitur cum caritate, id est, quo quis conuertitur ad Deum propter timorem mali, sed minus principaliter, quàm propter amorem Dei. Timor enim seruilis, quo quis conuertitur ad Deũ principaliter ob euitandam pœnam; ita quod aliàs non conuerteretur semper est peccatum, & non introducit caritatem: immo impedit eius ingressum & expellit eam iam ingressam, vt diximus in cap. caritas. [h]

In Glossas.

Nota ex prima glossa, timorẽ seruilem, de quo loquitur textus, non posse manere cum caritate, quod est falsũ, quidquid Archid. in ea dicat: tum per ea, quæ supra tradita sunt. [i] Tum quia alioquin, incõgrua esset similitudo setæ, & filij ad timorem, & caritatem; quandoquidem pars setæ compatitur filum, cùm introducatur illud: tum quia, vt ait S. Thomas in dic. ar. 9. aliquis timor seruilis est à Spiritu sancto, & donum eius, quod impium est dicere repugnare caritati: adeo quidem, quod sine illa nequit stare. secundum eundem S. Thomam. [k]

8 Nota ex glossa 2. quòd caritas potest decrescere, & minui, quod etiam est falsum: tum per illud, quod citat glossa, scilicet quod caritas deficit, vel proficit: tum per ea, quæ diximus supra, [l] post S. Thomam, receptum. [m] Ex quo sequitur verbum e conuerso, positum in textu nõ esse ita interpretandum, vt significet decrescente caritate, crescere timorem: sed quod, ipsa deficiente, ille crescit: quamuis duriuscula sit hæc intelligentia.

CAP. FORTE.

AVGVST. TRACT. V. IN I. IOAN. IIII.

FOrtè nata est in te caritas: sed nondũm perfecta, noli desperare, nutri eã, ne fortè suffocetur.

EA, quæ pertinent ad hoc c. resoluenda sunt per dicta in glossa Summæ supra ead.

CAP. CARITAS V.

AVGVSTINVS AD HIERONYMVM.

CAritas in quibusdã est perfecta, in quibusdã est imperfecta: perfectissima autem in hac vita haberi non potest.

a *Eadem in glo. Summæ & in ca. caritas. 1.*
b *Infra eadẽ.*
c *Malach. 1.*
d *Pſal. 111.*
e *Pſal. 127.*
f *Pſal. 72.*
g *Pſal. 106.*
h *1. 2. qu. 19. art. 1.*
i *Verſ. aurus ſpicina. 26. queſt. 5.*
k *In 2. l. ſenten. diſt. 37.*
l *In dicta q. 19. art. 2.*
m *In arti. 3.*
n *In art. 4.*
o *Ad Rom. 8.*
a *Pſal. 118.*
b *In art. 5.*
c *In art. 6.*
d *In art. 9.*
e *Eſa. 11.*
f *In 1. 2. qu. 68. art. 5.*
g *In art. 9.*
h *2. num. 14. ſup. eadem.*
i *In fine notab. 2. nu. 6.*
k *In d. 1. 2. qu. 68. art. 5.*
l *Ead. in ca. caritas. 2. n. 14.*
m *In 2. 2 qu. 24. art. penult. & vlt.*

SVMMARIVM.

1 *Caritas quæ,& quot modis perfecta.*

NOta primo,quod caritas vitæ poteſt eſſe perfecta cui conſonat cap.*radicata*,& eſt ca.*caritas*.[a] & eſt concluſio S. Thomæ.[b]

Contra quod facit primo,quod Apoſtolus [c] de ſe aiebat,quod non erat perfectus.

Secundo,quod omnis caritas viæ augeri poteſt, iuxta clem.*ad noſtrum*. [d] per quam, & definitionem Concilij Tridẽtini hoc probauimus in dicto cap.*caritas* 2.

1 Pro quorum ſolutione dicendum eſt cum S. Thoma vbi ſupra, quod caritas poteſt dici perfecta dupliciter. Vno modo ex parte obiecti cùm ſcilicet diligitur tantùm, quantùm eſt diligibile; quomodo ſola caritas Dei,qua ſe ipſum diligit, eſt perfecta, quia cum obiectum caritatis primarium ſit Deus,qui vt eſt infinitus, ita eſt infinitè diligibilis, nemo,alius poteſt diligere ipſum tantùm,quantùm eſt diligibile, niſi Deus ipſe. Alio verò modo ex parte diligentis,& hoc quidem tripliciter primò,cum totum cor hominis actualiter ſemper fertur in Deum,qualis eſt ſola caritas patriæ, quæ non eſt poſsibilis in hac vita. Secundo vt homo ſtudium ſuum dedicet ad vacãdum Deo, & rebus diuinis, prætermiſsis aliis,niſi quantum neceſsitas præſentis vitæ requirit: & iſta eſt perfectio caritatis, quæ eſt poſsibilis in via:non tamen eſt communis omnibus habentibus caritatem. Tertio modo ita quod habitualiter aliquis totum cor ſuum ponat in Deo;ita ſcilicet, quòd nihil cupiat, neque velit,quod diuinæ dilectioni ſit contrarium,& hæc perfectio eſt communis omnibus caritatem habentibus. Ita quòd ſola caritas Dei eſt perfecta ex parte obiecti:ex parte verò diligentis,tribus modis dicitur perfecta;& tertio quidem modo quælibet caritas quamlibet parua eſt perfecta & ſufficiens ad vitam:nulla verò in via eſt ita perfecta, vt nequeat creſcere,quod etiam gloſſa ſentit.

CAP. SI SERMO.

Auguſtinus in lib.50.homiliarum.hom.9.

SI ſermo meus inuenit aliquam in cordibus veſtris ſcintillã gratuiti amoris Dei, ipſam nutrite,& ad hanc augendam vos aduocare ſtudete.Et reliqua.

EA,quæ ad hoc ca.pertinent,reſoluenda ſunt per ſupra dicta in gloſſ.ſummæ.

§. ECONTRARIO.

GRATIANVS.

EContrario etiam gradus in virtute eſſe probantur:quia & ipſius peccati gradus euidenter apparent.Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Summus nemo repente malus aut bonus.*

NOta,quod ſicut ſunt gradus in virtute, & nemo ſit in ea repente ſummus,vt habetur in §. *hęc quę*. [e] ita ſunt gradus in vitio,& nemo in eo repente ſit ſummus.

CAP. SICVT TRIBVS.

AVGVSTINVS LIB. I. DE SERMONE DOMINI IN MONTE CAP. XXIII.

SIcut tribus gradibus ad peccatum peruenitur ſuggeſtione,delectatione, conſenſione: ita ipſius peccati tres ſunt differentię, in corde, in facto, in conſuetudine: tamquam tres mortes, vna quaſi in domo, id eſt, cũ in corde conſentitur libidini. Altera verò quaſi iam prolata extra portam, [g] cũ in factum procedit aſſenſio.Tertia cùm vi cõſuetudinis malæ tamquã mole terrena premitur animus,[a] quaſi in ſepulchro iam putens: quæ tria genera mortuorum Dominum reſuſcitaſſe,quiſquis legit eu angelium, agnoſcit.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtus tres ſuſcitando quid ſignificauit.*

1 *Mortuus triplex,mente,actu,& conſuetudine.*

1 NOta primo,tres eſſe gradus,quibus,vt plurimum, peruenitur ad peccatum, de quibus dictum eſt in capite. *ſerpens*. [b] & de motibus primis, & ſecundo primis: & quod non omnis motus ſenſualitatis in peccatum ſit peccatum, etiam veniale,dictum eſt latè in cap.ſuper tribus.ſup.diſt.1.Quare ſuper hoc cap. celebre ſolùm reſtat memorandum tetraſticon gloſſæ artificioſè compoſitum;quod continet quatuor.

1 Primum,Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſuſcitaſſe tres mortuos:puellam intra domum,[c] & puerum extra portas, & [d]Lazarum quatriduanum iam fœtentem in ſepulchro.[e]

Secundum,quod illa tria genera mortis temporalis ſignificant tria genera mortis ſpiritalis:quarum vna contingit in ſola interiore voluntate:ſecunda in exteriori actu citra conſuetudinem;tertia in exteriori actu conſuetudine confirmato.

Tertium,quòd ſuſcitauit puellam verbo, puerum motu Lazarum lachrymando.

Quartum,quod Dominus ſuſcitando facilius puellam, quã puerũ,& puerũ quã Lazarũ ſignificauit,difficilius deleri,vt plurimum peccatum exterioris actus,quàm interioris tantùm;& longe difficilius conſuetudine confirmatũ, quàm aliud.Quod cum experientia,quæ eſt magiſtra rerũ doceat, fnon eget confirmatione,quæ facile multipliciter fieri poſſet.

Tetraſthicon autem gloſſæ eſt hoc:

Mens mala mors intus:malus actus,mors foris:vſus,
Tumba,puella,puer,Lazarus iſta notant.
Hanc verbo,hunc motu,lachrymando ſuſcitat illum
Chriſtus,& in medico naſcitur ęger homo.

CAP. SCIENDVM.

GREGORIVS CAP. XVI. LIB. XXV. EXPOSITIONIS IN IOB.

SCiendum quippe eſt,quod tirbus modis admittitur peccatum:nam aut ignorantia,aut infirmitate,aut ſtudio perpetratur.Et grauius quidem infirmitate, quàm ignorantia:ſed multo grauius ſtudio:quàm infirmitate peccatur.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum habet cauſſam poſitiuam & negatiuam: & vt res interiores,& vt aliquot exteriora.*

2 *Ignorantia quę cauſſa peccati,& quę comes eius.*

2 *Ignorantia qua peccatum,& quę cauſſa, & quæ comes eius quæ differt ab inſcientia.*

3 *Ignorantia probabilis & inuincibilis idem,& quid.*

4 *Ignorantia quę excuſat à toto,quæ à parte,quæ auget.*

5 *Peccat quis per ignorantiam,infirmitatem,vel ſtudium.*

6 *Paſsiones anima,cur dictę ægritudines.*

6 *Liberum arbitrium quid.*

1 NOta primum;peccatum habere cauſſam, quod profundè probat S.Tho.[g] ea firma ratione, quod peccatum eſt actus inordinatus,& quatenus eſt actus habet cauſſam poſitiuam, ſicut quilibet alius: quatenus autem eſt inordinatus,ſiue non ordinatus habet cauſſam priuatiuam,ſiue negatiuam,ſcilicet quod non eſt iuſtè directus,ſiue quod abeſt ab eo iuſta directio: ſicut locus eſt vmbroſus;quia nõ eſt illuminatus,ſiue q; lux abeſt ab eo.

2 Qui idẽ S. Tho.concludit ibidem, [h]peccatum habere tres cauſſas interiores,voluntatem ſcilicet, rationem, & cõcupiſcentiam. Quarũ prima & præcipua eſt volũtas,

a 5.Ioannis.1

a 2.§.itẽ ergo ſupra ead.
b 2.2. quæſt. 24.ar.8.
c Ad Phil. 3.
d De hæreſis.

b Sup.diſt.1.

c Matthæ. 9.
d Luc.7.
e Ioan.11.

f Matth.9.

g Luc.7.

C

f Cap. quam ſit. de elect. lib.6.

D

E

F

g 1. 2. quæſt. 75.artic.1.

h Art. 2.

quæ facit peccatum,quatenus eſt actus:ſecunda ratio,quæ efficit deformitatem eius non dirigendo voluntatem debitè:tertia concupiſcentia inclinans ad bonũ apparens,& non verũ. Qui idem concludit,[a] etiã exteriora eſſe interdũ cauſſam peccati,iuxta illud. [b]*Nonne iſtæ ſunt*,ſcilicet mulieres, *quæ præuaricari fecerunt vos in peccato Phegor*. Poſſunt inquã,exteriora eſſe cauſſa quædã mouens extrinſecus volũtatem ad peccandũ,ſicut & ſenſualitas interior;ſed non ſufficiens: quoniam ſola voluntas eſt, quæ perficit illud, iuxta illud Auguſtini. *Peccatum adeo eſt voluntarium, quod non eſſet peccatum,niſi eſſet voluntarium*.Et in quarto concludit vnum peccatum interdum eſſe cauſſam alterius peccati;iuxta illud Gregorij,[c] poſt medium. *Peccatum quod per pœnitentiam citius non deletur,ſuo pondere ad aliud trahit*.

2 Nota ſecundo,ignorantiam eſſe cauſſam peccati, quæ eſt omnium vna concluſio præſertim S.Thomæ, [d] modo ſit talis, qua ceſſante non fieret peccatum. Si enim eſſet talis,qua ceſſante nihilominus peccaretur:non diceretur cauſſa peccati, ſed comes illius, vel comitans illud; vt ſi quis occideret aliquem, quem ignorabat eſſe ſuum cognatum: ea tamen mente, quod occidiſſet eum, etiam ſi cognoſceret illum,ſecundum Ariſtotelem,[e] quem ſequitur S. Thomas vbi ſupra. Qui idem concludit ibidem, [f] etiam ipſammet ignorantiam, & ipſum ignorare interdum eſſe peccatum,quando eſt de illis, quæ quis eſt aptus natus ſcire, & poteſt, & tenetur ea ſcire. Dixi,*aptus natus*: quia lapis & ſimilia non dicuntur ignorare, ſed neſcire & habere inſcientiam,ſecundum Dionyſium. [g]

3 Dixi,*poteſt*,quia ignorantia eorum, quæ ſciri non poſſunt,non imputabitur alicui: quia eſt, vt aiunt Theologi, inuincibilis,vel,vt dicunt Iuriſperiti, probabilis, quæ excuſat etiamſi ſit iuris, iuxta gloſſam celebrem, quam ibi notant Dominicus & Perusinus. [h] Nec intelligendum eſt,ſolos illos hac ignorantia laborare,qui nullatenus poſſunt ſcire: & quòd ideo dicitur inuincibilis, quia eſt impoſsibilis expulſu logica impoſsibilitate,vt aliqui putant: quia etiam dicuntur habere illam illi,qui poſt mediocrem diligentiam ſecundum conditionem ſuam adhibitam ignorant,quæ dicitur impoſsibilitas moralis, argument. l. *Nepos Proculo*.[i] cap.*ſi vero*.[k] & omnium ferè iurium,quę de ignorantia probabili loquuntur.

4 Et [l] concludit,ignorantiam inuincibilem,ſiue probabilem, quæ eſt cauſſa peccati excuſare à toto peccato, & à parte peccati, quatenus eſt cauſſa illius, quia reddit actum inuoluntarium, & tollit voluntarium, quod eſt de eſſentia peccati. [m]Dixi *quæ eſt cauſſa peccati*, primo quia ſi ſolum eſſet comes, vel conſequens eius, nihil excuſaret: quoniam,vt ſupra dictum eſt,non eſſet cauſſa eius. Secundo,quòd ignorantia,quæ non eſt inuincibilis, nec probabilis,ſi eſt cauſſa peccati,ita quod non admitteret illud, ſi ſciret eſſe peccatum,excuſat quidem à tanto,ſed non à toto. Tertio quod ignorantia affectata,id eſt, procurata, & deſiderata,ne à peccato retraheretur, qualis eſt illa illius, de quo Dauid,[n] relatus in cap.penult. [o] *Noluit intelligere,vt bene ageret*: Et de qua eſt textus cum gloſſa, [p] nullatenus excuſat:immo auget peccatũ,vt probat ratio S.Thomæ. [q]

5 Nota tertio,minus peccare, cæteris paribus, qui peccat per ignorantiam, quàm qui per infirmitatem, & ſtudium, quod non eſt intelligendum de ignorãtia inuincibili, vel probabili: quia qui per illam facit aliquid non peccat,vt prædictum eſt. Neque de ignorantia affectata; quia illa auget peccatum,vt etiã prædiximus: ſed de illa, quæ non eſt probabilis,nec excuſat à toto, ſed ſic à tanto. Quia peccare per infirmitatem eſt peccare per aliquam paſsionem,puta amorem,odium,& ſimilia:quoniam multi philoſophi,& in iis Marcus Tullius,[r] relatus à S. Thoma,[s] vocant paſsiones animæ,ægritudines illius: & ægritudo appellatur infirmitas,iuxta illud ad Virginẽmatrem,

Tu potis es etenim noſtros depellere morbos,
Ægraque de tepido membra leuare toro.

Et per aptam metaphoram;quia ſicut infirmitas corporis impedit membra eius, ne pareant imperio eius, cuius ſunt:ita paſsiones impediunt potentias animę,ne pareant imperio rationis eius.

6 Nota quarto, minus peccare, qui peccat per infirmitatem,& paſsionem, quàm qui ſine illa, quod eſt verum, vt ait S.Thomas, [a] quando infirmitas, ſiue paſsio præcedit voluntatem, & rationem: ſecus verò quando conſequitur illam; quia cùm præcedit,turbat rationem, & minuit libertatem liberi arbitrij; quod eſt facultas voluntatis,& rationis,vt docet Magiſter cum omnibus commentatoribus ſuis, [b] quando verò conſequitur auget voluntatem iam conceptam,quæ eſt ipſum peccatum interius.

Nota quinto, eum, qui peccat ex ſtudio, cæteris paribus,magis peccare,quàm qui peccat per ignorantiam, vel infirmitatem,ſiue paſsionem.quia peccare ſtudio eſt peccare de induſtria & malitia, vt colligitur ex S. Thoma. [c] Hæc enim tria peccare ſtudio,induſtria,& malitia ſignificant peccare ex ſe per ſuam libertatem voluntatis & rationis nullo alio ad id impellente, quod tribus argumentis probat vbi ſupra S.Thomas eſſe grauius, quam peccare paſsione,vel ignorantia in id impellente, quæ quia videri poſſunt apud eum, [d] gratia breuitatis hic non refero.

CAP. INTER HAEC *ſciendum*.

GREGORIVS CAP. III. LIB. XXI. IN IOB.

INter hæc ſciendum eſt aliud eſſe, quod animus de tẽtationibus carnis patitur,aliud verò cum per conſenſum delectationis obligatur.Et reliqua.

OMNIA, quæ ad hoc cap. pertinent, remanent tractata partim in cap.*cogitationis*.partim in cap.*ſerpens*. & partim in cap.*ſuper tribus*. [e]

CAP. SVPER TRIBVS.

HIERONYMVS AD CAP. I. AMOS IN COMMENT.

SVper tribus ſceleribus Damaſci. Et reliqua.

NOTA, quod hoc cap. poſitum fuit in cap. *ſuper tribus*. [f]

CAP. FIRMVM.

AVGVST. LIB. DE CORRECTIONE ET GRATIA, CAP. VII.

FIrmum Dei fundamentum ſtat immobile, habens ſignaculum hoc. * Scit dominus,qui ſunt eius. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Prædeſtinati ſæpe caritatem amittunt.*

2 *Prædeſtinatio nihil reale diſtinctum ponit in prædeſtino.*

1 NOTA primo,quod contenta in hoc cap.reſoluenda,& declaranda ſunt per adiecta gloſſæ Summæ, & cap.*caritas*.1. §

Nota ſecundo quod etiam prædeſtinati amittunt frequenter caritatem quæſitam;licet ante finem vitę redeant ad eam,& ea muniti moriantur,& ſalui fiant.

2 Nota tertio,quod gloſſa, [h] habet,prædeſtinatos habere quemdam characterem vltra caritatem & gratiam gratum facientem,quo diſtinguuntur à damnatis. Quæ concluſio videtur noua,& falſa: tum quia nullo firmo fulcro nititur: tum quia prædeſtinatio nihil rei ponit in prædeſtinato,vt S. Thomas receptus probat, [i] quia ſolùm ponit in mente diuina, cuius prouidentiæ pars eſt nihil realiter imprimens prædeſtinato: ſed ſolum nomen illud dulciſſimum,quo appellatur, & ſcitur à Deo eſſe prædeſtinatus, vt ibidem præfatus S.Thomas declarat.

CAP. NVLLVS.

AVGVSTINVS LIB. DE CORRECTIONE ET GRATIA, CAP. IX.

NVllus eorum ex bono in malum commutatus finit hanc vitam.

a In art.7.
b Num.31.

c Super Ezech. hom.11.

d 1.2. q.76. art.1.

e 2.Ethic.
f Artic.2.

g Ca.7. Ceſſt. Hierar.

h In cap.1.de poſtulat.prælat.l.6.verb. de cætero.

i ff.de verborum.ſignific.
k De ſent. excom.
l In artic.3. & 4.

m 15.q.1. §.1.

n Pſal.35.
o 37.diſt.
p In cap.2.de temporib. ordinandor.l.6.
q Tacta in d. art.4

r In Tuſcula. 9.lib. 4.
s 1.2. quæſt. 77.art.3.

a In d.q.77. art.6.

b Lib. 2. ſent. diſt. 24.

c Vbi ſup. ar. vltimo.

d In dicto ar. vltimo.

e Supra diſt. 1.

f Supra diſt.1.

* 2.Timot.2.

g Sup.ead.

h In verb. ſcit.

i In 1. part. q.23.art.2.

SVMMARIVM.

1 *Prædestinatus omnis, vt saluabitur.*

NOTA, id quod in cap. præcedenti amplius probatur, nempe omnem prædestinatum saluum fore, & quamuis amittat caritatem, cum ea tamen recuperata moriturum. quæ conclusio Catholica est: quia prædestinatio est certissima, & effectum sortitur certissimum, vt tradit S. Thomas. [a]

a *In 1. par. q. 23. ar. 6.*

CAP. TALIBVS.

IDEM IBIDEM.

TAlibus Deum diligentibus omnia cooperantur in bonum, vsque adeo prorsus omnia, vt etiam si qui eorum deuiant, & exorbitant, etiam hoc ipsum faciat, eis proficere in bonum.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus illius.* Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

1 NOTA primo, quod existentibus in caritate omnia cooperantur in bonum. Pro quo facit illud. [b] *Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.*

b *Psal. 118.*

Contra quod tamen facit, quod vt supra dictum est, qui habet caritatem potest lethaliter peccare, & per peccatum caritatem suam amittere: at peccata non cooperantur in bonum, sed in malum: perdere item gratiam est maximum malum: ergo non omnia cooperantur in bonum habentibus caritatem, & gratiam.

c *Infr. dist. 4.*

Secundo, quod ex cap. *si ex bono.* [c] colligitur, multos diligentes Deum condemnatum iri: ergo euenit eis aliquid, quod non cooperatur illis in bonum, sed in malum.

d *Psal. 68.*

Tertiò, quod multi scripti in libro vitæ delentur ex illo, iuxta illud. [d] *Deleantur de libro viuentium*: at huiusmodi deletio non cooperatur in bonum, quia facit, vt dignus vita æterna secundum iustitiam præsentem fiat indignus ea, secundum æternam prædestinationem.

Pro resolutione horum notandum primo, quod duplex est iustitia viatoris, altera quam habet secundum præsentem statum; altera quam habet, vel est habiturus secundum statum futurum prædestinationis æternę, vt late colligitur ex D. Augustino relato in dicto cap. *si ex bono.* [e] & ex S. Thoma. [f]

e *Inf. dist. 4.* f *1. par. q. 23. art. 6. & q. 24. art. 1.*

Secundo, quod nec Augustinus hic, nec Apostolus, [g] hic citatus loquitur de omnibus diligentibus Deum: sed tantum de illis, qui secundum propositum æternum Dei sunt sancti, id est, ad vitam æternam prædestinati, vt post, & ante alios declarat S. Thomas. [h]

g *Ad Rom. 8.*

h *In dicto ca. 8. lect. 6. & in practica q. 27. art. 24.*

Ad primum igitur respondetur, concedendo assumptum, & distinguendo subsumptum; scilicet dupliciter posse intelligi peccatum mortale non prodesse diligenti Deum; directè scilicet, & indirectè, & concedendo, quòd directè non prodest: negando tamen, quod indirectè non possit prodesse, quia potest prodesse, præbendo occasionem peccanti magis se humiliandi & pœnitendi iuxta ca. *considerandum.* & cap. *fidelior.* [i] quæ habent, Petro suam negationem profuisse, vt fidelior resurgeret: sicut & Dauid iustior factus est per pœnitentiam, qua pœnituit eum adulterij & homicidij, quæ commiserat, quam esset ante illam, vt aperte colligitur ex ipsius dictis. [k]

i *50. dist.*

k *Psal. 50.*

Ad secundum respondetur, concedendo assumptum: & distinguendo inter diligentes & iustos, secundum statum præsentem tantùm, & inter diligentes, vt iustos secundum prædestinationē æternam & concedendo, quòd multis iustis secundum statum præsentem, quorum de numero videtur fuisse Iudas, non profuerunt omnia: negando tamen id de iustis secundum statum æternæ prædestinationis.

Ad tertium respondetur, concedendo esse librum vitæ secundum iustitiam præsentem, & multos in eo scriptos deletum iri: cap. vero nostrum non loquitur de illis, sed tantum de scriptis in libro vitæ prædestinationis æternæ.

CAP. CIRCVMCISIO.

PAVLVS IN EPIST. AD GALA. CAP. V.

CIrcumcisio non est aliquid, neque præputium, sed fides, quæ operatur per dilectionem. Et reliqua.

CAP. NON EST TAM iniustus.

PAVLVS IN EPIST. AD HEBR. CAP. VI.

NOn est tam iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri. Et reliqua.

EA, quæ pertinent ad hæc duo cap. resoluenda sunt per ea, quæ dicta sunt in glossa Summæ, & cap. *caritas. 1.* [a]

a *Supra end.*

CAP. TOLLE.

AVGVSTINVS LIB. DE CORRECTIONE ET GRATIA, CAP. IX.

TOlle caritatem, odium tenet. *Item* omnis, qui non diligit, odit.* *Item in euangelio.** Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, aut alterum diliget: aut vnum sustinebit, alterūque contemnet. * Adam vero cùm in virili ætate à domino creatus esset, antequam à Diabolo tentaretur, cum de latere eius vxor formabatur, dum in extasi raptus angelicæ curiæ intererat, dum euigilans futura Christi, & Ecclesiæ sacramenta vaticinabatur. Et reliqua.

* *1. Ioan. 3. Luc. 16.* * *Matth. 6.*

* *Gen. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Homo quilibet, etiam infans gratus, aut exosus Deo.*
2 *Deo exosus quis dupliciter.*
3 *Adamo hæc infuerunt vltra supra dicta.*

1 NOTA primo, quòd omnis homo est Deo gratus, aut exosus, quia aut habet caritatem, & est gratus: aut caret ea, & est exosus, pro quo est illud [b] relatum in c. *omnis.* [c] *Omnis qui non diligit, odit.*

b *1. Ioan. 1.* c *Sup. dist. 1.*

Contra quod facit, quod paruuli nondum baptizati non habent caritatem, nec videntur Deo exosi: quia si in illo statu moriantur: non ibunt in ignem æternum, nec vmquam intrabunt in regnum Dei, sed recipientur in limbo, qui videtur locus medius inter locum beatorum & damnatorum, vt colligitur ex cap. *maiores.* [d] & traditur per S. Thomam & alios, [e] definientes in limbo non esse pœnam sensus, sed solum priuationis visionis Dei: quamuis Augustinus in ca. *firmissimè.* [f] determiner, huiusmodi pueros sempiterno igne puniendos; quod tamen glossa exponit de sempiterna carentia visionis Dei.

d *De baptis.* e *In 4. lib. sent. dist. 45.* f *De consecra. dist. 4.*

2 Sed respondetur, duplices esse Deo exosos: alteros ob peccatum originale tantùm, propter quod, vt ait Apostolus, [g] relatus in dicto capit. *firmissimè.* nascimur omnes filij iræ Dei, & indigni visione beata Dei: alteros verò ob peccatum actuale, mortiferum, qui non solùm sunt indigni visione beata Dei; sed etiam digni pœna sensus, & cruciatus æterna.

g *Ad Ephes. 2.*

3 Nota secundo, de nostro primo parente Adam vltra ea, quæ diximus in cap. *Adam.* [h] quatuor relata per Gratianum in hoc vers. *Adam.* scilicet, quod fuit creatus in virili ætate: & quod ex eius latere fuit formata nostra prima parens Eua: Et quod raptus fuit in visionem Dei ante quam peccaret, & prophetauit de sacramentis Ecclesiæ.

h *Supr. dist. 1.*

Quibus addo primo, quod S. Thomas communiter receptus concludit, [i] Adamum fuisse creatum in optima dispositione corporis ad animæ munia exercenda.

i *In 1. par. q. 92. art. 3. & 4.* k *vbi sup. q. 94. art. 1.*

Secundo, quod idem S. Thomas, [k] ait, non vidisse illum

Deum per essentiam, sed per creaturas, licet clarius quàm nos: & quod etiam viderit vidisse Deum in raptu, sicut Paulus. Et rursus, [a] ait, quod nec etiam angelos vidit per essentiam: sed sic altiore modo, quàm nos cognouit eos. Et postea, [b] inquit; quod habuit omnium scientiam naturalem quæsibilem, quæ ad instructionem & gubernationem vitæ humanæ in illo statu fuit necessaria; immo & omnium supernaturalium, quæ ad instructionem & gubernationem vitæ in iis, quæ pertinent ad æternam, erat conueniens. Non autem scisit aliqua, quæ ad prædictam institutionem & gubernationem non erant necessaria, vt cogitationem futurorum contingentium, quorundā singularium, vt quot lapilli iaceant in flumine, & id genus alia. Et [c] concludit, ipsum non potuisse antequam peccaret decipi, per illud Augustini. [d] *Approbare vera pro falsis non est natura instituti hominis, sed pœna damnati.* Contra quòd adducit multa argumenta, quibus nos addimus illud hymni D. Ambrosij tempore resurrectionis.

a *In 2. art.* b *In art. 3.*

Quem diabolus deceperat
Hostis humani generis.

c *In quarto.* d *Li. 3. de lib. arbitr. ca. 12. circa finem. tom. 1.*

Ad quod respondetur eo modo, quo ipsemet S. Thomas respondet ad illud. [e] *Mulier seducta in præuaricatione fuit*, scilicet quod licet Eua fuisset seducta ante peccatum operis: non tamē ante peccatum interius elationis animi.

e *1. Tim. 2.*

Adde secundo ex glossa multa, præcipuè illud, quod celebrior opinio habet, Adamum scilicet non fuisse creatum in caritate, & gratia, cuius contrarium supra, [f] post S. Thomam communiter receptum tenuimus.

f *In dicto cap. Adam.*

CAP. QVOMODO.

AVGVSTINVS IN GENES. I.

QVomodo renouari dicimur, si non recipimus quod perdidit primus homo? Et reliqua.

Aug. super Gen. ad lit. lib. 6. ca. 24.

CAP. PRINCEPS.

AVGVSTINVS IN HOMIL. VNDECIMA.

PRinceps vitiorum omnium dum vidit. Et reliqua.

Aug. in con. ad catech.

EA, quæ ad hæc duo capp. pertinent resoluenda sunt per addita glossæ Summæ, & cap. *caritas. 1.* [g]

g *Supra ead.*

CAP. QVANDO.

AMBROSIVS AD SABINVM, EPIST. XLI. LIB. VI.

QVando Adam solus erat, non est præuaricatus: quia mens eius adhærebat Deo.

CAP. PRIMVS.

IDEM AMBROSIVS AD EVNDEM EPIST. XLII.

PRimus homo recens opus Dei erat, confabulator assiduus, ciuis Sanctorum complantatus virtutibus.

SVMMARIVM.

1 *Vita solitaria cur simpliciter melior sociali.*
2 *Solitudo non perficit vitam, & quibus non conuenit.*
3 *Eremi vita paucis, præsertim iuuenibus apta.*

1 NOTA, quod viuere in solitudine est melius, quàm viuere in societate. Pro quo est illud cap. *nuptiæ. Nuptiæ replent terram, virginitas paradisum.* [h] Et quod vita solitaria concluditur esse melior simpliciter, quam vita in societate à S. Thoma, [i] secundum quem est dicendum primum, solitudinem non esse de essentia perfectionis: sed instrumentum ad eam quærendam, sicuti est etiam paupertas.

h *32. quæst. 1.* i *In 2. 2. qu. 188. ar. 8.*

2 Secundo, quod deputatis ad actiones vitæ siue spiritualis, siue temporalis, non conuenit solitudo: sed solùm deputatis ad contemplationem. Per quod aliquando respondimus, religiosos illos, qui sunt instituti ad iuuandos parochos, plus operæ debere tribuere confessionibus sacris audiendis, & per cōciones publicas, & sermones priuatos instruendis populis, quorum eleemosynis viuunt, quàm contemplationi.

Tertio, quod solitudo debet esse per se sufficiens, ita quod eam amplexurus iam sit perfectus, iuxta illud Apostoli. [a] *Perfectorum est solidus cibus*, id est, eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

a *Ad Heb. 5.*

3 Quarto, quod per hoc, & id, quod ex eo colligit Caietanus ibidem sæpe respondimus multis iuuenibus, volentibus eligere vitam eremiticam, & quærentibus literas ad id à S. D. N. vt ab eo proposito desisterent. Quia huiusmodi vita non conuenit iuuenibus & in virtutum actibus parum exercitatis, sed tantum eis, qui vt ait Caietanus iam sunt patientes, benigni, humiles, mansueti, & contenti pane & aqua; quales sunt pauci.

Quinto quod S. Thomas ibidem ait, duplici via fieri huiusmodi ad solitudinem aptos, dono scilicet Dei, vt S. Ioannes Baptista: & magno magnarum virtutum exercitio; de quali, ait idem Caietanus; *Quis est hic & laudabimus eum?* Et alibi; *Facilius inueni eorum album, & cygnum nigrum, quàm virum eremiticæ vitæ aptum.* quod & si aliqua ex parte videatur hyperbolicum: admonendi tamen videntur id iuuenes, potius per passiones, quàm per virtutis perfectionem, acquisitam ad id anhelantes.

CAP. ILLA ANIMA.

AMBROSIVS IN HEXAMERON, CAP. VII. LIB. VI.

ILla anima à Deo pingitur. Et infra. Secundum hanc imaginem, quæ refulget, pictura pretiosa est. Secundum hanc imaginem ante peccatum, *depictus fuit.* Adam: sed vbi lapsus est, deposuit imaginem, cælestis sumpsit terrestris effigiem.

Hæc absunt ab originali.

SVMMARIVM.

1 *Imago Dei homini duplex, nulla tamen corporalis.*
2 *Imaginem Dei gerit homo secundum suam essentiam, & secundum suas potentias, & actus interiores.*
3 *Imago Dei cur homo, & cur similis ei.*
3 *Imago Dei, qua in re non est mulier sicut vir.*

1 NOTA primo, quod in homine est imago Dei. [b] In quod citatur illud. [c] *Fecit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam:* & latius tradit S. Thomas [d] receptus communiter concludit, in homine esse triplicem imaginem, iuxta glossam illius. [e] *Signatum est super nos lumen vultus tui domine*: quarum prima est creationis, qua homo secundum intellectualem naturam est aptus ad cognoscendum & amandum Deū. Secunda recreationis, qua diligit Deum in hac vita, imperfectè tamen. Tertia gloriæ, qua cognoscit & diligit Deum perfectè in gloria, & prima est communis omnibus viris, & fœminis, bonis, & malis: secunda iustis tantùm gratia & caritate Dei ornatis: tertia beatis tantū gloria perpetua fruentibus. Porrò prima imago, quæ communis est omnibus, non est in homine secundum corporalem figuram: sed secundum mentem tantùm, qua recordatur, intelligit, & amat, vt ipsemet S. Thomas profundè tradit, [f] quamuis etiam secundum corporalem figuram magis, quàm cætera animantia repræsentet Deum, non quidem per modum imaginis, sed per modum vestigij, iuxta quod potest intelligi illud.

b *C. hæc imago. 33. qu. 5.* c *Gen. 1.* d *In 1. par. q. 93. art. 1. qui est art. 4.* e *Psal. 4.*

Pronaque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cælumque videre
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

f *Vbi supra art. 6.*

Vt ipsemet S. Thomas insinuat, [g] ex cuius mente, [h] & eiusdem & aliorum, [i] colligimus in Enchitid. [k] quòd anima nostra, non solùm est imago Dei secundum suam naturam intellectualem, sed etiam secundum suas potentias & actus: quia non solùm quatenus est apta ad cognoscen-

g *In dicto art. 6. ad 2.* h *Ibidem in art. 7.* i *In lib. 2. sē. distinctio. 2.* k *Confess. pralud. 3. num. 18.*

dum,& amandum Deum eſt illi ſimilis; ſed etiam quatenus habet vim memorandi,intelligendi,& volendi.

Primo,quod ſicut Deus ille ſummus habens in ſe ſimpliciſsimam ſubſtantiam poteſt meminiſſe,intelligere, ac velle ſine vlla qualitate: ita & anima noſtra habens immaterialem ſubſtantiam poteſt meminiſſe,intelligere, ac velle ſine aliqua materiali qualitate,licet non ſine immateriali,vti Deus.

Secundo,quod ſicut in illa ſumma vna,diuina,& indiuidua eſſentia ſunt tres perſonæ,Pater,Filius, & Spiritus ſanctus: ita & in anima noſtra vna & indiuidua ſunt tres potentiæ,memoria,intellectus,& voluntas.

Tertio; quod ſicut in illa ſumma & indiuidua ſubſtantia eſt Pater, qui cognoſcẽdo ſe generat notitiam & imaginem ſui,qui eſt Verbum & Filius eius ei conſubſtantialis.& rurſus Pater, & notitia illa, & Verbum ſupremum, quod eſt Filius, amando ſeſe producunt ſummum illum mutuum amorem ſui conſubſtantialem, qui eſt Spiritus ſanctus: ita in eſſentia animæ noſtræ ipſa ſeſe intelligendo per ſuum intellectum generat notitiã ſui quæ eſt eius imago, & per illam notitiam, quæ eius eſt imago & voluntatem generat ſui amorem.

Quarto,quod ſicut Filius genitus à Patre,non eſt Pater, neque Spiritus ſanctus: nec Spiritus ſanctus productus à Patre,& Filio,eſt Pater, aut Filius,aut vterque: ita neque imago illa,quæ eſt filia quẽdam animę eſt ipſa anima,ſiue intellectus,nec amor ſui productus ab ea, & à notitia ſui, qui eſt quidam filius eius, eſt ipſa,nec intellectus,nec voluntas. Eſt tamen immenſa differentia: quia notitia illa, imago, & Verbum à Patre productum eſt ſubſtantia, & conſubſtãtialis eius imago cœterna. amor item ille ſummus à Patre & à Filio productus eſt ſubſtantia & conſubſtantialis & cœternus vtrique: at verbum,& imago, & notitia noſtræ animæ intelligendo ſe genita eſt accidens, & accidentaria forma: ſimiliter ac amor à notitia, & voluntate productus eſt accidentalis,& non ſubſtantialis,& recentior ea.

2 Nota ſecundo,videri colligi Adam per peccatum perdidiſſe imaginem Dei, quam ante illud habebat. Contra quod facit, quod Adam per peccatum non amiſit naturalia,ſed tantùm gratuita, licet vulneratus fuerit in illis, vt dicit gloſſa,[a] quæ videtur deſumpta ex illo Bedæ. [b] *Homo per peccatum fuit ſpoliatus gratuitis,& in naturalibus vulneratus.* Et declarat S. Thomas, [c] qui, [d] concludit non poſſe tolli per peccatum totum naturæ bonum, licet ſic diminui, vt concludit infra. [e]

Sed reſpondetur, quod notabile noſtrum procedit in imagine recreationis, ſiue iuſtitiæ, & gratiæ, quæ in ſolis iuſtis inuenitur,vt dictum eſt in notabili præcedenti: oppoſitio autem procedit in imagine creationis, quæ omnibus bonis,& malis naturaliter ineſt, & non poteſt tolli à natura humana,ea manente. Pro quo facit,quod, [f] dicitur homo creatus ad imaginem,& ſimilitudinẽ Dei, per quorũ prius intelligitur prima imago creationis:per poſterius ſecunda imago recreationis,ſcilicet iuſtitię, & bonæ operationis,vt declarat S.Thomas, [g] & eſt textus in c.*ſimiliẽ*. [h]

3 Non obſtat prædictis illud Apoſtoli. [i] *Mulier non eſt imago Dei*:relatum in dicto cap.*hæc imago*. [k] quia,vt ibidem ſentit Auguſtinus & poſt eum declarat S. Thomas receptus,[l] non loquitur de præfata imagine creationis,quæ eſt ſecundum naturam intellectualem: ſed de illa,qua vir eſt ſimilis Deo, quatenus ſicut ex Deo procedunt omnia, & omnia ſunt propter ipſum:ita ex viro proceſsit mulier, & propter ipſum facta eſt.

a *In ca. tolle. ſupra ead.*
b *Supra cap. 10.Luc.*
c *1.2. qu. 85. art*
d *In art.1.*
e *In art.2.*
f *Geneſ.1.*
g *1 par.q. 93. art.9.*
h *Infra eadem.*
i *1. ad Corinth.11.*
k *33. quæſt.5.*
l *In præfata q.93,art.4.*

CAP. SIMILEM.

AMBROSIVS DE FVGA SÆCVLI CAP. IIII.

SImilem Dei eſſe,eſt habere iuſtitiam,ſapientiam,& in virtute eſſe perfectum.

CAP. SAPIENS.

AMBROSIVS LIB. II. DE IACOB, ET VITA BEATA, CAP. IIII.

SApiens numquam inanis eſt, ſed ſemper habens in ſe amictũ prudẽtiæ.Et reliqua.

CAP. SED NEC ADAM.

AMBROSIVS LIB. DE ISAAC, ET ANIMA, CAP. V.

SEd nec Adam prius homo nudus erat, quem innocentia veſtiebat.

a *Supra ead.*

NOta id,quod eſt dictum in cap.*primus*, [a] aliud ſcilicet eſſe in homine imaginem Dei, & aliud ſimilitudinem eiuſdem. Quia ſimilitudo attenditur ſecundum iuſtitiam, & bonam operationem, & in ſolis iuſtis inuenitur:imago verò ſecundum intellectualem naturam, quæ omnibus tam fœminis,quàm viris,tam malis, quàm bonis ineſt,vt dictum eſt. [b]

b *In præfato cap. primus.*

CAP. VT COGNOVERVNT.

AMBROSIVS IN LIBRO DE PARADISO CAP. XIII.

VT cognouerunt quia nudi eſſent. & ante quidem nudi erant: ſed non ſine virtutum in tegumentis.Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Adam & Eua,vt ante peccatum ſe nudos non norunt.*
2 *Moyſes Deo carus,aliquando tamen ſubdubitauit.*
3 *Opus nullum meritorium abſque caritate.*
4 *Aaron caritatem habuit & perdidit.*
5 *Dauid caritatem habuit & perdidit.*

c *Gen.3.*

1 NOta primo illa verba:*Primi parentes ante peccatum nudi erant,ſed non ſine virtutum in tegumentis*.[c] quibus probatur, Adam veſtitum fuiſſe virtute ante peccatũ: ſed non veſte corporali. quod autem hic dicitur, eos cognouiſſe poſt peccatũ,non ideo dicitur,quod antea id minime noſſent:ſed quia non verecundabantur; quia eorũ membra pudenda antea cõtra imperium ſuũ non mouebantur.

d *Exod.2.*
e *Num.11.*
f *Supra ead.*
g *Num. 16.*
h *Exod.3.*
i *1.Reg.c.16.*

2 Nota ſecundo illa; *Moyſes maluit affligi cum fratribus, quàm perfrui iucunditate temporalis palatij*. [d] quo & multis alijs probatur fuiſſe Deo carus: tamen ad aquas contradictionis de benignitate Dei ſubdubitaſſe. [e]

3 Nota tertio illa: *Non habet aliquid viriditatis ramus boni operis, niſi procedat ex radice caritatis*: quo probatur, nullum opus factum ſine caritate eſſe meritorium gratiæ,vel gloriæ,de quo dictum eſt in cap.*caritas 2*. [f]

4 Nota quarto illa;*Aaron,quia bonus erat præ cæteris in pontificem electus eſt*. [g] quibus probatur, Aaron fuiſſe carum Deo antequam populo idololatranti aſſenſiſſet. [h]

5 Nota quinto illa; *Dauid caritatem habuit*, cum de illo dominus dixit.*Inueni hominem ſecundum cor meum*.[i] quo, & alijs probatur Dauid fuiſſe Deo cariſsimum: tamen grauiſsimè aliquando peccaſſe.

CAP. SI ENIM.

HIERONYMVS LIB. II. CONTRA IOVINIANVM IN PRINCIPIO.

SI enim, inquit, omnis, qui natus eſt ex Deo,nõ peccat,& à Diabolo tentari non poteſt: quomodo præcipit, vt caueant, ne tententur?dicens:Filioli mei,cuſtodite vos à ſimulacris.* Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Diabolus,qui non ſuggerit omne peccatum,vt cauſſat illud.*
2 *Chriſtus & Diabolus contrarij non inſunt eidem.*
3 *Credere,vt dicuntur Dæmones & damnati.*
4 *Chriſtus via,vita,& c.pulchro diſticho firmatum.*
5 *Chriſtus impeccabilis tripliciter dicitur peccatum.*
6 *Liberum arbitrium,definitur,& declaratur.*
7 *Sancti veteris teſtamenti non omnes pares omnibus noui.*
8 *Maria Virgo omnibus ſanctis & angelis prælata.*
9 *Intellectus illius*;Omnis creatura ſub vitio eſt.

* 1.Ioan.5.

a *Cap. 4. de diuinis nominibus.*
b *1.2. qu. 80. art.4.*
c *12.q uæſt. 1.*
d *In lib.3.periar.cap.2.*
e *Art.1.*
f *1. par. qu. 110.art.3.*
g *1.Ioan.3.*
h *Supr.diſt. 1. num.2.*
i *2.Cor.6.*
k *Cap.1.*
l *Eadem.*
m *Iacob.2.*
n *Iſa.11.*
o *2.2. quæſt. 1.art.1.*
p *1. 2. quæſt. 68.articul.2.*
q *In diſt.2.2. quæſt. 1.ar.2.*
r *In diſt. art. 2.*
s *Ioan.14.*
t *Num. 14. ſup.diſt.1.*
v *1.ad Cor.5.*
x *1.Pet.2.*

1 NOta prima illa verba: *Omne peccatum ex Diabolo eſt*. Pro quo eſt illud Dionyſij. [a] *Multitudo Dæmonis cauſſa eſt omnium malorum,& ſibi, & alijs*, quæ faciunt ad illàm quæſtionem S. Thomæ. [b] An omnia peccata hominum ſint ex ſuggeſtione Diaboli, & an ille ſit cauſſa omnium peccatorum.

Ad quam dicendum primo, quòd ſic indirectè ac per occaſionem, in quantùm induxit primum hominem ad peccandum, ex cuius peccato adeo viriata eſt humana natura,vt omnes ad peccandum proclines ſimus, iuxta illud Gene.relatum in cap. *omnis ætas*. [c] *omnis ætas ab adoleſcentia ſua in malum prona eſt*. in quo ſenſu intelligenda ſunt prædicta elogia Hieronymi & Dionyſij:non autem eſt cauſſa particularis, & ſuggeſtor cuiuſuis peccati: quoniam, vt Origenes relatus ibi à S. Thoma dicit, [d] etiam ſi Diabolus non eſſet,homines appeterent cibos, & alia: quod,niſi eſſet ratione ordinatum,foret peccatum.

Secundo, quod Diabolus poteſt eſſe cauſſa directè, & ſufficiens cuiuſquam peccati, ſic vt cogat vllum ad peccandum,vt idem S.Thomas concludit vbi ſupra, [e] definiens, ſolam volũtatem eſſe hoc modo cauſſam peccati.

Tertio, quod Diabolus poteſt eſſe, immo paſsim eſt cauſſa indirecta peccati commouendo interius phantaſiam,& appetitum ſenſitiuum ad imaginãdum aliqua,quę moueant hominem ad peccandum, & obtenebrando rationem eius, quo appareat ſibi bonum, & delectabile, quòd eſt malum & horribile. Poteſt enim Diabolus cauſſare omnia, quæ ex motu locali corporum inferiorum prouenire poſſunt, niſi virtute diuina reprimatur, ſecundum eundem S.Thomam. [f]

Nota ſecundo illa verba:Qui natus eſt ex Deo nõ peccat,[g] quæ ſunt intelligenda,vt diximus in cap. *qui natus*. [h]

2 Nota tertio illa verba: *Quæ communicatio lucis ad tenebras? Chriſti ad Belial?* [i] Et illa; *Si ſuſceperimus Chriſtum in hoſpitio pectoris noſtri ex illo fugamus Diabolum*. pro quo eſt illud D.Ambroſij in hymno feriæ quartæ ad laudes.

Nox,& tenebræ,& nubila
Confuſa mundi,& turbida,
Lux intrat,albeſcit polus,
Chriſtus venit,diſcedite.

Per quæ probatur non poſſe contraria eidem ſubiecto ineſſe,de quo dictum eſt [k] ſupra. [l]

3 Nota quarto illa verba; *Dæmones Deum credunt, & contremiſcunt*.[m] per quæ Hieronymus hic videtur ſentire, Cacodæmones habere fidem informem, id eſt, à caritate ſeiunctam. Pro quo facit, quod etiam Chriſtiani damnati videntur habere illam in inferno.

Contra tamen hoc facit primò, quòd donum ſcientiæ, quod eſt vnum de ſeptem donis Spiritus ſancti, de quibus Propheta, [n] reſpondet fidei,vt docet S. Thomas, [o] quo certum eſt carere Dæmones, & damnatos: cùm omnia ſeptem dona Spiritus ſancti ſint ſemper caritati coniuncta,vt tradit idem S.Thomas, [p] & fides informis eſt à caritate aliena.

Quare dicendum primo, Cacodæmones non habere fidem infuſam informem,vt tenet S.Thomas. [q]

Secundo,quod hoc cap.& Apoſtolus in eo citatus non debent ita intelligi;vt velint dicere, Cacodæmones credere per habitum infuſum informem fidei:ſed per quamdam fidem coactam ex perſpicacia intellectus, & miraculis,quæ perſuadẽt eis ita eſſe, quod ipſum eſſet dicendum de Chriſtianis damnatis,ſecundum doctrinam eiuſdem S. Thomæ quam defendit & tuetur Caietanus, [r] definiens, eos illam habuiſſe, dum vixerunt fideles, & viatores: ſed ſimul ac peruenerunt ad illum terminum malum damnationis perdidiſſe illam: credere tamen per cognitionem antiquam naturalem, vel quæſitam ea, quæ credebant in via,dum viuerent.

4 Nota quinto illa verba:*Ego ſum via,veritas & vita*, [s] cui conſonat illud elegans diſtichon Seuerini Boëtij,relatum à nobis in cap.*firmiter*. [t]

Tu requies æterna piis,te cernere finis,
Principium,vector,dux,ſemita,terminus idem.

5 Nota ſexto, quod Deus pro nobis fecit Chriſtum peccatum,vt aſſerit Apoſtolus, [v] Cõtra quod facit,quod Chriſtus non ſolum non fuit peccatũ,ſed nec fecit peccatum, [x] nec potuit peccare, vt diximus infra, [a] propter quod S. Thomas tripliciter exponit illud, [b] primo quidẽ,vt Hieronymus hic,quod peccatum accipitur pro pœna peccati: ſecundo pro hoſtia oblata in expiatione peccati. iuxta illud, [c] *Peccata populi mei comedent*:relatum in cap.*ipſi ſacerdotes*. [d] Tertio pro eo,quod reputatur peccatum,ſiue peccator,iuxta illud. [e] *Cum iniquis reputatus eſt*:ita quod Chriſtus poteſt dici peccatum, eo quod pœnam peccati ſoluit: & eo quod fuit hoſtia, & ſacrificium pro peccato Deo oblatum,& quod fuit reputatus à malignis peccator.

a *Ead.§.ſi.*
b *In diſt.c.5.*
c *Oſea 4.*
d *1. quæſt. 1.*
e *Eſai.53.*

6 Nota ſeptimo illa verba: *Liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia neceſſitate trahimur*: homini eſſe liberum arbitrium, quod definitur à Magiſtro, [f] eſſe *facultas ſiue poteſtas rationis, vel voluntatis, qua bonum eligitur, gratia adſiſtente, vel malum, eadem deſiſtente*. Dixit *facultas, ſiue poteſtas*, & non habitus: quia liberum arbitrium non eſt propriè habitus, ſiue qualitas, & accidens diſtinctum ab anima,& potentijs eius ſuper, addens aliquid illi, vel illis, ſecundum S.Thomam communiter receptum. [g] Dixit etiam *facultas, ſiue poteſtas*,quia non eſt eſſentialiter duæ potentiæ;ſed vna requirẽs ad ſuum actum alterius adiutorium: actus enim principalis eſt vnum de propoſitis eligere, & præparare:quod pertinet ad potentiam appetitiuam,& ita ad voluntatem cum adiutorio rationis,quæ eſt potentia cognoſcitiua, per quam proponitur id,quod mouet ad præeligendum & præoptandum illud,vt colligitur ex eodem S.Thoma communiter receptо. [h] Dixit,*rationis & voluntatis*,ad ſignificandum quod non pertinet ad vllam illarum ſolam:ſed ad alteram cum adiutorio alterius: principalius tamẽ pertinet ad voluntatem. Quia, vt ait ibidem S. Thomas principalis actus eius eſt eligere,vel præoptare, quod eſſentialiter eſt actus voluntatis, ratione adiuuante, ſecundum eundem. [i] Addidiſſe autem videtur reliqua ad ſignificandum,quod liberum arbitrium non ſufficit ad bene merendam gloriam de condigno abſque gratia gratum faciente,iuxta cap.vltimum [k] & can.2.& 3. [l] Concilium Tridentinum. Vnde nemo poteſt mereri primam gratiam, vt abunde dictum eſt in cap. *conuertimini*. [m] Nõ autem voluit ſignificare,quod nemo ſine gratia poſsit bonum opus moraliter facere:quia immo poteſt quis in ſtatu peccati mortalis agere multa bona opera moraliter bona,vt dictum eſt ſupra, [n] quæ ad multa prodeſſe tradidimus in cap. *poteſt fieri*. [o] & probatur per cap.*quarat*. [p] poſt gloſſam ibidem.& in cap.*quod quidem*. [q]

f *Diſt.1.*
g *De pœnit. & remiſſ.*
h *In 2. & 3. art. eiuſdem quæſtionis.*
i *1. 2. quæſt. 13.art.1.*
k *De conſecra.diſt.4.*
l *Seſſ.6.*
m *Diſt.1.*
n *Diſt.1. cap. omnis.nu.7.*
o *Nu. 5.ſup. eadem diſt.1.*
p *§.quod autem infr.diſt. 4.*
q *De pœnit. & remiſſ.*

7 Nota octauo illa verba:*Cæterum quis ignorat ſub alia diſpenſatione Dei omnes retro Sanctos eiuſdẽ fuiſſe meriti, cuius nunc Chriſtiani ſunt?* Per quæ videtur ſignificare Hieronymus, multos fuiſſe ſub veteri teſtamento tanti meriti, quanti etiam aliqui primores ſub euangelio:non autem id, quod ſuperficies verbi,omnes,ſignificat;nempe omnes Sanctos veteris teſtamenti fuiſſe tanti meriti,quanti omnes ſancti Chriſtiani.In confeſſo eſt enim,neminem illorum,nec parentes primos fuiſſe tanti meriti,quanti Virgo Mater,iuxta illud.

Quæ ſola ſine exemplo placuiſti fœmina Chriſto.

Et illud Baptiſtæ.

Tam fœlix aderit florentis gloria linguæ,
Vt Mariæ poſsit laudes æquare loquendo.

Et illud eiusdem.

Mortalibus æquas.
Cui pater æthereas mentes ſubiecit & aſtra?

r *Huius diſt.*

9 Nota nono expoſitionem illorum verborum. *Omnis creatura ſub vitio eſt*; quæ reperitur etiam in S. fin. [r] poſito ſub cap.fin.quæ conſonant illis verbis Apoſtoli.*Omnes ſub peccato ſunt*, [s] nempe quod non omnes peccant: ſed quod omnes peccare poſſunt.

s *Ad Rom.3.*

Contra quod tamen facit, quod creatura irrationalis non poteſt peccare: nec humanitas Chriſti vnita verbo diuino,iuxta illud. [t] *Qui peccatum non fecit*, &c. inductum ad hoc per S. Thomam, [v] & quod omnes præter Chriſtum, & Virginem eius matrem peccarunt, & peccamus, iuxta Ioannem citatum in hoc cap.& præcedenti.

t *1.Pet.2.*
v *3 par.quæſt. 15. art.1.*

Quare aptior videtur expoſitio, quæ deſumi poteſt ex eodem S.Thoma, [x] ſcilicet quod intelligatur de ſola, & omni rationali creatura conſiderata ſecundum ſuam naturam ſeparatam à donis diuinis gratuitis: quia omnis

x *11.Part.qu.63.art.1.*

voluntas creata etiam angelica ſecundum ſolam naturalem conditionem conſiderata poteſt peccare, ſeu eſt peccabilis per illam profundam rationem, qua id ibidem probat S. Doctor, quæ expoſitio etiam aptari poteſt illi dicti. [a] *Omnis homo mendax*, quem in hanc ſententiam adducit Gratianus. [b]

a *Pſal.115.*

b *In §. vlt. ſub cap. fin. in fra ead.*

CAP. APOSTOLVS.

AVGVSTINVS LIB. DE CORRECT. ET GRAT. CAP. IX.

APoſtolus ſciens nonnullos diligere Deum, & in eo modo vſque in finem non perſeuerare, mox addidit. Et reliqua.

CAP. MIRANDVM EST.

AVGVST. VIII. CAP. EIVSD. LIB.

MIrandum eſt, quare Deus quibuſdam filijs perditionis det fidem operantem per dilectionem. Et reliqua.

CAP. MVLTI.

GREGORIVS CAP. XXXV. LIB. VIII. SVPER IOB.

MVlti bene incipiunt, qui in malo vitam finiunt. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 Senem in ſe puero peiorem, diſtichon.

NOTA primo, quod per hæc tria capp. Gratianus idem intendit probare, quod per multa præcedentia, ſcilicet caritatem quæſitam amitti poſſe; de quo dictum eſt in gloſſa Summæ. [c]

c *Sup. eadem.*

1 Nota ſecundo illud diſtichon, quod gloſſa cap. *multi*. facit in illum, qui factus eſt in ſenio deterior, ſcilicet.

Cœpiſti melius, quam deſinis; vltima primis
Cedunt, diſſimiles hic vir, & ille puer.

CAP. CITIVS.

GREGORIVS, CAP. IX. LIB. XXXIIII. AD CAP. XLI. IOB.

CItius ad hoc reſpondemus: quia aurum, quod prauis eius ſuaſionibus quaſi lutum ſterni potuerit aurum ante Dei oculos numquam fuerit. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 Boni & doctiores cadendo, vt proſunt alijs.

1 NOTA primo mirabilem, & numquam obliuioni tradendam doctrinam, quam B. Gregorius in hoc cap. tradit; ſcilicet multos, qui arripiunt viam arctam, quæ ducit ad paradiſum, in qua non ſunt perſeueraturi, & poſtea cadunt damnandi, prodeſſe quidem alijs in ea perſeueraturis dupliciter. Primo ad exemplum, vt arripiant illam, & vt in ea perſeuerent. Secundo, vt per eorum caſum timeant ſibi ſuum. Per quæ ſæpe timui, & timeo, ne multi noſtrum, qui & officio, loco, dignitate, eruditione, vel aliquo alio dono naturali, vel gratuito præmus alios; ideoque gubernamus, regimus, cõcionamur, prælegimus, conſulimus, viam monſtramus, & in eam alios prece, vel minis intrare compellimus, cadẽdo per elationem, ambitionem, vel aliam inordinatã cupiditatem; illis quidem proſimus in exemplum & timorem, ne vt nos cadant: nobis autem eo magis obſimus, quod dicentes, non furandum, furamur, non mœchandum, mœchamur: illoſque compellendos intrare ouile, & intra illud conſiſtere; ne intremus, neue ingreſſi exeamus, & tandem miſerè pereamus.

Rom. 2.

CAP. PRINCIPIVM.

GREGORIVS LIB. XXXII. MORAL. CAP. XLII. SVPER CAP. XI. IOB.

PRincipium enim, viarum Dei Beemoth dicitur. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 Beemoth vox Hebræa ſignat Luciferum, & etiam alios.
2 Lucifer altioris naturæ, quam alij angeli, etiam optimi.
2 Imago Dei ſola creatura rationalis; veſtigium autem etiam irrationalis.
3 Angeli boni voluntas confirmata in bono, mali verò in malo.
4 Liberum arbitrium Dei, angeli, & hominis ſic differunt, quod Dei eſt immutabile, ante & poſt electionem: angeli ante illam, ſed non poſt: hominis ante & poſt, ante tamen mortem.
5 Hierarchiæ angelorum tres, quæ hos trinos eorum ordines continent.
6 Luciferi peccatum primum, & præcipuum ſuperbia.

1 NOTA primo ex hoc ca. adiuncta gloſſa quod Beemoth ſignificat hoc in loco Diabolum, eo quod eſt Hebræa dictio ſignificans propriè idem, quod animal immundum: quale ideo Diabolus dicitur, quod propter ſuperbiam à cœleſti beatitudine tamquam immundum animal alienus factus eſt. Hieronymus autem, [a] ait, quod doctores Eccleſiæ, qui litteras Hebræas contigerunt, hanc vocem Beemoth in Latinũ, quaſi plures, interpretati ſunt, ſignificantes per illam dictionem intelligi Dæmonũ principem cum tota ſua multitudine. Sanctus vero Thomas ait. [b] Diabolũ appellari Beemoth, & ibi deſcribi per conditiones elephantis, qui eſt omnium animaliũ terreſtrium magnitudine, & virtute princeps: & per conditionem ceti, qui omnia aquatilia præcellit, quas conditiones naturales mirabili ſpiritu Gregorius in illius expoſitione ſenſu myſtico explicat. Quĩ quidem omnes videntur ſentire, illam vocem Beemoth ſignificare primum angelorum malorum ſolum, vel ſuo peſsimo ſodalitio comitatum. Beatus autem Gregorius ſentit in hoc cap. Luciferum principem angelorum malorum appellari Beemoth, vt [c] dicetur, qui à D. Ioanne, [d] appellatur draco, qui pugnauit cum Michaële; diciturq́ue habere maximam potentiam, qua terra mariq́ue aduerſus nos fragiles homines potenter ac aſtutè pugnat.

a *Super Iob, cap. 40.*

b *In practica to c. 40. Iob.*

c *In ſequen. notab.*

d *Apocaly. c. 12.*

2 Nota ſecundo, quod Beemoth eſt principium viarum Dei, id eſt, primum & præcipuum operum Dei, ex mente gloſſæ quæ habet opera Dei appellari vias, eo quod ſicut via per veſtigium ei infixum ducit in cognitionem tranſeuntis: ita opus Dei ducit in cognitionem eius ipſum operantis, vti effectus in cognitionem ſuæ cauſſæ. Et ita licet in ſola creatura rationali inueniatur imago Dei: veſtigium tamen eius, etiam in qualibet irrationali habetur, ſecundum Magiſtrum, S. Thomam & omnes alios, [e] & eundem S. Thomam. [f] Ex quo infertur, quòd Lucifer, qui appellatur hic à Gregorio Beemoth eſt maxima omnium creaturarum ſecundum ſuam naturam: quia ſecundum illam eſt maximus omnium angelorum, non ſolùm malorum, ſed etiam bonorum. quod maximè probat hic Gregorius & S. Thomas communiter receptus, [g] quod etiam Dominus Cardinalis adnotauit hic, reſpondendo ad argumenta contraria ſequutus Albertum, quem miror tacuiſſe S. Thomam eodem modo illa ſoluentem.

e *In 1. lib. ſenten. diſt. 3.*

f *In 1. part. quæſt. 45. articul. 7.*

g *In 1. par. q. 63. articul. 7. & 2. lib. ſentent. quæſt. 6. artic. 1.*

3 Nota tertio illa verba; *Diabolus ſine venia damnatus eſt, quia magnus ſine comparatione fuerat creatus*: proilla concluſione Magiſtri, S. Thomæ & aliorum, [h] & S. Thomæ rurſus, [i] ſcilicet, quod voluntas Cacodæmonum eſt obſtinata in malum, cuius non poteſt pœnitere, nec mutare ſuam malam voluntatem ſicut & voluntas boni angeli ita eſt confirmata in bono, quod non poteſt pœnitere illius boni; quod ſemel elegit.

h *In 2. lib. ſentent. diſt. 7.*

i *In 1. par. q. 64. art. 2. & de veritate, quæſt. 24. ar. 1. & de malo, quæſt. 16. art. 5.*

Contra quod facit, quod omnes angeli, tam mali, quam boni natura ſua ſunt liberi arbitrij, ſicuti homines, [k] & diabolus per peccatum non perdidit ſuam naturam, nec illa, quæ conueniunt ei propter illam, ſecundum omnes: & ita diabolus non perdidit liberum arbitrium, & conſequenter ſicut per liberum arbitrium elegit malum, & peccauit: ita per illud poterit pœnitere, & eligere bonum contrarium mali eius, quod ante præelegit.

k *Ca. ſi enim. §. liberi arbitrij ſup. ead.*

4 Ad quod argumentum, & alia, quæ S. Thomas & alij vbi ſupra formant, reſponder multipliciter hic D. Cardinalis & S. Thomas. [a] Optimus autem reſpondendi modus videtur ille, qui magis placet S. Thomæ ſcilicet quod natura liberi arbitrij Dei, Angeli, & hominis ſic differunt, quod diuinum non poteſt mutari ante, nec poſt electionem: angelicum autem eſt mutabile ante electionem, & non poſt: humanum verò ante, & poſt.

a *Vbi ſupr. in articul. 2.*

Sed contra hoc facit, quod nec homines iam damnati poſſunt pœnitere, nec mutare voluntatem malam pluſquam diaboli damnati. Ad quod reſpondetur ex eodem S. Thoma vbi ſupra, quod arbitrium angelicum & humanum poſſunt quidem mutari durante ſtatu viæ: non tamen finito eo, & quod ſtatus viæ angeli eſt ante electionem: ſtatus autem viæ hominis vſque ad mortem. Ita quod ſicut finis viæ hominis quo ad hoc eſt mors: ita finis viæ angeli eſt electio boni, vel mali; & ita homines mortui damnati perinde ſunt obſtinati in malum, ſicuti diaboli poſt caſum ſuum, qui contigit eis per ſuam liberam electionem.

5 Nota quarto illa verba: *Nouem dixit genera lapidum, quia nimirum nouem ſunt ordines angelorum*: pro concluſione communi, quod nouem ſunt ordines angelorum. Cui addendum primo, quod *ἐξαρχία* vox Græca ſonat idem, quod facer principatus. Nam *ἱερὸς* ſonat ſacer, & *ἀρχὸς* principatus, vt tradit S. Thomas communiter receptus, [b] in quo concludit, tres eſſe hierarchias in angelis. Et [c] in qualibet hierarchia eſſe plures ordines. Et [d] plures angelos eſſe in quolibet ordine.

b *In 1. li. ſent. diſt. 9. art. 1. & in 1. par. q. 108. art. 1.*

c *In 2.*

d *In 3.*

e *Cap. 5. & duob. ſeqq. Celeſtis Eccleſiaſtica.*

Addendum eſt ſecundo, quòd aliter aſsignat gradus Ordinum Dionyſius, [e] & in hoc cap. D. Gregorius. Dionyſius enim ponit tres hierarchias; in quarum infima ponit tres ordines ſcilicet Angelorum, Archangelorum, & Virtutum: in ſuprema vero Thronorum, Cherubim, & Seraphim, & in media Principatuum, Poteſtatum & Dominationum. Gregorius autem ponit Principatus in medio Dominationum & Poteſtatum: Virtutes verò in medio Poteſtatum, & Archangelorum: & vtramque conſiderationem habere fundamentum in ſacris litteris & rationem ſatis aptam tradit S. Thomas, [f] ſed aptiorem eſſe illam, quam facit Dionyſius, quæ omnia apud ipſum S. Thomam poſſunt videri.

f *In dicta q. 108. art. 6.*

6 Nota quinto, illa verba. *Sed ſuperbiæ vitio caritatis, &c.* quod primum & præcipuum peccatum Luciferi fuit ſuperbia, quæ eſt concluſio Dom. Cardinalis communiter hic recepti, & antea S. Thomæ communiter etiam recepti. [a] Pro quo eſt illud. [b] *Initium omnis peccati ſuperbia.*

a *In 2. li. ſenten. diſtinct. 5. artic. 3. & 1 par. quæſti. 68. art. 2.*

b *Eccl. 11.*

§. CARITAS AVTEM.

GRATIANVS.

CAritas autem, quæ in aduerſitate deſeritur, ficta, id eſt, fictilis & fragilis eſſe perhibetur. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 Peccare poſſe, non eſt poſſe, ſed deficere, nihilque agere.
2 Deus puriſſimus actus, potentia actiua, non paſſiua omnia quæ ſibi non contradicunt agere poteſt.

ADde primo, huic §. quod omnia, quæ dicit in eo Gratianus de caritate, an ſit vera, an ficta illa, quæ deſerit & perit nec ne? ſunt reſoluenda, per ea, quæ addita ſunt gloſſæ Summæ, & cap. *caritas.* [c]

c *Supræ eod.*

1 Adde ſecundo, quod quamuis expoſitio illius dicti; *Omnis creatura ſub vitio eſt*, quam hic ponit Gratianus, & iam ante adduxerat, in cap. *ſi enim.* [d] ſit probabilis: germanior tamen eſt illa, quam ibi [e] attulimus ex S. Thoma ibidem citato.

d *Supr. eod.*

e *Notab. 9.*

2 Adde tertio, hic eſſe textum celebrem pro illo dicto; *Poſſe peccare non eſſe poſſe, ſed non poſſe*: & ideo non conuenire Deo, vt poſt & ante alios tradit S. Thomas, [f] qui in g concludit in Deo, nullam quidem eſſe potentiam paſsiuam, id eſt patiendi ab alio: eſſe autem in eo ſummam potentiam actiuam in aliud agendi, & in ſecundo, eam eſſe immenſam & infinitam, per quod [h] concludit, eum eſſe omnipotentem, iuxta illud Exod. 15. *Omnipotens nomen eius*: ea ratione, quod nihil eſt, dummodo non implicet contradictionem, quod ipſe facere non poſsit, iuxta illud Luc. 1. *Non erit impoſsibile apud Deum omne verbum.* Dixi, *dummodo non implicet contradictionem*: quia id, quoniam fieri nequit non eſt poſsibile. Vnde quia in Deo, cùm ſit infinitè perfectus, non poteſt eſſe vllus defectus, ideo, non poteſt peccare: quia id eſt deficere, & nihil facere, & appellatur nihil ſecundum Auguſtinum in illis verbis. [i] *Sine ipſo factum eſt nihil*, id eſt, peccatum.

f *1. par. q. 25. artic. 3.*

g *Primo art.*

h *In dicto articul. 3.*

i *Cap. 1. Ieſan.*

DISTINCTIO TERTIA.

PRINCIPIVM.

GRATIANVS.

HÆc de caritate breuiter scripsimus propter eos, qui pœnitentiam negant reiterari posse, asserentes quod sicut caritas semel habita numquam amittitur, ita pœnitentia semel verè celebrata, nulla sequenti culpa maculatur. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia priuata iteratur, sed non baptismus.*
2 *Intellectus canonum innuentium, pœnitentiam non iterari.*
3 *Intellectus dicti Apostoli idem innuentis.*
4 *Pœnitentia solemnis non iteratur.*
5 *Occasio delinquendi non omnis vitanda.*

1 NOta ex hoc principio, & glossa Summæ, quod in hac distinctione tractat Gratianus; An pœnitentia sit iterabilis.

Nota secundo, quod quæstio hæc fuit proposita ab eodem Gratiano in præcedente distinctione & ea omissa tractauit aliam de caritate: An vera caritas posset amitti, quam resoluimus in glossa Summæ. [a]

Nota tertio, quod glossa non format quæstionem satis aptè ad intentionem Magistri Gratiani. Glossa enim proponit eam sub illis verbis; An pœnitentia sit iteranda: & ex verbis ipsiusmet Gratiani colligitur, eam esse proponendam sub illis verbis; An pœnitentia sit iterabilis, id est; An qui semel verè pœnituit, iterum posit peccare, & iterum verè illius noui peccati pœnitere: & si postea iterum secundo, vel pluries peccauerit, iterum secundo, & pluries verè posit pœnitere nouè peccatorum, & resurgere ab eis per pœnitentiam eorum.

2 Nota quarto, quod pro parte negante faciunt primo omnia capp. quæ adducit Gratianus vsque ad §. *sed verba.* positum sub cap. *incassum.* & illa quæ Magister adducit in 4. lib. senten. quæ omnia fundantur in illa ratione tacta in hoc principio, scilicet, quod sicut caritas vera, secũdum aliquos, non potest amitti: & quod illa, quæ amittitur non fuit vera, sed ficta: ita vera pœnitentia semel facta non amittitur, & si amittat ur, non fuit vera.

3 Secundo fundantur in illo Apost. [b] *Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, & gustarunt cœleste donum, & participes sunt facti Spiritus sancti, & prolapsi sunt, renouari rursus per pœnitentiam.*

Tertio illo Ambrosij, [c] relato in cap. *reperiuntur*, [d] & cap. *si quis.* 50. distinctio. *Sicut vnum est baptisma, ita & vnica pœnitentia:* sed baptismus non potest iterari: ergo, &c.

Quarto, quod non legitur, quod Dominus aliquem cæcum bis illuminauerit, vel quod aliquem leprosum bis mundauerit, aut aliquem mortuum bis suscitauerit.

Quinto fundantur illo Ambrosij, [e] relato in cap. *est iniusta.* [f] *Facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi.*

4 Quibus tamen non obstantibus, Catholica fides Romana tenet contrarium. Tum retorquendo sic primum oppositum: Sicut caritas vera, etiam perfecta, secundum omnes, qui fidem Orthodoxam & Romanã docent, amitti potest, & nouè quæri: ita & pœnitẽtia, etiam perfecta potest amitti, & nouè quæri, saltem quoad fructum eius. Vnde Nouatus, & eum sequuti Nouatiani, qui præfatam partem negantem tenuerunt, referente Isidoro, [g] relato à Gratiano in c. fin. §. *Nouatiani.* [h] declarati fuerunt hæretici, quos etiam satis declarat Concilium Tridentinum. [i]

Tum quia dominus, [a] dicit Petro quærenti; *Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei, vsque septies?* respondit. *Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.* Tum denique, quod multa sunt exempla, & auctores, quibus probatur Moysen, Aaron, Dauid, & alios relatos in cap. *vt cognouerunt.* [b] post veram pœnitentiã peccati prioris cecidisse; & postea saluos fuisse, quod nõ poterat fieri, nisi per iterationẽ veræ pœnitentiæ de posteriori peccato factæ.

Ad opposita vero respondetur. Ad primum quidem, & rationẽ, in qua fundantur capp. in eo citata, negando quidem quod caritas vera, semel quæsita, non possit amitti, vt resoluimus in glossa Summæ, [c] & quod sicut ibi responsum fuit argumentis innuentibus, caritatem, quæ potuit amitti; non fuisse veram, sed fictam: ita hic responderi potest argumentis omnibus significantibus, pœnitentiam, cuius fructus per peccatũ nouum perditur, non fuisse veram, nempe quòd sicut non probatur, caritatem non fuisse veram, eo quòd perdita sit, sed quòd non fuit efficax, fortis, & tantæ vis, vt saluaret eam habentẽ: ita hic non probaretur, quod pœnitentia, cuius fructus per nouum peccatum impeditur, non fuerit vera pœnitentia, sed quod non fuerit efficax, & tantæ vis, quæ saluaret eã facientem.

1 Ad secundum, quod Apostolus non ait ibi; illuminatum per pœnitentiam non posse iterum illuminari per illam, si excæcatus fuerit per peccatum: sed quod illuminatus per baptismum, si excæcatus fuerit, non potest iterum illuminari per illum ad pœnitentiam, ita quod intendit docere, errare Iudæos putantes ita lauacrum baptismi reiterari posse ad mundiciem mentis, vt lauacra sua reiterabantur ad corporis mundiciem.

Ad tertium respondetur, quod D. Ambros. loquitur de solẽni pœnitentia, quæ non est iterabilis, vt ait Gratian. [d]

4 Ad quartum videtur posse respõderi formalius, quàm alij respondent, scilicet quod nõ est apta similitudo, quia nullus à Christo sanatus legitur reincidisse in eundẽ languorem, nec adijsse iterum ad illum: at nos agimus de iis, qui semel sanati recidũt in pristinum vel alios languores.

5 Ad quintum vero respondetur aptius, quàm per alios, concedendo quod aliqua occasio delinquẽdi est vitanda: non tamẽ omnis, vt late probauimus in tract. de indulg. [e]

CAP. POENITENTIA.

AMBROSIVS IN SERM. QVODAM M. S. DE QVADRAGES.

POenitentia est præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus cap. Pœnitentia. 1.*
2 *Pœnitentia, vt virtus quid. nu. 2. & melius 4.*
3 *Definitur sæpe caussa per effectum.*
3 *Virtus infusa à Deo solo, quæsita etiam ab alio.*
4 *Pœnitentia virtus duplex, infusa & quæsita.*
5 *Pœnitentia virtus specialis. num. 5.*
6 *Quali iustitia tributa. nu. 6.*
7 *Pœnitentia interior non semper eguit exteriori.*
8 *Pœnitentia vnde incipit.*

1 NOta primo hoc cap. quod Gratianus allegat ad probandum pœnitentiam, quam peccatum mortiferum sequitur non fuisse veram, sic induci ad id probandum: Definitio veræ pœnitentiæ Ambrosij habet, quod pœnitens mala plangat, & plangenda non committat: ergo si post eam mala committantur, non fuit vera pœnitentia; quia non conuenit ei definitio.

Sed ad hoc argumentum, quod etiam proposuit S. Thomas, [a] tribuens hoc dictum paulo immutatum Gregorio: & prius Magister, [b] tribuens illud vtrique in effectu respõdetur paulo formalius, quàm ab ipsis, secundum tamen eorum mentem, quod intentio Ambrosij siue Gregorij non fuit dicere, quod per illa verba, *plangenda non committere*, significetur, quod ad definitionis rationem, & essentiam veræ pœnitentiæ sit numquam post eam peccare, siue plangenda mala nõ committere: sed quòd qui eam agit, proponat numquam amplius id facere, & ideo licet postea peccet, non sequitur, quòd non verè pœnituerit: sicut qui vere dolet bibisse succum cicutæ cum proposito iterum non bibendi, non definit verè doluisse bibisse illum, eo quod mutato proposito iterum bibat eum.

2 Nota secundo definitionem pœnitentiæ, pro cuius clara traditione, memoria repetenda sunt ea, quæ supra in præludiis primæ distinctionis huius tract. [c] diximus de latinitate, significatione, & æquiuocatione nominis pœnitentia, præsertim quod pœnitentia de peccato accipitur in vna significatione pro virtute, seu actu bene pœnitendi de peccato: in qua significatione definitur hic ab Ambrosio, quod est mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere, quam etiam supra tradidit Gratianus in cap. *ecce nunc tempus.* [d] vbi & in dicto præludio prædiximus, nos hic eam exactè declaraturos. Cui simile ponit D. Gregorius, [e] relatus à Magistro, [f] aiens; *Pœnitere est ante acta peccata deflere, & flenda nõ committere,* quas communiter omnes defendunt.

Contra quas tamen facit primo glossa, [g] quæ ait, hanc non esse veram definitionem; sed quamdam descriptionem; quia etiam Iudas planxit peccatum suum, & non reiterauit illud; quem tamen non verè pœnituit, & damnatus est.

Secundo, quod pœnitentia in hac significatione, secundum Magistrum vbi supra, est virtus: at plangere & deflere non est virtus, sed actus virtutis, quę non est actus, sed habitus.

Tertio, quòd nihil eorum, quæ sunt secundum virtutem est stultum: at plangere, & flere præterita videtur stultum; quia fieri non potest, ne fuerint. [h] ergo plangere peccata præterita non pertinet ad pœnitentiam, quæ est virtus: sed ad stultitiam & ignorantiam.

Quarto, quod pœnitentia est sacramentum per definitionem sacramenti pœnitentiæ tradendam in cap. *perfecta.* [i] at nullum sacramentum est virtus, cum virtus sit habitus mentis, & omne sacramentum sit actus visibilis & sensibilis. [k] ergo pœnitentia non est virtus.

Quinto, quod omnis virtus secundum Aristotelem, [l] & Sanct. Thomam, [m] est habitus: & omnis habitus generatur ex actibus: ergo pœnitentia, antequam generetur habitus, non est virtus.

Non obstantibus tamen iis, præfata definitio defendenda est: & ad primum oppositum respondetur primo, concedendo, quòd hæc definitio non est exacta, si ruditer & absolutè accipiatur: sed sic, si satis, secundum mentem Ambrosij explicetur, vt mox explicabitur.

Secundo, quod fundamentum planctus Iudæ, quo nititur illa glossa est fragillimum, vt ibi diximus, quia Ambrosius loquitur de planctu legitimo, qualis non fuit planctus Iudæ.

3 Ad secundum respondetur, concedendo, pœnitentiam esse virtutem: negando tamen, quòd virtus non possit satis aptè definiri per actum eius: quia sacrorum auctorum mos habet definire caussam per effectum, & virtutem per actum per figuram metonymiam, vt Augustinus relatus à glossa, [n] definit fidem per effectum, & actũ eius inquiẽs, *Fides est, credere quod non vides:* & Azo, & Bartholus, [o] definiunt appellationem, esse recisionem sententiæ, cum rescissio non sit appellatio, sed effectus eius.

Ad tertium respondetur, quod dupliciter quis potest plãgere præterita, primo absolutè, ne sint præterita, quod est stultum; quo modo non accipitur in definitione prædicta: alio modo plangere secundum quid, id est, ad aliquem effectum; puta vt per illam displicentiam placeatur offensus, vel generetur dolor, qui sit vindicta, vel aliquid aliud simile fiat: & hoc modo accipitur in præfata definitione. Nam pœnitens plangit peccatum præteritum, non quidem ne fuerit admissum: sed vt per illum planctum, & displicentiam, siue nolitionem placet Deum, & vindicet peccatum admissum, & vt magis caueat, ne iterum peccet.

Ad quartum concedimus, nullum sacramentum esse virtutem: & consequenter nec sacramentum pœnitentiæ: nec D. Ambrosium definire pœnitentiam prout est sacramentum pœnitentiæ: sed prout propriùs accipitur pro virtute; vel actu pœnitendi. Vt enim in præfato præludio diximus, verbum pœnitentia æquiuocè significat virtutem pœnitendi, & sacramentum pœnitentiæ.

Ad quartum respondetur primò, quòd virtus generatur ex actibus; verumtamen non omnis, sed naturaliter quæsita, nam virtus infusa supernaturaliter à solo Deo præcedit actus, licet quæ naturaliter est quæsita; sequatur illos.

Secundo, quod pœnitẽtia naturaliter quęsita, licet non præcedat actus priores, ex quibus generatur: præcedit tamen actus posteriores, ad quos generandos aduuat.

4 Ex prædictis colligi potest primò quædam magistralis definitio pœnitentię, (vt est virtus) continens, elucidans, & complens omnes omnium Catholicorum definitiones; immo quędam fere omnium, quæ de ipsa quæruntur resolutio, scilicet, quod *pœnitentia, vera est virtus, vel actus virtutis plangendi legitime mala præterita, cum proposito legittimo non committendi plangenda, in finem placandi Deum offensum, & vindicandi offensam.* Dixi, *virtus, vel actus,* pro genere, ex quo & differentia constare debet omnis bona definitio, secundum Philosophos, & Iurisconsultos in l. 1. [a] & in rub. [b] vbi & in rub. de præben. late aliàs diximus. Omnis enim pœnitentia in hac significatione est virtus, vel actus virtutis, non tamen contra: omnis virtus, vel actus eius est pœnitẽtia. Dixi etiam virtus generaliter ad ita includendum pœnitentiam à solo Deo supernaturaliter infusam, ac naturaliter ex actibus pœnitẽdi quæsitam. Sicut enim aliæ virtutes non solum theologicæ, sed etiam morales infunduntur à Deo etiam paruulis in baptismo, iuxta clemen. 1. [c] adiuncta glossa, [d] sic eadem ratione etiam virtus pœnitentiæ, argu. l. *illud.* [e]

5 Dixi, *plangendi legitime,* prout æquipollet verbo pœnitendi cum dolore, contritione, vel attritione, de qua dicemus in cap. *perfecta.* [f] Dixi *cum proposito non committendi plangenda,* ad declarandum non esse de substantia, & essentia pœnitentiæ, quod non committat plangenda: sed quod adsit propositum non committendi ea, vt diximus supra respondendo ad primum argumentum. Dixi *ad finem placandi Deum offensum,* ad significandum esse necessarium, vt id fiat amore Dei, & cum spe veniæ. [g] Dixi, *& vindicandi offensam,* ad significandum, quòd sicut iudex punit alium delinquentem ad publicam vtilitatem pro delicto: ita pœnitens pro placatione Dei debet vindicare suum delictum ad satisfaciendum ei, iuxta illud Augustini. [h] *Pœnitentia est vindicta puniens in se quod dolet commisisse.*

Secundo colligi potest ex prædictis, quod pœnitentia est virtus, vel actus virtutis, vt Magister cum omnibus aliis asserit. [i] Et S. Thomas communiter receptus probat, [k] ea firma ratione, quod omnis actus à recta ratione directus pertinet ad aliquam virtutem, secundum Aristotelem, [l] & actus, de quo loquimur veræ pœnitentiæ, est directus à recta ratione, quæ dictat debere quem pœnitere eius, quod male facit ad satisfaciẽdum ei, quem offendit. Nec obstat, quod pœnitentia dicatur passio, & quædam tristitia consistens in appetitu sensuali concupiscibili: quia non loquimur nos de illa pœnitentia, & tristitia, quæ est in illo appetitu: sed de displicentia, quæ est in voluntate, quam consequitur dolor, & tristitia, quæ eriam est in ipsa voluntate, quæ est actus virtutis pœnitentiæ, existens in ea.

Tertio, quod pœnitentia, licet se extendat ad omnia peccata & mala culpæ, cuiuscumque generis sint illa: tamen est virtus specialis, vt probat idem S. Thomas vbi supra, [a] ea ratione, quòd species habituum distinguuntur secundum species actuum: & vbi occurrit specialis actus laudabilis, ibi necesse est ponere specialem habitum virtutis: & constat actum veræ pœnitentiæ esse laudabilem, ea speciali ratione, quod intendit destructionem peccatorum, quatenus sunt offensæ Dei super omnia diligendi, & colendi.

Ex quo infertur non esse etiam caritatem: quia licet actus pœnitentiæ sit, vel possit esse actus imperatus à caritate, vt etiam possunt esse omnes actus aliarum virtutum: non tamen est actus elicitus ab ea, quoniam actus principalis elicitus ab ea est dilectio Dei, vt probat S. Thomas, [b] & actus pœnitentiæ est nolitio, siue nolle peccasse cum dolore inde nascente ad vindicandum offensam Dei, quem constat esse aliud à dilectione; & à separatis non fit illatio. [c] Et quamuis interueniat etiam amor Dei, ob quem dolet peccasse; hic tamen non interuenit principaliter: sed minus principaliter, vti quædam circumstantia: & magis attenditur id quod principaliter fit, [d] & vnumquodque denominandum est ab eo, quod in ipso principaliter inuenitur, iuxta Aristotelem, [e] probatum à Sancto Thoma. [f]

6 Quarto, quod pœnitentia pertinet ad iustitiam, non quidem illam veram & specialem, quæ est circa exteriores actus, & consistit in medio rei, per quam reddendum est æquale pro æquali, vt docet Philosophus, [g] & S. Thomas communiter receptus, [h] sed ad illam, quæ est inter inæquales, quorú alter subest alteri: qualis est inter Deum & creaturam rationalem: qualis inter parentes & liberos: qualis inter magistrum & discipulum, secundum Aristotelem, [i] & singulariter declarat S. Thomas. [k] Per pœnitentiam enim satisfit Deo Optimo Maximo, non quidem reddendo æquale pro æquali, iuxta illud. [l] *Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?* sed id, quod benignissima sua maiestas dignatur pro sufficienti retributione acceptare; vt qui omnipotentiam suam parcendo maximè, & miserando manifestat, vt habet vniuersæ Ecclesiæ collecta, & ca. *quia diuinitatis natura.* supra eadem distinctio. 1. Pertinet item ad iustitiam vindicatiuam, vt ait Diuus Augustinus, [m] non quidem omnino veram, sed metaphoricam, vt ibi dicemus.

Quinto, quod subiectum pœnitentiæ, prout est virtus, est voluntas, licet prout est passio & tristitia, maneat in appetitu concupiscibili, vt prædictum est.

7 Sexto, quod non solùm tempore legis euangelicæ, siue gratiæ: sed etiam tempore legis naturalis, & scriptæ semper fuit necessaria hæc, de qua loquimur pœnitentia, virtus, vel actus eius interior ad remissionem lethalium peccatorum vt habetur in cap. *firmissime.* [n] & cap. *omnis.* [o] & [p] Concilio Tridentino ibi. *Fuit autem omni tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius.*

8 Sexto, quod etiam ex prædictis colligi possent aliqua eorum, quæ scribit S. Thomas, [q] de origine pœnitentiæ, scilicet quod infusa à solo Deo est vti causa principali, licet dispositiuè incipiat à timore, & spe veniæ, & aliis actibus præparatiuis ad gratiam.

Septimo, quod etiam colligi potest id, quod supra, [r] diximus contra illud nouum Magistri Cano asserentis, [s] semper sub omni lege fuisse necessariú exteriorem actum ad remissionem peccati. Vetus enim conclusio habet, per solam pœnitentiam, siue interiorem contritionem potuisse remitti peccata, priusquam sacramenta Baptismi & pœnitétiæ à Domino nostro Iesu Christo instituerentur, absque aliquo actu sacro exteriori, præsertim certo, re vel voto addito, etiamsi facultas adesset addendi: licet post ea instituta, id non possit contingere scienti vel debenti scire ea, re, vel voto esse necessaria. Et ad argumenta, & auctoritates, quæ ipse adducit non respondeo singulatim, ne nimium morer in re, quæ paruæ vtilitatis est tempore legis nostræ euangelicæ: sed respondeo generatim. Primo, quod bona pars illorum agit de tempore legis euangelicæ, per quam præfata sacramenta sunt re, vel voto sumenda. Secundo quod alia, quæ agunt de tempore anteriori non probant id nullatenus contingere potuisse, sed communiter non contigisse. Tum quia licet communiter omnes ex animo verè pœnitentes peccasse ostenderent per aliqua signa exteriora illam pœnitudinem interiorem: potuerunt tamen habere interiorem sine illis signis exterioribus. Tum quia non omnes eadem signa ostendebant, quia non erant talia instituta, sed alij alia, nunc autem oportet, vt omnes re, vel voto addant interiori eadem signa exteriora certa per Christum instituta. Tum quia est scriptum. [a] *In quacumque hora ingemuerit peccator, peccatorum eius amplius non recordabor.* & [b] *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies*, sine additione alicuius alius signi exterioris sacri in re, vel voto habendi: & experientia docet, talem gemitum, & tale cor contritum haberi potuisse absque tali additione.

[a] Ezech. 18. & 33. [b] Psal. 50.

CAP. SATISFACTIO.

AVGVST. CAP. LIIII. LIB. DE DOGMATIBVS ECCLESIASTICIS.

SAtisfactio pœnitentiæ est peccatorum causſas exscindere, nec earum suggestionibus aditum indulgere.

SVMMARIVM.

1 *Satisfactio generaliter continet restitutionem; non autem strictè.*
2 *Satisfactio tertia pars pœnitentiæ quid.*
3 *Solutio simplex & compensatio vt differunt.*
4 *Voluntarium omne studiosum siue virtuosum.*
5 *Satisfacit quomodo qui patitur mala à Deo illata.*
6 *Oratio qua ratione satisfactoria.*
7 *Fomes peccati non potest omnino humanitus tolli.*

NOta primo, quod satisfactio, prout est tertia pars sacramenti pœnitentiæ, vt dicemus in cap. *perfecta.* [c] est causſas peccatorum exscindere; & illorum suggestionibus aditum non indulgere, quam definitionem Augustini, etiam Magister, S. Thomas, & alij referunt, & discutiunt. [d] Et quidem primo adspectu videri potest parum apta, primo quidem, quod satisfacere est reddere contentum eum, cui aliquid debetur, vel placare alium quomodoliber offensum. [e] At exscindere causſas peccatorum, & eorum suggestionibus aditum non indulgere, non est reddere contentum eum, cui aliquid debetur, vel placare offensum.

Secundo, quòd ad remissionem peccati non sufficit noua vita, & cessatio à peccato: sed oportet dolere de peccato iam admisso, [f] quod non fit per solam exscisionem causſarum & occasionum peccandi, & dissentiendo suggestionibus, vt palam est.

Tertio, quod satisfactio respicit præterita, pro quibus illa fit: & definitio prædicta nihil de præteritis meminit.

Quarto, quod non est opis humanæ extrudere à se fomitem peccati; quem nec Paulus potuit explodere à se, & relatus in cap. *si Paulus.* [h] & in primis causſarum peccatorú est fomes peccati originalis, vt colligitur ex S. Thoma communiter recepto. [i] Et facit c. *omnis atas.* [k] & proœmium Clementinarum: ergo præfata definitio incautè videtur præsupponere hanc potestatem inesse peccatori.

Quinto, quod satisfacere videtur pertinere ad virtutem iustitiæ, quæ vnicuique ius suum reddit. [l] Immo videtur esse actus virtutis iustitiæ; cum per eam reddatur alteri debitum: at exscindere causſas peccatorum communiter non videtur pertinere ad iustitiam; sed potius ad prudentiam, ad quam spectat prouidentia, per quam prouidentur media opportuna in finem, iuxta S. Thomam, [m] quo dirigimur ad tollendas malas occasiones, & ad deligendas bonas.

Sexto, quòd non consentire suggestioni peccati non est tam satisfacere pro peccato, quàm non peccare, vel ab eo abstinere; ergo inepte id adiicitur definitioni satisfactionis.

1 Pro horum argumentorum solutione, & clarítate

[a] In 8. Ethico. [b] 2. 2. quæst. 27. artic. 1. [c] Leg. Papinianus. ff. de minoribus. [d] Leg. si quis nec causſam. ff. de rebus. cred. [e] Lib. 2. de anima. [f] 1. 2. q. 113. art. 1. [g] 5. Ethicor. [h] In 2. 2. q. 58 art. 7. per nult. & vlt. [i] In 8. Ethico. [k] 2. 2. quæst. 80. ar. 1. [l] Psalm. 115. [m] In ca. pœnitentiæ. infrà eadem. [n] 15. quæst. 1. [o] De consecr. distinct. 4. [p] Ca. 1. & 4. 14. sess. [q] Vbi sup. ar. pen. lit. & in 4 sent. d 14. q. 1. art. 2. [r] In glos. Summæ distinct. 1. huius tractatu, num. 3. [s] In relectione, de pœnitentia 3. parte.

huius definitionis præsuppono primum illud Scoti, [a] quod eriam retulimus in Enchirid. confess. [b] scilicet, quod satisfactio bifariam accipitur; videlicet largè, siue in genere, id est, pro solutione cuiusuis modi debiti, vt in l. 1. [c] & in l. *si rem.* [d] & strictè pro tertia parte sacramenti pœnitentiæ, vt in cap. *perfecta.* [e] & in hoc cap. & accepta generaliter comprehendit restitutionem; est enim genus ad illam, vt innuit glossa, [f] & diximus in rubr. [g] accepta verò strictè, vel specialiter ab illa differt. Quoniam restitutio est redditio rei acceptæ, vel damni illati recompensatio, secundum omnes, [h] vel repositio rei in eum statum, quem habuit, iuxta l. *restituere.* [i] & cap. *si quem.* [k] & latius in dicta rub. diximus. Neque enim est solutio ratione culpæ contra Deum commissæ; immo potius est à peccato cessatio, iuxta communem sententiam. [l] Quod probat cap. *sepe.* [m] at vero satisfactio specialiter accepta; nempe pro tertia sacramenti Pœnitentiæ parte, *est compensatio facta Deo propter peccatum contra ipsum admissum cum proposito amplius non offendendi eum*, secundum mentem S. Thomæ. [n] & latius probatiùs in cap. 1. [o]

Ex quo infertur id, quod catholica doctrina contra execrandam Lutheranorú hæresim nos docet; videlicet, eum, qui peccauit, non solùm teneri ad damnum illatum alteri restituendum, si quod intulit. [p] verum etiam ad satisfaciendum Deo pro offensa, & iniuria irrogata ei per rebellem transgressionem eius præceptorum, siue alteri noceat, siue non, sicut copiosè & resolutè diximus in dicto cap. 1. [q] scilicet esse necessarium pœnitenti propositum Deo satisfaciendi in hac vita per pœnitentiam, aut indulgentiam, vel in purgatorio per pœnam.

2 Secundo præsuppono, quòd ex iis colligitur definitio magistralis satisfactionis stricte sumptæ pro tertia parte sacramenti Pœnitentiæ; nempe, *quod est passio voluntaria pœnæ pro peccato ad placandum Deum & cum proposito amplius non offendendi eum.*

3 Dixi *passio* pro genere, & non vt alias sequutus aliquos in præfato Enchirid. Confessariorum, compensatio; quia compensatio propriè non est simplex solutio, sed debiti & crediti inuicem inter se contributio, [r] qualis non videtur propriè omnis, de qua loquimur, satisfactio.

Dixi *voluntaria*; quia debet esse actus virtutis, vt probat Sanctus Thomas cõmuniter receptus, [s] & omnis actus virtutis debet esse voluntarius, iuxta illud. [t] *Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine.*

4 Non obstat, quod pœnæ aliqua ratione sunt inuoluntariæ, & quod inuoluntaria non videntur esse virtuosa, [v] quia hoc est verum de omnino inuoluntariis; non autem de iis, quæ aliqua ratione in id sufficienti sunt voluntaria: sufficit enim quod eligatur à voluntate liberè verum bonum aliqua ratione, vt colligitur ex eodem Sancto Thoma. [x]

5 Quo fit, vt etiam per mortẽ, & alia mala etiam à Deo ipso nobis missa, & quæ necessario subimus, possimus satisfacere, voluntariè acceptando illa in purgationem peccatorum, vt efficaciter probat Sanct. Thomas, [y] & grauiter definit Concilium Tridentinum. [z]

6 Dixi *pœnæ* in genere pro quacumquæ læsione, labore, & dolore animi, corporis, honoris, vel pecuniæ, vt accipitur in cap. *pœnitentia.* [a] Vnde oratio, licet frequenter sit valde dulcis & suauis, quatenus tamen aliqua ex parte fatigat mentem, potest dici pœna satisfactiua, vt singulariter dicit Sanctus Thomas. [b]

Dixi pro peccato ad differentiam passionum, quæ ob aliud assumuntur. Dixi, *ad placandum Deum*, ad differentiam eorum, quæ in alium finem assumuntur.

Dixi demum, *cum proposito*, &c. quia hoc videtur esse de substantia veræ satisfactionis per hunc textum, in quo hoc Patriarcha noster Augustinus magis, quàm aliquid aliud expressè requirit, & deducitur ex S. Thoma. [c]

Tertio, principaliter dicimus, quod ex iis infertur solutio ad opposita. Ad primum quidem, secundum, & tertium, quod satisfactio respicit duo: alterum est redditio debiti, vel placatio offensi: alterum est cautio & abstinentia à nouo debito, & noua offensa, & Augustinus solum secundum expressè tangit: tacitè verò etiam primum. Nam definiendo, expressè oportere cauere à nouo peccato, nouáque offensa, tacitè videtur dicere oportere peccati pœnitere, vel offensæ pœnam pati; vt ipsemet expressit in cap. *pœnitentia.* [a] Et ita concedimus, quod definitio huius cap. non est completa & suis numeris absoluta, si sola expressa in ea perpendantur: sed sic, si suppleantur ea, quæ ipse tacitè sensit supplenda, per ea, quæ dicit in d. cap. *pœnitentia.*

7 Ad quartum, quod fomes peccati originalis est causſa remota peccandi, quæ non potest omnino tolli humanitus, quamuis sic diminui: de qua non loquitur Augustinus; sed de causſis & occasionibus propinquis, quæ tolli possunt, vt rectè ait S. Thomas vbi supra.

Ad quintum concedimus, satisfactionem pertinere quidem ad virtutem iustitiæ, eo modo, quo pœnitentiam pertinere ad illam diximus in cap. *pœnitentia.* [b] & clarius in cap. *pœnitentia.* [c] dicemus.

Quarto principaliter admonemus omittere nos hic, quæ de satisfactione olim scripsimus; quia ex eis composuimus, [d] vtile, clarum & resolutum compendium, admonendo ea lectorem per modum cuiusdam indicis in hanc, quæ sequitur formam.

Satisfactio quid. [e]

Satisfactionem esse necessariam etiam post restitutionem, & vt plurimum etiam post culpæ mortalis condonationem. [f]

Satisfactionum tria genera; nempe cordis, oris, & operis fieri ob tria similia genera peccatorum, non esse satis cautè dictum. [g]

Satisfactio fieri potest, etiam operibus aliàs debitis: est autem melior, quæ à confessario præcipitur, quam quæ voluntariè assumitur. [h]

Satisfactio sacramentalis in peccato mortali facta quid prodest. [i]

Satisfactio duas partes habet; alteram, qua pensatur offensa facta; alteram, qua vitatur facienda. [k]

Occasio peccandi duplex; propinqua & remota, hæc non necessario cauenda: illa sic. [l]

Occasio peccandi propinqua difficilis definitu. [m]

Miles & negotiator non tenetur necessario abstinere ab arte sua; licèt fit ei occasio peccandi. [n]

Occasio quæ est propinqua peccandi vni, non semper est alteri cum exemplis quotidianis. [o]

Peccatorem non oportet credere, quod numquam peccabit mortaliter in suo officio. [p]

Occasio propinqua scite ac studiosè definita. [q]

Occasione de qua credendum, quod raro inducet confitentem ad mortale. [r]

Matrimonio inualido coniuncti quando possunt licite sibi cohabitare. [s]

Absoluendus quando quis, licet peccati occasionem non vitet. [t]

Miles volens redire ad bellum, quod credit iniustum, non est absoluendus. [v]

Concubinarij, qui non possunt absolui, & qui sic. [x]

Hospita volens hospitem, cum quo rem solet habere, hospitio suscipere, quomodo potest absolui. [y]

Absoluendæ quæ familiares peccantes cum cognatis & heris. [z]

Absoluendos non esse quosdam aulicos non proponentes non adsistere Reginarum mensis lasciuè cum domicellis colloquendo. [a]

Absoluendos non esse eos, qui non proponunt abstinere à conuenticulis diurnis, vel nocturnis lasciuè habendis. [b]

Comedens ea, quæ incitant ad peccandum mortaliter, quando potest absolui sine proposito ab eis abstinendi. [c]

Absoluendus quando qui ex manuductione fœminæ nobilis peccauit absque proposito ab ea abstinendi. [d]

Absoluendi qui clysteribus fundendis membris secretioribus marium, aut fœminarum peccarunt, sine proposito ab ea re abstinendi. [e]

Confessarius, qui peccat audiendo confessionem certæ personæ, quando absoluendus sine proposito non audiendi eam vlterius. [f]

[a] Lib. 4. sententiarum d. 14. quæst. 1. [b] Cap. 3. [c] ff. qui satisd. cogan. [d] §. omnis. ff. de pigno. actio. [e] Infra eadem. [f] Cap. peccati venia de reg. iur. lib. 6. [g] De restitut. spoliat. [h] In 4. libr. sentent. dist. 15. & tot. tit. de rest. spoliat. [i] ff. de verb. signif. & §. fin. 2. q. 3. [l] In præcitata dist. 15. [m] De restit. spoliator. [n] In 4. sent. d. 15. q. 1. ar. 1. quæstiunc. 1. [o] §. ponat se. inf. de pœnit. dist. 5. [p] Cap. 5. res. 14. quæstione 6. & cap. peccatũ de reg. iur. libr. 6. [q] §§. ponat se infr. dist. 5. [r] Leg. 1. ff. de compensat. [s] In 4. dist. 15. art. 1. [t] Psal. 118. [v] Cap. merito. 15. quæst. 1. [x] 22. 2. quæst. 33. art. 6. [y] In 4. dist. 15. quæst. 1. ar. 4. q. 2. [z] 2 Sess. 14. ca. 2. & 9. can. 13. [a] Infr. ead. [b] In dict. dist. 15. q. 1. art. 4. quæstiuncula 3. [c] In dicta dist. quæst. 1. art. 3. [d] In 4. 1. sentent. distin. 15. [e] Lib. 1 ff. qui satisd. cogan. & l. si rem 3. omnis. ff. de pignorat. act. [f] Cap. pœnitentia supra eadem. [g] Ad Rom. 7. [h] 32. q. 5. [i] In 2. sentent. distinct. 9. 2. art. 1. & 1. 2. quæst. 82. & 3. par qu. 15. art. 2. [k] 13 qu. 1. [l] §. 1. institutionibus de iustit. & iur. [m] 2. 2. quæstione 49. ar. 6.

Satisfacere qui dicit pro tota pœna per qualemcunque culpæ remissionem, vel quod satisfactio non fiat ratione pœnæ operibus pœnitentiũ, in virtute meritorum redemptoris nostri Iesu Christi; est hæreticus. [a]

a *Num.5.M.*

CAP. POENIT. II.

AVGVST. CAP. VIII. DE VERA ET FALSA POEN.

POenitentia est quædam dolentis vindicta. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia vt iustitia metaphorica vindicans.*
2 *Pœna quid, & quid proprie continet.*

1 NOTA primo verba illa; *Pœnitentia est quædam dolentis vindicta puniens in se quod dolet commisisse.* Per quæ valde fulcitur definitio pœnitentiæ virtutis in c. *pœnitentia.* supr. ead. à nobis data. [b] & quod illa pertinet ad iustitiam vindicativam, vt diximus ibi, non quidē veram, per quam iudex habens veram iurisdictionem, de qua in l.1. [c] vindicat delicta aliorum in publicam vtilitatem, de qua agit Sanct. Thomas, [d] & etiam parochus, vel alius confessarius habens iurisdictionem in confitentem sibi peccata, iuxta cap. *sacerdos.* [e] & expressius [f] Concilium Tridentinum sess. 14. imponit ei pœnam, vel pœnitentiam salutarem: sed ad metaphoricam, per quam quilibet priuatus ad similitudinem præfatorum iudicum exterioris, & interioris fori imponit sibi pœnam in vindictam offensæ, quam Deo Optimo Max. intulit.

2 Nota secundo illa verba: *Pœna dicitur læsio, quæ punit:* per quæ Augustinus definit pœnam, ex qua inferri posset non satis cautè dixisse Panormitanum, [g] solam pœnam corporis afflictiuam dici propriè pœnam, & non pecuniariam, vel alias, quæ non affligunt corpus. Tum quia omnes species cõtentæ sub aliquo genere dicuntur propriè nomine generis, vt Baldus receptus dicit. [h] Et pœnæ pecuniariæ & aliæ multæ, quæ nõ sunt corporis afflictiones sunt species pœnæ; ergo propriè sunt pœnæ. Tum quia sub omnibus titulis de pœnis, tam iuris canonici, quam ciuilis tractatur de pœnis, quæ non sunt corporis afflictiones. Tum quia facile respondeti potest ad præfatum cap. *inter alia*, quod in contrariam sententiam mouit Panormitanum; scilicet, quod ratio, quare verbum pœna absolute in eo positum significat solam corporis afflictionem non est, quia aliæ aliter punientes non sint propriè pœnæ: sed quia ratio immunitatis concessæ clericis non extenditur ad alias, sicut ad corporis afflictrices. Tum denique quod Augustinus in hoc cap. præsupponit, omnem veram pœnitentiam esse pœnam: qualem tamen omnem constat non esse afflictiuam corporis, de qua Panormitanus loquitur. Verumtamen videtur debere addi ei pro culpa; quia sola læsio pro culpa imposita videtur dicenda propriè pœna. [i] Nec obstat, quod filij hæreticorum, & rebellium puniuntur sine culpa propria, [k] quia puniuntur pro aliena, vt ibidem probatur: nec videtur obstare regula iuris. [l] *Sine culpa, nisi subsit causa, non est quis puniendus:* quia respondeti potest verbum, *puniendus*, accipi impropriè quoad exceptionem regulæ, & propriè, quoad ipsam regulam, sicut & alibi sæpe vna & eadem dictio relata ad diuersa diuersimode accipitur, iuxta cap. *ab excommunicato*, [m] putatum in hoc singulare à multis, quod tamen habet multa similia, quæ citat Decius. [n] Pœna enim mensura est culpæ, [o] & ei, quod non est mensurandum, non conuenit mensura, vt dicit glossa, [p] quamuis non perpenderit illud ad dicendum id quod nos adiicimus; nempe priuationem cuiuspiam iuris ob aliquam causam, absque culpa sua, vel aliena factam non esse dicendam propriè pœnam; cùm is, qui culpa propria, vel aliena caret, non videatur vlla pœna dignus.

b *Num.4.*
c *ff. de iurisd. omn. iud. l. 2.1. quæst. 108.*
d *Infra. dist. 6. & cap. omnis. de pœnitent. & remiss.*
e *In can.9.*
f *In can.9.*
g *In cap. inter alia de immunitate ecclesiarum.*
h *In l.2. de iure aur. cor. annullo.*
i *Capit. satis peruersũ. 36. distinct.*
k *Leg. quisquis. Cod. ad leg. Iul. Maiest. l.2. & c. statutum de hæretic. li. 6.*
l *Lib. 6.*
m *De rescript. in 6 ca. quoniam abbas; de offi. deleg.*
n *Cap. sano, de offi. deleg.*
o *In ditto c. sine culpa.*
p *In ditto c. sine culpa.*

CAP. SI APOSTOLVS.

AVGVST. CAP. XIII. LIB. DE VERA ET FALSA POENITENT.

SI Apostolus etiam peccata, per baptismũ dimissa continuè plorat, nobis etiam super fundamentum Apostolorum positis, quid præter plorare restat? Et reliqua.

NOTA ex hoc cap. & duobus seqq. & ca. *Iudas.* [a] eum, qui peccauit, semper sui peccati meminisse, eiusque pœnitere debere, quod quemadmodum intelligendum sit, diximus in cap. *vide benignum.* [b]

a *Inf. ead.*
b *Nume. 7. sub. dist. 1. & cap. 1. §. defleat. infra distinct. 5.*

CAP. PRODVCTIOR.

AVGVSTINVS TRACTA. 124. in 21. cap. Ioan.

PRoductior est enim pœna, quàm culpa. ne parua putaretur culpa, si cum illa finiretur & pœna. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia cur debet esse productior culpa.*
2 *Ira Dei quid, cùm careat ipse passionibus.*

1 NOTA primo quatuor rationes, ob quas, saltem de consilio, maiore tempore debet durare pœnitentia de peccato habenda, quàm ipsum peccatũ, quod communiter breui tempore fit. Prima ne parui fieret diuinæ maiestatis, quæ infinita est offensa. Secunda, vt meminerimus infirmitatem, & miseriam humanam, iuxta illud. [c] *Homo breui viuens tempore, repletur multis miseriis.* Tertia ad emendationem labilis vitæ. Quarta ad sanctum exercitium.

c *Iob.14.*

2 Nota secundo illa verba; *Ira Dei non est vt hominis, id est, perturbatio concitati animi, sed tranquilla iusti supplicij constitutio:* quod neque ira neque vllæ aliæ passiones distinctæ realiter à Deo inueniuntur in eo, sicut in homine, vt S. Thomas communiter receptus tradit in 1.par.q. 20. art.1. Quidquid enim est in Deo est Deus ipse, quia est simplicissimus, cap. firmiter. de Sum. Trinit. & fid. cath. adiuncta glosse & probat S. Thom. 1.par.q.3. & quæst.9. art.1. & alibi sæpe, & diximus in cap. quia diuinitatis natura. supr. dist.1. num.5.

d *Dist 1. huius tractatus.*
e *Supra ead.*

CAP. PERFECTA.

IOANNES OS AVREVM. IN HOM. DE POENIT.

PErfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre, & infra. In corde eius contritio, in ore eius confessio, in opere tota humilitas, hęc est fructifera pœnitentia.

SVMMARIVM.

1 *Stanislaus Hosius Cardinalis scriptor celebris.*
2 *Sacramentum verbum æquiuocum, & quid sacramentum.*
3 *Sacramentum omne signum sensibile, & efficax.*
4 *Sacramenta vt ex opere operato gratiam operentur.*
5 *Sacramentum pœnitentiæ quid.*
6 *Sacramentum pœnitentiæ à quo, & per quæ verba institutum; differt à Baptismo etiam in ministro.*
7 *Sacramenti pœnitentiæ tres partes integrales, & substantiales quasi materia eius.*
8 *Confessio sacramentalis pars secunda pœnitentiæ quid.*

QVONIAM in glossa Summæ, [d] promisimus tractaturos nos in hoc cap. de pœnitentia, prout est sacramentum, sicut in c. *pœnitentia* 1. [e] de pœnitentia prout est virtus, & ibi præstitimus, quod promiseramus, oportet vt & in hoc idem faciamus. Quia vero definitio pœnitentiæ, prout est sacramẽtum præsupponit cognitionem definitionis sacramenti, exordiendum est ab illa.

Verumtamen primo admoneo, multa de sacramentis esse tradita à Magistro, & ab aliis omnibus in eum commiscentibus, [f] post antiquiores, & ante recentiores; qui variis in locis, vario stylo scripserunt. Alij quidem scholastico; alij verò altiore, politioreque dictione ornato. In quorum primis fuit eruditissimus, & sanctissimus Stanislaus Hosius ille magnus idemq; illustrissimus S.R.E. Cardinalis & Episcopus Vuarmiensis, qui olim Concilio Tridentino interfuit legatus: & tandem in Summum Pœnitentiarium assumptus, verbo simul, & vita, per totã vitam pœnitentiam docens, maxima cum laude vitam hanc, temporariam & miseram cum perpetua & fœlici nuper non sine magno, publicóque partim dolore, partim gaudio commutauit.

f *Lib.4. sent. distinct.1.*

2 Nos autem repetemus hic ea, quæ in Enchirid. Confess. [a] visa fuerunt praxi confessariorum & pœnitentium commodiora. Et in primis quidem, quòd verbum sacramentum primo significat secretum, iuxta illud. [b] *Sacramẽtum regis abscondere bonum est.* Secundo iuramentum. [c] Tertio signum rei sacræ, vt accipitur in præsentia. Sed quia duplex est signum vnum, quod tantùm significat, [d] & alterum quod significat & facit rem significatam; quo modo acceptum variè definitur à Magistro & aliis, [e] & à Ioanne Andrea, & aliis. [f] Breuissimè verò definiri potest ex mente Augustini, [g] relati in cap. *sacrificium.* [h] vt ibi diximus *signum rei sacræ.*

a *Cap.22.*
b *Tobiæ 12.*
c *Auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi.*
d *Ca signum. de consecrat. dist.2.*
e *In lib. 4. sent. dist.1.*
f *In rub. de sacramen. nõ iteran.*
g *In lib.10. de Ciuitate Dei cap.5.*
h *De consec. dist.2. i.1.q.1.*

Dixi item, *signum*, intelligendo de sensibili; quia quodlibet verum sacramentum est aliquo quinque sensuum sensibile ex mente Augustini in c. *detrahe.* [i] & melius in d.c. *sacrificium.* ibi; *Visibilis forma*, intelligendo item de signo efficaci, seu effectiuo; quia quodlibet illorum efficit saltem instrumentaliter gratiam, quam significat secundũ S. Thomam, [k] licet Scotus & alij sequaces aliter dicant: pro S. Thoma: tamen vrget Concilium Tridentinum, can. 8. sess. 7. de sacramentis.

i *3.par.q.62. art.1.*

Dixi, *rei sacræ*, ad differentiam aliorum signorum alia significantium, & operantium; qualia sunt signa Zodiaci. Intelligendo item per rem sacram, gratiam Dei sacram gratum facientem, quàm quodlibet sacramentum significat & producit. Cui definitioni consonat illa eiusdem Augustini, *Inuisibilis gratiæ visibilis forma*, relata in præcitato ca. *sacrificium.* cum illa additione Magistri. [l] *cuius similitudinem gerit, & caussa existit*, quia perinde est, ac si dixisset, signum sensibile, siue visibile effectiuum rei sacræ, quæ est gratia inuisibilis. Nam dicere quod sacramentum est visibilis forma, est dicere, quod est signum visibile, seu sensibile: & dicere, quod gerit similitudinem gratiæ, est dicere, quod per quamdam similitudinẽ significat illam: & dicere, cuius caussa existit, est dicere quod efficit eam. Itaque interrogatus; Quid est Sacramentum? breuiter & secure respondere potest, quod est rei sacræ signum, intelligendo per rem sacram, gratiã, & per signum, signum sensibile aliquo quinque sensuum, efficiens instrumentaliter gratiam, quam significat.

l *In 4. lib. sẽt. dist.1.*

4 Dixi, *instrumentaliter*, quia solus Deus potest creare principaliter gratiam, iuxta S. Thomam ab omnibus receptum, [m] & ideo ipse solus potest instituere sacramentum, vt definit Concilium Tridentinum. [n] Itaque sacramenta ab aliis operibus differunt in eo, quòd ipsa conferunt gratiã ex opere operato, vt habet prędictũ Cõciliũ: [o] aliaverò tãtùm ex opere operantis; hoc est, vnũquodq; sacramentũ per virtutem, & institutionem diuinam aliquam determinatam à Deo gratiam in anima suscipientis etiam iudicij expertis, & nec mereri, nec peccare valentis, instrumentaliter producit, modo peccati mortalis obicem non ponat. Et ita in omnibus parem gratiam sacramentalem confert: quamuis præter illam Deus illud suscipienti aliã maiorem, vel minorem gratiam pro maiori, vel minori merito, & affectu suscipientis conferat.

m *2.2.quæst. 1. art.8.*
n *Ses.7. can. 1.*
o *Can.8. vbi supra.*

Secundo, præsupposita definitione præfata sacramẽti, dicimus, quod pœnitentia, prout est sacramentum, siue sacramentũ pœnitentiæ potest definiri, vt nos in præfato Enchiri. p definiuimus esse *sacramentum quo sacerdos sibi subditum, ritè & legitime confessum peccata sua cum iusto dolore & proposito satisfaciendi absoluit ab eis.*

p *Cap. 22. num.11.*

Dixi, *sacramentum* pro genere, reliqua pro differentia, quæ tangunt tres partes integrales eius, scilicet confessionem, contritionem, & satisfactionem, quæ sunt quæ-

dam eius materia, de quibus diximus in [a] præfato Enchirid. generatim, & in tribus capp. primis singulatim & addemus aliqua infra.

a *Prælud. 10.*

6 Tertio plurima, quæ à præfatis doctoribus disputata sunt, & partim asserta, & partim in medium relicta, definita fuere in præfato Concil. [b] Cuius decisa tamquam tecuriora & vtiliora pro ipsorum disputatis & opinatis breuiter substituemus, tãquã pro parte fidei Catholicę ita tenẽda, vt mortaliter peccet, & hæreticus, qui credit illa nõ esse vera, aut esse dubia; si scit, vel credit vt credere debet, ea esse à tãto Cõcilio definita; & si verbo aut scripto expresserit, erit excommunicatus per principium Bullæ Cœnæ Domini.

b *Sess. 14.*

Quarto, quod præfata definita in dicto Concilio sunt hæc. Quod sacramentũ pœnitentiæ nõ fuit ante aduentũ Christi, nec ante mortem & resurrectionem eius. Quod postea nihil prodest nondum baptizato. Quod Christus principaliter instituit illud per illa verba; *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis retenta sunt eis.* Per quæ eadem fuit data potestas reconciliandi Deo eos, qui post baptismum mortaliter peccant. [c]

Ioan.20.

Quod hæreticum est dicere, Sacramentum pœnitentię non esse verè ac propriè sacramentum institutum ad reconciliandum Deo peccantes mortaliter post baptismũ. [d] Aut vnum & idem esse Sacramentum baptismi Pœnitẽtię; & ideo Pœnitentiam non rectè appellari secundam post naufragium tabulam. [e] Quia, vt idem Concilium prędixit, [f] materia & forma eorum est diuersa; & non oportet, vt minister Baptismi sit iudex, sicut minister pœnitẽtiæ: & quia sacramentum Pœnitentię nihil prodest non baptizato, nec baptismus relapso post eum in mortale; & contra Baptismus prodest non Baptizato, & pœnitentia lapso post Baptismum in mortale. [g]

c *Cap.1. sess. 14.*
d *Ditto cap. 1. & can.1.*
e *Sess.6. cap. 14. de iustif. & prædicta. sess.14. can.2.*
f *In cap.2.*
g *Cap.2.*

Quod etiam hæreticum est dicere, verba illa, *Quorum remiseritis*, &c. non esse intelligenda de potestate remittẽdi peccata. [h] Aut ad perfectam pœnitentiam non requiri contritionem, confessionem, & satisfactionem, quasi materiam, & partes eius. [i] Aut dicere alium, quam Episcopũ, vel presbyterũ absoluẽdi potestatem habere. [k] Aut eosdẽ, si mali sunt, eam deperdere; aut non esse iudices ad absoluendum confessum, sed ad declarandum illum absolutum. [l]

h *Cap.1. & can.3. & sess. 6. de iustif. c. 14.*
i *Cap. 3. & can.4.*
k *Cap. 5. & can.10.*
l *Cap 6. & can 9. sess.14. & cap 1. in princ. & cap. 6. in fin. de iustif. sess 6.*

7 Quinto, quod ex hoc cap. colligitur, quod tres sunt partes sacramenti Pœnitentiæ: scilicet contritio, Confessio, & Satisfactio. Per illa enim verba *humilitas*, &c. significatur satisfactio; nam qui satisfacit pro peccato humiliat se Deo, pœnitet sui facti, & paret rationi iubenti, vt se vindictæ subdat, numquam iterum ita superbiturus. Multa verò latè disputata super materia & forma sacramenti Pœnitentiæ per Magistrum, S. Thomam, Scotum, & alios, [m] & super iis tribus eius partibus. [n] Et S. Thomam, [o] & alios alibi; grauiter, clarè, & breuiter Concilij Tridentinum definiuit, [p] in hęc verba: *Docet præterea sancta Synodus, sacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipuè ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse: Ego te absoluo, &c. quibus quidem de Ecclesiæ sanctæ more preces quædam laudabiliter adiunguntur; ad ipsius tamen formæ essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsius sacramenti administrationem sunt necessariæ. Sunt autem quasi materia huius sacramenti ipsius pœnitentis actus, nempe, Contritio, Confessio, & Satisfactio. Qui quatenus in pœnitente ad integritatem sacramenti, ad plenámque, & perfectã peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione Pœnitentię partes dicuntur.* Et postea canone quarto. *Si quis negauerit, ad integram & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in pœnitente, quasi materiam sacramenti Pœnitentiæ, videlicet, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, quæ tres Pœnitentiæ partes dicuntur; aut dixerit duas tantùm esse pœnitentiæ partes, terrores scilicet incussos conscientiæ, agnito peccato, & fidem conceptam ex Euangelio, vel absolutione, qua credit quis sibi per Christum remissa peccata, anathema sit.* Et canone quinto in hæc verba: *Si quis dixerit eam contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationẽ peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis*

m *Lib.4 sent. distinct.14.*
n *In eadem distinct.15.*
o *3 par q. 81. per totam.*
p *In cap. 3. sess.14.*

incursum, cum proposito melioris vitæ, non esse verum & vtilem dolorem, nec præparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem: demum illum esse dolorem coactum, & non liberum, ac voluntarium, anathema sit.

Sexto, quod ex prædictis & aliis, quæ olim hic disputauimus sequuti mentem antiquorum & recentiorum, colligimus illam exactam definitionem contritionis, quam in [a] Enchirid. confess. posuimus, scilicet, quod Contritio est *pœnitudo voluntaria cum dolore maximo actuali, vel virtuali peccati proprij iam commissi, quatenus est offensa Dei super omnia dilecti, cum spe veniæ, & proposito non peccandi amplius, saltem mortaliter, & confitendi & satisfaciendi vt minimum virtuali.*

Cuius definitionis, quia singula verba ibi serio & profunde declaramus, & facile ibi possunt videri, gratia breuitatis hic non repetimus: sed summam eorum, & viginti quatuor illationum ex ea deductarum per modum cuiusdam indicis lectorem admonemus.

Contritio quid.[b]
Et quod non essentialiter dolor.[c]
Sed pœnitudo vnde illa nascitur.[d]
Et debet esse voluntaria non coacta.[e]
Et maxima quoad firmamentum, non quoad intentionem, finis, &c.[g]
Neque necessario requirit lacrymas exteriores.[h]
Pœnitudo peccati est nolle illud admisisse.[i]
Quod inuenitur sine dolore, vt in beatis.[k]
Quid requirit vt sit contritio.[l]
Amor Dei debet esse maximus quoad firmitatem, sed nõ necessario quoad intensionem, & feruorem.[m]
Qui cùm est super omnia & obedientialis est virtualis contritio.[n]
Cõtritio legitima qualem, & quantũ dolorem requirit.[o]
Pœnitudo non est necessaria de futuris; sed propositum, nec illa, nec alia admittendi.[p]
Pœnitens nõ tenetur ad credendum sed numquam mortaliter peccaturum.[q]
Contritio licet deleat peccatum, non tamen delet obligationem confitendi illud.[r]
Nec cùm est virtualis tollit obligationem habẽdi formalem & actualem loco, & tempore debitis.[s]
Neque id cum ratione pugnat.[t]
Contritio non est quicunque dolor, aut pectoris percussio. quare multi, qui se illam habere putant, minime illam habent.[v]
Contritionem habere, vel eam ob aliqua signa præsumi, longe diuersa.[x]
Contritio dilata vsque ad mortem dubia quoad salutem: sed non quoad absolutionem & sepulturam.[y]
Contritus nõ est, qui actualiter, vel virtualiter nollet potius non peccasse, quàm quodcumque aliud malum non passum esse.[z]
Sed nullus tenetur ad huiusmodi comparationes.[a]
Contritus vt est, qui desiderat habere contritionem, & piget ipsum in id conantem non posse perfectè attingere illam.[b]
Pœnitens volens vlcisci, vel peccare si talis, aut talis occasio offerretur non absoluendus.[c]
Dolor, quis pœnitentiæ non debet esse noxius per excessum.[d]
Contritio quæ specialis, aut singularis requiritur de singulis peccatis.[e]
Et non est necessaria ad remissionem venialium, nisi quando dubium est, an sint mortalia.[f]
Contritio delet quæcumque mortalia, etiam antequam quis confiteatur.[g]
Et semper etiam ante legem gratiæ fuit necessaria.[h]
Non tamen est necessario sub pœna noui peccati habenda statim post peccatum.[i]
Contritio in quibus casibus & quando necessariò habenda.[k]
Contritio quomodo haberi poterit sine memoria generali, aut particulari alicuius peccati mortalis nondum remissi.[l]

Pœnitudo maior de maiori peccato bona, sed non necessaria.[a]

Et illa, quæ caret debitis circumstantiis non est contritio.[b]

Attritio duplex, & quæ sufficit ad absoluendum pœnitentem, & ad peccati remissionem.[c]

Pœnitudo tanta non est necessaria ad sacramentum baptismi, quanta ad sacramentum pœnitentiæ.[d]

Attritio, quę agnoscitur non esse contritio non sufficit ad Baptismum.[e]

Contritus quamuis fiat ex attrito: attamen attritio non fit contritio, nisi quando defectus est extrinsecus.[f]

Contritionem perfecit Deus per suam gratiam, ad quam se nos possent mouere.[g]

Contritionis effectus.[h]

Contritionem dicere non esse vnam ex tribus partibus materialibus sacramenti pœnitentiæ, vel attritiones esse malas hæresis.[i]

Contritionis circa materiam decem modis peccatur.[k]

Attritio non omnis sufficiens ad absolutionem sacramẽtalem; illa tamen sic, quæ ante illam fit contritio, vel probabiliter creditur esse cõtritio, vel attritio sufficiẽs ad illam absolutionem suscipiendam, quæ sunt tria diuersa.[l]

Sacramenta baptismi & pœnitentiæ per se instituta ad delenda peccata; & dandam, vel restituendam vitam: & per accidens ad eandem conseruandam, & augendã: sicut econtrario sacramentum Eucharistię per se institutum est ad conseruandam, & augendam eandem: sed per accidens delet peccata, etiam mortalia, & dat vitam.[m]

Attritionem, vt sufficiat ad sumendum Eucharistiam ante confessionem non data copia confessarij, oportet fieri contritionem, vel vt probabiliter putetur esse talis.[n]

Attritionem, vt sufficiat ad sumendum sacramentum pœnitentiæ, non oportet fieri antea contritionem, nec putari esse talem: sed sufficit, vt probabiliter putetur esse sufficiens ad illud rectè suscipiendum; & per illud consequendam veniam.[o]

Septimo principaliter dicimus, ex hoc eodem cap. colligi, confessionem sacramentalem, quam quidam appellant auricularem; eo quod in aurem fiat, esse vnam ex tribus partibus Sacramenti pœnitentię. Cuius ex iis, quę olim hic & infra [p] diximus, collegimus breuem definitionem in Enchirid. [q] nempe quod *confessio sacramentalis est accusatio peccatoris secreta de suis peccatis coram proprio sacerdote, vt ab illis sacramentaliter absoluatur.* Dixi, *accusatio*, pro genere, quia omnis definitio ex genere & differentia debet constare: & ad differentiam accusationum. & confessionum iudicialium, & extraiudicialium, quæ quidem nõ gratia se ipsos accusandi; sed propter fines alios fieri solent. [r] Dixi, *secreta*, tum ad excludendum generalem illã publicamque confessionem, quæ fit in principio, aut medio missæ, vel alias sæpissime: tum ad insinuandum, quod non est necessarium, vt fiat publicè, vel aliquo tertio audiente, quamuis aliis audientibus facta, valere possit, vt ibidem [s] resoluimus. Dixi, *de suis peccatis*, ad reiiciendam illam qua quidam se de virtutibus; quidam verò de peccatis alienis accusant, vt est in capitul. *omnis.* tibi, *Peccata*, & ibi; *Sua.* Dixi, *coram sacerdote*, ad excludendam illam, quæ fit alij, quàm sacerdoti; quoniam illa sacramentalis non est, vt est in dicto capitul. *omnis.* ibi; *Sacerdoti.* & clarius in Concilio Tridentino. [v] Dixi, *proprio*, id est, habenti iurisdictionem in foro conscientiæ supra illum, qui se ipsum accusat, vt est in præcitato capitul. *omnis.* ibi; *Proprio.* Nam illa, quæ fit alij non est sacramentalis: siquidem absolutio facta ab illo, qui non est sacerdos, vel à sacerdote; qui non est prius,

a *Principio c. 1.*
b *Num.1.*
c *Ibid.*
d *Num.3.*
e *Num.4.*
f *Num.7.*
g *Num.8.*
h *Num.23.*
i *Num.2.*
k *Num.6.*
l *Num.8.*
m *Num.9.*
n *Num.10.*
o *Num.11.*
p *Num.12.*
q *Num.13.*
r *Num.14.*
s *Num.14.*
t *Num.16.*
v *Num.17.*
x *Num.18.*
y *Num.18.& 19.*
z *Num.21.*
a *Num.22.*
b *Num.22.*
c *Num.22.*
d *Num.24.*
e *Num.25.*
f *Num.26.*
g *Num.27.*
h *Num.28.*
i *Num.31.*
k *Num.31.*
l *Num. 34.*

a *Num.35.*
b *Num.36.*
c *Num.37.*
d *Num.38.*
e *Num.39.*
f *Num. 40.*
g *Num. 42.*
h *Num.42.*
i *Num. 43.*
k *Num.43.*
l *Num. 43.*
m *Num.43.*
n *Num.43.*
o *Num.44.*
p *In Summa. d.5.*
q *Confess.cap. 2.*
r *Tot. tit. de confess. ff. C. & DD. & lib.6.*
s *In dicto c.2. num.5.*
t *De pœnit. & remiss.*
v *Sess.14. ca. 5.& 6.*

prius, nõ est sacramentalis, vt est in c. *placuit.* vbi hoc diximus. [a] Dixi, vt *ab illis absoluatur.* quoniã quæ fit propter aliũ finem, nõ est sacramentalis accusatio; cùm essentia sacramenti pœnitentiæ in absolutione consistat, vt ibidem, & in cap. *sacrificium.* [b] latè diximus.

Ex quo infertur, errare grauiter multos, qui putant se sacramentaliter confiteri, eoquòd facto signo crucis confiteantur aliis malè facta sua in finem, ne possint vlli reuelare illa sine voluntate vlla assequendi absolutionem. Ex eadem etiam definitione intulimus alia ibidem, [c] ex iis quæ hic olim latius scripsimus: quę quia ibidem videri possunt, gratia breuitatis hic non repetimus, proponentes tamen lectori summam eorum, quasi per modum indicis, vti proximè fecimus de additis definitioni Cõtritionis in hanc, quæ sequitur formam.

Confessio sacramentalis, quid.[d]
Confessio non fuit inducta iure naturæ.[e]
Sed diuino iure Christi Domini nostri.[f]
Confessio facta laico non est sacramentalis.[g]
Confessio sacramentalis, quas exigat cõditiones; & quod multi confessarij & pœnitentes errant peccata generaliter, & non satis specificè exprimentes.[h]
Confessio quo tempore facienda sit lege diuina, & quo lege humana.[i]
Et quo extra tempus præscriptum; maximè ante communionem, vel post eam.[k]
Confessionem sacramentalem non fuisse institutam & præceptã à Domino nostro; vel non esse nos obligatos ad confitendũ omnia mortalia, vel circunstantias quæ mutant vnam speciem peccati in aliam asserere; hæresis.[l]
Confessionem circa sacramentalem tredecim modis peccatur.[m]

a *Infra dist. 6.nu.171.*
b *De consecrat. dist.2.*
c *In dicto ca. 2.*
d *Num.1.*
e *Num.2.*
f *Num.3.*
g *Num.4.*
h *Numero 5.*
i *Numero 6.*
k *Num.7. 8. 9.& 10.*
l *Num.10.*
m *Num.10.*

CAP. DE QVOTIDIANIS.

AVGVSTINVS CAP. LXXI.

ENCHIRIDII.

De quotidianis breuibus leuibúsq; peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Peccata venialia omnia vitari nequeunt in statu naturæ lapsæ. etiam in gratia, nec mortalia diu sine illa.*
2 *Peccata venialia per Pater noster. & alia septem remitti.*
3 *Remissio culpæ fit per coniunctionem ad Deum.*
4 *Culpa nulla sine pœnitentia tollitur. & quamortalis.*
5 *Peccato etiam veniali, vt pœna ineſt culpa sublata. & 8.*
6 *Peccatum veniale triplici ratione remittitur.*
7 *Pœnitentia minor tollit venialia, quàm mortalia.*
9 *Peccata venialia, vt vtile; sed non necesse confiteri.*
10 *Confiteri, nec contineri non oportet sigillatim peccata.*
11 *Peccatum veniale sine mortali tolli, cui placet.*
12 *Peccatum mortale non remittitur sine veniali.*

Nota primo verba præscripta, quibus probatur peccata venialia difficile vitari. Pro quo facit illud Cõcilij Tridentini. [n] *In hac mortali vitæ quantumuis sancti, & iusti in leuia saltem & quotidiana; quę etiam venialia dicuntur peccata quandoque cadunt.* Quin etiam [o] definitur, neminẽ posse vitare omnia venialia nisi speciali Dei priuilegio, quo gloriosissima Virgo Mater vitauit. Cui arridet illud. [p] *Septies in die cadit iustus:* Relatum in cap. *septies.* [q] Licet enim homo in statu innocentiæ, & integræ naturæ potuisset, etiam sine gratia vitare omnia peccata: in statu tamen naturæ lapsæ non potest, etiam cum gratia vitare omnia venialia; licet sic singula, vt pulchrè tradit S. Thomas, [r] in statu autem peccati mortalis non potest, etiam diu omnia peccata mortalia vitare: licet posset in statu gratiæ, vt idẽ S. Thomas ibidem pulcherrima ratione, quæ apud eum videri potest, probat.

2 Nota secundo, peccata venialia remitti per orationẽ dominicam. quòd ipsum probat Augustinus [s] relatus in cap. *tres sunt autem.* [t] Glossa verò solemnis in proœmio

n *Sess.6. cap. 11.*
o *In can. 23. eiusdem sess.*
p *Proverb. 14.*
q *Inf. eod. 1 1.2.q. 109. artic.8.*
r *Ca 2. li. de pœnitentia medicinæ.*
s *Sup. dist. 1. sub fi.*
t *Sup. dist. 1.*

Sexti verbo benedictionem. addit septem alia, quæ illa dimittunt; scilicet Benedictio prælati. [a] Generalis confessio, [b] Aqua benedicta, [c] Eleemosyna, & ieiunium, [d] Eucharistia, [e] Extrema vnctio, [f] Deuota pectoris tunsio. [g]

Contra quæ omnia facit primo, quod peccata venialia non remittuntur absque pœnitentia, vt sentit Augustinus in prællegato cap. *tres sunt.* & affirmat S. Thomas receptus. [h] at quæuis pœnitentia sine prædictis sufficit ad ea delenda, vt sentit idem Augustinus vbi supra: ergo prædicta superfluunt.

Secundo, quod qua ratione quodlibet præfatorum tolleret aliqua venialia, tolleret etiam omnia; sicut & sublato vno mortali tolluntur omnia: quod videtur nimium.

Tertio, quod peccatis venialibus non solùm ineſt culpa, sed etiam pœna, id est, reatus, seu obligatio ad sustinẽdam pœnam, quod significat Apostolus secundum vnum intelligendi modum, quem sentit ibi S. Thomas, [i] dũ ait; *Super ędificantes lignum, fœnum, & stipulam*; id est, peccantes venialiter saluos fore, sed per ignem.

3 Pro solutione horum prænotandum est primo, quod remissio culpę fit per coniunctionem hominis ad Deum, à quo illum separat culpa: sed hæc separatio perfectè quidem fit per peccatum mortale: imperfectè autem per peccatum veniale. Nam per peccatum mortale mens omnino à Deo auertitur, vt pote contra caritatem agens: per peccatum autem veniale tardior fit ad se in Deum promptè ferendum. Et ideo vtraq; culpa tam venialis, quàm mortalis aliquam pœnitentiam requirit, qua mens Deo reiungatur.

4 Prænotandum secundo, quod perfectior pœnitentia exigitur ad deletionẽ culpæ mortalis, quàm venialis. Ad deletionem enim mortalis requiritur detestatio omnium mortalium cum proposito vitandi omnia, vt dictum est in cap. *pœnitentia 1.* [k] ponendo definitionem magistralẽ pœnitentiæ, prout est virtus: & rursus in cap. *perfecta.* [l] in definitione Contritionis: ad deletionem autem venialis sufficit, vt mox dicetur, infusio nouæ gratię, vel displicẽtia aliquorum venialium sine displicentia aliorum, vel motus notabilis reuerentiæ in Deum, & diuina.

5 Prænotandum tertio, quòd sicut mortali peccato insunt culpa & pœna, siue reatus, & obligatio ad pœnam ęternam: ita etiam veniali insunt culpa, qua offenditur Deus, & pœna, siue reatus, seu obligatio ad pœnam temporariam, iuxta supra dictum Apostoli; [m] *Si quis super ędificat, &c.* Et ita sicut condonata culpa peccati mortalis, non semper condonatur tota pœna ei debita, iuxta latius dicta in cap. *mensuram.* [n] ita condonata culpa alicuius venialis, non censetur semper condonata tota pœna ei debita, argumento à simili, quod valet. [o]

6 Prænotanda est quarto ratio illa radicalis, quam S. Thomas reddit, [p] quare prędicta octo, & etiam id genus alia, tollunt venialia; scilicet quod ad remissionem peccati venialis non requiritur nouæ gratię infusio: sed sufficit aliquis actus procedens ex gratia, quo aliquis detestetur peccatum veniale vel explicitè, vel saltem implicitè, sicut cùm aliquis feruenter mouetur in Deum. Et ideo triplici ratione aliqua possunt remittere venialia peccata. Prima quia in eis infunditur gratia: & hoc modo per Eucharistiam, & extremam Vnctionem, & vniuersaliter per omnia sacramenta nouę legis, quia in illis confertur gratia, peccata venialia remittuntur. Secunda quia sunt cum aliqua detestatione peccatorum, & hoc modo confessio generalis, tunsio pectoris, & oratio dominica operantur ad remissionem venialium peccatorum. Nam in ea petimus: *Dimitte nobis debita nostra.* Tertia in quantum sunt cũ aliquo motu reuerẽtiæ in Deum, & ad res diuinas, & hoc modo benedictio episcopalis, aspersio aquę benedictæ, quælibet sacramentalis vnctio, oratio in Ecclesia dedicata, & si aliqua alia sunt huiusmodi, operantur remissionem venialium peccatorum.

7 Quibus prænotatis respondetur ad primum oppositum, concedendo quidem venialia non dimitti sine aliquali pœnitentia, sed sic cum pœnitentia minori, quàm mortalia, vt prædictum est.

a *Arg capit. dictum. q.1.*
b *Arg. huius capi. 1.*
c *Cap. aquã, de consecrat. dist.4.*
d *Cap. sine cauendũ supra eadem.*
e *Cap. cum omne. de consecrat. dist.2.*
f *Capite 1. in principio. de sacr. Vnctio.*
g *Dicto cap. tres sunt. supra dist.1.*
h *In 3. parte qua. 87. ar. 1. 1. ad Cor.3.*
k *Supr. ead. numero 5.*
l *Num.7.*
m *1.a d Corint.3.*
n *Supr. dist.1.*
o *Cap. dudũ 2. de election. & l. illud. ff. ad Leg. Aqu.*
p *In dicta q. 87. artic.3.*

Ad secundum negantur assumptum & similitudo in eo allata; quoniam vnum mortale non potest dimitti absq; aliis mortalibus, vt est in c.*sunt plures*. vbi latius dicemus.[a] venialia tamen aliqua remitti possunt sine aliis, vt prædictum est.

8 Ad tertium conceditur assumptum: & consequenter, quod non semper dimissa culpa venialium, censetur remissa tota pœna eis debita.

Ex quibus omnibus infertur primò solutio primę quæstionis quinque supra remissarum in cap.*perfecta*.[b] & cap. *tres sunt autem*.[c] & in illo iterum huc; scilicet, quod nõ est necesse cõfiteri peccata venialia: quamuis necesse sit aliqualem habere de illis pœnitentiam, & displicentiam.

9 Tum quia triplici ratione multis modis sine confessione remittuntur illa, vt prædictum est. Tum quia id habet glossa ab omnibus vbique recepta,[d] & clarius Sacrosanctum Concilium Tridentinum,[e] relatum à nobis ad verbum in cap.*fratres*.[f] nisi cum probabiliter dubitatur, an sint mortalia, vt ibidem diximus: quamuis vtile sit illa confiteri: & sola sine aliis mortalibus possunt esse iusta materia sacramenti pœnitentiæ, vt diximus supra, 8 & in Enchirid. confess.[h]

10 Solutio autecm secũdæ prædictaũr quinque est; scilicet, quod non est necesse confiteri singulatim, siue in individuo, vt loquuntur Logici singula peccata: sed sufficit confiteri in specie specialissima, quam Iurisperiti genus appellant.[i] Vnde pœnitens vno verbo potest confiteri mille fornicationes, vt dicit Caietanus,[k] & altero centũ periuria, vt diximus nos in cap.*fratres*.[l]

Tertiæ quæstionis prædictarum solutio est, quod nemo tenetur singularem pœnitudinem, siue contritionem interiorem habere de singulis peccatis, vt latius & opportunius diximus in Enchirid. Cõfess.[m] referendo alios graues doctores, qui contrarium significarunt: qui tamen nullatenus videntur audiendi, neque vnquam eos praxis audiuit, nisi reducendo ad declarationem ibidem[n] positam, post Caietanum.[o]

11 Quartæ autem quæstionis prædictarum solutio est; quod opinio S. Thomæ, quæ communis erat, saltem olim; testante id Maiore,[p] habet, quod peccatum veniale non remittitur, nec condonatur absque mortali. Sed contrarium tenuit Scotus,[q] quem sequuntur ibi Ioannes Maior, & Gabriel & Vuendelinus ad Gabrielem.[r] Quorum opinio ea ratione placuit magis, etiam nobis olim,[s] quod exaltat misericordiam Dei, cuius natura est magis ad indulgendum, quàm ad vindicandum prona, vt inquit D. Hieronymus in ca.*quia diuinitatis*.[t] vbi nos satis multa diximus. Et quia per eã magis animantur homines ad bene operandum; licet priorem opinionem iudicemus vtiliorem quo ad effectum citius detestandi mortifera, eoquod tot venialium condonationes passim impediant.

Quintæ demum quæstionis prædictarum solutio est, quod regulariter, etiam mortale, non remittitur, nisi remissio veniali, ea firma ratione, quod numquam mortale dimittitur, nisi per infusionem gratiæ, vt latè traditum est supra,[v] post S. Thomam,[x] dixi *regulariter*: quia si is; quem pœnitet legitimè suorũ mortalium, habet actualiter propositum peccandi aliquod peccatum veniale, vel non recedendi ab eo, consequetur gratiam nouam & remissionem mortalium: non tamen illius venialis: quia nullam habet de tali veniali pœnitentiam, neque displicentiam implicitam, nec expliciam: & sine illa non dimittitur veniale, vt expressè asseruit S. Thomas.[y]

a *Numero 1. infra eadem.*

b *Distinct. 1.*
c *Eiusd. dist.*

d *In cap. omnis. de pœnit. & remiss.*
e *Sess. 14. c. 5.*
f *Infr. dist. 5. num. 62.*
g *In cap. quæ pœnitet. dist. 1. num. 9. & 10.*
h *Capit. 21. num. 33.*

i *Leg. legato generaliter homine. ff. de leg 1.*
k *Ad S. Tho. in 3. part. qu. 87. art. 1.*
l *Nume. 53. infra distinct. 5. num. 40.*
m *Cap. 1. nu. 25.*
n *In dicto n. 25.*
o *Vbi supra.*

p *Lib. 4. dist. 15. q. 1. col. 4.*
q *In 4. li. sen. distinct. 15.*
r *In eodem lib. distin. 46. sub litera H. col. 3.*
s *Infra dist. 6. cap. 1. §. sacerdos. n. 28.*
t *Sup. dist. 1.*

v *In cap. conuertimini. à num. 1. dist. 1.*
x *In 3. part. 1. qu. 87. art. 1.*

y *Vbi supr. in 1. & 3. artic.*

A NOta quod B. Augustinus per multas auctoritates, & rationes irrefragabiles probat hic, fieri non posse, vt quis per pœnitentiam consequatur veniam, & gratiam Dei, nisi omnino pœniteat omnium peccatorum. adeo quòd ille, qui mille peccata mortifera peccauit, & pœnituit eum noningentorum & nonaginta nouem, nullius veniam consequatur. quæ Catholica conclusio asserta est à S. Thoma,[a] & ante illum à Magistro,[b] vbi idem S. Thomas, & alij omnes, & alibi sæpe eam affirmant.

Quæ tamen ab aliquot potentibus & diuitibus parum videtur perpendi, cum ac si eam non crederent, contrarium exerceant. Cùm tamen hic textus habeat, impium esse dimidiam à Deo sperare veniam: & quod Dominus Iesus neminem ex parte, sed omnino totum sanauit.

a *3. part. qu. 86. art. 3.*
b *In 4. sent. dist. 15.*

CAP. QVAE RAT.

HIERONYMVS AD CAP. I. NAVM, IN COMMENT.

Quærat hic aliquis. Et reliqua.

§. *QVOD AVTEM.*

GRATIANVS.

Quod autem in fine obiicitur. Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Bona in malo statu facta non prosunt ad gratiam, & gloriam; sed sic ad alia multa. num. 2.*
3 *Opera mortificata, & non mortua suscitat pœnitentia.*
4 *opera mortua & mortificata valde differunt.*

NOta primo, quod hic §. sola Gratiani verba continẽs celebrior est ob suam glossam, quàm ob se ipsum; eo quòd illa determinat in summa duas celebres quæstiones. Prior est; An bona facta in statu peccati mortalis quid quam prosint? Posterior: An bona facta in statu gratiæ, & mortificata per superuenientem culpam mortiferam, resurgant per pœnitentiam sequentem: ita vt misericors Deus perinde remuneret ea, acsi numquam fuissent mortificata.

2 Ad quartum priorem tandem glossam respondet tria. Primum est prodesse quidẽ ad multa, quod expressè probant cap.*si quando*, & cap.*cauendum*. & cap.*quid ergo*.[c] quatenus probant multis malis euenire multa bona temporaria, puta salutem, honorem, potentiam, & diuitias, quæ videmus habere Turcas, Hæreticos, & alios infideles, & malos Christianos; & frequenter multò maiora, quàm bonos. Ob quod Dauid,[d] aiebat. *Ecce ipsi peccatores, & abiũdantes in seculo, obtinuerunt diuitias. Et dixi, ergo sine caussa iustificaui cor meum, &c.* Et Hieremias,[e] ad Deum clamabat. *Quare via impiorum prosperatur?* Et Seuerinus Boëtius,[f] exclamat ad Deum.

Nam cur tantas lubrica versat
Fortuna vices? premit insontes
Debita sceleri noxia pœna.
At peruersi residẽt celso.
Mores solio. sanctáque calcant
Iniusta vice colla nocentes.

Et passim videmus bonos multa bona temporaria patientes,[g] & malos bonis multis fruentes, iuxta illud,[h] *Promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud, oues eorũ fœtosæ abundantes in gressibus suis, boues eorum crassæ. Non est ruina maceriæ, &c.*

Secundum quod dicit glossa est, quòd bona in peccato mortali facta prosunt ad contẽta in illo disticho glossæ.[i]

Quæ cum mortali bono fiunt, dant bona terrã,
Cor faciunt humile, minuunt tormenta gehennæ.

Quod transtulimus in Enchirid. Confess.[k] & tribus modis contentis in prædicto disticho addidimus, alia multa in eodem Enchirid.[l] scilicet quod prosunt etiam ad implenda præcepta, & excusandum à nouo peccato, iuxta ea, quæ diximus in capitulo primo.[m]

c *Infra. eod.*

d *Psal. 72.*

e *Cap. 13.*
f *De consola. philosop. metro quinto, libro 1.*

g *C. non omnis. 5. quæst. 5.*
h *Psal. 143.*

i *Cap. quod quidã. de pœnit. & remiss.*
k *Prælud. 7. num. 3.*
l *Cap. 27. n. 269.*
m *Inf. dist. 6. num. 45.*

z *Cap. falsas. inf. dist. 5.*
b *Cap. vides. 22. q. 6.*
c *In 4. par. sum.*
d *Rom. 11.*
e *3 Reg. c. 19.*

f *De consec. dist. 5.*

g *Cap. si quæ libet. 22. q. 2.*
h *Lib. 4. sentẽ. dist. 22. quæst. 1. art. 1. ad 6. & latius in 3. par. q. 89. art. 5.*
i *Inf. ead.*
k *Cap. cum cessante de appellat.*

& ad illustrandam mentem peccatoris, quo sum malum statum agnoscat, & eius pœniteat,[a] & ad quærendũ virtutes morales,[b] & ne peccatum nos suo pondere ad aliud trahat, secundum Altisiodorensem,[c] & ad quærendam cordis lætitiam, iuxta illud Pauli,[d] *Spe gaudentes*. Et ne angelus noster tutelaris ob ingratitudinem nos omnino deserat: & ne tam cito Deus nos puniat. Tardius enim puniuit Achab, quia se humiliauit.[e]

Tertium, quod glossa dicit, est quod bona in statu mortalis peccati facta nihil prosunt ad quærendam, vel augẽdam gratiam gratum facientem, vel gloriam beatificantem. Pro quo dicto est cap. *nihil*.[f] scilicet. *Nihil prodest homini iciunare, & orare, & alia religionis bona agere: nisi mens ab iniquitate, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur*. Cuius vniuersale dictum limitat glossa ibidem recepta per omnes, vt procedat quo ad vitam æternam: id est, quoad gratiam & gloriam præfatas; quia quo ad temporalia prodest.[g]

3 Ad posteriorem quæstionem respondet glossa affirmatiuè, scilicet quòd bona præfata mortificata resurgunt per pœnitentiam: quæ communis conclusio est, quam tenet S. Thomas receptus communiter ab aliis.[h] Pro qua videtur textus iuris aptissimus in cap.*pium*.[i] & confirmatur ea ratione, quod cessante caussa cessat effectus,[k] at caussa, quare merita mortificata ante pœnitentiam non sunt digna vita æterna, est, quia superuenit culpa mortifera, quæ impedit eius adeptionem: ergò sublata illa manebunt digna ea; cùm iam fuerint à Deo ad illã acceptata.

Non obstat, quod peccata per pœnitentiam sublata nõ redeant, per citata in glossa Summæ,[a] quia peccata per se tolluntur à Deo per pœnitentiam: bona autem & merita non abolentur per se à Deo, sed tantùm ponitur impedimentum ab homine peccatore, ne sortiantur effectũ. & ita, sublato illo impedimento, remanent viua & digna vita æterna, vt antea erant.

Non obstat etiam, quod opera bona facta in statu mortalis peccati nihil prosunt ad vitam æternam, vt paulo ante dictum est: quia illa numquam fuerunt viua, siue accepta à Deo ad vitam æternam: facta vero in statu gratiæ sic.

4 Nec obstat etiam, quod mortificata, & mortua videtur æquari: quoniam illud est verum de omnino mortificatis: at bona & merita non omnino mortificantur; sed solùm impediuntur à consequutione sui effectus per culpam mortalem, qua sublata perinde viuere incipiunt, acsi numquam illa superuenissent per acceptationem Dei antea factam. Quam rem licet homo per peccatum impedire posset: non tamen omnino tollere: quia inferior non potest acta superioris abolere.[b] An autem omnis, qui resurgit à peccato per pœnitentiam, resurgat ad maiorem gratiam, dicetur infra.[c]

a *Distinct. sequen.*

b *Cap. cum inferior. de maiorit. & obed. & cap. inferio 21. d.*
c *Di. sequen. cap. vlt.*

DISTINCTIO QVARTA.

PRINCIPIVM.

GRATIANVS.

QVia verò multorum auctoritatibus supra monstratum est, pœnitentiam verè celebrari, & peccata verè dimitti ei, qui aliquando in crimen recasurus est: quæritur, An peccata dimissa redeant? Et reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Peccata dimissa, vt redeant per noua commissa.*
2 *Donationis sue Deum non pœnitet.*
3 *Pœna sensus & priuationis visus Dei differunt.*
4 *Peccata generum quatuor cur magis redire videantur?*
5 *Circunstantia ingratitudinis, qua nouum peccatum augetur ob vetus remissum, an confitenda.*

NOTA primo continuationem huius distinctionis ad præcedentem; scilicet: In præcedenti definitum est peccata verè remitti, & condonari per pœnitentiam legitimam; quamuis postea illa per culpam mortiferā sequentem pereat: nunc in hac quæritur; An illa peccata iá dimissa redeant denuo, perempta pœnitentia, per quam illa dimissa fuerunt.

Nota secundo, quòd Ioannes de Fantusis diuidit hanc distinctionem vt videri potest in glossa casui præposita.

Nota tertio, quod glossa Summæ latè discutit hanc quæstionem referendo omnes, quæ circa eam versantur, opiniones, quæque referuntur in casus positione.

1 Nota quarto, quòd præcipua opinio fuit dicentium, quòd redeant, non solum quoad reatum: sed etiam quoad essentiam & pœnam; id est, quod tantam pœnam patietur pro illis dimissis, & per nouam culpam mortalem redeūtibus, ac si numquam fuissent dimissa. Et in hanc opinionē inclinat Magister noster Gratianus sub finē distinctionis, vt ibidem reperemus. Pro qua, primum fundamentū est illud Bedæ, quod Gratianus citat in *c. reuertar.*[a] & S. Thomas,[b] scilicet, *Reuertar in domum meam, vnde exiui. timendus est iste versiculus, non exponendus, ne culpa, quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat.* Secundū quòd peccata præterita per pœnitentiam dimissa dicuntur tegi, iuxta illud, [c] *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* At gratia, per quam virtute pœnitentiæ remittūtur peccata, tollitur per nouum peccatum mortale; ergo ea sublata dereguntur priora peccata per eam tecta, & remissa. Tertium illud Gregorij in cap. *constat.*[d] scilicet: *Constat quia si quod in nos delinquitur, ex corde non dimittimus; & illud rursus exigitur, quod nobis iam per pœnitentiam dimissum fuisse gaudebamus.* Quartum vrgentissimum est illud Rabani, quod non solum Gratianus, [e] & Sanct. Thomas,[f] sed etiam Magister sententiarum, [g] citat; scilicet: *Considerandum est, quod dicit vniuersum debitū: quia non solùm peccata, quæ post baptismum homo egerit, reputabuntur ei ad pœnam: verùm etiam peccata originalia, quæ in baptismo ei dimissa sunt.*

Sed contrarium est tenendum cum Magistro sententiarum, S. Thoma & communi, [h] & S. Thoma rursum, [i] & aliis alibi: scilicet quod nulla peccata remissa redeunt, secundum suam essentiam, neque secundum eundem reatum, & maculam, quam causabant: sed solum per circunstantiam ingratitudinis, per quam nouum peccatum fit grauius, cæteris paribus, quàm futurum esset, si peccata priora non fuissent ei condonata.

a *Infrà eod.* b *3.par.q.88. art.1.*
c *Psalm.31.*
d *Infr.eod.*
e *In ca. si Iudæ. inf. eod.* f *Vbi supr.* g *Libr.4.dist. 22.*
h *In d.di. 22.* i *In d. q. 88. art.*

2 Tum quia sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei, secundum Apostolum, [a] & refertur in ca. *sine pœnitentia,* [b] quod secundum S. Thomam ibidem, & alios alibi significat, Deum non pœnitere donationum suarum quas facit, & ita non reuocat condonationem peccatorum alicui factam, eo quòd ille iterum peccet, iuxta regulam iuris, *indultum,* cum suis concordantibus. [c] Tum quia Augustinus, [d] id expresse affirmat. Tum quia alioquin sequeretur, quod vnum contrarium produceret suum cōtrarium. Sequeretur siquidem quod peccatum auaritiæ condonatum per veram pœnitentiam produceret postea peccatum mortale prodigalitatis, per quod perimeretur pœnitentia, quæ peccatum auaritiæ deleuit, quod est impossibile.

Non obstant argumenta supra opposita, & alia multa, quæ significant peccata remissa redire per nouum peccatum: quia non sunt intelligenda de reditu per suam essentiam, vel per eundem reatum, & maculam, quæ ante remissionem efficiebant: sed de reatu per circunstantiam ingratitudinis, quam committit peccando nouè post acceptum beneficium remissionis.

Nō obstat etiam, quod merita ante peccatū quęsita redeant, peccato per pœnitentiam sublato, saltem quoad hoc vt perinde remunerentur à Deo, ac si pœnitentia nō fuisset per peccatum sublata. Tū per rationē diuersitatis seddita in ca. *quærat.* [e] Tū quia diuinitatis natura pronior est ad indulgendū, quā ad vindicandū. [f] Tum quia nō decet, vt opus misericordiæ Dei donantis peccata tollatur per malitiam hominis peccantis.

Nō obstat etiā, quòd pœna primis peccatis debita carēdi perpetuo visione Dei, videtur redire per peccatū nouū mortale. Siquidē nūquā videbit plus Deū, quàm si prima peccata rediissent, & cum omnibus illis, & hoc nouo morereretur, iuxta illud. [g] *Qui offendit in vno factus est omniū reo*[9]. Non inquā hoc obstat, quoniam duplex est pœna peccati mortalis. Altera est priuatio perpetua visionis Dei, quę est cōmunis, & vna omniū mortaliū. Altera est pœna sensus & cruciatus, quę maior & interior debetur vni, quàm alteri; & multis, quàm paucis, vt colligitur ex *c. maiores.* [h] Et prior quidē omnibus & singulis peccātis mortiferis, quatenus auertūt à Deo est cōmunis & æqualis: & ita hęc pœna perinde incurritur per vnum mortale, ac per mille. Et ideo propterea quod per peccatū nouū, per quod pœnitētia primorū peccatorū tollitur, incurratur pœna priuationis visionis Dei perpetua, non ideo possunt dici redire prima: quia etiāsi rediret illa, non ideo magis, neq; maior incurreretur hęc pœna, quàm incurratur per hoc solū nouū peccatū. Altera verò pœna, scilicet sensus, & cruciatus debetur peccatis, quatenus per ea cōuertitur peccator ad bona tēporalia, quę nō est eadem, neq; æqualis omnibus. Quia longè maior debetur vni, quàm alteri, & multis, quā vni, & ideo quoad hanc pœnam nō redeūt postquā semel remissa fuerūt. Nā licet quis mille peccata mortifera peccauerit, si pœnituerit eū omniū illorū, legitimè, & cōdonata fuerint ei omnia, quāuis per peccatū nouum deleatur pœnitētia eorū: illa tamē nō redibūt quoad hāc pœnam,

a *Rom.11.* b *Infr. de cōsecrat. di 4.* c *De reg. iur. lib.6.* d *In lib. responsionum Prosperi.*
c §. *quod autem supr. distinctio. proxima.* f *Cap. quia diuinitatis sup per dist.3.*
g *Iacob.2.*
h §. *sed adhuc que rent, de baptis.*

quia nō punietur *illa* pœna maiore, vel minore, quæ illis debebatur; sed solum pœna debita nouo peccato; grauato & tamen aucto circumstantia ingratitudinis supra dicta.

4 Non obstat etiam, quod sunt, qui dicant, saltem quatuor genera peccatorum redire; scilicet odium fraternum, apostasia à fide, contemptus confessionis, & dolor de pœnitentia habita: quæ continentur in hoc disticho relato à S. Thoma.[a]

Fratres odit, apostata fit, spernitque fateri,
Pœnituisse piget, pristina culpa redit.

Non inquam hoc obstat, quoniam nec illa redeunt in specie, & sua essentia: neque ita vt perinde debeat castigari nouè peccans, ac si numquam fuissent illa sibi remissa: neque quia illa sint maiora aljs, cum hæresis, blasphemia, & odium Dei sint multo maiora: sed quia circumstantia maioris ingratitudinis vestiuntur eo quod directius opponuntur beneficio remissionis peccatorum, vt latius declarat S. Doctor vbi supra.

§ Est tamen quæstio frequentissima; An prefata circumstantia ingratitudinis sit de necessitate præcepti confitenda. ita quod qui post remissionem peccatorum nouè peccat, teneatur confiteri, se antea peccasse illo, vel illo genere peccati, & quoties; vt confessarius noscat magnitudinē noui peccati ratione ingratitudinis nouè peccando admissæ. Super quo licet longa disputatio texi posset, perpendendo argumenta Ioannis Maioris, [b] gratia tamen breuitatis respondeo placere nobis suam, in qua tādem residet, opinionem negatiuam, quod non est de præcepto confitenda. Tum quia secundum opinionem S. Thomæ magis receptam, quæ approbari videtur à Cōcilio Tridentino, [c] quamque paullo latius affirmauimus in Enchirid. Conf. [d] circumstantiæ non mutantes speciem peccati non sunt necessario confitendæ. Tum quia videtur ipse Maior recedere à sua illa rigidissima sententia, quam sequutus Scotum & aliquot alios, [e] dixit omnem circumstantiam aggrauantem peccatum esse necessario confitendam. Nam ex illa necessariò sequitur pars affirmatiua huius quæstionis: & ex hac negatiua etiam sequitur negatiua illius. Tū quia ingratitudo vt inuenitur in omni peccato non est speciale peccatum, vt præfatus omniscius S. Doctor singulariter declarat. [f] Dixi, *quatenus ineſt omni peccato*, ea ratione, quod offendit Deum benefactorem suum; debens ei semper & vbique gratias agere. Nam qui peccaret in contemptum beneficiorum Dei, is committeret peccatū speciale ingratitudinis, & teneretur illam circumstantiam confiteri; quia mutat speciem peccati. sicut enim, vt Arist. ait. [g] Quimœchatur, vt furetur, magis est fur, quam adulter, ita qui mœcharetur, vel admitteret aliud peccatum, vt cōtemneret beneficia Dei, magis diceretur ingratus, quam mœchus; & ita vtrumque esset confitendum.

a *Vbi supr. in dicta quæstio. 88. art.2.*
b *In 4. distin. 22. colum.4.*
c *Cap.5. & can.7. sess.14.* d *C.7.nu.3.*
e *In eo.4. dist. 17. qua.3. sub finem.*
f *In dicta qu. 88. art.4.*
g *1. Ethic.*

CAP. DIVINA.

GELASIVS PAPA.

DIuina clementia dimissa peccata in vltionem vlterius redire non patitur. Et reliqua.

§. SICVT ERGO.

GRATIANVS.

SIcut ergo bona, quæ peccato moriuntur, per pœnitentiam reuiuiscunt ad prēmiū: sic & mala, quæ per pœnitentiam delentur, reuiuiscunt ad supplicium. Vnde Propheta ex persona pœnitentis deplorat dicens:* Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipiētiæ meæ, id est, plagæ per baptismum sanatæ. Hinc etiam idem Propheta, quamuis fide & sacramento circumcisionis ab originali peccato se mundatum cognoscet: tamen adulterio & homicidio, quod commiserat, illud reuixisse intelligens, non sine causa inter cætera ipsum confitetur & dicit:* Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Et reliqua.

* *Psal.50.*

SVMMARIVM.

1 *Bona mortificata cur redeant, plus quam mala dimissa.*
2 *Peccator omnis, an ad maius meritum, & gratiam resurgat.*
3 *Actui omni ex gratia nato debetur gratia. sed nō semper statim infunditur, secundum communem; licet sic secundum quosdam.*
4 *Bona mortua, an prosint ad pœnam dimittendam.*
5 AVGVSTINVS TRIVMPHVS AB ANCONA, SVSPICIENDVS.

NOTA primo ex hoc §. Magistrum Gratianum propēdere in opinionem, quæ habet peccata per pœnitētiā remissa, per culpam mortalem superuenientem redire, perinde punienda, ac si numquam fuissent remissa. Cuius cōtrarium cum communi sententia tenuimus cum glossa Summæ.[a]

1 Nota secundo, bona cum caritate facta, & per culpam mortalem mortificata restitui & reuiuiscere per pœnitētiam subsequentem. pro quo est textus iuris optimus in c. *pium*, [b] quod est B. Augustini quem ad hoc etiam citant Magister, & Scotus.[c]

2 Quod paullo magis confirmauimus cum glossa, [d] vbi remissimus huc illam quæstionem; An peccator resurgens à peccato per pœnitentiam semper resurgat ad maiorem gratiam, vel maiora merita.

Et pro parte quidem affirmante vrget primo argumentum illud commune Scoti, [e] scilicet, quod per pœnitentiā redeunt, siue reuiuunt omnia illa bona, & merita, quæ peccator habuit, antequam peccaret: & præter ea meritum illud nouum pœnitentiæ, quo resurgit à peccato, siue sit interior tantum, siue, vt plurimum accidit, coniuncta cū exteriori sacramento pœnitentiæ: ergo semper maiora merita habebit, postquam surrexerit, quàm antea.

3 Vrget secūdo, quod etiam S. Thomas; [f] exertè ait, cuilibet actui bono procedenti ex caritate deberi augmentū gratiæ, quamuis alibi, [g] contrarium videatur sensisse, vt Caiet. [h] animaduertit, approbando illud, quod ibi dixit; [i] quod etiam videtur approbare Concilium Tridētinum, in hæc verba: *Si quis dixerit hominis iustificati bona opera, ita esse dona Dei, vt non sint etiam bona ipsius iustificati merita: aut ipsum iustificatum boni operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum, cuius viuum membrum est, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum, anathema sit.* ergo actui nouo pœnitendi; qui ex gratia procedit, debebitur augmentum gratiæ, quod additū gratiæ, quam peccator antequam peccaret, habebat; auget illam; & consequentur resurgit ad maiorem gratiam.

Tertio, quod nō obstat dicere, quòd licet cuilibet actui bono ex gratia procedenti debeatur augmentum gratiæ reddendum suo tempore, vt dicit ibidem Caietanus: non tamen redditur statim, neque infunditur vsque ad suum tempus, id est, donec vtatur gratia præhabita secundū omnes suas vires, & omnem inclinationem gratiæ, vt ipse S. Thomas ait. [k] Non inquam hoc obstat: tum quia licet id teneant etiam alij multi, quos refert idem Maior, [l] ipse tamen multis argumētis conatur defendere cōtrariū. [m] Tū quia sufficit nostro proposito, quod resurgat maior meritis & maiori gloria æterna dignus; cum nemo neget, illum, si moreretur antequam augmentum gratiæ infunderetur, fruitū iri maiori augmēto gloriæ, quod merito nouo deberetur. Itaque tenendum est verè pœnitentem resurgere cum omnibus meritis ante peccatum quæsitis, & cum nouo merito eis additō, & sic digniorem meritis, & maiore gloria æterna, etiam secundum tenentes non infundi statim pro quolibet merito gratiam ei debitam: secundum autem tenentes infundi gratiam statim cuilibet merenti resurgere cum maioribus meritis, & cum maiore gratia.

a *Huiusmet dist. à num.1.*
b *Sup. distin. præceden.*
c *Lib.4 sent. dist.22.*
d *Cap. quærat. §. quod autem. num. 3. supr. distin. proxima.*
e *Vbi supr. q. 1. art.2.*
f *In 1. 2. qu. 114. art.8.*
g *In 2.li. sent. dist.27. qu.1. art.5.*
h *In diar.8.*
i *Sess. 6. can. 32.*
k *In dist. 17. art.5.*
l *In li.4. sententiar. dist. 22.q.1. concl. 2.*
m *Ibidem, & in l.2. dist.20. quæst.2.*

Ad alia verò argumenta leuiora respondet Maior vbi supra.

4 Restat autem quæstio grauis: An bona mortua, id est, facta in statu malo, quæ supra in c. quærat.[a] diximus non reuiuiscere per pœnitentiam sequentem, neque valere quidquam ad gratiam & gloriam quærendam: multùm tamen ad quærenda bona temporalia, & alia præparatiua gratiæ, restituantur per pœnitentiam sequentem ad satisfaciendum pro pœna temporaria debita peccatis antea remissis: sicuti merita, siue bona facta in statu gratiæ, mortificata: per peccatum sequens reuiuiscunt per pœnitentiã sequentem, ad quærendam & augendam gratiam & gloriam, vt proximè dictum est.[b]

Ad quã quæstionẽ respondetur, quòd non, secundũ cõmunem opinionem, quæ habet, peccatum veniale nõ posse remitti absque mortali: neque per bona facta in statu malo posse remitti pœnam temporariam debitam peccato mortali dimisso per pœnitentiam, vt diximus in cap. de quotidianis.[c] Quia secundum illam nulla, etiam per pœnitentiam iniunctam completam in peccato mortali, tollitur pœna debita pro peccato remisso: quoniam Deus nõ acceptat bona inimicorum suorum pro satisfactione offensæ sibi factæ: Sed sic secundum opinionem eorum qui tenent, veniale posse remitti sine mortali per opera pœnitentiæ, & alia bona opera facta in mortali. Quam opinionem vti bonitati diuinę conuenientiorem, & non habentem auctoritatem authenticam, neque rationem irrefragabilem contrariam tenuimus in c. 1. §. *sacerdos*.[a] illa firma ratione, quod si bona in statu malo facta, durante illo, pro sunt ad hoc à fortiori proderunt post illum sublatum & quæsitum bonum, argumento auth. *multo magis*.[b] & c. *cum in cunctis*.[c]

5 In cuius confirmationem allego singularem determinationẽ illius celebertimi AVGVSTINI TRIVMPHI ANCONITANI magnæ Illustrissimi Ordinis Augustinianorũ glorię, viri genere illustris, & doctrina, & eruditione insignis, qui in summa illa copiosissima & admirabili ordine digesta de potestate Papæ,[d] affirmat; *Quod bona, quæ fiũt in ecclesia possunt esse meritoria illis, qui sunt in purgatorio, vel per modum suffragiorum, vel per modum indulgentiarũ ad relaxationem pœnæ, vel ad totalem liberationem; quantumcumque fiant ab existentibus in peccato mortali.*

Quæ planè determinatio nulla firmiori ratione fulciri posse videtur, quàm quod bona facta à Christianis in malo statu prosunt sibi ad remissionem pœnarũ pro peccatis mortalibus dimissis debitarum.

a §. *quod autem. nu. 1. & 2. dist. præcedentis.*

b *In 2. notab. huius §.*

c *Num. 11. supra dist. præceden.*

a *Num. 17. 28. & 29. inf. dist. 6.*
b *C. de Sacros. Eccle.*
c *De elect.*

d *1. par. q. 32. art. 2.*

FINIS.



DIST

DISTINCTIO QVINTA.

PRINCIPIVM.

GRATIANVS.

IN pœnitentia autem, quæ peccatorum considerare oportet, Augustinus in libro de pœnitentia docet dicens.

SVMMARIVM.

1 Liber de pœnitentia nõnullis male videtur non esse B. Augustini.
2 Petrum Lombardum Theologis, & Gratianum Iurisperitis eodem honoris gradu haberi.

IN GLOSSAM SVMMAE.
SVMMARIVM.

1 Cõfessio, qua vtimur, sacramẽtalis nõ fuit in paradiso instituta.
2 Confessio sacramentalis non est iuris naturæ, nec fuit ante Christum passum: sed neque iuri naturæ repugnat.
3 Ius naturale quid nouè finitum.
4 & 5. Pœniteat eum, qui peccauit, lex est naturæ & omni genti communis.
6 Confessio non est pars illius pœnitentiæ, quæ virtus vel actus virtutis est, sed illius quæ sacramentum.
7 Ius diuinum non omne est naturale.
8 Lex de baptizando diuina: sed non naturalis.
9 Gratianus male intelligitur in principio Decreti.
10 Achor trinominis.
11 Confessio Achor iudicialis, non sacramentalis.
12 Confessio non est inuentum Iacobi.
13 Petrus non Iacobus summus Christi vicarius.
14 Sacramentum, aut vlla illius pars substantialis à Iacobo vel alio puro homine institui non potuit.
15 Glossa digna, quæ de libro abradatur.
16 Erasmus pro confessione.
17 Colonienſe Concilium nuperrimum laudatur.
18 Cõfitẽda esse peccata interna, etiam si quis nulla habeat externa.
19 Præcipere quis non potest id, cuius transgressionẽ punire nequit: Et ideo, sicut non potest punire: ita neque præcipere vllus homo purus pura interna. 20. Hinc cogitatio mala non punitur in foro exteriori. 21. Etiam si per confessionem cogitatus de illa cõstet. 24. Nam mentis occulta ecclesiasticæ potestati non subiacẽt. 23.
23 Confessio probatur præcepta.
25 Adrianus Paludanus non satis expendit.
26 Occultam ob intentionem tantum malum non punit ecclesia.
27 Occultum nullatenus probabile castigatur contra Thomam.
28 Cõcesso vno, cõcedũtur nõ solũ ea sine quibus id fieri non potest: sed etiã sine quibus non potest cõmode, etiã in materia stricta.
29 Delegatus simpliciter absoluit ad cautelam contra glossam.
30 Cõfessionẽ audiẽdi potestas data, necessitatẽ induxit illa faciẽdi.
31 Sacramentum nullum ab eo, qui purus homo est, institus valet, sine commissione saltem ad id speciali.
32 Confiteri tenetur Papa secundum communem, immo etiam semel in anno secundum quosdam nouissimos.
33 Panormit. caute legendum in c. omnis. de pœnit. & remiss. col. 5.
34 Papa ligari ab alio aliquando potest.

a *In 4. li. sentẽ. dist. 16.*

LOssam hanc in septẽ partes diuido. Primo proponit quinque quæstiones de Cõfessione sacramentali, quarum prima est quis illius fuerit auctor, seu quando fuerit inuenta: secunda, an necessario sit faciendа: tertia qualiter: quarta, cui: quinta, quãdo. Quinque alijs partibus soluit prædictas quinque quæstiones. In septima mouet aliam quæstionem necessariam. Secũda ibi: *Dicunt*. tertia: *Et traditio*. quarta: *Est autem*. quinta: *Et est*, sexta: *Et est autem*. septima; *Sed quando*. Prima pars non indiget alia explanatione.

Ex secunda parte colliguntur quatuor opiniones super Confessionis institutione. Quarum prima tenet, eam institutam in paradiso terrestri per illa verba: *Adam vbi es?*[a] quod explicatius factum fuit extra paradisum eis verbis quibus,[b] Dominus interrogauit Cain: *Vbi est frater tuus?* Hęc tamen opinio falsa est. Quia primò si hoc esset verum,

a *Gen. c. 3.*
b *Gene. 4. c.*

b *Lyr. in rebus. ff. de constitutionibus Principum.*
c *Cap. ridiculũ. 12. dist.*
d *1. 2. q. 97. art. 2.*

e §. *quod quamuis inf. distinct. 7.*
f *2. q. 7. & in c. fi. 17. qu. 4.*

g *2. 2. q. 167. articul. 1.*
h *2. 2. q. 137. articul. 3.*
i *23. q. 5. n. 2.*

sequeretur, confessionē sacramentalem iuris esse naturæ: nondum enim erat vlla lex alia, quæ non esset naturalis in illo innocentiæ statu aureo lata, præter illam, quæ de scientiæ boni & mali arbore vesci vetabat, vt colligitur ex Gen.[a] & in cōfesso est apud omnes. at legem de confessione facienda esse naturalem falsum est.

2 Quia ius naturale est commune omnium nationum, quod vbique instinctu naturæ, non cōstitutione habetur, aliqua,[b] at lex de Confessione hac sacramentali facienda, non est communis omnium nationum. Immo apud nullā gentem est vel fuit, nisi apud Christianam, ergo. Secundo quia, vt ius naturale animalium est, quod omnia animalia natura docuit,[c] ita naturale hominum est, quod omnes homines natura docuit scilicet ius, quod per se solum est notū homini, aut ex per se notis infertur. Id quod lateſimul & clare monſtramus in repetitione c. *ius naturale*. Id autem per se notū appellamus, ꝙ sine vlla reuelatione, sine vlla doctrina, est homini notū, iux. illud. *Signatū est super nos lumē vultus tui Domine*; ad cognoscendū scilicet tam per se nota, quàm quæ immediatè, ac necessariò illa consequuntur: sed cōfessionem peccatorum speciatim, tam occultorum, quàm publicorum criminum faciendam alteri, adeo neq; per se notum est, neque deduci necessario ex per se notis potest: vt nullum hominum genus eam in vsu habuerit: ergo confessio hæc de qua loquimur, sacramentalis, non est iuris naturæ. Tertio id clare monſtratur, quoniam presbyterium, quo à Christo passo sacerdotes potestatem accipimus tam super corpus Christi verum, quam mysticum, non fuit in illo statu aureo, sine quo nulla esse potest confessio sacramentalis, vt in cap. 1. [d] monstrabitur. Cui consequens est, hanc, quæ hoc præsupponit, opinionem falsam esse. Cauendum tamen, ne vel per somnium cuiquam in mentem veniat, quod quidam odio, quo sunt in sacramenta imporenti, cæcutientes dicere sunt ausi, scilicet eam contra legem esse naturæ.

4 Contra tamen hanc conclusionem est, quod ius naturale videtur esse, vt quemque suorū erratorum pœniteat. Apud omnes enim gentes neminem non pudet errasse: immo verò peccati memoriam omni pœna maiorem esse, etiam ipsi ethnici testati sunt. Persius enim [e] sic ait.

Magne pater diuum ſeuos punire tyrannos.
Haud alia ratione velis, cùm dira libido
Mouerit ingenium ferueuti tincta veneno,
Virtutem vt videant, intabeſcántque relicta.
An ne magis Siculi gemuerunt aera iuuenci? &c.

Et Iuuenalis Satyr. 13.

Exemplo quodcumque malo committitur, ipſi
Diſplicet auctori. Prima eſt hæc vltio, quòd ſe
Iudice nemo nocens abſoluitur, improba quamuis
Gratia fallacis prætoris vicerit vrnam.

Et iterum ibidem.

Euaſiſſe putas, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos & ſurdo verbere cædit
Occultum quatiens animo tortore flagellum?
Pœna autem vehemens ac multo ſæuior illis;
Quas & Seditius grauis inuenit, & Rhadamantus
Nocte diéque ſuum geſtare in pectore teſtem.

Et Lucanus lib. 7.

Heu quantum pœna miſero mens conſcia donat.

Si ergo pœnitere iuris est natura, cùm Confessio sit vna è tribus pœnitentiæ partibus, iuxta capit. *perfecta*. [f] & Tradit S. Thomas communiter receptus, [g] vbi omnes eū sequuntur: ergo & Confessio legis erit naturæ. [h] Secundo facit, quod omne ius diuinum est; naturale. [i] *Ius autem naturale est, quod in lege & Euangelio continetur*. Pœnitentia, prout est sacramentum, iuris diuini est; ergo & partes eius; ergo & Confessio, quæ ipsius est vna pars; ergo & Confessio iuris est naturæ.

Ad horum argumentorum prius respondeo, concedēdo lege ipsa naturæ nos ad erratorum pœnitudinem teneri, & ita fatemur, illam legem: *Eum, qui peccauit, pœniteat*, esse naturalem. Et in hoc sensu concedo, Pœnitentiam peccatorum iuris esse naturę. Cum autem subsumendo pergis integram & perfectam Pœnitentiam tres habere partes, quarum vna est Confessio sacramentalis, distinguo. 6 Aut loqueris de Pœnitētia vt est virtus, ait virtutis act⁹, vt est apud Tho. [a] & quędam res lege naturę præcepta, & nego illud: aut loqueris de Pœnitentia, vt est nouę legis sacramentum & sic concedo; at, vt est tale, nulla naturę lege præcipitur.

7 Ad posterius autem argumentum respōdeo negando assumptum, scilicet omne ius diuinum esse naturale. Totū enim testamentum vetus ius erat diuinum, vt habetur in c. Moyses, [b] in illis verbis: *Moyses gentis Hebrææ primus omniū, diuinas leges sacris litteris explicauit*. Audis ibi, *diuinas*: Cui verbo nos pridem, cum illud Salmanticæ interpretaremur hæc verba addidimus: Ergo non Moyses tulit Hebræis legem, sed quam Deus à se latā ipsi per angelos tradidit, illam eis promulgauit secūdum S. Thomam. [c] Illarū enim legum etiam cæremonialium & iudicialiū non auctor, vt quidā parū eruditi putarunt: sed promulgator fuit Moyses vir eorū, quæ à Deo accipiebat, veridicus ad populū nūci⁹.

8 Omnes ergo leges testamenti vetteris erant diuinæ: at quæ cæremoniales, quæque iudiciales fuerunt, non erant naturales: quoniam à passo Christo expiraueruntꝰ [d] ergo falsum est, omne ius diuinum esse naturale. Sic lex de baptismo sumendo diuina est, sed non naturalis. non enim à mūdi exordio cępit, à quo naturalis ōnis lex initiū habet. [e]

9 Neque magister Gratianus in sui libri principio male à multis intellectus id intellexit. Eius enim mens fuit dicere, solum ius naturale omne in lege & in Euangelio cōtineri: non etiam asserere, omne in lege & in Euangelio contentum esse ius naturale. Aut certè voluit dicere, ius illud naturale, quo quisque iubetur alij facere, quod sibi vult fieri, & econtrario in lege & Euangelio contineri.

10 Secunda opinio à glossa relata tenet, Confessionem institutam fuisse tēpore, [f] cū illi misero Achor, seu Achā, seu Achior, nam trinominis erat, dixit: *Fili mi da gloriū Domino Deo Iſrael, & cōfitere, ac indica mihi quid feceris, ne abſcōdas*. qui mox cōfessus lapidib⁹ obruitur. sed hęc opinio falsa est.

11 Primo, quia illud cap. agit de iudiciali confessione, quæ longè alia est ab hac, de qua loquimur, sacramentali. Secundo quia illa non fuit omnium peccatorum; sed solū vnius: hęc verò, de qua loquimur, omniū est. [g] Tertiò quod nostra Cōfessio à fœliciſsimo Iesu Christi aduentu gloriosaque eius passione, ac resurrectione, vt infra dicetur incepit, quā Iosue multis annorum centuriis præcesſit.

12 Tertia vero opinio habet, confessionem institutam fuisse à Beato Iacobo Apostolo, [h] per ea verba: *Conſitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem, vt ſaluemini*. Pro qua opinione facit caput finale, [i] quod habet, sequendam institutionem Apostoli dicentis: *Conſitemini, &c.* Pondera verbū instituere, quod significat nouā legem edere. [k]

13 Sed & hęc opinio intolerabilis est. Primo, quia nō Iacobus, sed Petrus erat supremus Christi Vicarius, [l] & ita non decebat, Romanam Ecclesiam, cui Petrus præfuit à Hierosolymitana, cui Iacobus præerat, [m] ligari. Secundo quòd hanc opinionem consequitur, confessionem iure prorsus humano inductā, & tali iure humano, vt inferior Pontifice supremo cōdiderit. Tertio quod confessio est pars sacramenti Pœnitentiæ substantialis, iuxta. c. *perfecta*, [n]

14 Et neque Iacobus, neque alius homo purus, potuit, neque potest instituere sacramentum secundum sententiam [o] communiter à plerisque omnibus receptam, & à S. Thoma. [p] Et nuper à Conc. Trid. [q] probatam. Quarto hāc opinionē destruūt ea quibus sequēs fundatur.

Quarta verò opinio est glossę nostrę, nēpe integrā peccatorū Cōfessionē ex Ecclesię vniuersalis traditione inductā esse: & nulla veteris, vel noui testamēti auctoritate institutā: & sentit glossā illā, de qua loquitur, traditionē esse consuetudinem Ecclesiæ generalem. Quoniam paulo post ait, hac traditione omnes nos obligari. pro quo alleg. c. *in his*. [r] quod de consuetudinis virtute agit. Et Doctoris dictū secundum l. ab ipso allegatam intelligi debere docuit Ioā. Andr. [s] Barth. [t] Et gl. hanc ita intellectā sequitur Panormit. [v] In quo præter Collectarium neminē video, qui repugnet. Quin & Decius cum ea concordat. [x]

15 Hęc tamen opinio à plerisque omnibus reprobatur, [y] & in his à Durando ibi, qui ait, eam dignam, quæ de hoc aureo volumine tolleretur. Parisienses item ibidem aiūt, eam cum nostro Panormitano, [z] non solùm parum eruditę, sed etiam delyre loquutam. Et multi, qui nostra ætate

in Lu

a 3 part. qua. 85. art. 1.

b 7. dist.

c 1. 2. qu. 98. artic. 1. & 2.

d 6. dist. § fin. c. 1. de pœnit. post part.

e 5. distin. in prin.

f Iosue 7. ca.

g C. omnis de pœnit. & remiss.

h Epistol. Iac. cap. 5.

i Supr. dist. 1.

k Ca. in istis. 4. dist.

l Capit. ita Dominus. 19. dist. ca. in nouo. 21 dist. cap. 1. 22. distinct.

m Ca. Iacob. de consecrat. distinct. 1.

n De pœnit. dist. 1.

o In 4. dist. 1.

p 3. parte q. 46 art. 2.

q Sess. 7. r 11. dist.

s Capit. cum nuncius. de testim.

t In 1. non solum. § liberationis. ff de libe legat.

v In cap. omnis de pœnit.

x In cap. sane. 2. de offic. delegat.

y In 4. di. 17.

z In d capit. omnis.

a In 4. q. 2 de Confessione.

b 1. 5. verum, super verbo, eo ipſo, de hæreticis.

c 24. q. 1.

d Supra dist. 1. huius tractatus.

e In cap. extirpandæ. § qui vero. col. 2. nu 21. repetit. & in prouincie Rex pacificus. colum. 3.

f In l. si quis non dicam. C. de epiſc. & cleric.

g In cap. nullus de sententia excommuni.

h 1. 2. quæſt. 100. art. 9.

i In 4. d. 17. q. 2. colum. 3.

k 3. parte, tit. 24. cap 4.

l Verbo, hæreticus. § 2.

m Verbo hæreſis. queſt. 8. & verbo excommunicatio. 7. § 2. & verbo pœna. § 12.

n In 2. lib. sen. d. 23. q. 3. col. 2. in fin.

o In ſumma verbo, hæreſis. & pulchrius longe 2 2. quæſt. 11. art. 4. & in paruis opuſculis. queſt. 2. in materia confeſſionis. fol. 37.

p In illa q. 2.

q In libro de auct. eccleſiæ.

r Quolib. 4. art. 12.

s In illa col. 3.

t In illa q. 2. in materia confeſſionis, & in illa q. 11. art. 4.

v Supra d. 1.

x Leg. ad rem mobilem & l. ad legatum ff. de procur. & l. 2. ff. de iuriſdi. omn. iud.

y § ſi ei quem. ff. de inſt. act. 2ff. de vſu & vſuf.

a In c. de teſt. col. 3.

b De ſent. ex cōmun. lib. 6.

c In c. præterea. de offic. deleg. & c vt debitus. col. 8. de appellat.

d In illa l. 2.

e Cap. § ciuitas. de ſent. excomm. l. 6.

f De reſcript.

in Lutheranos scripserunt viri eruditissimi eam damnant. in quibus est & ille eloquentissimus Comes siue princeps Carpensis in responsione ad Epistolam Erasmicam, [a] & in margine responsionis Erasmi. [b] Ipse quoque Erasmus magis in communem sententiam inclinat, in Diatriba contra Lutherum, [c] & in Exomologesi porius hoc, quàm contrarium, sentit.

16 Quem ideo tam sollicitè citare volui; quia multi ei opinionem glossæ nostræ tribuerunt alij, quo suā causſam meliorem redderent; alij, quòd clarè ac apertè affirmandam eam, quæ recepta est, sententiam inuitaretur, quod doleo ipsū non feciſſe: nam vel dubitare de hoc periculosum fuit post Concilium Florentinum, & summopere gaudeo diligenter excussum esse à Concilio Colonienſi tempore quidē nupertimo: sed eruditione ac grauiloquentia longe antiquiſsimo, [d] & alijs sequentibus.

17 Nos quoque tribus, quę solidę videtur, machinis hanc huius glossæ opinionem quatiemus, & vt spero, solo æquabimus.

18 Primū horum fuerit, probare hanc, de qua loquimur, Confessionem sacramentalem eo modo, quo Christianiſsimus ea vritur, non potuiſse iure humano induci & præcipi, quod ita ostendo: Confessio huiusmodi, nō solùm de actis externis est facienda, sed etiam de internis, quæ neq; verbo, neque scripto, neque facto foras prodierunt. Et nō solum ab eo, qui externa & interna errata commiſit: sed etiam, qui tantùm interna, vt est in c. *omnis*. ibi: *Omnia peccata ſua*, & est sententia communis & recepta, & hodie in articulum fidei à sacrosancto Concilio Tridētino redacta, [e] sed nulla humana potestas talem Confeſsionem præcipere potest & ea præcepta est: ergo diuina id potestate factū est. Quod autem nulla humana potestate illam præcipi potuerit, ex eo apparet, quod nulla potestas præcipit aliquid, cuius transgressionem punire nequit, iuxta c. 2. [f] & l. fi. 8 & innuit Iacobus, [h] illis verbis: *Vnus est legislator & iudex, qui potest perdere & liberare*. & Aristoteles Ethic. 4. dum ait, omnem legem habere vim coactiuam per pœnam.

19 At nulla potestas humana punire potest hominē propter acta interna, quę nec verbo, nec scripto, nec facto foras prodierūt, iuxta illud Pauli. [i] *Nolite ante tēpus iudicare, quoad vſque veniat dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cogitationes cordium*: [k] *Homo videt, quę patent; Dominus autem intuetur cor*. Facit lex, *Cogitationis pœnam nemo meretur*. [l] Facit c. *erubeſcant*. [m] & c. *ſi omnia*. [n]

21 Nam & si per Confessionem peccantis, de huiusmodi malitia interna iudici constaret, non tamen eum ob eā castigare posset, id quod singulariter Paludanus, [o] dicebat. Ergo nulla humana potestas potuit hāc, de qua loquimur, Confessionem, quæ fit de actis penitus internis præcipere.

22 Quod autem confessio hæc sit præcepta probatur, quia in toto orbe Christiano ea vsi sunt & vtuntur Christiani. quod late probat Concilium Colonienſe, [p] incipiens à Clemente & Dionysio, & percurrens omnes eruditione illustres viros, tam Græcos, quam Latinos. Et constat omnium, quæ nos Christiani facimus, difficillimam esse hanc confessionem; at quæ difficillima sunt factu, vix facimus etiam, quando sunt præcepta. Nam etsi vnus vel alter ea faciat; numquam tamen omnes in talibus peragendis conueniunt, vt experientia constat. Cui alludit illud verbum Euangelicum: *Non omnes capiunt verbum iſtud. qui poteſt capere capiat*. [q] Quis credat Papas, Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos cum toto clero Imperatores, Reges, Duces, Comites, cum omni ad vnum alio populo Confessione hac perpetua vsuros fuisse; nisi eam nouissent præceptam? Præterea modus eius & temp⁹ constituta determinataque fuerunt, & præcepta in Cōcilio Lateranensi, eodēmque generali sub Innocentio III. coacto anno 215. supra millesimum, cap. illius 15. quod ponitur in c. *omnis*. [r] Quod certè patres, qui eò conuenerant, non præcepissent; nisi antea præceptū cognouissent. Quoniam refrigescente iam caritate, moribus in peius declinantibus, neque ipsi tanti oneris præceptum nouè tulissent, neque à subditis vnanimi fuisset acceptum assensu. Par ergo est credere, illam fuisse præceptam. immo id negare perfrictæ fuerit frontis. Cùm igitur illa fuerit præcepta, neque humana potestate præcipi potuerit, constat, diuina eam potestate ac lege factam.

Non obstat quod Adrianus ait, [a] scilicet etiam occulta subiacere potestati Ecclesiæ per glossam, quæ singularis putatur in Clementina 1. [b] quæ habet, etiam sola mente hæreticum excommunicatum esse ipso facto, cui similis est in summa, [c] & in c. *cogitationis pœnam*. [a] Quę glossæ fere vbique à nostris receptæ sunt, vt patet in illo §. *verum*. Et per Panormitanum, [c] & Baldum, [f] & Felinum. [g]

23 Non, inquam, hoc obstat, quoniam contrarium tenet communis sententia, cum qua facit D. Thomas, [h] & Paludanus, [i] singulariter affirmans, non posse vlla humana lege, nec ab vllo humano iudice castigari eum, qui confiteretur in iudicio, se super faciendo qualicunque crimine consensisse, si modo neque verbo, neque facto, is consensus fuerit expressus.

24 Cū Thoma sentit & Diuus Antonin⁹, [k] & Angelus, [l] & Prieras, [m] & Maior, [n] & Caietanus. [o] Neque occurrit Theologus aliquis purus, neque canonum peritus, qui cū sua facultate Theologicam coniunxerit cognitionem, qui ab hac parte non stet præter Adrianum, [p] auctoritate Paludani non satis expensi ad hoc motum.

25 Paludan⁹ enim in illis verbis, in quibus ab illo citatur de acta exteriori, & de illius omissione occultis loquitur: & paulo superius palā docuit, interiora hominis acta nulli humanæ subiacere legi.

26 Quin & Iacobus Almaynus vir ingenio & eruditione clarus, [q] asseruit, ecclesiam nullam habere potestatē ad castigandum actum exteriorem suapte natura bonum, qui sola relatione ad mentem esset malus. qualis est eleemosyna ob gloriam mundi mente sola conceptam elargita.

27 Quin & Thomas, [r] idem videtur sensisse de occulto suapte natura probabili; hoc est de illo, quod vel verbo, vel facto foras prodiisset, cuius omnis omnino probatio deesset. Quod tamen asserere, nimium arbitror. Quoniam, vt ait Paludanus, [s] si quis occulte omnino furatus esset, furtū confiteretur, iustè à iudice castigari non posset; & ea, quæ dicto aut facto extra prodierunt, quamuis sint occulta; nō tamen per se ac suapte natura occulta sunt, sed per accidēs: vt elegantèr Cardinalis S. Xisti tradit. [t] Cum igitur frequentior, firmior & verior opinio sit hæc, vt patet per suprà dicta, & probare posset per iura in glossa illius. §. *verum*. allegata & alias rationes quas in c. *cogitationis*, [v] alias adduximus: cōsequitur, argumento nostro non obstare illam Adriani responsionē; licet illa satis obstet alteri Scoti argumento, quod ante illum soluit Paludanus.

28 Secundū fundamentum, quo probatur, hanc, de qua loquimur, secretam, quamque auricularem vocant, Confessionem, non lege humana, sed diuina inductam esse, tale est: Quicunque aliquam potestatem cuipiam concedit, concedere videtur etiam ea, sine quibus illa exerceri non potest. [x]

29 Immo etiam illa sine quibus potest quidem; sed non satis cōmodè facit pro hoc optimus textus, in l. *cuicunque*. [y] & l. pen. [z] per quos acerrimus Aretinus, [a] damnauit glossā 2. cap. *ſoler*. [b] quæ dixit, delegatum non posse quem ad cautelam absoluere: contra quam etiam docuit Decius, [c] & idem tenuit Iason. [d] Quo fit, vt in materia odiosa & restringenda, dispositio aliquo, dispositum esse censeatur nō solum id, sine quo illud nullius effectus esset: sed etiam illud, sine quo non esset sufficientis; vt interdicta ciuitate, etiam suburbana censentur interdicta. [e] Quamuis alias in materia restringibili, appellatione ciuitatis solùm illud, quod murorum ambitu comprehenditur, contineatur, vt habet c. *Rodulphus*, cum ei annotatis. [f] Et licet aliud sit testamentum, aliud codicillus, [g] staruto tamen, vt vsurarij manifesti testamentum sit nullum, nisi antea cauerit eo modo, qui continetur in c. *quamquam*. [h] statutum quoque censetur, vt etiam codicillus non valeat, vt habet glos. memorabilis eademque postrema prædicti ca. *quamquam*. At Senator noster Deus & homo; diuina & humana prouidētia summus, potestatem absoluendi à peccatis, & ob ea condemnandi Apostolis eorūq; succeſsoribus dedit, [i] illis verbis; *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorū re-*

rimeritis,

a Fol. 4. b Fol. 52. c Fol. 2. d Fol. 145. e Seſſ. 14. ca. 5. & can. 7. f De conſt. lib. 6. gff. de iuriſd. omn. iud. h Cap. 4. epiſtola ſua Catholica. ii. ad Corint. 4. k Ezt 1. Reg. 16. l ff. de pœnit. & cap. cogitationis. de pœn. diſt. 1. m 32. diſt. n 6. queſt. 1. o In 4. d. 7. queſt. 2. p Fol. 115. & ſex alijs ſequentibus. q Matth. 19. r Sub tit. de pœnit. & remiſſ.

g Le ſi idem. C. de codic. h De vſur. lib. 6. i Ioan. 20 c.

inueritis,retenta sunt. Ergo etiam dedit eis potestatem audiendi illa & cognoscendi, an ligari,an verò dissolui debeant,vt est in l.*de qua re.*[a] quæ habet de illa re pronunciare siue iudicare iudicem,de qua cognouit,

30 Neque argumenti vim franges, si dixeris eo tantum concludi,potestatem audiendi ac cognoscendi de peccatis,confessarijs quidem esse:non tamen alijs necessitatem fuisse illis ea confitendi. Cui simile fuerit quod de iudicibus,quos Khartularios vocát,traditur à Bartholo & alijs,[b] Eos scilicet audire posse causas eorum,qui coram ipsis elegerint litigare;neminem autem, si noluerit, ad litigandum coram illis teneri.Non inquam,hoc impedit vim argumenti:quoniam,si talem potestatem Seruator dedisset, frustranea illa manere potuisset;& illam concedendo, nó concessisset,alia,sine quibus illa satis commodè non potuit exerceri,neque ea , sine quibus potestas illa ridicula manere potuisset.Nam finge,neminem velle confessario, sua peccata dicere;quia non tenetur id facere,nonne ridicula videbitur illa confessariorum absoluendi vel ligandi potestas? Potestas,inquam,quæ tanta gratitate,tanta deliberatione,tantis cum insufflationis cæremonijs data fuit, teste Ioanne,[c] vbi ait: *Hæc cum dixisset, insufflauit & dixit eis: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Cum igitur hoc dici nequeat,consequens est etiam alijs necessitatem imposuisse confitendi.

31 Tertium,quo nostra propositio fundatur , illud est: Quod nullum sacramentum à puro potest institui homine,sine commissione saltem ad id speciali. Quod late mõstro in c.*sacrificium.*[d] post Thomam & alios,[e] & Thomã,[f] quod clare colligitur ex [g] Concilio Tridentino: ergo neque illa pars sacramenti substantialis ab homine institui potuit,arg.l.*quæ de dota.*[h] & cap.*pastoralis.*[i] Ergo neque sacramentum Pœnitentiæ,neque vlla pars eius ab homine puro:sed à Deo,scilicet Seruatore nostro instituta est. At confessio,de qua tractamus,secreta & auricularis,pars essentialis est & substantialis sacramẽti Pœnitẽtiæ.nõ enim sine illa vllarenus illud consistere potest , secundum omnes.& definiuit Cõcilium Tridentinum,[k] ergo etiam illa instituta est à Saluatore Deo & Domino nostro Iesu Christo.

Neque vero dicas,quod Thomas à Vio ait,[l] Confessionem institutam quidem à Deo;non tamen præceptam,neque aliud hoc argumento probari. Quoniam hoc eodem modo refellitur,quo replicationem præcedentis fundamenti refellebamus dicentes,datam quidem sacerdotibus audiendi Confessiones potestatem; non tamen alijs impositam confitendi necessitatem. Addo his,tempore Sixti IIII. Salmanticæ ac in aliquot alijs Hispaniæ locis,Petrum ab Osma & quosdam ipsius assecias fuisse , qui dicerent confessionem ex instituto humano & Ecclesiæ traditione cœpisse cum quibusdam alijs erroribus. Contra quos Toletanus Præsul permissione sedis Apostolicæ cognouit,ac eruditorum collatione habita de vnanimi consilio & assensu magistrorum & doctorum declarauit,illas propositiones,per quas ille Petrus de Osma,& eius sequaces prædicti temere ac pertinaciter affirmare non verebantur, Confessionem peccatorum in specie ex vniuersalis Ecclesiæ statuto,non diuino iure constitutam esse: & peccata mortalia,quoad culpam & pœnam alterius sæculi , absque Confessione sola cordis contritione;prauas verò cogitationes sola displicentia deleri. Et vt Confessio secreta sit,necessariò non exigi,& non nisi peracta pœnitẽtia cõfitentes absolui non debere;& Romanum Pontificẽ purgatorij pœnam remittere,& super his,quę vniuersalis Ecclesia statuit,dispensare non posse. Sacramentum quoque Pœnitentiæ,quantum ad collationem gratiæ,naturæ,non autem institutionis noui , aut veteris testamenti existere, falsas,sanctæ fidei Catholicæ contrarias, erroneas & scãdalosas,ac fidei veritate alienas,ac sanctorum patrum decretis & Apostolicis constitutionibus contrarias esse: manifestam hæresim continere,dictæ permissionis & per illa sibi concessæ facultatis vigore declarauit & pro talibus haberi & reputari debere decreuit. Quam declarationem postea ipsemet Sixtus cum Cardinalium Cõcilio confirmauit,& eam pro indubitata voluit haberi, vt latius hæc omnia continentur in quadam extrauagante, cuius caput est, *Licet ea.* quæ fide digni auctores testantur. Quod autẽ supra in hac extrauagante significatur, Confessionem necessariò esse debere secretam; non ita intelligendum est, vt substantia,& essentia Confessionis sacramentalis sit secretum:sed quod Iesus Christus Dominus noster nõ præcepit,illam fieri publicè , & quod regulariter non debet publicè fieri.quamuis aliquando in vindictam scelerum, & alios sanctos fines rectè quis publicè confiteri possit,vt declarat Concilium Tridẽtinum,[a] quod etiam citauimus in Manual. confess.[b]

32 Ex hac conclusione primo infertur, Pontificem Romanum ad confitẽdum sua peccata teneri. quia diuina lege obligatur.[c] Quamuis verum sit non ligari per ca. illud *omnis.*[d] & ita non teneriabsolutè ad cõfitendũ semelin anno. Quod etiã sensit Ioan. Andreas,[e] & Felin.[f] Quod procedit tenendo illam,quam plerosque omnes Italos audio tenere opinionem;quamque magnis viribus probare ac tutari conatur Thomas à Vio ,[g] scilicet Papam esse supra Concilium. Nam si teneremus alteram sententiam, quam schola Parisiẽsis cum tota fere Gallia sequitur, * Conciliũ vniuersale supra Papam esse.& adeo quidem sequitur, vt Iacobus Almaynus scribens in hoc ipso articulo,[h] dixerit, eum qui contrarium assereret,in Francia hæreticum iudicatum iri. Diceremus,vt ait ille,Romanum Põtificem statuto Conciliorum ligari,ac proinde ad illud cap.*omnis.*[i] seruandum teneri,& vt quemuis alium illius canonis vigore debere semel in anno Eucharistiam sumere ; & consequenter,si peccati mortalis esset sibi conscius , sua peccata confessario à se delecto confiteri:nisi secum eo modo, quo cum alio posset dispensaret. Neutri tamen harum opinionum[k] subscribimus,nisi quatenus Catholica Romana Ecclesia ei subscribit.

* Concilium vniuersale super Papã est. *Papam esse supra Concilium,qui in Gallia asserunt nequaquam iudicantur hæretici, & à partibus Catholicorum stare.Imo vero doctores ipsi Parisienses iam illud pronunciatum magna ex parte remiserunt , Concilium vniuersale est supra Papam,sed contrariam magna ex parte amplectuntur.*

33 Secundo infertur,quiddam periculosum videri dixisse Panormitanum,[k] scilicet,præcepto de confitendo,si iure fuisset positiuo inductum, non potuisse Papam ligari, neque illũ obligari,nec illud c.*omnis.*in Cõcilio Generali statutum. Et tamen,quia Confessio ex generali quadam traditione & cõsuetudine vniuersę Ecclesię esset inducta, eũ illa ligari. His enim verbis Panormitan[x] indicare videtur, in Ecclesia dari posse potestatem aliquã inducendi legem, quæ maior esset & efficacior,quam sit potestas Cõcilij vniuersalis. Quod tamen, vt falsum & hæreticum esse, ita puto,eum id non sensisse:sed ipsius mentem fuisse dicere,statutum Ecclesiæ,ac decus & colorem perditum iri, si Papa solus non confiteretur. Quod tamẽ etiam falsum est,& adeò quidem falsum, vt Ioãnes Andreas & Felinus loco superius citato sentire velint,quod dictũ est,eum nõ teneri annuatim confiteri.

34 Tertio infertur,casum inueniri planum, in quo suprem[y] Christi vicarius ab alio in terris ligari possit & absolui,nempe à confessario sacerdote,cui se subdiderit,iuxta glossam 2.quę Andreæ Siculo & Rauennati putatur ibi singularis,[l] quæ tamen similem habet in c.*nemo.*[m] De quo plura in *c.placuit.*[n]

IN TERTIAM ET RELIquas partes glossæ summæ.

SVMMARIVM.

1 *Cõfiteri tenentur Græci contra glossã. Et cõfiteri sunt soliti.n.3.*
3 *Præceptum aliquod omnium Apostolorum abrogatum.*
4 *Confitenda circumstantiæ.*
5 *Confessio numquam laico necessariò est facienda: & interdum pernicioſè illi fit.*
6 *Præcepta negatiua semper,& ad semper,obligare, affirmatiua verò semper.sed non ad semper.num.7.*
8 *Lex de baptismo suscipiendo non obligat ad semper.Vnde non simul ac conuersi fuerunt & baptizati Martinus, Ambrosius, & Constantinus.num.28.*
9 *Peccat mortiferè,cui peccatũ mortiferũ etiã præteritũ placet.*

a *In capit. 5. sess.14.*
b *Cap.2. nu. 5.*
c *Cap. sunt quidam. 25. q.1.*
d *De pœnit.*
e *In cap. significasti. de foro comp.*
f *Cap. 1. de constit col.9.*
g *In lib. de primat. eccles. stabil.*
h *In 4. di.17. col 32.*
i *De pœnit.*
k *In illo c. omnis.col.5.*
l *Ca.Sane. 2. de offic.deleg. n 9.quæst. 3.*
m *infra dist. sequen.in oppos.prima.*

a *In illo c.20.*
b *In leg.1. ff. de iud.*
c *In illo c.20.*
d *De consecrat.dist.2.*
e *In 4.dist.1.*
f *3. parte q. 64. art.1. & 2.*
g *Can.1. sess. 7.& ex can. 1.sess.14.*
h *ff.de rei vxo. li.*
i *§.item cum toto.de offic. deleg.*
k *Sess.14.cã. 4.*
l *In illo c.20.*

10 *Contritio peccatorũ semel contritorum, vel quæ contrita esse probabiliter putantur , non necessaria. Immo neque nondum contritorum , quoties illa memoriæ occurrunt etiam plene,ac ad praxim accommodate.num.10. Nam neque contritionem se habere vllus nouit,num.12.*
13 *Dauidis non omnia imitanda.*
14 *Peccat qui mortem internè manantem non vitat.*
15 *Mortuo non tenemur illico exhibere, quo vitæ restituatur, etiam si præstare id possemus.*
16 *Mori semper licet possimus , non tamen ideo semper in mortis articulo sumus.*
17 *Obligatus simpliciter statim soluere debet.*
18 *Confiteri non tenetur qui venialia tantum habet.Et ideo confiteri quidem poterant , sed non tenebantur Apostoli post hausitum spiritum Sanctum.num.19.*
20 *Obligatio ex contractu secundum mentem contrahentium ligat : obligatio verò legis secundum mentem legislatoris. Et contrahentium quidem mens in dubio ad præsens tempus refertur,num. 21.*
22 *Obligatus ex delicto damnum statim restituat , pœnam non item : Nam pœna etiam ipso iure debita,in conscientiæ foro non debetur.num.23.*
24 *Præceptum de inimicitia Dei deserenda nullum est speciale. Nam neque meremur bene , neque male statibus vel habitibus. 25.*
26 *Statum placere non status,sed actus est.*
27 *Contritioni aut Confessioni nullum certum tempus lege diuina præscriptum.*
29 *Contritio & Confessio iamiam morituro necessaria. Communicaturo item , quidquid Thoma à Vio deuiet. num. 30. Necessaria item dandi & accipienti quodcumque sacramentum. 32. Quare mortiferè peccat, qui in mortali sacramenta suscipit, aut confert. 33. Ideo baptizando adulto necessaria contritio , vel saltem attritio. 34. Et confitens sine tritione, vel attritione absolutionem suscipiens nouè peccat. 35. Et qui nostra ætate confirmantur adulti fere omnes mortiferè peccant, dum confirmantur. 36. Et ideo confirmantes Episcopos difficile hodie à peccato excusari. 37. Et matrimonium contrahentes fere omnes nouè peccare. 38. Hoc ipsum & fere omnes,qui minores ordines suscipiunt,admittere.num. 39.*
40 *Ordines minores verum esse sacramentum tenere tutius.*
41 *Confessio solis duobus sacramentis necessariò præmittenda.*
42 *Monitionem consilium,non præceptum iuris peritis esse.*

EX hac tertia parte glossę colligitur,Confessionem eratorum mortalium necessario nobis. Latinis faciendam esse. Quæ conclusio clarè fluit ex præcedenti , quam superius retulimus;nempe illam institutam & præceptam, & si non apertè & explicitè,certè re ipsa,& tacitè , ac implicitè à Saluatore Deo ac Domino nostro Iesu Christo.

1 Ex qua eadem infertur secundo falsum esse , quod subiicit glossa Græcos ad eandem faciendam minimè teneri.

Infertur & tertio, falsum esse illud, quod nostra gloss. subdit , scilicet per verba illa Iacobi. [a] *Confitemini alterutrum peccata vestra,*qua parte de Confessione sacramentali accipiuntur , consilium inducere non præceptum. quoniam verum continent præceptum. Non quidem ipsius Iacobi:sed Domini Iacobi,nempe ipsiusmet Saluatoris.

2 Addo quarto , falsum item esse , quod glossa subdit, hoc præceptum,si fuisset Iacobi,& ita puri hominis, non potuisse aboleri consuetudine contraria. Quoniam facile est dare præceptum, non tantùm à Iacobo illo vulgo Minore vocato (quamquam semper magnus fuerit) sed etiam à Petro & toto Apostolorum Concilio inductum, abrogatum deinde consuetudine fuisse; atque ideo nemem eo ligari hodie. Actorum quidem 15. cap. statutum fuit à toto Apostolorum Sacro Concilio, ne quis suffocatum aliquid ederet. Et postea in Concilio Gangrensi renouatum,vt est videre in cap.*si quis carnem.*[b] & tamẽ consuetudine vniuersi orbis Christiani abolitum est:& licitè hodie gallinis , perdicibus & alijs multis suffocatis Christiani vescuntur,siue lex illa Apostolica consuetudine sublata fuerit, siue à D.Paulo , [c] cuius dicta probata fuerunt per Petrum Romanum Pontificem in fine secundæ epistolæ,quod voluit S.Thomas, [a] & Cardinalis S. Xisti. [b]

3 Adde quinto,falsum item esse , quod subiicit glossa * apud Græcos non fuisse in vsu hanc, de qua loquimur, Confessionem sacramentalem : fuit etenim , vt testatur Scotus, [c] & diffuse monstrat Concilium Colonienſe. [d]

Neque obstare videtur, cap. fi. quo se fundauit glossator supra. [e] Quia non habetur ibi, nullos Græcos illa vti: sed Græcos indefinitè ait,peccata Deo confiteri. Secundo quod ait,totam fere sanctam Ecclesiam ea vti: at Ecclesia Græca,quæ scilicet Græcis litteris vtebatur , magna erat tunc Ecclesiæ pars,& ita implicitè sentit , quod supra de Græcis indefinitè dixit, non esse vniuersaliter accipiendum. Tertio quod quando dixisset Theodorus, qui fuit illius cap. auctor;& Anglus , non tanta erat ei fides adhibenda,quanta illis,qui contrarium asserunt, quos Concilium illud Colonienſe citat multos & magnos , cum eruditione,tum sanctitate viros.

4 Ex quarta glossæ parte colligitur , peccatorum confessionem faciendam esse cum omnibus eorum circunstantiis. Quid verò circunstantia sit,& quotuplex,& quot sint circunstantiæ , & quæ illarum confessario aperiendæ necessariò,& quæ non,infra, [f] dicemus.

Ex quinta parte glossæ colligitur , nonnunquam laico esse confitendum; nempe quando presbyter non adesset; & articulus mortis instaret. Allegat pro hac conclusione textum in c. *quem pœnitet.* [g] quod parum probat. Sed textus iuris optimus est in cap.*qui vult.* [h] in illis verbis. *Tanta itaque vis est Confessionis , vt si deesset sacerdos, confiteatur* * laico. Vbi dicemus , numquam esse necessarium confiteri laico;interdum vtile,interdum inutile, immo pernicioſum.

5 Ex Sexta parte glossæ colliguntur tria. Primum teneri nos ad conterendum ob peccatum mortale,statim ac illud admiserimus. Secundum , teneri nos etiam confiteri, si modo peccatum fuerit publicum. Tertium publica peccata in hoc differre ab occultis. Pro duobus primis facit primo cap. *ille rex.* [i] quod habet,regem illum, tantum, ac tam potẽtem, nempe Dauidem nec exiguo temporis momento penes se delicti passum fuisse manere conscientiam:sed præmatura confessione , atque immenso dolore redidisse peccatum suum Domino. *

Secundo quod Symmachus Papa relatus à Gratiano, [k] ait. *Non est grandis differentia , an lethum inferas vel admittas, mortem enim languentibus probatur infligere , qui hanc, cùm potest,non excludit.* Ergo patia videntur , quod te formaliter occidas , vel occisum ab illa spiritali morte , cum possis, non liberes. Sed quando te spiritaliter occidis , mortaliter peccas, [l] ergo, & quoties te in peccato mortali esse meministi,ni te ipsius pœnituerit,mortaliter peccas.

Tertiò facit , quod mors spiritalis peior est temporali, iuxta illud: *Mors peccatorum pessima.* [m] pro quo rex. vulgatus, cap.*itaque.* [n] & iuris optimus in ca. *sacris,* [o] ibi: *Pro nullo metu quis debet peccatum mortale , &c.* ergo magis debeo vitare mortem spiritalem,quam corporalem. Ac qui non vitat mortem corporalem , ab intrinseco saltem manantem,peccat. [p]

Quarto Ecclesiastici 5.scribitur : *Ne tardes conuerti ad dominum,& ne differas de die in diem:* at is, quem non statim, ac meminit sui peccari,pœniteri,tardat ad Dominum conuerti; & ita transgreditur illud præceptum : præcepti autem transgressio peccatum est lethale regulariter. [q]

Quinto regula est iuris. ff. *In omnibus obligationibus quibus dies non ponitur præsenti die debetur.* Habetur etiam in l. *eum qui Kalendis.* [r] Sed qui mortiferè peccant , conterere illud corde , & confiteri ore sine die tenetur, [s] ergo statim debet id facere.

6 Sexto præcepta negatiua semper & ad semper obligant vt scribit Archidiaconus, [t] & Panormitanus & alij, [v] licet affirmatiua semper, sed non ad semper.Cuius diuersitatis rationem ponit diuus Thomas, [x] ar negatiuo præcepto vetamur esse Deo inimici : ergo quoties agnoscimus, nos esse tales , & illico non curamus eam inimicitiam de ponere,denuo peccare videmur.

Septimo confirmantur hæc auctoritate D. Thomæ quatenus, [y] ait , ad contritionem teneri hominem , quoties memoriæ occurrunt peccata ; cùm præcipuè in periculo mortis existit , aut in alio articulo &c. Facit quod

a *1.2. quæst. 103.art.4.*
b *Cap. signis carnem. 30. dist.*
c *In 4.di.17.*
d *Fol. 151. §. restat. cum multis sequentibus.*
e *Dist.1. huius Tractantes de pœni.*
f *1.cap.*
g *Supra d. 1.*
h *Infra d. 6.*
* *Al. proximo.*
i *Supra d. 3.*
* *2.Reg. 12.*
k *In Summa supra dist.83.*
l *Cap. resuscitatus. cap. omnis. supra de pœn. d. 1.*
m *Psal.33. n 32.q.5.*
o *Quod met. caus.*
p *Cap.pascentes 86.d. iuncta cap.si non licet.23.q.5.*
q *Cap. nam. de constitut. cap.2.de maiorit.& obed.*
r *§.quoties ff. de verbor. oblig.§.omnis institutio. de verbor.oblig.*
s *Cap.dixi. c. quem pœnitet supra d.1.*
t *In præsenti, & in ca. præcept. infra de consecrat.d.1. & in c.si peccauerit. 2.q. 1.*
v *In c. nouit. de iudic.*
x *2. 2. q. 33. art.2.*
y *In 4.d. 17. q.3.art.1.*

ibidem Paludanus limitando D.Thomæ ipſius dictum ait eſſe verum,quando peccata occurrunt memoriæ in materia practica,ſcilicet tamquam reiicienda, ſiue deteſtanda vel acceptanda.

7 Pro contraria tamen parte facit.Primo,quod affirmatiua præcepta quamuis ſemper obligent; non tamen, vt dictum eſt,ad ſemper,id eſt,pro quouis tempore obligant ſecundum Archidiaconum & Panormitanum in locis in poſtremo argumento pro altera parte citatis:ſed præceptum de conterendo mortali peccato, & præceptum de confitendo eodem ſunt affirmatiua: ergo non ligant, niſi pro tempore determinato ab eo, qui poteſtatem id faciendi habet, vel tempore naturali ratione determinando.at nulla lege determinatum, eſt; vt illico poſt peccatum admiſſum,vel eius habitam memoriam,ſub noui peccati pœna exeamus à peccato : ſed neque vlla id naturali ratione concludi poteſt : ergo non tenemur ad id illico faciendum.

8 Secundo facit, quòd lex de baptizando non obligat catechumenos,vt illico baptizẽtur;immo iure nequeunt, niſi duobus anni tẽporibus baptizari,[a] ergo neque præceptum de confitendo vel conterendo argumento à ſimili vel maiori deſumpto.

Tertio facit;quod lex de communicando non obligat, niſi pro certo anni tempore, [b] ergo neque lex de conterendo,vel confitendo; ſiue occulta ſint, ſiue publica peccata ad illico id faciendum obligat.

Quando pro hac parte facit cap.*quod quidam*.[c] quod habet, audiendam eſſe illius Confeſſionem, qui confitetur quidem crimen : ſed ait abſtinere non poſſe; immo etiam textus habet, talem pœnitentiam admittendam eſſe; quamquam vera non eſt. Ecce memoriam peccati & plenam, & in materia practica ſine contritione. quia non eſt cum tali diſplicentia peccati, quam propoſitum vitandi peccata comitetur.

Poſtremo dura res eſſet,quòd toties nouo peccato peccaremus,quoties meminimus præterita peccata, ſiue placeant,ſiue diſpliceant:ſed adeo tenuiter, vt ad contritionem non ſufficiat; ſiue neque placeant vllatenus, neque etiam vlla ex parte diſpliceant. Durum item & moleſtum recolere,quoties id à nobis factum fuerit. At Dominus [d] ait:*Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos*.& mox:*Iugum enim meũ ſuaue eſt, & onus meum leue*.

Pro reſolutione omnium horum, annotandum primo, aliquot eſſe in hac re omnibus recepta; aliquot autem controuerſa. Et de receptis quidem primum eſt, teneri nos ad cauendum, ne vmquam peccatum, quod admiſimus, nobis placeat. Omnis enim conſenſus in peccatum mortale, mortalis eſt & lethifer. [e] Secundum non teneri nos conterere peccata ſemel contrita, argumento illius. [f] *Non iudicat Deus bis in idipſum*.Et habetur in cap.*quid ergo*. [g] Tertium,non teneri nos conterere etiam illa peccata,quę nos exiſtimamus iam contriuiſſe. Quamquam verè non fuerint contrita:ſiue quia dolor ille noſter non fuit gratia illa,quam gratum facientem appellant, informatus : ſiue, quia forte non fuit ſufficiens ex parte noſtra; quamquam probabiliter ſufficiens æſtimari potuiſſet illi præſertim, qui eam habuit.Probatur hoc.nam ſi contrarium dicatur, ſequeretur omnes,qui vmquam peccarunt;ſemper teneri ad contritionem omnium peccatorum, quamlibet bene contrirorum & Confeſsione detectorum.

11 Nemo enim,niſi ſuperne id ſibi reueletur,ſcit, vtrum amore, an odio dignus ſit. [h] Ergo qui ſemel capitaliter peccauit,cùm neſcierit, an vmquam verè fuerit ſibi peccatum condonatum, ſequitur numquam non teneri ad conterendum illud. Quartum eſt, quod nõ tenemur conterere,quando non occurrunt memoriæ. Quintum,quod neque etiam quando obiter & aliud agenti occurrunt. vt ſi quando, aut doctori docenti, aut verbum diuinum facienti, aut orationem in concione habenti,vel diſputanti memoria peccati alicuius occurrat, ad illud tunc conterendum non tenebitur. Quoniam in agendis ordo eſt ſeruandus. [i] At ſi aliud agentem oporteret conterere peccatum, cuius incidit memoria, actiones diuerſæ confunderentur. Sextum, quòd neque ſufficit, vt plenè,& nihil aliud agenti occurrat huiuſmodi memoria : ſed oportet, quod practica, vel ad practicam, ſeu praxim directa memoria occurrat ; pura quia memini plenè peccatum, non vt diſputem,quale,vel an ſit.peccatum;ſed quo illud abominer,vel amplectar,& placeat. Hanc concluſionem affirmauit Paludanus. [a] Et probatur,quia non tenetur quis plus ad conterendum peccatum, quàm ad diligendum Deum:at ſi cui Deus occurrat ſpeculatiuè, nõ tenetur ipſum tunc diligere:ergo neque peccata ſpeculatiuè occurrentia tenetur cõterere,quia ſimiliũ idem eſt iudicium. [b] Hæc dicta ſex pleriſq; omnibus recepta ſunt. Septimum autem inter auctores controuerſum eſt, quando plenè ac practicè peccatum memoriæ occurrerit, abominandum, ne videlicet ſit.ſiue deteſtandum, aut amplectendum, an tunc nouè peccetur,ſi contritio non habeatur. In qua re nobis ea opinio videtur verior, quæ habet non eſſe ſub noui peccati pœna illius contritionem habendam:ſed ſatis eſſe,quod peccatũ non placeat,licet neque diſpliceat; vel etiam diſpliceat,ita tamen, vt illa diſplicẽtia non perueniat ad illum,quem contritio exigit,gradum & ſtatum. Hoc ſeptimum efficaciter videtur probari quarto fundamento & aliis tribus abſurdis, quæ contrariã opinionem conſequerentur. Quorum primum eſt, quod ſatius eſſet populum à parochis, & concionatoribus non inuitari ad Confeſsionem peccatorum generalem, quoniam verbis illius Confeſsionis generalis multis veniunt in memoriam peccata ſua practicè tamquam deteſtabilia:& tamen maior pars populi ; immo fere totus non vſque adeo dolet,vt ad contritionem perueniat ille dolor, & ita peccaret mortaliter nouo peccato. Secundum abſurdum,quod conſequeretur,eſt,eos,qui Confeſsionem adornant, & ſe ad illam faciendam parant,cùm id facere incipiunt, peccare mortaliter, vt plurimùm, quia vt plurimum non eſt eis ab initio dolor cõtritionis:ſed ſolùm attritionis. Tertium autem,quod cõſequeretur,abſurdum,eſt,omnes,qui peccatum mortiferum nondum contritum atterunt,mortaliter peccare , quibus quid à vero alienus. Quare in Concilio Tridentino, [c] declarata fuerunt, hæc eſſe hæretica multo tempore poſtquam nos hæc ſcripſimus. Quod autem hæc ſequerentur,patet, quoniam in temporis momento contritio haberi poteſt,iuxta illud. [d] *In quacumque hora ingemuerit peccator,omnium iniquitatum eius non recordabor*. [e] Si ergo quam citiſsimè commodè potes , ad contritionem peccati memoriæ occurrentis habendã ſub nouo teneris peccato,& triplex genus hominum prædictum recordatur peccata mortalia nõdum contrita ; & temporis momento ea conterere poteſt;ſequitur profecto,eos præcepti tranſgreſſores eſſe,eoquod ea non continuerunt;& per conſequutionẽ mortaliter peccare. Et ita primis malum fuiſſe generalem Confeſsionem feciſſe ; malum ſecundis peccata ſua reminiſci cœpiſſe ; malum tertiis attritionem habuiſſe.

Neque mihi dicas, ſcandalum hoc eſſe acceptum non datum,&c. quia nolo concludere inducentes ad attritionem peccare,ſed eos qui inducuntur. Quin & facile fuerit concludere, inducentes ad attritionem primum, quo paulatim ad contritionem inducantur,peccare,quod vix pius audiat. Hanc concluſionem in ſpecie aſſeruit Adrianus Papa huius nominis VI.vir plane pius, [f] & Thomas à Vio. [g] Idem tenet etiam in q. 3. de Confeſſ. & ante illos vir piiſsimus Thomas ille Aquinas, [h] cum ait : *Finalis impœnitentia dupliciter capitur : vno modo pro propoſito non pœnitendi,& ſic eſt ſpeciale peccatum. Alio modo pro permanentia in peccato,quia non dolet, & hæc eſt circumſtantia peccati, & non ſpeciale peccatum*, ecce quod permanere in peccato mortali non auget numerum peccatorum.Nam ſecundum hunc grauiſsimum auctorem,numerus non eſt peccati circumſtantia,vt mox in capitulo ſequenti trademus. Facit vltra prædicta,quod niſi hanc opinionem teneamus, tenere oportebit numquam aliquem de ſolo vno peccato puniendum, quandoquidem ſemper aderit aliud, quod in non conterendo illud admiſit.

Non obſtant , quæ pro contraria parte allegata fuêre, non primum , concedo enim Dauidem à monitione Nathan propheræ ſtatim habuiſſe contritionem , [i] ſed nego eſſe neceſſariam illationem, Dauid hoc fecit,ergo & nos id facere tenemur.Nam & Dauid media nocte ad laudandum

a *Cap. duo. de conſe crat. diſtin.4.*

b *Cap. omnis de pœnit. & remiſſ.*

c *De pœnit. & remiſſ.*

d *Apud Matthæum 11.c.*

e *Cap. ſicut tribus gradibus. de pœnit. diſt 1. capit. ſed · penſandum. diſt. 6.*

f *Nahum 1.*

g *23.q.5. & cap. æſt.§. de adulteriis, de indic.*

h *Eccleſiaſta cap.9. cap.ſi. de purg.cano.*

i *§.nihil inordinatũ. auth. de hæred. & fale. cap. ad hoc, 89. diſt.*

a In 4. diſtin. 17.q.1. col.3. verſic.ſecunda concluſio.

b *Cap.duõbus. 2. de electio. l.illud. ff. ad leg. Aquil.*

c *83. diſtin.in ſumma.*

d *23.q.3.*
c *Cap.2.4. à num.17.*
f *Eccleſ.5.*

g *4.part. qu. 97.mẽbro 4. art.1.*
h *Queſtio. 3. de Conſeſſ. col.4.*

o *Leg. in re furtiua.& l. ſin.ff.de cond. furt.*
p *l.n 4. diſt. 17.*

a Leg 1. §. ſi conuenerit ff. depoſit.& ca. contractus,de regul.iur. lib. 6.

Ezech.18.

b *Cap.nemo. capit. nullus, infra diſt.7.*

c *De regul. iur.*
d *2.2.qu. 33. art.2.*

c *De reſtitut.ſpoliat.*
f *2.2.qu. 62. art.fin.*

g *12.q.2.*

h *In cap.1.de conſtit.*
i *Ibid.col.12.*
k *In illa qu. 62.*

i *Leg.ratũ.l. quæ dicim°. ff.de ſolut.*
k *In§ fi.inſt. de inutil. ſtipul.*
l *In §.omnis. Inſt. de verbor.oblig.*
m *Inſi debitori ff.de ind.*
n *§.1.ff. de conſt. pecun.*

f In 4. de Confeſſ.q.3. col.2.
g *Quolib. 7. quod in parui⁹ opuſculis eſt.fol.54.vbi ſubtiliter hoc probat.*
h *2. 2.q.14. art.2.*

i *2. Reg. 12.*

dum Dominum ſurgebat : *Media nocte*, inquit, *ſurgebam ad confitendum tibi*. [a] At non quiuis rex , & quilibet alius eius conditionis,cuius erat Dauid ille rex tantus,tenetur id facere. Secundo quod ſuum illud peccatum non contriuit Dauid ſtatim atque illud admiſit; ſed poſteaquam fuit monitus; & tamen non legimus Dauidem pœnituiſſe; quod non pœnituiſſet ſtatim ; ſed tantùm quod non pœnituiſſet adulterij , & homicidij. Et ita ex Dauidis facto fortius argumentum pro noſtra;quàm pro contraria parte colligitur.quo ſoluitur primum,ſcilicet,cap.*illerex*. [b]

14 Ad ſecundum concedo,peccare illum , qui non liberat,quum poteſt,à morte corporea interne ſaltem manante;puta fame antequã illa mors eueniat , iuxta illud Symmachi , *non eſt grandis differentia an lethum inferat an admittat*. [c] Sic etiam fateor,eum, qui ſe vel alium à morte ſpirituali; nempe mortali peccato liberare poteſt , antequam moriatur,debere illum liberare.

15 At ſicut iam mortuum non tenetur illico reſuſcitare corporaliter,etiamſi poſsit,quod ſuo frequenter exemplo docuit Ieſus:ita etiam , qui ſe vel alium ſpiritualiter mortuum videt,non tenetur illico ſub nouo peccato ſuſcitare vel facere,quantùm poteſt, quo ſuſcitetur. Prædicta duo, quæ de non liberante alium à morte corporali vel ſpirituali diximus,limitanda ſunt,iuxta ea,quæ longè poſt hæc ſcripſimus in commentario cap. *non inferenda*. [d] cuius medulla transfertur in Manual. Confeſſ. [e]

Ad tertium eodem modo reſpõdeo, quo ad ſecundum.

Ad quartum reſpondeo illud ſapientis. [f] *Non tardes conuerti ad Dominum,neque differas de die in diem*,conſilium, non præceptum;vtilitatẽ, nõ neceſsitatẽ continere ſecundum Alexandrũ Alẽſem. [g] Et ſi quis vrgeat:vnde ſcit Alexãder id eſſe potius conſilij,quam præceptũ Reſpondeo,id poſſe colligi ex ea,quam ſapiens ſubiicit ratione,ſcilicet : *Subito enim venit ira illius,&c*. Hæc enim ratio demonſtrat dictum, quod per illam confirmatur , non ligare neceſſariò: quoniam non concludit periculum neceſſariò timendum. quamuis enim ira Dei quãdoque ſubito adueniat: vt plurimum tamen non ita euenit.

16 Et ita licet quolibet momento perire poſsimus & mori:non tamen ideo dicimur in extremis vel ipſo articulo mortis conſtituti.quia probabiliter putamus non inſtare mortem.Hinc eſt, quod ſi quis lethali culpa infectus ſubito moriatur : damnabitur quidem, & caſtigabitur ob eam culpam;non tamen ob illam,quam cõtraxit,eo quod in periculo moriendi conſtitutus ſibi nõ cauit ſecundum Adrianum. [h] Secundo poteſt ad hoc argumẽtum reſponderi , dictum illud Eccleſiaſtici neceſsitatem quidem ſignificare virandi periculi,quod moriens incurrere poſſet: non autem quod nouum peccatum incurratur non euitando illud peccatũ,quod fere in priore ſolutionẽ recidit.

17 Ad quintum concedo, eum, qui ſine die & ſine conditione promittit,præſenti die debere, & regulariter omnes,qui ex aliquo contractu ſimpliciter obligantur,teneri ad ſtatim ſoluendum:ita tamen,vt non veniat veluti cum ſacco paratus, [i] ſed cum quodam moderamine, & cum quodam competenti ſpatio;quod iudex arbitretur, vt habet gloſſ.memorabilis, [k] & ibi Angelus,qui & omnes alij hoc ipſum tenent, [l] quamuis conſuetudo iam fere vbique declarauit,illud moderamen decem dierum eſſe , vt dixit gloſſa , [m] & facit l. *promiſſor*. [n] qui decem dies dat conſtituenti ſe pro alio ſoluturum : at non tenemur nos conterere peccata ex noſtra promiſsione ; ſed ex lege diuina & naturæ id diſponente.

Contra tamen hoc opponat aliquis primò,quòd eadem ratio videatur in obligatione,quæ ex lege deſcendit;& in ea,quæ ex contractu : ſecundo,quod obligatus ex delicto ad ſtatim ſatisfaciendum tenetur. Nam & fur ſemper dicitur in mora eſſe. [o] & nos ex delicto tenemur cõterere ac confiteri.Quoniam qui non peccat,non tenetur conterere neque confiteri,ſecundum omnes. [p] Vbi rectè quidam annotarunt,vanum eſſe putare virginem matrem ſolitam confiteri Ioanni ſuo filio Ieſu ſubſtituto.

18 Quin & recepta ſententia eſt , etiam qui tantùm venialiter peccat,non teneri ad conterendum, vel confitendum,iure ſaltẽ cõmuni.quod fortè in cauſa fuit , quod de nullius Apoſtolorũ Cõfeſsione vllus quidquã prodiderit.

19 Quippe quod nullus eorum ab hauſto Spirituſancto ſaltem mortiferè peccauerit , & neminem eorum oportuerit confiteri , licet potuiſſet vel venialia vel mortalia prius admiſſa,quam ad Chriſtum ſe conuertiſſent, aut cæſitus die Pentecoſtes confirmati fuiſſent. Igitur cùm ex delicto, & non qualicumque; ſed mortifero ad contritionem & Confeſsionem teneamur ; ſequitur nos ad eam ſtatim faciendam teneri.

20 Ad horum prius reſpondeo , longam eſſe differentiam inter obligationem ex contractu , & obligationem ex lege deſcendentem. Quia contractus ſecundum propoſitum contrahentium obligant, [a] lex autem ſecundum mentem eam ferentis, quæ verò mens ſit contrahentium in dubio,lege declaratum eſt,nempe vt qui obligatur, ad ſtatim ſoluendum teneatur,quæ verò mens ſit legiſlatoris per eius ipſam legem,vel alias leges apparere poteſt: apparet autem per plurimas leges & rationes naturales, affirmatiua præcepta pro quouis tempore non obligare. Quibus illud Ezechielis addi poteſt. *Nolo mortem peccatoris ; ſed vt magis conuertatur & viuat*. Dedit enim Deus clementiſsimus, quæ ipſius maxima eſt clementia, totum vitæ ſpatium , quo erratorum pœniteat, [b] cùm tamen contrarium de contrahentium animo experientia conſter.Secundo quod per contractus ita obligamur , vt conſtituamur quaſi alieni detẽtores, iuxta legem,*qui actionem habet,rem videtur habere*. [c] per legem verò affirmatiuam non ita:ſed vt ad opera virtutis peragẽda,quæ loco, tempore , modo & fine debitis ſunt facienda, vt ſcribit S. Thomas. [d]

21 Ad poſterius autem reſpõdeo,ex delictis duas vt plurimum obligationes naſci, vna , qua damnum paſſo tenemur damnum à nobis illatũ reſtituere,altera,qua Reipub. vel iniuriam paſſo, tenemur non pro bonis,quæ abſtulimus,ſed pro iniuria illata ſatisfacere.

22 Concedo ergo eum,qui ex delicto tenetur,teneri ad reſtituendum ſtatim damnum,quod intulit,iuxta leges illas in argumento allatas,& iuxta cap. *ſæpe*. [e] & ſcripta per vtrumque Thomam. [f] Nego tamen, vllum pro delicto teneri ſtatim, quoad alterum obligationem , ſcilicet quoad pœnam pro iniuria exoluendam: ſiue illa corporea fuerit, ſiue pecuniaria , immo à pleriſque omnibus recepta eſt gloſſa putata ſingularis quæ poſtrema eſt,ca. *fraternitãs*. [g] quæ habet , neminem in conſcientia donec cõdemnetur, ad pœnam exoluendam teneri. Quam etiam in pœna ipſo iure incurſa locum habere,alias probauimus, [h] contra Panormitanum, & Felinum, [i] ſecuti,in hoc multos & in his Thomam à Vio omniũ ſubtiliſsime in hac re loquutum. [k] Obligatio autem hæc conterendi vel confitendi,non tangit reſtitutionem alicuius ablati; ſed ſatisfactionem iniuriæ à nobis Deo illatæ , idcirco non tenemur ad illam ſtatim faciendam ; quamquam ſtatim teneamur , damnum quod alicui dedimus,reſtituere.

24 Ad ſextum reſpondeo , concedendo illum , qui Dei amicus eſt,teneri præcepto,non quidem ſpeciali , ſed generali,ne fiat inimicus eius,concedendo item,eum,qui eſt inimicus Dei,teneri, ne fiat magis inimicus eius , & concedo eum, qui fit inimicus Dei , vel inimicior,quàm erat peccare quidem nouo peccato contra illud præceptum generale,& cõtra aliud aliquod particulare : nego tamen eſſe vllum præceptum negatiuum , quo vetemur manere in illa inimicitia contracta.

25 Et ita licet concedam , malum quidem eſſe manere in inimicitia tali,quia malus eſt ſtatus ; ſicut & malum eſt habere habitum vitioſum:nego tamen malè fieri, quia id non eſt actus,ſed ſtatus.Et conſtat neque bene neque malè nos de Deo mereri ſtatibus,vel habitibus bonis,vel malis: ſed actis rectè aut præuè perfectis per ea , quæ tradit Aquinas. [l]

26 Actio tamen eſt etiam , ſi talis malus ſtatus placeat; quod peccatum eſſe nemo negat. Sed aliud eſt ſtatum, in quo quis eſt,malum,ipſi placere , aliud eum ſimpliciter in malo illo ſtatu manere; neque abominando illum, neque mente,vel verbis laudando.

27 Ex his ergo perſpicuum fuerit , primò tanta eſſe in nos Deum clementiſsimum clementia, vt nolit nos nouè peccare , non conterendo peccatum lethale , etiam ſi

memoria versemus illud sine dolore, modo nullatenus placeat; quamquam periculo proximum videtur, plenè ad vsum meminisse peccatum; & illud neque placere, neque displicere; quod aliquos in diuersam partem mouere potuit. Sed hoc primo, vt verũ est in peccatis carnis, ita non est in alijs multis. Secundo tãtum periculi est in contritis, ac in non contritis. Tertio displicere possunt citra contritionem & dolorem ea dignum. Consilium tamen longè saluberrimum & omni affectu amplectendum fuerit, de omnibus peccatis siue contritis siue nõ contritis, quoties ita memoriæ occurrerint, dolorem concipere pro viribus egregium. Perspicuum fuerit & secundo, nõ teneri nos ad statim peccata, quæ admisimus, lethalia cõfitendum, nam si quod magis videtur inesse, non ineſt; neque id quod minus, vt habet glossa *c. cum in cunctis.*[a] & textus in ca. *si Paulus.*[b] At magis est necessaria contritio, quæ sola sine Confessione actuali iustificat animam,[c] quam Confessio actualis, quæ sola id non efficit, & ita magis videmur ad eam, quam ad Confessionem teneri. ergo si non tenemur statim conterere, neque statim confiteri obligabimur.

Subqritur tamen quæstio necessaria: scilicet, quando igitur tenebimur ita conterere, aut confiteri, vt nisi hoc fecerimus, nouè ac capitaliter peccaturi simus?

28 Ad hoc respondeo primum, attenta sola diuina lege, nullum tempus contritioni, vel Confessioni faciendæ determinatũ esse. Primò enim hoc nulla lege diuina cautum inuenias, & erubescendũ sine lege dicere aliquid lege definitum, dixit Imperator,[d] facit cap. *legatur.*[e] Deinde, quia lex de cõterendo, ac cõfitendo affirmatiua est, neque magis astringere videtur, quàm lex de baptizando, quia de similibus idem iudicamus,[f] at lex de baptizando iure diuino nullum tempus habet determinatum, vt sentit Thomas,[g] quod elatiùs ibi alter Thomas affirmat.

29 Nam & Martinus octo annis mansit catechumenus, & Ambrosius longo tempore. Constantinum autem Imperatorem in obitum vsque suum distulisse baptismum,* auctor est Anibrosius.[h] Tertio, quia præcepta affirmatiua ex parte temporis, tunc demum ligant, quando tempus necessitatis articulum adducit, vt scribit S. Thomas,[i] at præceptum de conterendo, ac confitendo affirmatiuum est; ergo ex parte temporis tunc ligabit, quando tempus necessitatis articulum induxerit

* Auctor est Ambrosius. D. *Ambrosius Eusebium Cæsariensem mala fidei in vita præsertim Constantini scribenda historiographum secutus est hallucinatus, vt probat Cæsar Baronius Tom. 3. Annalium Eccles. anno 324. Quo anno ex signatis antiquorum monumentorum tabulis probat Constantinum magnum à Siluestro Papa baptizatum, & lepra curatum fuisse.*

30 Ex hac postrema ratione sequitur primo, in mortis articulo constitutum ad conterendum & confitendũ teneri. quoniam talis articulus necesitatem concludit faciendi, quod illis præceptis affirmatiuis iubetur. Nã ille articulus indicat, verisimilẽ huius vitæ terminũ adesse: & contritio cum confessione, durante hac vita, facienda est: ergo tunc oportet illa facere. & in hac cõclusione omnes cõueniunt.

31 Ex eadem ratione sequitur secundo, toties quem ad conterendum & ad confitendum peccata teneri, quoties occurrit ei actio aliqua, quę necessario exigit, vt se contritio & Cõfessio præcedat: qualis est illa dulcissima Eucharistiæ sacramenti assumptio. Illud enim post lethale peccatum admissum nemo percipere debet, nisi contritus antea fuerit, & confessus. vt habetur in glossa in iure vnica.[k] quam totus mũdus seruat. quæ omni dubio procul tenenda est & seruanda, vt ibi aliàs latè ostendimus: quamquam Thomas à Vio,[l] asseruerit, nõ peccaturum mortaliter, qui habita contritione ante Confessionem Eucharistiam sumeret. quamuis id nemini sit consulendũ. Quæ opinio licet meo iudicio difficile repelli possit per solas sacras literas: aut per solã naturalẽ rationem, aut sola iura Pontificia: satis tamẽ mea sentẽtia explodi tur per cõsuetudinem.

32 Quandoquidem consuetudo vniuersalis perinde ligat, ac lex vniuersalis: & consuetudo particularis, ex lex particularis,[m] vt est textus iuris optimus in proposito:[n] at consuetudo Ecclesiæ vniuersæ, iam inde ab Apostolorum tempore habet, nequis, nisi confessus, ad sacram admittatur communionem, si est copia confessarij: ergo illa lex consuetudinaria obligat. Per quam considerationem nostra, quam glossa illa singularis olim asseruit, fũdatur propositio, & omnia Thomæ à Vio argumenta soluuntur; quippe quæ solo eo fundantur, quod nullo iure Pontificio nostra probatur propositio. Satis enim superque est, eandem totius Christianismi consensu mille quingentos annos seruatam. Quando & multo minus temporis ad huiusmodi legem inducendam suffecisset, iuxta quæ in illo cap. fin. & in illa l. *de quibus.* disponuntur & concluduntur. Facit, quod maiorem ad hoc sacramentum suscipiendum præparationem voluit Apostolus fieri, vt sentit in illo loco,[a] quam ad alia sacramenta suscipienda. De illo enim solo dixit: *Probet autem se homo, &c.* at in aliis quoque sacramentis suscipiendis exigitur contritio: ergo ad hoc suscipiendum desideratur Confesio. Facit & quod consuetudo est legum interpres optima,[b] etiam iuris diuini dubij; quod asserit Panormitanus receptus ab aliis,[c] & illud Apostoli. *Probet autem*, &c. de probatione per Confessionem interpretata, est consuetudo mille quingentorum annorum: ergo de illa est intelligendum. Quare Concilium Tridentinum,[d] declarauit, veram esse opinionem prædictæ glossæ. Quin & [e] excõmunicauit eum, qui contrarium docuerit vel prædicarit, vel in scholis disputando defendere præsumpserit.

33 Infertur tertio, necessariam esse contritionem quodlibet aliud sacramentum danti vel accipienti, quoniam illa sacramenti datio vel acceptio, necessitatẽ inducit adimplendi præceptum illud affirmatiuum de conterendo. Qui sacramenta neque accipi possunt iustè, neque dari ab eo, qui saltem non est contritus, vel se non existimat contritũ. De accipiente quidẽ videtur textus in *c. per Isaiam.*[f] ibi: *Tale cuique sit, quali corde ad accipiendũ accesserit.* Sed quia ibi solum de Eucharistia loquitur, aptiora sunt proposito verba illa,[g] ibi: *Omnia sacramenta prosunt digne sumentibus;* qui à contrario innuunt indigne sumentibus obesse, textus tamen mea sententia iuris optimus est in c. *illud.*[h] in quo Innocentius de sacramẽto vnctionis extremæ agens ait: *Non pœnitentibus istud fundi non potest, quia genus est sacramenti.* Quæ ratio concludit, nullum sacramentum impœnitenti esse dandum. Facit & ratio necessaria. Sacramenta instituta sunt à Saluatore nostro & data, quò per illa gratiam primam, vel eius augmentũ consequamur: qui ergo agnoscens, vel agnoscere debens, se in eo esse statu, qui gratiæ cõsequendæ repugnat; nempe in peccato mortali: scit aut scire debet in vanum & frustra se illud accipere: ergo irreuerentiã erga sacramentũ committit quod peccatum esse grande, nemo ambigit.

34 Est enim sacrilegium, argumentò eorum, quæ scribit S. Thomas.[i] Quòd verò dans sacramentũ, ni prius se per contritionẽ probauerit, peccet, probat illud c. *per Isaiam.*[k] in illis verbis; *Omnia sacramenta indigne tractantibus obsunt, prosunt tamen per eos dignè sumentibus.* Quamquam dici posset, quod quidam vir grauis aiebat, dantem vel recipientem sacramentum in mortali, non ideo peccare, quia non conteritur: sed quia irreuerenter, & indispositus ministrat sacramentum vel recipit. Sed quia hoc effectu idem fere est cum eo, quod dixi & dicam, quàquam subtilius, communiorem loquendi modum sequar.

35 Quarto subinfertur, adultum, qui baptismum contritione peccatorum, vel certè attritione tali, quę sacramenti accessione fiat contritio, non præhabita, suscipit, peccare vt post c. *firmissime.*[l] tradit Thomas. 3. parte. q. 68. art. 6.

36 Quinto subinfertur, eum, qui sine contritione vel attritione prædicta sua peccata confitentur confessario, & ab eo absolutionem suscipit, peccare; accipit enim in malo statu sacramentum vt est in c. *quod quidam.*[m] quid habet, Confessionem illius, qui non est contritus, admittendam quidem: sed eum non esse absoluendum. Quot ergo, bone Deus, iracundi & infensi peccant; confitentes & absolutionem irreuerentissimè accipientes, antequam è suis pectoribus simultatem, odium & vindictæ appetitum eradicent? Quot concubinarij, & alij vitio carnis infecti, & in his etiam sacrifici nonnulli horrendè peccant, dum antequam concubinas & peccandi occasiones propinquissimas integrè relinquant, vel sine firmo numquam ad eas redeundi proposito, diebus vel hebdo-

a 1. *ad Corin. ca.* 11.

b *Cap. cum dilectus. de consuetud. l. minime. ff. de legib.* c *In c. afsidens. de iud. col.* 13. *nume.* 25. d *Sess.* 13. *c.* 7. e *In c. eiusdẽ sess.*

f 1. *q.* 1. *vers. sacrificia.* g *Vers. hoc pœnè. h* 95. *dist.*

i 2. 2. *q.* 59. *ar.* 1. k 1. *q.* 1. *vers. Hoc pene.*

l 15. *q.* 1. *cap. omnis. c. agãt de consecrat. dist.* 4.

m *De pœnit. & remiss.*

madis singulis confitentur & communicãt, vel celebrant ter horrendè peccantes? Primo quod concubinas vel occasiones peccandi non dimittant. Secundo quòd absolutionem impudentes accipiant. Tertio quod impudentius communicant. Quot item magnatum obsequijs deputatorum confitentes peccant, dũ sine firmo ac integro proposito numquam suis heris cum offensa diuina parendi, se absoluendi patiuntur? Et tamen huiusmodi peccatorum nec pœnitet eos, immo nec meminerunt.

37 Sexto subinfertur, quod dolor simul ac pudor est dicere, omnes fere, qui ad discretionis ætatem, antequã confirmarentur, peruenerunt, peccasse, aut peccare mortaliter, dum confirmationis sacramentum accipiũt. Vix enim quemquam reperias, qui sacramentum illud sacrosanctissimum suscepturus, suam magis verrat cõscientiam, quam si pransurus esset, aut tantùm Episcopum alloquuturus. Et tanto meo iudicio grauius in hoc peccatur, quanto id sacramentum est maius ac tale, quo sine nullus est perfectus Christianus.[a] Quin & ausim dicere me non intelligere satis, quomodo à peccato excusem Episcopos pueros grandiusculos & alios maiores confirmantes nulla prius, quo per contritionem animos Deo parent, monitione præmissa: præsertim quod in ca. *vt ieiuni.*[b] statutum video monendos esse, qui confirmandi sunt, vt Confessionem faciant peccatorum.

38 Septimo infertur, quod multis lacrymis erat deplorandũ omnes fere, quotquot contrahunt matrimonia cum sanctissimum sacramentum accipiant, fœdissimum lethaleque peccatum contrahere. Siquidem pauci sunt, & collatione aliorum vnus vel duo, vel, vt ille ait, nemo, qui ad eam rem, tamquam ad sacramentum accedat; sed potius tamquam ad rẽ quãdam voluptuosam & pecuariã. Quod corollarium ante nos Diuus Antoninus & omnes alij posteriores asseruerunt. Quo factum fuit, vt Concilium Tridentinum licet non præceperit: hortatum tamen fuerit coniuges ad hoc in hęc verba: *Posttremo sancta Synodus coniuges hortatur, vt antequam contrahant vel saltem triduo ante matrimonij consummationem sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum pie accedant.*

39 Octauo infertur, vt honestum & sanctum, ita necessarium esse, quod ordine insigniendi sacro faciunt, nempe quod animas suas ad eam rem saltem per contritionẽ peccatorum suorum præparãt. Ordo enim vnum è septẽ noui testamenti sacramentis est vt habet glossa putata singularis,[c] & probatur latè in quarto sent.[d] probat neruosè Cõcilium Colonienſe nupertimum.[e] Quæ me ipsa ratio anthac monit, vt affirmarem eum, qui minoribus ordinibus, aut certè vno ex illis insigniendus est, necessario debere suorum peccatorum contritionem præmittere. Quoniam frequentior docentium opinio est, proprie quemlibet minorem ordinem sacramentũ esse; quamquam postea, quia magnæ apud me auctoritatis viros contra sentire vidi, & Concilium Colonienſe id indefinitum reliquit,[f] prope finem, paulum in eo asserendo cessaui. nunc tamen id ipsum assero.

40 Quia primo donec aliud Ecclesia iudicet in ea sum opinione, vt purem; illos à Christo Seruatore institutos, atque ideo sacramentum esse; quàquam circa illorum ministrum video quędam specialia. Secundo quòd nemo, qui contrarium tenuerit, negare poterit, hanc rem esse dubiam, donec aliud Ecclesia determinet: ergo qui eis insigniendũ se in peccato mortali exhibet,[g] periculo se subijcit in statu damnato suscipiendi: cui cõsequens est, ipsum lethaliter, peccaturum. Quia, qui periculum amat, peribit in illo.[g] Quod late trademus in ca. *si quis autem.*[h] Non sum tamen nescius, respondere mihi posse, cessare hoc argumentum in eo, qui contrariam partem bona fide crederet esse veram, iuxta glossam singularem,[i] & alia multa, quæ in illo cap. *si quis autem.* citabuntur. quod tamen, prędixi, vt rem rutiorem amplector, vt admonuimus in Manual. Confess.[k] Addo quod Concilium Tridentinum,[l] quamuis non declarauerit apertè, vtra prędictarum opinionũ sit verior, in communẽ tamen, quę nostra est, fuit proclinius.

41 Nono infertur, non esse præceptum vllum, quo sub damnatione perpetua teneamur prius confessi alia sacramenta suscipere; præterquam Eucharistiæ ac Pœnitentiæ.

a Ca. 1. *de consecr. distin.* 5.

b *De consec. distinct.* 5.

c *In c. cumiuxta. de transact.* d *Dist.* 24. e *Fol.* 190. *§. cum autẽ.*

f *Fol.* 398. *pag.* 2.

g *Eccles. cap.* 1. *& cap. ad audientiam. de homicid.* h *Infr. dist.* 7. i *Ca. Capellanus de sep.* k *Cap.* 22. *n.* 18. l *Sess.* 23. *cap.* 2. *&* 3.

Nulla enim lege naturaliter vel supernè à Deo data id vsquam reperitur præceptum. nulla item humana lege id iuberi comperies.

Contra quæ tamen facit primo c. *vt ieiuni.*[a] quod habet Confirmationis sacramento insigniendos, ad Confessionem esse monendos. Secundo facit, quod Paludanus,[b] dixit ad sacramentum Confirmationis, Ordinis, & extremæ Vnctionis suscipiendum, necessariam esse peccatorum Confessionem actualem. Tertio D. Thomas,[c] ait antè ordinem sacrum suscipiendũ præmittendam esse Confessionem. Quod & [d] Concilium Colonienſe nupertimum attestatur, & multorum habet consuetudo.

42 Ad horum primum respondeo, verbum monitio iurisperitis consilium & exhortationẽ significare, non præceptum, vt habet glossa finalis,[e] quæ asserit etiã illa verba; *moneas & inducas*, non inducere compulsionem. quod regulariter esse verum, latè firmat per plurima iura Felinus,[f] fortiori ergo ratione non inducit verbum sólum moneas. Facit quod illud etiam, quod de confirmatione à ieiunis suscipienda paulo antè id cap. habet, consilium est, secundum Siluestrum.[g] Quod tamen in præsentia neque probo neque reprobo, sed ad ea, quæ ibi latius anno proxime sequenti dicam, me remitto. Quoniam Cardinalis ibi & Paludanus ac alij contra sentiunt. Quare prior responsio multo est litteræ germanior, & iuri consonantior. Nunc autem quia vidi confirmationis sacramentum ministrari ab episcopis, tam in vrbe quam alibi post prandium sine vlla ieiunij mentione Siluestri opinioni accedo. *

Ad secundum respondeo illud Paludani soli cap. *vt ieiuni.* prælegato inniti, & ideo ita illi ac cap. in quo se fũdat, respondendum.

Ad tertium respondeo primum, sanctum quidem esse illud D. Thomæ: nequis ab Episcopis ordine insigniretur, nisi prius confessus, idque nouè staturum fuisse in prædicto Concilio Coloniẽsi; tamen nullo iure Romano communi hactenus esse cautum, nisi quando in ordinis sacri assumptione fuerit communicandum, quod de more fit in presbyterio.

Ex vltima parte glossæ colligitur, dilationem Confessionis vltra debitum tempus peccatum quidem esse vnum; sed non plura, & quo diutius, eo grauius esse; at non multiplicius, quod declarabimus cap. quod sequitur primo.

CAP. I.

PRINCIPIVM.

COnsideret qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseuerantia, in varietate personæ, & quali fecerit hoc tentatione, & in ipsius vitij multiplici executione. Oportet enim pœnitere fornicantem secundum excellentiam sui status, aut officij, aut secundum modum meretricis. Et in modo sui operis, & qualiter suam turpitudinem peregerit, si in loco sacrato, aut cui debuit excellentiam fidei: vt sunt domus dominorum, aut aliorum multorum, si in tempore orationi cõstituto, aut in festiuitate Sanctorum, & in tempore ieiunij. Cõsideret quantum perseueraverit, & defleat, quod perseueranter peccauit: & quanta victus fuerit impugnatione. Sunt qui non folum * vincuntur, sed vltro se peccato offerunt. Nec expectant tentationem: sed præueniunt voluptatem, & pertractant secum, quàm multiplici actiõe vitij delectabiliter peccauerint. Om-

a *De consec. distinct.* 5. b *In quarto. dist.* 7. *qu.* 2. *col.* 2. c *Quodlib.* 1. *art.* 11. d *Cano.* 26.

e *In c. cũ nostris. de consec. præbend.* f *In cap.* 2. *de sponsal. col.* 5. g *Verb. Confirmatio. q.* 5.

Aug. in lib. de vera & fal. pœnit. c. 14. *&* 15.

* *al. non vincuntur.*

nisi ista varietas confitenda est & defienda, vt cum agnouerit, quod peccatum est multum, cito inueniat Deũ propitium, id est cognoscendo augmentũ peccati, inueniat se, cuius ætatis fuerit, cuius sapiẽtiæ & ordinis, & statum omnem alterius non peccantis. Immoretur in istis singulis & sentiat modũ criminis purgans lacrymis omnẽ qualitatem vitij.

SVMMARIVM.

1 *Circumstantia quid.*
2 *Peccata multa ob circumstantiam solam.*
3 *Circumstantiam quandoque substantiale actui esse, in quantum ille peccatum est.*
4 *Circumstantiæ septem, & quare tot.*
5 *Circumstantiam non esse numerum peccatorum.*
6 *Et 13. Circumstantiam, quæ grauat, & non mutat speciem peccati, non necessario confitendam, neque grauare in infinitum. num. 7. Et quæ dicitur grauare in infinitum. num. 9. Et quæ mutat speciem. num. 14. & 52.*
8 *Pœna inferni infinita extensione, non intensione.*
10 *Circumstantiarum anxietas nimia confessioni fortè nocuit.*
11 *Circumstantias quocumque modo grauantes confitendas, dictu quidem facile. sed factu facile.*
12 *Peccata in hac vita, nec exactè, nec propter se puniri in foro exteriori, & minus in interiori. 17.*
15 *Circumstantia loci sola sanguinis, & seminis effusionem malam frequenter efficit.*
16 *Peccati speciem confitendam, quando vt plurimum est nota. num. 18.*
19 *Circumstantiam loci sacri confitendam, quando lege speciali prohibetur malum, quod in eo fit. num. 20. Et ideo raro numero 21.*
22 *Circumstantiam temporis confiteri vtile, sed non necessarium, nisi in duobus casibus. num. 33. & 39. & 40.*
23 *Opus omne seruile manuale est, & mechanicum, & ideo mentis solius opus nullum verè seruile. num. 24. Neque peccator verè seruus. num. 25. Sed solùm metaphoricos, sicut omnis, qui se rectè regit, est rex. num. 7.*
28 *Præcepti finis non præcipitur, nisi in præceptis super caritate latis. num. 29.*
30 *Præceptum de colendo die Dominico laxius Christiano, quam Iudæo de colendo Sabbatho.*
31 *Festis diebus contritionem non habendam necessario.*
32 *Franciscus à Victoria cum aliis duobus sui ordinis laudatur.*
34 *Præceptum de colendo die Dominico mysticè generale, ad literam speciale; mysticè quietem à peccatis, ad litteram ab opere seruili iubet.*
35 *Peccatum mortale rerum dominia non tollit.*
36 *Præcepti festorum fini magis contrarium mortale peccatum, quàm aliud opus seruile, non tamen ipsi præcepto.*
37 *Festo cur peius seditiosum agere, quàm texere, vel arare.*
38 *Peccat minimè faciens tutum, quod credit esse tutum, tutiore relicto.*
41 *Circumstantia numeri potius peccati multiplicatio est, quàm circumstantiæ & ideo confitenda, & quomodo. 42.*
43 *Frequenter fit, quod bis fit.*
44 *Vsuram, qui decies voluit sibi solui, decem peccata confitea-tur, & si semel tantùm pecuniam dedit.*
45 *Circumstantia numeri à meretrice & ab eo, qui iampridem non recitat preces horarias, quomodo confitenda.*
46 *Peccatorum numerum augeri voluntate interiori tantùm multiplicata, nisi quando exterius opus non interrumpitur. num. 48.*
47 *Peccati numerus augetur à fure furtum pluries contrectante, quoad forum interius, non quoad exterius.*
49 *Circumstantia personæ auget peccatum, sed non est confitenda necessario, nisi quando cum voto, vel statu peccatis directo pugnat. num. 50.*
51 *Circumstantia conscientiæ necessario confitenda secundum Adrianum; sed temperatur. num. 64.*
53 *Conscientiam etiam erroneam ligare.*
54 *Circumstantia dubietatis animi confitenda secundum Adrianum, sed temperatur. num. 64.*
55 *Peccat mortaliter, qui quod dubitat esse mortale, facit.*
56 *Peccant bis multi, dum se putant tantùm semel peccare.*
57 *Peccans omnis aut scit, aut præsumitur scire, se peccare, dum peccat.*
58 *Circumstantiæ manifestatio implicita sufficit.*
59 *Qualitas, quæ iure communi inest, non exprimenda.*
60 *Circumstantia nota confessario, non confitẽda alias sic, quamuis peccatum sit etiam notorium. nu. 61.*
62 *Confiteri homicidium non expressa occidendi voluntate, satis.*
63 *Gratia, in qua monachus genere nobilis se monachum & nobilem exprimit, ob hoc non inualida.*
64 *Circumstantiam conscientiæ contrariam fere semper implicitè cum peccato aperiri nisi erronea sit conscientia. nu. 65. Et idem de circumstantia dubietatis animi. nu. 66.*
67 *Circumstantia specialissima non semper exprimenda.*
68 *Circumstantia conscientiæ vel dubietatis disiunctim expressa sufficit.*
69 *Circumstantiam minuentem tacere non esse mendacium; sicuti neque tacere, quæ expressa iuuissent, gratiæ officiunt.*
72 *Circumstantia scientiæ grauat; ignorantiæ verò minuit: sed neutra speciem mutat, quamuis altera frequẽter excuset: & ideo vnius speciei peccata esse, quæ scientes & ignorantes peccant. nu. 73.*
74 *Lex generalis non addit maliciam peccato speciali lege prohibito: & ideo nec lex de conscientiæ non contraueniendo. num. 75.*
76 *Speciei derogat indiuiduum.*
77 *Conscientiæ contraueniens legi diuinæ naturali contrauenit, licet non ita legi superioris repugnans. nu. 78.*
79 *Consuetudo legi consona nil obligationis nouæ illi adiicit.*
80 *Circumstantia modi auget peccatum, sed raro mutat speciem: & ideo raro confitenda. num. 81. Et quomodo id faciendum. num. 82.*
83 *Circumstantiam concubitus vxorij tangentia duo singularia.*
85 *Peccandi causa minor maius efficit peccatum: & ideo carnis peccata minoris culpæ sunt, licet maioris infamiæ. num. 86. Et minus qui cum formosa, quàm qui cum deformi. nu. 88.*
87 *Ignorantia probabilis excusat; non probabilis minuit, auget affectata.*
89 *Peccat magis cæterus paribus maritus adulterans, quàm vxor: licet ea non accuset virum adulterij criminaliter. num. 90.*
91 *Circumstantia tentationis non confitenda, nisi quæ de sine malo manat, talis autem frequenter. n. 92. Licet frequentissimè omittatur vulgo. nu. 93.*
94 *Medendæ animæ cura parua, corporis vero curandi magna.*
95 *Lex minor maiori concurrenti secum cedit.*
96 *Circunstantia, per quam reuelatur tertia persona secundum omnes quando confitenda. & quando non, secundum veriorem opinionem, contra communem. nu. 104.*
97 *Confiteri habitu & voce simulatis licet, nam sufficit confessario ex relatione pœnitentis scire illum sibi subesse. nu. 98.*
99 *Præceptum de non ladendo alium potentius præcepto de confitendo circunstantiam.*
100 *Circunstantia, per quam aperta fieret periculum alicui, non confitenda: neque illa, per quam reuelaretur tertia persona illi, qui non creditur profuturus. nu. 101. & 104.*
102 *Confessarij facultatem non habet, qui sine periculo confiteri nequit, & ideo confessione non facta communicat. num. 103.*
104 *Circunstantiam per obliuionem omissam sine peccato, quod antea iam confessus es, fateri licet.*
105 *Gratia reformatoria valet, tacitè, quæ oportuit exprimi, si ea in reformata expressa fuerunt: etiam si coram alio Romano Pontifice reformatio facta fuerit. num. 106.*
107 *Confitens actum suo genere bonum in genere, & circunstantiam, quæ malum illum reddit, in specie satisfacit.*
108 *Confiteri quis vno verbo centum peccata potest, & altero centum altera: Et circunstantias eorum eiusdem speciei alio vnico verbo eidem confessario. num. 109. Immo & alteri. 110.*
111 *Circunstantiarum per obliuionem omissarum facile, & necessarium confitendi remedium.*
112 *Circunstantiæ sacrilegij omnes in specie specialissima non videntur necessario confitendæ, præsertim quando vt plurimum non sunt notæ & parum referat, an huius sint, an illius generis. num. 113.*
114 *Luxurię plures, quam sex, species vulgatæ, & illarum specialiores inueniuntur species.*
115 *Circunstantiam scandali omissam confitendi remedium.*
116 *Circunstantia scandali saltem formalis confitenda expresso peccato, in quod alium inducere intendebat.*
117 *Actus ab obiecto & etiam à fine sortitur speciem in genere morum.*
118 *Circunstantia deformitatis mulieris non necessario confitenda; licet culpam augeat.*
119 *Fornicationem simplicem non esse mortiferum dicere hæreticum; nam contra ius est naturæ.*
120 *Copulam, tam ordinariam, quam extraordinariam coniugum & aliorum longè differre. nu. 83.*
121 *Fornicationem ob continuatam etiam hodie deponi clericum.*
122 *Peccandi voluntas vnius horæ, vel diei maior, quàm horæ, vel diei dimidiati.*
123 *Peccatum dum continuatur non idem, quod peccatum pridem factum: & hoc leuius, illud grauius.*
124 *Intellectus l. si diutino. ff. de pœnis.*
125 *Homicidium pridem factum non esse morte dignum.*
126 *Peccata antiqua ob antiquitatem aliquando impunita? & quod non procedit in foro conscientiæ. num. 127. Neque exteriori spirituali. nu. 28.*

CAP. hoc, *consideret.* dies est & diuiditur in nouem partes. Prima circunstantias peccatorum & dolendas & confitendas determinat. Secunda ibi, *Desleat virtutem.* de virtute, quam quærere potuimus, non parta, dolendum continet. Tertia ibi, *Desleat etiam.* declarat illud. [a] *Offendens in vno, factus est omnium reus.* Quarta ibi, *Animaduertere.* subdit dolendum de scandalo aliis præstito. Quinta ibi: *In his verò,* consuluit, quid pœnitenti conuenit fugere. Sexta ibi, *Ponat se* subiicit nos debere arbitrio Confessarij stare, quoad satisfactionem. Septima ibi, *Cautus* Cõfessionem integram esse oportere ponit. Octaua ibi. *Paueat,* monet communicaturum. Nona ibi, *Tanto* pœnitentẽ à vomitu iterum resorbendo dehortatur.

a Iacobi 2.

Nota, ex principio primo, multas esse peccatorum circunstantias. quod ipsum probat. c. *aut factæ.* [b] & l. *aut factæ,* [c] & tradit Thomas, [d] vbi etiam alij. Diuus Antoninus, [e] & alij alibi, & Ioannes Gersonus. [f] Neque solum peccatorũ sunt circunstantiæ; sed etiam omnium aliorum actorum hominum; vt Aristoteles, [g] & S. Thomas [h] tractant.

b *Sup. dist. 1.* c *ff. de pœnis. & cap. sicut dignum. de homic.* d *In 4. d. 16. q. 3. parte, sit. 17. ca. 17. §. 4. fo. par. fol. 170.* g *In 3. Ethic. li. 1. 2. quæst. 7.* h *In illa q. 7. art. 1.*

1 Dicam ergo breuiter, quid circunstantia sit, & quotuplex, & qualis sit illa, quam confiteri tenemur, Et quidem circunstantia actus in genere definiri potest esse accidens actus humani, secundum S. Thomam, [i] & per consequẽs, circunstantia peccati, accidens quoddam ipsius erit peccati. Quæ vera esse, constat ex eo, quod quæ circunstant aliquid, licet ipsum attingant: tamen non sunt de ipsius substantia & essentia, vt ad sensum patet. Cùm ergo circunstantia ideo sic appelletur, quod peccatum vel alium actum circunstet; consequitur, ipsam non esse substantialem vel essentialem actui humano: neque per consequutionem illi actui, qui peccatum est. Quod enim rei constituendæ seu substantiandæ, vt ita dicam, non est necessarium; sed ei iam constitutæ ac perfectæ, siue substantiatæ aduenit, accidens est, vt Baldus cuius verbis vtor, ait, [k] quod potuit ille desumete ab Aristotele vel Porphyrio.

i *In illa q. 7. art. 1.* k *In l. in vendentis. q. 4. C. de cont. empt.*

2 Contra quod tamen posset opponi, quod multa quidẽ sunt peccata, quæ suo quidem genere, vel bona sunt, vel certe non mala; immo ad bonum & ad malum indifferentia: sed ex sola circũstantia sunt mala & peccata. Qualis est eleemosyna propter vanam gloriam data; qualis est duplicatus, sed alioqui moderatus die ieiunij esus. In priore quidem exemplo circunstantia finis efficit illam eleemosynam esse peccatum, qua sublata non esset; & in posteriore circunstantia temporis efficit, illum esum esse malum, qua sublata potius esset virtus. Facit quod Aristoteles [m] ait, probum quidem operari, quod oportet, & secundum alias circunstantias, ergo vitiosus operatur, secundum alias circunstantias: & per consequẽtiam aliquid est malum ob malam tantùm circunstantiam. Cui consequens est: illam esse de illius peccati substantia.

l *Cap. venerabilibus. §. fi. de sent. excom. lib. 6.* m *3. Ethic. c. 1.*

3 Ad hoc respondeo, circunstantias quidem dici accidẽtia peccati, in quantum peccatum est quædam actio, & quoddam ens naturale simpliciter cõsideratum: quamuis qua parte actio illa peccatum est, frequenter contingat, aliquam circunstantiam esse de illius peccati essentia in hunc sensum, quòd actio illa non esset peccatum, nisi adesset illi ea circunstantia: quod Alexandro Alensi, [a] placuit.

a *In 4. parte q. 77. art. 2. col. 2.*

4 Diuiditur autem primo circunstantia in septem species, quæ illo vers. antiquo à Paludano relato continẽtur.

Quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando:

Dicitur per quos, loco, *quibus auxilijs.*

b *In præcepta q. 7. art. 5.*

5 Quem ponit Thomas, [b] qui non addit illam particulã, *quoties* ea ratione, quod numerus peccatorum, neque ab Aristotele neque à Sancto Thoma pro circunstantia ponitur. Et merito, quoniam circunstantiæ circa eundem actum sunt, vt docet Sanctus Thomas: [c] numerus autem operationum non circunstat vnam & eandem operationem. non enim secundum furtum est circunstantia primi, aut econtrario; neque tertium secũdi. Ex quo sequitur, quod mox dicam, non minus quem teneri ad confitendum secundum, quàm primum; neque minus centesimum, quam secundum. Harum circunstantiarum tres tangunt actum, veluti metiẽtes ipsum; tempus scilicet locus, & modus. Vna tangit actum ex parte effectus, scilicet, *quid.* Tres ex parte causæ, vna scilicet ex parte agentis principalis, quam signat illa dictio, *quis.* Altera quæ se tenet ex parte causæ instrumentalis, quam signat illa dictio, *per quos,* vel *quibus auxiliis.* Tertia, quæ tangit finalem causam, quam designat illa dictio, *cur.* Et ita illa dictio, *quoties,* quæ à Paludão & à Diuo Antonino in locis prædictis ponitur, potius explendi carminis causa posita est, quam ob aliam necessitatem: nisi dicamus ideo positam, vt meminerimus numerum peccatorum eiusdem speciei aperiendum esse confessario; quamuis non sit circunstantia. Vnde aptior in se videtur vers. illo Thomæ, *Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando,* quo ad circunstantias actorum sciendas: sed quoad Confessionem faciendã vtilior alteri vers. propter illa, quæ de numero confitendo monere videtur.

c *In d. q. 7. art. 1.*

Rursus diuiditur circunstantia in quinque mẽbra: quædam enim neque grauat culpam, neque leuat; qualis est dextera manu vel sinistra furari. alia leuat, qualis est finis bonus vel ignorantia, [d] alia verò grauat culpam, sed non mutat in aliam speciem; qualis est magnitudo rei furto sublatæ. [e] alia verò mutat, sed non in infinitũ; qualis est festinatio superaddita esui non opportuno, quæ alia gulæ species est, [f] alia verò grauat & mutat in aliam speciem, & in infinitum; qualis est anticipatio horabilis horæ in die ieiunij addita esui præpropero secundum Paludanum, [g] communiter receptum. De cuius dicti veritate dicam proximo anno hac eadem extraordinaria prælectione, [h] sed cõmuni opinione retenta, merito dicatur mutare in aliam speciem & in infinitũ grauare: quia efficit ex vna specie gulę veniali, aliam mortalem. Vt potè hæc scripta latius tradidimus in Man. Confess. [i]

d *Cap. sicut dignum. de homic.* e *Cap. fi. 14. quæst. 6.* f *Cap. quinque. de consecr. dist. 5.* g *In 4. d. 16. q. 3.* h *In c. solent. de consecrat. dist. 1.* i *Pralud. 9. nu. 6.*

Quæ harum confitenda.

Et primi quidem generis circunstantias non tenemur confessario aperire neque præcepto, neque consilio; immo melius est eas tacere. Secundas possumus aperire, sed non tenemur; immo perfectionis fuerit nõ aperire. locus enim ille accusationi & non excusationi est deputatus, [k] at circunstantiæ secundæ pœnitentem excusant: ergo aptius tacentur, quã dicuntur. Omnia enim suis locis & temporibus conuenire debent. [l] Quod tamen intellige verum, nisi timeretur scandalum in audiente: vt si quis confiteretur se carnes in Quadragesima comedisse, & non aperiret se id ob ægrorationem fecisse: vel fateretur se polluisse, aut à fidei articulo aliquo dissensisse, & non aperiret ea dormiẽtem in somnijs potius passum fuisse, quàm feciſſe. Tertij verò generis circunstantias, quæ videlicet augent culpã, licet in aliam speciem non transferant, confitendas esse tenent multi; quorum de numero est etiã Ioan. Maior. [m] Pro quibus est primo hic textus his verbis: Omnis hęc varietas confitenda est. Ionuit enim omnes circunstantias in ipso cõtẽtas cõfitendas esse. & cõstat multas illarũ esse huiusmodi, puta, quę tãgitur in verbo, *Tẽtatione,* in verbo, *Stat* [n] &

k *c. omnis. de pœnit. & remiss.* l *Cap. si Ecclesia. 23. q. 4. facit c. in primis. 2. q. 1. & c. 3. 28. d.* m *In 4. d. 17. q. 3. sub finem.*

officij, & alias similes. secundo facit; quia secundum mensuram delicti debet esse plagarum modus, [a] ergo grauitas peccati detegenda est confessarijs. ergo & huius generis circunstantię, quæ culpam efficiunt grauiorem. Tertio facit, quòd alicubi excommunicatio maior incurritur pro magno furto, & non pro paruo: at necessarium est confessario scire, an confitens sit excommunicatus. [b] ergo necessariũ erit scire an furtũ fuerit magnũ, aut paruũ.

6 Contrariam tamen opinionem arbitror veriorem. moueor primò, quòd in illam est glossa nostri cap. [c] & S. Thomas, [d] quem bona doctorum pars probat, in quibus est Paludanus, [e] & etiam Gabriel. [f] Vbi etiam Iacobus Almaynus, eidem asserit. Et diuus Antoninus, [g] & Adrianus, [i] & Thomas à Vio idipsum dicit & præsupponit. [k] Et Prieras, cum in multis sue summæ locis, tum in Rosa aurea, [l] pro quibus facit primo, quòd illa circunstantia tantùm est necessariò confitenda, quæ in infinitum grauat, alioqui quælibet circunstantia venialis esset confitenda: quod tamen omnes negant.

7 At circunstantia, quę non mutat in aliam speciem peccati, non grauat infinitè culpam. Quod patet; nam solum grauat intensione, qua scilicet dolor pœnę fit maior: at numquam infinitè intenditur, quia numquam ille dolor erit infinitus, quo argumento Paludanus & Antoninus nituntur. Quibus tamen responderi posset negando primò, quod assumunt, scilicet nullam circunstantiá, quæ non grauat infinitè esse confitendam. & aliam quidẽ rationem esse de circunstantia veniali: aliam de circunstantia mortali.

8 Secundo negari posset, huius tertij generis circunstãtias non grauare in infinitum: quoniam magnitudo rei direpræ dici posset grauare in infinitum; non quidem quoad intensionem, neque quoad extensionem: quia cũ omni peccato mortali pœna debeatur infinita extensiuè, id est, quo ad durationem, & finita intensiuè, quoad doloris magnitudinem, nulla circunstantia etiam in aliam speciem mortalem trahens potest augere culpam in infinitum ad sensum prædictum. Nam quęcumque illa fuerit, non potest pœnam extendere, quoad durationem, neque intendere quoad dolorem infinitè, quia propter nullam peccatorum multitudinem, neque magnitudinem cuipiam incutietur dolor infinitè intensus secundũ omnes. at solum efficere potest, vt tempore infinito pro illa castigetur. Et in hoc sensu quælibet circunstantia grauiorem culpam efficiens potest dici in infinitum grauare: quia tempore infinito pro ea punietur damnatus secundum omnes. Ergo, cùm vel nulla circunstantia debeat dici grauare immensè, vel quælibet debeat huiusmodi appellari; consequens videtur, vel nullas vel omnes grauãtes confitendas. Argumentum tamen Paludani corroborari potest: & hæc solutio dilucidea consideratione, quòd dicere possumus, ideo aliquam circunstantiam appellari in infinitum grauantem, quòd ipsius sola deformitas ad infligendam pœnam infinitę durationis sufficeret; etiamsi aliunde peccato illi nõ deberetur infinitę durationis punitio. de quo paulo post dicemus.

Secundo moueor ad hanc communem opinionem tuẽdã argumento ab absurdo, quod validum est Iurisperitis, [m] si cõtraria opinio esset vera, sequeretur quod vix vllus eorum, qui semel tantũ in anno confitentur, & multa peccata mortalia committunt, daretur, qui sua peccata foret legitimè cõfessus. Quis enim, te rogo, tam sollicitus est, vt non solùm peccata ipsa operis, & oris, & cordis ad memoriã reuocet; & numerum illorum meminerit: sed etiã quãtã in quocũq; malo proposito morã traxerit, quãtã in dicẽdo; quãtã in faciendo; quories potuit illam voluntatẽ abigere, & non abegit. quãta cũ aduertẽtia, quãto iudicio & animi vigilantia? Quis denique locum sacrum, publicum, tempus orationis, ieiunij orum, tentationis, in vnoquoque magnitudinem vel exiguitatem satis vmquã expresit, qui multis lethalibus infectus fuerit.

10 Tertio moueor, quod hęc nimia circumstantiarum anxietas, & hęc conscientię tortura in caussa fortè fuerũt, quod multi abiecerint hanc de qua loquimur sacramẽtalem Confessionem rem piissimam & diuinam inuentum.

Quarto moueor; quod opinio altera molestam videtur & damnosam occupationem inducere Christianis. Cuius rei testimonium ferunt, qui ea sunt vsi in Confessionibus generalibus multorum annorum reiteradis, quo Iubelæis aptiores fierent. Quorum de numero & nos aliquando fuimus. Molestissimam enim esse illam, & scrupulis plenissimam viam, qua numquam tibi videare satis cõfessus, noto est notius. Eam vero inutilem esse patet ex eo, quod paulo plus tuus status à confessario cognoscitur per illam nimium anxiam narrationem, quam per aliam bona fide pectore simplici factam. Quod autem damnosa sit eiusmodi occupatio, illinc constat; quia quod illi operæ tribuis, illud amando Deo, & dulciter eo fruendo dare potuisses. Postremo adducor, quod vix vllus, qui ea vtitur opinione, quieta mẽte & amore Dei ornata ad sacrosanctam communionem accedit. Ingenti enim scrupulorum turba à tranquillitate deturbatus, totus est in timendo, nequa, circunstantia exciderit; quod frequenter expertus attestor. Quæ fusius scribere non sum grauatus, nequis tam facile arbitretur facere, sicut est dicere, omnes circunstantias quomodolibet culpam maiorem efficientes esse confitendas. Hanc quam olim defendimus partem nuper probasse videtur Concilium Tridentinum, quatenus ait, circunstantiam, quæ mutat speciem esse cõfitendam, & nullam aliam meminit.

11 Non obstant, quæ pro contraria parte fuêre allegata. Non primum, scilicet hoc cap. quia, vt à doctoribus declaratur, [b] multa consultiuè ponit non præceptiuè. Non obstat secundum; quia nego in hoc secreto conscientiæ iudicio parem omnino pœnam pro delicti satisfactione ponendam. Quia immo, vt postea dicemus, pœnitens, si noluerit assumere Pœnitentiam à confessario taxatam, rogare potest, vt eam ei minuat: immo quod neque in iudicio penitus exteriori huius seculi culpas exactè, ac propter se castigandas larè ostendit Thomas à Vio. [c]

12 Non obstat tertium; quia eo casu non ideo est pandẽda circumstantia, quia culpam augeat; sed quia caussa est, quare excommunicatio incursa sit, cuius absolutionem præexigit peccatorum dissolutio, argumento per locum à fortiori, cap. *duobus* & c. *si celebrat*. [e] Hæc de tertio circunstantiæ genere.

13 Hæc tamẽ conclusio limitari posse videtur Marsilio, [f] ne procedat in circunstantijs, quæ non solum grauius simpliciter reddunt peccatum, sed quadam notabili ac omnibus euidenti grauitate longè deformius efficiunt. Cuius rei pono aliquot exempla, quibus probetur simul & declaretur vtiliter hæc limitatio quotidiana. Quorum primum est in eo, qui cum matre coiuit, & ita incestũ admisit; quia consanguineam cognouit iuxta, cap. lex illa. [g] glossam, [h] & Panormitanum. [i] Sed quia is incestus longè ac omnibus euidenti grauitate deformior est; quàm alij multi, eam circũstantiã cõfitebitur: quãquã in hoc exẽplo dici potest huiusmodi circũstãtiã specie ab alijs incestibus efficere differẽtẽ, & quod alia species est incestus, quæ in linea cõmittitur ascendẽtiũ & descendentium: & alia, quæ in linea collaterali. Facit, quod alia est cognatio spiritalis, quæ paternitas dicitur; alia, quæ compaternitas; & alia, quæ fraternitas secũdum S. Thomam, [k] communiter receptum. Vbi pulchrè Paludanus. [l]

Sed replicari etiam potest, eum, qui cognouit matrem, non videri satisfacere, si dixerit, se cognouisse vnam ex ascendentibus: neque, qui cognouit filiam, se cognouisse vnam ex descendentibus: neque, qui neptem ex fratre cognouit, si dixerit se cognouisse vnam ex collateralibus: & tamen videtur peccatum in specie vltima confiteri.

Sed etiam hęc replicatio tolli potest, si dixerimus, non solùm cum consanguinitatis, vel affinitatis linea mutari speciem incestus; sed etiam cum gradu.

Secundum exemplum poni potest de illo, qui odium fortè proximi totum annum vel mensem continuauit. Nõ enim sufficere videtur huic fateri: *Odio habui proximum*, nisi & tempus tam longum, quo illud habuit, declaret.

Sed & in hoc exemplo dici potest, per huiusmodi continuationem numerum creuisse peccatorum. Et quia numerus est confitendus, vt postea dicam; hanc continuationem confitendam quidem esse, non prout est circunstantia quædam aggrauans peccatum; sed

prout

a *Deu. 25. & c. non afferamus. 24. q. 1.*

b *Arg. c. excommunicatus, ca. vego. 11. q. 3.*

c *In verbo, Oportet.*

d *In 4. distin. 16. q. 2. art. 2. qua. 3. & dist. 32. art. 5. q. 2. & dist. 41. q. 1. art. 4. q. 1. arg. fina.*

e *In illa dist. 16. q. 3. ar. 2.*

f *Quæst. 1. col. 9.*

g *Gelen. 24. h 3. parte, titulo 17. cap. 17. § 5.*

i *In 4. de Confessione. quæstio. 3. volum. 4. vers. Venio nunc.*

k *in 1. 2. qu. 18. art. 1. & in paruis Opuscul. quodlib. 10. fol. 55. aliud tom. 1. tract 5 & in summa, verbo, dies festos. 1. Casu 63.*

l *Casu 63.*

m *Ca. dudũ, de prebend. lib. 6. l. nam quod absurdũ ff. de hon. liber. at.*

a *Sess. 14. c. 5.*

b *In illa dist. 16.*

c *To. 1. tract. 5. q. 3. de Confess.*

d *De senten. excommuni.*

e *De cler. excom. minist.*

f *In 4. li sententiarum q. 32. ar. 1. col. 3*

g *36. q. 1.*

h *In authen. de incest. nup. in pr. nc.*

i *Cap. 1. & 2. de eo, qui cogno. consang. vxoris sue.*

k *In 4. distin. 42.*

l *Quæstio. 1. art. 1. concl. 4. 5. & 6.*

prout est manifestatiua numeri peccatorum. Quamquam & replicari potest de illo, qui totum annum impendit operæ, qua proximum occideret, alio tempore alio iens cum interruptione quidem operis interioris; non tamen exterioris. quod in multis quoque aliis peccatis cõtingere potest. Nam is, vt postea dicemus, solum vnum admittit peccatum: & tamen quis dicere audeat, eum satisfacere si dixerit; *Proximum occidere volui*?

Tertium exemplum poni potest de illo, qui mille ducatos vel aliud quid magnum furto surripuit. Non enim videtur satisfacere, dicendo se tantam quantitatem furatum esse, vt ad constituendum mortale sufficiat. Et quãquam hoc exemplum euitari posset, admittendum tamen videtur primò; quod fere nullus est, qui quantitatem verosimilem rei furto vel violenter subtractæ non fateatur. Secundo, quòd quędam occasio daretur mẽtiendi ei, qui furatus est, si liceret quantitatem tacere. Nam si, quod fere semper fit, interrogaretur à confessario quantitatem, occasionem haberet veritatem negandi; cùm id fateri nõ teneatur: at nulli est eiusmodi occasio danda. [a] Et quamuis hęc quoque ratio facile vitari posset; tamen placet exemplum ea ratione potissimum, quòd semper & ab omnibus ita fieri arbitror, &, vt ita fiat, omnes persuadere debemus, præsertim quia hoc facile factu est, & omnibus notum simul & certum, eiusmodi furtum per magnitudinem illam egregia grauitate deformari.

Quartum exemplum dari potest in eo, qui vna mala voluntate mille homines occidere voluisset. Non enim videtur satis is facturus, si fateatur se voluisse occidere hominem, vel etiam homines. Neque hoc exemplum tolli potest, si dicatur eiusmodi voluntatem; etsi quoad suam essentiam vnum sit peccatum; effectu tamen tam mentis, quàm morum genere multiplex esse, immo mille peccata. Sicut & tot sunt effectu stipulationes, quot sunt res, quas stipulamur, etiam si eas omnes vno verborum contextu petamus, & promittantur. [b] Non, inquam, ita tolli potest hoc exemplum: quia id verum est, quando res exprimuntur non quando sub nomine vno petuntur & promittuntur omnes, vt habetur in l. *quod dicitur*. cum glossa & communi. [c] Quin & Archidiaconus communiter receptus, [d] tenuit, vnum esse iuramentum, licet plura iurentur; etiam si speciatim illa exprimantur.

Quintum exemplum dari potest in eo, qui ferro tricipiti alium percuteret, triáque illi vulnera grauia infligeret. de quo sententia communis, vt Alexander in illa sua repetitione testatur, habet vnam quidem eo casu esse percussionem, sed multa vulnera. Quis enim ausit dicere, eiusmodi percussorem non teneri ad dicendum, ea se percussione tria æquè grauia vulnera inflixisse?

Possunt & alia multa id genus exempla tradi; quale est illud, super quo antehac fui rogatus, de illo, qui totam fere noctem fœdè ac turpiter cum fœmina concubuit, & se mille modis fœdauit; copulam tamen carnis cum ea semel habuit, confessusq; fuit se cum quadã fœmina semel coisse. Respondi certè non videri mihi satisfeciisse. tunc autẽ non tantum in peccati magnitudine; quantum in numero meum fundabam responsum: at quia potuit esse vnum tantùm peccatum, per hanc limitationem videri possum verè respondisse, etiam sola magnitudine attenta.

Pro limitatione & exemplis prędictis faciat, quòd vbi eadem ratio iuris inuenitur, idẽ quoque ius statuẽdũ est. [e] At eadem ratio confitendi videtur inueniri in circunstantia, qua tam insigniter & notabiliter augetur peccatum, sicut in ea, quę de vna specie in aliam peccatum transfertur. Nam ratio, quare circunstantia mutans speciem peccati confitenda est, non nascitur ex illa metaphysica consideratione; qua in genere morum alius videtur actus: sed quia noua malitia inuenitur, cum qua precedens coniuncta, multò & insigniter est maior. quę ratio sibi locum vẽdicare videtur in ea, de qua loquimur, circunstantia.

Ex quibus infertur, intentionem siue intensionem & feruorem illum voluntatis peccandi non esse confitendum; quippe qui difficile comprehenditur; vel certe non facile, neque cuilibet est notus, neque tam insigniter, vt prædictum est, peccatum augere videtur. Quanquam negari non potest fieri posse, vt tanta cum intensione aliquis vellet furari vnum ducatum, quo tantùm peccaret, quantum alius, qui remisse vellet furari mille.

Neque negari potest, grauitatem huiusmodi aliquibus eruditis adeo & plus notã esse; quã quãtitatis magnę, vel alterius circunstantiæ aliter & insigniter grauantis est aliis rudioribus: at durum videtur, vllos homines ad intensionem voluntatis malæ vllo casu confitendam obligare: quamuis arbitrer eum, qui hanc limitationem tenuerit, teneri quoque ad concedendum id frequenter faciendum esse, præsertim docto & acuto.

Secundo sequitur eum, qui hanc limitationem asseruerit, oportere fateri non posse dari regulam, qua dignoscatur, quanta grauitas sufficiat & requiratur, vt circunstantia grauans & non mutans confitenda sit. Quoties enim aliquid faciendum esse statuitur, nec determinatur quantitas; boni viri arbitrariè determinandum est. [a]

Ex quo infertur, vnumquemque oportere suorum actorum in hoc iudicem esse. Quod consequitur occasio plurimorum scrupulorum in bonis mentibus oriturorum; quibus tranquillitas animi tota pereat. Quandoquidem vix etiam doctissimus in particulari determinet, quæ grauitas fuerit necessario confitenda, & quæ non.

Quod si mihi nõ credas, exemplis agamus: ponas mortaliter peccare, qui centussem furatur; qui duos centusses furabitur, licet grauius peccet, tamen certum est apud hãc limitationem tenentes non teneri ad illam circunstantiã confitendam; immo, vt aliquos audio dicere, neque qui centum centusses furatus fuerit: qui autem cẽtum aureos, tenebitur. Dicat hic qui potest rationem efficacem, qua tam diuerse in his iudicat.

Pone item voluisse aliquem alium occidere hominem subitanea quadam voluntate, sed deliberata, is mortaliter peccat, si continuauit paulum illam, certum est apud hos nondum teneri ad illam extensionem confitẽdam; sed neque si continuet vnam horam, vel duas vel tres licet grauius peccet. si tamen octo dies, vel mensem continuet, tenebitur. Quis, te rogo, audeat determinare temporis illã quantitatem, post quam tenetur & citra quam non tenetur? Iam qui peccauit in loco sacro grauius peccat, quàm qui in profano. at vt supra in annotatione probabamus, nõ tenetur necessario confiteri quis circunstantiam loci; nisi quando contra libertatem, vel sanctitatem loci peccatur: at qui in sacratiore loco peccat, grauius delinquit, & qui sacratissimo in loco, grauius. Quis, te amabo, audeat determinare in sua præsertim caussa, quanta sit illa sanctitas, citra quam non tenebitur confiteri circunstantiã loci, & quanta illa, vltra quam tenebitur?

Hoc tertium corollarium, & quæ illud sequuntur magnopere me mouent, vt arbitrer facilius esse, quã supra posuimus conclusionem sine hac limitatione defendere; quã cum illa. Mouent me item quod nullatenus damnare ausim eum, qui non vteretur illa, quamuis vtentem plurimũ commendarem.

14 Valde item ad idem me mouet, quod in primo corollario diximus, neque parum, quod Aquinas ille doctissimus cum suis asseclis has conscientiæ torturas sensisse videtur, & arbitratur candido illi Christi pectori cõformiorem esse, Confessionem omnium peccatorum tranquillo animo sine huiusmodi circunstantijs, bona tamen fide factam, quam quæ cum his fieret animo scrupuloso & inquieto scrupuloque scrupulum, ansam velut ansa trahente.

Neque obstat ratio prædicta; quia nego causam finalem & integram confitendi circunstantiam, quæ mutat speciem, esse illam, quia per illam peccati augetur malitia, sed quia & augetur malitia & numerus peccatorum, & tenemur omnia peccata cõfiteri. Quę ratio tota in ea, de qua loquimur circumstantia non inuenitur.

Non obstant præfata exempla; quia dici potest necessarium esse in illis fere semper circunstantiam eiusmodi fateri: non ideo solùm, quia grauat; sed quia vt plurimum peccatorum numerum auget: & per illius circunstantiæ Confessionem explicitè vel implicitè colligitur numerus verosimilis peccatorum. Quia item etsi non augeat numerum peccatorum, auget tamen

restitu

a *Cap. si. de iniur. l. qui occidit. ff. ad Leg. Aquil.*

b *Leg. scire debemus. ff. de verb. obl.*

c *ff. de verb. oblig.*

d *In ca. i inter cetera. 22. quæst. 4.*

e *Le. illud ad Leg. Aq. cap. dudum. 2. de elect.*

a *Leg. 1. iuncta glos. ff. de iur. delib. & cap. de causis de offic. del.*

restituendi obligationem. & ita, vt restitutio iusta præcipiatur, & determinata fit quoq; inquisitio & manifestatio illati damni. Nam raro, aut numquam contingit in illis casibus, vnum tantum peccari, & restituendi obligationem non augeri. & lex, quæ populo magno datur, non respicit rara.[a]

Quarti verò generis circunstantiæ; nempe quæ mutát actionem in aliam speciem peccati venialem, non sunt necessario confitendæ, sola enim mortalia peccata tenemur confiteri, vt habetur in dicto cap. *omnis.* cum ibi annotatis. at huius generis circunstantiæ solum venialem efficiunt actionem: ergo propter malitiam ex illis orientem illa culpa solùm est venialis, & per consequutionem non necessariò aperienda Confessario.

Quinti verò generis circunstãtiæ,, scilicet quę mutant actionem in aliam mortiferæ culpæ speciem, necessariò sunt secundum omnes confitendę. exemplum in furto rei sacrę, & in effusione sanguinis iniuriosa, quę fit in Ecclesia. Nam omne peccatum speciatim confitendum est, vt mox dicemus declarando textum in verbo: *Qualitatem criminis.* at nisi qui furatus est rem sacram, dixerit se rem sacram abstulisse, non confitetur peccatum in sua specie. Ipse enim sacrilegium admiserat; & solum simplex furtũ fatetur. Sic & qui solum confitetur, se aliquem vulnerasse: nec addit illud in Ecclesia fecisse, tacet quod admisit, sacrilegium.

Operępretium tamen fuerit scire, quam dicemus circunstantiam huiusmodi, quę actionem de vna in aliam transferat speciem. Ad quod S. Thomas ait, [b]illam esse talem dicendam, quę vltra malitiam actus principalem, specialem cum ratione repugnantiam habet, vt in duobus exemplis prædictis.

Ex quo infertur, magnitudinem quantitatis rei furto ablatę non inducere nouam peccati speciem: quoniam non addit specialem cum ratione repugnantiam; quia furari ea ratione peccatum est, quod capiatur alienum inuito domino. Et siue multum capiatur, siue parum, modo res sit notabilis, eadem est cum ratione repugnantia; quia ideo solùm id malum est, quia inuito domino capitur alienum.

Alij verò cum Scoto dicunt, illam circunstantiam de vna in aliam speciem mutare peccatum; quę speciali prohibitione vetatur, vt in exemplis prędictis. Nam per secundum secũdę Tabulę pręceptum, vetatur occidi homo & vulnerari. [c]At speciatim prohibetur, ne in Ecclesia id fiat. cap. *ecclesiis.* cum aliis sequentibus. [d]Parisienses autem nouissimi in illa dist. 17. q. 4. eam appellant circunstantiá mutantem de vna specie in aliam mortalem, quãdo actio etiam si alio respectu mala nõ esset; ratio tamen illius circunstantię fieret mala. Exemplum de circunstantia loci in effusione sanguinis, vel seminis in Ecclesia facta.

15 Quamuis enim illa seminis, vel sanguinis effusio extra Ecclesiã nõ esset mala: quia inter maritũ & vxorẽ habita esset, vel quia iudicis alioqui iustè iudicátis auctoritate quis in ea occideretur vel vulneraretur; quia tamẽ in loco sacro fiũt, iniusta sũt & mala, per ea, quę late cõtra glossam scripsimus in cap. *Ecclesiis.* [e]Et omnes tres hi declarãdi modi satis conueniunt; & secundum videtur exponere primum; & tertius secundum. Ideo enim circunstantia videtur habere specialem cum ratione repugnantiá, quia specialiter illa prohibetur aliquo pręcepto. & quia specialiter illa prohibetur, ideo efficit, vt actio sit mala: quãuis aliunde nullam haberet malitiam.

16 Nota secundo ex verbo: *Qualitatem criminis*, esse Confessario aperiendam; hoc est, species peccatorum esse aperiendas. Pro quo facit, quòd non sufficit peccatum in genere confiteri sic; *Decem peccata superbiæ feci, Decem peccata luxurię admisi, Decies prœceptum de non occidendo sum trãsgressus. & ita de reliquis: sed speciatim tot fornicationes, tot adulteria, tot homicidia perpetraui.* Extat enim illa faceta cuiusdã sacrifici absolutio, Cũ enim pœnitẽs sese accusasset cõtra primũ prœceptũ, totũ posibile peccasse, cõtra secũdũ itẽ totũ posibile, & sic de aliis, nec vellet speciatim se alicuius criminis accusare, dixit cõfessarius; Age igitur totam posibilẽ pœnitentiá; & absoluo te tota posibili absolutione. Secũdo facit, quod Cõfessio sit sacerdoti, vt ille de pœnitẽtis statu diiudicet; & iuxta delicti quãtitatẽ taxet ei satisfactionem, iuxta c. *qui vult.* [a] ibi: *Caueat spiritalis iudex*, iunctis, quæ paulo post subiiciuntur, videlicet, *Iudiciaria enim potestas hoc postulat, vt quod debet iudicare discernat.* Optimus casus in extrauagante *quia quorundam.* Ioannis XXII. [b] Sed hoc facere nequit, nisi qui nouerit delictum pœnitentis, argumento l. *de quare.* [c] Tertio probatur, quia vel omnes peccatorum species exprimere oportet, aut nullas, aut quasdam sic, & quasdam non. Non secundum, alioqui sufficeret dicere: Decies mortaliter peccaui, licet vnum peccatum fuisset homicidij, aliud adulterij, aliud sacrilegij, aliud aliusmodi. Non tertium, nulla enim ratio reddi posse videtur, quod quasdam species confiteri teneamur, quasdam verò non teneamur: ergo dicendum est primum, scilicet, teneri nos ad confitendum omnes.

Contra tamen hanc conclusionem facit primò, quod hæc discussio molesta & melioris boni præpeditiua videtur, molestia expertis patet. Quod sit inutilis concluditur: quia ad eundem modum puniet Confessarius eum, qui superstitione vsus est per Geomantiam & Hydromantiam, sicut per Aeromantiam vel Pyromantiá: quas tamen species, superstitionis diuersas esse constat. [d] Quod autem sit impeditiua maioris boni, colligitur etiam experientia. nã & confessarij impediuntur à multis audiendis, & pœnitẽtes minus deuotè confitentur, dum illis tricis intricantur. Secundo contra conclusionem hanc facit, quod communis confitentium & confessariorum consuetudo contrarium habet. Tertio, quòd iudicium; hoc pœnitentiale dicitur medicinale & salutare, & pertinet ad aduentum Dei primum, secundum quem non venit iudicare, sed saluare iuxta illud. [e] *Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet ipsum: sed vt mundus saluetur per ipsum.*

17 Et ita iudicium hoc pœnitentiale non est propter semetipsum, sed propter aliud scilicet propter salutem & medicinam eius, qui peccauit. sicut neque cætera iudicia exteriora propter semetipsa sunt, sed vt per ipsa castigentur alij peccantes, [f] & ita non tam exacta quantio exigitur in hoc iudicio, sicut in illo diuino ac tremendo, in quo exacta & æqua culpæ pœna adamussim imponetur.

18 Ad horum primum, respondeo, conclusionem huius textus temperandam esse, ne procedat in illis peccati speciebus, quæ non sunt, vt plurimum notæ, & quibus non expressis confessarius perinde condemnaturus sit, vel absoluturus pœnitentem, ac si ea expressisset. Facit c. *postulasti.* & cap. *super litteris.* [g] cum ibi annotatis, quæ habent illá taciturnitatem obesse impetranti, quæ causa fuit concedendi aliquid, quod non fuisset concessum expressa veritate. Hanc conclusionẽ eleganter non sine magno mẽtiũ bonarũ & Deũ timentiũ consolatu defendit Tho. à Vio. [h]

Ad secundum nego, eruditorum confessariorum & cõfitentium consuetudinem aliud habere, quàm conclusio nostra, modo prædicto temperata.

Ad tertium respondeo concedendo, in hoc iudicio non esse necessariam exactam omnino malitiæ peccati cognitionem; dum vice versa concedatur, necessariam esse illá, quæ sufficiat ad morbi hominis ægroti curandi cognitionem. & ideo supra diximus, non omnium circunstantiarũ, etiam augentium culpam Confessionem esse necessariá: sed earum tantum, quæ speciem mutant; & nouam addunt cum ratione repugnantiam: & ita quædam media via (quã conclusio nostra, vt dictum est temperata, docet) eligenda est, & tenenda.

19 Nota tertio ex illo verbo, *Loco.* adiunctis illis verbis, quæ postea ponuntur, *loco sacrato*, & illis alijs. *Omnis hęc varietas confitenda est*: circunstantiam loci sacri esse confitendam. Pro quo secundo facit, quia omnis circunstantia, quæ de vna in aliam speciem mortalem transfert peccatum, confitenda est, vt in primo colligebamus notabili. At circunstantia loci est huiusmodi. Nam si quis furetur rem nõ sacram è loco non sacro, simplex furtum est: si autem è sacro, sacrilegium est: quia violatur locus sacer per irreuerentiam illi factam, [i] si quis item extra Ecclesiam aliũ vulneret simplex vulneratio est. Si quis autẽ id intra Ecclesiá faciat, sacrilegium est propter irreuerentiá loco sacro factam. Facit l. *si quis in hoc genus.* cum authen. quæ sequitur, *sed nouo iure.* [k]

Contra

a Col. 3.
b De verbor. signifi. col. 6.
c ff. de iudic. cap. iudicantem. 30. q. 5. 1. vbicunque. ff. de inter. act
d Cap. 1. 26. quæst. 2.
e Ioan. 3.
f Leg. 1. ff. de iust. & iur. 1. irrefragabili. de offic. ordi.
g De rescrip.
h In paruis Opuscul. To 1. tractat. 5. de Confess. qu. 3.
i Capit. quis. quis. 17. qu. 4.
k Cod. de Episc. & cler.

a Leg. *nam ad ea, ff. de legib.*
b In 4. distl. 16. q. 3. a. 2. q. 3.
c Exod. 20. c. si non licet. 23. q. 5.
d Infra, de consec. dist. 1. cap. proposuisti. de consec. eccle. vel alt.
e Infra, de consecr. dist. 5.

Contra quam tamen conclusionem facit, quod illam consequeretur, omnem malam voluntatem solo animo in Ecclesia conceptam esse sacrilegium; & in cuiuslibet talis voluntatis Confessione aperiendam esse loci circunstantiam, quod & durum videtur, & raro fieri arbitror. Secundo facit, quod nulla lege speciali prohibitum videtur, vt nullus inuideat in Ecclesia. Item nullam specialem cum ratione repugnantiá videtur habere eiusmodi inuidia intra Ecclesiam concepta: non certè magis, quàm furtum maius respectu minoris. Neque illa inuidia esset mala ratione loci, nisi aliunde malitiam haberet: ergo secũdum nullam consideriationem ex tribus in notabili primo relatis, potest dici circunstantia mutans de vna in aliam speciem mortalem: ergo non est necessario confitenda.

20 [a] Pro resolutione horum dicendum, omnem illam & solam circunstantiam loci esse necessario confitendam, quæ specialiter repugnat cum aliqua lege speciali; qualis est sanguinis, vel seminis effusio, vel voluntas ea in illo loco effundendi. qualis item omnis actio, quæ contra libertatem & immunitatem est ecclesiasticam; vt ad Ecclesiam confugientis extractio, contra cap. *inter alia.* [a] & l. *præsenti.* [b] Confirmatur per illud Thomæ à Vio. [c] *Circunstantia*, inquit, *loci sacri, quamuis omnia peccata per accidens grauet: illa tamen sola in sacrilegium conuertit, quæ loci sanctitati directe opponitur, aut his, quæ annexa sunt immunitati: vt est effusio sanguinis, vel seminis humani, qua diuinus impeditur cultus, ad quem habendum Ecclesia sanctificatur, & violentæ extractiones, quæ immunitati aduersantur, & his similia.* Corroboratur per illud eiusdem, [d] vbi ait, tunc demum loci sacri circunstantiam esse confitendam, quando actus peccati directò est sanctitati loci contrarius, id est, ei, ad quod locus est sanctificatus, vt, quia est contra sepulturam, vel contra diuinum cultum, vel contra libertatem ad illum confugientium, & depositarum rerum & aliarum huiusmodi.

21 Ex quibus infero, primo eum, qui inuidiam, negligẽtiam, superbiam, auaritiam, gulam, periurium, & his similia in Ecclesia commissa confitetur, non teneri necessario ad confitendam loci sacri circunstantiam.

Secundo infero, idem esse de illis, qui cùm intra Ecclesiam sunt, cupiunt percutere, vel occidere aliquem, vel rem habere cum aliqua; extra tamen locum sacrum.

Tertio infero voluntatem, quam quis extra Ecclesiam habet faciendi prædicta intra eam, circunstantiam loci necessario confitendam habere inuolutam.

Quarto infero, verum esse, quod interrogatus ante hac respondi ei, qui cùm esset in Ecclesia, cupiuit rem habere absolutè cum aliqua fortè, quæ in ipsius erat conspectu; non tamen descendit ad considerationem loci sacri vel non sacri. Memini enim, me respondere non inuoluere huiusmodi circunstantiam; nisi fortè illa mente fuit, vt data ei turpitudinis peragendæ opportunitate intra Ecclesiam, ibi eam peregisset. eo enim casu non haberet absolutam voluntatem, pro quo facit cap. *cum voluntate ac proposito, maleficia distinguantur,* [e] & l. *qui ea mente.* [f]

Quinto infero, circunstantiam loci raro esse necessario confitendam.

Nota quarto ex illo verbo, *Tempore*, circunstantiam tẽporis esse confitendam. Pro quo facit secundo, quod paulo post ait: *Si in tempore orationi constituto, vt festiuitates Sanctorum & tempora ieiunij.* Facit tertio, quòd omnis illa circunstantia est necessario confitenda, quæ specialem cum ratione repugnantiam habet, vt probatum est in notabili primo. At circunstantia hæc temporis sacri, specialem videtur habere repugnantiam cum ratione. rationi enim repugnat, vt, tempus quod laudando Deo est dicatum, in offendendo ipso impendatur, argumento cap. *ad nostram.* [g] & l. *legata inutiliter.* [h] Quarto facit, quod omne peccatum mortale est opus seruile, iuxta illud, [i] *Qui facit peccatum, seruus est peccati.* opus autem seruile prohibetur fieri die festo. [k] & per consequens speciatim prohibetur fieri peccatum mortale die festo. Cui consequens est, circunstantiam diei festi esse prohibitam specialiter: & ideo necessariò confitendam. Quinto facit, quod magis aduersatur obseruantiæ diei festi peccatum mortale: quàm alia opera manualia: quod asseuerat S. Thomas. [l]

Et si fortè S. Thomam neges, audi D. Augustinũ, [a] dicentẽ: *Melius faceret Iudæus in agro suo aliquid vtile, quam si in theatro seditiosus existeret, & melius fœmina eorum in die sabbati lanam faceret, quam quod tota die nœmenijs suis impudicè saltarent.* Sexto facit, quod in dubio pars tutior est eligenda. [b] at tutius est prædictam circunstantiam confiteri. Septimo facit, quod circunstantia facti loci confitenda est, vt prædictum fuit in notabili tertio. Adde quod Alexãder Alensis, [c] aiebat, eum, qui mortaliter peccat in die festo, vnum quidem peccatum peccare, quantum ad actùm; duo verò quantum ad reatum, sicut is qui virginem deflorando necat. Et Nicolaus Lyranus, [d] hanc partem asseruit, quem sequitur Diuus Antoninus, [e] quem rursus Angelus secutus est. Et idem tenet Maior, [f] Adrianus etiam. [g] Postremo facit, quod Ambrosius super illis verbis, Archisynagogus indignans, quod sabbato curasset. [h] ait: *Lex non hominem in sabbato curare, sed opera seruilia facere, id est, peccatis grauari prohibet.* Quod ipsum Augustinus tradit. [i] Quibus consentit Theophylactus. [k]

22 His tamen non obstantibus contrarium videtur dicendum primo, quia nullo speciali præcepto prohibetur fieri peccatum mortale in die festo.

23 Si enim aliqua talis prohibitio esset, maximè foret illa. *Non facies omne opus seruile*, quod colligitur ex ca. 20. Exodi iuncto c. 23. Leuitici, sed per illam solum prohibetur opus manuale mechanicum: solum enim illud dicitur seruile, secundum D. Thomam, [l] ergo peccata mortalia, quæ alioquin non sunt opera manualia, non prohibentur per illam prohibitionem festo die fieri. Secundo facit, quod multa peccata mortalia sunt penitus mentalia & quę nullatenus inter manualia cõnumerari possunt. [m] Ergo per illa non violantur festa.

24 Tertio facit, quod è sacra Scriptura non colligitur argumentum efficax; nisi iuxta sensum litteralem secundũ S. Thomam receptum, [n] at secundum litteralem & proprium sensum; appellatione operum seruilium, sola veniunt mechanica manualia, iuxta S. Thomam receptum. [o]

25 Quarto facit, quod lex pœnalis restringenda est; & non debet extra propriũ casum trahi: [p] sed lex illa: *Non fiat omne opus seruile in sabbato.* pœnalis est; quippe quæ pœnam æternam infligit transgressori: ergo non est extendenda vltra quàm propria significatio verborum patitur. at sicut existens in peccato mortali non est propriè seruus; sed tãtũ metaphoricos, siue similitudinariè, [q] appellatur seruus: vt in simili auaritia non est idololatria, quamuis metaphoricè ab Apostolo vocetur idolorum seruitus, [r] quod declarat D. Thomas. [s]

26 Ita seruile propriè dicitur, quod ad veros seruos pertinet; quãuis metaphoricè dici possint etiam ea, quæ ad eos, qui sunt serui, metaphoricè pertinẽt: ita nõ omnia peccata mortalia propriè pertinẽt ad eos qui verè sunt serui. Quę enim peccata in gubernãdis regnis & regẽdis populis, in belligerãdo, & id genus alijs fiũt, ad libertimos pertinẽt, [t] quãuis dici valeãt metaphoricè ac per similitudinẽ serui. ergo etiam non dicentur verè ac propriè seruilia. Cui consequens est, ea nõ prohiberi, per illam legem pœnalem de opere seruili non faciendo in sabbato: & per cõsequens neque in alio festo.

27 Facit in simili quod metaphoricè omnis, qui se suosque affectus rectè regit, rex dicitur: qui verò id non facit, minimè. [v] Cum tamen multi vitijs seruientes, vere sint reges & econtrario multi virtuti studentes verè serui. nec de his, sed de illis accipiendæ sunt leges de regibus statuentes.

28 Quinto facit quod finis præcepti non est in præcepto, vt ait D. Thomas receptus, [x] vbi per hoc concludit modum virtutis non cadere sub legis præcepta: & alias [y] aiebat, finem præcepti caritatem esse, iuxta illud Pauli, [z] *Finis præcepti caritas.*

29 Et ideo sola ipsa de caritate præcepta dari de fine aliorum præceptorum, non autem alia. Facit capit. *vides.* [a] vbi ait Augustinus, neminem quidem inuitum fieri bonum: at omnes debere cogi ad subeunda media, quibus tandem volentes boni fiant. Igitur & tertium Decalogi præceptum non præcipit finem illius, scilicet, quietem in Deo per gratiam: sed id, quod est medium,

a De immunit. eccles. b Cõdo his, qui ad eccles. confug. c 1. 2. quæst. 7. art. 1.
d In Opuscul. 1. tomo. tract. 31. respon. 12. vers. Secundum.
e De sponsa. excommun. f ff. de furtis.
g De appellat. h ff. de alimẽt. legat. cap. fin. de verb. signif. i Ioan. 8. k Exod. 20. iuncto ca. 23. Leuit. l 2. 2. q. 122. art. 4. vers. ad tertium.

a Lib. de Decem Chor.
b Cap. iuuenis. de spons. al. cap. ad audientiam de homic.
c In 3. parte. q. 32. membro 5. art. 2.
d Exod. 20. c.
e 3. par titul. 17. cap. 17. § 5. col. 2.
f In 4. distin. 17. quæst. 4.
g In 4. de Confess. q. 4. col. 4. vers. Vento nunc.
h Lucæ 13.
i In Epistola ad Ianuariũ cẽtesima decimanona.
k Super Ioã. caput. 5.
l In 1. senten. dist. 37. art. 5. q. 2. ad secũdum.
m Cap. testamentum. cap. sed pensandũ 6. dist. cap. sicut de pœnit. dist. 1.
n 1. parte. q. 1. art. 10. ad primum.
o In ulla dist. 37.
p Cap. pœne. de pœnit. dist. 1. l. interpretatione. ff. de pœnis.
q Apud. Ioã. cap. 8.
r Cap. 5. ad Ephes.
s 2. 2. quæstio. 118. art. 1. ad quartum.
t Leg Barbarius ff. de offi. Prætor. § vetum. 3. q. 7.
v Cap. si. 2. qu. 1.
x 1. 2. q. 100. art. 9.
y 2. 2. q. 44. art. 1.
z 1. Timot. 1.
a 23. q. 6.

dium,quo ad illam peruenianmus quietem, nempe corpoream, & exteriorem quemdam cultum, quo in interiore inducamur. Sexto facit, quod quemadmodum omni populo festa sunt ad orandum deputata, ita clericis omnes dies: & tamen nemo dixerit, clericum bis peccare singulis diebus,quibus semel mortaliter peccat. Neque obstat, si dicatur, totum festum populo ad quietem esse deputatum; non autem omnes dies totos clericis ad orandum. Non,inquam, hoc obstat: quia primo diebus festis in qualibet illarum parte non tenemur orare. secundo quia potest peccare vnus clericus,quando alij clerici matutinis,primæ,vel aliis precibus horariis incumbút & incumbere debent. at quis dicat ipsum ob hoc bis peccasse.

30 Septimo facit, quod præceptum de colendo die Dominico & aliis festis, non est Christianis arctius,quàm Iudæis præceptum de sabbatho colendo; immo laxius, vt testatur D.Thomas:[a] at Iudæis solus exterior cultus, & quies imperabatur externa: ergo Christianis non est præcepta vtraque quies; corporis scilicet,& animæ.

31 Alioqui sequeretur quemuis mortali peccato infectum,quouis die festo sub pœna noui peccati ad peccatorum contritionem teneri. Quod non sine maximo cõscientiarum scrupulo aliqui, piè quidem,sed leuiter asseruerunt: quod tamen ridet Thomas à Vio 2.[b]Facit,quod ibi Aquinas doctissimè de more dixit,scilicet,præceptum illud Decalogi de colendo sabbato solùm de cultu exteriori fuisse datum: non de interiori. Quia,vt inquit, ad cultum interiorem, qui oratione ac deuotione constat, magis inducitur homo ex interiore sancti Spiritus instinctu: & ideo præceptum, legis dandum fuit de exteriori cultu,secundum aliquod sensibile signum.

Octauo moueor per textum ipsum, [c]qui habet: *Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: septimo autem die sabbatum Domini est. Non facies in eo omne opus, &c.* Per quæ verba non obscure ostendit illa Scriptura ea solum opera ibi,ne die festo fiant, prohiberi, quæ aliis diebus facere licebat. Cum igitur peccare mortaliter numquam liceat.[d] sequitur per illud præceptum, quatenus speciale est, sola illa opera prohiberi, quæ aliis diebus licitè fieri possunt: quod confirmant verba illa omnia, quę sequuntur, inter quę est illud:*Iumẽta tuũ, &c.* quod etiã repetitur Deut.5.c. additis aliis in hoc verba, *Bos & asinus & omne iumentum tuum.* post quę subsequuntur & illa: *Et peregrinus, qui est intra portas tuas,vt requiescat: seruus & ancilla tua, sicut & tu.* Per quę verba postrema facile intelligas de quiete corporis,& non animę disponere.

32 Denique in hanc partem moueor, quod inter recentiores hęc incipit esse frequentior opinio: nam & eam Franciscus à Victoria vir cum primis in Theologię facultate & doctus & resolutus Salmanticę tutabatur,quando nos ibi, antequam ad cathedram canonum primariam ascenderemus, hunc ipsum locum interpretantes hanc opinionem affirmauimus. Quam etiam duo insignes viri ex ipsius auditorio, & ante illos tertius, omnes ex eodẽ sodalitio, nempe illo splendidissimo Dominicano, qui in hac academia lauream in sacris literis supremam susceperunt, publicè defenderunt. Quam firmauit Thomas à Vio, [e] & ante illum Prieras, [f] & late in Aurea rosa, [g] vbi refert super hac quęstione doctissimos quosque ordinis Dominicani conuenisse, ac definisse hanc temporis sacri circunstantiam, neque necessario confitendam esse, neque illud doctrinę Thomę congruere. Tandem & ad redundantiam facit, quòd illa dicitur circunstantia mutás peccatum in aliam speciem, quæ faceret actionem lethalem; etiam si alioqui non esset, vt supra ex Maioris & aliorum mente concludebatur: at circunstantia festi non facit vllum actum capitalem, nisi aliunde talis fuerit: ergo eiusmodi circunstantia non est de illarum numero, quę speciem mutant. Cum hac parte transit etiam Iacobus Almaynus.[h] Sed & in libello Concordantiarum Oppositionum dictorum D. Thomę, [i] hoc idem determinatur. Cujus conclusionis veritas ex solutione eorum, quæ pro contraria parte sunt adducta,clarius apparebit.

Ad primum igitur eorum & secundum respondeo, Augustinum in nostro cap.multa consulendo dixisse,quorũ de numero sunt ea,quæ de temporis circunstantia confitẽda colligi possunt. Fateor enim,cæteris paribus,grauius esse peccatum die festo,& die orationi,vel ieiunio deputato,admissum propter quamdam irreuerentiam, quæ licet præter intentionem & propositum consequatur peccatum,non tamẽ in aliam transfert speciem. Et ita verbis illis:*Omnis ista varietas confitenda est*, supperaddi potest, de bono consilio,nõ autẽ de præcepto:nisi varietas illa talis sit quæ peccatum in aliam speciem lethalem transferat. Dixi supra,*præter intentionem & propositum*;nam si quis eo animo,quo violet festum,vel frangat ieiunium, vel orationem ipsam deputatam reddat inutilem, mortaliter peccet, proculdubio tenetur illam circunstantiam confiteri argumento.c.*cum volantate.*[a] & l.*qui iniuriæ.*[b] is enim planè violat siue violare vult diem festum.

34 Ad tertium verò nego peccatum mortale in festo die admissum,specialí cum ratione repugnantiam habere. nego item speciali præcepto,id prohibitum esse. Nam illud præceptum de sabbato colendo, quatenus secundum sensum mysticum continet ab omni peccato abstinentiã, & mentis in Deo quietem,generale præceptum est. & cũ præcepto illo de declinando à malo,& bono faciendo cõuertitur; vt ipse Thomas qui pro altera parte allegatur, ait,[c] quatenus autem est speciale;quale est secundum literalem sensum, tantùm occupationes prohibet exteriores,vt ipsemet Thomas ait,& non qua ratione occupatio illa est peccatũ,sed qua ratione est manuale opus mechanicum & verè seruile.

35 Ad quartum nego,omne peccatum mortale opus esse seruile;sed solum illud,quod opus est mechanicum. Et illud. [d] *Qui facit peccatum, seruus est peccati*, debet intelligi de seruitute metaphoriça ac similitudinaria, & non vera & propria. alioqui nullus existens in peccato mortali haberet verum rerum suarum dominium:quod est incidere in illam opinionem penitus falsam Armachani, quã posuit in suo libro,[e] ad Armenos; quamque late confutant Parisienses,[f] quámque veluti hæreticam Concilium dãnauit Constantiense, quæ est 15. inter articulos Ioannis Vvicleff,damnatos ibidem, & vt peccans mortaliter est seruus metaphoricè:ita & peccatum mortale seruile opus est non propriè,sed metaphoricè. Cui consequens est, illam legem grauem & pœnalem de non faciendo seruili opere in die festo ad illud non extendendam.

36 Ad quintum cõcedo, peccatum quidem mortale magis aduersari fini,in quem illud præceptum rendit;quàm opus aliud mechanicum:quoniam finis illius præcepti, & cuiusliber alterius est caritas.[g] Caritati verò maximè repugnat peccatum mortale,quod de lege ordinata incompatibile penitus est cum ea pro quo facit cap.*caritas est*, vt mihi videtur,coniuncto cap.*si enim.*[h] & aptior textus cap. *qui natus est ex Deo,non peccat*,& c.*omnis qui non diligit,in morte est.*[i] Nego tamen peccatum mortale magis repugnare præcepto ipsi,quàm opus mechanicum, quandoquidem hoc ad litteram eo prohibetur. Et inter omnes conuenit aliud esse,quod præcipitur,aliud finem,in quem præceptũ tendit,iuxta illa,quæ supra,ex S.Thoma,[k] excerpta citauimus. Quando saltem præceptum traditur non de fine, sed de his,quæ ad illum ordinantur:qualia sunt omnia præcepta præter ea,quæ de caritate dantur,secundum eũdem S.Thomam. [l] Qua ratione præcepta de caritate dicuntur maxima secundum ipsum ibidem.& ita intelligitur, quod ait S.Thomas,[m] peccatum mortale magis aduersari præcepto de colendo sabbato,quam opus manuale, quia eius fini magis aduersatur.

37 Illud autem Augustini,[n] vt est verum,ita nostro proposito non repugnat. Quis enim neget,minus malum esse arare bobus,& fodere ligonibus die festo;quàm seditionẽ in populo tumultuariam excitare? Quis item non videat minus malum esse filare,aut texere die festo:quàm lasciuè saltare? Quandoquidem seditionis malæ excitatio, & impudicitia præcepto diuino naturali sunt contraria: arare vero vel fodere festo die in lege noua contraria sunt tantùm legi humanæ,& in veteri tantùm erant contraria legi diuinæ supernæ, & non naturaliter datæ,id est ei quam multi appellant legem diuinam positiuam.

Ad sextum nego primo in hoc casu, rem esse dubiam

a 1.2.q.122. *artic. 4. ad quartum.*

b 2.2.q.122. *art.4.*

c *Exodi 20.*

d *Cap.itaque. 32.quæst.5.*

e 1.2.q.7. *ar. 1.2.2. q.122. artic. & in Sũma,verbo Dies festos. & in Opusculis quod lib. 10.fol.55.alias tom. 1.tract. 18.q.3.*

f *Verbo, Circunstantia.q. 3. & verbo; Dominica.q. fin.*

g *Casu 93.*

h *In 4.distin. 17.col.24.*

i *In dub.348.*

a *De sen. excommu.*

b *ff.de furtis.*

c *In illo. art. 4. præallegata quæst.122.*

d *Ioan.8.*

e *Cap.10.lib. 4.*

f *In 2.senten. dist.44.q.9.*

g *1.ad Timoth.1.*

h *De pœnit. dist.2.*

i *Supr. dist.1.*

k *1.2.q. 100. art.9.*

l *2.2.qu.44. art 1.*

m *2.2.q.122. art.4.*

n *Lib.de decem chor.*

quoniam, quando aliquid creditur esse verum per legem, rationem,vel auctoritatem sufficientem,non censetur res dubia; etiam si contrariam partem maior docentium pars teneat, vt habet textus qui multis putatur singularis. [a] Cui similis aut certe aptior, neque à paucioribus putatus singularis in l.2. [b] facit textus pulcherrimus in ca.*Nicena.* [c]

38 Respondeo secundo negando semper tutiorem partem eligendam esse; quoniam satis est eligere tutam, vt erudirè,& vtiliter declarat Antoninus,[d] & facit glossa recepta, quæ secunda est, [e] quam dixit singularem Alexander. [f] Quamquam verum sit,eum peccare mortaliter, qui facit aliquid dubitans,an sit peccatum mortale, necne iuxta illud.[g] *Qui amat periculum,peribit in illo.*sed aliud est dubitare, an tale quid faciendum sit, aliud credere ratione probabili,& auctoritate alicuius illustris Doctoris admonente; vt pulchrè in loco præcitato declarauit diuus Antoninus,& nos latius,& magis ad viuum disputabimus, [h] super illis verbis:*Tene certum & relinque incertum.* & resolutius post hæc tradidimus in Manual.Confess. [i]

39 Ad septimum nego in omni peccato circunstantiam sacri loci confitendam esse: sed tunc solùm, quando peccatum speciatim in sacro loco fieri prohibetur,iuxta illa, quæ supra, [k] sunt declarata. Sic nego in omni peccato, circunstantiam festi esse confitendam; sed tantum in illo peccato,quod speciatim die festo fieri prohibetur;quale est arare,ferere,vel metere die festo illa prædia,quę scis esse aliena. in cuiusmodi peccato saluari posset determinatio illa Alexandri Alensis in argumento citata; quamuis forte eius proposito non congrueret saluatio. Lyranus autem deceptus videtur ex verbis D. Thomæ, [l] qui primo aspectu in ea videtur esse opinione. quod tamen ipsius scholæ viri constanter negant, & contrarium monstrare magnis viribus contendunt. Adrianus autem leuiter id tetigit; Maioris vero auctoritas in hoc non est magni facienda:quoniam in ea est ipse opinione, vt dicat omnem circumstantiam augentem culpam esse confitendam. Cui opinioni consequens est, circunstantiam festi,etiam si non mutet in aliam speciem,esse confitendam. at nos contrariam & communem sequimur sententiam. Denique non exemplis sed legibus iudicandum est. [m]

Ad vltimum respondeo illa dicta Ambrosij, Augustini & Theophylacti procedere secundum sensum mysticum illius præcepti de sabbato colendo: quoniam secundum sensum litteralem falsa essent & intolerabilia. Quis enim audeat dicere per illud præceptum: *Non facies omne opus seruile in sabbato*, non fuisse opera manualia, etiam de se non mala,prohibita Iudæis? Quis neget ita eos vbique & semper intellexisse, & in hunc vsque diem intelligere? Quis item non affirmet præceptum de dominico die colendo esse,quoad prohibitionem operum attiner,conforme præcepto illi diuino de sabbato colendo,nisi quia parte aliqua est laxius? Et tamen constat per hoc præceptum de dominico die colendo multa nobis opera manualia,& quæ alioqui non sunt peccata, esse prohibita:ergo & illis illa prohibebantur.quod tamẽ videntur illi tres proceres negare:& ita claret eos secundum sensum mysticũ loqui.

Epilogus.

40 Igitur circunstantia temporis non est necessario confitenda, nisi quando peccatum ipsum esset opus manuale prohibitum fieri die festo; vel nisi ea mente quis peccaret,vt festũ ipsum violaret.& idem dicendum est de circunstantia diei,qui ieiunio,vel orationi est deputatus.

Nota quinto ex illis verbis:*multiplici executione*, numerum peccatorum confessario aperiendum esse, quod omnes necessario faciendum ore vno affirmant. Pro quo facit secundo textus ibi:*Quantum perseuerauerit.* Facit tertio, quia non est maior ratio, quare potius primum confiteare per iurium,quàm secundum,& hoc quàm tertium vel decimum vel centesimum: & constat vnum illorum confitendum: ergo alia omnia etiam sunt confitenda argumento cap.2. [n]

41 Quarto facit quod decretalis, *omnis.* [o] ait *omnia peccata*, sed vt supra in princip. annotauimus, numerus peccatorum non est circunstantia, sed additio peccati ad peccatum; & ita non est confitendus numerus, tamquam circunstantia peccati; sed tamquam quid principale,ac per se consideratum.

42 Addo tamen primò quòd non oportet, confitentem nimium esse anxium in exactè confitendo numero: sed sufficit bona fide exprimere certum,si recolit; alioqui verisimilem.puta 20.plus minus duo,vel centum plus minus decem,& sic de similibus,vt erudite de more docuit Thomas à Vio,[a] & ante illum Angelus. [b] Addo secundo,quod non sufficit dicere,Frequenter,siue,quod aiunt,multoties hoc feci.quod monstrat etiam idẽ Thomas à Vio, [c] quamuis Archidiaconus hic illud senserit, & clarius expresserit, [d] neque reprobare voluerit eum Angelus. [e]

43 Sed male mea sententia per prędicta;& quia eum reprobauit Alexandrinus ibidem; & quia verbum *frequenter*, siue *multoties* in duobus actis verificatur. vt habet glossa.1. fr.ecepta per omnes,& cõmendata per Georgium,[g] & ita sequeretur,quod,qui centies fornicatus est, satisfaceret dicendo tantùm,quantùm qui bis; quod nulla ratio admittit, & constat esse falsum; quippe non satis aperit suum statum. Vnde ait Maior, [h] vsurarium,qui decies voluit aliquid vltra sortem vi mutui capere,etiam circa eamdem pecuniam, non satisfacere, si dixerit, se semel pecuniam dedisse ad vsuram; nisi exprimat etiam id decies facere voluisse. Addo tertio sufficere sine illo numero suum statum explicare,vt si meretrix parata fuit decem annis sui copiam facere tam laicis,quàm clericis:tam non religiosis quàm religiosis:tam virginibus, quàm non virginibus; nunc tandem conuersa confitetur. Satis enim fuerit confiteri tanto se tempore,tam fœdę turpitudini sic manisse paratam,vt idem Thomas ibi concludit. Pro quo pondero, hic esse textum singularem dum paulo inferius ait:*Consideret,quantum perseuerauerit & defleat, quod perseuerauerit peccauit.*

45 Ex quo item sumenda praxis confitendi illam peccatorum Iliadem, in quam merguntur infœlices illi diuino mancipati officio,qui tempore multo nil minus,quàm precationes horarias recitarunt.

46 Addo quarto augeri numerum peccatorum,quoties peccatum vel voluntas peccandi interrupta iteratur secundum Ioannem Andream. [i] Pro quo facit illud Bartholi, [k]scilicet eum,qui vendiderit certi vini mẽsuram decem minis,stante lege,quod solis octo vendatur, toties delinquere,quoties vendit etiam eodem die. Facit etiam,quod vt receptior, ita verior est sententia tenens in actu interiori formalem esse bonitatẽ vel malitiam peccati, quam firmat D. Thomas. [l] Neque illam per exteriorem augeri, vel minui,si cætera paria manserint secundum eundem, [m] & secundum eundem & alios. [n]

Contra tamen hanc conclusionem videtur facere l.*nemo.* [o] quæ habet, quando plures actiones ex eodem facto manant, vna tantum agi posse. Contra hoc item facit l.*ei qui.*[p] & l.*inficiando.*[q] quibus cauetur, furem non teneri diuersis ac pluribus furti actionibus; licet eam rem, quam furatus fuerat,sæpius contrectauerit. Immo neque si eandem rem ab alio fure, qui ei furatus fuerat, recuperauit, quod ille.§.*infans.*habet.

47 Ad hæc respondendum est negando contrectationes illas interpolatas varias, non esse varia furta & peccata, sunt enim,quod asserit l.*quamuis.*[r] & gloss.in l.*vulgaris*,[s] & in cap.*vulgaris.*[t] & ita,quoad forum conscientiæ,vbi de veritate criminum agitur,numero multa sunt delicta: sed quoad iudicium exterius,in quo litium finis & raritas desideratur, non est nisi vnum, & vna tantùm datur actio. Distinguendo tamen inter momentanea crimina & successiua; & rursus in successiuis, inter ea,quibus plus animus attenditur quàm actus: & inter ea, in quibus plus actus,quàm animus. Quod prosequitur Bartholus cũ alijs. [v] & in l. *numquam.* [x] quæ hic ego veluti impertinentia non excutio. Nam & qui pluries ad alienam vxorem accedit, æquali pœna punitur,ac qui semel,vt habet glossa memorabilis recepta. [y] Et tamen quoad forum, de quo agimus, animæ,pluries deliquit.

48 Inuenio tamen hanc additionem siue conclusionem egregiè limitatam, quando opus ipsum exterius non interrumpitur; vt si quis vadat occisum aliquem, & totum diem fortè iter faciat;& sæpe cogitatum ad alia diuertens

a *In c.capellanus.de feriis.*

b *§.sed nequæ. C. de veteri iure enucleando.*

c *21.dist.*

d *1.part.tit.3. cap.10.§. 10. col.7.*

e *In cap. ecclesiast. de feriis.*

f *Consil.1.lib. 2.col.4.*

g *Ecclesiast. 3.*

h *In capit.3. infra dist.7.*

i *Cap 27.nu. 286.*

k *In nota. 3.*

l *In illo art. 4.q.122.2. 2.*

m *Leg.nemo. C.de sent. & interloc.*

n *De transla.prælat. & l.1.C. vnde vi.*

o *De pœnit. & remiss.*

a *Quæst. 3.de Confess in parvus Opusc. fol. 28. alias tom. 1. tract. 5.q.3.*

b *Verb. Interrogationes in Confessione. §. 6. & verbo, Confessio sacramentalis. §. 3.*

c *Ibidem.*

d *In cap imitare.6 q.1.*

e *In illo §.23.*

f *Cap.monasteria.de vita & honestate cler.*

g *In repetit. Cle. sæpe. de verb. signif. in principal.*

h *In 4.distin. 13.quæst. 29.*

i *In regul. Delictũ, col. pen.de regul. iur.lib. 6. in Mercuriali.*

k *In l.infitiãdo.§. infans. ff.de furt.n.5.*

l *1.2. quæst. 20.ar.1.& 2.*

m *In illa qu. 20.*

n *In secundo dist.40.*

o *§. quoties. de reg.iur.*

p *ff.de furt.*

q *§ infans.ff. eodem.*

r *ff. de furt.*

s *Eo. tit.*

t *Supra dist.1.*

v *In dict. §. inficiando.*

x *ff.de priuil. delict.*

y *In præallegata l.vulgaris.*

interrumpat ac reuocet. quoniam vnum tantùm dicetur peccatum secundum Thomam à Vio, qui subtiliter à viro quopiam erudito interrogatus respondit in libello 17. Responsorum. [a]

Ex quibus inferri videtur illam conclusionem, peccatum toties multiplicatur, quoties iteratur, intelligendam esse primò planè procedere, quando semel perfectum postea iteratur: vt si quis fornicationem opere completam iteret. Quando verò iteratur, antequam opere perficiatur, non multiplicari; licet exteriori opere durante frequenter interior voluntas nouetur. Sed neque contra, si manente voluntate eadem opus exterius ante delictum perfectum multiplicetur. Pro quo videtur casus in ca. *cum pro causſit*, [b] quod habet, eum, qui verberauit clericum in dormitorio, & postea eundem verberãdo traxit per claustrum, quamuis dum eum verberando trahebat, multo pluries, quam semel percussisset: non tamen nisi semel excommunicationem incurrere, quasi solum semel percussisset. Facit & quod Ioannes Andreas determinat, [c] scilicet eum, qui ter pugione clericum continuatis percussit vulneribus, vnam tantum excommunicationem incurrisse, non plures. Facit, quod ait Bartholus, [d] scilicet, eum, qui tota vna nocte cũ pluribus lusu prohibito lusit, semel tantùm lusisse. & [e] addit, stãte lege, ne quis vltra tres famulos secum ducat, qui viginti duxerit semel tantũ peccaturum.

Ex hac limitatione videtur oriri altera generalior, videlicet, quòd vnum tãtùm sit peccatum, quoties acta; siue interiora siue exteriora solum sunt via in aliquod vnum peccatum: nam illa etiã si fuerint interrupta, solùm vnum peccatum cõstituent. Pro quo facit illud cõmune dictum: vbi vnum propter aliud, vtrobique tantum vnum. Quod exponit Aquinas 1. [f] quando illud, quod est propter aliud, recipit vniuocam rationẽ ab illo. Et ne res exemplis egeat: primum fuerit in eo, qui volens aliquem occidere accipit arma, insidet equo, vocat familiam & amicos iam paratos ad occidendum, facit iter longum, & tandem occidit. Omnia enim hęc vnum constituent homicidium, quamuis interea multæ fuissent interruptiones. Secũdum exemplum fuerit in illo qui vadit ad furandum; parat scalas, aperit fenestram, & furatur. Is enim tantum videtur vnũ furti peccatum committere. Tertium fuerit exemplum in eo, qui in domum concubinę concedit, & quo in illum malum finem perueniat; longũ iter facit, & in itinere multa in eundem finẽ tendẽtia efficit. Is nõ videtur peccare, nisi vnum peccatũ fornicationis, esto fuerint interruptiones multæ.

Ex quo subinfertur acta interiora, quæ multa in suprascriptis exemplis contingunt interrupta, non esse, nisi vnum peccatum: nam si prædicti medio tempore loquantur cum amicis; aut comedant aut dormiant, & redeant aliæ numero distinctæ voluntates malæ, non sunt illæ distincta peccata: sed omnia faciunt vnum peccatum. Nam, quamuis sint plura entia, & in entis genere sint plura; in genere tamen peccati vnum sunt, sicut, quæ multa sunt in entis genere, vna domus sunt, vel vnus calceus in genere domus aut calcei. [g]

Non tamen otiosè dictum est in corollario, quando sunt via vel viæ ad aliud, quia si fuit interruptio per contrariam opinionem, vt si prædicti ante peccatũ perfectum proposuissent non perficere illud; vel pœnitentes propositi prioris, vel quia fessi & postea iterato perfectioni intenderent, iam distinctum peccatum peccarẽt. aliud enim fuit terminatum, & non mansit tamquam via: nam si quis fessus mutasset propositum peruenieadi ad concubinam, aut pecuniam alienam surripiendi, & persuasus à superueniente fure, vel alio leui homine, iterum proponat ire, & vadit; tunc duo distincta peccata videntur. quo casu planè procedit, quod ait, [h] Ioannes Andreas.

Ex quo iterum subinfertur ratio diuersitatis, quare, qui rem habet cum fœmina non tenetur fateri præambula colloquia & tactus, quæ tunc immediatè præcesserunt: & tamen si postquam semel rem habuisset; iterũ etiam continuo haberet, teneretur illam iteratam carnis copulam confiteri. Est inquam illa ratio, quod duarum copularum carnis altera non est via neque ordinatur ad alteram, alia tamen præambula sic. Quæ omnia proculdubio sunt vera quoad effectum necessitatis confitendi, vel non confitendi numerum peccatorum, vt latius monstramus in responso, quod nuper dedimus ad sex quæstiones super pertinentibus ad hæc nobis propositas à quodam viro egregio pio, & erudito; & quod decreuimus inserere Manual. Confessariorum. [a] Vbi quoad hunc effectum æquatimus præambula, & consequencia, & ea in quæ quis vno impetu fertur.

49 Noto sexto ex illis verbis, *statu aut officij*, circumstantiam personæ augere aliquando delictum: cæteris enim paribus magis peccat constitutus in dignitate, quam priuatus vt habetur in cap. *homo Christianus*, [b] Cuius verba sunt: *Homo Christianus propter duo fortiter cadit, aut propter magnitudinem criminis, aut propter altitudinem dignitatis.* Egregius textus in ca. 2. [c] ibi: *Idem archiepiscopi tamquam maiores plus excesserint.* vbi glossa citat illud Iuuenalis. [d]

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto, qui peccat, maior habetur.

Sic magis prælatus, quàm subditus peccat, vt habet cap. *præcipue*. [e] magis sciens, quàm ignarus, & magis qui affectat ignorantiam, quo liberius peccet; quàm qui scit. [f] Denique magis melior: quam minus bonus vel malus vt habet §. *desteat etiam*. 6 in illis verbis: *Hoc quisque peccator est culpa vilior, quo Deo erat acceptior.* & rursus in illis verbis: *Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit.* faciunt quæ ibi scribemus.

50 Hæc tamen circunstantia, etsi vtiliter manifestatur confessario; non est tamen cõfitenda necessario: quia non transfert de vna in aliam speciem, nisi peccatum voto vel statui confitentis directo aduersetur; vt quando religiosus fornicatur: nam tunc in sacrilegium transit. Cæterum si religiosus blasphemet, solius blasphemiæ reus erit, sicut & æquiliber alius blasphemans. quod declarat Thomas à Vio. [h] Ad hanc tamen circunstantiam personæ reduci potest illa conscientiæ contraria, quando videlicet quis facit, quod sibi non faciendum esse putat.

51 Oportet enim confiteri non solùm se peccasse: sed contra conscientiam id feciſſe; hoc est scienter mortaliter peccasse secundum Adrianum, [i] cui, qui contradicat, inuenio neminem.

52 Quod verum esse clarè demonstrari videtur ex eo, quòd omnis circunstantia, quæ habet specialem cum tatione repugnantiã, siue quæ speciali lege prohibetur; siue quæ sola efficeret actum mortalem, etiam si aliunde non esset malus, est necessaria confitenda per ea, quæ in notabili primo sunt dicta. at circunstantia hæc est huiusmodi, nam siue actus ex se bonus fuerit siue malus, siue indifferẽs; qualis est festucã ex arẽa tollere, mortale peccatũ est, si fiat contra conscientiã siue verè siue falsè dictanté eũ esse mortiferum per illud Apostoli: *Omne quod non est ex fide peccatũ est.* [k] vbi glossa dixit, omne quod est cõtra conscientiã, ædificare ad gehennã. & habetur in ca. fin. [l] & in c. *omnis*. [m]

53 Textus iuris optimus in ca. *per tuas*. [n] quod clarè id definit de conscientia etiam erronea. & tradit vterque Thomas, [o] & latè Ioannes Gerson, [p] quod ipsum docet Panormitanus cum alijs nostris in dicto cap. *per tuas*. [q] & alibi fæpe. igitur propositum.

54 Ad eandem circũstantiam personæ pari ratione pertinebit etiam circunstantia illa, quod peccatum est contra dubietatem animi; hoc est, quod peccatum fuit per eum, qui dubitabat, esset ne illud mortale, necne: quod etiã necessario confitendum esse, tenet Adrianus. [r] Et probatur, quia specialem cum ratione repugnantiam habet, & speciali lege prohibetur, & sola illa efficeret actum, qui alioqui esset bonus vel indifferens, mortalem; nam contra rationem est periculo perdendi amicitiam Dei, propter amorem vel mei, vel alterius me exponere. Lege item speciali prohibetur per illud. [s] *Qui amat periculum, peribit in illo*, per quod S. Thomas, [t] pronunciauit, quod receptum est ab omnibus, eum qui facit aliquid, quod est ei dubium, an sit peccatum mortale, mortaliter peccare.

55 Contra tamen has duas conclusiones facit primo, quod ex his sequeretur omnes fere peccantes bis peccare. Primo quod contra legem Dei, vel aliam præceptiuam agunt. deinde quod contra conscientiam, quæ hoc ipsum, quod lex illa dictat, faciunt. Secundo contra conclusiones prædictas facit, quod rarus est, qui has circunstantias confiteatur: rarior, qui hoc nouerit, rarissimus qui hoc doceat. Tertio facit, quod, si veræ sunt hæ conclusiones, omnes fere Christianos, quas antehac fecerunt, confessiones iterare oportebit; aut certe magnam eorum, quæ legitimè confessi sunt peccatorum partem.

56 Ad horũ primo respondeo primo concedendo, eum, qui hanc Adriani opinionem est defensurus, oportere fateri complures bis peccare, aut vnum quod duobus æquipollet secundum varias auctorum opiniones, [a] putando se tantùm semel, vel simplex peccatum peccare: sicut etiam bis peccat, qui furatur, vt mœchetur; licet puter, se tantum semel peccare, secundum mentem Aristotelis.

Quoniam qui furatur, vt mœchetur, potius est adulter, quam fur, secũdum Aristotelem, [b] & Thomam receptos, [c] concedendo item bis peccare ad sensum prædictum omnes, qui scienter peccãt, pro quo facit, quod Alexãder tertius, [d] scientiam inter circunstantias aggrauãtes numerat. Non tamen ex hoc infertur ad omnes scienter peccantes; nam qui peccant non animaduertẽtes se peccare, quorum de numero sunt plurimi, semel tãtùm peccant; etiam si in genere scirẽt, illud esse peccatum: in specie autem & in se applicando ad illud opus non animaduertunt illud, per quiddam simile, quod subtiliter in alio proposito Thomas à Vio docet, [e] de peccante contra conscientiam generalem, vel specialem, satis obscurè, quod nos clarius explicamus post hæc scripta in Manu. [f] tractabimus, & infra. [h]

Ad secundum responderi primo potest, defendendo prædictam Adriani opinionem, concedendo raritatem illam in argumento propositam, non tamen ex ea sequitur nostram conclusionem esse falsam. immo magis edendam & inculcandam, quo magis mortales à peccatis deterreantur, & minus diuinam offendant maiestatem.

57 Secundo & vtilius responderi potest cõcedendo taros esse, qui circunstantias has duas conteantur expressè: at plurimos confiteri eas implicitè ac inuolutè; omnes nempe illos, qui præsumuntur à confessario sciuisse illa esse peccata, cùm ea cõmitterẽt, quorum de numero sunt fere omnes. Nam qui confitentur, quę contra legem naturæ vel diuinam sunt, peccata confitentur, quæ ab omnibus fere sciuntur, vel sciri debent esse peccata. [i] Traditur in regula, *ignorantia*. [k] Qui vero confitentur, quæ contra humanas leges sunt peccata, etiã confitentur ea, quæ ab omnibus præsumuntur sciri esse peccata, [l] & ita qui confitetur aliquod peccatum, videtur cõfiteri scienter se peccasse; nisi addiderit, se ignoranter id commisisse. Ex qua solutione videtur inferri, circunstantiã illam secundum opinionem hanc confitendam quidem necessariò; sed semper vel quasi semper implicitè illam à confitentibus manifestari; quæ manifestatio implicita videtur sufficere.

58 Quoniam qualitas, quæ communi iure ineſt, vel ex narratis secundum ius commune colligitur, exprimi non debet; vt si quis archidiaconatum impetret, non oportet, eum exprimere illum esse curatum; quia iure cõmuni cura ei ineſt. [m] Et qui ait beneficio, quod impetrat, ineſſe potestatem excommunicandi & necessitatem audiendi Confessiones, satis exprimit, illud habere curam, secundũ eandem decisionem.

59 Et in vniuersum, quod communi iure ineſt, non esse exprimendum tradidit Vrbanus, quem refert Rota. [n] Tradit etiam Felinus. [o] Sed iure communi præsumitur, eum, qui peccauit scienter peccasse, ergo etiam, qui confitetur peccasse, confiteri videtur se scienter peccasse.

60 Facit secũdo, quod, sacerdos vel monachus qui confitetur se rem cum muliere habuisse, vel aliquid admisisse suo voto vel statui directò contrarium cõfessario, qui probè nouit confitentem esse monachum vel sacerdotẽ, non tenetur personæ circunstantiam fateri, argumento *eum qui certus est certiorari non oportet*, [p] quod pridem & non semel, nec sine auctore respondimus.

61 Nec opponas non sufficere, confessarium scire peccata confitentis; sed oportere, vt ipse confitens ore suo illa patefaciat etiamsi notoria sint secundum communẽ in ca. *omnis*. [q] & probatur in cap. *quem pœnitet*. [r] Quoniam respondeo primo, id verum esse de peccatis in se, non autem de circunstantijs, quas sufficit nosse confessarium. Secundo, respondeo eum, qui peccãtum confitetur ei, qui circunstantiam nouit, satis eam confiteri, saltem implicitè, licet non fateatur explicitè; quam implicitam Confessionem sufficere probare satagimus.

Facit tertio quod ait Siluester, [a] circunstantiam numeri satis palam fieri, quando ex verborum complexu confitentis confessarius, æquè intelligit illum, ac confitens.

62 Facit quarto, quod & Maior, [b] dixit, quod quamuis interior voluntas occidendi sit adeo magnum peccatum; sicut homicidium exterius, imo, cæteris paribus, exterius nil addit interiori, vt docet S. Thomas. [c] & nos tradidimus in ca. *magna*. [d] tamen satis est homicidam fateri se occidisse hominem, licet nil de voluntate occidẽdi alias palam sciat, quia implicitè satis aperit. Quinto facit, quod Angelus ait, [e] eum, qui cõfitetur rem cum mulieribus habuisse, satis confiteri se delectationes morosas fiequenter habuisse; eo quòd, vt plurimum ita se res habet. Sexto facit, quod singulariter & vtiliter ait Bonaũctura receptus, [f] eum, qui sua peccata ita est confessus, vt aliqua de causſa oporteat Confessionem iterare, satisfacere, si eidem confessario peccatorum memori, vel saltem penitentiæ pro illis impositæ secundum Paludanum dixerit: *Accuſo me pater omnium prius à me tibi patefactorum peccatorum, &c.*

63 Facit septimo, quòd qui genere nobilis est, dicẽs Papæ se monachum & nobilẽ, nõ decipit illũ super nobilitate: quia iure satis intelligitur, qua nobilitate ille sit nobilis, vt ait Roman. [g] tradit Felin. [h] & ipse ac alij alibi sæpe.

Ex quo infertur primo, quòd licet opinio Adriani prædicta sit vera; non tamen videri verum, quod ait, [i] eum, qui contra legem Dei & suam conscientiam peccauit, teneri ad confitendum, se scienter peccasse.

64 Quia immo, nisi addat se ignoranter erraſſe, videtur confiteri per prædicta, se scienter deliquisse. quod certè meam, quæ aliquando fuit scrupulosa, conscientiam, suauiter consolatum est.

65 Secundo infertur remedium, immo vera consolatio eorum, qui cũ sua confiterẽtur peccata, id nõ expresserũt.

66 Tertio infertur tunc solum necessariò confitendum contra conscientiam aliquod factum, quando nullam ob aliam legem id erat peccatum; nisi quia contra conscientiam erroneam factum fuit.

Quarto infertur tunc demum necessariò exprimendum, se contra dubium conscientię peccasse, quando nullam ob aliam causſam id esset peccatum, nisi quia contra legem prędictam de non se dubio peccandi mortaliter exponendo factum fuit. quod etiam maximè Deum timentes animas consolatur: nam qui confitetur peccatum, videtur in dubio confiteri, se id sciẽter admisisse. Cùm ergo scienter peccasse tam vel magis graue sit; quàm dubitãter id feciſſe, satis confiteretur illam dubietatis animæ circunstantiam.

Occurrit tamen hic oppositio grauis: quoniam in casu proposito mentiri videtur confitens, quia videtur fateri, se scienter mortale peccatum admisisse; & sic contra conscientiæ legem dictantem ei non esse id faciendum: & tamen aliud est, quod dubius animi aliquid effĩciat, & aliud, quod sciens ac prudens. [k]

Hoc quamuis maximè terreat, non tamen obstat: quoniam, quod supra dixi, eum, qui confitetur peccasse, presumi scientem & prudentem id malum feciſſe debet intelligi vel saltem dubitantem, quod quidam vnico verbo significare visus est. Sed scio replicari posse eruditum, peccatorum species exprimendas esse, vt supra, [l] dictum est. at alterius speciei esse peccatum, quod fit contra dubietatem animi: alterius, quod fit contra conscientiam. Immo posterius grauius aliquanto videtur priori. & ita, cum secundum hanc solutionem confitens se peccasse, videatur confiteri sub disiunctione peccasse, vel scientem & prudentem contra conscientiam, vel dubitantem contra animi dubietatem, nullam speciem determinatam confitetur. Et ita neutram confiteri videtur. argumento eorum, quæ dicemus in ca. *falsas*. [m] in prima bonæ Confessionis conditione.

Ad hoc respondeo primo negando, hæc peccata specie differre. Nam & neuosè probat Thomas à Vio, [n] peccatum scientis & ignorantis eiusdem speciei esse.

67 Secundo respondeo; non semper peccatorum species specialisimas exprimendas esse: sed eas tantùm, quæ

a C. 6. nu. 16

b 40. dist.

c De translat. prælat. colum. 3.
d Ex Satyr. 8.

e 11. quæst. 3.
f Cap. excellentissimus. 11. quæst. 3.
g Infrà eod. capite.

h 1. 2. qu. 7. art. 1.

i In 4. de Cõfess. quæst. 4. col. 4.

a In 4. d. 16.

b Ethic. 5.
c Prima secundæ. q. 18. artic. 6.
d In capit. sicut dignum. de homicid.

e In libel. 17. Responsionũ respon. 13. * alias Tom. 1. tract. 31. q 13. vers. septimum dubiũ.
f Prælud. 6. num. 9.
g In 4. 3. h dist. 7.

i Leg. fin. ff. de vit. nup. l. venia. C. de in ius. vocan. 1. 4. 4. §. notãdum.
k De reg. iur. lib. 6.
l Le leges. C. de legib. cap. fin. de constit.

m C. adhæc. de offi. archi. tradit Rota, dec. 13. de prob. in antiquioribus.
n In 610. decisio. in antiq. qua in nouę rub. est. 75. de referi. in antiq.
o In capit. in nostra. col. 4. de reſcript.

p De reg. iur. lib. 6. 1. ff. de actio. emp.

q De pœnit. & in 4. dist. 17.
r Supra. d. 1.

a Verb Confessio. 1. q. 11. in fine.

b In 4. dist. 17. q. 4. col. 3.

c 1. 2. quæstio. 20. art. 4.
d Supra di. 1.
e In verbor. interrogationes. § 6.
f In 4. dist. 17.

g Singul. 37. Virũ nobilis.
h In cap. super literis nu. 8. versic. 2. conclusio. de reſcript.
i In illa qu. 4. col. 4.

k Leg. de statu ff. de testamen.

l Notab. 2.

m Infr. eadẽ. distinctione.

n 1. 2. q. 79 art. 4.

In d. Me reuirali.

g Leg. eũ qui. ff. de vſucap.

vt plurimum notæ sunt. quod supra, [a] dictum est, cum de Mantię speciebus, scilicet, Pyromantia, Aëromantia, Hydromantia confitendis ex Thoma à Vio, [b] longè pulcherrimam doctrinam citauimus. Sic à simili circunstantias non semper in specie specialissima exprimendas: sed tunc demum, cum vt plurimum notæ sunt, arbitrari possumus. Cum igitur tam contra conscientiam factum, quàm contra ipsius dubietatem admissa redigi valeant ad vnam speciem, ad peccata, scilicet facta contra legem animi, non est requirenda specialior species necessariò confitenda: & ita sufficit etiam disiunctim eas confiteri.

68 Tertio responderi potest, eum, qui contra dubietatem agit animi, contra conscientiam agere saltem tacitam. qui enim anceps animi de faciendo à se, an sit mortale, operatur illud, contra id quod scit, aut scire debet non licere ipsi, facit: quamquam fateor grauius aliquanto esse facere contra expressam conscientiam, quam contra tacitam; non tamen adeo, vt muret speciem.

69 Respondeo quarto, non esse mendacium tacere in Confessione circunstantiam minuentem peccatum; immo perfectionis id esse, vt in primo notabili conclusum fuit. Quando igitur, qui confitetur se peccasse, intelligatur iuris præsumptione scienter id fecisse, nisi addiderit, se id contra dubium animi operatum esse, addere hoc, nil aliud fuerit, quam circunstantiam minuentem peccatum exprimere quod non est necesse. Et illud tacere nil aliud, quam circunstantiam minuentem peccatum tacere. quod non est mendacium, neque vlla subreptio nocens.

70 Quia tacere vel exprimere, quibus tacitis, vel expressis difficilius impetratur gratia, minimè illi nocet, iuxta illa, quæ leguntur & notantur in cap. *ad aures.* [c]

Ex his omnibus infertur, quod licet opinio Adriani prędicta, cui, vt dixi non inuenio vllum contradicentem, sit vera, videlicet, circumstantiam conscientiæ vel dubietatis animi, contra quam peccatur, esse circunstantiam, quæ mutat speciem, & ideo necessario confitendam: tamen ita temperari debet, vt procedat in his, quæ non alia de causa sunt peccata: nisi quia contra conscientiam, vel dubietatem erroneam facta sunt. sed tunc non est tam circunstantia peccati, quam lex, contra quam peccatur; priuata & erronea ligans eam habentem.

71 Secundo tęperanda est ita, vt teneamus, quod quamuis hęc sit circunstantia necessariò confitenda; tamen quicunque confitetur se peccasse, satis videatur illam implicitè confiteri. Et ideo quamuis non dixerit expresè confitens se scientem, vel dubio animo peccasse, non tamen tenebitur ad iterandam Confessionem eorum peccatorum, quæ scien<, vel dubio animo admisisset.

Cæterum, & si Adriani auctoritas apud me magna sit in re maximè tã frequenti, tamque animę salutem contingente, tamen rem altius perpendenti eius opinio parum tenenda videtur. Primo, quod nec Thomas, nec Gerson, nec alij quamplurimi, qui de conscientia scripserunt, hanc tam duram conclusionem meminerunt.

72 Secundo, quod licet, omnes posuerint scientiam inter circunstantias peccatum grauantes, & ignorantiam, vt plurimum inter circunstantias diminuentes: nemo tamen eorum dixit, scientiam de vna in aliam speciem mutare peccatum, præterquam, quod ignorantia probabilis frequenter excuset omnino à culpa. [d] Tertio facit, quod factum contra legem nõ esset peccatum, nisi qui facit illud, vel sciret illam, vel teneretur scire. argumento l. *quod te.* [e] Nam ignorãtiam inuincibilem siue probabilem, vt nostri vocant, à peccato excusare receptũ est ab omnibus, præcipue à D. Thoma. [f] Pro quo textus in ca. *Apostolica.* 8 vbi Panormitanus dixit, ignorantiam probabilem excusare, neque oportere nimis esse in inquirendo curiosum, modo non sit nimis desidiosus. ergo scientia non est peccati circunstantia, quæ mutat speciem peccati: sed quiddam necessarium ad hoc, vt lex liget, & ad hoc, vt dicatur peccatum, quod contra legem fit.

73 Quarto facit, quod Thomas à Vio concludit, [h] peccata scienter & ignoranter facta eiusdem esse speciei. Facit præterea neruosissime solutio, quæ sequitur, illius argumenti, quod pro Adriano supra fecimus valde apparens, quod non obstare ostendo, concedendo primo, circunstantiam illam mutare speciem peccati, quæ specialiter cum ratione repugnat, vel speciali lege prohibetur: at nego, talem esse omnem circunstantiam conscienriæ, vel dubietatis; sed solam illam, quæ erronea est, & non concurrit cum alia lege speciali.

74 Nam quæ lex generalis cum alia lege speciali concurrit, actui contra illam facto nõ dat specialem deformitatem: vt lex de declinando à malo, non dat specialem deformitatem homicidio, quod lege prohibetur speciali secundum omnes: at illa lex de non contrauieniendo conscientiæ, vel non se exponendo dubio peccati; generalis est. & ideo quando concurrit cum alia speciali, quæ vetat illum eundem actum, quem conscientia dictat non faciendum; non dat ei specialem deformitatem: dat autem, quando non concurrit cum alia.

75 Non obstat, si quis dicat, eũ, qui contra conscientiam peccat, non solùm in illam legem de non faciendo contra conscientiam peccare: sed etiam in illam legem particularem, qua conscientia dictat, hoc non esse faciendum, & ita contra legem hanc specialissimam. Non etiam obstat, si quis adhuc magis vrgeat considerando, quod vbicumque contra conscientiã vel animi dubiũ agitur, legi specialiori contrauenitur; quã sit lex illa publica, in quã peccatur.

76 Nam lex publica dictat: *Tale quid nemo facito*; lex verò conscientiæ in indiuiduo. *Hoc tu ne facito.* Et cõstat indiuidua speciei derogare, vt ait Baldus, [a] non, inquam, hæc obstant. At quæ respondeo primo, quod facere contra conscientiæ dictamen particulare, ideo peccatum est; quia facere contra conscietiam est peccatum: & ita malitia illius actus non oritur ex virtute illius legis particularis: *Hoc ne facito*, sed illius generalis, contra quod conscientia dictat: *Ne facito*, & ita in effectu contra legem generalem peccatur. Pro hac solutione facit, quod, qui contra conscientiam, vel animi dubietatem peccat, in legem diuinam naturalem peccat, vt [b] demonstrabitur: at lex naturalis non dictat: *Hoc ne facito*. sed: *Tale quid ne facito*, vnde intellectus practicus concludit: *Hoc quod est tale, ne fiat.*

77 Neque huic solutioni obstat dicere illum, qui superioris legẽ contemnit, non solùm peccare, in illam legem diuinam: *Qui vos spernit, me spernit*, [c] sed etiam in illam legem particularem, quam transgreditur. [d] Quod adeo verum est, vt is non dicatur in legem diuinam & naturalem peccasse: sed tantùm in legem humanam; quippe quæ specialior est illa diuina.

78 Non inquam, hoc obstat, quia lex illa superioris ex se virtutem habet; quippe quæ iusta est, & ab habente legem condendi potestatem constituta, iuxta illa, quæ tradit D. Thomas, [e] Panormitanus & alij, [f] per illud. *Quodcunque ligaueris, &c.* [g] at dictamen hoc conscientię particulare nullam ex se habet virtutem: sed tota eius virtus pendet ab illa generali lege: *Omne, quod non est ex fide peccatum est.* vel à lege publica, cui consentit. Et ideo qua parte non consonat alij legi validæ ac iustæ, tollenda est, & è mente radenda, iuxta cap. *per tuas.* [h] & glossam, [i] docet Panormitanus, [k] & D. Thomas. [l]

79 Secundo principaliter ad eadem respondeo, quod ideo quis putat, & ideo alicui sua conscientia dictat, vel dubitat, aliquid non esse faciendum: quia credit vel dubitat, esse legem aliquã, quæ id vetat: & ita si lex alia est quæ vetat, non addit nouam obligationem, sed tantùm nititur illa, quam illa lex inducit, sicut & consuetudo, quando nil aliud est, quã obseruantia legis alicuius, nõ efficit nouum vinculum: immo, sublata illa lege, tollitur & illa consuetudo; immo & statutum illi conforme, vt habet glossa memorabilis & multis commendata, [m] quam pro regula sumendo late declarat Felinus. [n] Quare concludo primo circunstantiam scientiæ, vel dubietatis animi, qua scit vel credit esse peccatum, quod fit, numquã esse talẽ, quę mutet speciẽ peccati: sed frequenter talem, quæ peccatũ induçat; nempe quando est erronea. Secundo eam, quando non est erronea, non esse necessario exprimendam. Tertio etiam si esset exprimenda, satis eam implicitè exprimi, quando exprimitur peccatum; nisi addatur ignoranter, & sine vllo dubio esse factum.

80 Nota septimo ex illis verbis: *Qualiter suam turpitudinem peregerit*, circũstantiam modi, quo delinquitur, augere

nonnum

a *Not. 2.*

b *Tõ. 1. tract. 5. quæst. 3.*

c *Et c. super literis. & ca. postulasti. de rescriptis.*

d *Cap. 2. de constit. & 1. quæstio. 4. §. notandum. eff. si cer. petat. & cap. 2. de constit.*

e *1. 2. qu. 76. artic. 3.*

f *De cler. excomm. ministr.*

g

h *1. 2. qu. 77. art. 4.*

a *In leg. hæc consultissima col. 1. C. qui testę face poss. & in l. exe. cutorem. 10. lum. 6. vers. Et redeo. C. de exeut. rei iudi.*

b *In cap. 3. infra. diss. 7.*

c *Luca. 10. & c. qui resistit. 11. quæst. 3.*

d *Cap. 2. de maiorita & obed.*

e *1. 2. qu. 96. art. 4.*

f *In cap. 1. de constit.*

g *Cap. quodcunque. 24. quæst. 1.*

h *2. de simo.*

i *In summa. 13. dist.*

k *In illo cap. per tuas.*

l *1. 2. qu. 19.*

m *In cap. 1. verbo, facti. de constitut. libro 6.*

n *In ca. 1. colum. antepenult. de rescriptis.*

nonnumquam peccatum: grauius est enim alio, quàm alio modo peccare, iuxta illud Ouid.

Peius adulterio turpis adulter obest.

Facit cap. origo. 32. q. 4.

81 Est tamen aduertendum, modum peccandi raro mutare speciem; & ideo raro esse necessario confitendũ. Immo omnium est vnum in hac re consilium, vt is in peccatis Venereis taceatur, & parum vel nihil in eo confitendo immoretur confitens, & minus confessarius in interrogando propter vtriusque periculum euitandum.

82 Quod inter alios annotauit Diuus Antoninus, [a] & Angelus, [b] & ante illos, omnes fere scribentes supra Magistrum. [c] Ratio est, quia delectabile carnis, quanto magis in particulari consideratur; tãto magis appetitum mouet, auctore Aristotele, [d] & tradit D. Thomas, [e] at omnibus conuenit eiusmodi fugere appetitum secundum illud Apostoli: *Fugite fornicationem.* [f]

83 Qui ergo cum fœmina osculo, tactu, aut pollutione extra vas naturale peccauit, fateatur id simpliciter, & taceat illas corporis partes, in quibus, & eos modos, quibus ea tam fœda turpitudo misero contigit. Et si dicere pergat, obuiet illi confessarius, & eum doceat non esse necessarium, neque vtile modum, quo ira se fœdauit, exprimere. Nam & nos non à pœnitentibus; sed à confessarijs, qui nos in his & alijs consulere, quę ipsorum modestia fuit, dignati sunt, aliquot audiuimus tam fœda, tam exhorrenda in his Venereis contingere inter aliquos etiam coniuges adeo solo nomine, vt neque homines appellari deberent. quæ nullatenus voluissemus audisse; & fategerimus ope diuina è memoria rasisse. Quod ipsum faciat etiam, qui solus, aut cum alio, vel alia etiam vxore pollutionem voluntariam extra vas naturale passus est, aut pati effecit. Omnis enim eiusmodi operatio species est luxuriæ contra naturam, secundum D. Thomam, [g] & satis est speciem confiteri, licet illud in indiuiduo non dicas per supra [h] dicta.

In qua tamen materia illud singulare, licet parum decorum, annotabo, nõ esse peccatum; si maritus, qui seminare non potest, concumbat cum sua coniuge nitens id facere, si posset, secundum Thomam à Vio. [i] Ex cuius dictis etiam colligo alterũ confessarijs memorabile; videlicet omnem concubitum mariti & vxoris, in quo modus naturalis non seruatur, etiam si fiat intra vas naturale, peccatũ esse, non tamen mortale; nisi quando exorbitat à naturali tãtùm, vt conceptio prolis fieri nequeat, qualẽ nullum reperiri contendit ibi diligenter, vt mihi videtur, quamuis maleuolo videri possit curiosus: dum relatione fide dignorum ait, se accepisse etiam illum concumbendi modum, quo fœmina supergreditur, non obstare prolis conceptioni, quamuis in Summa, [k] in hoc addubitet.

85 Nota octauo ex illis verbis: *Sunt qui non solùm vincuntur sed vltra se offerunt peccato*, tentationem & causam peccandi confitendam esse. Colligo item, cæteris paribus, eo maius peccatum esse, quo minore ad id tentatione adacti peccamus. quod ipsum significat textus paulo superius, cum ait, & quali fecerit tentatione.

86 Ex quo infertur primo verũ esse illud Gregorij, quod retulit D. Thomas, [l] scilicet carnalia minoris esse culpę & maioris infamiæ, quam spiritualia. Concupiscentia enim carnis nobis innata, vehemẽtius impellit nos ad carnalia.

87 Secundo infertur, verum etiam esse, quod ipsemet Thomas ait, [m] ignorantiã, aut excusare à tota culpa, quando scilicet est inuincibilis, quam nostri probabilẽ appellant, vt Panormitanus, [n] vel certe à tanta, quoniam ignorantia peccandi causam auget. Quod tamen intelligo, si non sit desiderata & affectata: qualis est illius, qui noluit intelligere, vt bene ageret, [o] & habetur in c. penul. [p] Nam illa peccatum adauget, vt declarat D. Thomas vbi supra.

Tertio infertur, verum esse, quod glosa celebris, [q] dixit, maius esse peccatum carnis cum muliere deformi; quàm cum formosa, eo quod forma & pulchritudo ansam maiorem peccandi efficiunt. quod intelligendum est, si cætera fuerint paria.

88 Ad hæc quarto posset reduci, quod habetur in ca. *indignantur.* [r] scilicet maritũ, cæteris paribus, adulterantem magis peccare, quàm vxorem: quia fœminei sexus fragilitate attenta maior est, qua fœmina impellitur, tentatio, quam ea, qua vir incutitur. Quoniã, vt ibi Augustinus ait, *Ad maritos pertinet, vxores suas & virtute vincere & exemplo regere*, quod, proh dolor, parum aduertunt innumeri, qui fere venialem faciunt in masculis fornicationem: in fœminis autem crimen horrendum. Nec venit eis in mentem quod ipsemet Augustinus in cap. seq. cuius caput est, *non mœchaberis. Tu sub vno (inquit) impetu libidinis cadis, & vis vxorem tuam victricem esse: tu cum caput vxoris sis, præcedit te ad Deum ea, cuius caput es. Caput enim mulieris vir est*: & rursus: *Melius debet viuere vir, quam mulier, & præcedere in omnibus bonis factis vxorem suam.* Nam vt ibidem dicitur. *Vbi mulier melius viuit, quam vir: capite deorsum pendet domus.*

Contra tamen hoc facit l. 1. [a] quæ habet, maritum ab vxore non posse accusari adulterij: cum tamen contra vxor à marito accusetur.

90 Sed respondeo, illud statutum quoad criminalẽ accusationem: nam quoad ciuilem potest vxor maritum accusare, iuxta *§. si igitur secundum Theodosij.* [b] & ca. 1. [c] vbi prima glosa Neque ideo maritis, quoad criminales causas, id priuilegij datum est; quia minus peccent: sed vel quia ipsi eam legem tulerint; vel certè, quia multæ considerari possunt causæ, propter quas non decet muliebrem sexum criminaliter ob eam causam agere contra virilem.

Infero & quinto econtrario, quo maius est virtutis impedimentum, eo maiorem esse illam: quo enim est difficilius, eo est præclarius, iuxta *c. ante omnia.* [d] & tradit S. Thomas, [e] & facit illud Pauli. [f] *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum proprium laborem.*

91 Hæc tamen circunstantia non videtur necessario confitenda regulariter, quia vt plurimum non mutat speciem peccati. quandocumque igitur speciem mutaret tunc esset confitenda.

92 Mutat autem speciem, quoties tentatio fundatur in causa finali, alio præcepto particulari prohibita, quàm operatio ipsa: puta si quis furetur, quò fornicetur. Hic enim tentatio furandi manat ex fornicandi libidine, quę fuit ad furandum impulsus quidam & finis furandi: qui finis alio præcepto speciali prohibetur, quàm ipsum furtum. Et ideo circunstantia hæc confitenda est necessario, quandoquidem mutat speciem peccati, & multiplicat ipsum peccatum, iuxta illud Philosophi. [g] *Ille, qui furatur, vt adulteretur, potius est adulter, quam fur.* cuius rei textus in hoc aptus in *l. verum.* [h]

93 Ex quo facile inferas quot sint in orbe Christiani, qui ad iteratò magnam suorum peccatorum partem cõfitendam teneantur. Quotus enim quisque est, doctis exceptis, qui confiteatur, se ieiunium fregisse, quo ad libidinem potentior esset; se missam die festo nõ audisse: minatum fuisse alteri: non se ab ære alieno liberasse: parentibus aliqua furatum fuisse: & multa id genus alia fecisse, quo mulierculæ alicui placeret; quo illius miseræ miser fœdè turpitudine abuteretur? Reperias, qui confiteantur festa nõ coluisse: periculo se mortis sine necessitate & Reipubl. vtilitate obiecisse: pericula peccandi non vitasse: at qui addant, hæc ob auaritiam & Simoniam fecisse, aut superbiam, aut gulam mortales: *rari sunt nantes in gurgite vasto.* Tam tenuis est medendi animæ cura, cum tamen corporis medicandi tam sit sollicita.

94 Nota nono ex verbis illis: *Omnis hæc varietas confitenda est*, circunstantias omnium peccatorum cõfitendas. Quod limitandum est, vt glossa facit. & glossa intelligenda iuxta illa, quæ supra [i] dicta sunt de circunstantia speciem mutante. Quid tamen, si non potest quis circunstantiam eiusmodi fateri, nisi reueletur alia persona: puta, quod est nefandum, quis rem cum matre habuit, aut mediator, quo illam tertius haberet, fuit, quam matrem confessarius nouit.

95 Et videtur aperienda confessario: quia confessio debet esse integra per textum infra, [k] vbi late dicemus: ad integritatem autem confessionis pertinent circunstantiæ huiusmodi, per superius dicta: ergo propositum.

Pro contraria parte facit, quòd concurrentibus duabus legibus, contratijs, minor cedit maiori, vt lex de non furando cedit legi de parcendo fame morientem, [l] vt habetur cap. *pasce.* adiuncto illi cap. *si quis propter necessitatem.* [m] Sed lex de non lędendo alterum est maior: quippe quę diuina est naturalis, quam lex de confitendo: quæ diuina

a *3. par. tit. 17. c. 17. §. 3.*

b *verbo, Interrogationes. §. 9. sub finem.*

c *In 4. sent. dist. 16.*

d *3. Ethic.*

e *In illa dist. 16. quæst. 3. art. 2. quæst. 4.*

f *1. ad Corint. 6.*

g *2. 2. q. 154. art. 1.*

h *In 2. not.*

i *Illo ar. 1. col. 5.*

k *Verbo Matrimonialis vsus.*

l *1. 2. quæstio. 73. art. 5.*

m *In eadem 1. 2. quæstio. 77. art. 3.*

n *In ca. Apostolica. de cle. excomm. ministr.*

o *Psal. 35. p 28 dist.*

q *In capit. si. 15 quæstio. 6.*

r *32. quæst. 6. a C. ad l. Iul.*

a *C. ad l. Iul. de adul.*

b *Inst. de nupt. collat. 4.*

c *Vt lit. non contest.*

d *40. distinct.*

e *1. 2. quæst. 114. art. 4.*

f *1. ad Corint. 3.*

g *Ethic. 5. hff. de furt. & cap. cum voluntate de sent. excommunic.*

i *In not. 1.*

k *Eo. c. vers. Cautus.*

l *86. dist.*

m *De furtis.*

quidem est: sed non naturalis, vt supra, in summa huius distinctionis dicebamus: ergo lex de confitenda huiusmodi circunstantia legi de non infamando alium, cedere debet cui consequens est hunc, de quo est quæstio proposita, non teneri ad aperiendam confessario illam circunstantiam.

96 Respondeo in hac quæstione partim inter auctores conuenire, partim non conuenire. Conuenit primum in eo, quod aiunt aperiendam hanc circunstantiam confessario, quando is est persona, quæ proderit & non oberit, argumento cap. *hoc videtur.* [a] quod habet, non esse peccatum manifestare delinquentem personæ, quam putamus profuturam, & non obfuturam.

97 Conuenit item inter auctores, quòd quando confessarius non est talis persona, confiteatur ei pœnitens velatus seu transformatus, ita vt nullatenus eum etiam ex voce discernere queat, & taceat nomen suum: Non enim tenetur pœnitens manifestare seipsum, quis est, nisi quantùm ad ea, quæ sunt necessaria ad hoc sacramentum, ad quod non est necesse scire: quod nomen, vel quod domicilium sit pœnitenti: neque an sit coniugatus, si matrimonium non offendit: neque, an sit religiosus, si castitatem, paupertatem & obedientiam non violauit. sufficit enim confessario, vt aliquem audire possit & absoluere, certiorem esse factum à pœnitente, quod ipse potest eligere sibi confessarium, vel quòd habet facultatem à suo superiore, vel, quod scit posse ab eo audiri & absolui, quæ docet Thomas à Vio. [b] Et probantur esse vera, quia nulla lege, nulla ratione ad ea pœnitens obligatur. Et quod non est patrum canonibus inductum, non est superstitiosis adinuentionibus inducendum. [c]

98 Cóuenit tertio inter auctores, quod si neque huic remedio locus fuerit quærendum esse alium confessarium, cui confiteatur, si haberi potest, petita primum facultate ab ipso proprio confessario, aut ab ipsius superiore: non tamen potest eo ipso alteri confiteri, nisi sacerdos sit in culpa propter inscitiam, vel quia confessiones reuelat, vt verbis vtar Paludani, [d] quod declarabitur, [e] post glossam.

Malè vero conuenit inter auctores, quando nulli horum remedium est locus. Alij enim dicunt detegendam esse personam tertiam: quorum de numero est D. Thomas, [f] & Paludanus, [g] dicens, mulierem, quæ commisit incestum cum fratre vnico, teneri ad dicendum se commisisse cum suo fratre, quamuis per hoc sacerdoti notificetur peccatum alterius. Immo Richardus, [h] idem ait, si est vtile pœnitenti personam nominare, quamuis non sit necesse, quod tamen posterius negat Paludanus. Idem tenet etiam Gabriel, [i] Maior item, [k] hanc asserit esse communem sententiam, à qua secundum eum imprudentis fuerit recedere. Idem Syluester. [l]

99 Contra tamen hanc opinionem facit argumentum supra formatum pro altera parte scilicet quod præceptum de non lædendo alium, quod est diuinum naturale, potentius est præcepto de confitendo circunstantiam: immo & vt videtur, quam præceptum de confitendo simpliciter; quod est diuinum, sed positiuum, seu ex tempore datum. Facit secundo, quod tam Richardus, quam Paludanus & omnes alij tenent, eum, qui non posset confiteri circunstantiam mutantem speciem sine Confessionis sibi factæ reuelatione, non teneri ad illam confitendam.

100 Facit & tertio, quòd dominus Altisiodorus, quem refert & sequitur Maior, [m] ait, eum, qui occidit fratrem sacerdotis, vel habet circunstantiam, quam consueuit sacerdos plerumque reuelare, vel est tale peccatum, quod sacerdotem moueret ad peccandum: vel si quis propriam consanguineam cognouerit, quæ est filia sacerdotis, non teneri illi confiteri talia peccata.

101 Facit quod D. Thomas [n] dixit, pœnitentem, qui probabiliter timet periculum peccandi ex Confessione obuenturum confessario, vel sibi, non teneri ad confitendum eis etiam si non fiat facultas confitendi alteri ab ipso, vel à Superiore.

102 Et sentit, eum sola contritione, Confessione non præmissa, posse casu illo communicare, tamquam qui non habet confessarij facultatem, iuxta glossa, [o] quanto magis ergo poterit illo solo peccato celato, eiusque Confessio- ne, in aliud tempus opportunum dilata, alijs Confessione apertis cõmunicare, vt Thomæ à Vio ratione vtar? Quod enim dicitur, Confessionem peccatorum omnium debere esse, ac integram, verisimum est de se ac secundum confitentis propositum: per accidens autem non disconuenit esse partialem: vt puta per obliuionem & alios modos, quos dicemus infra. [a]

103 Denique facit, quod Thomas à Vio [b] dixit, non esse confitendum peccatum cum reuelatione Confessionis, aut cum famæ, vel vitæ alienæ periculo: & ait tunc fieri posse Confessionem aliorum peccatorum omissis illis, quorum confessio alijs esset damnosa. Postremo moueor, quod Paludanus, quem posteriores secuti sunt, dissentit à Richardo dicente ob vtilitatem suam posse confitentem detegere tertiam, cum qua peccauit, personam. Dissentit autem ea ratione, quia consilia præceptis cedunt, & quæ ad vtilitatem spiritualem: nõ autem ad necessitatem pertinent, consilia sunt. Cum igitur non lædere alium sit præceptum: [c] sequitur pœnitentem non posse iustè propter suam spiritualem vtilitatem proximi lædere famam. Hæc argumentatio paulum mutata concludit, nostram propositionem esse veram. quemadmodum enim consilia præceptis cedunt, ita minora præcepta maioribus. At constat maius & antiquius esse præceptum de non lædendo alium, quàm de confitendo circunstantiam.

Illa etiam argumenta, quæ tradit Adrianus, [d] & quæ Iacobus Almainus, [e] docet, pro Altisiodorẽsi satisfaciunt pro nostra parte, quãuis conclusioni aduersæ subscribant.

104 Et hanc nostram conclusionem tenet Innocentius, [f] & satis illam sentit Hostiensis, [g] dum dixit, eum, qui proprio sacerdoti iusta de causa non vult confiteri: neque reperitur alius, cui confiteatur, & necessitas vrget, debere illi confiteri omissis circunstantijs, vnde periculum vel damnum sequi posset. Et nos certè secundum opinionem Innocentij contra communem non semel consuluimus conuicti superioribus rationibus, per quas facile soluas, quæ pro communi attuleris argumenta, quod & post hæc scripta firmiter asseruimus in Mannal. Confessar. [h] Hactenus de principio quoad textum.

In gloss. verbo, Oportet.

Memorabilis est hæc glossa & cui raro similem inuenias in eo, quod asserit, circunstantiam solam illam quæ peccati speciem mutat efficere, vt peccatum, quod semel sumus confessi, denuo confiteamur, quod in primo notabili latius declaratum est.

Colligitur secundo ex glossa teneri nos ad confitendam circunstantiam, quæ peccatum auget, licet non mutet speciem: quamuis, si eam obliuione omittamus, non teneamur iterum confiteri. Quæ tamen conclusio falsa est, aut certè intelligenda, vt procedat de bono consilio, non autem de præcepto, per ea, quæ dicta sunt in notabili illo primo.

Hic tamen occurrit quæstio parum & paucis tractata: an qui oblitus est confiteri circũstantiam necessario confitendam, teneatur iterum cõfiteri peccatum cum illa circunstantia: an verò sufficiat, eam solam confiteri non aliter peccato aperto. Verbi gratia: *Iuraui me non percussurum quemdam sacerdotem*, aut, *Iuraui, vel voui me non blasphematurum, aut non fornicaturum.* Sacerdotem illum postea percussi, fornicatus sum, vel blasphemaui contra iuramentum: confessus item sum percussionem clerici, confessus item, fornicationem: sed tacui circunstantiam illam, videlicet, quòd iuramentum fuerim transgressus. Quæritur nunc, an sufficiat dicere: *Accusso me, quod ter licitum & sacrosanctum iusiurandum fuerim transgressus*: an oporteat aperire, semel fornicando. Secundo percutiendo clericum, tertio blasphemando sacrosanctum violasse iusiurandum. quod ipsum in alijs sexcentis casibus passim occurrit dubitandum. Et, quod non sufficiat solam circũstantiam sine peccato confiteri, reperio tenuisse Prieratem, [i] vbi ait, quod si teneremur circunstantiam festi necessario confitendam, non sufficeret dicere: *Decies vel centies peccaui diebus festis*, sed oporteret addere: *Talia decem, vel centum peccata festis peccaui.* & addit magnum errorem esse dicere contrarium.

a *Eod. vers. Cauus.*
b *In verbo, Confessionis decimæ conditio. pag. 4.*
c§ *Iuris præcepta. Instit. de iur. natural. gent. & ciuil. & in proœmio Gregoriani.*
d *In 4. de Cõfess. q. 1. tribus col. posteremis.* e *In 4. d. 17. q. 1. col. 25.* f *In 1. omnis. col. 2. de pœn. & remiss.* g *Ibidem col. 4.*
h *Cap. 27. à num. 2.*
i *Verbo, Cõfessio. 1. q. 12. sub finem.*

Pro quo facit, quod oportet species peccatorum specialissimas confiteri, hoc est, peccatum in specie, quam Dialectici specialissimã, Iurisperiti autem vt plurimũ vocant genus infimum, vel infimum per *l. legata generaliter.* [a] & per l. 2. [b] cum glosis & ibi traditis. [c] Quod tradimus supra, [d] & circunstantia necessario confitenda infinite grauans mutat peccatum de vna in aliam speciem secundum omnes: ergo peccatum illud, omissa tali circũstantia, non censetur sufficienter patefactum, etiam si circunstantia illa per se postea patefiat.

105 Contrariam tamen conclusionem tenet Angelus, [e] dum ait pœnitẽtem interrogandum, an diebus festis peccarit & si respondeat, peccasse, interrogandum, quot festis id fecerit. Quod si nesciat, determinate dicat: an diebus festis ita peccauerit, sicut aliis, & sufficit, quod memorandum esse ait. In quibus verbis duo sentit Angelus: alterum est circunstantiam festi necessariò confitendã, cuius contrarium supra ostendimus esse tenendum: alterũ est sufficere solam circunstantiam sine peccato confiteri, quando per obliuionẽ omissa fuit, dum peccatũ ipsum prius confessario fuit alias legitimè detectum, cuius conclusio mihi vera videtur, & quę Dei timentes non parum consoletur.

106 Pro qua primo facit, quod in gratia reformatoria non est necessarium exprimere ea, quæ fuerũt expressa in gratia reformata. Verbi gratia: quispiam à sede Apostolica impetrauit aliquod beneficiũ, nulla mentione facta de lite, quæ super eo pendebat: facta tamẽ de beneficiis, quæ obtinebat, deinde mortuo collitigãte, facit se in eius subrogari ius, nulla de beneficiis facta mentione & ita in prima gratia expresit beneficia, & non litem: in altera litem & non beneficia. Responsum est in prętorio Rotæ subrogationem valere, quod habetur in decisionibus, [f] sequitur Felinus: tametsi rem plus satis cõfundat. [g] Cuius ratio est, quòd expressio illa prior beneficiorum facta principali; & posterior illa litis facta eidem, expresionem satis plenam efficiunt; ergo & expressio peccati facta confessario semel, & expressio circunstantiæ postea addita, plenam & integram reddent Confessionem.

107 Nec obstat, si dicatur in casu Rotæ eidẽ sedi Apostolicæ ambas illas expresiones factas fuisse; in casu verò nostro diuersis confessarijs fieri: non, inquam, hoc obstat, quoniam etiã in nostro casu eidem Deo, licet corã diuersis ministris, fit expressio, & in casu Rotæ illo sufficeret expresionem illam diuersis Romanis Pontificibus fieri, vel eidem corã diuersis ministris & datariis, vt quotidie fit, dum gratia facta per vnum Pontificem mandatur reformari per alium. Secundo facit, quod sola circunstantia patefacta in casu nostro legi de confitendis peccatis fit satis. Quando quidem aperta sunt omnia, quæ oportebat aperiri: quoniam apertũ est peccatũ, & aperta circunstantia. Tertio facit, quod nulla reperitur lex, quę probet peccatum cum circũstantia eidẽ confessario esse aperiendum nisi quando memoriæ occurrit vtrumque, dum alterum prima vice confitebatur. Quarto facit, quòd peccatum verè vna res est, quamuis variis, quæ necessario confitendæ sunt, circunstantiis sepiatur, vt tradunt Richardus & alij. [h] Et quamuis in genere morum propter multas deformitates multiplex dici posset: tamen per cõfitendi modum prædictum, quo primum ipse actus; deinde circunstantia patefit, illi duplicitari videtur satisfactum.

108 Quinto facit, quòd si quis faceret actũ suo quidem genere bonum, ex sola vero circunstantia malum, quales sunt multi, [i] satis fieret Confessioni, siquis actum in genere confiteretur, & circunstantiam in specie. Verbi gratia, largitus est quis eleemosynam propter vanã gloriam mortalem: satisfacere videtur, qui fecit illam, si confiteatur feciſse quiddam de se bonum, & propter vanam gloriam tantũ malum, puta constituendo in illam finem vltimum. Nec enim videtur necessum confiteri, eum actum fuisse eleemosynæ largitionem: quoniam siue fuerit eleemosynæ largitio, siue alius actus bonus, siue indifferens, modo aliunde non esset malus, nihil adiicit peccato, & ita non oportet id necessario confiteri per dicta in notabili primo. Et peccatum Confessione sine circunstantia apertum tale videtur: quoniã cum iam, quoad malitiam, quam habet ex parte obiecti, fuerit confessario patefactum, alia malitia per obliuionem omissa, quoad illam, non oportet iterum patefieri, ar quoad malitiam circunstantiæ satisfit ita confitendo: *Feci pater quiddam in se malum, quod iam fuit confessus, contra iuramentum.* Sexto facit, quod alioqui bis teneret confiteri vnum & idem peccatum propter eundem respectum quod est contra receptam sententiam, de qua in glossa 3. [a] infra, [b] tractamus.

Nec dicas receptam sententiam esse veram, quando quis est semel legitimè confessus: quia negari non potest, legitimè confessum esse, qui peccatum cõfiteretur aliquod, omissa per obliuionem circunstantia: sicut & legitimè dicitur confessus, qui omisis per obliuionem aliis, alia, quæ meminerat, est confessus, per ca. *omnis.* [c] & ibi annotata.

Septimo facit, quod ideo peccata in specie confitenda sunt, vt eorum agnoscatur grauitas, & peccatoris status, secundum omnes. [d] Sed, qui confitetur peccatum, non recordatus circunstantiam illius peccati, quatenus ex obiecto erat Dei offensiuũ, aperta est grauitas, & etiam status peccatoris, quod illud peccatum, in quantum erat malum ex parte obiecti. Quando verò postea in genere manifestatur actus & circunstantia in specie, patefacta est grauitas ipsius & peccatoris status, quantũ ad illam. Cui consequens est, totam illius peccati malitiam esse confessario penitus patefactam.

Neque obstat dicere, necessarium esse peccatoris statum ita confessario palam fieri, vt talis appareat, qualis appareret, si omnia simul eius peccata manifestarentur, quoniam hoc non est verum, quando aliquid per obliuionem omitteretur. Alioqui enim, qui aliquod peccatum oblitus esset, oporteret omnia, quæ confessus fuit, repetere in oblito illo cõfitendo, quod tamen omnium consensu falsum est, ergo etiam in oblita circunstantia confitenda, non erit necessarium confiteri peccatum, cuius erat illa circunstantia iam antea, quatenus erat peccatũ ex parte obiecti, legitimè patefacti.

109 Hanc conclusionem mihi videtur sentire Thomas à Vio, cum ait, posse me vno verbo centum periuria, & altero centum furta confiteri, vt dicemus, [e] infra, [f] & tamen in tot periuriis & peccatis multa inuenientur cum circunstantiis necessario aperiendis. Et ita vir doctus satis sentire videtur sufficere, quòd separatim peccati m, & separatim circunstantias confiteamur.

110 Ex cuius mente in illo verbo Confesionis conditio septima, [g] iunctis prædictis, primo infertur legitimam Confesionem esse illius qui sic confiteretur: *Centies, blasphemaui, centies fornicatus sum, centies item rem notabilem furatus sum, & horum omnium fere decem admisi cõtra iuramentum, quod de his non faciendis vnquã, vel vsque ad certum tempus feci: decem admisi eo fine, vt mœcharer, decem, vt malefacientes in suo peccato fouerem*, non aliter expresso, an de illorum triginta numero essent fornicationes solæ, vel blasphemiæ solæ, vel furta sola, vel quædam ex illis cum aliis mixta.

111 Infertur secundo sufficienter confiteri illũ, qui prædicta peccata fecisset, si priori cõfessario dixisset ea, omissis per obliuionem circunstantiis; & postea illi vel alteri confessario diceret, se triginta peccata mortalia, quæ iam confessus fuit, cõtra iuramentũ perpetrasse, quod cõfiteri antea fuit oblitus. Immo sufficeret dicere: *Tricies iuramentum licitum fui transgressus, quod oblitus, alteri non fui confessus.*

112 Tertio infertur, facile ac necessarium remedium illis, qui circunstantias necessario confitẽdas per ignorantiam, vel obliuionem tempore multo tacuerunt, possunt enim supputatione secum facta secundum hunc modum confiteri: *Quasi centies loco sacro reuerentiam necessario debitam violaui. Aliquando per ea, quæ de se seclusa circunstantia loci non fuissent peccata: qualia sunt iudicia secularia, & magnæ occupationis contractus, iuxta textum & glossam.* [h] *Aliquando per ea, quæ fuissent peccata, sed venialia: qualia sunt prædicta ob gloriam venialem facta. Aliquoties per ea, quæ mortalia erant, qualia sunt furta, fornicationes, & confugientium ad ea loca exemptiones, & extractiones, quæ tamen alias arbitror me, quoad sui obiecti malitiam, legitimè confessum antehac fuisse.*

Si autem quis contendere velit nostram conclusionem limitandam esse vt procedat, quando circunstantiæ illæ omnes sunt eiusdem speciei, & eiusdem defor-

a *ff. de lega. 1.* b *§. appellat. ff. de rebus red.* c *In not. ab. 2.*
d *Verbo, Interrogationes. §. 6.*
e *In 4. d. 16.*
f *Decis. 174. Licet in fine in subrogatione in nouis. quæ in nouo rub. est 18. de præben.*
g *In cap. in nostra. corollario 16. de rescrip.*
h *In 4. d. 16.*
i *Cap. venerabilibus. §. fin. de sent. excom. lib. 6.*
a *Cap. fin.* b *Distin. 6.*
c *De pœnit.*
d *In illo c. omnis. & in illa dist. 17.*
e *In c. falsas.* f *End. dist.*
g *Et in quæst. 3. de Confess. alias tom. 1. tract. 3. q. 3.*
h *In cap. decet, de immu. Eccles. lib. 6.*

mitatis, vt quia omnes sunt circunstantiæ violationis Ecclesiæ per effusionem sanguinis, vel omnes sunt violationes Ecclesiæ per effusionē seminis. Sed quod quando circunstantiæ illæ variæ sunt speciei, vt quia pars est violatio per sanguinis effusionem: pars per seminis: pars per hominum confugientium exemptiones vel extractiones, vt tū oporteat omnes, quæ sunt eiusdē generis, coniungere & in sua specie palam facere. Si quis, inquam, hoc contenderit, non repugno illi. Sicut nec hoc dictum meæ conclusioni repugnat: quamuis corollarium hoc secundum aliqua ex parte limitet.

113 Ipse tamen arbitror, vtile quidē esse ac sanctum, descendere ad has species specialissimas sacrilegij & similes: non tamen omnino necessarium, quando illæ, vt plurimum non discernuntur: immo vix à doctis aliquando satis intelliguntur.

114 Præsertim si parū referat, an huius, vel illius generis siue speciei sint, quoad iudiciū à confessario de pœnitente proferendū; quod vtiliter & eruditè de more docuit ipse Thomas à Vio. [a] Pro quo vltra ipsum facit, quod, nisi hoc dicamus, vix fere vllū inuenias, qui multa peccata peccarit, & ea legitimè sit confessus. Quis enim inuidiæ, gloriæ vanæ, superbiæ peccata in specie specialissima cōfiteatur?

115 Quin & nonne luxuriæ plures sunt, quam sex illæ vulgatæ species & rursus illarū aliæ species specialiores, quam sint illæ, inueniuntur? vt Martinus, [b] demonstrat, & late Thomas à Vio tractat, [c] & tamen secundum omnes sufficit luxuriæ peccata ita exprimere, vt ad illas sex species descendatur: immo, quod superius dicebamus, nonnumquam vitio vertitur ad inferiora descendere.

116 Quarto infertur remedium confitendi circunstantiam scandali, quā multi tenēt necessario confitendā, quod disputabitur infra. [d] Nam si multis annis illa omissa fuerit: remediū erit ei, qui omiserit supputare secum, quoties verisimiliter nūc dictis, nunc factis, nunc hoc genere peccatorū, nūc illo publicè corā aliis, omnibus illis annis deliquerit, vel quoties aliquid, siue de se bonū, siue malum, siue indifferens, quo aliū ad peccandū mortaliter prouocaret, fecerit aut dixerit: & confiteatur se plus minus centies, aut millies, aut alio numero verisimili peccasse, quo verisimilis occasio delinquēdi aliis præstita fuit. Quod si teneatur, vt infra, [e] disputabitur, scandalū tunc demū esse circunstantiā necessariò confitendā, quādo est scandalum formale: hoc est, ea mente dictum, vel factum, quo alius ad peccandū mortaliter prouocetur, faciat & reputet secum, quoties hæc verisimiliter fecerit & tacitis aliis peccatis dicat, se toties verisimiliter id admisisse.

117 Videtur tamen non solū esse confitendum dictum, aut factū aliquod ea mente, vt alius ad mortale peccatum prouocaretur: sed etiā addendum genus peccati, ad quod prouocare intēdebat, vt satius exprimatur species ipsa per prædicta. Quandoquidem acta non solum ex obiecto: sed etiam ex fine sua speciem in genere morū sortiuntur, secundum S. Thomā. [f] Pro quo bonus textus in ca. *cum minister*. [g] & c. *cum voluntate*. [h]

Postremo in hac circunstātiarum materia illud memorandum, eam, quæ actū de vna in aliā speciem mutat, præsertim mortalē, in genere moris non esse propriè circunstantiam secundū D. Thomam. [i] Vnde infert, ex veniali fieri non posse mortale per circunstantiam proprie accipiendo illam: dici tamen posse circunstantiam, quo res clarius doceatur. Et quia quoad consulendum & iudicandū nihil refert, an sic, an aliter dicatur, ideo vulgatiore modo semper loquuti sumus semperque loquemur.

In gloss. verbo, Meretricis.

118 Glossa innuit, eum, qui rem cum muliere habuit aliena, teneri ad confitendum: an esset pulchra, an deformis. Nam glossa æquiparat hāc circunstantiā aliis duabus: scilicet, an esset coniugata, vel voto alligata. Et constat, has duas esse necessario confitendas, quippe quæ peccati speciem mutant, arguméto, c. *vouentibus*. [k] & ca. *adulterij*. [l] Quæ conclusio falsa est: quia licet deformitas mulieris augeat culpā, iuxta glossam illam celebrem, [m] quod intellige, cæteris paribus, non tamen mutat speciem, & ita licet fuerit bonum confiteri, non tamen necessarium, iuxta ea, quæ prædicta fuerunt.

In gloss. verbo, Modo.

119 Colligo ex glossa copulam carnis quamlibet habitam cum muliere, siue ordinario, siue extraordinario modo esse peccatum, pro qua est textus in c. *meretricis*. [a] Cui adde primo, quòd hæreticū est tenere fornicationē etiam simplicissimā, nō esse peccatū. Textus nouus in Clem. *ad nostrum*. [b] docet D. Thomas, [c] vbi probat vna via illā esse contra naturæ legē. Quod ipsum alia via deducit Maior, [d] & concordat Thomæ Ioannes Andreas, [e] tradit & Antoninus. [f] Adde autem secūdo, quoad conclusionē, glossam, quatenus loquitur de ordinaria carnis copula, intelligendam esse, quoad mulierē, quæ nō esset vxor eam cognoscentis, quoniā inter maritum & vxorem copula ordinaria licita est & sancta, iuxta ca. *Nicæna*. [g] & glossa notabilis. [h]

120 Adde tertio, quòd etiā quoad copulā extraordinariā differunt: nam omnis extraordinaria copula est peccatum mortale inter nō coniugatos, inter cōiugatos tū demum, cùm fit extra vas naturale, vt latius dictum est supra. [i]

In gloss. verbo, Perseuerauerit.

121 Glossa colligit ex textu, cæteris paribus, eo esse maius peccatum, quo continuatius: non enim subleuat schisma, sed magis auget, diu restitisse, [k] & clericus propter fornicationem continuatā deponitur etiā hodie: propter momentaneā nō deponitur, vt habet glosa memorabilis. [l]

Facit, quod supra dictum est de peccato iterato, seu de illius multiplici executione: & quod glossa singularis ait, [m] quæ habet toties nouā pœnitentiam imponendam, quoties quis fornicatus est cū eadem muliere. Et ebrietas, si assidua est, peccatū mortale fit. [n] *§. criminis*. quem commendat Panormitanus. [o] Et quāuis prædicta, & quæ communiter Doctores nostri in hoc citant, magis pertineant ad iteratiōē delicti, & numerū peccatorū, quàm ad perseuerantiam & continuationē eiusdē peccati: tamen conclusio glossa vera est etiā, quando solum est continuatio, & non iteratio delicti, vt annotauit Panormitanus. [p]

122 Magis enim peccat, qui voluntatē peccandi sine interruptione per horam cōtinuauit, quàm qui per mediam horam: & qui, vt occideret aliū, toto die huc illuc sine interruptione obambulauit, & tandem occidit, quàm, qui momento temporis & voluit occidere, & occidit.

123 Et tamen prior non peccauit nisi vnum tātum peccatum, etiam si actus interior interruptus fuit non interrupto exteriori, secundum ea, quæ scripsimus supra. [q]

Contra tamen hāc glossam facit l. *si diutino*. ff. de pœn. vbi Modestinus ait: *Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœnæ eius subleuanda erit*, & iterum; *Constitutum est non eodem modo puniendos eos esse, qui longo tempore in reatu agunt, sicut eos, qui in recenti sententiā accipiunt*. Secundo facit. l. *adulter*. [r] quæ habet accusationē adulterij quinquennio tolli. Facit l. *querelam*. [s] quæ habet, accusationem falsi & alias criminales viginti annis tolli.

124 Ad horum primum respondeo, quidquid multi in multis locis dicant, l. illam, *si quis diutino*. non agere de delicto multo tēpore continuato; sed de delicto momentaneo pridem facto. Et sensus est, eum, qui occidit hominem ab hinc decem annos, leuius esse puniendum, quàm, qui hoc anno occidit, vt glossa frequentius recepta sensit in primo intellectu illius legis.

125 Ex quo quidā recentior vir non contemnendæ eruditionis inferebat, non esse talem homicidam decapitandum: quoniam pœna homicidæ ordinaria mors est, [t] & ille leuius puniendus est: ergo non morte.

126 Ad illas l. *adulter*. & l. *querelam*. prædictas, respondeo in illis solum probari antiqua delicta ob diuturnitatem temporis aliquando impunita relinqui: quod nulla ex parte contra nostram conclusionem est: quæ habet per continuationem augeri delictum, quidquid Andreas Siculus, [v] inuoluat.

127 Fateor tamen in tali crimine antiquo puniendo forum conscientiæ à foro exteriori differre: nā in foro conscientiæ non imponetur minor pœnitentia pro antiquo, quàm pro recenti, quod annotauit Panormitanus, [x] immo & in hac re forum exterius spiritale à foro exteriori temporali differt: quia etiam, quoad pœnas spirituales fori exterioris, non tolluntur crimina temporis diuturnitate, secundum glossam 8. [a] quam commendauit Felinus, [b] & Baldus, [c] & Decius, [d] & videtur hoc voluisse Romanus, [e] vbi tenuit, quoad Ecclesiam, non præscribi crimina allegando Speculatorem.

terioris,

§. *DEFLEAT VIRTVTEM.*

TEXTVS.

DEfleat virtutē, qua interim caruit. Dolendum est enim, & dolore purgādum est, nō solum, quia peccauit, sed quia [*] se virtute priuauit. Nam licet speret se cōsecuturum veniam, dolere tamen potest, quia non promeruit, vnde remunerari cōfidat. Anxietur & doleat, quòd modo effugiens de præteritis pœnam, miser tamen non inde expectat gloriam: cuius omne tempus, quoniam breuissimum est, debuit decertasse ad consequendum præmium.

SVMMARIVM.

1 *Virtus relicta summus dolor, & felicitas amissa summa infelicitas. nu. 2.*
3 *Pœnitenti non necessarium de virtute relicta dolere.*
4 *Tempus vitæ huius breue, & etiam longum. nu. 8.*
5 *Locationem ad decem annos ad longum dici tempus: immo & locatio ad cuiusuis hominis vitam. nu. 6.*
8 *Eadem pauca & multa respectu diuersorum.*

1 HÆc est secunda pars huius c. ex qua primo nota, ita oportere peccatorē pœnitere peccati, vt non solùm doleat, quòd peccauerit: sed quod se virtute priuauerit, facit ca. *sunt qui*. [f] sub finem ibi: *Nihil est, quod tam summi doloris sit, quàm si vnusquisque positus sub captiuitate peccati recordetur, vnde lapsus sit, atq; vnde ceciderit: & quod ad corporea atque terrena, ab illa speciosa & pulchra diuinæ conditionis intentione defluxerit*, vbi glossa citat illud Seuerini. [g] *In fœlicissimum genus infortunij est fuisse fœlicem*. quod etiam allegauit glossa. [h] Facit cap. quia sanctitas. 50. dist. dum citat illud Ioannis. [i] *Memento, vnde ceciderit, & age pœnitentiam, & prima opera fac*.

2 Contra tamen hanc conclusionem facit, quod pœnitentia est prætetita mala plangere, & plangenda iterum non committere, [k] & ita non videtur de essentia pœnitentiæ, dolere de virtute relicta. Secundo facit, quòd fieri potest aliquem sui peccati summè pœnitere tamquam rei summè odibilis, ac pariter vitabilis, & sine recordatione virtutis illius, quam per peccatum perdidit: sed tantùm offensæ Dei quem diligere maximè debebat.

3 Respondeo verum esse id, quod argumenta colligunt, non esse, inquam, de essentia & ratione pœnitentiæ dolere de virtute relicta, quæ magni Augustini sententia est, quod asseruit Thomas. [l] Sed dolor de virtute perdita & relicta impellit hominē, quo grauius oderit peccatū, quod tantū mali ei attulit, quod etiā sensérat Persius ijs verbis.

Magne Pater Diuum sæuos punire tyrannos,
Haud alia ratione velis, cùm dira libido,
Mouerit ingenium, feruenti tincta veneno,
Virtutem vt videant intabescantque relictæ.

Et quod subiicit.

An ne magis Siculi gemuerunt æra iuuencis? &c.

Est enim hoc simile omnino illi ca. Sunt qui supra citato.

4 Nota secundo ex illis verbis: *Omne tempus, quoniam breuissimum est, debuit decertasse miser ad præmium consequendum*, huius vitæ tēpus delendis peccatis, & quærendis virtutibus datum esse breuissimum. Consonat illud Apostoli. [m] *Dum tempus habemus, operemur bonum*. & illud eiusdem. [n] *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt*. Et operæ pretium quidem est voluere sæpe nobiscum illud Maronis.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.
Et illud eiusdem,
Stat sua cuique dies, breue & irreparabile tempus,
Omnibus est vitæ.

Et quod bene vel malè demerendi tempus solùm est in vita præsenti. [a] Conuenit etiā meminisse illud Pythagoræ relatū per glossā. [b] scilicet, duorū temporū curam esse habendam, matutini & vespertini: hoc est, eorū, quę egimus, & eorū quæ acturi sumus. Neque ille Hippocratis Aphorismus excidat. *Ars longa, vita verò breuis, iudicium difficile, experimentum fallax, tempus acutum*. Quo apertius est illud. [c] *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, &c.*

5 Contra tamen hanc conclusionē facit, quòd tempus decem annorū dicitur esse longum, [d] & locatio ad decem annos appellatur locatio ad longū tempus à glossa multis putata singularis quæ postrema est Cle. 1. [e] & recepta per Cardinalē, Imolā, Panormitanū & Rauennatē ibi, quæ tamen similē habet in l. 2. [f] & cōmuniter ita tenetur secundum Bartholū, [g] & consuetudo id seruat, vt testatur Baldus. [h] At vita hominis longior tempore decem annorum putatur. [i] Ergo vitæ hominis tempus non breue: sed longum potius dici debet.

6 Contra etiam facit, quod locatio facta ad vitā alicuius, dicitur facta ad longū tempus secundū Alexandrū, [k] vbi concludit emphyteutam, sicut non potest emphyteusim irrequisito domino alienare: ita neq; ad vitā alterius concedere. Hæc eadem probat Decius. [l]

7 Ad hæc respondeo, vera esse omnia in iis duobus argumentis adducta, & ideo concedo huius vitæ tēpus in se quidē esse longū, & respectu eorū, de quibus in argumentis agitur, non esse breue; at respectu futuræ, quæ infinita est & interminata, breue esse, & quasi momentū: respectu cuius textus noster appellat, vitæ hominis tempus breue.

8 Neque nouum est, idē posse dici longū & breue, respectu diuersorū: sicut eadem dicūtur pauca & multa, cum ad diuersa conferuntur secundū Aristotelē & glossam in ris optimā, quæ secunda est, c. *latores*. [m] cui fere similis est glossa pen. [n] Confirmātur hæc per illud Hieronymianum super Hieremiam: *Aeternitati collatum omne tempus breue est*. Glossas, quia nihil dignū explicatione habēt, non tango.

§. *INGRATVS.*

INgratus enim extitit, qui plenus virtutibus Deū non omnino timuit. In hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quo est Deo acceptior. Ideo enim Adā pl[o] peccauit: quia omni bono abūdauit. Etiam alio modo offendēs in vno reus est omniū: quia omnes virtutes patiūtur detrimentum ab vno vitio. Nam si quis cadit in auaritiā, largitatem destruit, & etiam castitatem minorauit, amore enim pecuniæ, vel violaret castitatē, vel saltē minus amaret. Si enim tanta propter Deū adhuc castitas ineſt, vt nolit eandē perdere: tamen saltē minori gaudio, minore affectione tuetur eā, vbi videt inde procedere damnum pecuniæ, sic quoque & in aliis, quæ etsi non expellātur, tamē perceptione vnius vitij, vel satis, vel parum minuuntur, vel intentione deteriorātur: vnde omnis virtus amissa cuicumque crimini est deflēda, & de omnibus indulgentia petenda est.

SVMMARIVM.

1 *Peccat magis qui melior, & quare. nu. 3.*
2 *Maior qui melior.*
4 *Virtus sua nemini nocet, sed eius non vsus.*
5 *Circunstantia bonitatis peccantis non confitenda.*

1 HÆc est tertia pars huius ca. ex qua primo nota, cæteris paribus, peccatū eo grauius esse, quo peccans melior est, & ita dicit glossa, [o] quo quisq; perfectior est, eo grauius delinquere. Facit, quod magnitudo personę grauat peccatum, [p] facit illud Iuuenalis. [q] retulit glossa. [r]

Omne

---

a Sub finem cap. admonere. 33. qu. 1. & in cap. cum nobis col. fin. de præscript. c In eo tit. 4. par. 4. quæst. 2. col. fin. d In cap. licet. de prob. col. 15. e Sing. 82. * Alias quæ d.

a 32. quæst. 4.

b De hæret. c In 4. di. 33. q. 1. & 2. q. 154. ar. 4. d In 3. d. 27. q. 2. e In regula, Sine culpa, col. 11. Mercurialis. f 3. par. tit. 1. c. 1. §. 4. g 31. d. & c. quidquid. 42. q. 2. h In Summ. 13. dist. i In notab. 7. nu. 83. k Cap. schisma. 24. q. 1. c. fi. de consuetud. l 1. cap. presbyter. 82. dist. m In cap. imitare. 6. q. 1. n 25. dist. o In c. à crapula. de vita & honest. cler. p In c. cum haberet. col. 2. de eo, qui duxit in matrim.

q In notab. 5.

r C. de adult. s C. de falsis.

t Leg. 3. C. de episcop. audien.

v In cap. fin. col. 3. de consuet.

x In dicto c. cū haberet. c Dicto cap.

a 13. q. 2. cap. in præsenti. b C. lem. 1. de celebr. miss.

c Iob. 13.

d C. de longi temp. præscrip. e De reb. eccles. alien. non alie. f ff. si ager vectig. vel emphyt. g In leg. 1. §. quod autem. ff. de superficiebus. h Leg. iubemus. 2. col. 3. C. de sacrosc. eccles. i Leg. fin. C. de sacrosc. eccles. l. hereditatem. ff. ad leg. Falcid. k Const. 119. Visis narratis in fine lib. 3. l In consil. 204. in causa reuerendissimi. m De cleric. exco. minist. fran. n Cap. disciplina. 45. dist.

f Sup. dist. 1.

g De consol. Philosop. lib. 2. prof. 4. h In cap. considerāda. 86. distinctione. i Apocal. 2. cap. 2.

k Cap. pœnitentia. supra distinctione 3.

l In 4. dist. 17. q. 2. artic. 2. quæst. 1.

m Ad Gal. 6. n Ad Ephes. 5.

o In verb. Ideo. P C. homo. Christianus. 40. dist. q In ver. tāquam c. 2. de translat. prælat.

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe.
Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur.

At, qui maiore virtute eſt, & maiore ſcientia, maior eſt, [a] & Eccleſiaſticus. [b] *Quam magnus eſt, qui inuenit ſapientiam & ſcientiam: ſed non eſt ſuper timentem Deum.*

3 Facit quia quo quiſque eſt maior virtute & ſapientia, facilius peccato reſiſtere poteſt, ingratior eſt Deo, qui maioribus eum ornauit: plus ſuo malo exẽplo alios deſtruit. Ergo plus peccat. Quod D. Thomas concludit, [c] pro quo eſt caſus hic. Et faciunt, quæ ſupra in princ. c. [d] diximus.

Contra tamen hanc concluſionem facit, quod nemini ſua bonitas nocere debet, neque cuiquam ſua malitia prodeſſe. [e] Ergo neque bonus: quia bonus magis peccat: neque malus: quia malus minus. Præterea apud Deum non eſt perſonarũ acceptio. [f] Ergo bonum idipſum, quod malus peccat, peccantem non debet magis punire.

4 Ad horum prius, concedo nemini ſuam virtutẽ nocere debere; neq; dico peccatũ melioris ex maiore illius virtute creſcere: ſed potiꝰ ex illius abuſu. Quò enim quiſq; melior eſt, & peccat, magis abutiẽ iis, quę Deꝰ ei dedit, bonis.

Ad poſterius concedo, Deum non eſſe perſonarum acceptatorem: ſed nego eſſe perſonæ acceptionem, quando melior magis punitur, quàm alius, eo quia ingratior fuit, & magis peccauit.

Hæc tamen concluſio moderanda eſt in eo meliore qui ex contemptu, vel coram aliis, aut contra ſuum votũ peccaret: nam ille melior, qui ex ignorantia, vel ſubreptione, ac in occulto in aliis, quæ contra ſua vota non ſunt, peccat, leuius cæteris paribus delinquit; quàm alius malus vel minus bonus: quoniam, vt D. Thomas, [g] aiebat in hęc ferè verba: *Peccatum eius, ſi leue ſit, quaſi abſorbetur à multis operibus boni, quę facit. Et ſi ſit mortale, facilius ab eo reſurgit propter intentionem, quam habet in Deum erectionem: quę quamuis ad horam intercipiatur, facile ad priſtina reparatur.* Vnde ſuper illud, [h] *Cum ceciderit, non collidetur.* dicit Origenes. *iuſtus, ſi peccauerit, non pœnitet, & peccatum ſuum emendare neſcit: iuſtus autem ſcit emendare, ſcit corrigere. Sicut ille, qui dixerat: Neſcio hominem. Paulò poſt, Cum reſpectus fuiſſet à Domino, flere cœpit amariſſimè, & ille, qui de tecto mulierẽ viderat, & concupierat eam, dicere voluit, Peccaui, & malum coram te feci.*

5 Non tamen hæc circũſtantia eſt neceſſariò confitenda, niſi quãdo ſcandalũ timeatur confeſſarij, vt dictũ eſt. [i]

Secundò nota, per vnum peccatum mortale, perdi omnia bona præterita: & collige declarationem illius, [k] *Delinquens in vno, factus eſt omnium reus*, quod, ne nimium oneret hoc cap. declarabitur in cap. fin. [l]

§. *ANIMADVERTERE.*

ANimaduertere etiã oportet, & animaduertẽdo deflere animã proximi, quam Deo fornicator eripuit, vel ereptam in malo confirmauit: etiã quod exemplũ extitit mali in operatione ſui criminis, cui magis profuiſſet, ſi aliis fuiſſet cauſſa conuerſionis. Gemat itaque aliorũ vitam in ſua corruptã: vel incorruptã nõ conſeruatã, & proximi commodum, quod dediſſet exẽplo boni. De triſtitia doleat, quã bonis peccando intulit: & de lætitia, quã eis nõ adhibuit. Et non ſolùm cogitet, quid & qualiter fecerit: ſed quàm iniuſtè Deum, vt diximus: peccãdo offenderit. Timeat illã Veritatis ſententiã: Non poteſtis duobus dominis ſeruire. Timeat ergo, ne omnia bona: quæ fecit, dum in vno peccato perſeuerauerit, ex cõtaminatiõe mali perdiderit: vt qui ſeruiuit diabolo per crimẽ, Deo quam obtulit, amiſerit ſeruitutem. Pium tamen eſt credere, vt recepta Dei gratia, quæ in eo deſtruit omnia mala, etiam priora remuneret bona: vt cũ deſtruxerit quod ſuum non inuenerit, amet & diligat bonum, quod etiam in peccante plantauit.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum quò manifeſtius, eò grauius, ſi cætera ſunt paria. n. 3.*
2 *Peccata notoria grauia etiã poſt pœnitentiã, miſſare impediũt.*
4 *Scandalum quid.*
5 *Scandali circunſtantia duobus caſibus confitenda ſecundum omnes.*
6 *Peccat quæ mulier leuiter ſe conſpectui obiectat illius, quem credit ob hoc in peccatum ruiturum.*
7 *Peccat qui bonorem, vel famam ſine animo tollendi tollit.*
9 *Scandali circunſtantiam confiteneã, quando etiã ſine propoſito inducendi ad peccatum, veriſimilis ruendi occaſio datur.*
10 *Pœnitentiam bona mortificata reſtituere, non autem mortua.*

1 NOta primum cæteris paribus, grauius eſſe peccatum, quod corã pluribus fit. Tolerabilior eſt enim culpa, ſi lateat. [a] Quò enim coram pluribus ſit, plus ſcandali & nocumenti præſtat vt habet gloſſa, [b] tradit Panormitanus. [c] Quia vna ouis morbida totum gregem inficit, [d] & vno peccante cæterorum corda infirmorũ percutiuntur. [e] & cæteris paribus, quo peccatum eſt nocentius, eò eſt & grauius, vt ſentit Auguſtinus, [f] illis verbis: *Quia vitium naturæ aduerſatur, tantũ additur malitiæ vitiorum, quantum integritas naturæ minuitur*, & tradit D. Thomas, [g] Ad idem facit c. *Præcipue*. [h] in illis verbis: *Tot mortibus digni ſunt Prælati, quot perditionis exempla tranſmittunt.* & [i] D. Thomas ait, eum, qui publicè fornicatur, quia plus ſcãdalizat, plus peccare: quamuis neq; mentem in id intendat: neque præuideat illud. Vnde & fur non manifeſtus dupli: manifeſtus autem quadrupli punitur. [k] & vi rapiẽtis pœna ſemper eſt quadrupli. [l] Facit l. 2. §. *at generaliter*. [m] ex quo Bartholus colligit, grauius peccare, qui publicè, quam qui clam delinquit.

2 Et peccata grauia impediunt à celebratione poſt pœnitentiam, ſi ſunt notoria, quod quidam, parum, quod dolendum eſt, aduertunt: non autem regulariter, ſi occulta. [n] Facit cap. *veſtra*. [o]

3 Non obſtat l. fin. [p] quæ habet, minus puniendum eſſe illum, qui clàm cum collaterali conſanguinea contrahit: quàm qui palã, quia ibi non erant cætera paria. Quoniam qui clam contrahit præſumitur contrahere ſciens: qui verò palã, ignorans: at ignorantiam, ſi modo non eſt affectata, minuere peccatum, dictum fuit in princ. cap. 9

Eſt tamen non mediocris difficultas, an huiuſmodi circunſtantia neceſſario ſit confitenda. Et pro parte affirmatiua facit, quod publicè peccare videtur circũſtantia, quæ prohibetur ſpeciali præcepto de non ſcandalizando aliũ, quod habetur Matth. 18. [r] quoniam omne publicum peccatum eſt ſcandalum. Scandalum enim eſt dictum, vel factum minus rectũ præbens occaſionẽ ruinæ, ſecundum Hieronymum, [s] & tradit D. Thomas. [t] Archidiaconus, [v] & omne peccatum coram aliis factũ, præbet eis occaſionem ruinę. Secundo facit, quòd ſcandalũ eſt ſpeciale peccatum ſecundũ S. Thomã, [x] & omnia peccata ſunt in ſpecie ſua confitenda, ſecundum quæ ſupra, [y] diximus. Tertio facit, quod opus in ſe bonum, propter ſpeciẽ mali tranſiens in ſcandalum, quod ſit peccatum mortale, neceſſariò eſt confitendum: quia tale peccatum ſub nulla ſpecie alia continetur, ſub qua poſſit confeſſario aperiri: ergo à fortiori, quod eſt de ſe peccatum capitale; ſi tranſeat in ſcandalum, debet neceſſariò ſacerdoti manifeſtari.

Pro parte verò negatiua facit primò, quod ſcandalum paſſiuũ, quod eſt ruina in peccatũ ex facto, vel dicto minus recto alterius, nõ eſt peccatũ ſpeciale: quia cadere in peccatum ex dicto, vel facto alterius, nõ addit ſpecialẽ deformitatẽ; ſcandalũ autem actiuũ poteſt eſſe ſine intentione & proposito faciendi alterũ ruere, & quæ præter intẽtionem agẽtis ſunt, nõ dant ſpeciẽ peccati, argumẽto c. *de occidendũ*. [z] & c. *de cætero*. cũ ibi notatis, [a] ergo neutrũ ſcãdalum eſt neceſſario confitendũ, neq; actiuũ neq; paſſiuum.

5 Reſpondeo

a 33. qu. 4. c. nemo.
b In d. c. nemo, & c. de homin. de celebratio. miſſ.
c In c. cũ quidam. de iureiur. num. 3.
d C. ſed illud. 45. diſt.
e C. ſi mala. 2. q. 5.
f In Tertio de Lib. arbit.
g 1. 2. qõ. 73. art. 8.
h 11. q. 3.
i In artic. 8. prædict. col. 2.
k § pœn. Inſtit. de oblig. quæ ex deli. naſcunt.
l Inſtit. ui. bonor. rapto. in principio. ff. eod.
n Ca. ſi. de tẽp. ordi.
o Ca. ſi. de cohabitat. cler. & mul.
p ff. de vit. nupt.
q Not. 8.
r Cap. nihil. de præſcri. & c. 2. de noui. operis. nũciat.
s Sup. Matt. 15.
t 22. qu. 43. art. 1.
v In c. Liter. 45. diſt.
x In prædicta. q. art. 3.
y In not. 3. principij. ca.
z 23. q. 5.
a De homici.

5 Reſpondeo dicẽdum duobus caſibus neceſſario, hanc circunſtantiam eſſe confitendam ſecundum omnes: prior eſt, quando qui publicè peccat, ea mente id facit, vt alium in peccatum mortale inducat. Quia hoc eſt verum ac formatum ſcandalum, & directo contra præceptum de non ſcandalizando, [a] & hoc concludit primum argumentum pro affirmatiua parte factum, quod inter omnes cõuenit. Secundus caſus eſt, quando quis opere, quod ſuo genere bonum eſt, aut indifferens: ſpeciem tamen mali habente, ruinæ occaſionẽ præſtat. Huiuſmodi enim peccatum ſub nulla alia ſpecie locari poteſt, quam ſub ſcandalo, & ideo ſpeciale ſcandali peccatum, quod diligenter annotauit Thomas à Vio. [b] Tertius autem & dubius, & frequentior caſus eſt, quando aliquis mortaliter coram aliis peccat: non tamen ea mente, vt aliis delinquendi anſam præſtet. In hoc etiam caſu circunſtantiam ſcandali confitendam aſſeruerunt multi, & in his Adrianus, [c] & Maior, [d] & Silueſter, [e] carpens Summam Piſanellam, quæ habet beatum Thomam, [f] tenere non eſſe peccatum ſcandali ſpeciale, peccatum illud mortale coram aliis factũ, per quod, qui peccat, alterius videntis ruinam non procurat. Paludanus etiam, [g] concludere videtur, paria eſſe facere aliquid, quo cures aliũ ad mortale ducere: & facere aliquid, quod ſuapte natura eſt ad illud inductiuum.

6 Quod ipſum ait Antoninus, [h] dicit eam fœminam mortaliter peccare, quæ credens & aduertens, aliquem eius viſu cadere in eius concupiſcentiam parui facit illud, & ſe illius aſpectui indifferenter offert: non vt inducat illum in eam cõcupiſcentiam: ſed vt ſatisfaciat ſuæ voluntati, & leuitati, excurrens fortè per vias: manens in oſtio, aut in feneſtra, quo ſua pulchritudo laudetur, vel ob aliam vanitatem. Facit quod qui dicit aliquam contumeliam alicui, non quo ipſum dehoneſtet: ſed quo fortè corrigat, vel cum eo iocetur: ſi ſequatur dehoneſtatio, contumelia eſt, ſecundum D. Thomam. [i] Similiter & qui alterius malum ex animi leuitate, ſine animo illũ infamandi profert. ſi ex hoc ſequatur infamia, peccatum detractionis committitur, & neceſſaria eſt famæ reſtitutio, vt ait S. Thom. [k]

7 Ex quibus colligitur, id, quod eſt detractio materialiter, & per accidens, reduci ad detractionis ſpeciem, ſi fama lædatur: ſimiliter & contumeliam, ſi honor lædatur. Ita ergo ſcandalum per accidens, ſi inde ſequatur ruina alterius, ad ſcandali ſpeciem reducitur. Tertio facit quod definitio ſcandali tota conuenit peccato mortali publico, licet ſine inducendi alios ad peccatũ animo fiat. Quarto facit, quod ſtat aliquid eſſe accidens alicui vno reſpectu, & eidem eſſentiale alteri: vt coloratum accidit homini inquantum homo eſt: eſſentiale verò eſt, inquãtum eſt album. Pari ratione licet peccato publico eius, qui non prætendit ſcandalizare, ſit accidens ſcandalizari, inquantum eſt aliud peccatum, quam ſcandalum; inquantum tamen eſt publicum malum, videtur ei eſſentiale. Per quæ videtur concludendum non ſufficere confiteri peccatum, ſi eſt publicum, vel coram aliis factum, niſi & hoc ipſum confiteare.

Contra tamen hanc concluſionem facit, quod ait S. Thomas, [l] peccatum publicum, quo alterius ruina non quæritur, grauius quidem eſſe: quia grauius eſt peccare manifeſtè, quam ſecretè, vt ille ait, & ſupra concluſum eſt: non tamẽ in ſpeciale ſcandali peccatum tranſire, quod & Thomas à Vio ibi probat, & idem repetit in ſumma. [m] Facit, quod idem, [n] ponit differentiã inter ſcandalizare per actionem ſecundũ ſe malam in publico factã: & ſcandalizare per actionẽ mali ſpeciem habentem, quoniã harum prior nec formaliter, nec reductiuè ſortitur ſpeciẽ ſcandali: quia manifeſtè peccare eſt circunſtantia grauans, non variãs ſpeciem. Poſterior verò actio reductiuè ſpectat ad ſpeciem ſcandali, quia nullam aliam rationem peccati habet: & tamen conſtat eſſe malam.

9 In hac re valde quotidiana, nec minus dubia nihil occurrerat in lectionis curſu, quod aſſerere auderem: at eam nunc quamuis raptim, recognoſcenti videtur, ſalua, quæ iuſtior ſit ſententia, dicendum quoties peccatũ à tali perſona fit, & coram talibus, quibus probabile eſt ac veriſimile nouam occaſionem ruinæ per illud dari: toties circunſtantiam ſubeſſe neceſſariò confitendam, vt prioris partis aſſertores aiunt. Quando verò coram talibus peccatur, quibus non eſt probabile neque veriſimile dari per illud nouam ruendi occaſionem: tunc circunſtantiam huiuſmodi non adeſſe, vt poſterioris partis aſſertoribus placet. Verbi gratia: Fornicatur quis coram eis, qui ad fornicandum parati erant: vel ferit aliquis enſe alterum coram viris egregiè manſuetis, de quibus credere par eſt illiuſmodi percuſſione non eſſe ad percuſſionem alliciendos: aut caſtrametatus eſt alicubi exercitus quiſpiam, milites paſſim vineas ingrediuntur, & vuas edunt alienas, & quæ fortè ſunt amicorum. Sexcenta id genus alia exẽpla proponas, in quibus adeo, qui videt, ad peccandũ eſt illectus, vel à peccando ſemotus, vt alterius exẽplo, nil moueatur.

Ex quibus infero ad conſtituendum aliquid in vere ſcandali ſpecie, non ſufficere actionem ex ſe malam, & ſuapte natura occaſionem ruendi alij præſtantem: niſi & qualitas illorum, coram quibus ea fit, veriſimile faciat viro prudenti occaſionem cadendi dediſſe, licet fortè ipſi non cecidiſſent.

Secundò ſubinfertur, verbum illud: *Præbens occaſionem ruinæ*, in definitione ſcandali ſuprapoſitum nõ eſſe ita exponendum, id eſt, ſuapte natura malum: ſed quod ſcandalizandi mente fit, aut veriſimiliter, ac probabiliter ad ruinam & peccatum videntem prouocat.

Contra tamen hoc facit, quod Petro dictũ fuit à Chriſto: *Scandalum mihi es.* [a] at non erat veriſimile Chriſtum ſcandalizandum.

Reſpondeo primo aliquibus videri illud peccatum Petri non fuiſſe ſcandalum. Sed hoc verbis Euangelij repugnare videtur: habent enim illa ſic: *Vade retro me Sathanas: quia mihi ſcandalum es.* Quare dicendum primo illud Petri peccatum verum ſcandalum fuiſſe: quia per illud curabat Chriſti paſſionem impedire: & ita erat ſcandalum formale, ſiue formatum.

Secundo reſpondeo, quòd Petro, vt erat tunc affectus, * qui nondũ ſatis Chriſti diuinitatẽ nouit, veriſimile debuiſſet eſſe, quod ipſe dicebat, ſcãdalizare potuiſſe Chriſtum.

* Qui nondum ſatis Chriſti diuinitatem. D. *Petrus cum hoc eſt ei à Chriſto dictum plane diuinitatem eius nouerat, cum paulo ante in hoc ipſo cap. cum eſſet inſigniter confeſſus dicens, Tu es Chriſtus filius Dei viui.*

NOta ſecundo ex illis verbis: *Dei gratia, quæ in pectore dictauit omnia mala etiam priora remunerat bona*, per pœnitentiam reſtitui pœnitenti omnia bona, quæ fecerat ante peccatum.

10 Quod eſt verum de bonis mortificatis per peccatum mortiferum, quæ videlicet facta fuerunt in gratia, & aliquando vixerunt: non tamen de bonis factis in peccato mortali, & ideo ſemper mortua fuerunt. Quod copioſè tradit Gabriel, [b] & preſsius Maior, [c] & ante illos D. Thomas. [d] Quod latius expreſsimus in cap. *pium eſt*. [e] vbi tenuimus peccatorẽ ſemper ad maiorem reſurgere gratiam.

§. *IN HIS.*

IN his omnibus dolens aut relinquat ſæculum, aut ſaltem illa, quæ ſine admixtione mali non ſunt adminiſtrata, vt mercatura, & militia, & alia, quæ vtentibus ſunt nociua: & adminiſtrationes ſæcularium poteſtatum, niſi his vtatur ex obedientiæ licentia.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitenti conſulendum, vt à periculoſis officiis abſtineat.*

1 EX his verbis nota eum, qui ex animo pœnitet, abſtinere debere ab officiis, etiam licitis, ſi ſunt periculoſa, ita vt difficile ſine peccato exerceantur: qualis eſt mercatura, & qualis militia. Quod verum eſt de conſilio, non tamen de præcepto, vt dicetur in duobus capitibus ſequentibus, quorum eſt hæc dos peculiaris.

§. *PONAT.*

POnat ſe omnino in poteſtate iudicis, in iudicio ſacerdotis, nihil ſibi reſeruans ſui: vt omnia eo iubẽte paratus ſit facere pro

reparanda

a Matth. 18. capit.
b In 2. 2. qu. 43. art. 1. ſub finem addi. 1.
c In quarto de confeſſione. q. 4. col. 4.
p In quarto d. 38. q. 3.
e In verb. Scandalum. q. 2. in fine.
f 2. 2. qu. 43. art. 3.
g In quarto d. 38. q. 7. col. 2. verſ. 3.
h 2. parte tit. 7. c. 4 §. 4. col. 1. & in col. 6.
i 2. 2. qu. 72. ar. 2.
k 2. 2. quæſt. 73. art. 2.
l 2. 2. qu. 43. ar. 3.
m Verb. ſcãdalum.
n In prædicta art. 1.
a Matth. 16.
b In quarto diſt. 16. quæſtio. 3.
c In eodem quarto. diſt. 22. quæſt. 1.
d In 3. par. quæſtio. 89. art. 2.
e Supr. diſt. 3.

reparanda vita animæ, quæcumque faceret pro euitanda corporis morte, & hoc cum desiderio, quia vitam recuperat infinitam, vt Deus, cum gaudio enim facere debet immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitens pœnitentiam impositam sibi suscipiat de consilio, non de præcepto, num. 6. si discreta est, nu. 7 nisi talis præcipiatur, quæ etiam non iubente confessario subeunda sit. n. 9. & 13.*
2 *Omnino, hæc vox quid significet.*
3 *Peccat mortaliter, qui superiori non paret.*
4 *Pœnitentia qualis nimium melancholico non subeunda.*
5 *Pœnitentia condigna minor peracta non liberat in totum.*
8 *Pœnitentiæ parum discretæ exempla.*
10 *Peccatum de non peccato efficit contemptus.*
11 *Confessario cur non parendum necessariò, iudici autem exteriori sic.*
12 *Pœna cum varia est, cuius optio.*
14 *Pœnitentia ingrediendi religionẽ non necessario acceptanda.*
15 *Pœnitentiales canones ad quid statuti.*
16 *Intellectus cap. 1. de pœnit. tangitur.*

1 NOta primo ex hoc §. pœnitentem * ad acceptandam totam pœnitentiam ei à confessario impositam teneri. Quod colligitur primo ex illis verbis: *Ponat se omnino in potestate iudicis.*

2 Ponderando primum illam dictionem, *Omnino*, * siue significet sine aliqua pactione, conditione, vel modo iuxta glossam memorabilem, quæ est prima c. *ex parte.* a siue significet ipso iure, iuxta glossam, b putatam singularem à Ludouico Romano, c cui tamen similis est in auth. *qui rem.* d siue, quod germanius est huic textui totaliter siue in totum, iuxta textum iuncta expositione Archidiaconi quem alij sequuntur. e Ponderando secundo, quod ait, *Nihil sibi reseruans.* Tertio, quòd ait: *Omnia eo iubente paratus sit facere.* & quarto, quòd ait, pœnitentem debere suscipere tantam pœnitentiam, si ei imponatur, quantam susciperet pro euitanda corporis morte, & confirmatur per illud: *Si quis principi non obedierit, morte moriatur.* vt habet cap. 2. f iuncto c. *per venerabilem.* g

3 Per quæ concluditur, peccatum mortale peccare, qui Superiori non paret: at confessarius superior & præfectus confitentis est, etiam si confitens fuerit Papa, vt habet glossa putata singularis, h quæ similem habet in c. *nemo.* i Facit tertio, quòd iudici parendum est, nisi ab eo iustè appelletur. k Facit quarto, quod si pœnitenti, qui tenet domi concubinam, aut famulam, cui periculosè conuiuit, confessarius præceperit, vt eam à domo eiiciat: tenetur confitens eam eiicere secundum Richardum receptum. l Facit quinto, quod confitens tenetur obedire confessario iubenti restitutionem male ablatorum secundum omnes, & satis probatur argumento c. *sepe.* m & eorum, quæ ait S. Thomas. n Facit sexto, quòd hæc eadem verba textus refert Magister, & ita simpliciter intelligit, o vbi etiam alia Sanctorum dicta in hoc ipsum citat. Facit septimo, quòd hanc partem etiam simpliciter tenet Antoninus, p & ante illum D. Thomas & Paludanus, q & clarius prædictis Maior, r qui mouetur per c. *statuimus.* s quod habet, ei, qui pœnitentiam renuerit suscipere, interdicendum ingressum Ecclesiæ. Latius, quã Maior, tenet Almaynus. t Quod etiam sentit Roffensis, v vbi multa in hoc dicta Sanctorum citat. & licet non tractet quæstionem ex professo, attamen hoc videntur ipsius verba sonare. Facit octauo, vltra prædicta, dictum Rabani de collatione Synodorum antiquarum iis verbis. *Pœnitens debet quidquid iniunctum ei fuerit, ita cautè seruare, tamquam ab ipso Dei ore fuerit prolatum.* Facit nono, quòd potest confessarius absoluere, quoad culpam: ergo etiam quoad pœnam ligare: quia Euangelium non minus loquitur de pœna, quam de culpa. Ioannis enim 20. vt legis: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*, ita etiam audis: *Quorum retinueritis, retenta sunt.* Facit l. *qui condemnare.* x & glossa cap. *cum inferior.* y Et ita nuper longo tempore post hæc edita declarauit

A Concilium Tridentinum hæreticũ illum, qui dixerit non esse datam sacerdotibus potestatẽ ligandi, sicut soluendi. a

4 Contra tamen hanc conclusionem facit primo, quod fieri potest, vt à confessario pœnitentia imprudenter imponatur * confitenti, puta si melancholico, & ad desperationem prono imponantur ea, quæ augmentent melancholiam & tristitiã: quale dicitur esse panis & aquæ tantum ieiunium, qualis & vitatio honestarũ recreationum cum honestis personis. Secũdo facit c. *significauit.* b quod habet propter auctoritas pœnitentias non esse pœnitentes à seruitio Ecclesiæ retardandos. Facit, quod ait Hostiensis, c potius solam orationem dominicam iniungendam esse pœnitenti, quam dimittere illum insolutum. Quin & B Thomas, d ait tantam posse pœnitentis esse indispositionem, vt sine vlla penitus pœnitentia posset absolui, modo pœnitens velit saltẽ in Purgatorio satisfacere. Facit etiam consuetudo tam confitentium, quàm confessariorum, neque imponentium, neque acceptantium pœnitentias peccatis condignas.

5 Facit quòd pœnitentia iniuncta à sacerdote, si non est tanta, quantam peccata confitentis exigunt, non erit ob eam peractam absolutus à tota pœna, secundum S. Thomam & alios, e & est glossa 8. f inter communes contra glossam in c. *mensuram.* g quam ibi alias reprehendimus. Est & contra multos nostros doctores, qui eam male probarunt. Sicut ergo pœnitentia iniuncta, & acceptata & peracta non liberat penitus à purgatorio: ita videtur æquum, nequis cogatur illam iniunctam suscipere.

6 Per hæc videtur tenenda hæc pars posterior, scilicet confessum peccata sua optimè quidem facturum: si pœnitentiam discretè illi taxatam acceptauerit: & acceptatam peregerit: non autem ad id vllo præcepto obligari. Sed satis esse, quod ea sit mente, quo velit in hoc sæculo, vel in purgatorio de eis satisfacere saltem ad hoc, vt possit iustè à sacerdote absolui, si voluerit eũ absoluere, vt latius succi plena breuitate declarauimus in Manu. confess. h Si tamen noluerit eum absoluere, nisi totã, quam iustè illi imponit, pœnitentiam acceptet, iustè poterit ei negare absolutionem. iustè quoque poterit pœnitens alium adire confessarium, cui cõfiteatur ex integro, quem minorem ei pœnitentiam impositum ire credat. Adde hic ea, quę addo in c. contrarium. i

8 Non dixi tamen supra otiose: *Discrete taxatam.* Quia si indiscretè iniungeretur, vt valde melancholico ieiunium panis & aquæ, aut vitatio recreationũ honestarum imponeretur, melius faceret, si eam non acceptaret secundum Richardum. k Eiusdem generis esse ipse arbitror, si quis debilissimo multa ieiunia iniunxerit: aut lectionibus faciendis, vel reddẽdis, & precibus horariis multis dicendis occupatissimo, psalterij, vel magnæ illius partis, vel multarum aliarum precationum onus imposuerit. Facit, quod tanta potest esse confitentis contritio, vt nulla penitus ei satisfactio & pœnitẽtia sit imponenda. l Neque potest vllus præter Deum pœnitentiam penitus æquam, & quæ non sit maior condigna, vel minor, arbitrari, vt satis probatur in illo cap. *mensuram.*

9 Non obstant in cõtrarium adducta, nõ enim primum, scilicet, hoc nostrum ca. Respondetur enim primò potest, huius c. auctorem in hac quoque parte, sicut in aliis multis consulendo agere, non præcipiẽdo etiam quando pœnitentia prudenter imponitur; quippe imprudẽter imposita etiam de consilio non est suscipienda ad sensum proximè dictum. Secundo respondetur potest, intelligendum esse de his, ad quæ confessus tenetur, secluso confessarij præcepto: qualis est restitutio, quæ cessatio quædã à peccato est, vt exorditur Adrianus, m & probatur in c. *sepe.* n Qualis item est euitatio conuersationis illarum personarum, quæ dant ei proximam delinquendi occasionem, secundum Richardũ. o Tertio respondetur potest exponendo verba illa, *Ponat se:* &, *Paratus sit*, pro non contemnat. 10 Contemptus enim efficit, vt peccatum sit, quod alioqui non esset. Qualis est contemptus consiliorum Christi Seruatoris nostri vt habet glossa celebris & communiter recepta in cap. *quis autem.* p

Primus tamen intelligendi modus germanior videtur.

Ad secundum respondeo, illud: *Si quis principi non obe-*

dieris,

a *In sess 14. c. 8. & can. 15.*

b *De pœnit. & remiss.*

c *In summa. de pœnit. & remiss. §. & an ficte. vers. Qui de operibus.*

d *à Vio, in summa, verb. satisfactio.*

e *In 4. d. 20.*

f *In extrauag. 1. de pœnit. & remiss.*

g *De pœnit. dist. 1.*

h *C. 26. n. 20.*

i *Num. 17.*

k *In d. d. 18. ar. 5.*

l *C. mensurã. de pœnitẽt. dist. 1.*

m *In quarto de sacra. pœnit.*

n *De ref. spol.*

o *In dist. 18. art. 5.*

p *10. distin.*

a *1. de offi. deleg.*
b *In l. §. 1. si pecuniam. ff. depos. verbo, Omnino.*
c *Singul. 1.*
d *C. de SS. Eccles.*
e *In c. si beneficia. de prob. lib. 6.*
f *De maior. & obedi. & 1. Reg. 15. Deut. 17. 11. 9. 3. c. nisi.*
g *Col. fi. qui filij sint legi.*
h *In c. sane 2. de offi. deleg.*
i *9. q. 3.*
k *Cap. vt debitus honor. cum simlib. de appell.*
l *In quarto dist. 18. ar. 8. qu. 5.*
m *De ref. spol lint.*
n *2. 2. q. 62. art 5.*
o *In quarto dist. 18.*
p *3. par. titul. 14. c. 19. §. 18.*
q *In quarto dist. 20. qu. 2. quæst. 3.*
r *Dist. 17. q. 2.*
s *De maled.*
t *In d. 18. quarti, col. 4. vsq. 5. contra Lutherã.*
x *ff. de reg. iur.*
y *De maio. & obed. & c. inferior. 21. distinctione.*

dierit, morte moriatur. cum similibus intelligendum esse de his, quæ etiam volenti, nolenti iuberi possunt; non de his, quæ volenti tantùm: qualis est hæc pœnitentiæ iniunctio.

11 Et si quis dicat, quæ fuerit ratio, quòd iudex exterioris fori delinquenti velit, nolit, pœnam meritam imponere potest: iudex autem interioris hoc non potest: Respondeo quòd forum internum tantùm animæ pœnitentis vtilitatem respicit: & ita pœnitentia in eo foro iniuncta, quasi mandatum in ipsius vtilitatem factum in consilium transit, iuxta l. 2. a Quamuis differat ab illo: quia hæc pœnitentia acceptata necessario adimplenda est, argumento c. *tempora.* iuncta 1. glossa, & iuncto ca. sequenti & præcedenti, b illud autem mandatum etiam post acceptatum nõ ligat. c Est & alia ratio: quia diuina clementia videtur ob fragilitatem nostram dedisse nobis optionem satisfaciendi ei vel hic, vel in purgatorio, vel ad arbitrium alterius confessarij, iuxta ea quæ proxime dicta fuêre. d

12 Et quando in pœnis datur optio per verbũ ad ipsum reum relatum, satisfacit subeundo illam, quam elegerit vt dicit glossa, e Bartholus. f Panormitanus in ca. inter cæteras. de resc. vbi late Felinus. g Non dixi: quando pœna alternatiuè imponitur, sed quando pœnæ optio reo datur. Quoniam non sum ignarus communiter teneri, electionem pœnæ alternatiuè positę ad iudicem regulariter pertinere. vt habet glossa & Dominicus h & Archidiaconus, i glossa, Panormitanus & Imola, k glossa finalis, Panormitanus & Ananias, l quãuis Bartholus, m contradixerit, quando verba nec ad iudicem referuntur, neque ad partem.

Ad tertiũ eodem modo respõdetur, quo ad secundum.

13 Ad quartum concedo, pœnitentem ad acceptandam pœnitentiam teneri, quando illa est talis: ad quam faciendam obligatur pœnitens sine vllo confessarij iussu: qualis est malarum & periculosarum conuersationũ vitatio: qualis est malè ablati restitutio. Per quod soluitur & quintũ.

Ad sextum eo modo respondetur, quo ad primum.

Ad septimum concedo, graues auctores esse pro contraria sententia: graues item esse pro nostra, & præterea consuetudinem generalem, quæ legum optima est interpres. n Et ad ca. illud *statuimus.* o respondeo, non agere illud de pœnitentia interioris fori: sed exterioris quod facile colligas ex illis verbis: *Per episcopum suum pœnæ subdatur inferius annotata.* Immo & ex eiisdem verbis, quę Maior citabat, videlicet, *Si venuerit recipere, ac perficere pœnitẽtiam supradictam, Ecclesiæ interdicatur ingressus, & in obitu ecclesiastica careat sepultura.* Nam non est numeris & potestatis confessatij ingressu Ecclesię interdicere pœnitentem, qui noluit pœnitentiam suscipere, vel iniũctam implere. Neque ecclesiastica illum priuare sepultura. Neque ad hũc modum reuelare confessiones? Idem colligitur etiam ex secunda parte illius cap. ibi, *Coactione Episcopi adhibita.* Et quidem demiror, Maiorem virum alioqui doctum, & canonum non penitus ignarum ad hoc illud cap. citasse.

Ad octauum respondeo, illud Rabani de pœnitentia iniuncta & acceptata intelligendum, sicut & pleraque alia Sanctorum dicta.

Ad nonum concedo, confessarium posse quidem ligare ad pœnam, sicut & absoluere à culpa: sed cõstat inter omnes non posse absoluere nolentem, sed tantum volentem. Et ita concedo, posse ligare quidem eum volentem, & pœnitentiam acceptantem: sed non consequitur, hoc posse etiam nolentem, & in purgatorio, vel per alia opera bona satisfacere pro peccatis deliberatem: aut certè volentem iterum alteri confessario, à quo minorem expectat pœnitentiam, confiteri.

14 Ex quibus infertur primo, non teneri pœnitentem ad acceptandum religionis ingressum in pœnitentia sibi iniunctum: quia religionis ingressus voluntatis est, & præcipi non potest. p Neque textus noster, qui aliquos in diuersam partem videtur mouisse, contradicit, q vt per se patet. Nõ enim simpliciter ait: *Relinquat sæculum*: sed *subiicit: Aut saltẽ illa, quæ sine admixtione mali non sunt administrata.*

Neque obstant canones illi, qui citantur à glossa 1. r scilicet, cap. *si ille,* s & cap. *dictum.* t & cap. *de lapsis.* v ca. *admonere.* x ca. *tuæ*, de pœnis, quibus cauetur, aliquem esse in monasterium ad agendam pœnitentiam recludendum. Quia primo illi textus in foro exteriori loquuntur, nos de interiori agimus, quæ in hoc differre supra diximus, & quæ diuersitatis sit ratio ostendimus. Secundo, quia diuersa sunt, aliquem effici religiosum, siue monachum, & ad agendam pœnitentiam intra monasterium includi. Hanc conclusionem tenet Cardinalis supra, a & S. Thomas. b

Infertur secundo, non esse verum, quod Cardinalis ait hic, c scilicet, sacerdotem posse iniungere alicui pœnitenti quiddam grauius: quàm sit religio: scilicet carcerem perpetuum, quo semper solo pane vescatur, & aquam solam potet.

Infertur & tertio, canones illos 47. pœnitentiales, quos colligit. Hostiensis, d non esse in hoc institutos, vt pœnam in eis contentam pœnitenti volenti, nolenti confessarius imponat: sed vt volenti tantùm iniungat: aut iudex ecclesiasticus in foro pœnitentiali exteriori, idest cum agitur ad pœnitentiam, tantum eam subire præcipiat.

Infertur & quarto, c. r. de pœnit. & remiss. quod habet; *Manifesta peccata non esse occulta correptione purganda*, non habere locum in foro conscientiæ penitus interiori: quoniam pœnitens non potest à confessario cogi, vt etiam pro publico peccato pœnitẽtiam publicam subeat. Quod sentit Antoninus, e dum allegat Speculatorem, f qui sub finem ait, pro certo peccato occulto non esse pœnitentiam certam infligendã, prout faciunt religiosi, hoc ideo, ne peccatum percipi possit. Allegat constitutionẽ quamdam Alexandri quam tamen suo tempore non haberi asserit. In cuius additionibus Ioãnes Andreas clarius hoc decidit. Monaldus item, g & Diuus Antoninus. h Quod tamen latiùs tractabitur in c. 1. infra. i Addeiis ea, quæ de pœnitentia iniuncta à confessario adduntur infra. k

§. *SEMPER DEPRECETUR.*

SEmper deprecetur Deum certus de venia: qui omnibus modis, & sine omni tædio dubius rogaret potestatẽ terrenam, abstineat à multis licitis, qui per libertatem arbitrij commisit illicita. Semper offerat Deo mentem, & cordis contritionem: deinde & quod potest de possessione: tunc quod offerat Deo, securus offerat. Respexit enim Dominus ad Abel, & ad munera eius: sed prius dicit, ad Abel, quam ad munera eius, Sumẽs enim mentem, quam cognouit humilem & purã, remunerauit eius largitatis munera. Ad Cain verò nõ respexit, neque ad eius munera, mentẽ enim eius, quam viderat, quoniam non cognouit, eius munera non recepit. In iudicio itaque cordis consideranda est eleemosyna tribuentis: nec iam considerandum est quantùm, sed qua mente, qua affectione dat, quod potest. Vidua enim duobus, quæ habuerat, minutis larga, plus omnibus posuit. Qui ergo sua peccata redimere vult temporalium oblatione, cãueat vt prius offerat mentem. *Luc. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Offerre se Deo quid.*
2 *Pœnitere semper peccati admissi, & illud conterere oportet, non de præcepto, sed de consilio. nu. 5. Scrupuloso verò nec de consilio. num. 4.*
5 *Semper, Indesinenter, & alia similes voces, quomodo intelligenda.*
6 *Deus omnia nouit notitia simplici, non item approbatiua.*

a *In §. delendum, col. 3.*
b *In 4. dist. 16. in expositione litteræ.*
c *Colum. 4.*
d *In summa de pœnit. & remiss.*
e *In cap. 1.*
f *In titul. de pœnit.*
g *In titu. de pœnit. publica & priuata.*
h *3. parte. tit. 14. ca. 17. §. 8.*
i *Dist. seq.*
k *Dist. seq. c. 1. à num. 35. vsque ad nu. 50.*

a *In l. quicũque. C. de ser. fug.*
b *In l. 1. §. exactores. ff. de effracto.*
c *Col. 4.*
d *In c. fraternitatis 34. d. glos. 5.*
e *21. q. 2. in summa.*
f *In c. a crapula de vita & honest. cleri.*
g *Col. 4.*
h *In c. fraternitatis 34. d. glos. 5.*
i *21. q. 2. in summa.*
k *In c. a crapula de vita & honest. cleri.*
l *In c. sicut. de Iudæis.*
m *In illo §. ex præceptoris.*
n *Cap. cum dilectus de coniugat. l. minime. ff. de legib.*
o *De maledicis.*
p *Cap. integrum. 32. q. 1.*
q *In vers. præced. In his.*
r *Cap. sicut. 20. q. 1.*
s *50. dist.*
t *81. dist.*
v *16. q. 6.*
x *33. q. 2.*

NOTA primo ex illis verbis: *offerat mentem*, mentem & animam suam offerre Deo esse agnoscere eum suę creationis principium, & suæ beatificationis finem: atque ideo suam ei præceptisque ipsius voluntatem subiicere, iuxta mentem D. Thomæ. [a] Quod vtinam frequenter non tam verbis, quam mente ac pectore integro agamus: rem veluti omnium sententia piissimam, & totius tristitiæ delendę antidoton aptissimum, ac Christiano dignissimum. Ad quod ethnicus ille Persius veluti è longinquo rem non satis sibi notam speculatus, inuitare videtur, cum ait.

Discite ę̃que ô miseri, & causas cognoscite rerum:
Quid sumus, & quonam victuri gignimur, ordo
Quis datus, aut meta quam mollis flexus, & vnde,
Quis modus argento, quid fas optare, quid asper
Vtile nummus habet?

Quæ ponit Augustinus. [b]

Nota secundo ex illis verbis: *Semper offerat Deo cordis contritionem*, eum, qui mortaliter peccauit, semper in hac vita debere illius peccati pœnitere, & illud semper conterere. Facit cap. *pœnitentia*. [c] ibi: *Continue est dolendum de peccato*, & ibi: *Pœnitere enim est pœnam tenere, vt semper puniat, &c.* Facit cap. *si Apostolus*. [d] ibi: *Pœnitenti quid prætor plorare restat? quid, nisi semper dolere in vita? vbi enim dolor finitur, deficit & pœnitentia.* Facit & cap. *pœnitentiam*, [e] ibi: *Canis reuertens ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti.* Quorum adagiorum prius ponitur Prou. 26. cap. posterius verò in 2. Petri. 2. cap. & vtrumque dilatatur in Chiliadibus & facit cap. *Iudæi*, [f] ibi, *Nullum inuenitur delictorum tale remedium, sicut eorum continua memoria.*

Contrarium tamen tenendum est: pro quo est illud Nahum. [g] *Non iudicabit Deus bis in idipsum.* Habetur in cap. *quid prodest*. [h] Facit cap. *at si clerici*. [i] Facit quod supra in glossa Summæ, [k] est dictum non teneri quem ad conterendum iterum vnum peccatum mortale semel contritum: neque ad conterendum non contritum, nisi certo tempore. Facit, quod Paludanus ait, [l] non teneri peccatorem ad semper dolendum de peccato: sed satis esse quod semel conterat illud; & numquam sibi iterum complaceat.

4 Non obstat hic versus quia primò respondeo, eum procedere de consilio, sicut pleraque alia huius cap. Quin & videtur laudabile, non se in his occupare illum, qui scrupulosa phantasia cum mentis inquietudine timens, se non esse contritum, id faceret, per illud, quod in simili Thomas à Vio dixit, [m] scilicet confessionis sacramentalis frequentationem rem quidem de se optimam esse regulariter ac medicinam, magnopere quem in timore Domini conseruantem; at cum sit ex scrupulosa & inquieta phantasia, conscientiam iterandæ ac reiterandæ confessionis concipiendo, maximè nociuam esse: ac talem scrupulosum credere debere se confessum peccata, etiam si certo non meminerit: modo neque contrarium recordetur, & sciat, se mediocrem diligentiam in reminiscendis peccatis posuisse, quod memoria tenendum commendo.

5 Secundò respondeo illam vocem, *Semper*, exponi debere temporibus à iure determinatis. Quod in simili facit glossa in cap. *numquam de manu tua psalterium cadat*. [n] Ibi enim glossa [o] ait, idest, horis constitutis, & glossa cap. *si quis*. [p] verbum, *Indesinenter*, exponit, idest, *Horis statutis*, & glosa in cap. *hi qui*. [q] verbis illis, die noctuque addit, *Horis interpollatis*: & l. *si quis ita*. [r] quæ habet, eum, cui legatum est aliquid, vt cum filijs habitet, non teneri ab eis omnibus momentis commanendum.

NOTA tertio verba illa: *Mentem Cain Deus non cognouit*, quæ videntur innuere esse aliqua, quæ Deus minimè nouit. Facit illud, [s] *Non noui vos*, & refertur in ca. *prophetauit*. [t] Facit & illud. [v] *Nouit Dominus viam iustorum*. quasi non nouerit viam impiorum.

Sed contra hoc est cap. *nouit ille, qui nihil ignorat*. de iudicijs. & illud. [x] *Omnia nuda & aperta sunt in oculis eius*, & refertur in cap. *Deus omnipotens*. [y]

Hanc difficultatem latius tracto in repetit. cap. *Nouit*. de iudic. Huic loco satis est dicere verbum illud; *Non cognouit*. non accipi pro simplici notitia & cognitione: sed pro notitia commendatiua & approbatiua; qua Deus psalmo primo dicitur peccatores minime nosse. Qua item dicitur haud nosse fatuas virgines apud Matthæum. [a] & in illo cap. *prophetauit*, quod glosa ibi pulchra declarat, & in præsenti insinuat. Nouit ergo Deus omnia, & in his Cain, & alios peccatores notitia & cognitione simplici: non nouit autem Cain, neque malos alios nosci notitia approbatiua.

a *Matth. 25.*

§. *CAVTVS.*

CAutus sit pœnitens, ne verecundia ductus diuidat apud se confessionem, vt diuersa velit diuersis sacerdotibus manifestare. Quidam enim vni celât, quæ aliis manifestanda reseruant: quod est se laudare, & ad hypocrisim tendere, & semper venia carere, ad quam per frusta totam putat peruenire.

SVMMARIVM.

1 *Confessio integra sit omnium peccatorum, intellige mortalium, num. 2. alias non detectorum. nu. 3.*
4 *Confessio peccatorum sine contritione, & sine attritione iusta detectorum non iteranda.*
5 *Confessionis integritatis ratio necessariò concludens nulla redditi potest, sed lege id iusta est cautum, nu. 7. nempe à Christo lata. num. 8.*
6 *Morbi corporis, & vitij animi medelæ conditio longe diuersa.*
9 *Peccata venialia difficilia intellectu ac cognitu.*
10 *Peccata, quorum solutio Superiori reseruatur confitens, quid facier? Omnia Superiori confiteatur. num. 11. aut reseruata tantum prius illi, & postea illa cum omnibus aliis inferiori. nu. 12. aut prius inferiori, reseruata. num. 13. vel à Superiori committatur inferiori reseruati reseratio, quod tamen non est sine omni periculo. num. 14. & 15. Est modus alius quintus maxime vsurpandus. num. 16.*
17 *Peccata reseruata confitens sic interrogetur.*
18 *Confessio legitima per accidens aliquando non integra.*
19 *Absolutio vna è duabus conflatur, immo aliquando è tribus & quatuor nu. 22. quo casu postrema gratiam sacramentalem operatur. nu. 21.*
20 *Sacramentum vnum à multis personis, & diuerso tempore conficitur.*
23 *Absolutio reseruatorum superioris sacramentalis contra Adrianum.*
24 *Excommunicatus prius ab excommunicatione, quam peccatis soluendus.*
25 *Excommunicati professio valida, matrimonium item. nu. 26. Missa item. num. 27. & confirmatio. nu. 28. ordo item. n. 29. Ergo & confessio & absolutio. nu. 30.*
31 *Confessio & absolutio informes validæ.*
32 *Peccata reseruata desinunt esse talia, si quis ea oblitus, & alia confessus à confessario potente etiam ab illis absoluere vniuersaliter absoluatur ab omnibus.*
33 *Absoluo te in nomine Patris & filij & Spiritus sancti, hæc verba etiam censuras comprehendere.*

1 NOTA confessionem esse debere integram: similis textus in c. fi. infra, [b] ibi: *Falsa pœnitentia est, cum spretis pluribus de vno solo agitur pœnitentia.* Facit cap. *omnis*. [c] ibi. *Omnia peccata sua.* Facit c. *Non potest quis gratiam Dei cœlestis accipere, nisi prius purgatus fuerit ab omni sorde peccati, supra*, [d] & *quædam impietas infidelitatis est ab illo, qui iustus est, & iustitia, dimidiam sperare veniam*, cap. *sunt plures*. [e] vbi adducitur illud miraculum, [f] relatum, quo Saluator noster surdum, mutum, & à dæmone vexatum penitus ab omnibus liberauit.

Intelligenda tamen est hæc conclusio primo quo ad peccata mortalia, non venialia, vt habet glossa 2. recepta. [g]

2 Intelligenda item est secundo de peccatis quæ aliàs non fuêre legitimè confessario manifestata: nam quæ quis

b *Eadem.* c *De pœnit. & remiss.* d *Dist. 1.* e *Supra d. 3.* f *Matth. 12.* g *In illo cap. omnis. de pœna. & remiss.*

semel legitimè confessus est, & ab eis absolutus, non tenetur illa vnquam iterum confiteri, etiam si fortè, quando confitebatur, iustam contritionem non habebat, neque attritionem talem, quæ virtute sacramenti in contritionem transiret per ea, quæ infra, [a] dicentur.

4 Circa tamen hanc conclusionem multæ incidunt difficultates. Prima, quòd nulla ratio, quæ necessario concludat, adduci potest, probans omnia peccata vni sacerdoti necessario confitenda. Secunda, quòd textus hic nihil probat, nisi de illo, qui ex proposito diuidit confessionem ob verecundiam, vel ob alium finem. Sed neque cap. *omnis*. [b] ad hoc cogit. Tertia, quod Psaltes ait. [c] *Delicta quis intelliget?* quasi dicat, *Nemo*. at, quod quis non intelligit, non potest confiteri, argumento l. *Labeo*. [d] & cap. *in autem*. [e] Quarta, quòd pœnitentia est secunda tabula post naufragium, [f] quæ sunt verba Hieronymi ad Demetriadem: sed per peccata venialia nemo naufragatur. [g] Aptior textus in cap. *de quotidianis*. [h] Ergo non tenemur confiteri venialia. Quinta, quod est dare casum, in quo pœnitens omnia vni confitendo daret occasionem peccandi confessario: vt si mulier probabiliter putaret se sollicitatum iri à confessario; si se fornicatam fuisse confiteatur: vel probabiliter arbitretur, eum ad luxum mouendum, si ei suam turpitudinem patefaciat. Sexta quod sunt casus, in quibus non potest absoluere confessarius, iuxta glossam singularem, [i] & ita tunc frustra fieret confessio ipsi confessario. Septima, quòd constat frequenter quem obliuisci aliquod peccatum ex multis; & ita illud non confiteri: at ipsum compellere ad reiterandam aliorum confessionem durum videretur. Octaua, quòd sunt circunstantiæ aliquando tales confitendæ, quarum confessione detegeretur alia persona. quo casu non videtur debere, neque posse talis detegi, neque manifestari.

5 Pro primæ difficultatis solutione dicendum videtur primò, quòd nulla ratio reddi potest, quæ sola necessariò concludat, hanc integritatem confessionis esse omnino necessariam: quoniam illa, quam reddit S. Thomas, [k] videtur esse omnium optima, vt Paludanus & Adrianus ostendunt. Quæ tamen non concludit necessario; quoniam illa talis est: sicut corporali medico omnem ægroti morbum notum esse oportet, quo rectè possit illi mederi; ita medico spirituali omne animi vitium oportet esse cognitum.

6 Quam tamen rationem Durandus eneruat, piè considerans, medelam animę & corporis longè in hoc differre: quoniam medela corporea, quæ vnum morbum fugat, alium auget: medela verò animæ, quæ sola contritio & diuina gratia est, æquè valet contra vnum, ac contra alium. Sed neque Durandi, quam subdit, ratio concludit: ait enim ille confessionem respondere contritioni, & ideo, quemadmodum contritio non potest esse, nisi omnium peccatorum, ita neque debet esse confessio. Quæ ratio concludit quidem, omnia peccata esse confitenda; non tamen concludit omnia vni & simul esse confitenda; nam & satisfactio respondet contritioni: at potest pœnitens satisfacere de alijs vno tempore, dilata in aliud tempus aliorum satisfactione. Et omnes quoque aliæ, quæ redduntur, non videntur concludere. quod videre facile fuerit in scriptis Paludani & Adriani concludentium tãdem, Thomæ rationem huius integritatis congruitatem persuadere, non item necessitatem; eo quod alia peccata, scilicet priora reddunt grauiora, alia scilicet posteriora, & congruum est, licet non necessarium, omnes circunstantias grauantes confiteri, & ideo congruum, vt omnia peccata confiteamur vni. Quare concedendum videtur, nulla ratione necessariò concludi posse confessionis integritatem omnino necessariam: sed lege id cautum esse iusta & æqua.

7 Ad secundum respondeo concedendo hunc textum, qui allegatur præcipuus, non probare necessario, confessionem peccatorum semper debere esse integrã: sed quod non debeat illa diuidi ex verecundia vel hypocrisi. at cap. *omnis*. l satis hanc conclusionem probare, dum ait; *Omnia sua solus peccata confiteatur proprio sacerdoti*. antiquior autem lex videtur esse consuetudo iam inde ab Ecclesiæ incunabulis in hunc diem seruata, quæ lex à Christo in Apostolos, & ab eis in alios, quasi per manus deriuata esse merito creditur.

8 Ad tertiam respondeo, Psalmistam de peccatis venialibus agere, quæ difficile quis intelligat; siue quoad eorum substantiam; siue quoad quantitatem & numerum: conclusionem autem nostram de mortalibus tantum intelligendam, glossa quæ recepta est & secunda dicti cap. omnis affirmat. Omnia nũquam peccata confitenda sunt, quæ cognosci possunt, & aliquo numerari modo, qui licet non sit exactus, erit tamen Domino clementissimo gratus; modo bona fide ac mediocri diligentia fuerit collectus.

9 Respondeo ad quintam, neminem teneri ad confitendum confessario, quod peccatum illi manifestari non potest sine verisimili confessarij, vel alterius, vel suæ periculo animæ, vel corporis. Quod latius disputatum est in prima parte huius cap. [a] & quid agendum sit eo casu, ibi dictum fuit.

Ad sextam concedo, esse aliqua peccata, quorum absolutionem non potest facere parochus: sed nego, pœnitentem illis & aliis infectum non teneri ad confitendum omnia parocho propter consuetudinem & legem prædictam, quamquam Ioannes Gersonus, [b] non putauerit hoc esse necessarium, cuius dictum non est ausus reprobare Maior. [c]

10 Quando igitur, pœnitens habet aliquod peccatum, à quo nequeat absoluere parochus secundum sententias receptiores, & Ecclesiæ receptum vsum, potest & debet facere vnum ex infra scriptis. Primo adeat superiorem Episcopum, vel Proepiscopum, vel alium ad quem ea res pertineat, puta Pœnitentiarium Romanum; & confiteatur omnia peccata, à quo ab omnibus absoluetur.

11 Secundo autem, si ille supetior nolit audire omnia, potest confiteri sola ea reseruata: & postea ea & omnia alia confiteatur proprio confessario; qui poterit eum absoluere ab omnibus: etiam si superior à reseruatis non absoluisset, secundum Paludanum receptum, & qui restatur ita seruari ab ecclesia Romana.

12 Tertio verò, si prius adierit inferiorem, qui nequeat eum à reseruatis absoluere, omnia illi fateatur; qui absoluet eum, à quibus potest, si modo non est excommunicatus: & pro absolutione casus reseruati remittet ad superiorem, cui confitebitur solùm illud reseruatum, & ab eo solo absoluetur.

13 Potest & quarto ipse pœnitens per se, vel alium superiorem adire, & ab eo impetrare commissionem secretam verbo, vel scripto, qua generatim ipsius pœnitentis confessario, quicunque fuerit ille, facultatem faciat eum ab illo peccato absoluendi. Sed hic modus periculosus esse potest, quoniam peccatum extra confessionem detegitur.

14 Quinto, quod frequenter consului, potest, pœnitens suo confessario confiteri omnia peccata sua, & absolui ab eo de his, qui suæ subsunt potestati: & deinde confessarius per se, vel alium, seu epistolam petere à superiore, vt faciat facultatem sibi absoluendi quemdam hominem in genere, nullo penitus expresso, qui ei confessus est tale peccatum, cuius absolutio est illi reseruata: quam facultatem, qui noluerit facere superior, rarus erit, & plus satis morosus. Si quis tamen adeo difficilis reperiatur, vtendum erit modo secundo.

17 Confessarius verò antequam in hæc remedia descendat, interroget pœnitentem: an habeat aliquam sui Pontificis vel Romani bullam, quæ ipsius confessario à casu illo absoluendi faciat facultatem. Circunspiciat etiam ipse confessarius: an sit eorum de numero, quibus ipsi casus de more conceduntur reseruati, quibus facultas sit absoluendi à peccatis reseruatis. Ne corde fortè perfecto pœnitentem difficultatibus illis offendat, & retrocedere faciat, quæ addenda sunt illis, quæ summatim tradimus in Man. Confess. [d]

Ex quibus omnibus infertur primo, quod plerique omnes concedunt, Confessionem quidem per se integram esse debere: per accidens tamen, seu propter aliqua, quæ illi accidere queunt, aliquando fieri posse non integram; quando, scilicet confessus parocho & ab eo, quo ad aliqua

a *In solut. septimæ difficultatis.* b *De pœnit. & remiss.* c *Psal. 18.* d *l. dff. de supellect. leg.* e *22. q. 2. cap. secundæ.* f *Supra d. 1.* g *Cap. tres sunt. sup. d. 1.* h *Supra. d. 3.* i *Cap. de pœnit. & remiss. lib. 6. in verb. Reseruantur.* k *In 4. d. 17. q. 3. ar. 4. q. 2.* l *De pœnit. & remiss.* a *Nat. 9. in prin.* b *Secunda part fol. 186. col. 1. sub cap. glorificante. & fol. 191. col. 1. sub cap. quærit 17.* c *In dicta d. quæst. 5.* d *Cap. 26. à num. 6.*

solutus, confitetur alia Episcopo, vel Pœnitentiario Romano, vel alij superiori, ad quem ea res pertinet. Vel contra, quando Pœnitentiarius prius reseruata sola audiuit, & ab eis vel absoluit, vel absoluendum inferiori remisit.

19 Infertur & secundo, ex duabus absolutionibus, vnam integram sacramentalem constitui: quod Paludanus & communis sequitur.

20 Ex quo tertio subinfertur duas personas, diuerso tempore, & multis forte diebus, & actionibus interiectis altera post alteram absoluentes vnicum perficere sacramentum.

21 Ex quo subinfertur quarto, gratiam illam sacramentalem, quam ex opere, quod operatum appellant, sacramentum confert; tum demum pœnitenti conferri, quando à secundo perficitur absolutio; siue is superior sit, siue inferior.

Quinto infertur ad illam quæstionem, quam à quodam meo auditore non obeseæ naris interrogatus fui, cùm hæc prolocutus de cathedra descendissem; nempe, quid faciendum sit ei, qui confessus inferiori, & ab eo de non reseruatis absolutus, dum ad superiorem pro reseruatorum absolutione habenda vadit, inciderit in aliquod mortale. Et videtur debere illum, si superior non reseruata voluerit audire, confiteri ei, etiam illud: alioqui confitebitur superiori reseruatum, & postea illud inferiori.

22 Quo casu, quem non memini legere vmquam, & tamen est quotidianus, arbitrarer dici posse, vnam sacramentalem & integram absolutionem fieri ex illa triplici absolutione particulari. Quod, si verum est, potest idem aliquando dici de quadruplici, puta, si iam secundo superiori confessus, & vadens ad confitendum tertio inferiori aliquod reseruatum admittat, ob quod oporteat, eum ad superiorem redire quarto ab eo absoluendum.

23 Postremo infertur non videri verum, quod ait Adrianus, [a] illam absolutionem, quam facit is, cui sola deregunt reseruata non esse sacramentalem, cuius contrarium & Paludanus tenet, & firmat Caietanus.

Aduertendum tamen, quod non otiosè supra dixi, pœnitentem ab inferiore, cui primum confessus fuit, absolui à non reseruatis posse, modo non esset excommunicatus: quia, si esset excommunicatus, non deberet illum vllatenus absoluere, ne grande sacrilegium committat, argumento cap. *si celebrat.* [b] & cap. *satis.* [c] & tradit Paludanus, [d] quem duus Antoninus & Siluester probant. Neque immerito, quia per iura supra dicta excommunicatus est exclusus à diuinis, & præsertim à sacramentorum perceptione, per illud c. *si celebrat.* quamquam in hoc vir alioqui doctus & pius Angelus à Clauasio cõtra tenuerit, [e] sequutus in hoc Monaldum & quosdã alios. Quamuis Richardus, quem pro se allegat, contra illum mihi videatur tenere. [f]

25 Quotidiana tamen & vtilis quæstio incidit: an absolutio ab excommunicato lata teneat ipse iure, licet dari non debeat. Pro parte affirmatiua facit, quòd professio ab excommunicato facta tenet. [g]

26 Matrimonium item ab excommunicato contractum tenet, per cap. *significasti.* [h] quod in hoc singulare putatur à multis, & in his à Felino, [i] & Perusino. [k]

27 Eucharistia per excommunicatum consecrata, verum est sacramentum, argumento cap. *de homine.* [l] & cap. *intra catholicam.* [m] tradunt omnes. [n]

28 Confirmationem etiam pari ratione non audeat quis iterare illi, qui excommunicatus confirmaretur.

29 Qui etiam excommunicatus ordine insignitur, verum suscipit ordinis sacramentum; licet illius non accipiat executionem. [o] Et hanc partem asseruit Angelus & ante illum Monaldus in loco præcitato: eandem Thomas à Vio fortiter affirmat. [p] Faciunt, quæ late ipsemet tradit in quæst. de valore confessionis informis sine iusto dolore factæ, [q] vbi sequutus S. Thomas, [r] tenet & probat, confessionem & absolutionem informes sine contritione & attritione iusta validas esse, modo integra sit peccatorum confessio, quod communiter receptum est.

30 Neque videtur obstare, quòd excõmunicatus à perceptione sacramentorum sit separatus: quoniam illud verum est in eo sensu, quod male facit sciens & prudens ea percipiendo: nõ tamen in hoc quod ipso iure sint ea nulla: neque semper malefaciat, vt patet per superius adducta, tam in iterabilibus, quorũ de numero est matrimonium, & Eucharistia: quàm in non iterabilibus; quorum de numero est Confirmatio & Ordo. De qua re & de octaua difficultate, quando, scilicet aliquod peccatum per obliuionem tacetur, in præsentia nõ dicemus latius, id postea facturi, [a] ne plus satis hoc oneremus.

Illud vnum tantum nunc addam, dignum quod memoriæ manderur perpetuæ; nẽpe, eum, qui confitetur alicui confessario potenti ipsum ab omnibus suis peccatis & censuris absoluere, vel ratione bullæ alicuius, vel tatione temporis; quia concedebatur Iubelæum & per obliuionem, vel inaduertentiam, seu inscitiam; qua nesciebat id esse peccatum, omiserit confiteri aliquid, quod reseruatum erat superiori, vel censura innodatum ecclesiastica à solo superiori delebili: & fuerit absolutus per talem confessarium ab omnibus, is adeo ab illo absolutus maneret, vt licet teneretur illud confiteri, cum memoriæ occurrerit, vel cum aduerterit, & sciuerit esse peccatum: poterit tamen de illo absolui à quocumque inferiori. Ita singulariter determinat Paludanus, [b] quem citauit in genere & sequitur Angelus & Siluester. Gabriel quoque, [c] locum tamen prædictum, vbi hoc dicit Paludanus non sine labore inueni. Quem etiam sequutus est Adrianus, [d] allegando etiam Paludanũ ex relatione, vt puto, aliorum sola: quia nec ipse significat locum, vbi hoc dicat. Intelligo tamen illud dictum, quoad censuras, modo confessarius vltra solutionem peccatorũ sacramentalem præmisisset à censuris absolutionem, quatenus opus esset, & ipse posset. Quod fere ab omnibus passim fit confessariis; in Castellæ quidem regno omnium trium censurarũ: in hoc verò tantum excommunicationis. Quæ moderatio est vera, intelligendo de absolutione expressa, vel saltem tacita propter illud singulare Ioannis Gersonis, [e] videlicet, cõfessarium, qui recta intentione super pœnitentem dixit: *Absoluo te in nomine patris, &c* non solum à peccatis, sed etiam à censuris absoluisse iudicandum.

Ex quo infertur, Paludani dictum procedere, etiam quando confessarius non absoluisset expresse à censuris: sed solùm generaliter dixisset; *Absoluo te.* si modo id recta intentione dixisse: Rectam vero intentionem illam arbitror esse, qua confessarius absoluere proponit à necessariis; qualem puto vel expressam, vel virtualem omnes habere confessarios. De quo latius, [f] distinctione sequenti, dicetur.

a *In cap. fin. huius dist.*

b *In 4. distin. 18. q. 3. col. pe.* c *Dist. 17. q. 1. sub finem.* d *In 4. q. 4. co. 10. de confess.* e *In 2. part. fol. 183. col 1. sub. e. confess. & clarius fol. eod. col. 3. sub c. excommunicatio.*

f *In e. 1. not. 1.*

§. *CAVEAT.*

CAueat * præterea, quem vera delectat pœnitentia, vt non prius ad Domini corpus accedat, quàm confortetur illum conscientia bona. Sed in hac separatione tremendum iudicium cogitet, vbi & maius, & terribilius impœnitentes separabit in ignem: veniat, quod nondum audeat sumere, quem multum desiderat, cibum salutarem. Isti sunt digni fructus pœnitentiæ animam captiuam elaqueantes, & in libertate seruantes. Cohibeat se præterea à ludis, à spectaculis sæculi, qui perfectam vult consequi gratiam remissionis. Nam * Dina Iacob filia, si se cohibuisset, & inter suos mansisset, ab extraneo raptore corrupta non fuisset.

* *Aliàs paueat.*

* *Gene. 34.*

SVMMARIVM.

1 *Eucharistiam non decet recipere statim post confessionem in anni fine factam.*

a *De confes. q. 4. col. 9.*

b *De cler. excõ. minist.* c *De his, quæ vi.* d *In practica dist. 17. q. 5. col. 4.* e *In verbo Confessio. §. 10.* f *In 4. d. 18. art. 9. q. 5.* g *Cap. cum illorum de sent. excom.* h *De eo, qui duxit in matrim. quam poll per. adul.* i *In rub. de sponsal. col. 5.* k *In c. 1. col. 3. de excep.* l *De celebr. Missa.* m *1. q. 1.* n *In 4. d. 13.* o *Cap. 1. de eo, qui furt. ord. suscip.* p *Verb. Confessio. iteranda.* q *In paruis opusculis 10. 1. tract. 5. q. 5.* r *In 4. distin. 17. quæst. 3. art 4.*

2 *Pœnitens non ludat, nisi quatenus saluti propriæ, conuersationique aliorum suaui est necessum. num. 3. Non tamen est capitale id facere, num. 4. Immo aliquando neque veniale. num. 5.*

2 *De consec. d. 2.*

NOTA primo, communicaturum Eucharistiæ sacramento bona conscientia debere accedere. Facit cap. *quotidie.* [a] quod habet, mentem sine affectu peccandi tunc esse debere. quæ verba glossa ibi declarat. quam quia nos latius ibi enarrauimus, ideo hic non tractamus.

1 Quamuis illud silere nequeam non nimium honestam videri mihi huius ciuitatis consuetudinem; qua, qui per annum non est confessus, simul ac confitetur, quocunque id die Quadragesimę faciat, statim à confessione corpus dominicum assumit iam non iterum toto anno sequenti nec confessurus, nec communicaturus. Nam primum violatur ille canon *omnis.* [b] quo cautum est, vt omnes in Pascha communicemus. Et iam, vt dicamus, illum canonem sublatum esse consuetudine, quæ in his tertis plus quadraginta annis fortè viguit. Rogo tamen. Quis est tam fœlici memoria, qui se putet omnia peccata per annum admissa vna hora sola integrè confessum fuisse confessario? An non deceret potius confiteri semel: & deinde dilata in Pascha communione, quæ oblita in mentem venirent, cum alijs, si qua interim peccare contingeret, fateri, & ita communicare? Num aream quam toto anno non verusti, prima vice satis verres? Quare merito Augustinus apud D. Thomam, [c] dixit, non statim à confessione ad Eucharistiam accedendum.

b *De pœnit. & remiss.*

NOTA secundo ex illis verbis: *Cohibeat se à ludis, & spectaculis*, pœnitentem non debere ludere. Facit illud. [d] *Tempus lugendi, & tempus ridendi:* & cap. *si peccauerit.* [e] quod habet: *Distingue tempora, & concordabis Scripturas & omnia debent conuenire suis temporibus.* cap. *quis ignoret.* [f] Tempus autem pœnitentiæ tempus luctus est, & non risus. [g]

c *In 4. d. 17.*

d *Eccles. tract 3. c. 2. q. 1.*

e *Et c. seq. 32. q. 4.*

f *Cap. pœnitentia. supra dist. 3.*

g *In 2. lib. Musis.*

Contra tamen hanc conclusionem facit illud: *Quod caret alterna requie durabile non est.* & Augustini. [h] *Volo tamen tibi parcas; nam sapientem decet interdum intermittere aciem rebus agendis intentam.* Licet quòd sicut homo indiget quiete corporali ad refocillationem corporis, quod non potest continuo laborare, quia virtutem habet finitam: ita etiam eget quiete animæ, cuius quoque virtus finita est. Quies autem animæ est delectatio, quæ ex iudicris factis, vel verbis, quæ ludi sunt, desumitur. Quæ omnia tradit S. Thomas. [i]

h *In 2. lib. Musis.*

i *2. 2. q. 168. art. 2.*

Ad hæc omnia respondeo, non esse intelligendum textum nostrum de omnibus ludis: sed de his tantùm qui non sunt necessarij ad animi recreationem: neque ad lenem eorum, quibus conuiuimus, conuersationem. quod declarat D. Thomas. [k] Et ita intentio textus est, vt quo pœnitentia maior est facienda; magis etiam à ludis abstineamus: numquam tamen ab omnino necessariis. Pro quo facit, quod Ecclesia in Quadragesima tota canit.

k *In 4. d. 16. q. 4. art. 2.*

Vtamur ergo parcius
Verbis, cibis, & potibus,
Somno, iocis, & arctius.
Perstemus in custodia.

Pondera, quod ait, *Partius*, non dicit, *Nullatenus.*

4 Arbitror autem non esse peccatum mortale, si quis eo die, quo confessus fuerit, & etiam communicarit ludis se immiscuerit alioqui honestis, in quibus nil aliud, quàm luderet, vel saltem non aliter capitaliter delinqueret.

5 Quinimmo id sine vllo peccato etiam veniali puto fieri frequenter à sacrificis, qui eo ipso die, quo confitentur & celebrant, ludis honestis cum sociis & alijs viris honestis honestè ludũt: etiam si paulo laxius; quam animi recreatio necessaria requirat, id faciant, ratione vel conuiuij, vel societatis, argumento illius Apostoli. [l] *Flere cum flentibus, & gaudere cum gaudentibus.*

l *Ad Roma. 12.*

§. *TANTO.*

TAnto itaque magis sibi caueat, & cohibeat se anima, quæ sæpe, vel semel rapta, & corrupta est, Timeat iam docta experimento, quod ignorauit virgo. Eligat quem imitetur: vt nõ sequatur, quem animus suus damnat. Se enim iudicat, qui pœnitentiæ fructus non habentem à se non elongat. Quærat fructus dignos, & si nõ dignos pœnitentiæ. Sunt enim fructus digni, virtutum fructus, qui non sufficiũt pœnitentibus. Pœnitentia enim grauiores expostulat, vt sic pacetur Ecclesia, vt pacata dolore, & gemitibus mortuis impetret veniam.

SVMMARIVM.

1 *Peccat grauius, qui condonatum iterat.*
2 *Gratia, qua condonatur delictum non facta mentione similis condonati, nulla.*
3 *& 4. Peccat magis innocens quam alius.*
5 *Pœnitens verè melior est seipso innocente.*
6 *Maius est, quo stamus; quam quo lapsi erigimur.*
7 *Peccatum consuetudine augetur, & consuetudine minuitur, qui hoc?*
2 *More diuino diuinam, & more humano humanũ legem tolli.*

1 NOTA primo, grauius peccare, qui post condonatum sibi peccatum iterum peccat illud. Facit textus in l. 3. [a] quæ in fine habet, veniam concessam simpliciter delinquentibus, non videri concessam iis, qui delinquere consueuerunt, vbi ait Baldus. [b] *Qui geminat delictum, veniam sperare non debet.*

a *C. de episco. aud.*

b *In 4. not ab.*

2 Et ante illum Gulielmus de Cunariis singulariter determinabat non valere indultum; quo princeps delictum secundum condonat: nisi mentionem de altero simili delicto antea condonato faciat. Quod à multis commendatum est, & in his à Felino. [c] Facit quod ait Augustinus, [d] nullum peccatum esse adeo veniale, quod non fiat criminale, dum placet, ideò, dum contemnitur, & in consuetudinem accipitur, secundum vnum intellectum glossæ Per quæ verba videntur venialia transire in mortalia per consuetudinem.

c *In e. postulasti. col. 4. de rescript.*

d *In c. mum. col. 2. 25. dist.*

3 Contra tamen hanc conclusionem facit, quod magis peccat, cæteris paribus, innocens peccando, quàm alius: quia ingratior videtur: quippe qui ad maiorem gratiam tenetur, cæteris paribus; quàm pœnitens, secundum ea, quæ tradit vterque Thomas. [e] Secundo contra hoc facit c. *denique.* [f] quod habet, veniam esse dandam peccantibus propter consuetudinem, & ibi glossa, [g] annotat, consuetudinem excusare à delictis. Tertio facit c. *obiciuntur.* [h] *Quando mos erat, crimen non erat.* Facit quod annotat D. Thomas, [i] vbi determinat ex peccato veniali propter solam consuetudinem nunquam fieri mortale.

e *2. 2. q. 106 art. 2.*

f *4. dist.*

g *Verb. consuetudinem.*

h *32. quæst. 4.*

i *1. 2. q. 88. ar. 4.*

4 Ad horum primum concedo, primo cæteris paribus, innocentem magis peccare, quam pœnitentem: quia bonitas innocentiæ magnitudinis, vt quatuor, maius bonum est, quàm bonitas pœnitẽtiæ, vt quatuor: & ita magis peccaret, quia ingratior esset; quàm pœnitens. Sed bonitas innocentiæ, & bonitas pœnitentię in eodem homine non sunt æquales: quoniam quicumque à peccando resurgit, ad maiorem gratiam, quam vmquam habuit resurgit vt in cap. 1. & c. *pium.* [k] & supra [l] diximus. Et ita vnus & idem homo idem peccatum peccans in statu pœnitentiæ & innocentiæ, magis peccat in statu pœnitentiæ; quàm innocentiæ, cæteris paribus. Secundo respondeo negando, cæteris paribus, magis innocentem, quam pœnitentem peccare. Immo contra magis pœnitens peccare videtur, quia ingratior apparet: quoniam licet innocentia maius in se donum sit, quàm pœnitentia: tamen quia pœnitens primum accepit innocentiã; deinde pœnitentiam, duo dona suscipit: & ideo plus donanti tenetur. [m] Quare, si eum iterum offenderet, ingratior fieret, & ita magis peccaret. [n]

k *Sup. dist. 3. l In hoc eod. ca. § animad-uertere.*

m *Arg. c. 1. de treuga & pace. & auth. itaque. C. cõmun. de succes.*

n *Argu. ca. homo Christianus. 40. dist.*

o *Leg. fin. C. in quibus cau sis in integ. restit. non est. necessario.*

p *§. pœtus ff. de pact*

q *De elect. li. 6.*

6 Quamquam replicari potest maius donum esse, quo ne cadas cauetur; quàm quo iá lapsus erigeris. [o] Et maius est ipso iure, quã exceptioni ope liberati, vel per sententiam, iuxta l. *si vnus. C. p commissa.* [p] cum similibus. Et altius dicitur redempta virgo mater illa dux nostra clarissima, quæ, ne caderet in peccaium originale, fuit seruata: quam, alij, qui iam lapsi erepti fuimus. Et ita, cæteris paribus

innocenti maius est donum,quo quis non cadit:quam cadenti erectio,quare prior solutio planior videtur.

Ad secundum respondet primo glossa,[a] consuetudinem excusare quidem à pœna temporali: non tamen à pœna æterna. Quamquam ego arbitror, eam semper excusare, etiam à pœna æterna nõ tota,sed tãta;& aliquando à tota.

7 Respondeo tamen secundo, aliud esse dicere peccatum factum ab aliquo propter consuetudinem terræ,quæ ei permittit,esse minus,quam alioqui esset:quod habet illud cap.*denique*.&aliud est dicere peccatum eo reddi grauius, quod semel deploratum & condonatum iteratur. quod nostet textus ait. Et ita dicendum est, consuetudinem terræ,quę habet:vt quod verè peccatum est,pro peccato non habeatur,de peccati magnitudine aliquid tollere,iuxta præfatum cap. *denique*. Cum hoc tamen stat peccatum in consuetudinem tractum grauius esse, quàm semel admissum. [b] Quia multiplicatum grauius est simplici,iuxta principium huius cap.& quę illi adiecimus.[c] Stat item, quod peccatum per consuetudinem redditur grauius:non quia multiplicatur, sed quia primo iam fuerat condonatũ,& nunc cũ ingratitudine iteratur.quod textus noster innuit & probãt in ipsius confirmationẽ adducta.

Ad tertium respondeo,illud Ambrosij,[d] intelligendum de more licito,per quem sublata est iam lex cõtraria, siue is mos contra legem sit diuinam; auctoritate tamen diuina inductus, vt in illo cap. *obiiciuntur*. [e] siue contra legem humanam auctoritate iusta inductus, vt habetur in cap. fin. [f] Et ita argumentum solum concludit, eum morem, qui efficit,vt quod ante illum peccatum erat, iam non sit peccatum, excusare peccatum: quod omnino concedimus, neque nostram lædit conclusionem. Addo tamen huic notabili hanc circunstantiam non esse necessariò confitendam, quoniam illa non mutat peccati speciem, neque habet specialem cum ratione repugnantiam, neque præcepto prohibetur speciali,iuxta illa, quæ supra in notabili primo dicta fuerunt. Quamuis contrarium nonnullis placuerit; scilicet eum, qui confiteretur aliquod peccatum teneri ad patefaciendum se antea simile peccatum peccasse,quòd iam fuit confessus. Pro quibus tamen quia nulla ratio neruosa videtur facere, quod prius diximus,tenendum censeo.

In illo cap.de nisque.4. dist.

b Cap. fin.de conf.& ca.ficut tribus gradibus. de pœnit.dist.1.
c In not.5.

d In d. capite obiiciuntur, 32.q.4.

e 32.q.4.

f De consuet.

CAP. II.
LEO I, EPIST. XC. AD RVSTICVM EPISCOPVM.

QValitas lucri negotiantem aut accusat,aut arguit,quia est & honestus quęstus & turpis. Veruntamen pœnitenti vtilius est dispendia pati, quàm periculis negotiationis adstringi,quia difficile est inter ementis, vendentisque commercium non interuenire peccatum.

SVMMARIVM.

1 *Negotiator peccat,qui mercaturam illis vtijs, quibus vtplurimum fœdatur,miscet. num. 5. At honestus sua mercede dignus.num.13.sed diues effectus quiescat.num.14.*
2 *Caussa mala malus effectus,si est immediatus.num.3.*
4 *Mercandi ars vitijs carens vtilis.nu.5.nulla lege vetita.nu. 6. digna mercede.nu.7.sine honestari potest honesto.19.*
8 *Mercandi duo genera.*
10 *Negotiatio res indifferens mali habet speciem. Fine, qui lucrum est dehonestatur. num. 11. alio fine bono decoratur,& meliori magis.num.12.*
15 *Arguere significat reprehendere,ostendere,in periculũ ducere.*
16 *Leo vir elegans.*
17 *Intellectus huius cap. qualitas explicatur & consilium, non præceptum continere concluditur.*
18 *Dubio peccandi se obiiciens tale peccat,quali se periculo exponit,si periculum in specie proponitur;secus si in genere.nu.19.*
20 *Peccaturum se non amplius credere superbia quadam: velle verò ac ea esse mente,vt numquam mortaliter pecces,pietas.*
21 *Bonus quilibet multitudinis præsumitur,non tamen omnes.*
22 *Conscientiam,vel animi dubietatem generalem non offendit, qui bona fide contra illam in specie operatur.*
23 *Mala multa esse ob solam loci circunstantiam. Ob solam item personæ.num.24.*
26 *Decipere se inuicem contrahentibus licet: Non tamen viro bono.nu.27.Ergo neque vlli alij.num.28. Immo neque velle decipere.nu.30.Ergo si deceperit restituat. num.31. Nisi iusti pretij latitudo non excedatur,num.34. Quomodo ergo iura contraria intelliguntur? num.21.*
29 *Mendacium omne peccatum, mortale verò quando notabiliter proximo nocet.*
32 *Iustitia commutatiua æqualia requirit extrema.*
33 *Augustini exemplum imitatione dignum.*
34 *Pretium rei iustum suam habet latitudinem: & ideo triplex est:moderatum,pium & rigorosum, quo triplici pretio inæquali iustè res venditur. num. 36.& carius habita de pretio fide quàm pecunia præsenti.nu.37.*
38 *Pretium neque modus, neque caussa vendendi minuit,sed emptorum raritas.*
39 *Doctor dictum secundum legem,quam allegat,intelligendum.*
40 *Intellectus huius cap.qualitas.*
42 *Intellectus l.in caussa.2.§. Idem Pomponius. ff. de minor. & l. item si pretio. §.fin.ff.locati.discutitur, & verus ac nouus datur. num.45.*
43 *Differentia inter vtrumque ius raro admittenda.*
44 *Natura pro inclinatione & impulsu naturæ.*
46 *Intellectus seu ratio quare sic statutũ in c.cum dilecti.de emp.*

DIVIDITVR in duas partes: prior soluit illam quæstionem, an licita sit negotiatio siue mercatura: posterior vero soluit aliam quæstionem, an scilicet vtile sit pœnitenti negotiationem relinquere.

Contra priorem partem facit,quod videtur secum pugnare: ait enim dari lucrum honestum & turpe; & tamen innuit,omne lucrum esse illicitum. Quoniam dicit,turpe lucrum esse accusationem negotiantis; lucrum verò honestum esse reprehensionem negotiantis: quomodo si ponderes hoc ca.facit,quod omnis negotiatio,qua emitur aliquid, quo id carius vendatur propter lucrum est illicita.Facit autem multipliciter: primo, inquantum innuit, quod siue lucrum honestum sit,siue turpe, semper est dignus mercator, qui accusetur,vel reprehendatur. Secundo facit,quòd hoc officiũ pœnitentibus prohibetur. Tertio facit, inquantum ait: *Inter ementis vendentisque commercium difficile est non interuenire peccatum*:ergo peccatum fuerit tale officium assumere, quia: *qui amat periculum, peribit in illo*. [a] Quarto pro hac parte facit illud. [b] *Eiecit ementes & vendentes de templo*. Quinto ait Hieronymus. [c] *Negotiatorem clericum,& ex inope diuitem factum, & ex ignobili gloriosum,quasi quamdam pestẽ fuge*. [d] Sexto illud Dauidis. [e] *Quia non cognoui litteraturam,introibo in potentias domini*: vbi alia littera,*pro litteraturam*,habet,*negotiationem*.

1 Septimo facit illud Ioannis Chrysostomi,[f] relatum in c. *eiiciens*, [g] primo ibi: *Mercator numquam Deo placere potest*. Secundo ibi: *Nullus Christianus debet esse mercator*. Tertio: *Mercator sine mendacio & periurio esse non potest*. Quarto in ea similitudine, qua dicit: *Quemadmodum omnia grana tritici paulatim desluunt ex cribro,si diu id in eo verses, & tandem nihil remanet nisi stercus: sic substantia mercatorum tandem perit, & nil eis præter stercus supereſt*. Octauo principaliter facit c.*quoniam*. [h] quod habet:*Merito dictum est negotiũ,quia negat otium, quod malum est: neque quærit veram quietem, quæ est Deus*.

2 Pro contraria verò parte,scilicet,quod negotiatio,qua, quæ vilius emuntur,ob lucrum carius venduntur, sit licita,facit primo hoc ipsum cap. in quo de duobus negotiationis quæstibus fit mentio; de turpi scilicet, & honesto. Datur ergo quæstus honestus in negotiatione: ergo & negotiatio honesta. A turpi enim caussa nõ potest immediatè honestus produci effectus. Arbor enim mala non facit fructus bonos. [i] Facit c.1. [k] & c.*licet*.[l] Et in causato,vt verbis Baldi vtar,non potest esse plus virtutis,quàm procedat ab influentia & potentia caussæ. [m] facit egregie. §. *hoc autem notãdum*. [n] & l.*quod si nolit*. [o] Dixi,*immediate*,quoniam, mediatè, nil vetat id fieri: vt ex illicito & nefario coitu,quandoque viri incomparabiles nascuntur. [p]

4 Secundo pro hac parte facit.c.*quoniã*. [q] in illis verbis: *Negotiatio me nõ facit malũ:sed iniquitas mea,& mendaciũ meũ*. Et paulo superius, dum innuit vitia, quibus negotiantes

inuoluuntur,

a Eccleſiastici cap.3.c. ad audientiam. de hom.vol. & cap.iuuenis.de ſponſal.
b Matth.21.
c Ad Nepot. de vita. cler.
d Cap.negotiatorem. 88. dist.
e Psal.70.
f Homil. 38. ad c. Matth. 21.
g 88.dist.
h 85. distin.

i Matth.12.
k De Schiſ. lib.6.
l 2.de teſt.& atteſtatio.
m Bald.in l. 1.ff. de ſenat.
n Inſt.de his, qui ſund.diuer. po.
o §.qui mancipia.ff.de ædilit. edict.
p Cap.naſci. c.vndecũque. 50.dist.
q 88.distin.

inuoluuntur,non esse artis, sed hominũ illã exercentium.

Tertio facit c.*quid est aliud*. [a] quod habet eos negotiatores esse damnandos,qui merces suas polluunt,plus mẽdaciis & periuriis;quam pretiis onerando. ergo à contrario illi,qui hoc non faciunt,non damnantur.

5 Quarto facit quod ars mercandi vtilis est Reipub. adeo; vt vix sine illa sustentari posset: teste Cicerone, [b] & ipsa experientia, quæ rerum est magistra, [c] copiosè docet.

Quinto,quod negotiatio nullo iure diuino, vel humano prohibetur: si enim ob aliquem respectum prohiberetur,maxime id esset: quia, quod vilius emitur, carius venditur. Id enim dicitur negotium,vt Cassiodorus ait. [d] Sed hoc videtur esse licitum; quia dignus est operarius mercede sua. [e]

7 A t mercator,qui adit loca remota; qui cum studio emit;qui seruat cũ periculo in tempus venditioni & hominum necessitati conueniens: qui se mille, quo hæc faciat,sollicitudinibus implicat,non mediocriter operatur: ergo dignus est aliqua mercede:at nulla illi alia merces assignatur præter id,quod vilius emendo,& carius vendendo lucratur:ergo id poterit sanctè facere.

8 Postremo facit quod negotiationũ,quæ duæ videtur, prior,qua quis res quibus abũdat,dat alteri;quo ab eo res, quibus eget,accipiat,honestior est,& iã inde ab exordio mũdi probata,fquã etiam in hũc vsque diẽ inter quoscũq; magnates exerceri videas. Sunt enim,qui pecunia numerata nullatenus res aliquas sui vsũs aliis vendant: quas tamen libenter cum aliis eiusdem valoris permutãt. Posterior verò,de qua loquimur,qua scilicet vilius emptũ carius ad lucrum venditur,speciem prę se fert cupiditatis.

9 Quoniam tamen illi lucro suus honestus potest præstitui finis;puta sustentatio sui ipsius,suæ domus,pauperũ & alia id genus opera bona,vel pia,facile illam cupiditatis speciem tali boni finis adiectione tollas,vt D.Thomas ait,&at hoc fere ab omnib*hodie fieri videmus.ergo negotiatio hęc licita est & sãcta.Et ita tenẽdũ est per prędicta.

10 Ex quibus infertur primo negotiationem de se neq; bonam neque malam:sed mali, nempe cupiditatis speciẽ præ se ferre.

11 Secundo infertur negotiationem, si eius vltimus finis solum sit lucrum & diuitiarum argumentum non esse licitam. Tertio,illos negotiatores maxime probãdos, qui suæ,vel alienæ Reipub.necessaria caussa illi principaliter prouidendi è longinquo deportant. Quoniam bonũ publicum diuinius est,vt ait Aristoteles, [h] quam bonum priuatum. [i]

12 Cum igitur negotionis laus tota ex illius fine pẽdeat: quo melior erit finis; ea quoque laudabilior erit. Cui consequens est,negotionem caussa Reip. principaliter assumptam Deo & hominibus gratiorem esse; quàm quæ ob priuatum bonum subitur.

13 Infertur quarto,honestè negotiantibus lucrum moderatum esse pro laboris ipsorum salario; debereq; illos eo contentos gratias Deo agere.

14 Infertur quinto, eum, qui hanc mercandi artem in hoc principaliter assumpsit, quo sibi & suis victum quæreret: & ope diuina tantum bonorum quæsiuit, quo iam sine tali negotiatione vitam honestè agere valeat, prudenter facturum, si ab ea desistat. Nisi mutato sui propositi fine,quod ante pro se suisque sustentandis faciebat, nunc pro Reipub.prouisione,vel pro pauperibus alendis, aut aliis operibus piis facere pergat.

Non obstant quæ pro contraria citauimus parte: non primo c.nostrum,quoniam,quod in eo innuitur, honestũ quæstum arguere negotiantem, non significat reprehensibilem illum facere.Si enim ita intelligeretur secum pugnaret textus. Quoniam dicit, quæstum esse honestum, & eum, qui illum quæreret,ob hoc ipsum esse inhonestũ; sed significat illum quæstum honestum ostendere negotiantem, quasi diceret quamlibet honestus sit quæstus; negotiatio tamen,qua ille quæritur, ostendit esse negotiantem,qui eum quærit.

15 Nã arguere non solum reprehẽdere,sed etiam ostendere ac monstrare significat,iuxta illud Maronis.

Degeneres animos timor arguit.

Cui modo intelligendi bellè, quæ sequuntur, quadrant, Verumtamen,&c.quasi dicat: Quamquam cum honestus quæstus quæritur, negotiatio non sit mala vtlius tamen, &c. Fuit auditor doctus iuxta ac bene moratus,qui me à prælectione moneret,illam vocem arguere significare nonnumquam in discrimen periculúmque adducere.& ita posse in nostro cap. accipi. Sed mea sententia huic intelligendi modo repugnat primũ ea vox, *honestus*,quoniam sola lucri honestas saluat à vitio negotiantem.Et ita non est verisimile, quod Leo vir eleganti stylo diceret id, quod saluat,ducere in periculum negotiantem.

16 Præterea quod illemet auditor animaduerterit, aduersatiua illa veruntamen repugnat:quia si arguere significaret in discrimen & periculum adducere,aptius fuisset ponere dictionem illatiuam,& ideo, vel similem, quam aduersatiuam veruntamen.

17 Est igitur sensus huius c.nunquam à me hactenus satis intellectus. Quæstum quidem in genere præ se ferre quamdam mali,scilicet cupiditatis speciem: quæstum autem malum accusare,hoc est,damnabilem reddere negotiantem: quæstum verò honestum solum arguere,hoc est, ostendere,seu indicare,eum,qui taliter quærit,negotiantẽ, & industrium in negotiandi arte hominem esse,& nil aliud mali.Veruntamen pœnitenti melius esse ab illa, quãuis bona;quia tamen valde implicat negotijs à pœnitentia alienis,abstinere.Ex quo tollitur etiam secunda ponderatio huius c.Concedimus enim vtile pœnitenti ab hac arte abstinere,non quia mala; sed quia periculosior aliis.

18 Ad tertium concedo eum,qui amat periculum, in illo periturum;siue,quod idem est,eum,qui exponit se periculo peccandi probabili,peccare.& tale quidem peccatum,quale periculum est,mortale,si mortale;veniale si veniale,vt ait D. Thomas. [a] Quod tamen videtur verum,si in specie & aliquo particulari casu periculum illud occurrat: non tamen si in genere & vniuersaliter,siue in aliquo vniuerso id contingat.Quod licet nouum sit; tamen verum esse ostenditur:quoniam alioqui,& qui episcopatum, & qui regnum,& qui officium quodlibet Reipub. administrandæ:immo & quamlibet artem priuatam, & qui monachismum rẽ à peccatis maximè alienam acciperet, peccaret. Quis enim tãta superbia est qui putet,artem aliquã etiam de se facillimam,ita diu exerciturum,vt nulla ex parte in ea peccet?monente Ioanne, [b] relato in c.*si enim*. [c] *Si dixerimus,quod peccatum non habemus,ipsi nos seducimus*.

19 Et ne cauilleris illud Ioannis de peccato veniali accipiendum,audiamus Innoc. IIII. receptum, qui [d] dicebat;*superbia cuiusdam esse pœnitentis credere se numquã amplius capitaliter peccatum*. Quamquam eo animo debeat esse, vt numquam peccet:& quamquam,Deo iuuãte, numquam, sit peccaturus.

21 Pro hac conclusione facit etiam illud simile,quod in dubio de quolibet proximo in specie bene præsumere oportet. [e] At licitum est in dubio præsumere aliquos in populo esse malos,iuxta c.*Ofius*, [f] quod in hoc mirabile Panormitanus & Rauennas ibi dixerunt.

22 Facit etiam, quod singulariter ait Thomas à Vio. [g] Eum,qui putat in genere aliquid non licere,si tamen,cum se operi faciendo applicat,non aduertit illud,& bona fide id faciat,non peccare propter conscientiam illam generalem;si alioqui,quod facit,non est peccatum. Eodem ergo modo videtur non peccare,qui non solùm dubitat,an in officio aliquo sit peccaturus;immo & credit se in genere:in aliquo illius exercitio peccaturum. Et tamen non dubitat;immo credit,se ope diuina, quemlibet illius actũ sine peccato efficere posse:quod memorabile ac quotidianum duco in se,ac etiam pro declaratione illius:*Tene certũ, dimitte incertum*. [h] in cuius commenti fine hoc meminerimus.

23 Ad quartum concedo,eos,qui in templo vendebant, quoſque inde Dominus eiecit, male feciſſe: non tamen, quia vendebant,sed quia in loco Deo & orationi sacro id faciebant.Multa enim,quæ ex se non sunt mala,immo bona,ob circunstantiam loci reprobantur.textus & ibi glossa,[i] *c.decet*. [k] vbi multa de hoc exempla reperias.

Ad quintum concedo, negotiationem clerico illi-

a Eadẽ dist. 88.

b Libro 1. de Offic.
c Cap. quamuis de ele.li.6.
d In dc. quid aliud 88.dist.

e Luc.10. 13. q. 2.c. 1.col. & 2.sequẽt.

f Leg.1.ff. de contr. emp.
g In illa qu. 77.art.4.

a Quolibet 8.art.13.

h Ethic. i Capit. licet. de regu.cap. ſcias.7.qu.1. & §.ſancim. in auth. de reſt. & ea, quæ pariẽ vltimo menſe. collat.4.

b In primo epiſtol. ſua.c.
c In princip. de pœni. dist. 2.
d In cap.omnis.de pœnit.

e Cap. ſi. de præſumpt.ca. 1.de ſcrutini. l.ſuper ſeruit. C. qui milit. lib.12.
f De elect.

g In libello. 17.Reſponſionum reſp.13. verſ. Septimum, dubiũ alias in pariis op. tom. vltimo.
h Cap.3.infr. dist.7.
i In verbo, proceſſus.
k De immu. eccle.lib.6.

citam; non quia de se mala sit: sed quia clerico prohibita. Et sic ex circunstantia personæ, ex qua multa improbantur, quæ alioqui bona essent, aut certe non mala. cap. 1. & 2. cap. non magnopere. cap. sententiam & per totum ne clerici vel monac.

25 Ad sextum respondeo in eo Dauidis, a* *Litteraturam.* vel ad vim dictionis, ספרות Sephoroth, quę Hebræis sonat, Litteraturas, numeros, siue negotiationes, pro arte negotiandi simul & vitiis illa vtentium coniũctis capi, quasi diceret: *Quoniam litteraturam, siue negotiationem non cognoui, id est, hanc artem cum vitiis solitis illa vtentiũ non exercui.* Eo modo etiam capitur verbum, *Mercator,* in illo cap. *eiiciens.* bcùm ait mercatorem numquam Deo placere. Is enim, qui hac arte & vitiis ea vtentium vtitur, non placet Deo. Per quod soluitur septimum, cum suis quattuor membris. Pro qua expositione casus est in cap. *quoniam.* c

* Litteraturam vel ad vim dictionis. *Quod in quibusdam codicibus legitur litteraturam: in aliis vero negotiationem, non tã ex Hebræo* ספרות *sephoroth, quod magis litteras litteraturam scripturam, quam numeros significare scribit Genebrardus: quam ex varia huius loci apud 70. interpretes lectione. in quibusdã enim codicibus legitur* φαγμαλείας. *i. negotiationes, sicut etiam legit editio 70. à Sixto V. emissa, in aliis* γραμματείας. *i. litteraturam, vt habet nostra vulgata editio.*

26 Ad octauum respondeo in fine illius c. *quoniam.* eo dem modo accipi verbum, *negotium,* quo diximus accipiendum in dicto cap. *eiiciens.*

In glossam vltimam.

Ex hac glossa colligo, non esse peccatum contrahentes se inuicem decipere. glossa enim ait, naturale esse hoc contrahentibus. & l. *illa in causse,* dexpressius ait; naturaliter licere cõtrahentibus se inuicem decipere, quod ipsum habet & l. *item si pretio.* e & glossa in cap. *cum dilecti.* f & ca. *in ciuitate.* gQuod autem lex naturæ concedit; non est peccatum, h& Plato, iquem refert Lucas. k*Natura,* inquit, *est Dei voluntas & Dei bonitas ac sapientia.* Facit ad hoc l. l& ca. *cum dilecti.* miuncto cap. *cum causa.* nQuibus omnibus cauetur, non licere contrahentibus se mutuo vltra dimidiũ iusti pretij decipere: & ita innuit à contrario id intra dimidium iusti pretij licere. Tertio facit vna omnium consuetudo, qua empturus quàm vilissimè potest emit; & vẽditurus, quam carissimè potest, vendit. Et quamuis non omnes emant & vendant, saltem fere omnes homines eo animo esse reperias, vt & vili emere, & carè vendere velint. Quod non obscurè significat illud Sapientis. o *Malũ est,* inquit, *omnis emptor, & cùm recesserit, gloriabitur.* Quoniã & experientia constat ei suam emptionem maxime gratam, qui putat rem majoris pretij, minoris, quàm valeret, emisse.

27 His tamen non obstantibus contrarium videtur vsus, nempe peccatum esse, proximum in contractibus decipere. Primo, quod alteri non est faciendum, quod tibi fieri non vis, vt est in principio Decreti. & glossa solennis & recepta, p determinauit non esse honestum, nec viro bono licitum decipere. bonus autem vir & conscientia idem sunt, teste Baldo, q & eum, qui contra honestatem facit, excommuniçari posse aiebat Lucas. r Facit ca. *in sancta.* s& veritatis & iustitiæ amica est simplicitas. tergo dolus & deceptio inimica erunt illis.

28 Facit cap. *Beatus.* v quod satis probat, fallere proximũ esse peccatum. & D. Thomas, xaiebat, omnem illum, qui cum notabili alterius damno emit, vel vendit; teneri ad restarciendum illud damnum, etiam si non excesserit iusti pretij dimidium.

29 Ex quibus infertur primo, quam patens peccatum fuerit venditorem, vel emptorem periurio, vel certe mẽdacio vti, quo carius vendat.

Quando quidem omne mendacium est peccatum, y & capitale, quando id, quod prætenditur, damnum est proximi notabile, iuxta illud. z*Os, quod mẽtitur, occidit animam* Raro autem, quod dolendum est contingit, vt res maioris, vel minoris quàm valeat ematur, vel vendatur nullo intercurrente mendacio.

30 Infertur secundo, quod, quamuis nullum intercurrat mendacium, si pro re valente decem viginti petiero, & octodecim à te mox tradita suscepero, peccare me capitaliter, si scirem ipse rem illam tantum decem valere: immo & si solùm accipere, si dederis, voluero. Quoniã actus exterior interiori, cæteris paribus neque bonitatem neque malitiam addit. vt habet cap. *magna.* a vbi dixi, & tradit D. Thomas. b

31 Infertur & tertio, quod etsi fortè putarem illam octodecim valere, & postea comperirem multo minoris pretij esse, ad restarciendum id damnum me teneri. Quod clare habetur apud D. Thom. c & dilucidius apud Parisienses. d

32 Quod oſtẽditur, eo quod Aristoteles in hoc ab omnibus recep. ait e iustitiam cõmutariuã extrema æqualia requirere. at cum merx, valet decem, & pretium octodecim, extrema sunt inæqualia: ergo quo iustitia seruetur, ad æqualitatem sunt reducenda.

33 Noster etiam pater Augustinus, f aiebat, scire hominem, qui cum ei oblatus esset codex per pretij eius ignarum, & venditorem cerneret exiguum petere, quod multo amplius valebat vẽditori dedit inopinanti. Opinari licet, ipsummet Augustinum fuisse, qui tam iustum agebat emptorem ipse quoque olim, cum in Gallijs ageret, scio me risui fuisse socijs, quod, cùm venderem equum emptori parum id aduerteriti, dixissem, *Caue, quia monopht halmos. siue, quod aiunt, monoculus est.* Hæc tamen intelligenda sunt, quando iusti pretij latitudo exceditur.

34 Verum enim & iustum mercis pretium non est indiuisibile: sed in quamdam protenditur latitudinem, cuius supremam partem rigorosum pretium appellant; quod aptius dicamus summum: infimam verò pium, quod aptius dixeris infimum: mediam autem moderatum, puta moderatum, pretium vnius mercis sunt viginti: pium siue infimum, vnde viginti, & rigorosum, siue summum viginti, vnum quæ tamen omnia iusta sunt pretia. quod communiter receptum est.

35 Ex quo intelligendi modo infertur primo fieri posse, vt alius vendat aliquid viginti: & alius decem & nouem siue vnde viginti, & alius viginti, vno & omnes iusto pretio.

36 Infertur secundo fieri posse, vt quam rem nunc vnus viginti emit; mox vendat viginti vno, & sine suæ animæ detrimento.

37 Tertio infertur iustè aliquẽ vẽdere vni numerata pecunia vnde viginti & alij viginti vno habita de pretio fide, quæ ante nos eruditus annotauit Tho. à Vio. g Qui etiã subtiliter & doctè disquirit: an modus vẽdẽdi diminuat aliquid de iusto pretio, iuxta illud vulgare: *Vltroneæ merces vilescunt pro tertia parte.* An item caussa vendendi; puta quia ob necessitatem vel abundantiam venditur.

38 Qui tandem videtur concludere neque per vendendi modum, neque per vendendi caussam iustum diminui pretium: sed per copiam emptorum vel penuriam, quod maximè videtur memorandum. Nec semper satis seruatur ab illis qui numquam emunt, nisi ab iis, qui quærunt emptores, siue id necessitate coacti agant, siue alia de caussa. Emunt autem multo minori pretio, quam sit moderatum, vel pium, siue infimum: nam qui medio illo moderato, vel infimo, siue pio pretio emeret, nullatenus peccaret. Immo neque qui emeret eo minore, si attenta emptoris penuria, quæ cum res venditur, est, illud efficiatur medium vel pium pretium, vt ex eodem Thoma à Vio colligas.

39 Non obstant, quæ pro contraria parte citabantur. Nõ primum glossa nostra: nam primo secundum iura, quæ allegat, intelligenda est illa, iuxta illud Bartholi, hquod ante ipsum annotauit Ioannes Andreas. i

40 Secũdo, si glossa satis perpendatur, & ad textum referatur potius sentit, illicitam esse deceptionem & animæ damnosam; quam contrarium. Si enim Glossator voluisset pronunciare, licitam esse deceptionem citra dimidium iusti pretij, non dixisset; ideo mercandi artem esse periculosam, quia liceat illam exercentibus se decipere. Cùm ergo glossa proposuerit reddere rationem, quare negotiatio periculosa est, & dixerit ideo,

a 88. dist.

b Eadem d. 88.

c Psal. 70.

d 2. §. idem Pãponius. ff. de minor. e §. fin. ff. locat.

f De empt.

g De usur.

h Cap. 1. d. 1. & §. fin. 6. d.

i Polit. lib. 2. capi. 2.

k In l. restrictare. C. ne fisc. re. quam vend. colum. 2.

l 2. C. de rescind. vend.

m De empt.

n Eod. tit.

o Prouer. 22. cap.

p Leg. semper in contractibus. ff. de reg. iur.

q In cap. cum causam. 2. in fi. de testibus.

fi In illa l. retractare. colum. 1. C. ne fisc. rem. quæ vend.

s 92. dist.

t Cap. veritatis de iure. iur.

v 22. quæst 2.

x Quæst. 77. art. 1. ad primum.

y Ca. primũ. 22. q. 2. cap. super eo. de usuris.

z Sapient. 1.

a Supra, d. 1. b 1. 2. quæst. 20. c In illo art. 1. Ad primũ. q. 77. secũda Secundæ. d In quarto. d. 15. q. 40. 8. arg. e 5. Ethic.

f 13. libro de Trinit.

g 2. 2. q. 72. art. 1.

h In l non solum. §. si liberatio. de lib. leg. ff. i In ca. cum nuntius. de testi.

hoc esse, quia naturale est contrahentibus se mutuo decipere: constat eam vel ineptè loquutam, vel certe significare huiusmodi deceptionem parum iustam esse.

41 Ad secundum, scilicet leges hoc dicentes, & in glossa allegatas videtur respondere D. Thomas, a quod iura dicentia contrahentibus licere se mutuo decipere. intelligguntur licentia & permissione nõ approbatiua, sed dissimulatiua.

42 Quam appellat Gregorius, b veniam, scilicet pœnæ temporalis, non culpæ, secundum glossam, ibidem. c De qua pulchrè Ioannes Andreas, d hoc est, quod contrahẽtes in foro quidem exteriori non castigantur; nec ad aliquid coguntur propter huiusmodi deceptionem: sed in foro animæ digni sunt pœnitentia, & tenẽtur restituere: alioqui castigabuntur à iustissimo Deo, quid nil relinquit inultum. Quam solutionem semper sequutus scrupulum nunc habere sentio. quoniam dicit §. *idem Pomponius.* e non solùm ait licere contrahentibus se circumuenire; sed naturaliter licere. Qualiter autem illud aduerbium, *naturaliter,* cohærere potest illi verbo, *licere,* si licere significat impune esse, & lex diuina naturalis punit? §. etiam finalis, f habet in emendo & vendendo naturaliter concessum, quod pluris sit, minoris emere: quod minoris sit, pluris vendere, & ita inuicem se circumuenire. Audis ibi naturaliter concessum, non ita audis ciuiliter concessum? Quod autem legibus ciuilibus impune fit, lege autem naturæ & diuina castigatur: quomodo dici potest naturaliter concessum? Non sum ignarus, Hostiensem, g quem sequitur noster Fortunius ingenio, vita & moribus, meo iudicio, bene fortunatus, h exposuisse illam dictionem, *naturaliter.* pro bona fide: quasi diceret, tunc esse licitam deceptionem, quando non ex proposito; sed re ipsa venditor credens mercem tanti esse, quantum petiit, decepit ementem. Quod & Paulus Castrensis, i sentire videtur, dum loquitur de rustico, qui vendit doctori librum, cuius pretium ignorat.

Sed contra expositionem hanc facit primo, quod extraria valde videtur illa expositio verborum; *Naturaliter licet contrahentibus se decipere,* quoniam expositum, scilicet, *naturaliter,* qualificat illam vocem *licet,* & expositio eius, scilicet *bona fide,* qualificat verbum, *decipere.* Et ita si satis perpendatur, expositum adhæret vni verbo & expositio alteri. Secundo contra expositionem hanc facit, quod secundum illam, qui bona fide rem, quæ minoris est, pluris vendiderit, non tenetur restituere. Cuius tamen contrarium & Thomas, & omnes alij diuini iuris interpretes tenent. Quare sunt alij, qui dicant, licitam quidem esse huiusmodi deceptionem iure ciuili; non autem iure Pontificio. Contra tamen hoc facit primò, quod leges illæ dicunt, naturaliter hoc licere. & ita secundum legem naturæ, à qua ius canonicum non deuiat, immo consonat. k Secundo facit, quod illæ leges videntur esse lege canonica probatæ, per cap. *cum dicti.* l Tertio facit, quod hęc solutio ponit differentiam inter ius canonicum, & ciuile, quæ sine maxima necessitate ponenda non est, secundum Innocentium receptum, m facit c. *si in adiutorium.* n

43 Fuere mihi auditores præstanti ingenio viri, quibus videbatur respondere posse, illam vocem, *naturaliter,* accipi, pro quodam instinctu & impulsu naturæ, & ex sensualitate proueniente, iuxta glossam, o vt sit sensus naturam, hoc est, sensualitatem inclinare homines, vt secum contrahentes decipiãt. Et is quidem sensus in se verus est, & arbitror fuisse de mente glossæ nostræ.

Sed contra hos facit, quod parum rectè cohæret secundum hunc sensum illud verbum, *naturaliter,* cum illo verbo *licet.* nam si hæc inclinatio sensualitatis ad illicitum mouet, quomodo dicetur naturaliter licere, nisi dicamus secundum inclinationem sensualitatis esse licitam. In quo sensu verum fuerit naturaliter licere fornicari, adulterari, mentiri, quæ iurisconsultus minimè concessisset.

45 Postremo ergo & securè intelligi possunt illę leges de deceptione, siue ex proposito, siue reipsa, quę fit circa dimidium iusti pretij & intra latitudinem eius. Vt ecce latitudo pretij iusti sunt centum ducati plus vel minus quinque aut decem. peto ego, & assero, valere centum & decem, aut quinque: & verum dico, quia secundum rigorosum siue summum extremum iusti pretij tanti valet. Alter fortè putat, illud esse iustum pretium: sed moderatum, siue medium, vel pium: & ita dat mihi centũ & decem aut quinque, hoc casu deceptio est, & naturaliter, siue per leges naturales licita.

46 Ad tertium concedo, decepto citra dimidium iusti pretij non dari remedium in foro exteriore, vt habetur in illa l. 2. a & in illo c. *cum dilecti.* b sed illud non ideo ita statutum est, quod omnis alia deceptio sit licita, sed ne lites multiplicẽtur, & eis respublica obruatur, dum super quolibet emptionis contractu allegatur ab altera parte se deceptam, & ideo ab altera sibi satisfaciendum. Quod fusius explicat Maior, c & nos nerusse probamus in repet. c. *nouit.* d posse huiusmodi deceptum, per denunciationem euangelicam adire præsulem qui ad restitutionem cogat decipientem, id quod latissime prosequimur. e

Ad quartum negamus bonorum, qui emunt, vel vendunt, consuetudinem esse velle vendere, vel emere merces extra iusti pretij latitudinem, & ita pluris vel minoris, quàm sunt. Faremur tamen, vt plurimum emptores etiam, qui virtuti student, cupere merces iusto pretio rigoroso vendere, & alienas iusto pretio pio, siue infimo emere, quod nulla ex parte peccatum est. Quamquam maioris virtutis arbitror esse cupere suas vẽdere & alienas emere pretio iusto temperato; nempe medio inter iustum pretiũ rigorosum, siue supremũ, & inter piũ, iustum pretium siue infimũ. Et ad hoc reducendũ videtur illud. f *Malum est, malũ est, dicit omnis emptor, &c.* quædam alia huc pertinentia videri possunt apud Couarruuiam, g vbi nos quoque citat.

a In eodem art. 1. q. 77. in 2. 2. ver. ad primum.

b In cap. denique. 4. dist.

c Super verbo, venia.

d In Mercuriali, reg. fi. ne culpa. li. 6.

e Leg. in causa. ff. de minor.

f Leg. item si pretio. ff. locati.

g In summa de contrah. emp. §. Qualiter. resolũdatur. col. 2. vers. Sed st.

h De vit. fine illat. 17.

i In illo §. fi.

k Ca. qualiter & quando. de accus. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. l Et cap. peruil. de empt. & vendit. m In ca. 1. de caper. non. nũ. n 10. dist.

o 1. cap. Ius naturale. 1. dist.

a C. de rescind. vendit. b Cap. pen. de empt.

c In dicta q. 40. octauo argumento. d De Iud. no. tab. 6. e à num. 46. in 115.

f Prouerb. 2. g Cap. 3. variarum resolutionum, li. 2.

CAP. III.

IDEM LEO IN EAD. EPIST. CONTINVO.

COntrarium vero omnino est ecclesiasticis regulis, post pœnitentię actionem redire ad militiam sæcularem, cum Apostolus dicat: *Nemo militãs Deo implicat se sæcularibus negotijs. Vnde non est liber à laqueis diaboli, qui se militiæ mundanæ voluerit implicare.

* 2. Timot. 2.

SVMMARIVM.

1 Pœnitenti, ne ad militiam redeat, consulitur non præcipitur: Nisi militiam cum vitijs eam inquinare solitis capias. nu. 8.
2 Militaris ars non mala.
2 Milites à quibus abstinebunt.
4 Bellandi causse tres explicantur, & aliæ nouem allegantur.
5 Bellum iustum quod.
6 Milites mala intentione iusta bella bellantes peccant: sed restituere non teuentur.
7 Omnino, hæc vox, multa significat.
9 Militare, an liceat.
10 Gladium quis dicitur accipere.
11 Malo non resistendum, altera maxilla paranda, quando.
12 Apostolicum illud: Non vos defendentes, noue, sed verè intellectũ.
13 Pax non virtus; sed virtutum reginæ opus: quæ non bello iusto sed iniusto contraria est. num. 14.
15 Torneamenta quæ: quæ item præexercitamenta bellica licent.
16 Rex Nauarrorum Gallis præfectus.
17 Pœnitentiam acceptare voluntatis, acceptam complere necessitatis: Adeo vt mortale sit non implere per contemptum, vel notabilem negligentiam, num. 18.
19 Negligentia grauis, non leuis, est mortalis.
20 Confitenda pœnitentiæ acceptatæ omissio; non autem peccata ipsa pro quibus illa iniuncta fuit; nisi sacramentali pœnitentia velit facere satis. n. 21. Et tunc illa sola iteranda pro quibus fit vile satisfacere. num. 24.
2 Paludanus non sensit, quod ei cum Antonino complures tribuunt.

23 Pœnitentia sacramentalis efficacior non sacramentali.

CApitulum hoc tres partes habet: dictum,rationem, & illationem: prima est in initio, secunda ibi: *Cum Apostolus*.tertia ibi, *Vnde*. summa est in rubro: Post pœnitentiam ad militiam sæcularem redire non licet. Ratio dubitandi huius c.illa videtur fuisse,quod negotiũ, quod ante conuersionem sine peccato extitit; hoc etiam post conuersionem repetere culpa non est. [a] At militare non est delictum, [b] ergo post pœnitentiam ad id redire licebit.Ratio vero decidendi videtur esse periculum peccandi,quod secum habet ars militaris,& ipsius exercitium:sicut & ars mercandi, seu negotiandi & ipsius exercitium.

1 Ex qua ratione videtur inferri primò: quod quemadmodum non est præceptum,sed concilium post pœnitẽtiam non negotiari,vt colligitur in cap. præcedenti, [c] & ibi dictum est,ita etiam consiliũ videtur continere hoc c.

Ex quo iterum subinfertur, artem militarem non esse malam, neque militare peccatum.Pro quo facit.cap.*noli*. [d] *Noli existimare*,inquit ibi Augustinus, *neminem Deo placere posse, qui armis bellicis militat. In his erat sanctus Dauid, cui Dominus tam magnum perhibuit testimonium. In his erat centurio ille, *qui Domino dixit; non sum dignus, vt intres sub tectum meum*.facit cap.*quid culpatur*. [e] in illis verbis: *Neque * Ioannes ab armis iubet discedere milites, & Christus * tributa Cæsari monet reddi. Quia propter bella necessaria militi stipendium tribuitur.*

3 Ioannes enim Baptista interrogantibus militibus, quid facerent,quo salui fierent,non ait:*Relinquite militiam*, sed: *Neminem concutiatis,neque calumniam faciatis,& contenti estote stipendijs vestris*.Lucæ c.3.facit cap. *militare*. quod habet *militare, non est delictum*. [f] Iustum enim bellum fit, cum homines iniuriosos propulsantur, vel cum res ablatæ repetuntur, [g] vel cum transitus innoxius negatur, [h] & aliis nouem de caussis,quas explicat Maior. [i]

5 Facit,quod D.Thomas [k] ait, iustã bellandi causſam cũ principis auctoritate & intentione, seu animo & modo bellandi recto iustam efficere bellum.

6 Quin & [l] annotauit alter Thomas illud quotidianũ; scilicet quod quemadmodum lictores, siue sententiarum criminalium executores,si iustè damnatos odio, vel feritate occidunt, peccant quidem mortaliter. [m] non tamen tenentur restituere quidquam his, qui ob hoc sunt læsi, neque etiam vestes ipsas: ita qui praua mente, intentioneve occidunt inimicos,& prædas eorum diripiunt,peccant quidem grauiter:at restituere minime tenentur.

7 Contra tamen hunc intelligẽdi modum facit primo, quod textum habet contrarium esse omnino rebus ecclesiasticis, post pœnitentiam redire ad militiam sæcularem. Siue ergo eam vocem,*omnino*.exponas pro totaliter,seu in totum,quod facit Archidiaconus communiter receptus, [n] siue modo,pacto & conditione,quod facit glossa, [o] siue aliis modis, quos ibi Felinus refert:certe nullatenus sibi constare videtur dicere, textum consulendo loqui; & dicere illud,à quo dehortatur, esse omnino contrarium regulis ecclesiasticis. Secundo facit,quod ratio textus est, quod militare negotium sit sæculare, à quo Apostolus iubet Deo militantem secedere. Tertio facit,quod finis habet non esse à diaboli laqueis liberum, qui se mundanæ addixerit militiæ:& ita loqui videtur de negotio,quod sine peccato nõ exercetur:& per consecutionẽ præceptiuè, nõ cõsultiuè. Per quas ipsas rationes videtur discedẽdum à primo intelligendi modo glossę nostræ per ipsã tacto in principio,' & in fine explicato, scilicet quod loquitur de pœnitẽtia iniũcta & acceptata. Hoc enim nõ potest esse verũ, quia primo id diuinatio quędã est:secũdo ratio textus alia exprimitur.tertio illatio textus inepta esset, vt de se patet,nõ etiã intelligi potest tertio;eo modo,quo glossa secundo intelligit in iis verbis: *Vel deliquit in ipsa militia*, vt scilicet,loquatur solùm,quãdo quis confitetur aliquod peccatũ in militãdo admissum.Nã primo id diuinare fuerit,secundo ratio textus, neq; illario vllatenus patiuntur. Tertio,quod neq; principiũ hoc patitur:quãdoquidẽ pari ratione,qui deliquit in sacrificãdo, non deberet amplius, sacrificare. Neque etiam intelligi posse videtur quarto modo,quem tangere voluisse videri potest Glossemmatarius, dum pœnitentiæ solemnis meminit, vt scilicet intelligatur de pœnitente solemniter. Nam primo hoc etiam est diuinare. Secundo neque ratio, nec finis textus illi modo intelligendi quadrare potest. Præterea hoc cap. hodie penitus esset inutile, maximè si aduertas hac ætate tales solemnes pœnitentias,de quibus in illo c.quod incipit *in c.quadragesimæ*, [a] non esse in vsu.

8 Quare planius intelligatur quinto modo,scilicet hic militiam accipi pro militari exercitio,& arte vitijs militũ peculiaribus fœdata;non pro ipso nudo exercitio, neque pro ipsa nuda arte.Vitia enim militum non sunt artis & exercitij;sed hominũ in eã illa inuehentiũ, [b] facit c.*quãdo*. [c]

9 Cõtra etiam corollarium,quo asseritur militare licitũ esse,facit primo illud. [d] *Omnis,qui accipit gladium, gladio peribit*,& illud. [e] *Ego dico vobis,non resistere malo*, & illud. [f] *Non vos defendentes carissimi;sed date locum iræ*.& habetur.8.Facit, quod nihil est virtuti contrarium,nisi vitium, [g] sed bellum paci contrarium est. [i] Pax autem virtus videtur, iuxta illud. [k] *Fiat pax in virtute tua*.& illud: [l] *Pax multa diligentibus legem tuam*. Facit,quod torneamẽta prohibentur, [m] sed torneamẽta sunt præexercitamenta bellica:ergo à fortiori ratione,ipsa bella prohibita sunt. [n]

10 Ad horum primum respõdeo,illum dici accipere gladium, [o] qui nulla superiori ac legitima potestate,vel iubẽte,vel concedente in sanguinem alicuius armatur, vt exponit Augustinus, [p] & refert Gratianus in illo egregio ca. *ille gladium accipit*. [q] Quem modum acipiendi gladium esse prohibitum concedimus:negamus tamen eos, qui iusta bella gerunt,ita gladium accipere.

11 Ad secũdum concedo,non esse malo resistendum,immo potius alteram maxillam,quo feriatur,parandam,quãdo ita opus esset facto;non autem quando bonum publicum,vel illorum,qui malum inferunt saltem spiritale cõtrarium exigit,vt eleganter declarat Augustinus; [r] & late refertur in *c.paratus*. [s] Et nos hoc posteriore casu dicimus malo esse resistendum,& iniuriam vindicandam; ne bonũ nostrũ publicũ pereat, neque bonũ spiritale inimicorum.

12 Ad tertiũ dico per illud Apostoli; *Non vos defendentes*, vltionem iniustam,& non defensionem iustam prohiberi: vnde nouus interpres, [t] pro,*defendentes*,posuit,*vlciscentes*,& merito:quia,vt ipse [v] ait,Græcis est, ἀκδικοῦντες,quod est,vlciscentes,vel vindicãtes.Nam & interpres antiquus paulo inferius Græcam vocem ἀκδίκησις,vindictam vertit:rectius vindicta versurus in nominandi casu.

13 Ad quartum nego,primo pacem esse virtutem:sed potius virtutis illius quæ omnium regina est,caritatis opus, secundum S.Thomam, [x] iuxta illud, [y] *Pax multa diligentibus legem tuam*.Secundo respondeo,concedendo,bonam pacẽ malo bello esse contrariam:nec nos tale bellum licere cõcedimus.

14 Belli autem boni non contraria,sed finis est pax bona;mala verò contraria.bonum enim bellum gerimus, vt pacem habeamus.Non pax quæritur, vt bellum exerceatur;sed bellum geritur,quo pax quæratur. [z]

15 Ad sextũ cõcedo,illicita esse torneamẽta,& alia sunt præexercitamenta bellandi;in quibus,vt plurimum notabiliter lædũtur se exercẽtes:nõ eo quod torneamẽta sunt præexercitamenta bellica,sed quia periculosa. Vnde alia præexcitamẽta,in quibus raro,vel numquam tales accidunt læsiones,licita sunt:qualia sunt, quæ nunc dicuntur hastiludia,in quibus hastæ sine mucrone sunt in vsu, & aliæ digladiationes, in quibus gladij sine acumine accipiuntur.

16 Quod probatur in illa Extrauagante Ioannis XXII. [a] petente id rege Nauarrorum tunc Galliam gubernante condita,& sentit senior Thomas, [b] vbi iunior dilucidius loquitur.

In glossam primam.

Quæ ad hanc glossam pertinent super textũ sunt explicata,excepto illo,quod ait, pœnitentem obligari ad eam pœnitentiam,quæ ipsi iniungitur, adimplendam.Pro quo facit cap.1. [c]

17 Ex dictis tamen ibi hoc limitandũ est procedere,quãdo iniunctam pœnitentiam acceptauit,vel nõ renuit, nec ad aliũ confessariũ,à quo absolueretur,refugit,vt supra dictum extitit. [a] Quoniam neminem ad acceptandum cõpelli posse, si non vult absolui ibi probatum fuit. Ratio verò diuersitatis illa est,quod,quemadmodum vouere cõsilij est, reddere tamen votum præcepti. [b] ita pœnitentiã acceptare, si non absolutus abire velit; liberum videtur pœnitenti, modo velit ipse aliter,quàm per pœnitentiam iniunctam satisfacere hic,vel saltem in purgatorio: acceptam verò tenetur adimplere: non tantùm ea ratione. quod acceptauit;quantum ea quod à confessario ad id ligatus fuit,tamquam à iudice,qui perinde habet potestatẽ ligandi ac absoluendi, iuxta [c] Concilium Tridentinũ nuperrimum, [d] quæ cituimus supra. [e] Quaquam Scotus [f] putauit,confessarium non posse ligare pœnitentem inuitum ad illam pœnitentiam sine;ipsius acceptatione * de quo latius diximus in Manuali. Confess. [g]

18 Ex quo infertur, peccare mortaliter illum, qui per contemptum vel negligentiam notabilem non adimplet pœnitentiam impositam: si modo ita sit iniuncta,vt præciperetur. Non otiose addidi *per contemptum, vel negligentiam notabilem*. quoniam si per obliuionem aliquando id cõtingeret,vel per negligentiam leuem, non est putandũ illud mortale,argumento glossæ, [h] & quæ tradit Felinus, [i] per quæ glossa illa putata singularis,quæ quarta est, ca. *ea quæ*, [k] quæque habet negligentiam esse peccatum mortale: declaratur procedere in negligentia notabili, non in qualibet leui. Et quod de obliuione dixi,probatur per illa,quæ pulchrè scribit Thomas à Vio, [l] de ignorantia. & quæ scripsit Gerson. [m]

Sed quotidiana quæstio est:an ei, qui non egit pœnitentiam acceptatam,sufficiat confiteri omissionis peccatum; an verò reiterare oporteat confessionem peccatorum, propter quam talis ei fuit imposita pœnitentia. Et multis visum est ad eam iterandam teneri. in quibus est Richardus. [n] In ea videtur etiam esse Paludanus, [o] quem ita tenere refert, & probat eius opinionem diuus Antoninus, [p] Syluester etiam. [q] Pro quibus facit illa Richardi ratio, Pœnitens tenetur satisfacere pro peccatis ad arbitrium confessarij. [r] Facit c.*mensuram*. [s] at confessarius non potest arbitrari quidquam, nisi peccata nouerit. [t] aptissimus in hoc textu,in extrauagante, *quia quorundam*. Ioannis xxii. [v] nosse autem nequit, nisi iterato sibi confiteatur pœnitens,si est alius confessarius,vel prior,qui sit peccata iam oblitus:igitur propositio vera.

20 Verius tamen est,eum peccare quidem:at non teneri ad reiterandum. Primo quia qui semel confessus est legitime peccata sua,nulla humana auctoritate cogi potest,vt eadem semel rectè confessus iterum cõfiteatur,vt scribit S. Thomas. [x] Secundo quod nullo iure hoc probatur:ergo non est id asserendum. [y] Facit c.2. [z] & *c.cõfuluisti*. [a] nisi Deo per pœnitẽtiam sacramentalẽ satisfacere vellet.

21 Nõ obstat argumẽtũ Richardi; distinguo enim,quod ille assumit,scilicet,teneri pœnitẽtẽ ad arbitriũ cõfessarij satisfacere. Quoniã aut vult sacramentali pœnitẽtia,quæ multo est efficacior,satisfacere,aut non.si nõ,nego illud: quoniã,sicut nõ tenetur,omnẽ pœnitẽtiam acceptare, ita neq; pœnitẽtia sacramentali pro omnibus satisfacere. Si autẽ velit satisfacere pœnitẽtia sacramẽtali; tenebitur iterũ cõfiteri,si cõfessarius ille,cui fuit cõfessio facta nõ inuenitur;vel iam ille oblitus est peccat.a, quæ illi fuerunt patefacta,& pœnitẽtiã nullaten[9] recordari potest. Et hãc cõclusionẽ sentit S.Thomas, [b] & intrepide affirmat Thomas à Vio, [c] & Maior. [d]

22 Neque Paludanus, [e] determinat aliud;quam diximus si bene perpendatur,licet errandi ansam diuo Antonino præstiterit,& rursus is errare fecerit Angelũ & Siluestrũ. Et cũ frequẽter ita cõsuluerim,& dixerim,Paludanũ illud nũquam dixisse,gauisus sum valde reperisse Adrianũ, qui hoc ipsum,quod nos de Paludano sentiẽs in ea,quam defendimus,opinione fuit. [f]

23 Est ergo conclusio in hac materia certa; & sine scrupulo,meo iudicio, tenenda, confessionem legitimè factã non esse reiterandam ex eo capite solo, quòd pœnitentia iniuncta non fuerit adimpleta: siue id contigerit ex contemptu,siue negligẽtia,siue obliuione; nisi pœnitens cõsiderans maioris efficaciæ ac virtutis esse pœnitentiam sacramentalem,siue illam, quæ à confessario præcipitur, quam illam,quæ sponte à pœnitente sumitur, & mente reuoluens maiorem fortè pœnam à Deo condonari ob vnius diei ieiunium à cõfessario præceptum;quam quatuor dierum ab ipso pœnitente assumptum,velit Deo suo pœnitentia sacramentali satisfacere.

24 Sufficit etiam,quod confiteatur obliuionem, negligentiam,vel contemptum, quo pœnitentiam acceptatã adimplere omisit,vt præfati Caietanus, & Adrianus, vbi supra,dixerunt. Quin etiam addo,quo si oblitus pœnitentiam vellet sequi opinionem contrariam, non teneretur secundum omnium mentem iterare totam confessionem; sed tantum illius peccati pro quo pœnitentia oblita fuit iniuncta. Quare quidquid in plurimis,qui confirendi modum continent libellis reperiatur;& quidquid Summistę dicant,quod diximus cum grauissimis auctoribus neruosis rationibus freti firmissime tenendum est.

CAP. SI QVI VERO.

EX NICENO CONCILIO.

CAPIT. XII.

SI qui verò per gratiam Dei vocati,primò quidem ostenderunt fidem suam depositò militiæ cingulo,& reliq.

SVMMARIVM.

1 Pœnitens non verbo,sed opere confessionem ostendit.
2 Pœnitentia solennis vestigia,& quæ miseris apud Saxones.

EX hoc c.sola illa verba notanda sunt,non verbis tantùm sed opere & virtute conuersationem sanctam à pœnitentibus demonstrandam.Facit illud. [a] *Cœpit Iesus facere & docere*.præmisit *facere*,& postposuit,*docere*. facit illud. [b] *Nõ omnis,qui dicit,Domine,Domine,intrabit in regnum Dei*. & illud Sanctæ Annæ apud Baptistam. [c]

De virtute loqui,minimum:virtutibus vti
Hoc Sanctis opus.

Et illud facerè dictum;quod in illis verbis: *Cœpit* IESVS *facere & docere*,penultima verbi *facere*,deberet esse longa: & penultima verbi *docere*,breuis.In qua re illud notandũ, virtutis studium bonorum exemplis facilius,quàm verbis disci, iuxta illud Senecæ:*Longũ iter per præcepta: breue autẽ & facile per exempla*.& illud Innocentij; *Exempla sanctorum perspicaciter recordanda*. [d]

Quæ vero alia in hoc & seq.cap. tractantur,quia de solemniter pœnitentibus dicuntur, & vix in vsu occurrent, missa facio,contentus viua voce retulisse,quæ habentur in *c.in c*. [e] quod haberillam formam pœnitentiæ solennis antiquæ. Quibus addo eius quędam vestigia reperiri apud Saxones eo sæcello,quod Alberstadij est virgini matri sacrum,quod prophanis non patet; sed tantùm initiati subeunt. Inducitur enim vnus aliquis è populo cinerítio die hominum opinione nequissimus, hunc velato capite,pulla veste sacris admouent,quibus rite peractis templo, eiicitur:eiectus toto ieiuniorum tempore nudis calcibus vrbem pererrat,Diuorum templa visitabundus, sacerdotes illi victum suggerunt. Mox in dominica cœna iterum in templum inductus post olei confectionem ab vniuerso clero expiatus dimittitur,eleemosyna prius accepta;quàm pie offert templo.Hunc Adamum vulgo vocant: quia, vt protoplastos ille,omni vacet crimine,per eumque ciuitas creditur expiata.quod restatur Ioan. Bohemus Aubanus. [f]

CAP. DE HIS.

EX CONC. AVRELIANENSI.

CAPIT. XIII.

In hoc c.pro repetitis habeo,quę in superiori dicebam.

CAP. FALSAS.

GREGORIVS III. PAR.

FAlsas pœnitentias dicimus, quæ nõ secũdum auctoritatem sanctorũ patrum pro

a Cap. negotium. infr. eod. dist.
b Cap. militare.23. q. 1.
c In verb. utilius.
d 23.quæst.1.
* Matth.8.
e Ead.qua.1.
* Matt 3.
* Matt. 22.
f Ead. ca. & quæst.
g Ca.iustum. 23.quæst.2.
h Ca. notandum 23.q 2.
i In 4.distin. 15.quæst. 20. k 2.2.qu. 40. artic.1.
l In eod.art.
m Ca.cũ minister.23.qu. 5.
n In cap. si beneficia. de prab.lib.6.
o In cap. sanct.2.de offic. deleg.
a 50.distinct.
b Cap. noli. 23.quæst.1.
c 88. distinct.
d Matth.26.
e Matth.5.
f Ad Rõ.12.
g 23. qu.1.in princ.
h Cap. cum renuntiatur. 32.q.1.
i Cap. noli. 23.q.1.
k Psal.121.
l Psal.118.
m Cap. 1. de torneam.
n Argumen. auth. multo magis. C. de sacros. eccles. & cap.cũ in cunctis.de electione.
o Matt.c.26.
p In 2.li. contra Manichæos.
q 23.q.4.
r In Sermone de puero Cẽturionis. 123.q.1.
s In illo c. 12. ad Rom.
t In amot.
v In amot.
x 2.2. quæst. 29.art.3.
y Psal.118.
z Ca.noli.23. q.1.
a De torneamen.
b In 2. 2. q. 40.art. 1. ad quartum.
c 6.ponat se. supra ead.
a In c. 1. §. ponat se. nu. 6. supra ead. distinct.
b Cap. magna. de voto.
c Cap.8.
d Sess.14. & can.15.
e In prædicto §. ponat se. num.3.
f In 4.dist.18. q.2.
g Cap.26.nu. 20.
h 1.c.dictum. 81. dist.
i In carrefra gabili.de offi. ordi.
k De offi.Archid. 1 2.q.77.ar. 4.
m 2.part.23. alphab. sub litera I. & sub litera M.
n In 4. d.17. art.2.q.8. in arg.4.
o In 4. d. 17. q.3.
p In 3.par.sit. 14.c.19.§.19.
q Verbo, Cõfessio. primo. 9.3.
r Ca.1. §. ponat supr.ead.
s Supra, d. 1.
t Leg. de qua re ff. de iud.
v Colum. 4. & 5.de verb. signif.
x Quodlib. 1. ar.12.
y Ca legatur. 24 q.2.§. cõsideremus. aut.de trient & semiss.col. 3.
z De transl. Prælat. 2 1.q.5.
b In illo art. 12. & in 4. d.17.quæst.3. ar.3.quæst.5. cln verb. Cõfessio iteranda.i
d In eadem d.q.6.
e In 4. d. 17. illa q.3.
f In 4. de Cõfessione. q. 6. col.pen.in fi. ae.
a Actio.1.
b Matth.7.
c Part. Mar. lib.2.
d Ca.de quibus.20.dist.
e 50. dist.
f Lib.3.ca.13. de Ritu omnii gentium.
Est Gregorij VII. in Syn. Rom. celebrata anno 1078. cap.6.

qualitate criminum imponuntur, ideóque miles,& negotiator, vel alicui officio deditus, quod ſine peccato exerceri non poſsit, ſi culpa grauiore irretitus ad pœnitentiam venerit,vel qui bona alterius iniuſtè detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoſcat ſe veram pœnitentiam non poſſe peragere, per quam ad æternam vitam peruenire valeat: niſi negotium relinquat, officium deferat,vel odium ex corde dimittat,bona quidem,quæ iniuſtè abſtulit,reſtituat, arma deponat,vlteriúſque non ferat,niſi cõſilio religioſorũ Epiſcoporum pro defendenda iuſtitia. ne tamen deſperet, interim quidquid boni poterit facere hortamur,vt faciat,vt omnipotens cor illius illuſtret ad pœnitentiã.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia falſa eſt, quæ non ſecundum auctoritatem Patrum imponitur,ſine iuſto reſpectu.nu.10.& 11.& 15.*
2 *Pœnitentia ſeptennij pro quonis mortali ſecundũ communem.*
3 *Pœnitentiales canones 47.& in eis foro conſcientiæ non eſſe locum:probabile.nu.16.eorum tamen ſcientiam confeſſarijs opportunam.nu.18.*
4 *Fornicanti presbytero quæ pœnitentia; quæ ſpecialis item quibuſdam aliis.*
5 *Intellectus huius c. Falſæ. tractatur intelligendo primo de pœnitentia.quæ ſatisfactio eſt:& impugnantur grauiter.nu.21.& refertur alter intellectus,qui omittitur.nu. 24.datur nouus.25.*
6 *Pœnitentia duobus modis à Patribus taxata:generatim & ſpeciatim.*
7 *Pœnitentia maior iuſta non vana.*
8 *Pœnitentia Patrum decretis taxata non ſemper peccato æqua, tametſi æqua latitudinem habeat aliquantam.nu.9.*
9 *Pœnitentiæ minuendæ multæ cauſſæ,& vna nouiſſima.n.10.*
12 *Pœnitentis imprudentis eſt gaudere parua pœnitentia, nec ſignum veræ amicitiæ eius impoſitio.*
13 *Pœnitentia,quæ iuſta eſt ſimpliciter, ſecundum quid nonnunquam falſa.*
14 *Pœnitentiam ſeptennem non eſſe pro quouis peccato mortali iure imponendam probabile.*
16 *Pœnitentiam illam ſeptennem ad forum exterius pertinere.*
17 *Capit. Quæ ipſis.38.diſt.an Auguſtini,*
19 *Pœnitentia coram Deo æqua,aliquando iniqua eſt, quoad confeſſarium, neque illius iniquitas pœnitentem extra ſalutis ſtatum ponit.nu.23.*
22 *Ideo vox illatiua.*

TRes partes habet:prima definit pœnitentiam falſam. Secunda ibi,*Ideoque*,infert. Tertia ibi,*Nec tamen*.vnum documentum ponit.

1 Ex principio ergo colligitur definitio falſæ pœnitentiæ,eſſe videlicet pœnitentiam, quæ non ſecundum auctoritatem Patrum pro qualitate criminum imponitur. Pro quo facit,quod menſura dicitur falſa, quæ non eſt iuſta:ſed maior,quàm par ſit vel minor, iuxta l. *in dardanarios.*[a] ibi: *Propter falſum menſuræ modum.*& c.2.cum eis annotatis,[b] & moneta falſa eſt,cum deeſt,vel põdus, vel materiæ pretiũ,vt habet l.*lege Cornelia.*[c] facit c.*non afferamus.*[d] & c.*omnis,qui ſtateram.*[e]

2 Contra quam tamẽ falſæ pœnitentiæ definitionẽ ad manum eſt argumentum illud fortiſsimum, quod nulla fere hodie pœnitentia pœnitentibus à confeſſariis ſecũdũ Patrũ antiquorum auctoritatem imponitur:nam recepta eſt pleriſque omnibus ſententia pro quouis mortali peccato ſeptẽnẽ imponẽdã eſſe,iuxta c.*hoc ipſum.*[f] & clarius in §.ſeq.gloſſa.c.*admonere.* & gloſſa in c.*prædicandũ.*[h] tradit Hoſtienſis,[i] Antoninus,[k] & Paludanus,[l] & hoc plerique omnes aſſerunt. at hodie vix vllum confeſſarium reperias, qui ſeptennem alicui, etiam pro centum mortalibus peccatis, iniungat; vix pœnitentem, qui hanc accepter: ergo omnis,quæ hodie agitur, pœnitentia eſt falſa.Quod tamen,quis audeat dicere?

3 Secundo contra definitionem prædictam facit, quòd quadraginta ſeptem ſunt canones,quos pœnitẽtiales vocant,quoſque collegit Hoſtienſis,[a] quoſque ab omnibus ſacerdotibus neceſſario addiſcendos eſſe habetur,in c.*quę ipſis.*[b] Quibus pro certis peccatis,taxatur pœnitentia certa, quam nulli audimus hodie imponi. Nam presbytero fornicatio decennalis mandatur iniungi pœnitentia magna cum auſteritate agenda. [c] At quis audit presbyterum propter fornicationem ſimplicem decem annis pœnitere? Eum,qui filiam ſuam ſpiritualem ſiue baptiſmo, ſiue confirmatione, ſiue confeſsione ſibi habitam carnaliter cognouit,duodecim annis peregrinando pœnitere oportet;& poſtea in monaſterium ſemper ibi ſeruiturum ingredi,[d] qui cum brutis,vel cum conſanguineis & affinibus,& qui contra naturam peccauit,ſeptem annis pœnitere debet. [e] At quotus quiſque hodie eorum,qui in eiuſmodi decidũt crimina,talem agit pœnitentiam? Igitur aut falſus eſt Gregorius,aut falſa fere omnis,quæ hodie imponitur pœnitentia.

4 Tertio contra Gregorium facit,quia quæ iniungitur pœnitentia,aut ideo eſt falſa:quia non eſt penitus iuſta & æqua pœna,quæ peccatis confeſsione apertis debetur delendis.Et ad hunc ſenſum etiam, quæ pœnitentia iuxta ſanctorum Patrum regulas imponitur, frequenter falſa eſſe poteſt;quia maior vel minor,quàm oporteat.Nã, quæ ſeptennis pœniẽttia vnum periurium iuſtè delebit,illa nõ poterit aliud multo grauius delere,& alij multo minori & leuiori maior,quàm par ſit,erit.

5 Pro reſolutione omnium dico,hunc textum primò intelligi poſſe de pœnitentia,id eſt,pœna, quę pœnitenti à confeſſario iniungitur:quod innuit textus in verbo illo; *imponũtur*,Facit etiam,quia verbum,*pœnitentia*,in hoc textu non videtur ſumendum pro ſacramento pœnitentiæ,neq; pro pœnitentia virtute ſeu contritione. Illæ namque non imponuntur;ſed aut miniſtrari dicuntur,aut quæri. At in textu eſt verbum,*imponuntur*.

6 Facit & illud verbum:*ſecundum auctoritatem patrum*.per quod innuitur Gregorius agere de pœnitentia taxata, & à Patribus,vel in ſpecie depicta,vel in genere delineata,dũ aut ſpeciatim dicunt? Tantum tempus, tali modo, talem peccatorem pœniteat aut generatim aiunt; Pœna maior, vel minor imponatur peccatori,ſecũdum quod varijs circunſtantijs inſpectis aut maius,aut minus fuerit illius peccatum.Et in hunc ſenſum intellexit Magiſter, [f] & gloſſa 1.8 & Maior,[h] & Hoſtienſis.[i]

7 Quo modo intelligendi retento,dico ſecundo mentẽ Gregorij in hoc c.non eſſe dicere pœnitentiam,quæ à cõfeſſario imponitur minus ſufficiens,eſſe falſam;id eſt nullius effectus:quoniam etſi non tollat totam peccato debitam pœnam;tollit tamen partem aliquam maiorem, vel minorem pro ſua qualitate;ſi alioqui rite ac legitime fuerit pœnitens confeſſus.cap.*nullus debite*.[k] cum his,quę alias ibi dixi & ſcripſi. & ab omnibus Theologis [l] tenetur, & à noſtris,[m] & gloſſa 8.extrauagantis.[n]

Tertio dico Gregorij II, mentẽ non eſſe dicere,pœnitentiam illam eſſe omnino iuſtam,id eſt,neque maiorem, quam par ſit;neque minorem quæ ſecundum Patrum,decreta taxatur. Vt enim tertium argumentum efficaciter concludit,interdum erit maior,quàm par ſit, & interdum minor:quoniam ſtat dare peccata eiuſdem ſpeciei, quibus eandem pœnitentiam imponi mandãt ſancta Patrum decreta;quorum tamen alterum primo longè grauius erit,& tertium vtroque,& quartum tribus.& ita pœnitentia non eodem modo erit omnibus illis iuſta & æqua omnino.

9 Nam etſi,vt Pariſienſes nouiſsimi dixerunt,[o] credendum eſt diuinam bonitatem & amplitudinem nõ in indiuiſibili pœnitentiæ quantitate illam æqualitatem repoſuiſſe;ſicut pretium iuſtum mercium non eſt in indiuiſibili ſitum,vt diximus in gloſſa c.*qualitas*.tamen vnius ſpeciei peccatũ,tãta poteſt aliud eiuſdẽ ſpeciei grauitate ſuperare,vt quę pœnitẽtia debetur alij,multo excellat iuſt ę pœnę latitudinẽ alij debitã:ſicut & pretiũ vni⁹ mercis multo

a *In ſumma de pœnit. & remiſſ.§. quæ pœna. verſ. Vt autem.* b *38.diſt.* c *In c.presbyter.82.diſt.*

d *Cap. ſi ſacerdos.30. q. 1.*

e *Ca. hoc ipſum. §. 1. 33. q.2.*

a *In verbo. auctoritatẽ.*

b *In Cap.mẽ ſuram.ſupra diſt.1.*

c *In cap. 1. d. Diſtin. 6. in ſexto dicto.*

e *In 4. diſtin. 20.col.3.*

f *In Dardanarios. ff. de pœn.ca.2. de emptio.*

g *In 4.di.20.*

h *In cap.mẽſurã.de pœn. diſt.1.*

i *De pœnit. & remiſſ.*

k *In c. Deus qui de pœnit. & remiſſ.*

l *In cap.2.de emp.*

m *In ca.hoc ipſũ 33.q.2.*

n *Supra d.1.*

o *In 4. diſt. 20.q.1.art.2. ad ſecundũ.*

f *In 4. d. 16.* g *huius cap.* h *In 4.d. 20.* i *Tit. de pœnis.& remiſſ. §.quæ pœna. in principio.*

k *Supra d.1.*

l *In Quarto diſt.20.* m *In cap.ſignificauit. de pœnit.& remiſſ.* n *1.de pœnit. & remiſſ.*

o *In illa d.20. n.Num. 43.*

ſolet ſuperare latitudinem iuſti pretij alius mercis eiuſdem ſpeciei. Paſsim enim reperies equum viginti ducatorum,ac equũ centum ac ducentorum; immo mille ducatorum: paſsim pannum vnius ducati,& alium eiuſdem ſpeciei duorum, trium, & quatuor ducatorum. Quarto dico,non fuiſſe ipſius Gregorij mentem falſas appellare pœnitentias illas, quæ prudenter à confeſſario imponentur. Quod patet ex gloſſa noſtra, [a] ſecundum quam pœnitentia, quæ iuſta minor confeſſario imponitur ex cauſſa iuſta,non dicitur eſſe falſa.

10 Cauſſas autem iuſtas minores imponendi multas & varias eſſe diximus & ſcripſimus, [b] ſcilicet debilitatem, ægritudinem, magnam contritionem,& aliquando parũam deuotionem,timorem item,ne iuſtam pœnitens reſpuat,vel acceptam parum impleat.

11 Addo item aliam nulli, quod ſciam hactenus conſideratam, quod hodie omnes confeſſarij in pœnitentiam iniungunt pœnitentibus,quidquid boni fecerint,& mali ſuſtinuerint. per quam clauſulam,etſi non alligent eos ad bona peragenda, efficiunt tamen,vt quæcumque peregerint,in pœnitentiam eis cedant ſacramentalem. Et ita totum vitæ tempus quodammodo pœnitentiæ agendæ à quolibet confeſſario cuilibet pœnitenti, quatenus opus eſt,videtur conſtitutum & taxatum. De quo dicemus etiam aliquid, [c] infra. [d]

12 Quinto autem dico,illas videri Gregorium appellare pœnitentias falſas,quę ſine cauſſa iuſta minores à confeſſario,imponuntur,vel ob ignorantiam, vel amicitiam, vel ſocordiam;& denique ob aliquem minus iuſtum reſpectum: vel ſi ob iuſtum, non tamen pœnitentem admonet eam,quam illi taxat, non eſſe iuſtam,quo pro peccato ſufficienter ſatisfaciat:ne ipſum contriſtet,ſiue moleſtet, & ne ipſius humanum amorem perdat.

13 Cui conſiderationi conſonat illud,quod Pariſienſes [e] dixerunt,imprudentiæ pœnitentis eſſe gaudere ob parũa pœnitentiam ſibi conſtitutam : neque veræ amicitiæ ſignum eſse paruæ pœnitentiæ impoſitionem.

Sexto videtur illa quoque pœnitentia dici poſse falſa, quæ iuſta minor eſt,quamuis ſanctè à confeſsario impoſita,nec minus rectè à pœnitente accepta.

13 Illa enim quanquam ſimpliciter iuſta dici poſsit ſecundum quid; tamen etiam poteſt appellari falſa. Primo quia illa menſura dicitur eſse falſa, quæ licet aliquã partem debitæ quantitatis contineat,non tamẽ integram continet. [f] At pœnitentia,quæ iuſta minor ob quemcumque bonum reſpectum imponitur , quamuis aliquam partem quantitatis pœnæ ad ſatisfaciendum contineat : non tamen integram; neque per illam integre liberabitur à pœna purgatorij ſecũdum pleroſque omnes, [g] quod multis argumentis efficaciter ibi à docẽtibus probatur, quidquid gloſſa dicat, [h] & quidquid etiam gloſſa extrauagantis 1. [i] quamuis paulo moderatius loquatur,quam altera,& quidquid Panormitanus, [k] & Burgenſis [l] determinent.

Septimo dicimus, hos duos intellectus proximè relatos, ſaltem in ſe veros eſſe ; quamquam forte non plus *ſatis* textui conueniunt,de quo mox dicam. Hoc igitur intelligendi modo priori;qui ſecũdum hos duos intellectus defendi poteſt, & qui videtur communis retento, non obſtant, quæ contra concluſionem ex hoc textu elicitam allegabantur.

14 Non primum, negari enim poteſt primo cuilibet capitali peccato ſeptennem pœnitentiam iniungendam eſſe. Nullibi enim ego inueni legem, quæ hoc ſtatuat, quamuis gloſſa illæ tres in argumento allegatę id aſſeruerint,& Gratianus, [m] id,ſine vlla tamen lege docuerit ab Eccleſia vſurpatum & vſu receptum. Contra quam ſententiam eſt cap.*menſuram*. [n] vbi Hieronymus ait menſuram temporis in agenda pœnitentia non eſſe à canonibus pro vnoquoque crimine præfixam. Et huius ſententiæ videtur eſſe D. Thomas , [o] vbi ait : *Non eſt vniuerſaliter verum pro quolibet peccato ſeptennem pœnitentiam exigi,&c.*

15 Secundo reſponderi poteſt,quod poſito & non conceſſo , cuius mortali peccato ſeptennem pœnitentiam iniungendam eſſe : id tamen intelligendum eſt;niſi aliud iuſta cauſſa facere ſuadeat. quod ſupra dicebam. Et ita non ſequitur, omnes, quæ hodie imponuntur , pœnitentias falſas eſſe, quoniam ſatis imponũtur ſecundũ auctoritatem patrum , ſi eis docentibus,diminuantur , preſertim quando,quod fere ſemper fit,additur illa clauſula:*Per quã, quidquid boni feceris vel mali ſuſtinueris , in pœnitentiam tibi cedat ſacramentalem*,vt ſupra eſt dictum.

16 Tertio reſponderi poteſt, illam ſeptennem pœnitẽtiam non pertinere ad forum conſcientiæ purum & ſolũ; ſed ad forum,quod appellant mixtum ; nempe , quando non ad puniendum peccatum; ſed ad corrigendum peccatorem in exteriore foro proceditur. In quo foro etiam procedere cap.*primum*.[a] nobis videmur.

17 Ad ſecundum reſpondemus , negando pœnitentias in canonibus pœnitentialibus contentas locum habere in conſcientiæ foro. Contra quod tamen grauiter vrget cap.illud,*quæ ipſis*. [b] quod habet , vix pro ſacerdotibus habendos,qui canones pœnitentiales ignorarint.Vrget etiã priſca indulgentiarum forma,tot dies,tot annos,tot quadrageſimas de pœnitentiis iniunctis relaxandi. Quæ non obſcurè demonſtrare videntur, multos olim annos ; multas quadrageſimas;plures dies pœnitentibus, quo in illis pœnitentiam agerent,iniungi ſolitos.

18 Ad horum tamen primum reſponderi primo poteſt illud c.cuius ſit, non conſtare, quando eius ſuperſcriptio ſolum indicat ex dictis eſſe Auguſtini. Secundo reſponderi poteſt, non ideo in parochis canonum illorum ſciẽtiam requiri, quod pœnitentias in illis contẽtas oporteat eos in foro conſcientiæ imponere : ſed quia illis doceri poſſunt,quæ pœnitentiæ qualitas cui peccato magis conueniat. Inſtar enim illarum à iure pro exteriori foro præfixarum , debent ſuas imponere parochi ſecundum omnes.

Ad poſterius autem negari poteſt, ex illa indulgentiarum forma concludi canonum illorum pœnitentialium pœnitentias imponi ſolitas in confeſsione. Quis enim audeat dicere pœnitentiam illam primi canonis pœnitẽtialis, [c] nempe capitul. *presbyter*. [d] imponi ſolitam fuiſſe à confeſsario alicui? Quid enim illud aliud eſſet facere quam detegere confeſsionem ? quem canonem in foro exteriori loqui : ſatis innuit ibi Alexandrinus : & in ſimili ſentit Antonius. [d] Concludit tamen illa priſca indulgentiarum conſuetudo, multo maiores olim à confeſſariis pœnitentias imponi, & à pœnitentibus accipi ſolitas,quàm hodie ; & multum diuerſas. quod libenter concedimus.ſed ex eo non ſequitur,quas hodie Chriſtiani accipiunt pœnitentias fere omnes eſſe falſas per ea, quæ ſupra dicta ſunt.

19 Ad tertium reſpondeo primo , per pœnitentiam falſam Gregorium intellexiſſe pœnitentiam minorem illa, quam vir prudens imponere debuiſſet; vt in quinto dicto ſupra dicebam : ſiue illa eſſet illi peccato æqua , ſiue iniqua,aut inæqualis;quia licet illa vera eſſet ante Deum & æqua; tamen quoad imponentem , qui non erat diuini iudicij conſcius, poterat eſſe falſa, & male impoſita. Secundo reſpondeo concedendo, quod argumentum nititur probare , intelligendo per falſam pœnitentiam, quod ſupra in ſexto dicto intelligebamus ; nempe illam, quæ maior vel minor ante Deum eſſet, quam ea quæ delendo penitus peccato ſufficeret, eſſe aliqua parte falſam.

20 Contra tamen hunc intelligendi modum , & ita quod textus non agat de pœnitentia, quę pro peccati ſatisfactione imponitur : ſed de pœnitentia virtute ſiue cõtritione,quæ eius eſt actus, efficaciter facit primo, quod verba quæ ſequuntur, plane demonſtrant,Gregorium agere de illa pœnitentia,quæ ideo eſt falſa;quia non recẽditur à peccato. Ait enim, *Miles & negotiator, vel alicui officio deditus,quod ſine peccato exerceri non poteſt*. Et iterum: *Qui bona detinet alterius,vel qui odium in corde gerit*. Quæ planè omnia non obſcurè oſtendunt, eum non agere de pœnitentia , quæ à confeſsario iniungitur: ſed de illa , quam ipſe facit; nempe contritione , quæ pœnitentiæ virtutis actus eſt; quæque dolore præteritorum peccatorum, & propoſito futura vitandi conſtat. [e] Secundo facit, quod illa dictio, *ideo* , quæ cauſſalis & illatiua eſt ſecũdũ Bartholum, [f] & quæ ex dicto priori capitis noſtri infert ad prædictos,qui toto corde peccata omnia non exuunt,nul-

a *De pœnit. & remiſsionibus.* b *82.diſtinct.*

c *82.diſt.* d *In cap. 1.de pœnit.& remiſſ.*

e *Cap pœnitentia. 1. & 2.ſupr.diſt.3.* f *In l. demõſtratio §. quod autem. num.9. ff. de cond. & demonſt.*

laterus apta videri potest, intelligendo principium de pœnitentia falsa per confessariũ iniuncta. Quoniã ex pœnitentia falsa à confessario iniuncta, nullatenus inferri potest ad pœnitentiam falsam; quam ipse pœnitens affert & facit. Quoniam illa penitus separata sunt per prædicta, & à separatis non fit illatio. [a] Tertio contra hunc intelligendi modum facit c.fin. [b] quod iisdem fere verbis vtitur excepto verbo, *Imponuntur*, & de eadem penitus materia agit. Et tamen clarè demonstrat per pœnitentiam falsam intelligere pœnitentiam illam, quam quis de vno, vel de pluribus agit peccatis; non tamen de omnibus, & ita non intelligit de pœnitentia confitenti à confessario iniuncta: sed de illa, quam pœnitens ad confessarium defert.

23 Quarto facit finis capituli nostri, quod præsupponit, eum, de quo agit pœnitentem extra salutis statum esse. Ait enim: *Nec tamen desperet interim, quidquid boni operis faciat, vt omnipotens Deus cor illius illustret ad pœnitentiam:* sed quod pœnitentia imposita confitenti à confessario sit iusta & satis æqua peccatis aut non: neque in salutis statu ponit pœnitentem, neque ab eo tollit per prædicta. ergo capitulum nostrum non agit de illa.

His argumentis difficile meo iudicio fuerit plenè satisfacere. Ideo alter intelligendi modus est, vt intelligatur totum capitulum de pœnitentia falsa, hoc est ficta ex parte pœnitentis: quod in caussa fuit, cur Cardinalis hic de confessionis veræ conditionibus ageret. quod tamen parum vtiliter facit, & ipse dicendum in capit. fin. reseruo.

24 Quare tertius idémque nonus incurrit intellectus, nempe textum hûc in principio generatim agere de omni pœnitentia falsa, siue illa sit falsa ex parte pœnitentis, quia non omnino eum pœniter: siue ex parte confessarij; quia non omnino iustam, vel non qualem prudens imponere debuit imponat. Facit c. fin. [c] quod huiusmodi pœnitentiam appellat falsam. Facit etiam, quod pœnitentia, quæ iniungitur impœnitenti; & ei, quem non omnium pœniter, & absoluitur cum illa, non imponitur, iuxta Patrum decreta, quibus statutum est, ne talis absoluatur, [d] ita falsa dicitur. Per hunc intelligendi modum omnibus argumentis tam pro primo dicto adductis, quæ secũdum intellectum expugnant, quàm aliis, quæ priorem destruunt, facile responderi potest. & ideo in singulis diluendis non morabor.

a *Tiraq. Papinianus. ff. de minor. cap. 2. de translat. prælat.*
b *Infra. ea.*
c *Infra eadẽ.*
d *Cap. quod quidam de pœnit. & cap. sunt plures. supra., distin. 3. ea. legatur. 24. q. 2. cap. si quis contra stat°. 92. dist.*

CAP. NEGOTIVM.

GREGOR. IN HOMILIA XXIIII. EVANGELIORVM STATIM in princ.

NEgotium, quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc etiam post cõuersionem repetere culpam non fuit. Sunt enim plerunque negotia, quæ sine peccato exhiberi aut vix, aut nullatenus possunt. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc necesse est, vt post conuersionem animus non recurrat.

SVMMARIVM.

1 *Officijs ab illis, quæ vix, aut nullatenus sine peccato exercentur, abstinendum.*
2 *Ars, quæ sine peccato exerceri nequit, illicita; sed venialiter tãtùm, si absque veniali peccato non potest; mortaliter verò, si non absque mortali. num. 4. & 5.*
3 *Arte omni & officio bona hominum pars abutitur.*
6 *Ars, quæ sine veniali non exercetur, venialiter mala.*
7 *Præceptum non omne obligat ad mortale.*
8 *Ars, cuius operibus homines & bene & malè vti possunt, licita. Licet, vt plurimum malè vtantur, idem. num. 10. & 23. nam & naturæ legibus maior hominum pars abutitur. num. 9.*
10 *Lex de continentia sacerdotum honestissima.*
11 *Vix pro Nullatenus, & pro Difficile, num. 12. Vtroque modo in hoc textu capi potest. nu. 13. Sed planius priori. nu. 15.*
14 *Vox eadem ad diuersa relata, diuersa significat.*
16 *Artis malæ operum quandoque bonus vsus, artem malam alterum è duobus facit. nu. 17. est mala venaliter, & mala mortaliter. num. 18.*
20 *Thomæ Illyrici Franciscani mira persuadendi vis & suadela, & mirum auditorium. num. 21.*
22 *Ars chartarum lusoriarum in se non mala saltem mortaliter. Neque illam exercentes mortaliter peccare, licet hodie extirpanda. num. 26.*
24 *Sacramentis etiam maiorem Christianorum partem male vti.*
25 *Veneni negotiationem quandoque licitam.*
25 *Monachis ne delicatissima opera, quibus vtplurimum ad vanitatem homines vtuntur, faciant, est confulendum.*

1 DVarum partium prior soluit vnam quæstionem, posterior ibi, *Sunt enim.* declarat quæstionis terminos. Ex hoc cap. habetur, pœnitentem ab illis negotijs abstinere oportere, quę vix, aut nullatenus sine peccato exerceri possunt. Ad idem ca. *contrarium.* & c. *qualitas*, & capit. *consideret. §. in his.* [a] Et cum à nullo negotio abstinere de præcepto debeat pœnitens, à quo non debeat alius Christianus per ea, quę in capitulis prędictis dicta fuerunt; sequitur abstinere debere omnes homines ab eiusmodi officiis.

2 Facit quod definit D. Thomas, [b] eam artem; cuius operibus homines sine peccato vti nequeũt, esse illicitam, qualis est ars idolorum faciendorum secundum eundem. Quamuis nonnumquam etiam idolis, quis bene vtatur, ea scilicet infringendo: & ars fœnerandi eadem ratione. Eas item artes quarum operibus homines vtplurimum male vtuntur, extirpandas è Repub. esse.

Contra tamen hanc conclusionem oppono, quia sequeretur ex hoc, omnem ferme artem, omne officium illicitum esse; & ita nullis eorum homines vti posse. Omni enim arte genus humanum hodie vt plurimum malè vtitur, iuxta illud. [c] *Omnes inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* & illud: [d] *Saluum me fac, quoniam defecit sanctus.* Quod latè quidam vanus, & malus ostendit in libello illo infami, quem de vanitate scientiarum inscripsit, & quidam alius ante illũ in illa sua Moria mõstrauit. Et vulgatum est illud, *In suo quisque fur officio*, & illud. *Plus aloes quam mellis habet*, constat item experientia. Nam si quis mortales omnes orthodoxos, hæreticos, Iudæos, Sarracenos & Ethnicos, siue gẽtiles è specula veluti quadam contempletur, facile animaduertet Theologia plures male, quam bene vtentes. Iuris item peritia, Medicina, liberalibus artibus, atq; aliis mechanicis multo plures abutentes, quam eas in Dei verum cultum, quod omnino faciendum erat, conuertentes. Neque mihi dicas, Gregorium hic de arte illa, vel officio agere, quod sine peccato nequeat exerceri. Agit enim & de illo, quod vix sine peccato exerceri potest. & ita de illo, quod potest quidẽ; sed difficile à peccato separari, per cap. 2. [e] & l. *vix.* [f] Secundo contra eandem conclusionem facit, quod secundum illã ad officium faciendi chartas lusorias, pœnitens redire nequiret, neque alius ea vti: quia maior pars hominum hodie male chartis illis vtitur. Quod ipsum de arte faciendi fucos, & alia vana, quibus mulieres fucantur & ornantur, dicendum videretur. Facit tertiò, quod sequeretur, peccatũ esse fabris lignariis & cæmentariis, Iudęorum reparare synagogas. quod contra ca. *consuluit.* Videtur esse. Peccatum item esse lupanaria, in quibus meretrices prostent, construere: quod tamen videtur esse falsum. Contra tamen hunc intelligendi modum faciunt, quæ primum dictum supra positum firmant.

5 Pro resolutione horum dicendum primò, pœnitentes redire non posse, neque alios accedere ad illam artem & officium, siue negotium quod sine capitali peccato exerceri nequeat. Qualis est ars faciendorum idolorum, & ars fœnerandi, ars necromantiæ, & id genus alia. Secundo dico oportere quidem non redire neque accedere ad illã, qũæ sine veniali peccato exerceri non posit, & non solùm consilium sed etiam præceptum esse: non tamen ad salutem necessarium.

a *Supra ead. dist.*
b *2. 2. quæst. 169. arti. 2. ad quartum.*
c *Psal. 52.*
d *Psal. 11.*
e *De cognat. spiri. lib. 6.*
f *ff. de iudic.*
g *De Iuda.*

a 1. *ad Corint. 3. & c. alias 25. d., al. c. vnum. §. alias.*
b 1. 2. *quæst. 89. art. 2.*
c 2. 2. *quæst. 69. art. 2. in fine sui Commenti.*
d *De constit.*
e *In lib. de Mendacio, & in 1. primum. 22. q. 2.*
f *In ea. super eo. de vsur.*
g 2. 2. *quæst. 110. art. 3.*
h *In lib. vigintí septẽ quæstionum. q. 21. alias in parvis opuſ. To. 1. tract. 25. q. 1.*
i *44. dist.*
k *In illo ar. 5.*
l *In illo ar. 2. quæst. 169.*
m 1. 2. *q. 95. art. 1.*

dis, [a] in illis verbis; *Absit, vt ea, quæ propter bonum ac licitum facimus aut habemus, si aliquid per hæc præter nostram voluntatẽ cuiquam acciderit, nobis imputetur,* & paulo post. *Quid est in vsu hominum bonum ac licitum, vnde non possit pernicies irrogari.*

11 Quarto dico textum nostrum in illo verbo, *Vix*, posse intelligi pro nullo modo; sicut in lege, *si iure.* [b] vbi Dynus & Bartholus ita exponunt. & in l. *tutor pupilli.* [c] Quem intelligendi modum tenendo dicendum est, vocem illam, quæ sequitur, aut disiũgere tantum verba, & non sensum, & accipi pro, *fitue*, de qua est glossa quæ singularis putatur, [d] & ita intelligendo, textus est planus: pro quo intelligendi modo videtur casus in capit. fin. [e] in illis verbis: *Falsa est pœnitentia, cum pœnitens ab officio, vel curiali negotio non recedit, quod sine peccatis agi nullatenus prævalet.*

12 Potest etiam exponi vox illa, *vix*, pro *difficile*, siue cum difficultate, iuxta l. *vix.* [f] & iuxta textum in iure optimũ. [g] Quo intellectu retento, dicere oportet, partem huius c. præceptum inducere, partem vero consilium.

13 Quatenus enim habet, pœnitentem redire non debere ad negotia, quæ sine peccatis mortalibus, vel venialibus exerceri nullatenus possunt, præceptum continet: quatenus autem habet, non debere redire ad negotium, quod sine peccato vix exerceri potest, de consilio intelligendum est; iuxta illa, quæ scripsimus in c. *qualitas.* & in c. *contrarium.* [h] Neque demiteris eundem textum, quoad alia consilium, & alia continere præceptum, id enim frequens est, vt in cap. *consideret.* [i]

14 Facit quod in multis iuris partibus eadem vox eiusdẽ legis ad varia relata variè accipitur, vt in l. [k] cap. *ab excommunicato.* [l] à quibusdam in hoc laudatissimo. c. *cũ delictus.* [m] & aliis multis quę post alios congessit Decius. [n] Facit tertio quod, quomodocumque capiatur illa vox, *vix*, in hoc cap. diuerso modo capiatur oportet. Quoad illa enim officia, quæ sine mortali exerceri possunt; non tamen sine veniali, præceptum continet non obligans ad mortale. Quoad illa verò, quæ sine mortali exerceri nequeunt, præceptum continet obligans ad mortale per ea, quæ supra diximus.

15 Planior tamen videtur prior intelligendi modus, scilicet vt ea vox, *vix*, pro *nullatenus* accipiatur.

16 Quinto dico, mihi non videri eadem esse; artem vel officium sine mortali peccato exerceri non posse, & illius operibus homines nisi malè vti non posse. Est enim dare artem, cuius operibus, vel effectis homines bene vti possunt: quę tamen ars improba est & mala. Diuinandi artes malæ sunt. [o] At multis, quę per illas artes sciuntur & noscũtur, homines bene vti possunt; puta re, quę perdita fuit per illam artem inuenta, thesauro item Dæmone monstrante inuento.

17 Ex quo infertur, alterum ex his duobus sufficere, quo ars aliqua dicatur reprobata: vel quod ipsius operibus homines, nisi cum peccatis vti non possint, vel quod sine peccato in se nequeat exerceri. Sub priore membro continetur ars idolorum faciundorum & similium. Sub posteriore vero ars diuinationis cum speciebus suis, scilicet Geometria, Hydromantia & aliis, de quibus in c. 1. [p] ars fœnerandi & alię id genus artes. quarum opera quidem bona sunt, vt ars sanandi per superstitiones & carmina: quarum de numero videri potest ars quoque alchimiæ, iuxta extrauagantem 1. [q]

18 Infertur secundo, artem reprobatam; scilicet officiũ, vel negotium duplex esse: reprobum scilicet venialiter tantùm, & reprobum mortaliter.

19 Infertur & tertio, non omnem illam artem esse reprobam; cuius operibus homines, vt plurimùm malè vtũtur: quamquam si non est de necessariis, iustè illam princeps tollat.

Quarto infertur solutio eorum, quę pro vtraque parte fuerunt allegata, quibus figillatim dissoluendis non est consilium immorari. Solùm illud speciatim tangam, quod ad officium faciẽdi chartas lusorias tactum est. Memini abhinc fere viginti annos, fratrem Thomam Illyricum instituti Franciscani mirum in persuadendo concionatorem apud Tholosates, cum in eorum insigni Academia prælegerem, prima suarum concionum Conſulibus

a 25. *quæst. 5.*
b *ff. de leg. 3. c. ff. ad S. C. Velleia.*
c *In l. ad pro tegendum. C. de in litem dand. tutor.*
d *Infra ea.*
e *ff. de iudic.*
f *In c. 2. de cognat. spiritual. lib. 6.*
g *Supra ead. d.*
h *Sup. ead. d.*
i *Leg. 2. ff. de offic. proconsul.*
k *De rescrip.*
l *De consuetud.*
m *In c. quoniã Abbas. de off. deleg.*
n *26. q. 3. c. 1.*
o *De crimi. falſ.*
p *6. q. 23.*
q

vrb.s ac toti populo persuasisse,officiũ prædictas chartas excudẽdi reprobũ esse,&ideo artifices illos peccare mortaliter. Et quoniam palam erat, octo,vel decem homines cum multis ipsorum famulis illi arti operam in illa frequenti & populosa ciuitate dare, ex eáque viuere, persuasit quoque mortaliter peccare consules, qui eos in ea patiebantur. Et adeo quidem id persuasit, vt post secundam concionem formæ,siue characteres illi, quibus illæ chartæ excudebantur,publicè comburerentur,&artifices desertis suis artibus è publico ali cœperint, donec alio vitæ genere honesto Respub.illis prouideret. Nec ab eo die in ea ciuitate,quæ caput est linguę Oscitanę, & omnium,quę Frãcorum parent imperio post Parisios prima, nusquam vllus,saltem publicè,ludebat; cum tamen antea nemo non id faceret. Tanta est verbi diuini energia per virum,qui Dei seruus habetur,proposita.

21 Ea omnia,quę concionator ille dicebat & faciebat, tunc mihi visa fuêre iustissima. nunc autem rem altius perpendenti, zelus quidem illius viri heroici,quem septẽ horis continuis media hyeme,mediáque platea,quam S. Georgij vocant,à decem ferehominum millibus,quę nulla Ecclesia capiebat,audiri vidimus, & auditorum de numero fuimus.

22 Zelus inquam illius pius, vtilis,& laude dignus fuisse videtur :extirpatio item illorum officiorum res sancta, nec minus Reipub. vtilis. At artem illam reprobam esse capitaliter in se,& eam exercentes mortaliter peccare,nõ satis, videtur expeditum. Nam & Thomas à Vio,[a] non audet id definire.

a *In illo art. 2.*

23 Pro qua parte vltra prędicta facit, quod ars illa, cuius opera neque in se mala sunt, neque ad malum per se ordinata; immo in bonum,& vtilem finem primum inuẽta fuerunt,non videtur esse mala per cap. *de occidendis.* [b] supra citatum,& in duobus locis ponderatum. Quibus addi potest & ille tertius,qui habet; *Alioqui nec ferramenta domestica,aut agrestia sunt habenda,ne quis ex eis vel se,vel alterum interimat:nec arbores plantanda,ne quis se inde suspendat: nec fenestra facienda,ne per hanc se quisquam præcipitet.*

b *23.qu.5.*

Neque respondeat aliquis, Augustinum de illis operibus agere,quibus hominum bona pars bene vtitur. Nam primo Augustini ratio locum sibi vendicat etiam in illis, quibus maior hominum pars male vtitur. Secundo, quę, te rogo,dabis opera,quibus hominum bona pars non male vtatur?

24 Vtinam etiam ipsis sacramentis operum omnium sanctissimis, in finem omnium sanctissimum ordinatis, bona Christianorum pars non male vtatur. Quibus omnes hæretici,omnes fere orthodoxi male morati, multi etiam bene morati frequenter male vtuntur. Quotus enim quisque hodie matrimonium cum suorum peccatorum contritione contrahit? quod tamen facere debere supra [c] monstrauimus,& probatur in cap. *illud.* [d] & opinio receptior habet. Quot aspernantur confessionem? Quot sine contritione confitentur? Nonne Thomas à Vio arbitratur, bonam Christianorum partem sine iusto peccatorũ dolore illa confiteri. [e] Quod mihi adeo persuasum habeo, neque id temere, vt cum propheta clamare cogat: **Saluos nos fac Domine,quoniam defecit sanctus.* Quare igitur chartarum faciendarum, cuius finis est honesta hominum recreatio, in quem multi etiam hodie vtuntur, reproba iudicabitur, licet chartis vt plurimum homines abutantur?

c *In rub.*
d *35.dist.*
c *In 9.5. de confess. al. in paruis opusculis,tom. 1.tract.5.q.5.*
* *Psal.11.*

25 Facit l. *quod sæpe.* [f] quę habet, etiam veneni negotiationem licitam esse, quando illud tale est, quod alij admixtum vsui hominum vtile possit esse. Tertio facit,quod Innocentius à Panormitano & aliis ibi receptus, [g] dicebat licitum esse fingere ac vendere ornamenta, quibus se ornare mulieres, vt suum statum decet, valeant, & etiam quosuis maritis magis placeant,quem etiam Ioannes Andreas sequitur. [h] Et tamen cõstat bonam partem mulierum; aut vltra quam illas deceat; aut vt aliis, quàm suis maritis placeant; aut certè ob leuitatem, quo formosiores, vel quo maiore honore dignæ videantur,ornari.

f *§.veneni ff. de cõtrahẽd. empt.*
g *In ca. multa ne cleri. vel monac.*
h *In illa rub. & in Mercurialli regula. ea quæ. lib.6.*

26 Non igitur facilè artes huiusmodi,& qui eis vtuntur homines reprobi penitus iudicandi sunt; quamuis qui Reip.curam gerit,eas & earum exercitores à sua Repub. quoties ei viderit expedire,pellere possit & explodere.

27 Ex quibus infertur ad illius quęstionis, quam nuper inrrogabar,decisionem : an sanctimoniales siue monachę illę peccarent, quę ornamenta mulierum delicatissima,idonea potiùs lasciuię ac vanitari, quam grauitati & caritati fingerent. In quare in præsentia tria breuiter dicenda occurrunt. Primum, me non audere facile pronũciare illas in hoc peccare propter prędicta. Secundum eas etiam si peccant, venialiter tamen tantùm peccare. Quoniam quę huiusmodi ornamentis, vt plurimùm & principaliter vtuntur, ad vanitatem & venialia peccata vtũtur. Et ideo ars illa tantùm venialiter ad summum potest esse mala. Tertium est meo consilio, quę aliàs sustentari possunt,ab his operibus abstinere debere.

CAP. FRATRES.

INNOCENTIVS PAPA II. IN CONCILIO ROMANO, CAP. XXII.

Est in Concilio Vrbani II. apud Melphiam,& in Concilio Gregorij VII. anno 1080.

FRatres nostros episcopos & presbyteros admonemus,ne falsis pœnitentiis laicorum animas decipi, & in infernum pertrahi patiantur. Falsam autem pœnitentiam esse cõstat,cùm spretis pluribus de vno solo pœnitentia agitur,aut cum sic agitur de vno, vt non discedatur ab alio. Vnde scriptum est: Qui totam legem obseruauerit,offendat autem in vno, factus est omnium reus,scilicet quantum ad vitam æternam. sicut enim, si peccatis omnibus esset inuolutus: ita si in vno tantùm maneat,vitæ æternæ ianuam nõ intrabit. Falsa etiã est pœnitentia, cùm pœnitens ab officio vel curiali vel negotiali nõ recedit, quod sine peccatis agi nullatenus prævalet:aut si odium in corde gestetur; aut si offenso cuilibet non satisfiat:aut si offendẽti offensus non indulgeat;aut si arma quis contra *eccle siam ferat.

Iacobi 2.

aliàs iustitiam.

SVMMARIVM.

1 *Præceptiua verba consilium,& consultiua præceptum inducere ob materiam subiectam,alioqui minime.*
2 *Confessionis legitimæ,sexdecim conditiones:quatuor qua parte est virtutis opus.num.3.tres qua parte est actus pœnitentiæ. num. 4. quatuor inquantum est confessio.num.5.tres inquantum est pars sacramenti. num.6. duæ de bene esse. num.7.*
3 *Virtutis operi quatuor conditiones necessariæ.*
8 *Simplex,hęc vox,quid iurisperitis significet.*
9 *Cõfessio peccati alternatiua,vel generica,quę de veniali eque, ac mortali potest intelligi non satis simplex. Et ideo tunc interrogandus pœnitens.num.20.*
11 *Humilitas, siue modestia exterior non videtur substantialis confessioni.*
12 *Puritas quid.*
13 *Confessionem non efficere inualidam extraria, nec aliena peccata.*
14 *Confitentis mendacium, si est de mortali nondum detecto, mortale est.nu.15.non de veniali,aut de mortali prius detecto,quia confiteri proposuit.nu.16.& nu. 17. nisi propositum mutet.nu.18.quod satisfacere videtur,qui in ipsa confessione illa negat.nu.20.*
19 *Propositum solum neminem obligat.*

21 *Mendacium omne in iudicio dictum mortale.num.14. in pertinentibus ad iudicium non in alijs, siue iudex sit, siue pars, quæ mentitur.num.21.& 22.& tria quotidiana corollaria. num.23.24.25.*
26 *Confitens,quæ non peccauit,vel de quibus dubitat, an peccarit,none ac capitalter peccat,nisi bona fides excuset.nu.27.*
28 *Confiteri frequenter laudabile siue eadem,siue diuersa. num. 29.modo id fiat ex deuotione cum quieta conscientia sine inquietudine scrupulosa.num.30.*
31 *Confessionis iteratio ex vno quinque fontium oritur,& quando ex defectu potestatis nascitur,sola illa sunt iteranda, ad quæ illius potestas non se extendebat.num.32.*
33 *Confessio ex defectu contritionis iteranda, Et ratio pulchra huius.nu 34. Nisi dolor sit de omnibus cum proposito futura vitandi.num.35.Et ita non omnis informis confessio iteratur.num.36.*
37 *Confitens scit se legitime confessum, nescit tamen se contritũ.*
38 *Excommunicatus se prius absolui à peccatis permittens,quam ab excommunicatione soluatur, peccat, nisi ignorantia excuset.n.45.Si tamen se posse absolui putet, absolutus est.nu. 47.non autem si se putat non posse absolui.num.48.*
39 *Excommunicato etiam quoad Deum absoluto Ecclesia non communicat.*
40 *Sacramenta permissa hæretico etiam relapso.Non tamen ante absolutionem ab excommunicatione.nu.41.*
42 *Absolutio nullius excõmunicationis alteri excõmunicationi repugnat: sed omni excommunicationi repugnat omnis absolutio à peccatis.*
43 *Excommunicatio tollit omnem communionem exteriorem & aliquam interiorem,nisi sit iniusta.nu.44.*
46 *Excommunicati,qui se probabiliter ignorat excommunicatum, impetratio valida.*
49 *Absolutus sanctè à peccatis tenetur quandoque Superiorem pro excommunicationis absolutione adire.*
50 *Confitentium in excommunicatione consolatio.*
51 *Adrianus labitur.*
52 *Nudum non dicitur caput reticulo cinctum.*
53 *Confessio discreta sit, quoad verba, quoad circunstantias, & narrandi modum etiam,quoad idoneũ confessarium.nu. 52.*
55 *Confitens principaliter,vt veniam impetret,satis confitetur lubens,quamuis timor infamiæ ad id faciendum eum adigat.*
56 *Simoniam non committit,qui principaliter propter Deum missat,licet preces,aut pretium ad id allexerint. Neque qui ob Deum principaliter vadit ad matutinum officium non iturus,nisi spe lucri allectus.nu.34.*
58 *Confitenda omnia peccata etiam cordis.Et quare.nu.60.Etiam reseruata.nu.61.Modo sunt, vel dubitentur esse mortalia. num.62.Nondum per confessionem detecta.nu.63. Quorum habetur memoria & scientia.num. 64. Obliuio enim probabilis & ignorantia excusat,non alia.nu.65.*
50 *Occulta suapte natura, nempe cordis acta Ecclesia potestati non subiacere.*
66 *Pœnitens quantum vigilabit in reducendo ad memoriam peccata.*
67 *Gabriel in intelligendo Augustino lapsus.*
68 *Confessurum peccata in memoriam reducere oportere, nullo iure cauetur expresso : ratione tamen conuincitur aliquantam diligentiam in hoc adhibendam.nu.69. Ab alio maiorẽ ab alio minorem.nu.71.Nimiam tamen malam. 72. Quanta igitur erit?nu.73.& 80.Quid quando confitens ait se non satis cogitasse?num.83. Quid si hoc confessarius suspicetur? num.84.idipsum de ignorante,qui peccauit,an sint peccata, dicendum.nu.83.*
70 *Curam iustam omni negotio adhibendam.*
74 *Cura,quam innatus affectus promouet,vt plurimum maior.*
75 *Tristitia omnis simpliciter malum,aliqua secundum quid bonũ.*
79 *Confessio integratur confessarij percunctationibus.*
81 *Confitentis vulgi confessiones ob indiscussionem conscientię non tam frequenter,quàm scrupulosi putant,iterandas.*
82 *Confitentem à confitẽdo excusat ignorãtia,qua à peccando non excusauit.*
85 *Confiteri sua peccata nemo per interpretem tenetur, quamuis aliquãdo possit,neque mutus per scripturam:licet possit. nu. 86.Neque ad scribenda peccata ob memoriam.nu.87.nisi verisimile illi esset,se illa post non recordaturum,& nollet statim confiteri.88.Vtile tamen id valde.nu.89.*

In hoc vltimo cap. Innocentius huius nominis II. exhortatur presbyteros, ad quos spectat iniungere pœnitentias:ne falsis pœnitentiis laicorum animos decipiant. Et diuiditur in tres partes. Prima facit, quod dictum est. Secunda ostendit, quæ sit falsa pœnitentia. Tertia per quædam exempla,quę sit falsa pœnitentia explicat.secunda ibi,*Falsa autem*.tertia ibi;*Falsa enim est pœnitentia.*

NOta primo,verbum,admonere,inducere præceptũ. Facit clem.1.[a] in verbo, *hortamur*. quod ibi præceptũ importat, secundum glossam communiter receptam. Facit cap. *ad aures*. verbo; *cõsilio*. vbi glossa memorabilis à plerisque commendata dixit verbum, *cõsilium*, importare ibi necessitatem. Quæ ideo vera sunt, quoniam ex materia subiecta id colligitur:nam ex proprio significato,& in dubio exhortatio liberam voluntatem excitat. [b] & etiam consilium, [c] & monitionem à præcepto differre palam declarat c. *litteris*. [d] iuncto c. *mãdatum*. cum illi annotatis. [e]

a *De testib.*

b *Cap. denique. in fin. 4. distinct.*
c *Cap. quis quis. 14. q.1.*
d *De rescrip.*
e *Eiusdẽ tit.*

1 In quare illa est resolutio,verba consilium denotantia præceptũ inducere;& econtrario,verba præceptiua consilium: quando id materia exigit subiecta. Quod probat glossa & ibi,aliàs diximus,fradit Felinus. [f] Alioqui in dubio,verba præceptiua præceptum, & consultiua consiliũ inducunt. Si quis autem contendat cum Philippo Decio tenendum esse, [h] verba consultiua non perdere suam proprietatem ob materiam subiectam: quoniam nulla est repugnantia hortari quem ad præcepta, & à prohibito dehortari:& quod satis est per alia iura id præcipi, quamuis per ea,in quibus verba consultiua ponuntur; id non dicamus præcipi, siquis inquam contendat ita dicendum,ego cum illo non contendam, quandoquidem idem effectus ex vtroque dicendi modo colligitur : & vt primum frequentius docetur,ita secundum paulo subtilius videtur.

f *Clem.1. de rest. cõiuncta glo.c. rogo.11. q.3. & in ca. 1.12. quæst. 1. verbo, præcipimus.*
g *In c. nam. de const.*
h *In illo c.nã. col.3.*

2 NOta secundo,pœnitentiam dici falsam,quando quę vnius, vel aliquorum peccatorum, & non omnium pœniteat:& pari ratione confessio falsa dicetur,quæ similis fuerit tali pœnitentiæ. Et quoniam in c. *falsas*. [i] promiseramus tradere hic & declarare,quas qualitates oporteat habere confessionem sacramentalem,ideo dicendum sexdecim conditiones eam desiderare, iuxta illos quatuor versus.

i *Supra ead.*

Sit simplex, humilis, confessio pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda,
Integra, secreta, lacrymabilis, accelerata,
Fortis, & accusans, & sit parere parata.

Quos declarat D. Thomas, [a] & Antonius, [b] & alij alibi. Nos verò, etsi non breuius, vtilius tamen, quam omnes alij speramus aperire, modo prius explanationem Thomæ subiiciamus quæ talis est; *Dictarum conditionum; in quit; quædam sunt de necessitate confessionis, quædam sunt de bene esse ipsius. Ea autem, quæ sunt de necessitate confessionis, vel competunt ei, secundum quod est virtus, vel secundum quod est pars sacramenti. Si primo: aut ratione virtutis in genere, aut ratione specialis virtutis, cuius est actus, aut ex ipsa ratione actus virtutis. Virtutis autem in genere sunt quattuor conditiones, vt apud Philosophum* [c] *habetur.*

3 Prima est, quod quis operetur sciens: & quantum ad hoc confessio dicitur discreta, secundum quod in actu omnis virtutis prudentia requiritur. Est autem hoc discretio, vt maiora cum maiore ponlere confiteatur. Secunda conditio est, quod sit eligens, quia actus virtutum debent esse voluntarij: & quantum ad hoc dicit, Libens. Tertia conditio est, quod propter debitum finem operetur: & quantum ad hoc dicit, quod sit pura, vt scilicet recta sit intentio. Quarta conditio est, quod immobiliter operetur: & quantum ad hoc dicit, quod debet esse fortis, vt scilicet propter verecundiam non dimittat.

4 Est autem confessio actus pœnitentiæ virtutis, quæ quidem principium sumit in horrore turpitudinis peccati: & quantum ad hoc confessio debet esse verecunda, vt se non iactet de peccatis propter aliquam seculi vanitatem admixtam. Secundo progreditur ad dolorem de peccato commisso: & quantum ad hoc debet esse lacrymabilis. Tertio in abiectione sui terminatur: & quantum ad hoc, debet esse humilis, vt se miserum confiteatur & infirmum.

5 Sed ex propria ratione huiusmodi actus, qui est confessio, habet, quod sit manifestus: quæ quidem manifestatio per quatuor impeditur. Primo per falsitatem: & quantum ad hoc dicit fidelis, id est, vera. Secundo propter obscuritatem: & contra hoc dicit, quòd sit nuda, vt non inuoluat obscuritatem verborum. Tertio per verborum multiplicationem: & contra hoc dicitur, quod sit simplex, vt non recitet in confessione, nisi quæ ad quantitatem pertinent. Quarto, quod non subtrahatur aliquid de his, quæ manifestanda sunt, & contra hoc dicit, integra.

6 Secundum autem, quod confessio est pars sacramenti, sic concernit iudicium sacerdotis, qui est minister sacramenti: vnde oportet, quod sit accusans ex parte confitentis: parere parata per comparationem ad sacerdotem, secreta, quantum ad conditionem fori, in quo de occultis conscientia agitur.

7 Sed de bene esse confessionis est, quod sit frequens, & quod sit accelerata, vt statim etiam, confiteatur.

8 Cui addendum primo quod verbum, *Simplex*, Iurisperitis significat sine plica, vt habet glossa putata singularis, [d] pro quo est bonus textus in c. *firmiter*. [e] Et ideo, quod sub conditione fit, non dicitur simpliciter fieri. [f] Ideo, cõditio prima confessionis, quę simplicitas dicitur, iuxta ordinem verborum prædictorum carminum denotare videtur, quod confessio taliter fiat, quò clarè, quatenus materia patitur, intelligatur à confessario peccatum. Quæ expositio germanior videtur illius verbi sensui, quàm illa Thomæ communiter recepta, scilicet, vt non recitentur in confessione, nisi quæ ad quantitatem pertinent: nisi dicamus eum, qui verborum multitudine veritatem tegit, veluti grana palearum multitudine teguntur in area, non dicere illam sine plica & explicitè, sine simpliciter. quod visus est sentire doctissimus ille Thomas.

9 Ex quo infertur, eum, qui peccatum ita confitetur, vt confessarius percipere nequeat, an sit mortale, an veniale: quia non satis intelligit confitentis verba inuoluta, generica, disiunctiua, & implicita, non satis sufficienter confiteri. Et ideo confessarius debet tunc eum monere, quatenus magis suorum verborũ plicas explicet. Verbi gratia, sunt, qui disiunctim confitẽtur, sed liberatè, vel motu primo desiderasse res turpes; alij generatim, sed non debita cum attentione preces horarias dixisse; alij se morosa, vel alia carnis delectatione detentos fuisse. Quæ omnes confessiones mihi videntur inuolutæ & plicatæ: quoniam æque de veniali possunt intelligi, ac mortali.

10 Quo casu pœnitentem à confessario interrogari debere arbitror, vt simpliciter sua peccata declaret omissis plicis illis gene ralibus, quæ confessionem reddunt ambiguam: declaret simpliciter, id est nomine illo specifico, quod sufficiat ad intelligendum ipsius peccati quantitatem, vtrum mortale sit, an veniale, & cuius speciei.

Secunda conditio est, *humilitas*, id est, modestia, qua se confitens agnoscat miserum & infirmum: Ex quo infertur, eum, qui confitetur, veluti se de peccato iactans, non satisfacere. eum item, qui confitetur fine causa capite nõ aperto, aut genu non flexo, minimum abesse à confessione ficta. Qualis erat quę audiui sedentem, & virgã manu tenentem, illaq; veluti ludẽte confessum fuisse facerdoti pariter cum eo sedenti. Qualis item alius, qui coequitans confessario capite confitebatur cooperto, & erecto fine vlla, quæ id suaderet; iusta causa.

11 Hæc autem quamuis sine peccato esse nequeant, saltẽ venialiter; non tamen per illa puto confessionem vitiari, si cætera omnia, præter hanc humilitatem; siue modestiam exteriorem concurrant.

Tertia conditio est, *puritas*, id est, munditia ab impertinentibus. Id enim Latinis puritas significare videtur iuxta illud Persij, *Purum & sine labe salinum*. Facit capit. *pura*. [a] & capi. *statutum*. [b] Peccatum enim saltem veniale est, eiusmodi extrariis & impertinentibus confessionem confusaneam facere. Præsertim autem debet esse pura à peccatis alienis; ne in eo loco & tempore detractionis vel susurrationis peccatum peccetur; in quo & quando omniũ peccatorum purgatio quæritur.

13 Arbitror tamen neque impertinentia prædicta, neq; aliena peccata manifestata efficere, quo minus illa confessio sit valida, præsertim, si non aduerteret confitens se in eo peccare, vel si aduerteret se peccare, pœniteret eum illius peccati, & sufficienter id palam faceret confessario. quem tamen talia miscentem illico debet confessarius, vt taceat mouere, & vt pœnite at rogare. [c] Si autem occurrat aliqua sui peccati circunstantia confitenda, quæ sine alterius personæ manifestatione aperiri nequeat confessario, eo casu quid esset agendum, diximus in c. *confideret*. [d]

14 Quarta est *fidelis*, id est, digna, cui fides habeatur, hoc est verax. Ex quo infertur, quod cum mendacium semper sit peccatum, [e] in confessione tamen dictum grauius est. Immo aliquibus visum est semper esse mortale. Pro quibus facit quod D. Thomas ait, [f] omne mendacium in iudicio dictum, peccatum esse mortale. facit, quod Paludanus, [g] ait siue causa humilitatis, siue hypocrisis deliberatæ in confessionis iudicio mentiri: irreuerentiam quamdam esse sacramenti, & ita videri mortale. Thomas item [h] sub finem ait, confitentem quidem abstinere posse à confitendo veniali; at si confiteatur, & mentiatur, mortaliter peccare: quoniam, sicut vis iuramenti mendacium ex se veniale facit mortale: ita vis & calor iudicij de veniali efficit mortale. Et S. Antoninus, [i] ait, pœnitẽtẽ, qui aduertẽs in iudicio cõfessionis mentitur, præcipuè de mortali, peccare mortaliter. Facit, quod cõcionator assumens aliquod miraculũ, vel aliud factũ alicuius Sancti falsum, tamquam suæ concionis materiam, mortaliter peccat, si mentiatur, ex mente S. Thomæ, [k] vbi clarius id Thomas alter aperit.

15 Nos tamen cum aliis putamus primum, eum qui de mortali peccato nondum per confessionem confessario aperto mentitur, peccare mortaliter secundum omnes.

16 Deinde idem putamus de mentiente super peccato veniali, quod confiteri proponit. Quia quod ait Thomas ipse à Vio suo confitendi proposito fecit illud peccatum veniale, iusta confessionis materiam, & ita tenetur, id quod super ea dicit, efficere verum.

17 Ex qua ratione facile inferas idem esse, si quis mentiatur super peccato mortali iam cõfessione aperto, quod tamen confiteri proponebat.

18 Tertio vero credimus, mẽdacia cõfessioni extraria & impertinẽtia: mẽdacia itẽ circa venialia, quę quis nõ proposuit confiteri: vel si proposuit, & illud propositũ reuocauit, non peccare mortaliter. Idẽ autẽ arbitror dicẽdũ de illo, qui intra cõfessionis actionẽ mutauit illud propositũ: quod de illo, qui ante cõfessionẽ. quoniã in his, quæ à sola nostra volũtate pẽdent, donec in aliã trãseãt obligationẽ; puta voti, vel contractus, vel delicti, vel aliam pro libito nostro mutari possũt. [a] Propositũ autẽ hoc, vel illud faciẽdi, nullam inducit obligationem, secundum Archidiaconum, [b] & sentit D. Thomas, [c] & Abbas, quem sequitur Panormit. [d] quidquid glossa 3. illius c. alioqui bona dixerit.

20 Ex quo infertur, rarũ esse, qui de veniali, vel mortali antea legitimè detecto mẽtitur, mortaliter peccet, quoniã aut nõ proposuit illa cõfiteri, & nõ peccat mortaliter per prędictaratur si proposuit, potuit reuocare propositũ per proximè dictum. Et qui nunc mentitur super illis, quia nõ vult confiteri, mutat propositum, vt palam est. Facit pro prædictis, quod mendacium in iudicio dictum, tunc demum est peccatum mortale, quãdo ad illud iudicium pertinet. Quod sentit D. Thomas senior, & ibi explicat clarius iunior, [e] dum ait mendacium cõtra iudicium, vel doctrinam, esse peccatum mortale. Ponderandum enim est non dixisse: quæ in iudicio & docendo dicuntur, mendacia esse peccata mortalia; sed, quæ contra iudicium & doctrinam sunt.

21 Ex quibus verbis non minus subtiliter, quàm vtiliter alter Thomas infert iudicem, qui dum iudicat, miscet aliquot mendacia non tamen contra iudicium, sed circa impertinentia, peccare quidem: sed non mortaliter. Et ita in specie docuit idem Thomas. [f]

22 Ex quo ipse infero, idem esse dicendum de partibus, quę super impertinẽtibus mẽtiũtur, eadẽ omnino ratione.

Non obstant pro contraria parte adducta: nam quod ait D. Thomas, [g] intelligi potest primo de mẽdacio illo in iudicio dicto, quod pertinet ad illud: & non de illo, quod ei est impertinens. Eodem modo dolanda sunt alia elogia Doctorum præcitatorum. Secundo responderi potest, D. Thomam intelligendum esse secundum ea, quæ alibi, [h] ipsemet dixit; scilicet mendaciũ in iudicio esse mortale suo genere, sicut quælibet alia iniustitia. Per quod tacitè significabat, in specie nonnumquam esse veniale. Et quidem, nisi tãta esset Thomæ à Vio auctoritas, mallem tenere mẽdacia in iudicijs super leuibus esse tãtum venialia. cui cõsequens esset, idem dicendum esse de mendacijs in confessionem dictis; quamuis de rebus ad confessionem pertinentibus dicerentur. Cùm enim in omni materia subreptio, & rei leuitas à mortali excusent, vt probat textus, si bene ponderetur in c. *vnum*. [i] & tradit D. Thomas, [k] non video, quare non etiam in iudicijs tam interioris, quàm exterioris fori excusent. Mouet ad hoc etiam quod nisi magnus ille Thomas Aquinas hoc dixisset, Thomas à Vio id non asseruisset, & Aquinas hoc non videtur ita dixisse, vt germana expositio ex ipsiusmet dictis non colligatur; quod supradictum est.

23 Ex prædictis tamen etiam retenta opinione Caietani, quæ mihi non adeo placet, infertur primo, confitentem interrogatum, an cum mulieribus leuia quædam & ludicra; non tamen de se ad libidinem mouentia loquutus fuerit, si responderit non esse loquutum, vel quia iam inde à principio proposuerat id non confiteri, quia iudicabat esse veniale; vel si saltem, cùm interrogaretur, tacite reuocauit propositum id confitendi, sciens se ad id nõ teneri, non peccare mortaliter.

24 Infertur secundo, eum, qui interrogaretur, an aliquãdo rem in vita sua cum muliere habuisset aliqua, & ille sciens se nõ habuisse rẽ quã iã antea nõ esset cõfessus, respõderet nõ habuisse vnquam, eo quod proposuerat, quę ante legitimè confessus fuerat, iterũ non confiteri, nõ peccare mortaliter, quod ipsum de id genus aliis dicendũ est.

Infertur & tertio, interrogatum à confessario, num pater, aut auus ipsius talia, aut talia gessissent. quod olim ipse puer interrogatus fui, & si respõderet nescire, cũ sciret, vel nõ gessisse, cũ gessisset, minimè ipsũ mortaliter peccaturũ.

26 Infertur autem & quarto, eum, qui confiteretur se peccasse aliqua mortalia; quæ tamen scit non peccasse. qui etiã dubitat an peccasset, & fatetur se certò peccasse peccare mortaliter.

27 Quod tamẽ molliendum videtur, ne procedat in eo qui non eo animo illa fatetur, vt sacerdotem decipiat: sed quia putat se benefacere, dum tutiorem videtur sibi viam eligere, vel dum arbitratur se fortiter accusare, sanctum esse. Quoniam huiusmodi pœnitens non mentitur saltem perniciose, etsi falsum dicat, iuxta c. *animaduertendũ*. [l] quod haberet, mendacium esse falsam vocis significationem cum intentione fallendi. Quod maxime confirmatur per eam opinionem, quam contra Thomam à Vio paulo ante defẽdebam.

Qui casus, vt arbitror, multis cõtingit frequenter, sicut olim mihi puero, dum confiteri peccata per formulas impressas conabar, & omnia in eis scripta fere peccata, putãs ita faciendum esse, confitebar. Illud autem occurrit addẽdum opinionem Thomę à Vio veram videri, & quod proximè dicebamus, limitandum esse quando pœnitens nullum peccatum veniale, vel mortale haberet, quod confiteri oporteret, neque confitetur vllum, quod verè peccasset: sed aliquod veniale, quod non peccasset, confitendo mẽtiretur. Is enim hoc faciendo capitaliter peccaret, nõ quia mentiretur; sed quia, quod non esset sacramenti materia, pro illa subsitiueret, & veluti propinaret. Quod vir quidã ad vnguem doctus doctè considerans mihi dicebat: Magna enim irreuerentia fieri videtur tanto sacramento, facere vt illius forma incassum super eam, quæ non sit apta, materiam proferatur. Et grandem irreuerentiam non solùm sacramentorum; sed omnium sacrorum, quod sacrilegium est, capitalem oportet iudicari, per ea, quæ vterque Thomas scribit, [a] & quæ annotat glossa. [b] Neque dicas eadem ratione igitur peccaturum mortaliter, qui cum alijs peccatis mortalibus vel venialibus per ipsum admissis, mentitur aliquod veniale; quod non admisit, peccasse, quando de toto ad partem argumentum valet. [c] Et qui hoc facit, videtur efficere, vt forma illa sacramentalis incassũ & inaniter pro parte aliqua materiæ applicetur idoneè. Ne, inquam, hoc dicas, considera, horum duorum casuum non esse eandem rationem: quoniam in priori nulla est collata materia, quæ pœnitentiæ sit idonea; in posteriore verò confertur. Et quia pœnitens ea mente accipit pœnitentiæ sacramentum, siue absolutionem illam sacramentalem, vt valeat modo, quam potest aptissimo: & ita vult saltem implicitè, vt illa forma super eam materiam, vel totam, vel particularem cadat, supra quam aptius cadere potest. Sicut & qui super panem, qui non solùm è tritico, sed alia minus apta Eucharistiæ materia esset confectus, verba proferret super aptam partem; & non super ineptam pronuntiare videretur verba consecratoria.

28 Quinta conditio est, *frequentia*, quæ tangitur in illo verbo, *frequẽs*, duobusque modis intelligitur: altero, vt qui frequẽter cadit, frequẽter cõfiteatur: altero, vt eadẽ peccata pluries, quã semel in anno cõfiteatur. Prior modus intelligendi est verus de consilio. & hoc est, quod D. Tho. ait, [d] hanc conditionem de bene esse confessionis esse, & non necessitatis. Est autem de bene esse quoniam confessio medicamentum est maximè Dei timorem conseruans: de præcepto autem nemo pluries, quàm semel in anno regulariter tenetur confiteri, vt diximus in summa huius dist.

29 Alter est modus intelligendi, vt eadem peccata pluries, quam semel confiteamur. Et secundum hunc intelligendi modum etiam continet consilium, iuxta illud Augustini; *Quanto pluribus confitebitur turpitudinem criminis, tãto facilius mueniet gratiam remissionis.* [e] Quamuis enim per primam confessionem & contritionem peccatorum, peccata illa quoad culpam condonentur: pœna tamẽ & satisfactio temporalis pro illis subeunda, in quam pœna ęterna commutata fuit, minuitur; tum propter verecundiam, quã confitens patitur: tum propter absolutionem sacramẽtalẽ per quam non solùm augetur gratia: sed etiam minuitur pœna in purgatorio sustinenda, secundum sententiam receptam, quæ diligenter discutitur per Thomam à Vio. [f] Et is sensus est germanus contextui illius. c. *quem pœnitet*. quãquam memini Panormitanum, [g] & Felinum, [h] ad aliud propositum non ita illi textui germanum, illum putasse singularem.

30 Hoc autem sanctũ esse ac vtile; intellige, quando quis cõfitetur ex deuotione pluries eadem peccata cum quieta cõscięntia, sine molestia confessariorũ, nõ cõterẽdo in hoc tempus alijs magis pijs, aut vtilibus operibus impendẽdũ, & breuiter seruatis prudẽtiæ cõditionibus: aliàs autem vituperabile est. Qua de re Thomas à Vio in hęc verba prudenter scribit; *Ex scrupulosa & inquieta phantasia, cadere in*

a *In 4. distin. 17. q. 3. art. 3. quæst. 4.*
b *3. part. tit. 14. cap. 1. §. 2.*
c *In 2. Ethic.*
d *In clemene. sæpe verbo. simpliciter. de verb. signif.*
e *De summa Tri. & fid. cath.*
f *Leg. 1. §. si quis simpliciter ff. de ver. oblig.*
a *quæstio. 9. §. insuper. de rescriptis. lib. 6.*
b *Argum. ca. 1. colli. 3. infr. dist. 6.*
a *Supra ead. distin. in prin. in not. 9. nu. 95.*
b *Ca. primũ. 22. q. 2. c. sup. pet. eod. de verb. sign.*
c *2. 2. quæst. 69. art. 1.*
d *In Quarto. dist. 21. qu. 2. art. 1.*
e *In illo ar. 1.*
f *3. part titul. 14. cap. 18. in conditione sexta.*
g *In illa qu. 69. art. 1.*
h *Nempe q. 70. art. 4.*
i *Col. fin. 25. distinctione.*
k *1. 2. 88. ar. 5. & 6. & 2. 2. 35. art. 3. & 99. art. 4. & 100. art. 6.*
k *2. 2. quæst. 110. art. 4. ad quintum.*
a *Capit. cum Matthæus. de cel. missa. l. 4. ff. de ad. legat.*
b *In ca. quia bona. 17. q. 1. col. 2.*
c *2. 2. qu. 88. ar. 1.*
d *In ca. literarũ. de vot. col. 1.*
e *2. 2. q. 90. art. 4. sub fineno.*
f *In 4. condi. confess.*
g *In illa qu. 69. art. 1.*
h *Nempe q. 70. art. 4.*
i *Col. fin. 25. distinctione.*
k *1. 2. 88. ar. 5. & 6. & 2. 2. 35. art. 3. & 99. art. 4. & 100. art. 6.*
l *22. quæst. 2*
a *2. 2. qu. 99. art. 1. 2. & 3.*
b *In cap. sacrilegium 17. quæst. 4.*
c *Leg. quæ de tota ff. de rei vendic. & c. pastoralis. §. item cum totum. de off. deleg.*
d *In 4. dist. 17. q. 3. art. 3. quæst. 4.*
e *Cap. quem pœnitet. sub distinctio. 1.*
f *2. tom. qu. 4. in materia confes.*
g *In cap. at si clerici. §. de adulter. coll. 3. de iud.*
h *In cap. sicut dignum. col. 1. de homi.*

conscientiam iteranda & reiteranda pluries confessionis, vituperabile est. Quoniam procuranda est pax animæ & conscientiæ, quæ cum huiusmodi iterationibus non stat. Et quando hoc accidit, in veritate deberet talis, postquam semel ita confessus est & absolutus, vt tam ipse, quàm confessarius doctus sufficientem iudicet confessionem quiescere. Et si postea scrupulus aliquis occurrit de aliquo, tãquam non confesso, si sibi videtur, quod fuerit confessus, quiescat, & non amplius confiteatur. Nec propterea exponit se iste periculo, quia non est certus se confessum. Quoniam hoc putandum est huic viro infirmo, vt certum, quod apud alium esset opinio. Etenim passio hæc, infirmitas corporalis, tollens seu impediens in illo tempore firmitatẽ iudicij, & timor & motus phantasiæ interdum operantur, vt nisi quiescat, consurgent tot ambigua, vt numquam videatur confessus.

Cuius signum est, quod idem centies confitentur, & quod isti semper in dubium redeunt confessionis, qui fortè diligentius ceteris confessi fuerint. Nec est in potestate talis retinere morum phantasię, nisi in principio comprimatur, vnde sequuntur pericula corporis, & animæ ad tollendũ, vel impediendum vtriusque bona. Dixi autem in veritate, propter personas iterantes confessiones: non quod in veritate scrupulosæ sint, sed quia nũquã in veritate cõtinẽtur, ita vt semper confitentur, & numquã sint confessiæ, tãquã dæmones semper pœnitentes, & numquã se corrigentes. Quod autem secundum hunc intelligendi modum non contineat præceptum, facit quod nemo auctoritate vlla humana cogi potest ad confitendum iterum, quæ peccata legitimè semel confessus est, quod D. Tho. asserit. [a] Quia, inquit, confessio peccatorum quiddam sacramentale est, diuino imperio, non humano subiacens; quod [b] latiùs discutietur.

31 Sunt tamen casus, in quibus necessaria est iteratio, qui ex vno quinque fontium oriuntur; videlicet ex defectu confessarij, vel contritionis, vel cõfessionis, vel satisfactionis, vel inhabilitatis. Primus ergo casus colligitur ex parte confessarij, quando in eo fuit defectus, vel poenitentis, vel scientiæ, vel voluntatis: quando scilicet confessarius, vel non erat sacerdos, vel non habebat iurisdictionem super confitentem, vel nescivit, aut noluit facere absolutionem, vel non erat tanta eruditione, quanta necessario exigebatur in confessario saltem respectu talis confitentis.

32 De quibus omnibus, & etiam quando confessarius erat excommunicatus, dicemus [c] infra, [d] vbi etiam tractabimus, quod quando confessarius habebat potestatem absoluendi à peccatis: sed non ab omnibus, iteranda est confessio, tantùm eorum, à quibus non potuit absoluere, non autem aliorum.

33 Secundus casus colligitur ex defectu contritionis: puta quando sine vllo dolore peccatorum facta est: vel cum dolore quidem præteritorum sine tamen proposito vitãdi futura, quamuis habeat qualequale abstinendi desiderium. Qualis est, qui dolet, se furatum; non tamen habet animum restituendi: qualis item, qui dolet se fornicatum; non tamen habet animum relinquendi concubinam deliberatum. Per talem enim contritionis defectum, pœnitentia redditur non vera, [e] quo casu absolutio neganda est, vt ibi habetur. Huiusmodi enim pœnitens, si tacet propositum eiusmodi, non confitetur integrè.

34 Si autem cum alijs peccatis illud quoque propositum confiteatur, inhabilem se proponit absolutioni. Quia *peccati venia non datur, nisi correcto.* [f] &ideo si absoluatur, sacrilegium committit confitens suscipiendo, & confessarius dando absolutionem propter irreuerentiam, quam sacramento faciunt. [g]

35 Si tamen displiceant præterita, & futura proponuntur vitanda; licet non tam displiceant: nec tam vitanda proponantur, vt ex his confletur contritio delendis peccatis sufficiens; neque attritio sit talis, quæ per sacramenti adiunctionem fiat contritio, non oportet confessionem iterare.

36 Primum quod alio qui nemo sciret, se vere confessũ; quia nemo scire potest, an sit in statu gratiæ, iuxta illud. [h] *Nemo scit, an sit odio, vel amore dignus.* [i] Ergo nemo scit etiam, an sit contritus; quoniam qui sciret se contritum, sciret vtique se Dei amicum. [k] Secundo, quod confessio non est iteranda eo solo nomine, quod fiat sine gratia & caritate, hoc est sit informis, secundum S. Thomam, [a] & latè traditur alter Thomas. [b] Tertio, quod alia omnia sacramenta possunt vera esse, dante & accipiente illa capitali peccato infectis, & nullibi reperitur contrarium in pœnitentię sacramento statutum. ergo & hoc sacramẽtum potest reperiri verum, sine gratiæ productione.

37 Tertius casus est, ex defectu ipsius cõfessionis, quãdo scilicet, confessio non fuit integra omnium peccatorum: vel quia præ verecundia tacetur aliquid necessariò dicendum; vel tam crassè de confitendis cogitat, vt omittat ea, quæ cõmuniter omnes cõfitentur, puta si nõ haberet animũ abstinendi à mortalibus, quod etiã mulierculę solent explicare. Facit lex latæ culpæ. [c] de quo aliqua dicta fuerunt in capit. consideret. [d] & latius dicam in conditione decima.

Quartus casus nascitur, secundum multos, ex inhabilitate pœnitentis ad suscipiendum sacramentum propter censuras ecclesiasticas. Aiunt enim, excommunicationem pœnitentis efficere, vt absolutio facta nõ teneat ipso iure. Pro quorum opinione, quæ faciunt cum his quæ illam impugnant, adduximus in *c. consideret.* [e]

38 Quia tamẽ ibi promisimus nos hic addituros aliqua, sit prima propositio, sacrilegium quidẽ cõmittere pœnitẽtẽ, qui sciens se excõmunicatũ siue maiore siue minore excommunicatione se absolui à peccatis patitur; & confessarium etiam eum absoluentem. Et de pœnitente quidem patet; quoniam excommunicatus etiam minori excommunicatione à participatione sacramentorum excluſus est. [f] De confessario item; quia ministrat sacramentum illi, qui ab eius est participatione semotus, & ita abutitur sacramento; quæ species est sacrilegij cum primis magna, secundum S. Thomam. [g] Facit cap. *quicunque.* [h] quod habet eos, qui ab vnitate Petri Apostoli quolibet modo semetipsos segregauerunt; neque nunc vinculis peccatorum absolui; neque ianuam posse regni cælestis ingredi. Ille tamẽ textus non concludit: quoniam intelligendus videtur de his, qui in sua diuisione persistunt. Efficaciter tamen concludit illud, quod excommunicatus à diuinis adeo est segregatus, vt quamlibet eum peccati pœnituerit, non possit eis interesse, [i] & colligitur ex ipsa definitione, de qua per Panormitanum & alios. [k] Et sacramentorum perceptio præ omnibus alijs diuinis videtur inhibita excommunicato. Alijs enim diuinis interesse potest excommunicatus excommunicatione minore; sacramenta verò percipere non potest. [l] Ergo, qui ei sacramenta ministrat, capitaliter peccat: ergo, & qui eum absoluit. quandoquidem absolutio illa est sacramentum, de quo agimus, pœnitentiæ. probatur & irrefragabiliter hæc conclusio in ca. *à nobis.* [m] quod probat excommunicatum qui cum, contritionis signis moritur, haberi quidem, quoad Deum, pro absoluto à peccatis: sed donec ab excommunicatione absoluatur, nõ esse illi communicandum. Facit etiam, quod hæc est communis opinio, quam Rosella, Siluestrina, & cæteri sequuntur.

Contra tamen hæc facit, quod Angelus à Clauasio vir, vt fertur, miraculis clarus, [n] dicit probè facturum cõfessarium, si confessum, quem ab excommunicatione soluere non potest, prius à peccatis absoluerit: & deinde ad habẽdam excommunicationis absolutionem ad Superiorem dimiserit. Allegat pro se Richardum, [o] qui tamẽ mihi potius contrarium significat. Adde, quod idem tenet supplementum. [p] Pro hac opinione facit, quod hæreticus est excommunicatus. *in c. excõmunicamus.* [q] & quotannis in bulla cœnæ Domini excommunicatur: & tamen sacramenta nõ negantur, quoties ad Ecclesiæ gremium redire voluerit, etiamsi fuerit relapsus. [r] Secundo facit, quod absolui quis potest ab vna excommunicatione, & manere alia ligatus. [s] Tertio facit, quod, qui ex animo cupit ab excommunicatione absolui, & ex animo de peccatis dolet, absolutus est coram Deo à peccatis, & diuinæ gratiæ restitutus: & ita videtur restitutus etiam Ecclesiæ sacramentis, saltẽ, quoad forum conscientiæ, de quo hic dispuramus. [t]

Hæc autem non videntur obstare, non primum, scilicet, capite *super eo.* [v] Concedo enim, hæreticum si conueretur, à peccatis absoluendum esse, non

[illegible]

a *In 4 sent. d. 17. q. 3. art. 4.*
b *Guaill. 5. in materia confessionis.*
c *ff. de verb. signif.* d *§. cautus. supra eadem.*
e *In Opusc. 17. quæstionũ. qu. 13. fol. 57. alias in paruis Opusculis tom. 1. tract. 31. qu. 13.*
f *Ca. si celebrat. de cler. excom. minist.*
g *Secunda secundæ. qu. 99. art. 3.* h *24. quæst. 3.*
i *Cap. sacris. de hæ., qua vi.*
k *In rub. de sent. excom.*
l *Dict. c. si celebrat. & c. Engeltrudã. 3. q. 4.* m *2. de sent. excom.*
n *In ver. Cõfessio 5. §. 10.*
o *In 4. d. 18. ar. 9. q. 4.*
p *Verb. Confessio. 1. §. 4.*
q *De hæret.*
r *Cap. super. eo de hæret. lib. 6.*
s *Cap. cũ pro causa, de sent. excom.* t *ex part. de eff. ord.*
u *Arg. 24. dist. diceret quidã. dicit. Sicut. cap. [illegible] dist. 50.*
v *De hæret. lib. 6.*

tamen antequam ab excommunicatione soluatur. neque aliud habet illud c. *super eo.*

Nõ obstat secundum, scilicet c. *cum pro caussa.* quoniam vni excommunicationi non repugnat absolutio alterius excommunicationis, sicut absolutio peccatorum repugnat excommunicationi. Quoniam absolutio ab excõmunicatione non est de numero diuinorum excommunicato prohibitorum, sicut absolutio à peccatis; quippe quæ vnũ ex septem sacramentis est, & ideo non sequitur. Excommunicatus pluribus excommunicationibus, absolui potest ab vna tantùm; ergo, & qui peccauit, & excommunicatus est, absolui potest à peccatis, licet ab excommunicatione non soluatur.

Ad tertium concedo, eum quem ita suorum peccatorũ pœnitet, vt ad contritionẽ eorum peruenerit, diuinæ gratiæ & amicitiæ restitutum: sed nego id sufficere, vt à peccatis absolui possit. Primo quod scire non potest, se ad eũ gradũ restitutũ esse, iuxta illud. *Nemo scit, an sit odio, vel amore dignus:* & c. fi. [b] Secundo quod excommunicatio non tollit omnem communionem: non enim illam, quàm immediatè operatur caritas vniens membra Christi capiti, alijsque ipsius membris similibus. Tollit autem externam, & etiam internam, quæ mediante institutione fit Ecclesiæ, vt eruditè declarat eruditus Tho. à Vio. [c] ideo stat, quem iusta de caussa excommunicatum fuisse; nunc autem in caritate manere: & tamen qui non est absolutus, separatum, manere ab externa communione, & etiam interna, quæ mediante institutione fit Ecclesiæ. Qualis est communicatio in sacramentis missæ, & alijs precibus, vt eleganter demonstrat prædictus Thomas, & multo subtilius declarat, quam glossas, [d] & alij multi.

44 Opinio tamen Angeli vera esse posset in excommunicato, qui sine caussa iusta esset excommunicatus. Is enim, quo ad exterius tantum forum, & quoad externa tantum communionem separatus videtur; vt ibidem probat D. Thomas & conuincunt argumenta Felini. [e]

45 Secunda principalis, quod ad nostrum propositum; propositio fuerit eum, qui excommunicationem, qua erat notatus, iustè ignorans, vel eam oblitus à peccatis absoluitur, verè absolui, neque ad iterandam confessionem teneri. Primo: *quod rem, quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit.* [f] Secundo, quod cautum est, [g] eum excommunicarum, qui ob iustam ignorantiam diuina celebrauit, excusatum esse. Tertio quod nullo iure neque vlla ratione contrarium persuaderi potest. Mouet me item, quod sine vllo scrupulo id asseruit Thomas à Vio, [h] & satis consonat doctrinæ D. Thomæ. [i] Facit, quod impetratio beneficij ab eo, qui se probabiliter ignorabat excõmunicatum, tenet, vt habet glo. 2. [k] putata singularis à Felino, [l] & probata per Cardinalẽ. [m] Neque dicas me argumentari à seperatis: quia immo argumentor à fortiori. Si enim extant ex lege, quæ declarat, collationem beneficij excommunicato factam non valere, [n] valet facta probabiliter ignoranti: à fortiori valebit absolutio à peccatis excommunicato facta; cùm nulla extet lex, quæ habeat absolutionem à peccatis excommunicato factam esse ipso iure nullam.

Tertia propositio principalis fuerit, eum, qui sciret se, ac fateretur excommunicatum, & siue iuste, siue iuris, vel facti errore ductus, putaret se posse à cõfessario absolui: si ab eo absoluatur à peccatis priusquam ab excõmunicatione, siue quod non posset, siue quod non meminisset, verè à peccatis absolutum esse. Immo & sanctè, si putabat se absolui ab eo confessario posse, ipsum autem confessarium male facere. Quæ per superiora patẽt, & per illa, quę multa citauimus in c. *consideret.* [o] Pro valore sacramentorum aliorum, quæ vel ab excommunicato dantur, vel suscipiuntur, facit & illud, quod excommunicatus preces horarias persoluens satisfacit, vt habet glossa. [p]

48 Quarta principalis propositio fuerit huiusmodi pœnitenti & excommunicato, si sciret, aut scire deberet secundum qualitatem suam à confessario se absolui nõ posse absolutionem futuram inutilem: non ea ratione, quod excommunicatio reddat excommunicatum huiusmodi absolutionis incapacem, sed quia huiusmodi pœnitentis non est integra confessio; aut si est integra, absolutione indignum se proponit, quo niam aut non confitetur illud peccatum, quod peccat, volẽs absolui ab excõmunicatione, & esse particeps tanti sacramenti, cum maneat ab omnium sacramentorum participatione excluſus: & tunc confessio ipsius non est integra, & ita reiteranda est. Aut confitetur illud peccatum: & tamen vult absolui, & ita non habet propositum à peccatis futuris abstinẽdi, & id palam facit confessario. Ergo se indignum absolutione proponit. & ita quæ illi fuerit absolutio data, inutilis esset ipso iure per ea: quæ in priore casu de contritionis defectu supra diximus. Hæc quæ pulchra est, ratio Gersonis fuit, [a] quãuis à recentioribus eo nõ citato adducta fuerit, sicut & pleraque illius video adduci. Neque mirum: quandoquidem nonnumquam citationes auctorum, aut nihil promouent, aut lectorẽ remorantur præsertim, quando sunt nimiæ.

49 Ex quibus inferrur primo fieri posse, quem verè ac sanctè absolutum esse à peccatis; & tamen eũ adire oportere superiorem ad adipiscendam excommunicationis absolutionem.

50 Infertur & secundo medicamentum, quo multorum Deum ex animo timẽtium animabus medearis, & casdem consoleris, omnium, inquam, illorum, qui excommunicati confessi sunt ignorantes se excommunicatos: vel quod nõ putabant excommunicationem infligi ob percussionem clerici minoribus tantùm ordinibus; aut sola prima tonsura insigniti: vel quia non aduertebant, se ob aliqua furta fructuum, vel aliorum similium, super quibus excommunicatio fuit generalis promulgata, excommunicatos: vel alijs sexcentis de caussis, quæ quotidie contingunt. His enim, si confessi sunt bona fide peccata sua, neque tunc meminerunt excommunicationę se vlla teneri, & absoluti fuerunt, consulendum est, vt ab excommunicationibus quidẽ absoluantur. Propter autem habendam peccatorum absolutionem ad confessionẽ iterandã minime sollicitentur.

Infertur & tertio id quod Paludanus ait, [b] per excommunicationem fieri quem absolutionis incapacem, temperandum esse multis modis: immo si omnia superiora satis perpendas, simpliciter id esse falsum inuenies. Quæ omnia superaddenda sunt his, quæ in illo §. *cautus.* scripsi: & econtrario illa his, quæ hic scribo adiungenda.

Quintus casus, in quo secundum multos iteranda est confessio: fuerit quando pœnitentia iniuncta non impletur. Sed hoc esse falsum late ostendimus, [c] supra, [d] vbi dictis adde vnum subtile Adriani, [e] scilicet, eum cui pœnitentia priusquam absoluatur, imponitur, & non curat illã, quam acceptat, pœnitentiam memoriæ mandare, ac veluti contemnit, reneri posteа, si eam non implet, ad confessionem iterandam. In quo casu, inquit, salvari posse opinionem aliorum, qui dicunt, confessionem esse iterandã propter pœnitentiæ obliuionem. Hoc Adriani dictum verum esse, nemo neget: quoniã, qui hoc agit, peccat mortaliter, antequam absoluatur, & cũ illud peccatum non confiteatur, cõfessio desinit esse integra, quam rationem etiam ipsemet sentit. Ex qua sequitur primo, hanc iterationem nõ nasci ex pœnitentiæ obliuione: vel ex eo, quod illa nõ impleturr: sed ex defectu integritatis. Ex quo iterum sequitur hanc iterationem non pertinere ad hunc quintum fontem, vnde confessionis iteratio nascitur: sed ad illum tertium suprapositum, scilicet, defectum ipsius confessionis.

51 Ex quo sequitur tertio, incautè Adrianum dixisse, opinionem dicentium confessionem iterãdam ex obliuione, vel non complemento pœnitentiæ hoc casu saluari posse.

Sexta conditio est nuditas, quæ tangitur in illo verbo, *nuda*, quod plerique omnes exponunt pro non vestita coloribus, aut iocis, quæ operiant grauitatem peccati: & minus his, quæ peccatum ita obscurent, vt non præcipiatur; aut minus consideretur grauitas, aut turpitudo ipsius.

52 Nudum enim dicitur quod non est vestitum, vt nudũ pactum. [f] Vnde & qui filum, siue reticulũ portat in c. non dicitur nudum habere caput, vt habet textus, [g] quod ibi annotauit glossa in verb. *nudis.* quam in hoc singularem dixit Ludouicus Romanus, [h] quamque sequitur ibi Dominicus & Alexander, & Dominicus. [i]

Ex quo infertur quod, qui vel circunstantijs vel ambagibus, vel verborum obscuritate suum peccatum ita contegit, vt confessarius non satis intelligat, quæ

a *In secunda parte. fol. 191. cap. quæritur col. 2.*
b *In quarto. d. 22. q. 3.*
c *In cap. contrarium.*
d *Eadem, in gloss. 1.*
e *In quarto. quæst. 4 sub. finem. de cõfessione.*
f *Leg. iuris gentium. §. sed cum nulla ff. de pact. & l. legen. C. eodem.*
g *In cap. cleros. §. Ponifex. 21. dist.*
h *Sing. 654.*
i *Capitulo 21. § præsenti. de pœnit. lib. 6.*

a *ff de interrogatio.§.*

sibi dicuntur,nõ satisfacit.Facit l.*de atate.*[a] §.ibi:*Nihil interest,an quis taceat interrogatus,an obscure respondeat, vt incertũ dimittat interrogatorem.*

53 Septima conditio est,*discretionis*,quæ tangitur in verbo,*discreta*:debet enim fieri prudenter confessio.Primo in verbis:vt scilicet honestis vocibus explicentur peccata, præsertim carnis.Facit,quod etiam ioca reddantur illicita ex verborum,quibus luditur, turpitudine,secundum Ciceronem,[b] & tradit S.Thomas.[c] Deinde oportet, eam esse discretam,quoad circunstantias, vt in peccatis venereis solæ necessariæ explicentur,si pœnitens sciat necessaria ab his, quæ non sunt necessariæ, distinguere. Tertio quoad modum narrandi, ne quæ peccata simul exprimi possunt,diuisim dicantur,Verbi gratia: Potuit quis centũ periuria vno verbo fateri dicens.Centies peieraui.is si dixerit:Semel peieraui sic & sic,& iterum: Peieraui taliter & taliter,imprudenter fecerit.Frustra enim fiunt per plura,quæ possunt fieri per pauciora, secundum Philosophũ, & glossam,[d] quam posteriorem multi commendarunt, & in iis Bonifacius,[e] facit cle.*auditor.*[f] & l.*dominus testamẽto.*[g]

54 Quarto quoad idoneum confessarium,de quo textus in c.1.infra,[h] vbi dicetur.

Octaua conditio est,vt sit *lubens*, hoc est, vt voluntariè propter Deum confiteatur omnino:vel saltem principaliter propter ipsum: licet verecundiæ vel infamiæ timore minus principaliter ad id impellatur.

55 Ex quo sequitur,eum satisfacere præcepto de confitendo,qui principaliter id facit,quo veniam à Deo adipiscatur:quamuis fortè non fuisset confessurus:nisi timor infamiæ ipsum ad id impulisset.Quoniam secundũ id,quod principaliter proponitur res est iudicanda,[i] capit.*non dubium.*[k] secundum communem intellectum.Quẽ tamen in c.fi.*in præsentia.*[l] hoc anno reprobabamus,& est glossa memorabilis,quæ sexta est,c.*statutum.*[m]

56 Facit illud quotidianum,quod aiunt Parisiẽses,[n] scilicet,non committere illum simoniam, qui dicit missam principaliter propter Deum:quam tamen non dixisset,nisi precibus,vel pretij spe fuisset ad eam dicendam inuitatus.

Non enim valet illa consecutio: si hoc nõ interuenisset,illud non fecisset : ergo hoc est principalis causa, cur id fecerit. Nisi enim impudens illa Calphurnia causam dedisset,vt mulieres à postulando pro alijs prohiberentur id non fuisset,tam maturè saltem statutum:at causa principalis & finalis statuti,non fuit Calphurniæ impudentia & improbitas:alioqui ea mortua:vel quoad aliam honestã fœminam,mortuum quoque fuisset edictum.Quod tamen falsum est,vt omnia hæc in l. 1.[o] iuncta glossa,[p] probantur.Propono aliud exemplum quotidianum: Oportebat me adire plateam ob certum negotium:non tamen decrueram hodie mane id facere,superuenit deinde negotium aliquod,propter quod plateam adire,mihi hodie mane conueniret;& eo principaliter quidem propter negotium illud prius: minus autem principaliter propter hoc negotiolum,propter quod solum non adissem. Id tamen alteri adiunctum efficit, vt prius quam alias essem aditurus,ad eam. Ad hunc modum est temperanda glossa illa celebratissima,quæ penultima est c.1.[q] quæ commendatur à multis,& in his à Panormitano,[r] & à Felino,[s] sed à nemine satis declaratur.Habet enim illa , eum canonicum,qui principaliter ad preces horarias it,vt distributiones lucretur quotidianas,simoniã saltẽ mentalẽ cõmittere. Debet enim intelligi,vt ipsamet explicat,de illo, qui principaliter ob hoc it.Nõ autẽ dicitur principaliter ob hoc ire omnis canonicus,qui nõ esset ad eas itur[o];nisi eas distributiones esset lucri facturus:sed is solũ,cuius præcipuus finis & maxime ab eo æstimatus est lucrum illud,& non diuinum obsequium, sic in proposito quamuis Titius non fuisset peccata confessurus,nisi pudor, aut timor ad id eum impulisset:si tamen his impulsus ea mente principaliter cõfiteatur,vt pateat præcepto;& vt sua sibi peccata condonentur,sufficienter confitetur,si cætera interueniant.

Nona conditio,*verecundia*,quę tangitur in verbo,*verecũda*.Debet enim verecundiam pœnitens & intus habere & præ se quoad confessarium ferre.

59 Ex quo infertur eum, qui confitetur peccata, quasi narrando historiam,vel se de illis iactando, nulla ex parte erubescens,quoad confessarium, neque quoad se non satisfacere,iuxta cap. *quem pœnitet.* ibi, *Per vos erubescatis.*& rursus : *Erubescentiam vincit.* & [a] ibi : *Non potest verecundari:* &c.[b]

Decima:*integritas*,quæ tangitur in verb.*integra.* de quo vltra ea,quæ scripsimus in d.c.*consideret.*[c] sunt annotanda sequentia.Primum,eum, qui confitetur, debere confiteri omnia peccata sua,non solùm, quæ dicto aut facto foras prodierunt:sed etiam quę sola interiori voluntate admisit: de quo est textus in illo c.*omnis.*[d] ibi:*Omnia peccata sua solus proprio cõfiteatur sacerdoti.*Clarior text[e]&à paucis allegatus in Concilio Florentino,[e] qui habet ad confessionem pertinere,quod omnia peccata,quorum memoriã habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter.Clarior autem est definitio Concilij Tridentini.[f] Vbi habentur hæc verba. *Ex iis colligitur, oportere à pœnitẽtibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habet , in Confessione recenseri,etiam si occultissima illa sint,& tantùm aduersus duo vltima Decalogi præcepta commissa,quæ nonnumquam animũ grauius fauciant.& periculosiora sunt ijs,quæ in manifesto admittuntur.*Quæ plane omnia repetuntur,&in hæc verba:*Si quis dixerit,in Sacramento Pœnitentiæ ad remissionem peccatorum necessarium non esse iure diuino,confiteri omnia & singula peccata mortalia,quorum memoria cum debita,& diligenti præmeditatione habeatur,etiam occulta,& quæ sunt contra duo vltima Decalogi præcepta,& circunstantias,quæ peccati speciem mutant,anathema sit.*

Contra tamen hoc facit illa conclusio, quam supra in declaratione primæ partis glossæ tenuimus,scilicet ecclesiasticam potestatem non extendi ad ea,quæ suapte natura sunt occulta:id est,ad ea,quæ mente tantum concipiuntur & nullatenus foras prodeunt.Et ita videmur per illa capitula,quæ ab Ecclesia sunt facta,non teneri nos ad cordis peccata confitenda.Neque argumentum tolleret, qui cõcederet:Ecclesiam non posse quidem aliquid super his interioribus directo ac per se statuere:oblique tamen ac veluti per accidens posse.Et ita,quia Ecclesia præcipere potest confessionem de externis,& confessio debet esse integra:ratione integritatis illud præceptum etiam ad interiora extendi.Non,inquam, hæc solutio enerauet argumentum:quia secundum hanc solutionem sequeretur eũ, qui solum haberet cordis peccata,& nulla exteriora,ad ea confitenda non teneri,quod concedi nequit. Respondeo igitur concedendo,Ecclesiam non habere potestatem directo & per se de interioribus disponendi: habere tamen potestatem determinandi tempus, quo Christi sui sponsi præcepta sint adimplenda. Et ita concedendum esse per illud *c.omnis,*[h] nihil noui, quoad Confessionis integritatem inductum:sed solùm, quę fuerit voluntas illa Iesu diuina declaratum.

60 Tempus autem,quo fieret Confessio nouè determinatum.Et ita nõ humanum,sed diuinum esse præceptum, quo peccata omnia, quęcunque illa sint,fateri tenemur, vt etiam in cap.*consideret.*[i] suprà diximus,& ita etiam peccata cordis confitenda esse.

61 Secundo annotandum est etiam peccata reseruata, quorum absolutionem confessarius præstare non potest, esse illi aperienda,iuxta illa,quę latius in illo §.*cautus*;diximus,quamuis contra dixerit vir ille doctus Ioannes Gersonus,[k] quę cum alijs,quę tangunt reseruata , plene sunt in illo §.*cautus.*tractata.

62 Tertium est,hęc intelligenda esse primo de mortalibus,non de venialibus secundum glosſam,[l] ibi & vbique receptam,intelligenda de mortalibus,inquam,quę vel cõfessurus nouit esse mortalia vel certè dubitat esse talia secundum omnes; quamuis qui dubitat vel opinatur esse mortalia pro dubitatis , vel opinatis confiteri debet, non pro certo mortalibus secundum omnes.Quod autem venialia non sint necessario confitenda, licet vtiliter, & sanctè confiteri possint, definit Conc. Tridentinum,[m] in hęc verba : *Nam venialia, quibus à gratia Dei non excludimur,& in quæ frequentius labimur , quamquam rectè,& vtiliter,citraque omnem præsumptionem in Confessione dicantur, quod piorum hominum vsus demonstrat , taceri tamen citra culpam , multisque alijs rectedijs expiari possunt.*

Intelligen

a *Et col. 2. §. tanta.*
b *Supra d. 1.*
c *§ cautus.*
d *De pœnit. & remiss.*
e *In §. quartum est. sub decreto Eugenij.*
f *Sess.14.c.5.*
g *In can. 7. eiusd.sess.*
h *De pœnit. & remiss.*
i *§.cautus.*
k *In 2.parte. fol.186.col.1.*
l *2.illius c.omnis de pœnit. & remiss.*
m *Sess.14.c.5*

a *In quolibet. 1.q.12.*

Intelligendam item secundo esse de mortalibus nondum legitimè confessione apertis:quia talia non tenetur iterato confiteri.Quod Thomas receptus [a] docuit.

63 Tertio intelligenda esse de mortalibus,quorum memoriam habet, vt habetur in illo Concilio Florentino præcitato.

74 Intelligenda & quarto de his,quæ putat & aduertit esse mortalia : alias secus, secundum mentem omnium, quod expressius alijs tradit Gerson.[b]

65 Quartum est id,quod proximo loco dictum est de obliuione & ignorantia & inaduertentia, intelligendum esse de probabili:alia enim non excusat.Vnde si quis diligentiam debitam non adhibuit,quo sua peccata memorię occurrerent,vel si crassè ignorat,vel nõ dubitat esse mortale,quod deberet scire,vel dubitare tale esse,confiteri tenetur,non solùm ea,quæ oblitus fuit, vel ignorauit esse peccata:sed etiam ea,quæ cum tali obliuione ac ignorantia confessus fuerit.Determinatio est Richardi,[c] quæ, vt plurimum à posterioribus est recepta. Et per Concilũ Tridentinum vbi supra approbata.

b *2.part. fol. 191.cap.quæritur sub finem.*

66 Quintum est,illam esse in præsenti negotio diligentiam sufficiẽtem, quæ talis est,qualem pro re ardua in memoriam reducenda pœnitens adhiberet:secundum Scotũ vt plurimum receptum,[d] vbi Paludanus,[e] ait , debere facere ,quod potest & Gabriel,[f] dixit confiteri debere omnia,quæ recordari potest.Et Maior, [g] dicebat , hominem, qui confessurus est talem debere præmittere diligentiam, quo sua omnia peccata occurrant ; qualem adhiberet , si quam orationem latinam ad eruditos esset habiturus, aut si de multa & longo tempore impensa pecunia domino vigili ac auaro rationẽ esset redditurus.Immo est , qui dicat eum;qui ad Confessionem accedit non præmissa, quæ sufficiens sit,peccatorum recogitatione peccare: etiamsi nullum peccatum omitteret confitendum:quoniam se periculo commisit aliquid omittendi:& ita peccat, iuxta illud.[h] *Qui amant periculum peribit in illo.*[i]

c *In illo ar.6.*
d *Cap. consuetu. 1. dist. L eum rat. ff. de bonis damnat.*
e *In 4.d.27. q.1.*
f *Quæst. 2. ar.1.col.2.*
g *Quæstio. 1. col.3.*
h *Eccles.3.*
i *Cap.3. infr. dist.7.*

Contra quæ tamen facit primò,quod nullibi textus inueniatur,qui hoc determinet.Secundo,quod nemo potest adhibere tantam diligentiam,qua maiorem adhibere nequeat:ergo non tenetur adhibere quantam potest: quia quacumque adhibita maiorem potest.Sicut in simili , nemo Deum tenetur amare de præcepto quantum potest, quia quocumque gradu amoris dato adhuc magis potest, secundum Parisienses.[k] Tertio facit,quod cõsuetudo maioris partis plebis habet parum,vel nihil de peccatis præcogitatis eodem fere die cõfiteri,quo deliberauit,vel quo à parocho monetur id facere. Quarto,quod expressè loãnes Gersonus cõtrarium tenet in loco præcitato, dum ait, fictionem quidem perniciosè mentientem , dolosè dimidiantem,& proposito non abstinendi suam confessionem inficientem,efficere,quò iterari debeat confessio. Fictionem autem insufficienter cõscientiam discutientem non efficere illud:siue indiscussio proueniat ex recogitatione peccatorum minus sufficienti:siue quia ignoratur peccatũ esse saltem mortale:vel quod sic expressè confitẽdum sit: siue quod ignorat,an satis displiceat peccatum, & an potius pigeat ob pudorem & pœnæ timorem, quam ob Dei amorem : siue quia ignorat, an obex ponatur absolutioni ex proposito non abstinendi. Quamquam ipsemet Gersonus, [l] prius dixisset,peccata oblita per absolutionem sacramentalem tolli,quando confitens sufficientem in eis ad mentem reducendis diligentiam adhibuisset: quia nemo inquit obligatur ad impossibile. Quibus verbis contradicere videtur superioribus à se postea scriptis. Thomas item à Vio,[m] ait eum,qui credit,suam peccatorum inquisitionem esse sufficientem,quamuis verè talis non sit: & ob hoc aliquod tacuerit peccatum, non teneri aditerato confitendũ priora.Et idem;ait [n] tunc demum ex integritatis defectu iterandam esse Confessionem, quando ex proposito dimidiatur Confessio:vel adeo crassa & supina fit conscientiæ discussio,vt materialis illa integritatis violatio in formalem reducatur, quasi dimidiatio illa fuerit,veluti tacitè affectata,eo quòd tam parum de integritate curauit.Pro hac parte facit §.ille,*Quartum est.*Concilij Florentini qui solum ait, esse cõfitenda peccata,quorum memoriam habetur habetur,& nil de diligentia reducendi ad mentem peccata declaratur.

k *In d.27.q.2.*
l *In eadem 2. par. folio 183.*
m *In summa ver. Confessio.fol.4.*
n *In q.5. col. 4. in materia Confessionis.*

Pro resolutione & concordia omnium prædictorum dico primò, Gabrielem in loco præcitato allegare Augustinum,[a] vbi ait : *Paratus sit facere pro recipienda vita anime; quæcumque faceret pro euitanda corporis morte.* & alia verba, quæ habentur in c.cõsideret.[b] Sed hic textus incautè fuit ab eo meo iudicio allegatus:quia Augustinus non agit ibi de præcogitandis peccatis:sed de adimplenda, quam cõfessarius iniunxerit,pœnitentia.

a *De vera & falsa Pœn. cap.15.*
b *§.ponos.supra ead. dist.*

Secundo igitur dicendum,nullum fuisse in iure textum ante Concilium Tridentinum; vt prædictum est, qui, expresse de hac ad memoriam peccata reducendi diligentia loquatur:fuisse tamen rationem naturalẽ,quæ id concludebat secundum Richardũ,[c] quæ ratio pro lege habetur.[d]

70 Rationem autem,quam ille non aperit, arbitror desumi posse ex Cicerone Officior.lib.1.nempe , iustam iustam curam,& neque maiorem, neque minorem, quam oportet.vnicuique adhibendã esse negotio.Cũ igitur Confessio peccatorum præteritorum negotium sit satis notabile,quod diligentiam exigat aliquantam super eorum ad memoriam reductione:consequens est, vt qui confiteri tenetur iustam negotio tali curam adhibeat.

c *In illo ar.6.*
d *Cap. consuetu. 1. dist. L eum rat. ff. de bonis damnat.*

71 Ex qua ratione infertur primò,eum,qui crebro confitetur,non teneri tantam , vice qualiber , curam adhibere, quantam qui raro:neque illum qui paucis vel paruis implicatur negotijs,quantam qui multis & magnis : neque idiotam,qui nescit perscrutari:quantam doctus,qui nouit loca,specus & larebras,vbi peccata inueniat.

72 Infertur secundo,posse quem peccare,quod frequẽter saltem venialiter faciunt scrupulosi in maiore quàm oporteat huic rei adhibenda cura, contra illud Delphicum:*Ne quid nimis.*Quoniam putrati conscientiæ iudicũ non debet rationis deesse.[e] Et in omni virtute morali per defectum peccatur,& per excessum,secundum Aristotelẽ receptum,[f] & tradit S.Thomas.[g]

e *Ca.non solum de regular. lib.6*
f *In 2.Et hic.*
g *1.2.q. 64. art.1.*

73 Infertur tertio concordia eorum, quæ supra sunt allegata,videlicet,vt quod aiunt Richardus, Scotus,Paludanus,Gabriel,Maior & Adrianus,Immo & Cancellarius & Thomas à Vio,ob diligentiam insufficientem iterandam esse Confessionem,intelligatur de tam tenui diligẽtia,& ita insufficienti, vt merito ab omnibus illius pœnitentis conditionis viris credi debeat insufficiens. Quod autem aiunt Ioannes Gersonus,& Thomas à Vio,videlicet, propter discussionem insufficientem non esse iterandam cõfessionem,intelligatur de discussione conscientiæ; quæ insufficiens quidem esset respectu aliquorum diligentissimorum:non autem respectu eorum,qui eam adhibuerũt. Quamquam satis video, Scotum,Gabrielem & Maiorem quiddam paulo rigidius sentire;quàm concordia hæc insinuat:quoniam Maior cũrã recogitandi peccata æquat cum ea quã oratio Latina cõrã eruditis habẽda:&ratio de multa pecunia pridem impensa vigili & auaro domino reddẽda exigit,quod ipsum fere significant Scotus & Gabriel.

74 Quæ tamen opinio nimium videtur dura. Primo quod,etsi velimus:vix tamen possumus has curas æquare. Iuuat enim ad habendam curam orationis Latinæ pronũciandæ,& rationis,quæ supradicta est reddendæ appetentia,siue appetitus ipse sensituus potentiæ,quam vocant irascibilem:quæ suapte natura in hęc ardua fertur.Iuuat & inclinatio naturalis,siue appetitus innatus honoris & diuitiarum,iuxta procemium Decretalium & Sixti, & cap. omnis ætas.[h] & c.*omnes dilectores.*[i] Contra vero minuit curam peccata recogitandi appetitus ipse sensitiuus potentiæ,quam concupiscibilem vocant:quippe qui fugit tristitiam,& dolorem ex eiusmodi recogitatione nascentem, tamquam quoddam malum. Quoniam omnis tristitia in se quoddam malum est , quamuis nonnumquam secundum quid bonum, vt probat S.Thomas.[k] Facit, quod præsentia ardentius mouent. [l] Et quæ videntur & palpantur,magis sentiuntur:quàm quæ audiuntur: secundũ glossam & multa, quæ allegat illa.[m]

h *12.q.1.*
i *47.d.*
k *Quæst. 39. art.1.*
l *Leg. cũ qui. iuncta glos. ff. de transact.*
m *In princip. arboris.*

Facit etiam Concilium prædictum Florentinum, quod tam moderatè declarauit , teneri confitentem ad confitendum omnia peccata , quorum memo-

riam

riam habet,& non dixit:habere potest.Facit, quod valde difficile est tantam pro peccatis in memoriam reducendis subire curam,quanta pro oratione Latina habenda subiri solet.Denique si verum esset, quod ipsi facile definiunt, quotusquisque vulgi confessiones,quas hactenus fecit, iterare non tenebitur.

Tenendum ergo videtur in hac re valde quotidiana, tantam diligentiam esse necessariam & sufficere, quanta viro prudenti humano more rē æstimanti necessaria videbitur:vel quanta videtur sufficiens,vt plurimum hominibus,qui eiusmodi sunt conditionis:cuius est is, qui illam diligentiam adhibet,modo bona fide putet esse pro sua fragilitate mediocrem.

a *Infr.d. seq. in §. diligens.*

76 Pro qua conclusione pondero textum in cap.1. [a] qui habet confessarium,diligenter interrogare debere confitentem.Et ita innuit,interrogationes illas prodesse confitentis confessioni:significátque Confessionem quandoq; integram effici per interrogationes confessarij: quæ tamē non fuisset integra ex sola confitentis recogitatione. Facit & quod ibi dicemus ex communi sententia desumptū, nempe confessarium teneri frequenter ad interrogationes tam præambulas Confessioni,quàm ei subcutaneas & intrinsecas. Quod non in alium finem est necessarium,quā, vt Confessio sit integra. Satis concordat huic nostræ declarationi definitio illa nuperrima Concilij Tridentini, [b] in hæc verba:*Constat nihil aliud in Ecclesia à pœnitentibus exigi, quàm vt postquam quisque diligentius se excusserit, & conscientiæ suæ sinus omnes,& latebras explorauerit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum,& Deum suum mortaliter offendisse meminerit:reliqua autem peccata,quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in vniuersum eadem Confessione inclusa esse intelliguntur.* Quæ definitio sicut per hæc, quæ hic dicuntur,declaranda est:ita ea quæ hic dicuntur,illi debent respondere.

b *Sess.14. c.5.*

80 Ex quo infero,vnum maximè quotidianum scilicet, aliquam pœnitentis confessuri diligentiam per se non esse sufficientem: sed fieri coniuncto illi proposito, & voluntate obediendi,& respondendi confessario: quoniam scit de more illum interrogaturum, præsertim,si nouit,vel putet ipsum in hac re virum dexterum.

81 Ex quo iterum infero(quod me consolatur, lenitque dolorem & timorem,quo ante hac frequenter angebar timens,raros esse homines gregales,qui sufficienti cum indagine confiterentur)diligentiam aliquantulam cum prædicto proposito,& volūtate simul ac bona fide, qua putāt se satisfacere,sufficientem debere putari:maiorémque diligentiam apponendam esse per eum, qui adeo dexterè proponit confiteri,vt confessarium leuet interrogandi onere;& putat se nil,vel parum ab eo interrogādum:quàm eum,qui bonam partem spei integrè confitendi in percūtationibus confessarij ponit. Quod ideo facit, quia nescit aliter ipse,quæ peccauit,per loca illorum propria quærere,quod mihi videtur,quasi toti vulgo commune ac frequens.

82 Infertur tertio,aliquando excusari quem à cōfitendo peccato ob ignorantiam,qua putat id non esse peccatum, qui tamen ob eandem à peccando nō fuit excusatus, quod expressim Prieras ante nos annotauit,& Cācellarius cum Adriano tacitè sensit.Quod autem sequatur ex dictis pater:quoniam sequuti omnes & præsertim Cancellarium, diximus supra,ignorantiam,qua quis putat aliquid nō esse peccatum,excusare confessionem,ne dicatur minus integra:& tamen illa ignorantia non excusauit à peccando. Cuius tamē dicti rationem nemo,quem meminerim reddit,quæ mihi videtur esse,illa,quod, quæ ignorantia non reddit actum peccandi inuoluntarium, potest reddere omissionem illius confitendi inuoluntariam,iuxta illa,quæ vterque Thomas scribit. [c]

c *In 1.2.q.76. ar.3.& 4.*

83 Quarto infertur,quid faciendum sit,quando confitēs ait,se non,vt debebat,ad memoriam sua reduxisse peccata quod quotidie sacrifici fere faciunt,& ab alijs eruditis etiam fieri audimus.In qua re Cancellarium & Adrianum ex parte sequutus distinguendum duco: aut confessarius coniectat id à confessuro dici,non quod credat non adhibuisse illam,quam integritas confessionis necessariò exigit,diligentiam; sed quia bonarum mentium est timere culpam,vbi non est, [a] bonarum item vereri omnia opera sua cum Iobo, [b] vel quod ideo ait, illam insufficiēt cē,q; per eam,omnia vel maiora venialia in mentem non reduxit:quod tamen non est necessarium.Et hoc casu sine scrupulo confessurus auditur & auditus absoluitur. Aut confessarius coniectat, illum non adhibuisse, quam necessario tenebatur adhibere, diligentiam peccatis memorandis. Quo casu, aut necessitas vrget: nempe morbus, bellum,naufragium,vel alia id genus: & hoc quoque casu audiendus,simul, & absoluendus est. Idem videtur,si instet communio,quæ sine scandalo differri nequit, vt dicam in c.1. [c] Aut nulla vrget necessitas & hoc casu perpendat confessarius,an ea,qualem qualem adhibuit, diligentia cum interrogationibus à se faciendis mediocrem constituat diligentiam:& idem, quod superioribus duobus casibus,fiat:scilicet audiatur & absoluatur:premissis tamen,quæ videbantur necessariæ, interrogationibus. Aut confessarius videt,confessurum nolle interrogari: vel & si velit,adeo tamen nil præmeditatum venire, vt etiam cum interrogationibus & suis responsionibus confessio non sit integra:& hoc quarto casu non audiatur,sed blādè alliciatur & persuadeatur,vti prius quàm confiteatur, pro sua fragilitate præmeditetur,saltem tantùm,quantùm ad integrandum confessionem cum interrogationibus opportunis sufficiat.

a *Ca. ad eius 5. dist.*
b *Cap.9.*
c §. *diligens. infra, dist. 6. num.15.*

84 Quinto infertur,quod est frequentissimum,cōfessarium,qui suspicatur, confitentem sine iusta peccatorum præmeditatione ad confessionem accedere, debere super hoc interrogare ac facere,quæ prædicta sunt in corollario præcedenti.Pro quo facit primò,quod iudex ex suo debet officio supplere,ne iudicium reddatur nullum. [d] Secūdo facit,quod cauere oportet,ne margaritas ante porcos mittamus, [e] & multo magis indagandum,qualis sit, cui verba immortalitatis committimus,secundum Origenem. [f]

d *Cap. cauſam. qua de ind.*
e *Matth.7.*
f *Incipit. in mandatis 43. diſtinct.ione.*

85 Sexto infertur,idem per omnia dicendum de illo,qui confitetur, se putare multa, ideo non confessurum : quia multa se putat ignorare, peccata esse : quæ tamen sunt. Quod etiam Adrianus. [g]

g *Dub.6 poſt. 1. queſt. de Conſeſſ.trad.*

Vndecima;*secreta*,quod tripliciter intelligi potest: primo,quod nemo tenetur ad confitendum sua peccata palā, tertio audiente. Secundo,quod non potest id licitè facere, etiam si velit. Tertio,quod debet fieri à pœnitente ipso ipsi confessario. De primo intelligendi modo bonus textus in c.*quis aliquando*. [h] facit c.*lacrymę*. iuncta glossa finali, [i] & cap.*omnis*. [k]

h *Verſ.ſecreta,ſupra d.1.*
i *Supra d. 1.*
k *Ibi,ſolus de pœnit. & remiſſ.*

86 Ex quo intelligendi modo infertur,neminem teneri ad sua peccata per interpretem confitenda,quāuis id facere possit,quando confessarius confitentis idioma non intelligit,secundum Scotum, [l] per quod conciliari possunt D. Thomas, [m] qui sentit,cōfessionem,per interpretem aliquando faciendam,& Maior. [n] qui negare illud videtur. Conciliari, inquam possunt,si quod ait D. Thomas intelligatur de potentia confitendi,scilicet,quod potest, si voluerit : quod verò Maior de necessitate id faciendi cum Scoto consentit Thomas à Vio, [o] & addit idem dicendum de muto scribendi perito nimirum posse quidem confiteri per scripturam,quam in suis manibus legendam exhiberet confessario:non tamen ad id teneri,sed satisfacturum, si nutu,quo meliori modo potest,confiteatur.

l *In 4.diſt.17. q.1.col.2.*
m *In 4.d.17. q.3.ar.4.*
n *In ead diſt. q.1. col.penul.*
o *In conditione. 11. confeſſionis.*

87 Infertur & secundo,neminem teneri ad conscribenda sua peccata;quo memoriæ succurrat, quamuis liceat illud,dum cautissimè fiat.Et ad hunc modum temperandus est intellectus c.*qualis*. [p] quem vltimo loco vltima illius glossa illi tribuit,& glossa 4.cap.*quempœnitet*. [q] quamquam illud aptius de pœnitentia fori exterioris intelligi posse ostendebamus in illo c.*quem pœnitet*.

p *30 q.5.*
q *Supra d.1.*
r *In dicta d. q.2.colum.4.*

88 Ad hunc etiam modum est, quod ait Maior, [r] scilicet, aliquando teneri Christianum ad scribendum peccata sua, vel ad confitendum ante Quadragesimam, quamuis illud, vt iacet, intelligi potest in eo, qui aduertit se verisimiliter non recordaturum in Quadragesima, neque postea vmquam tempore opportuno illa peccata, nisi scripta habuerit. de tali enim homine plane dicendum videtur teneri, vel ad statim

confitendum,vel ad scripturam memoriæ succurrendum, antequam ea obliuiscatur.

89 Quod etiam Thomas à Vio sensit:sed alibi,& non in hac 11.conditione. vbi tamen addit laudabile esse habere pecca a scripta ad succurrendum memorię confitentis:& eadem de scripto integrè,ac ordinatim per se fateri. Tradit etiam ibidem modum exquisitum,quo mutus legendi perius integrè simul ac clarè omnia peccata sua confiteatur.Quem tamen idem non refero:quoniam à nemine hactenus factitatum esse,ac à paucis post hac vmquam factitandum arbitror.Mutus autem à natiuitate, aut alius imperitus legendi tenetur quidem confiteri nutu, & signo quàm optimo modo potest.hactenus de primo intellectu.

a *Sub c. quis aliquādo.ſup. diſt.1.*
b *Cap.ſi non licet.23. qō.5. 2.*
c *Ca. non ſū audiendi.11. q.3. & 12.q. 1.nolo.*
d *11.q.3.in 6. concl.*
e *2.ad Corin.8.*
f *Eccl.41.*
g *in cap.omnis.de pœnit. & remiſſ.*
h *in gloſſ.ſęma huius diſt.num.31 verſ. quod autem.*

90 Pro secundo vero intelligendi modo : scilicet quod non potest quis licitè peccata sua fateri, tertio audiente, facit etiam ille vers.*secreta*, & paulo superius vers. *Non tibi dico, vt te prodas inpublicum.* [a] Facit quod sicut grauius est occidere se,quam occidere proximum, [b] ita non est minus traducere se,ac infamem facere,quam alium, [c] hoc tamen temperandum est per ea quæ scripsimus in rep. cap. *inter verba*. [d] Quia secundum Apostolum. [e] Non solum coram Deo,sed etiam coram hominibus prouidenda sunt bona, & curam de nomine bono habendam docemur. [f] Ergo qui vadit ad dolenda peccata sua,nō debet illa multiplicare,dum se palam confitendo traducit & infamat.

91 Ex quo sequitur primo Ioannem Andream, [g] verum dicere, quatenus ait, neminem teneri ad confitenda sua peccata,etiam manifesta publice cōfessario:tamen si vult posse,quod intelligēdum est eo modo quo dicitur supra. [h]

i *In ca.quāuis.ſup.diſt.1.*

92 In eo vero, quod ait etiam occulta licitè palam aperiri posse,limitandum videtur,vt procedat,quando pœnitentem ex eo contritione magna, & in terra aliena, dum feruet inter homines pœnitentia,contingit id facere,vt in anno centenario Romæ, de quo ibi Ioannes Andreas loquitur,aliquando contingit.

Infertur & secundo,prouide fuisse cautum, [i] quod Leo Papa abstulit consuetudinem, qua pœnitentes publice confiteri cogebantur. Ex quo tamen cap. colligi potest, quanto in pretio erat olim Confessio,quam parum pudebat homines fateri,quod male fecissent.

93 Nec mirum:quoniam grauissimè pudebat eos malefecisse. Per hæc sane intelligi potest illa definitio nuperrima Concilij Tridentini, [k] sicut & hæc per illam confirmantur.Eius verba sunt hæc : *Cæterum,quo ad modum confitendi secreto apud solum sacerdotem, etsi Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum,& sui humiliationem, cùm ob aliorum exemplum,tum ob Ecclesiæ offensæ ædificationem, delicta sua publicè confiteri possit : non est tamen hoc diuino præcepto mandatum, nec satis consultè humana aliqua lege præciperetur, vt delicta, præsertim secreta, publica essent Confessione aperienda.*

k *Seſſ.14.c.5.*

94 Pro tertio intelligendi modo est casus in illo cap. *quem pœnitet*. [l] ibi, *Corporali præsentia sunt confitenda peccata, non per nuntium, non per scripturam manifestanda.* Pro hoc etiam facit absolutionis forma, quæ habet: *Absoluo te*. quæ præsupponit absoluendum esse præsentem.

l *In prin. ibi.*

95 Ex quo sequitur,neque per procuratorem,neque per scripturam, neque per nuntium Confessionem fieri posse,neque absolutionem.Neque mirandum:quoniam omnia sacramenta personæ propriæ actionem exigunt, cum suscipiuntur, excepto matrimonio quod per procuratorem contrahi posse non est dubium. [m]

m *Cap. ſi. de procur. lib.6.*

96 Duodecima conditio : *lacrymabilis*. Debet enim fieri Confessio necessariò cum displicentia omnium peccatorum mortalium præteritorum,& proposito neque illa iterum, neque alia committendi. [n] Quantus vero, & qualis debeat esse hic dolor & horror, quo valeat confessio, dictum est supra. [o] Non enim exigitur vt tantus sit & talis, quantus & qualis ad contritionem est necessarius.

n *Cap. pœnitentia. ſup. diſt.3*
o *In 3.condit. in caſu primo Confeſſionis iterāda*

97 Illud autem meminisse oportet,non esse pœnitentes in tentationem præcipitandos à confessario scrupulosiore, & imprudentius inuestigante : an displiceant ei commissa super omne odibile particulari, puta mortem,pauperatem,&c.aut, an proponat vitare mortalia super omne vitandum:puta direptionem,occisionem,&c. Multos, enim huiusmodi interrogatio induceret in tētationē:sed si merito dubitat de nimium tenui pœnitētis displicentia, vel proposito vitandi, declaret ipsi, peccare mortaliter idem esse ac Deum à se repellere. Deum autem à se repellere, vt vltimum finem perinde quoad factum, quamuis non quātum ad affectum,esse,ac reiicere Deum,vt Deum. Ac proinde videat,quantum doleret, si dixisset regi:Nolo te regem. quantum item cauteret iterum id regi dicere, si semel ab eo veniam impetraret, & quam fortiter ac constanter proponeret, se omnem diligentiam adhibiturum, vt postea in tantum crimen non incideret. Eodem igitur proposito coram Deo comparere debere veniam poscendo:eo quod toties ipsum,vt vltimum finē, & ita vt Deum à se reiecit, qui tamen ob suam deiratem vltimus est omnium etiam ciuium cælestium finis & portus, constituereque debere similem iniuriam post hac Deo se non facturum. Hortetur item eum ad Deum præ omnibus diligendum, vt ex huiusmodi amore de præteritis doleat, & talia futura fugiat, scriptum esse [a] caritatem operire multitudinem peccatorum.Et sic talibus & alijs, quæ spiritus ille diuinus simul & blandissimus docebit,calefacere poterit, & accendere cor pœnitentis: & non obiiciet periculo tentationis. Quod satis monuit ante omnes Innocentius, [b] dum ait: *Licet quisque teneatur potius omnia mala sustinere, quàm malo consentire.* [c] tamen ad hanc considerationem non deducatur pœnitens,&c.

a *1. Pet.4.*
b *In cap. omnis.de pœnit. & remiſſ.*
c *32.q.5. itaque.*

98 Decimaterria conditio est:*accelerata*.Hanc conditionem de bene esse confessionis esse dixit D. Thomas, [d] & quidem, si hæc vox *accelerata* exponatur,id est,ne mortali peccato admisso, & data confitendi opportunitate differatur quoad executionem consilij est hæc conditio,non præcepti. Quoad propositum autem confitendi consilij est etiam:sed vtrandi periculi,ne scilicet,morte subita occupato pœnitendi spatium desit, iuxta illud Apostoli. [e] *Dum tempus habemus operemur bonum.* & iuxta illud Augustini. [f] *Breuis est vita & ipsa breuitas semper incerta. Nihil enim certius morte,& nihil incertius hora.* [g]

d *In 4. diſt. 17.3.ar.3.qu. 4.*
e *Ad Gala.6.*
f *De verbis Domin, Sermone 16.*
g *Ep.1. de cōdi. & demon.*

99 Et quamuis ad vitandum periculum necessarium sit confitendi propositum,saltem virtuale:quia sine illo contritio non contingit:non tamen incurritur nouum peccatum nisi articulus necessitatis occurrat, præterquam semel in anno,modo non contemnat confiteri,& proponat id facere, vel verius non proponat omittere, quando necessitas vrserit,hoc est, quando tenetur peccata conterere. Quod quando fuerit in summa huius dist. supra dictum fuit.

100 Vbi etiam diximus, confessionem actualem necessariam esse, quoties sacrosancta Eucharistia sumenda est, modo sacerdotis non desit copia, iuxta glossam singularem, [h] quamnis non sine multorum offendiculo Thomas à Vio, [i] contrarium asseruerit. Quod tamen esse falsum nerusoso argumento ibi ostendimus. Et nuper Concilium Tridentinum hoc adeo esse verum definiuit, vt excommunicauerit eos,qui contrarium docere,prædicare,vel in scholis defendere præsumserint. [k]

h *Ca. de homine de celeb. miſſ.*
i *In hac conditione, & in verbo communio & ſuper ca 11.primæ ad Corim. & in 3 part. q 80 ar.4.*
k *Seſſ.13.cap. 6. & can.11.*

101 Decimaquarta conditio: *fortis*. Tanta enim animi constantia Confessio facienda est,& tanta sufficit,quo rectè fiat,vt nulla verecundia, nullus timor dehortetur pœnitentem à confitendo.

Ex quo sequitur eum,qui nullatenus per se solum confessurus fuisset peccata, ob ruborem fortasis ipsum vincentem : si tamen interrogationibus confessarij pulsatus omnia peccata confiteretur, satisfactum ire confessioni, argumento cap.1.col.3.vers.diligens. [l] ibi, *Diligens inquisitor sapienter,& quasi astutè interroget peccatorem, quod forsitan ignorat,vel verecundia vult occultare.*

l *Infr.diſt.6.*

102 Eo tamen casu confessarius pœnitentem monere deberet, vt eum pœniteat eius pusillanimitatis, qua deterrebatur à confitendis necessarijs:& ita suadeat ei,vt illud quoque peccatum,quod commisit volendo aliqua occultare,cum alijs confiteatur. Quis enim dubitat, sacrilegium esse capitale,velle aut proponere dimidiatam facere Confessionem. [m]

m *Cap. ſunt plures. ſupra diſt.3.*

103 Neque vllus ambigit, omnia peccata mortalia esse confitenda, [n] immo & venialia,si meminit secundum Innocentium, [o] in quo tamen non tenetur. Ergo & illud malum ac sacrilegum propositum palam faciendum est

n *Dict. c.omnis.*
o *Ibid. col.2.*

confessario,& ab eo pœnitens,si hoc non aduertit,admonendus per illum.§.*diligens*.

104 Decimaquinta conditio: *accusans* quod fit,si peccata sibi imputet, non diabolo, non mundo, non carni, secundum communem mentem docentium.Pro quibus est cap.*non est*.[a] cuius verba sunt: *Non est,quod cuiquam nostram adscribamus errumnam,nisi nostræ voluntati*, & paulo post: *Voluntarium sibi militem eligit Christus, voluntarium seruum sibi diabolus auctionatur: neminem iugo seruitutis astrictum possidet, nisi se illi prius peccatorum ære vendiderit.*

105 A quo tamen non videtur mihi alienum dicere,sufficientem esse accusationem,qua principaliter sibi peccata imputat: quamuis minus principaliter eadem imputet diabolo,iuxta illud: *Omne peccatum ex diabolo est*.[b] vel sensualitati,iuxta cap.*omnis atas*.[c] &c.*sicut tribus gradibus*.[d] vel aliquibus alijs. Qui etsi non potuerunt dare iustam peccandi causſam: dederunt tamen nonnullam occasionem.

106 Decimasexta est: *parere parata*, hoc est,vt pœnitens habeat animum Deo pro peccato suo satisfaciendi,iuxta confessarij arbitrium. Quod, vt consilium est optimum, modo sacerdotis arbitrium sit æquum, ita non esse præceptum necessarium,late ostendimus in cap.*consideret*.[e]

Qui offendit in vno, factus est omnium reus.

107 Similis textus in ca.*consideret*.[f] vbi promisimus nos in cap. præsenti hoc declaraturos. Similis item textus in cap.*desleat*.[g] & originaliter habetur Iacobi 2. cap. Facit, quod sententia tam Philosophorum,quàm Catholicorum recepta est,virtutes omnes,saltem morales,esse connexas, vt tradit Aristoteles,[h] & Aug ustinus,[i] Gregorius,[k] & Marcus Tullius.[l] Facit[m] cap. *vbi sana*. & glossa hoc annotauit,[n] Panormitanus item & Decius.[o] Cum ergo contrariorum eadem sit ratio,[p] cõsequens videtur vitia quoque esse,annexa: facit illud Ciceronis parodoxum: ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα, siue æqualia esse peccata. Facit, quia tantum & tamdiu visione illa diuina eademque beatifica carituras est,qui cum vno tantùm mortali peccato decesserit,sicuti qui cum mille, vel sexcentis myriadibus,[q] facit textus cap.*sinimissime*.[r] Facit, quod per vnum contritionis actum omnia peccata condonantur.[s] Immo & omnia bona pristina,quæ peccatum occidit mortale, per illum vnicum contritionis actum restituuntur.[t] Ergo & per vnum peccatum capitale omnia, quæ per gratiam condonata fuerunt, redeunt,iuxta illud Euangelium: *Serue nequam, omne debitum dimisi tibi,quoniam rogasti me*.& paulo inferius. *Iratus dominus tradidit eum tortoribus, quousque redderet vniuersum debitum*.[v] & habetur supra,[x] iuncta glossa. Quod tractans Rabanus ait: *Considerandum quia non solum peccata, quæ post baptismum homo egerit,imputabuntur ei ad pœnam: verum etiam peccata originalia,quæ in baptismo ei dimissa sunt*.[y]

108 Contra tamen hunc textum & conclusionem ex eo decerptam facit primo,quod non sunt paria vnum peccatum,& plura peccare.[z]

109 Et hæreticum fuerit dicere, omnia peccata esse paria,est enim contra illud: *Qui me tibi tradidit,maius peccatum habet*,[a] & probat Thomas.[b]

110 Præterea peccata non sunt connexa:nam multa vitia mutuo sibi repugnant, vt prodigalitas & auaritia, secundum Philosophum.[c] Et diuina clementia dimissa peccata in vltionem vlterius redire non patitur.[d]

111 Pro concordia omnium prædictorum dicendum videtur primo dictum illud.[e] *Qui offendit in vno,factus est omnium reus*:multis modis intelligi posse. Primus,& qui omnium planissimus est, ponitur hic in textu: scilicet, quòd nec plus, nec minus à gloria æterna quis arcetur propter vnum mortale peccatum, quàm propter sexcenta millia, qui modus intelligendi verissimus est. Quoniam ita in perpetuum visione Dei carebit propter vnum damnatus, sicut & propter multa.[f] Beatitudo autem hominis & gloria æterna in visione consistit diuina, iuxta illud.[g] *Hæc est vita æterna,vt cognoscant te solum verum Deum*,& illud.[h] *Cum apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est ipse*. & tradit Thomas.[i] Qui tamen modus intelligendi: etsi verus sit in se, non tamen videtur Iacobi mentem prorsus explicare: quia Iacobus non loquitur de vita, vel morte æterna,sed de gratia potius & peccato. Hic tamen sensus coniunctus ei, quem mox assignabimus quartum, aptus est.

112 Secundo modo exponitur in princ. illius. §. *desleat, etiam*.[a] scilicet, factus est omnium reus, id est, ingratus, quoad omnia beneficia sibi à Deo collata. Qui modus intelligendi verus est in se. Quo enim quisque maiora beneficia à Deo percipit: eo grauius, cæteris paribus, peccat,[b] quod latius in principio illius cap. *consideret*. probauimus. Et facit optime.§. *ille desleat*. ibi: *Ideo Adam plus peccauit,quia omni bono abundauit*: vbi glossa hoc annotabat. Is tamen intellectus non videtur satis germanus litteræ illius cap.[c] quod habet: *Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in vno,factus est omnium reus*. Nullatenus ibi Apostolus agit de ingratitudine: sed de legis transgressione. Sequitur enim, *qui dixit:non mœchaberis, dixit & non occides. Quod si non mœchaberis: occidas autem, factus es transgressor legis*, per quæ verba clarè monstratur, Apostolum intellexisse eum, qui vnam partem legis transgreditur, totius legis trangressorem constitui.

113 Tertius modus intelligendi ponitur in illo §.*desleat*, vt sit sensus,factus est omnium reus, idest omnium virtutum diminutionem patitur.Ex quo modo intelligendi sequitur primo, per vnum actum peccandi, qui ad vnum pertinet vitium omnes virtutes labefactari & diminui.

114 Quæ conclusio vera est,primo iuxta sententiam illorum, qui tenent virtutes omnes connecti in prudentia: ratione videlicet recta rerum agibilium: quoniam qui peccat vnum peccatum,non solum diminuit habitum bonum,cui peccatum illud opponitur:sed etiam alias omnes virtutes:quoniam assuefacit se ad eligendum male,vel diminuit, quem bene diligendi habebat habitum & consuetudinem.

116 Vera est etiam secundo, secundum intellectum: quem ille textus illius §.*desleat etiam*,tradit,scilicet, quod deditus vni vitio facile in aliorum vitiorum peccata flecteretur. Auarus enim, & si fortasis ob delectationem veneream non fornicetur:neque propter vini saporem inebrietur: neque ob gustum cibi suauem nimium edat: neque timore mortis fugiat:tamen si magna ei pecuniæ moles offeratur,quo hæc,aut aliquid horum faciat, facile castitatem,temperantiam,& fortitudinem violaret.

117 Ex quo infertur secundo, eum qui violet virtutes omnes sibi compendioſe quærere, eo animo debere operari, quæ ad vnam virtutem spectant, vt non solùm propter vitia extrema illius virtutis ab ea non discedat: sed neque ob aliarum quarumcumque. Verbi gratia:Continet se quis à fornicatione, & resistit appetentiæ quæ eum inuadit, bestiali, parui faciens voluptatem illam momentaneam,quam appetentia promittit.Is si hoc respectu solum resistit, quod recta ratio prohibeat à tali turpitudine abstinere:castitatis habitum sibi quærit,& etiam prudentiæ, quia assuescit & venereæ voluptati resistere,& rectè deligere. Sed si eo animo ei resisterit, vt non solùm propter talem voluptatem non consentiret,sed neque propter vllas alias, quæ ex ciborum gustu nascerentur: sed neque propter pecuniam vllam, quæ ei daretur: sed nec propter cruciatus, & mortem ipsam euitandam: talis non solùm castitatis virtutem,sed & temperantiam,sobrietatem, liberalitatem & fortitudinem sibi acquireret. Imo & iustitiam,si adderet,ideo etiam se non fornicari,quod reddendum est vnicuique, quod suum est, & per consequens Christiano corpori, quod secundum Apostolum,[d] templum quoddam Christi est, sua immunitas seruanda, ne scilicet violetur.

118 Ex quo tertio subinfertur, maximam nos virtutum omnium nobis acquirendarum opportunitatem perdere, dum si quid rectum operamur, vix illud facimus,quo virtutem,cuius illud opus est,quæramus,tantum abest,vt iustam de omnibus quærendi curam habeamus.

Is tamen tertius intelligendi modus extrarius videtur illi Iacobi dicto, primo propter rationem, quam contra primum intellectum formabamus. Deinde quod fieri potest,vt is, qui peccat mortaliter,nullam adhuc habeat acquisitam virtutem: quod patet in eo, qui cum primo

a 15. *quæst*.1.
b *Sub distin*. 2.*c.si enim*.
c 12. *quæst*.1.
d *Supr. dist*.1.
e §. *ponat. se supra ead*.
f *Vers. desleat. etiã sup. eadem dist*.
g *De regul. iur*.
h *Ethic*.6.
i *In* 6. *de Trinitate*.
k 13. *Moralium*.
l 2.*Tu scula. quæst*.
m 24.*q*.1.
n *In cap. nisi cum pridem. in verbo. sive.de renun*.
o *In ca.causſam matrimonij de probat*.
p *Capit. sciendum*. 8. *quæst*.1. *l. etsi contra tabulas ff.de vulgar*.
q *Arg.c.maiores*. §. *sed adhuc.de baptis*.
r *De consecr. dist*.4.
s *Cap.dixi. c. magna. sup. dist*.1.
t *Cap. pium supra di*.3.& *c. consideret*. §.*animaduertere. vers. piũ.supr.ead*.
v *Matt*.18.
x *Dist*. 4. *in princ*.
y *Cap si Iudas, quod est primum. sup. dist*.4.
z *Cap. falsas sup.eadem*.
a *Io*.18.
b 1.2. *qu*.73. *ar*1,2.
c 2.*Ethic*.
d *Cap. diuina. supra d*. 4.& *ca si illic*. 23. *quæst*. 4.
e *Iac* 2.
f *Cap maiores*.§.*sed adhuc. de baptis*.
g *Ioannis* 17.
h *Ioan*.3.
i 1.2. *quæst*. 3.*ar*.4.& 8.

a *Cap. consideret. supra ead*.
b *Cap. homo Christianus*, 40. *dist*.
c 2.*Iac*.
d 1. *ad Corinth*.6.

prudentiam sufficientem ad bene, vel male merendum adeptus esset peccauit. Certum enim est illius virtutes acquisitas, quæ nullæ erant, nullum passas detrimentum: nisi plus satis subtilem se quis præstans dicat, virtutibus quærendis impedimentum parari. Præterea fieri potest, immo verò in omnibus fere fit, vt qui non habeat virtutes omnes connexas,immo,& qui omnibus vitijs irretitus est,mortaliter peccet. Quæ,te rogo,tunc virtutes acquisitæ per huiusmodi hominis actionem malam detrimentum patiuntur?

119 Rectius ergo intelligetur illud Iacobi quarto modo,quem Richardus scribit,[a] & S. Thomas,[b] quorum expositio satis cum ea, quam noster textus habet, concordat, nempe quod tantum, per vnum peccatum mortale quis à Deo,& ipsius caritate auertitur, quantum per multa,vel omnia:& ita penitus alienus fit à Dei amicitia,& ita damnabitur penitus propter vnum, ac propter multa. Nam Deus,vel in totum diligitur, vel in totum odio habetur,iuxta illud.[c] *Qui natus est ex Deo,non peccat*.Iuxta item illud.[d] *Omnis, qui non diligit,odit*: quod habetur in cap. *omnis*.[e]

Ex quo infertur omnia peccata & vitia mortalia coniuncta esse ac paria quoad auersionem peccatoris à Deo: quamuis separata sint & imparia quoad conuersionem, qua in obiecta conuertuntur iniqua, è quibus suam recipiunt formam & speciem. Hæc expositio litteræ Iacobi eo solo nomine aptior videtur, quod verbis illius conuenientior est:quamuis in effectu & sententia eadem videatur,vt dixi in prima expositione.

120 Quinta expositio, quam Paraphrastes ibidem posuit, hanc videtur etiam continere. Adiungit tamen & nouam,scilicet,quod offendens in vno,omnium reus efficitur,quatenus in ipso est.Idque facit verbis,quæ sequuntur,de more selectis & ad mouendum aptis.*Neque vero*,inquit, *sibi quisquam ita blandiatur: leue est admissum: hac parte dumtaxat lex violata est. Cùm enim summa totius legis contineatur in caritate Dei ac proximi,quisquis excidit à caritate, quæ radix est totius legis, nimirum totam legem violauit, & legis auctorem offendit. Cui hactenus factus est omnium reus. Quod qui semel aberrauit à scopo totius legis, quoad quidem in ipso est, aberraturus videatur, quoties se dederit occasio: veluti quisquis in tenebris ambulat, non refert in dextrum aberret, an in sinistrum. Certe cuilibet errori expositus est, qui semel excidit à luce.*

a *In* 4. *distin*. 22.*art*.1.*q*.6.
b 1.2.*qu*. 23.
c 1.*Ioan*.3.
d 1.*Ioan*.3.
e *Sup. dist*.1.

DISTINCTIONIS QVINTAE

FINIS.

DISTINCTIO SEXTA.

GRATIANVS.

CVi autem debeat fieri Confessio, vel qualem illum porteat esse: qui aliorum crimina iudicat, ex eodem lib. de pœnitentia docetur, cùm dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Confitendum optimo de consilio, non præcepto. num. 3.*
2 *Nemo tenetur præcepto dominum diligere, quantum potest.*

LOSSA prima huius principij diuidit hanc distinctionem in tres partes. Quarum secunda incipit in §. *caueat.* [a] Tertia vero in §. *quod autem*, qui ponitur sub cap. *sacerdos.* In prima determinat, cui oporteat pœnitentem confiteri.

1 Illa verò conclusio glossæ confitendum esse sacerdoti meliori, quàm potest, confirmatur per cap. 1. [b] quod habet eadem verba, quæ glossa hæc. Facit, quod pro corporis sanitate medicum optimum quærimus. at animæ salus corporis sanitati præstat. [c]

2 Contra tamen hanc conclusionem facit primo consuetudo multorum doctorum sua peccata minus doctis confitentium, cum illa confiteri doctioribus possent. Secundo quod sufficit proprio confessario confiteri. [d] Tertio, quod nemo tenetur de præcepto diligere Deum, quantum potest: quia quantacunque dilectione data magis adhuc potest. Quod demonstrant Parisienses, [e] ergo neque deligere confessarium omnium optimum. alioqui quolibet electo, teneretur adhuc confiteri meliori, quia melior inueniri posset. Et hanc partem tenet Archidiaconus, [f] respondens illi textui comparatiuum illud meliori, pro positiuo poni.

3 Contra quod tamen facit, quia, quod sequitur, *quam potest*, non quadrat vllatenus positiuo. Quare verius fuerit, respondere, Augustinum, consulendo dixisse hoc, non præcipiendo: sicut & in plerisque alijs id in hoc pœnitentiæ tractatu facere, suprà [g] monstratum est. Addenda tamen hic videntur, quæ dicemus infra. [h]

a *Sub c.1. in fine.*
b *In princ. infra eadem.*
c *Cap. itaque. 32. q.5. c. cum infirmitas, de pœnit. & remiss.*
d *Cap. omnis. de pœnit. & remiss.*
e *In 3. d. 27. q.2.*
f *Ca.1. infra, eadem super prædictis verbis.*
g *In ea. considerat.*
h *Ead. c.1. nu. 98. & in §. quod autem. infra eadem. num. 3.*

CAP. I.

AVG. CAP. X. LIB. DE VERA ET FALSA POENITENTIA.

QVi vult confiteri peccata sua, vt inueniat gratiam: querat sacerdotem scientem ligare & soluere: ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet, & petit, ne ambo in foueâ cadant, quam stultus euitare noluit, & infra. Tanta itaque vis Confessionis est, vt si deest sacerdos, confiteatur proximo. & infra. Sæpe enim contingit, quod pœnitens non potest confiteri coram sacerdote, quem desideranti nec locus, nec tempus offert: & si ille, cui confitebitur, potestatem soluendi non habeat, fit tamen dignus venia ex desiderio sacerdotis, qui socio confitetur turpitudinem criminis. Mundati enim sunt leprosi, dum ibant ostendere se sacerdotibus, antequam ad eos peruenirent. Vnde patet, Deum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes peruenire. Sæpe quidem eos quærunt, sed sani & læti, dum quærunt, antequam perueniant, moriuntur: sed Dei misericordia est vbique, qui iustis, aliàs & istis nouit parcere, etsi non tam cito, sicut si soluerentur à sacerdote. Qui ergo omnino confitetur, sacerdoti meliori, quàm potest confiteatur: & si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis: vt grata sit oblatio muneris. Luca 17.

SVMMARIVM.

1 *Absoluendi & ligandi potestas sacrificorum indelebilis est, sicut character, & consecrandi potestas. num. 2. & 3.*
4 *Sacerdos non absoluit confitentem sibi non subiectum: non quia potestas, sed quia materia deest. num. 5.*
6 *Materia sacramenti pœnitentiæ quæ.*
7 *Scientia ligandi quæ.*
8 *Scientia absoluendi quid: Et quod absolutio debet esse indicatiua. num. 9.*
10 *Absolutiones non esse, quas multi tales putant.*
11 *Absoluens publicè pœnitentiam iniungere nequit, nisi iurisdictionem in foro habeat exteriori. num. 12. Eam tamen iniungendo vix venialiter peccat. nu. 13. nisi sacramentaliter absoluere intenderet. num. 14.*
15 *Absoluit Deus vt auctor, confessarius vt minister.*
16 *Absolutio ex se ac quatenus à sacerdote manat efficax, quamuis aliunde quandoque vana.*
17 *Absoluens plus aliquid habet in absolutione, quam baptizans in baptismo.*
18 *Absolutio sacramentalis ex illis solis verbis: absoluo te, vel similibus constat: Neque debet addi auctoritate Episcopi, vel alterius. num. 19. Neque Papæ, num. 21. In absolutione autem voti, vel iuramenti sic. num. 22. Qui tamen id pio animo addunt, non peccant. num. 23.*
20 *Papa quare se confessario subiicere potest.*
24 *Confessarij vt plurimum tria præmittunt absolutioni.*
25 *Absolutio à censuris non est quid substantiale sacramentali: sed aliquando præcepta, nonnumquam consulta. num. 26. Interdum in absolutione sacramentali subintelligitur. nu. 27. Et ita vna solutio duas diuersi generis continet. num. 28.*
29 *Manus impositio super absoluendi caput, neque substantialis, neque præcepta, interdum mala.*
30 *Absolutionem, quæ præcedit, precatio non necessaria: sed conueniens.*

31 *Absolutioni sacramentali substantiali aliquid bene, aliquid addi malè.*
32 *Absolutio etiam, ad oblata protenditur: sed non tam efficax ac ad alia. num. 33.*
34 *Absolutionem sacramentalem quæ tria consequuntur, non necessaria, sed sancta.*
35 *Pœnitentiam æquè post absolutionem, ac ante, iniungi posse.*
36 *Satisfacere magis bonæ in pœnitentiam sacramentalem iunctæ: & purè impositæ magis, quàm quæ sub condutione voluntaria. num. 38. Et per illam clausulam, Quidquid boni feceris, &c. sub conditione voluntaria iniungi. num. 37.*
40 *Opera debita pro pœnitentia præcipi & assumi posse.*
41 *Opus idem eo melius, vel peius, quo pluribus de fontibus manat: Et maiore de caritate manans magis satisfacit. nu. 42.*
43 *Peccatori in satisfactionem per claues Ecclesiæ applicari posse quidquid per pœnitentem fit.*
44 *Satisfactio quæ sola iustitia nititur longè à satisfactione, quæ amicitiæ naturam sapit, differt.*
45 *Pœnitentiam in mortali factam satisfactoriam esse, quoad forum militantis Ecclesiæ & etiam triumphantis. nu. 46. Nam & veniale sine mortali condonatur. nu. 47. Secundum multos: fictione præsertim recedente, secundum plures, num. 48. Quia tunc tantùm operatur: quantùm, si fuisset in caritate factum. num. 49.*
50 *Confessarius pœnitentem, audita confessione, quæ doceat, ad quæ hortabitur. nume. 51. aliquando nil dicto absoluet. numer. 52.*
53 *Pœnitentis refert sua opera bona peccatorum satisfactioni destinare.*
54 *Absoluens excommunicatum quatuor seruet: Quorum tamen omisso absolutionem non vitiat. num. 56. Et frequenter seruanda non sunt. num. 66. Et nullum eorum est de forma substantiali. num. 69.*
55 *Excommunicatus mortuus quomodo absoluitur.*
59 *Absolutioni ab excommunicatione nulla verba præscripta. Nam & iniusta valida. num. 58.*
60 *Absoluens quem non potest, certificet illum erroris.*
61 *Absolutio ab omni excommunicatione commissa non continet, quam in specie non commisisset superior.*
62 *Absolutio ab excommunicatione non fiat sub conditione: scilicet propria. quæ de futuro est. num. 63. Sed facta tenet. nu. 64. Et erit efficax illa impleta. num. 65.*
67 *Absoluendo ab excommunicatione incerta quandoque petenda de consilio saltem cautio: exigenda verò numquam.*
68 *Absoluitur ante satisfactionem nonnumquam excommunicatus pro manifesta offensa: etiam causa non manifestata. num. 70.*
71 *Confessarius quis ligare scit & soluere.*
72 *Confessio quandoque fit ei, qui non est presbyter: immo & mulieri. num. 74. de consilio, num. 75.*
73 *Mortis in articulo constitutus quilibet, à quolibet presbytero, à quibuslibet absoluitur. Et huius ratio. num. 86. Nisi alia ratione sit prohibitus. num. 87.*
76 *Verba subiunctiui modi potentiam quamdam frequenter denotant.*
77 *Confessarius, etiam laicus confessionem celet.*
80 *Detrahere non videtur, qui pro futuro, vt prosit, alterius crimen detegit.*
82 *Ignorantiam iuris diuini positiui probabilem dari & excusare.*
83 *Confessus laico, etiam in articulo mortis, iterum confiteatur.*
74 *Absoluere non potest laicus ab excommunicatione, etiam in mortis articulo. Et ita neque sic absolutus in loco sacro sepeliri potest. num. 85.*
88 *Sacerdotalibus de officiis laico sola expressa etiam instante necessitate conueniunt.*
89 *Confitenda publice non sunt peccata publica. Neque pro illis necessariò publica pœnitentia subeunda. num. 90. Sed faciendum, vt publicè appareat emendatus. num. 91. Alioqui Eucharistiam non accipiet. num. 92. & 93.*
94 *Intellectus cap. 1. de pœnit. & remiss.*
95 *Ecclesia vna vnius debet esse sacerdotis. Et raro penes multos eius cura solida. num. 96.*
97 *Confessio raro, aut numquam iteratur ob ignorantiam confessarij.*
98 *Confessarij plures Christiano cuilibet.*
99 *Licentiam confitendi facile à parocho dandam.*

CApitulum hoc primum, idemque longè locupletissimum diuiditur in sex partes, secundum quod sex ponit qualitates: quas debet habere confessarius. Prima est, vt sciat ligare & soluere. Secunda vt sit intra vnitatem Ecclesiæ, non hæreticus, non schismaticus, degradatus, aut excommunicatus. Tertia, vt sit iustus, & mundus à peccato. Quarta, vt sit doctus. Quinta, vt inuestigator sit & interrogator. Sexta, vt sit dulcis & beneuolus erga pœnitentem: quodque sit constantissime in bona & exemplari vita perseuerans. Secunda ibi, *Laboret.* tertia ibi, *Sacerdos itaque.* quarta ibi, *Caueat.* quinta ibi, *Diligens.* sexta ibi, *Quibus cognitu.*

NOTA primo ex illis verbis: *Sacerdotem scientem ligare, & soluere*, necessariam esse simul & sufficere sacerdoti scientiam ligandi & soluendi. Contra quod facit primò, quòd non solum scientia, sed etiam potestas soluendi atque ligandi exigitur. In omni enim operatione oportet primum adesse potentiam & voluntatem. [a] Præterea non solùm soluendi & ligandi porentiam, quæ ex presbyterio nascitur: sed etiam iurisdictionem debet habere. [b] Immo nec iurisdictio in habitu illi sufficit. [c] Secundo contra hoc principium facit, quod in vers. *caueat.* [d] ait: *Ne sacerdos careat munere scientiæ:* & ita vel est inutilis inculcatio, vel hic non loquitur de scientia, quam debet habere confessarius.

Ad horum posterius, quia leuius est, respondeo prius, quod in huius textus principio agitur de scientia sola, quam ad ligandum & soluendum debet habere confessarius. in §. autem *caueat*, agitur de scientia, quam ad discernendum inter lepram & lepram, &c. debet habere.

1 Ad prius autem argumentum respondeo concedendo potestatem vltra scientiam esse necessariam: sed nego textum nostrum contrarium innuere: immo præsupponit hoc in eo, quod ait, hunc scientem ligare & soluere debere esse sacerdotem. Fieri enim non potest, vt quis sit presbyter, & non habeat illam potestatem: quoniam illam à Deo immediate accipit. Vnde singulariter dixit Paludanus, [e] imprudentiæ sacerdotis esse ei, quem à peccatis absoluit, dicere, auctoritate Episcopi, vel Papæ, vel alterius hominis te absoluo. Quoniam, vt ille ait, auctoritate à Deo solo mediante ordinis sacramento accepta absoluit.

2 Facit quod character animæ illius incussus indelebilis est, [f] & illi characteri est potestas illa ligandi & soluendi annexa.

3 Facit eam quod potestas consecrandi adeo ab eo tolli non potest, vt etiam, si excommunicatus, & depositus, & curiæ sæculari traditus, & in scalas iamiam suspendendus subuectus, super materiam debitam verba consecratoria Eucharistiæ diceret, verum conficeret sacramentum, secundum Paludanum. [g] Cui priores & posteriores omnes consentiunt, licet id non tantùm alij, vt plurimum amplificent. Ergo idem dicendum est de potestate ligandi atque soluendi, quæ vna cum ipsa consecrandi potestate à summo Deo accipitur. argumento cap. *translato.* [h]

4 Contra tamen hoc facit, quod secundum omnes, & in his ipsummet Paludanum, [i] qui sacerdos absoluit eum, qui suæ iurisdictionis non est, nihil agit: ergo licet sacerdos omnis potestatem habeat consecrandi: non tamen habet absoluendi.

5 Sed hoc non obstat, quia id non euenit ex potestatis defectu: sed ex materiæ.

6 Materia enim huius sacramenti est Confessio peccatorum legitimè facta ab illo, qui subest confessario. Itaque textus in eo verbo, *Sacerdotem*, intellexit potestatem absoluendi habentem. Quæ tamen non sufficit, nisi, qui vult confiteri, sit illi subiectus auctoritate ordinaria, vel delegata. [j] Immo non sufficit, quoad aliqua esse subiectum, quo ab omnibus peccatis absoluatur: sed oportet confitentem, quoad omnia confessario subiici. Si qua ergo habuerit peccata superioris arbitrio reseruata, non poterit ab eis absolui: sed oportet eum ad illum, cui sunt

a *Leg. Gallus. in prin. ff. de lib. & postu. c. cum super. de offi. deleg.*
b *Cap omnis. de pœnit. & remiss. & ca. sub. inf. eadem*
c *§. ecce. sub ca. adiicimus, & §. ecce sub c. generaliter 16. q. 1.*
d *infra ead.*
e *In 4. distin. 22. q. 3.*
f *ca. licite 32. q. 7.*
g *In 4. distin. 13. q. 1. col. 3.*
h *De consti. ca. super eod. de præbendis lib. 6.*
i *In 4. dist. 17. q. 3. col. 2.*
k *§. ecce. sub d. c. adiicim⁹. 16. q. 2. §. ecce. sub ea. generaliter. eadem cauf. & quæſt.*

reseruata superiorem confugere, per glossam singulatim,[a] & per ea, quæ dicta sunt in cap. *considereт*. [b]

Secundo colligitur ex eisdem verbis, quod præter potestatem & iurisdictionem, debet habere confessarius etiam scientiam ligandi & soluendi. Ille verò videtur habere scientiam ligandi, qui monere nouit pœnitentem, à quibus debeat secedere, & à quibus abstinere necessario, qualem item & quantam pro peccatis sibi apertis pœnitentiam agere debeat. [c] Quamuis enim pœnitens non teneatur suscipere pœnitentiam à confessario iniunctam: nisi vt diximus, [d] supra, [e] tamen debet eum illius admonere, nisi quando desperatio in eo timeri posset, vt diximus in cap. *mensuram*. [f] Addo tamen his omnibus duo: alterum est hanc pœnitentiæ iustæ, quæ secundum canones pœnitentiales imponenda est, scientiam non esse adeo in confessario necessariam, vt sine illa non possit ligare pœnitentem: quia hoc nullo iure cautum est. Alterum est, quod videtur mihi arcte nostram quæstionem tangere, vel numquam in foro conscientiæ, pœnitentiæ illorum canonum imponuntur, non esse eorum scientia necessaria ita vt peccet, qui audit confessiones sine illorum scientia, præsertim quod supra, [g] diximus esse probabile, illos canones pœnitentiales non vendicare sibi locum in conscientiæ foro. Quæ tamquam quotidiana & æquè memoranda puto pro libertanda confessariorum bona parte, quæ illos canones nescit. Pro quibus facit, quod frustra videtur illud exigi, cuius nullus, vel parvus sequitur effectus, [h] & ex hac canonum pœnitentialium scientia paruum certè, vel nullum fructum video in foro conscientiæ prouenire. Et quod dixi in cap. *mensuram*. [i] confessarium, etiam si non imponat pœnitentiam in canonibus taxatam: debere tamen illi pœnitenti notificare: potest temperari, quòd sufficit illi palam fieri multo maiorem pœnitentiam ipsius peccato esse debitam, quàm sit illa per eum tunc imposita.

8 Scientiam verò soluendi is videtur habere, qui formam absolutionis facere nouit. Illa verò quæ sit, tam in se, quàm quoad tria ipsius præambula, & tria ipsam consequentia, declarabitur his, quæ sequuntur sex dictis.

9 Primum est absolutionem debere esse indicatiuam, *Absoluo te*. & non optatiuam: *Absoluat te Deus* per illud. [k] *Quorum remiseritis peccata, remissa sunt*: & declaratum fuit in Concilio Florentino sub Eugenij decreto. §. *quartum sacramentum*. Pondera, quod ait, *Remiseritis*, non *Optaueritis remitti*. [l] legitur etiam, *Quodcunque solueris super terram*. Docet hoc Thomas communiter receptus. [m] Non tamen neganda est iusta esse forma illa: *Ego tibi remitto peccata*. quod satis ibi vterque Thomas sentit. [n] Quinimmo Scotus, [o] dixit sufficere qualiacumque verba exprimi, dum tamen sententiam contineant absoluentis. Qui tamen nimium latè videtur Thomæ à Vio loquutus, quod non est consilium hic tractare, quia raro is casus, aut numquam vsu veniet.

10 Non obstat, quod in absolutionibus, quæ publicè fiunt in ecclesia ad primam & ad completorium & in Cœna Domini, absoluens non oratione indicatiua, sed optatiua, scilicet *Misereatur*. vti soleat. Non item, quod confessarij fere omnes dicunt: *Dominus noster Iesus Christus te absoluat*. Omnes item his verbis præmittunt: *Misereatur tui omnipotens Deus, &c.* Non, inquam, hæc obstant. Non primum quia illæ absolutiones, quæ publicè fiunt in Ecclesia ad primam, & completorium, & in Cœna Domini, & similes non sunt propriè absolutiones, sed preces pro absolutione à Deo imperranda emissæ.

11 Ex quo infert Paludanus, [p] errare parochos, qui in Confiteor missæ, vt eius verbis vtar, iniungunt pœnitentiam. Quamuis dicat in absolutionibus, quæ publicè fiunt in Capitulis, eam imponi posse, licet neque illæ sint sacramentales. Cuius tamen hæc verba intelligenda & declaranda ita videntur, vt intelligamus errare quidem parochos, si putant confitentes generaliter illa eorum impositione pœnitentiæ ligari, vel ad id sine suo facto, siue consensu posse obligari: impositionem verò pœnitentiæ factam in capitulo ligare.

12 Diuersitatis ratio est: quia quæ fit in Capitulo, fit à Superiore iurisdictionē etiam in exteriori foro habente; & ideo, quamuis non sit sacramentalis, ligat: quæ verò fit à parocho, fit ab eo, qui nullam habet potestatem in foro exteriori: & ideo quia non fit in interiori, quia non est sacramentalis, nullatenus ligare potest.

13 Non tamen arbitror Paludanum ea mente fuisse, vt iudicaret peccare parochos, quia talia iniungunt his, qui confessionem generalem faciunt siue in missæ introitu, siue in eius medio, siue in concionum fine. Crassius tamen arbitror esse, quod etiam nonnumquam ab eruditis in Concionibus, & medio Missæ video dici, scilicet, dum absolutionis formam vobis facio, vel dum vos absoluo dicite, vel facite hoc, &c. Doctius enim & pientius dicerent: dum pro vestra venia Deum ipse precabor, dicite, vel facite hoc, aut illud, &c. Quamquam hic error, licet crassior, nullam, vel saltem venialem culpam continere mihi videtur modo pium sit hæc dicentis pectus.

14 Hos tamen prædictos omnes arbitrarer peccare etiam mortaliter, si eo animo essent, vt absolutionem sacramentalem facere intenderent: quippe, qui forma tanti sacramenti grauiter aboterentur, dum confessione legitima & integra non præmissa, multos simul absoluere tentarent sacramentaliter: at neminem arbitror tam crassa ac stupida esse Minerua.

Non obstat etiam secundum: quia confessarius neque absoluit, neque absoluere intendit per illa verba: *Dominus noster Iesus te absoluat*, neque per illa: *Misereatur tui*: &c. sed illa præmittit, non tamquam necessaria, sed veluti quædam pia præambula absolutioni, quam mox facit per illa verba, *Et ego absoluo te, &c.*

15 Non etiam obstat, si quis tertio dicat, solum Deum peccata dimittere vt ait Augustinus. Quia id verum est auctoritatiue: ministerialiter autem etiam sacerdos à peccato absoluit, & peccatum remittit. De vtroque est textus in cap. *remittuntur*. [a] verba enim sacerdotis non minus in hoc sacramento: quàm in alijs per virtutem operantur diuinam.

16 Non obstat quarto, quod frequenter sacerdos pœnitentem non absoluit propter aliquod impedimentum ipsius, vel quia iam per contritionem solam absolutus fuerat: & ita frequenter falsum dicat, cùm pœnitenti ait: *Absoluo te*. Non, in quam hoc obstat. Quoniam absolutio: in quantum exit à sacerdote, semper est efficax & certa: licet quandoque ex parte illius cui fit, inefficax maneat. Omnia enim sacramenta ex se sunt signa & causa certissima, iuxta definitionem, sacramenti, de qua in cap. *sacrificium*. [b] quamuis sæpius quam oporteat, propter indispositionem subiecti vana fiant, immo & noxia suscipienti. [c]

17 Non obstat quinto, quod in baptismo admittitur forma baptizandi optatiua. Græci enim ita baptizant: *Baptizetur seruus Christi*. secundum Innocentium, [d] ab omnibus receptum. Non inquam hoc obstat, quoniam absolutio à peccatis secundum Paludanum virtute clauium fit, non autem baptismus. Quamquam interrogari potest Paludanus, quare, quod virtute clauium fit, per orationem indicatiuam potius dici debeat: quàm quod non fit virtute clauium: cùm vtrobique tam, qui absoluit, quàm qui baptizat, ministerialiter tantùm operetur: Deus autem auctoritatiue. Sed responderi posset, eum qui claues habet, & earum virtute absoluit, plus aliquid habere in absoluendo, quàm alius in baptizando: quamquam vtriusque potestas intra ministerialis potestatis latitudinem concludatur. Quare nuper longo tempore post horum excusionem Concilium Tridentinum definiuit, [e] eum esse hæreticum, qui dixerit confessarium non esse iudicem, nec eius absolutionem esse actum iudicialem, sed nudum ministerium pronunciandi, vel declarandi remissa esse peccata confitenti. Quod ipsum satis insinuat in ead. sess. [f] Hactenus de primo dicto.

18 Secundum dictum principale, quo absolutionis sacramentalis forma noscatur, est ex dictis D. Thomæ non colligi vllum aliud verbum, præter illa verba: *Absoluo te*, de absolutionis substantia esse. Quem ibi alter Thomas sequi videtur, sequuntur & quidam alij recentiores. Cancellarius etiam Parisiensis, [g] nil aliud, nisi gloriosissimæ Trinitatis inuocationem, addit. Quia alibi, [h] clarè dixit

illa ver

a *In cap. 2. de pœnit. & remiss. lib. 6.*
b §. *cautus supra dist. 5.*
c *Arg. c. quæ ipsis 28. d. & cap. quod qui dam. de pœnit.*
d *In e fin.*
e *Proxima d. in vltima Confessionis editione, & in cap. confideret §. ponnas. supr. distinctione 5.*
f *Supr. dist. 1.*
g *In cap fulgas. dist. præceden.*
h *Capit. cum contingat. de officio deleg. l. ad probationem. C. de probat.*
i *Supr. dist. 1.*
k *Ioānis 20.*
l *Matth. 16.*
m *3. part. qu. 84. artic. 3.*
n *In illo art. 3. in respon. ad 3.*
o *In 4. distin. 14. q. 4.*
p *In 4. d. 22. quæst. 3.*
a *23. quæst. 5.*
b *De consecrat. dist. 2.*
c *Capit. quod quidam. col. 4. §. ipse enim. alusca. omnia 1. q. 1.*
d *In ca. 1. de baptis.*
e *Sess. 14. can 9.*
f *Cap. 6. & aliquid c. 1. & in secunda part. fol. 183 col 1.*
g *Scilicet in eadem parte. fol. 84. in c. nota.*

illa verba: *A peccatis tuis*, non esse necessaria, sed satis esse conuenientia, quod ipsum dixit. [a] Paludanus autem, [b] addere videtur verbum: *A peccatis*. Concilium autem Florentinum in eodem §. *quartum sacramentum*. rem dubiam reliquisse videtur, cùm ait formam esse illā: *Ego te absoluo*, nihilo alio adiecto expresse.

Non est tamen arbitrandum, Thomam ea mente fuisse, vt non idem sentiret de illis: *Remitto tibi, vel Condono tibi*. per ea quæ in primo dicto fuerunt annotata.

19 Tertium est inepte ab aliquot confessariis addi, *Absoluo te auctoritate episcopi vel parochi*. Primo quòd auctoritatem illam soluendi à solo Deo, cùm ordine sacrorum maximo, nempe presbyterio insigniti fuerūt, acceperunt, & non quando audiendi confessionem copia, siue licentia eis facta fuit: & tamen per illud additamentum contrarium significare videntur. Ergo, etsi non malè, certè ineptè agunt. [c] Secundo, quod omnium in foro conscientiæ absoluentium vna est potestas, scilicet ministerialis diuinitus cum ordine presbyterij collata, quamuis diuersorum diuersa est materia subdita. Ergo & omnium vna debent esse verba illius potestatis significatiua. [d]

20 Ex quo infertur primo ratio, quare simplex sacerdos Papam se ipsi subiicientem à peccatis absoluere posset, iuxta glossam singularem, [e] & cap. *sane*. [f] Quoniam sacerdos quamlibet simplex auctoritate diuina in absoluendo nititur: & illi, quia diuina est, potestati Papa subiicere se sine alterius consensu potest: quippe qui nullum habeat superiorem cuius consensum requirat, neque dedeceat eum diuinæ se subdere potestati.

21 Secundo subinfertur etiam eum, qui virtute facultatis à Papa factæ absoluit, ineptè illa verba: *auctoritate Papæ*, suæ absolutioni addere, quia par est etiam de illo, ac de alio ratio. Reperio tamen, Cancellarium Parisiensem, [g] dicere addi posse: auctoritate Ecclesiæ, vel ordinis. Quod si est verum, non video, quare non posset addi etiam auctoritate Papæ, & etiam Episcopi ordinantis. Quæ omnia humanè accepta vera sunt, vt mox dicam.

22 Tertio subinfertur ratio, quare aliud in voti, vel iuramenti, excommunicationis & id genus similium absolutione seruari quotidie videamus. Nam & scimus Romæ Pœnitentiarium dicere solitum: *Autoritate domini nostri Papæ, cuius pœnitentiariæ curam gerimus*. Quoniam hæc iurisdictionis sunt, & non ordinis, neque talis iurisdictionis, quam ordo necessario requirat, & ita non à Deo immediatè cum sacramento assumuntur: sed à summo Christi vicario, vel aliis inferioribus communicantur. [h]

23 Et quamquam hæc vera iudico, nullius tamen criminis reos esse arbitror censendos, qui talia verba: *Auctoritate Papæ, vel Episcopi, vel parochi*, &c. dicunt. Non enim taliter absoluentes per ea verba volunt significare se tunc, & non antea accepisse absoluendi potestatem, quando illis particularis post ordinationem fit ad id facultas, sed potius nouam sibi tunc subiici materiam: vel clarius videntur significare potestatem, quam in habitu ante habebant, redactam fuisse tunc in actu, exercendam illa Superioris auctoritate iuxta illa, quæ docuit Panormitanus, [i] emendans, quæ olim dixerat in ca. *significasti*. [k] qui à posterioribus in variis locis est receptus. Quos vtrobique pridem bis citauimus, & scribenda dictauimus.

24 Quartum dictum principale, quo prædicta forma noscatur, fuerit tria præambula præmitti, vt plurimum à confessariis, ante absolutionem peccatorum, scilicet, relaxationem à censuris; precationem, quo à Deo absoluatur; & manus impositionem.

25 Et horum primum, relaxationem scilicet censuratum, si quibus pœnitens est nodatus, non esse quidem substantiale absolutioni peccatorum: esse tamen necessarium necessitate præcepti, si confessarius videt, eum esse illis nodatum per ea, quæ diximus supra. [l] Per quæ eadem apparet, quod ait Paludanus, [m] per excommunicationem fieri quem absolutionis incapacem: temperandum esse multis modis, qui ex ibi dictis colligi possunt.

26 Quando vero nescit confessarius, an pœnitens vllis censuris sit implicitus, tunc non præceptum; sed con-

A filium esse arbitror, absoluere illum ad cautelam prius à censuris. Et non solum prudens consilium fuerit absoluere ab excommunicatione maiore, vel minore: sed etiam ab omni censura, ad quam sua potestas extenditur. Quod rogo atque hortor confessarios omnes, vt maxima cura faciant, quod etiam in Castellæ, Franciæ, & Nauarræ regnis fieri à multis scio: à paucis vero in Portugallia facitatum hactenus didici. Quod in causa quoque fuit, quare sacrifici aliquot in irregularitatem inciderint.

27 Quamuis, si sacerdos dicens, *Absoluo te*, ea mente sit, vt velit eum absoluere ab omnibus, à quibus ipse iustè potest, siue censuræ sint illæ, siue peccata: sufficeret secundum illud Gersonis; [a] quod etiam citauimus in cap. 1. §. *cautus*. [b] Mente autem prædicta videtur esse sacerdos, qui rectam intentionem faciendi, quod debet, habet, vt sentit Gersonus. Cuiusmodi animum habere fere omnes, qui absoluunt, visum fuit nobis in illo §. *cautus*.

Ex quo inferri videtur, non esse necessarium, quod tantoperè ipse paulo ante, vt fieret, rogabam. Et faterer hoc corollarium, si confessarij solum dicerent, *Absoluo te in nomine Patris & Filij & Spiritussancti*. non adderent, quod fere omnes faciunt: *Ab omnibus peccatis tuis*. Nam per hanc additionem videtur eorum intentio ad solam peccatorum absolutionem restringi, adeo quidem, vt si qui taliter absoluit, rogaretur: num ea mente fuerit, vt etiam à censuris absoluere voluerit, fortasse responderet non fuisse. Adde, quod quamuis confessarius in illo proposito fortè fuerit: confitens tamen, cui absolutio restricta de peccatis lata est, quomodo credet se à censuris etiam absolutum? Quandoquidem absolutio à peccatis, alia longè sit ab absolutione censuratum: Quia illa sacramentalis: hæc non. Illa fit potestate immediatè à Deo accepta: hæc verò alia, vt supra dictum fuit. Facit, quod ipsemet Cancellarius, [c] dixit absolutionem, quæ fit de peccatis contritis ad peccata non contrita non extendi. Quamobrem ab exhortatione prædicta non discedo; nisi & confessarij additionem prædictam; scilicet, à peccatis, ea mente addant, vt velint facere omnem, quam iustè possunt, absolutionem.

28 Ex his infertur vnum mirabile, nempe fieri posse, vt per hæc sola verba: *Absoluo te*, fiat vna absolutio sacramentalis: & alia alius generis. Pro quo facit, quod idem verbum ad diuersa relatum diuersimode capitur. [d]

An autem virtute bullarum Apostolicarum, quibus potestas conceditur absoluendi ab omnibus censuris: non solùm possit pœnitens absolui ab illis, quæ sacramentorum susceptionem impediunt, quales sunt maior & minor excommunicatio: quale item interdictum personale; qualis & suspensio ab aliquo sacramento suscipiendo, an etiam ab omni alia suspensione, non tractabo in præsentia: sed alibi occurret locus tam grandi, & tam quotidianæ quæstioni commodus.

29 Secundum autem præambulum, scilicet, manus impositio super capite, quod maxima cura quosdam etiam cum duabus manibus seruare video, adeo non est absolutioni substantiale, vt neque sit de necessitate præcepti faciendum secundum Thomam. [e] Immo aliquando facere malum est, puta cum pœnitens est fœmina, & forte molli pulchritudine ac molliter ornata. Quoniam vt ait Hieronymus, [f] relatus in cap. *hospitiolum*. [g] *Si bonum est mulierem non tangere, malum est ergo tangere*. Quod ipsum Paludanus vir in huiusmodi rebus expertus, [h] annotauit. Accipio etiam quosdam monachos risui fuisse nonnullis monialibus, qui ad absoluendum illas magna cum difficultate parique curiositate manus per cancellos ferreos immittebant, quo eas in earum capitibus ponerent, & sic absoluerent.

30 Tertium autem præambulum, scilicet precatio, quo pœnitens à Deo absoluatur, quæ, vt plurimum fit per: *Misereatur tui, &c.* vel per, *Dominus noster Iesus Christus te absoluat*. vel per vtrumque, non est quidem de substantia, sed neque de præcepti necessitate: congrua tamen est, & conueniens.

31 Quintum ad prædictam formam cognoscendam

a *In fol. 183. col. 3. sub c. ex communicationem.*
b *In quarto, d. 2. a. 3. q. 2.*
c *Arg. c. fin. de ver. signif. l. legat. a inuiliter. ff. de adleg.*
d *Arguus. l. si idem. C. de ciuditeil.*
e *In c. nmo. 3. 9. 9. 2. de off. deleg.*
f *In secunda part. fol. 184. col. 1. in c. not.*
g *Ita dominus. 16. d.*
h *In Gle. 1. de priuileg.*
i *De for. compet.*
k *In c. fin. in 5. cond.*
l *In Quarto. d. 22. q. 3.*
a *Secunda part. fol. 183. col 1. & in ca. confessio.*
b *Supra dist. proxima.*
c *In ead. 2. part. fol. 184. col. 1.*
d *Cap. ab excommunicato. de reser. cap. cum dilectus. de consuet. l. 1. ff de off. pro consul. & leg.*
e *Tertia parte. quæst. 84. art. 4.*
f *Lib. 1. aduersus Iouin. g 32. distinct.*
h *In illa q. 3.*

dictum fuerit, addere ipsi formæ absoluendi illa verba, *Ab omnibus peccatis tuis*. conueniés esse, vt etiam Cancellarius ait. [a] Sed non aduertit id inconueniens, quod consequi diximus in fine primi dicti, nisi absolutioni à peccatis absolutio à censuris præmittatur. Addit item idem Cancellarius in Summa hæc, quæ sequuntur non satis digesta' Quorum primum est id, quod addi solet, *& circunstantiis eorum*, omnino esse superfluum. Nam, inquit, aut circunstantia est peccatum, aut non: si sic, comprehensa fuit in illo verbo; *A peccatis tuis*. si vero non est peccatum, non cadit sub absolutionem. Secundum, quod addere: *de contritis*. est periculosum, quia primo nedum contrita, sed etiam attrita peccata possunt per absolutionem deleri, secundum opinionem magis receptam. Hoc autem verbum, *Contritum*, omnino excludere videtur attrita, sicut album nigrum. Secundum, quod hoc est iniicere scrupulum desperationis, præcipuè in mortis articulo existentibus. Nulli enim constare potest se verè peccata contriuisse. Tertium quod addere, *de oblitis*, similiter est superfluum. Quia, inquit, non potest cõfitens de peccatis obstis sic absolui, quin teneatur confiteri, si in futurum recorderur. Quartum, quod non prodest quidquam dicere, *quæ libenter confiterer is*, siue, *quæ velles confiteri, si eorum haberes memoriam*. Quia staret confitentem velle, quando confiteretur, & nolle, quando recordaretur: aut fortè voluntatem habet bonam in generali de confitendo omnia, quæ occurruot, quam non haberet de confitendo, si in speciali aliqua occurrerent. Quintum, quod male exprimitur: *Si & in quantum possum & debeo*. Quia primo, inquit, si non potest, non debet se ingerere ad audiendum, & si fortè occurrit casus, qui ad se non pertineat, debet remittere ad Superiorem. Secundo sufficit, intentionem confessarij esse bene regulatam. Eæ tamen rationes mihi non concludunt hoc malè fieri, sed superfluè exprimi.

Sextum, quod superflue additur, *De non confessis*. illud item: *Et restituo te vnitati sanctæ Ecclesiæ & sacramentis eius*. Si enim absolutus est, quia fidelis est, iam de se restitutus est. Septimum, quod illud: *Quam gratum in conspectu diuinæ maiestatis fuerit*. non esse addendum. De his septem Cancellarij dictis secũdum videtur necessario seruandum; quintum autem non videtur verum. Non enim peccare videtur, qui confessarius candido animo ait, *Absoluo te, si & in quantum possum*. neque rationes ipsius oppositum concludunt. Nam fieri potest vt sacerdos hæc verba dicat non, quia dubitat de casu sibi patefacto, an sit reseruatus: sed quia pœnitenti esse possunt aliqua peccata, quæ oblitus est, à quibus confessarius absoluere nequiret. Quamquam fateor, satius esse illa verba omittere quàm addere. Cætera verò quinque vera esse videntur, qua parte continent non esse quidem addendum illa, quæ in eis continentur, necessariò, neque necessitate præcepti, neque sacramenti; qua parte verò continerent ea esse omnino superflua, quo ad tertium negari possent. Illa enim forma; *Absoluo te ab omnibus peccatis tuis, quæ mihi confessus, quæque oblitus es cum omnibus circunstantiis*, vtilis esse potest, quo simpliciores confessarij admoneantur, non solum eorum mentis esse debere, vt à peccatis sibi palam factis absoluant confitentem: sed etiam ab omnibus, quæ ille pœnitens palam fecisset, si ea cum suis circunstantiis fideli tenuisset memoria.

32 Quidquid enim aliqui, & in his Cancellarius, [b] dixerint: receptior & verior sententia est pœnitentem etiam ab his, quæ oblitus fuit, absolui. Pro quo vltra vulgata facit, quod ab hinc quinque annos opposui cuidam viro pio iuxta ac docto, qui contrariam afferebat opinionem, scilicet, quod peccatum reseruatum, vel cui censura erat annexa, probabiliter obliuioni traditum desinebat esse reseruatum, & dissoluebatur ab illa censura: quando confessarius potestatem habebat absoluendi etiam à talibus, & absoluisset, si ei fuissent confessione aperta, iuxta illud Paludani, quod retulimus supra. [b] Quod dictum cum ille concessisset, non potuit efficaciter negare illationem, qua inferebatur: ergo absolutio sacramentalis extenditur ad ea, quæ per obliuionem tacita fuerunt.

33 Addo tamen hic vnum singulare Cancellarij Parisiensis, [c] scilicet, absolutionis sacramentalis virtutem, qua magna pœnæ pars peccatis in Purgatorio, debitæ condonatur, non tam efficaciter peccatis obliuioni traditis, ac aliis applicari: ideoque obliuionem peccatorum noxiam esse. Quæ alio quoque nomine noxia est, eo scilicet, quòd, quando in memoriam redierint, confiteri tenebitur, vel cum primùm redierint, vel tempore ad id destinato. Quod latius in glossa summæ, [a] tractauimus. Facit etiam pro communi opinione, quod indulgentias à Sede Apostolica his, qui confitentur, concessas; etiam pœnæ peccatorum per obliuionem omissorum delendæ prodesse plerique omnes aiunt. Facit etiam l. Aquiliana, cum ibi per Bartholum & alios annotatis. [b]

34 Sextum est tria illa, quæ confessarij post absolutionem faciunt, scilicet, gloriosissimæ Trinitatis inuocationem per illa verba, *In nomine Patris, & Filij & spiritus sancti*. signum crucis, quod faciunt, dum illa proferuntur, & pœnitentiæ iniunctionem non esse quidem de absolutionis substantia & essentia: apta tamen esse, & merito frequentanda. Inuocatio enim illa sacrosanctissimæ Trinitatis quædam protestatio est confessarij non se sua virtute, sed diuina: non auctoritate sua seu auctoritatiuè; sed ministerialiter tantùm absoluere confitentes. Quod esse verum & plenum ingenui pudoris constat ex cap. *remittuntur*. [c] Signum autem crucis adeo est in absolutione illa res apta, vt Stephanus Papa, [d] dixerit omnia chrismata sacerdotalis mysterij crucis figura perfici. Nam & matrimonij sacramentum cum inuocatione adorandissimæ Trinitatis & signo crucis perficitur, attenta nubentium benedictione, quæ illud consequitur, [e] secundum Paludanum, quamquam hoc non de omni matrimonio, sed de primo intelligi debet. Quoniam secundæ nuptiæ non benedicuntur. [f]

35 De pœnitentiæ autem iniunctione, quæ tertia est supra in c. *consideret*. [g] dictum est. Ibi tamen dictis addenda occurrunt, quæ sequuntur, quotidiana. Primum non referre, an pœnitentia iniungatur ante, an post absolutionem sacramentalem, an in absolutione ipsa. Quia quomodocumque horum trium iniungatur, semper & æquè sacramentalis est. Quæ enim in incontinenti fiunt, ineſſe videntur, [h] quod communiter receptum est, & tradit Cancellarius. [i] Ego vero ante absolutionem iniungere soleo, quando, quod rarò facio, confesiones audio.

36 Secundum est vtile valde esse, vt confessarius iniungat pœnitenti bona, quæ fecerit in remissionem peccatorum. Quoniam bona satisfactoria per confessarium in satisfactionem iniuncta, cæteris paribus, plus de pœna in Purgatorio luenda tollunt: quàm alia, quæ propria voluntate à pœnitente suscipiuntur, argumento cap. *quem pœnitet*. [k] & receptum est ab omnibus.

37 Neque mihi dicas per hanc iniunctionem. *Quidquid boni feceris, &c.* nihil faciendum necessariò pœnitenti præcipi, sed totum ipsius voluntati relinqui: & ideo per illa non magis fieri satis, quàm per omnino voluntaria. Ne, inquam, hoc dicas considera, quod licet per illam iniunctionem nil necessitatis aliquid faciendi adiiciatur, & licet non sit ibi iniunctio pœnitentiæ pura: est tamen conditionalis. Quia relatiuum tẽpori adiunctum futuro conditionem denotat. [l] Neque videtur verum, quod Prieras ait, per eam formulam pœnitentiam videri pœnitentis arbitrio relictam: quoniam potius sub illa conditione, *si fecerit*, nullo ipsius arbitrio expectato, satisfactioni videtur applicatum. Quia secundum Prieratis opinionem pœnitens ad satisfactionem iuridicam teneretur. Quod enim arbitrio partis relinquitur, quoties id fieri potest, arbitrium boni viri videtur electum. [m] Et tamen vna est omnium, & etiam ipsiusmet Prieratis conclusio, scilicet per eam iniunctionem ad nihilum pœnitentem obligari. Facit etiam contra illum, quod Paludanus monebat, vt iniunctioni tali modus adiiciatur ille: quatenus, scilicet, peccatis tunc per confessionem apertis sufficiant, vt reliqua peccatis aliis delendis prosint. Quamquam & hoc Paludani nimium viderut curiosum. Quis enim confessarius adeo est crassus, vt eo sit animo, quò ex bonis operibus per pœnitentem faciendis, plusquam oporteat, applicare,

velit

a *In secunda part fol. 184. in cap notæ.*

a *Huius dist.*

b *ff. de translat.*

b *Secunda part. fol. 173. col. 3.*

c *In cap. 1. §. cautus. proxima dist.*
d *In secunda part. fol. 183. col. 2. sub. ca. Confessio.*

c *21. quæst. 5.*
d *In ca. nuquid. de consec. dist. 5.*

e *Cap. sponsus. 23. distin. & ca. aliter. 30. q. 5.*
f *Ca. 1. & ca. vir. autem. de secũd. nup.*
g *Ver. Ponat se.*
h *Leg. lectaversus. dicebatur. ff. de reb. credit. l. legẽs. C. de pact. c. præterea. de restitu. cogen.*
i *In 2. parte fol. 183. litera cap. d.*

k *Col. 2. supr. dist. 1.*

l *Le. Stichũ. qui meus erit ff. de leg. 1.*

m *Leg. 1. ff. de leg. 2. l. fideicommissa. §. quamquam. ff. de leg. 3.*

velit peccatorum per eius confessionem apertorum delendæ pœnæ? Quare potius videtur dicendum, modum illum, quem Paludanus ait adiiciendum, videri potius tacitè subintellectũ, scilicet, quod per illam iniunctionem: *quidquid boni, &c.* tantum & non amplius purè, vel sub conditione applicati videtur pœnæ peccatorum confessorum delendæ, quantum sufficit. Et quia hæc clausula quotidie additur, & vt plurimum homines multa bona faciunt, vel multa sustinent, ideo arbitror, inoleuisse morem pœnitentias minuendi, quod supra, [a] tactum fuit.

a *In c. falsas. num. 10.*

38 Duo tamen videntur in hac re omnibus addenda. Alterum est, tantum operari solam illam clausulam: *Quidquid boni feceris.* ac illas duas, *Quidquid boni feceris, & mali sustinueris*. Quoniam quis dubitat mala sustinere bonum esse opus, iuxta illud. [b] *Pœnitentia perfectum opus habet.* & illud Prudentij: *Nam vidua est virtus, quam nõ patientia firmat.* Facit cap. *tolerandi.* cap. *tu bonus.* cap. *quid ergo.* [c]

b *Iacobi, ca. 1.*
c *23. q. 4.*

39 Alterum est bona illa sic generatim sub illa tacita conditione iniuncta non esse tam satisfactoria, sicut illa, quæ speciatim iniungerentur & purè. Quia quo magis quis se ad aliquid faciendum obligat: tantò illud, cæteris paribus, est melius & Deo gratius, vt habet glossa recepta, [d] quæ habet bona ex voto facta, cæteris paribus, aliis, quæ voluntariè fiunt, esse meliora. Tres ergo gradus sunt bonorum, quibus satisfacimus: primus eorum, quæ purè ac speciatim nobis imponuntur à confessario, & is est maximè satisfactorius. Secũdus eorum, quæ sub conditione, Si ea fecerimus, imponuntur, & is minus. Tertius eorum, quę nos ipsi assumimus, & hic multo minus satisfacit: quia nullatenus est sacramentalis.

d *In Cle. 1. de reliq. & venerat. Sanct. verbo seipsum*

40 Tertium, quod addendum occurrit his, quæ in illo. *§. ponat se.* dicta fuerunt, est quod opera ratione alia debita, satisfactoria sunt pro peccatorum pœna in Purgatorio delenda, si ad eum finem fiant, vel applicentur, & ideo possunt, & assumi & accipi pro illius satisfactione. Quod pulcherrimè Thomas à Vio, [e] demonstrat. [f]

e *De satisfa. quæst. 1.*
f *Alias in par. opusc. to. 1. tra. 6. q. 1.*

41 Pro quo facit primo, quod vnum & idem opus à vario procedens principio varium habet effectum & variæ virtutis sit actus. Verbi gratia: Ieiunium, quo vereris, ne plus satis comedas, abstinentia est: idem, si eo vtare, vt libidinem reprimas, castitas: si autem, quo Deo te hostiam exhibeas, religio & sacrificium: si verò quo pro peccato satisfacias, pœnitẽtia. Quæ omnia colliguntur ex S. Thoma. [g] Nam & mala peiora sunt, cæteris paribus, quo pluribus è fontibus manant. Si enim forniceris, quo & delecteris simul & furteris: fornicatio & furtum erit, vt supra, [h] abunde dictum est in princip. sicut & qui patrem sepelit, & seruos hæreditarios pascit, nonnunquam operatur pietatem tantùm, * nonnunquam etiam pro hærede gestionem & hæreditatis aditionem. vt est in l. *pro hærede*. [i] Simile in l. *Labeo* & l. *postquam*. [k] & capit. *cum M.* [l] & cap. *Cumana*. [m]

g *2. 2. q. 85. ar. 3.*
h *In c. consideret.*

i *ff. de adquir. hæredit.*
k *ff. de pact.*
l *De constit.*

* Nonnumquam etiam pro hærede gestionem. *Pro hærede gestio quid sit facile intelligetur, si quid sit pro hærede gerere intelligatur. Est autem pro hærede gerere, destinatione futuri dominij aliquid ex hæreditariis rebus vsurpare, veluti qui fundorum hæreditariorum culturas rationesque disponit, & qui seruit hæreditariis, iumentis, aliisue rebus pro domino vtitur, qui auctionem rerum hæreditariarum facit, aut, seruis hæreditariis cibaria mandat. Hæc partim ex Paulo, partim ex Vlpiano desumpta sunt.*

m *De electi. cum cap. cum ecclesia. Sutrina de causs. possess. & proprie.*

42 Secundo facit, quod eadẽ pœna procedens à maiore caritate magis est satisfactoria. Ea enim ratione, quam Christus assumpsit in sua sacratissima passione, pœna fuit maximę satisfactoria. Quia ex illius excellentissima caritate promanauit, secundũ omnes. Facit tertio quod vnum & idem opus aliàs debitum Deo, sufficit ad exsoluendum illud, & ad bene merendum vitam æternam, ergo maiore cum ratione potest esse satisfactorium pœnæ pro peccatis debitæ. Assumptum patet: quia honorãdo parentes, quod opus præceptum est, mereor, si ex caritate illos honoro, iustè vitam æternam, secundum omnes. Illatio verò probatur ex eo, quòd ratio aliàs debiti non minus officit constitutioni iuris futuræ mercedis, quàm iuris pensandi &

trepidantes,

A satisfaciendi pro debito præterito. Nam si per opus aliàs debitum, & soluì potest debitum, & simul effici, vt exigente iustitia merces ei debeatur tam excellens, qualis est æterna felicitas: multo magis sufficiet, vt constituat ius soluti pretij debiti tam exilis, qualis est pœna temporaria in Purgatorio loco luenda, argumento ca. *cum in cunctis*. [a] Facit quod, si sufficit ad ipsam vitam æternam promerendam, à fortiori sufficiet ad tollenda impedimenta ipsius adipiscendæ. Confirmatur quarto discurrendo per consilia, quando sunt in præcepto. In casu enim, quo teneturi eleemosynam facere pœnitens, cur non potest illam in satisfactionem pœnitentialem dirigere? Et qui teneretur alteram maxillam parare, vel esurire, aut sitire, aut penuriam pati, aut huiusmodi aliquid casu aliquo esset in præcepto, quis sapiens prohibeat hæc Deo in satisfactionem offerre, aut neget per hæc pœnam debitam pro peccatis solui? Quis item dicat huiusmodi opera debita, & ex præcepto posse quidem ab ipso pœnitente in satisfactionem pœnitentialem assumi: per confessarij autem ministerium non posse illa eadem in pœnitentiam dari?

a *De electio. dic. 1. de relig. & vener. Sãcto. in princ. Auth. Multo magis. C. de sacrosanct. eccles.*

43 Quandoquidem hoc esset Ecclesiæ clauibus derogare; maioremque virtutem humanæ menti & præstitutioni, quàm Christi clauibus tribuere: quia secundum hoc humana intentio aliqua posset pro satisfactione assumere, quæ per Ecclesiæ claues non possent iniungi, quod à B fidelium opinione longè abesse debet. Corroboratur quinto, quod multorum laudãda confessariorum antiqua consuetudo habet, vt absolutio dicatur, *Quidquid boni feceris, & facere proponis, & proposueris: & mala quæ sustines & sustinebis, sint tibi in remissionem peccatorum, &c.* & non dicit, *Quidquid supererogationis boni feceris & mali sustinueris*.

44 Non obstat quòd pro decem, quæ Titio debeo ex emptione, non possum ei satisfacere per decem, quæ mutuo ab eodem accepi, [b] ergo neque ieiunio, quod alia ratione debeo, potero pro peccatis soluere. Non inquam hoc obstat, quia vt Thomas à Vio ait, aliud est loqui de satisfactione intra limites puræ iustitiæ: & aliud est loqui de satisfactione magis naturam amicitiæ, quàm iustitiæ sapiente: quia illa ius attendit, hæc autem voluntatem offensi & offendentis. Quod amicitiæ magis est, quam iustitiæ. Confirmat hæc Concilium Tridentinum nuperrimum, [c] per hæc verba: *Tanta est diuinæ munificentiæ largitas, vt non solum pœnis sponte à nobis pro vindicando peccato susceptis, aut sacerdotis arbitrio impositis, sed etiam temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis apud Deum Patrem per Christum Iesum satisfacere valeamus*.

b *Leg. 1. ff. de soluto.*

c *Sess. 14. c. 9. & can. 13. per hæc verba.*

Non obstat etiam, quod ritus Ecclesiæ habet, vt pœnitentias iniungat alias ab orationibus & ieiuniis debitis: quoniam ecclesiasticus minister homo est, qui non intuetur cor, & quem latet pœnitentis caritas. Proinde ad tutiorem partem iudicium suum inclinat, idque, quod est amicitiæ, præteriens, ad id, quod est iustitiæ, se conuertit. Et quoniam ex parte iustitiæ inest satisfactioni, vt ex aliàs non debitis fiat: ideo confessarij non imponunt ieiunia aliàs debita: sed opera ad quæ aliàs pœnitens non tenetur. Cum quo stat, quod si opera, ad quæ aliàs pœnitens tenetur, imponeret in satisfactionem peccatorum, prodesset saltem virtute clauium pœnitenti huiusmodi ex caritate adimpleta satisfactio.

45 Quartum, quod addendum est dictis in illo *§. ponat.* tale est, omnem pœnitentialem satisfactionem à confessario impositam, etiam si extra caritatem fiat, sufficientem esse, quoad forum militantis Ecclesiæ, ita vt non teneatur eam iterare. Quod asserit Scotus, [d] & frequentius recipitur, [e] quod videre est ibi per Durandum, & Ticinenses. [f] Pro quo facit primò, quòd satisfactio huiusmodi sacramentalis est; quippe quæ tertia pars est sacramenti: ac per hoc satisfacit Ecclesiæ, si est informis, sicut confessio informis, per quam satisfieri præcepto tactum est, [g] supra. [h] Secundo facit, quod non solùm ieiunia & eleemosynas: verum neque orationes est solita Ecclesia iterum imponere pœnitentibus, qui eas semel soluerunt, quamquam in hac re Alexander Alensis, [i] quem Thomas & Bonauentura sequuntur. [k] contra sentiat,

Ex quo infertur, parùm salis habere nouitiorum illum quorundam confessariorum morem, qui timore

d *In 4. d. 15. qu. ass. 1.*
e *In dist. 16.*
f *Quæst. 2. dub. 2.*

g *In cap. fin.*
h *Dist. 5. conditione 12.*

i *4. parte. q. 85. membro. 3. art. 1.*
k *In 4. di. 16.*

trepidantes, vbi non est timor, quamdam momentaneam satisfactiunculam pro pœnitentia iniungunt sacramentali, quam exoluat pœnitens, antequam, iterum recidat: & deinde aliam à longe grauiore, multo tempore exoluendam, imponunt, quam ipsi arbitrantur quasi condignam pœnitentiam. Quoniam illa, quam pro condigna imponunt, pœnitentia sacramentalis est secundum omnes eruditos. Er tamen ipsi eam quodammodo efficiunt non sacramentalem. Præterea id nusquam à sancta, quæ Catholica est, Ecclesia edocetur. Magis ergo reprehensione, quàm imitatione sunt digni. Quia: *quod non est sanctorum Patrum decretis sancitum, non est superstitiosis adinuentionibus inducendum.* vt habetur in cap. *consuluisti.* [a] & ita firmat Thomas à Vio. [b]

Quinto, quod occurrerit addendum, est, nullam satisfactionem sacramentalem extra caritatem factam, quidquam prodesse ad expiationem pœnæ pro peccato apud Deum debitæ. Pro qua conclusione faciunt multa, quæ allegat Magister Sententiarum ex sacris auctoribus. [c] Facit, quod illam tenent D. Thomas, D. Bonauentura, Richardus & communis, [d] in quam tandē etiam Durandus inclinat. Thomas item à Vio id tenet, [e] cum omnibus ascleis Aquinatis. Fundamentum horum omnium illud est, quod opera illius, qui mortali culpa est infectus, ac per consequutionem est Dei hostis & inimicus, non acceptat ipse in satisfactionem culpæ illius. Sed qudniam hoc nulla scriptura probari potest efficaciter, contra tenuit Scotus, [f] scilicet, existētem in peccato mortali posse pro temporali pœna suis peccatis per contritionem deletis debita satisfacere, quem sequuti sunt Parisienses, [g] multa in hoc grauia & friuola congerentes.

46 Eum etiam sequuti sunt Ticinenses. [h] Quibus ipse quoque adhæreo ea potissimum ratione, quod eorū opinio misericordiam diuinam amplificat, quam superexaltare iudicium, auctor est Iacobus; [i] & extollendam super omnia opera Dei vsque ad cælos, Psalmista habet. [k]

47 Faciunt, quæ in simili de peccato veniali dicemus in hoc c.1. [l] contra glossam & S. Thomam nempe donari posse id sine mortali.

48 **Sextum additamentum fuerit etiam secundum D. Thomæ opinionem pœnitentiam, ac satisfactionem sacramentalem extra caritatem factam validam fore, quando recuperata caritate pœnitens ad cor redierit.** Nam regulariter opus sacramentale; vt pote opus Dei recedente fictione sortitur effectum, vt de baptismo est casus in cap. *tunc valere.* [m] & pari ratione de Confirmatione, Ordine, Confessione, & extrema Vnctione idem esse iudicādum, ibi latè tradidimus. Satisfactio autem sacramentalis pars sacramenti est, vimque habet ex claubus secundum omnes: ergo si contingat informis, sortietur effectum postea veniente forma, nempe caritate, & per eam fugata fictione.

An autem totum effectum sortiatur postea, quem sortita fuisset, si in caritate peracta esset; visum est Thomæ à Vio vbi supra non totū sortiri: qui eo potissimùm mouetur, quòd sacramentalis satisfactio plus se tenet ex parte humani operis, quàm diuini, scilicet, sacraméti. Cuius oppositum est in aliis; vt in baptismo accidit, in quo totum est opus Dei, & hominis est solum ministerium. In satisfactione verò sacramētali opus est præcipuè pœnitentis, & tam parum habet sacraméti, vt nonnulli Doctores negent ipsam esse partem sacramenti. Et propterea rationabile visum est ei, vt satisfactio sacramentalis informis aliquem effectū postea sortiatur ex illa parte, qua sacramentalis est: non autem totum ex illa præcipua sui parte, qua humanum opus mortuum habuit. Quæ consideratio tametsi æqua videtur: nullo tamē Scripturæ testimonio nititur. Quare verius videtur dicere totum suum sortiri effectum, quia magis, vel minus esse sacramentale, parum videtur facere, modo sit sacramentale. [n] Verius, inquam, videtur hoc dicere tenendo, quòd omnia sacramenta & sacramentalia fictione recedente sortiuntur effectum: quod ipse tenet, & multi negant, vt in illo cap. tunc valere diximus.

50 Hactenus de pœnitentiæ iniunctione, & quę tertium erat è consequentibus absolutionem: nunc verò dicamus, quæ sunt confessarij partes, in ligando atque soluendo, per quinque monitiones. Principio docebit pœnitentem ea, in quibus viderit eū errare, dum putat aliqua esse peccata, quæ non sunt: aut econtrario aliqua non esse, quæ sunt. Dum item credit aliqua esse peccata mortalia, quæ venialia sunt: vel econtrario venialia, quæ sunt mortalia, præsertim in his, quæ pœnitens scire tenetur. Docebit item, si viderit errantem circa censuras ecclesiasticas, per princip. cap. nostri quod hoc videtur sentire in illis verbis: *Ne ambo in foueam cadant.* Facit cap. *omnis.* [a]

51 Deinde pro qualitate pœnitentis, alium ad contritionem maiorem suorum peccatorū hortabitur: alium consolabitur: alij humilitatem, siue modestiā suadebit: alium, vt bene de Deo speret, eriget: alium, quod iustā curam & diligentiam peccatis memoriæ mandandis, iisdemque ordine pulchro aperiendis adhibuisse videatur, laudabit, ad gratiāsque ob id Altissimo, à quo bonum omne dimanat, hortabitur.

52 Aliquando verò nihil monebit. Imprudentis enim confessarij fuerit, viro se multo eruditiori, multoque meliori magna cum diligentia sua peccata confitenti, sermone longo & inepto prædicare. Præsertim, quādo qui confitetur, est sacrificus eruditus, qui crebro celebrat, & crebro confitetur. Cauere namque debet confessarius, ne illi iustè obiici possit illud; *Sus Mineruam.* prudentiusq; ager, si vel nil dixerit, vel modestè monuerit superuacaneum solem facibus adiuuare, noctuas Athenas portare. Istud ipsum prædicare non esse peccandum, grauius esse illi, quàm alij peccare: *Turpe esse Doctori, cum culpa redarguit ipsum.* ideóque meminisse illum oportere, quo quæ docet faciat. Tertio pœnitentiàm iniungat ei salutarem eo modo temperatam, quem scripsimus in c. *mensuram.* [b] Quam tamen etiam post absolutionem imponi posse iuxta illa, quæ supra, diximus in primo dicto, non negamus. Et si ob aliquem iustū respectum insta & debita minor imponatur, quod fere semper cōtingit in his, qui multis peccaris obnoxij semel in anno tantūm confitētur, remedium fuerit vtile: immo & respectus comminuendi non minimus, iniungere, vt quæ bona fecerit, quatenus ad peccatorum tunc confessione apertorum pœnæ solutionem necessaria fuerint, in illorum satisfactionem congruam cedant. Quæ iniunctio quantæ sit vtilitatis, alias clarius dixisse nos arbitramur. [c]

53 Roget item illū, moneatque, meminerit omnia opera, quæ fecerit, bona peccatorum ei condonatorum pœnæ delendæ applicare: nisi aliorum amicorum, vel viuorum, vel mortuorum pœnæ delendæ applicare ipsum oportuerit, vel iusta ratio id facere suaserit. Quoniam dubium, quod in præsentia nō decido, fuerit: num bona opera nostra in satisfactionem peccatorum nostrorum cedant, si ea in illam non destinemus vel actu, vel virtute.

Quarto absoluat illum à censuris, si quibus est ligatus, à quibus ipse absoluere valet, & siquidem est certo aliqua excōmunicatione nodatus, absoluet eum ab illa, seruans quattuor, quæ in tali absolutione seruanda sunt. Primum accipiat iuramentum, quod stabit mandatis Ecclesiæ. [d] Secundum, si est excommunicatus pro offensa notoria, præmittatur sufficiens emendatio, siue satisfactio, [e] etsi pro cōtumacia notoria, prius soluat impensas. [f] Si autem offensa, vel contumacia, pro qua est excommunicatus, dubia fuerit, sufficiet idoneam cautionem dari per prædicta iura. Si verò nec satisfacere possit in duobus casibus prioribus, nec idoneam cautionem dare in duobus posterioribus, præstet iuratoriam. Tertium, quod seruari debet, est, vt absoluatur per eum, qui tulit sententiam, vel per Superiorem eius, vel alium, cui sit ab excommunicatore, vel Superiore facta facultas. [g] Quartum, vt absolutio fiat cum Psalmo, oratione & præscriptis precibus. [h] Psalmus autem erit quinquagesimus, scilicet: *Miserere mei*, vel alius pœnitentialis secundum Gulielmum Oratio; *Deus cui proprium, &c.* sed in ea parte, quæ dici consueuit; *Quem delictorum catena constringit.* loco Catena, ponatur, *Excommunicatio*, Præmittitur autem post Psalmum cum Gloria: *Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster. Saluum fac.* vers. *Nihil proficiat inimicus in eo. Esto ei*, vers. *Domine exaudi orationem meam, &, Dominus vobiscum.* Post ipsam autem orationem prædictam: *Deus, cui proprium, &c.* dicendum est. *Auctoritate omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & Ecclesiæ sanctæ eius, & nostra, vel mihi commissi, absoluo te à tali sententia, vel ab excommunicatione, quam incurristi propter talem & talem causſam, & restituo te communioni & participationi ecclesiæ & omnium fidelium & ecclesiasticis sacramentis.* [a] Verberabit autem absoluens virgis, vel corrigiis excommunicatum nudas habentē scapulas, dum dicit omnia prædicta secundum Antoninum, [b] & alij sequuntur. Quod autem de verberibus ait, & de nudandis scapulis, nullo iure probari video, quare in absolutione mulieris, vel ob aliū iustum respectū omittendum censeo.

Quartum est, vt postmodum absoluens faciat illi mandata iusta & rationabilia, alias appellare posset, [c] secundum Antonium, quem alij sequuntur, quod verum est in exteriore foro, in interiore autem satis est non acceptare illa, quia in eo foro nō appellatur, quippe quod secretum est. [d] Inter mandata iusta erit, si excommunicato à iure iniungatur principaliter, ne contra illum canonē vmquam veniat: puta incendiario, vt numquam incendat: percutienti clericum, vt numquam percutiat; & similia. [e] Aliquando etiam requiritur cautio, quod de cætero talia non faciet. [f] Si autem sententia appareat iniusta, nullum mandatum fiat absoluto. [g]

55 Defunctus autem excommunicatus, & sepultus in loco sacro, cū absoluitur, non exhumetur, sed sepulchrum eius verberetur, vt fit circa viuos. [h]

56 Est autem notandum, quod quamuis absolutio excommunicati regulariter debeat fieri cum forma præscripta, quando commodè potest: tamen etsi non seruetur illa, etiam si absque iusta causa omittatur, & simplici ac nudo verbo fiat, tenet absolutio, secūdum glossam communiter receptam, quæ postrema est. c. *cum desideres.* [i]

57 Vt si dicat, *Absoluo te solum ab excommunicatione vel rebenedico te*, vel quodcunque aliud tale, intēdens per illud absoluere, argumento, [k] *c. omnis res.* [l] secundum Raymundum, quem fere omnes doctores sequuntur & referunt, licet Hostiensis dicat contrarium.

58 Facit, quod sicut excommunicatio iniusta tenet, [m] ita etiam absolutio iniusta, cuius rei textus in iure optimus in cap. *venerabilibus.* [n]

59 Vnde Antoninus, ait beatum Thomam dicere, absolutionem ab excommunicatione nō esse sacramentalem; sed magis quiddam consequens iudiciariam iurisdictionem, & ideo ipsa verba efficaciam habere ab intentione dicentis; nec referre, quibus verbis vtatur ad suam exprimendam sententiam. Quod tamen apud S. Thomā, [o] non inuenio: sed illud asserit ibi Richardus, [p] dum pronunciat in absoluēdo excommunicato sufficere quæcumque verba significantia remotionem excōmunicationis. In absolutione autē peccatorum, quæ sacramentalis est, non ita.

Declarationes necessariæ, quarum prima sit.

60 Cum contigerit quem ex facto absoluere alium ab excommunicatione, de qua non potest, cùm postea aduerterit, debet, si potest certificare absolutum de errore suo, hoc est, dicere illi, se eum, cùm nō posset, absoluisse. Debet & ei consulere, vt impetret absolutionem, & interim habere illum, ac si non absoluisset, quia stultus non debet esse melioris conditionis, quàm sapiens. [q]

61 Secunda declaratio, quod si Episcopus cōmittit alicui absolutionem ab omni excommunicatione simpliciter; non propter hoc poterit absoluere illum excōmunicatum ab excommunicatione, cuius absolutionem non commisisset in specie. Fortè, quia erat excommunicatus propter damnum illatum Episcopo, vel aliquid huiusmodi, argumento regulæ, *in generali.* [r] Quod tradidit Antonius, [s] & satis placet, quamuis iure non probetur stricto.

62 Tertia declaratio, quòd absolutio nō debet fieri sub cōditione, puta si satisfecerit. Nā taliter absolutus nō esset simpliciter absolutus, iuxta c. *actus.* [t] & scribit Antonius. [v]

63 Quod tamen primo limitandū est, vt non procedat in conditione rei præteritæ, vel præsentis: quia illa non est propriè conditio. [x] vt ait Panormitanus, [y] vbi textus

a 2.q.5 ca. 2. col.2. de træs. prælat.
b In illa q. de satisfactione, * alias in parvis. opuscu. Tom.1. tract. 7.q.1.
c In 15. dist. Quarti.
d in 4. distin. 16.
e In illa q. 1. de satisfactione.
f In eodem. 4.d.15.q.1.
g In illa d. quæst.1.
h In illa dist. 16. quæst. 2. dub.2.
i Cap.2.
k Psal.50.
l §. sacerdos. hac d.
m De consec. dist.4.
n Arg.l.fi.ff. de fundo inst.
a §. sacerdos. de pœnit. & remiss.
b Supr. dist.1.
c Supra in 2. distin.
d Cap.1.c. ex tenore. cap. de cæterò. de sent. excomm.
e Cap. ex parte. 1. de verb. signif.
f Cap. venerabilibus. §. porro. de sentent. excom. lib.6.
g Cap pastoralis. §. præterea. de off. ordina.
h Cap. nobis. 2. de sent. excom.
a Dist. cap. à nobis. de sent. excom.
b Tertia parte. tit. 24. c. 77. §. 1.
c Extra de appella. cap. ad debitus.
d Cap. §i sacerdos. de off. ord.
e 23.q.8. pessimam.
f Extra de sent. excom. grauem.
g Arg. c. sacro. de sent. excom.
h Extra de sent. excom. nobis.
i De sentent. excom.
k Extra de regul. iuris.
l Dist. 50. c. ponderet.
m Cap. primo. 11.q.3.
n §. vbi. de sent. excom. lib.6.
o In 4. d. 18. p Art. 10.q.3.
q Ca. eū qui. de prabendis lib.6. & ca.1. de postul. prælat.
r Lib.6.
s In illo cap. 77. §.1.
t De regul. iur. lib.6.
v Vbi supra.
x Leg. cum ad præsens. ff. si cert. pet. notat.
y In cap.2. de batis.

aptus propositio. Habet enim, eum, de quo dubitatur, an iure vel facto sit baptizatus: posse sub ea conditione, *si non est baptizatus*, iterum baptizari.

64 Secundo videri posset alicui hæc conclusio simpliciter esse falsa: quoniam excōmunicatio sub vera conditione fieri potest, [a] etiam si tempus in ea incertum contineatur, vt cum Decio contra Baldum, [b] tenuimus. Quare ergo non absolutio, quę fauore maiore digna est? vt ait regula *fauorabiliores.* [c] Et illud cap. *actus*, cum l. *actus.* [d] solum sunt intelligēda de actis in illis expresis, non de aliis: excommunicatio autem non est de illorum numero. Facit, quod sicut supradictum est, absolutio ab excōmunicatione, licet iniusta sit, valere tamen potest. Quare igitur, licet sub conditione fieri non debeat, facta tamen non valebit? Et vbi est textus qui hunc casum à regula excipiat? & si nusquam est, quare non stamus regulæ contra glossam l. *omnis definitio.* [e] & glossam rubricæ. [f]

65 Quamquam & illud certum habeo, absolutionē sub conditione de re futura factā nihil profuturam donec ea impleatur, argumento eiusdem cap. *præterea.* 2. [g]

66 Quarta declaratio, id, quod superius addidi, quod nemo animaduertit, seruanda esse illa quatuor, si constat certò, pœnitentem aliqua excommunicatione nodatum esse: nam non otiosè addidi, *Sine sciretur, & absolutio veluti ad cautelam fieret*, quod fere ab omnibus fit cōfessariis: nullum quatuor prædictorum videtur seruandum: sed simpliciter facienda est absolutio sub hac, vel simili formula; *Auctoritate, qua fungor, siue iure communi, siue priuilegio tibi vel mihi vndecumque ad id concessa absoluo te ab omnibus censuris excommunicationis maioris, vel minoris, interdicti, & suspensionis, si quibus quomodolibet ligatus existis, quatenus iustè possum.*

Pro qua conclusione omniū, quæ allegari possunt, optimum videtur mihi consuetudo diu seruata. [b] Deinde facit, quod rem, quæ culpa caret, in damnū vocari non conuenit. [i] At frequenter quis cum iusta censuratum, quibus ligatur, ignorātia, vel obliuione, perficit suam confessionem. Postremo, quod facienti, quod in se est, in hoc foro numquam est venia deneganda, [k] at is laborauit, quod satis erat, vt memor esset peccatorū & censuratum: eo item est animo, vt statim satisfaceret, si meminisset oportere, vt id statim fieret, non est igitur illi venia peccatorum deneganda: ergo neque absolutio, at hæc absolutionem à censuris præexigit, facit cap. *si presbyter.* [l]

Non obstat huic conclusioni, quod absolutio ab excommunicatione non est sub conditione facienda: quoniam primo illam conclusionem minime concēdo, vt in tertia declaratione dicebam: deinde conditio hæc, de re præterita est: & ita non propriè conditio. [m] In qua conclusione Antonini non procedere supra diximus. Non obstat etiam quod obliuiosus & indiligens conditionis melioris esse non debeat, quàm memor & vigil: & quod memori ac vigili & diligenti quatuor hæc prædicta iniunguntur. Ergo à fortiori obliuioso & indiligenti sunt iniungēda. Non inquā obstat, quoniam primo nos loquimur de illo, qui, & si non sit diligentissimus: est tamen satis diligens. Deinde non est fauor: immo damnū, vel certè non tantùm meritum animę confitentis, de cuius solius vtilitate in hoc foro agitur, quod ita simpliciter absoluatur, ac cum illa forma. Simile in eo, qui mortale aliquod peccatum obliuiscitur, aut non aduertit, & absoluitur ab eo secundum communem nulla pro eo pœnitentia, saltem speciatim, iniuncta: non tamen si hoc illi est vtilius.

Pro conclusione nostra facit, quod frequenter contingit, vt ex istis quatuor ea, quæ maioris sunt momenti, peracta sint; puta, quod restitutio facta est; vel cū parte compositum: vel certè non habet quod restituat, neque quo cautionem præstet idoneam. Et ita vel tunc non leuatur ab omnibus quatuor prædictis, quatenus potest is, qui absoluitur ad cautelam nesciens se vlla excommunicatione teneri. Posset tamen, si vellet, mea sententia, cautior confessarius perere ante absolutionem à pœnitēte iuramentum de faciendo, quidquid facere deberet quam citissimè & commodè posset, posteaquam in notitiam ipsius venerit aliqua censura, qua teneretur.

67 Quod consuleré præstari ab his, qui raro confitentur,

a Cap præterea. 2. de appel.
b In illo c. præterea.
c ff. de reg. iur.
d ff. de reg. iur.
e ff. de reg. iur.
f De reg. iur. lib.6.
g De appellat cap. si pro te. de rescrip. lib.6. 1. cedere diem. ff. de verb. signific.
h Arg. c. fi. de consuetud. & l. de quibus ff. deleg.
i Cap. de consti. cap. 1. de postulat. prælat.
k Cap. primo 14.q.6.
l 26.q.6.
m Leg. cum ad præsens. ff. de reb credit. c. 2 de baptis. vbi Pan.

& verisimile dubium est, eos aliunde incurrisse censuras: ab aliis autem neque arbitror præstandum, neque consulo petis: sed nec ab his id exigi contra consuetudinem iampridem receptam, si lubenter præstare nollent.

68 Ex quibus inferri videtur primò, eum, qui iusta cura suis peccatis ad memoriã reductis, & sub prædicta forma absoluitur, videri absolutum si erat excommunicatus ob aliquam notoriam offensam, pro qua priusquam absolueretur, facienda erat restitutio, modo ea mente pœnitens esset, vt statim, & ante absolutionem restituturus esset, si posset, & satisfacturus, q̃ pro illa offensa deberet, si eius meminisset. Pro qua vltra prædicta facit, quod hæc absolutio tantùm in foro conscientiæ prodest.

69 Secundo infertur, quatuor illorũ prædictorum nullum esse de absolutionis substantia, vt supra est tactum.

70 Tertio infertur, verum esse, quod Paludanus quem sequuti sunt Posteriores, dixit, [a] eum, qui confessus est alicui porenti eum ab omnibus suis peccatis & censuris absoluere, & quædam reseruata oblitus fuerit, posse postea solui ab eis à quouis inferiori, quod supra in c. *consideret*.[b] sub finem memini me prædicere: vbi etiam alios, qui Paludanum sequantur, citauimus. adde jis quædam quæ de hac materia satis nouè tradimus in Man. confess. [c]

71 Quarto infertur, eum sacerdotem, qui hæc præ oculis habuerit, dictum iri scientem ligare ac soluere bona ex parte: & ita futurum talem, qui huius textus principio merito comprehendatur.

72 NOTA tertio ex illis verbis: *Si deest sacerdos, confiteatur proximo*, posse nos & debere laico, vel clerico, qui non esset sacrificus, confiteri. Similis textus cap. *quem pœnitet*. [d] & apud Magistrum. [e] Facit, quod vrgente necessitate laicus baptizat, etiam fœmina, [f] etiam Iudæus, & quiuis alius infidelis. [g]

73 Facit quod in mortis articulo constitutum, quiuis sacerdos, quamlibet alienus, à quibuſuis peccatis, quamlibet reseruatis, & à censuris illis annexis absoluit, arg. cap. *quod de his*. [h] & c. *pastoralis*. [i] & latius dicemus in ca. 2. infra, [k] probabile quidem est, vt ait Paludanus, [l] ea mente Papam esse, vt velit mortis agonia laborantem, in extremisque agentem, à quolibet, cui hoc committi poterat absolui: & ita vel tacitè, velle cuiuis presbytero commissam esse iurisdictionem super quolibet in extremis constituto: eadem igitur ratione etiam laico videtur id concessum. Facit, quod Hostiensis, [m] addit etiam mulieri huiusmodi confessionẽ fieri posse, si viri deessent. Equidem consulerem mulieribus, vt potius confiterentur mulieribus, quàm viris laicis: si tantum verecundiæ, vel consilij, vel exhortationis ab eis: quantum à viris, sperarent.

74 Contra quam tamen cõclusionem facit glossa memorabilis, [n] quæ habet confessum laico etiam tempore necessitatis, ab ipso absolui non posse. Facit item quod absolutio peccatorum ab Ecclesiæ clauibus pendet, vt habet Extrauagans, *quia quorundam*. [o] at claues soli habent presbyteri, vt probatur in eodem §. Facit denique cap. *firmiter*. [p] nec illarum est mulier capax. [q] ergo laicus absoluere non potest, & minus fœmina.

75 Ob hæc & alia dicendum est primò, textum nostrum & conclusionem ex eo decerptam, scilicet, saltem laico esse in mortis articulo confitendum, si presbyter desit, de consilio tantùm intelligendum, non de præcepto, secundum Scotum, [r] & Cardinalem, [s] & est communis. Pro qua pondero hunc textum qui non habet confitendum proximo; sed tantã esse vim confessionis, vt si desit sacerdos, confiteatur proximo.

76 Quæ verba subiunctiui modi potentiam quandam significant, iuxta illud Persij, Satyr. 3.

Dicat at hic aliquis de gente hircosa centurionum.
Et apud Maronem, in Georgicis.
Quid faciat lætas segetes, &c.

Cap. dicar. [t] & hoc innuunt illa verba, quæ præcedunt; *Tanta est vis*, quasi diceret, ea vi cõfessionem esse, vt etiã laico facta prosit. Secũdo facit, quod nullibi est textus iuris, vel humani, quoad id teneamur: ergo id non est affirmandum. [v]

Non obstat hic textus in prædictis duobus locis repetitus: quoniam potentiam confitendi, & non necessitatem id faciendi denotat, vt supra est tactum. Vnde Beda, [a] *Minora*, inquit, *id est, venialia æqualibus, immundtiam lepræ sacerdotibus pandamus*. & Richardus, [b] de congruitate, inquit, esse hoc intelligendum. Cui Scotus, Paludanus & Gabriel [c] consentiunt. Quamuis Thomas, [d] contra sentire videatur, & contrarium teneant Dominicus & Cardinalis Alexandrinus. [e] Quod tutius arbitratus est Felinus, [f] sed humanius & verius esse, quod supra diximus, sentit ibidem.

77 Quamquam parum placet, quod ipse ait, laicum, cui fit confessio, non teneri ad eam celandam ex sigillo confessionis; sed solùm ex sigillo secreti; cum id falsum sit, secundum Paludanum, & omnes, [g] quorum neminem ab eo lectum demiror.

78 Dico secundo, non esse mẽtem textus consulere alicui, quo ei, qui non est presbyter, eo animo confiteatur, vt ab eo absoluatur, sacrilegij enim crimen est, absolutionem peccatorum accipere ab illo, qui non est potestatis id faciendi capax: immo & ab illo, qui eiusmodi potestatẽ non habeat. Est enim irreuerentia facta rebus sacris, quam sacrilegium esse constat, vt est in ca. *sacrilegium*. cum illi annotaris per glossam, [h] & S. Thomam. [i]

79 Tertio dicendum, non esse consilium confiteri ei, qui non est presbyter, etiam in mortis articulo peccata mortalia, nisi fuerit persona prudens, taciturna, & quæ profutura sit, & nõ obfutura. Pro priore parte conclusionis facit, quod sicut magis tenemur nostram; quàm alienam vitam seruare, [k] ita, cæteris paribus, grauius fuerit nostram lædere famam, quàm alienam, argumento ca. *non sunt audiendi*. [l] & cap. *nolo*. [m] iuncto ca. *Summa iniquitas est detrahere*. [n] Facit & illud cap. *si non licet*. [o] At confiteri laico tali, qui non prodesset, qui non esset taciturnus, nihil aliud esset, quàm sibi detrahere. Facit illud Scoti in loco præcitato, virum eruditum, qui tantum potest apud se verecundari de peccatis, quantum coram alio laico, prudentius facturum, si etiam tempore mortis Deo soli confiteatur. Hanc conclusionem adserit & tribuit illam ibi Guidoni Cardinali, [p] quamquam Guido id in meo libro non dicat.

80 Pro posterioris conclusionis parte facit ca. *hoc videtur*. [q] Quod habet non detrahere illum alteri, qui crimen illius, etiam occultum ei, qui prodesse potest, & verisimile est non nociturum, in hoc tantùm ei detegit, vt prosit.

81 Arbitror tamen eum, qui iuris ignarus putaret, quod multi putant, esse in articulo mortis cuilibet laico potestatem audiendi confessiones, & absoluendi confitentes; & ideo ea mente laico cõfiteretur, vt ab eo absolueretur: immo & absolutionem reciperet, nõ peccaturum, saltem mortaliter. Quoniam ignorantia iuris, quoad illum obscuri, eum excusaret: præsertim, quod error est illiusmodi, qui nemini noceat, præterquam ipsum habenti; & plus, quàm debet pio proposito facienti. Quod etiam Scotus sensit, & Gabriel vnico verbo, [r] probat.

82 Neque dicas ius hoc esse diuinum, & iuris diuini non dari probabilẽ ignorantiam. [s] Quoniam respondeti potest iuris quidem diuini, quod naturale est, non dari probabilem ignorantiam: iuris tamen diuini positiui, quale est, hoc, dari posse, quod etiam in hac ipsa materia in alio proposito asseruit Thomas à Vio. [t]

83 Ex quibus infertur primò, eum, qui etiam in articulo mortis confessus est laico, vita postea durante, teneri ad confitendum eadem peccata presbytero proprio, secundum plerosque omnes. Pro quibus est glosa putata singularis à multis in c. *pastoralis*. [v] Cui tamen similis est glossa quæ postrema est. c. 2. [x]

Secundo infertur ad illam quæstionem; An laicus possit absoluere ab excommunicatione in mortis articulo. Et videtur posse, primo per c. *sanctum*, [y] quod habet quemdam laicum pœnitẽtem ab alio laico, quem tunc ipse baptizarat, fuisse reconciliatum Ecclesiæ, & id laudat ibidem Augustinus. Secundo facit, quod ideo quiuis sacerdos quemuis in articulo mortis cõstituturn à quouis peccato, quamliber reseruato, absoluere potest: quia præsumitur Summus Pontifex facere facultatem absoluendi in eo articulo ei, cui talis facultas dari potest, vt Paludanus omnium pulcherrime, [z] tradidit, & supra est tactum: at laico

commu

a *In gloss. ca. 1. Iacobi.*
b *In 4. distin. 17. art. 2. q. 1.*
c *Quæst. 2. sub finem.*
d *Ibid. d. 17. quæst. 3. ar. 3. quæst. 2.*
e *In § crimine. 25. dist.*
f *In dicto §. præterea.*
g *In 4. libr. sent. dist. 21.*

a *In 4. di. 18. q. 5. col. pen.*
b §. *cautus.*
c *Cap. 27. à num. 172.*
d *Supra d. 1.*
e *In 4. d. 17.*
f *Cap. const. c. mulier. de consecrat. d. 4.*
g *Ca. à quodam. & aliis sequentibus de consecr. d. 4.*
h *De sent. ex com.*
i §. *præterea. de of. ord. & c. si quis suadente. 17. q. 4.*
k *Dist. 7.*
l *In 4 dist. 17. q. 3. col. 2.*
m *Tit. de pœnit. & remiss. § cui confitẽdum in princ. vers. Septimo tempore.*
n *In illo §. præterea ver. præterquam.*
o *Ioann. XXII. § quod autẽ. de ver. signif.*
p §. *fin. de sũma Trinit.*
q *Cap nouæ. de pœnit.*
t *In 4. di. 17. q. 1. colũ. 10.*
s *In cap. quã pœnitet. sup. distinct. 1.*

h 17. q. 4.
i 2. 2. q. 99. art. 3.

k *Cap. si non licet. 23. q. 5.* l 11. q. 3. m 12. q. 1. n 6. quæst. 1. o 23. q. 5.

p *In d. c. quæ pœnit. art. 7. q 22. q. 5.*

r *In illa q. 2. st. q. 4. §. notandum.*

t *In q. 5. col. 3. de confessione. alias in paruis opusc. tom. 1. tract. 5. q. 5.* v §. *præterea. in gloss. super verbo, Præterquam. de of. ord.*
x *De pœnit. & remiss. li. 6.* y *De consecr. dist. 4.*
z *In 4. d. 20. q. 3. col. 2.*

t *Cap. 27. num. 271.*
v *Num. 98.*

communicari potest à Papa facultas absoluendi ab excommunicatione, pro quo glossa est memorabilis & recepta in cap. *præter*. [a] quæ habet laicum de Papæ mandato excommunicare posse: ergo à fortiori absoluere, cum hoc sit fauorabilius. [b]

Tertio facit glossa quæ hoc in proprijs terminis ponit in ca. *à nobis. 2.* [c] ex quo videtur inferre ibi Panormitanus & Felinus cautelam esse, quando aliquis est excommunicatus, vt ab aliquo laico absoluatur: ne post mortem oporteat adire illum, cui ea conueniebat absolutio.

84 Contrarium tamen tenendum videtur primo, quod nusquam efficaciter probatur pars contraria, vt ex solutione eorum, quæ pro illa citata fuerunt apparebit. Secundo, quod glossa in illo §. *præterea*. oppositum tenet, & eam sequuntur omnes ibidem.

85 Quin & Imola, [d] dixit, illã singularem pro hac, quam defendimus, parte: addens excommunicatum, qui laico in articulo mortis confiteretur; siue ab eo absoluatur, siue non, in loco sacro sepulti non posse, donec propter contritionem illam, quã confitendo monstrauit, absoluatur ab illa excõmunicatione. Facit, quod laicus nõ habet claues. [e]

86 Facit, quod eleganter scribit Paludanus, [f] quod ideo sacerdos non proprius potest absoluere in articulo mortis tam à peccatis, quàm à censuris, quia verisimile est, Papam velle, vt tali tempore absoluere possit à peccatis quibuis, cui talis potestas communicari potest. At quia peccatorum absolutio præexigit absolutionem à censuris; ideo per quamdam consequutionem videtur ei etiam commissa absolutio à censura. Quæ ratio cessat in laico, cui peccatorum absolutio, etiam à Papa committi non posset, vt per eundem, & quamuis in versi. propter hoc parum vitiata sit littera. Non obstant in contrarium allegata non primum; scilicet cap. *sanctum*. [h] Quoniam illud cap. de pœnitentis reconciliatione; & non de excommunicati absolutione agit, quod etiam glossa prædicta illius cap. à nobis. clare significat.

Non obstat secundum, quia concedo laicis dari posse à Papa potestatem excommunicandi & absoluendi ab excommunicatione: sed nego videri datam tacitè vbicumque mortis articulus instat, & deesse sacerdos, propter diuersitatem rationis superius allatam.

87 Secundo respondeo, quod etiam sacerdotibus hæreticis, schismaticis, excommunicatis, ac alijs alia ratione ab absoluendo prohibitis, quã ex iurisdictionis defectu, non communicatur illa potestas; vt tradit Paludanus. [i] Facit textus in cap. *nostro*. [k] & est glossa, [l] quam cõmendant Panormitanus & Præpositus, [m] vbi est glossa contraria; sed communiter reprobata. Super qua se fundans Siluester, [n] aliter dixit. Non obstat etiam glossa illa. cap. *à nobis*. quia nullo iure probatur, & habemus glossam contrariã, [o] quæ est Ioannis maiore multo auctoritate viri, quam Laurentius, cuius est illa glossa cap. *à nobis*. quæ glossa prædicti ca. fin. ait ex omnibus, quæ spectant ad officium sacerdotis illud tantùm licere laicis, etiam in necessitate, quod expressum est. Quam glossam inter alios multos etiam commendauit Decius, [p] & quamuis eam ibi mordere videatur, eandem tamen firmiter probat. [q]

88 Non obstat etiam, quod Paludanus ait, [r] priuatum, qui non est iudex, neque sacerdos, posse in morte absoluere ab excommunicatione. Quia primo, vt prædixi, contrarium tenuit solidius. [s] Secundo, quod ex prauo intellectu illius cap. *sanctum*. id videtur dixisse, quod, vt supra dicebam, loquitur de reconciliatione solenniter pœnitentis, non de absolutione excommunicationis. An autem per Concilium Tridentinum sit tradita potestas absoluendi ab excommunicatione in articulo mortis sacerdoti etiam excommunicato, & denuntiato hæretico dicimus in Manual. confess. [t]

NOTA Quarto ex illis verbis: *Sacerdoti meliori, quam potest confiteatur*, pœnitentẽ eligere debere optimum, cui confiteatur, ex his, quos potest, sacerdotibus. sed hæc verba consilium, & non præceptum denotare diximus in glossa summæ huius dist. Quod hic pro repetito habeo & pro addito, quod addam infra. [v]

NOTA Quinto ex illis verbis: *Et si peccatum occultũ est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis*. eum, qui publicè peccauit, non satisfacere secrete confitendo. Pro quo facit c. 1. [a] ibi, *Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda*. Facit, quod ait Ioannes Andreas, [b] quæ latius, [c] in vndecima conditione confessionis scripsimus, dum conclusimus aliter posse quem manifesta confiteri, quàm occulta.

Contra tamen hanc conclusionem facit illa vndecima conditio, scilicet, quod secreta debeat esse confessio: vbi tenuimus etiam peccata notoria non esse necessario palam confitenda, & allegauimus textum optimum. [d]

89 Pro prædictorum concordia dico primo, textum hunc satis difficilem esse: sed nullatenus ita intelligendum, vt per illud nobis significentur peccata publicè confitenda.

90 Nec rursus ita, vt pro peccatis publicis publica pœnitentia sit necessario pœnitenti à confessario imponenda: quamuis, si velit suscipere, illa imponi possit.

91 Sed ita intelligi posse, vt non sufficiat eiusmodi occulta confessio & occulta absolutio: & denique talis occulta pœnitentia ad hoc, vt talis pœnitens tractetur in sacramentorum administratione, veluti absolutus. Pro quo intellectu faciunt, quæ sequuntur verba: *Vt grata sit oblatio muneris*.

92 Facit, quod ait Paludanus, [e] scilicet, antequam publicæ meretrices, vel publici vsurarij, vel alij peccatores publici admittantur ad Eucharistiam publicè suscipiendam, necessarium esse, vt vel eos publicè pœniteat, vel publicandum esse per parochum eos pœnituisse. Quod tamen de licentia illorum & non aliter faciendum esse, dicemus in capitulo sequenti. [f] Facit illud singulare Antonini, [g] non teneri quidem peccatorem pro quolibet peccato manifesto, quo alias offendit, pœnitentiam suam manifestare aliquam sacerdoti: teneri tamen eum ad bonum exemplum de se præbendum: & talem conseruationem exhibendam, vt qui antea per illius mala publica passi fuerunt scandalũ; per contrariam nunc eius conuersationem postea facile præsumant ipsius emendationem.

93 Ex quo infertur meretrici publicæ, vel alij publico peccatori, quamlibet amare illũ pœniteat intus, & quamlibet sanctè sua peccata omnia confiteatur: non tamen ei publicè dandam Eucharistiam, donec vel per pœnitentiam, vel per bonam conuersationem contrariam; vel aliquo alio legitimo modo publicè constet eum pœnituisse. Pro qua conclusione potest signari hic textus, & per illam dari pulcher intellectus ad cap. 1. [h] quamquam alios ibi aliàs tradidimus.

In glossam secundam.

Pro intellectu huius glossæ oppono contra textum sic: Quilibet Christianus tenetur confiteri suo proprio parocho, [i] nullus autem regulariter habet duos parochos. [k] ergo nullus regulariter potest sibi eligere confessarium: quod tamen textus is præsupponit. Confirmatur, quod frustra precibus impetratur, quod iure communi conceditur, [l] at quotidie à Romano Pontifice impetramus priuilegia, quo liceat nobis confessarium eligere: ergo id iure communi haud licet, male igitur dicit textus debere quem eligere confessarium optimum.

95 Huius oppositionis metu glossa restringit hunc textum ad eos Christianos, in quorum Ecclesiis parochialibus sunt multi sacerdotes, qui tamen intellectus nimium videtur restringere litteram. Quia primo paucæ sunt Ecclesiæ habentes plures sacerdotes proprios respectu earum, quæ singulos tantum habent.

96 Secundo, quod etiam in Ecclesiis, quæ multos habent sacerdotes; penes vnum eorum est animarum cura. Quia vna ecclesia vnius debet esse sacerdotis, [m] & rarissimæ sunt ecclesiæ, in quibus collegium sacerdotum sit sine capite, & penes quemuis eorum sit animarum cura, iuxta id, quod contingere posse singulariter dixerat Innocentius communiter receptus, [n] & ita secundum hunc intellectũ vix vmquam esset locus huius textus consilio. Quare glossa dat alium intellectũ; scilicet quod textus loquatur de illo, qui iã semel sua peccata cõfessus est proprio sacerdoti, & quia ille ignarus erat, vult nũc alij confiteri.

Sed contra hunc intellectum facit primò, quod vel

a *De pœnitẽ. & remiss.*
b *In cap. omnis. verb. Solus. de pœnit. & remiss.*
c *In c. si. sup. dist. 5.*
d *In c. penul. sup. dist. 1.*

h *De pœnit.*

i *Ca. omnis. de pœnit. & remiss.*
k *Ca. placuit infra eadem. cap. 2. de parochi.*
l *Leg. 1. C. de thesauris. lib. 10. & cap. in iis. de priuile.*

m *Cap. cum non ignores. & ca. præcedenti, de præben.*
n *In illo ca. cũ non ignores.*

proprius sacerdos non erat adeo ignorans, vt confessio & absolutio essent ipso iure nullæ: & tunc non est necessarium iterare confessionem. Et intelligendo de tali paucis hoc consilium prodesset, quippe, quod pauci confessiones legitimè factas iterant. Aut adeo ignorans erat proprius confessarius, vt confessio & absolutio essent nullæ ipso iure: & hoc casu etiam rarò proderit hic textus. Quandoquidem ætate nostra raro deputantur in parochos, qui non sint ea scientia prædíti respectu suorum parochianorum, quæ sufficiat ad essentiam sacramenti pœnitentiæ.

97 Et, vt res habeat, raro, aut numquam audimus confessiones ob ignorantiam confessariorũ iterari. Secũdo contra hunc intelligendi modum facit, quod etiam data ignorantia parochi tanta, non potest parochianus alteri confiteri, nisi petita & obtenta licentia parochi proprij, [a] vel saltem petita iuxta illa, quæ scribimus, [b] infra. [c]

98 Tertio modo responderi posset ad oppositionem negando Christianos regulariter non habere multos proprios sacerdotes. Quoniam habent primo suos parochos: secundo proepiscopos, siue antepiscopos, siue episcoporum vicarios; tertio episcopos, quarto Papam, quinto Dominicanos & Franciscanos, qui præsentantur episcopis, iuxta Clementinam *dudum*. [d] & hodie omnes alios mendicantes, qui ratione suorum priuilegiorum in priuilegijs Dominicanorum & Franciscanorum communicant. Habent & alios, quos nominabimus in cap. fin. [e] habent & multos alios illi, quibus est ius eligendi confessarios per bullas Apostolicas & priuilegia. Quale hodie bona pars Christianorum habet, instituto iam vbique sodalitio siue confraternitate sacrosanctæ Euchatistiæ sacramenti, quam Dominus noster Paulus Papa III. nuper constituit.

Contra tamen hunc intelligendi modum facit, quod tempore Augustini, neque Mendicantes erant, neque alij monachi tale priuilegium habentes, vt colligitur ex ca. *legi*. [f] & ca. *alia*. [g] Quod si neges hunc textum Augustini esse, vt aliqui, quos in princ. dist. præced. retulimus, malè dixerunt: negare tamen nõ potes, húc auct tẽ, quisquis fuerit, fuisse antiquum, qui Clementinam *Dudum*. [h] præcesserit.

Quartus ergo & verus intellectus huius cap. fuerit, vt significet auctorem huius ca. cõsuluisse, vt qui potest eligere confessarium, eligat optimum eorum quos eligere potest: siue illa potestas conueniat ei iure communi: siue iure peculiari: siue quod parochus libenter ei facultatem facturus sit, si petierit, siue quod ob suam ignorantiam illam facere debeat, siue quod licet non teneatur; tamen sua sponte lubenter id faciat.

99 Nam parochos non debere se in ea facienda difficiles præstare: sed potius facillimos receptior habet opinio. Et is sensus planus est, & plane toti conuenit textui, & secundum illum quotidianum est ipsius consilium & optimum, quod etiam infra, [i] breuius & clarius explicatur.

a *Cap. omnis, de pœnit. & remiss.*
b *In c. fi.*
c *Ead.*
d *De sepult.*
e *Infra eadẽ.*
f *16. q. 1.*
g *Cap. sic vine. c. aditi mus. eadem caus. 9. q.*
h *De sepult.*
i *In §. quod autem.*

§. LABORET.

Laboret itaque pœnitens in Ecclesia esse, & ad Ecclesiæ vnitatem tendere. Nisi enim vnitas Ecclesię succurrat: nisi quod deest peccatori, sua operatione compleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credẽdum est enim, & pietas fidei expostulat credere, quod omnes eleemosynæ totius Ecclesię, & orationes, & opera iustitię & misericordiæ succurrant recognoscẽti mortem suam ad conuersionem. Ideóque nemo dignè pœnitere potest, quem non sustineat vnitas Ecclesiæ. Ideóque non petat sacerdotes per aliquam culpam ab vnitate Ecclesiæ diuisos. Iudas enim, qui pœnitẽs iuit ad Phariseos relinquens apostolos, nihil inuenit auxilij, nisi augmentũ desperationis. Dixerunt enim: Quid ad nos? Tu videris. * si peccasti, tibi sit, non tibi succurrimus, nõ peccara tua caritatiuè susćipimus, non cõportanda promittimus, non qualiter deponas onus docemus. Quid enim nobis & misericordiæ, qui nec opera sequimur iustitiæ? Isset ad fratres, isset ad illos, * qui orauerant pro socru Petri febricitante, * qui Chananæam improbam misericordiæ obtulerant. * Interrogasset Petrum pro se effundẽtem lacrymas, * non fugisset, Mariam & Martham, quæ vitam Lazaro impetrauerant: * non turbam plorantem, quæ filium vnicum adquisierat viduæ. Iuit ad diuisos, & diuisus periit.

Matt. 27.
* Luc. 4.
* Matth 15.
* Matt. 26.
* Ioan. 2.
* Luc. 7.

SVMMARIVM.

1 *Confessarius esse nequit ab Ecclesia diuisus, etiam in articulo mortis. n. 2. Si est hæreticus. nu. 7. aut vere schismaticus. n. 8. Vel non seruans canones, quasi non ligent. nu. 9. Aut fornicarius denuntiatus. n. 10. Vel excommunicatus, vel interdictus, vel suspensus, notorius ita, vt nulla tergiuersatione celari possint. n. 2. & 22. & 25. Nec refert, an generatim, an vero speciatim sit quis censura notatus. nu. 23.*
3 *Eucharistiam: hæreticus non ministrat.*
4 *Baptizat hæreticus, conficit item. nu. 5.*
11 *Extrauagantis*, Ad vitanda. *tenor, cuius tenor varius. nu. 12. Et extendenda. nu. 24.*
13 *Exceptio regulam firmat, non in casu simili. nu. 14. Et etiam si per dictionem loquatur taxatiuam.*
16 *Exceptio, qua in antiquum ius redditur, ampliandа: qualis videtur omnis exceptionis veræ exceptio. nu. 17.*
18 *Excommunicatum non vitare regulariter leuius, quam non vitare interdictum, vel suspensum, in quibus vitandi sunt.*
19 *In notorijs neque citatio, neque sententia necessaria.*

Nota ex hoc §. vsque ad §. Sacerdos, confessarium talem esse oportere, qui non sit ab Ecclesiæ vnitate diuisus, sic enim habet.

Non petat sacerdotes, per aliquam culpam ab vnitate ecclesiæ diuisos.

1 Ergo confessarius esse non potest, qui ab Ecclesia diuisus est.

2 Facit, quod etiam in extrema necessitate non licet confiteri hæretico, vt est in cap. *præter*. [a] iuncta glossa, [b] cuius secundum intellectum sequitur Panormitanus & Præpositus, [c] reprobantes glossam penultimam illius ca. quæ contrarium asseruit.

3 Facit, quod Ermigildus rex maluit oppetere mortem, quàm communionem sacram è manibus episcopi Ariani sumere. [d] Facit, quod non licet Missam publici concubinarij audire. [e] Facit, quod moriendum est potius, quàm excommunicato in diuinis participandum, [f] secundum communem illius cap. intellectum.

4 Facit quod Cyprianus eruditione ac pietate insignis & martyrio glorioſus cum sexaginta episcopis, baptisma hæreticorum lauacrum diaboli appellauit. [g] Facit quod subditi possũt auctoritate propria ab hæretico deficere. [h]

5 Contra quod tamen facit primo, quòd licet ab hæretico in necessitate baptismum accipere, vt Stephanus, Cornelius, Augustinus, & tota Ecclesia contra Cyprianum definiuit, quod testatur Gratianus. [i] Secundo facit, quod presbyter, quamlibet ab Ecclesia præcisus, etiam realiter exautoratus, siue degradatus, & in scalis è quo suspendatur, positus consecrat, vt tradit Paludanus cum prioribus & posterioribus ibi scribentibus, [k] & tenet glossa, [l] quidquid glossa fin. senserit. [m] Thomas etiam, [n] hoc tenuit, licet ipse, nec alij hoc ita, vt Paludanus, amplificauerint. Facit tertio *c. nonne*. [o] quod habet à nullo recedendũ prælato, donec à sua deponatur Ecclesia, & *c. cum non liceat*. [p] quod habet nõ obstante præscriptione superioti ab inferiore obediẽdum esse. Facit, quod titulus & error

a *Verſ Scien-dum. 32. diſt.*
b *Super ver. per manus.*
c *In cap. non eſt ſub finem de ſponſal.*
d *Cap ſi. 24. queſt. 1.*
e *Cap. ſi. de cohab. cleri. c. nullꝰ. 32. diſt.*
f *Cap. ſacris, de his, quæ vi met. cauſ.*
g *D. cap præter verſ. ſciẽ-dum.*
h *Capi. ſane. queſt. 7*
i *In cap. præter ſub finem. 32. diſt.*
k *In 4. diſtin. 13. q. 1. col. 3.*
l *In cap. 2. de clerie excom-mu. miniſt.*
m *In cap. de-gradatio. de pœnis lib. 6.*
n *In tertia parte. qu. 82. artic. 8.*
o *8. qu. ſi.*
p *De præſcri.*

communis efficiũt, vt auctoritate publica gesta valeant. [a]

6 Quo hæc omnia sibi consonent dicendum est primo confiteri nos iustè posse regulariter maiis sacerdotibus, quod probant iura posterius allegata, textum autem nostrum intelligi primum de sacerdote hæretico, [b] iuxta glossam 1. cap. *cum non liceat*. [c]

7 Is enim per culpam est ab Ecclesiæ vnitate diuisus. Facit cap. *quia diligentia*. [d]

8 Secundo intelligitur de schismatico illo, qui putat Ecclesiam alibi esse, vel esse posse, quàm penes Petri successorem. Is enim hæreticus est. [e] Non autẽ de illo, qui bona fide, se vel alium esse putat Papam, cum non sit: & ideo apud se, vel illum alium credit esse Papatum. is enim non est hæreticus, vt habet glossa putata singularis, [f] & optimus textus in cap. *si duo*. [g]

9 Tertio intelligi potest in sacerdote, qui non seruat canones secundum glossam in ca. *sacerdotes*. [h] à multis putatam singularem, & in his à Panormitano, [i] & Felino. [k] Quę tamen intelligenda est quando ex contemptu eos nõ seruat, credens, scilicet Romanum Pontificem eorum auctorem non habere legem condendi potestatem, secundum eosdem, [l] & secundum Panormitanum, [m] quem sequitur etiam Cardinalis, Alexandri, post Dominicum, [n] de quo est glossa multis putata singularis & in his Felinus. [o]

10 Quarto intelligi potest de notorio fornicario, iuxta ca. *nullus. ca. præter*. [p] Quem tamen textum hodie non procedere, vel saltem temperatum esse, ne procedat, nisi posteaquam suspensio huiusmodi fornicarij denuntiata fuerit & publicata, tenuit Diuus Antoninus, [q] quem multi Summistę sequuntur. Et idem tenet Maior, [r] & Siluester, [s] per Extrauagantem ad *euitanda scandala*. Martini V. Cuius tenor, vt scribitur in statutis ecclesiæ Gallicanæ est hic. *Ad vitandum scandala & multa pericula, subuenienduṁque conscientiis timoratis, statuit etiã, quod nemo deinceps à communione alicuius in sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs quibuscumque diuinis, vel extra prætextu cuiuscumque sententiæ, aut censuræ ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis ab homine, vel à iure generaliter promulgata teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum ecclesiasticum obseruare: nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura huiusmodi fuerit in, vel contra personam, collegium, vniuersitatem, Ecclesiam, aut loca certum, aut certam à iudice publicata, aut denunciata specialiter & expresse: aut si aliquem ita notorie in excommunicationis sententiam consiterit incidisse, quod nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo modo iuris suffragio excusari; nam à cõmunione illius abstineri vult, iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendit in aliquo reuelare, nec eis quomodolibet suffragari.*

Quem ideo operæpretium fuit referre, quoniam quis fuit illius constitutionis tenor, dubitauit Felinus. [t] Nam alio modo retulit Antoninus, cuius relationi omnes Summistæ posteriores assenserunt, & alio refertur in statutis ecclesiæ Gallicanæ. Concordatis inter Leonem Papam II. & regem Franciæ Franciscum, titulo de excomm. non vitand. tenor enim præfatus, vt vides, habet illa verba: *Aut si aliquem ita notoriè excommunicationis sententiam constiterit incidisse*. Quæ ipsa eadem habent statuta ecclesiæ Gallicanæ, & etiam concordata. Apud Antoninum autem pro illis verbis, sunt illa: *Saluo, si quem pro sacrilega manus iniectione in clericum sententiam latam à canone adeo notoriè constiterit incidisse*. Quę ipsa eadem sunt etiam apud Decium, [u] qui & ipse ex Antonino & Angelo Clauasiensi desumpsit.

Sunt tamen hic mihi duo dubia minime dissimulanda. Alterum est, an prædicta exceptio locum habeat in suspensione & interdicto adeo notorijs, vt nulla tergiuersatione celari possint. Alterum, an hæc constitutio se extendat ad excõmunicatos speciatim, & nominatim nondum publicatos. Hęc duo dubia semper fui arbitratus esse grauia, nunc autem ea æstimo grauissima. Primo, quod Felinus vir eruditione integra, alterum illorum non fuit ansus definire. [x] Secundo, quod in eo ipso, quod ille non decidit, dubio Cosmam glossematarium Pragmaticæ, & Adrianum consummatę eruditione viros video secum mutuo pugnare. Tertio, quod circa illa nescio, quare pauci dubitare voluerunt; cùm tamen sint quotidiana. Nam neque videntur dubitasse Diuus Antoninus & communiter Summistæ, sed neque Parisienses, [a] sed & nescio quare dissimulauit illa, qui nuper prædicta concordata glosis illustrauit eruditis. Quod ipsum Thomas à Vio, [b] facit ad verbum referens prædictam extrauagantem secundum relationem diui Antonini.

In priore igitur dubio quilibet aspectu primo dicat, finem illius Extrauagantis solum excipere notoriè excommunicatum: non autem notorie suspensum vel notoriè interdictum. Quoniam à verbis nõ est recedendum. [c] At verba solam excommunicationẽ notoriam excipiunt. Facit, quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, [d] & argumentum à speciali valet, [e] & casus omissus relinquitur dispositioni iuris. [f] Hoc autem ius à principio vult suspẽsos & interdictos non esse necessario vitandos: ergo seruandum est, nisi in casu excepto ad hoc. [g] Facit quod secundum Antonini relationem, quæ videtur esse secundum litteram, quæ à Martino V. in concilio Constantiensi prodiisse dicebatur, habet, *Saluo, si quem pro sacrilega manuum iniectione in clericum, in sententiam latam à canone adeo notorie constiterit incidisse: vt factum non possit aliqua tergiuersatione celari, nec aliquo suffragio excusari. Nam à communione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abstineri, &c.* & ita littera tantum de excommunicatione agit, & vna strictius, quàm altera. Quia secundum rationem Antonini de excommunicatione tantùm. Facit quod Felinus, [h] & Decius, [i] asserere videntur, quod si littera Extrauagantis esset illa, quam Antoninus refert, & quæ communiter inter auctores, qui non viderunt exemplaria habetur, solum de notorio excommunicato ob manuum violentiam in clericum iniectionem intelligenda esset. Ergo à fortiori, si loquitur generatim de notorię excommunicato, non debet intelligi & extendi ad notoriè interdictum, vel suspensum.

14 Pro contraria tamen parte, facit, quod casus exceptus à regula ob rationis identitatem extenditur ad similem, textus est in cap. *cum dilecta*. [k] in illis verbis: *Eiusdem æquitatis similitudine*, quem in hoc commendat Panormitanus, [l] vt tradit ibi Andreas Siculus, [m] & Felinus, [n] & qui postillas scribunt ad Panormitanũ, & in his Bartholomæus Belenzius in loco proprio putauerunt singulariter, Corsetus etiam, [o] cui similis textus. Vbi Baldus hoc annotauit. [p]

15 Quæ conclusio procedit etiam si casus ille excipiatur per dictionem taxatiuam *tantùm*, vel similem secundum Panormitanum, [q] textus est cum iuncta glossa 2. l. *fi. sexui*. vbi Bartholus hoc annotauit. [r] Irrefragabilis item tex. is l. fi. [s] cum iuncta glossa. [t] At eadem penitus ratio est in notorio interdicto, & in notorio suspenso, quæ in notorio excommunicato. Nam omnes euitandi erant iure antiquo, etiamsi non essent denuntiati: omnes euitandi sunt iure nouo, si sint denunciati: nulli euitandi, si generaliter sunt ligati, & non alia ratione, quàm, quia in dubium verti potest, sint necne ligati. Si ergo notorium est eos omnes ligatos esse, quare alium vitabimus, alium autem admittemus?

16 Facit quod per hanc exceptionem redimus ad ius antiquum, & ita fauorabiliter & late interpretanda est. [v] Nam ea, per quæ ad ius pristinũ redimus, late accipimus. Verbi gratia, Statutum inferioris confirmatum à Papa eo casu, quo confirmatio erat necessaria, non potest per inferiorem tolli, efficiuntur enim Papalia, quando saltem essent talia, quæ sine confirmatione Papę inutilia forent, secundum Baldum. [x] Quando tamen illud statutum tolleretur, vt ad ius antiquum & pristinũ rediremus, tolli potest per inferiorem. Casus videtur in ca. *cum accessissent*. [y] declarando illum textum, vt per Felinum, [z] quod tamen iusta ratione non omnino sequemur, [a] licet secundum ipsum, etiam in *c. cum omnes*. [b] probatur, quod licet soli canonici sine consensu episcopi non possunt statuere regulariter super his, quæ statum totius Ecclesiæ tangunt: possunt tamen, quando per huiusmodi statutum rediturad ius commune. Quod confirmat multis, quæ pulchra sunt, ibidem ipse. [c] Facit proprius glossa illa solennis in ca. *statutum*, [d] quæ habet conceſsionem, per quam à iure speciali in ius cõmune redimus fauorabiliter esse accipiendam.

17 Facit optimè *c. 1.* [e] facit illa conclusio, quã asseruimus

a *In 4. di. 9.*
b *In verbo Excommunicatio. minor.*
c *Leg. non aliter. ff. de le. 3. cap. ex literis. 1. de ſponſalibus.*
d *32. q. 7. dominus c. 2. de coniug leproſ. cum ſimili.*
e *Cap. præſenti. de præb. lib. 6.*
f *Leg. ſi cum dotem. ff. ſolut. matrim. c. ſuſceptum. de reſcriptis. in 6.*
g *Cap. nomine, cum ibi notatis de præſcript.*
h *Vbi ſupra, in dicto cap. à nobis. de excep.*
k *De confirmat. vtil.*
l *Ibi & in ca. ad audientiam. de clerici. non reſidẽ. & in cap. iuratꝰ. de pro.*
m *Col pen.*
n *In ca. quoniam frequenter. in princi. de lite non conteſt.*
o *In fin. verbo, Exceptio.*
p *In cap. poſt tranſlationẽ. verſ. Quamquam. de rẽnun.*
q *In illo c. eũ dilectꝰ. de cõfirmat. vtil.*
r *ff. de vſucap.*
s *C. de reuoc. donat. verſ. Tãtummodo.*
t *Verbo, Voluerit.*
v *Capit. ab exordio. 35. diſt. l. ſi. vnus. §. pactus ne petoret. ff. de pactis.*
x *In l. ex placito. C. de rer. permutat.*
y *De conſt.*
z *Ibidem col. 2.*
a *In c. dilecto. de præbendis.*
b *Eo. tit.*
c *Col. 3.*
d *Verb. mmerandum. ff. de præb. lib. 6.*
e *De pactis. lib. 6.*

in cap.1.[a] scilicet, exceptionem regulæ irregularis,id est, exceptionis exceptionem esse fauorabilẽ, quod exceptio exceptionis sub antiquiore regula continetur.At finis huius Extrauagantis exceptio est regulæ irregularis, vel exceptio exceptionis. Quoniã antiqua regula continet omnem excommunicatum vitandum esse,vitandum item interdictum & suspensum, in quibus rebus est interdictus, vel suspensus.Huius antiquę reguię nouam exceptionem continet hæc Extrauagans nempe vt non procedat in excommunicato generaliter à lege, vel ab homine. Rursus ab hac noua regula excipitur denunciatus & notoriè excommunicatus.Et ita hæc exceptio,nõ est exceptio regulæ regularis,sed irregularis,illius nempe,quæ est antiquæ regulæ exceptio.Ergo fauore digna est & digna,quæ amplietur.Facit glossa illa trita,[b] putata singularis Dominico,[c]& Panormitano,[d] quę tamen habet similẽ in ca.*si post quam*. [e] & satis in Clem.1. [f] quas cum illa citabat Decius,[g] quæ probant secundum aliquos constitutionem etiã pœnalem ex rationis vnitate ad similẽ casum extendi. Secundum autẽ alios probat nõ esse vllã extensionẽ,quando eadẽ ratio in casu,à quo,& in casu ad quẽ extenditur subest.

18 Facit,quod grauius videtur , non vitare interdictum vel suspensum,in quibus rebus interdictus est,aut suspensus:quam non vitare excommunicatum. Quoniam nõ vitare excommunicatum regulariter est peccatum veniale, vt post Ioannem Andream communiter concludunt omnes,[h] & D.Thomas & alij:[i] nõ euitare autẽ interdictum, vel suspensum,in quibus est suspensus, nemo dixit,nõ esse mortale. Ergo eadẽ, vel maior ratio est,quare interdictũ, vel suspensum notorium euitemus,quam quę huiusmodi excommunicatũ vitare suasit.Facit,quòd notoriũ non indiget denunciatione,textus in ca. *quintam*. [k] textus & per illum ibi Panormitanus,[l] in ca.*peruenit*.[m]& ideo neque ad illam ferendam est necessaria vocatio partis : quando saltem constat, nullam esse parti absenti defensionem. Hostiensis per illum textum, [n] idem Panormitanus. [o] Quin & sententia in notorijs proprie non requiritur , secundum Innocentium : [p] quæ omnia videntur fuisse ratio excipiendi casum illum excommunicationis notoriæ ; quæ eadem esse constat interdicto,& suspensione.

19 Hæ me rationes maximè in hanc partem inclinant; nec me parum mouet , quod Cosmas vir canonum egregia peritia,[q] idem affirmat.

Non obstant pro cõtraria parte adducta.Non primum; nam L.illa *non aliter* , [r] habet à verbis litteræ discedendum esse,quando de dispoñtis mente aliud apparet;in nostro autem casu ex mente disponentis ob rationis vnitatẽ, vel parilitatem apparet sub illo casu excõmunicationis notorię exceptio,alias quoquc censuras notorias comprehendi.

Non obstat etiam secundum,quoniam illud iuris principium:*Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis*,intelligendum est de casibus non exceptis dissimilibus his , qui excepti sunt,non de similibus,vt annotauit Dominicus, [s] facit glossa 1.ca.*si tibi absenti*. [t]Et eodem modo respondendum est illi,quod obiicitur:*qui de vno dicit* , & cap. nam intelligendum est negare quidem de alio dissimili , non de alio simili, etiam si per dictionem taxatiuam loquatur per ea,quæ pro nostra parte sunt citata.

Non obstat tertium,quia nõ sequitur, Bis facta est constitutio hæc , & semel strictius concepta fuit, ergo strictè interpretanda est.Quia si prius strictius fuit concepta , & posterius largius, potius esset arguendum largè interpretandam esse.& hoc contigit in hoc casu.Nam Antoninus habuit illã, vt à Martino fuit lata:& tunc strictius fuit concepta,quã postea in Concilio Bituricẽsi,& statutis ecclesiæ Gallicanæ.Et quamuis dicas acta illius Cõcilij & prædicta statuta non ligare vniuersos; negare tamen non potes,patres illos eruditissimos,qui eis interfuerunt,latè illã intellexisse.& ita hoc tertium argumẽtum pro nobis neruosius adstringit, quam pro parte aduersa. Quãnis autem hæc omnia supra dicta iustiora nobis visa fuerint tẽpore, quo hæc scribebantur : postea autem cum Manuale Confessariorum Latinitatẽ donaremus , & iam in Germania Catholici communicarent, vti & in hunc diem communicant hæreticis notorijs, quos planè constat esse excommunicatos; idemque faciant Galli, Scoti, quinimmo & Belgæ addidimus iis quædam necessario videnda in prædicto Manuali, [a] & plura in Enchirid.de oration. [b]

22 Ex quibus videtur dicendum , eum facerdotem , qui est denuntiatus fornicarius,excommunicatus , suspensus, vel interdictus,aut notorie talis est, non esse idoneũ confessariũ, quod hactenus non arbitror fuisse ita discussum.

In posteriore autem dubio , primo aspectu facile quis dixerit, excommunicatum speciarim esse euitandum ante denunciationem,ab eo,qui scit illum excommunicatum. Quamuis id non sit notorium : primo quod à lege antiqua non est recedendum , nisi quatenus in lege noua id exprimatur. [c] Facit illud singulare, iura nõ esse corrigenda per subauditos intellectus, vt habet glossa in cap. *cupientes*. [d] Quam sequuntur,& singularem putant fere omnes,& in iis Felinus, [e] & Iason, [f] & Angelus, [g] quæ tamen similem habet in eodem §. *verbo priuatus*. Sed antiqua iura clare statuerunt,excommunicatum,interdictum & suspensum vitandos esse à quocunque,qui id sciret : sed alio & alio modo,publicè quidem ab eo,qui sciret publicè:secretò autem ab eo,qui sciret secretè. [h] Hæc autem lex antiqua solum corrigitur , quoad generaliter censuris ligatos, vt ex littera patet : ergo hæc correctio non habet locum in speciatim censura aliqua ligatis. In hanc partem inclinat Felinus, [i] & eam asserit Adrianus. [k]

23 Contrariam vero partem,nempe idem esse hoc casu de speciatim ac generatim excommunicato,tradidit Cosmas, [l] ait enim idem esse, si speciatim : nisi sententia fuerit publicata. Pro hac parte faciunt omnia, quæ superiore articulo prælegata fuerunt ad probandũ illius Extrauagantis exceptionem , quæ de excommunicatione notoria statuit ad omnes alias extendi censuras. Addo , quod fere omnium vsus habet , neminem ob excommunicationem etiam speciatim in eum latam vitare; donec denuncietur vitandus. Quin & memini , me sæpe subolfacere parochum , cui tradita iam erat denuntiatoria scriptura , quo speciatim excommunicatum denũciaret, monuisse illum, vt mox solueret,& ita denuntiationem impediret , & per consequens vitationem. At consuetudo dubiorum interpres est optima. [m] Facit,quod fieri potest, vt certius à me sciatur Titius excommunicatus esse,qui tantùm est generatim excommunicatus:quàm Caius,qui speciatim est excommunicatus. Fieri enim potest , vt Caius alleget mihi aliqua,quæ si vera essent , quoad Deum saltem non esset excommunicatus. Titius autem nulla, quibus à sententia generali esset exclusus. Præterea stat, quod est frequentissimum , necvnde me scire socium meum excommunicatum,nisi quod ille ait,ita esse. Quo casu,rogo, quid refert, an generali, an speciali sentẽtia ligetur: quandoquidem æquè mihi est certum , illum esse excommunicatum in altero casu,vt in altero,& in neutro esse denuntiatum.

24 Adde quod Extrauagans illa ad vitanda conscientiarum timoratarum scandala inuenta fuit.Et ideo res veluti fauorabilis extendenda est.argumento glossæ c.*sciant cuncti*. [n] & glossa in ca. *quamquam*. [o] & eorum quæ annotauit Bartholus. [p] Adde quòd humana verecundia non minus deterret à speciali excommunicato vitando, quam ab eo,qui generatim est excommunicatus , donec denuntietur & publicetur. Ergo tam excusandus videtur , qui non euitat speciatim excommunicatum ; quàm qui non vitat generatim innodatum.

Scio quidem his rationibus respondẽri posse : sed neque ignoro contra dilui facile. Hanc tamen Cosmæ opinionem , & consuetudini & rationi legem illam ferendi amiciorem arbitror,quàm alteram,quæ verbis nititur potiùs,quàm ratione. Et quoniã tacito vsu ipse Cosmæ opinionem seruari video,ideo illi magis adhæreo.

Epilogus.

Ex his multa colligi possent;sed quoad propositum nostrum colligitur:primo idem esse dicendum de suspensione & interdicto notorio, quod de excommunicato notoriè. Secundo idem esse dicẽdum de speciatim interdicto, suspenso, vel excommunicato ; & de generatim ligato. Tertio quòd confessio fieri nõ potest ei,qui notoriè adeo concubinam tenet, vt nulla tergiuersatione celari queat. Quarto posse tamen confiteri illi , quem pœnitens scit

a *De probat.*

b *Capit.1. de tempor. ord. lib.6.verb.1-talia.*
c *Ibidem,*
d *Ca sacris. quod mes. causſa, & in proœmi. Decret. col. 14. & in c.fi. col. 3.de reſcrip.*
e *De electio. lib.6.*
f *Ver. Eligatur,*
g *In ca.ſcitãdo requiris. de appellat.*
h *In c.ſacris. quod mes. cauſa.*
i *In Quarto. diſtinct.18.*
k *De filiis preſbyt.*
l *Colum.2.*
m *De appell.*
n *In cap. reprehenſibilis. eodem titulo.*
o *In illo cap. peruenit. 2. & in ca.parochianos.columnæ primæ de ſent. excõmunica.*
p *In capit. ex parte. 1. de verb. ſig.*
q *In d. Pragmat. de excõmu. non euitand.*
r *ff. de legat. 3.*
s *In cap.qualis. 25. diſt.*
t *De præben. lib.6.*

a *Cap. 27. à num. 21.*
b *Cap. 22. num.5.*

c *Leg. præcipimus.C. de appel.ca.cum expediat. de electi.lib.6.*
d *§ quod ſi per viginti. de electi.lib.6. verb. negligen.*
e *In cap. ad audientiam. in 1.col.penu. de reſcrip.*
f *In authen. nouiſſima.C. de inofficiſ. teſt.*
g *In §.in perſonam.Inſtit. de action. in fin.*
h *Cap. cum non ab homine. de ſponſa. excommun.*
i *In cap. Rodulphus. col. 24. de reſtri. klo. 4. de confeſſ. dubio. 9.*
l *In gloſ.illa illius Extra. ad vitanda. verb.* Generatim.
m *Cap.cum dilectus. de conſuetud. l. minimè. ff. de legib.*

n *De electi.*
o *Sub finem de vſur. lib.6.*
p *In leg.quemadmodum. C. de agric. & cenſ. li, 11.*

excommuni

excommunicatum,suspensum,vel interdictum;etiãsi speciatim sit taliter nodatus,modo nõ sit aliter denunciatus.

Porro ex fine extrauagãtis prædictæ colligitur,excommunicatos omnes etiam nondũ denunciatos peccare; saltem regulariter communicando alijs,qui eis absque peccato communicant. Illius enim Extrauagantis verba postrema sunt hæc:*Per hoc tamẽ huiusmodi excommunicatos, suspensos,interdictos,seu prohibitos nõ intendit in aliquo reuelare,nec eis quomodolibet suffragari.* At cõstat ante illam extrauagantem omnem illum,qui proximum excommunicatum esse nosset,etiam si nondũ esset denuntiatus,& illi communicaret,peccaturum fuisse. [a] Constat item grauius esse peccatum excommunicato,si alios non vitauerit, quàm alijs, si eum non fugerint, textus omnium optimus in ca.*illud*. [b] Facit quòd excommunicatus communicando personis sibi subiectis,peccat, licet illæ ipsi communicando nõ peccent,iuxta glossam memorabilem & receptam , [c] & Thomam. [d] Non otiose tamen vtrobique addidi, regulariter. Multi enim in ea opinione sunt , vt aliquot in casibus liceat; pura quando alioqui secretissimum aliquod crimen palam fieret , & scandalum generaretur acerbius ; super quo tamen in præsentia nihil pronuncio. Quamquam illud certum esse arbitrer,excommunicatum licitè personæ subiectæ communicare in eis , ad quæ illi tenetur , iuxta doctrinam S.Thomæ. [e]

a *Cap. cum non ab homine.de ſen.excomm.cum ei annotatis.*
b *De cleric. excom.miniſ. cln.c.quoniã. 11.q.*
d *In 4. d. 18. q.2.art.4.*
e *In 4. ſent. diſt.18.qu. 2. art. 4*

§. *SACERDOS.*

AVGVST. CAP. XX. DE VERA, ET FALSA POENITENTIA.

SAcerdos itaque , cui omnis offertur peccator,ante quem ſtatuitur omnis lãguor, in nullo eorum ſit iudicandus,qui in alio iudicare eſt promptus.Iudicans enim aliũ,qui eſt iudicãdus,condẽnat ſeipſum. Cognoſcat igitur ſe , & purget in ſe , quod alios ſibi videt offerre, caueat ergo vt à ſe eiecerit quidquid dãnoſum in alio reperit. Animaduertat, quod dicitur , * Qui ſine peccato eſt veſtrũ, primus in eam lapidem mittat. ideo enim liberauit peccatricem,quia non erat qui iuſte, proiiceret lapidem.quomodo lapidaret,qui ſe lapidãdum cognoſceret? nullus enim erat ſine peccato. in quo intelligitur omnes crimine fuiſſe reos. Nã venialia ſemper remittebantur per ceremonias. Si quod ergo in eis peccatum erat, criminale erat. Deteriores itaque in hoc ſacerdotes ſunt, ſe prius non ædificantes illis , qui Dominum obſeruabant inſidijs.In hoc ergo patentiſsimũ eſt crimen ſacerdotum,& vltra modum deteſtabile,qui non prius ſe iudicant,& alios alligant. Deberent enim in ſe timere crimen, quod in alijs timuerunt , & deteſtabile eſſe ſenſerunt. Illi quidẽ adeo erãt cæci,quod ſummã ſapientiã ſperabant capere ſuis inſidijs : quod illis patuit,quod tũc quiſque vitauit,vitet ſacerdos, qui in hoc errore illis Iudæis peior extiterit.

* *Ioan.8.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſſarius ſine crimine eſto ; confeſsio tamen ei facta,vt plurimum valet.*
2 *Prædicans,ſiue concionans in mortali peccat.*
3 *Baptiſmus Iudæ baptiſmo Ioannis Baptiſtæ præfertur.num.4.*
5 *Sacramentum à miniſtro malo Eccleſiæ tolerato ſuſcipiens,Eccleſiæ communicat , non malo miniſtro ; qui tamen miniſtrando ſemper peccat.num.10.*
6 *Sacramentum,vt conferat,nullus peccator inducendus,præterquam in duobus caſibus.nu.7. Ergo, qui peccatorem ad miſſandum imparatum ad id incitat,peccat.nu.9.*
7 *Peccato alterius ad bonum vti licet, immo neque mortale fuerit eo ad veniale malum vti.nu.8.*
11 *Peccator vtens ſpiritualibus,id eſt orans,corrigens, iudicans, nouene peccet? concluditur non peccare nonẽ.num. 12 Niſi quod eſt peculiare alicuius ordinis,exerceat.n.13. Ergo peccator prædicans peccat.nu.14. Ergo & ſubdiaconus cantans epiſtolam.n.15.Et ſacerdos aquã benedicens , vel baptizans, tamquam ſacerdos.n.17 & 18.Abſoluens item confeſſum & quoduis aliud ſacramentum miniſtrans.n.19.& 20.Non autem preces horarias ſoluens. n. 16. Quæ de peccatore ſciente ſe talem,vel debente ſcire dicuntur.nu.21.*
22 *Sacramentum adminiſtraturũ ob hoc ſolùm non oportet eſſe cõfeſſum,ſed ſatis eſt,vel probabiliter credere ſe contritũ. 23.*
24 *Peccatum veniale ſine mortali condonari verius. nu. 28.licet contrarium credere vtilius.nu.29.*
25 *Priori ſublato poſterius tollitur.*
26 *Qualitas ſine ſubiecto non eſt.*
27 *Peccatum veniale vnum ſine altero ſine gratiæ infuſione,ſine peccato originali condonatur.*
28 *Peccatum veniale ſine mortali condonari verius.*

I N hoc §. ſic fingi poteſt caſus : viſum eſt in principio, confeſſarium debere eſſe ſacerdotem , & ita habentem poteſtatem ligandi & ſoluendi à Chriſto cum ordine ſuſceptam:item ſcientem ſoluere & ligare,id eſt, habentem ſcientiam, quæ docet quomodo qui cõfeſſus eſt,ligandus & ſoluendus eſt.In §. *laboret*,viſum eſt confeſſarium præter prædicta debere eſſe talem,vt non ſit ab Eccleſiæ vnitate diuiſus;quæritur nunc , an debeat eſſe talis , qui ſine vllo ſit crimine,reſpondet auctor talem debere eſſe.

1 Ex hoc §.nota primo, eum , qui aliena iudicaturus eſt crimina,immunem eſſe debere à crimine. Facit illud Catonis:*Turpe eſt doctori,cum culpa redarguit ipſum.*Ad quod alludit l.2. [a] Facit illud. [b] *Quid vides feſtucam in oculo alieno; trabem autem in tuo non conſideras?* & illud,quod ibidem eſt; *Hypocryta , eiice primum trabem de oculo tuo , & tunc proſpicies, vt educas feſtucã de oculo alieno.* Facit illud; * *Loripedem rectus derideat,Aethiopem albus.* & illud gloſſæ l. *quoniam*. [c] *Nil Iudæus Iudæo,nil Catilina Cethego.* Denique cap. *qui ſine peccato eſt*. [d] & cap. ſeq. quod incipit: *Iudicet ille de alterius errore, qui non habet in ſeipſo,quod condemnet.* & in ca. *infames*. [e] habetur illud, [f] *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas?*

a *§. Seruius. ff.de orig.iur.*
b *Luc.6.*
* *In ſuen. ſatyra 2.*
c *C.de hæret.*
d *§. quæſt. 7.*
e *Verſ.ſin.*
f *Pſalmi 49.*

2 Facit,quod miniſter ſacramenti ſciens ſe conſtitutum in mortali peccato,mortaliter peccat adminiſtrãdo ſacramentum.iuxta cap.*omnia*. [g] tradit Thomas. [h]

Facit quod ibi concludit alter Thomas; nimirum, qui concionatur in mortali exiſtens peccato, peccare. Quod ipſum larius affirmauit alibi, [i] quamuis in quodlib.de vſu ſpiritualium addubitauerit. Facit illa, quæ olim non parum me terruit Adriani ſententia, [k] qui ait,eum,qui dicit, pronuntiat, recitatve preces horarias , quas iure pronuntiare,tenetur,ſciens ſe mortali obnoxium peccato,peccare,mortaliter,quod ante illum aſſeruit D.Thomas. [l] Facit & illud. [m] *Ab immundo quis mundabitur?*

g *1.quæſt.1.*
h *3. part. q. 64.art.6.*
i *2.2.q. 187. art.1.*
k *In 8.quodlib.in 1.§ fine argumentis.*
l *In 4.d.5. & d.19.art.1.q. 2.& d.24.*
m *Eccleſ.34.*
n *1.q. 1.*
o *Eod. cauſ. & quæſt.*

Contra tamen hanc concluſionem facit c. *intra Catholicam*. [n] quod habet in ſacramentis nihil à bono maius,nihil à malo minus perfici ſacerdote. Facit cap. *ſi iuſtus*. [o] in illis verbis. *Per malum miniſtrum non contaminatur donum Chriſti: Quia per illum purus fluuius tranſit , & venit ad fertilem terram, ſicut per lapideos canales tranſit aqua in areolas.* Bonus textus in ca. *dedit*. [p] *Dedit*, inquit ibi * Auguſtinus, *baptiſmum Iudas, & poſt Iudam non eſt baptizatum : dedit baptiſmum Ioannes,& poſtea iterum baptizatum eſt , non Iudam Ioanni , ſed baptiſmum Chriſti etiam per Iuda manus datum , baptiſmo Ioannis rectè præponimus.* Facit & cap. *ſi celebrat*. [q] Iuuant & quæ in §. præced.allegauimus ad probandum,iis qui ab Eccleſia eſſent aliquo modo præciſi , fieri poſſe confeſsionem ſacramentalem.

p *Eod. cauſ. & quæſt.*
* *Aug tract. 5. in Ioan.*
q *De cleric. excomm. miniſtr.*

3 Quo hæc omnia concilientur dicendum primò, crimen,vt plurimum cõfeſſarij non efficere,quominus confeſsio illi facta,& abſolutio ab eo lata teneat. Quod probant poſteriore loco adducta , & ea , quæ latius allegata

fuerunt in §.1.supra,[a] nisi in casibus ibi relatis. Dicédum deinde neque peccare pœnitentem, qui ei confitereturr, & ab eo absolutionem acciperet, per eadem ipsa prædicta, & per id, quod ait D. Thomas,[b] scilicet licitè accipi à peccatore sacramenta.

4 Quoniam, inquit ille, qui ad sacramentum accedit, suscipit sacramenta à ministro Ecclesiæ, non inquantum est talis persona: sed inquantum est minister Ecclesiæ: & ideo, quamdiu ab Ecclesia toleratur in ministerio, ille, qui ab eo suscipit sacramentum, non communicat peccato eius, sed communicat Ecclesiæ, quæ eum, tamquam ministrum exhibet. Si vero ab Ecclesia non toleretur, puta, cum degradatur, vel excommunicatur, vel suspenditur, peccat, qui ab eo accipit sacramentum; quia communicat peccato ipsius. Quod est intelligendum de tali excommunicato & suspenso, de quo supra,[c] sumus loquuti.

5 Tertio dicendum regulariter non licere inducere aliquem peccatoré, quo sacramenta conferat: quia, qui causam peccandi dat, peccare videtur,[d] & non solùm, qui faciunt; sed & qui consentiunt, digni sunt morte.[e]

6 In duobus tamen casibus licet inducere indignú ministrum ad exhibendum sacramentum, secundum alterum Thomam.[f] Primus est, quãdo ad id minister tenetur; quia nemo peccat petendo actum sibi debitú à suo debitore.[g] Et hac ratione excusantur, qui à suo pastore habente concubinam sacramenta petunt: si modo non vsque adeo notoriè teneat, vt nulla tergiuersatione celari queat, iuxta ea quæ supra latius,[h] tractauimus. Secundus est, quando subest articulus necessitatis ex parte petentis, quia eget illo, & minister est paratus ministrare sacramẽtum. Eadem siquidem ratione, qua licitum est indigenti petere mutuum ab vsurario, licitú quoque est indigenti petere sacramentum ab indigno parato ad ministrandum. Faciunt quæ habentur in c. *in ciuitate*.[i] vbi Innocẽtius, Cardinalis, Panormitanus & Rauen. cõcludunt, eũ qui vsuras accipit ab eo, qui parato erat animo ad mutuandũ sub illis, non peccare.

7 Facit quod Thomas ait,[k] scilicet, vti peccato alterius ad bonum, licitum esse, quia & Deus vtitur omnibus peccatis ad aliquod bonum. Ex quolibet enim malo elicit aliquod bonum vt dicit Augustinus,[l] in qua quærenti Publicolę, an liceret vti iuramento eius, qui per falsos Deos, iurat, in quo manifestè peccat, eis diuinam reuerentiam adhibens, respondit in ca. *mouet*,[m] eum, qui vtitur fide illius, qui per falsos Deos iurat, non ad malum, sed ad bonum, non peccato illius se sociare, qui per Dæmonia iurauit; sed pacto eius bono, quo fidem seruauit.

8 Facit, quod ibi alter Thomas annotauit, nempe, licere alterius peccato vti ad bonum necessarium, vel vtile: immo neque mortale peccatum esse, si quis vtatur alterius peccato ad bonum delectabile: si modo illud veniale tantùm peccatum fieret.

9 Ex quo infertur, eum peccare, qui sacramentum peteret, vel missam ab eo, quem scit in mortali peccato existere, & non esse paratum id facere.

Quarto dico sacerdotem talem qui sacramentum ministrat in mortali peccato peccare mortaliter. quod probant textus noster, & multa, quæ pro ipsius corroboratione fuère adducta. quod ipsum annotauit & glossa nostra.[n]

Est autẽ vir apprime doctus, qui pro contraria, in quam inclinat, parte cõsiderabat primo, quod huiusmodi sacerdos & Ecclesiæ minister nulli nocet: immo adeo bonum sacramentum ministrat, ac sanctus.[o] Secundo, quod non seruare illa, quæ spectant ad decentiam tantùm, & non ad necessitatem, non est mortale,[p] & sentit glossa putata singularis ibi à Panormitano.[q] Tertio, quod talis minister ad ministrandum sacramentum teneretur cõfiteri: quoniam secundum nos deberet esse in gratia. At id non constat probabiliter, si non præmittatur confessio. Quarto, quod sequeretur ex nostra opinione, sacerdotem dicendo missam in mortali, duplex peccatum peccare: alterum sacramentum conficiendo, alterum illud sumendo. Quinto, quod sequeretur cõtrahentes matrimonium in mortali peccare mortaliter, cùm non sit alius minister deputatus ad illud sacramentum. Sexto, quod nusquam videatur inueniri præceptum, quod talis minister taliter administrando transgrediatur, quoniam etsi prohibitionis in sacris inuenitur, non videntur præceptum inducere; sed consilium & quamdam decentiam.

Equidem vellem hanc sententiam esse veram, eam tamen ipse affirmare non ausim propter prædicta: quæ tametsi vrgere videantur, concludunt tamen minime. Ad primum enim respondeti potest, concedendo eiusmodi ministrum nemini efficaciter nocere, at non sequitur; Nemini efficaciter nocet, ergo non peccat mortaliter: quia satis est, eum quoad se attinet, nocere sacramento, cui facit irreuerentiam: nocet & Ecclesiæ, ac Deo, quatenus irreuerentiam facit grandem agens ipsorum ministrum, indignus, qui talem agat. Quoniam, vt vterque Thomas,[a] declarat, actio sacramentalis potest sumi dupliciter: vel secundum rationem operis operati; & sic non exigit bonitatem, vel malitiam ministri, nisi secundum quamdam decentiam, & propterea siue bonus, siue malus sit minister, sacramentum verum, & efficax est. Vel secundum rationem operis operantis: & sic exigit necessario bonitatem in ministro ad hoc, vt recta sit. Et ratio est, quam assignat Aquinas,[b] scilicet, quod sacramenta non sunt, vt aliarum virtutú opera: sed in se ipsis sanctificationem quamdam habent per mysticam consecrationem; & ideo præexigitur in ministro sanctitas iustitiæ, vt congruat suo ministerio. Quare incongruè agit, & peccat, si in peccato existens ad tale ministerium accedat.

Ad tertium negatur illatio; quia sine actuali confessione potest quis probabiliter putare se in gratiæ statu esse, argum. cap. *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei*,[c] cum iis, quæ fusius ibi & in cap. *magna*.[d] diximus.

Ad quartum concedo illationem.

Ad quintum etiam concedo illarionem, quam supra quoque in summa[e] tenuimus.

Ad sextum respondeo non esse præceptum speciatim super hoc ex expressim datum: esse tamen generatim & implicitè viua ratione è sacris auctoribus collectum, vt videre est in hoc textu, & apud Dionysium[f] citatum à Thoma.[g]

11 Ex quibus infertur ad illam quæstionẽ, an vtens spiritualibus in peccato mortali mortiferè peccet. Et pro parte quidẽ affirmãte videtur facere hic textus cum glossa & ea, quæ pro ipsius corroboratione adducta fuerũt: præsertim illud Adriani, cui D. Thomam multis in locis consentire, addidimus. Facit etiam, quod cùm is, qui displicret, ad deprecandum vel intercedẽdum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur, secũdum Gregorium,[h] relatum in cap. *hinc etenim*.[i] & cap. *in grauibus*.[k] atqui huiusmodi spiritualibus vtitur, & orat Deum, intercedit: ergo ad deteriora ipsum prouocat; & ita facit actum contrarium ei, quem ipsum facere oportebat: nempe diuinam placare iram, & populo pro quo intercedit, & cuius legatus existit, veniam impetrare.[l] Facit quod qui bene docet, & male viuit, Deum quo modo condemnare eum debeat, instruit.[m] Facit, quod in specie ait D. Thomas,[n] scilicet, eum, qui peccato mortali maculatus, aut corrigit alium ex officio; aut facit aliquid aliud, quod sui muneris, siue officij spiritualis sit, mortaliter peccare. Facit item illud Dauidis.[o] *Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas: & assumis testamentũ meum per os tuum*? Vbi Cassiodorus ait: *Hic interdicitur peccatoribus, ne se immisceant sermonibus diuinis*. Facit & illud Salomonis.[p] *Non est speciosa laus in ore peccatoris*. & Pauli.[q] *Inexcusabilis es, ô homo, qui iudicas, quia in quo alium iudicas, te ipsum condemnas*. Et Isidorus de summo bono: *Non debet aliorum vitia corrigere, qui vitiis est subiectus*. Facit & illud Augustini.[r] *Accusare vitia aliorum officium est bonorum, & beneuolorum, quod cum mali faciunt, alienas partes agunt*. Per quæ planè omnia videntur peccatores, siue Deum laudent, siue alios doceant, siue corrigant, vel iudicent peccare, quod fuit propositum.

12 Contrarium tamen videtur dicendum, primo, quod si hoc esset verum, sequeretur, quòd Episcopus, vel alius Prælatus, Præfectus, vel Præpositus, siue simplex alius clericus mortiferè peccaret, quoties existẽs in lethali peccato, vel sententiam diceret, vel decimas peteret, vel præciperet alicui, vel Ecclesiá quampiá visitaret, quoties item vel psallęret in choro, vel preces horarias pronunciaret: &

a In illo ar. 6.

b In eod. art. vers. ad primum.

c Supra d. 1. d Et in sum, eiusdem. dist.

e Dist. 5.

f Cap. 1. eccles. Hierar. declinan. ad fin. & in epist. ad Demophilum, qua incip. Hebraorũ historia traduntur. parum ante mediũ.

g In practicato art. 6.

h Cap. 11. prima partis pastoralis, & cap. 6. præfationis in lib. i 49. dist. k 7. quæst. 7. l Capit. ipse sacerdotes, coniunctè glos. 1. q. 1. & cap. sacerdotes. 2. quæst. 7. m Ca. multi. 40. dist. n In 4. dist. 5. & 19. & 24.

o Psal. 49. p Eccles. 15. q Ad Rom. 2. r In sermone de verbis domini in monte.

denique

denique quoties quisque quod sui muneris esset ageret. quod durum valde videtur, & absonum. Secundo quod idem S. Thomas inquit,[a] peccatorem Prælatú iustè posse alium cum humilitate, & caritate corrigere. Et[b] concludit, Prælatum, quando non est in peccato publico, & ita quando ex suo iudicio non sequitur scandalum, posse iustè cum humilitate iudicare.

13 Et alibi[c] concludit, duo esse necessaria, vt minister Ecclesiæ, vtens spiritualibus dicatur ob hoc solùm peccare: alterum, vt id faciat tamquã Ecclesiæ minister: alterum, vt actus, quem agit, ad consecrationem pertineat. Ad consecrationem autem pauca pertinere videntur respectu eorum multorum, quæ ad iurisdictionem, & alia innumera spectant.[d] Ea enim vir ille doctissimus, itidémque sanctissimus ad consecrationẽ nõ pertinere arbitratus videtur, quæ alicui ordinum peculiariter non sunt deputata, iuxta illud singulare Innocentij, ℮nempe non incurrere, quem irregularitatem per exercitium actorum spiritualium tẽpore interdicti; nisi quando aliquid alicui ordini peculiariter deputatum exercetur.

Non obstant, quæ pro altera parte allata sunt. non primum, scilicet textus noster cum glossa, quia loquitur de administratione eorum, quæ in se sancta, & consecrata sunt, & quorum administratio ratione consecrationis cõuenit administranti. Non obstant illa dicta D. Thomæ,[f] quorum solo tertio motus fuit Adrianus,[g] quoniam temperata sunt per ipsummet Thomam in tribus locis suæ summæ, quæ posterior, & resolutior ipsius est doctrina.[h] vbi declarat hoc alter Thomas, & etiam[i] satis idem innuit. & paulo latius,[k] de vsu spiritualium.[l]

Non obstant omnia alia, quia non probant, peccatorẽ ob id solùm peccare, quod exerceat spiritualia: sed quia exercet illa cum scandalo, vel cum superbia, vel contẽptu cum quibus etiamsi alia opera bona efficeret, peccaret. vnde si cum humilitate, siue modestia id faciat, non peccabit; nisi virtute consecrationis id faciat.

14 Ex quibus infertur primò peccare, qui prædicat in peccato mortali: quoniam prædicandi actus, quamuis lege diuina non sit alicui ordini deputatus, est tamen lege canonica, nempe diaconatui, vt post iura,[m] tradit Thomas à Vio.[n]

15 Secúdo infertur, eum, qui tamquam subdiaconus apparatu subdiaconali Epistolam cantat, peccare mortaliter, si hoc in peccato egerit mortali: secus autem si in choro tamquam quilibet laicus illam cantet.

16 Tertio infertur, sacerdotem peccatorem non peccare, quando preces horarias, vel simpliciter pronunciat, vel in choro cantat: quia is actus, neque est vlii ordini peculiaris, neque peculiariter deputatus. si autem aquam, vt sacerdos, benedicat, peccat, quia is actus ordini est sacerdotali deputatus.

17 Facit pro corollario, quod priorem actú faciens, tempore interdicti non incurreret irregularitatem; posteriorem vero faciens incurreret, secundum Innocentium.[o]

Infertur & quarto peccatorem sacerdotem, qui tamquam sacerdos baptizat peccare: qui verò simpliciter tãquam quiuis laicus, in necessitate non peccare. Hæc ipsa probauimus postea in Enchirid. de orat. siue rep. ca. *quando*. Pquibus addenda est sequentis num. declaratio.*

In glossam verbo, Iudicibus.

Glossa hæc duas partes habet: posterior ibi: *quid ergo*? Ex priori parte glossa nõta confessarium omnem, qui in mortali peccato existens confitentem absoluit, mortaliter peccare. & quia id non alia ratione contingit, nisi, quia sacramentum administrat, ex ea elicitur alia generalior: videlicet, omnẽ peccatorem in peccato existentem lethali lethaliter peccare, si quod administrat sacramentum.

20 Quod late probatũ & disputatũ est super textũ super quo cõclusũ fuit, idẽ esse dicẽdũ etiã de omni Ecclesię ministro, qui ratione ordinis, vel cõsecratiõis suę aliquę actũ ordini, vel cõsecrationi alicui peculiariter deputatũ agit.

21 Omnibus tamen super textum scriptis addendum est prædicta in eo peccatore procedere, qui nouit, aut credit, se in peccato manere mortali. Nam qui se probabiliter contritum esse putat, etiamsi coram Deo reus sit mortis spiritalis: tamen neque administrando peccat, sicut neque peccaret suscipiendo & missando per textum à contrario sensu in c. *quotidie*.[a] & tenent omnes,[b] præsertim Paludanus.[c]

22 Ex posteriore autem glossæ parte nota, remedium, quo subito se minister paret ad ministranda sacramenta scilicet vt suragat peccatorũ suorum contritionẽ habere.

23 Nam, quamuis ad suscipiendum sacramenta frequenter oporteat quem esse verè cum effectu confessum, vt dictum fuit;[d] non tamen inuenio casum vllum, in quo ministrum sacramenti oporteat esse confessum actu ob id solum, quod ministrat illud.

24 Non dixi odiose; *ob id solùm*, &c. Nam qui ordine insignitur presbyterij, & qui etiam inter missandum alteri communionem impartitur, oportet esse confessum. Non quidem quia ministrat, sed quia missat, & consequenter sacramentum tenetur suscipere.[e]

In glossam verbo, Semper remittantur.

25 Ex hac glossa nota veniale sine mortali peccato non condonari, glossa est huic similis in proœmio Sexti.[f] Pro quibus facit primo illud.[g] *Amen dico tibi, non lexibis inde*, scilicet, ex carcere, in quem conijcitur homo pro peccato mortali, *donec reddas nouissimum quadrantem*. per quem significatur veniale peccatum. Secundo facit, quod nulla culpa condonatur, nisi per gratiæ vitur em: quia secundum Apostolum,[h] ad gratiam Dei pertinet, quod Deus alicui non imputat peccatum. quod glossa ibi exponit de venialibus. At qui mortali est infectus, gratiæ nitore caret.[i]

Et quia sublato fundamento, & priori tollitur super ædificatum & posterius, vt habet glossa, singularis.[k] Facit tertio, quod veniale peccatum per caritatis feruorẽ tollitur, secundum omnes. Feruor autem caritatis sine caritate non potest haberi, argumento l. *si feruum*.[l] & l. *eius*.[m] facit cap. 2.[n] quæ probant qualitatem sine subiecto esse non posse.

26 Quarto facit, quod pœna, nisi Deo grata sit, & accepta, non satisfacit illi. argumento l. *iniuito*.[o] & l. *hoc iure*.[p] & c. *gesta*.[q] at pœna pro venialibus assumpta ab existente in mortali, non potest gratior esse Deo quàm ipse, qui patitur illi exosus. Quinto facit, quod veniale mentẽ, veluti quædam nubes obscurat: at obscuritas non tollitur, nisi luce ad uenientẽ: ergo nec veniale sine gratiæ nitore: Hanc partẽ asserit vterque Thomas,[r] & Richardus à Sancto Victore in quodam libello super hoc composito, & Paludanus post Thomam.[s]

27 Contra tamen hanc conclusionem facit primo hic textus ibi; *Nam venialia remittebantur per caremonias*, qui tamen præsupponit eos, cum illa venialia remittebãtur eis, in mortali manere. facit glossa,[t] Ioannis, vnde verba hæc fuère desumpta. Secundo facit, quod vnum veniale sine alio remittitur, secundum omnes. Tertio, quod venialia sine noua gratiæ infusione omnium consensu condonantur, quod asserit etiam Thomas.[v] Facit, quod pœna venialibus debita temporaria est, sicut & pœna mortali iam condonato præscripta: sed super principio huius c. tenuimus per pœnitentiam in mortali actam non solùm præcepto confessarij fieri satis: sed etiam pœnam temporariam debitam peccato condonato tolli. Quinto, quòd veniale à puero nondum baptizato admissum, si moriatur antequam baptizatur, & mortaliter peccet, non castigabitur pœna perpetua Inferni, secundum omnes: Immo secundum Paludanum ipsum, potest in hoc sæculo absque originali remitti. Postremo faciunt iura citata per glossam illam singularem,[x] quæ probare videntur sex modis remitti peccata venialia. In quibus tamen nil de simul delendo peccato mortali habetur.

28 Hanc partem etiam multi tenẽt, quamuis pauciores, quam alteram, quæ communis est: & in his sunt Parisienses,[y] & Vvendelinus.[z] quæ illo nomine mihi magis arridet, quod diuinam exaltat misericordiam, quodque sciam diuinitatis naturam esse clementem, & piam, magísque ad parcendum, quàm ad vlciscẽdum pronam.[a] Et quia miserationes eius super omnia ipsius sunt opera, vt habetur apud Dauidẽ.[b] *Et misericordia super exaltat iudicium*.[c] Et quicũ

a 1. 2. quæst. 33. art. 5. b In eadem. 2. 2. quæst. 60. art. 2. c In 3. par. q. 64. art. 6.

d Cap. transmissam. cum glos. de elect.

e In cap. fi. de excess. Prælat.

f In 4. d. 5. & di. 19. 24. g In illo quod libeto.

h Scilicet 2. 2. q. 33. art. 5. & q. 60. art. 2 & 3. par. q. 64. art. 6. i In illo ar. 5. k In 4. quæst. 12. tom. fol. 93. & 2. 2. q. 187. art. 1.

m Cap. cleros 21. dist. & ca. perlectis. 25. dist. n In illa qu. 187. & illa. q. 64. art. 6.

o In illo cap. fin. de excess. Prælat.

p De cons. d. 1. cap. 6. n. 40.

a De consecr. dist. 2. b In 4. d. 9. c Quæst. 2.

d In summa dist. quinta.

e Cap. compa rimus. de con fess. at. d. 2. f Ver Benedictionem.

g Matth. 5. h Ad Rom. 4

i 32. q. 1. cap. cũ reuuncia tur. Aptior text. in cap. si enim col. 2. d. 2. & cap. omnis. supra d. 1. k Illo verbo. Benedictionem. in proœmio Sexti. l §. 1. ff. de actio. empt. m ff. si cert. per. n De cognat. spirit. lib. 6. o ff. de regul. iur. p §. non potest ff. de donatio. q 74. dist. r 3. part. qu. 87. art. 4. s In 4. dist. 16. q. 1. t Cap. 8.

v In illa qu. 87. art. 4.

x In proœmio Sexti, in verb. Benedictionẽ. y In 4. dist. 22 q. 1. z Dist. 46. sub littera, h, col. 3.

a Cap. quia diuinitatis sit pra d. 1. b Psal. 144. c Iaco. 2.

que hanc partem tenuerit,oportebit ipsum consequentes secundo tenere, temporariam pœnam peccato condonato debitam deleri per satisfactionem in mortali factam. Et tertiò veniale sine mortali tam in hoc sæculo,quàm in inferno condonari. Eos autem,qui contrarium in horum trium aliquo tenent,in omnibus tribus etiam oportet tenere contra.

29 Quod mihi videtur vtilius creditu, licet contrarium verius censeam, vt dum cogitauerimus nullo modo venialia condonari; nisi omnia mortalia quoque condonẽtur: dum cogitauerimus venialium pœnam illi, qui Deo inimicus moritur, perpetuam futuram & æternam: dum contemplati fuerimus nostras pœnitentias minores esse, immò penitus inutiles,quando eas in mortali peragimus: maiore odio in mortalia peccata, in monstra veluti horrenda quædam,feramur,& longius ab eis, veluti à Basilisci facie,fugiamus,fiatque Dominus Iesus turris fortitudinis à facie horum inimicorum,Argumentorum solutiones,ne plus satis in hoc morer,sufficiat voce dixisse.

§. CAVEAT.

CAueat spiritalis iudex,vt sicut nõ commisit crimen nequitiæ, ita non careat munere scientiæ. Oportet vt sciat cognoscere,quidquid debet iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc postulat, vt quod debet iudicare,discernat.

SVMMARIVM.

1 *Confessarius doctus esto: Immo & vt absolutus sit,Theologiam moralem,iura Pontificia, & Cæsarea cum particularibus prouinciæ suæ statutis calleto.nu.9.*
3 *Iudicaturus præcognoscat:Cui postea est iudicandi,ei est etiam quoque cognoscendi non contra.nu.3.*
4 *Peccat clericus,quæ ad se pertinent, ignorans, si potest discere, & non discit.*
5 *Scire melius de se parum; quam nihil, sicut melius est parum lucis,quam nihil.numer.6. Nam & qui nihil scit, nihil dubitat,nec consulit.nu.7. Quamuis per accidens nonnumquã peius fuerit parum:quam nihil scire.nu.8.*
10 *Iniustitia omnis peccatum mortale, nisi imperfectio,vel paruitas excusset,*
11 *Concionatores legum peritos facile deprimentes mouentur.*
12 *Theologus non despiciat legum peritum, à quo non parum iuuatur.*
13 *Confitens, quo doctior, doctiorem requirat confessarium. quo item purior,puriorem.nu.15. Quod verũ est, quãtũ ad ipsum confessariũ.nu.16. Quoniam bi subtiliora & obscuriora fatentur n.14.& 16. Quo item parochiani subtiliores sunt,& subtiliora tractãt,subtilior & doctior debet esse parochus. numer.17.*
15 *Confitens,quò purior,eo exiliora fatetur.*
18 *Oppidi muris cincti parochus qualis erit.*
19 *Confessario non sufficit ea eruditio,quæ presbytero.*
20 *Confessarius omnia scito,quæ mortalia sunt peccata, & quæ venialia: saltem quæ,vt plurimum sciuntur, & suo genere sunt talia.nu.21.Scito circumstantias necessariò cõstendas. nu.22.Nec refert,in qua illa didicerit lingua.nu.23. Excãmunicationes à iure latas cum alijs quinque.nu.24.Irregularitates quoque.num.25.Periculum vnum confessariorum. nu.29.Scienda hæc;sed non in promptu habenda.nu.30.*
26 *Irregularitate non sublata peccatum tollitur.*
27 *Thomas à Vio bis cum reuerentia relinquitur.*
31 *Scientia neque eminens,neque mediocris,sed sufficiens omnibus sufficit.*
32 *Confessario etiam scientia medicatiua necessaria, neque per remissionem ad alium satisfacit.nu.33.*

HIc paragraphus protenditur vsque ad versiculum *diligens*. Cuius prima pars ponit vnũ dictum, secunda illius rationem, tertia rationis illius confirmationem. Secunda ibi,*oportet*. Tertia ibi,*iudicaria*.

Summa huius §. est iudicem spiritalem cõfessarium do-

A ctum esse oportere. Quod probatur primo per rationem ipsius textus quoniam eum,qui aliquid iudicaturus est oportet prius illud cognoscere. a Facit illud Aristotelis. b *Cæcus malè de coloribus iudicat,quoniam illos non percipit.*

2 Facit, quòd cui alicuius causſæ decidendæ potestas conceditur;cognoscendi quoque de ipsa videtur facta facultas:quamuis non contra,cui facta est potestas cognoscendi,cẽsetur facta decidendi.textus iuris optimus paucis notus in extrauagante.*quia quorundam*. Ioannis XXII. c Confirmatur secundo, quia etiam iudex ciuilis saltem experientiam habere debet causſarum. d & in c.1. e scribitur eum,qui de matrimonio cognoscit,canonum debere habere scientiam. Quin & causſam illiterato non esse cõmittendam,dixit glossa. f Confirmatur & tertio hæc conclusio per illud, g *Tu scientiam repulisti,& ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.* & habetur in ca.*nisi cum pridem*. h & in cap.*omnes*. i quod etiam habet omnes psallentes repromittere Deo.*In iustificationibus tuis meditabor non obliuiscar sermones tuos*. Quod omnes Christianos seruare ait esse salubertimum: necessarium verò illos, qui ecclesiasticam sunt dignitatem adepti. Facit & c.*cum in cunctis*. k quod cũ ætatis maturitate,& morum honestate,litterarum quoque requirit scientiam in cunctis ecclesiæ ministris.

3 Confirmantur & quarto,quod regula est iuris. l *Non est sine culpa,qui se rei ad se non pertinenti immiscet*. Nam & Lamech reprehenditur,quod cæcus iaculaturus, & ita iaculando Cain occiderit: m at non magis pertinet ad ignorãem,confessionem audire peccatorum,quam ars iaculandi ad cæcum. Facit illud Persij.

Lex hominum,naturaque continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.
Diluis helleborum certo compescere puncto
Nescius examen? vetat hoc natura medendi,
Nauim si poscat sibi peronatus arator,
Luciferi rudis exclamet Melicerta perisse
Frontem de rebus.

4 Facit illud Panormitani, n aientis,illum clericum, qui suo necessaria officio nescit,peccare, si non studeat, nisi prematur inopia.

5 Quin & ipsemet, o ait melius esse nihil scire,quam parum;quia nihil sciens alios consulit, sciolus autem id dedignatur facere.

6 Quæ conclusio postrema mihi non videtur vera. ita enim se habet scientia,quoad faciendum, sicut lumen corporale,quoad ambulandum,textus in d.extrauagante.*quia quorundam*. p Facit illud Saluatoris nostri. q *Si cæcus cæco ducatum præstet, nonne ambo in foueam cadent*:at melius est lucis parum habere,quàm nihil;iuxta illud eiusdẽ Saluatoris. r *Adhuc modicum lumen in vobis est:ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant*. audis enim modicum lucis fuisse tunc Apostolis;& Audis eo modico duci potuisse;cum tamen,si nihil habuissent,ambulare non potuissẽt?

7 Neque obstat,quod qui nihil scit,consulit, & qui parum,id dedignatur facere. Nam primo nego illud, nihil scientem consulturum;quoniam illustrare est illud Aristotelis; *Qui nihil scit,nihil dubitat*. At qui nihil dubitat,quid, te rogo,consulet? Respondeo secundo,exiguam sciẽtiam nõ esse causſam,quod qui habet illam,peritiores non consulat:sed superbiam mentis,in qua illa exigua scientia inuenitur. Vnde & magna scientia nonnumquam per accidens nocet,iuxta illud Apostoli. s *Scientia inflat*,& refertur in c. *nisi*. t

8 In se igitur,& simpliciter melius est scire parum, quã nihil:quamquam fortè per accidens ob mentis in qua est, superbiam nocere potest.

9 Si quis autem me interroget. Quantum oportet scire confessarium? Respondeo primò,confessarium vndecumque absolutum oportere,quod totam Theologiam moralem,& canonica iura simul cũ ciuilibus calleat. quinimmo etiam constitutiones synodales,& leges ciuiles particulares illius,in qua confessiones audit,prouinciæ, vel diœcesis probè teneat.

10 Mirabere forsan,lector,me hoc dixisse;& aies, vt canones calleat iustum satis videri, & facere c.*qui episcopus*. v & capit. *quæ ipsis*. x at quorsum legum sapientiam in confessario requiram? Quorsum? dic mihi, amabo te

a *Leg.de qua re.ff.de iudic.* b *Ethic.1.*
c *Colum.5 de verb.sign.* d *Leg. certi iuris.C.de iu dic.* e *De consang. & affinit.* f *In c. sciscita tus,de rescri.* g *Osea 4.* h *De reum.* i *38.distin.*
k *De electi.in principio.*
l *Lib.6.*
m *Cap.illud. §. sed obiici. tur.15.q.1.*
Pers.saty.3.
n *In c. venerabil.de præbend.sub fin.* o *In c. extirpãde.in prin. eod.tit.*
p *Col.4.* q *Matth. 15.* r *Ioan.12.*
s *1.ad Corint. 8.* t *De renuntiat.*
v *23.dist.* x *38. distinct.*

quicumque hoc miraris: nonne omnis iniustitia mortale peccatum est,nisi surreptio, vel imperfectio, vel paruitas excuſet. quod S.Thomas receptus docet, a at leges omnes, quid aliud cõtinent, quam quod illud; Aut illud est iustum in illo, aut in illo casu? Quomodo ergo illorum casuum tenetur? Deinde, quæ, te rogo quæstiones magis confessarios, & eos, qui ab illis consuluntur,viros doctos torquent, quam illæ,quas pœnitentes mouent dicẽtes se habere scrupulum super talibus bonis, quæ sic, vel sic empta; sic vel sic permutata:sic, vel sic ex testamento, vel ab intestato obuenientia tenent? Quas item mouent; an primogenitus ex primogenio, protogenio, vel maioricatu teneatur iusto matrimonio locare sorores, & fratres,an teneatur soluere, quæ debita ipsius præcessor cõtraxit;an teneatur conferre impensas, quas in rebus maioricatus, siue protogenij præcessor fecerat,& sexcentas alias quæstiones,quæ legum etiam, & canonum doctissimos torquent.

11 Quamobrem demirari soleo Theologos aliquos, etiam è suggestis de sacrarum legum facultate tam fere humiliter, ne dicam probrosè pronunciare, quàm de alea ludendi, seu scortandi arte. quarum tamen singulas singulos conscientiæ casus decidere,compertissimum est erudito, qui facultatem illam sacram ac cæteras in hoc addiscit,vt licitum ab illicito,æquum ab iniquo discernat. Quod munus esse legum peritorum iurisconsultus etiam ethnicus ait. b De iustitia enim Theologi generatim dicere sciunt,quid illa est,& quotuplex;an sit virtus cardinalis, an omnium moralium potissima; in qua potentia locanda,& alia id genus,quæ parum, aut nihil confessario conferunt. Quod item iniustitia sit peccatum mortale, facile definire norunt:at definire quando in iudiciis,in contractibus,in vltimis voluntatibus,&nonnumquam in delictis committatur iniustitia in casibus innumeris, qui præter legem naturę occurrunt, vires Theologi excedit; nisi legum quoque se peritum fecerit.

12 Quæ plane dicta esse velim,non quod litteras velim cuipiam contemni sacras, & à Theologia omnium facultatum principe lectorem dehortari, quandoquidem palam est plurimos hortatu nostro se litteris deuouisse sacris; & plurimos eorum partem moralem canonicæ adiunxisse sapientiæ,ac legali. In hoc verò ea dixerim, vt sicut canonum legũmque periti reginam hanc veluti à dextri superni regis considentem suspicimus, adoramus, ac veluti attoniti demiramur:ita quoque Theologi arbitrentur,non eam considere nudam; sed vestitu deaurato, & circundatam varietate;& sapientiam canonicam & legalem adeo non renuere, vt sibi ornandæ,& à frigore rerum agendarum ignorantiæ simul,& calore scientię plus satis curiosè tegendæ illam passim requirere,maximeque desiderare,& venerari tamquam alterum Neptunum,qui opiniones aduersas, & fluctus veluti furentes, viscerasq; discerpentes ipsius componat, mentesq; gloriæ appetentissimas sub pondere contineat,ac sedet.

13 Secundo dico,tanta eruditione,vel tam recta vita esse posse confitentem, vt sufficiat confessario scientia tãtùm formæ absoluendi eum. de qua in princip.capit.egimus, secundum mentem Thomæ à Vio,& quorundam aliorum. Quod etsi alias mihi placuerit, nunc tamen non penitus placet. Primo enim,quo pœnitens eruditior est, eo confitetur peccata subtiliora & obscuriora, quæque alij minimè putant esse peccata: & ideo,nisi confessarius sit eruditus, vix intelligit,quid est illud,cuius se confitens accusat:adeo longè aberit ab intelligenda peccati, quod sibi aperiatur,qualitate ac quãtitate. quod mihi cõstiterit nõ semel contigisse testor, dum cogitationis peccata cõfiterer,dum dicerem: Vindictam de lædente non sumpsi,non proposui sumere appetentiæ,quã sensualitas propinabat, non consensi:sed illud non ea vi, quæ me, quæ professionem meam decebat,repuli. Dum item confiterer:Missam tali die festo audiui, neque me non auditurum proposui: sed neque tandiu mane litteris incubui,vt me periculo eã audiendi exposuerim:at dũ illã in vna Ecclesia non inueni, constitui mecũ ad aliam non ire, ad quam si non iuissem, non audiuissem:sed quia tardius, quam par erat illuc iui, immo & putans me non inuenturum, non adire

a 2.2.qu .39. vnic.

b *In l.1.ff. de iusti.& iur.*

decreui:ideo confiteor me peccasse. Fuit enim confessarius qui mihi hæc & id genus alia confitenti rẽsponderit; Nos eiusmodi peccata fugiunt,neque horum vlla ex parte mordet conscientia.

15 Secundo facit,quia quo quisque à peccato est purior, eo exiliora confitetur:& ita,ei,qui ipsum audit,intellectus subtilior videtur necessarius, quàm alij. Nam & me audientem puræ vitæ hominum confessiones non parua tenuit dubitatio nescientem,an mortale esset, quod fatebãtur,an verò veniale,quo illos ab eo tamquam à mortali, vel tamquam à veniali dehortarer.

16 Quare videtur mihi,salua,quæ verior fuerit sententia,optimorum doctissimorúmque confessarijs aliquot de respectibus sufficere minorem doctrinam, aliquo tamen respectu maiorem esse necessariam. Et quoad confitentẽ quidem,minor in confessario scientia sufficit: quoad verò ipsum confessarium quo rectè suo munere fungatur,maior videtur necessaria,nisi confitentis illum scientia iuuetur, quod tamen frequenter fit.

17 Tertio dico,non tanta eruditione debere esse confessarium,vnius loci, quanta alterius. Confessarius enim illius oppidi,cuius parochiani subtiliore sunt ingenio, vel portum maris,vel curiam regiam, vel maritima loca, vel emporium aliquod inhabitant,vel contractus subtiliores conficere sunt soliti,maiore indiget & prudentia & doctrina.

18 Facit,c.*oportet*. a & quod in statutis ecclesiæ Gallicanæ habetur,in oppidis muro cinctis non esse committendam animarum curam eis,qui non studuissent tres annos Theologiæ,vel alteri iurium, vel artium non essent magistri.

19 Quarto dico,eandem eruditionem, quæ sufficit, vt quis fiat presbyter,non sufficere;vt ei animarum cura permittatur. Vt enim idoneus sit presbyter sufficere videtur, quod cantare sciat,legere,ac constituere verba illius idiomatis,in quo est missaturus, iuxta glossam receptã, b immo & duo posteriora,scilicet,legere & cõstruere videtur sufficere, secundum Dominicum, c at eum, qui iustam de animabus curam habiturus est, oportet earum scire regimẽ:quod artem artium esse definit doctissimus ille Innocentius III. d Hinc illud Imolẽsis quod refert Dominicus, e posse esse quis bonus sacerdos,qui tamen non erit ad curam aptus,quibus ibi consentit etiam Perusinus. Quæ cõclusio vtinam quotidie prædicaretur iis, qui per vicarios suis parochialibus sacerdotijs inseruiunt. quotidie, inquã, prædicaretur & inculcaretur. Eius enim ignorantia in causſa est,vt fere omnes sine vllo alio delectu cuilibet, quamlibet ignoranti modo presbyter sit, animarum sibi commissarum vicariatum concedant,neque requirã, quis doctior sit:sed quis minore mercede inseruiat. quo fit, vt aliquando misselli vicarij pro dimidio inseruiant oblationem. O parochorum auaritiam! O Commendatorum,præsertim coniugatorum,incogitantiam? Pondus diei ac æstus vicarius portat; vos verò nec digito illa tangitis? Vobis mille pauca videntur,& vicario decem inuidetis?

20 Quinto dico,cuiuis confessario,qui audiendis generatim confessionibus præficitur,esse necessariam scientiã, iudiciariam,qua iudicet primum quæ hominum acta peccata sint,& quæ non. quæ item peccata mortalia, & quæ venialia,& quando in aliquo fuerit dubitatio: sciat dubitare,quo peritiores consulat, secundum Thomam. f Pro quo facit c.*omnis*: g vers. *Sacerdos autẽ sit discretus & cautus,vt more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati,diligenter inquirens & peccatoris circumstantias & peccati, quibus prudenter intelligat,quale debeat ei præbere consilium, & huiusmodi remedium adhibere diuersis experimentis vtendo ad seruandum agrotum.*

21 Conclusio tamen hæc quinta intelligenda est de his, quæ vt plurimum sciuntur esse peccata; & ex genere suo esse mortalia, vel venialia, vt declarat S. Antoninus. h Pro quo facit,quod alioqui rarissimus reperiatur, qui cõfessarius idoneus sit.

22 Scire item debet circumstantias peccatoris & peccati eas,inquam quę necessario sunt aperiendæ: de quibus in c.1. i in principio dictum est.

23 Nõ refert autẽ,ã illa Græcè nouerit,ã Latine,ãLusitanè,

a *Leg.de quæstionibus.* b *Cap.1. de consuet.* c *In c. si quis per. de præb. lib.6.* d *In cap. cum sit.de ætat.& qual.* e *Cap. ei cui. col.8.de præbend.lib.6.*
f *In 4. distinc. 17. in expositione literæ.* g *De pœnit. & remiss.*
h *2 parte. tit. 17.in.10.§. 1.*
i *Supra dist. proxima.*

Castellanè,an Gallicè vel Italicè; praxi,an theorica,modo nouerit.arg.l.1.[a]cum ei annotatis.

Ex quo infertur primo cum Caietano, necessarium esse confessario cognoscere quinque. Primum,an peccato sit excommunicatus. Deinde,an teneatur ad restitutionē tertio,an sit in damnationis statu; puta in voluntate perseuerandi in peccato mortali,& quidquid aliud simile his inuenias. Quarto,an peccatum habeat reseruatū. Quinto,an sit,quoad hoc ei subditus.

25 Secundo ex his,necessarium item sexto esse illi, qui clericos audit,scientiam casuum, in quibus iure inducitur irregularitas.Quamquam Thomas à Vio,[b]contra sentit,eo motus, quòd irregularis à peccato absolui potest, non deleta irregularitate. Cui consentio in hoc posteriore dicto. Quamuis extrauagans *inter cunctas*,[c] contrarium determinasset, & contrarium sensisset Calderinus,[d] & Cardinalis.[e] Verius tamen puto,quod ait Thomas à Vio, scilicet,peccatum sine irregularitate tolli posse. Quod recentiores quidam alij asserunt, & ante illos etiam Cardinalis[f] affirmauit. Et probatur,quia sacerdos simplex absoluitur ab homicidio iure communi solo attento. [g] non tamen ab irregularitate,quam solus Papa tollit.

27 In priori verò dicto, scilicet,confessario non esse necessariam scientiam casuum,in quibus irregularitas contrahitur,non illi omnino assentior. Arbitror etiam,saltem illum confessarium,qui clericos frequenter audit,debere id scire, vel saltem de illo scire dubitare, quo doctiores consulat. Quoniam muneris confessarij non solùm est peccatorem absoluere : sed etiam illi, à quibus debeat abstinere,consulere, per principium & finem huius cap. & per versic.*sacerdos*.[i] Si ergo clericus casum, per quem est factus irregularis, confiteatur mihi, quomodo consulam, ne amplius celebret,vel ne suis ordinibus aliis vtatur,donec ab illa irregularitate liberetur? Quomodo item consulam,vt quod beneficium irregularis quæsiuit,relinquat, si nesciero, quibus casibus quis sit irregularis? Quo item eum monebo, vt peritiores consulat,vel ipse consulam,si de casu illo nescio saltē dubitare? Præterea ipsemet Thomas à Vio habet,necessarium esse confessario scire, num confitēs in damnationis statu maneat. Ergo tenetur quoque scire,an presbyter ipse confessus sit irregularis, præsertim si beneficiū habet in irregularitate quæsitum. Cū enim habeat voluntatem celebrandi, & retinendi beneficium illud,in statu malo perseuerat,argumento, c.*sæpe*.[k] cap.*sicut tuis*.[l] Quo fit, vt non semel indoluerim aureæ illi ipsius summæ non addidisse Thomam irregularitatis incurrendæ casus. Quos tamen post primam editionem horum commentariorum, nos nostro Manuali hac de causa addidimus.[m]

Tertio infero prædictorum sex, cum talia sint, quibus ignoratis oportet ignorare quoque illa, quæ necessariò sunt facienda, vel de necessitate præcepti, vel necessitate sacramenti per ea,quæ supradicta sunt,[n] tria quidem prima & sextum omnibus confessariis,etiam summis esse necessaria : quartum verò, videlicet, casuum reseruatorum cognitionem non ei,qui potest ab omnibus reseruatis absoluere:neque quintum ei,qui vniuersalis est totius mūdi confessarius,quales rari sunt.

28 Quarto infertur, eum,qui tertiū & quartum nescit, & alias est idoneus;antequam audiat pœnitentē, debere illi prædicere,vt doctiores consulat,an in aliquā inciderit excommunicationem,& vt quærat ipsi, & faciat copiam, casuum in ea diœcesi reseruatorū, secundum Thomam à Vio. quod tamen parum placet;primo,quod hoc rarò,vel nusquā fit. Secūdo quod non videtur sufficere id cōfessario, præsertim illi, qui toti vni parochiæ se præfici passus est. Primo,quod hoc esset cogere parochianū ad sua peccata bis cōfitendū,saltē indirectè:semel quidē erudito illi, quē est cōsulturus, deinde parocho huic ignaro, à quo est absoluēdus. Quomodo enim eruditus sciat,an pœnitēs sit excōmunicat⁹,nisi omnia illi peccata, saltē exteriora narrētur. Secundo,quod per hanc diligentiā confessario nōn satis fidei fiat nisi etiā fides fiat omnia illi eruditio,qui dicit cōfitentem non esse excommunicatum,aperta fuisse, quod nullatenus arbitror faciendum. Tertio, quod hoc esset dare ansam, quo illius confessuri occulta crimina palam fierent. Quarto,quod hanc molestiam multi à confitendo retraherentur. Quare salua,quæ viro illi, summo debetur reuerentia,nulli est consulenda hæc diligentia.

29 Quinto infertur,eum,qui hac diligentia non facta & sine hac excommunicationum scientia confessiones audit,mortaliter peccare:nisi per accidens excusetur, puta, quia pœnitens supplet scientiam. Quia scilicet est vir doctus,& nouit prædicta:aut quia tali est animæ puritate, vt præsumatur ab huiusmodi laqueis liber. Facit quia exponens se periculo peccandi mortaliter, peccat mortaliter, iuxta illud. *Qui amat periculum,peribit in illo*. & latius trado in cap. 3. [a] At qui sine huiusmodi scientia confessiones audit,periculo se malè absoluendi probabili obiicit,vt palam est.

30 Hæc autem scientia non est ita exigenda, vt omnia peccata,& excommunicationes,& circunstantias in prōpru habeat confessarius:sed satis fuerit,quod audiendo cō fessionem sciat dubitare de excommunicatione, de reseruatione,de statu,restitutione,& quod habito consilio,vel recursu ad libros sciat rectè iudicare.

31 Facit,quod Innocentius receptus,[c] ait, eminentem scientiam,quæ sine studio in promptu conclusiones omnes soluit,non esse necessariam:immo neque illam, quæ mediocris dicitur,per quam in prōptu conclusiones difficiles soluuntur:sed satis esse habere sufficientem, per quā cum studio & librorum resolutione conclusiones ad suum pertinentes officium explicare valeat. Addo, quoad propositum,vel per quam peritorum,quos mediocri facilitate inuenire potest,consilio adiutus idem efficere queat. Hactenus de priori scientia.

32 Septimo dico,vltro prædictam scientiam iudiciariā, necessariam esse confessario scientiam medicam, qua scilicet ægroranti animæ medeatur. Facit §.*cognitis*.[d] textus nimirum iuris optimus in c.*omnis*.[e] Hæc autem scientia talis saltem esse debet secundum mentem vulgaris sentētiæ, quam Thomas à Vio colligit,vt sciaxt oleo diuinæ misericordiæ,vel vino diuinæ iustitiæ impœnitentem emollire,desperantem erigere,pusillanimē confortare, vt habet §.*quibus cognitis*. [f] aut saltem ad meliorem confessarium mittere.Et ita vel per se,vel per alium; medicamenta illi ad tantam duritiem emolliendam necessaria opponere.

33 Quamquam,quod de alio ait Thomas à Vio,& de remissione ad alium non facile mihi videtur affirmandum,[g] & quod pastor non videatur suo muneri facere satis,si oué à se pascendam alteri remittat.Nemo enim creditori nolenti alium debitorē delegare potest,& se liberare.[h] Præsertim,vbi hominis industria electa est,vt probant leg. *inter artifices*.[i] & c.fi.[k] cū his,quę ibi a nno superiore extraot dinaria prælectione diximus.Quod autem Thomas,& cōmunis videtur admittere,procedere posset in aliquo impœnitente raræ duritiei.nō enim videtur necessariū,vt parochus sciat facere illa,quæ rarissimè inter homines illius conditionis cuius sunt ipsius parochiani contingunt, vt contigitur l.*sed & si*.[l] aptior huic proposito textus in l.*fistulas*,[m]

§. *DILIGENS.*

Diligens itaque inquisitor,& subtilis inuestigator sapienter,& quasi astutè, interroget à peccatore,quod forsitan ignorat, vel verecundia velit occultare.Cognito itaque crimine,varietates eius non dubitet inuestigare,& locum,& tempus,& cætera,quæ supra diximus in exponenda eorū qualitate.

SVMMARIVM.

1 *Confessarius interrogato, sed non de minus pertinentibus.numero 2. Non de inconsuetis peccatis.numer .3. Non de Venereorum circunstantiis non necessarijs .numero 4. Alioqui contaminator confessionis erit.nu.5. Immo confitentem à talibus prohibeat .nu. 6.Nec antea interroget, quam pœnitens,quæ meminit,offerat.n.8. Interroget ,an ipsi subsit. nu. 10.Non tamē qui sit.num.11.Potest;non tamen tenetur præinterrogare ,an sit in malo statu. num. 12.& num. 13.Præ-*

a §. *fin. ff. de verbo. oblig.*

b *In illo verbo.*

c *De priuile.* c *Consil. 19. de regulari.*

c *In Clem.1. de priuileg. quæst.37.* f *In Clem, dudū. de sepult. quæst. 8.* g *Cap. Deus qui de pœnit. & remiss.* h *Capit .1. de re iudic.li. 6.*

i *Illius c. omnis. de pœnit. & remiss.*

k *De restit. spoliat.* l *De simonia. regula peccatum. de regulis iuris. li. 6. & c. pœnitē tia. 1. & 2. supradicti.3* m *In cap. 27. à nu.191. ad num.247.*

n *In pri ncip. huius cap iii.*

a *Eccle.3.* b *Infr.dist 7.*

c *In ca. cum in cunctis. de elect.*

d *Infra. ea. distinct.* e *§. sacerdos. de pœnit. & remiss.* f *Infra, eod. cap.* g *Argu. cap. qualis. & ca. licet.8.q.1.*

h *Leg.si Stichum §. fi.ff. de nouat. & deleg.* i *ff.de solut. & §.fi.de offi. deleg.* k *§.quæsitum. ff.si quis caut.* m *§.fructus ff.de contrahenda empt.*

interroget & de peccatorum præmeditatione. nu. 14. interrogationes qui scripserunt. nu.15.

7 *Confessarius mortaliter peccat, quoties putat confitentem tacitū ire quid necessariū,nisi interrogetur.& nō interroget.*

9 *Confessionis quasdam interrogationes esse præambulas : quasdam subcutaneas.*

15 *Peccatorum præcogitatio quandoque omittitur.*

EX hoc paragrapho nota primo,interrogationes à cōfessario esse faciendas. Hic ipse textus refertur etiam à Magistro sententiarum,[a] consentit.*c.omnis*.[b] ibi;*Diligēter inquires & peccatoris circūstātias & peccati*. Facit, quod contingere potest, vt confessarius intelligat pœnitentem ex obliuione,vel verecundia omittere aliquod peccatū. quo casu,nisi interroget, mortaliter peccaret confessarius, secundum Angelum.[c] Contingit etiam aliquando vt cōfessario ipsius conscientia dicter faciendas esse interrogationes:ergo tenetur.[d] Facit,quod multi vadunt ad confitendum peccata tali præmeditatione præmissa, quæ sine interrogatione confessarij quidem non sufficiat : cùm illa vera esset sufficiens,quod supra latius in c.fi.[e] dictū fuit.

Contra tamen hoc facit primo , quod si ex obliuione, vel ignorantia tacet peccata pœnitens,nullatēnus peccat & ita non confessis aliis potest absolui per ea , quæ diximus in c.*consideret*.[f] Secundo facit,quod si ex verecundia tacet,peius erit,si postea interrogatus mentiatur. Quod inter eos,qui necessario vni confitentur,frequenter factitari quidam auctor est. Tertio, quòd tametsi non mentiatur;tamen iam peccauit deliberans præ verecundia tacere, radix enim peccati in voluntate consistit. [g] Quarto facit, quod pœnitens interrogatus potest multa peccata per interrogationem discere,quod ei noceret. Et ita confessarius esset causa peccandi.c.fin.de iniuriis. Quinto,ex interrogationibus circa Venerea potest periculum nasci, & pœnitenti & confessario:quod vitandum est.[h]

2 Pro concordia horum dicendum primo,confessarium tria debere seruare in interrogando. Primum vt interroget de peccatis,& non de fabulis,vel aliis mundanis.Facit c.*de testibus*,[i] quod habet testi super vno articulo inducto non credi super alio. Facit etiam glossa recepta, quæ postrema est,l.*si quis*,[k] quæ habet testem ad vnum articulum præsentatum non debere super alio interrogari. Facit & l.fi.§.*idem Iulianus*. [l] quæ putatur singularis in eo, quod probat iudicem non debere admittere articulos impertinentes. Pari ratione igitur;qui venit ad confitendum peccata,non est super iis,quæ ad ea non pertinent, interrogandus.

3 Secundum vt non interroget, nisi de peccatis consuetis,& quæ communiter sunt nota explicet. Quærere enim de peccatis inconsuetis & enormibus : nisi generatim,& è longinquo, aut veluti aliud agendo , & per quādam circumlocquutionem, nocet confitenti,quia sæpe discit mala , quæ nescit. Propterea dicitur à Salomone. [m] *Qui inuestigator est malorum,opprimetur ab eis*.& in l.1.[n] prohibetur fieri quæstio specialis in damnum alterius.

4 Tertium est , vt non descendat nimis ad particulares circunstantias peccatorum carnalium : quia vt dicit Philosophus, [o] *Delectabilia quanto magis considerantur,tanto magis sunt apta mouere*.Et ideo talis interrogatio & confessario,& confitenti noceret. Sufficit enim habere vltimam speciem peccati in huiusmodi & circunstantias , quæ cadunt sub specialem prohibitionem,& è longinquo , & cū verbis honestis , vnde nullo modo descendat ad alia specialiter; puta, mulier confitetur , quod fuit cognita extra vas debitum,non quæretur postea vbi,vel quomodo,& alia huiusmodi,sicut quidā faciū, quos Angelus cōtaminatores potius cōfessionis,quā cōfessarios appellat, eosdēque ait,sæpissime mortaliter peccare,huiusmodi se interrogationibus oblectantes,ob idque illas facientes.

Adde illud Thomę à Vio singulare prędicto casui;confessarium prudenter facturum , si non permittat pœnitenti explicare longius illas pollutiones : sed dicat ei, vt secum cogitet verisimilem numerum , quoties extra vas naturale fuerit polluta , & vno verbo explicet , Toties in hunc modum peccaui. quod ipsum in peccato mollitiei,& alijs similibus casibus faciendum est.

6 Neque vero quis dicat,pœnitentem putaturum se nō satisfeciſſe;& ideo mœstum ac desolatum sine consolatio. ne vacuum rediturum.Quoniam si confessarius docuerit ipsum,sufficere,quod peccaterum species exprimatur,neque oportere,modos illos peccādi obscœnos aperire, deseret illum ignorantia,vnde nascebatur desolatio,siue tristitia,& consolatio amplectetur dulcissima.

7 Secundo principaliter dicimus toties confessarium mortaliter peccare non interrogando,quoties credit aliquid necessario confitendum paciturum confitentem ,nisi interrogetur.Facit c.*Iudicantem cūcta rimari oportet,& ordinem rerum plena inquisitione discutere*.[a] & l.*vbicumque*.[b] Quādo vero bona fide credit,nil de necessarijs à pœnitente omissum: siue quod omnes peccatorum locos ordine suo attigerit,siue quod paruo ante tempore confessus fuerit; siue,quod eum sciat vita esse rectissima,paruméque ac raro à Dei via deflectere, non tenetur interrogare , immo nonnumquam id faciendo imprudenter ageret,& veniale saltem peccaret.

8 Tertio principaliter dicamus,confessarium permittere debere pœnitenti,vt sine vlla interrogatione confiteatur,quæ meminerit,quæque ad confitendum recogitarit, siue ordinatè, siue confuse illa narret.Primo quod cōfessio quodam modo magis spontanea videtur, quæ sine interrogatione fit. Secundo,quod ex illius relatione docebitur cōfessari⁹,quas partes interrogādo debet attingere.

9 Quarto principaliter dicamus, quasdam esse ad confessionem præambulas interrogationes,quasdam vero cōfessioni subcutaneas & internas. Præambula est interrogatio & necessario facienda,an confessurus confessarij iurisdictioni subsit,quando id ignoratur.Quare ante omnia confessarius ignotum interroget cuias sit , & cuius parochiæ , an diplomata & bullas habet Apostolicas, vel Ordinariorum, quibus electio confessariorum sit ei concessa.Quoniam per illa,quę [c] prediximus,absolutio illius, qui iurisdictionem in absoluendum non habet cum exercitio,ipso iure nulla est.Quia nulla est sententia à non suo iudice lata.[d]

11 Si tamen confessario asserat confessurus se,vndecumque sit,posse ab eo,vel iure communi, vel particulari absolui,rogaréque illum,ne velit cuias sit , vel quis cognoscere,satisfactum est confessario,qui casus nobis iam contigit,& ponetur in c.fi.[e]

12 Præambula est etiam interrogatio , & necessaria , si multis credimus,quorū de numero est & Thomas à Vio, an confessurus aliqua teneatur excommunicatione, à qua confessarius absoluere nequeat:an item in tali sit malitiæ statu,quē deserere nolit, puta,si est vsurarius,qui ab vsuris exercendis non sit abstenturus:concubinarius,qui concubinam non sit abiecturus:tyrannus, qui tyrannidem non sit depositurus:occupator alienorum , sine illorum restituendorum voluntate : multa sine caussa obtinens sacerdotia,quibus animarum regendarum cura inest, qui tamē nullum sit illorum relicturus.

Pro hac opinione facit,quod huiusmodi homines frustra quis audiat:Frustra enim expectatur euētus,cuius nullus sequatur effectus. [f] At huiusmodi homines confessarius nequit absoluere:igitur frustra eos audiet. Facit quod nihil est cum scandalo faciendum , [g] sed scandalum est confitenti,si posteaquam totam suam vitam confessario aperuerit,audiat ab eo;*Non possum te absoluere*.

Contra tamen hanc conclusionem facit c.*quod quidam*.[h] quod habet confessionem illius , qui à peccato recedere nolit,non esse respuendā,sed audiendam. Facit & §. seq. qui totus videtur esse in docendo confessario & exhortādo,quo peccatorem nondum satis contritum in contritionem ducat peccatorum. Facit, quod supra in §. *caueat*. diximus sacerdotem egere scientia curatiua, siue meditatiua.Facit,quod frequenter fit,vt monitionibus & exhortationibus sacerdotis quæ post confessionem fiunt, pœnitens conteratur:quod subindicat §. sequens: Adde quod experientia docet,eum,qui confessus est peccata sua, multo sollicitiorem esse,quo absoluatur,ne pereat illi labor ille grandis in præmeditandis & confitendis peccatis susceptus,quā ante confessionem.Facit,quod confitens integrè omnia peccata sua sine pœnitudine & sine voluntate suscipiendi absolutionem , satisfacit præcepto de confi-

a *In 4.di. 19. c.fi.* b *De pœn. & remiss.*

c *Verb.interrogationes.* d *Cap.fin. de præscrip.*

e *In 10.conditione iuncta cō fessionis.*

f *§. cautus. supra di.præcedenti.*

g *Cap. nam concupiscentiam. de consti.c. qui vident.32.q. 5.*

h *Eccle.3. ca. & c.iuuenis. de sponsalibus.*

i *De testi.*

k *§.fin. ff. de petit. hæred. l.ff. de iureiur.*

m *Prouerbior.11.* n *ff.de quæst.*

o *3.Ethic.*

a *30.quæst 5* b *ff.de interrogat. actio.*

c *In princip.c.*

d *Cod.si à nō compet. per totum.c. at si clerici. de iudic.*

e *In fr ende.*

f *Cap. cum contingat. de offic.deleg.* g *Cap. nihil. de præscript. ca.2 .de oper. noui nun.* h *De pœni t.*

tendo,quod probabile putat Adrianus, [a] ergo audienda est confessio huiusmodi. Hoc tamen fundamentum postremum fragile arbitror & falsum,vt infra [b] dico.

13 Per alia verò supradicta fundamenta non auderem dicere,hanc interrogationem esse necessario à confessario faciendam: quamuis eam fieri posse licitè non denegem. negarem tamen respuere debere confessarium illū qui vellet confiteri,non obstante comminatione de non absoluendo illum,si saltem esset ipsius parochus, & tempus Quadragesimæ.

14 Præambula est etiam & necessaria interrogatio, qua quærendum est, an iusta diligentia præmeditatus fuerit pœnitens peccata sua. Nam fieri non potest humanitus, vt qui longo iam tempore non est confessus, & assuetus est frequenter peccare, si subito nil præmeditatus ad confessionem veniat, satis integrè sua peccata confiteatur, etiam si confessarij iuuetur interrogationibus. Et ita, si competit pœnitentem confessarius sua peccata minimè prægitasse, debet eum dimittere, quo ante prægogitet, quàm confiteatur, modo necessitas aliud non suadeat, vt quia mors aut naturalis, aut violenta imminet, aut sine scandalo nequit differri communio. Tunc enim sufficeret pœnitentia omissæ prædiscussionis cum ea, quæ illi fuerit possibilis peccatorum recordatione, argumento c. 1. [c] & tradit Adrianus. [d]

15 Quid tamen agendū, si non habet compertum confessarius: sed solùm suspicatur, pœnitentem non adhibuisse iustam in reminiscendo peccata diligentiam. Quid ité, si pœnitens confiteatur se non satis conscientiam examinasse,quod fere omnes confitentur, distinguendum est, vt supra [e] est dictum.

Quinto principaliter dico, alias esse interrogationes, quæ ipsi confessioni subcutaneæ sunt & intrancæ, qua vnusquisque pœnitens sibi antequam confiteatur facere debet; saltem quando multo iam retro lapso tempore nō est confessus. Quæ conscriptæ fuerunt primum ab Hostiensi. [f] Deinde multo diligentius ac ordinatius ab Angelo. [g] Post eos Thomas à Vio perspicacius tractauit eas, quæ ad decem præcepta pertinent: non tamen eas,quę ad alia vitia, & quæ ad personarum status attinent. Quæ, quoniam vtrobique videri possunt, hic eas non attingo, neque alios,qui hoc ipsum fecerunt,nomino.* Postquam tamen hæc edidimus,scripsimus illud longius & explicatius aliis in Enchiridio Confess.& Pœnit. [h]

§. *QVIBVS COGNITIS.*

QVibus cognitis,adsit beneuolus, paratus erigere,& secū onus portare. Habeat dulcedinem in affectione,pietatē in alterius crimine,discretionē in varietate: adiuuet confitentē orando,eleemosynas & cętera bona pro eo faciendo semper eū iuuet leniēdo,consolādo,spem promittēdo, & cùm fuerit opus,etiā increpando. Doleat* loquēdo,instruat operando, sit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudij. Doceat perseuerantiā,caueat, ne corruat, ne iustè perdat potestatē iudiciariam: licet enim pœnitētia possit ei acquirere gratiā,nō tamen mox restituit in dignitatē primam. Et si enim Petrus post lapsum restitutus fuerit: & sæpe lapsis sacerdotibus reddita dignitas sit potestas: nō tamen necesse est, vt hoc omnibus concedatur,quasi ex auctoritate: Inuenitur enim auctoritas,quæ concedit,& quasi imperat. Inuenitur alia,quæ minime cōcedit, sed vetat, quæ Scripturæ non repugnant: sed concordant,si locus & tempus & modus pœnitentiæ pacem adhibeant. Cum enim tot sunt, qui labuntur,vt pristinam dignitatem ex auctoritate [r] defendāt,& quasi vsum peccandi sibi faciant,rescindenda est spes ista. Si vero locus est,vbi ista non concurrant, restitui possent,qui peccant. Itaque Pontifex iustus, & perfectus,atque discretus nō cogitur suos sacerdotes semper abiicere, nec mox restituere,nisi statutū fuerit à Romano Pōtifice.

SVMMARIVM.

1 *Confessarij octo conditiones,earum aliquot necessariæ.num.2.*
3 *Confessarius onus pœnitentis de consilio tantum portat.*
4 *Pœnitens verè an ad pristinam dignitatem restituatur, disputatur.nu.5.& 6.Concluditur eum restitui filiorum Dei numero honestiori: non autem ad innocentiam.num. 7. Neque in ecclesiasticam dignitatem,si nullatenus, vel negligenter eum pœnitet,vel irregularitatem contraxerit, nisi dispensatio accedat,alioqui sic.nu.8.Et nisi dispensatione scandalum obuiet.num.11.*
10 *Irregularitas omnis iure positiua.*

HIc Paragraphus duas partes habet: prior enim vsque ad versic. *Etsi.* docet cōfessarium, qualem se in pœnitentem confessurum exhibere debeat: posterior verò, nempe ab illo versiculo, *Etsi.* in finem vsque docet, non semper restituendum eum,qui peccauit.

1 Ex priore parte videtur colligi,verum esse confessariū habere debere octo conditiones,quæ in illis duobus versiculis à D. Thoma [a] relatis continentur.

Confessor dulcis,affabilis,atque suauis,
Prudens,discretus,mitis,pius atque benignus.

2 Quæ omnes,quamuis explicitè in hoc §. non probētur,satis tamen implicitè contineutur. Earum illæ solæ videntur necessariæ,quas in principio huius ca. & alijs §. discussimus,scilicet,tam inquisitiua,quam iudicatiua prudentia & bonitas; obseruantia item secreti,de qua in cap. penul. [b] dicemus. aliæ autem tantùm ad maiorem cōfessarij perfectionem pertinent.

3 Ex quo infertur,id quod in hoc §. continetur, scilicet, quod confessarius iuuet pœnitentem, quo portet onus, hoc est quod oneris partem sumat non esse necessarium: nisi fortè alioqui videret fratrem periturum, secundum quod & omnia consilia,quoad animi præparationē necessaria dicuntur. [c]

Ex posteriore parte colligitur,pœnitentem ad pristinā dignitatem non semper restitui. Pro quo facit primo illud Hieronymi. [d] *Quicunque dignitatem diuini gradus non custodiunt, contenti fiant animam saluare. reuerti enim in pristinum gradum difficile est.* Fecit & illud Innocentij. [e] *Apud Niceam constituti canones, pœnitentes, etiam ab infimis officijs excludunt.* Et illud. [f] *Leuita, qui recesserunt à me, numquam appropinquabunt mihi, vt sacerdotio fungantur.* Facit & c. hi qui. [g] *Hi, qui sancto altario Dei deseruiunt, si subito in flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente digne pœnituerunt, officiorum suorum sic loca recipiant, vt nō possint ad altiora officia vlterius promoueri.*

5 Quod autem aliquando ad pristinam dignitatem redeant, facit illud. [h] *Gaudium erit super vno peccatore pœnitentiā agente magis, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigēt pœnitentia.* Facit & quod de errante oue ibidem dicitur pij pastoris humeris ad ouile reportanda, etiā nonaginta nouem, quæ perditæ non fuerant, in deserto relictis. Facit & quod Gregorius ait, [i] ibi; *Post dignam satisfactionem credimus hominem posse redire ad suum honorem.* Facit & c. contumaces. eadem dist. in illis verbis, *Contumaces clerici, prout dignitatis ordo permiserit, ab Episcopis corrigantur, ita vt, cum eos pœnitentia correxerit, gradum suum dignitatémque recipiant.*

6 Quò hæc omnia concilientur, & sciatur, quādo, & ad quam pristinam dignitatem à lapsis redeatur: dico primū, peccatorum per veram pœnitentiam semper redire ad illam pristinam digni tatem, qua inter Dei fi lios per gratiā computabatur. Quod significat parabola illa, [k] quæ habet,

* *Alias, docet.*

[a] *In 4.de cōfes. dubio.4.*
[b] *Eadem ca fi.nu.103.*
[c] *Infr. distin. seq.*
[d] *De confess. dubi. c. post. quinam qu.*
[e] *In decima editione cōfessionis in vltimo cap. f Tit. de pœn. & remiss. §. Qua interrogationes.*
[f] *In verbo Interrogatio-nes.*
[g] *A ca.12. vsque in 26.*
[h]

* *Aliàs aliter.*

filio

[a] *In 4.distin. 22.*
[b] *Ibidem.*
[c] *Supr. dist. 3.*
[d] *Cap. domino.50. dist.*
[e] *Cap. si quis diaconus. eadem. dist.*
[f] *Cap. si quis viduam ead. dist. & ca fi. de tempo. ordin.*
[g] *10. distin. & prædict. num. c. fin.*
[h] *In capit. ad audientiā. de homicid.*
[i] *De consecr. distinct. 1.*
[k] *Capit. cum teneamur. de prab. e. sequā. do. cum ibid. annotatis, de rescriptis.*

* *Alias aliter.*

[a] *In fin. dist. 17.*
[b] *Infra ead. distin.*
[c] *Cap. paratus. 23 q. 1.*
[d] *50. distin.*
[e] *In ca. canones infr. ead. distin. 50.*
[f] *Ezechielis. 44.*
[g] *Eadem 50. distin.*
[h] *Luce 15.*
[i] *In cap. quia sanctitas. 50. distin.*
[k] *Luce 15.*

filio prodigo pœnitenti patris iussu stolam primam fuisse restitutam. Immo semper redit ad maiorem, quia semper ad maiorem gratiam resurgit. quod copiosè tradunt Ticinenses eruditi, [a] & presius; non tamen hebetius Parisienses. [b] Quamquam nonnumquam ad æqualem tantùm resurgere opinio habeat Thomæ. quæ omnia latius discussimus in cap. *pium.* [c]

7 Secundo vero dico non restitui ad secundariam dignitatem, scilicet, innocentiam, de qua in eadem parabola gloriabatur filius senior dicens: *Ecce tot annis seruio tibi, & mandatum tuum numquam præterini.* pro innocentiæ siquidem stola byssina, vestietur pœnitentiæ stola pellicea, sed pura.

8 Tertio verò dicamus, eos, quos errorum non pœniter, in pristinam ecclesiasticam dignitatem non restituendos. [d] neque item illos, qui negligenter pœnitentiam agunt. [e] Neque item, quos perfectè pœnitet, si peccata eorum irregularitatem habebant annexam. [f]

9 Neque, si scandalum inde oriatur iuxta ca. *de his,* [g] quod habet omne crimen graue notorium, etiam post pœnitentiam, impedire celebrationem. alioqui autem redire possunt, & redeunt etiam sine dispensatione.

10 Nam cum dispensatione saltem Papæ omnes redire posse non est dubium, cum irregularitas iure sit inducta humano secundum Innocentium receptum, [h] quod latè tractauimus in §. 1. [i] Quamquam propter scandalum, cuius tollendi potestas apud Papam non est. [k] nonnumquam lapsi aliquot & impœnitentes redeunt quidem ad pristinam dignitatem securi, quoad forum exterius, Papa in hoc leges suas remittente, non tamen iudicio meo sine aliqua offensa maiestatis diuinæ, quoad forum interius, nisi caussa iusta id suadente fieret.

CAP. PEN.

GREGORIVS II. PAR.

SAcerdos ante omnia caueat ne de his,qui ei confitentur peccata sua, alicui reciter, quod ea confessus est, non propinquis, non extraneis,neque (quod absit) pro aliquo scādalo. Nam si hoc fecerit, deponatur,& omnib.diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinando pergat.

SVMMARIVM.

1 *Confessarius peccata celato,ratio huius prima.num.2.ratio secunda.num.31.tertia.num.32.*
3 *Peccat contra legem naturæ, qui vitium secretum in dedecus alterius palam facit: siue illud naturale sit, siue voluntarium,siue verum. siue falsum. num. 4. Ergo qui schedulam aliena peccata continentem vulgat. num. 8. Immo & nonnumquam,qui eam legit. num.9. & qui alienam epistolam clausam aperit.num.10.*
5 *Libellum famosum componere, aut repertum palam facere, graue peccatum, & grauius famam læsam non restituere. num. 6.Non tamen violat secretum, qui talem libellum repertum publicat.num.7.*
11 *Litteras alienas aperiens peccatum iniustitiæ admittit, & violat legatos mutos.num.12.Et capitaliter peccat, si vt noceat grauiter id facit,num.12.vel si noceat.num.14. non tamen si de consensu mittentis id faciat. num. 16. Saltem tacito.nu.17.Nec si publica id auctoritate fiat.nu.18. Exempla alia.nu.19. Venialiter peccat curiosus. num. 20. Capitaliter autem qui malo animo aperit.num. 21.*
15 *Adultera olim adulterium confiteri cogebatur.*
22 *Epistolam.cuius tenorem nescias,deferre, nonnumquam stulti eam verò,si acceptas,aperire perfidi.*
23 *Crimen qui nouit committendum,quid faciat.*
24 *Anima peccaturi,illæsa ipsius fama, seruanda est,si fieri potest corpus item & res proximi sine alterius famæ læsione saluanda.*
25 *Lex minor, etiam naturæ, maiori cedit: & ideo lex de vita proximi seruanda legi de fama ipsius non ladenda, idem. num.30.*
26 *Genesius à Sepulueda laudatus omittitur.*
27 *Matrimonium contrahendum testimonio vniu impeditur.*
27 *Opinio Maioris laudati omittitur.*
29 *Leges aliquot naturæ diuinitus Hebræis emollitæ.*
33 *Statuto aliquo etiam ea, sine quibus id commodè seruari nequit statuta videntur.*
34 *Confessionis secretum maius, quàm aliud, quia lege duplici seruandum.*
35 *Sigillum confessionis quid & quare sic dictum.num.36.*
36 *Sigillum secreti naturæ sigillo secreti confessionis superius: hoc illo maius.num. 37.*
38 *Sigilla hæc violans capitaliter peccat: sed magis, qui maius, quæ circumstantia necessario patefacienda.39. Quod tamen cuiquam dicitur: hoc tibi in confessione dico, non est sigilli confessionis.nu.30.at qui hoc dicit non peccat.nu.40.*

1 NOta primo, facerdotem teneri ad celandum peccata ei confessione sacramentali detecta, similis textus in cap. *omnis.* [a] versic. *Caueat autem omnino,ne verbo,aut signo,aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem.*

Prima decidendi ratio.

2 Prima ratio decidendi huius cap. est, quòd naturæ iura præcipiunt, vt quis seruet secretum, quod ei committitur, iuxta illud Prouerb. 11. *Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana, qui autem fidelis est, seruat amici commissum.* [b]

2 Nam & iure naturæ debemus proximo, quæ nobis ab eo fieri volumus, [c] at quis non magnopere desideraret secretum, quod alij committit, non publicari: ergo & debet ipse, quod sibi commissum est, seruare.

4 Ex qua ratione decidendi sequitur primo, contra legem naturalem peccare illum, qui secretū alterius in ipsius dedecus reuelat: siue illud vitium sit naturæ, siue à voluntate pendens, siue verum, siue falsum.

5 Infertur & secundo, secundum aliquos, eum, qui libellum famosum repererit, & quæ in illo continentur, publicarit, contra legem eandem naturæ peccasse. Pro quo facit, cap. 1. [d] ibi. *Qui prius eam inuenerit, rumpat.* & cap. fin. vbi refertur ad verbum lex illa rigida, quæ prima est, [e] & habet, eum, qui libellum contra famam proximi scriptum, simul ac reperit, non abscondit, aut non rumpit, immo dolo palam facit, perinde ac illum, qui eum composuit, capitali pœna plectendum esse.

6 Quod multi parum animaduertentes grauiter in hac re diuinam simul, & humanam offendunt maiestatem, & suas ipsorum animas graui æris alieni mole: nempe restituendi famam, quam denigrarunt, misere onerāt, & quod plorandum est, vix vmquam eas exonerant. Hoc tamen corollarium non videtur efficaciter ex hac decidendi ratione inferri: quia qui talem libellum effecit, & in publicum locum eiecit non eo animo, vt res maneat secreta, fecit, sed potius, vt palam fieret & ideo dicendum videtur, eum, qui talem non abscondit libellum, peccare quidem aliud peccatum, nempe detractionis, [f] reuelationis autem secreti crimen non admittere: modo is libellus eo animo eiectus fuisset, vt in eo contenta palam fierent.

8 Infertur & tertio, eum, qui reperisset schedulam, quæ alterius peccata causſam memoriæ iuuandæ scripta teneret, illa vulgando peccare: quoniam illa eo animo scripta erant, vt clam tenerentur. Quò fit, vt iustè respondemus olim, eum, qui libellum peccata omnia cuiusdam aduocati continentem ipso subita morte arrepto, in arcula eius reperit asseruatissimum, grauiter peccasse: non quidem eo nomine: quòd dixisset se talem reperisse libellum, sed quod in eo contenta omnia, vel partem illorum amiculis quibusdam palam fecisset.

9 Infertur & quarto, eum in hanc legem peccare, qui legeret schedulam alterius peccata continentem, cuius initium id indicaret, quia forte sic incipiebat: *Memoriale peccatorum meorum, quo illa facilius olim, cùm opus fuerit, recorder.* nouit enim, vel certe nosse debuit, id esse secretum & eum, qui confecit illam, nemini palam fieri voluisse.

10 Quinto infertur, eos, qui alienas litteras, quæ clausæ sunt, aperiunt, contra hoc præceptum peccare. vnde glossa, [g] probata per Panormitanum, definit, falsarium esse,

[a] *De pœni. & remiss.*
[b] *Cap. qui ā. bulat. 5. q. 5.*
[c] *1. distin. in principio & Matth. 7.*
[d] *1. 5. q. 1.*
[e] *C. de libell. famos.*
[f] *Capit. sūma iniquitas. 6. quæst. 1.*
[g] *Ca. cum olim 2. de sponsa de leg.*

qui litteras alienas aperit. Facit, quod regulariter omnis iniuſtitia eſt peccatum lethale, ſecundum S. Thomam receptum. [a]

11 At qui aperit litteras alienas, peccatũ iniuſtitiæ committit, tollit enim ius alterius, ſcilicet aperiendi litteras tam mittenti, quàm ei, cui mittuntur. Tollit item cuſtodiam, quæ vtrique illorum conuenit.

12 Facit etiam, quod iuris gentium eſt, ne legati violentur. cap. [b] at litteræ quidam legati muti ac inanimes ſunt. Adde, quod publicæ fieri expedit, litterarum ſigilla inuiolata eſſe.

13 Et quidem hoc certiſsimum eſt, ſi eo aperias animo, vt nocumentum notabile ex eo proximo inferas. [c]

14 Certum quoque, ſi aperias ſine tali quidem animo, ſi tamen nocumentum fiat, quia paria, quoad hoc, illa videntur eſſe. argumento cap. *ſi quis aperuit ciſternam.* & cap. *ſi bos alienus.* [d]

Contra tamen hanc concluſionem & corollaria eius facit primò, quod frequenter alij aliorũ litteras aperiunt, neque talia peccata confitentur, immo ſtultus habetur qui litteras, quarum tenores, neſcit, ad alium defert, deferens fortè litteras Vriæ. [e] Secundo facit, quod tenemur aliorum mortem & pericula, ſi poſſumus vitare, iuxta illud. [f] *Erue illos, qui ducuntur ad mortem.* & cap. *non in inferenda.* [g] Facit cap. *quanto.* [h] at nonnumquam aliquis ſecreto alteri dicit: vrbem eam ſumus hac, quæ ſequitur, nocte incendio ſubiecturi: illũ, vel illũ ſumus occiſuri: tale vel tale malum ſumus admiſſuri, quæ mala impedire nequit, niſi reuelet ſecretum: ergo id ei licet, immo neceſſe eſt facere. Tertio facit, quod iudici me interroganti, & præſertim adiuranti ſuper crimine, cuius ipſe ſolus ſum conſcius, teneor reuelare, argumento cap. 2. [i] & tenent in ſpecie Panormitanus. [k] Quarto facit, quod qui ſolus ſcit eum, qui cum Berta contrahere proponit, prius cum ipſius conſanguinea occulrè rem habuiſſe, ac proinde affinem eſſe illi, cum qua vult contrahere, tenetur illud impedimentum reuelare: & per conſequutionem illud crimen occultum. [l]

15 Quinto facit cap. *in libro.* [m] vbi refertur lex illa rigida. [n] quæ habet eam vxorem, cuius maritus zelotypus eſt, ipſo volente teneri, palam facere adulterium, quod admiſit, quamlibet ſecretum fuerit: vel certè bibere aquas illas imprecationibus multis ſubiectas, quibus ſi verum eſt, moriatur. Sexto apud Danielem, [o] legitur ipſum reuelaſſe crimen illud horrendum: ſecretum tamen, quo ſenes illi peſtilentes, candidam illam caſtitate Suſannam, falſo adulterij accuſarunt. Poſtremo, ſi quis ſciat crimen cuius accuſatur Ioannes, contraque eum probatur, à Petro fuiſſe admiſſum, tenetur reuelare iudici, Petrum illius fuiſſe auctorem, quo Ioannes innocens liberetur. argumento illius facti Danielis. & cap. *non in inferenda.* [p] Adde quod noſter pater Auguſtinus in ea regula, quam nos ipſius Canonici profitemur ait, illius crimen, qui monitus ab eo, non vult deſiſtere, alijs teſtibus oſtendendum, quibus conuinci valeat. ergo non videtur verum eum contra legem facere naturæ, qui ſecretum reuelat.

16 Ad ſoluendum horum primum, dicendum occurrit in primis illum, qui alterius aperit litteras, non peccare, ſi ex conſenſu expreſſo, vel præſumpto mittentis, vel eius, cui mittuntur, id faciat.

17 Quo fit vt ille ſocius, vel amicus non peccet, qui litteras ad ſuum amicum, vel ſocium delatas in hoc aperit, ne illius negotia iacturam patiantur grauem, vel vt melius fiant: bona fide interim credens, neque vllum eſſe in eo loco, à quo is, ad quem mittuntur, malit eas aperiri, quam ab ipſo: bona item fide credens ratam habitum iri eam litterarum apertionem ab illo, cui mittebantur.

18 Idipſum videtur dicendum, ſcilicet, quod non peccet, qui auctoritate publica id facit, quod bellorum tempore in regnorum confinijs factitari videmus. Ob publicam enim vtilitatem, auctoritate publica iuſta de cauſſa etiam prædijs & alijs bonis quis priuari poteſt, vt poſt l. *Lucius.* 9 l. *item ſi verberatum.* [r] tradit Innocentius per omnes receptus. [s]

19 Hac eadem ratione fit vt non peccet etiam monachis vel Canonicis regularibus præfectus, vel præfecta dum aperit eas litteras, quas qui ad alios mittũt, vel alij ad ſuos, quoniam lege publica id ei licet. [a] Neque maritus dum litteras vxori miſſas, vel contra reſerat: ſed neque pater, quando in filiorum ſuæ poteſtati ſubiectorum epiſtolis id facit: quoniam marito & patri, hæc & alia maiora iura ſunt ſuper vxorem & filios. [b]

20 Occurrit ſecundo dicẽdum, peccare venialiter eum, qui ob ſolam curioſitatem, ſine vllo lędendi animo in hoc ſolum aperit, vel quo rideat phraſim barbaram, vel dictione delectetur eleganti, vel quæpiam noua nullius nociua diſcat, nullatenus aperturus, ſi præuideret inde damnum aliquod notabile alicui obuenturum.

21 Tertio verò dico, capitaliter peccare illum, qui eo animo aperuit, quo alicui grauiter nocet: vel certè apertis illis grauiter nocet, vt etiam ſupra dictum eſt. [c]

22 Non obſtant pro contraria parte citata. Non primum, ſcilicet, illud cap. *cum olim.* [d] quia fateor ſtultum quidem eſſe, litteras quarum tenorem neſcias, deferendas accipere, niſi ſcribenti fidas: accepta, tamen aperire, malæ fidei & falſarij eſt hominis, vt ibidem docetur.

23 Ad ſecundum reſpondeo, negando me in eo caſu abſolutè poſſe, vel teneri ad reuelandum illa crimina committenda. primo enim debeo dare operam: quo facturis illa diſſuadeam. Quod ſi fecero adeo, vt timeri non oporteat, neque debeo, neque poſſum ſine ſecreti violatione reuelare: quod ſi diſſuadere nequiuero, at occurrere.

24 Illa enim lex inuiolabilis eſſe omnibus debet, vt quoties anima cuiuſpiam ſeruari poteſt, illæſa ipſius fama: & quoties corpus & res familiaris proximi ſeruari poſſunt, alterius fama ſalua, id omnino fiat, argumẽto eorum, quæ Saluator docuit, [e] dum modum corrigendi proximum ſe dignum docet. Argumento item eorum quæ noſtri ſuper eo tradunt, [f] & eorum quæ tradit Thomas, [g] & ante noſter pater Auguſtinus, [h] in eis verbis: *Magis quippe nocentes eſtis, ſi fratres veſtros, quos indicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis.* quaſi diceret vir pius. *Si tacito alterius crimine aliis obuiare potes damnis: nullatenus ea reuelentur.* & paulo ſuperius ibi, *Statim admonere.* & paulo inferius ibi: *Ne forte ſecretius correctus poſsit nõ innoteſcere cæteris.* Et è duobus pœnæ malis minus eligendum eſt. [i] Si verò nullatenus occurrere valeo crimini committendo, niſi peccaturum reuelauero, tunc demum id facere, & poſſum, & teneor, per ea omnia, quæ proximè citabã. At nego illo caſu, legem illam de ſeruando ſecreto habere locum, quoniam concurrit cum illa lege alia etiam naturæ: *Ertpe illos qui ducuntur ad mortem*, quæ fortior eſt ſege illa de ſeruando ſecreto.

25 Et per ea, quæ late tradidimus alibi, [k] conſtat concurrentibus duabus naturæ legibus contraria in aliquo caſu dictantibus, ſtandum eſſe illi, quæ fortior eſt. Fortiorem autem eſſe legem de eruẽdo quopiam à ſpiritali, vel temporali morte, quàm legem de ſeruando famam, ex eo vel maximè conſtat, quod ſicut bona famæ bonis fortunæ præſtant: ita bona famæ corporis excellunt bonis, iuxta l. *in ſeruorum.* ff. de pœnis, coniunctis ijs quæ tradidit gloſſa. [l]

26 Ad tertiũ nego, me in eo caſu teneri ad reuelandum crimen illud, quod nemo alius à me nouit, ſi ſaltem me verè illius pœniteat: nego item id in ſpecie dicere Panormitanum in locis in argumento citatis. Quia licet de occulto loquatur, poteſt tamen intelligi de occultis, prout ſunt contraria manifeſtis, quemadmodum frequenter ſumuntur, iuxta, quæ Antonius annotauit. [m] Scio tamen in hac re contrarium nuper non minus eleganter, quàm copioſe ſcripſiſſe in eo libello, quem dialogum de ratione dicendi teſtimonij inſcripſit, Geneſium à Sepulueda virum eruditione varia profunda, olim in Philoſophia rationali, naturali, & morali in Complutẽſi Academia noſtrum condiſcipulũ: nunc verò multis nominibus, & in his, quòd multis litteris eum Italia ornauit, & vtriuſque linguę peritia illuſtrauit, ſuſpiciendum. A quo tamen ſtudio diſſentiendi, cum ei per omnia conſentire cupiam, ſed veritatis, nil fallor, pondere victus, diſcedam in ea repetitione, quàm in ca. 2. de confeſſ. quem cum titulo de probat. prælectione horæ primariæ hoc anno interpretor, ſum habiturus. & poſt illam habitam diſceſſi breuiter in Manual. confeſſar. [n]

27 Ad quartum concedo, me debere illam affinitatem,

[a] *Cap. nõ dicatis. 12. q. 1.*
[b] *Ca. duo iſta nomine 23 q. 4. l. 1. & 2. C. de patria poteſtat.*
[c] *Arg. c. pœnale. 14. q. 5.*
[d] *2. de off. delegat.*
[e] *Matth. 18.*
[f] *In ca ſi peccauerit. 2. q. 1. & c. nouit. de iudic.*
[g] *2. 2. q. 33. 2 In Regula noſtra. cap. 3.*
[i] *Capit. duo mala. 13. diſt.*
[k] *In ca. ſicut de conſecrat. diſt. 1.*
[l] *In le penul. §. ad crimen. ff. de publica iud.*
[m] *In repetit. c. veſtra. de cohabit. cler.*
[n] *Cap. 18. n. 61. & cap. 25. num. 43.*

& per conſequens crimen, vnde illa manauit, occultum reuelare, ſi ipſe à me monitus à contrahendo illo matrimonio noluerit deſiſtere, etiam ſi illam probare nequiuerim: quamuis id Maior, [a] neget: quoniam ad impediendum matrimonium nondum contractum, vnius viri de impedimento teſtimonium ſufficit, vt eſt caſus ſingularis ſecundum Arctinum ibi in cap. *præterea.* [b] & eum commendat Romanus. [c] Nam & ſola fama id efficit, vt eſt caſus in cap. *ſuper eo.* [d] putatus ſingularis Ludouico Romano, [e] & Decio. [f]

28 Maior autem vir alioqui eruditus & acer: quia hoc iuris ſecretum ignorauit, ideo in materia ſecreti erraſſe videtur: non erraturus certè, ſi aduertiſſet vnius ſolius dictum ad probationem plenam in hoc caſu ſufficere.

29 Ad quintum reſpondeo, olim Hebræis fuiſſe illam legem duriſsimam, quibus Domini benignitate ob eorum duritiam & alios reſpectus aliæ quoque leges conceſſæ fuerunt: quibus lex naturæ per quamdam diſpenſationem temperata fuit: qualis erat lex libellum repudij permittens, qualis item lex de multis vxoribus vno tempore habendis. Hodie verò illa lex, quippe, quæ iudicialis erat, ceſſauit, & ita non obſtat.

30 Ad ſextum reſpondeo, quemadmodum & ad primum, ſcilicet, legem de ſecreto ſeruando non ligare, quando cum alia lege ſe fortiore concurrit: qualis eſt de innocente tuendo.

Et eodem modo reſpondetur ad poſtremum, ſimiliter & ad ipſius additionem, quę in regula noſtri patris Auguſtini fundatur: quoniam lex de anima proximi ſeruanda arctius ligat, quàm de illius famã tuenda: & ideo, quando iam proximi fama ſeruari nequit, cum ipſius anima: curandum eſt, quo potius fama pereat, quàm anima Chriſti ſanguine redempta, argumento cap. *ſuncimus.* [h] Quia de duobus malis, vt ſupra tangebam, minus eſt eligendum. [i]

Altera ratio decidendi text.

Hactenus de ratione prima decidendi, & de concluſione, quæ ex illa inferebatur, cum ipſius confirmatione & confutatione ſit dictum. Altera ratio decidendi eſt, quod confeſſarius vices Dei gerit: & ideo, quod Deus ipſe faceret, ipſe quoque facere debet, iuxta illud. *Quæ ratio mouet delegantem, eadem & delegatum mouere debet.* [k] at Deus peccata vult occultari: quoniam quæ condonat, tegerè dicitur, iuxta illud: [l] *Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata*: igitur & confeſſarius illa celare tenetur. Hæc tamen ratio fragilis videtur, primò, quod multi alij præter confeſſarium tenentur celare peccata, vt poſtea dicetur, qui tamen locum Dei non tenent. Secundo, quod multorum confeſsio eſt celanda, quibus neque condonata ſunt peccata, neque abſolutio à confeſſario præſtita, vt paulo poſt dicetur.

Tertia decidendi ratio.

33 Tertia ratio eſt, quòd, qui inſtituit aliquid, omnia illa cenſetur inſtituiſſe, ſine quibus illud cõſiſtere nequit. [m] Immo & illa ſine quibus id commode fieri nequiret textus l. pen. [n] & in l. *quicunque.* [o] Per quos ita tenet Aretinus, [p] quem in multis locis probat Decius. At ſupra in ſumma, [q] probauimus confeſsionem & eam faciendi neceſsitatem inſtitutam eſſe ab ipſo Saluatore Chriſto: ergo ſaltem tacitè, & per quamdam conſequentiam videtur etiam ea inſtituiſſe, ſine quibus confeſsio, vel fieri non poſſit, vel ſaltem non commodè. at confeſsio à nemine fieret, à nemine amaretur, immo eſſet omnibus exoſa, niſi ſummè ſecreta ſeruaretur, vt experientia docet: quinimmo & iugum quoddam importabile eſſet contra illud: *Iugum meum ſuaue & onus meum leue.* [r] Et ideo lex de celanda illa, per ipſummet Saluatorẽ lata videtur. quod tenet Thomas. [s]

34 Ex qua ratione decidendi ſequitur primo, maius eſſe confeſsionis ſacramentalis ſecretum, quàm aliud quodlibet: quoniam ad illam celandam tenemur tam lege naturæ, quàm lege diuina poſitiua, ad alia verò ſecreta lege naturæ tantùm.

35 Infertur ſecundo, verum eſſe, quod quidam ait, ſigillum ſecreti naturæ ſuperius eſſe ad ſigillum ſecreti confeſsionis ſacramentalis. Sigillum enim in hac materia nil aliud eſt, quam *debitum, vel obligatio celandi aliquid*, ſecundum S. Thomam. [a] Appellatur autem ſigillum per metaphoram. Quemadmodum enim ſigillum rem celatam tenet, quo non aperiatur, nec palam fiat, quod ſigillo claudituꝝ, [b] ita debitum, vel obligatio tenendi aliquid ſecretum efficit, ne res aperiatur.

36 Et ita ſigillum ſecreti naturæ nil aliud eſt, quam debitum, vel obligatio celandi aliquid iure naturæ inducta. & ſigillum confeſsionis nil aliud eſt, quàm debitum, vel obligatio celandi confeſsionem. Et ita omne ſigillum confeſsionis eſt ſigillum ſecreti naturæ: non tamen contra omne ſigillum ſecreti naturæ eſt confeſsionis ſigillum. quod conſequitur ſigillum ſecreti ſuperius eſſe ſigillo confeſsionis.

37 Infertur & tertio ſigillum ſecreti confeſsionis non pati exceptiones, quas ſigillum ſecreti nudum. Non enim pro neceſsitate ſpiritali eius, qui confeſſus eſt, vel pro ſcandalo euitando licet deregere, vt eſt caſus in hoc cap. *ſacerdos*, ibi: *Neque pro aliquo ſcandalo*, ſicut licet, quando nudum occurrit ſecreti naturæ ſigillum, etiamſi veſtiatur iuramento de non referando, ſeu reuelando illo per multa, quæ ſupra diximus.

38 Quarto infertur, quod quamquam frangens quodcumque horum ſigillorum mortaliter peccet: grauius tamen, qui ſigillum confeſsionis rumpit, quàm, qui ſigillum ſecreti: ſicut grauius peccat, qui iurauit celare, quàm, qui ſolùm promiſit. [c]

39 Quinto infertur, circunſtantiam neceſſario conſtituendam eſſe illam, qua violatio ſecreti naturæ in violationem ſecreti confeſsionis tranſit. Omnis etenim illa circumſtantia, quæ ſpeciali prohibetur præcepto, eſt huiuſmodi, vt late dictum fuit in cap. *conſideret*, [d] at hæc circunſtantia ſpeciali prohibetur præcepto: nempe lege diuina poſitiua de celanda confeſsione tacite lata.

Infertur & ſexto, cum, qui aliquid dicitur cum proteſtatione, Hoc tibi dico in confeſsione, vel quaſi in confeſsione, non teneri confeſsionis ſigillo, licet teneatur naturæ ſecreto, ſecundum Innocentium, [e] quem Panormitanus cum communi ibi ſequitur. [f] Et quamuis Paludanus, [g] & Adrianus, [h] de confeſsione videantur contradicere: tamen per ea, quæ paulò poſt dicunt, apparet eos in hac eadem eſſe opinione, dum aiunt, eum, cui aliquid cum illa proteſtatione commiſſum eſt, teneri quidem ſecreti ſigillo: non autem confeſsionis: & ideo ſi ſuperior præcipiat, ad reuelandum teneri. Et merito quidem: nam aliud eſt dicere: *Hoc tibi dico in confeſsione*, & aliud longè confiteri peccata ſuam culpam agnoſcendo.

40 Infertur & ſeptimo, ſecundum Paludanum, [i] irreuerentiam videri facere ſacramento eum, qui tradit, vel recipit in confeſsione illud, quod non eſt confeſsum: cum nihil ſit æquè celandum, atque id, quod confeſsione ſcitur. Sed videtur illud nimis ſcrupuloſe dictum, primo quia non eſt mens hominum dicere, vel facere per hoc confeſsionem, vel confeſsionis ſigillum, ſeu etiam obligationem celandi æqualem illi, quæ per veram confeſsionem contrahitur: ſed ſolùm eſt mens obligandi ſub graui peccato ad celandum, ſicut & ſub graui per confeſsionem eſſet obligatus, quamuis non ſit par grauitas in tranſgrediendo. Simile huic eſt, quod quidam dicunt: *Nolo vt mihi iures, ſed promitte te ſeruaturum, ac ſi iuraſſes.* Secundo nimium ſcrupuloſum videtur illud Paludani, quia quamuis cuperent æqualitatem eſſe vinculi: non propter hoc videntur minus ſacramentum reuereri. Quemadmodum, ſi quis in ſæculo manens ad caſtitatem pari ſe vinculo cuperet obligatum, ac ſi votum ſolenne feciſſet, nullam certe iniuriam voto ſolenni faceret: immo potius reuerentiam illi exhiberet. Magni enim facere caſtitatem voto ſolenni debitam, ſpecies eſt reuerentiæ & honoris: pari ergo etiam ratione magnificare confeſsionis ſecretum, ſpecies erit reuerentiæ, non iniuriæ ſacramenti pœnitentiæ, quod & Adrianus ſenſit.

QVAESTIO PRIMA TEXTVS. INTERPRETATIVA.

SVMMARIVM.

41 *Vna de re dicens de alia negat: scilicet dissimili, non de simili immo neque de dissimili: si tamen in eo, quod dicitur similis sit. num. 47. Neque si de vno ideo dicitur, quia frequentius id contingit. nu. 48.*

42 *Confessionem sacramentalem, qui nouit omnia eam celet, etiam qui casu vel astu nouit. num. 43. Etiamsi, qui dixit, velit id palam fieri. num. 45. Quia præceptum hoc non super personam: sed super rem ipsam, scilicet, confessionem cadit. num. 46.*

44 *Onere cum suo res transit.*

49 *Lex ad alium casum cum sua pœna extenditur.*

50 *Intellectus nouus huius cap. & cap. omnis. de pœniten. & remiss.*

51 *Confessionis sigillum multa, quæ non sunt peccata, continet: Et non solùm verbalem & directam: sed etiam aliam, quamuis relationem. num. 52. Ex quo multa inferuntur in sequentibus, continet etiam tertiam personam in confessione licitè, vel illicitè nominatam. num. 160.*

53 *Confessionem reuelat, qui ait:* Peccatum reseruatum habes. *Et qui ait grauia peccata commisti in ciuitate, vbi confessiones audiuit, malefacit. num. 54. Et qui ait, Grauia mihi confessus est ille, reuelat. num. 55. Et qui consulit ita, vt conijci queat, de cuius peccato consulit. num. 57. Et qui ait, se absoluisse, &c. num. 58. Et qui iocatur de peccatis in confessione auditis. num. 59. Et qui ait:* Tales non confitentur nisi venialia, *malefacit, licet non reuelet. num. 60. & qui ait: Illum non absolui. num. 61. & 63. Et qui publica peccata publicum peccatorem dicit, sibi confessam. num. 62, & 66. Confessionis reuelatoris definitio. num. 68. Quæ non continet eum, qui ait, Illum à suis peccatis absolui. num. 69. Is tamen violaret quandoque secretum natura. num. 71. & 73. Reginaldus non reuelauit Thomæ confessionem. num. 72. Non item aliud quidam. nume. 74. Neque qui ait:* Tale peccatum didici in confessione. *num. 75. & 78. Immo quandoque cum fructu fit. num. 80.*

63 *Opinio Thomæ à Vio relinquitur: ratio item ipsius. num. 66.*

64 *Absolutio multis de causis potest non dari ex animo pœnitenti.*

65 *Confessarius publicos peccatores quomodo ab Eucharistia repellat, sine confessionis detectione.*

67 *Peccator publicus ante publicam emendationem absoluitur.*

76 *Opinio Pan. relinquitur: vt plurimum tamen seruanda est alio respectu.*

77 *Confessarius raro sine peccato de his, quæ per solam confessionem nouit, loquitur: Rarissimè si leuis est opinionis. numer. 81.*

79 *Intellectus cap. nostri, & cap. omnis. de pœniten. Contra Panor.*

83 *Exhortatio ad confessionem celandam.*

84 *Confessarius Eucharistiam occulta tantùm confesso, & non absoluta negare publicè non potest.*

85 *Pœnitenti dicenti se confessum credendum.*

86 *Episcopis ac proepiscopis rectius esset, castigare in malo statu perseuerantes etiam, qui confessi communicarunt: quam scrupulosè quærere, cui sint confessi, qui in bono manent statu.*

87 *Intellectus cap. 1. de pœnitent. & remissio. queritur: primus est, quod ad exterius tantùm forum pertinet. num. 88. secundus, quod ad vtrumque. num. 100. primus defenditur & fortificatur. num. 93. & 94. & 95. Volenti tamen ob publica peccata publica imponitur. num. 98. Sed noua ratione. num. 108. Tertius intellectus verus, sed non litteræ germanus. num. 100.*

89 *Publica peccata semper publicè in foro exteriori sunt castiganda, etiam si solùm sit famosum. num. 98. Quod temperatur. num. 99.*

90 *Peccatorum castigatio exterior ad aliorum magis fit exemplum, quàm ad delinquentis correctionem.*

94 *Excommunicationis absolutio non est sacramentalis, & ideo quiuis clericus eius capax. num. 95.*

97 *Confitens nullam, vel minimam tenetur acceptare pœnitentiam.*

101 *Peccator publicus secretè pœnitens ante publicam vitæ emendationem ad secretam admittitur communionem, non ad publicam. num. 102.*

103 *Pœnitentia grauis post confessionem statim adimplenda imponi non debet, si ea nescientibus aliis impleri nequeat, paruæ autem fic. 105. Et etiam magnæ, vbi tales pro paruis subiri solent. 106. quæ huiusmodi. num. 108.*

104 *Opinio Thomæ Aquinatis in dubium vocatur: sed declaratur. num. 105.*

107 *Festa violans stultè veniam publicè petit.*

109 *Confessarius multos similiter pueros audiens errat.*

110 *Iocari non licet habitu monachali, nec verbis sacris, neque concionando. num. 111. Pasquinus Romanus & alij multi errant. num. 112.*

113 *Confessionem alterius audiens astu peccat: eam alijs postea reuelans magis. num. 114.*

115 *Confitens taceat, quæ dicta confessarium dehonestarent.*

116 *Confessio, an vllo casu reuelari valeat, & concluditur, quod nullo. 117. Etiam si sit de hæresi committenda. 119. Neque aliud crimen committendum etiamsi non pœniteat confitentem. 120. & 121. Etiamsi de occidendo Papa decretum. 125. Et in huiusmodi casibus quid agendum. 124. Nam neque dispensatio prodest. 130. Neque mortis euidens periculum. 135.*

117 *Opinio Pan. & communis nostrorum omissa.*

118 *Confessionem odiosam fieri pessimum.*

122 *Confessio etiam sine proposito emendandi sacramentalis, neque, vt celanda sit, oportet confessarium. 123.*

126 *Licentia reuelandi confessionem non datur, nisi iusta de causa & vtili, ac honorifica confitenti.*

127 *Intellectus c. significasti, de adulter. quoad vnum propositum, & iterum quoad aliud. num. 167.*

128 *Intellectus cap. nemo. de simonia, & reconciliationes omnes non esse confessiones, neque per eam fieri.*

131 *Papa iubere non potest non obstante scandalo, & licet dispenset super voto & iuramento. 132, non tamen super confessionis secreto. 133.*

134 *Lege quæsita non tam adhærent, sicut quæ facto nostro quæruntur.*

136 *Opinio Adriani, Maioris, & aliorum relinquitur.*

137 *Circunstantiis septum significat, quod ab eis absolutum non significaret.*

138 *Opinio Adriani rem parum expendentis.*

139 *Lex diuina positiua quandoque præstat diuinæ naturali.*

140 *Confessionis reuelatio ex se mala, vt mendacium.*

141 *Confessarius in testem productus se nil scire dicere potest, non quia nescit, vt homo. 142. sed quia nescit ita, vt reuelare possit. 143. Etiamsi Superior præcipiat sub censuris, vt omnes de ea re aliquid scientes id manifestent. 168.*

144 *Confessarius matrimonio iungere potest eos, quos nouit ad contrahendum illud impeditos, & ei, quem nouit excommunicatum, communicare, etiam iure antiquo. 145.*

146 *Confessarius non tenetur se ad confitentem perinde habere omnino, ac si eum non audisset. Immo quoad ea, quæ ad solum Deum & confessarium & confitentem pertinent, perinde se debet habere, ac si aliunde sciret, immo & quoad alia iuuat. 150.*

147 *Eligens eum, quem sola confessione nouit indignum, vt peccat, ita peccati pœnas luat.*

148 *Opinio Paludani & Adriani omissa.*

151 *Confessio de confitentis licentia reuelatur: Non quia per illam confessarius incipiat eam scire, vt homo contra communem, sed alia noua ratione. 155. Quia non detrahitur quidquam confessioni. 156. Licentia tamen sit spontanea. 157. Et ad vtilitatem temporalem, vel spiritualem grauem suam vel alterius præstita. 158. Non ad iocum. 152.*

152 *Confessionis probandæ necessitati non fit satis per reuelationem peccati extra confessionem factam, contra Card. S. Xisti & multos alios: immo est periculosum. 153. Et falsum noua ratione. 154.*

155 *Opinio Thomæ ac communis omissa.*

161 *Confessarius testimonium ferre potest de his, quæ per confessionem*

VIsis igitur decidendi rationibus, quæro primo, quis hoc sigillo, siue obligatione debiti celandi confessionem teneatur: Et videtur, quod solus confessarius. De nullo enim alio iure diuino, vel humano, cauetur ipsum hoc sigillo teneri. cap. enim præsens de solo sacerdote ait: & nulli est dubium, quin de solo sacerdote confessario intelligi debeat. Illud item cap. *omnis.* [a] de solo proprio sacerdote loquitur, neque citare quis alium textum potest, qui de alio id statuat. Secundo facit quod, qui de vno dicit, de alio negare videtur, [b] at capitula prædicta sacerdotibus silentium huius rei imponunt: ergo alios ab onere illo absoluunt.

41 Neque mihi respondeas illud Dominici, [c] nempe qui de vno dicit, de alio dissimili negare: non autem de alio simili, argumento ca. *si tibi absenti.* coniuncta glossa, [d] quoniam nemo negauerit, dissimiles esse confessarium & alium, qui casu, vel alias confessionem alicuius audiuit. Primo quod confessarius eam, vt Deus nouit, alij verò, qui casu vel astu, vel illicita relatione didicerunt, non vt Deus nouerunt, sed vt homines. Secundo, quod sacerdoti confitetur quis ipsius taciturnitati fidens: & ideo magis tenetur, quàm alius, cui non ea fiducia reuelatur: immo quandoque illi in hoc panditur, quo magis euulgetur. Facit etiam, quod Hostiensis, quem Collectarius sequitur, & à quo nemo, quem viderim, recedit, [e] dixit, soli sacerdoti imponendam pœnam ordinariam huius cap. & illius cap. *omnis.* alijs autem arbitrariam: & ita sentit eos dissimiles esse.

42 Contrariam tamen partem docuerunt D. Thomas, Paludanus & ad vnum omnes. [f] Adeo, vt eorum sententia omnis, qui alicuius confessionem sacramentalem nouerit, siue clericus fuerit, siue laicus, & siue licitè, siue illicitè, siue immediatè, siue mediatè id didicerit, vt ad celandam illam hoc sigillo teneatur.

43 Ex quo infertur quod nō solum sacerdos, cui fit confessio, & laicus, cui propter necessitatem aliquis confitetur, iuxta cap. 1. [g] & interpres, per quem linguæ ignarus confitetur sacerdoti, confessionem tenetur celare: sed etiam is, qui casu, vel astu alicuius confessionem audiuit. item is, cui caussa consilij petendi reuelata est: quin & etiam is, cui caussa detrahendi & infamandi confessum, panderetur.

44 Pro quibus omnibus facit, quod res, ad quemcunque transeat cum onere suo transit, [h] at confessio simul ac facta est ita, vt formam habeat sacramentalis: habet illud onus annexum, quo taceri debeat omnino & sileri. ergo ad quemcunque perueniat, cum onere suo peruenit.

Contra quæ videtur facere id, quod superius dicebamus, sigillum secreti naturæ superius esse, quàm sigillum secreti confessionis, ita, vt, quod non cadit sub sigillum secreti naturæ, non cadat sub sigillum secreti confessionis: sicut, quod non est animal, neque homo est. Si igitur confessarius, vel quiuis alius dicat alicui: Hoc & illud didici ab hoc & ab illo per eorum confessiones, ea tibi reuelo, non quo celes, sed quo magis publices: is non tenetur sigillo secreti naturæ, ergo neque confessionis.

45 Sed respondeo ad hoc, negando in eo casu eum, cui sic reuelatur confessio, non teneri sigillo secreti naturæ: quoniam tenetur, non quidem ex modo reuelantis, sed ex ipsa rei natura, quę secretum exposcit, velit nolit, qui reuelat, & velit nolit, cui reuelatur.

46 Non obstant quæ pro contraria parte allegabantur. non primum: nego enim nulla lege diuina, vel humana prohiberi alium, quam sacerdotem à reuelanda confessione. Nam, quod memorabile duco, lex illa diuina, quæ tacitè colligitur ex confessionis institutione, non continet illud, scilicet, ne sacerdos eam reuelet: sed ne vlli reueletur alicuius confessio sacramentalis, ita vt obligatio secreti seruandi non in personam primariè cadat: sed in rem ipsam, scilicet confessionem. Sicut ius pignoris non cadit in personam rem ipsam pignori tradentem, sed in rem ipsam pignori traditam: vt ad quemcunque perueniat, semper cum suo pignoris iure ac onere tranſeat, quod prædictis iuribus probatur.

Non obstat etiam secundum, cui satis est in ipso argumento responsum vsque ad repliçationem. Ad quam dico, quod etsi, sacerdos confessarius, & alij non sint omnino similes quoad omnia: tamen quoad rem & qualitatem primariam similes sunt: quia ad omnes pariter illa confessio transit suo secreti onere onusta: & hoc sufficit iuxta illa, quæ annotat Panormitanus per illum textum. [a]

47 Si verò quis dicat, quare cap. hoc & cap. *omnis.* [b] potius de sacerdote, quàm de alijs statuit? Respondeo, quia frequentius contingit sacerdotibus reuelandi potentia, quam alijs. Raro enim alijs confessio aperitur. Ex quo etiam desumi potest alius soluendi argumenti modus: videlicet, quod hæc duo capita, quæ de sacerdote loquuntur, non excludunt alios.

48 Quoniam, quando de vno ideo expressè statuitur, quia frequentius illud contingit, tunc non videtur excluſum aliud quod non ita frequenter contingit, vt habet glossa recepta ibi per omnes, [c] putata singularis multis & in his Iasoni. [d]

Ad tertium concedo primo grauius puniri confessarium, qui confessionem reuelauit, quàm alios qui celare illam tenentur. Sed ex hoc non infertur alios non teneri, sed solùm non tantùm teneri: argumento cap. *non afferamus.* [e] Facit ad hoc illud Ioannis Andreæ [f] legem quidem aliquando ad vnum casum extendi. non autem ipsius pœnam.

49 Contra quam tamen solutionem facit, quòd Panormitanus, [g] reprehendit illud dictum Ioannis Andreæ dicens. Quoties lex de vno ad alium casum ex rationis vnitate extenditur, pœnam quoque eius extendi per l. 2. [h]

50 Nouissimè tamen, & ni fallor, verissimè dici potest per hoc cap. & illud cap. *omnis.* [i] quatenus humana iura sunt, solum quidam confessarium ad celandum teneri, & eundem solum eorum pœnis ligari. Quatenus autem ius diuinum positiuum continent, nullam quidem pœnam continere determinatam: sed omnem illam comprehendere, ad quem confessio peruenit. quia cum onere illo secreti, quocumque vadat, vt supradictum est, pergit. Et ita pulcherrimè seruatur illa Hostiensis & Collectarij determinatio, quod veluti rem longè verissimam & subtilem hactenus intactam commendo. Facit pro his illud Ioannis Andreæ [k] recepti per Panormitanum & omnes ibi, scilicet, Romanum Pontificem non ligari quidem per illud cap. *omnis.* [l] quatenus est lex positiua, & ideo illius pœna non teneri. Quatenus autem legem implicat diuinam, scilicet, de confitendo aliquando per eam teneri: quamquam Parisiensi scholæ, quæ multum tribuit Concilijs, prior pars huius dicti displiceat, secundum Iacobum Almaynum. [m]

Quæro secundo, quid cadat sub confessionis sigillum, hoc est, sub debitum vel obligationem tacendi & tegendi confessionem. Et videtur, quod nihil aliud præter peccata detecta. Textus enim is solum ait: *Reticeat peccata sua:* scilicet, quæ pœnitens est confessus. Textus item in illo cap. *omnis.* de peccatore ac peccato tacendo ait, de alijs autem nihil statuit.

51 Contra tamen dicendum est, scilicet, non solùm peccata mortalia & venialia, sed & eorum circunstantias siue necessario confitendas, siue alias. Alia item omnia, quæ peccata quidem non sunt: sed eis detectis directè, vel indirectè adduci posset auditor, quo agnosceret confessum aliquod certum peccatum perpetrasse.

52 Quæ conclusio probatur in illo cap. *omnis.* in illis verbis: *Caueat autem, ne aut verbo, aut signo, aut alio quouis modo prodat peccatorem.* At qui circunstantias, vel alia prędicta

a *In ca. quæ adnotatum. de sponsal. & c. constitutus. de appellat.*
b *De pœnit.*
c *In elemen. 1. de rescrip. verbo præsidentes.*
d *In leg. certi conditio. §. si nummos. ff. si certum pet. col. 3. c. 24. q. 1.*
e *Cap. dispendium de rescrip. lib. 6.*
f *In cap. fi. de rescrip. col. 3.*
g *In cap. §. quod si patres. vers. quid si. ff. ad Tertullia. & l. liberum. §. senatus ff. de ritu nuptiar.*
i *De pœnit.*
k *In ca. significasti. de for. cõpet. in ver.* Iurisdictionis.
l *De pœnit.*
m *In 4. disti. 17. col. 32.*

a *De pœnit. & remiss.*
q *Cap. nonne. de præsumpt. Leum prætor. ff. de iudic. c. In equalis. 23. distin. d. 1. de præbē. lib. 6.*
c *In prædict. cap. omnis. de pœnit. & remiss. col. pen.*
f *In 4. distin. 21.*
g *In princip. supra eod.*
h *Cap. ex literis de pignorat. pastoralis. de decimis l. 2. & 3. C. quib⁹ caus. pig. ius tacit. contra.*

palam faceret, signo, vel alio modo, peccatorem proderet. ergo id verum est.

53 Ex quibus inferuntur multa: primum illum parochum, & ipsius decanum errasse, qui putabant non fuisse reuelatam confessionem, eo quod parochus suo parochiano publice conquerenti, quod sibi Eucharistiam non traderet: non minus publicè dixisset: *Ne quaeris amice: quoniam ideo tibi non trado, quod peccatum aliquod habeas, à quo te absoluere nequeo, & ita episcopum adire negligis.* Nam is reuelator fuit confessionis: quippe qui detegat pœnitentem confessum fuisse ipsi aliquod peccatum mortale, quoniam non nisi mortalia reseruari solent, argumento glossæ cap. 2. [a] quod Paludanus affirmauit, [b] & probat Adrianus.

54 Secundum, quod infertur, est, malefacere illum, vt quidam ait, qui in ea ciuitate, vel oppido, vbi audiuit confessiones, dicit grauia peccata committi. Quia licet per id non reueletur confessio: tamen scandalizantur simplices, qui putant eis verbis illam reuelari: & ita offenduntur, fitque contra cap. *nihil cum scandalo.* [c] *cum teneamur.* [d] vnde si aliunde illa grauia committi sciebat, non tantùm contra legem de secreto seruando committit, quantum contra legem de non scandalizando. [e]

Tertium, quod infertur, est, eum, qui dicit: *Ille mihi confessus est multa & magna peccata*, reuelatorem esse confessionis, secundum Paludanum. [f] Sic & is, qui duobus, vel tribus auditis viris, vel fœmin is de vno illorum dicit: *Hæc est virgo, vel hæc nullum mortale habebat.* palam facit confessionem: quippe qui significat, alias non esse virgines, vel alios mortaliter peccasse. [g]

57 Quarto infertur, errasse illum, qui cùm, me cernente, audisset cuiusdam confessionem, simul ac eum audiuit, venit ad me consulendum de quodam casu confessionis. & mox accepto consilio reuertsus pœnitentem absoluit. Quis enim non videt, hunc fecisse aliquid, quo intelligerem ab illo pœnitente fuisse illud commissum?

58 Quintum, quod infertur est, ad hunc modum errasse etiam illum, qui alteri confessus fuerat se absoluisse quemdam à simoniæ peccato in confessione, ex cuius narratione & qualitate audientis, qui sciebat, cuius erat ille confessarius, facilè potuerat coniicere, quis esset is, qui fuerat absolutus.

59 Infertur sexto, merito carpi ab Hostiensi, [h] confessarios aliquos, quos se vidisse affirmat, ridentes & iocantes conferre mutuo confessiones auditas ad hunc modum: *Quidam miles vel quadam mulier venit ad me hodie, & hoc & illud confessi sunt.* Qui quamuis personas non nominarent: facile tamen conici poterant: quoniam facilè alteri confessario erat scire, qui & quales alteri confessi essent illo die: & ita eorum qualitate attenta coniicere, quis eorum talia peccata esset confessus. Et subdit Hostiensis ibidem, ob talia se quosdã à confitendo retractos aduertisse. Damnat item ibidem quamplurimos, qui aiunt, *Is optimè confessus est: illius confessio mihi non satisfecit.* Quoniam per hæc omnia significatur, eum, qui confessus est capitalia peccata commisisse. Quale visum fuit, quod mihi olim dixerat quidam: *Tales parochiæ meæ homines sola venialia confitentur*: cuius tamen contrarium nunc sentio.

60 Quoniam qui dicit: *Ille non est mihi confessus, nisi venialia*, non reuelat confessionem, vt dicam in corollario vndecimo. Et quamuis ille, qui mihi dixit: *Tale genus hominum sola venialia confitetur*, significare voluerit inesse illis mortalia grauia: tamen non significabat illa sibi confessa fuisse: & ita non reuelabat confessionem: sed suam malam licet probabilem suspicionem. Quapropter fortè peccatum detractionis peccabat, reuelationis verò secreti minimè: quoniam à separatis non fit illatio. [i]

61 Septimo infertur, errare parochum, qui confessione sui parochiani audita, cùm fortalsis propter defectum de se emendandæ, vel dimittendo malo statu eum non absoluerit, postea publicè ei denegat Eucharistiam eo quod non sit confessus. cui replicanti: *Nonne tibi confessus fui?* respondet: *Verum est, sed ego, vt non potui, ita te non absolui.* Nam qui publicè concubinario sibi confesso denegat Eucharistiam publicè petenti, eo quòd non est ita confessus, vt eum absoluere potuerit, reuelator est confessionis secundum omnes: quamuis denegari potest eo quòd in publico est peccato, vt postea dicam.

62 Octauo infertur cum Caietano, reuelatorem esse confessionis illum, qui diceret, Magdalenam concubinam alicuius publicam, confessam esse sibi ipsius concubinatum. Quia concubinatus, vt cognitus per confessionem, manifestatur. & simile est de vsurarijs, & alijs peccatoribus publicis. De quibus licet omnes sciant, eos tales esse: nesciunt tamen eos id confessos fuisse: & ita confessarij, qui reuelant illud, meritò confessionis factæ dicuntur reuelatores. Quamobrem vtiliter consuluit Thomas à Vio, vt confessarius, qui audit confessionem publicorum peccatorum, licentiam perat à pœnitentibus loquendi de peccatis ipsorum publicis. Quod limitandum est, ad dicendum eos confessos esse talia peccata, & illa reliquisse, veniamque de scandalo petiisse, ac mandata restituendi fecisse: quę omnia in eorum honorem & proximorum cedunt vtilitatem. Quo casu de confitentis licentia reuelari posse confessionem cum communi opinione tenebimus paulo post. [a]

63 Infertur & nono, eum videri confessionis reuelatorem, qui dixit: *Illum mihi confessum non absolui.* Quia suspicionem non irrationabilem impœnitentiæ confitentis, vel excommunicationis, aut alterius censuræ ex his verbis in animo auditoris oriri palam est: argumento à frequenter contingentibus, quod est validum, secundum glossam. [b]

64 Quamuis in hoc Reuerendissimus contradicat Caietanus, eo motus argumento, quod hæc negatio: *Non absolui* nullum manifestat peccatum confitentis. quia potest ex pluribus caussis prouenire. Primo ex parte quidem confessionis, pura quia confessio non est completa, vt contingit in producentibus vnam cõfessionem per multos dies, & alijs de caussis. Secundo ex parte confessarij, vt quia noluit absoluere. Quod contingit ijs, qui proprij capitis sunt. Tertio ex parte pœnitentis, vt quia illius confessario non satisfacit, & ex pluribus alijs caussis. Sed hoc non obstat: quoniam fateor, multis alijs de caussis, quam propter peccatum, contingere posse, quare confessarius non absoluat confessum, etiam ex animo pœnitentem: ita oportet, vt Caietanus fateatur id nostra ætate rarò contingere, frequentissimè autem ob impœnitentiam, vel ob excommunicationem maiorem. & ita in earum suspicionem auditores mouet, qui dicit se non absoluisse talem sibi confessum. Procul autem ab omni dubio est, illum reuelatorem esse, qui diceret: *Non absolui*, subiecta caussa, *quia non vult restituere, quia est impœnitens, seu obstinatus, quia non vult relinquere concubinam.* Per hoc enim manifestè confessionem reuelat.

65 Infertur & decimo, parochum, quando ad communicandum Eucharistiam concubinarijs, vsurarijs, & huiusmodi peccatoribus publicis vocatur, non debere petere à confessario, an sit absolutus: sed etiam si ipsemet illius confessionem audisset, & non absoluisset, habeat se, tamquam si nihil in confessione sciret & dicat: *Quia iste hactenus fuit, & est quantum pœret, in tali peccato publico, & peccatum publicum debet publica pœnitentia apud homines purgari propter scandalum: ideo, nisi publicè constet te, vel illum reliquisse peccatum, nolo communionem dare, nec ad ecclesiasticam sepulturam admittere:* & sic non reuelabit confessionem, & iuste ac sancte negabit communionem per ea, quæ in princi. ca. 1. [c] diximus. Si etiam diceret: *Ego non possum aut non potui ipsum absoluere, quia non video pœnitentiam publicam de peccato publici concubinatus, apostasiæ, vsuræ.* non reuelat confessionem secundum Thomam à Vio. Quia primo, nil dicit, quod sciat per confessionem, sed, quod tam ipsi, quàm alij vident, scilicet, eum non pœnitere publicè peccati publici. Secundo, quod secundum ipsum pœnitentia publica præcedere debet absolutionem, si peccatum est publicum, ita, vt saltem pœnitẽs publicè satisfaciat publico Ecclesiæ scandalo, vulgãdo saltem facto ipso se reliquisse concubinam, se restituisse, quæ malè ablata publicè detinebat, & similia, per ea quæ dicemus infra, [d] disputando super intellectu cap. [e] Tertio facit, quod aliud est dicere: *Iste non facit:* aut, *non fecit pœnitentiam publicè:* & aliud dicere: *Iste non vult pœnitere, iste est obduratus in peccato suo.* Hoc enim cõfessarius

per con

[a] *De pœnit. & remiss. lib. 6.*
[b] *In illa dist. 21. q. 3. col. 1.*
[c] *De præscri.*
[d] *De præben. & cap. cum ab omni specie mali. de vita & honest. cleric.*
[e] *Matth. 18.*
[f] *Dist. a q. 3.*
[g] *Argu. cap. nomine. de præsump.*
[h] *In Summa de pœnit. & remiss. §. in quo tenetur.*
[i] *Leg. Papinianus. ff. de minor. cap. 2. de transla. prælat.*
[a] *In hoc eod. cap.*
[b] *Leg. neque natales. C. de probat.*
[c] *Sup. eod. notab. 5.*
[d] *Corollario 18.*
[e] *De pœnit. & remiss.*

per confessionem scit, quia ille confitendo dixit: *Ego nolo relinquere statum meum malum.* Illud vero confessarius videt, vt cæteri, & ideo hoc tacendum: illud verò dici potest, secundum ipsum.

66 Quæ doctrina tamen, salua illius pace, non placet, primo, quia secundum ipsum & omnes, vt supra relatum est, [a] confessarius non potest reuelare etiam peccata publica publicè peccantium, nec dicere: *Ille mihi fuum illud peccatum publicum est confessus.* At qui dicit, *Non, possum, nec potui absoluere illum, quia publici peccati non pœnitet publicè.* clarè significat illud peccatum fuisse ipsi in confessione manifestatum. Alioqui enim, quamlibet ille confitens esset in quamlibet publico peccato, si tamen illud non confiteretur confessario suo, non posset illi ob hoc absolutio denegari, secundum omnes. Secundo moueor, quia falsum assumit ratio ipsius secunda, nempe non posse publicè peccantem ante pœnitentiam publice factam absolui. Quia primo id falsum est, si ille non fateatur illud publicum peccatum, vt supra est dictum.

67 Secundo, quia sufficit saltem pro prima vice ostendere propositum id faciendi firmum. Quoniam regulariter, neque restitutio, neque alia publica pœnitentia debet absolutionem præcedere. Quia pœnitentiæ iniunctio, vt late in c. 1. [b] fuit dictum, nõ de præambulis, nec de concomitantibus pœnitentiæ sacramentum est: sed de ipsius est consequentibus. Allego in specie Paludanum receptum, [c] dicẽtem, meretrices publicas post confessionem posse ad communionem admitti in secreto: etiam ante vitæ aliam mutationem publicam, quod infra, [d] repetam.

Neque tertium ipsius argumentum ipsum iuuat: nam, Fateor aliud esse dicere: *Hunc non pœnituit publice*, & aliud: *Hic obstinatus est.* Fateor itẽ hoc posterius didicisse in confessione, & prius scire extra confessionem: nego tamen eum, qui ait: *Non possum, vel non potui talem absoluere, quia non pœnitet eum publicè*, non dicere aliud, quam, *Hunc non pœnituit publicè.* Quia immo ait, eum confessum sibi fuisse peccatum illud publicum per id, quod mox dicebam. Alioqui enim, quare non potuisset eum absoluere, cùm confessarius solum de peccatis sibi confessis & non de aliis debeat iudicare secundum omnes?

68 Vndecimo contra infertur, eum non esse confessionis reuelatorem, qui diceret: Ego audiui Petri confessionem, audiui eius peccata, absolui ipsum à suis peccatis. Is enim solus videtur confessionis reuelator, qui significat, eum, qui confessus est sibi manifestasse peccata mortalia in genere, vel venialia in specie.

69 At qui aliquid trium superiorum diceret, neque significat mortale vllum esse sibi detectum in genere, neque vllum veniale in specie: igitur non est confessionis reuelator. Præterea nemo est mortalium, qui diu sine aliquo viuat veniali, [e] & qui venit ad confitendum, saltem venialia debet fateri, secundum communem, [f] ad quod tamen nulla lege cogi potest: nam & vana & frigida est sententia dicentium, Virginem matrem, quæ ab omni immunis fuit peccato, confiteri solitã caro sibi Ioanni, vt nouiores annotarunt. [g] Facit item, quod qui dicit: *Eius peccata audiui: Eum à peccatis absolui*, nihil ait, quod necessario non sequatur ex eo solo dicto: Ille mihi confessus est. Illud autem licuit dicere: quia nõ solùm id mihi, sed & aliis patere potui: sicut & quod eum absoluerim, non per eius confessionem scio, sed vt quiuis alius, qui eum vidit cõfitentem, & me absoluentem.

70 At inter pleroſque omnes conuenit, quod postea dicam, cõfessarium posse dicere peccatum, quod in confessione didicit, si etiam alia via id nouit, dum non dicat se per confessionem nosse.

71 Hanc autem illationem nouissimè ac singulariter limito procedere, quando quis alicui adeo secreto confessus est, vt nolit sciri ab aliquo se illi confessum. Quod non sine caussa frequenter contingere audio in eis, qui habent peccata, quæ confessariis suis peculiaribus confiteri nolunt: & ideo confitentur aliis omnia peccata sua, confessuris, postea iterum reliqua sine illis, parochis suis: qui si scirent eos aliis cõfessos ante fuisse, suspicarentur aliqua de illis mala. Exemplum in fœminis affinibus parocho-

rum, qui si scirent eas alteri confessas, etiam bullæ virtute, vel petita licentia, suspicarentur in maritos suos consanguineos peccasse: & ita dicendo: Eius confessionem audiui, duceres parochum in peccatorum tibi detectorum saltem suspicionem, quod per superiora non licet.

72 Posset tamen dici in hoc casu confessarius teneri quidem sigillo secreti naturæ, quia rogatus fuit expresse à pœnitente, ne cui illum sibi confessum diceret: vel tacitè, quia confessus fuit in habitu simulato, indicans facto ipso nolle, vt ab aliis, neq; fortè ab ipso cõfessario sciretur, se illi confessum: nõ autem teneri eiusmodi confessarium sigillo secreti confessionis, quod memorabile duco.

73 Infertur & duodecimo, non reuelasse confessionem illum, quem audiui dicere: Vado ad audiendam reconciliationem talis, qui suis minutissimis peccatis, vt solet, me onerabit: quia is solum venialia peccata illius in genere reuelat.

74 Infertur & decimotertio, non fuisse reuelatorẽ confessionis Reginaldũ Beati Thomæ socium, qui post mortem eius, vt ferunt, dixit, se pluries in vita, & tunc in mortis articulo eius confessionem generalem audiuisse, & numquam in eo reperisse, vel vnum consensum mortalis peccati, significans se venialia ab eo audiuisse: quod licet facere in genere, vt supradictum est.

Infertur & decimoquarto, non esse reuelatorem confessionis, qui electione prælati occurrente, ideo alicui suum denegaret suffragium, quòd sola ipsius confessione illum criminosum esse nosset. Neque item abbatem, qui monacho denegaret copiam adeundi oppidum: in quo ipsius sola confessione nouit eum solitum labi, neque qui ob eandem caussam tolleret monacho prioratum penitus manualem, neque illum, qui secreto moneret confessum, quæ viderit ei profutura, vt magni nominis viri docuerunt. Modo hæc omnia tanta cautione fiant, vt nullatenus per ea iusta suspicandi ratio præbeatur.

75 Infertur & decimo quinto, non esse confessionis reuelatorem, qui diceret: Tale, vel tale peccatum mortale audiui in cõfessione, modo tanta id cautela faciat, vt nullatenus in notitiam eius, qui peccauit deueniri possit: secundum Paludanum & communẽ, [a] & Adrianum. [b] Pro quibus facit cap. *officij.* [c] in quo confessarius reuelauit Papæ se audiisse quoddam peccatum in pœnitentia. Facit, quod caussa finalis quare prohibitum est, ne prodatur peccatum in confessione detectum, est, ne cognoscatur, qui id peccauit: at dicendo, Tale peccatum in confessione audiui, cum cautela prædicta non cognoscitur: ergo prohibitio cessat. argu. cap. *cum cessante.* [d] & l. *adigere.* [e] Tertio facit, quod viros graues frequenter audimus talia dicentes, quos errare, & confessionis sigilli reclusores esse quis dicat?

76 Contrariam tamen partem tenuit Panormitanus. [f] Pro quo vrget primo illud c. *omnis*, ibi: *Qui peccatum in pœnitentiali iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare, non solùm à sacerdotali officio decernimus deponendum, sed in arctum monasterium detrudendum.* In quibus verbis nil de peccatore audis: sed de peccato. Secundo facit illud idem cap. in illis verbis: *Et si prudentiori consilio indigeat, illud absque vlla expressione personæ cautè requiret.* Speciale igitur est, quod id alicui propalare possit, quando consilium à prudentiore petendum est, & tunc debet id facere absque vlla personæ expresione, ergo id alias non licet. Tertio facit cap. hoc nostrum, quod prohibet confessario reuelare peccata illi detecta, de peccatore nihil dicens.

77 Quarto neruosè vrget illud Paludani, [g] rato posse contingere, ne sermonem de peccatis, quæ aliter, quàm per confessionem ignorantur, non sequatur aliquod inconueniens, vel vt veniatur in cognitionem: vel dubitationem confitentis: vel saltem in scandalum audientium: vel vt confessio non reddatur paulo grauior, vel odiosior, vel non habeatur aliqua suspicio de ipso loquente, quod sit pronus ad detegendam confessionem. Quod ipsum annotauit diuus Antoninus. [h] Sed & Prietas, qui pro nostra est conclusione, ait esse periculosum, & quandoque scandalosum dicere: Tale, vel tale peccatum in confessione habui. Vmbertus item magister docuit, cauendũ esse ne quis vmquam pro

Bbb 4 co ncione,

[a] *In eo corollario 8.*
[b] *Not. primo.*
[c] *In quarto dist. 9. q. 4.*
[d] *Corollario 19.*
[e] *Arg. cap. species. cap. de quotidianis supra d. 3. f. in 4. d. 17.*
[f] *In illa dist. 17.*
[a] *In illa dist. 21.*
[b] *In dict. dub. 10.*
[c] *De pœnit. & remiss.*
[d] *De appell.*
[e] *§. quamuis. ff. de iure patron.*
[f] *In illo cap. omnis. notab. vlt.*
[g] *In d. dist. 21. q. 3. colum. 3.*
[h] *Tertia par. tit. 17. cap. 22. §. 3.*

concione, vel in sermone familiari dicat: Hoc, vel illud audiui in confessione, & Hostiensis, [a] consuluit penitus ab his abstinere. Quinto facit, quod quæ nil vmquam prosunt, & sæpissime obsunt, aut nociua dicétur, aut certe otiosa, de quibus ratio reddenda est. [b]

78 Quamquam hæc valde vrgeant, non tamen à communi opinione discedo, neque illi adhæreo propter illud c. *officij*. [c] quod maximè illos, qui hanc partem tenuere, mouit. Nam fateor ibi, Legatum, quod in pœnitentia suscepit à quadam muliere, reuelasse Papæ: sed causa reuelandi fuit, vt consuleretur ei, quid faciendum erat in dubio casu, quod specialiter permittit d. c. *omnis*. magnopere, tamen me mouent alia duo fundamenta supra pro parte nostra posita.

79 Neque obstant quæ pro Panormitano sunt citata: non primum, secundum & tertium, quoniam fateor hoc c. nostro, & illo cap. *omnis*. [d] prohiberi peccati confessio reuelationem: sed illud intelligendum est, per relationem ad confitentē: quando, scilicet, ita reuelatur, vt ipse quoque qui peccauit, cognoscatur. Neque dicas hanc supplementem ex priuato capite fieri: quoniam ex ratione textus desumitur. Quid enim refert dicere: Tale vel tale peccatum inter homines aliquando contingit, vel: Quidam mihi tale peccatum confessus fuit, si tanta id cautela dico, vt nullatenus in cognitionem eius, qui confessus est, veniat auditor.

Non obstat quartum, scilicet determinatio Paludani, Antonini & Vmberti. Illa enim procedit quādo aliquod ex malis in illa nominatis sequitur: nostra vero conclusio, quando nullum tale consequitur: vt si confessarius in Galliis educatus in Lusitania dicat: Tale mihi olim peccatum in Gallia fuit confessione apertum, quod ipsum in similibus est faciendum.

Ad quintum respondeo, concedendum huiusmodi relationem, quando sine vllo fit fructu, peccatū esse saltem veniale: non tamē ideo quia confessio reuelatur: sed quia omne verbum otiosum est peccatum.

80 Nego autem numquam, id cum fructu fieri. Fit enim primo cum fructu, quoties aliquis in sui excusationem, vel aliorum accusationem cōtenderet talia, vel talia peccata, vel tales circumstantias non solere à tali, vel tali hominum genere per confessionem deregi. Tunc enim qui assereret, immo id solitum esse: sibique illa frequenter aperta fuisse, cum fructu loqueretur. Cum fructu etiam hoc aperiret, quādo de aliquo peccato enormi, vbi, quando, & apud quem dicendum occurreret alicui honesto viro, cui dedecus esset illud peccatum scire aliter, quàm per cōfessionem. Tunc enim ne quis per eiusmodi scientiam offenderetur, & malum de ipso præsumeret, sanctè ac honestè dicere posset: Hoc olim in confessione accepi, si modo verum esset, & cum prædicta diceretur cautela.

81 Fateor autem, raro id faciendum esse à viro grauissimo: rarius autem à viro graui: rarissimè vero à viro leui, quoniam facilius de hoc præsumi potest, minus fidum secreti confessionis custodem esse, quàm illos.

82 Et ita Panormitani opinio fere semper est seruanda: quamquam & altera nonnumquam habeat locum, quando videlicet nulla cōsequentur mala talem reuelationem, & aliqua iusta perciperetur vtilitas.

83 Quare per Deum immortalem obsecro vos, ô confessarij, vt nullatenus: aut certe, quam parcissimè verba faciatis de his, quæ aliter, quam per confessionem minimè noueritis, per superiora enim patet, quanti referat digito in his compescere labellum. Estote etiam in petendis consiliis, & in confitendis peccatis, quæ in audiendis absoluendisque pœnitentibus commiseritis, cautissimi, vt illud cap. *omnis*. iubet, quoniam scio, non paucos apud me errasse. Quocirca prudentis fuerit petere facultatem à pœnitente petendi consilium, ita, vt persona nominari possit. Quando pro personæ, & peccati grauitate, & qualitate: neque scandalosum, neque nociuum esset personam expressisse illi consultori.

84 Infertur decimosexto ad illam quæstionem: An parochus negare possit Eucharistiam in Paschate parochiano suo publicè illam petenti, qui solis occultis teneretur peccatis, & solum occulta esset confessus illi, nec fuisset ab eodem absolutus: & videtur non posse. Nam primo, negādo videtur dicere, se negasse illi absolutionem, quod supradictum fuit non licere. Deinde quod nil potest aliud obiicere illi, nisi, quod nō absolutus ab eo recessisset. Nam si obiiceret ei, quod non esset cōfessus, posset ille respondere: Immo tibi confessus sum. Cui tamen non posset replicari id esse falsum, quoniam verum est. Neque responderi posset: Confessus es frater, sed ego non te absolui. Quia satis reuelat illum non obtulisse sufficientem dolorem, vel casum aliquem, vel censuram referuatam habuisse: & ita reuelator esset confessionis.

85 Tertio, quod huiusmodi Eucharistiæ petitor posset dicere, se legitime confessum, cui credendum est: etiamsi nullam schedam vel testem eius rei demōstret, secundum S. Thomam, [a] pro quo textus in extrauagante, *inter cunctas*. [b] Et merito: nam si verum dicit, bene se res habet: si autem falsum, vt illud fingit: ita si confiteatur de nouo, solùm dicere poterit, quæ sibi libuerint. Et frustra expectatur euentus, cuius nullus sequitur effectus. [c] Non obstat, quod superius dicebam, nempe publico peccatori negandam esse Eucharistiam, si confiteretur, & non absolueretur. Quoniam id verum est, si statim ille statum viuendi publicè malum non deseruerit. Et ratio est, quia dicere illi poterit: Tu non videris pœnituisse, quia in publico peccato manes, quod occulto peccatori etiam tibi confesso, & non absoluto nequis obiicere.

86 Ex quo subinfertur primo, episcoporum vicarios, bono quidem zelo, non tamen secundum scientiam agere, cùm plus satis scrupulosè inquirūt, an & cui confessi fuerint, quos constat Eucharistiam in Paschate petiisse, dicentes se ad id paratos venire: quia primò, nullo id iure cautum video. Secundò, quod vix scio, quo iure castigare possint eos propter præcepti de confitendo transgressionem, cum de ea vix constare possit Ecclesiæ, vt deducit Durandus, [d] nisi per ipsorum confessionem. Quare multo certe vtilius facerent, si in publico peccandi statu manentes, etiam se confessos & communicasse probantes castigarent. Non tamen inutile arbitror, neq; vlli iuri contrarium, petere parochos à suis parochianis schedulam, vel aliam probationem vel indicium, quo id credere possint: quāuis si causentur se perdidisse, vel aliquid aliud, quod non penitus à vero abhorreat, tandem eis credere debeant, iuxta D. Thomæ doctrinam, & præfatæ extrauagantis determinationem, qua consideratione saluabis receptam fere ab omnibus consuetudinem eiusmodi schedulas, vel indicia petendi.

Secundo subinfertur, cautè facturos parochos, si denegent Eucharistiā eiusmodi peccatoribus publicis, eriamsi ab ipsis fuerint absoluti. Non eo nomine, quod eum statum malum, vel publicum peccatum non fuerint eis confessi: sed quod palam sit eos manere in peccato. Quod vt supra tetigimus, sensisse videtur Augustinus, in cap. 1. [e] supra, [f] quod ibi, [g] declarauimus.

87 Infertur & decimooctauo, non abs re dubitari de intellectu textus cap. 1. [h] & §. *secreta*. [i] qui cum eo concordat à contrario sensu, quibus probatur pro manifestis peccatis pœnitentiam debere iniungi manifestam. Nam confessarij, qui id faciunt, videntur reuelatores esse confessionum: qui etsi non verbo: signo tamen, vel alio modo eam reuelare videntur. Per illam enim pœnitentiæ publicæ impositionem significāt, grauia sibi pœnitentem peccata confessum fuisse. Qua in re demiror, neminem in illis locis hoc tetigisse. Archidiaconus enim & Cardinalis, [k] id tacent. Conticuerunt etiā Hostiensis Ioannes Andreas, Collectarius Antonius Petrus, & Cardinalis cum Panormitano & Rauennate. [l]

88 Quod tamen omniscius ille Thomas, [m] tetigit, nec omisit Paludanus, [n] nec Monaldus, [o] nec diuus Antoninus. [p] Quibus duobus posterioribus videtur ille textus non esse intelligendus de sacramentali, sed de ea quæ in foro exteriori imponitur, pœnitentia.

89 De illa enim verè intelligitur, sed raro in vsu habetur, quoniam omnia peccata publica castiganda sunt correctione publica: adeo, vt non posit illa in secretam per iudicem commutari, secundum Antoninum ibi, quem sequitur Felinus, [q] à quo discedit Decius. [r]

Et bene

a *In Summa in dicto §. in quo tenetur.* b *Matth. 12.*
c *De pœnit. & remiss.*
d *De pœnit.*
a *Quodlibet. 1. art. 2.* b *Col. 3. vers. super confessione de priuileg.* c *Capit. cum contingat. de offi. delegat. fe. ad probationem. C. de probatio.*
d *In 4. distin. 17. q. 14.*
e *In principi.* f *Eodem.* g *Not. quinto.* h *De pœnit. & remiss.* i *De pœn. d. 1.*
k *In illo §. secreta.* l *In illo ca. 1. de pœnit. & remiss.* m *In 4. d. 14. q. 1. art. 3.* n *Quæst. 6.* o *Titulo de pœniten. privat. & publi.* p *3. parte tit. 14. ca. 17 §. 6.* q *Cap. accusasti. de accusat. col. fin.* r *In cap. at si clerici. §. de adulteriis de iudic. col. 3.*

Et bene, in quantùm male vterque intelligebat dictum c. 1. loqui de pœnitentia sacramentali: quamuis male, si de exteriori loquatur correctione, nisi iusta id causa suaserit. Primo per illud D. Pauli. [a] *Peccantem coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant.* Vbi glossa interlinearis, peccantes intelligit conuictos vel manifestos, & Lyranus addit, vt sicut notum est peccatum: ita & punitio sit nota. Glossa item ordinaria sic habet: *Aliquando peccatum est corripiendum occultè, nempe, quando est occultum: interdum publicè, nimirum, quando est publicum.* Secundo facit, quod Hieronymus, [b] inuehitur in prælatos, qui peccata publicè non castigant, in hæc verba: *Quæ est ista misericordia, quæ ista benignitas, vni parcere, & omnes in discrimen adducere: Polluitur enim ex vno peccatore,* intellige publico, *populus, sicut ex vna oue morbida vniuersu grex inficitur.* Ioannes item Theutonicus in scholiis illius capituli sic loquitur: *Nota eum, qui publicè peccat, publicè arguendum esse, & non occultè: vt sic cæteris metus incutiatur & scandalum auferatur.* Super quibus verbis quærit etiam Archidiaconus: Pone aliquem publicè peccasse, quia monitus à Prælato occultè satisfacit, num satis est illud, & respondet non esse. Cuius responsum vterque Cardinalis cum Dominico probat.

90 Facit, quòd peccatorum castigatio exterior non est tantùm inducta, vt castigetur ipse, qui peccauit, quantùm, vt incutiatur aliis metus, ne similia faciant, textus est in cap. *quapropter*. [c] Quantum item, vt scandalum aliorum, qui ad peccandum, vel tacitè inuitantur, tollatur. [d] Sed si publicus peccator solùm secretè satisfaceret, non attingeretur ille, in quem leges tendunt, finis: ergo id non sufficeret.

91 Adde etiam fortius, quod non solùm, quando de peccato constat, sed etiam fama eius probatur, publica debetur satisfactio, nempe vt se purget publicè. [e] Et Remorum episcopus Ismarus, alias Hinc marus, [f] dicebat: *Si mala fama de presbytero exierit, & testes & accusatores legales defuerint: ne, contra Apostolum infirmorum corda percutiantur, & ne vituperetur ministerium nostrum: cùm sibi vicinis presbyteris, quos scimus se nolle peierare, sacramento famam suam purget.* quod ipsum probat ca. *presbyter*. [g]

92 Arbitror autem hæc omnia iura & dicta prædicta intelligenda esse, nisi quando peccati publicè facti circunstantiis rectè pensatis vtilius Reipublicæ iudicādum fuerit, emendationem quidem ita fieri, vt de illa publicè constet; ita tamen vt qui peccauit, neque in carcerem coniiciatur, neque alia pœna pro tribunali dānetur argumento cap. *quid prodest*. [h] & eorum, quæ in cap. *si peccauerit*. [i] annotabat Archidiaconus, quod frequenter à iudicibus ecclesiasticis factum prodesse vidi.

93 Alius tamen intelligendi modus habet, tam illud ca. primum, [k] quàm §. illum, *secreta*, à contrario sensu de sacramentali pœnitentia intelligenda esse, quod videtur placere Doctoribus vtrobique, & etiā D. Thomæ. [l] Pro quibus facit etiam consuetudo pœnitentiariorum Papæ, & quorumdam Episcoporum, qui peccatores sibi confessos peccata grauia reseruata, quandoque in publico spectaculo verberant. Tertio facit, quod in illo titulo de pœnitent. tractari videtur solum de pœnitentia sacramentali, vt patet in cap. *significauit*. cap. *quod quidam*. cap. *Deus*. cap. *officij*. cap. *omnis*. cap. *cum infirmitas*. cap. finali.

94 Sed hæc facile confutantur: nam qui per alium facit aliquid, ipse videtur id facere, [m] & ideo, qui per pœnitentem reuelat cogendo illum publicè pœnitere, per se videtur reuelare. Neque obstat quod de Pœnitentiariis ac vicariis prædictis dicitur: nam illi non verberant ob peccata, sed ob excōmunicationem, cuius absolutio non est sacramentalis: sed potius exterioris fori per ea, quæ traduntur in cap. *transmissam*. [n] cap. *duobus*. [o] atque ideo per clericos minorum Ordinum fieri potest, vt tradit S. Thomas, [p] licet nostri non satis aperuerint.

95 Quod si pro peccato eis clam aperto illud sine facultate id publicandi faciunt, videtur mihi cum Durando incautè factum, quoniam negari non potest per talem pœnitentiam, saltem indirectè prodi pœnitentem à confessario, quod non licet per capit. *omnis*. [q] & capit. nostrum.

96 Ad hunc modum intelligendi reiiciendum magnopere me mouet primo, quod, si verus esset, errarent omnes fere confessarij, quos quotidie videmus pro publicis criminibus, secretas imponere pœnitentias.

97 Deinde quod pœnitentia illa, de qua ca. 1. agit inuito imponitur, secundum omnes: at communiori calculo receptum est, absoluendum illum, qui aliàs legitime confessus est: quamuis nullam, vel non nisi paruam pœnitentiam velit acceptare, modo proponat se aliter, vel hic, vel in purgatorio Deo satisfacturum, vt post Hostiensem, Panormitanus, & alij tradiderunt, [b] & post alios Theologos non semel docuit Caietanus, quod & nos supra tenuimus in cap. *consideret*. [c] Si igitur in eo foro non tenetur ad acceptandum id, quod imponitur ei secretissimum, quomodo tenebitur ad acceptandum publicum? Igitur id c. 1. de pœnitētia fori exterioris loquitur. Tertio mouet, quod multa illius tituli capitula loquūtur etiam de satisfactione non sacramentali, vt c. 2. c. *quod autem. c. licet. c. quæsitum. c. cum ex eo*. ca. pen. Facit quarto, quod etiam Paludanus ipse, [d] ait publicæ pœnitentiæ iniunctionem ad forum contentiosum pertinere: nec loquitur de solenni, de qua in cap. *in capite*, [e] sed de alia publica: de qua illud cap. 1. loquitur.

98 Tenendo tamen sententiā, quæ mihi vero propior visa est, posse confessionē reuelari de confitentis consensu, verum crediderim sponte suscipienti, posse pro publico peccato publicam iniungi pœnitentiam.

99 Non ea ratione, qua mouentur alij, sed quod ea suscipiens expressè vel tacitè cōsentiat suæ confessionis publicationi ex iusta causa: nēpe Deo & populo, quos scandalizarat satisfaciendi, quod temperādum est, dummodo ea pœnitentia fiat coram eis, quibus ille erat infamis.

100 Intellectus ergo verus illius c. & illius §. *secreta*. ille fuerit, manifesta peccata purganda correctione manifesta in foro, scilicet exteriori, non interiori: & etiam in interiori, si vel sponte petat, vel suscipiat pœnitens illam. Tertio posset intelligi de vitæ mutatione Ecclesiæ publicè manifestāda, quod supra est tactum, & ibidem alias latius per nos declaratum: sed hic tertius intelligendi modus non videtur satis germanus.

101 Infertur decimonono, satis esse quoad confessarium solum, quod is, qui publice peccauit, secretam agat pœnitentiam. Quod & Paludanus concessit, [f] pronuntians, publicas meretrices, & publicos vsurarios posse admitti secretè ad communionem post secretam pœnitentiam, etiam ante publicam vitæ mutationem.

102 Quoad Ecclesiam verò, & publicam ad communionem admissionem, quamuis non sit necessariū præcedere publicam pœnitentiam, oportere tamen, vt publicè constet, eum mutasse vitam. Quod clarè sensit Paludanus, [g] dum ait, meretrices, ac vsurarios prædictos posse admitti publicè ad communionem, postquam pœnitentiam fecerunt publicam, vel postquam sacerdos ipse publicarit. eos verè pœnituisse, quem etiam Diuus Antoninus & alij sequuti sunt. A quibus tamen discedo in eo quod sentiunt, id fieri posse per eiusmodi confessarij enunciationem: nisi intellexerint cum confitentis facultate factam, per superius dicta.

103 Infertur & vigesimo, incautos esse confessarios complures, qui ieiunia & alias graues pœnitentias, quæ aliis nescientibus adimpleri nequeunt, statim, vel paulo post confessionem adimplenda iniungunt peccatoribus pro peccatis. Quæ licet aliquibus nota sint; non tamen sunt notoria: immo ignota his, coram quibus eas sunt adimpleturi. Attento enim, quod nostra ætate, vel duo, vel nemo graues facit pœnitentias, nec eas sponte, sed iniunctas à confessario peragit: in suspicionem alios ducunt eiusmodi pœnitentes grauia commisisse, quod non licet per supradicta.

104 Vigesimo primo sequitur, in dubium vocari posse, quod ait S. Thomas, [h] quod licet confessio in occulto fieri debeat, ne ex peccati auditione alij ad malum inclinentur: pœnitentia tamen in publico fieri potest. Pro quo, quamuis faciant, quæ latius adducebam in secunda

ad primam

a 1. *ad Timotheum 5.*
b *In cap. sed illud. 45. dis.*
c 2. *quæst. 7. & in leg. aut facta. §. fin ff. de pœnit.*
d *Capit. non sunt audiendi cap. præcipuè. 11. quæst. 3.*
e *Toto titulo de purgat. canonica.*
f *q. 4. in cap. si mala.*
g *Ead. cau. & quæst.*
h *23. quæst. 5. i 2. quæst. 1.* k *De pœnit.* l *In illa dist. 14. q. 1. art. 5.*
m *Ca mulieres de sen. excom. regula iuris, qui per alium lib. 6. ff. ad leg. Aquil. leg liber homo in principio.*
n *De electio.*
o *De sent. ex communica.*
p *In 4. dist. 18. artic. 2. quæst. 2.*
a *De pœnit. & remiss.*
b *In d. ca. significauit. c §. ponat se.*
d *In fin. illius q. 6. dist. 14. e 50. distinct.*
f *In 4. distin. 9. qu. 4.*
g *Dict. distin. 9. quæst. 3.*
h *In 4. d. 18. q. 2. art 4. q. 4 ad quartū.*

ad primam partem difficultate: tamen repugnare videtur primò, quod qui iniungũt eiusmodi pœnitentias pro peccatis occultis causſam reuelãdę confeſsionis, & inſinuandi pœnitẽtis præſtare videntur: atque ideo reuelare eam & eos infamare, argumento l. *qui occidit*.[a] & c.fin. [b] Deinde quod ipſimet, qui eam implent, ſe infamando, vel alios in ſuſpicionem de illis malam inducendo peccare videntur per c. *non ſunt audiendi*. [c] & quæ late ſupra dixi. Tertio, quia §. *ille. secreta.* directo & c.1. [d] à cõtrario ſenſu, quoad peccata occulta, ei reſiſtunt.

105 Quamobrem dictum S. Thomæ vnguentis ſubiectis molliendum putãtim quoad peccata occulta, iuxta intentionem ſuam quam exprimit, cum ait: *Quia quandoque pro paruo, vel nullo peccato ſimilia opera ſatisfactorię fiunt*. quaſi dicat: Talia opera publicè adimplenda poterit iniungere, qualia etiam pro paruis ij, quibus ea imponuntur, ſolent facere. Licebit igitur confeſſario iniungere pœnitenti, vt ſtatim abſolutione accepta, Virginem matrem ſaluter, aut aliquem pſalmum coram ſacroſancta Euchariſtia genibus deflexis dicat, quæ forte facere ſtatim nequibit: niſi populo toto ſpectante: quia talia etiam à nemine præcepta ſolent fieri, & etiam pro paruis præcipi.

106 Olim item, quando pro paruis, vel nullis erratis grauior ſubibatur etiam ſponte pœna, poterat illa iniungi. Quod ipſum dixerim, & hodie fieri poſſe inter illos, qui ſunt in monaſteriis, collegiis, vel aliis ſodalitiis, in quibus etiam non errantes, pro ſe & aliis ieiunare, orare, vigilare, & ſe ſolent verberare. Poterit item & iniungere, vt die cœnæ domini ſe iis, qui ſe verberant, inſertum verberet: quia eam verberationem, quamplurimi ex deuotione ſubire ſolent. Nec illa & alia prædicta arguunt, peccaſſe eum grauiter, nec peccata grauia confeſſum fuiſſe. Contra verò non poſſet iniungere, vt capite & pedibus nudis cereum in Miſſa coram populo teneat, quod factum vidimus. Non poſſet iubere, vt vecte onuſtus ferreo, aut armatus nocte tali, vel tali pernoctet, ſi vel ex qualitate, vel ex conſuetudine perſonæ facile coniici poſſet, ob peccata detecta ſibi illud iniunctum.

107 Vigeſimoſecundo infertur, ſtultè ac miſere errare parochos illos, qui ſtatuunt, vt is, qui die feſto opus fecerit ſeruile, veniam publice alio die feſto in miſſa petat: ſtultius verò, qui tales cogunt occultas violationes feſti ſibi per confeſsionem apertas palam pandere: ſtultiſsimè autem, qui putant ſatisfeciſſe illius peccati confeſsioni per illam publicam. Non item probo morem illum confeſſariorum, qui viris, & quod peius eſt, fœminis vix præcepta ieiunia ſeruantibus, ob aliqua fortè carnis occultiſſima peccata, vnum & aliud & plura ieiunia ſtatim poſt Paſcha adimpléda imponunt. Quis enim non videt, confeſſarium reuelandæ confeſsionis cauſſam dare eo maiorem, quo eruditior eſt & pientior?

108 Denique licebit imponere ob occulta peccata eas publicas pœnitentias, quas vir prudens arbitrari debeat eſſe tales, quæ pœnitentem in ſuſpicionem grauis criminis minimè inducant: alias verò, ſi impoſuerit, errat.

109 Infertur vigeſimotertio, ſacrilegam eſſe conſuetudinem parochorum, qui audiunt ſimul plures pueros doli capaces, nulla ad id eos neceſsitate adigente, iniuriantur enim ſanctiſsimo pœnitentiæ ſacramento, eo ad iocum & riſum abutendo, primo argumento l. *minime*. [e] & §. fin. [f] & gloſſæ, [g] quæ habent monachorum veſtibus, aut monacharum ad ioca vtentes grauiter eſſe caſtigandos.

110 Secundo facit, quod nec aliquam ſacram Scripturam ad iocandum trahere licet, vt grauiter D. Thomas definit, [h] & grauius poſt primam horum commentariorum editionem Conciliũ Tridentinum vetuit. [i] Nam quamuis iocari aliquando liceat: tamen id verum eſt, niſi rei dignitas iocandi facultatem adimat, vt Tullius admonet. [k] Sacra autem Scriptura eiuſmodi eſt, quippe quæ, [l] ait: *Audite, quoniam de rebus magnis loquutura ſum.*

111 Facit tertio, quòd alter Thomas in eo articulo dixit, verbi Dei concionatores, cum aliquid ridiculum cauſſa recreandi animos auditorum proponũt in ſuis concionibus, peccare, quod etſi delicatiori cuipiam ſubdurum videatur: tutum tamen eſſe nemo negarit, quando eo loco ſatius fuerit rerum ipſarũ magnitudine & tremore, quàm ludicris attentionem quærere.

112 Vnde qui Paſquillos componunt, & aulici aliquot item, aliquot item ſcholaſtici coniicere poſſunt, an rectè faciant ſacris dicteriis in viros, præſertim graues, iocando, ne dicam, eos notando. Facit & pro coro llario, quod infamant illi pueri, vt aliquando ſe, ita frequenter parentes & alios domeſticos, quorum errata facile narrare ſolent, cuius infamiæ cauſſa ſunt ſacerdotes eiuſmodi: quoniam, qui cauſſam damni dat, damnum dediſſe videtur, [a] ſed & ipſi pueri poſtea confeſsiones ſodalium auditas aliis reuelant contra præcepta, quæ in cap. *omnis*. [b] & in diſt. 21. quarti habentur.

113 Infertur vigeſimoquarto, peccare grauiter, qui aduertenter, & ex propoſito confeſsionem clancularium eo neſciente, qui confitetur, audit. Ante enim quàm quis vocetur, ad conſilium non debet accedere, & qui alterius ſecreta malè conatur diſcere, peccat iuxta illud: *Non queras impietatem in domo iuſti*. [c] Sic qui didicit teſtimonia, etiamſi nondũ erant publicata, non producit alios teſtes, [d] & qui litteras alterius clauſas aperit, peccat, vt ſupra eſt dictum. Præterea incidit in vitium curioſitatis, vt docet ſanctus Doctor. [e]

114 Peius tamen arbitror facere, qui confeſsionem ita auditam aliis reuelat. Nam præter ea, quæ ſupradicta ſunt, vaſſallus, qui ſecreta domini ſui reuelat, grauiter errat. [f] Cum ergo omnes in Dei verba iurauerimus. [g] atque ideo eius clientes ſiue, vt nunc loquũtur, vaſſalli ſimus, & quidem inutiles, ſi quis noſtrum, quod in noſtri principis curia pœnitentiæ abditiſsima audierit, reuelet, proditor erit profectò inſignis.

115 Infertur & vigeſimoquinto, etiam confitentes teneri ad celanda, quæ ipſe confeſſarius dixerit: quoniam & illud ad forum ſpectat Dei. Proinde confitens ille peccare videtur, qui detegit conſilium, vel pœnitentiam, vel alia ſibi à confeſſario iniuncta, quæ talia ſunt, quibus iure ridiculus efficiatur, qui ea iniunxit, aut conſulit, ſecundum Paludanũ. [h] Quod ipſum videtur de omnibus aliis, quæ confeſſarius confitenti ea mente dixit, vt eſſent inter ipſos ſecreta ſecundum Adrianum. [i]

116 Tertio principaliter quæro, an ſit aliquis caſus, in quo liceat confeſſario auditam confeſsionem reuelare: & videntur multi eſſe. Primus, quando crimen hæreſeos detegitur, iuxta illum verſic. antiquum.

Eſt hæreſis crimen, quod nec confeſsio celat.

Secundus, quando crimen committendum aperitur, ſecundum Panormitanum & communem, [k] quod omnes alij tribuunt Innocentio quem etiam in hoc ipſo citat, & ſequitur Decius. [l] Facit quod qui confitetur, ſe cum aliis hoſtibus decreuiſſe incendio, ſupponere ciuitatem, aut hæreſi quadam inficere populum, neque illum huius mali propoſiti pœniteat, non eo modo confitetur, qui ad abſolutionem proſit. [m] ergo non eſt, cur eius cõfeſsio celanda fuerit. Præterea facultate id faciendi à pœnitente ſuſcepta, poteſt confeſſarius confeſsionem reuelare ſibi detectam, quod paulo inferius oſtendetur. At aliquando ipſemet confitens tenetur ad ſecretum illud confeſſario detectum reuelandum; nempe, quãdo non niſi reuelaret, conſequerẽtur multa mala & peccata, vt Reipub. deuaſtatio, vel mors aliquorum innocentium, [n] ergo & confeſſarius idem poterit facere. Facit præterea. c. *officij*. [o] vbi habetur quemdam detexiſſe peccatum in confeſsione ipſi patefactum. Facit & c. *ſignificaſti*. [p] quod habet presbyterum detexiſſe quamdam mulierem ipſi confeſſam feciſſe adulterium. Facit c. *Matthæus*. [q] quod habet, Matthæũ Cardinalem pro conſilio habendo peccatum & peccatorem reuelaſſe Papæ. Facit & c. *nemo*. [r] quod habet, confeſſariũ poſſe de reconciliatione teſtimonium ferre. Facit ca. *exhibita*. [s] ibi: *Tibi & presbytero, cui ſuam conſcientiam aperuit confeſſus, &c.* Facit & c. *lecta*. [t] quod habet archiepiſcopum quemdam reuelaſſe Papæ peccatum & peccatorem, qui ipſi humiliter fuerat confeſſus.

117 His tamen non obſtantibus tenẽda eſt cõcluſio contraria, nempe nullo alio caſu, niſi vno, licitũ eſſe reuelare confeſsionem. Pro quo facit hic textus, dum ait, etiam pro ſcandalo vitando id fieri non debere: at euitatio ſcandali quam plurima permittit, iuxta ea, quæ late tradit Felinus. [v]

a *In fin ff. ad l. Aquil.*
b *De iniur.*
c 11. q. 3.
d *De pœnit.*

A
B
C
D
E
F

a *Cap fin. de iniur. l. qui occidit. ff. ad l. Aquil.*
b *De pœnit.*
c *Proverb. 14.*
d *§. quia multi in authent. de teſt. collat. 7.*
e 2. 2. *quæſt. 167. art. 2. in fine.*
f *Cap. de forma. 22. q. 5. c. 1. de forma fidelitatis in viſibus fouderonem cap. ego. de iureiur.*
g *Cap. prima. ca. vos. de cõſecratione, d. 4.*
h *In illa q. 3.*
i *In illo dubio 10. colum. 13. poſt quintam quæſt. de confeſsione.*
k *In illo c. omnis. de pœnit.*
l *In c. cum nõ ab homine. de iudic. colu. 3.*
m *Cap. quod quidam: de pœni. & remiſſ.*
n *Argum. 83. d. in princ. ca quamte. de ſenten. excommun.*
o *De pœnit. & remiſſ.*
p *De adulter.*
q *De ſimonia.*
r *Eo. titulo.*
s *De homici.*
t *De renunciat.*
v *In ca. nihil cum ſcandalo. de præſcript.*

118 Secundo facit, quòd nil mali adeo graue occurrere poteſt, quo non ſit grauius & peius Eccleſiæ Chriſtianæ confeſsionem Chriſtianis exoſam fieri, & abominabilem: at ſimul ac conceſſerimus confeſsionem contra confitentis voluntatem reuelari poſſe, exoſa fiet illa, & toti Eccleſiæ moleſta: ergo ob nullam cauſſam id fieri poteſt. Tertio facit, quòd ſi aliquo in caſu confeſsio reuelari poſſet, nemo eo caſu confiteretur, & ita nihil prodeſſet hoc aſſerere, vt per confeſsionis reuelationem malis occurreretur futuris.

119 Ad primum ergo, pro contraria parte adductorum reſpondeo, negando etiam hæreſim ſiue iam commiſſam, ſiue committendam in cõfeſsione detectam reuelari poſſe; & illum verſiculum: *Eſt hæreſis crimen, quod nec confeſsio celat*, in argumento citatum peſtilentem eſſe, merito dixere Pariſienſes, [a] quam ſententiã probant omnes Theologi, [b] & Adrianus, [c] & Thomas à Vio. [d]

120 Ad ſecundum reſpondeo, concedendo, Panormitanum cum communi ſententia, & cum Angelo, [e] tenere in illo cap. *omnis*. crimen committendum, cuius non pœnitet confitentem, reuelari poſſe. Immo & ante illum idem voluit Alexander, [f] & Hoſtienſis cum Ioanne Andrea, & Petro ab Ancharano, [g] & poſt eum Silueſter, [h] & Decius, [i] & Barbatius. [k] Cuius opinionis auctorem aiunt eſſe Innocentium ibi: qui tamen mihi contrariam ſententiam tenere videtur. Poſtea enim, quã dixit crimen, quod confitetur pœnitens, committendum reuelari poſſe illi, qui prodeſſe valeat, &c. ſubiicit & rationẽ. Quia, inquit, in hoc fuit miniſter Dei, quia tunc dicitur confeſsio fieri tamquam Dei miniſtro, quando confitetur, vt pœniteat, poſt quæ ſcribit illa: *Hæc ratio non placet, quia bene credimus, quòd vt miniſter recipiat, etiamſi in peccato remanere proponat.* [l] Audis, Innocentium virum oculariſsimum reprobare rationem illam, qua maximè nititur opinio aduerſa: & per conſequens videtur etiam ipſam opinionem corrigere, quando ratione legis correcta, [m] ex quoque ipſa correcta vitio. iuxta cap. *miramur*. [m] iuncto cap. *à multis*. [n] gloſſa & Bartholo, [o] quem ſequitur Felinus. [p] Quare contrarium cum Thoma, Scoto, Paludano, ac aliis omnibus fere ſcriptoribus, 9teneo, nõ poſſe reuelari eiuſmodi cõfeſsionem peccatorũ, quorum nondum pœnitet confitentem.

121 Et ad rationem quæ in argumento inſinuatur, concedo eiuſmodi confeſsionem non eſſe talem, quæ abſolutionem mereatur: ſed nego, illam non eſſe ſacramentalem, & talem, quæ ſigillo ſecreti confeſsionis ſigillata non ſit.

122 Primo quia, vt confeſsio tali ſit obſignata ſigillo, non oportet, quod ſit talis, quæ abſolutionem mereatur, nam confeſsio laico facta ſecundum omnes eſt celanda, quam tamen clarum eſt, non poſſe abſolutionem mereri per ea, quæ dicta ſunt ſupra. [r]

123 Secundo, quia licet illa confeſsio non mereatur abſolutionem, durante illa cordis duritia: tamẽ adueniente, quæ illam comminuat contritione poteſt abſolutionem mereri, & ita, vel eſt, vel apta eſt eſſe ſacramentalis.

Ad tertium nego illam illationem; Confitens ipſe tenetur confiteri: ergo & confeſſarius poterit illius confeſsionem reuelare, quia is lege prohibetur diuina, ne id faciat, vt ſupra eſt dictum, ille autem lege diuina id facere iubetur.

124 Caſu itaque huiuſmodi occurrente, confeſsione videlicet deliberationis diſſeminãdæ hæreſeos, vel aliorum criminum committendorũ quamlibet magnorum; à qua fortè nolit, qui confeſſus eſt, deſiſtere; immo forſitan proponit cum aliis ſociis ea peragere. Primo fateamur cum omnibus, confeſſarium monere debere epiſcopum, præſidem, vel alium, cui ea res curæ fuerit, vt inuigilet ſuper gregem ſuum, eo quòd eum lupus rapax tentet inuadere. Secundo fatemur etiã cum omnibus, huiuſmodi confeſſariũ debere facere omnia, quibus obuietur delicto committendo ſine aliqua eius, qui confeſſus eſt, ſignificatione. Tertio tamen negamus contra prædictos, reuelandam eſſe perſonam, etiamſi ſola illius expreſsio ſit remedium illi hæreſi fugandæ, vel impediendæ, vel aliis delictis reprimendis, nilque aliud ſufficiat. Quod, vt omnes poſt Thomã, [s] affirmarunt, ita multi Cardinales ei ſubſcripſe-

a *In illa d. 21. queſt. 3. colum. 2.*
b *In illa diſt. 21.*
c *In illo dubio 10.*
d *Queſt. 15. in opuſculo vigintiſeptẽ quæſtionum. aliàs tom. 1. tract. 21 quæ. vnic.*
e *In ſumma 4. parte. q. 78. mẽbro 2. art. 2.*
f *In dicto ca. omnis.*
g *Verbo, Cõfeſsio. 3. q. 5.*
h *In cap. cum non ab homine de iudici. colum. 3,*
i *In ca. iuramenti. colum. 18. de probat.*
k *Capit. quod quidam ſupr. eo.*
l *De ſeruis nõ ordinand.*
m *De ætat. & qualit.*
n *In l. 2. ff. de legit.*
o *In l. 2. ff. de legit.*
p *In cap. tua. de iureiur. col. 2. & cap. 1. nume. 5. de ſponſal.*
q *In illa diſt. 21.*
r *Eadẽ diſti. cap. 1. in principio n. 3.*
s *In dicta diſtinct. 21.*

a *In illa d. 21.*
b *Regula 7. cancellar. in ſexto de pœnit. §. in quo. c In dicto cap. omnis.*
d *In hoc capi. noſtro.*
e *Leg qui cõdemnare. ff. de re iudic c. cum inferior. de maior. & obedient.*
f *Supra de pœnit diſt. 1.*
g *Ioannis 20.*
h *In illo §. in quo peccato.*
i *De pœnit. & remiſſ.*
k *De adulte.*
l *Ca. omnis. de pœnit. & remiſſ. ibi. Solent.*

mouere potuit,nempe quod sacerdos ille,cui adultera dicebat ambos delictum confessos fuisse, nomen adulteri celasset,quando testatus fuit,verum esse, illam adulteram sibi delictum illud confessam fuisse:quoniam id multis de causis contingere potuit. Forte enim non fuit interrogatus illud, & forte postea, vel ante quam ambo illud delictum confessi fuissent,extra iudicium illi sacerdori , idem presbyter ille sacramentaliter fuit confessus. Et ideo putabat se non posse detegere peccatum illud, quod in pœnitentia susceptt,licet alia via id nosset, iuxta multorum docentium opinionem. Quæ tametsi falsa est , tamen in hunc vsque diem ita multorum ossibus hæret,vt non paucos decipi audiamus.Neque absimile verò est,illum presbyterum illi sacerdoti sacramentaliter confessum fuisse, quo missaret diebus sequẽtibus. Denique aliis id de causis contingere potuit: nam neque communis satis ostendit; ideo non detexisse illud, quia detegendi licentiam non haberet , immo neque ideo detexisse confessionem adulteræ,quia id faciendi facultatem ab illa susceptsset.

Ad cap. *Matthæus.* respondeo , nullum esse in illo cap. verbum , quo significetur Matthæus susceptsse illud in pœnitentia, sed solùm secretè id retulisse Papæ, quæ longe sunt diuersa.

128 Ad c. verò *nemo.* respondeo concedendo ibi probari posse quem dare de alterius reconciliatione testimonium: sed ex hoc non sequitur posse reuelare confessionem. Primo , quia non omnis reconciliatio est confessio peccatorum , vel, fit per eam:immo aliqua est exterioris fori, nempe reconciliatio solenniter pœnitentium,vt habet glossa postrema. [a] dist. textus in c. *in capite.* in duobus locis,& in c. *Aurelius.* [b] & c. *sanctum.* [c] reconciliatio item excommunicationis, vt dicit glossa. [d] Secundo respondeo, non satis consequi eam illationem , quoniam aliud est reuelare confessionem , aliud est dare de reconciliatione testimonium.

129 Ad cap. *Exhibita.* respondeo ibi nil aliud probari, quàm quod quidam morti proximus dixit, se cuidam sacerdoti , qui præsens erat , suam aperuisse conscientiam. Quod autem sacerdos aliquid reuelarit, vel dixerit, nullo verbo ibi significatur.

Ad cap. autem *lecta* , [e] respondeo primo illum textum non loqui de peccati confessione , sed de renuntiationis cuiusdam manifestatione. Secundo respondeo , nullum esse verbum ibi,quod significet abbatem, de quo ille textus agit,confessum fuisse sacramentaliter archiepiscopo: sed solùm confessum fuisse humiliter , secretè, ac reuerenter , vt quemlibet aliquod crimen coram superiore confitentem decet.

Ex his omnibus infertur primò , longe strictius esse sigillum secreti confessionis , quam sigillum secreti naturæ. Hoc enim multis casibus sine vlla dispensatione vel licentia, licet reuelare , quod supra monstratum fuit. Illud verò nullo , nisi vno & illo controuerso , quem paulo post discutiemus.

130 Infertur secundo,etiam Papam, etiam propter maximam Reipub. vtilitatem non posse dispẽsare cum confessario, vt confessionem reuelet. Primo , quia Papa non potest super scandalo dispensare.vt est in c. *si quando.*cum ibi notatis. [f] Aprior textus c. *cum teneamur.* [g]

131 Non enim potest mandare, vt non obstante scandalo fiat aliquid,quod lege Dei non est necessarium, secundum Innocentium , [h] & annotauit expresse Panormitanus, [i] aiens non esse obediendum Papæ,si scribat:*Non obstante scandalo:* propter potestatis defectum. Quod etiam annotarunt nouiores. [k] At confessionem etiam pro vitando scandalo non licere reuelare,casus est in c. nostro. ergo minus poterit super hac reuelatione ; quam super scandalo dispensare.Facit,quod lex,quæ iubet,confessionem teneri secretam,diuina est,vt supra est dictum:at circa legem diuinam Papa non dispẽsat, licet illam aliquando declaret non habere in aliquo casu locum , vt scribit, S.Thomas, [l] communiter à Theologis receptus.

132 Contra tamen hoc secundum corollarium facit, quod Papa dispensat super iureiurando, [m] & super voto. [n] vt & traditur à D.Thoma. [o]

133 Ad hoc respondeo concedendo assumptum:nempe Papam in iuramento & voto ex iusta causa dispensare, in hoc autem præcepto non posse , quia nulla posset ad id faciendum reperiri causa , vt in confirmatione nostræ conclusionis tangebatur. Posset etiam responderi , aliud esse in iuramento & voto , in quibus nemo sine animo se obligandi obligatur : aliud in hoc secreto , ad quod sine vllo facto vincitur & ligatur, vt Adrianus aiebat. Faciunt,quæ nos latius scripsimus in cap. *sicut.* [a]

134 Facit quod,quæ nobis facto nostro quæruntur , fortius adhærent,quàm quæ alieno , vel lege sola, [b] optimus textus probans vtrunque in l. *si tibi homo.* [c] quæ habet, legatum quæri etiam ignoráti,sola legis dispositione,quæri etiam acceptatione legatarij. At posteriorem acquisitionem irreuocabilem esse,priorẽ verò reuocabilem: facit l. *qui Romæ,* [d] cum his , quæ ibi Bartholus , [e] & communis determinat de donatione rei facta cuipiam ea lege,vt post certum tempus ad Ecclesiá perueniret ; quæ potest reuocari sola donantis, vel vtriusque voluntate in Ecclesiæ præiudicium : quia Ecclesia non facto suo , sed alieno id sibi quæsiuit.Cum igitur obligatio celandi confessionem quæratur Deo contra eum,qui eam nouit per suam legem solam,difficilius poterit illa per Papam tolli , quàm voti & iuramenti obligatio , quæ mediante nostra voluntate quæruntur. Et ne dicas confessionis quoq; celandæ obligationem, ex facto confessarij , nempe confessionis auditione nasci;considera confessionis auditionẽ non principaliter,sed obiter,ac secundario hunc effectum parere.Iuramentum autem & votum de aliquo faciendo in obligationem principaliter rendere , & quod principaliter agitur attendendum potius esse probat lex illa vulgata.*si quis nec causam.* [f] & cap. *non dubium.* [g] secundum vnum intellectum.

135 Tertio infero,intrandá esse siluam, & in ea moriendum illi sacerdoti,cui vnus è comitibus confitetur in ipso siluæ ingressu se cũ aliis suis comitibus de occidendo eo; eiusque diripiendis spoliis conuenisse : si modo nullá inuenire potest occasionem , quo tollatur comitibus ratio iusta credendi,eum ideo redire,quia confessus fuit ille comes,& consilium illud arcanum patefecit.

Contra quod tamen facit ratio,qua motus Maior aliud tenebat, [h] quia reditus ille vel redeundi actus,suapte natura non est alicuius talis arcani significatiuus : ergo per illum reditũ non videtur vllatenus significare illam confessionem. Facit & alia ratio, qua motus Adrianus etiam contra tenebat, [i] nempe quod ille presbyter sic rediens nil palam facit aliis,quod non cederet in honorem & decus ipsius confitentis. Alij enim comites sciebant illam conspirationem,& eam nõ patefecit illis: pœnitentia verò & confessio , quam eis patefacit, in decus & honorem ipsius cedit.Facit & tertio,quod lex de se tuendo seruandoque est lex diuina à natura data,iuxta illud Marci Tullij. [k] *Principio generi animantium omni est à natura tributum,vt se vitam corpúsque suum tueatur.* [l] Lex autem de confessionis secreto seruando,lex est diuina: sed non naturalis; immo, quæ cum noua lege cœpit:ergo fortior est illa,quá hæc. [m] ergo hæc debet illi cedere, argumento c. *quanto.* [n] & eorum,quæ scribebamus hoc anno,in cap. *sicut.* [o]

136 Ad priorem Maioris rationem respondeo concedendo,illum reditum simplicem,& ab aliis circunstantiis absolutum suapte natura non significare, pœnitentem illud arcanum pessimũ patefecisse: negãdo tamen , si accipiatur cum circunstantiis illis , de quibus in corollario, scilicet; cum illa confessione in siluæ ingressu facta, & tali tempore quando nulla erat spes,vel suspicio sacerdotis regressus ; neque ille vllatenus ante significauit. Immo fortasse sua iucunditate & alacritate monstrabat , se plus aliis & cupere & sperare illam siluam ingredi.Quis enim conscíorum criminis adeo hebes esset,vt nõ intelligeret, illum in redeundo significare,ab illo pœnitente accepisse grande aliquod periculum , ob quod regreditur? Et quis eorum,qui conspirationis fuêre participes, non intelliget ei per illam confessionem suam de occidendo illo conspirationem patefactam esse?

137 Facit pro his illud simile : Tenere in manu ensem strictum nõ est signum homicidij , sed neque cum eo stricto currere : at si ea circunstent alia , videlicet ensem esse

cruentum,

[a] *De consecrat.d.1.* [b] *Leg.cũ pater. §. Iurido. ff.de leg. 2.l.* [c] *Titio. ff. de furt iuncta l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donat. inter vir. & vxo.* [d] *§. Flauius ff. de verbo. obligat.* [e] *Quæst.1.* [f] *ff.si cert.petat.* [g] *De sentẽn. excommun.* [h] *In illa dist. 21.* [i] *In illo dubio 10.* [k] *Offic.lib.1.* [l] *Le.vt vim. ff.de iustit.& iure.ca. olim. de restit. spoliat.* [m] *5.distin. in princip.* [n] *De cõsuetud.* [o] *De consecrat.dist.1.*

cruentum,latorem illius exire domo quadam, in ea reperiri recenter occisum, occiso vulnus esse incussum,neminem alium in illa domo agere,signa sunt & indicia homicidij certissima , secundum Ioannem Andream, [a] quem sequitur Panormitanus, [b] quod ibi hoc ipso anno diximus & scripsimus.

138 Ad posteriorem verò Adriani rationem respondeo concedendo, nullum peccatum per illum reditum patefieri comitibus, quos eis non esset antea notum. At patefit confessio peccati , & patefit peccatum,& peccator, quæ ipse per solam confessionem nosc̃ebat. & hoc est satis, quod reuelator sit confessionis : nam ab omnibus est receptum:confessarium,qui meretricis palam,publicè ac notoriè quæstum facientis confessionem audit,non posse dicere; Hæc mihi mulier confessa est, se esse meretricem. Contra omnes item est,confessarium palam facere posse confessionem sine confitentis licentia, etiamsi manifestatio illa in illius honorem cedat & lucrum.

139 Præterea hoc casu, quod vir ille alioqui oculatissimus non vidit,eiusmodi reditus,&eiusmodi confessionis manifestatio occasio esse posset mortis illius patefactoris; quem fortassis alij comites ob eam suspicionem suam ingressi occiderent , eo quod ipsos prodiderit,& ita non, vt ille ait , illa reuelatio in solum decus & honorem ipsius confitentis cedit. Postremo, si hæc Adriani opinio vera esset, sequeretur,confessarium posse patefacere pœnitentem sibi concessum esse hoc & illud peccatum, quæ nouit is, cui ea patefiunt ; quod contra omnes esse cõstat.

Ad tertium concedo , legem de se tuendo naturalem esse, legem verò de confessionis secreto seruando diuinã positiuam. Concedo item , cæteris paribus, diuinam & naturalem præstare diuinæ positiuæ.at hic non sunt cętera paria: nam illa naturalis de se tuendo propter propriá eius,qui se tuetur, vtilitatem est lata:hæc verò de confessionis secreto seruando propter vtilitatem publicam; nẽpe ne confessio fiat Christianis odiosa;immo in dies magis amabilis & gratior. Quod confirmatur similitudine satis congrua ; Lex de secreto seruãdo naturalis est ; lex autem de secreto confessionis seruando partim naturalis est, partim diuina positiua : & tamen, qua parte est diuina positiua, fortior est & rigidior; quàm quà parte est naturalis , vt clarè per superiora colligitur. Et non alia ratione, nisi quia, qua parte est diuina positiua,totius Christianismi decus & vtilitatem respicit : qua verò naturalis solùm decus & vtilitatem illius , qui secretum commisit. Quare teneo corollarium,quando, vt in eo dicitur, nulla se iusta offerret occasio alia redeundi,quo iustè credendi arcanum esse patefactum occasio tolleretur illis coniuratis.Et cum Scoto bearum illum,appello confessarium,qui sibi Christum,qui priuatæ publicam,qui temporariæ vitę præferret æternam;martyr,ac corona gloriosa dignus , si talium coniuratorum manibus mori ei contingat.

140 Infertur & quarto,non esse contra caritatem celare confessionem , qua non patefacta non solùm priuata res : sed & publica periclitatur. Sicut non est contra caritatem, non admittere adulterium,vel non mentiri,quãdo per vitium adulterij,vel mendacij Respub.in tuto locari posset. Non enim sunt facienda mala, vt inde bona sequantur. [c]

Infertur & quinto,reuelare confessionem,nisi quando id de licentia fieret confitentis, rem esse per se malã perinde , ac fornicationem & mendacium : & consequenter dari aliquid , quod per se peccatum est , & nulla humana dispensatione iustificabile , quod tamen sola lege diuina positiua, & non naturali est prohibitum , scilicet reuelationem , qua maxima Reipu. damna impedirentur. Quãquam dici potest,naturalem quoque cum diuina positiua hoc casu concurrere,illam scilicet,ne fiat id,quo res populo seruando necessaria fiat eidem exosa.

141 Infertur & sexto, confessarium in testem præsentatum & iuratum dicere posse nihil se scire,vel audisse,si de his,quæ per solam sacramentalem confessionem nouit, interrogetur, iuxta illud Bernardi : *Nihil minus scio, quam quod per confessionem scio.*

Opponat hic aliquis,verum esse, confessarium audisse:ergo falsum,non audiisse. Quia fieri non potest duas

[a] *Ad Specul. in.de probatio.§. fi.vers. 13.nume. 19.* [b] *In cap. tertio loco. de probat.col.4.* [c] *Ad Rom.3. & cap.fi.4.6. dist.ca. forte. 14.quæst.5.*

contradictorias per vllam potentiam dari simul veras. [a] Neque videtur responderi posse; Scit vt Deus, nescit vt homo. Nam primo quomodocumque sciat , verum est eum scire:ergo falsum est eum non scire.

142 Secundo quia immo scit, vt homo, quoniam auribus carnis audiuit : immo & forte illicitè audiuit, puta ob malum finem, vel excommunicatus. Præterea laicus,cui loco sacerdotis fit confessio,vt homo audit. Quod si negas,negare certe non potes de illo, qui casu,vel dolo cõfessionem , quæ alij fiebat,audirer; nam ille,vt homo audiit:tamen idem de illo,ac sacerdote, dicendum supra in prima quęstione conclusum fuit.

Respondeo igitur ad argumentum concedendo, duas contradictorias per nullam potentiam dari posse simul veras. Concedendo item, hunc scire, & hunc non scire contradictoria esse, si absolutè , & absque vlla capiantur additione : sed non , si vna illarum simpliciter, & altera cum additione, quomodo in proposito nostro capiuntur.

143 Dicimus enim,confessarium scire, scilicet simpliciter aliquo modo, quicumque fuerit ille : dicimus autem, eundem confessarium non scire , tali videlicet scientia, quæ ad reuelandum sufficiat. Simile desumi potest ex Archidiacono in præsenti ; qui allegat illud Euangelistæ, [b] vbi de illo nouissimo ac tremendo die habetur,Saluatorem illum diem, quando erit,minimè nosse. At constat, eum optimè illum nosse, quippe qui omnia præterita & præsentia cum futuris, immo possibilibus nouit : vt est vna omnium Catholicorum sententia. [c] per illud, [d] *Plenum gratiæ & veritatis.* Sed illa non contradicunt: quia illud; Saluator illum diem nouit ,simpliciter & absolutè sumitur, & verũ est:illud autẽ,Saluator illum diem nõ nouit, non simpliciter sumitur,sed cum additione subintellecta, videlicet ad reuelandum aliis, & ideo verum est.Sed illa sic dispariter sumpta nullatenus contradictoria sunt , vel contraria.

144 Infertur & septimo, posse quem licitè fœdere matrimonij cõiungere illos, inter quos impedimentum nouit esse legitimum; puta si quis confessus fuerit suo parocho rem habuisse cum aliqua , cum cuius intra quartum gradum consanguinea nunc contrahere deliberat matrimonium. Huiusmodi enim impudicum virum & canonum irreuerentem potest quidem parochus, ne id faciat, secreto monere , ac deterrere. at si publicè petat à parocho,vt ipsos fœdere matrimonij cõiungat , necessario tenebitur id facere,argumento ca.*si sacerdos.* [e]

145 Pari ratione dicendum, parochum teneri aliquãdo ei,quem scit excommunicatum,etiam in diuinis,etiam in sacrosanctæ Eucharistiæ sacramento communicare; quãdo videlicet is,quem per solam confessionem excommunicatum nouit,audet publicè,& apertè coram aliis petere sacramenta. In quare, quidquid Scotus & Adrianus eum reprehendens dicat, constat primò,talem parochum posse illum in secreto,dum solus est, solum vitare. Secundo non posse coram aliis,etiam si extra confessionem secreto id nosset. [f] Hodie vero excommunicatum , donec denuntiatus fuerit,vitari non posse,late diximus in cap.1. [g] vbi ad alia loca necessario videnda remittimus lectorẽ.

146 Infertur & octauo non esse omnino verum , quod quidam pro indubitato consulunt : nempe confessarium quoad confitentem , petinde se extra confessionem gerere debere,qualem se gessisset, si eum nullatenus audiisset. Nam primo,si nullatenus audiisset excommunicationem,de qua in hoc corollario agimus,' vel impedimentum, de quo in præcedentia agebamus,non posset eũ, vel secreto monere,vel in secreto euitare ; & tamen audita confessione id efficere posset. [h] Secundo si quis per confessionem solam sciret , aliquem esse malum virum, quamuis per omnes alias vias eum haberet & coleret , vt optimum,occurrente tamen prælati electione,in ea eundem, si non audiisset ipsius confessionem, & posset, & deberet eligere : propter tamen illam scientiam in confessione quæsitam, neque deberet , neque posset illi suffragari.argumento c.*cum in cunctis.* [i] & c.*perpetuo.* [k] coniuncto cap.*si sacerdos.* [l]

147 Illud tamen memorabile fuerit,quod in hac re annotauit Paludanus, [m] nempe illum, qui eligit indignum,

[a] *Ca.si Paulus.32.9.5.* [b] *Mar.13.* [c] *In sertio. dist.10.* [d] *Ioan.1.* [e] *De offic.ordin.* [f] *Capit. cum non ab homine.de sentẽn. excommu.& in ditio cap.si sacerdos. de offic.ord.* [g] *§.1.sup.ead. distinct.num. 18.19.& 20.* [h] *Dic.ca.cum non ab homine.de sentẽn. excom.* [i] *§. fi.de ele.* [k] *Eodem tit. libr.6.* [l] *De eff.ordi. & § fin.ca.1. supr ead.dist.* [m] *In illa q.3.*

quem ſola confeſsione talem eſſe nouerat, non incurrere pœnam ſuſpenſionis, de qua in cap. *cum in cunctis*.[a]

148 Quod, tametſi probet Adrianus, mihi non videtur expeditum: nam §. ille iuncto cap. *cum Vintonienſis*. pœnã illam eligenti ſcienter indignum imponit. at is ſciens eligit indignum, & tali ſcientia ſciens, quæ facit ipſum peccare ſecundum ipſoſmet. quare igitur illam pœnam non incurrat? Facit quod tam efficax eſt illa ſcientia in negotio, quod inter Deum ſolum & hominem agitur, quam alia; immo efficacior; quippe quæ in ipſo Dei foro eſt quæſita: ergo ſi alia facit incurrere hanc pœnam, faciet & ea, argumento l. *illud*.[b] & ca. *inter cæteras*.[c]

Neque obſtat, ſi dicatur agi ibi de pœna, & pœnam in foro Dei non incurri, licet in foro debeatur exteriori, vt habet gloſſa ſingularis. [d] Non, inquam, hoc obſtat, quia primo illa gloſſa non habet locum in cenſuris, quæ nulla indigent executione alia; præter illam, quam ſecũ ferunt. quod late etiam Thomas iunior probat. [e] & ille §. de ſuſpenſionis pœna agit, quæ vna eſt de cenſuris.[f]

149 Quare verius fuerit reſoluere in his, quæ ad ſolum Deum pertinent, colloquia tantæ virtutis eſſe hanc, de qua loquimur, per confeſsionem quæſitam ſcientiam, quantæ aliam ſecretam. Tertio pro corollario noſtro facit, quod licet recepta ſit illa ſententia, quæ habet ſecundum allegata & probata iudicandum, & non ſecundum propriam ſcientiam, [g] ſcientia tamen priuata multum iuuat iudicem, quo diligentius rationem perſcrutetur, ſecundum omnes.

150 Ita etiam ſcientia, quam quis vt confeſſarius habet, multum luminis præbebit in aliis rebus agendis. Facit & quarto, quod ſecundum omnes iuſtè quis poſſet electoribus diſſuadere alicuius in prælatum electionem, ob ſolam per confeſsionem de ipſo ſcitam malitiam, modo ita rem gereret, vt nullo modo peccatũ ipſius prodereret vlli.

Octauo ſubinfertur, vtile fore delinquenti, ſi recuſatione, vel alio iuſto modo illius iudicis, cui crimen confeſſus eſt, iudicium declinari poſsit. quoniam non mediocriter illa priuata ſcientia illum iuuabit ad inquirendum diligentius veritatem, immo & ad confirmandum contra eum iudicium per ſupradicta.

Caſus vnicus, in quo reuelatur iuſte confeſsio.

151 Reſtat diſcutiẽdus ille caſus vnicus, in quo licet cõfeſsionem reuelare; ſcilicet cum confitentis licentia: qui mihi admittendus videtur primò, quòd Thomas ita definit, [h] quem ſequuti ſunt Paludanus & alij ipſius ſcholę viri. Et hoc tenet Roſella, ſupplementum Piſanellæ, & Silueſter in titulis ſuis: hoc etiam diuus Antoninus, [i] quod ipſum noſtri vtplurimum probant. Quorum de numero ſunt Archidiaconus & Alexander, [k] Cardinalis S. Xiſti, [l] Ioannes Andreas, [m] Panormitanus & alij, [n] Felinus, [o] & Lapus. [p] Pro quibus faciunt primo cap. prædicta, *lectæ*, [q] cap. *nemo*. & cap. *Matthæus*, immo cap. *ſignificaſti*. [r] & capit. *officij*. [s] Quorum maxime vrget illud. cap. *ſignificaſti*, quo clare probari videtur ſacerdos reuelaſſe adulterium ſibi confeſsione patefactum, & non punitur. Quod non potuit fieri alia ratione, niſi quia ex licentia ipſius mulieris adulteræ reuelaſſet. igitur propoſitum.

152 Hoc tamen argumentũ dilui poteſt per illum intelligendi modum, quo nouè interpretabamur illud cap. *ſignificaſti*. [t] Secundo facit, quod probari poteſt in foro exteriori, quem eſſe emendatum, & purgatum à criminis per eum commiſsi labe, iuxta cap. *at ſi clerici*. [v] ibi: *Poſt pœnitentiam peractam*. [x] cap. *Teſtimonium*. ibi, *Si vero ſit de crimine emendatus*. [y] Facit ca. *ferrum*. cap. *domino ſancto*. [z] & hæc emendatio debet ſecundum omnes gloſſas & doctores fere omnes probari per ſacerdotem. at ille non poteſt fidẽ facere de eiuſmodi vitæ nouatione niſi teſtificando de cõfeſsione ſibi facta, & abſolutione per ſe data, ac pœnitentia impoſita, & ab illo acceptata. Nõ enim eſt aliud ſignũ ſub cælo, quo poſsit vitæ poſt baptiſmum corruptæ renouatio conſtare Eccleſiæ, niſi, ſi tempus patitur, per eiuſmodi reconciliationem. [a] Licet quando id tempus nõ pateretur, alia ſufficerent ſigna, vt eſt in cap. à *nobis*. [b] cap. *ſanctum*, [c] & aliis ſimilibus. Poterit ergo ſacerdos aliquo caſu teſtificari de cõfeſsione ſibi facta in iudicio exteriori, ita, vt ei credatur, & non niſi ex conſenſu confitentis: igitur propoſitum.

153 Quod ſi fortè quis dicat cum aliquibus, quorum de numero eſt Cardinalis S. Xiſti in hoc cap. noſtram collectionem eneruari, ſi reſpondeatur ſatis prouideri neceſsitati pradictę confeſsionis per hoc, quod pœnitens extra confeſsionem dicat confeſſario, quod nuper dixerat in confeſsione, replicabimus primum, periculoſum eſſe illud remedium: quia ſacerdos ille, ſi poſtea citaretur in teſtem ad alium effectum, teneretur teſtificari: quãdo ſaltem iam prius alius, de ea re teſtis; vel aliud indicium preceſsiſſet, ſecundum ea, quæ late hoc anno ſcripſimus in c. 2. [a] quod & Felinus annotauit. [b]

154 Secundo replicabimus, toto, quod aiunt, cælo aberrare, qui talia ſcribunt; non enim ſufficit illud ad probãdam emendationem: quia niſi aliam dederit licentiam, non poterit teſtificari, ſe audiſſe ab eo illud peccatum in confeſsione, & eum abſoluiſſe: quando ſolum poterit dicere, dictum fuiſſe ſibi illud ſecreto extra confeſsionem, quod nihil concludit ad emendationem. Tertio facit, quòd omnis celandæ confeſsionis ratio ceſſat, quando de pœnitentis conſenſu detegitur, vt ex argumentorum pro contraria parte ſolutione dilucide apparebit: ergo & ipſa occultationis neceſsitas ceſſat. [c]

Contrariam tamen partem affirmarunt multi, & in his Scotus, [d] quem probarunt vir piiſsimus Bonauentura reſolutus Durandus, acuti Pariſienſes, eruditi Tubingenſes. Angelus etiam verbo, [e] qui pro ſe citat Petrum Aureolum & Landulphum. [f] Apud noſtros etiam Collectarius, [g] ſequutus ſum præceptorem, qui poſtea fuit Clemẽs eius nominis VI. Richardus autẽ inter vtroſque medius, dixit reuelare poſſe de licentia confitentis ad ea ſolùm, quæ in conſciẽtiæ foro prodeſſe poterant pœnitenti: non autem, quæ ad alia. Pro Scoto eiuſq; aſſeclis facit primò, quod confeſſarius ſcit peccata, vt Deus, & non, vt homo: alioqui non haberet in eum vt iudex iuriſdictionẽ. [h] ergo non poterit de illis teſtificari. Secundo facit, quod nemo poteſt iuri in fauorem publicum inducto renunciare. [i] Sigillũ autẽ confeſsionis, hoc eſt, debitum eam celandi non ſolùm eſt inductum in confitentis fauorem, ſed totius populi Chriſtiani, nec ab antidoto confeſsionis ſaluberrimo ſumendo detrahatur. Quid ergo priuatus conſenſus agit ad tollendum eiuſmodi iũs publicum? Tertio, quod iudices paſsim compellerent captos in Quadrageſima, vel alio tempore ſuis confeſſariis confeſsos ad dandam licentiam confeſsionis eis reuelandæ: & ita facile poſſent condemnari. qua ratione non parum nititur Maior.

Hæc tamen non videntur tanti æſtimanda, vt in ſuam partem nos trahere debeant. Non primum, nam primo dici poteſt, quod per eam licentiam nunc præſtitam incipit ſcire confeſſarius, vt homo, quod ante ſciebat ſolum vt Deus, quod communis opinio habet cum S. Thoma. [k]

Contra tamen hanc ſolutionem in hunc, quem hactenus non legi, modum replicari poteſt: quod ex ea ſequitur, confeſſarium dicere permiſſum ad vnum effectum, poſſe cogi ad aliũ, nam quod ſecretũ quis ſcit, vt homo, etiã ſi reuelatũ eſt ei dicendo; Hoc dico in confeſsione: & iurauerit ſe non reuelaturum; tenetur de illo, ſi ducatur in teſtem, deponere, ſecundum Innocentiũ cõmuniter receptum, [l] & ſupra fuſius relatũ: at is à data & accepta facultate illa ſcit, vt homo. Igitur propoſitũ. Præterea D. Thomã cũ cõmuni concedere oportet, laicũ, & quẽuis alium, qui quomodolibet confeſsionem audiſſet, poſſe illam de confitẽtis licentia reuelare quod ſine illa facere nequeũt.

155 Quibus tamen hæc Thomæ ſolutio non quadrat, idcirco aptius arbitror reſponderi poſſe, negando quod ille ſacerdos neſciat, vt homo. Scit enim, ſed tali via, quę non ſufficit ad reuelandum illa cuiquam, lege diuina id vetãte; ſicut & laicus, cui facta eſſet confeſsio, & quiuis alij, qui eum non eſſent ſacerdotes, licitè, ſiue illicitè audierunt alicuius confeſsionem ſacramentalem. Illi enim, etſi vt homines ſciant, nullo caſu debent, aut poſſunt manifeſtare, niſi de licentia confitentis, & ad eum finem ſolùm, ad quem licentia data eſt.

156 Ad ſecundum autem fareor, hoc ſigillum principaliter inductum in fauorem publicum, ne ſcilicet retra-

hantur

a §. *fin. de elect.*

b *ff. ad leg. Aquil.*
c *De reſcrip.*
d *In cap. fraternitas. 12. quæſt. 2.*

c *2. 2. q. 62. art. 3.*
f *Cap. quæranti. de verborum ſig.*

g *Cap. paſtoralis. §. quia vero. de offic. deleg. cap. in dilect. 2. de ſ. l. illiciias. §. veritatiſſ. de offi. præſid.*

h *In 4. di. 21.*
i *Tertia par. tit. 22. §. 1.*
k *Cap. ipſi Apoſtoli. 2. q. 7.*
l *In præſenti.*
m *In c. lecta. de renuntiat.*
n *In cap. ſignificaſti. de adulte.*
o *In cap. teſtimonium. de teſtib in cap. 1. de excep. c. nemo. cap. in tantum cap. Matthæus. de ſim.*
p *Alleg. 94.*
q *De renuntia.*
r *De adulter.*
s *De pœnitẽ. & remiſ.*
t *Supra eod. num. 127.*
v *§. de adulteriis.*
x *De iudic.*
y *De teſtibus.*
z *50. diſt.*
a *Cap. non poteſt. 1. & 2. cap. ecce. cap. nemines. ſupra diſt. 1.*
b *In magna. de ſent. excõ.*
c *De conſec. diſt. 4. cap ſi. de ſepult.*

a *De confeſſis.*
b *In illo cap. Matthæus.*

c *Cap. cum ceſſante. de appellat. leg. adigere. 9. quamuis. ff. de iure patro.*
d *In diſta d. 21.*
d *Confeſſio. §. 5.*
f *In diſt. 21.*
g *In illo cap. omnis.*

h *Cap. cum inferior. de maior. & obedien.*
i *Cap. ſi diligenti. de foro competenti. l. ſi quis in ſcribendo, C. de patiis.*

k *In 4. d. 21. quæſt. 3. ar. 2.*

l *In illo cap. omnis.*

hantur mortales à confitendo: nec confitentem huic fauori renunciare poſſe: at nego per hunc permittẽdi modum huic fauori detrahi: immo ſi bene perpendis, additur. Quis enim non videt proniores fore homines ad cõfitendum, ſi certo ſciuerint, ſuam confeſsionem nunquam alicui ſine ſuo conſenſu detegendam? Immo neque cum ſuo conſenſu, ſi aliqua ex parte fuerit confitenti damnoſum: manifeſtandam autem, quoties ei expedierit ad eum ſolum finem, ad quem ipſe volet, & ad quem ipſe eſt vtilis, & non ad alium?

157 Ex quo inferitur ſolutio tertij argumenti, nempe nõ ſufficere illum conſenſum captorum coactum, & contra eorum decus & vtilitatem præſtitutum ad reuelandã cõfeſsionem. Ecquis tam dormitantem imaginatur Thomã vigilantiſsimum, cum tot clariſsimis eruditione viris, vt putarent eiuſmodi coactũ conſenſum in tam grande eorũ detrimentũ præſtitũ ſufficere ſacerdoti, vt reuelare confeſsionem poſsit? Præſertim quod Paludanus, [a] & diuus Antoninus, [b] expreſſerunt eiuſmodi coactam licentiã non ſufficere, & iudicem male facturum, qui aliquid præſumeret contra captum; qui nolit dare licentiam illam confeſſario: & eam, quãlibet vninerſaliter & ſpeciatim datam, non extendi, niſi ad manifeſtationem ipſi vtilem.

158 Quocirca firmandum potius eſt eius & eorum, quos ſuprà citauimus, Theologorũ & Canoniſtarum propoſiti & mentis fuiſſe; vt tunc demum facultatem reuelandi, confitentis licentia confeſſario præſtet, quando ſponte penitus data eſt ad ſuã, vel alterius non contemnendam vtilitatem ſpiritalem, aut temporalem. Ad ſuam quidẽ tẽporalem, veluti cum agitur de ipſo criminoſo ad ſuos ordines reſtituendo, vel ad quãpiam dignitatẽ promouẽdo. iuxta cap. *domino ſancto*. [c] tradunt Archidiaconus Dominicus & vterque Cardinalis. [d] Ad alterius vero temporalẽ vtilitatem; veluti cum producitur in teſtẽ in cauſſa ciuili, & obiecto in ipſum crimine ac probato allegatur eſſe emendatus. Ad ſuam autem ſpiritalem; veluti cum caſus eſt perplexus, nec ſatis apertè ſine perſonæ, quæ confeſſa eſt, expreſsione ſolui poteſt, vt cum agitur de pluralitate beneficiorum, quam conſtat in vna perſona licitam, in altera illicitam.

159 Quò fit, vt ſi facultas ei fieret publicãdi in ſuam, vel alterius perniciem ſiue ad iocum & animi ſolatium tantùm, nullatenus liceat eam pãdere cõfeſſario. abſit enim, vt ſacramentis ſacramentalibuſve iocemur per ea, quę ſupra diximus. In hoc ergo vno caſu ad hunc modum temperato licita eſt confeſsionis reuelatio, non in alio.

Duo additamenta.

160 Poſtremo loco dicenda ſunt duo. Alterum quod tacenda eſt etiam tertia perſona, cuius nomen à confitente fuit iuſtè, vel iniuſtè, in confeſsione expreſsum, ſecundum Paludanũ & Adrianum; qui nimium meo iudicio in hoc morantur, quoniam ad hoc confirmandum, & ad omnia contraria diluenda ſufficit omnia illa, vt prædiximus, ſub ſigillum cadere confeſsionis; quæ vel confitens, vel confeſſarius iuſta de cauſſa voluerit eſſe ſecreta; quęque directè, vel indirectè ad cognitionem peccatoris ſpectãt. quorum de numero conſtat eſſe tertiam perſonam, cum qua confitens peccauit.

161 Alterum eſt, confeſſarium dicere poſſe, immo & Superiore iubente teneri ad dicendum, quæ per confeſsionẽ nouit, ſi alia via didicerit: modo ita illa proferat, ac ſi nullatenus per confeſsionem noſſet: ſiue illa nouerit, antequam ei confeſsio fieret, ſiue poſtea. Hæc eſt ſententia D. Thomæ, [e] quam omnes ad vnum poſt eum ſequuti ſunt. Et probatur, quia niſi hoc dicamus, & veritati fiet prẽiudicium; & copia probationum tolletur, contra l. *quoniam*. [f] & cogetur quis mentiri contra c. primum, [g] & fraus & dolus maligno patrocinabuntur, contra c. *ſedes*. [h] quin & innocens damnabitur contra l. *abſentem*. [i]

162 Nam ſi duobus, quorum alter ſit ſacerdos, videntibus, quiſquam delinquat, & mox ſacerdoti, qui viderat eũ delinquentem, ea mente cõfiteatur, ne teſtari poſsit, niſi dicamus illum ea de re teſtari poſſe, veritati ſit præiudicium primo; deinde cogetur mentiri: nã quando deponit, & dicit; *Nil ſcio*, ſiue intelligat, vt Deus, ſiue, vt homo, falſum dicit. fraus item & dolus patrocinabuntur delinquenti. Quod autem innocens quandoque punietur, ſi contrariũ teneamus, patet in eo caſu, quo quis tribus, quorum vnus eſt ſacerdos, videntibus, deliquit, & mox illi ſacerdoti, qui vnus eſt de tribus teſtibus, confitetur. Nam ſi ſacerdos iurarus dixerit ſe id neſcire, aliorum duorum teſtimonio periurij conuincitur, & punietur.

163 Neque obſtant c. noſtrum. & c. *omnis*. [a] quæ ſine vlla diſtinctione iubent confeſſarios, vt omnino cõfeſsionem, peccatum, & peccatorem celet: quoniam propter prædicta, quæ maximè ſunt abſurda vitanda, debent intelligi ac limitari, vt procedant, quando ſola confitentis manifeſtatione ea nouit confeſſarius. Neque replices: Nullus eſt textus, qui hoc diſtinguat; nam ſatis eſt eſſe, quę id perſuadeat, rationem omni iuri conſonantiſsimam, iuxta gloſſam primam in principio l. *de pretio*. [b]

Modus probandi reuelationem.

In calce autem omnium admonendi ſumus, nos cõfeſſarij omnes reuelatores conf:ſsionum nos iudicandos eſſe, ſi quis noſtrum delictũ cuiuſpiam, quem in confeſsione audiuit, propalet; & confeſſus aſſerat ſuam confeſsionem eum reuelaſſe. & à Deo quidem iudicabimur, vt merito condemnemur, niſi probemus nos id aliunde didiciſſe, ſecundum Hoſtienſem, quem Cardinalis, Panormitanus & communis ſequitur. [c] non autem, vt eidem Hoſtienſi placet, ordinaria caſtigabimur pœna, ſed extraordinaria.

164 Pro quo facit illud Innocentij, [d] ſcilicet, quod delicto non aliter, quam præſumptione probato non debet delinquenti ordinaria pœna imponi.

Ex quo infertur quàm periculoſum eſt confeſſariis de peccatis eorum, quos in pœnitentia ſuſceperũt, colloqui.

165 Huic vltimo affine eſt illud, quòd Hoſtiẽſis primum, ac deinde collectarius, & communis determinant, [e] nempe tantum confeſſario eſſe imponendam pœnam huius cap. *omnis*. [f] non autem aliis, ſaltem laicis; quippe qui eius pœnæ nõ ſunt capaces. Carẽs enim ordine ab eo deponi nequit, argumento l. *decem*. 8. & cap. *ad diſſoluendum*. de ſpõſat. impub. Præterea non tantum alij ac confeſſarius peccant, per ea, quæ ſupra in quæſtione prima dicta fuerunt.

In gloſſam primam.

166 Ex hac gloſſa quãuis vacillet, colligitur primo, confeſſarium non teneri ad reuelandum, quæ per confeſsionem didicit, etiamſi ipſi, Superior ſub excommunicationis pœna iubeat, vt omnes iis de rebus aliquid ſcientes illud manifeſtent. Quæ concluſio, vt plurimum ab omnibus & Theologis, & canonum peritis recepta eſt, & inter alios hanc gloſſam commendauit Felinus, [h] & plus ſatis probatur in tertia quæſtione, [i] quod habet, etiam Papam id iubere non poſſe, neque ſuper eo reuelando diſpenſare.

167 Ex quo infertur, verum eſſe quod olim cuidam monacharum præfectæ meritiſsimæ reſpondi; confeſſarium monacharum, qui per confeſsionem noſſet vnam ex illis à monaſterio nocte proxima extrahendam: poſſe quidem monere præfectam, quo vigili cuſtodia tam fœdo facinori obuiaret: reuelare autem perſonas, etiamſi abſque illarũ reuelatione ſatis occurri nequiret, non poſſe: quamuis vt ea de re, quod quiſque ſciret, Superior illius confeſſarij ſub excommunicationis pœna ad illam præfectam referre iuberet.

In quantum autem pro ſua concluſione gloſſa citat, ca. *ſignificaſti*. [k] aduertendum cenſeo primo illud c. primo aſpectu pro contraria parte potius facere, ſecundum communem intelligendi modum: quia ſacerdos ibi iuratus reuelauit adulteræ illius delictum: ſed dupliciter ad propoſitum gloſſæ induci poteſt: primo, inquantũ celauit adulteri nomen.

Secundo, quod ſacerdos ille ideo adulterę confeſsionẽ reuelauit, quia licentiam id faciendi ab ea ſuſcepit; ergo niſi talem habuiſſet licentiam id non feciſſet. Secundum tamen intellectum, quem ſuperius illa tradidimus, neque pro gloſſa, neque contra illam facit.

168 Colligitur ſecundo ex gloſſa neminem teneri ad dicendum, quod probare nequit, de quo latè diximus hoc

anno:

a *In d. diſt. 21.*
b *Tertia parte. tit. 17. c. 22.*

c *50. Diſt.*
d *In cap. ipſi Apoſt. 2. q. 7.*

e *In illa d. 21.*
f *C. de hæret. 12. quæſt. 2.*
g *De reſcrip.*
i *ff. de pœnis.*

a *De pœnit. & remiſſ.*

b *ff. de publi. in rem actione. & c. conſueto. 1. diſt. & cap. Maxcion. 1. q. 1.*

c *In illo cap. omnis ſub finem.*
d *In cap. quia veriſimile. de præſump. col. 2. verſi.* Nota tamen.

e *In illo cap. omnis.*
f *De pœnit. & remiſſ.*

g *ff. de verb. obligat.*

h *In cap. intimauit. col. 3. de teſtib.*
i *Corollario 2. ſuperius poſito.*

k *De adulter.*

anno: & latius dicemus in ca.1.[a] quando illud, quàm poterimus breuissimè, repetemus.

In glossam secundam.

169 Ex hac glossa collige, aliam esse pœnitentiam secretam, aliam esse publicam. Et rursus publicam diuidi in publicam solemnem, & publicam non solemnem. Qui modus diuidendi pœnitentiam, aptior est illo, per quem multi, & in his Monaldus, dicunt tres species esse pœnitentiæ: nempe solemnem, publicam, & priuatam; quoniam primo, horum distinctionis membra contra bonæ diuisionis conditionem concurrunt. siquidem omnis pœnitẽtia solemnis est publica. Deinde, quod publica est genus ad solemnem, & non species opposita. Porro pœnitentia priuata est, quæ non, vt publicè impleatur, iniungitur. de qua ca. *quis aliquando.* [b] Publicè verò est illa, quæ publice adimplenda imponitur, de qua capit. 1. [c] Solemnis autè publica est illa, quæ peragitur cũ solẽnitate, de qua in cap. *in capite.* [d] Publica verò non solennis, quæ publicè sine tamẽ illa solemnitate peragenda est. Quales sunt, quę in foro saltem exteriore nolente peccatore, vel in interiore, volẽte ipso, imponuntur. iuxta c.1. & quæ de illius intellectu supra diximus. Hæc quoniam omnium opinioni consona sunt & vera, ideo aliter non probamus.

170 Ex eadem glossa colligitur solutio illius oppositionis, quæ contra hoc ca. ex capit. *placuit.* [f] formari potest in hunc modum: ibi; *Reuelanti confessionem tamdiu solum tollitur communio, quamdiu ipse reuelans confitenti abstulit.* Ergo non omnibus diebus suæ vitæ pœnitere debet. quod hic statuitur, Glossa tribus modis soluit: vltimus est verus; quoniam illud c. non agit de Episcopo reuelante confessionẽ subditi sibi confessi: sed de episcopo obiiciente subdito crimen secretum, quod probare nequibat; & ob id communionem tollenti, vt ex illius litrera satis constat.

Alteram tamen oppositionẽ illa fortiorem omisit glossa, nempe, quæ in illo capit. *omnis.* [g] fundari potuit. Pœna enim, quæ ibi confessionis reuelatori statuitur, partim cõuenit cum statuta in hoc cap. quia vtrobique iubetur deponi; sed partim est penitus contraria. Ibi enim, cùm fuerit depositus, iubetur in monasterium ad agendam pœnitentiam detrudi: hic autem iubetur per orbem ignominiosus peregrinari.

Hanc oppositionem Hostiensis ibi, quem videtur probare Antonius soluit vno modo, quod hoc cap. intelligitur secundum illud, & illud secundum hoc, iuxta l. *non est nouum.* & l. *sed & posteriores.* [h] scilicet, vt talis reuelator primo deponatur, quod in vtroque cap. statuitur: deinde per septennium, vel aliud tempus, quod iudex arbitrabitur peregrinando pœniteat, quod in hoc ca. scribitur: postremo illo finito in monasterium detrudatur, quod illo cap. cauetur. Neque, inquiunt obstat, quod hic dicitur; *Omnibus diebus vitæ suæ.* Quia subaudiri debet, durãte septennio, vel alio tempore ad pœnitentiam constituto.

Contra tamen hunc intelligendi modum facit, quod illa verba: *Omnibus diebus vitæ suæ,* non patiuntur illam expositionem. Facit quod difficile post tam longam peregrinationem talis reuelator in episcopi potestatem redibit, quo in monasterio includatur.

171 Quare verior & germanior intellectus videtur, quẽ sequitur glossa postrema illius capit. quem etiam non reprobant Hostiensis, & Antonius, & sequitur Cardinalis, & Panormitanus, nempe hodie non esse huic cap. locum qua parte peregrinationem hanc ignominiosam infligit. Pro qua opinione facit, quod lex noua, qua parte contrarium statuit legi veteri derogare videtur ipsi; etiamsi de illa non meminerit, [i] at illud c. in hoc contrarium statuere nemo non videt, ergo huic per illud derogatur. Facit etiã, quod peregrinatio per orbem clerici ignominiosa, non illi soli est dedecori, sed etiam toti clero, [k] vt annotabat Calderinus, [l] quę ratio, vt arbitror fuit in causa, quare cõcilium illud Catholicum peregrinationem hanc in illam detrusionem monasterij commutaret.

videtur esse contrarium ei, quod in canonibus inuenitur, vt nemo videlicet parochianum alterius iudicare præsumat. Sed aliud est fauore, vel odio proprium sacerdotẽ cõtemnere, quod sacris canonibus prohibetur: aliud cæcum vitare, quod hac auctoritate quisq; facere monetur, *ne si cęcus cęco ducatum præstet, ambo in foueam cadant. * Matth.15.*

§. *QVOD AVTEM.*

QVòd autem dicitur, vt pœnitens eligat sacerdotem scientem ligare & soluere,

IN hoc §. Gratianus conciliat c. seq. cum c.1. [a] in hũc modum, scilicet, c. sequens, quod habet, ne quis sacerdos alienum parochianum ad pœnitentiam suscipiat; intelligẽdum esse, quando ille parochianus, vel odio sui parochi, vel amicitia parochi alieni ductus eum adiret: caput autem primum supra eadem, quod habet, vt pœnitens eligat optimum sacerdotem, intelligẽdum esse, quando proprius est ignorans. *a Supra ead.*

1 Hæc tamen conciliatio non est sufficiens: quia primo non conciliat, quoad omnes casus. non enim quoad illũ, qui frequentius occurrit, quando alienus parochianus, neque odio proprij, neque ob ipsius ignorantiam; neque amore alieni vadit ad alienum. Secundo quod ca. sequens nimium restringitur, dum datur intelligi, quod non est locus ei, quando sine tali causa itur ad alienum, quod est falsum, secundum omnes per c. *omnis.* de pœni. & remiss. Et quamuis possent considerari aliqua, per quæ addita, vel subaudita hæc Gratiani solutio defendi posset: quia tamẽ non puto, eam fuisse ipsius mentem, non duxi operæpretium illa scribere.

2 Aliter igitur hæc capitula conciliari possunt: aliud fuisse tẽpore Beati Augustini, cui ascribitur c.1. supra eod. seruandum, aliud in tempore Vrbani II. cui tribuitur c. seq. & ideo non repugnare; quoniam Augustinus sub annum Domini circiter quadringentesimum floruit, Vrbanus vero I I. sub annum Domini circiter millesimum & centesimum, & ita nulla est repugnantia, tempore Augustini nõdum esse vetitum sacerdotibus audire alienos parochianos: tempore autem Vrbani sic.

3 Non obstat, si dicatur illud c. primum, [b] non esse Augustini, licet illi tribuatur, per ea quæ in principio distinctionis quintæ dixi: quoniam contrarium esse verum ibi noue addidimus. *b Supr. ead.*

Contra tamen hanc solutionem potest replicari ex aliis quibusdam capitibus quæ dilui quoque possunt, vt in primo notabili super c. sequens apparebit.

Potest & dari tertius modus conciliandi hæc capitula; nempe, illud primum intelligendum esse, vt seruatis seruãdis, & eo modo optimo, quo iure potest, eligat optimũ: puta, si multos habet parochos, penes quorum quemuis sit eius confessionis audiendæ potestas, optimum ex illis eligat. Si autem non habet, nisi vnum, & iusta de causa non vult illi confiteri; & ob id ab eo impetrat confitendi licẽtiam, confiteatur optimo. Item quando sese illi offert aliquis confessarius optimus, & nullam habet aliam alij confitendi causam: nisi quod tam pius & doctus confessarius tunc occurrit, petat licentiam id faciendi, & si eam impetret, confiteatur illi. Ita vt sensus c.1. supra eadem sit consulere, vt quoquo modo iustè possit pœnitens, quærat sacerdotem optimum.

4 Non enim continet præceptum, quia sufficit eligere idoneum, argumento l. *eum quidam.* [c] & eorum, quæ late tractat Thomas à Vio, [d] dum concludit, sufficere, eligere dignum, etiam ad dignitates quando solus habetur respectus ad ipsorum onera: licet non, quãdo habetur respectus ad ipsorum honores & commoda.

5 Hic tamen adde, quæ scripsi in c.1. [e] & quæ scribentur in c. fin.

c 2. de leg. 2. d Lemaculo 12. q. 4.

e Supra. ead. nume. 98. f Infrà eadẽ notab. primo

VRBANVS PAPA II. CAP. VI.

PLacuit, vt deinceps nulli sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti ad pœnitentiam suscipere sine eius consensu,

a De cõfessis.

h §. secreta supra dist. 1. c De pœnit. & remissio. d 50. dist.

e De pœnit.

f 6. quæst. 2.

g De pœnit. & remiss.

i Capit. 1. de constit. lib. 6.

k Cap. diaconi. 5. 93. dist. & l Const. 1. de vita & honest. cleric.

h ff. de leg.

sensu, cui prius se commisit, nisi pro ignorãtia illius, cui pœnitens prius cõfessus est. Qui vero contra hæc statũta facere tentauerit, gradu sui periculo subiacebit.

SVMMARIVM.

1 Confiteri non licet alieno parocho, quod est verum hodie, olim contra. nu. 2. & 11. & 28. confirmatur multis. nu. 5. quoad effectum absoluendi, alioqui sic. nu. 33.
2 Parochias, siue regiones parochorum Dionysius Papa diuisit, & ante illum Calyxtus diœceses, saltem episcoporum. nu. 4.
6 Confessario necessaria iurisdictio actualis, sine qua nulla est absolutio 7. etiam extra Quadragesimam, nu. 8. neque sufficit illa, quam accipit à confitente 20. & 26.
9 Papa confitetur & absoluitur ab inferiore: Non quia in eo specialis sit Dei vicarius. nu. 15. neque quia iurisdictionem habeat ex parte illius, qui iudicandus est. nu. 17. Ecquis ausit dicere ab Ecclesia, quæ supra Papam sit, illi iurisdictionem tribuí? 18. Ratio ergo sit, quia quilibet presbyter est iudex veluti chartularius Dei, & ab ipso Deo iurisdictionem accipit. num. 19. contra quod neruosè quiddam oppositum diluitur. nu. 20. & 21.
10 Peccata venialia sola qui habet, cuilibet sacerdoti cõfitetur. De quo nullus textus. nu. 22. sed tacita id licentia operatur; vel quia numquam ea potestas fuit sublata. nu. 23. Vnde & ab excommunicatione soluet. 25.
12 Confitentur presbyteri omnes omnibus presbyteris venialia 30. Et etiam mortalia, quia forte quoad illos consuetudo valere potest. 31. Vel melius, quia tacitè illis conceditur facultas. 34.
13 Confessarium eligendi consuetudo inualida.
14 Consecrandi potestatem neque tolli, neque minui posse ab vlla creatura, pura. Cuius vna ratio. nu. 44. Quæ confutatur. n. 45. & 46. altera ratio. nu. 48.
16 Iurisdictionis potestas dupliciter habetur.
17 Opinio Thomæ à Vio omittitur.
24 Ratio vnica textus pro expressa est.
26 Thomas à Vio laudatus omittitur.
27 Iurisdictio nulla sumitur à paribus contra Thomam à Vio.
29 Confessarium eligunt episcopi & prælati exempti, & idem n. 38.
51 Intellectus cap. 2. de pœnit. & remiss. lib. 6. discutitur; melius. nu. 36. Datur primus. nu. 39. Secundus. nu. 40. Tertius. nu. 43.
32 Negatiuæ naturæ & significatio illius vocis, Aliquis.
35 Licentia, & gratia mortuo concedente non moritur.
37 Pristinum in ius facilis regressus.
41 Qui dicitauit c. 2. pœnit. & remiss. lib. 6. Videtur fuisse in opinione olim communi; sed falsa.
42 Confitendi licentiam dari parochiano, & eius confessionem audiendi potestatem alij presbytero pari.
47 Quid claui, & idem. nu. 50.
48 Papa non tollit sacrificis potestatem absoluendi, nec minuit, sed materiam id faciendi subtrahit.
49 Confessarium cui licet eligere, u eum qui non exercet curam, eligere potest. Quod sine licentia parochi facere valet. 58.
51 Excommunicatus parochus vicarium dat ad audiendam confessionem, idem 55.
52 Sacerdos quiuis aliorum hominum confessionem iure communi antiquo audire potest. Et ita quilibet habet iurisdictionẽ, etiam actu quodammodo. 53.
54 Iudices chartularij qui.
55 Paludanus inconstantia insolita, vt etiam Antoninus laborauit. nu. 57.
57 Antoninus laudatur, & collector potius Paludani, quam examinator habetur.
59 Priuilegium ita interpretandum, vt aliquid contra ius operetur, dato tamen effectu aliquo in alijs stringendum. numero 61.
60 Iudicium, quibus iurisdictio in solidum est, quilibet potest, quoad omnes.
62 Confessarium eligere potest, peregrinari permissus, non tamẽ ab eo poterit à reseruatis episcopo absolui. Etiamsi ab episcopo fuerit peregrinari permissus. nu. 63.
63 Opinio Paludani & Antonini confutata.
64 Opinio noua Thomæ à Vio, quæ tamen relinquitur. num. 66. & concluduntur, licentiam tacitam & expressam in hac re esse pares.
65 Confessio & Eucharistia sumi possunt ab his, qui loci, vbi se illi reperiunt, incolis conferunt.
67 Peregrinis plus quam viatoribus sacramenta concedi: Si cum facultate peregrinandi hoc faciunt. nu. 68.
69 Vicariorum quatuor genera; quorum quilibet confitendi licentiam præstat, quod declaratur. nu. 72. Non tamen idem de coadiutoribus dicendum. nu. 73.
70 Delegatus inferioris subdelegat, si facultatem habet subdelegãdi. quod ampliatur. nu. 71.
73 Intellectus cap. si. §. cæterum. de of. deleg.
74 Opinio Siluestri laudati omittitur & saluatur.
75 Confitetur quis parocho alieno in octo casibus secundum communem, quorum secundus ineptus esse ostenditur, num. 76. Quartus ad tertium reducitur. nu. 82. Quintus reiicitur. n. 83. Sextus limitatur. nu. 97. Octauus à viris magnis repulsus saluatur. nu. 103. 104. & 105.
77 Domicilium cumulare & mutare diuersa.
78 Opinio Paludani & Antonini, qui aiunt, habentem duo domicilia parocho illius confiteri debere, cuius inhabitat parochiam, omittitur.
79 Vagabundus quis cuilibet sacerdoti confiteri potest. numero 80.
81 Parochiani vt parocho tenentur confiteri: sic parochus parochianos audire.
83 Conscientiæ forum nemo sortitur ratione delicti, neque per solã sine domicilio habitationem etiam annalem, vt quia ob bella in alio loco habitat. 89. Nã neque, quasi domicilium quærit. nu. 90. Si modo alibi domicilium habet. nu. 91. Et non lõge ab illo habitat. 92. Resoluuntur omnia. nu. 96. Quod nullo iure, sed sola consuetudine probatur. nu. 100.
84 Confiteri quis potest parocho suo in aliena parochia, siue regione.
85 Confessionis in negotio pares sunt scholastici, mercenarij, negotiatores, viatores & peregrini, si cætera sunt paria, quoad licentiam & habitationem. 87.
90 Opinio Panor. omissa.
91 Intellectus c. Quæsti sunt 16. q. 1.
93 Intellectus c. 1. de celebrat. missar. quoad propositum huius cap.
94 Confitentur & decimant mercenarij alibi, vbi inseruiunt; alibi, vbi domicilium habent: sed vbi iure debeant, deciditur. nu. 95.
97 Intellectus verus glo. Clem. de priuileg.
98 Locorum distantia non pauca operatur.
96 Intellectus. l. 2. C. vbi de crim. agi oportet.
Sacramentum à principio inutile nulla ratificatione, etiam Papæ sit vtile; quia iure diuino suam materiam habet, & formam, sine quibus constare nequit. nu. 104.
105 Opinio conciliatiua Prieratis vix intelligibilis dilucida redditur.
106 Glossa prima emendatur.
107 Confiteri non tenetur proprio sacerdoti prius quis, vt alieno legitimè confiteri possit.
107 Confiteri bis sua peccata num possit quispiam lege humana obligari: & prius affirmatiua defenditur, & negatiua tenetur. nu. 111. nisi ad id consensu astringas. nu. 115.
108 Prædicare, non teneri parochianos saltem in Paschate parochis confiteri malum.
109 Confiteri tenentur bis peccata sua fere omnes monachi Cisterciensis ordinis propter statuta sua; quæ defenduntur propter tacitum illum ordinem intrantium consensum.
110 Confiteri tenentur singulis mensibus monachi, etiamsi nulla mortali teneantur culpa.
112 Ioannes Gerson laudatus.
113 Ecclesia non ligat quem ad nimis difficile.
114 Opinio, siue error Ioannis Poliaci tria dicta hæretica continens.
116 Lege humana non potest quis obligari ad omnia, ad quæ voto potest teneri.
117 Intellectus glossæ 6. cap. omnis de pœni. & remi. à multis perperam excusæ.
119 Statuti cuiusdam ordinis Cistercensis mutatio desideratur.
120 Opinio Maioris noua; sed frigida super defensione cuiusdam determinationis facultatis Parisiensis.
121 Intellectus germanus cuiusdam determinationis Parisiacæ.

122 *Intellectus pulcher Clem.*Ne in agro.§.*sane.2.de statut. monach.Et alter tangitur.nu.110.*

123 *Glossa secunda emendatur.*

124 *Confessarij tres cuilibet Christiano:præterquam in episcopatu Romano speciali.125.Et intellige episcopum,vel quasi episcopum.126. Excipe item Papam.num.127. Sunt & alij multi. num.128.*

129 *Intellectus c.fi.de pœnit.& remiss.*

130 *Proprius,vox hæc quomodo in c.omnis, de pœnit. accipitur & quod communissimè, communiter & propriè accipi soleat. num.131.quod æquiuocè capitur in illo cap.omnis.secundum communem.num.134.quod efficaciter confutatur.135.*

132 *Intellectus c.omnis.de pœnit.quoad vnum propositum & quoad aliud.*

133 *Præceptum de confitendo proprio sacerdoti disiunctiuum.idem. nu.136.*

137 *Confessarius ordinarius quilibet presbyter est,sed non proprius, id est,ordinarius actu iurisdictionem habens.*

138 *Intellectus Concilij Florentini, & decreti Eugenij in §. quartum est.*

138 *Cõfitetur quis alieno sacerdoti,si proprius est ignarus sine ipsius licentia.quando non potest obtineri à parocho, neque Superior adiri sine periculo.nu.141.Vel quando iusta caussa confitendi alteri nascitur ex parochi culpa.144.& 145. Tunc enim petita licet non obtenta licentia potest.146.secus quãdo ex alia caussa,vel nulla.143.*

139 *Confiteri non possumus alij sine licentia, nostro parocho mortuo,vel excommunicato.*

140 *Negligentia cuiusuis non parit ius collegæ, vel superiori.*

142 *Superior compellit inferiorem facere, quod debet. Non tamen illud ipse facit,nisi sit immediatus.143.*

147 *Intellectus cap.omnis.de pœni.& remiss.secundum quem illud posterius limitatur per prius.*

146 *Lex posterior limitatur nonnumquam per priorem.*

149 *Confitendi alteri, iusta caussa non est erubescentia; Nisi quando timetur periculum tacendi aliquid necessarium. num.150.*

151 *Confitendi alij licentia facile concedenda.*

152 *Confessiones parochianorum, quoties illi volent, audiat parochus, nisi aliis æquè iustis impediatur,vel videat eis id non prodesse. Quia Vicarius dominum imitari debet. 153. Et quia pastor pascere,& c.154.*

155 *Confessio præsidium singulare conseruandi, præmuniendi, & recuperandi gregis.*

156 *Mortem proximi verisimilem tam spiritualem,quàm corporalem impedire tenemur.*

157 *Eucharistia olim de præcepto ter in anno sumenda,quam quotidie dominica consilium est sumere.158.*

159 *Confiteri ante quadragesimam tenemur ea,quæ ita credimus oblituros,vt tunc ea non recordemur.*

160 *Opinio Richardi & Siluestri omissa in re quotidiana.*

161 *Licentia confitendi an morte concedentis moriatur.Concluditur non mori.nu.162.*

162 *Opinio Panor.& Syluestri omissa in re quotidiana.*

163 *Licentia confessionum audiendarum studendi & ordines accipiendi & celebrandi in loco non sacro, & indulgentia nun expirant morte concedentis, neque vlla gratia facta.*

165 *Sententia odiosa sine causse cognitione lata morte ferentis moritur:non autem confessio fauorabilis.*

166 *Confessarij eligendi licentia electione prima non finitur? numero 168.*

167 *Sermo simpliciter prolatus de actu primo intelligendus.*

168 *Patronus laicus potest multos vna, vel altera vice præsentare cumulando, sed non tertia,vel vlteriori, & defenditur pro communi contra Decium.nu.170.*

170 *Opinio Decij contra communem omissa.*

171 *Pœnitenti dicenti suum parochum esse ignarum credendum; ergo & alij affirmanti.172.& asserenti se habere licentiam communicandi.173.Et affirmanti se confessum & absolutũ, nisi in duobus casibus.174.*

175 *Confessio alieno sacerdoti sine licentia facta nulla: ergo iteranda. 176. Qualis est, quæ fit parocho sine vlla Superioris auctoritate intruso. 177. Qualis, quæ parocho possessionem nondum adepto.167. Qualis, quæ parocho notoriè à iure, vel ab homine priuato. 179. Secus si non notoriè,quamuis id postea sciatur.180. Qualis, quæ inclusis, quamuis bona fide durante, ab iterãda excusentur.181. Qua cessante licet teneantur peccata illis dicta iterum confiteri; non tamen quæ medio tempore aliis fuere confessis.172.*

183 *Confessus non absolutus,iterum confiteatur.*

184 *Confiteri monachis non licebat olim:hodie tamen frequenter id licet.185.quod tamen probandum est.178.*

186 *Canonici sanctæ crucis Coimbricensis laudati. Maris magni participes sunt.*

188 *Doctori etiam illustri de consuetudine affirmanti non creditur. Neque glossæ. 189. Neque maiori parti Doctorum.190.*

HOc capit. quod à Gratiano hic ponitur, ad verbum fatetur pro Palea in capit. *placuit.*[a] & tres partes habet. Prima determinat vnam quæstionem,& ponit vnam exceptionem. Secunda ibi; *nisi.* ponit aliam exceptionem. Tertia ibi, *Qui vero,* ponit pœnam in contrafacientes.

Summa est. *Nullus sacerdos alienum parochianum ad pœnitentia sacramentum suscipere potest, nisi de ipsius consensu,vel nisi quando proprius est ignorans: & contrarium faciens est castigandus.*

a 9.quæst.2.

1 NOta primo ex hoc textu, licuisse ante Vrbanum II. cuilibet Christiano eligere quemliber sacerdotem.

2 Hæc enim dictio; *Deinceps* & similes denotant constitutiones; in quibus ponuntur, præterita non comprehẽdere,vt est in cap.*si quis.* [b] Procemio Clementinarum iuncta glossa. [c] Pro quo facit capitul.1. [d] in quo electio sacerdoris tribui videtur confiteri volenti. Facit,quod, omnes testantur omnibus sacerdotibus licuisse olim in Ecclesia primitiua omnes audire Christianos,qui eis confiteri vellent,idque iure diuino, vt in corollario primi super textum notabilis monstrabitur.

b 16.quæst.7.
c Verbo, De catero.
d Supr.eod.

3 Contra tamen hoc videtur capit. [e] quod habet Papam Dionysium primum, qui annum circiter 250. ecclesiæ Christi præfedit, parochias diuisisse, ac vnicuique parocho suam plebem commisisse; prohibuisseq́, nequis alterius parochiæ terminos, aut ius inuaderet. At constat Vrbanum I I.cuius est hoc 54.sub anno circiter millesimo centesimo floruisse.

e 13.q.1.

4 Secundo, contra hoc facit c.1.can.9.quæ.2,vbi Calixtus Papa I.statuit, vt nullus alterius parochiam vsurparet, neque alterius parochianum iudicaret. & constat Calixtũ anno circiter 228. floruisse, & ita multum ante Vrbanum I I.quod non solum ex Platina,sed & secundo Tomo Cõciliorum noue impressorum, & ex auctoribus allegatis in eo dilucidè apparet. Et quamuis hoc Calixti dilui posset eo,quòd de diœcesibus & Episcopis loquitur,nõ autẽ de parochis, siue regionibus parochorum inferiorum: tamẽ illud Dionysij per hoc non confutatur; quippe quod speciatim de his parochiis agit. Tertio facit illud cap. *in dominicu.* ex concilio Meldensi desumptum, [f] c. *item nullus.* ex Concilio Nanetẽsi alias Mimatensi desumptum. quorum illud prius ponitur etiam in c.2. 8 quibus prohibetur vni parocho,ne alterius parochianum ad missam admittat diebus Dominicis. Quæ concilia quibus temporibus conuocata fuerint,non inuenio:antiqua verò fuisse credibile fuerit.

f Prædict. can sanona.q.2.
g De paroch.

Responderi tamen potest, statutum quidem fuisse ante Vrbanum Papam à Calixto & Dionysio,nequis iudicaret alium, nisi suum subditum, neque item ordine insigniret: id tamen non fuisse receptum, & ideo per Vrbanum renouatum esse. Pro quo facit, quod non video nullum alium sensum, qui germanus omnino sit litteræ capitulo primo, [h] nisi, quod tempore Augustini auctoris capitulo prædicti, qui medius fuit inter Dionysium & Calixtum ex parte vna, & Vrbanum I I. ex altera licebat adhuc eligere confessarium, iuxta sola iura

h Sup. eod.

a § *leges 4.d.*
b *In cap 1. de treug.& pace.*

Euangelica; cum non essent recepta illa Calixti & Dionysij statuta. Leges enim, quæ non sunt receptæ; non ligant.[a] Vbi pulchrè Dominicus hoc tractat,& integrius Felinus.[b] Post tamen Vrbanum.quia eius hoc statutum receptum fuit,non licuisset id facere. Occurrit autem nunc alius intellectus:nempe quod statutũ Dionysij procedat quoad parochias,quas ille diuisit:non autem quoad alias,quarum bona pars nondum à Christianis suo tempore colebatur.

NOta secundo ex illis verbis:*Nulli sacerdoti liceat quem libet commissum alteri ad pœnitentiam suscipere.*summam huius capitis principalem præscriptam.

c De pœnit. & remiss.

5 Pro quo facit primo,& principaliſimè c.*omnis.* [c] in illo vers.*Si quis autem.*cuius verba sunt:*Si quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta de caussa sua confiteri peccata, licẽt iam prius postulet,& obtineat à proprio sacerdote,cum alter ipse illum non possit absoluere,vel ligare.*Facit secundo c.*quod autem.* [d] quod habet,illis tantum indulgentias prodesse,quibus, vt prosint,proprij iudices specialiter indulserunt.Facit tertio to ta quæstio secunda nonæ caussæ, & præsertim c.1. vbi citatur illud. [e] *Non transgrediaris terminos,quos posuerũt patres tui.* Facit & [f] cap. 1. vbi ponitur illud moraliter expositum.[g] *Per alienam messem transiens falcem mittere non debes, sed manu spicas conterere & manducare.*

d De pœnit. & remiss.
e Prouer. 22.
f 64.q.3.
g Deuteronomij 23.

6 Confirmantur hæc quarto ratione efficaciſsima;Conclusum fuit supra in c.1.[h] in confessario necessariam esse potestatem soluendi & ligandi,cum iurisdictione in actu & ipsius exercitio:sed alienus sacerdos,licet habeat iurisdictionem in habitu;non tamen habet ipsam in actu,& cũ ipsius exercitio,vt habetur in §.ecce.[i] & §.ecce sub c. *gene raliter.*[k] Confirmantur quinto per illud decretum Eugenij Papæ factum in Concilio Florentino,[l] qui sic habet;*Minister huius sacramenti est sacerdos habens auctoritatem absoluẽdi ordinariam,vel ex commissione Superioris.* Confirmatur etiam, quia sacramentum pœnitentiæ suapte natura est iudiciale.Id quod dilucidè post primam horum commentariorũ editionem declarauit Concilium Tridentinum, [m] ergo necessaria est iurisdictio,quia sine illa nemo est iudex.[n]

h Huius diſt.
i Sub c. adiicimus.
k 10.quæſt.1.
l In §. quartum.
m Seſ.14.cã. 6.& can.9.
n Cle.1.cum gloſ.1.de offi. deleg.

Ex quibus infertur,verum esse,quod Thomas à Vio cõcludit, [o] nullum sacerdotem absque iurisdictione posse hoc sacramentum pœnitentiæ ministrare.

o In 2. tomo.fol.41.a. lias 1. tom. tract. 7. q. vnic.

Infertur & secundo,verum esse,quod Adrianus sentit,[p] & Panormitanus expresẽ annotauit,[q] in nulla parte anni alij,quam proprio sacerdoti confiteri licere: quãuis multi etiam docti parum hæc considerantes,contrarium facere, ac errare soleant.

p In quarto de confessio. ne.8.dubio.
q In illo c.omnis.not ab. 7.

9 Contra tamen hæc omnia sunt aliquot difficultates: quarum prima est quod Romanus Pontifex absoluitur quotidie à suo,cui se subiicit, confessario, vt habet glossa putata singularis,[r] quæ tamen similem habet in ca. *nemo.*[s] at super Papam nemo habet vllam iurisdictionem neque actu,neque habitu.[t] Facit c.1.[v] & ca.*proposuit.*[x]

r In c. sane. de of. deleg.
s 9.q.3.
t Cap. nemo. ca.cuncta per mũdum ead. cauſ.& q.
v De conſt.
x De cõſ.præ.

10 Secunda circa hæc difficultas est,quod qui solum venialia peccata peccat,potest secundum communem sententiam,cui volet,sacerdoti confiteri,& ab eo absolui: & tamen secundum omnes verum sacramentum est absolutio illa,quæ veniali tantùm confesso ministratur: ergo sacramentum hoc ministrare potest etiam alienus sacerdos, qui nullam habet iurisdictionem.

11 Tertia est,quod communis doctrina est, quemlibet Ecclesiæ primitiuæ presbyterum potuisse absoluere quẽuis Christianum, quod noster textus probat ponderando eum in verbo,*deinceps*,vt supra ponderabatur.& tamen nõ omnes super omnibus habebant iurisdictionem.

12 Quarta vero est,quod in hunc vsque diem omnes & singuli presbyteri passim eligimus, quibus confiteamur, presbyterosi quorum tamen multi non habent in eligentes iurisdictionem vllam.

13 Neque dicas id facere consuetudinis ratione,cum cõsuetudo, vt quis possit eligere confessarium, non valeat. y

y Cap.2. de pœn. & rem. lib.6. in hoc solum conſtituto.

14 Quinto facit, quod omnis sacerdos simul & semel recipit consecrandi potestatem,super corpus Christi verum:& potestatem,super corpus Christi mysticum. potestas autem consecrandi neque tolli ei neque limitari potest,quo minus consecratio per eum super materiam debitam facta teneat,secundum veram & communem sententiam quam D. Thomas & posteriores probant,[a] & rursum D.Thomas,[b] & glossa Ioannis,[c] & glossa Bernardi,[d] licet & glossa postrema,[e] contrarium ex illo ca. colligat.pari ergo ratione,neque absoluendi,vel ligandi potestatem tollere,vel minuere vllus poterit. Igitur & nostra ætate,sicut in Ecclesia primitiua,quilibet sacerdos, quemlibet sibi confiteri volentem audire potest.

a In 4 d.13.
b Tertia par te.quæſt. 82. art.8.
c 9.quæſt. prima in ſumm.
d Cap. 2. de cleric.excom.
e Cap.degra datio.de pœnit.lib.6.

15 Ad harum primam difficultatem responderi potest, primo ex mente glossæ 2.[f] & Panormitani, [g] quod etiam tenuit Paludanus,[h] confessarium in ea confessione particularem potestatem recipere à Deo;& ita esse maiorem in ea re,quàm sit Papa,qui recipit potestatem vniuersalem.

f Cap. ſane. 2.de offic.deleg.
g Ibidem.
h In 4.di.17. q.3 col.3.

Contra quem tamen intelligendi modum facit primo, quod ibi anno superiore in prælectione extraordinaria dicebã, scilicet quod glossa & præsertim Panormitanus innuunt in vniuersali Papæ iurisdictione, illam quoque causſam contineri.Quod falsum est,quia Papa non accipit super seipsum iurisdictionem, argumento l.pen. [i] quia neque super successorem.[k] Secundo,quod aut ille confessarius eam iurisdictionem specialem recipit ab ipso Pontifice Romano, aut à Deo, non à Romano Pontifice, quoniam ipse non habet super se iurisdictionem. [l] Ergo neque alteri potest delegare supra se vllam, quia nemo dat,quod non habet.[m] Neq; videtur accipere à Deo;quia ex hoc sequeretur dari aliquam in Ecclesia iurisdictionem spiritalem aliam à Papæ & vniuersalis Ecclesiæ, quæ immediatè à Deo manauit. quod videtur periculosum in fide,& contra c.*ita dominus.*[n]

i ff de recept. arbit.
k Cap. innotuit. de elect.
l Dicta l præmiſſ.de recep. arbit.& c.innotuit de electio.
m Cap. quod autem.de iure patro. l.ſi vniuerſa. C. de leg.
n 19.diſt.

16 Quare secundo ad eandem difficultatem tollendam ait Thomas à Vio vbi supra.dupliciter contingere haberi potestatem iurisdictionis; primò ex parte principij iudicandi,ita vt potestas ipsa iurisdictionis sit principium iudicij:sicut in naturalib[o] calor est principiũ calefaciẽdi,& in politicis potestas Principis principũ puniẽdi,o& in ecclesiasticis potestas pontificia principium excommunicãdi, p & ita in alijs. Alio modo inuenitur iurisdictio ex parte eius,qui iudicandus est:sicut contingit in iudicio arbitrorum à partibus tantùm potestatem habẽtium ex hoc ipso,quod illis se submittunt in illa causſa.iuxta l.*ſi societatem.* [q] cum ibi per Bartholũ annotatis:in ministro verò sacramenti pœnitentiæ minister est, qui habet ordinariam, vel delegatam à superiore potestatem.Et licet non inueniatur potestas iurisdictionis priore modo ad administrãdum sacramentum pœnitentiæ,sufficit tamen potestas iurisdictionis posteriore modo inuenta.Et ratio est,quia sacramentalis absolutionis principium non est potestas iurisdictionis sed ordinis. Potestas autem iurisdictionis concurrit, quo ad hoc solum, quod facit de peccatore subditum, vel simpliciter:vel quoad talia peccata.Et hinc fit,vt in eum qui potest se subiicere in foro pœnitentiali.cui vult,non sit necessaria iurisdictio ministrantis hoc sacramentum.Et per hoc respondit ad hoc argumentum,quod summus Pontifex nulli in terris subditus est; & ideo potest seipsum subdere in foro pœnitentiali cuilibet sacerdoti:nec confessarius ille habet propriè loquendo potestatem iurisdictionis super Papam pœnitentem à Christo, vel Ecclesia, vel ab ipso Papa, tamquam à superiore, sed ex hoc ipso quod Papa se subdit illi.Et hic modus iurisdictionis reductiuè spectat ad iurisdictionem delegatam secundum ipsum, quamuis propriè non sit delegata.

o Cã.regum. & ca.tex. 23. quæſt.5.
p Cap. viſus. in fin.16. q.2.

17 Contra tamen hanc illius reuerendissimi viri considerationem facit primò,quod falsum est arbitros voluntarios,de quibus ille loquitur,vllam habere iurisdictionem, sed solum notionem.iuxta l.ait prætor.cum glossa quantũ ad hoc ab omnibus recepta.[r] Secundo facit, quod priuatorum consensus non potest dare iurisdictionẽ ei qui nullam habet.[s]

q §. arbitrorum. ff. pro ſoc.
r ff.de ve iu.d. l.notionem.ff. de verb ſig.
s Leg. priuatorum. C. de iuriſdict. omn.iudic. c. V. & G. iuncta gloſſ.in fin. de offi.delegat.

Tertio facit §. ille. *quartum est.* Concilij Florentini, qui habet, ministrum huius sacramenti esse illum, qui habet absoluendi auctoritatem ordinariam, vel ex commissione: arbitri iliarum neutram habent. Confessarius item is Papæ,neque ordinariam habet supra Papã auctoritatẽ,neque ex cõmissione.& ita illa Thomæ à Vio

cõsideratio,si ad viuũ excutiatur,frigida est & multa falsa continet. Quare tertio Iacobus Almaynus,[a] fatetur, Papa non teneri ad cõfitendum proprio sacerdoti ordinario, neque delegato ab ordinario:sed sacerdoti liberè à se delecto. At non considerauit ille superiora, neque §. illum Concilij Florentini,quo declaratum est,ministrum huius sacramẽti egere auctoritate ordinaria,vel cõmissa. Quarto igitur loco dico;facile tolli posse hanc difficultatem, si teneremus illam Parisiensis facultatis,& fere omniũ Gallorum opinionem,scilicet Concilium esse supra Papam, & iurisdictionem non Papę immediatè à Deo dari;sed Ecclesię tori Christianæ,cuius ille summus & minister & rector est. Diceremus enim sacerdotem in confessario à Romano Pontifice delectum habere super illum iurisdictionem ex tacita,vel expressa totius Ecclesiæ commissione,eo quod nullum alium habeat in Ecclesia superiorem præter ipsam Ecclesiam. Et faceret secundum hæc cap. fi.[b] per quod omnibus prælatis exemptis,& immediatè Papæ subiectis licet eligere liberè confessarium.

18 Sed quia opinionẽ hanc magnis viribus euertit Thomas à Vio;cui quamquam vnus è Sorbona Theologus respondẽrit;non tamen defuerunt neruosæ replicationes; licet alter ex eadem Sorbona,[c] eas meo iudicio conetur euertere.& vt quia ité audio plerisque omnibus Italis præsertim Romanis,prædicti Thomæ à Vio placet opinio, in præsentia neutram,nisi quatenus debeo,affirmans;vel refellens paratus vtram Romana Ecclesia elegerit, suscipere ac tutari, hunc soluendi modum non probo.

19 Quinto modo respondeo,quemlibet sacerdotem cũ ordine insignitur, iurisdictionem accipere in habitu absoluendi,atque ligandi illos omnes, qui ei se legitimè subiecerint,essęque omnes sacerdotes veluti iudices chartularios,id est iudices,quibus concessa est potestas iudicandi volentium se illis subiicere causas. de quibus Bartholus & alij,[d] agunt. Pro quo facit. §. *ecce.* sub c. *adiicimus.* & §. *ecce.* sub ca. *generaliter.*[f] & tradit in specie Panormitanus,[g] per quod corrigit illa quæ olim dixerat in cap. *significasti.*[h] de presbyteris alias non exercentibus curam animarum in confessarios electis. Et quia Papa non habet Superiorem, potest se, cui volet talium sacerdotum subdere,& ab eo absolui.

20 Contra tamen hanc solutionem est replicatio fortis, nempe quod aut illa iurisdictio habitualis sacerdotum, quam cum ordine insigniuntur, suscipiunt, immediatè à Deo descendit,vel à iurisdictionum omnium spiritalium fonte,qui penes Papam est,manat. Si horum prius fatearis,fateri quoque te oportet, omnem omnium sacerdotũ non solùm ordinem;sed etiam iurisdictionem, qua in foro vtimur conscientiæ,immediatè à Deo accipi, quemadmodum & suam omnem vicarius Christi ab ipsomet suscipit:& ita sequitur illud absurdum, quod primam solutionem consequi videbatur; nempe iurisdictionem spiritalem aliquam esse in ecclesia,quæ immediatè descendit à Deo,& nullatenus à Papa.

21 Et tanto copiosius hanc solutionem, quàm primam consequi videtur primo hoc absurdũ;quanto plures sunt sacerdotes,quibus Papa nõ confitetur,& vel alios audiũt, vel audire possunt,si eis se legitimè subiecerint. Si autem fateare posteriùs;nempe sacerdotibus cum ordine insigniuntur,tribui quidem iurisdictionem illam habitualem: sed non à Deo immediatè;sed à Romano Pontifice illo omnium iurisdictionum spiritalium fonte manare, tunc quæram ex te; Cùm Romanus Pontifex nullam habeat super se iurisdictionem, neque habere possit, [i] qui fieri potest,vt vlla iurisdictio ab eopromanans eum includat & subdat? Sed respondeti potest eam iurisdictionem accipi quidem immediatè ab ipso Christo omnipotenti Deo, sicut,& ordinis characterem,ac consecrandi potestatem & absoluendi:sed quia ille ordo,& illa iurisdictio ministerio Romani Pontificis,vel episcoporum ab ipso,vel ipsius auctoritate consecratorum quæritur, satis dici à Romano Pontifice manare.

22 Ad secundam difficultatem principalem dico primo, nullibi me videre textum, quo probetur, eum, qui sola venialia peccauit,cui voluerit confessario confiteri posse:at si,vt multi affirmant,id receptum est, concedo. Sed nego illos presbyteros, quibus talis confitetur, nullam habere in confessum iurisdictionem.

23 Habent enim illam habitualem, de qua in proxima solutione dixi,quæ in actualem reducitur per legitimam confitentis subiectionem. Confitens autem legitimè se illis subiicit,si cum licentia expressa, vel tacita proprij sacerdotis id faciat. & eos,qui sola venialia peccarunt, habere hanc licentiam à lege,vel legislatore tacitam credẽdum est Immo dicebam,quod subtilius videtur, numquã id fuisse presbyteris ademptum. quoniam ad medicandũ & ad consulendum ei,qui solis tenetur venialibus, nulla est opus eruditione, nulla prudentia,sed sola verba sacramentalia pronunciandi scientia. Quoniam neque contritio de his habenda est necessariò, neque confessio facienda, vt omnium fere vna est sententia,[a] & tradit S. Thomas,[b] dum definit ad eorum deletionem sufficere quandam virtualem pœnitentiam,etiam talem,quę ad deletionem mortalium non satis esset. Quoniam igitur ratio,quare prohibitum fuit ab Vrbano in c.nostro, ne quis cuiusuis audiret confessionem illa fuit,quia non quilibet presbyter idoneus ad id erat propter ea, quæ scire oportere confessarium diximus[c] supra,& quia multo facilius,vt plurimum,id discernet proprius parochus,qui mores & ingenium confitentis nouit,quàm alius. Et cum hęc ratio non se protendat ad habentem venialia tantum,textus hic non videtur extendendus ad illum: quia tam debet stringi,vel ampliari lex,quam ampla, vel stricta est ipsius ratio,iuxta ca. *suggestum.*[d] adiuncto c. *meminimus.*[e] & quæ in eis,[f] annotarunt Panormitanus & alij alibi sæpe.

24 Etiamsi ratio non sit in textu expressa, tamen coniectura consequimur,illã solam constitutionis causam fuisse secundum glossam quæ putatur singularis in l. *quamuis.* vbi Baldus,[g] quam commendant multi,quos referunt recentiores,[h] & Decius.[i]

25 Ex quo infero, non videri verum, quod Thomas à Vio in loco prędicato dixit nouissimum,scilicet parochum alienũ alterius parochianum audire quidem posse, & absoluere à peccatis eum,si tantum habet venialia peccata: ab excommunicatione tamen minore non posse; quoniã, inquit,excommunicatio iurisdictionis est, quare & absolutio à iurisdictione manare debet. Nos enim,omnes presbyteros iurisdictionem iam inde ab ordine suscepto accipere aimus, saltem in habitu, cum Hostiensi,[k] & cum Panormitano,[l] cum Collectario,[m] quod communiter teneri testatus est Stephanus,[n] cũ multis item alijs,quos anno superiore prælectione ordinaria primatiæ cathedræ in c. *significasti.*[o] retulimus. Et cum iisdem dicimus,illam habitualem inefficacem,in actualem & efficacem per legitimam subiectionem reduci. Et ideo quemadmodum sacerdos delectus ab eo,qui tãtum venialia peccauit, absoluere ab eis illũ potest:ita & ab excõmunicatione minore, quã propter illa venialia incurrit. Et equidem demiror Tho. à Vio virum magnæ apud me auctoritatis, cuius acumen & eruditionem suspicere soleo, dixisse ibidem, confessario sufficere solam,quam à confitente,qui sibi subiicitur,accipit potestatem, sine alia iurisdictione:adeo vt iurisdictionis defectu,neque à peccatis venialibus neque à minore excommunicatione absoluere queat. Tum quod prædictum Concilium Florentinum, quod ipse optime viderat, habet, ministrum huius sacramenti esse sacerdotem, qui habet auctoritatem absoluendi ordinariam, vel ex commissione.quod ipse aliter, & fortius contra se retulit, quasi Concilij verba interpretans iurisdictionem ordinariam,vel delegatam. Tum quia non iuuat illum dicere,quod illa potestas à parte accepta ad iurisdictionem delegatam reducatur. Quoniam, vt superius probabam, illa non est iurisdictio; sed potio. nam à partibus non sumitur iurisdictio:sed à lege,vel ab homine, qui publica fungitur auctoritate. [p] Facit l. *more,* & l. & *quia.*[q] Quod autẽ per præfatum Concilium Tridentinum non tollatur regularibus facultas eligendi confessarios sæculares, quos ante illud eligere poterant, diximus post hæc scripta in Manual. Confess.[r]

a *In 4. distin. 17. colum. 32. versi.* Ad argumentum.

b *De pœnit. & remiss.*

c *Super Mat. capit. 16.*

d *In l. 1. ff. de iud. agunt.*

e *16. quæst. 1.*

f *Eadẽ causa & quæsti.*

g *In Clem. 1. de priuileg.*

h *De foro cõpetenti.*

i *Præcipitata l. peg. ff. de reqpt. arbit. ca innotuit. de electio.*

a *In illo capit. omnis. & in illa dist. 17.*

b *Tertia parte. q. 87. ar. 1.*

c *In cap. 1. §. caueat.*

d *Ead. dist.*

e *De appella. Ex ca. fin. de rescript.*

g *C. de fideicommiss. In l. Gallus. §. quidam. ff. de liber. & posthumis. & in § omnium. institut. de action. col. 7, i In rap. suggestũ. de appellat. col. 2.*

k *In summa de pœnit. & remiss. 3. 3. l In illa Cle. 1. de priuileg. m In illo cap. omnis. verb.* Propriũ. *qu. 12.*

n *In addit. Capella decision. 221.*

o *De for. cõpet. 26*

p *Leg. priuatorum. C. de iurisd. om. iud. glos. in c. P. & G. de offi. de leg.*

q *ff. de in ius vo. omnibus.*

r *Cap. 4. n. 2.*

Ad tertiam difficultatem concedo presbyteros omnes ptimitiuæ ecclesiæ potuisse tunc omnes qui eis confiteri vellent, audire:non tamen hodie id facere posse, sed solũ illos, qui legitimè illis subduntur. Quia tunc accipiebant iurisdictionem in habitu & actu,hoc est,nulla lege,& nullius Superioris imperio ab exercitio impeditã: hodie vero eam accipiũt impeditam per hoc cap. & alia ei similia. Quod tamen impedimentum tollitur per legitimam confessuri subiectionem,quæ scilicet,cum facultate sit legis, vel hominis iuris consona.

28 Ad quartum concedo, presbyteros omnes vbique fere Christianorum deligere solitos cõfessarios,quos voluerint presbyteros alios:sed nego, illos non habere iurisdictionem in ipsos deligẽtes:habent enim ratione prædicta. Sed difficile videtur explicatu, qua eis auctoritate liceat deligere: consuetudo enim non videtur sufficere; quia ea potestatẽ confessarij deligendi dare nequit. [a] Lex autem nulla est, qua id eis concedatur. Immo est textus contra id,per locum à contrario sensu, vel à speciali satis apertus,in c.fi.[b] quod habet episcopos & superiores prælatos, necnon & inferiores Sedi Apostolicæ immediatè subiectos eligere sibi posse pro arbitrio suo confessarios: ergo alij clerici siue dignitate ornati,siue alio nomine sint clari eligere non poterunt. argum. c. *præsentis.*[c]

30 Ad hæc respondeo primo,eos presbyteros posse deligere confessarium, qui sola venialia peccarunt. hi enim pari ratione,ac alij omnes id facere possunt. Et certè arbitror,hunc morem,quo presbyteri eligunt confessarios sibi,quos volunt,originem habuisse ab eo quod presbyteri frequentissimè sola venialia confiterentur; quippe qui frequentissimè ad confessionem accederẽt. quod & multi nostra ætate faciunt.

Sed contra solutionem hanc facit primo, quod secundum id nil esset præcipuum presbyteris. Secundo, quod consuetudo non valet, vt peccantes quoscunque voluerint,confessarios eligant,per illud c. *si episcopus.*[d]

31 Quare secundo respondeo,illud c. *si episcopus,* quod est secundum de pœnit.& remiss. [e] limitandum esse, quoad presbyteros, qui quemadmodum sunt, vtplurimum doctiores & mundiores; ita in deligendis confessariis præsumuntur futuri cautiores. Pro hoc facit, quod Diuus Thomas ait, [f] cum dicit, quod prælatis incumbit sacramenta dispensare,quæ non nisi mundi tractare debent. Ideo concessum est eis à iure,vt possint sibi eligere proprios confessarios. qui quantum ad hoc, sunt sic superiores,sicut vnus medicus ab alio curatur:non inquantum medicus,sed inquantum infirmus.

32 Contra hoc tamen facit, quod hanc limitationem non patiuntur verba illius textus,quæ sunt: *Nulla potest consuetudine introduci, quod aliquis præter sui Superioris licentiam confessorem sibi eligere valeat,qui possit eum soluere & ligare.* In quibus verbis pondero primo illam negationem; *Nulla,* cuius natura est oppositum omnium, quæ sequuntur, inducere,secundum glossam memorabilem. [g] Pondero secũdo, dictionem, *Aliquis,* quæ facit propositionem etiam in re minima verificari,vt habet glo. memorabilis,& putata sin gul. [h] & ita cũ ei negatio illa, *nulla.* præponatur,efficit, vt nullus penitus id consuetudine quærere possit. Tertio facit,quod ratio illius dicti videtur esse, quod talis electus non potest accipere potestatem absoluendi,vel ligandi ab ipso eligente.quod innuit textus in illis verbis: *Qui possit eum absoluere,vel ligare,* & glossa memorabilis in verbo, *Ligare* idem sensit,cum ait: *Cuicunque volo,confiteri quidem possum peccata mea,petenda etiam animæ salubre consilium: sed non vt absoluar vel liger.*

33 Quare tertio respõdeo,hoc facere presbyteros de facultate tacita,vel expressa Superiorum. Videns enim hoc Papa,videntes episcopi, archiepiscopi & eorum vicarij, videntes item alij Prælati & parochi sacerdotes omnes deligentes sibi passim confessarios;qui eos & ligent & absoluant,neque vllatenus repugnantes,tacitè videntur velle,vt id fiat.

34 Neq; obstat,quod aliquando huic solutioni opponebam,quod ego episcopo mortuo,& sede vacante id facere nequirent:quoniam primò dico, episcopo mortuo, viuere adhuc parochum,qui eam facultatem facere possit,& etiam Papam. Secundo respondeo,copiam,quę semel data est eligendi tacitam,vel expressam non expirare morte concedentis illam,[a] vt licentia & facultas ordines suscipiendi,à quo maluerit antistite,morte concedentis minimè moritur,vt ait Cardinalis receptus. [b] Et de huius generis licentia casus singularis est & paucis notus in extr. *inter cunctas.*[c] quod tamen infra,[d] & alijs sequentibus disputo.

36 Circa tamen decisionem prædictam illius, [e] maxima mihi dubitatio est,nam cõsuetudo iurisdictionem dare potest,etiam alias nullam habenti. vt est in c. *cum contingat.*[f] vbi ab omnibus hæc conclusio recipitur: quare igitur consuetudo hanc iurisdictionem dare nequit? Deinde Papa concedere potest,immo quotidie per bullas suas, quæ passim ab eo manant,cõcedit cuilibet & quamliber rustico & monticolæ homini,vt sibi confessarium, quem volet,deligat:ergo & consuetudine hoc ipsum induci potest: nulla enim inter hæc diuersitatis ratio apparet. Nam, si contra legem diuinam est illud,neque priuilegio concedi potest. [g] Et si contra solam legem est humanam,consuetudo ei derogare valet. [h]

37 Tertio facit,quod facilis est & pronus in ius antiquũ reditus,vt habet c. *ab exordio.*[i] & quæ multa congerit Felinus, [k] per talem autem consuetudinem in iuris antiquum reditur. Ante enim c. nostrũ,vt in eo per verbum, *desineeps,* significatur,& alia iura ei consonantia, licebat vnicuique confessarium deligere: ergo facilis deberet esse in illud regressus.

38 Denique omnis consuetudo,quæ non est contra legẽ diuinam neque naturaliter,neque per reuelationem datã, modo alioqui sit rationabilis & præscripta,legem vincit, & tollit contrariam: [l] at hæc consuetudo talis est, vt patet singula perpendenti:non enim est contra legem diuinam, vel naturalem;alioqui numquam potuisset esse iusta: quã tamen vt iustam,etiam tempus illud Apostolorum iustissimum coluit.neque negari potest esse rationabilis, quam tota Ecclesia primitiua seruauit. Postremo lege lata quilibet episcopus. & superior,& quilibet prælatus immediate Sedi Apostolicæ subiectus, confessarium sibi eligere potest. [m] quare igitur idem consuetudine induci non potuerat? Quod si hoc ipsum consuetudine induci potuit: quare non & vt omnes presbyteri possent idem? Et si hæc quoque induci potuit;quare nõ vt etiam omnes homines vnius pagi,vel oppidi?& per consecutionem, quare non etiam,vt omnes homines Christiani?

36 In hac,quæ mihi magna est difficultas duo in præsentia occurrunt respondenda:prius est,quod hæc consuetudo ideo induci non potest,quia Romanus Pontifex reprobat illam;neque patitur,vt ea inducatur. Contra quod tamen facit,quod non habet textus, Romanum Pontificem eiusmodi consuetudinem reprobare,vel nolle iam induci, sed non posse illam vllatenus introduci. & ita quiddam multo maius illo ait.

40 Posterius,quod occurrebat, est mentẽ Romani Pontificis esse,dicere non posse induci consuetudine, vt quis eligat confessarium,qui eum liget & absoluat virtute illius electionis;nisi aliunde potestatem id faciendi habeat. Pro qua consideratione facit illa opinio Pauli à Leazaris, [n] quam plerique omnes ibi vsque ad Panormitanũ exclusiuè sunt sequuti, & etiam decisio Capellę, [o] nempe, quãdo parochus parochiano suo facultatem facit confitendi simpliciter, non posse deligere confessarium, qui nulli præsit iurisdictioni. Quando verò non solum simpliciter facit eiusmodi facultatem;immo verò suas vices committit ei,quemcumque delegerit,tunc posse deligere etiam illũ, qui nulli iurisdictioni præsit, siue quod idem est illum qui nullam exercet actu animarum curam. Et vtrumque res habeat,ipse maxime arbitror hunc intelligendi modũ esse germanum illi cap. 2. [p]

41 Quin & suspicor,eum qui dictauit illud in ea fuisse opinione,in qua fuerat Bernardus,& plerique omnes antiquiores, [q] scilicet,quod habens deligendi facultatem nõ poterat quẽliber eligere:sed solũ eũ, qui actu iurisdictionẽ exercet. Pro qua opinione omniũ,quę adduci possunt, vrgẽtissimũ argumẽtũ videtur desumi posse ex illo c. 2. in hunc modũ. Nulla quæ sufficiẽs sit,decidendi ratio reddi potest illi cap. 2. nisi hæc supradicta: at illa præsupponit il-

a *Cap. si super gratia. de offic. deleg. li. 6. cap. si cui nulla. de pra. lib 6.*

b *In Clem. fi. de elect. q. 3.*

c *De priuile. §. duos.*

d *Ead. c. nu. 161.*

e *Cap. 2. de pœnit. & remiss. lib. 6.*

f *De foro cõpet.*

g *Cap. sunt quidam. 25. quæst. 1.*

h *Cap. fin. de consuetud. l. 2. C. quæ sit longa consue. 3 5. dist. le si omnes. §. pœnes ne peteret. ff. de pactis.*

i *In capit. cũ omnes. & in cap. cum accessissent. de constitut.*

l *Cap fin. de consuetud.*

m *Ca. fin. de pœnit. & remiss.*

a *In 4. dist. 17. quæst. 3. art. 3. quæst. 4. ad quartum.*

b *De pœnit. & remiss.*

c *§. loca. de prab. lib. 6. 31. q. 7. cap. dominus. l. quæsitũ. §. fin. ff. de fund. instr.*

d *De pœnit. & remiss. lib. 6.*

e *Lib. 6.*

f *In 4. dist. 17. quæst. 3. art. 3. quæst. 4. ad quartum.*

g *In c. cum dilectus. de consuet.*

h *In Clem. 1. verbo, aliqua parte. de for. comp.*

k *In summa de pœnit. & remiss. 3. 3.*

l *In illa Cle. 1. de priuileg.*

m *In illo cap. omnis. verb.* Propriũ. *qu. 12.*

n *In Clem. 1. de priuileg. o 221.*

o *In addit. Capella decision. 221.*

p *De pœnit. & remiss. li. 6.*

q *In illo cap. omnis.*

lam opinionem esse veram; ergo est vera.

42 Contra quem tamen intelligendi modum facit opinio Panormitani, [a] communiter ab omnibus posterioribus recepta, de qua paulo post dicemus; scilicet eum, cui facta est deligendi confessarij facultas, posse deligere sibi, quem voluerit, siue habeat exercitium curæ animarum, siue non, & ita paria esse dari parochiano à parocho licentiam deligendi confessarium, & committi à parocho potestatem audiendi ei, quem parochianus suus elegerit.

43 Quare illi capitulo, inquantum habet, nulla consuetudine induci posse, vt aliquis eligat sibi confessarium, qui eum ligare possit & soluere, subaudiendum esse arbitror; nisi etiam eadem consuerudo expresè, vel tacitè tali electo facultatem fecerit absoluendi actualem, supra illam, quam habet ab ordine susceptо habitualem. Pro hac suppletione facit, quod illi dicto. *Contra substantiam appellationis est, quod ad parem, vel minorem appelletur. & ideo neque cõsuetudine induci posse.* [*] iuxta glossã memorabilẽ, [b] addi solet. *Nisi illa eadem consuetudo illum iudicem, ad quem appellatur de pari, vel minori, quoad illum saltem articulum, efficiat maiorem:* secundum Panormitanum, [c] Perusinum & Decium. [d] In dubio autem quando vel à lege, vel ab homine fit facultas eligendi confessarium, videtur quoque data potestas electo absoluendi secundum communem. Post editionem autem primam horum commentariorum in Cõcilio Tridentino statutum est in hæc verba. [e] *Decernit sancta Synodus, nullum, etiam regularem, posse confessiones secularium, etiam sacerdotum, audire; nec ad id idoneum reputari; nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen: si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur obtineat, priuilegijs, & consuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obstantibus.* Per quod decretum videri potest alicui sublata necessitas disputandi de his, quæ olim hic disputauimus. at non est ita. Tum quia per prædictum decretum solùm est sublata potestas deligendi sæcularibus clericis, non regularibus. Tum quia nec sæcularibus adimitur deligendi confessarium probatum, vel curæ animarum præfectum, quamuis alioqui esset alienus.

44 Ad quartam difficultatem concedo, nõ posse Papã, neque omne, quod sub Deo est coniunctum, potestatem consecrandi sacerdotibus tollere, vel ita impedire, vt per eos, facta consecratio nõ efficiat verũ corporis Domini sacramentum: sed nego illud idem dicendum esse, de absoluẽdi potestate. Ratio diuersitatis quædam datur, quod hęc iurisdictionem exigit, & superioritatem aliquam super eo, in quem est exercenda: & omnis iurisdictio à Romani Põtificis auctoritate pendet. [f] Ideo potest & illam ita impedire, vt absolutio ipso iure non teneat.

45 Sed contra hoc facit, quod omnis sacerdos claues ambas cum ipso susceipit ordine clauem scilicet potestatis, & clauem scientiæ, quæ non est scientia, sed potestas cognoscendi; & ita iurisdictio quædam, vt declaratur in extrauagante Ioannis xxij. *quia quorundam.* [g] & satis significat Concilium prædictum Tridẽtinum. [h] Et ideo ex ipsa ordinis natura est index omnium, qui voluerint illi confiteri, quemadmodum & ex ordinis natura habet consecrandi potestarem. Ergo nõ potest Papa, vel alius Prælatus alteram harum potestatum magis, quàm alteram restringere.

46 Facit, quod Paludanus ait, [i] nullum confessarium, quicumque sit ille, cùm absoluit, dicere debere; *Auctoritate episcopi, vel curati, &c.* in hæc verba: Eo modo, quo est auctoritas in homine, apud omnem peræque est sacerdotem; sed Superior dat sibi materiam; non tamen aliquam potestatem, nisi quando primo ordinat eum. Sicut enim princeps dat alicui artifici licentiam vtendi, arte sua, puta medicina, quod non est ei dare artis potestatem, sed laxare materiam; sic conferũtur ordines, & audiuntur confessiones in parochijs aliorum de licentia eorum. Qui idem, [k] dixit hæc, quæ sequuntur, verba: *Omnis sacerdos est, sicut erant olim iudices chartularij, qui à principe erant iudices subiiciendum se eis. ita, quod priuatorum cõsensus non dabat eis iurisdictionem. Sic & potestatem ordinis & iurisdictionis habet sacerdos ex sua ordinatione, sed subditos solum habet eos, qui se ei submittũt: nisi quod secundum iura is, qui se semel alicui submisit, factus est eius parochianus, nec potest se alteri submittere, quousque se primo* mento

subtrahat simpliciter, nisi de voluntate illius. Vnde dicitur. [a] Permittimus eligere. *quasi dicat, iure communi diuino licebat eis eligere; sed electione eis subtracta permittimus relaxantes retentionem, quod possint eligere.*

47 Facit definitio clauis, quæ fertur à Ioanne 22. in Extrauagante, *quia quorundam.* [b] esse *facultas spiritalis ligandi & soluendi qua iudex ecclesiasticus dignos recipere, & indignos excludere potest à regno.* quam etiam referam in notabili sequenti, veluti rem vtrique proposito maximè congruam. vbi etiam alia ponentur, quæ superiora confirmant, sicut & his illa corroborantur.

Contra hoc tamen facit Concilium Florentinum, [c] sub Eugenij decreto in illis verbis; *Minister huius sacramenti est sacerdos habens auctoritatem absoluendi ordinariam, vel ex commissione.* sed respondeti potest, quod infra, [d] ponitur.

48 Aliter ergo respondeo, ad prædictam quartam difficultatem, nempe Romanum Pontificem non posse quidẽ iurisdictionem, vel potestatem absoluendi ipsis presbyteris tollere, sed posse subtrahere illis materiam, in qua illam exerceant. Et sicut vino & pane subtractis presbyter non consecrat, neque sine aqua baptizat: ita subtracto populo à subiectione alicuius presbyteri, subtrahitur quoque illi materia: in quam soluendi potestatem exerceat, & ita non absoluit quod commune omnibus alijs est sacramentis.

49 NOTA tertio ex illis verbis: *Sine eius consensu, cui prius se commisit.* sufficere consensum parochi, quo alius sacerdos ipsius parochiani confessionem audiat. Nil enim aliud legis in textu exigi, nisi ipsius consensum.

Ex quo sequitur, eum, qui facultatem eligendi confessarium habet posse sibi erigere quemcumque sacerdotem, etiamsi nullam animarum curam actu exerceat. Facit cap. *omnis.* [e] quod habet, eum qui alij sacerdoti, quàm proprio, vult confiteri, prius debere petere, & obtinere licentiam à proprio. Ecce quòd nil aliud exigit; quàm licentiam & facultatem. Facit & tertio, consuetudo & obseruantia, quã vbique videmus, & eam vbique seruari ait Adrianus. [f] Nã, vt ille ait, *vigore facultatis eligendi confessorem idoneum, indifferenter adeunt quemcumque sacerdotem.*

50 Quarto, quod in consecratione cuilibet sacerdoti traditur clauis potestatis, quæ definitur vt supra diximus *esse spiritalis facultas ligandi & soluẽdi, qua iudex ecclesiastic⁹ dignos recipere & indignos debet excludere à regno.* verba sũt textus in Extrau. Ioannis 22. *quia quorumdam.* [g] Cui satis consonat Concilium Tridentinum, [h] quam clauem omni sacerdoti, quo ad forum dari conscientiæ: probatur i bidem & communiter ab omnibus tenetur, [i] quilibet igitur sacerdos habet claues; ergo quilibet est index ecclesiasticus quoniam in definitione clauis illud dicitur. At omnis iudex iurisdictionem habet, [k] & ita habet saltem iurisdictionem spiritalem, quæ pro clauis exercitio sufficiat: modo habeat materiam debitam.

53 Facit quinto, quod parochus excommunicatus dare potest vicarium ad confessionem audiendam: parochus item non sacerdos, secundum Paludanum, [l] & tamen excommunicatus nullam potest in alium iurisdictionem transfundere. [m] Et ideo talis licentia potius est cessio iuris sibi competentis, quàm iurisdictionis commissio.

52 Facit sexto quod quiuis sacerdos potest alium sacerdotem absoluere, secundum ea, quæ diximus in notabili præcedenti, episcopos item & prælatos exemptos, [n] positos item in articulo mortis, vt late Paludanus declarat illa, [o] sola item venialia habentem, vt supra dicebam. Septimo denique facit illa, quæ de omnibus prædictis colligitur conclusio; scilicet, quemuis sacerdotem habere iurisdictionem in pœnitentiali foro: immo eam annexam ordini conferri, licet exercitium illius non habeat, nisi super eis, qui legitimè ipsi subduntur. Immo etiam videtur habere cum exercitio in aliquod genus hominum, ad hunc saltem sensum, vt sine vlla cuiuspiã licentia posset eos audire, ac absoluere, & ligare; puta in eos, quos extrem⁹ vitę articul⁹ premit. In eos itẽ, qui sola venialia post vltimã cõfessionẽ peccarũt. In episcopos etiã, & eorũ superiores, ac alios immediatè Papæ subditos prælatos, vt in sexto argu-

mento allegabam. & ita sunt iudices veluti chartularij, quorum iurisdictionem prorogari posse constat per l. 1. cũ ibi annotatis per Bartholum & omnes. [a] Quod procedit etiam in spiritalibus cum licentia superioris, [b] ergo & hęc prorogari potest, quamuis aliam animarum curam non exerceat. Quod per ea, quæ diximus in fine notabilis præcedentis confirmati potest, sicut & illa per hoc corroborari.

53 Hanc conclusionem reiecta Pauli à Leazaris distinctione tenet Panormitanus, [c] corrigens, quæ antea scripsit in c. *significasti.* [d] vt ibi anno superiore prælectione ordinaria primę tradebamus. Et eam cõmuniter teneri testatur Stephanus ad Capellam Tholosanam, [e] & Andreas Siculus, feãdem tenet Paludanus, [g] idem Angelus, [h] Siluester. [i]

Contra tamen hanc conclusionem, & quod vltra licẽtiam eligenti datam exigatur in electo quoque sacerdote, vt curæ animarum exercitiũ habeat tenet glossa. [k] Pro qua facit §. ecce. in ca. adiicimus. [l] vbi dicuntur monachi, & cæteri sacerdotes in ordinatione sacerdotij accipere quidem sacerdotis potestatem, &c. sed executionem potestatis non habere, nisi à populo electi, & ab episcopo cum licentia abbatis ordinati fuerint. Facit glossa, [m] quæ dicit, pœnitentiam de licentia sacerdotis proprij recipi nõ posse à presbytero non habente curam. Facit quod prorogari non potest id, quod non est, [n] at sacerdos, qui non exercet curam, nullam habere videtur iurisdictionem; ergo. Quarto facit, quod priuilegia principum sine tertij præiudicio intelligenda veniunt. [o] Ergo & licẽtia deligendi cõfessarij à Papa, vel episcopo concessa sine præiudicio parochi est intelligenda.

Sed hæc non obstant: & primo ad glossas illas duas respondeo eas, olim fuisse, vt plurimum, probatas à Doctoribus tamquam coloratas: sed numquam fuisse vsu receptas, vtpote falsas.

54 Ad §. illum *ecce.* respondeo monachos & alios, qui actu & exercitio curæ animatum non incumbunt, non habere quidem executionem, hoc est, exercitiũ iurisdictiocis regulariter in aliquos, quoad omnes casus, vt ibi dicitur: sed nego eos non habere iurisdictionem quamdam habitualẽ, qualẽ habẽt iudices, quos chartularios appellãt, illi videlicet, qui constituuntur iudices ab Imperatore, vel alio summo principe, quo inter eos, qui eis se legitimè subiecerint, iudicent: quorum iurisdictionem prorogari posse lege 1. [p] probat, & Bartholus ibi cum omnibus alijs affirmat.

Ad tertium argumentum concedo, quod non est, prorogari non posse: at nego, sacerdoti, qui curæ animarum particulari non præest, non esse vllam iurisdictionem; quòniam vt prædiximus, est habitualis illa, quæ quò in exercitium exeat, sola legitima cuiuspiam eget subiectione. Habet item saltem quodammodo actualem, quoad certa hominum genera in certis casibus, vt supra monstratum est.

55 Ex his infertur primo, parum constanter contra suum morem scribere Paludanum, [q] in eo quod, [r] recte ait parochum excommunicatum, vel qui adhuc non est presbyter, posse dare hanc, de qua loquimur, confitendi licentiam; quæ & quotidie datur: quia inquit, non est illa iurisdictionis commissio, quæ ab excõmunicato fieri nequiret. [s] sed concessio quædam, quo electus ille suo iure confessionem audiat, quam audire antea non poterat propter diuisionẽ parochiarum, & Ecclesiæ prohibitionem. Et ita clarè habet, quemlibet sacerdotem iure diuino habere iurisdictionem; iure autem humano ab ea exercenda impediri.

56 Idem paullo superius, [t] iis verbis: *Nam omnis sacerdos est, sicut erant olim iudices chartularij, qui à principe fiebant iudices eorum, qui se illis subiiciebant: ita quod priuatorum consensus non dabat eis iurisdictionem. Vnde dicitur de pœnit. & remiss. c. vltimo;* Permittimus eligere. *quasi dicat, iure communi diuino licebat eis eligere: sed electione eis subtracta permittimus, relaxantes retentionem, quod possint eligere.* Quod dictum etiam in notabili præcedenti relatum non piguit hîc quoque referre, veluti omnium, quæ allegari possunt, longè pulcherrimũ. Idem tamen, [v] clarè sentit per hanc de eligendo confessario licentiam, eum, qui eligitur, effici de non iudice, iudicem. Et clarè affirmat simplicem sacerdotem habere quidem ordinem, iurisdictionem verò non habere. Incon-

stantia pari labitur D. Antoninus, [a] teneus hoc posterius Paludani dictum in columna vero finali tenẽs illud prius. Vir enim ille pius & eruditus, maiore cura fuit semper in colligendis, quæ Paludanus spargit, quàm in eis examinandis.

57 Secundo, ex hoc secundo notabili infertur, eum qui à Pontifice Romano, vel suo episcopo facultatem habet eligendi confessarium, posse id facere nulla parochi sui licentia petita. Sufficit enim, vt habet nostra conclusio, cõsensus proprij sacerdotis: at secundum Hostiensem & omnes alios, [b] tres saltem sunt cuiusque Christiani proprij sacerdotes, nempe Papa, episcopus & parochus: ergo vniuscuiusque horum licentia sufficit. Facit, quod priuilegium ita est interpretandum, vt aliquid præter ius, immo & cõtra ius commune largiatur. [c] Et casus nostro proposito egregiè deseruiens in *c. in hiis.* [d] quod habet, Prędicatores & minores, quibus concessum erat, cum altari viatico, vbi vellent celebrare, posse id facere, etiam sine prælatorum licentia: *quoniam,* inquit, *alioqui nil ea indulgentia speciale concederet.* Cum igitur nil iuuaret licentia de confessario eligendo à Papa, vel episcopo concessa, si necessaria esset parochi quoque licentia, cùm hæc sola sufficeret, consequitur, illam non esse necessariam. Facit cap. 2. [e] per quod Dominicus & Perusinus ibi affirmant, hanc eligendi licẽtiam posse concedi ab episcopo solo, sine vllo parochi consensu.

58 Facit quod quoties aliqua iurisdictio in solidum est penes multos, ita vt quilibet eorum sine alio procedere possit, tunc vnus potest committere sine altero, & facere alia omnia perinde, ac si alius cum eis in illa iurisdictione non concurreret, vt est in l. 1. [f] cum annotatis ibidem, & in *c. prudentiam.* [g] per Panormitanum & alios: at ligãdi absoluendiq́ue in foro conscientiæ potestas, penes tres prædictos in solidum est: ergo quilibet eorum absoluere, & absolutionem potest committere, & cætera omnia facere, quæ possunt omnes coniuncti: ergo & hanc licentiam dare. Quamobrem hæc opinio cõmuniter recepta est, [h] præsertim à Paludano, [i] & contraria reprobata. Eandem etiã tenuit Felinus, [k] dicens ita fuisse per Eugenium declaratum. Idem tenet etiam Adrianus. [l] Et pro hac parte glosa est memorabilis, quæ prima est cap. 2. [m] cum qua omnes ibi transeunt.

59 Contra tamen hanc conclusionẽ facit glosa 6. illius cap. *omnis.* quæ determinat contrarium. Facit etiam quod Ioannes Andreas & Panormitanus ibi dicunt non teneri ad iterato parochis confitendum eos, qui sine licentia eorum confitentur Prædicatoribus & Minoribus, quibus audiendi potestas facta fuit, per cle. *dudum.* [n] quam extensam fuisse ad Augustinianos per Clemẽtem V. & ad Carmelitas per Ioannem xxii. attestatur Ioannes Andreas, [o] cũ quo Collectarius Anton. Cardin. & Panor. transeunt. & ita innuunt hi partes contrarium dicendum in alijs, quibus non habentibus curam ex generali confirentur licentia. Facit quod Ecclesia per Papam data, & vnita monasterio alicui, non potest illius possessio sine licentia episcopi accipi, [p] facit & *c. quam sit laudabile.* [q] quod habet, episcopũ qui gentibus est prædicaturus, posse accipere clericos aliquot & monachos, qui se in illo munere iuuent: sed id facere debere de prælatorum illorum consensu.

60 His tamen non obstãtibus superiori opinioni adhæreo, & ad glosam sextam illius *c. omnis.* & his, qui sequuntur illam respondeo, textum nostrum & rationes prædictas, præsertim per vitos graues & consuetudinem receptam, maioris esse auctoritatis, quam illorũ. Præterea illius glosę opinionem damnatam fuisse per Clementem IIII. in quodaam priuilegio Prędicatoribus concesso, cuius caput est; *Quidam temere ait,* secundum Diuum Antoninum. [r]

Ad cap. *pastoralis.* respondeo, gratiam illam Papę, qua vna Ecclesia vnitur monasterio, magnę vtilitatis esse, quãuis per ea non censeatur in dubio potestas ei facta, quo auctoritate sua possessionem accipiat, vt nemo non videt; qui scit, proprietatem à possessione distingui, [s] & rubrica ipsa de causa possessio. & proprietat. illud significat.

61 Et quamuis priuilegium aliquid contra ius commune operari debeat: dato tamen quopiam, quod operetur, in alijs stringi debet secundum Panormitanum, [t] & alios

multos

a *Tertia parte titulo 17. c. 9. col. pen.*

b *In cap. omnis. de pœnit. & remiss.*

c *Cap si Papa. de priuile. li. 6. si quãdo ff. de leg. 1.*

d *De priuile.*

e *De pœnit. & remiss lib. 6.*

f *ff. de offici. consul.*

g *In princip. de offi. delegat.*

h *In 4. di. 17.*

i *In illa quæst. 4. col. 3.*

k *In ca. 1. col. 6. de rescript.*

l *De confessio ne. dubio primo post quæstionem quintam.*

m *De pœnit. & remiss. lib. 6.*

n *De sepultur.*

o *In illo cap. omnis.*

p *Cap. pastoralis. de priuileg.*

q *De Iudæis.*

r *Tertia parte tit. 17. c. 9. col. 2.*

s *Leg. naturaliter. §. nihil commune. ff. de adquiren. possess.*

t *In cap. certificari. col. 3. de sepult.*

a *De pœnit. & remiss. ca. vltimo.*

b *Col. 4. de verb. signif.*

c *In §. quartum est.*

d *Eo. nu. 128.*

e *De pœnit. & remiss.*

f *In quarto de confess. dubio primo post quæstionem quintam.*

g *Col. 4. de verb. sig.*

h *Sess. 4. c. 15. & cano. 10.*

i *In 4. dist. 18. & in cap. noua. de pœn. & remiss.*

k *Clem. 1. de offic. delega. cum glos. 1.*

l *In 4. d. 17. q. 4. in fine.*

m *Cap. 1. de offic. vicarij. lib. 6.*

n *Cap. ne pro dilatione. de pœn. & remi.*

o *Dist. 17. q. 3 col. 2.*

a *ff. de iudi.*

b *Cap. significasti. de foro compet.*

c *In dist. Cle. 1.*

d *De foro compet.*

e *Decis. 221.*

f *In cap. possessiuũ. col. 11. de probat.*

g *In 4. dist. 17. quæst. 4.*

h *Verb. confessio. 3. §. 4.*

i *Verbo confessor. 1. q. 5.*

k *Cap. omnis utriusque. de pœnit. & remiss. verbo* Alieno.

l *1. q. 1.*

m *In verbo,* Speciali, *super Clem. 1. de priuileg.*

n *Leg. sed si manente. ff. de precar.*

o *Leg. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco pub. c. super eo. de offic. delag.*

p *ff. de iudic.*

q *In illa dist. 17. quæst. 4.*

r *Col. fi.*

s *Cap. 1. de offic. vicar. lib. 6.*

t *Col. 7. vers. primus casus.*

v *In col. ante penult. eiusdẽ q. vers. quinta conclusio.*

multos,quos refert,& sequitur Decius, [a] & ideo in c. *pastoralis*.vnio illa non debet operari effectum capiẽdi possessionem propria auctoritate:in nostro autem casu nil operaretur priuilegium, si parochi licentia esset habenda.

Ad c.*quam sit laudabile*.respondeo,non fuisse ibi datam licentiam,vt quos secum ducere vellet,eligeret: sed cum eo ire volentibus fiebat eúndi facultas; modo requirerẽt prius & impetrarent suorum prælatorum licentiam.& ita illud ca. licet id parum aduertant aliqui,tem nostram minime tangit.

Ad quartum respondeo primo,non tá præiudicari parocho per eiusmodi licentiam,quàm onus auferri, secundum D.Thomam. [b] Secundo respondet ipse S. Thomas, [c] in hæc verba:*Præiudicium non fit alicui,nisi subtrahatur alicui, quod est in fauorem ipsius indultum, iurisdictionis autem potestas non est commissa alicui homini in fauorem suum sed in vtilitatem plebis,& ad honorem Dei.& ideo,si superioribus expedire videatur ad salutem plebis,& ad honorem Dei promouendũ,quod alijs, quæ sunt iurisdictionis,committant,nullum sit præiudicium inferioribus prælatis:nisi illis,qui quærunt,quæ sua sunt,non quæ Iesu Christi,& qui gregi præsunt non vt pascant,sed vt pascantur.*

Contra quam tamen solutionem facit c.*ad hæc sumus*.& c.*nonnulli* in principio & §.*sunt & alij*. [d] quæ cum suis similibus habent iurisdictionem delegatam ideo esse odiosã, quod per eam iurisdictioni ordinariæ præiudicatur. Facit c. *peruenit*. [e] quod habet ecclesiasticum ordinem confundi, quando sua vnicuique iurisdictio non seruatur. Facit cap. *mandatum*.cum duobus capp.seqq. [f] quæ probant mandata de prouidendo per quæ ordinariorum collatorum minuitur potestas,esse odiosa & restringenda.

Quare tertio respondeo,illam conclusionem principẽ non videri tertio præiudicare,esse limitandam, vt non intelligatur de præiudicio, de quo princeps cogitauit: siue de præiudicio,quod ex concessione ipsa colligitur;secundum ea,quæ tradit Alexander, [g] & Decius, [h] vbi hoc latissime anno superiore prælectione vespertina extraordinaria tractauimus.Et quando alicui conceditur licentia cõfitendi alieno parocho, satis in illa concessione exprimitur,& ex ea colligitur præiudicium,quod parocho fit proprio.

Infertur & tertio,idem esse de his, qui facultate à propositopo,siue vicario episcopi,vel legati accepta confitẽtur:quoniam & hos proprios esse confessarios eorum,quibus præsunt,nemo negat. [i]

Infertur & quarto,& peregrinos,qui cum facultate parochorum peregrinantur,posse confiteri, his quibus confitentur illius oppidi,vel pagi homines,in quem se receperint. Faciens enim peregrinandi facultatem, ea quoque videtur cõcedere,sine quibus ea peregrinatio fieri nequit, argumento.l.*ad legatum*.& l.*ad rem mobilem*, [k] immo & illa, sine quibus commode fieri non potest per l. pen. [l] & leg. *quicunque*, [m] & annotauit Aretinus, [n] quem non semel probat Decius:at qui peregrinatur,commodè saltem peregrinari sine sacramentorum refectione non potest:ergo illorum suscipiendorum facultas videtur esse facta cum peregrinandi licentia.Facit quod regulariter tantum operatur tacitum,quantum expressum, [o] at qui peregrinatur cum episcopi,vel parochi licentia:tacitè videtur permissus eligere confessarium.

63 Adde,quod si episcopus fecerit peregrinandi facultatem,videtur quoque fecisse,vt ab episcopalibus casibus absolui possit secundum Paludanum, [p] quem ad litteram sequitur D,Antoninus, [q] non autem si à parocho secundũ eosdem.Quæ tamen distinctio displicet:nam expressa eligendi confessarium facultas ab episcopo concessa non includit casus reseruatos, text° expressus est & singularis in illo c.2. [r] ergo à fortiori neque tacita quem textum,si meminissent patres illi,nunquam hoc dixissent.

64 Aduertendum tamen,quod inter hanc eligendi tacitam & illam expressam licentiam, secundum Thomam à Via magna est distantia.Primò, quòd habens expressam deligere potest sacerdotem quemlibet idoneum, etiamsi alioqui animarum curam non exerceat; qui verò tacitam minimè.Deinde quòd qui tacitam habet, solum eligere potest eis temporibus,quibus iure tenetur confiteri, vel communicare;vel quibus solitus est id facere: non tamen alijs.

65 Pro Thoma facit,quod ait,alicubi se legisse viuę vocis oraculo declarasse Eugenium,viatores eo loci,quo inuenirentur, quoad sacramẽta Eucharistiæ ac pœnitentiæ cẽsendos esse tam quam incolas illius loci. Cùm igitur incolę non alijs,quàm suo parocho,confiteri possint, sequitur neque peregrinis aliud concedẽdum.Facit etiá, quod concessio implicita non est adeo latè, ac explicita extendenda. Pro quo,licet ille nil alleget,cito glossã à multis in hoc putatam singularem,& pluribus memorabilem. [a]

66 Has tamen huius viri doctissimi nouas licentiæ de confessario eligendo limitationes,& nouas inter expressã & tacitam concessionem differentias non satis probare possum.Primo quia nouæ sunt & nullo solido fundamento nituntur;nullus enim est pro illis textus,nulla item,quę illas necessariò ponendas,concludat ratio.Facit quod ipse subdubitare de illis videri potest, dum de illarum altera dixit,se illam intelligere partem amplectendo tutiorem.

67 Neque obstat,quod de Eugenio se legisse ait: nam illud de viatoribus fuit declaratũ:nos vero de peregrinis, qui facultate ad id faciendum accepta, in loca Sanctis sacra ea visitandi gratia concedunt,loquimur.

68 Non ergo mirum, quod minus viatoribus liceat, quàm peregrinis.nam & peregrinis nil esse priuilegij, nisi quando cum facultare episcopi,aut parochi peregrinãtur, ipsemet Paludanus cum Antonino & alijs est testis.

Non obstat,quod tacita facultas non operatur quantũ expressa:quia id regulariter est falsum,saltem vbi ratio par inuenitur,sicut in casu nostro.Quamquam vbi diuersa ratio militat nonnumquam plus expressum quàm tacitum, & econtrario tacitum plus operetur expresso , iuxta resolutionem Philippi Decij, [b] & glossam illam cle.*sæpe*. [c] non probare id,ad quod vulgus allegat,dilucide ostendi in repetit.ca.fin. [d] quam superiore anno pronũtiauimus. quod ex eadem glossa facile quisque perpendere potest. Cùm igitur nulla ratio diuersitatis in hoc casu reddi possit, iustũ fuerit,ne diuersum quoque ius in eo ponamus. [e]

69 Infero quinto eos,qui cum licentia vicarij alieno sacerdoti confitentur,legitimè confiteri; siue is sit vicarius perpetuus,qui ponendus est in Ecclesia parochiali alteri annexa,iuxta c.*extirpandæ*. [f] De illis enim & de parocho, siue rectore principali eadem censent iura. [g] Siue de licẽtia vicarij generalis episcopi,cuius tribunal vnum & idẽ est cum episcopi tribunali. [h] Siue de licentia vicarij temporalis,qui propter absentiam rectoris ab episcopo ponitur,iuxta c.*cũ ex eo*. [i] glossa memorabilis in simili. [k] Siue etiam vicarij ab alio rectore,vel vicario perpetuo ad modicum tempus positi,iuxta ea, quæ scribit Petrus ab Ancharano. [l] Quæ quartuor probantur, primo quod omnibus casibus confessio sit alieno sacerdoti de consensu proprij:, ergo satisfit huic capiti & etiam capiti *omnis*. [m]

Secundo quòd; vt prædiximus, per huiusmodi licentiam nulla delegatur,vel subdelegatur potestas alieno sacerdoti,qui suo iure,nempe iurisdictione;quam cum ordine iure diuino accepit,eum audit:sed tantùm soluitur cõfessurus à vinculo,quo tenetur suo sacerdoti confiteri per ea,quæ dicta sunt supra, [n]

Tertio,quod licet delegatus inferioris, vel delegati à principe subdelegare regulariter nequeat, [o] fallit tamen quando inferior subdelegandi facultatem concedit vt habet glossa §.putata sing.pat his casibus omnibus videtur implicitè ac tacitè concessa facultas agendi omnia illa, quæ ipse rector, vel committens ibi tamquam rector agere posset,

70 Ea enim est omnium,qui hoc faciunt mens,vt experientia monstrat,& ita communis vsus hanc conclusionẽ seruat,& eam affirmat Adrianus. [q]

71 Ex qua sexto longe pulcherrima ampliatio subinfertur ad illam glosam §. [r] vt scilicet procedat non solum quando expressa daretur subdelegandi facultas:sed etiam, quando tacita. Quę tamen non videtur cõcedi,nisi quando ex vsu,vel coniecturis sufficientibus id appareret.quâquam dici potest hoc casu non subdelegari iurisdictionem:sed solum tribui quamdam se alij subiiciendi licentiam. Postremò facit, quòd nisi hoc dicamus, non posset aliquis vicarius; siue parochus in illius absentia alteri vices committere , neque in festis solemnibus alios simplices sacerdotes in partem curæ vocare, contra generalem consuetudinem Ecclesiæ.

72 Quare resoluendum videtur quod vbi mens parochi est vices plenas suo vicario committere,quoad sacramentalium administrationes, etiam quoad delegandã & dandam facultatem , quam ipse præsens daturus esset, si in agenda cura resideret ; tunc æquè sufficit vicarij licentia, ac principalis parochi.quod ita regulariter contingit,vbi parochi iusta de causa non residentes,vicarios instituunt. Quando verò personæ industria , quoad ministerium aliquod eligitur sine animo tam plenæ concessionis faciendæ;tunc dicamus eius fidei nil aliud committi , quam ministerium illud,in quod est electus vel substitutus.

Contra tamen hanc conclusionem facit cap.fin.§.*cæterum*. [a] qui habet pœnitentias iniungẽdi potestatem,etiam à Papa concessam,subdelegari non posse. Secundo facit, quod delegatus ab ordinario non subdelegat. [b] Tertio, quod Siluester, [c] tenet contrarium in eo,quod dixi de vicario ad modicum tempus à rectore constituto. Facit & quarto,quod Richardus Anglicus, [d] ait, sacerdotem habentem auctoritatem ordinariam posse alteri eam delegare,posse quoque,si habet commissam à Papa iurisdictionem;non autem si nudum officium,seu ministerium,veluti audiendi confessiones.posse item, si habet commissionem ab inferiore ; puta episcopo , vel huiusmodi ad vniuersitatem caussarum,vt officialis,vel generalis pœnitentiarius potest particularem caussam committere, nisi ei fuerit specialiter interdictum;si verò habet particularem commissionem,non potest. Ex quibus infert,sacerdotem, qui conductus Ecclesiæ parochiali deseruit , cùm non sit ordinarius illius Ecclesiæ parochus , non posse delegare, & ita dicit dictum cap.fin. [e] interpretandum esse.

73 Ad horum primũ respondeo,§.*cæterum*.agere de subdeleganda potestate iniungendi pœnitentias:nos verò de danda licentia subdito,vt qui violet,cõfiteatur, in illo casu aliqua subdelegatur potestas; in hoc verò nulla.Nã facultas illa eligendi confessarium non est potestas,quæ residet in ipso , qui eam facit , & quæ transferatur de illo in confessarium:sed quędã declaratio, qua declarat se nolle vti iure,quod ad se pertinebat.Quod ex superius tã in principio huius notabilis,quam in fine præcedẽtis scriptis patet.

Secundo dico,illum §.procedere,quando tacite negatur subdelegandi potestas propterea,quod personæ industria videtur electa. in casu autem nostro agimus de illo, qui ea mente alij suas vices plenè cõmittit , vt circa sacramentorum administrationẽ omnia gerat,quæ ipse potest.

Ad secundum concedo , delegatum ab inferiore,quàm principe,subdelegare non posse:sed non sequitur ex hoc, vicarium hanc licentiam dare non posse ; etiam si concederetur ille vicarius esse delegatus;quia dare hanc,de qua loquimur,licentiam,& delegare, vel subdelegare separata sunt , vt supra est dictum, & ideo ab altero ad alterum non infertur efficaciter. [f]

74 Ad tertium respondeo, Siluestrũ, tametsi mihi semper visus sit doctus & resolutus auctor;tamen non esse apud me tanti, vt ipsius me contra rationes efficaces trahat auctoritas:præsertim quòd me Adriani viri vtique doctissimi iuuet determinatio. Secundo respondeo,Siluestri dictum procedere posse , quando, qui ad modicum tempus vicarium posuit , non erat ea mente , vt concederet suas vices etiam , cum oporteret , ad legandum & vocandum alios coadiutores:non autem,quando de huiusmodi mente,vel per coniecturas,vel suam in hoc,vel aliorum pristinam consuetudinem satis apparet.

Ad ea Richardi respondeti potest primò,omnia illa de subdelegatione procedere;nostra verò de concessione licentiæ rei longè ab illa diuersæ. Potest & secundo modo responderi , quemadmodum secundo modo fuit ad primum responsum.

75 Ex quo infero,quod si rector accersat aliquem sacerdotem,vt se iuuet in audiendis confessionibus,is non poterit eiusmodi licentiam tribuere, quia de prædicta mente non apparet , & per regulam iuris tacitè videtur agi contrarium,per illum §. cæterum.

Secundo infertur, eum, qui de Papæ , vel episcopi licentia alias legitimè sua peccata est confessus non teneri, vel semel in anno ad parocho suo confitendum , quod latius in glossa r.ostendo.

75 NOTA quarto ex his verbis: *Nisi pro ignorantia illius, cui pœnitens confessus est* , vnum casum, in quo nolente parocho ipsius parochianus alteri confiteri potest, quod latius in glossa §. declaro. Ponuntur & alij septem casus.in quibus id licet ab Hostiensi , [a] in hæc verba: *Secundo fallit, quando alienus parochianus trãstulit domicilium suum*. Raymundus & Goffredus. Sed certè iam non est alienus, sed proprius , supra. [b] Tertio , cum quis vagabundus existit. [c] Quarto cum quis quærit domicilium,quo se contulerat, proprium relinquens iter faciendo , vel nauigando. Nam & is sine domicilio est. [d] Quinto , ratione delicti infra propriam parochiam ab extraneo parochiano commissi,supra. [e] Sexto, ratione studij , quod dic, vt notatur supra. [f] Septimo,tempore necessitatis. [g] Octauo,si ponat spem suam in sacerdotem proprium, vt tatum habeat. [h]

76 Quibus septem casibus,addo aliqua non flocci pendenda.Et primo quidem casui, qui est secũdus Hostiensi, addo,quod etiam ipsemet Hostiẽsis sentit , hunc non esse casum exceptum.Quia,cum simul ac domicilium transtulit, efficiatur parochianus ipsius parochi , ad cuius parochiam migrauit,confitendo ipsi,proprio sacerdoti confitetur,& non alieno,per c. fi. [i] Facit l. *cum quedam puella*. [k] & cap. *proposuisti*. [l]

77 Secundo , quod si non mutat domicilium , sed cumulat: vt quia in vtraque parochia ex æquo habitat;puta, quia in altera hyemat,in altera æstiuat,tunc vtriusque parochiæ parocho , confiteri potest. Quia vterque suus est, argumento l. *assumptio*. [m] & cap. *cum quis*. [n]

78 Addo tertio,quod Paludanus ait , [o] hoc casu confessionem illi parocho esse faciendã,in cuius parochia,quando confitetur , habitat, quod tamen nullo iure vir doctus fundat. Quare , licet eum ad verbum sequatur diuus Antoninus, [p] tamen contrarium videtur dicendum. Pro quo allego casum in hoc mihi singularem , in cap. *cum quis*. [q] Quod habet mortuo eo,qui in duabus parochiis se collocabat æqualiter si sepulturã in loco elegisset tertio, quartam canonicam vtrique parochiali deberi. Audis ergo vtrique deberi & non illi, in cuius parochia degit, quando mortẽ obiit:sic igitur , qui ex æquo est parochianus duorum,vtriq; confiteri potest,etiam quando in altera degit.

Neque obstat, si dicatur illud secundum responsum intelligendum de illo , qui æqualiter eodem tempore habitat in duabus parochiis. Quia in altera vno die , in altera altero:quoniam neque id vmquam contingit,neque vmquam talis declaratio recepta est.Præterea,quo die in vna parochia degeret ; in ea confiteri deberet in illo : & quo die in altera;in ea in altero,quod ridiculũ videtur.Quamuis iuri satis arbitrer consonũ, huiusmodi duarum parochiarum ex æquo parochianum, in illius loci Ecclesia sepeliendum , in quo est mortuus sine sepulturæ electione: nisi alia monstretur voluntas,vel coniectura,qua contrarium voluisse iustè credatur.

79 Secundo verò casui addo primò , quod vagabundus est, qui nullibi certum habet domicilium, vt habet glossa memorabilis in l. *hæres absens*. [r]

80 Secundo addo, talem vagabundum non solum posse confiteri parocho , in cuius parochiam peruenerit ; sed etiam cuilibet alij sacerdoti, quẽ elegerit. secundum Paludanum & Antoninum. Quod ea ratione probatur,quia cap. hoc,& cap. *omnis*. [s] cum similibus de illo tantum disponunt,qui alicui parocho subest. Quod clarè colligitur in hoc cap.ex illis verbis:*Cui prius se commisit*.& in c.*omnis*. ex illis verbis; *Proprio sacerdoti*. & ex illis; *Alieno sacerdoti*: ergo quoad alios , qui nulli iure committuntur , antiqua iura & antiqua consuetudo seruanda est , vt scilicet,confiteantur, cui volent.

82 Facit , quod quemadmodum parochiani tenentur

a *In cæ.1. col. 5.de rescript.*

b *In tractat. contra impugnantes religionem.*

c *In 4.distin. 17.quæstio.3. art.3.q.4.ad primum.*

d *De rescrip.*

e *11.quæst. 1.*

f *De rescript.*

g *Li.2.consil. 215. Nec arguendi sumus col.8. versic. Decimo considero.*

h *Consil. 113. & in cap. super eo.de offic. delegati.*

i *Argum ca. 1.de offi. leg. cap.2. eodem titulo lib. 6. & capit.2.de consuetu. & ca. Romana. in principi.de appellat.eod. etiam lib.6.*

k *ff.de procu.* l *ff.de vsufr.* m *§.si ei quẽ. ff.de institor.*

n *In cap. de testibus. colũ. 3.de testibus.*

o *Leg.Labeo. ff.de pactis. l. cum quid.ff. cert. petatur. ea.significasti de elect. cap. relatum. secundum cõmunem intellectum de prabend.*

p *In illa dist. 17.q. 4. colũ. 7.versic. Quartus casus.*

q *Tertia par. titul.17.ca.4. versi. Quartus casus.*

r *2.de pœnit. & remiss. li. 6. primo responso.*

a *In Clẽ. sæpe. de verb. signific. sub finem verb. partibus.*

b *In regula expressa.ff.de regul.iur.*

c *De verbo signifi.*

d *De for.cõpet.*

e *Leg. illud. ff ad Leg. Aqu.c.dudum. 2.de electi.*

f *§.qui vero. de prabt.*

g *Clem. de offi.vicar.*

h *Cap. 2. de consuetud. li. 6.& cap Romana de appellat. eo. lib.*

i *De ele. li. 6.*

k *In clem. 1. de priuileg. super verbo presbyteri.*

l *In clemen. 1.de offic. vicar.notab. 4.*

m *De pœnit.*

n *Nu.47.48. & 49.*

o *Leg.à iudice.C. de ind. ea.cum caussã de appell.*

p *In ca.si cui. de offi. deleg. lib.6.*

q *In 4.de cõ. dub. 2. post quæstiones.*

r *Cap. is cui. de offi. deleg. lib.6.*

De offic.de legat. s *Leg.à iudice.C. de ind. ea.cum caussã de appell.* t *In verbo excommunicatio. v. casus v. dubio 11.* u *In quolibetis.*

De offi.delegat.in §.cæterum.

Leg. Papinianus. ff. de minor. c.2.de translat.prælat.

a *In summa de pœnit. §. Cui confitendum.*

b *De paroch. c.fi.*

c *Leg. hæres absens. ff. de iud.*

d *ff. ad muni cipa,l.Labeo. in prin. & l. eius.§. Celſ.*

e *De rapt. c. 1.6.q.3.c.placuit.*

f *De paroch. §.quis intelligatur. versi. Quid de scholaribus.*

g *26. q. 6. si presbyter. de pœnit.d.3.qui cunque presbyter.*

h *Arg.9.q.3. c.Lugdunen-sis.*

i *De paroch.* k *ff de iurisd. omn.iudicũ.*

l *De for.competen.*

m *§ fin. ff.ad municip.*

n *Secũdo responso. de sepulc.lib.6.*

o *In 4. d. 17. quæst.3.*

p *In tertia parte,tit. 17. cap.9.*

q *In secundo responso de sepulc.lib.6.*

r *§. proinde. versic. at si quo ff.de iud.*

s *De pœnit. & remiss.*

confiteri parocho: ita ecõtrario parochus parochianorum suorum confessiones audire tenetur, vt omnes concludunt. [a] Cum igitur nullus parochus teneatur vagabundum audire, nisi, qui volet: sic ille nulli tenebitur confiteri, nisi ei, quem eliget.

82 Tertio casui addo, idem de hoc mihi videri iudicandum, quod de vagabũdo: quia nullũ habet is domicilium. [b]

83 Quarto verò casui, qui est quintus Hostiensi, addo quidquid inuoluant Paludanus & Antoninus, neminem ratione delicti sortiri forum conscientiæ, secundum glossam quæ penultima est, & putatur singularis, [c] quam cum communi probat Panormitanus, [d] & eam, vt ibi, ita & in cap. 1. [e] singularem ait, & in cap. *quod autem*. [f] commendat.

84 Nam & parochum extra suam parochiam licitè sui parochiani cõfessionem audire posse, auctor est Hostiensis receptus. [g] Quia illa iurisdictio est voluntaria, nõ contentiosa, argumento l. 2. cum ibi notatis, [h] & ca. *nouit*, cum glossa. [i] Rationem verò diuersitatis. quare quoad forum conscientiæ, non sortiatur quis forum ratione delicti: quoad forum exterius sic, dilucidiorem, ni fallor, reddidimus anno superiore in repetit. cap. fin. [k] quam vllus ad hunc diem reddiderit.

Quinto casui, qui est sextus Hostiensis, scilicet ratione studij, addo primo, hunc articulum difficilem explicatu esse, vt colligere est de scriptis Panormitani post Innocentium & alios, [l] & aliorum, qui post eos confusius eis scripserunt alibi.

85 Addo secundo, idem esse dicendum de scholasticis, mercenarijs, negotiatoribus & alijs viatoribus, quod dictum est superius de peregrinis, si sunt pares in licentia. Nam si de licẽtia suorum parochorum, vel episcoporum ad scholas, emporia, & alia loca vadant, licentiam quamdam sumendi sacramenta tacitam & implicitam secum deferunt. alioqui si absque illa Superioris licentia id faciunt, nulla neque expressa, neque tacita huiusmodi licentia perfruentur, etiam peregrini, vt supra, [m] est dictum.

86 Cum igitur de omnibus eadem sit ratio, ergo & ius idem, argumento *l. illud*. [n] & cap. 2. [o]

87 Addo tertio id, quod proximè dixi, limitandum esse, dummodo cætera sint, quoad habitationem paria, puta quod nulli eorum domicilium, aut omnes habitationem contraxerunt aliquam.

88 Pro quo est primo, quòd nullo iure probatur per huiusmodi nudam habitationem sortiri quẽ forum conscientiæ. Secundo, quod ipse Innocentius, qui pro contraria parte allegatur, satis apertè ait, [p] tutius esse, vt huiusmodi homines licentiam sumendi sacramenta petant à proprio parocho. Facit, quòd Ioannes Andreas ibi, quem sequitur Dominicus, ait. [q]

89 Quod si quis hostium incursus fugiens in ciuitatem quampiam de pago aliquo se recipiat, & ibi moriatur, cùm esset animo ad pagum redeundi finito bello, Ecclesia illius pagi, vbi domicilium habebat, & non ciuitatis, vbi habitat, dicetur parochialis, cui quarta solum debeatur de funeralibus. Quam decisionem ab impugnatione Lapi pulchre defendit Perusinus ibidem. Facit illud ca. *is qui*. [r] quod habet, eum habere duas Ecclesias parochiales, qui æquè in duabus parochijs habitat, & in vtraq; habet domicilium; ergo à contrario sensu, si in alterius tantum Ecclesia domicilium haberet, altera in cuius parochia aliquando habitaret, non esset ipsius parochialis: neque per consequutionem parochus ipsius esset sacerdos.

Contra quam tamen conclusionem facit primo ca. *quod clericis*. [s] in eis verbis; *Parisiis commorantes*. Per quem ibi Panormitanus, [t] concludebat ratione huiusmodi habitationis quæri habitanti quoddam quasi domicilium, ratione cuius ibi conueniri posset de alibi gestis.

90 Sed cõtra illam Panormitani determinationem ibidem anno superiore determinauimus cum Bartholo, [v] & cum Aretino. [x]

91 Secundo facit cap. *questi sunt*. [y] quod habet, decimas personales soluendas, vbi per circulum anni quis eas soluturus missas audiuit: sed respõderi potest, illum textum intelligendum de illo, qui nullum habet alibi domicilium: nostra verò conclusio de illo, qui alibi domicilium habet, & alibi ad tempus ex aliqua caussa degit: vel de illo qui tam longè à domicilio suo habitat, vt non possit à domicilij parocho necessaria sacramenta suscipere: nam tunc ab habitationis parocho suscipiet.

92 Tertio facit, quod per cap. *questi sunt*. Innocentius, [a] dicebat, scholares & alios annales habitatores illius sacerdotis esse parochianos, cuius parochiam incolunt. Sed respondetur, eundem Innocentium paulo post significare contrarium esse verius. Facit quarto quod Fredericus de Senis, [b] dixit, eum, qui cùm habeat domicilium in vna parochia & domum aptè instructam, si conduxerit domum in alia; vt ibi alicui forte scolastico conuiuat, illius parochiæ parocho confiteri debere, ac decimas soluere personales, etiam si domicilium non transferat. Non enim transfertur, nisi cum animo ibi perpetuo manendi, iuxta l. *eius*. [c] l. 2. cum glossa & ibi annotatis. [d] Respondeo, Fredericum in hoc non esse tenendum; quippe qui innitatur dicto Innocentij paulo post satis se corrigentis, & per textum prædictum c. *questi sunt*. non satis germanè intellectum.

93 Quinto facit c. 1. [e] quod habet, parochum vnius Ecclesiæ prouidere debere peregrinis, hospitibus & aliis commeantibus de sacramentis necessarijs. Sed illud intelligi potest de his, qui cum parochi licentia peregrinantur, vel iter faciunt, aut commeant. Potest item intelligi de his, quos articulus necessitatis premit, qui est septimus casus Hostiensis. in quo quiuis sacerdos quibuslibet sacramenta pœnitentiæ cõferre potest, quamlibet enormibus & reseruatis peccatis sint pleni, vt dicam in c. 2. [f] Denique textus ille non probat plus priuilegij esse his, qui habitationem aliquam in loco contraxerunt; quàm his, qui nullam. Immo potius innuit in eo agi de transeuntibus tantùm, ac nullo modo de habitantibus, & ita ille textus potius pro nostra, quàm pro contraria parte facit.

94 Sexto contra conclusionem facit, quod videmus mercenarios famulos de mercede sua soluere decimas Ecclesijs, in quarum parochiis inseruiunt: non autem illis, in quarum habent domicilia, & suorum parentum domum.

95 Ad hoc etiam respondeo, quod vt hoc alicubi contingit: ita contrarium alibi obseruari, debereque illa ita concordari primò, vt prior consuetudo procedat, quando nullum haberet alibi domicilium eiusmodi mercenarius: quod verò nos dicimus, quãdo haberet alibi domicilium. Secundo, concordari possent, vt prior consuetudo procedat, quando mercenarius huiusmodi ita longe à domicilio habitat, vt commodè non possit sacramenta necessaria de manu parochi domicilij suscipere. Nam tunc ratione habitationis, vbi habitat, sortietur conscientiæ forum, quod latius mox dicam.

96 Itaque resolutio sit, quod ratione habitationis, siue annalis, siue annali maioris, vel minoris nõ sortitur forum quis, etiam conscientiæ, quando alibi habet domicilium, & commodè potest parochum domicilij, quo ab eo sacramenta necessaria suscipiat, adire. Si autem alibi non habet domicilium habitationis, vel illius parochum pro sacramentis accipiendis adire commodè non potest, tunc ibi sortiatur forum.

97 Ex quo infertur primo, verus modus intelligendi glossæ, [g] quæ habet, scholarium presbyterum parochialem esse illum, cuius habitant parochiam. Debet enim intelligi de illis scholasticis, qui nullum alibi constituerint domicilium, vel certe parochum illius pro sacramentis suscipiendis commodè adire non possunt.

Neque obstat, si dicas, illam glossam, vt plurimùm simpliciter approbari, quod facit Panormitanus, [h] putans, eam esse singularem. Quod ipsum latius facit in cap. *cum contingat*. [i] & in cle. *dudum*, [k] & in loco proprio. Quin & Cardinalis, [l] dixit, quemlibet hominem simul ac transit ad aliam parochiam, eius effici parochianum, modo id non faciat caussa recreationis, vel aliquid aliud temporale faciendi, vt cum animo statim ad propria redeundi. Quod ipsum iterum repetit. [m]

Ad hoc respondeti potest primò, satis esse, quod Panormitanus sua dicta ita declarauit in cap. *in nostra*. [n] & etiam in illo c. *omnis*. [o] in quibus latius & altius id tractatur. Secũdo quod, vt plurimum, scholastici, & mercenarij aut non habent habitationis domicilium, quia nondum

constitue

a *In cap. omnis de pœnit. & remiss. & in gloss. putata singul. in Clem. dudũ de sepul. verbo.* Impẽdũt
b *Leg. eius. §. fi. ff. ad municipal.*
c *Ca. placuit. 1. 16. quæst. 1.*
d *In cap. cum contingat. de for. comp. nu. 29.*
e *De raptor.*
f *De pœnit. & remiss.*
g *In illo §. cui confitendum colũ. 1.*
h *ff. de offic. procons.*
i *De offic. legati.*
k *De foro cõpetent.*
l *Cap. omnis de pœnit. & remi. & in c. fi. de paroch.*
m *Num. 67.*
n *ff. ad le. Aquil.*
o *De iurãm. calum. prælat.*
p *In cap. omnis nu. 6. sub finem. de pœnit. & remiss.*
q *In eũ, qui. de sent. excõ. lib. 6.*
r *De sepultur. lib. 6.*
s *De foro cõpetenti.*
t *Colum. 1.*
v *In le. hæres absens. ff. de iudi. §. proinde. sub finem.*
x *In illo capi. quod clericis.*
y *16. quæst. 1.*
a *In illo capi. omnis nu. 6.*
b *Cons. 53. quidã puer. col. 3.*
c *§. Celsus. ff. ad municip.*
d *C. de incol. lib. 10.*
e *De celebratione missa.*
f *Infrà distin. sequen.*
g *Cle. 1. ver.* Parochialis. *de priuileg.*
h *In cap. extirpande. §. qui vero. col. 3. de præben.*
i *Col. 12. de for. compet.*
k *De sepult. col. 12.*
l *In illa quæstio 15.*
m *In illo cap. omnis. col. 2.*
n *Sub finem. de sepult.*
u *De pœnit. & remiss. col. pen.*

constituerunt, vbi sint perpetuò sedes posituri, iuxta l. 2. [a] & l. *eius*. [b] aut si habent, longe tamen ab eo vel litteris incumbunt, vel heris suis inseruiunt, vt commodè non possint inde sibi sacramenta petere.

98 Infertur secundo, distantiam locorum, quæ rei gerendæ commoditatem tollit, spe operari multa. In nostro enim proposito operatur, vt qui non haberet super me iurisdictionem in conscientiæ foro, propter illam habeat. Quod confirmari potest per l. *si longius*. [c] & ca. *cum longè*. [d] & cap. *tum ex litteris*. vbi glossa iuris optima. [e] Facit cap. *nihil*. [f] & cap. 1. [g]

Fateor tamen, quod hæc omnia non conuincunt necessario, hoc corollarium esse verum, neque conclusionem nostram, qua parte illud ex ea infertur. Propius facit l. 2. [h] in illis verbis: *vbi degit*. Per quam Baldus Paulus & communis ibi tenent ratione solius habitationis sortiri quem forum, vt de gestis etiam alibi conueniatur ibi, & idem per illam legem tenet Bartholus. [i]

99 Sed neque illæ duæ leges hoc probant, quoniam intelligendæ sunt de his, qui vixerunt, vel conuersati sunt vltra decennium, vt Cynus, [k] dilucidè affirmauit: vel intelligi possunt, quoad illa, quæ ibi gesserunt, iuxta l. *hæres absens*. [l] vt Bartholus ibi concludit, & nos cum illo ibidem, & Aretinus, [m] anno superiore concludebamus, ni fallimur efficaciter contra Panormitanũ & alios prædictos.

100 Fateor item, non videre me vllum aliud in iure argumentum efficax, quod nostram conclusionem necessario probet, qua parte hoc corollariũ ex illa fluit, nisi consuetudinem vbique Christianorum seruatam, quæ potest iurisdictionem tribuere etiam alioqui non habenti, [n] & ita videtur, quod non tam iuris, quàm consuetudinis sit hoc corollarium & conclusio, qua parte illud parit, hoc est, qua parte continet ob absentiam parochi domicilij nimiam posse quem ab alieno parocho, cuius regionem seu parochiam inhabitat, sacramenta suscipere.

101 Ex quo tertio subinfertur quod, si consuetudo haberet, vt ratione habitationis, etiam minoris annali, quæreretur parocho parochianus, qui ei quo ad sacramenta, subiiceretur, illa esset seruanda. Quod etiam Cardinalis clare sentit, [o] & multis alijs quæ prætereo, comprobari posset.

102 Infertur & quarto, quando in eadem ciuitate quis habet domicilium habitationis in vna parochia, & in altera ad aliquod tempus habitationem, ab eo parocho sumere debere sacramenta, & in illa Ecclesia debere sepeliri; & illi Ecclesiæ deberi quartam de funeralibus canonicam, in cuius parochia domicilium habet; & non illi, cuius parochiam incolit.

Ex quo subinfertur illud Federici Senensis, [p] non esse verum. hactenus de additione casus quinti.

Sexto vero casui, scilicet quod ratione necessitatis sacerdos aliquis posset alienum parochianum ad pœnitentiam suscipere, adde, quæ ponam, [q] infra. [r]

Septimo autem casui, qui est octauus Hostiensi, scilicet, quod ratione spei ratificationis alienum parochianum quis audire possit, addo primo pro hac conclusione facere illam regulam. [s] *Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari*. Secundo, facit cap. *Lugdunensis*. [t] quod habet sanctum Epiphanium ordine insigniuisse quosdam clericos diœcesis Ioannis Chrysostomi, quod nulla ratione saluari potest, nisi quia id fecit pro comperto habens, illud Ioanni viro pietissimo, & sibi amicissimo placitum, & gratum fore. Facit tertio, quod reconciliatio Ecclesiæ ab eo, qui eam facere non poterat, facta; & ita nulla, ratificari potest, cap. aqua. de consecratione ecclesiæ.

103 Hunc tamen casum valido argumento reiicit Paluda. nempe illo, quod sacramentum à principio nullum per nullam ratificationem etiam Papæ potest esse validum: quoniam, cum sacramenta iure sint diuinò constituta, vt communis [v] concludit, & sua peculiari materia & forma constent, non possunt sine illis consistere.

104 Et neque Papa in alia materia & forma cõficere illa potest, quam in ea, quę est à Saluatore instituta. Cum item de substantia sacramenti huius sit minister, qui est sacerdos iurisdictionem habens actualem, iuxta Concilium Florentinum & Eugenij decretum in eo constitutum, [x] est

id quod magis declarat Concilium Tridentinum nuperrimum. [a] sequitur absolutionem sacramentalem à ministro, qui iurisdictionem in actu non haberet, esse nullam: & per consuetudinem, neque per Papam ratificari posse, tam longè abest, vt ab alio simplici parocho ratum haberi valeat.

105 Paludanum sequutus est Antoninus: at Prieras eruditione non vulgari in hac re conciliat eos ita, [b] vt quod Paludanus cum suis ait intelligatur, quando sacerdos pœnitentem absoluit spe ratificationis futuræ; puta si parocho proprio id placuerit: Hostiensis verò dictum procedat, quando spem ponit in ratificatione præsenti; scilicet, quod sacerdos ille alienus putat proprium contentum esse illo tempore, quo ipse parochianum eius absoluit. Ego semper magni feci hanc concordiam: quæ tamen difficile ab auditoribus meis intelligebatur, neque ipse satis explicare possum, nisi reducamus eam ad eum casum, qui exprimitur in textu; scilicet, quando parochianus consentit intelligendo textum de consensu tam expresso & formali, quàm tacito & æquipollenti. Verbi gratia; Sunt duo sacerdotes, quorum alter est meus parochus; alter verò parocho satis, vel fama vel consuetudine cognitus: & ita illi affectus, vt tantùm, vel plus ei placeat saltem tacitè, vt illi alieno confiteat, quam sibi, si ergo ego tali confessus fuero, tenebit confessio, non propter ratificationem futuram sed præsentem. Vel certè clarius dici potest, confessio alieno parocho in prædicto casu facta valere, propter licentiam parochi mei non expressam; sed tacitam. Facit quod superius diximus, sacerdotes omnes sibi mutuo confiteri: non tam ob consuetudinem, quæ dat confessarium deligendi facultatem; quàm ob licentiam prælatorum & parochorum tacitam. quod tamen sublatum esse per Concilium Tridentinum ibi diximus: & melius in Manua. [c] Facit, quod etiam supra scripsimus, peregrinos, si peregrinationis insignibus de manu parochorum desumptis cum eorum licentia peregrinentur, posse in peregrinatione confessarios eligere; quia tacitam videntur ad id accepisse licentiam. Sic igitur & qui confiteatur tali sacerdoti alieno, cui eum confiteri proprius tacitè, vel expressè vellet, validè dicetur confiteri, quia etsi non expressè, certè tacitè ad id videtur ei facta facultas.

In glossam primam.

106 Hæc glossa poniur super verbo, *Prius*, priori loco posito, sed debet poni super verbo, *Prius*, quod secundo loco in textu ponitur. Ex qua iuncto textu videntur colligi duo: alterum est, eum, qui vult alieno sacerdoti confiteri debere illum fateri prius proprio parocho, deinde alieno: alterum quod ex hoc subinfertur, est, posse quem lege canonica ad bis eadem peccata confitendum astringi.

107 Horum prius falsum est, primò quod nullo iure id cauetur, *& quod non est sanctorum patrum decreto sancitum, superstitiosis adinuentionibus non est præsumendum*. [d] Secundo, quod totius Ecclesiæ consuetudo est huic conclusioni contraria, at consuetudo est optima legum interpres. [e]

Non obstat glossa quippe quæ textu decepta hoc dixit. Non item textus: quia non est illius sensus is, quem glossa indicat: sed quod vt plurimum ignorantia parochi deprehenditur ex confessione illi prius facta, & ex absolutione & aliis ab eo acceptis, vel factis & dictis. Et ita illa verba. *Nisi pro ignorantia illius, cui prius est*, significant nisi pro ignorantia parochi, quæ, vt plurimum ex confessione prius ei facta deprehenditur. Facit ad hoc, quod vulgus tunc demum, vt plurimum, ait: O quàm dexter confessarius est ille, & quam ineptus ille; cùm iam experimento didicit vnius peritiam, & alterius imperitiam.

107 Alterum vero, quòd sentit glossa posse quem humana lege obstringi ad eadem peccata bis confitenda, videtur confirmari ex eo, quòd quis voto se ad id obligare potest: quoniam res de se bona & laudè digna est, [f] limitando eo modo, quo supra in cap. *falsæ*. [g] est dictum. [h] Secundo confirmatur, quod omnes saltem semel in anno tenentur proprio parocho confiteri. cap. *omnis*. [i] etiamsi alij confiteantur intra annum, quod sentit Archidiaconus hic, [k] &c. facit glossa, [l] quæ sentit, eum, qui confessus est

a *Sess. 14. ca. 5. & 7.*
b *In ver. Confessor. 1. quæst. 6. col. 2.*
c *Ca. cum dilectus. de consuetud. l. minime. ff. de leg.*
d *Cap. 2. de transl. prælat. & 2. q. 5. consuluisti.*
e *Ca. 4. nu. 2.*
f *Cap. quem pœn. col. 2. supra dist. 1.*
g *Dist. 5.*
h *In quinta confessionis conditione. n. 2.*
i *De pœn. & remiss.*
k *In versi. Et consulo.*
l *6. c. omnis.*

habentibus facultatem audiendi parochianos alienos, teneri ad confitendum iterum parocho, quam Ioannes Andreas, Panormitanus, & alij limitant nõ procedere in his, qui confitentur fratribus mendicantibus. Qui per hoc videntur, velle eos qui alijs confitentur, teneri ad confitendum iterum parocho, etiamsi alia peccata non admiserint: ergo debent confiteri eadem, quę alijs confessi fuerint: & ita lege humana eadẽ peccata quis bis tenetur confiteri.

a *De treug. & pace.*

108 Tertio facit textus singularis & paucis cognitus in extrauagante *vices*. [a] quæ habet mendicantes religiosos non debere prædicare, quod parochiani nõ tenentur, saltem in Paschate proprio confiteri sacerdoti, quia de iure tenetur parochianus, saltem in Paschate, proprio confiteri sacerdoti. In quibus verbis audis, mendicantes male agere concionando parochianum, non teneri saltem in Paschate proprio sacerdoti confiteri. Audis item illa verba; *Quia de iure parochianus tenetur proprio sacerdoti confiteri saltem in Paschate.* Et ita sentit ibi Sixtus eum, qui fratribus confitetur, teneri iterum in Paschate suis parochis confiteri.

109 Quarto facit, quòd statutum est inter Cistercienses monachos vt omnes semel in anno suis Abbatibus confiteantur ea, quæ alijs confessarijs, etiam sui ordinis à superioribus deputatis, prius confessi essent, & ab iisdem absoluti. Quod statutum seruãdum esse affirmat & contendit Maior, [b] vbi etiam testatur, quẽdam fratrem Ioannem Angeli prædicasse Tornaci aliquot propositiones, & in his, quod parochianus confessus fratribus mendicantibus satisfacit Decretali, *omnis vtriusque*. nec tenetur confiteri proprio parocho semel in anno, nec ab eo facultatem petere. Et cum variæ illius viri propositiones ad facultatem Parisiensem mitterentur aut approbandæ, aut castigandæ, sic prædictam moderata est & qualificauit facultas. *Hæc propositio scandalosa est, & iuri contraria, & pro subditorum ad prælatos debita obedientia & reuerentia publicè reuocanda.* Vbi etiam subdit, Martinum V. in quadam extrauaganti, quæ incipit, *ad vberes fructus*, simile dixisse.

b *In 4. dist. 17. quæst. 6.*

c *In §. sane. de statu monach.*

d *Tomo 2. de conf. q. 1. alias in paru. opus. tom. 1. tra. 5. q. 1.*

110 Quinto facit Clemen. *ne in agro*. [c] qua monachi ad confitenda peccata sua semel in mense iubẽtur. Per quam Caietanus asseruit, [d] monachos, etiam nulla mortalia, quæ confiteantur habentes, ad id teneri, & oportere illos eo casu venialia confiteri; vel mortalia pridem detecta confessario. Sicut igitur nemo tenetur venialia confiteri, si ius diuinum tantùm attendas, si tamen humanum, tenetur, sequitur pari ratione teneri nos posse iure humano ad bis eadem confitendum; quamuis iure diuino ad id minimè teneamur. hanc opinionem tenet Maior, [e] & sentire videtur Thomas à Vio in illa q. 1.

c *In illa q. 6.*

f *In §. cæterum. de priuil. leg.*

111 Sexto facit extrauagans *inter cunctas*. Ioannis XXII. [f] quæ singulis & paucis nota, habet monendos esse fratres, vt in suis concionibus populum exhortentur, quo suis parochis saltem semel in anno confiteantur, asserendo id ad animarum profectum procul dubio pertinere.

112 His tamen non obstantibus contrarium arbitror verius, scilicet, neminem sine suo cõsensu ab homine aliquo quantalibet iurisdictione illustri obligari posse ad confitendum iterum peccata, quæ legitimè confessus est, & ab eis absolutus. Hanc conclusionẽ affirmat Gerson vir omnium consensu prius iuxta ac doctus. [g] Hoc Paludanus, [h] & Iacobus. [i] Dionysius item, quem ibi citant Maior & Iacobus. Idem tenet etiam Adrianus. [k]

g *In lectione 2. super Marcum.*

h *In 4. distin. 17. q. 5. col. 2.*

i *Ibidem. col. um. 44. quæ est penul.*

k *De confess. quæst. 5. col. 3.*

113 Pro quo facit primo quod Ecclesia non obligat ad nimis difficile, argumento cap. *tua*. [l] facit cap. *alligant*. [m] Sed hoc esset valde difficile; ergo.

l *De iureiur.*

m *26. quæst. 7.*

114 Secundo facit extrauagans, *vas electionis*. [n] Ioannis XXII. quæ continet tria illa dicta Ioannis Poliaci hæretica esse. Quorum primum erat, quod confessus fratribus tenetur eadem peccata proprio sacerdoti confiteri. Secundum, quod stante statuto cap. *omnis vtriusque sextus*. &c. non potest Summus Pontifex facere, vt parochiani nõ teneantur confiteri proprio sacerdoti, seu parocho Ecclesię, immo nec Deus, immo implicat contradictionem. Tertium, quod Papa non potest dare licentiam, siue facultatem audiendi confessionem, immo nec Deus, quin confessus habenti generalem licentiam, teneatur eadem peccata iterum proprio parocho fateri.

n *De hæret.*

Sed responderi posset, illam extrauagantem nil ad rem nostram pertinere: quia ille Ioannes aiebat confessionem huiusmodi fratribus factam non esse legitimam, & ideo iterandam: nos autem de legitima confessione similique absolutione loquimur. Replicari tamen posset, quòd post omnia prædicta continentur ibi verba sequentia, scilicet quod illi, qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata iterum confiteri, quàm si ea aliàs cõfessi fuissent eorum proprio sacerdoti, iuxta Concilium generale: at nemo vmquam dixit, confessum parocho teneri posse ad iterũ alteri confitendum ea, de quibus ab eo fuit absolutus: ergo propositum. Facit quod etiam ipse Maior, qui maximè contendit contrarium defendere, nõ audet affirmare hoc statui posse, quoad totum populum: sed solum, quoad religiosos. Postremo facit extrauagans illa, *inter cunctas*. [a] quæ habet eorundẽ peccatorum confessionem non esse de necessitate iterandam.

a §. *cæterum. de priuileg.*

115 Dixi in conclusione; sine suo consensu, nam voto ad id obligari posset. Verbi gratia; Si quis ad euitandum aliquod peccatum voueret se quoties id admitteret; bis confessurum. Si etiam ei hoc præciperetur pro pœnitentia, & eam acceptaret iuxta ea, quæ dicta fuerunt in cap. *contrarium*. [b]

b *Supra. di. 5.*

116 Non obstant in contrarium adducta. Non primum, quia concedimus posse quem se ad id obligare voto: sed non infertur ex eo, lege vlla hominum ad id astringi posse. Quemadmodum & quis obligare se potest ad castitatem & virginitatem seruandam; non tamen humana lege ad id obstringi. [c] *Quia*, vt ibi Ambrosius ait, *res magis voti, quàm præcepti est*.

c Cap. integritas. 32. q. 1.

Ad secundum nego, iuxta iura omnium communia eum, qui semel aliqua peccata legitimè confessus est, & ab illis legitimè absolutus, teneri amplius eadem illa confiteri, siue illa suo parocho fuerit confessus, siue fratribus, siue aliis quibuslibet, neque vllo textu, neque vlla, quæ vrgeat, ratione id probari potest. nam Archidiaconus hic non ait, id esse necessum: sed consulit, & qua facilitate id sentiret, quod tamen nõ facit, eadem ab eo discedi posset.

117 Glossa verò 6. [d] nõ tenet neque sentit id, quod multi putant, scilicet, confessum legitime aliis teneri ad confitendum iterum parocho: sed quod nemo sine licentia parochi confiteri potest fratribus, vel aliis habentibus licentiam audiendi aliorum confessiones: & ideo si quis eis confiteretur, quia illa confessio esset illegitima, & etiam quæ illam consequeretur absolutio, talem confessionem esse iterandam. Quod ipsum etiam Ioannes Andreas, Panormitanus & omnes alij senserunt, ex quo tamen nil contra nostram conclusionem infertur.

d *Illius com. in ii.*

Ad tertium respondeo, extrauagantem illam, *vices*. [e] nil aliud probare, quàm ca. *omnis*. [f] & ita concedo teneri eos iure communi ad proprio sacerdoti confitendum, intelligendo illud eo modo, quo c. *omnis*. intelligendum est. Illius namque pars sunt prædicta verba, quæ Sixtus in illa extrauagante refert: at illud c. *omnis*. qua parte habet, vt omnis vtriusque sexus, &c. semel in anno cõfiteatur proprio sacerdoti, debet intelligi de sacerdote, qui potestatem habet eum à peccatis absoluendi, vel de parocho: sed cum additione, vt textus paulò post aperit, videlicet, nisi de ipsius consensu confiteatur alteri, vt etiam in nostro textu est. Et rursus hoc, quod dicitur; nisi de consensu parochi, supplendum: Vel de ipsius parochi, seu proprij sacerdotis superioris licentia per ea, quæ mox in glossa sequenti dicemus perscrutando, quis sit proprius sacerdos, & quot sint, vbi magis, quoad hoc explanabimus, ea. prædictum omnis.

e *De treug. & pace.*

f *De pœn. & remiss.*

118 Ad quartum respondeo, Dionysium ordinis & sodalitij Cistercien sis, quem ipse non vidi, sed à Maiore & Iacobo, [g] refertur, inuectũ fuisse ob hoc statutum in suos prælatos, qui subditos aliis ordinis ipsius confessariis semel confessos, iterum sibi eadem peccata confiteri cogebant. Cuius si opinionem cum prædicto Iacobo sequamur, facile fuerit negare id in sodalitio ipsius statui posse: at ipse memini, me in illius ordinis priuilegiis nuper legere, id statutum à duobus Romanis Pontificibus confirmatum fuisse. Ideo dicendum videtur primo, satis certe duram, & vtinam non plus satis, esse illam legem. Deinde dico illam, nisi verba palam repugnent, intelligẽdam esse

g *In illa q. 17. locis supraci tatis.*

de his,

de his, qui alijs quam sui ordinis confessarijs confitentur. Quia tamen arbitror huic moderationi verba illius statuti repugnatura, dico tertio; id euenire propter ipsorũ monachorum consensum expressum & explicitum, vel implicitum, & tacitum. Quoniam qui ordinem illum profitentur, tacitè videntur, se velle subiicere omnibus ordinis statutis; ideo tacitè saltem consentire videntur, se sua peccata bis confessuros. Sicut qui se ordine sacro initiari permittit, tacitè se ad castitatem seruandam obligat; siue id votum appellemus tacitum cum alijs, vel legis obligationem ex illo consensu tacito resilientem cum alijs, iuxta varias, quæ in hoc versantur, opiniones relatas per glossam. [a] Admoneo autem lectorem, quod supra tribuo Ioanni Maiori de Dionysio Cistercien si non reperiri in suo quarto libro, quem nunc hic Romæ habeo; quamuis esset in eo, quem habebam Conimbricæ, dum hæc scribebam.

a *Cap. de illo 32. dist.*

119 Ego vero, si tanta essem apud illius ordinis abbates auctoritate, quanta me scio esse, ac fuisse erga illorum plerosque obseruantia & pietate, pro virili conarer, vt talia statuta, quæ nostra ætate magis nocere, quàm prodesse arbitror, vel penitus abrogarent, quod videtur vtilius; aut certè vt illis derogarent, quoad eos; qui de suorum Superiorum licentia alijs confiterentur. Quando nemo vmquam dixit, de licentia parochi alteri confessum, debere iterum ipsi parocho confiteri. Facit, quod Thomas, [b] in hæc verba dixit: *Peccaret sacerdos, si non esset facilis ad præbendam licentiam confitendi alteri: quia multi sunt adeo infirmi quòd potius sine confessione morerentur, quàm tali sacerdoti confiterentur. Vnde illi, qui sunt nimis solliciti, vt conscientias subditorum per confessionem sciant, multis laqueum damnationis iniiciunt, & consequenter sibi ipsis.*

b *In quarto, dist. 17. quæst. 3. art. 3. q. 4. ad sextum.*

c *In illa dist. 6. col. 3.*

Ad illud verò quod tangitur, de reuocatione & palinodia fratris Ioanni Angeli, respondẽdum censet Maior, [c] quod quilibet quamlibet legitimè alteri, quàm parocho confessus, teneturilli confiteri, hoc est, facere de confessione alteri facta fidem quod, inquit, laxato vocabulo confessio dici potest.

120 Hæc tamen interpretatio, quã sit à mente illius fratris & iuriũ, quibus ille nitebatur aliena, nemo non videt.

121 Ideo respondeo, conclusionem illius fratris, sine alia suppletione falsam esse & dignam quæ reuocetur, & contradictoriam illius, quam illud ca. *omnis*. continet. Conclusio enim illius & propositio ex tribus partibus copulatur, quarum duæ sunt falsæ. Est enim illa, Parochianus confessus fratribus mendicantibus satisfacit decretali, *omnis vtriusque*. neque tenetur confiteri proprio parocho semel in anno, nec ab illo facultatem petere: & constat has duas postremas falsas esse, si nil aliud addideris.

Ad quintum autem respondeo, negando primo hanc illationem: Statui potest, vt quis confiteri teneatur sola venialia: ergo etiam constitui potest, vt quis bis mortalia confiteatur. Quis enim non videt, quanto durius est bis mortalia, & omnia confiteri, quàm venialia, & eorum ea, quæ voueris tantùm.

122 Quod enim subtiliter Thomas à Vio annotauit, illa Clemen. *ne in agro*. [d] non habet, vt monachi sua omnia peccata confiteantur semel in mense, vt illud c. *omnis*. Sed solum habet, vt semel in mense ad cõfessionem accedant, & ita, vt confiteantur mortalia omnia, si habent aliqua, & si talia non habent, venialia, quæ voluerint. Nam in confesso, est neminem teneri: immo neque obligari posse, ad omnia venialia confitenda, iuxta illud: *Delicta quis intelliget*: [e] Et quoad obligationem expresit Concilium Tridentinum. [f]

d *§ sane.*

e *Psalmo 18.*

f *Sess. 14. c.*

Ad postremum respondeo. §. *illum cæterum*. solum probare, vtile quidem esse peccata eadem bis confiteri: non tamen necesse, quod & nos confitemur.

In glossam secundam.

123 Hæc glossa in meo libro vitiata est in verbo: *Ab illo*, quòd positum est in ea pro verbo: *Ab alio*.

Ex hac glossa iuncto textu & iuncto cap. *omnis*. [g] colligo, idem significari per sacerdotem, cui aliquis commissus est. & per sacerdotem proprium. Nam hæc verba: *Cui se commisit*. exponit hæc glosa per illa: Cuius parochianus est. & sacerdos ille dicitur proprius, qui est præfectus parochiæ, iuxta c, illud. *omnis*.

g *De pœn. & remiss.*

124 Contra quam tamen conclusionem facit primo quod secundum Hostiensem & omnes, [a] quilibet Christianus habet saltem tres proprios sacerdotes: parochum de cuius est parochia, episcopum, de cuius est diœcesi, & Papam vbicumque ille sit: quia est Pontifex non solum vrbis, sed etiam orbis.

a *In illo c. omnis.*

125 Quæ tamen doctrina, quamuis nemo id animaduertat, intelligenda est primò extra episcopatum Romanum. Illam, inquam, diœcesim, cui Papa solus & nullus alius episcopus præest. In ea enim diœcesi non est vllus alius episcopus, neque prælatus, qui quasi episcopalem habeat iurisdictionem præter Papam. Et ita ibi non concurrunt tres prædicti.

126 Item, quod nemo aduertit, intelligendum est secundo illud verbum, episcopum, vel quasi episcopum prælatum, scilicet aliquem, qui habet super eum iurisdictionem quasi episcopalem. Quorum de numero sunt omnes monachi & alij, qui subiiciuntur non episcopis vllis: sed aliis prælatis, qui vel immediatè Romano Pontifici subsunt, aut mediantibus aliis prælatis, qui tamen non sunt episcopi, vt in his Lusitaniæ Castellæque regnis sunt omnes, qui ordinibus militaribus Christi, sancti Ioannis, sancti Iacobi, & aliis id genus cognomẽtis dicuntur, subiecti.

127 Tertio excipiendus est ab hac vniuersali ipsemet Papa, qui neminem habet superiorem, nisi quem ipse delegerit, [b] cum igitur verum sit, quemlibet Christianum, vt plurimum saltem, tres habere proprios sacerdotes, non tamen nisi vnum, cui commissus est, sequitur, conclusionem ex glossa excerptam falsam esse.

b *Cap. nemo. cum. gloss. & cap. aliorum. 9 quæ. 3.*

128 Secundo contra conclusionem hanc allego illud communiter receptum ex Panormitano & aliis, [c] & latius ex multis versiculis Hostiensis, [d] & aliquid ex Cardinale, [e] ex Paludano, [f] quod multo plures, quam tres sunt proprij sacerdotes: primus, Papa in toto mundo, secundus Legatus in sua prouincia; tertius, Pœnitentiarius Papæ, & Legati in sua prouincia, quartus, Archiepiscopus dum visitat prouinciam, est proprius sacerdos subditorum suorum suffraganeorum, & eos absoluere potest. [g] quintus episcopus in tota sua diœcesi, sextus archipresbyter ecclesiæ cathedralis, septimus vicarius generalis episcopi. Isti enim possunt audire omnes in diœcesi. argumento l. *cum prætor*. [h] & cap. *officium*. [i] octauus presbyter parochialis in tota sua parochia, nonus vicarius prælatorum, decimus omnes habentes licentiam ab aliquo prædictorum, vndecimus sacerdos ille, qui eligitur à Papa in ipsius confessarium, & qui ab episcopis, archiepiscopis, patriarchis, cardinalibus, & similibus prælatis episcopis, superioribus, & etiam ab inferioribus prælatis, dummodo sint exempti, vt patet in c. fin. [k]

c *In Clemen. dudum de sepult. verò. si vero.*

d *In summa de pœnit. §. cui confiteri. dum.*

e *In cap. omnis. col. 2. de pœni. & remiss.*

f *In illa dist. 17. quæst. 3. &. seq.*

g *Cap. nostro. de pœnit. & remiss.*

h *ff. de iudic.*

i *De offi. archid.*

k *De pœnit. & remiss.*

129 Quod postremum est verum, si tria in his, qui non sunt episcopi, vel superiores cõcurrant, scilicet, quòd eiusmodi eligens sit prælatus, & exemptus à iurisdictione ordinaria, & immediatè Papæ subiectus, quod post Paludanum omnes probarunt, & probatur in illo ca. fin. [l] quamuis Panormitanus ibi tertium non meminerit.

l *De pœnit. & remiss.*

130 Ad hæc duo argumẽta contra conclusionẽ ex glossa erutam facta respondeo: omnia, quæ assumuntur in argumentis esse vera, limitando ea illo modo, quo in illis sunt limitata: sed ex illis nil sequitur contra conclusionem ex glossa excerptam. Debet enim intelligi de sacerdote proprio, id est ordinario, siue speciali, siue generali: & de sacerdote, cui aliquis secundum potestatem ordinariam, siue generaliter, siue specialiter committitur.

Pro cuius declaratione annotandum est primo, si ponderetur virtus vocabuli, *Propria*, vt dicatur, *Proprius*, qui solus & nullus alius, vel quia istius & non alterius, neutro modo potest accipi in illo c. quia plures, ex æquo possunt præfici vni parochiæ, & vnus ex æquo absoluit omnes suos: immo de facto multi ex æquo habẽt potestatem absoluendi eosdem, vt duo argumenta prædicta probant: & ita nulli fere habent proprios sacerdotes. Ideo secundum Bonauenturam, [m] tres sunt significationes huius nominis, *Sacerdotis proprij*. Cui satis concordant Scotus & Richardus. [n]

m *In illa dist. 17. art. 3. q. 2.*

n *Eadẽ dist. art. 3. qu. 1.*

131 Accipitur enim communissimè, communiter, &

propriè. Communissime proprius sacerdos dicitur, quicunque potest confitentem absoluere, siue propria potestate, siue commissa: & siue cõmissio fiat ab homine, siue à iure: vt sunt delegati à iure, [a] & hoc modo eiusdem confitentis sunt multi proprij sacerdotes tam ordinarij, quàm commissarij vices eorum habentes: scilicet Papa, episcopus, sacerdos parochus, & eorum commissarij. Communiter autem dicitur proprius sacerdos ordinarius, id est, qui propria auctoritate, vel officio, tamquam prælatus ordinarius, potest absoluere, vt Papa omnium fidelium, episcopus omnium diœcesanorum, sacerdos parochianus omnium suorum parochianorum. Proprie autem dicitur sacerdos, cui commissa est specialis cura in certa parochia, qui administrat sacramento populo suo, quem habet in Ecclesia.

132 Secundo annotandũ est, quod illa Decretalis, quoad propositum sufficit, tres partes habet, secundum aliquos. Prima est hæc: *Omnis vtriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata, saltem semel in anno, fideliter confiteatur proprio sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiam propriis viribus studeat adimplere: suscipiens reuerenter in Pascha Eucharistiæ sacramentum.* Hæc pars habet vim præcepti: quia materia est tam necessaria &; salubris: nam sine statuto quilibet tenetur confiteri ex lege diuina, vt supradictum est: & per statutum ecclesiæ solum limitatur tempus, intra quod quiuis debet confiteri. Secunda pars est, *si quis alieno sacerdoti voluerit iusta de causa confiteri peccata, licentiam postulet, & obtineat à proprio sacerdote.* Et hæc est dispensatiua siue relaxatiua primæ partis. Quia casum ponit, in quo non ligat prima pars, in quo scilicet dispẽsatur super prima parte. & per hoc implens secundam partem non tenetur implere primam.

133 Ex quo sequitur, præceptum siue statutum de confessione semel in anno facienda proprio sacerdoti esse disiunctiuum, scilicet, vt fiat proprio sacerdoti: vel de licentia proprij sacerdotis alteri.

Tertia pars, quæ est clausula adiecta secundę parti, scilicet: *Cum aliter ipse*, scilicet alienus sacerdos, *illum non possit absoluere, vel ligare.* Hæc est pars difinitiua definiens, quod licentia proprij sacerdotis sit necessaria & sufficiens ad hoc, vt alienus possit absoluere.

134 Tertio annotandum, quod secundum Bonauenturam & Paludanum qui videntur, vt plurimum recepti, illa vox, *Proprius sacerdos*, nõ potest in eo capi vnioce. Nam in prima de necessitate capienda videtur, prout complectitur tam ordinarium, quàm commissarium. Alioqui prima pars est falsa, scilicet, quod quiuis fidelis teneatur proprio sacerdoti semel in anno confiteri: quoniam sufficit, vt confiteatur proprio sacerdoti, vel ipsius delegato. Sed in secunda parte nõ potest capi proprius sacerdos, nisi pro ordinario: nam habetur in illa. *Quod si alieno voluerit cõfiteri, petat à proprio licentiam*: quia non sufficit eam petere à commissario: alias fratres mendicantes haberent potestatem committendi. quod est falsum. Insuper, si habeam licentiam à proprio, ille quem virtute illius licentiæ delegero: non erit alienus, sed proprius: ergo videtur, quod proprius sacerdos in isto capitulo in prima & secunda partibus capiatur æquiuocè.

135 Contra tamen hunc intelligendi modum facit, quod lex debet esse clara, [b] & æquiuocatio mater est erroris, vt est in l. *in ambiguo*. & q; ibi Bartholus annotauit. [c] Secundo facit, quod intelligẽdo sic primam partẽ, secunda esset supe rflua, quia qui de parochi licentia confessionem audit, sacerdos est proprius, secundum illam significationem: quoniam potestatem habet audiendi & absoluendi.

136 Quarto annotandũ, aptius esse dicere, quod in quauis istarum partiũ capitur proprius sacerdos vnioce, pro habente ordinariam potestatem iure communi. Et pro solutione contrarij dici potest, præceptum illius cap. *omnis*, esse disiunctiuum. nam hæc pars: *Cùm ad annos discretionis peruenerit, solus sua peccata proprio sacerdoti confiteatur*, non sola est præceptum, sed sub disiunctione cõiuncta secundæ, scilicẽt, quod si voluerit alieno confiteri, petat licentiam à proprio: ergo illud præceptũ in illo ca. est disiunctiuum ita, vt sufficiat adimplere primam partem, vel secundam: nam confitendo ordinario adimplet primam partem, & confitendo commissario, adimplet secundam. Papa enim, & episcopus, & parochus sunt tres ordinarij respectu pœnitentis, & ita pro prius in quauis illarum partium valet tantùm, sicut ordinarius.

137 Ordinarius, inquam, qui iure communi ordinario, sine alterius licentia & electione habet actu iurisdictionem in conscientiæ foro, & confessionem audire potest. Hoc addiderim, quoniam quod demiror neminem aduertisse, quilibet sacerdos ordinariam habet in absoluendo à peccatis potestatem. Neque vllus absoluit tamquam delegatus, propriè sumendo delegatum per ea, quæ ex Paludano & aliis adduxi supra, [a] & per licentiam parochi proprij nullam alienus suscipit iurisdictionem: sed solùm illam exercẽdi materiam, vt in prædictis locis dictum fuit. Itaque proprius in illo c. non pro quolibet ordinario: sed pro ordinario, vt supra dicitur, qualificato accipitur.

Ex quo inferri potest intellectus verborum in Concilio Florentino in decreto Eugenij [b] positorum: scilicet: *Ministter sacramenti pœnitentiæ est sacerdos auctoritatem absoluendi habens ordinariam, vel ex commissione superioris.* Illud enim verbum: *Ex commissione.* accipi debet pro licentia & facultate id faciendi, & non pro iurisdictionis, vel potestatis absoluendi translatione.

In glossem tertiam.

Prima pars huius glossæ allegat, secunda ibi, *Sed numquid*, quærit & soluit, tertia ibi, *Sed numquid*, iterum quærit, & soluit, & infert.

138 Ex prima parte glossæ colligitur, posse quemlibet sine parochi licentia confiteri, quando ignarus est ille. Pro qua conclusione videtur hic textus irrefragabilis. In eo enim dicitur, nullum sacerdotem alterius parochiani confessionem audire posse sine consensu proprij parochi, nisi propter ipsius ignorantiam: ergo quando is est ignarus non est necessarius eius consensus. Facit & §. præcedens, in quo ait Gratianus, posse parochianum deligere confessarium sibi, quem maluerit, quando parochus est cæcus, siue ignarus.

Contra tamen hanc conclusionem videtur casus in illo cap. *omnis*. quod habet, eum qui iusta de causa vult alij confiteri, debere prius petere & obtinere licẽtiam à proprio sacerdote.

139 Secundo facit, quòd mortuo vel excommunicato proprio parocho non posset quis alteri sine licentia confiteri, quia id nullo iure permissum videtur. Quod affirmat & Paludanus, [c] ergo neque ipso, quæ oportet, ignorante.

140 Tertio facit, quòd culpa, vel negligentia inferioris non tollit ius collegæ, vel superioris. [d] ergo licet parochus propter ignorantiam, vel aliam causſam fiat ad confessionem audiendam inhabilis: non propterea ius suum perdit episcopus, vel alius illius superior, vel collega. Nam & ab omnibus receptum est, eum, cui collata est parochialis, si nondum est presbyter, audire quidem confessionem non posse: facultatem tamen, quo ab aliis audiantur, & posse & debere suis parochianis facere, argumento cap. *suffraganeis*. [e]

141 Respondeo primo ad hæc ex mente Hostiensis, [f] quem videtur sequi Antonius, [g] & Collectarius. 10. cap. nostrum procedere, quando neque obtineri potest à proprio sacerdote licentia: neque alius superior, qui hoc concederet, possit sine periculo adiri, tunc enim alieno sacerdoti parochianus confiteri valeret.

142 Contra quam responsionem facit primo, quod ca. hoc nimium restringitur. Secundo, quod clarè innuitur in eo, sine vllo consensu parochi, quando ille ignorantia laborat posse alteri confiteri. Tertio quòd innuunt superiorem posse hanc licentiam, quam parochus negat, concedere: cùm tamen regula sit, superiorem posse compellere inferiorem, vt quòd facere tenetur, faciat: non autem quod ille facere debebat, conficere, secundum Ioannem Andream, Cardinalem & Panormitanum. [h] Hoc tamen tertium parum me moueret: quia primo videtur illi respondere Antonius, [i] intelligẽdo, quod superior debet parochum compellere, vt det licẽtiam, non autem ipse dare,

a *Cap. ad abolendam, de hæretic. c. irrefragabili. de offi. ordin.*

a *Eodem cap. nn. 47. 48. 50. 51. 52. & 53.*

b *§. quarti.*

c *In illa d. 17. q. 3.*

d *Cap. cum in cunctis. §. fin. de elect. c. 2. de concess. prabend.*

e *De elect. f In illo cap. omnis.* g *Col. 6.*

h *In c. pastoralis. de offi. ordin. super glos. 2. & in c. si quis contra. de fur. competi. i In illa col. 6.*

b *Cap. erit autem lex 4. d. c. fi. de constitut.*
c *ff. de rebus dub.*

a *In illa col. 11.*

b *In illo c. omnis. nn. 17.*
c *De consess. post quæst. 5. dubio 8. col. 2. sub finem.*

d *In 4. d. 17. q. 3. col. 7. & in d. 10. qu. 3. sub finem.*

c *ff. de leg. I. ff. qui satisdare cogãtur.* g *C. de litis. contest.*

h *Cap. quem pœn. col. 2. supra dist. 1.*

i *Proxima d.*
k *Ecclesiasticis 3.*

secundo quod doctius sensit Collectarius, [a] quod superior mediatus, qualis est archiepiscopus respectu subditorum suffraganei, compellere tantùm regulariter potest: immediatus verò, quales, sunt episcopus, & Papa respectu suorum subditorum, & compellere & efficere, quod ipsi effecisse debebant. Duæ tamen priores considerationes satis videntur impugnare solutionem Hostiensis prædictam: quæ tamen in se videtur vera.

143 Quare aliter & secundo responderi posset ex mente Panormitani, [b] quem videtur sequi Adrianus: [c] scilicet, quòd licentia sit petenda & obtinenda, si fieri potest, vt ibi dicitur: si autem obtineri non potest, confessio fieri alteri poterit, vt hic scribitur.

Contra tamen hunc intelligendi modum facit primo, quòd secundum illum, verbum, *Obtineat*, in illa decretali positum nil in effectu operaretur. Secundo quòd hoc ca. innuit, neque obtinendam, neque petendam esse licentiam, quando propter ignorantiam parochi ab eo recedit. Hoc enim c. habet, sacerdotem alienum posse audire confessiones alterius, sine ipsius parochi consensu pro ignorantia illius, cui prius confessus est. & ita potestatem audiendi confessionem non fundat in petita, neque obtenta licentia: sed in sola illius ignorantia.

144 Quamobrem tertio respondeo, illam decretalem posteriorem per hanc priorem limitari, ex eaq; constituì regulam: scilicet, parochianum, etiam iusta de causſa, non posse alieno sacerdoti regulariter confiteri: nisi ab eo petita licentia. Sed eam regulam illius ca. per exceptionem huius limitari, quando quis ob ignorantiam parochi, cui prius confessus fuit, ab eo discedit. Ratio autem limitandi sit, quod causſa illa, qua parochianus à tali recedit parocho, in culpa eius fundatur: & ita scire debet, iustam esse illi causſam ab eo discedendi.

Ex quo infertur idem esse, quando ideo ab eo discederet; quia eius confessionem reuelauit, vel alias eum ad malum incitauit: quoniam hæ omnes causſæ in eius culpa fundantur. Quem intellectum tenuerunt quidam, quos refert & videtur sequi Paludanus. [d]

Contra tamen hunc intellectum facit, quod nimium eneruatur illa decretalis, & quòd datur occasio omnib[o] à suis parochis facile discedendi: præsertim tenendo, quod glossa tenet in secunda parte credendum esse parochiano super iusta causſa confitendi alteri. Quarto igitur respondeo, tempore huius c. non fuisse necessarium nec peti, nec obtineri licentiam quando pro ignorantia, vel alia causſa, quæ de parochi culpa manaret, is omittebatur.

146 Hodie autem etiam in hoc casu oportere peti, licet non obtineri, per illud c. *omnis*. vt hoc c. non corrigatur, & illud sit efficax.

147 Dicendo enim, quod dicimus, hoc c. manet incorrectum: quia non est necessarius parochi consensus, vt in eo dicitur, & illud ca. qua parte huic non obuiat, scilicet, quoad petitionem licentiæ; manet efficax. & ita ille Panormitani intellectus non est omnino explodendus: sed amplectendus, quando parochianus ob causſam de parochi culpa manantem petit licentiam, quia non potest eam obtinere. Est autem relinquendus, quatenus Panormitanus sentiebat, omni de causſa iusta id esse faciendum.

148 Pro intellectu hoc facit, l *sed & posteriores*. [e] & glossa in l. *sciendum*. [f] & glossa in authent. *offeratur*. [g] in quantum illæ asserunt Authenticam illam, *offeratur*, multo posteriorem limitari, & restringi per l. illam antiquam, *sciendum*.

149 Ex quibus infertur, ratione fortiori, eum qui sine iusta causſa voluerit alieno sacerdoti confiteri, licentiam petere debere & obtinere. Id autem annotatu dignum reperio apud quosdam, erubescentiam non esse causſam iustam, quo quis suo parocho non cõfiteatur: quia, quo plus verecundiæ patitur, eo plus satisfacit, [h] & vna de conditionibus bonæ confessioni, necessariis, verecundia est, vt [i] in c. *falsas*. diximus.

150 Hoc tamen limitandum arbitror, quando illa erubescentia tanta est, vt pœnitens vereatur, ne se in periculo tacendi aliquod peccatum, vel aliquam eius circunstantiam necessario confitendam constituat. Tunc enim iustã esse causſam arbitror, iuxta illud, *Qui amat periculum, peribit in illo*. [k]

151 Secundo infertur facilem ac misericordem esse debere parochum in eiusmodi licentia concedenda. quod tenet S. Thomas & communis. [a] Quia primo, si petitam non concesserit: poterit tamen multis casibus alij confiteri, quod supra diximus. Secundo, quia vt ait D. Thomas, [b] quamuis ex tali licentia non nulla mali occasio nascatur: per eam tamen multo maioribus malis occurritur. Quæ verba cum alijs retuli etiam supra, [c] ad aliud propositum. [d] Tertio facit, quòd aliqui non solum erubescunt suis parochis confiteri: sed etiam alijs, quin & verecundantur alios suis parochis id scientibus adire: vnde & quandoque in habitu vadunt simulato, vt Paludanus [e] testatur.

152 Infertur & tertio, toties parochum teneri ad confessiones parochianorum audiendas, quoties illi confiteri velint: nisi per hoc à maioribus vel æquè necessarijs curæ oneribus auocetur; vel probabili ei ratione, seu coniectura constet, quòd non expedit illos tam frequenter audire. Per quod proximis diebus respõsum fuit, obligatos fuisse parochos ad audiendas confessiones, quæ ad consequendam indulgentiam Iobelæi proximè lapsi necessario faciendæ fuerunt: & hanc partem tenet Adrianus. [f]

153 Pro corollario facit primo, quod quotiescumque vult peccator ad dominum conuerti & à peccato recedere, paratus est Dominus in gratiam eum recipere. [g] *Bonus namque est omnibus, & aperta sunt viscera eius omni homini petenti.* [h] sed in ministerio sacramentorũ parochus est Christi vicarius, & eius vices gerit: ergo quoties subditus voluerit, tenetur illum audire, & sacramentum pœnitentiæ ministrare. Illatio tenet ex eo, q; habetur in c. *super litteris*. [i] quod eadẽ ratio debet mouere delegatũ, quę delegantem.

154 Secũdo facit, quod colligitur ex [k] Ezechiele pastorẽ spiritalem qualis est parochus, ita teneri ad pascendum gregem, vt quod pingue est non occidat: infirmum consolidet: quod ægrotum sanet, quod confractum alliget: quod abiectum, reducat: & quod perierit, quærat: nec grex Domini fiat in rapinam & deuorationem omnium bestiarum agri, seu dæmonum. Pondera verbum, *quærat*: quasi dicat: Non expectet, donec per se veniat. Quanto ergo magis per se venientem debet recipere: Facit quod non est iusta pastoris excusatio, si lupus oues comedat eo nesciente, [l] tenetur enim præmunire, & latratus præsidijs ab inuasione gregis lupos arcere.

155 Cùm ergo admodum singulare præsidium recuperãdi oues perditas: & confortandi ac præmuniendi contra, & aduersus luporum inuasionem sit sacramentum confessionis, eo quod multi via contritionis, non adhibito sacramento, remissionem assequuturi non essent: quam per confessionem, vel aliorum sacramentorum ministerium assequerentur: probabile videtur, quòd parochi eos audire tenentur, quoties petierint.

156 Facit, q; lege caritatis quisq; tenetur præbere proximo, nõ ea tãtũ, sine quibus euadere mortẽ nõ potest: sed sine quibus verisimiliter eam nõ euitabit: mortem namque languentibus probatur infligere, qui hanc, cum possit, non excludit, [m] ergo qui ad huiusmodi onera obligatus dignoscitur, tenetur non differre, quoadusque viderit proximum in hanc necessitatem incidisse: sed vigilanter cum diligentia occurrere, ac curare, quò in tempore medeatur: vel seruet à lapsu, argumento l. fin. [n]

157 Facit, quod olim omnes tenebantur ter saltẽ in anno communicare, [o] ergo tenebantur saltem ter confiteri. cui consequens est, parochos ad ter confessiones audiendum obligatos olim fuisse: at nulla lege remissa videtur eis illa obligatio. Nam relaxatio c. *omnis*. in fauorem & exoneration em facta est pœnitentium: & ideo in odium eorum non est retorquenda. [p]

158 Facit quod Augustinus hortatur nos, vt quolibet die dominico communicemus. [q] Ecquis audeat communicare, nisi confessus transacta iam ogdoade octóque dierum spatio: iuxta glossam singularem. [r]

159 Mouet & illud grauissimè, quod quoties quis putat se non recordaturũ peccati mortalis, quod admisit, in Quadragesima, vt illud tũc cõfiteatur, tenetur illud antea cõfiteri. Quod memini dicere in sũma, [s] sup. & tradit Maior, [t]

a *In 4. d. 17.*

b *In illa d. q. 3. art. 3. q. 4. ad sextum, & in lib. contra impugnãtes religionem. c. 4.*
c *Eodem ca.*
d *Num. 119.*
e *In 4. d. 17. q. 6. sub fin.*

f *De confess. 8. dubio 9. 5.*
g *Ezechie. 18. & 33.*

h *1. q. 7. signis omnem.*

i *De rescrip.*

k *Cap. 34.*

l *Cap. quãuis. de regul. iur.*

m *83. dist. in prime. cum cõcordant.*
n *C. in quibus caus. in integ. restit. non est necess.*
o *Cap. etsi non frequentius de consecrat. d. 2.*
p *Leg. quòd fauore. C. de leg. regula, quòd ob gratiam. lib. 6.*
q *Cap. quotidie. de consecrat. dist. 2.*
r *In c. de homina de celebrat. missarũ.*
s *Distinct. 5.*
t *In 4. dist. 16. q. 2.*

& Thomas à Vio [a] & etiam Adrianus. [b] Quis ergo peccator volens cõfiteri non possit vere dicere: *Timeo, ne quod peccatum nũc optimè fateri possum, postea per obliuionem in Quadragesim. non fatear, & ideo nunc fateri volo?* & hoc modo de casu congruitatis potest efficere casum necessitatis, quoad confessarium saltem.

160 Contrarium tamen, scilicet quod debito necessitatis, solis illis temporibus teneatur parochianum audire parochus, quibus parochiani sibi confiteri obligantur, tenuit Richardus, [c] quem sequitur Syluester. [d] Pro his facit, quod nullo iure cauetur, parochum teneri pluries quàm semel in anno suorum parochianorum cõfessiones audire. [e] Facit item quia multi ob inanẽ fortè gloriã plus satis confessionem frequẽtarẽt. alij solùm venialia, vel iam semel confessione legitima detecta aperire vellent, & parochi nil aliud vmquam, quàm confessiones audirent.

Sed hæc non obstant: quia c. illud *omnis.* non dicit illud, quod argumentum innuit. sed solùm ait, parochianos semel saltem in anno ad confitendum, si peccarunt, teneri. An autẽ parochi eos pluries volentes confiteri teneãtur audire, necne, nil apetit; quod tamen iura & rationes pro nostra parte adducta satis aperiũt ad eos audiẽdos teneri.

Non obstat secundum: quoniam de nemine est præsumendum, ad confessionem, qui præcipuus est modestiæ actus, superbia incitari: quamquam id aliquando contingat, [f] & eos, qui quæ semel sunt confessi: vel venialia tantum tam sæpè confiteẽtur: nisi communicare velint, possunt, ne id toties faciant moneri: tametsi potius desiderãdi erant, qui hoc facerent. Quod autem de auocatione ab aliis necessariis tangit argumentum: per corollarij modificationem tollitur supra. [g]

An licentia morte concedentis moriatur.

161 Occurrit tamen hic quæstio non contemnenda, immo quotidiana, an licentia eligendi confessarium siue à Papa, siue ab episcopo, siue à parocho, siue à quolibet ordinario alio, qui eam conferre potest, concessa moriatur, mortuo concedente. Pro parte affirmatiua facit, quod mãdatum re integra morte mãdãtis moritur, vt est in c. *gratũ* & c. *relatum.* cũ ibi annotatis. [h] Secundo facit, quòd sentẽtia, qua excommunicantur omnes furtum committentes, expirat morte illam proferentis, vt habet glossa recepta. [i] Facit tertio, quod licentia cuipiam de non residendo concessa morte concedentis expirat, vt habet glossa, [k] putata quibusdã singularis. Facit quarto, & quòd Cardinalis ait, [l] scilicet licentiã à prælatis datã prædicatoribus & Minoribus vsque ad beneplacitum sedis suæ esse duraturã, etiã post eorũ mortẽ. Si autẽ vsque ad suorum, scilicet ipsorũ prælatorum beneplacitum, non duraturam argumento c. *si gratioſe.* [m] Facit l. fin. [n] quæ habet inhibitionem artis exercendæ alicui factam morte vel depositione inhibentis expirare. & hãc partẽ in specie asserit Panormitanus, [o] addẽs se ita in quẽstione facti respondisse. Idem videtur sentire Antoninus, [p] eam affirmat Siluester. [q]

162 Contrarium tamen nobis videtur verius quod satis videtur tenere Paludanus. [r] Pro hac parte facit, quod licet mandatum de aliquid faciendo morte mandãtis expiret: non tamen gratia facta. Casus in c. *si cui.* [s] quod habet potestatem alicui collatã de cõferẽdis aliquibus beneficiis nulla persona expressa, non expirare morte cõcedẽtis. Secũdo est casus in c. *si super gratia.* [t]

163 Tertio facit glossa memorabilis, [v] quæ habet licentiã fratrib[9] præsentatis cõcessã nõ expirare morte cõcedẽtis, immo neq; reuocari posse, quòd est maius. pro qua est textus in extrauagãte. *inter cũctas.* [x] Quarto, facit glossa illa celebrata, [y] & singularis putata Romano, [z] quæ habet dispẽsationẽ ab episcopo factã parocho ad septẽniũ, quo à residẽdo solutus studeret, reuocari per eũ nõ posse. Et facultas ordines accipiẽndi, à quocũq; malueris episcopo, nõ expirat cõcedẽtis morte, & ait Cardinalis receptus. [a] Et licẽtia cõcessa cuipiã de celebrãdo in domo sua, non expirat morte cõcedẽtis, vt decidit Rota, [b] & Rota iterũ decidit, [c] quod qui habet gratiã à Papa factam, simul ac ipsius manu signatur, perfectã esse, nec morte illam facientis expirare. Denique Innocentius receptus, [d] ait, indulgentias à legato concessas finita eius legatione durare.

Non obstant, quæ pro contraria sunt parte adducta. Nõ primum, quia aliud est in mandato de faciendo aliquid, de quo iura in eo citata loquuntur: aliud de gratia, licentia, vel facultate cuipiam facta, de qua nos agimus.

165 Non obstat, secundum: quia aliud est de sententia odiosa & conditionaliter sine causæ cognitione lata; aliud de concessione fauorabili & gratia, vt expressè annotat Panormitanus. [a] Hoc ipso modo diluitur etiam lex illa fin. [b] Loquitur enim de iudicis præcepto inhibitorio sine causæ cognitione lato, quod inhibentis officio finito, ipsum quoque finitur.

166 Non obstat etiam glossa penultima, [c] quia primo illa ipsa in fine videtur in contrarium inclinare, dum ait, eiusmodi licentiam de non residendo ab episcopo concessam, posse per successorem reuocari. & ita innuit, eam morte concedentis non esse reuocaram. Secundo dico, eã glossam quatenus contrarium sentire potest, per Ioannem Andreã, Cardinalem, Panorm. & communem reprobari.

An licentia primo actu consumatur.

166 Occurrit & alia difficultas, an licentia de eligendo confessario per primam electionem finiatur?

167 Et videtur finiri: nam sermo simpliciter prolatus de primo actu verificatur, [d] vt securitas veniendi data bannito, de primo veniendi actu intelligitur, vt ait Bartholus, [e] & Panormitanus. [f] Et potestas arbitro data in compromisso de prorogando termino cõpromissi, si nõ est dictum: *Semel, vel pluries,* intelligitur de prima prorogatione & vnica. Quod amplificat Felinus, [g] & Rochus, [h] dum disputat, an gratia concessa patrono laico, vt post vnum præsentatum posit alium præsentare, per c. *quod autem.* [i] debeat intelligi de prima vice tantum. In qua quæstione Calderinus, [k] respondit non posse. Quem sequuti sunt prædicti & in præcit atis locis & etiam idem Felinus. [l]

168 Secũdũ quos patronus potest quidẽ semel, aut iterũ, quod voleꝝ cumulãdo presẽtare: nõ autẽ tertia, vel quarta.

169 Contrarium tamen in nostra q. tenet Palud. [m] aiens eũ, qui facultatem habet eligendi confessarium, posse nũc eligere vnum, & nunc alium, toties, quoties voluerit.

Nõ obstat illa regula cũ supra citatis. s. q. sermo simpliciter prolat[9] intelligi debeat de primo actu, quoniã illa procedit ſ odiosis & onerosis: puta cũ dispẽsatur cũ aliquo, vt possit duo beneficia obtinere, intelligitur de 2. primis. [n]

170 Et idẽ quãdo quis promittit alicui dotẽ, cũ nupserit, de primis tantum nuptijs accipitur. [o] Secus antẽ in parũ onerosis & satis fauorabilibus. [p] Quod tradit Oldradus, [q] Anannias, [r] Alexander, [s] nouissimi, [t] & Decius, [v] & quod notat Panormitanus de caritatiuo subsidio, [x] cũ similibus.

Ex quo infertur, illam determinationem Calderini, [y] satis periclitari: quoniam fauor Ecclesiarum videtur esse, vt laicus cumulando multos possit præsentare, quia illorũ optimum poterit admittere.

Qua sola consideratione à communi opinione recesſit Decius. [z] Quamuis ob eam ipse nõ discederem, vt quo primo anno in hanc veni academiam, dicebam. [a] Quoniam potestas illa variandi etiam cumulatiuè laicis patronis concessa, non tam respicit Ecclesiæ vtilitatem: quàm gratiam quamdam & fauorem ipsorum patronorum. etsi nõnumquam vtilis sit Ecclesijs eiusmodi cumulatio: tamen frequenter eas lædit. Quandoquidem non est rarum patronum, qui aliquem valde idoneum præsentauit, postea in alicuius amici gratiam præsentare alium eo multo inferiorem. Gratia verò, de qua loquimur, eligendi confessarium nemini videtur onerosa: & tota est fauorabilis, & in animæ fauorem concessa, quo possit consilium de optimo confessario deligendo positum, [b] supra, [c] liberius exequi. & ob hanc considerationẽ ipse quoq; hanc partẽ sequor. Quod, vt quotidianũ, ita memoriæ mãdãdũ arbitror,

Ex secunda parte glossæ.

171 Commendanda est memoriæ singulariter glosæ conclusio; nempe credendum esse pœnitenti asserenti suum parochum esse ignarum, ad effectum, vt ab alieno eius possit audiri confessio. & ponderanda ratio, scilicet: quia non est verisimile venire quem cum mendacio ad confessionem.

172 Ex quã ratione infertur id, quod ait glossa de ignorantia confessarij: affirmãdum esse de qualibet etiam alia iusta causa: quandoquidem omnino par ratio, immo maior in aliis inuenitur. Quoniam causa ignorantiæ confessarium veluti sugillat. quia eum ignorantiæ & culpæ arguit; quod non omnis alia causa facit: & ideo minus videbatur credendum, iuxta glossam 1. [a]

173 Infertur & secundo, veram esse glossam singularẽ secundum Cardinalem, [b] per quam superiora confirmantur, quæ habet, nil peccare monachum; si à se communionem petenti, & affirmanti se licentiam parochi habere, crediderit, & communionem impertierit. eam glossam valde commendat Rauennas, ibi & sequitur Cardinalis. [c]

174 Infertur & tertio, quo prædicta confirmantur, verũ esse illud singulare D. Thomæ, [d] scilicet parochiano dicenti iam se confessum, & communionẽ petenti habendã esse finẽ. Pro D. Thoma est textus ille vnicus in extrauagante *inter cunctas.* [e] vbi concluſio illa duobus casibus limitatur, quando videlicet excommunicatus esset pœnitens, vel notorius peccator.

Ex tertia parte glossæ.

175 Colligitur, confessionem alieno sacerdoti sine licentia proprij factam esse inutilem, & ipso iure nullam. Quod irrefragabili argumẽto sic probatur: quoties actui suæ ipsius substantialia desunt, non potest ille consistere, iuxta c. *detrahe.* [f] & c. *cũ dilecta.* [g] facit glossa l. *pacta cõuenta.* [h] & de sacramentis in specie casus in illo c. *detrahe.* & c. 1. de baptismo. Sed de omnium sacramentorum substantia est minister, [i] at minister sacramenti pœnitentiæ est sacerdos iurisdictionem habens ordinariam, vel ex commissione. Quod determinauit Concilium Florentinum in decreto Eugenij, [k] & Concilium Tridentinum, [l] at illud Concilium non intelligitur de illa iurisdictione habituali sola, quam iure diuino suscipiunt omnes sacerdotes, cum ordine insigniuntur presbyterij: quoniam omnes sacerdotes habent illam, ergo intelligendus est de actuali exequutione, quæ illi per oblationem materiæ adiungitur, vel quæ per materiæ oblationem in actualẽ redigitur. Et ita non habens actualem, non est huius sacramenti minister, cui consequens est absolutionem ab eo factam esse nullã.

176 Consequitur hæc primo, eiusmodi confessionem iterandam esse, quòd omnes ore vno confiteãtur.

177 Secundo infertur, eum; qui confiteãtur parocho, qui sine vlla Superioris auctoritate se in beneficium intrusit, ad iterandam confessionem teneri. Quod affirmauit Panormitanus, [m] cum quo est communis. Quoniam huiusmodi sacerdos nullam habet, de qua loquimur, actualem iurisdictionem, vel in actum, & exercitium deductam.

178 Tertio consequitur, confessionem factam ei, qui se pro parocho gerit, Ecclesiæ tamen possessionem non habet, esse item ipso iure nullam & iterandam, quod Paludanus communiter receptus prædictis locis asseuerat.

179 Quarto infertur, idem esse dicendum de confessione facta illi parocho, qui notorie ipso iure, vel per sententiã est suo titulo priuatus. per c. *dudum,* [n] quod habet, quẽdam ipso iure suo titulo priuatum animas sibi commendatas damnabiliter decipisse. Quod nulla alia ratione verificari potest, nisi quod absolutiones subditorum erant nullæ.

180 Non otiosè dixi, *Notoriè:* nã si quis ipso iure suo titulo & possessione iuris priuaretur: sed nõ adeo notoriè, quin possessionem facti retineret, & à superiore toleraretur: eo casu gesta per ipsum in conscientiæ foro valerent. pro qua glossa est, [o] putata singularis ibi à Panormitano & Rauennate. [p] Quod adeo quidem est verum, vt tali parocho cõfesi non tenerentur suas iterare confessiones, etiã postea quã scirent eos, quibus cõfessi fuerũt titulis suis iure ipso priuatos fuisse, vt eleganter ibi, & vtiliter, & cũ animarũ bonarum consolatione nõ parua ibi Panormitanus dixit.

181 Quin & Ioãnes Andreas ab aliis receptus addidit, eos qui bona fide intrusis, vel aliis sacerdotibus alienis confitentur, putantes id sibi licere: saluari non per sacramentũ, quod nullum illis datur: sed propter sacramenti fidẽ, quod tamen ita temperandum est, vt cùm primùm sciuerint, se non potuisse illis confiteri, suas confessiones illis factas

D I S T I N C T I

N I S.

omnes iterent. quod etiam ipse Ioannes Andreas cum aliis sensit.

182 Arbitror autem hoc casu, qui ob pueritiam, vel aliã rusticitatem errarunt teneri quidem iterare confessiones illas: quas eiusmodi alienis sacerdotibus fecerunt: non autem alias, quas post eas suis parochis, vel alijs super eis iurisdictionem habentibus. Quamuis cùm eas facerent, meminissent peccatorum, quæ illis alienis antea fecerunt, nec illa veris parochis confessi fuissent, eo quòd bona fide putarent se illa legitimè confessos fuisse. Qua decisione non semel viros verè pios cõsolari memini, qui dum pueri essent, & in hoc errarent, & suum errorem tardè iam 30. vel 40. annos nati didicissent: respõdi teneri quidem illos iterare, quas confessiones alienis parochis in pueritia fecissent: non autem quas postea proprijs sacerdotibus in adolescentia & iuuentute.

183 Ex quibus infertur sexto, eum, qui confiteãtur peccata sua in Quadragesima, sine tamen dolore: & ob id non absoluitur, teneri ad iterandam confessionem, quo absoluatur. Quamuis teneremus illam opinionem, quæ habet, confitentem integrè sua peccata in Quadragesima sine iusto dolore satisfacere præcepto de confitendo. Cuius tamen contrarium nobis verisimilius est, iuxta ea, quæ post alios scripsit Adrianus. [a] Quoniam præceptum de confitendo semel in anno non solùm confessionem faciẽdã iubere videtur: sed etiam absolutionem suscipiendam, vt ex mente illius c. *omnis.* [b] colligitur.

In finem glossæ.

184 Postremò hæc glossa carpit scholasticos, qui sua peccata confitentur inclusis, hoc est monachis. Et rectè quidem carpit, si tempora glossematarij perpendas, quandoquidem nondum facta erat clementina, *dudum.* [c] neque alia iura extrauagantia, quæ illam præcesserunt. Hodie verò non procedit eius reprehensio, primo in fratribus, Prædicatoribus & Minoribus, qui seruata forma illius clementinę, *dudum.* confessarios agunt. Quod ipsum est dicendum de Eremitis S. Augustini, ad quos prædicta clem. per Clementem V. extensa fuit. Et idem de Carmelitis, ad quos eadem per Ioannem xxij. prorogata fuit secundum Ioannem Andream, [d] quem Antonius & communis sequitur. Idem hodie arbitror dicendum, de omnibus illis monachis, quibus concessum est vti priuilegijs illis multis & magnis, quæ appellatum Mare magnum, continet.

185 Quorum de numero scio esse reuerendos admodum & suspiciendos mihi patres Canonicos sanctæ Crucis maximum huius ciuitatis: immo & totius nostri ordinis decus, & alios multos. Quibus tamen incumberet onus probãdi, si res in dubiũ verteretur: quia nõ habẽt illa priuilegia in corpore iuris clausa, sicut Prædicatores & Minores.

186 Nam etiam si Augustinianis Eremitis, & Carmelitis negaretur talis esse facultas, arbitror eos debere probare. Quamquam enim multi tenuerint illustri doctori de consuetudine testanti credendum esse, cum Bartholo, [e] & alijs quos retulit Iason; [f] & Rochus. [g] communis tamen Doctorum opinio contraria est, & probatur.

188 Quia consuetudo quid facti est: & in his quæ facti sunt, etiam princeps errare potest. [h] Vnde Baldus, [i] dixit, consuetudinem, quæ contra ius est, probandam, etiamsi glossa de illa testetur.

189 Et Alexander, [k] dicebat, probandam esse consuetudinem, etiamsi plures doctores in suis commentariis de illa testarentur. Et Aretinus ille doctissimus, [l] pronuntiauit etiam maiori parti doctorum de consuetudine testantium non credi. & merito: quia primo illi non iurati testantur, & testi non iurato non creditur. [m] Secundo quod per scripturam deponere non licet. [n] Quamuis ergo Ioannes Andreas & communiter omnes de priuilegio in hac re Augustinianorum Eremitarum & Carmelitarum attestẽtur, non tamen videtur eis necessario credendũ. neq; mihi omniũ minimo de priuilegio sãctæ Crucis testanti credendum est: & ideo alio modo probari oporteret. Nam, vt consuetudo, ita & priuilegia sunt facti, nisi, quæ iure continentur communi.

O N I S S E X T Æ

a *Verb. confessionis.*
b *In illo dubio 7.*
c *In 4. distin. 18. art. 2. q. 3.*
d *Verb. Confessor. 1 q. 18.*
e *Cap. omnis de pœnit. & remiss.*
f *Leg. merito. ff. pro socio, regula est ore. de regul. iur.*
g *Nume. 152.*
h *De offi. deleg. l. mãdatum. C. eo.*
i *In ca. à nobis. 1. de sent. excommun.*
k *Ca. pen. de cleri. non resident.*
l *In cle. dudũ. §. deinde. not. 5. de sepult.*
m *De reſcri. lib. 6.*
n *ff. de pœnis.*
o *In ca. fin. de offi. legat. col. 2.*
p *Tertia par te titulo 17. cap. 9. ver. si.*
q *Ver. confessor. 1. qu. 7.*
r *In quarto. d. ist. 17. qu. 3. col. 5.*
s *De præben. lib. 6.*
t *De offi. deleg. lib 6.*
v *In clemen. dudum. de sepul. §. Statuimus. verſic. ac deinde in verb. conceſſerint.*
x *§. duos de priuileg.*
y *Cap. cũ ex eo. de electio. lib. 6. verbo, septemnium.*
z *Sing. 517. an dispensatio.*
a *In Clem. si. de electio. q. 5.*
b *In antiq. de ciſto. 580. Camerarius. quæ in noue rubr. est 80. de reſcript.*
c *In iuſtè antiquis. 882. Nota, quæ in noue rubricatis est 87. de reſcript.*
d *In d. capit. quod transſlationem. de off. leg.*

a *In illo capi. penul. de cleric. non reſident. b ff. de pœnis.*
c *De cleric. non reſident.*
d *Leg. dotis promiſſio. ff. de iure dot. l. boues. §. hoc ſermone ff. de verb ſignif. et a l. 1. ff. ad l. Iul. de adult.*
f *In cap. 2. de treug. & pace.*
g *In illo ca 2. de treug. & pace.*
h *ff. de iure patron. verò, honorificũ. q. 10.*
i *De iur. patronatus.*
k *Conſil. 16. an laicus. de iure patro.*
l *In 2 omnes leges. 1. diſtin. col. 4.*
m *In illa diſt. 17. q. 3. col. 1. 5.*
n *Ca. non poteſt. de prab. lib. 6.*
o *Dicta l. dotis promiſſio. ff. de iure dot.*
p *Leg. placet. ff. de lib. & poſthumis.*
q *Conſil. 32.*
r *Conſil. 14.*
s *Conſil. 170. viſo proceſſu. colum. 2.*
t *In illo §. hoc ſermone.*
v *In c. quanto de iudic.*
x *In ca. cum Apoſtolus. col. 1. de cenſib.*
y *In illo conſil. 16.*
z *In illo capi. quanto. col. 3.*
a *In illo capi. quanto.*
b *In cap. 1.*
c *Eadem.*

a *Ca. innocẽs. 22. q. 4.*
b *Ibi exe lem. 1. de priuileg.*
c *Quæſt. 15.*
d *Quodlibet. 1. art. 12.*
e *Verſ. ſuper confeſſione. de priuileg.*
f *l. 1. q. 1.*
g *De reſcrip. c. quia propter. de electi. 1. Iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhibend.*
h *ff. de contra hend. empt.*
i *Cap. debitũ. de bapiſ. ea. quanto. de cõ ſuetud.*
k *§. quartũ ſacramẽtum.*
l *Seſſ. 4. c. 5. & 6.*
m *In c. nihil. de electi. col. penult. & c. dudũ. 2. eod. tit. col. 8.*
n *2. de electi.*
o *Eodem c. ver. decepta.*
p *Argum. l. Barbarius. ff. de eſ. prator.*

a *In quarto de cõfeſſione dubio 4. poſt q. 5.*
b *De pœnit. & remiſſ.*
c *De ſepult.*
d *In illo com nis. col. pen. ſub fin.*
e *In repetit. l. de quibus ff. de legi. in 4. q. prince. n. 21. 11 n illæ ead. l. col. pen.*
g *In c. fin. de cõſuet. ud. fol. 26. col. 4. verſ. Quinto quæritur.*
h *Cap. 1. de conſtit. lib. 6.*
i *In l. ſi quis. §. 1. ff. de pignori in lectura antiqua.*
k *In l. poſt dotem. ultima charta in princ. ff. ſolut. matr.*
l *In conſ. 132. in cauſſa qua vertitur.*
m *Cap. tuis. de teſtib.*
n *Cap. teſtis 2. q. 8.*

DISTINCTIO SEPTIMA.

GRATIANVS.

Tempus verò pœnitentiæ est vsque ad vltimum articulum vitæ.

SVMMARIVM.

1 *Glossa emendatur.*

HIc incipit septima distinctio huius tractatus, in qua de pœnitentia finali, id est, quæ fit in fine vitę, agitur, & quæritur vsque ad quod tempus peccator sit recipiendus. Et an pœnitentia talis, quæ iniungitur in mortis articulo, valeat ad vitam cõsequendam, an non. Diuiditur quoque hæc distinctio in tres partes. In prima, dicit vsque ad terminum vitæ, peccatorem recipiendum ad pœnitentiam. In secunda, argumentatur in contrarium Beati Augustini auctoritatibus. In tertia, soluens prædictam contrarietatem ostẽdit, quare Augustinus visus sit dubitare de pœnitentibus in mortis articulo. Secunda ibi, §. *Quanquam.* Tertia ibi §. *Hoc autem.*

In glossam summa.

Huius glossę pars prior tractat questionem à Gratiano propositam. Posterior vero ibi, *Procedit*, &c. ponit ordinẽ quo illam tractat. Ex priore parte colligitur illa conclusio Catholica, saluari posse quem per pœnitentiam in vltimo vitæ articulo factam, quam mox in ca. 1. discutiam. Vitiata est tamen glossa dum pro illo dicto, *In quacunque hora*, allegat Euangelium, quoniam debuit allegare Ezechielem.[a]

a *Ezechiel. 33. aut 18. ca.*

LEO PAPA CAP. I.

EPIST. XC. AD RVSTICVM EPISC.

NEmo desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est, quia nonnumquã quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiæ tempus in finem vsque vitæ durat.*
2 *Deus natura clemẽs bonos vltra condignum remunerat: malos citra condignum castigat.*
3 *Orare licet priuatim pro se interimente: licet is extra sacrum (sepeliatur.*
4 *Pœnitentiæ libellum esse Augustini.*
5 *Dolor peccatorum timore pœnarum principaliter conceptus peccata non delet.*
6 *Peccatum aliquod quare ad mortem appellatur? Non quia durat ad mortem vsque corporalem inclusiue. n. 7. Neque quia mortem infert spiritalem. nu. 8. Sed quia per se mortem animæ machinatur cum ex proposito abiicit vitam. nu. 9.*
10 *Oratio, quod non præsumit, quando misericordia adiicit.*

b *In 4. sent. d. 20. c. 32. q. 2.*

HOc c. etiã citatur à Petro Lõbardo. [b] Citatur & in ca. *Ancillam.* [c]

1 Ex eo colligitur illa cõclusio supradicta, durãte vita durare quoq; tẽpus bene de Deo merẽdi: & animã, dũ est in corpore, saluari posse. quę fẽtẽtia fũdatur in hoc c. 1. à Leo ne Papa, dictato. Secũdo in illo Propheţe. [d] *Impietas impij nõ nocebit ei, in quacũq; die conuersus fuerit ab impietate sua.* Quod per alia verba refertur in c. *põderet.* [e] & sub cap. fin. [f] per illa videlicet, *Peccator in quacũque hora cõuersus fuerit, & ingemuerit, omnium iniquitatũ eius nõ recordabor.* Tertio facit, quod de Latro ille, qui cõuersus Christo mortẽti dixit: *Memẽto mei, cũ veneris in regnũ tuũ*, audire meruit, *Amẽ dico tibi, hodie mecũ eris in Paradiso.* Morti propinquus erat hic latro, iã pẽdebat è cruce mox moriturus, in illũ vsq; articulũ in malo perseuerauit: & tamẽ saluatus fuit: tãta est clemẽtia Dei, quẽ colim[us] clemẽtissimũ. Quarto facit, quod cõtrariorũ eadem est disciplina. [a] Et de cõtrarijs cõtraria dicuntur, [b] at homo dũ viuit peccare potest, & male mereri atq; dãnari, iuxta ipsũ met Ezechielem. [c] *Iustitia iusti nõ liberabit eum in quacumque die peccauerit*: ergo & peccator bene mereri potest, dum viuit. Et ratione fortiore: quia diuin ætatis natura clemẽs est ac pia, & magis ad ignoscendum, quam condemnandum prona. [d] Nam & malos citra condignum punit, bonos verò plus merito remunerat, auctore D. Thoma recepto. [e]

a *Leg. 1. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iur.*
b *Cap. sciendum. 8. q. 1.*
c *In eodem c. 33.*
d *Capit. quia diuinitatis. supra dist. 1.*
e *In 4. distin. 46. q. 2. ar. 2.*
f *26. q. 6.*

2 Quĩto facit ca. *Si presbyter.* [f] quod sic habet; *Si presbyter pœnitẽtia moriẽtib[us] negauerit, reus erit animarũ: quia Dominus dixit, Quacũq; die conuersus fuerit peccator ad pœnitentiam: vita viuet, & nõ morietur.* Facit, quod sequitur: *Vera enim confessio in vltimo tẽpore esse potest, quia dominus nõ solũ temporis, sed etiã cordis inspector est. Sicut latro vnius momenti pœnitentia meruit esse in paradiso, in hora vltimæ confessionis.* Facit & illud ca. *cum Marthe.* [g] *Deambulatoria est hominis voluntas vsque ad mortem.*

g *De celeb. missa.*
h *In 4. d. 20. q. 1. col. 1.*
i *c. placuit. 23. q. 5.*

3 Facit & illud singulare Paludani, [h] scilicet, quod licet sese interimentes, neque in sacro sepeliri debeant, neque publicè pro illis orari permittat Ecclesia. [i] Quia tamen potuerunt in vltimo vitę articulo conuerti, iuxta illud: *Dũ occidebat eos conuertebantur.* licere pro illis priuatim orare illi, qui putaret eos ad Dominum, antequam vitam finirẽt, reuertsos fuisse, quod veluti quotidianum, & raro decisum memorabile duco.

Contra tamen hanc conclusionem facit cap. *si quis positus.* [k] quod habet, Augustinum dubitare de salute illius, qui in fine vitæ cõuertitur, & in fine dicitur: *Si autem vis facere pœnitentiam, quando iam peccare non potes, peccata te demiserũt, non tu illa.* Facit ca. *id circo.* [l] in illis verbis: *Nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit moriturum.* Facit & illud Senecæ. [m] ibi relatũ: *Iuuenis discebam bene viuere, senex bene mori disco.* ergo ante mortem & nõ in morte bene mori discitur. Facit illud de Antiocho. [n] *Orabat sceleſtus dominum, à quo non esset misericordiam consequuturus*, & [o] Iudas mox moriturus pœnitentia ductus, triginta illos argenteos retulit in templum: at non est misericordiam consequutus. Tertio & neruose facit illud. [p] *Est peccatum ad mortem: non dico, vt quis oret pro illo.* & refertur sub c. *importuna.* [q] igitur est genus aliquod peccatorum, pro quibus orãdum non est. Cui consequens est, desperandum esse de illis, antequam moriantur. cuius contrarium ait Leo poster.

k *Infra ead.*
l *Infra. ead.*
m *Epi. 63. ab Archid.*
n *2. Machab. 9. ca.*
o *Macha. cap. 27.*
p *1. Ioan. 5.*
q *Supr. dist. 1.*

4 Ad horum primum respondeo primo, quosdam dicere c. *illud.* neque libellum de pœnitentia, esse nostri patris Augusti. per c. *nullus.* [r] vers. *Quod quãuis.* vbi allegatur Augustinus. Sed quia contrarium, [s] tenuimus respondeo secundo, Augustinum dubitasse quidem de talium salute scilicet an saluarentur: non tamen, an saluari possent & concedo, dubitasse illum, an talibus contingat contritio, nõ autem, an contingere possit.

r *Infra. ead.*
s *In dicto princip. dist. 5.*

Ad secundum, scilicet c. *idcirco.* [t] ibidem respondebitur. Illud verò Senecę continet consilium optimum & exhortationem maximè amplexandam: non tamen obuiat conclusionis nostrę veritati, quandoquidẽ discere ante mortẽ mori, nõ est cõtra, id quod dicim[us], discere in morte mori.

t *Infra ead.*

Ad illud ex Machabęis, [v] respondeo non ideo, Antiochum nõ fuisse veniam adeptum, quòd in vitæ vltimo articulo eam peteret: sed quod male peteret. Non enim eum pœnitebat dominum offendisse ob eius amorẽ: sed ob pœnarũ, quas patiebatur, quasque timebat, dolorẽ & terrorẽ.

v *2. Macha. 9.*

5 Qualis

a *Supra d. 1.*
b *Infra ead.*
c *Infra ead.*
d *Supra, d. 1.*
e *Num. 11.*
f *Supra d. 1.*
g *Matth. 12.*
h *Cap. resuscitatus. & duobus capp. sequentibus supra dist. 1.*
i *Cap. de quo tidianis. sup. dist. 3.*
k *Matth. 5.*
l *Luce. 23.*
m *Actorũ. 7.*

5 Quanis dolor vim delendorum peccatorum minime habet, id quod latius diximus in ca. *perfecta.* [a] Et est textus in ca. *Idcirco.* [b] in eis verbis. *Quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis vrgentis admonitio compellit.* & in c. *nullus.* [c] ibi; *Nõ in solo timore viuit homo.* Per quẽ textũ supradicta intelligo de dolore, qui ex solo timore vel principalius ex illo, uam ex amore nascitur: non autem de dolore, qui principaliter ex Dei amore, licet timore pœnarum ad id impellente producitur, iuxta ea, quæ latius ibi dicam, & in illo ca. *perfecta.* [d] dixi. & post primam horum commentariorum editionem tradidimus latè in c. 1. Manualis confessariorum, [e]

Ad tertium autem, scilicet, illud. 1. Ioannis 5. *Est peccatum ad mortem, non dico, vt quis roget pro eo.* respondeo magna ingenia in intelligẽdo illo fudasse, vt patet ex glossa fin. ca. *si sacerdos.* [f] & iis, quæ ibi multa diximus. Et Augustinus quidem cum multis, vt apparet ex illo c. *si sacerdos.* accipiebat illud pro peccato in spiritum Sanctum. De quo Saluator; [g] aiebat: *Neque in hoc sæculo neque in altero remittẽdum.* Per peccatum vero in spiritum Sanctum, intelligebat impœnitentiam finalem, peccatum scilicet obstinationis horrendum, quo infælix ante mortẽ nullatenus vult pœnitere: pœnitentiam postea in æternum sine vtilitate facturus. Et vt clarè de hac re dicamus, illis quæ in illo ca. *si sacerdos.* diximus, adde quæ sequuntur ex auctore non contemnendæ auctoritatis excerpta pauculis adiectis & mutatis: scilicet, difficultatem hanc tangere differentiam inter peccatum ad mortẽ, & peccatum nõ ad mortẽ: esse q; dubium, an sit sermo de morte corporis, an de morte animæ. Nam, si de morte corporis accipiatur, peccatum ad mortem intelligitur finalis impœnitentia, hoc est, quando homo moritur in mortali peccato absque pœnitentia interiori. hoc enim est peccatum durans vsque ad mortem corporis inclusiuè, & propter hoc adducens ad mortem æternam. Si autem de morte animæ accipias, vocatur peccatum ad mortem omne peccatum mortale, quia mors animæ est. [h]

7 Et quidẽ contra primum sensum militant verba ipsius textus, qui dicit: *Qui scit fratrem suum peccare.* De finali siquidem impœnitentia non potest aliquis dum viuit scire, quòd peccat huiusmodi peccatum solùm post mortem potest sciri, quod peccauit finali impœnitentia. Quoniam quamdiu viuit, potest pœnitere, per ca. nostrum, & prædicta, ac per hoc nõ est adhuc finaliter impœnitens & propterea de hoc peccato non esset dicendum, qui scit fratrẽ suum peccare: sed qui scit, fratrem suum peccasse.

8 Contra secundum verò sensum, iuxta quem solummodo peccatum veniale est peccatum non ad mortem, militant duo verba textus. Alterum est: *Et dabitur ei vita,* nam peccans solùm venialiter, non eget, vt detur ei vita, cùm habeat spiritalem vitam per caritatem, quæ stat cum peccato veniali; [i] & ita ex hoc, quod dicit: *Et dabitur ei vita peccanti non ad mortem* significat, talem peccantem non ad mortem egere vita, vtpote, qui non habet illam, sed expectat, vt ipsi detur, quod non conuenit peccato veniali, sed mortali. Alterum quod secundo sensui prædicto repugnat, est quod ait: *Non pro illo dico vt roget quis.* Nam si pro peccato veniali acciperetur, & illud est peccatum non ad mortem: sequeretur, Ioannem docere, ne rogetur pro peccantibus mortaliter. Cuius contrarium dominus docuit, qui [k] ait: *Orate pro persequentibus vos.* & pro crucifixoribus suis orauit. [l] Quod ipsum & Stephanus pro lapidãtibus [m] fecit. Constat autem hos omnes peccasse mortaliter & nõ est par credere, Ioannem Euangelistam discordem fuisse à doctrina, & exemplis Christi & Sanctorum. Discors autem esset, si doceret orandum non esse pro irretitis peccatis mortalibus.

9 Quare dicendum tertio per peccatum ad mortem intelligendum esse peccatum, quod per se machinatur mortem animæ: hoc est ex proposito abiicit vitam animæ: vt cum quis ex proposito non curat de salute animæ suæ, de Paradiso & huiusmodi. Dixi: *Ex proposito*, propter eos qui non ex proposito: sed ex consuetudine deliciarum, & luxuriarum, & vsurarum, & al is id genus de causis viuunt: tamquam non curantes de salute animæ suæ. Tales enim non ex proposito peccant contra vitam, animæ suæ: sed ex affectibus vel infirmitatibus. Proponit ergo Ioannes Euangelista differentiam inter peccatores ex contemptu propriæ salutis peccantes: & inter alios, qui ex ignorãtia, aut affectu, & huiusmodi, incurrũt peccata mortalia: & instruit Christianos cum viderint aliquos peccare ex ignorantia, aut in firmitate, aut alijs id genus causis, orent pro illis cum fiducia.

10 Cum viderint autem peccantes ex contemptu propriæ vitę, non præsumant petere pro eis veniam: sed relinquant eos in cursu suo, vel vt Bernardus insinuat, gemant, si fortè, quod Ecclesia canit diuina misericordia adiiciat, quod oratio non præsumit. Aduertendũ autem, quod Ioannes non affirmat repellendam esse orationem pro talibus: sed non audet dicere, vt orent pro talibus, tamquam petitio videatur præsumptuosa. Ait enim: *Non dico, vt oret quis.*

Pro intellectu hoc facit, quod is consonare videtur non solùm toti contextui, sed etiã gestis Sanctorũ. Nã Dominꝰ orans pro crucifixoribus, adiecit caussam ignorantię. *Quia nesciunt quid faciunt.* [a] & Paulus, pro quo exauditus fuit Stephanus, testatur, se misericordiam consequutum, quia ignorans fecit. [b] Et ita illud Ioannis nullatenus nostro obstat proposito.

a *Luce. 23.*
b *1. ad Timoth. cap. 1.*

CAP. II. SI QVIS.

AVGVST. HOMIL. XLI. LIB. 50. HOMILIARVM.

SI quis positus in vltima necessitate suę ægritudinis voluerit accipere pœnitẽtiam, & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit: fateor vobis, non illi negamus quod petit: sed non præsumimus, quod bene hinc exit. Si securus hinc exierit, ego nescio: pœnitentiam dare possumus, securitatem autem dare non possumus. Nunquid dico, damnabitur? sed non dico, liberabitur. Vis ergo à dubio liberari? Vis quod est incertum, euadere? Age pœnitentiam, dum sanus es. Si sic agis, dico tibi quod securus es, quia pœnitentiam egisti, eo tempore, quod & peccare potuisti. Si autem vis agere pœnitentiam, quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.

* *Aug. in lib. 50. hom. hom. 41.*

SVMMARIVM.

1 *Pœnitens in vitæ fine an damnari præsumatur? concluditur nõ præsumi. num. 2.*
3 *Sepelietur in loco sacro nemo, qui damnatus præsumitur, neq; pro eo publicè oratur.*
4 *Intellectus communis huius c. efficaciter confutatur, & etiam intellectus glossæ. n. 6. accommodatur tertius nouus sed germanus. nu. 10. scilicet verbum, Præsumimus, pro, Certo credimus, poni, quartus accommodatur. num. 15.*
5 *Pœnitentem etiam ante vitæ finem saluari nemo humanitus nouit.*
7 *Mendacium quid, & nullam ob caussam mentiendum.*
8 *Præsumptionem aliud esse à scientia, & præsumptionis multos esse gradus & multas species.*
9 *Suspicio minor opinione, opinio minor fide, siue credulitate, & credulitas scientia, & in quo, & minima est omnium dubietas.*
11 *Præsumptio alia sine coniectura minor est alia.*
12 *Intellectus illius Euangelici, Nolite iudicare, & non iudicabimini. Quo sit vt suspicio, vel opinio de aliquo mala, quamuis illegitimè concepta, non sit mortale. 13. Et sicut à male concipiendo cauere sanctum: ita omnem talem malum conceptum credere mortalem, pestilens est. num. 14.*
16 *Gloria de æterna securatria hominum genera moriuntur.*

17 *Gloria non datur niſi gratiam habenti, quam nemo nouit humanitus ſe habere.18.*
19 *Hilarionis iamiam morituri verba.*
20 *Fides ſiue credulitas etiam ſine ſcientia certitudinem parit.*
21 *Peccare non potuerunt Chriſtus, & Virgo mater, neque Apoſtoli mortaliter poſt hauſtum ſpiritum ſanctum.*
22 *Peccare omnis homo, dum viuit, poteſt, ſi purus homo eſt: ſi gratia diuina non ſit in bono confirmatus. 28. & 29. Poteſt item & bene mereri. num. 23.*
24 *Peccare poteſt homo ex ſolo arbitrio libero: bene autem mereri minimè.*
25 *Exteriora non augent, neque minuunt bonitatem, vel malitiam interiorum.*
26 *Morte inſtante cacodæmones infeſtare.*
27 *Intellectus nouus vnius particulæ huius cap.*
30 *Mortis in articulo conſtituto intimanda eſt pœnitentia, non imponenda: immo imponenda. nu. 33.*
31 *Satisfacere poſſumus per opera aliàs debita, & ea, quæ ſubire cogimur.*
32 *Indulgentias his tantùm prodeſſe, qui Deo in hoc ſæculo ſatisfacere verè proponunt, opinio non contemnenda.*
33 *Opinio noua, ſed vera de iniungenda pœnitentia in mortis articulo conſtituto.*

a *Infr. eod.*

1 NOta primo ex illo verbo: *Non præſumimus*, eccleſiam præſumere damnari eum, qui in vitæ fine agit pœnitentiam. Pro quo facit ca. *ſi quis*. [a] in illis verbis: *Agens pœnitentiam ad vltimum & reconciliatus, ſi ſecurus hinc exit, ego non ſum ſecurus.* Et rurſus in fine: *Tene certum, dimitte incertũ.* Facit & c. *nullus*. [b] Facit & ratio illa neruoſa. præſumendum eſt pro frequenter accidentibus ſecundum gloſſam, [c] facit c. *illud.* & ca. *litteris*. [d] at frequenter eiuſmodi homines dãnantur, & raro, vt oportet, eos ſuorum erratorum pœnitet, vt habetur in capit. *nullus*. [e] in illis verbis: *Quoniam vix, vel raro eſt tam iuſta confeſſio, timendum eſt de ſero pœnitente.* & paulo poſt: *Multos ſolet ſerotina pœnitentia decipere.* igitur verum eſt propoſitum.

b *Infr. eod.*
c In *l. neque natales. C. de prob.*
d *De præſcrip.*
e *Infr. eod.*

2 Contraria tamen concluſio eſt vera & Catholica. Pro qua eſt primo c. 1. [f]

f *Supra. eod.*

3 Secundo facit, quod Eccleſia neminem in ſacro loco ſepeliri permittit niſi eum, de quo præſumit ſaluari, immo neque publicè orare pro illo. [g] Hinc mortuum cum peculio monachum in ſterquilinio ſepeliri iubet. [h] Et excommunicatum adeo arcet à ſepultura eccleſiaſtica, vt eum pro excommunicato habeat, qui talẽ ſepelierit, [i] & generaliter omnẽ illum à ſepultura excludit, qui mortali peccato infectus præſumitur mortem obiiſſe, vt habet gloſſa memorabilis, in c. *ex parte*. [k] cui ſimilis eſt gloſſa c. *monachi*. [l] Quæ communiter ſunt receptæ & commendatæ à Panormitano, [m] vbi addit etiam, illam illius c. *neque apud*. [n] at eccleſia nõ tollit ſepulturam his, quos in vitæ fine pœnitet, vt in hoc ipſo textu & ca. *ſi quis autem*. [o] ſatis habetur: ergo non præſumit illos damnari. Facit, quod etiam excommunicatus, qui ante abſolutionẽ moritur modo contritionis ſigna moriens oſtẽderit, etiam poſt mortem abſoluitur, & in loco ſacro ſepelitur. [p] Facit c. fi. 9 cum ibi latè per Panormitanum annotatis.

g *Capit. placuit. 22. q. 5. c. fures. de fur.*
h *Ca. cum ad monaſterium de ſtatu monach.*
i *Cle. 1. de ſepul.*
k *2. de ſepul. Verbo ſepulturam. & ca. cum ad monaſterium. de ſtatu monac. verb.* Sterquilinio. *& quia in omnibus de vſuris.*
l *Cõſil. 81. 2. vol.*
m *88. diſt.*
n *In 88. diſt.*
o *In ſecundo eod.*
p *Ca à nobis 2. de ſent. excomm.*
q *De ſepul. l. non aliter. ff. de legat. 3.*

Ad textum noſtrum ex mente Archidiaconi & Cardinalis reſpondetur illi verbo, *Præſumimus*, ſupplendum eſſe, *Aſſerere*: quaſi diceret, mentem auctoris eſſe dicere, ſe non præſumere aſſerere, quòd bene hinc exit, quamuis præſumat bene hinc exire.

4 Contra tamen hunc intelligẽdi modum occurrit primo, quòd à propria verborum ſignificatione & phraſi nõ eſt diſcedẽdum, [r] & hæc ſuppletio ſermonis proprietatem videtur tollere.

r *Secundo facit, quia vel per illud, Aſſerere*, intelligis, quaſi ſcias illud, & hoc nihil eſt dicere. nam neque de illo, qui in fine vitæ pœnitet, neque de alio, cui tota vita pœnitẽtia fuit, auctor huius cap. vel quiuis alius ſalua reuelatione diuina, quod raro fit, potuit vel poteſt aſſerere, quod bene hinc exeat. quaſi illud ita eſſe ſciat. Cum igitur de nemine ſciret auctor, quod bene hinc exiret, & de quolibet cõtritionis ſigna in vitæ fine monſtrante præſumendũ ſit, quod bene hinc exit, quomodo auctor non præſumit bene hunc exire, vel non præſumit aſſerere: ita de his, quos in vitæ fine pœnitet, ſicut de alijs, quos ante pœnituit?

a *In ſumma ſupra, eadem diſt.*

6 Secundo ex mente gloſſæ, [a] reſponderi poteſt Auctorem his verbis voluiſſe nos terrere potius, quàm dubitationem, quam in mente non habebat, exprimere, & ita potius ad terrorem dixiſſe, ſe non præſumere: ſed dubitare: & id genus alia in hoc, & in c. *ſi quis autem*, & ca. *nullus*, [b] quam quia ita vir eruditus ſentiret.

b *Infr. eadẽ.*

7 Is tamen intellectus mihi non placet, quoniam hoc tribuere auctori, eſt dicere, illum mentitum fuiſſe. quandoquidem mendacium eſt falſa vocis ſignificatio cum voluntate fallendi, [c] & ſecundum hunc intelligendi modum verba illa: *Non præſumimus, non ſum ſecurus, dubito*, & ſimilia, falſam continent vocis ſignificationem cum fallendi voluntate. Quia ſecundum hunc intelligendi modum aliud per illa verba ſignificabat alijs, & foris auctor: & aliud ipſe concipiebat intus, & volebat auditores terreri, & cõſequenter decipi: at contra doctrinam Auguſtini eſt, vllam ob cauſſam mundi mentiri. [d] Neque etiam cauſſa humilitatis. [e] Neque pro redemptione captiuorum, vel pro morte vitanda. [f]

c *Ca. beatus ſub finem, 22. q. 2.*
d *Ca. primum 22. q. 2.*
e *End. cauſ. 6. q. ca. cum humilitate.*
f *Ca ſuper eo. de vſur.*

8 Tertio igitur reſpondeo, aliud eſſe ſcientiam, aliud præſumptionem, vt colligere eſt ex Bartholo. [g] Præſumptionum autem multæ ſunt ſpecies & multi gradus, vt ait Panormitanus. [h] Alia quidem leuis, quæ ſolam ſuſpicionẽ parit, de qua in l. *in lege Aquil.* [i] de qua dicitur in l. *abſentem*. [k] neminem per ſuſpiciones eſſe condemnandum; alia verò grauior, quæ opinionem parit, quæ ſuſpicione maior eſt: minor tamen fide ſiue credulitate, de qua. l. 1. §. *eiuſdem*, [l] ibi: *Quid credas, aut parum probatum opineris.* Alia & tertia, quę fidem integram & credulitatem producit, vt patet per illũ eundem §. *eiuſdem*. Eleganter de more docuit Bartholus, [m] quæ frigidius retulit Panormitanus, [n] vbi hoc anno lectione ordinaria primæ ſuper hoc ſcripſimus.

g *In l. 1. §. 1. de iureiur. col. 2. nu. 7.*
h *In ca. fin. §. 1. de iureiur. col. 2. nu. 7.*
i *Si deletum ff. ad l. Aqui. & ff. de pœnis, l. ff. de teſt.*
k *In l. illa. ad monẽdi ff. de iure iur. n. 21.*
l *In ca tertio loco ſub finẽ de probatio.*
m *Ca firmiter de ſummaTrinit.*

9 Itaq; ſuſpicio, qua leuiter incipit quis vni parti adhęre re, minor eſt opinione, qua quis adhæret vni parti: cũ ſcrupulo tamẽ & formidine an pars altera ſit vera. Opinio autẽ minor eſt, quã fides firma & credulitas, qua quis firmè credit ita eſſe. [o] Fides autẽ & credulitas, licet in certitudine æquiparentur ſciẽtiæ: tamẽ in modo differunt: quia ſcięntia per ſenſum, vel alium modum euidentem quæritur, fides autem obſcurioribus argumentis. Quod in libris Poſteriorum analyticorum docetur à notioribus. & in prologo Magiſtri Sententiarum à Theologis & Bartholo. [p] Omnium autẽ minima eſt dubietas, qua in neutram partẽ animus inclinat, vt dicit gloſſa in leg. *de ſtatu ſuo dubius*. 9& gloſſam in rubrica, [r] & Bartholus in loco præcitato.

n *In d. l. admonendi.*
o *ff. de teſt.*
p *ff. de iuriſd. facti ignor.*

10 Textus igitur noſter, cum ait, *Non præſumimus, in fine vitæ pœnitentem ſaluare*. Intelligendus eſt ita, vt certò credamus, licet ſuſpicemur, & fortè ita eſſe opinemur: de alijs autem, quos ante mortis periculum pœnituit, præſumimus hoc eſt, certò credimus ſaluari,

11 Ex quibus inferrur primo, eſſe coniecturam, quæ ſufficiat ad certo credendum aliquem ſaluari, & aliam, quæ non ſufficit ad tantam fidem faciendam: ſufficiat tamen, vt ita dixerim, ad ſemifidei quamdam ſuſpicionem vel opinionem, propter quam quis ad ſepulturam admittatur eccleſiaſticam. Pro quo vltra prædicta facit, quod diuerſi gradus præſumptionis dantur. Datur enim gradus, qui ſufficit ad condemnandum definitiuè reum: & datur alius qui non ſufficit quidem ad condemnandum reum: ſufficit tamen ad deferendum actori iuramẽtum. Alius vero gradus, qui ad hoc non ſufficit, ſed mouebit iudicem ad deferẽdum reo iuramentum, quo purgetur. Alius vero, qui neq; hoc operabitur, vt vtiliter docet Panormitanus. [s] Vnde & aliam appellamus præſumptionem violentam, [t] aliam probabilem. Pœnitentia igitur in fine vitę facta facit præſumere ipſum ſaluari ad hoc, vt peccator abſoluatur & pœnitentię ſacramentum ei concedatur, vt habetur in hoc textu', & multis alijs [v] citatis. & per conſequens viaticum, [x] ſepultura etiam. [y] Non tamen efficit pœnitentia talis, vt certo credamus, eum ſaluari; ſed ſolum, vt vel ſuſpicemur, vel opinemur.

s *In illo c. fin. §. 1. de iureiu.*
t *Cap aſſerte mihi. de præſumpt.*
v *In ca 1. ſuprà eod.*
x *Ca. quod in te. de pœn. & remiſſ.*
y *Ca ſi. de ſepul. ca. à nobis. 2. de ſenten. excomm. c. fures de furtis. c. placuit. 22. q. 5. iuncta gloſſ.*

Infertur ſecundo, quiddam moribus apprime conducẽs

a *Matth. 7.*

illud Saluatoris. [a] *Nolite iudicare & non iudicabimini.* intelligendum eſſe de iudicio fidei, & credulitate certa, de argumentis & coniecturis ad illud probandum non ſufficientibus procedente, iuxta ea, quæ S. Thomas declarat. [b]

b *2. 2. quæſt. 60. ar. 3.*

13 Vbi eleganter alter Thomas tradidit, ſuſpicionem & opinionem ex minus legitimis argumentis manantem, non conſtituere mortale peccatum. Quod maximè memorabile duco pro his, qui ſe mortaliter peccaſſe putant, ſi qualemcumque de proximo malam opinionem ſine grauibus indicijs concipiunt.

14 Quoniam vt perfecti hominis eſt de proximo ſemper minus mali concipere: & minorem mali opinionem, quàm argumenta ipſa iuſta producant: ita credere, omnem eiuſmodi opinionem eſſe peccatum mortale, quidam error animæ bonæ peſtilens eſt, quo frequenter mortaliter peccat, alioqui non peccatura. quoniam, qui contra conſcientiam facit, ad gehennam ædificat. [c] Ex quibus deſumitur illa regula, omnem hominem, qui credit aliquid eſſe peccatum mortale, & facit illud, mortaliter peccare: quamuis verè ſolum eſſet veniale, vel nullum peccatum, de quo late dicam in cap. *ſi quis*. [d]

c *Cap. fin. de reſcrip. ad Roman. 14. & c. ex his. 28. q. 1.*
d *Infra eadẽ.*

15 Quartus intelligendi modus deſumi poſſet ex his, quę late dicam in cap. *ſi quis autem*, [e] vbi concludam poſſe credere quem aliquid in alium finem: & non credere in alium. Et ita dicamus, præſumendum quidem & credendum eum, qui in vitæ fine pœnitet ſeu pœnitentiæ ſigna oſtendit, ſaluati ad effectum ipſum ſepeliendi, pro ipſo publicè orandi, & id genus alia: non tamen ad effectum toto corde & tam integro affirmandi verè ipſum eſſe ſaluum, ac ſi ſanum pœnituiſſet.

e *Num, 103. & ſequentib.*

NOta ſecundo ex illis verbis: *Dico tibi, quod ſecurus es*, eum, quem ſanum pœnitet, ſecurum eſſe de gloria æterna. Confirmatur per ca. *ſi quis autem*. [f] quod habet, tria genera perſonarum ſecurè hinc ad gloriam exire.

f *Infra eadẽ.*

16 Nempe baptizatum, qui mox à baptiſmo moritur: baptizatum, qui non peccauit: qui peccauit etiam, ſed ſanus pœnitentiam egit. Faciunt & verba illius cap. poſtrema: *Tene certum & dimitte incertum.* quoniam per certum intelligit pœnitentiam in ſanitate factam, per incertum pœnitentiam in morbo graui aſſumptam.

17 Contra tamen hanc concluſionem facit, quod nemini dabitur æterna gloria, cui non prius conceſſa fuerit ea, quæ gratum Deo facit, gratia, iuxta illud. [g] *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* Prius ait gratiã, & poſtea gloriam. Facit illud Ioannis. [h] *Beati mortui, qui in Domino moriuntur*, hoc eſt, in gratia & amicitia Domini, quaſi dicat, alios non eſſe beatos. Facit ad hoc. [i] *Qualibet occulta loca ſine gratia Dei hominem ſaluare nequeunt.* Optimus textus eſt ille Pauli: [k] *Gratia Dei vita æterna.* Per quem D. Thomas, [l] concludit, neminem ſine gratia mereri vitam æternam & infra, [m] concludit è quinque gratiæ effectibus, quos ibi enumerat, eſſe ad gloriam perducere. Et alibi, [n] habet gloriam ex meritis, merita ex gratia, gratiam vero ex diuina manare voluntate.

g *Pſal. 83.*
h *Apocal. 14.*
i *40. diſt. cap. Ad Roma. 6.*
k *1. 2. q. 114. art. 2.*
l *In q. 111. art. 3.*
m *1. part. q. 23 i art. 5. in fin. corporis q.*

18 At nemo nouit ſe, vel alium gratiam illam, quæ gratum Deo facit hominem, habere, iuxta illud. [o] *Et ſi ſimplex fuero, hoc neſcit anima mea.* Quod refertur in cap. fin. [p] & illud Apoſtoli, 1. ad Corint. 4. *Nihil mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum:* & illud. [q] *Nemo ſcit, an ſit odio, vel amore dignus.* Per quem ita determinat D. Thomas. [r] Quo ergo modo audet auctor huius ca. dicere illi, qui ſanus pœnitentiam agit, ſecurum eſſe? Adde quod beatus ille Hilarion, Hieronymo auctore, iam iam efflaturus animam dixit ei: *Egredere quid times? Egredere, quid dubitas animã? Septuaginta prope annis ſeruiſti Chriſto, & mortem times?* Per quod conſtat, etiam virum illum ſanctiſsimum poſt tot annos pœnitentiæ, vel potius bene meritorum de ſuæ animæ ſalute, de ſua æterna gloria non omnino ſecurum fuiſſe.

o *Iob. c. 9.*
p *De pœnit. canon.*
q *Eccleſ. 9.*
r *1. 2. q. 112. art. 5.*

19 Ad hoc argumentum concedo, neminem, qui ſine gratia prædicta moritur, ſaluari. Concedo, item neminem de ſe vel alio ſcire, an gratiam præfatam habeat, vel eum ea moriatur, ſalua, quæ pauciſsimis fit reuelatione diuina. Sed nego ad certitudinem de aliqua re habendam, neceſſariam eſſe ſcientiam, ſiue aſſenſum euidentem: ſed ſatis eſt firma fides, vt credulitas, vt patet per ea quæ dicta ſunt ſupra. [s] Iudex enim, vt quempiam, etiam ad mortem corporalem ſubeundam damnet, non indiget huiuſmodi ſcientia & cognitione euidenti: ſed ſatis eſt ei fidem fieri firmam, vt pulchrè colligitur ex Bartholo, [a] & pulchrius clariuſque aperit Thomas à Vio, [b] & ipſa rei experientia, quæ omnium eſt magiſtra, conſtat. Et auctor huius cap. cum dixit, certum eſſe illum, qui ſanus pœnitentiam agit, ſaluari, eundemque hinc ſecurum exire, non intelligit de illa ſecuritate, vel certitudine, quam ſcientia euidens præſtat: ſed quam fides, ſiue iuſta credulitas efficit. Complura vero ſunt quibus mente humili credere licet cuiquam, ſe Deo gratum eſſe. quæ tractat D. Antoninus. [c]

s *In annotatione proximanu. eſtante, & numerone.*

a *In illa leg. admonẽdi. n. 21.*
b *2. 2. qu. 60. artic. 3.*
c *Quart. a parte. titul 9. cap. 4. §. 4.*

NOta tertio ex verbis: *Vis agere pœnitentiam, quando peccare non potes?* Dari poſſe aliquod tempus, in quo non poſſit homo in vitiis agens peccare. Facit, quod infans & furioſus & dormiens non peccant, [d] & adeo non peccant, vt etiam ex homicidio in nullam irregularitatem incidant. [e] Beatos item peccare non poſſe conſtat, quia beatitudo perdi non poteſt, iuxta illud. [f] *Ibunt iuſti in vitam æternam.* Et tradit S. Thomas receptus, [g] & D. Antoninus. [h]

d *Ca. aliquos 15. quæſt. 1.*
e *Clem. 1. de homicid. & Matth. 25.*
f *1. 2. q. 5. ar. 4.*
g *Quarta parte. tit. 7. c. 7. § 9.*
h *In tertio, diſt. 12. q. 1. & Pen. in cap. omnes. 47. di.*

21 Chriſtus item & illa illius μαθεγρουμένης ſiue Virgo mater admiranda peccare non potuerunt. Ille quidem per naturam: hæc verò per gratiam. Quod poſt alios explicant Pariſienſes, [i] Apoſtolos etiam non potuiſſe mortaliter peccare, poſt Spiritum ſanctum die Pentecoſtes hauſtum, communis tenet opinio. Facit gloſſa, [k] quæ habet, poſſe quidem ſemper quem in bonitate creſcere, in malitia non item.

i *In 1. admonendi. nu. 21. in fine. ff. de iureiur.*
k *In ca fin. §. 1. de iureiur. col. 2. nu. 7.*

22 Contraria tamen concluſio, ſcilicet, hominem in quocumque tempore quamlibet paruo peccare poſſe ac perire, videtur eſſe vera & Catholica.

23 Primo, quia, hæreticum eſt dicere, poſſe quem ad eum meritorum gradum peruenire quo non poſſit amplius bene de Deo mereri. [l] ergo etiam nullus peccandi gradus dabitur, in quo non poſſit adhuc plus peccare, argumento cap. *ſciendum*. [m] Secundo facit cap. 1. cum omnibus ibi citatis, [n] per quæ probatur, quolibet vitæ ſuæ momento poſſe hominem ſuorum peccatorum pœnitere: ergo & pari ratione, immo maiore peccare poterit.

l *Clemen. ad noſtrum. de hæret.*
m *7. q. 1. & l. eſt contra tabulas. ff. de vulgari.*
n *Supra eod.*

24 Tertio, quod homini ad peccandum, quæ noſtra miſeria eſt, ſufficit liberum ſolum arbitrium, ſecundum Magiſtrum, & omnes, [o] ad bene merendum autem non ſufficit ſine gratia, [p] at ſupra diximus in cap. 1. [q] bene mereri quem poſſe quolibet tẽpore: ergo & malè mereri poterit.

o *In ſecundo ſenten. diſt. 1. n. 28.*
p *Cap. fin. & præcedentibus duobus de ẽ. ſecr. at. diſt. 4.*
q *Supr. eod. 1. 2. q. 20.*
r *Supr. diſt. 1.*

25 Quarto facit quod, cæteris paribus, actus exterior non adiicit, neque minuit bonitatem, vel malitiam actus interioris. quod probat S. Thomas receptus, [r] & diximus in ca. *magna*. vbi ſcelectus in hoc textus, [s] at in vitę fine poteſt ægrotus vota peccandi habere peſsima, non ſolum circa ſpiritalia; ſed etiam carnalia peccata: ergo quamlibet morti propinquus peccare poteſt.

s *§. fin. ſupra. diſtin. 2.*

26 Facit quod omnium vna & conſtans opinio eſt, tunc militem Chriſtianum maximè à cacodæmone bellis, quibus ſubuertatur, impeti. quod ille dolo plenus, & arte Pelaſga, ſiue maligna nullatenus tentaret, niſi, quem inuadit, miles peccare poſſet, & cadere.

27 Ad textum ergo noſtrum reſpondeo primo, intelligi poſſe illum de peccatis exterioribus, quæ ſine corporis viribus, quæ deſunt ægroto, committi nequeunt. Secundo, intelligi poteſt de actu peccandi cum oblectamento, vel de actu peccandi ſolito modo.

28 Ad alia verò textum confirmantia reſpondeo, primum eorum procedere in his, quibus nullus rationis eſt vſus. quos certum eſt non magis quàm brura peccare, per ea, quæ allegantur in argumento: at auctor de talibus hic non agit.

Ad tertium concedo, Chriſtum peccare non potuiſſe, quippe qui non purus homo; ſed etiam Deus & eſt & erat perfectus: Deus autem, cum omnia poſsit, peccare tamen non poteſt. [t] Beati autem non eſſent beati; ſi certi de ſua beatitudine perpetuo futura non eſſent. & ita ſecundum legem illi peccare non poſſunt.

t *§. fin. ſupra. diſtin. 2.*

29 Virgo vera illa mater, quæ peccatorum eſt patrona, in gratia confirmata erat, & etiam Apoſtoli ſaltem in hoc, ne mortaliter peccare poſſent. Itaque verum eſt, neminem in viuis agere, qui peccare nequeat, præter eos, qui

rationis vsu carent. & præter quos Deus sua, quæ maxima est, misericordia, & munificentia in sua ita fixit amicitia, vt ab ea nequeant auelli.

In glossam primam.

Hæc glossa soluit vnam oppositionem: Textus habet, in vitæ fine constituto pœnitentiam dari posse, & ab eo illam accipi, at in cap. 1.[a] Theodorus ait infirmis in periculo mortis constitutis non esse imponendam pœnitentiam; sed solùm notificandam.

a 26. quæst. 7.

30 Glossa ita contraria hæc componit, vt hoc ca. secundum illud intelligamus, nempe, quod ægrotus pœnitentiam accipit tamquam notificatam, non verò tamquam iniunctam. Posset & aliter solui, per illud verbum, *Pœnitentiam*, in hoc textu positum, intelligendo pœnitentiæ sacramentum, id est, absolutionem illam sacramentalem, immo quæ sacramentum ipsum est, qua sacerdos pœnitentem à peccatis absoluit. Per verbum autem, *Pœnitentia*, in illo cap. 1.[b] positum intelligendo satisfactionem pro peccatis faciendam. illa enim in articulo illo constituto non est imponenda; sed notificanda.

b 26. quæst. 7.

31 Contra tamen hunc intelligendi modum, & ita, quod pœnitentia etiam satisfactoria non solùm nota fieri potest; sed etiam imponi, facit primo, quòd nulla huius differentiæ alia ratio reddi potest, quàm quòd illam viuens implere non possit. Sed hæc ratio propter multa est ineficax. Primo quod satisfacere possumus Deo nostro misericordissimo, per opera, quę nobis subeunda sunt necessariò, vel lege id iubente, vel natura ipsa cogente, quòd late ostendimus supra.[c] & probat Thomas à Vio,[d] & Adrianus. [e] Id, quòd nuper approbauit Concilium Tridentinum,[f] iuxta fragmentum, quòd in d. cap. 1. 8 inseruimus: ergo & dolor quem patitur ægrotus, & mors ipsa, quam est passurus, in suorum peccatorum satisfactionem iniungi potest. Secundo quod qui sacerdos iniũgit ęgroto pœnitentiam, iniungere potest illam, vt impleat, si à morbo illo conualuerit. Tertio, quòd illa per amicos impleri potest.[g] Quarto, pœnitentia iniuncta infirmo eam efficere non potenti nil nocet: prodest autem eam perficere, si posset, volenti. ergo vtile fuerit infirmis & iamiam moriturís pœnitentiam iniungere satisfactoriam.

c Cap. 1. in princ. nu. 40. & seq.
d De satisfactione. q. 1.
e De pœn. & remi. q. pen.
f Sess. 14. c. 6. & can. 13.
g In princ. nu. 44.

32 Quinto multorum, in quibus est Thomas à Vio, est non contemnenda opinio, indulgentias à summo Pontifice concessas tunc demum his, quibus conceduntur prodesse, cùm ipsi eo sunt animo, vt pro virili Deo sua ob errata satisfacere proponant: at multis multæ indulgentiæ in mortis articulo lucrifaciendæ conceduntur. Ergo tunc maximè videtur imponenda pœnitentia, & iniungenda satisfactio, vt dum ægrotus illam acceptat, & illam, si sanari contingat, aut si posset, perficere proponat, si aliunde non dissoluatur, secure lucrifaciat indulgentias.

h Cap. 1. 6. q. 7.

33 Et per hanc ipse rationem à communi sententia discedo; & credo vtile ac salubre ægrotis esse, vt eis iniungatur pœnitentia. Non quidem, tunc per ipsosmet subeunda, si aliud ab eo, quem patiuntur, vel passuri sunt, morbi, vel mortis dolere imponatur: sed vel per amicos ante ipsam mortem perficienda, vel per indulgentias tollenda, vel post morbum expulsum sustinenda. Neque obstat capi. 1.[i] Illud enim intelligendum est de iniunctione pœnitentiæ mox ab ægroto implendæ, quod fieri non debet.

i 26. quæst.

CAP. III. QVI EGERIT.

AVGVST. HOMIL. XLI. IN EADEM HOMILIA PAVLO SVPERIVS.

QVi egerit pœnitentiam veraciter, & solutus fuerit à ligamento, quo erat adstrictus, & à Christi corpore separatus, & bene post pœnitentiam vixerit, sicut ante pœnitentiam viuere debuit, post reconciliationem, quandocumque defunctus fuerit, ad Deum vadit, ad requiẽ vadit, regno Dei non priuabitur, à populo diaboli separabitur.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiam iniunctam, qui peragit, Purgatorium euadit, modo pœnitentia æqua fuisset peccatis delendis. num. 2.*
3 *Opinio glossæ & nostrorum communis relicta.*

1 EX hoc textu, in illis verbis: *Ad Deum vadit, ad requiem vadit, regno, Dei non priuabitur, à populo diaboli separabitur.* coniunctis, quæ præcedunt, colligi videtur, quod asseruit glossa 1. nempe illum, qui pœnitentiam pro aliquibus peccatis egit, pro illis nullam esse in Purgatorio passurum pœnam. facit §. fin.[a] qui habet, eum, quem in vitæ fine pœniteat, licet veraciter pœniteat; non tamen omnem euasurum pœnam: sed igne purgatorio purgandum. Quod non alia ratione dicitur; nisi quia pœnitentia illi non potuit iniungi, vel iniuncta non impleri.

a Infra eod.

2 Hæc tamen conclusio intelligenda est, dummodo quam pro illis subiuit, pœnitentia æqua fuisset peccatis illis, pro quibus imponitur, penitus delendis, non autem aliàs. Vnde si ob imminentem mortem, vel aliquam aliam ob causam minus sufficiens pœnitentia fuit iniuncta, illam perficiat pœnitens. non tamen ob hoc à purgatorio liberabitur igne, secundum Thomam, Paludanum & omnes alios.[b]

b In 4. d. 20.

3 Quamuis glossa hæc contra sentire videatur. & etiam glossa in cap. *mensuram*.[c] & Panormitanus,[d] cum aliquot aliis, quos retulerat ibi Burgensis. quam opinionem esse falsam, monstrauimus in illo cap. *mensuram*. & in extrauagante 1.[e] quando illam Salmanticæ intermisso tantisper. §. *in Leuitico*.[f] interpretabamur. vbi glossa 8. mihi singularis verius loquuta fuit consentiens Thomæ, ac aliis præcitatis.

c Supra d. 1.
d In c. Deus qui. de pœn. & remiss. & in c. 2. de empt.
e De pœn. & remiss.
f De pœn. d. 1.

CAP. IIII. SI QVIS autem.

AVGVST. HOMIL. XLI.

SI quis autem, &c. & infra, Baptizãtus ad horam securus hinc exit. fidelis bene viuens securus hinc exit. agens pœnitentiam & reconciliatus, cum sanus est, & postea bene viuens securus hinc exit. agens pœnitentiam ad vltimum, & reconciliatus, si securus hinc exit. ego nõ sum securus. Vnde securus sum, dico, & securitatem do. vnde securus non sum, pœnitentiam dare possum: securitatem dare non possum. Et post pauca: Sed vnde scis, inquit, ne fortè Deus dimittat mihi? Verum dicis: vnde? nescio. Illud scio; hoc nescio. Nam ideo do tibi pœnitentiam, quia nescio. Nam si scirem, nil tibi prodesse, non tibi darem. Item. Si scirem non tibi prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Duæ res sunt: aut ignoscitur tibi, aut nõ ignoscitur. Quod horum futurum tibi sit nescio. Ergo tene certum, & dimitte incertum.

Aug. ibid.

SVMMARIVM.

1 *Gloria de æterna secura tria hominum genera mori, non securitate, quam scientia parit; sed quam fides & credulitas. num. 2.*
3 *Certa pro incertis non omittenda, hoc est, clara & indubitata pro dubijs & obscuris. num. 22. Quod est verum in bonis & non malis. num. 24. Verum etiam, quando certum cum minus certo concurrit. num. 25. Modo sint paria num. 7. Regulariter autem hoc consulitur; non præcipitur. num. 30. Etiam quoad casum specialem huius cap. si ius tantum diuinum attendas. num. 32. Quamuis iure humano attento quandoque sic. num. 33.*

4 *Dubio peccandi, qui se exponit, peccat. & ideo, quod dubitatur, an sit mortale, an veniale, constendum est. num. 5.*
5 *Scrupulosus quandoque credit, se aliquod peccatum confessum, vel preces horarias dixisse; quæ tamen an fecerit, nescit. Quod declaratur, & ampliatur nouissimè & vtiliter. num. 76. & 77.*
7 *Opinio Doctoris excusat.*
8 *Appellatio verè iniusta, probabiliter tamen habita pro iusta excusat ab excommunicatione & irregularitate.*
9 *Scire quid, credere quid. num. 10. opinari quid num. 11. Dubitare quid, scrupulus, seu scrupulum habere quid. num. 13.*
14 *Scientia & fides, siue credulitas in quo differunt, & in quo conueniunt. In quo item fides, & opinio. num. 15. Opinio item & dubitatio in quo. num. 16. Et ideo hæc quatuor contraria sibi esse mutuo, non autem scrupulus, idem. 20.*
18 *Certum nobis, quod credimus & scimus, incertum quod dubitamus, vel opinamur.*
19 *Hæreticus non est quis ob dubitationem subitam, siue subreptitiam, saltem hæreticus mortaliter.*
21 *Opinio Scoti laudati, declarata.*
22 *Certum quid significat in hoc cap. & quid incertum.*
23 *Certum & incertum nomina generalia varijs de rebus dicuntur.*
26 *Restituere plus debet, qui nocuit rei productæ, quam producendæ: lucro quæsito, quam quærendo.*
28 *Pretium rei litigiosæ ob dubium litis euentum minuitur, & magis, quo magis est dubius.*
29 *Intellectus verus illius versiculi; Ad præsens oua. &c. & similium.*
31 *Bona temporalia maiora nemo, vt plurimum, tenetur minoribus præferre, quamuis possit.*
34 *Tutiors pars in rebus agendis eligitor, consilium est non præceptum regulariter, quod in vtroque foro tenendum. num. 35. Quæ conclusio differt ab illa: In dubijs pars tutior eligitor. 26. Quæ semper est in vtroque foro præceptum in casibus, in quibus id iura declarant. num. 41. Et quando vera dubietas est in re, mores vel fidem tangente Catholicam. nu. 42. & 56. Ergo non in Grammaticis. nu. 43. Non quo ad disputationem. num. 44. Quod postremum in concionibus cauendum. num. 45. Immo & in disputationibus & prælectionibus. 46. Et assuetudo id faciendi mala. num. 47. Adde, quæ habentur. num. 57.*
35 *Opinio Panorm. parum exacta, quæ tamen saluatur. num. 40.*
37 *Forum exterius duplex penitus exterius & mixtum.*
38 *Intellectus dicti Innocentij in cap. ad audientiam. de homicid. parum à Panorm. & alijs posterioribus intellecti.*
39 *Irregularitatis contrahendæ casus.*
43 *Tutiorem partem eligere, non est præceptum in Grammaticis & alijs animam non tangentibus.*
48 *Dubietatis ratione non peccat, qui credit, quàm sequitur opinionem esse veram, licet alio respectu frequenter peccet. 52. Nam & veram eligens aliquando peccat. 51. Excusatur autem, qui falsam, & sic & sic eligit.*
49 *Intellectus cap. 1. de hæretic.*
54 *Pœnitentis iudicio confessarius nonnumquam acquiescit.*
55 *Fidei ac morum error coæquatur.*
57 *Peccat, qui facit quod magis, vel æquè putat esse peccatum, ac contrarium eius. Immo & qui facit, quod magis putat, siue opinatur non esse peccatum.*
58 *Non tamen qui credit aliquid licere, licet scrupulum habeat in contrarium. 64.*
59 *Peccatum euentus rei non auget, nisi præuisus esset, vel præuideri debuisset.*
60 *Opinio Cancellarij Parisiensis omissa.*
61 *Dubietatis, vel formidinis ratione tunc demum peccatur, quando illæ in specie & in ipsa operatione occurrunt: non tamen refert, an ex parte appetentiæ, vel ex parte rationis nascatur. num. 63.*
62 *Iustitiæ definitionis vera & clara interpretatio vbi.*
65 *Scrupulosis contra scrupulos frequenter & fortiter agere salubre; modo id faciant animo prius à dubio, licet non à scrupulis liberato. num. 78.*
66 *Confessarius pœnitenti contrarius in opinione absoluet ne ipsum? absoluet. 67.*
68 *Tolerare verbo plus, quam tolerare facto.*
69 *Intellectus communis cap. quia circa. de consanguin. confutatur efficaciter, & verus ac germanus accommodatur. num. 73.*
70 *Matrimonium nullum ratificatur sola dispensatione legitima superueniente.*
71 *Monere nemo tenetur eum, qui peccat ob ignorantiam iuris, saltem humani, quæ ipsum à peccato excusat, si tertij præiudicium non vertitur, immo aliquando monere malum esset. num. 72. Idem de ignorantia facti probabili. num. 73.*
74 *Peccati originalis expers fuit Virgo mater.*
75 *Medicus, qui non potest consulere quiddam ægroto, potest ei dicere sine peccato se aliorum opinioni adhærere posse.*
79 *Peccat alter frequenter propter dubietatem, vbi alter non peccat. Et ideo in rebus controuersis neminem facilè damnandum. num. 80.*
81 *Dubitantem non excusat superioris præceptum, si dubietatem cum credulitate non commutat.*
82 *Conscientiam qui contra suam, vel animi dubietatem agit, legem transgreditur naturalem, & quomodo id deducatur. num. 83.*
84 *Vxoris de seruitute probabiliter dubitans etiam præcipiente Ecclesia non reddit debitum.*
85 *Intellectus nouus illius Apostoli; Omne, quod non est ex fide, & cap. fin. de rescript.*
86 *Conscientiam contra suam etiam erroneam nemini, vllo casu agere licet, etiam prælato præcipiente. num. 95.*
87 *Vxor non tenetur marito furioso reddere debitum, si mortem probabiliter timet corpoream, neque quoties timetur magna deformitas fœtus. num. 88.*
89 *Bonam fidem dicitur habere, qui malam non habet.*
90 *Intellectus cap. dominus. de secund. nup. ab Adriano accommodatus confutatur. alius item coloratus confutatur. nu. 93. Tertius item coloratus ponitur. num. 99. Sed confunditur. 101. Quartus nouus & verus. num. 102.*
91 *Conscientiæ forum tangit cap. Inquisitioni. de sentent. excom. & etiam cap. Dominus. de secund. nup. contra Adrianum. num. 92.*
93 *Dubius an licitè agit vnum è duobus contrarijs, de quorum quolibet dubitat, an liceat? concluditur non posse. num. 94. Nisi prius deposita dubitate. num. 99.*
96 *Dubietas animi æquè, ac conscientia erronea deponi potest, immo cæteris paribus facilius. num. 97. & ideo non excusat à præcepto superioris implendo, licet illa durante non posit illud iustè impleri. num. 100.*
98 *Docere rudem facilius, quàm docere veram eum, qui falsa est doctus.*
103 *Credere quis potest aliquid ad vnum effectum, & non ad alium, quod septem probatur exemplis vsque ad num. 109.*
110 *Excommunicatum peccatorem, vel irregularem putare se, & quoad alia potest, & non quoad alia.*
111 *Opinionum grauium Doctorum noua concordia.*
112 *Credere quis potest aliquam suam esse coniugem, quoad reddendum debitum, & non quoad exigendum, sed non contra, saltem iustè.*
113 *Re sua quis etiam abuti potest, quoad forum exterius, non interius.*
114 *Dubia in re Superiori parendum quidem, sed nisi dubietate reiectæ, saltem ad illum effectum non pareri iustè.*
115 *Conscientia dupliciter deponitur.*
116 *Intellectus cap. inquisitionis, quoad vnum propositum, & quoad aliud. num. 117. & ad aliud. num. 122. & ad aliud. nu. 125. & ad aliud. num. 126.*
118 *Sciens impedimentum matrimonij à dubitante super illo differt, & non differt, & idem fere. 121.*
119 *Credens aliquid esse peccatum, non potest illud iustè agere, etiam Superiore præcipiente.*
120 *Conscientia erronea semper ligat, vel ad sui depositionem, vel ad sui exequutionem.*
122 *Sciens matrimonij impedimentum à credente illud differt, & non differt.*
123 *Fides, vel credulitas sola voluntate perditur; licet non sola voluntate, sed adiuncto illi aliquo motiuo quæratur. nu. 124.*
127 *Intellectus cap. laudabilem. vt lit. pend.*
128 *Conscientiam contra suam iudex numquam iudicat, licet receptius videatur iudicem aliquando aliter iudicare secundum scientiam publicam, quam iudicaret secundum scientiam priuatam. num. 129.*

139 Peccant iudices, qui ob opinionum varietatem dubitantes alteri parti gratificantur, vel prō fauorabili cauſſa pronuntiant, niſi prius illæ dubitatio de animo expellatur. 132.

131 Inſtrumentum pro dote præſumitur altero prius.

133 Iudicem non ſemper oportet credere ius eſſe parti, pro quæ pronuntiat, ſed ſatis eſt, quod credat pro ea pronuntiandum eſſe: quamquam, vt amico gratificetur, vtrūque neceſſarium eſt. 134.

135 Conſcientiæ offenſæ, vel dubietatis animæ exequutæ circunſtantia conſitenda ſecundum Adrianum, immo non conſitenda, ſaltem expreſsim. 136.

137 Miles quis & negotiator licite ſit.

1 NOTA primo, tria eſſe hominum genera, qui ſecuri, & de ſua æterna ſalute certi moriuntur: nempe qui à baptiſmo ſtatim moriuntur, & qui à baptiſmo ſemper vixerunt innocentes; & qui poſt baptiſmum peccauerunt, ſed ſani pœnitentiam egerunt. Quartum autem genus, ſcilicet, eorum, qui poſt baptiſmum peccauerunt, & in vitæ finem pœnitentiam diſtulerunt, parum ſecuros & parum certos mori.

2 Et quod priora quidem tria hominum genera intelligi debet textus, de certitudine ac ſecuritate, quam iuſta præſtat fides, ſiue credulitas: non de illa, quam ſcientia & euidens notitia. Quartum verò genus de illa incertitudine, quam ſuſpicio vel opinio parit; nō autem de illa, quam pura dubietas producit. iuxta quæ in cap. *ſi quis poſitus*.[a] latius dicta ſunt. & quæ docet gloſſa in l. *de ſuo ſtatu dubius*.[b] ſcilicet, illum eſſe in aliqua re dubium, cuius animus in neutram partem contradictionis inclinat. de quo copioſius infra eodem tractabitur.

3 NOTA ſecundo ex illis verbis: *Tene certum, dimitte incertū*, certa præferenda incertis, & indubitata bona dubitatis. Facit quod tutior in dubio pars eligenda eſt iuxta cap. *iuuenis*,[c] quod ſecundum communem opinionem habet, in dubio præſumendum eſſe, quòd ſponſus tentauerit cognoſcere ſponſam, etiam ſeptemnio minorem, ſi eam habebat in domo traductam: quo impedimentum publicæ honeſtatis inter illum & ſponſæ conſanguineas inducatur. Facit cap. *ad audientiam*,[d] quod habet, eum ſe debere putare irregularem, à quo percuſſus quis mortuus eſt, ſi dubitatur, an illius vulneris occaſione mortem obierit. Is etiam qui cum alijs percuſsit alium, ſi neſcitur, cuius ictu occiderit, irregularis eſt iudicandus.[e] Facit cap. *ſicut*.[f] & quod in re dubia certa non fertur ſententia.[g] Facit ille vulgaris adagio: *Vtilior eſt in manu paſſer, quam vultur volans*. Et ille apologus Aeſopicus, quo videtur canis relinquens fruſtum carnis, quod ore gerebat, vt vmbram illius, quæ maior in flumine videbatur, caperet. Facit l. *cum hi*.[h] adiuncta gloſſa 1. quæ habet; *Ad præſens oua cras pullis eſſe meliora*. Et illud Claudiani,[i]

-Omne futurum
Deſpicitur, ſuadentque breuem præſentia fructum.

Facit & ille alter adagio Hoſt. *Fugienti pons argenteus*. quia *vtilius eſt, licet gloria minor, vincere ſine pugna, cuius varius eſt euentus*.[k] Facit & illud.[l] *Qui amat periculum peribit in illo*. Per quod communis opinio habet, eum, qui facit aliquid, de quo eſt dubium, an ſit peccatum mortale, necne mortaliter peccare ſecundum S. Thomam receptum,[m]

4 Vnde communis opinio,[n] docet, teneri, quem ad conſitendum peccatum veniale, quando dubitat, an ſit mortale, necne. Facit, quòd qui ſcit, famam eſſe de ſe, quod excommunicatus eſt, debet ſe excommunicatum putare.[o] Fortiſsime vrget, quod D. Thomas,[p] expreſſe ait, eum, qui ſequitur opinionem magiſtrorum peccare, ſi eorum opinio falſa eſſet: quia ſe, inquit, periculo cōmittit peccandi.

Contrà tamen hæc facit cap. *ex litteris*.[q] & ca. *cum ſint*.[r] quæ habent in dubio pronunciari pro poſſeſsore. Secundo facit, quòd Innocentius receptus,[s] dicit neminem in dubio eſſe iudicandum irregularem.

5 Facit illud ſingulare Thomę à Vio,[t] ſcrupuloſum, qui neſcit, an aliquod peccatum fuerit confeſſus anno ſuperiore, ſi mediocrem diligentiam tunc adhibuerit, debere, & poſſe credere, ſe fuiſſe illud confeſſum. quod ipſum repetit in verbo, Scrupuloſorum.

6 Facit & illud Maioris,[v] eum, qui cœpit preces horarias, quas Laudes vocant, pronunciare & contemplatione diuinorum, vel aliorum raptus aduertit, ſe verſum poſtremum illarum pronuntiantem nec recordatur, quæ intermedia pronunciarit, poſſe & debere credere ſe omnia illa pronunciaſſe; ſi ea memoria teneat, & ſoltus eſt ſine libro integra dicere.

Facit gloſſa ſingularis, quæ ſecunda eſt cap. *capellanus*.[a] quæ habet, non eſſe peccatū adhærere opinioni, quamuis illa eſſet falſa, quando ſunt contrariæ doctorū ſententiæ.

7 Quæ gloſſa à multis commendatur & in his ab Alexandro.[b]

8 Facit gloſſa memorabilis: quæ pen. eſt cap. *ſolet*.[c] quæ habet, eum, qui poſt appellationem excommunicatus celebrat, ſi fidit appellationi, ſecurè celebrare, etiamſi forte appellatio ipſius nō erat legitima, ſed ipſe putabat eſſe legitimā, neque incurrit irregularitatē, licet poſtea conſtet, illū fuiſſe iuſtè excōmunicatum, ſecūdum Peruſinū ibi & Panorm.[d] Facit, quòd in dubio miles ſub principe ſuo iuſtè belligeratur, & iuſte occidit hoſtem.[e] Poſtremo facit, quod dubia in meliorē partē interpretamur.[f] Tandē facit quod niſi hanc partem teneamus, mille opiniones ad ſalutem neceſſarias iampridem receptas, quibus tota vtitur Eccleſia, explodere oportet ab ea. Recepta enim eſt à Richardo & ab alijs, vt plurimum opinio Thomæ,[g] non teneri quem ſtatim poſt lapſum in peccatum mortale illud ore confiteri, ſub noui pœna peccatiaę contra tenuit,[h] diuus Bonauenturą, quem aliqui ſunt ſequuti. Conſtat autem hanc poſteriorem opinionem eſſe tutiorem; ergo ſi tutior eſt tenenda, priorem, qua fere tota vtitur Eccleſia, explodere oportet. Beatus item Raymundus,[i] tenuit, communicare excommunicato, etiam extra ſacra, peccatum eſſe mortale: at D. Thomas,[k] receptus ab alijs,[l] & à Ioanne Andrea, Panormitano & cōmuni,[m] ait, eam communicationem regulariter eſſe veniale peccatum: at conſtat tutiorem eſſe Raymundi ſententiam. Recepta eſt etiam, vt plurimum opinio Thomę de non confitendis neceſſario circunſtantijs omnibus; ſed tantùm illis, quæ numerum, aut ſpeciem mortalis peccati mutant, vel augent, vt ſupra,[n] diximus: at conſtat, tutiorem eſſe alteram opinionem: ergo vel non ſunt ſemper eligenda tutiora, vel mille veras eaſdemque receptas ſententias ſumus ab Eccleſia exploſuri.

9 Quo hęc omnia concilientur, dicendum arbitror primo, aliud eſſe ſcire, aliud credere, aliud opinari, aliud dubitare, & aliud ſcrupulum habere. Scire eſt veritatē viſu perceptam in mēte retinere, vt habet gloſſa mihi ſingularis,[o] per viſum autem id hoc propoſito intelligendus omnis ſenſus. Quod ſentit Bartholus allegando illam gloſſam, Pab omnibus receptus. Ego autem intelligo etiam viſum interiorem animę: ſiue ille fiat per argumentationem ſcientificam & demonſtratiuam, quæ ſcire facit, 9 &, docet Ariſtoteles receptus,[r] ſiue id fiat per notitiam intuitiuam mente ſola ſine ſenſu præceptam, qualem Beati de Deo habent; qualem damni de ſua pœna; qualem & anima carcere hoc incluſa, de ſe ſuiſque multis actis, ſecundum ea, quæ omnes tradunt in prologo Sententiarum.

10 Credere autem eſt firmiter adhærere alicui iudicio: non eo, quod vidit, ſed ob aliorum relationem ſecundum Bartholum,[s] ab omnibus receptum. quod etiam ſatis ſentit gloſſa.[t] Cui tamen definitioni addendum eſt propter proximè dicta. Neque ideo adhæret, quòd argumentatio-ne demonſtratiua, vel mentis intuitu à viſu corporeo & alijs ſenſibus ſemotis percepit.

11 Opinari vero eſt adhærere vni parti cōtradictionis, nō tamen firmiter, ſed cum formidine, ne pars altera ſit vera. Facit gloſſa prędicta & gloſſ. in l. *ſi duo*.[v] tradit Bartholus.[x]

12. Dubitare verò eſt animum applicare ad plura, & nihil eligere, vt habet gloſſa recepta in l. *de ſtatu*.[y] quæ dubitationem appellauit titubationem,

13 Adde, quòd aliud eſt ſcrupulus; eſt enim habere argumentum, vel apparentiam aliquam contra id, quod vel ſcit, vel credit, opinatur, vel dubitat ſecundum mentem Cancellarij Pariſienſis.[z] Et tradit Adrianus.[a]

14 Ex quibus infertur, ſcientiam & fidem, ſiue credulitatem conuenire in eo, quod vtraque eſt certa & firma ſine vlla vacillatione.[b] Differunt tamen, quòd ſcientia eſt clara; quippe quæ ex viſu, vel alio ſenſu, vel alio mentis

intuitu

a *De ſponſal.*

b *De hęreſie.*

c *Cap ſignificaſti. 2. de homicid.*
f *14. diſt.*
g *Ca. Graue. 1. q. 3.*
h *ff. de tranſact.*
i *Lib. 2. in Entr.*

k *2. Reg. 11.*
l *Eccleſiaſt. 3.*
m *Quodlibet. 8. art. 13.*
n *In 4. d 17.*
o *Cap. illud. de cleric. excomm. miniſtrante.*
p *In illo articulo. 13.*

q *De prob.*
r *De reg. iur. libo 6.*
s *In capit. ad audientiā de homicidi. in fine.*
t *In Verbo, Confeſtionis. 5. conditio.*
v *In 4. diſtin. 21. q. 7. col. 2.*

a *Deferijs.*
b *Conſil. 1. 2. volum.*
c *De ſent. excom. lib. 6.*
d *In c. paſtoralis. 5. quia vero. col. 4. de appel.*
e *Cap. quid culpatur. 23. q. 1.*
f *Leg. merito. ff. pro ſocio. & c. 2. de reg. iur.*
g *In 4. d. 17. q. 3. art. 1. q. 3.*
h *Ibidem.*
i *In ſumma.*
k *In 4. diſt. 18. l. Ibidem.*
m *In c. ſacris. de hĳs, quæ vi,*
n *In c. 1. not. primo,*

o *In l. 2. §. antep ff deaqua pluu. arcend.*
p *In l. 1. col. 2. ff de interrogat actionē.*
q *Leg. ſcire. ff de legib.*
r *In libris Poſteriorum.*
s *Ibidem, & in d. §. antepen.*
u *§. penul. ff. arti poſid.*
x *In l. admonendi ff. de iureiur. nu. 21. & ff. de teſtament. & in rub. ff. de inis. & fact.*
z *In tit. de regni. moral. qui eſt prim. ſecunda partis operum eius, col. 2.*
a *Quodlibeto 2. fol. 28. pagina 2.*
b *Cap. firmiter. de ſumma Trinit.*

a *Primæ ad Corinth. 13.*

b *De pœnit. diſtin. 4.*

c *In illo num. 21.*
d *In l. 3. eiuſdem ff. de teſtib.*
e *In libro de Mendacio. col. 1.*

f *In cap. 1. de hæret.*

g *In 3. d. 23.*

h *In diſt. 24.*

i *Lit. de Sacramen. par. 10. q. 2.*

k *8. de Trini. cap. 5.*

l *Inſt. admonendi. ff. de iureiur. num. 23.*

m *In illa l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſtib.*

uenire. Sicut dicit Ambroſius illud Mariæ ad Angelum: *Quomodo fiet iſtud?* non fuiſſe verbum dubitantis, ſed modum inquirentis eius, quod credidit. Reuelatio autem Prophetarum ita manifeſta erat, vt neque in dicto, neque in modo illius intelligendi vllam relinqueret dubitationem. Et ita declarat Scotum Adrianus.[a]

22 Ex quibus omnibus haberur, certum, in textu noſtro accipi pro eo, quòd ſcitur; vel creditur probabiliter: incertum pro eo, quod dubitatur, vel eſt in opinione tantùm. Nam & Latinis certum à cerno, quod eſt video, dici, clarum & indubitatum eſt.

Ex quo iterum infertur, certum non accipi in hoc cap. pro tali & tanto conſtituto, id eſt pro re determinata in quantitate & qualitate, vt capitur in l. *certum*.[b]

23 Secundo dicendum, certum, & incertum generalia nomina eſſe, variiſque de rebus dici; & tam de malis, quam bonis. & ideo, textum noſtrum intelligendum eſſe in bonis tantùm, vt ſit ſenſus; Certa bona & clara & indubitata ne deſeras pro dubijs & obſcuris: non autem eſt intelligendus in malis.

24 Cum enim certa, cæteris paribus, vt mox dicemus, maiora ſint incertis: & cōſequēter mala certa maiora ſint malis incertis: & de duobus malis minus ſit eligendum,[c] conſequens eſt incerta mala potius eligenda, quàm certa.

25 Ex his duobus dictis infertur primò, non ſolùm certa bona incertis præferenda: ſed etiam certiora minus certis, id eſt, bona ſcita, & quæ videntur. Probatur, quoniam per ea, quæ ſcripta ſunt in primo dicto, quod ſcitur, licet in certitudine conueniat cum eo, quod creditur: tamen in claritate differt, & quia clara ſunt obſcuris præferenda, ideo, quæ videmus bona veluti indubitata & clara, præferre debemus creditis. Quæ licet indubitata ſint, non tamen clara & viſa; & ideo cæteris paribus, minora: at conſtat minora poſtponenda maioribus.[d]

Secundo infertur, textum noſtrum procedere etiam in fortunæ bonis vt conſilium prudentiæ ſit, ne certa pro incertis omittamus: quod confirmant adagiones in argumento allati, & ratio manifeſta oſtendit. Non enim valet, cæteris paribus, tantùm quod incertum eſt, quantum, quod certum.

26 Vnde & ſingulariter Thomas determinauit,[e] longè differre, an lædas aliquem in eo, quod iā habet quæſitum: an in eo, quod ſperat quærendum, cuius acquiſitio multis de cauſsis impediri poteſt. Pro quo caſus optimus in l. *quemadmodum*.[f] Facit §. *illud quæſitum*.[g] Ex quo infert, eum, qui alterius ſatis nocuit, fortè illa effodiendo, non teneri ad reſtituendum omnem illum fructum, quem ex illis ſperare licebat. Sed neque illum qui alterius pecuniam vltra terminum præſtitutum detinet, ad ſoluendum tantùm teneri, quantum ille lucrari potuiſſet. quia non tulit lucrum quæſitum; ſed quærendum.

27 Tertio infertur, quę diximus in duobus proximis corollarijs, intelligenda eſſe, quādo certum & incertum paria ſunt; vel quando non adeo incerti magnitudo certum ſuperat, vt ipſius ſpes apud virum prudentē certum vincere t. Nā tunc, ſi nil aliud obſtet, prudēter cōmutatio fiet.[h] Et prudentia eſt vendere menſe Octobri frumentū, 9 in mēſem Maiū ſeruatur[9] eras, Maij pretio. illius mēſis incerto, cū minori Octobris certo.[i] Et imprudētiæ fuerit multa, quę ſpero in futurū, alimenta eo nomine tantū incerta, quod incertū eſt me victurū, remittere modico, quod nūc offertur certum.[k] Nā & ſecundū veriorē opinionē reſtitutioni propter deceptionē vltra medietatē iuſti pretij, locus eſt etiam in trāſactionibus, iuxta l. 2. C.[l] & *c. cū dilecti*.[m]

28 Non quidem cōſiderato rei, ſuper quo litigatur, pretio: ſed tantùm determinato, quāto minoris valet propter litis illius euentū magis, vel minus dubium, ſecundū Bartholum,[n] Panormitanū, Imolenſem & Burgenſē[o] contra gloſſam poſtremā illius ca. quod latius tradūt nouiſſimi.[p] Et bona, quæ non videmus ſed credimus, & quæ nō habemus; ſed ſperamus alterius ſæculi, præferenda ſunt his, quę habemus & videmus huius ſęculi, iuxta illud Eccleſię Catholicæ: *Sic trāſeamus per bona temporalia, vt nō amittamus æterna*. Quod quia, proh dolor! multi male ſeruant,[q] ideo à Gregorio appellamur huius ſæculi dilectores, in terrenis fortes, in cæleſtibus debiles,[q] & longè abſumus ab illis alti-

a *Quodlibeto 2. fol. 29. pag. 2.*

b *ff. de rebus cred. & inſt. C. de ſenteut. quæ pro eo, quod intereſt prof.*

c *Capit. duo mala. 13. diſt.*

d *Capit. non mediocriter. de conſecrat. diſtinctio. 5.*

e *In 2. 2. qu. 62. arti. 4.*

f *§. item Labeo. ff. ad Leg. Aqu.*
g *Inſtitutio. de rerum diuiſ.*

h *In illa l. 2.*
o *In capit. cū cauſſa. de ẽpt.*
p *Rep. in illa l. 2. extenſ. 10.*

q *Ca. omnes. 47. diſtinctio.*

libus, quæ dum gratiam internæ pinguedinis percipiunt, æternis desiderijs innitentes, quasi contemplationis pennas sese ad sublimia subleuant.[a]

29 Non obstat ille versiculus.

Ad præsens oua cras pullis sunt meliora,

Quia neque verum continet, neque id affirmauit Accursius: sed quod ita parum prudentibus videtur. Nam & illud Claudiani.

-Omne futurum
Despicitur. suadent que breuem præsentia fructum.

Non est ita intelligẽdum, vt ita debeat æstimari: sed quod ita fere ab omnibus fit. Nam & quod dolendum est, gaudia illa summa & æterna Paradisi, voluptatulæ minimę ac temporariæ nonnumquam, quæ nostra stulticia est, postponimus. Et contra parum pœnæ temporariæ, illi æternæ tartarorum ac maximæ, quæ nostra est dementia, præferimus. Quia, vt Claudianus ait; *omne futurum despicitur, tamerſi despici non deberet.* Non enim quid fiat: sed quid fieri debeat, attendendum est.[b]

30 Quarto infertur, textum hunc regulariter continere consilium, non præceptum. Et quidem, si generatim illum quoad omnes materias capias, satis supra probatum est.

31 Et adde, quod regulariter nemo tenetur, quamuis possit, temporalia bona maiora relictis minoribus sectari & quærere. Immo ea omnia despicere simul & abiicere consulit ipse consultorum maximus & optimus Iesus,[c] *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus & sequere me.* Et tradit D. Thomas,[d] quin sollicitudine illorũ habendorum nos voluit esse vacuos.[e] *Nolite solliciti esse, &c.* Facit cap. *Monachi.* & cap. *cum ad monasterium.*[f] Consilium igitur prudentiæ, nõ præceptum est, certa bona temporalia pro incertis eligere. Dixi *regulariter*, quoniam nonnumquam præceptum est, quando scilicet, quis nisi hoc faceret, periculo mortis probabili se, vel suos obiceret, argumento cap. *pasce.*[g] & illius Apostoli.[h] *Qui suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negat, & est infideli deterior.* quod citat Ambrosius in cap. *sicut hi.*[i] & Archidiaconus in cap. *animaduertendum.*[k] Dicebat etiã, eum, qui iuranit, vel operas suas alteri non locare, vel feudum ab alio non accipere, debere id facere, si se vel suam familiam non posset aliter alere. Adde item, quod multa sunt bona spiritualia certa; quæ tamen, pro incertis omittere licet, quando vtrunque consulitur, & neutrum præcipitur. Certiora enim sunt bona religionis & bona castitatis, quàm bona vitæ sæcularis & matrimonij vt habet clem. *exiui.*[l] cap. *nuptiæ.*[m] Tradit S. Thomas,[n] ar licet illa ei, qui nondum est voto astrictus, relinquere propter ista.[o] si autem speciatim ad casum, de quo auctor loquitur, textum referas, idem videtur dicendum iure diuino attento.

32 Nam etsi pœnitere peccati mortalis ante vitæ finem optimum fuerit consilium & longè salubertimum, omnique affectu amplectendum: tamen, vt id faciamus, nullo cauetur præcepto diuino iuxta illos, quos in summa supra,[p] sequuti tenuimus: lapsum etiam in peccatum mortale non teneri sub noui peccati pœna ad conterendum illud statim: *sed neque ad illud vsque tempus, in quo vel moriendi, vel aliquod sacramentum sumendi necessitas ad id hominem adigit.*

33 Quinto infertur, iure humano attento, prædictam nostri capituli sententiam præceptum continere, si ante vitæ finem Pascha incideret: quoniam tunc pœnitentiæ ac Eucharistiæ sacramenta necessitate præcepti sumuntur.[q] Immo & olim Augustini tempore præceptum continebat si ante vitæ finem natale Domini, vel Pentecoste incidisset. quia Fabiani præcepto, quod Augustini tempora longo interuallo præcesit, statutum erat, vt his saltem festis Christiani omnes communicarent.[r]

34 Sexto infertur, per hunc textum minimè probari teneri nos, sed tantùm consilio regulariter ad eligendum in rebus agendis tutiorem partem, nisi aliud ad id nos vrgeat præceptum. Infertur autem in hunc modum: nam omnia iura, quæ habent in rebus agendis partem eligendam esse tutiorẽ significãt, vt partem illam eligamus, quæ animæ vtilitati est certior: at supradictum est consilium tantum esse etiam in spiritualibus, vt certiora minus certis præeligamus: ergo consilium tantùm & non præceptum fuerit tutiorem partem eligere.

35 Septimo infertur, minus exactam esse illam differentiam, quam, in hac re Panormitanus,[a] cum communi inter conscientiæ forum & exterius facit,[b] dicẽs, dictum illud: Tutior pars est eligenda, locum habere in interiori foro, non autem exteriori: & ita intelligendum Innocentium ibidem dum in finalibus verbis ait, in dubio iudicandum non esse quem irregularem; quod autem hæc differentia minus perpensa sit, ostenditur primò, quoniam illud dictum in neutro foro de præcepto est verum: sed tãtùm de consilio per supradicta: ergo in neutro est necessario seruandum.[c] Ostenditur & secundo, quia Panormitanus vir alioqui oculatissimus parificat illa duo in dubijs eligendum esse, quod certum est, & in rebus agendis partem eligendam esse tutiorem. quod constat esse falsum per supradicta: quoniam etiam in rebus indubitatis altera pars potest esse tutior, & animę vtilior. & ita generalior est illa conclusio; Tutior pars est eligenda, quam illa; In dubijs certum est tenendum.

Quæstionem tamen pulchram arbitror esse, an vera sit differentia Panormitani in rebus dubijs, quod scilicet, in foro interiori pars sit eligenda tutior: in foro verò exteriori pars mitior. Et quòd non sit vera facit primò, quod regulariter pœnitentiæ forum & exterius parificantur,[d] at nulla vrget hoc casu ratio, nullus textus. Non dictum Innocentij, quo ille nititur, vt mox ostenditur: ergo nõ est differentia ponenda. Secundo facit, quòd cap. illud *ad audientiam.* in foro exteriori loquitur. Legis enim in ipsius initio: *Ad audientiam Apostolatus nostri peruenit:* Et postea in parte 2. legis: *Te conuenit iniungere presbytero memorato.* Attamen ibi Clemens iij. ideo ait, illum iudicandum irregularem, quia in dubijs pars est amplectẽda tutior: ergo etiam in foro exteriori iudicandus est quis irregularis in eo dubio, in quo talis iudicaretur in foro interiori. Tertio facit cap. *significasti.* 2.[e] quod etiam in foro exteriori videtur loqui, & in re dubia ibi censetur irregularis. & difficile videtur dare vllum casum, in quo cæteris paribus, hoc est: si tot & talia probentur in foro exteriori, quot & qualia in foro interiori constant, non iudicentur irregulares in foro exteriori, qui tales in interiori iudicari debent.

37 Non obstat, si dicantur illa duo cap. *ad audientiam.* & *significasti.* 2. non procedere in foro exteriori, quod penitus est exterius: scilicet & contensiosum, vbi accusator, vel denunciator interuenit: sed in foro exteriori, quod nõ est contentiosum: sed quiddam mixtum ex interiori, vt post alios ait Felinus.[f] Non, inquam, hoc obstat primo, quod nulla est ratio, quare illud statuamus in foro penitus exteriori; & aliud in illo foro mixto: in hoc saltem casu, cum nullibi hoc reperiatur expressum. Secundo, quòd probatis in exteriori penitus foro his, quæ in illis capitulis fuêre probata in illo mixto, æquè iudex pronunciasset irregularem. & dubio procul in illis casibus, & illis similibus iudex in foro exteriori equè pronunciare teneretur, irregulares esse illiusmodi percussores, sicut in foro conscientię, vel alio mixto. Quarto, facit, quòd illa ratio decidẽdi posita in illis duobus textibus, scilicet in dubijs tutiorem partem eligendam esse, etiam in foro exteriori locum habet, quod probatur per cap. *iuuenis.*[g] & iura in illius glossa citata. cur ergo & decisio locum non habebit.

38 Non obstat, quòd Panormitanus & post eum communis opinio contra teneat: quia illa ideo est communis, quod alius post alium ita dicere Innocentium credidit. Ille autem non illud; sed longè aliud & sua eruditione dignius ait, scilicet. *Pro his, qui in casibus dubijs asserunt iudicandum, non esse irregulares facit, quod irregularitas est iure positiuo & non diuino inducta.* In quo illorum, te rogo, inter fora illa tangit differentiam: Nonne ratio illa, irregularitatem iure humano & non diuino inductam, æquè in altero foro, sicut in altero militat; immo, si rem satis perpendas, magis facit, vt parcius dicamus, quem in conscientiæ foro irregularem, quam in foro exteriori, quoniam iura humana tarius in foro interiori, quàm exteriori ligant vt est in ca. *iuuenis.*[h] glossa in cap. *fraternitas.*[i] cum aliis similibus. Et in specie frequentius quam in foro exteriori irregularem iudicari, quam in foro interiori, late concludit Cancellarius Parisiensis.[k]

a Cap. cum in lege. 23. q. 4.

b Cap. cum causam. de election.

c Matthæi 19.

d 22. q. 186. art. 3.

e Matthæi 6.

f De stat. monach.

g 86. dist.

h 1. ad Timot. 5.

i Col. 3. 47. d.

k 22. q. 2.

l De verbo. signif. in princip.

m 33. q. 1. n 2. 2. q. 184. o Ca. integri tus. 32. q. 1. c. gesta. cũ glo. 74. dist.

p Dist. 5.

q Cap. omnis. de pœnit. & remiss.

r Ca. et si non frequentius. de consecrat. dist. 2.

a Num. 2.

b In c. ad audientiam. de homicid.

c Dist. c. denique. sub fi. 4. dist. e. fi. 14. q. 1.

d Cap. vt animarum. de constitu. lib. 6. c. cum quidam. de iure iur.

e In illo ca. ad audientiam.

f In quodlib. 8. art. 13.

g De sponsal.

h Ca. ius. de spon. 12. quæst. 2. 2. par. tract. quidam. fol. 187.

Opinio autem & differentia Panormitani saluari posset in eo casu, in quo res adeo esset dubia, vt fundamenta vnius partis alterius argumentis non præstarent: sed rem in æquilibrio ita ponerent, vt iudex, vel is, cuius de conscientia tractatur neutri parti plus adhæreret, quàm alteri. Tunc enim per ea, quæ posthac dicam putare quis se debet in conscientiæ foro irregularem: & qui ab eo consuleretur, idem ei consulere deberet: at iudex in foro exteriori neminem deberet, vt talem castigare. Diuersitatis ratio sit illa, quod, vt postea dicemus, nemo se peccandi periculo exponere debet, neque alteri consulere, vt illi se exponat, & iudici conuenit potius absoluere nocentem, quàm condemnare innocentem,[a] sensus autem clarus & indubitatus verborum Innocentij ille est, quod nemo est iudicandus irregularis, nisi quibus casibus id exprimitur iure, quòd etiam habetur in cap. *ii qui.*[b] Ratio huius dicti est, quia omnis irregularitas iure humano est inducta: & ideo in quocumque foro in dubio casu dicendum est in illo non incurri irregularitatem, quia, vt illemet subiicit, pœnæ sunt molliendæ,[c] itaq; non est mens Innocẽtij dicere, an quis in dubio sit iudicãdus irregularis necne in casu, in quo non est dubium, irregularitatem incurri, sed eius mens est dicere in eo casu, de quo dubium est, an sit vnus eorum, in quibus irregularitas incurratur, iudicandum non esse. Verbi gratia, Dubium erat olim, an celebrare in loco polluto esset vnus de casibus, in quibus irregularitas incurratur. Et in hoc dubio iudicãdum fuit non esse, vt iudicatum fuit in cap. *ii qui.*[d]

41 Illud autem videtur certum sine vlla exceptione, tam in foro conscientiæ, quàm exteriori in dubiis vi præcepti partem eligendã esse tutiorem in omnibus illis casibus, in quibus id faciendum iura præcipiunt, vt in cap. *iuuenis.*[e] & in illis cap. *ad audientiam.* & cap. *significasti.* & aliis similibus.

42 Septimo addendum illud in dubiis tutiorem partem eligendam, etiam extra casus in quibus id faciendum iura exprimunt, duobus concurrentibus esse præceptum. Alterum est, quòd casus ille dubius rem tangat animæ saluti necessariam; alterum quod res verè sit dubia, exemplum potest desumi, ex D. Thoma quotidianum,[f] de illo, qui plures præbendas obtinet existens dubius vtra opinionum contrariarum, quæ in hac re versantur, sit vera.

43 Octauo infertur ex hoc proxime dicto & aliis, eum, qui in Grãmaticis & aliis artibus liberalibus opinionem minus tutam eligit, non peccare, argumento ca. *quamuis.*[g] Et facit cap. *si quis artem Grammaticam.*[h] Quod affirmauit D. Thomas.[i] In qua materia dicit esse locum illi Pauli.[k] *Vnusquisque in suo sensu abundet.* & habetur in cap. *vtinam.*[l]

44 Nono infertur, neque illos peccare qui in agendis, aut credendis sola disputationis gratia partẽ eligunt minus tutam; quod frequens est in scholis. Quia disputando hoc, vel illud exercẽdi animi causa defendere, vel reprobare animi salutem minimè tangit, hinc nostri doctores soliti sunt dicere; A tali opinione in iudicando & consulendo non est recedendum, in disputando autem recedi potest, & defendi facile contrarium.

45 Quod tamen intelligendum est primo, nisi ea disputatio pro qualitate loci, temporis, materiæ, aut personarum scandalo esset, puta in Christi gregi, argumento cap. *nihil cum scandalo.*[m] & c. 2.[n] & Matthæi 18. vnde illa desumpta fuerunt. Quapropter concionatores illos à peccato non excuso, qui quò suam, quam fortè non habent, eruditionem populo venditent, in suggestis opiniones falsas defendunt monitione tamen præmissa, quod id gratia disputationis faciunt. Fateor autem, hoc peccatum contingere, non quia in re dubia pars minus certa eligatur: sed alio respectu, nempe, ob scandalum, quod frequenter actiones etiam bonas inficere solet per iura prædicta.

46 Quod ipsum fere arbitror dicendum de his, qui partem falsam multis corroborant argumentis: quoniam pro ingeniorum & negotiorum audiẽtium varietate alij dormiunt; alij exeunt; alij parum sunt attenti: & frequentissimè contingit à multis falsa quidem intelligi; vera autem non percipi, vel quia non audiũtur, vel parum aduertuntur. Eiusdem fere generis videntur esse disputationes aliquot & prælectiones coram magna audientium & eruditorum corona factæ; immo & lectiones in auditorio scholasticorum frequentissimo habitæ.

Expertus enim sum Salmanticæ, cum ordinariè Decretum interpretarer in auditorio octingentorum circiter scholasticorum, complures eorũ à lectione affirmare, me dixisse omnino contrarium eius, quod asseueraram: immo & scripsisse oppositum penitus eius, quod ipse dictarano, & alij promptiores & eruditiores scribebant, adeo in auditoriis frequentibus, præsertim illis, quorum magna pars est rudium, cautè loquendum & docendum est.

47 Id quoque prælectores nouitios omnes moneo, ne se ad ostentandã eruditionem nimium falsis opinionibus sustentandis etiam gratia disputationis assuefaciant: quoniam ille habitus adeo postea dęmone vires ipsius augente ad talia defendenda inclinat animum, vt non raro verum postea videatur, quod est falsissimũ, quod & tale dixisset ipse; nisi ea ipsum consuetudo excæcaret. Quod attibitror in caussa fuisse, quare multi nostrorum illustri eruditione viri, posteris negotium fecerint ad veram deligendam opinionem non paruum.

48 Decimo infertur, eum non peccare ratione dubietatis, qui de duabus opinionibus alteram eligit eo, quòd bona fide credit esse veram: huiusmodi enim homini res illa non dubia est. Nam dubitare dicitur ille, cuius animus se applicat ad diuersa, & neutrum eligit, vt habet glossa recepta,[a] quæ dubitationem appellauit titubationem, quæ cum aliis in primo dicto allata fuerũt, & Bartholus,[b] aiebat, iudicis animum tunc esse dubium; quando pro neutra parte habet; vel probabilitatẽ vel suspicionẽ: is autem de quo loquimur, animum eius alteri opinioni adeo applicat, vt eam credat esse veram: ergo non est ei res dubia.

49 Facit, quod dubius quidem in fide infidelis est,[c] at qui iudicio pleno omnia fidei Catholicæ vera esse credit, quamuis aliquem scrupulum aliquando moueant argumenta contra illam occurrentia, non ideo est infidelis, secundum Andream & Panorm. communiter receptos.[d] Sed neque is dubius est in fide, vel infidelis, qui quoties iudicio pleno aduertit omnia credenda credit: quamuis hæresis nonnumquam surreptitia ipsius mentem veluti furtim inuadat. quod pulchre declarat Maior,[e] igitur qui de duabus opinionibus alteram eligit, & eam bona fide firmiter credit, non dicetur dubius in illa.

50 Hanc verò illationem non ita intelligo, vt excusandus mihi videatur à peccato is, qui quomodolibet quamlibet opinionem sibi deligit, & eam credit esse veram; sed solùm illum, qui in materia, in qua non est vllum Scripturæ testimonium apertũ, neque hactenus est Ecclesiæ auctoritate declarata. Primo, quia scriptum est.[f] *Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadent.* & habetur in ca. *quæ ipsis.*[g] Quod tamen verum non esset, si omnis, qui alteram de duabus opinionibus credit esse verã, ea vtens excusaretur. Secundo facit, quod Thomas ille doctus ac pius aiebat,[h] eum, qui magistri opinionem in his, quæ ad fidem & mores pertinent, sequitur, non excusari, quando id est contra manifestum Scripturę testimonium, vel contra id, quod publicè tenetur secundum Ecclesiæ auctoritatem. Facit etiam, quoniã alioqui, vt ille ait, excusarentur à peccato, qui impientissimi Arij & Nestorij hæresiarcharum dogma sequuti fuissent: quod nemo non respuat.

51 Adde, quod arbitramur nonnumquam peccare illum, qui veram eligit opinionem & exuit falsam, quando videlicet eam temerè dimittit; quam probabiliter credebat esse veram, quod eruditè, vt alia, sensit Cancellarius Parisiensis.[i]

52 Quamquã credimus, prædictos errantes & temerarios non ratione dubietatis peccare, sed temeritatis crassæ, vel affectatę ignorãtię, inobediẽtię, infidelitatis, aut alia simili.

53 Ille autem excusandus videtur, qui cum eruditus sit & vtriusque opinionis argumenta librare potens bona fide illam sibi deligit. Excusamus item illum, qui cùm non sit ea eruditione, vt per se opinionum fundamenta librare valeat: tamen bona fide, ac serio virum aliquem eruditionis & pietatis fama clarum consulit, ac illius auctoritate motus alteram opinionem veram esse credit. Non otiose addidi, *serio*: quoniam multi præsertim magnates, velut aliud agentes & quasi ludentes

a Leg. absentem ff. de pœnis.

b De sent. ex communic. lib. 6.

c Cap. pœnæ. supra. dist. 1.

d De sent. excommun. lib. 6.

e De sponsal.

f 38. dist. h 37. dist. i Tertio quod lib. art. 10. k Ad Rom. 14. l 76. dist.

m De præscr. n De operi. noui nunciat.

a In l. de Titu. ff. de testa. & in rubr. ff. de iur. & fact. igno. b In l. adeo nondi. ff. de iureiur. n. 21. c Ca. dubius. de hæretic.

d Ibidem.

e In 3. d. 25. quæst. 4. col. 3.

f Matthæ. 15.

g 38. distinct.

h In illo quod libet. 8. ar. 13.

i De natura & qualit. cõscient. col. 9. 169. 2. pariis.

& superre nihil loquentes, interrogare solent, quæstiones grandes, quibus quasi leuibus etiam cauti solent nonnunquam incautè respondere. Quod etsi non satis memini, timeo tamen aliquando feciſſe, antequam illum interrogandi modum multis eiſe animaduerterem, quod omnes præmoneo eſſe periculoſum, & interroganti & interrogato, nec minus frequens.

Pro excuſatione prædicta prædicto modo limitata facit gloſſa illa ſingularis quæ ſecunda eſt, cap. *capellanus.* [a] in argumento allata. Facit textus mihi mirabilis in c. fi. iuncto c. *licet.* [b] cum his, quæ alias ibi iam bis diximus. Facit, quod Vlricus ab Antonino relatus & probatus, ait, eum, qui ſuper agenda re aliqua dubia peritiores conſulit, ſi de illa nullam habet expreſſam, quæ neceſſariò tenenda ſit, auctoritatem, dummodo formet ſibi bonam conſcientiam, etiamſi res aliter ſe habeat, quam id, quod ſentit; & quod ſibi conſultum, fuerit, excuſari: quia fecit, quod potuit, & Deus plus non requirit. Facit, quòd Albertus reſpondiſſe fertur, poſſe quemlibet cum animæ ſalute in conſiliis ſequi quamcumque opinionem, dummodo alicuius Doctoris magni auctoritatem ſequatur. Hoſtienſis etiam, [c] dicebat, inter diuerſas opiniones diuerſa iudicia ſemper humanioré eſſe præferẽdam & æquiorem.

54 Gulielmus etiam in gloſſa Raymunda aiebat in apicibus iuris, vbi etiam ſapientes dubitant, excuſabilem eſſe ignorantiam, vnde ſi aliquis bona fide partem hanc, vel illam elegerit, non debet ſuper hoc habere conſcientiam nimis ſcrupuloſam. Et Paludanus, [d] quem refert & ſequitur diuus Antoninus, [e] dicit, confeſſarium, qui dubitat, num illud, cuius confitentem non pœnitet, ſit mortale, quod pœnitens negat eſſe; quinimmo ait, ſe conſilio peritorum illud feciſſe, de quibus ob eorum vitam & eruditionem probabile eſt bene cõſuluiſſe, iudicio pœnitentis ſe poſſe conformare. Dixi de confeſſario dubitante: quid autem de credente contrarium eius, quòd pœnitens credit, diſputabitur infra. [f] Facit & illud Thomæ, [g] referendum. Pro his omnibus facit c. *ſane.* [h] quòd habet, rationem etiam exemplis anteponendam eſſe. Facit & c. *inquiſitioni.* [i] dictans, conſcientiã leuem de impedimẽto matrimonij conceptam, ad cõſilium paſtoris eſſe deponendam.

55 Facit & ratio illa Cancellarij Pariſienſis; ſcilicet, quod non minus nocet homini errare in articulo fidei, qui nondum eſt declaratus ab Eccleſia, quod ſit articulus de neceſsitate credendus; quàm nocere poſſet error in moribus, de quibus non conſtat irrefragabili Scripturæ teſtimonio, aut Eccleſiæ determinatione, quod ſit, illicitus. Nam fides tam neceſſaria eſt, ſicut virtutes morales, aut certè magis. c. *Vbi ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia.* [k] & cap. *in mandatis.* [l] Sed vt plurimum inter omnes Theologos conuenit in his, quæ ad fidem pertinent, & ſunt inter doctos controuerſa; licere ante determinationem Eccleſiæ, illam vel illam partem bona fide amplecti, quod ſatis probatur in c. *damnamus.* [m] vbi reprobata eſt opinio Abbatis Ioachim, qui tenebat contrariam eius, quod Magiſter Sententiarum dixerat, [n] nec tamen ob id ille Abbas hæreſeos, macula notatus fuit: quia dicta ſua correctioni Eccleſiæ ſubiecerat: ergo pari ratione, neque is peccauerit, qui bona fide in agẽdis vanam opinionem ita ſequitur, vt paratus ſit Eccleſiæ obedire, ac Scripturæ, & ſi ei errorem explicuerit, credere.

56 Vndecimo infertur reſolutio, non ſolùm illum peccare, qui in re ad fidem, vel mores pertinente, in qua iure declaratum eſt, rutiorem partem eligendam eſſe; minus tutam eligit, vt dictum eſt in corollario ſeptimo: ſed, & eum, qui in re adeo ſibi dubia, vt neque probabili auctoritate credit, alteram partem eſſe veram, adhæret illi parti, de qua eſt dubiũ, an liceat, ſi ſaltem poteſt adhærere contrarię ſecurè: quia de illa non dubitatur, an liceat. Pro quo principalia fundamenta ſunt illud. [o] *Qui amat periculum peribit in illo*, &c. hoc intellectum modo prædicto. Et ratio illa naturalis, qua cõuincitur quis plus amare Petrum, quàm Ioannem, qui potens agere, quo vtrique ſit gratus; agit tamen propter Petri amorem id, de quo dubitat, an ex eo ſit inimicitiam Ioannis incurſurus: pari ergo ratione, qui dubitat, an tali facto ſit gratiam Dei amiſſurus, & facit illud ob ſui, vel proximi gratiam, plus amare ſe, vel proximum, quàm Deum continetur. Auctoritas principalis in hoc eſt D. Thomæ, [a] & Cancellarij Pariſienſis, [b] vbi ponit illam regulam: *Exponens ſe periculo peccandi mortaliter, mortaliter peccat: & exponens ſe periculo peccandi venialiter, venialiter peccat*; quæ D. Thomæ concluſio à nemine non eſt recepta, & pro ea faciunt, quæ ſcripſimus ſupra, [c] & infra. [d] Quid autem dicendũ ſit, quando quis de vtraque parte contradictionis dubitat, an liceat, dicam infra. [e]

57 Duodecimo ſubinfertur, eum etiam peccare, qui facit aliquid, quod magis, vel æquè ab ipſo putatur eſſe peccatum, quàm non eſſe, quod aſſeuerat Cancellarius. [f]

58 Probatur, quia eadem omnino eſt ratio: immo & qui facit aliquid, quod opinatur non eſſe peccatum; hoc eſt, magis inclinat in eam partẽ, quod non ſit peccatum, quàm in contrariam; cum formidine tamen, quòd altera pars ſit vera, & ita non credit certò non eſſe peccatum. Probatur primo, quia eadem videtur omnino ratio; Nam ratio principalis, quare qui dubitat, an aliquid ſit peccatum, & nihilominus illud facit, eſt; quia periculo ſe peccandi exponit, vt dictum eſt, & & qui opinatur, aliquid non eſſe peccatum; cum tamen certo non credat ita eſſe, immo timet & formidat illicitum eſſe, periculo ſe peccandi exponit, animi ſui conceptu attento; igitur eadem ratio: ergo idem ius. [g] Secundò probatur per illud D. Thomæ, [i] de illo, qui plures præbendas obtinet, in hæc verba ſcribentis; *Si opinio, quam ipſe ſequitur, vera eſt, diſtinguendum eſt: quia vel habet conſcientiam de contrario, & peccat contra conſcientiam, quamuis non contra legem; aut non habet conſcientiam de contrario: ſed certitudinẽ de eo, quod ſequitur: attamen in quamdam dubitationem inducitur ex contrarietate opinionum; & tunc ſi manente tali dubitatione plures præbendas habet, periculo ſe committit, & ſic proculdubio peccat magis amans beneficium temporale, quàm propriam ſalutem. Si vero ex opinionibus contrariis in nullam dubitationem inducitur, ſic non committit ſe diſcrimini, nec peccat.* Ex quo manifeſtè videtur, quòd iuxta Beati Thomæ ſententiam quamuis magis credat vel exiſtimet partem, quam ſequitur, eſſe veram: ſi nihilominus ob contrariam opinionem aliqua dubitatione moueatur, non licere ſibi propter diſcrimen hoc operari, ſuppoſito etiam, quòd nullum ibi ſit diſcrimen ex parte rei, ſed veritas. Tertiò confirmatur hoc ſimilitudine illa, quod medicus, qui magis exiſtimaret ægroto vinum mortem inferre non poſſe: at propter aliorum contrariam opinionem dubitat, & nihilominus, vt illud experiatur, vinum ægroto propinat, & ob hoc ille moriatur, peccat, [k] & non alia ratione quàm quod ægrotũ periculo mortis expoſuit: ergo propoſitum.

59 Neque me quis putet, ſentire, huiuſmodi medicum ſi mors conſequuta non fuiſſet, non peccaturum: quia nihilominus peccat, quoniam euentus non auget, vel minuit peccatum, niſi quatenus præuiſus erat, vel præuideri debuit, quod tradit D. Thomas, [l] ergo nõ licet agere partem, quæ magis exiſtimatur vera, quando formidamus, ne alia quoque pars vera ſit; ſed oportet certò credere id licere, quo à peccato excuſemur. Facit, quòd in probabilibus dubiis quælibet pars eſt veriſimilis, ſicut & probabilis; licet altera pars ſit probabilior, & veriſimilior: ergo qui agit, quod probabilius eſt, cum formidine tamen & timore deliberato, quòd pars contraria vera ſit, probabili ac veriſimili peccandi periculo ſe exponit: ergo peccat per prædicta.

60 Non obſtat, quòd Cancellarius prædictus in præfato loco ſentit à contrario ſenſu, eum non peccare ratione dubietatis, qui agit, quod magis putat eſſe agẽdum, quàm contrarium, primò quia id nõ ait expreſsè, Secundo contra prædicta loqueretur; niſi certò crederet id, quod agit agendum eſſe; quem etiam ante nos taxauit Adrianus non citato, vbi hoc diceret, loco.

61 Decimoquarto infero, vel potiùs declaro, quæ diximus, procedere quando dubitatio, vel formido euenit in ipſa operatione, & in ſpecie cũ cõtrario iudicio: nõ autem ſi alterum in genere, & alterũ in ſpecie. Nã licet in genere habeam dubitationẽ, an aliquid liceat: in ſingulari autem operatione nõ dubito; immo certus operor illud, tunc ratione dubitationis in genere, nõ incurritur peccatũ, ſecundum Thomam à Vio. [m] Verbi gratia; Si iuriſperitus dubitaret in genere, an iuriſcõſultis die feſto liceat conſulere: nulla tamen tenet eum dubitatio, an hoc die feſto, hoc conſilium, huic, & à ſe dari liceat, nullum admittitur, ex parte dubitationis peccatum. E contrario autem, ſi quis arbitraretur, licere generaliter iuriſperitis diebus feſtis conſulere: dubitet autem, an nunc hic, & hoc conſilium ſibi liceat dare, peccatum eſſet ex capite dubitationis. Facit pro declaratione hac, quod in propoſito, conſcientia non ſignificat ſcientiam; ſed applicationem ſcientiæ ad opus exercendum, ſecundum S. Thomam. [a] Quod pulchrè declarat Cancellarius prædictus. [b] Et propterea quando per ſe opponitur conſcientiæ, in ipſa applicatione conſiſtit. Ideo, quæ dubitatio, vel formido ad ipſam applicationem non ſe extendit, conſcientiæ non opponitur. Facit, quod vacillatio conſcientiæ in applicatione conſiſtens, ideo deformem reddit actionem, quoniam fit applicatio modo, quo non debet. Quia enim potentia rationalis debet determinari ad vnum, vt recte in actum exeat, ſecundum Ariſtotelicam, quæ recepta eſt, doctrinam. [c] *Qui non ſe determinat, ſed fluctuat, non operatur, vt debet.* Facit illa definitio iuſtitiæ, in verbo, *Conſtans & perpetua voluntas.* poſita in §. 1. [d] & declarata per Thomam. [e]

62 Vnde neſcio, quare legum periti nondum ſint mutuati veram illius interpretationem, & facilem. Facit illud Iacobi. 1. *Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur & circunfertur.* Facit ca. *qui bona.* [f]

Neque dicat hic aliquis, fieri non poſſe, vt quis aliquid credat in genere verum eſſe, in ſpecie autem dubitet, vel econtrario: quia immo id paſsim occurrit. Nam quilibet Chriſtianus omnia in Bibliis contenta generatim credit, an vero Tobias canẽ habuerit ſpeciatim multi dubitant, licet Tobiæ 5. id ſcribatur. Sic etiam in agendis innumera ſunt dubia, quorum alteram partem ſic amplectimur, vt abſque ſcrupulo operemur, & tamen, an veritatem ſpeculatiuè euidenter habeant, non firmè affirmamus. Quot ſunt, qui ſine ſcrupulo die feſto iter faciunt? at ſi proponatur eis, an liceat die feſto iter facere, mox dubitabunt. Ex quo ſubinfero, eam mulierẽ, quæ audiuit à concionante, aliquid eſſe peccatum mortale, quod non eſt, vt capilliꝫ vti alienis; & tamen appetit illos ferre, ſi liceret: & quamuis neſciat ſoluere rationem pro illa concluſione, vel conſcientia erronea deductam: tamen appetitu id agente, cùm vtitur alienis capillis, non putat ſe male facere, non peccat. Ita eruditè ſimul & acriter Thomas à Vio, [g] quod in ſua ſpecie quotidianum & aliis multis applicabile duxi memorandum.

63 Subinfertur etiam, non referre, an dubitatio, vel formido hæc naſcatur ex parte appetentiæ, vt contingit in timentibus peccare, ſiue ex parte rationis, vt contingit iis, qui ex aliqua ratione magna, mediocri ſcilicet, vel leui fluctuant. Vndecumque enim occurrat, ſi ſolum eſt ſcrupulus, licebit contra illum agere, vt mox dicam. Si verò formido, quæ opinionem de contrario formet, non licebit, iuxta, quæ ſupradicta fuerunt. Vndecumque item euenerit, diſtinguere oportet: an huiuſmodi hæſitatio, ſeu vacillatio, ſiue formido, & dubitatio ſit modo ſpeculatiuo, vel modo practico; hoc eſt, an dubitat de licito, vel illicito ſecundum ſe, vel vt eſt ratio operis ſui hic & nunc, vt patet in exemplo conſulendi prædicto. Et poteſt reddi aliud exemplum de prælegendo ſcholaſticis in die feſto vtrum hoc ſit licitum, an illicitum. Si enim eſſet aliquis doctor, qui dubitaret vtrum ſcholaſticis ſecũdum ſe prælegere in die feſto ſit licitum vel illicitum. Et tamen non dubitaret quis, ſibi tunc eſſe licitum prælegere, hic non peccaret prælegens, quantumcumque magna dubitatio eſſet apud eundem de actu prælegendi ſecundum ſe; an licitus ſit, an illicitus die feſto, & ſimiliter quantumcumque eſſet magnus timor de eodem. Et per oppoſitum ſi quis eſſet certus de actu prælegendi ſecundum ſe, quod eſt licitus in die feſto, & tamen fluctuaret de faciendo hunc à ſe prælectione ita, vt ratio applicandi ſe ad prælegendum cum ambiguitate ſe applicaret, illicitè quis prælegeret. Facit, quòd ſi certitudo ſpeculatiua exigeretur, non ſolùm rudes, qui ſola certitudine ab aliis accepta ſunt contenti; ſed etiam Doctores paſsim ſe periculo exponerent.

64 Decimo quinto infertur, ratione dubietatis non pec-

a De feriis.
b De ſponſal. duor.
c De cognat. ſpirit. ſuper c. ſi vir.
d In 4. diſtin. 17.
e 1. part. tit. 3. cap. 10. §. 10. colum. 10.
f Num. 66.
g Quæ uno quodlibet. ar. 13. inſ. n. 58.
h 9. diſtin.
i De ſent. excommuni.
k 24. qu. 1. l 43. diſtinct.
m De ſitu & Trin. & fid. cath.
n In lib. 1.
o Eccle. 3. cap.

a Quodlib. 8. artic. 13.
b 2. part. tit. 1. de reg. mor. col. 2.
c Numer. 4.
d Numer. 21.
e Corollario 22. nume. 93.
f In illo titul. de reg. moral. col. 2.
g In corollar. 11. & ſupra numer. 4.
h Cap. dudũ 2. de elect. lillud. ad Le. Aqu.
i Quodlibet. 8. artic. 13.
k Argument. §. 1. 83. diſtin.
l 1. 2. queſtio 20. artic. 5.
m Lib. 17. reſpon. qu. 13. alias in parui opuſc. 10. 1. tract. vlti. queſt. 2.

a 1. 2. qu. 19. art. 5.
b Tit. de eſſe natura. & quali. conſcien. qui eſt in 2. parte. fol. 167.
c 2. Ethic.
d Inſtitut. de iuſtit. & iur. d Secũda ſecunda. queſt. 58. ar. primo. f 17. queſt. 1.
g 1. 2. qu. 19. ar. 5.

a Num 13. & 17.
b Quodlibeto 3. fol. 28. pag. 2.
c In prædicto titul. de regu. moral.
d In 3. di. 25. q. 4. col. 3.
e In primo d. num. 17.
f De hæreſi. capit. 1.
g In prædicto titulo de regul. moral. corollar. 2. & 3
h Ad Romanos. 14. & ca. fi. de præſcrip.
i Ca. dudũ. de prabend. lib. 6. l. nam quod abſurdum. ff. de bonis liber.
k De conſag.
l Capit. cum iam dudum de prabend.
m In ca. niſi colum. pen. de prabend.
n In cap. 1. de excepti. col. 1.

care illum, qui quod facit, credit licere, quamuis contra ſuam credulitatem, ſiue fidem habeat ſcrupulum: quia primo, qui credit aliquid certus eſt, licet habeat ſcrupulos in contrarium, vt prædictum eſt, [a] & ita non eſt ei res dubia: cui conſequens eſt, talem non ſe exponere periculo peccandi ratione dubietatis. Secundo, facit, quod Adrianus, [b] tradit ſuper ſcrupuli definitione, & Cancellarius, [c] & Pariſienſes, [d] dicunt, ſcrupulum nil aliud eſſe, quam motiuum, cõtra quod ſentis, conceptum. Et ideo, [e] dicebam, ſcrupulos concurrere poteſt cum credulitate, vel fide, aut ſcientia oppoſiti: quæ tamen fides vel ſcientia excludit omnem dubitationem & formidinem oppoſiti, verbi gratia, Credo Mathematicis affirmantibus, demonſtratum eſſe triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis. Contra quòd, etſi adduceretur ratio, quam ſoluere non poſſem: non tamẽ propter hoc minus id crederem. Sic & in propoſito, ſi credo Doctoribus affirmantibus mihi aliquid licere; etiãſi emergat in me ratio probans non licere, quam ſoluere neſciam, ſi dictis eorum fidem habeo, licite ago; hoc eſt ex parte dubitationis ſaltem non peeco faciendo contra illam apparentiam, vt contra ſcrupulum. Sic pati poſſumus multas apparentias contra fidei articulos nobis ſæpe inſolubiles: ex quibus tamen nequaquã reuocamus in dubium, quæ credimus, alioqui enim fieremus infideles: dubius enim in fide infidelis eſt. [f]

65 Tertio pro corollario facit, quòd tam Cancellarius, [g] quàm diuus Antoninus cum Adriano & Thoma à Vio, & aliis quamplurimis conſulit, vtile quidem & ſanctum eſſe ſcrupuloſis, frequenter & fortiter contra ſuos ſcrupulos agere tutiorem partem omittendo; quo animæ tranquillitate ſibi quæſita, ſedato & integro pectore Chriſto ſeruiant, Chriſtum ament, & colant.

66 Decimoſexto infertur ad illam quæſtionem, an confeſſarius poſsit abſoluere confitentem, qui non vult parere confeſſario, eo quod ipſe confitens ſequitur alios doctores, contrarium eius, quod confeſſarius tenet, opinantes & credentes, pura cõfeſſarius eſt in ea opinione, quod non licet alicui, etiam Papa id permittente, habere plura beneficia, ſiue ſacerdotia, quorum vnum eſt ipſius ſtatui ſufficiens: qui verò confitetur, in contraria eſt opinione, ſequutus alios Doctores, qui contrarium tenent, & ideo non vult illi parere. Et quod confeſſarius eo caſu non debet eum abſoluere; immo quòd abſoluendo peccet, facit primò, quod cõfeſſarius interrogatus à confitente, an hoc ei liceret, non poſſet illi iuſtè reſpondere, id ipſi licere. Quia ita reſpondendo contra conſcientiam conſuleret, quod non licet. [h] Secundo facit, quod niſi hoc dicamus, ſequeretur conſulere ipſum poſſe, agendum, quòd maximè crederet, eſſe contra legem Dei, & illicitum, quod videtur abſurdum: ergo & id, ex quo ſequitur. [i] Tertio facit, quod medicus opinans aliquid maximè ægroto noxium, & toxicum eſſe, non poſſet propter aliorum contrariam ſententiam ſuadere illi, ſeu conſulere, vt id ſumat, quaſi conuenientem medicinam.

67 His tamen non obſtantibus contrarium videtur reſpondendum, primo per cap. *quia circa.* [k] quod habet, diſſimulari poſſe cum his, qui bona fide putant, legitimum eſſe inter ſe matrimonium, ſi ex ſeparatione graue ſperaretur ſcandalum.

Nec reſpondeas, id ibi licere, ob tolerantiam Papæ ex certa ſcientia manantem, quæ vim diſpenſationis habet, ſecundum gloſſam poſtremam illius c. quæ ſingularis eſt ibidem in hoc Panormitano & commendatur plurimum à Præpoſito.

68 Aliud enim, vt ipſi aiunt, eſt impunitate ac facto tolerare, aliud reſpondendo dicere, toleramus, vel tolerabimus. Nam priore caſu, vt plurimum non inducitur diſpenſatio. [l] poſteriore autem inducitur, quod illud cap. *quia circa.* coniuncta gloſſa probat ſecundum prædictos, & etiam ſecundum Panormitanum. [m] & Decium, [n] Non, inquam, hoc reſpondere potes, nam primo is intelligendi modus non eſt litteræ illi germanus, quæ nil aliud habet, quàm quod epiſcopus diſſimulare poteſt, vt remaneant in copula mediante diſpenſatione ſurrepritia contracta, ſi ex ſeparatione graue immineat ſcandalum. Secundo, quod eum intelligendi modum conſequeretur,

quod in casu simili ei, in quo Papa ibi consulitur, non posset fieri, quod ibi respondet esse faciendum, & ita illud cap. fere inutile maneret. Tertio facit, quod Goffredus, quem ibi retulit Hostiensis, ita intelligit illum textum, vt in argumento nostro præsupponitur. Quarto & neruosè facit, quòd ratio illa, per quam Hostiensis Goffredum confutat. & ob quam Ioannes Andreas Antonius & omnes alij Hostiensem sunt sequuti, falsa est.

69 Aiunt enim cum Hostiensi ob id verbis illis; *Dissimulare poteris*, addenda esse illa verba & supplenda; *Ex scientia & licentia nostra, quam auctoritate præsentium impartimur.* Quia stultum esset sentire, Papam velle permittere, vt in adulterio manerent illi, & ita peccarent. hæc, in quam, ratio falsa est, & omnes hos patres fefellit. Primo quia etiamsi dissimulatio illa vim dispensationis obtinuisset: non tamen propterea matrimonium illud, quod nullum erat, roborabatur sine animo de nouo contrahendi.

70 Non enim sufficit, quo matrimonium inter aliquos consanguinitate iunctos roboretur, dispensationem superuenire legitimam; nisi matrimonium quoque nouè contrahatur, quod clarè probatur in ca. 1. coniuncta glossa postrema, [a] neque hoc vllus negarit: ergo dissimulatio episcopi etiam cum expressa dispensatione Papæ, non effecisset matrimonium sine nouo consensu igitur multò minus cum dispensatione Papæ impiicita. Item irrefragabiliter probatur prædicta ratio falsa; nam fieri potest, immo frequentissimum est, non esse verum inter aliquos matrimonium; immo & filios legitimos nasci, iuxta cap. penul. [b] & c. *cum inhibitio*. [c] cum ibi annotatis, [d] cum his, quæ Decius, [e] tradebat.

Neque vero dicas, quòd licet illos, de quibus in illo c. *quia circa*. ignorantia excusaret à peccato: Papam tamen, vel episcopum, qui sciebant, matrimonium eorum inualidum esse, non excusasset à peccato negligentiæ monendi eos, quia hoc est falsum.

71 Quoniam cum quis ob ignorantiam probabilem iuris saltem humani bona fide facit aliquid, quòd non præiudicet tertio, faciendo illud non peccat: neque tenetur parochus, episcopus, vel quiuis alius eum illius erroris admonere, vt erudite determinat Adrianus, [f] immo male faceret, si moneret & ex hoc aliquod scãdalum immineret.

72 Vnde Adrianus, [g] singularissimè determinat, eum sacerdotem, cui solus nouit, quòd mariti vxor propria viuebat, quando hæc secunda, quæ ipsi confitetur, ei nupserat ignorans, quamuis sciat, eam confitentem verbis suis fidem habituram, non teneri tamẽ ei hoc indicare, immo, si hoc indicaret male facturum: cum in detectione nulla sit vtilitas, & ex apertione illius secreti perplexitatem, vel difficultatem incuteret illi. Mulier namque sciens, eum verum maritum suum non esse, fortè volet discedere cum scandalo mariti ignorantis; vel fortè volet adhærere, & maritus nollet de nouo consensum in matrimonium præbere.

73 Nos quoque vidimus dispensationis aliquot in variis materiis, quas quorum erant illæ, sine vllo scrupulo de peritorum consilio putabant esse legitimas; quæ tamen profectò non erant; sed quia circa ius erant humanum, & nulli præiudicabant, timuimus veritatem propalare illis, ne quos ipsorum iusta ignorantia excusabat, auctoritate nostra crederent, eas non valere & nihilominus eis vrentes peccarent. Hoc est, quòd singulariter & eruditissimè eruditissimus ille Innocentius iij. prætendit in dict. cap. *quia circa*. parũ hactenus intellecto. Quod tamen ita nil prædictorum allegato intellexisse videtur Adrianus. [h] Est igitur in illo cap. *quia circa*. casus, in quo, qui credit, matrimonium inter aliquos non valere, cum eis dissimulare potest; etiãsi sit superior, & eis dicere in bono statu viuere: immo & debet, quando scandalum ex contrario facto nasci speraretur. Cui consequens est, etiam confessarium posse absoluere confitentem, quem videt ignorantia iuris humani probabili à peccato excusari, præsertim si suspicaretur, eum veritatem monitum illam non amplexurum. Facit quòd supra, [i] retuli ex Paludano & Antonino desumptum; scilicet confessarium de aliquo dubitantem pœnitentis opinioni acquiescere nonnumquam posse.

Non obstant in contrarium adducta. Non primum, nam nego, quòd non possit confessarius pœnitenti consulere, vt suam opinionem sequatur, neque illud est contra conscientiam agere: aliud enim est, me credere aliquid esse faciendum, aliud te contrarium agentem excusari. Exemplum longè pulcherrimum desumi potest ex extrauagante, *graue*. [a]

74 Potest enim quis, quòd ego facio, firmo credere, Virginem matrem redemptionis & mundiciei humanæ quodammodo initium à labe etiam originali fuisse omnino immunem, vt latius pridem dixi contra glossam ibi. [b] At contrarium tenens non est damnandus: immo possem ei consulere, vt sua opinione vtatur. Exemplum etiam aliud desumi potest ex eodem Adriano, [c] in illo, qui facti ignorantia probabili laborat. Nam si sacerdos solus nouit affinitatem impedientem matrimonium esse inter confitentem & Bertham, quamuis matrimonium sit inutile: tamen ei licitè consulit & suadet, vt eam pro vxore maritali affectu tractet. Eodem fere modo secundum argumentum diluitur.

Ad tertium nego esse simile: quia in casu nostro nullum est periculum agenti, aut consulenti, cùm dicatur iusto errore excusari à peccato: ibi mortis periculum est ægroto ex medici consulentis opinione, & ita non potest illi periculo, quamuis solum sit opinatum, & fortassis à veritate alienum causam dare.

75 Posset tamen dicere ægroto, eum, si alij fuerint eo doctiores & magis periti, sequendo eorum consilium non peccaturum; quamuis fuerit contra suam sententiam, & opinionem secundum Adrianum.

76 Decimoseptimo infertur vera ratio & verus intelligendi modus eorum, quæ Maior supra relatus dicebat, [d] nempe illum, qui memoria tenet quinque Psalmos ad precationes illas horarias, quas Laudes vocant, pertinentes, & recordatur, se primum illorum cœpisse, & se aduertit in fine postremi, licet non recordetur se intermedios dixisse, non teneri ad iterum eos pronunciandum; quoniam hoc est intelligẽdum, dummodo credat se illos omnes pronunciasse, quamuis aliquem scrupulum habeat, eo quòd talem pronunciationem non meminerit. Nam si dubius esset, neque magis vni parti, scilicet, quòd pronunciasset adhæreret, quàm alteri, scilicet, quòd non pronunciasset, illius dictum non esset verum. Immo neque si magis opinaretur, se pronunciasse, si modo non crederet, per ea, quæ supra contra Cancellarium ex Adriani doctrina dicta fuerunt. [e] Attamen, qui psalmos illos solitus est frequenter memoria dicere, iustam habet credendi caussam se, vt pronunciare illos cœpit, ita & pronunciasse. vnde de dubio fieri potest certus. & ita ad vlteriora procedere. Quæ memoriæ commendanda sunt, quo in similibus, ac quotidianis quæstionibus piè nos, & alios explicemus, & cautè. Quales sunt, quod nonnumquam vespertinas preces dicturi vix meminimus, an sextæ, vel nonæ horæ deputatas pronunciauerimus: & vnum Psalmum vel nocturnum dicturi vix meminimus, an præcedentem dixerimus. Et intra missæ actionem non satis recordamur, an omnia præcedentia signa crucis, & id genus alia, vel fecerimus, vel dixerimus. Ad vlteriora enim processuri prius occurrentibus de causis credere debemus nos illa fecisse, non enim sufficeret nobis mens dubia, immo neque opinio, si non peruenirent ad fidem, & credulitatem. Quamuis scrupulus ille, qui fidei ac certitudini repugnat, quemque supra definiuimus, minime noceat. Admonemus tamen lectorem, [f] præfati Maioris, quem nunc hic Romę habemus nõ expressè scribi de quinq; Psalmis laudibus deputatis, vt exprimebatur in libro, quem Conimbricæ habebamus cũ hæc scriberemus; quãuis exprimatur de duobus Psalmis; quod tamen sufficit nostro proposito.

77 Decimooctauo infertur, sic esse intelligendum illud Thomæ à Vio supra relatum de scrupuloso qui non meminit, an superiore anno tale peccatum confessus esset, necne: quòd non tenetur hoc anno illud confiteri. Hoc enim ita est accipiendum, vt eiusmodi scrupulosus primò credat, se illud confessum fuisse argumento ille motus, quod anno superiore mediocrem in recogitandis peccatis adhibuerit diligentiam, & quod pauca soleat ex recogitatis per obliuionem confitenda omittere,

& quod

a *De eo, qui duxit in matr. quam pol. per adul.*

b *Qui filij sint legitimi.* c §. 1. d *De clãdest. desponſ.* e *In ca. inter externa. de reſcript.*

f *In 4. de cõfeſſ. dub. 7 poſt quintam q.* g *Ibidem col. 4. ſub finem.*

h *De confeſſ. dub. 7. poſt 5. quæſt. col. 1.*

i *Num. 54.*

a *De relig. & veneрat. Sanct.*

b *In c. 1. de cõſecrat. d. 3.*

c *In dub. illo. 7. col. pen.*

d *In 4. di. 12. q. 3.*

e *Illatione 12.*

f *In li. 4. ſent.*

& quod leuiori fundamento talia credere possit, & debeat scrupulosus quam alius. Nam si dubia semper mens maneret; immo etiamsi magis opinaretur se confessum fuisse, modo illa opinio ad fidem & credulitatem vsque non pertingeret, iterum confitendum esset. Non est autem putandum dubiam esse mentem, eo quòd scrupulo angatur prædicto. Sic non sæpe consuluimus illis, qui euangelium dicturi non satis meminerunt, an epistol am, vel graduale, vel quiduis aliud præcedens dixissent necne. His etiam, qui iam orationem dominicam in missa dicturi, vel iam communionem sumpturi non meminerunt, an verba cõsecratoria super panem, vel calicem dixissent, consuluimus, inquam, his vt animosè crederent, se dixisse, & ita ad sequentia pergerent.

78 Decimonono infertur id, quod affirmant Cancellarius, diuus Antoninus, Prieras, Thomas à Vio & alij quamplurimi, quos referebamus supra, [a] scrupulosos exercere se debere in deligenda parte minus tuta in his, quæ sunt dubia; ita intelligendum esse, non, vt quod minus est tutum faciant, animo suo dubitante, an id sit tutum necne: sed quod primum credant, illud minus tutum esse satis tutum; quamuis aliud sit tutius, & quamuis scrupulum habeant contra illud, & deinde animo per fidem & illam credulitatem ab ambiguitate liberato, quod iam credunt esse satis tutum, efficiant. Neque curent, quod scrupuli hoc est argumenta & apparentiæ aliquot eis in contrarium occurrant, etiamsi ea ipsi dissoluere nequeant: satis enim est, quòd ita esse doctorum idoneorum scriptis, vel dictis credant.

79 Vigesimo infertur, licitum esse vni facere aliquid, quod aliis est dubium, an sit mortale necne: quia per prædicta fieri potest, vt idem ab vno credatur esse peccatum, & ab altero non esse. & à tertio dubitetur, sit necne peccatum: & omnes tres iustè id iudicent; quamuis non verè.

80 Vigesimoprimo infertur, errare multos in rebus valde apud auctores controuersis, dum eo, quod ipsi sunt in ea opinione, qua iudicetur aliquid esse peccatum mortale, pronunciant capitaliter alios, qui contra suam opinionem faciunt, peccare. Pro corollario est casus in extrauagantis. *graue*. [b]

81 Vigesimosecundo infero contra plerósque omnes, neminem licitè agere, quod ipse dubitat, an sit mortale peccatum necne, etiam superiore præcipiente, durante illa dubitatione, quod multis modis probatur. Primo quia nullum superioris præceptum liberat, seu eximit hominem ab obseruatione iuris diuini, vel naturalis. [c]

82 Sed agere contra conscientiam dubiam peccati mortalis, est naturæ lege prohibitum, sicut agere contra conscientiam peccati mortalis: quia primo circũscripta omni lege Dei & hominum positiua, quodlibet talium esset mortale peccatum, ergo contra ius naturale, argumento c. *ius naturale*. [d] Secundo quia illud præceptum de non faciendo, quod animæ periculum continet, iuxta illud, [e] *Qui amat periculum, peribit in illo*, iuris est naturæ, quia per se notum est, vel deducitur ex per se notis. quæ est definitio, vel declaratio definitionis iuris naturalis, iuxta ea, quæ late scripsi alibi. [f]

83 Quod autem hoc deducatur ex per se notis patet: Omnibus est per se notum, Deum super omnia esse diligendum ac colendum. Per se notum item est, eum, qui aliquid super omnia diligit, non debere facere quidquam propter amorem alterius, quo illius super omnia diligendi amorem perdat, aut periculo illum perdendi probabili se exponat; quoniam alioqui non eum super omnia diligeret. Per se notum item est, eum, qui amore Ioannis aliquid facit, per quod se exponit periculo perdendi amicitiam Petri, plusquam Petrum diligere Ioannem: ergo & qui amore alicuius etiam superioris præcipientis facit aliquid, quod dubitat, an sit mortale, necne, plus superiorem vel alium diligit, aut colit, quàm Deum; quando quidem per mortale peccatum Dei amor amittitur. [g]

84 Secundo pro corollario nostro facit, quod qui probabiliter dubitat de seruitute vxoris, non tenetur ei etiam iubente Ecclesia reddere debitum, vt dicit S. Thomas, [h] & Vvendelinus. [i] Quod ipsum videntur tenere Innocentius, & Ioannes Andreas, Panormitanus & Præpositus, [a] quamuis glossa pen. ibi sentiat contrarium, [b] & Paludanus, [c] sed in eo casu non agitur, nisi de præiudicio temporali: nam si vellet eam cognoscere vxorio affectu, potest sine peccato debitum reddere: ergo quando de præiudicio animæ agitur, minus poterit id facere. Tertio facit illud Apostoli. [d] *Omne, quod non est ex fide, peccatum est.* ponderatis illis verbis: *Quod non est ex fide*: quasi diceret, non solum id esse peccatum, quod est cõtra conscientiam, siue fidem, qua creditur aliquid esse peccatum: sed etiam, quod non procedit ex fide, idest, indicio, quo actu, vel virtute putat id licere per ea, quæ dicta sunt in primo dicto: ergo propositum. Addidi autem, *virtute*, quia satis est, vt aliquid iustè fieri possit, eum, qui facturus est illud, esse licitum actu iudicare; aut certè ita iudicaturum esse, si interrogaretur, an liceret. Quarto facit cap. *dominus*. [e] quod habet, maritum de prioris vxoris vita dubitantem, non magis posse alteram ducere, quàm si priorem sciret viuere. Facit & cap. *in præsentia*. [f] quo declaratur, quæ semel nupserunt mulieres, quantocumque tempore mariti absint, & de illorum morte dubitetur, non posse aliis nubere, etiamsi iuuentute, carnis fragilitate, & aliis id genus occasionibus in peccatum eas delapsuras iustè timeri posse.

85 Quinto & neruosè facit, quòd sicut facere contra conscientiam; ita & exponere se dubio peccandi mortaliter, lege ipsa naturæ vetitum est, iuxta illa, quæ allata sunt in primo argumẽto: sed nullo casu licet contra conscientiam etiam erroneam facere, conscientia illa manente, vt habetur in locis prælegatis, & in ca. *per tuas*. 2. & vbi hoc annotauit Panormitanus ergo nullo etiam casu dubio peccandi probabili se exponere cuiquam licebit.

Nec dicas, grauius esse facere cõtra conscientiam, qua quis credit aliquid non licere, quàm contra dubietatem, qua neque putat licere, neque non licere. Quoniam, licet hoc verum sit, quoad augendum peccatum; tamen nil facit ad excusandum penitus ipsum: quia tantùm, vel magis scientia distat à fide, vel opinione, quantùm fides, vel opinio à dubietate. Et ita quamuis peccatum contra scientiam maius sit, quàm quòd peccatur contra credulitatem, vel opinionem: non tamen propterea, quòd contra hæc fit, peccatum desinit esse: quia immo est, eo quòd contra conscientiam fit, ergo pari ratione, licet peccatum contra fidem vel opinionem maius sit, quàm quod contra dubietatem fit, non tamen ideo hoc desinit esse peccatum, quia contra legem de non exponendo se dubio peccandi est. Sexto facit, quòd secundum omnes, qui se exponit dubio peccandi, faciens id, de quo dubitat esse peccatum, semper peccat, si certum est, quòd non faciendo illud non peccaret: sed propter hoc, quòd non facere illud sit peccatum, vel non, nil minuitur de ratione, qua concluditur, peccatum esse facere id, de quo dubitatur esse peccatum; quia tota ratio peccandi consistit in eo, quod se peccandi periculo exponit, & ideo quod nõ facere illud sit peccatum necne, nil minuit de ratione peccandi: ergo contra eiusmodi dubietatem factum peccatum erit, etiamsi non fecisse illud peccatum sit. Septimo facit, quod faciens contra conscientiam erroneam, peccat, etiamsi non faciendo illud peccaret, quia facit contra conscientiam, licet erroneam, [h] sic igitur agens contra dubietatem animæ peccat; quia se periculo peccandi exponit, quamuis non faciendo illud propter aliam rationem peccaret. Octauo confirmantur hæc, quia paria sunt scire, se esse seruum, vel dubitare, quantùm ad hoc, quod peccat, si se in libertatem recipit. Nam siue verè liber sit, siue seruus, dolo malo dicitur esse in libertate, si de illa dubitans se in eam receperit. [i] Facit, quod nemini licet iurare super eo, quod dubitat. [k] Nono facit, quod dubius in fide infidelis est, licet non tantum, quantum sicut is qui contratium fidei credit, [l] ergo & faciens contra dubietatem peccat, licet non tantùm, sicut qui contra conscientiam operatur. Decimo, pro hac parte facit, quod paria videntur esse, facere iubente superiore contra id, quod credis non licere, & facere contra id, quod dubitas an liceat necne: quamuis non sit idem facere contra, quod scis non licere, vt colligere est ex illo c. *dominus*. [m] cõiuncto illo c. *inquisitioni*. [n] ergo vel oportet concedere, licitum esse

facere

a *In c. proposſunt. de cõsng. ſerui.*
b *In illo c.*
c *In illa d. 50.*
d *Ad Rom. 14.*
e *De ſecund. nup. 1. reſpon ſo.*
f *De ſponſal.*
g *De ſimon.*
h *Cap. per tuas. 2. de ſimon.*
i *Leg. igitur. §. inſans ff. de liberali cauſſ.*
k *Leg. Marcellus. ff. de action rer. amot. l. videamus §. 1. de inſti. iuran.*
l *Cap. 1. de hæret.*
m *De ſecund. nupt.*
n *De ſent. excom.*

a *De relig. & veneрat. Sanct.*
b *De relig. & veneрa. ſanctor.*
c *Cap. non ſemper. ca. ſi dominus. ca. Iulianus. 11. q. 3.*
d *Prima diſt.*
e *Eccleſiaſt. 3.*
f *In repetit. illius c. ius naturale.*
g *Cap. omnis. de pœn. d. 1.*
h *In 4. d. 36. in expoſitione littera.*
i *Ibidem col. 14.*

facere contra credulitatem, vel non licere agere contra dubietatem. Confirmatur hoc, quia nulla ratio reddi potest, quare liceat agere contra rationem reclamantem, & in aurem gannientem, neminem se dubio peccandi exponere debere in casu dubietatis, quam contra eandem rationem dictantem neminem debere agere contra conscientiam, quæ ex credulitate nascitur: sed quod contra hanc liceat agere, nemo dicere audebit: ergo neque dicere audendum est, quod contra illam liceat. Duodecimo facit, quod votum, aut iuramẽtum non ligat minus, quàm superioris præceptum, argumento c. *debitores.* [a] & ca. *magnæ.* de voto, sed illa non ligarent adueniente discrimine vitæ corporeæ, secundum glossam, [b] receptam ab omnibus: neque cum discrimine vitæ animæ, si enim dubietas de impedimento matrimonij superuenerit illi, qui ob successionem habendam singulis quibusque mensibus iurasset vouisse/tve suam vxorem cognoscere, donec prolem ex ea susciperet; nemo diceret, eum ad id complendum teneri: ergo nec superioris præceptum ligabit existente animi dubietate. Decimotertio facit, quod facilius quis potest se morti corporeæ, vel periculo illius probabili exponere; quam peccato mortali, vel periculo in illud cadendi probabili, argumento c. *itaque.* [c] & c. *sacris.* [d] sed ad nullius superioris præceptum, nisi pro publica vtilitate id fieret, mortem quis debet subire corpoream: neque se illius periculo probabili exponere, argumento cap. *ipsa pietas.* [e] ergo multo minus periculo peccãdi probabili, sicut & multo minus morti peccati. [f]

87 Confirmatur quod vxor non tenetur marito furioso debitum reddere, si mortẽ probabiliter timet, secundum Richardum. [g] Immo neque quoties probabile fuerit fœtum extingui, abortum fieri, aut fœtum deformem valde agnasci, secundum Scotum ibidem. Si ergo probabile dubium prædictorum periculorũ efficit, vt quis non debeat reddere debitum: nonne maius periculum multo homicidij spiritalis? quando anima corpori præfertur. [h]

Contra tamen hoc corollarium faciunt multa. In primis cap. *dominus.* [i] quod habet, eam, quæ nupserit secundo marito non habita certitudine de prioris morte; licet de eius morte dubitet, reddere posse debitum: non tamen petere, at eo casu dubium est, an ille actus futurus, adulterinus sit, necne, nam si prior maritus viuit, adulterinus est, si non viuit, vxorius & tamen non solum est licitus: sed etiam debet reddere debitum: ergo licite parere potest quis faciendo actum, de quo dubitat, an sit mortale peccatum. Secundo facit c. *inquisitioni.* [k] quod continet, eam, quæ non habet scientiam; sed iustam fidem, siue credulitatem de impedimento matrimonij, stante illa credulitate ac fide reddere quidem debitum & posse & debere: non autem exigere: & tamen dubium est eo casu, an ille actus sit peccatum mortale, necne.

88 Tertio facit, quòd auctoritate publica licet occidere hominem casu, quo dubium est, an liceat. iuxta cap. *quid culpatur.* [l] quod habet, rege hostibus bellum indicente, subditos, etiamsi dubitent, an iusta sit bellandi causa, posse iustè belligerare, ac hostem occidere: & tamen dubium est, an id liceat: pari ergo ratione, si superior aliquid præcipiat, quod subdito dubium sit, an liceat id agere necne, propter obedientiæ bonum poterit illud efficere.

Quarto facit illud cap. *inquisitioni.* aliter inductum. Habet enim illius tertium responsum, eam, quæ iusta eum causa credit subesse matrimonij impedimentum, ad reddendum debitum teneri, iubente superiore: ergo à fortiori contra dubium conscientiæ id facere poterit iubente prælato.

Quinto induco eundem textum aliter: Habet enim secundum ipsius responsum, eam, quæ leui de causa credit subesse impedimentum, explosa conscientia, posse debitum & reddere, & exigere, & ita sufficit explosio conscientiæ, qua creditur subesse impedimentum: sed illa potest expelli sine conscientia, qua credatur non subesse, puta per dubietatem, vt palam est: ergo cum dubietate animi potest reddi debitum, & ita fieri, quod dubium est facienti, an sit mortale: quod est propositum.

89 Sexto facit, quod non sunt paria contra conscientiam facere & contra dubium eiusdem: nam bonam fidem habere dicitur non solum, qui credit rem esse suam; sed etiam, qui dubitat, & non credit esse suam. Facit textus in l. *qui scit.* [a] qui videtur probare, eum habere bonam fidem, qui malam non habet aptior textus in cap. *si virgo.* [b] in illis verbis: *Tamdiu quisque bonæ fidei possessor dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum.* Per quem Panormitanus, [c] tenet, dubitantem, an res sit sua, dum tamen sciat, se possidere rectè, præscribere, & in bona fide esse: nec agere contra conscientiam, quæ communis opinio est, quam etiam tenet glossa postrema in illo cap. fin. & glossa verbo, bonæ fidei, [d] & glossa in l. 3. [e] quamuis & in contrarium induci possit. Facit glossa fin. cap. *non debet.* [f] quæ habet, bonam fidem per abnegationem malæ dici: & iniustus dicitur, qui non consentit: licet non contradicat, [g] ergo dubietas, quæ non iudicat esse malum, quod agitur, & conscientia, quæ iudicat illud esse malum, longè differunt; cui consequens est, facilius confitendum esse eum, qui iudicat, quod facit, esse malum, peccare; quàm eum, qui dubitat.

Sexto facit d.c. *dominus.* [h] aliter inductum: probat enim eam, quæ contrax,t dubia de impedimento, teneri ad debitum reddendum: quæ tamen certa est de impedimento, minime. [i] ergo inter dubitantem, & credentem, & scientem, aliquid esse malum, plurimum interest: & nil aliud videtur interesse, nisi quod dubius reddit debitum, & non exigit; sciens vero neque reddit, neque exigit: ergo propositum.

Septimo facit illa conclusio: *In dubiis parendum esse superiori.* Quæ probatur in cap. *quid culpatur.* [k] in illis verbis: *Si non esse contra Dei præceptum certum est, vel vtrum sit, certum non est.* Et hoc ibi glossa fi. annotauit. Aptus in hoc textus in cap. *contra morem.* [l] & in cap. *in memoriam.* [m] Facit cap. *quid ergo.* [n] Facit, quod subditorum est obedire vt est in c. *omnis anima.* [o] vbi probatur sententiæ, etiam iniustæ parendum: & in illo cap. *contra morem.* probatur, correctionem etiam iniustam patienter ferendam.

Difficilis profecto est hic articulus, propter argumenta superiora multa & neruosa pro vtraque parte adducta; neque vmquam antehac ipsius perplexitatem perpendere: sed diuino implorato ex animo auxilio, & re coram me à quibusdam meis auditoribus eruditis disputata, conclusionem prædictam sustentare nitar, & contraria prædicta dissoluere; quandoquidem corollarij fundamenta firma mihi videntur & solida, & in eo contenta Deo gratissima veritas.

90 Ad horum primum igitur, scilicet ca. *dominus.* [p] respondet Adrianus, [q] illud in foro exteriori seruandum, non in foro conscientiæ.

Contra quam solutionem facit primo cap. *inquisitioni.* vbi in casu simili idem respondetur in foro conscientiæ. Secundo quod nulla ratio assignari potest, quare in his casibus aliud seruandum sit in interiori foro; quàm exteriori, si modo tantùm de hoc dubio constet exteriori iudici, quantùm interiori. Tertio quòd omnes doctores intelligunt illa capp. procedere in vtroque foro. Facit, quòd Ecclesia non cogit ad peccãdum, vt ait D. Thomas. [r] Ex quo infert, eum, qui post votum castitatis simplex reddit vxori debitum, non peccare, quia hoc præcipit ecclesia. Quarto irrefragabiliter, probo capp. illa *inquisitioni.* & *dominus.* etiam in foro animæ habere locum. Nam neque Adrianus, neque vllus alius audeat negare, illa duo capp. in eodem foro accipienda. Rursus nemo audeat negare, in eodem foro debere intelligi. 2. & 3. responsum capituli, *inquisitioni.* in quo intelligitur primum.

91 Quod vt primum palam fiat, verba illius memoria digna subijcio. *Inquisitioni tuæ respondentes credimus distinguendum, vtrum si alter coniugum pro certo sciat impedimentum coniugij, propter quod sine mortali peccato non valet carnale commercium exercere, quamuis illud apud Ecclesiam probare non possit, an non sciat pro certo, sed credat. In primo casu debet potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quàm per carnale commercium peccatum operari mortale. In secundo distinguimus, vtrum habeat conscientiam huiusmodi ex credulitate leui & temeraria, an probabili & discreta, & quidem ad sui pastoris*

consilium,

a §. *bona fi. dei. ff. de vsur.*
b 34. *quæst. 2. c in ca. finã. nume. 4. de præscript.*
c 23. *q. 5.*
d *De his, quæ vi metu. cau.*
e 23. *q. 4. & Arr. cap ita. ne. 32. quæsti. 5. & cap. sacris. de his quæ vi.*
f In 4. 32. *di. artic. 4. q. 2.*
g In 4. 32. *di. artic. 4. q. 2.*
h *Capit. præcipimus. 12. q. 2. §. fin. Institu. de iure natu. gent. & ciuil.*
i *De secund. nupt.*
k *De sen. excommunic.*
l 23. *quæst. 1.*
a *De iureiur.*
b *In ca. si vero. de iureiur.*
c 30. *q. 5.*
d *De his, quæ vi metu. cau.*
e 23. *q. 4. & Arr. cap ita. ne. 32. quæsti. 5. & cap. sacris. de his quæ vi.*
f In 4. 32. *di. artic. 4. q. 2.*
g In 4. 32. *di. artic. 4. q. 2.*
h *Capit. præcipimus. 12. q. 2. §. fin. Institu. de iure natu. gent. & ciuil.*
i *De secund. nupt.*
k *De sen. excommunic.*
l 23. *quæst. 1.*
A
B
C
D
E
F
a §. *bona fi. dei. ff. de vsur.*
b 34. *quæst. 2. c in ca. finã. nume. 4. de præscript.*
c *In ca. inquisitioni. de sen. excommunic.*
d *Cap. si diligenti. eius de tituli.*
e §. *genera. ff. de adquiri. possess. verb. non bona fidei.*
f *ff. de dolo.*
g *Leg. filius familias.* §. *inuitum ff. de procurat.*
h *De secund. nup.*
i *Ca. inquisitioni. 1. respõso. de sent. excommuni. ca. literas vers. quod si non habet. de restitut. spoliat. k 23. quæst. 5.*
l 10. *distinct.*
m 10. *dist.*
u 10. *quæst. 3.*
o *De consibus cap. 1. 11. quæst. 3. ii.*
p *De secund. nupt.*
q *In quolibet 10 prædicto secundo.*
r *Quodlib. 2. art. 10.*

consilium, conscientia leui & temeraria credulitatis explosa licitè potest non solum reddere; sed exigere debitum coniugale. Verum cum conscientia pulsat animum ex credulitate probabili & discreta, quamuis non euidenti & manifesta, debitum quidem reddere potest. sed postulare non debet: ne alterum, vel contra legem coniugij, vel contra iudicium conscientiæ committat offensam. Nonne tota hæc littera forum conscientiæ sapit? Nam quid ad forum exterius, quod vxor sciat, vel credat impedimentũ subesse, si illud non potest probare? quando de non apparentibus, & non existentibus forum exterius eodem modo iudicat. [a] Deinde legis eam, quæ scit impedimentũ subesse nullatenus exigere, vel reddere debitum debere; etiamsi non possit illud probare. Nonne hoc responsum ad solum conscientiæ forum spectat? Legis item eo casu, potius debere humiliter sententiam excommunicationis sustinere, quàm permittere à viro se illo cognosci. Præsupponit item, posse illam iustè excommunicati, quia nõ reddit illi debitum: & tamen ait, eam non debere reddere: ergo quoad potentiam, vel necessitatem reddendi, vel nõ reddendi; exigendi, vel non exigendi in foro procedit cõscientiæ. Facit, quod ponit differentiam, an mulier leui de causa credat, an graui; quod ad forum exterius nil attinet.

92 Quod etiam cap. *dominus.* [b] in eodem foro loquatur, patet: non enim ibi Lucius tertius aliquem iudicem alloquitur, sed vniuersos Christianos in captiuitate Sataceno rum positos, vt ex superscriptione apparet, & illos docet non quid & qualiter in iudicio iudicari debeat inter illos: sed quid oporteret eos facere, ne corpore captiui animas perderent Christi sanguine redẽptas: quod, vt palã fiat illiusmet cap. verba omnia subiicio: *Dominus ac Redemptor noster, & infra. Sane super matrimoniis, quæ quidam ex vobis nondum habita obeuntis coniugis certitudine contraxerunt, id vobis respondemus, vt nullus à modo ad secundas nuptias migrare præsumat, donec ei constet, quod ab hac vita migrauerit coniux eius. Si verò aliquis, vel aliqua id hactenus non seruauit, & de morte prioris coniugis adhuc sibi existimat dubitandum, ei, quæ sibi nupsit debitum non deneget postulanti, quod à se tamen nouerit nullatenus exigendum. Quod si post hoc de prioris coniugis vita constiterit, relictis adulterinis complexibus ad priorem coniugem reuertatur.* Nullum hic verbum legis, quod forum publicũ sapiat; quod verò forum priuatum conscientiæ multa. Primum, *Superscriptio,* Secundum. *Vobis respondemus.* & tertium, *Præsumat.* quartum, *Non seruauit.* quintum, *Existimat dubitandum.* sextum, *Nouerit.* septimum, *Reuertatur.* Deinde nonne cuiuis eruditio cap. hoc in eodem foro loquitur, in quo illud cap. *inquisitioni?* Nimiæ igitur facilitatis Adriani fuit dicere, illa cap. exterioris fori metas non transire. Facit, quòd tam difficile est respondere capit. *quid culpatur.* [c] quàm illis duobus prædictis capp. tamen certum est, illud in conscientiæ foro maximè locum habere.

93 Quare rem altius consideranti visum fuit primo aliter dicere, scilicet, conclusionem nostri corollarij procedere, quando dubium est, an sit peccatum, quod præcipitur, & certum non esse peccatum illius contrarium: quem intellectum à contrario sensu significant, quæ in corollario vndecimo scribebamus: at in casu illius, capit. *dominus.* vtrumque est dubium; nam si reddatur debitum, & verè prior maritus viuit, luxuria est: si non reddatur, & maritus non viuit, iniustitia. Vtroque igitur dato dubio præceptũ superioris excusare videtur, vt docet Paludanus. [d] Quæ quidem solutio multis confirmari posset, quæ includuntur in illo generali. Positis in necessitate subueniendum esse, vt habet cap. *ad limina.* [e] in illis verbis: *Inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit,* [f] at cum oporteat quem alterum è duobus facere, etiamsi sit dubius, vtrum ex illis ei liceat, merito videri potest in necessitate alterum faciendi positus, & ita posse facere id, quod ei præcipitur: secus verò, si constat ei alterum licere, & de altero, an liceat, est dubius: quia tunc nulla eum premit necessitas alterum faciendi.

94 Hæc solutio primo aspectu arridebat: at rem altius perpendenti non satisfacit: quia per argumenta superius formata confunditur. Nam tametsi alterum cogitur agere: nihilominus tamen, quod dubium est, an ipsi capitale futurum sit, agit, & ita se dubio mortis animæ obiicit.

95 Deinde qui conscientiam de aliqua re facienda erroneam habet, puta de implendo iuramento non parendi prælato suo, in necessitate positus est faciendi alterum è duobus: videlicet, vel contra votum non parere, vel contra conscientiam erroneam agere: & tamen peccat, etiamsi prælato præcipiente alterum illorum faciat: ergo etiam, qui dubitat, vtrum sibi liceat, quamuis alterum præcipiẽte sibi prælato fecerit, peccabit.

96 Neque dicas, hanc, de qua loquimur, conscientiam erroneam ab eo, qui eam habet, exui posse, & ita se à necessitate, qua tenetur, absolui. Nam replicari poterit, posse item eum, qui dubitat, dubietatem illam exuere credendo alteram partem eius, quod dubitat: & ita se à necessitate absoluere.

Neque rursus dicas, dubietatem aliquando ex caussa probabili nasci: quoniam idem contingit de cõscientia erronea. Quemadmodum enim quis dubitare potest de morte coniugis propter alicuius viri fide digni nuncium: ita credere quis potest, peccatum esse non adimplere iuramentum, etiam illicitum ex prædicatione viri eruditi. & id Herodi viro crudelissimo illius pientissimi Ioannis occisori persuasum fuit. [a] Constat item leui de caussa vtrumque, scilicet, conscientiam erroneam & animi dubietatem contingere posse.

97 Neque dicas, difficilius animi dubietatem, quàm cõscientiam erroneam deponi: quia immo, cæteris paribus, difficilius deponitur conscientia erronea, quàm dubietas: sicut facilius est, virtutem quampiam quærere illi, qui nõdum virtum contrarium imbuit, quam illi, quem vitium iam quæsitum oportet ex animo prius abradere, vt illi virtutem contrariam inserere incipiat.

98 Sicut etiam difficilius est docere quempiam recta, qui iam falsa est doctus; quàm rudem, qui nondum verũ, vel falsum agnouit. Aptissimus in hoc textus cap. *reperiũtur.* [b] in illis verbis. *Facilius inueni, qui rectè seruauerit innocentiam, quàm, qui congruè egerit pœnitentiam.* Vbi glossa postrema rationem huius dicti subiungens ait; *Nam pœnitentẽ oportet mutare vitam, quod summè difficile est.* [c] Cum ergo illũ: qui habet conscientiam erroneam duos oporteat subire labores; tollendi, scilicet illam, & formandi contrariam: eum verò, qui dubius est, nil deponere oporteat, sed alterum, de propositis credere, consequens est, difficilius esse deponere conscientiam erroneam eo modo: quo deponẽda est, nempe induendo iudicium contrarium, vt postea dicam; quàm deponere dubietatem. Facit, quòd, eum, qui habet conscientiam erroneam de altero extremo, ad alterum transire oportet, qui verò dubitat solum de medio, ad vnum extremum. quorum duorum posterius difficilius esse, & ad sensum constat & probatur in illo cap. *reperiuntur.*

99 Tertio igitur respondeo, concedendo illud cap. *dominus.* [d] cõtinere eam, quæ dubitat de prioris mariti morte, præcipiente id superiore, immo & sola lege id iubẽte, ad marito posteri debitum reddendum teneri: negando tamẽ, quod id facere possit, dubietate illa in ipsius animo durante: sed prius deposita, & prius de morte prioris mariti concepta credulitate. hanc quoque solutionem probat Adrianus. Pro qua facit primo, quod conscientia erronea, quæ dictat aliquid malefaciendum, non excusat hominem à peccato, si secundum illã operetur, vt ait D. Thomas, [e] ab omnibus receptus: nam, qui occidebant apostolos, benefacere se putabant testante illud Domino, [f] *Venit hora, vt omnis, qui interfecit vos obsequium se arbitretur præstare Deo.* & tamen grauissimè peccabant. Quamquam autem conscientia erronea non excuset: tamen eadem conscientia efficit, vt si contra illam fiat, peccetur secundum D. Thomam, & quod receptum est.

100 Remedium ergo fuerit deponere prius illam conscientiam erroneam, deinde operari contra id, quod illa dictabat: ita & in proposito videtur, quod dubietas quidem animi non excusat quem à faciendo illo, quod præcipitur: attamen si quis contra illam fecerit dubietatem, peccat; quare remedium fuerit illam dubietatem prius deponere, deinde id, quod ante dubitabat, operari.

a *Leg. duo sunt Titij ff. de test. tutel. ca. si sacerdos. de off. ordi.*
b *De secund. nup.*
c 23. *q. 1.*
d In 4. d. 36. *quæst. 2. ar. 3.* e 20. *quæst. 1.* f *Ca. 1. 24. q. 1. c. sicut de consec. d. 1. c. si quis propter necessitatem. de sent. excom. 1. de homicid. l. scientia.* §. *qui cum alter ff. ad l. Aquil. l. vlt. lega. tam. ff. de ad leg. l. fidei cõmissa.* §. *si rẽ ff. de leg. 2. &* §. *si rem. Inst. de leg.*
a *Cap. cum iuramẽto. de homicid.*
b *De pœnit. dist. 3.*
c *Authent. de monachis.* §. *hinc autem collat. 1.*
d *De secund. nupt.*
e 1. 2. *q. 19. ar. 6.*
f *Ioannis 16.*
g *In loco prædicato art. 5.*

101 Contra tamen hanc solutionem facit primo, quod qui ex causſa probabili & vrgenti dubitat, neque debet, neque poteſt illam dubietatem exuere. Immo ſi exueret, malè faceret: ſicut & qui alicui adhæret opinioni, nõ poteſt illam quomodolibet deponere: ſed re diligenter pro negotij qualitate à ſe diſcuſſa, & contrario ſibi bona fide perſuaſo, ſi eruditus eſt; vel conſilio ab aliis petito, ſi non eſt eruditus, ſecundum ea, quæ diximus in illatione nona. [a] Da igitur aliquam, quæ ex probabili cauſſa de prioris viri morte dubitet, vt in caſu illius capit. *dominus*. tunc argumentabor ſic; Eiuſmodi mulier non poteſt, neque debet hanc animi dubietatem deponere, & tamen tenetur debitum reddere: ergo hæc ſolutio non ſatisfacit. 2 Num 51.

Secundo hanc ſolutionem ita confundo, cap. illud *dominus*. differentiam facit inter reddere & exigere debitũ: inter quæ tamen ſecundum hanc ſolutionem nulla eſſet differentia; nam ſecundum eam mulier, quæ animi dubietatem de prioris mariti morte conceptam, non exuit, & nouam de ipſius morte crudelitatem non concepit; reddere debitum non poteſt: at quæ fecit illa, non ſolùm reddere, ſed etiam exigere valet: ergo nulla erit inter illa differentia.

Tertio contra ſolutionem hanc facit, cap. illud *inquiſitioni*, quod ponit differentiam inter credulitatem leui de cauſſa conceptam, & inter conceptam ex grauj & probabili: nam priore caſu ait, deponendam eiuſmodi cõſciẽtiam; & ea depoſita reddi debitum & exigi poſſe: poſteriore verò non depoſita illa reddendum; ſed exigi non debere: pari ergo ratione, qui ex cauſſa leui dubitat, dubietate illa explosa & reddere poterit, & etiam exigere: quæ verò ex cauſſa probabili dubitat, ea dubietate non explosa, poterit quidem reddere, non autem exigere. Illatio vero, quam facio de conſcientia erronea ad hanc dubietatem probatur; quoniam ſecũdum hanc conſiderationem, idem eſt in hoc de conſcientia & dubietate conſcientiæ iudicandum.

102 Quarto igitur nouè ac, ni fallor, verè reſpondeo, præmiſſa tamen vna concluſione, quam nouè quidem ipſe diuulgo & emitto: illa tamen pridem implicitè ſaltem, & obuoluté tradita eſt; ſcilicet poſſe quem credere aliquid ad vnum effectum, non credendo idem, quoad alium.

103 Quod variis exemplis demonſtro. Firmiter & ſine vlla conditione credo, quam hoſtiam presbyter in altari eleuat, adorandam, eſſe conſecratam, & ibi realiter adeſſe verum Chriſti corpus; & ita abſolutè, & ſine vlla cõditione adoro. quod faciendum eſſe D. Thomas, [b] ſentit & expreſsius tradit: [c] at non credo ibi eſſe corpus Chriſti ad effectum ſuper hoc martyrium ſubeundi, pro illius veritate teſtanda: quoniam hæc concluſio; Corpus eſt ſub hac panis ſpecie, non eſt de fide catholica: tamerſi de illa ſit, corpus Chriſti ſubeſſe illius panis ſpeciei, ſuper quo verus ſacerdos verba conſecratiua cum intentione debita prorulit. [d]

104 Vnde concluſionẽ hãc poſteriorẽ credo eſſe veram, & ita credo, vt pro aſſerenda illa mortem oppetere ſim paratus: illam verò priorem, ſcilicet; corpus Chriſti eſt ſub huius panis ſpecie credo; ſed non ita credo, vt pro aſſerenda illa mortem oppetere velim; quia neque ad id teneor, quod Pariſienſes tradiderunt. [e]

105 Secundo facit, quod iudex per iuſtam præſumptionem, de crimine conuictum credit & iudicat feciſſe illud ad eum aliqua pœna extraordinaria condemnandum: non autem ad condemnandum pœna mortis, auctore Innocẽtio recepto ab omnibus, ſinducendo eo modo, quo in illo cap. *quia veriſimile*. inducebat ipſemet Innocentius. Nã per illam præſumptionem, de qua in illo cap. *Aſſerte*. credidit & iudicauit Salomon puerum illum, non eſſe filium illius mulieris, quæ petebat eum diuidi: eſſe autem illius, quæ rogabat eum non diuidi. credidit, inquam, hoc ad effectum alteri ex illis adiudicandi filium: non autem ad damnandum mortis illam, quæ ſuffurata fuit matri filiũ. Tertio, quòd iudex per ſummariam informationem credit alicuius intereſſe, quo talis ſententia non ita daretur ad effectum admittendi eum ad appellandum. [g] non autẽ ad effectum adiudicandi ei, quod petit. Quarto, per ſummariam informationem credit iudex, ſententiam ſuper matrimonio latam, iniquam fuiſſe ad effectum admittendi partem ad agendum: non autem ad effectum pro illo pronunciandi, vt habet cap. *Iator*. & quod ibi ait Innocẽtius. [a] Quinto omnes homines in dubio credo veridicos eſſe ac bonos, [b] ad effectum ne male de illis opiner: ſed ad affectum, quod eis committã pecuniam meam, negotia mea, ſecreta mea, & vitam meam: quo item illos eligam ad aliquam dignitatem, non omnes, immo vero, taros eſſe puto veros & legales. [c]

106 Denique legimus apud Apoſtolum, [d] *Charitas omnia credit*: & tamen non credit omni ſpiritui. [e] Sic innocens, omnes credit eſſe veraces. [f] non tamen quoad omnẽ effectum. [g] Confirmantur hæc omnia per illa, quæ dicam in corollario ſequenti in reſponſione ad ſecundum, vbi dicetur, ſcientiam non ſubiacere noſtræ voluntati, & quare. credulitatem autem ſic, & quare.

107 Hoc prænotato & eo ad propoſitum vtendo, dico mulierem aliquam credere, vel dubitare poſſe, aliquem ſuum eſſe maritum quoad vnum effectum: & credere non eſſe, quoad alium, & ita quoad effectum reddendi debitum, quando de prioris viri morte dubitat, credere poteſt, eum eſſe ſuum maritum, quoad vero exigendum, dubitare, iuxta cap. illud *dominus*, [h] quę concluſio tametſi à nemine, vt dixi, eſt ita clarè & explicitè aſſerta, non tamen te deterreat.

108 Quoniam & vltra prædicta Ioannes Gerſonus vir omnium conſenſu pientiſſimus, [i] in pulchra quæſtione de illo, qui vnam litteram in bullis Apoſtolicis emendauit, reſpondit, eum, de quo quærebatur, non debere, ſe excõmunicatum putare, neque irregularem ad effectum ceſſandi à miſſarum celebratione: ea tamen mente debere eſſe, vt data opportunitate abundantem cautelam non ſpernat.

109 Facit, quod iura ipſa, eum, qui poſt appellationẽ eſt excommunicatus, in omnibus extraiudicialibus admittunt: in iudicialibus autem aliis ab his, in quibus agitur de illa excommunicatione, non admittunt. [k] Facit, quod iuſti ſere omnes, quoad effectum ſuſcipiendi & adminiſtrandi ſacramenta, credunt ſe Deo acceptos; quoad effectum tamen dolendi de peccaris ſuis præteritis, peccatores ſe exiſtimant. Vnde Thomas à Vio [l] concludit, poſſe quem verè à peccatis abſolui, qui tamen, an abſoluatur, ſubdubiter.

110 Quoniam, inquit, licet non dubitet ex parte ſacramenti vllum ſubeſſe defectum; poſt tamen piè dubitare, an ſit ex parte ſua vllus. & ita præſupponit, poſſe pœnitentem credere ſe idoneè diſpoſitum ad ſuſcipiendum pœnitentiæ ſacramentum, quoad tamen certò. credendũ ſibi peccata eſſe dimiſſa, minimè. Quod etiam [m] infra [n] repetemus. Facit pro his; quoniam & in naturalibus aliquid ſubiicitur alicui, quoad vnum effectum; non tamen, quoad alium. Lignum humidum paruo igni ſubiicitur, quoad hoc vt calefiat: non tamen quoad hoc, vt vratur, vt ait D. Thomas. [o]

111 Ex his ſequitur primo, conciliari poſſe quod Innocentius & D. Thomas dicunt cum eo, quod Paludanus & alij contradicunt ſuper eo, quod in argumento ſecundo pro noſtra concluſione ſupra formato eſt dictum, videlicet, virum dubium de ſeruitute coniugis, quam cùm contraxit, putabat eſſe liberam poſſe quidem reddere debitum, ſecundum Paludanum & ſuos, ſi crediderit quantùm ad hoc, eam eſſe ſuam; non tamen poſſe ſecundum illos, ſi vel quantum ad hoc id credere nolit.

112 Sequitur ſecundo, poſſe quem credere eſſe aliquã ſuam coniugem quoad reddendum ei debitum, & non quoad exigendum: non tamen e contrario credere, quoad exigendum, & non, quoad reddendum. Cuius ratio palam eſt, quia in non exigendo nullum eſt periculũ, nulli fit iniuria: in non reddendo verò alteri fieret iniuria, ſi verè coniux eſſet. Et ideo facilius credere poteſt ea, quibus ſibi, quam quibus alij præiudicatur, quia re ſua cuilibet pro ſuo libito licet vti, [p] modo ea non abutatur. [q]

113 Immo & abuti poteſt, [r] quòd intellige verum, quoad forum exterius; non quoad interius.

114 Tertio ſequitur, id quod dicitur in his, quæ dubia ſunt, an ſint bona, an mala, ſuperiori parendum, intelligendum eſſe parendum quidem, ſed iuſtè pareri non poſſe: niſi prius inferior credat id, quod ſibi præcipitur, bonũ eſſe, vel abſolutè, quoad omnes effectus, vel ſaltem, quoad illum effectum, quoad quem ſibi præcipitur. Hactenus de ſolutione primi argumenti, cui [s] me prolixitatis vix arguet, qui ſummam illius difficultatem perpenderit. Nũc ad ſecundum reſpondeo, illius ſolutionem ex dicẽdis corollario ſequenti pendere.

Ad tertium eo modo, quoad primum reſpondendum eſt, videlicet, ſubditum parere quidem debere regi bellũ indicenti, quando non eſt certus de iniuſtitia, licet de iuſtitia certus non ſit: non poſſe tamen iuſtè niſi adueniente regis præcepto, credat bellum iuſtum eſſe ſaltem quo ad illum effectum parendi regi.

Ad quartum eo modo reſpondendum, ſicut ad ſecundum.

115 Ad quintum reſpondeo multipliciter conſcientiam explodi poſſe. Primo per aduentum iudicij contrarij. ſecundo per ſolam illius depoſitionem contrario iudicio non concepto. Et concedo, conſcientiæ depoſitionem ſufficere in ſecundo reſponſo illius cap. *inquiſitioni*. ſi fiat priori modo, non aliter.

116 Quod autem illud reſponſum intelligi debeat de depoſitione priori modo facta; patet ex eo, quòd ait, explosa conſcietia, poſſe illam, de qua loquitur ille textus, & reddere & exigere debitum. Quod tamen non poſſet, ſi ſolum conſcientia illa explosa, mens remanſiſſet dubia, per illud cap. dominus de ſecund, nup.

117 Ad ſextum concedo, longe differre ſcientem à dubitante in caſibus illorum duorum capitulorum *dominus*. [a] & *inquiſitioni*. [b] non tamen in hoc, vt ſciens, durante ſcientia, neque reddere debitum valeat, neque exigere: dubius autem valeat reddere, durante illa dubietate.

118 Sed in hoc eſt differentia; quòd ſciens non poteſt deponere iudicium, quod euidenter nouit: credens verò, quia non nouit euidenter, accedente legis, vel ſuperioris præcepto, dubietatem ſuam deponere poteſt ſaltem ad effectum illum, ad quem iubetur id facere.

Ad ſeptimum eodem eſt reſpondendum modo, quo ad tertium.

119 Vigeſimoſecundo infertur, & hac illatione vigeſimaſecunda, neminem poſſe agere licitè etiam ſuperiore præcipiente, quod ipſe credit eſſe malum, & peccatum, durante illa credulitate, etiamſi peccatum ſit ipſi non facere, quod vt facit, præcipitur. Infertur autem argumento à fortiori: Si enim quod dubium eſt mihi, non licet, durante dubietate, etiam ſuperiore præcipiente, & præcepto ſuo me obligante, vt ſupra eſt dictum, quod eſt minus: à fortiori non licebit, quod credo eſſe malum, durãte illa credulitate. Facit, quia vniuerſaliter, & ſine vlla exceptione dixit Apoſtolus ad Rom. 14. *Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt*: ergo vniuerſaliter eſt intelligendum. [c] Facit, quod omnes Doctores ſine vlla exceptione ita interpretati ſunt. Facit caſus, vt aiunt rotundus in cap. *per tuas*, [d] quod probat, eum, qui putat, aliquem epiſcopum ita ſimoniacum, vt nemini liceat ordine ab eo inſigniri, etiamſi per nimium ſcrupulum & errorem id credat, non poſſe ab illo aſſumere; niſi prius eum deponat errorem.

Dicat tamen aliquis, illum textum in illo caſu loqui, in quo non peccabatur ordinem ab illo epiſcopo non ſuſcipiendo. Nam poterat licitè ordines ab illo epiſcopo nõ ſumere, vel quia non tenebatur ad ſuperiores aſcendere: vel quia poterat eos ab alio accipere; & ita ſolùm probare, non poſſe quem, quod credit eſſe malum, facere, quando non faciendo illud non peccaret.

Sed hæc ſolutio non tollit argumentum: nam qui ſic reſponderit, conſideret primò, illum textum de monacho agere, qui vt plurimum iuſſus ordine ſolet inſigniri. Cõſideret ſecundo, fuiſſe fortè illi præceptum, vt ab illo epiſcopo ordines acciperet. Quod ſi nolit hoc concedere, fingat fuiſſe illi hoc præceptum: certè tunc caſus eſt contra ſic reſpondentem. Neque audebit confiteri eo caſu licere illi accipere ordines ab eo, quem credit ita ſimoniacum eſſe, vt nemini liceat ordine ab eo inſigniri.

120 Quarto facit quod conſcientia erronea ſemper ligat, vel ad ſui depoſitionẽ, vel certè ad faciẽdũ, quòd illa dictat, vt ſcribit D. Thomas, [a] ab omnibus receptus, præſertim à Ioanne Gerſone. [b] Quinto facit, quia qui ſcit impedimentum matrimonij, etiamſi ob hoc excommunicetur, neque reddere poteſt debitum, neque exigere, [c] & tamen, qui ſolum credit, etiamſi hoc ex cauſſa probabili faciat, reddere poteſt: licet non exigere, & hoc non alia ratione, niſi quia ſciens, quod ſcit, non poteſt neſcire: credẽs verò poteſt, quod credit, non credere: ergo contra credulitatem illam durantem non licet agere.

121 Contra hanc illationem vigeſimam ſecundam facit primo caſus in illo cap. *inquiſitioni*. [d] quod habet, eam, quæ ex probabili cauſſa credit impedimentum aliquod eſſe inter ſe & ſuum maritum, teneri quidem reddere debitũ, exigere verò, non poſſe. Et oportet illud intelligere, quãdo nõ de ponitur credulitas: nã, ea depoſita, poſſet etiam exigere, ſecundum omnes. Secundo facit illud cap. *inquiſitioni*. quo probatur diſtare multùm inter ſe an cõiux ſciat, an credat matrimonij impedimentum: quia priore caſu non poteſt reddere; vel exigere debitum: poſteriore verò poteſt: & hoc non contingit alia ratione, niſi, quia cum ſcientia impedimenti reddere non poteſt, cum credulitate autem ſic: ergo. Tertio facit illud ipſum cap. aliter inductum; nam palam ponit differentiam inter credulitatem leuiter conceptam, de qua ſecundum reſponſum agit, & inter credulitatem probabiliter inductam, de qua tertium reſponſum tractat; quia ſcilicet priore caſu deponere poteſt; nõ autem poſteriore: igitur præſupponit poſteriore caſu contra credulitatem non depoſitam licere agere. Quarto facit illud ipſum cap. aliter inductum: quia enim, credulitate, quæ leuiter concepta eſt, depoſita, poſſe petere & exigere debitum: quando autem probabiliter eſt concepta, ſolùm poſſe reddere, & non exigere: ergo tertiũ reſponſum agit, quando credulitas non deponitur, nam, ſi deponeretur, poſſet vtique ſicut reddere, ita exigere. Quinto facit ca. *laudabilem*. [e] quod habet, alterutro coniugum matrimonium accuſante, non debere alterum accuſatum ante probatam accuſationem iure, quod habet in accuſante priuari. Ex quo textu infert Panormitanus quod ait ſingulare; ſcilicet, lite pendente, nemini interdicendum poſſeſsionis vſum, etiam in coniugiis. Ibi ergo habemus caſum, in quo accuſans matrimonium, & ita credens illud non valere, reddit debitum coniugale, & ita contra conſcientiam facit, quod credit malum. Sexto facit, quod licitè iudex contra conſcientiam iudicat, ſecundum gloſſam poſtremam, [f] cui alias 27. ſimiles ibi allego, & tradit Thomas, vt plurimum receptus, [g] vbi hoc ipſe dicit de miniſtro licere ei contra conſcientiam ſuam iudicis exequi ſententiam. Pro quo eſt caſus iuris optimus in illo *§. quia vero*. vbi etiam hoc ipſe Hoſtienſis, Cardinalis Panormitanus, & multi alij tam ibi, quàm alibi ſæpe tenẽt, vt ibi latius dico in repetitione illius puncti, [h] breui ſtylo conſcripta.

Ad horum primum reſpondeo concedendo, eum qui probabiliter credit impedimentum matrimonij, quod probare non poteſt, ad reddendum debitum teneri: non tamen, durante illa credulitate, ſed prius ea depoſita, & concepta credulitate contraria, ſaltem quoad illud effectum reddendi, iuxta ea, quæ dicta ſunt in quarta ſolutione primi contrarij. [i]

122 Ad ſecundum concedo, differre multum ſcire impedimentum matrimonij, vel credere illud: non tamen in hoc, vt ſciens, durante illa ſcientia, non poſsit reddere, vel exigere debitum coniugale: credens verò ſtante & durante credulitate, hæc facere, poſsit. Sed in hoc, quod ſciens non poteſt neſcire ea ſola cauſſa, qnod velit neſcire: quia ex euidenti manat notitia, quæ cogit intellectum aſſentiri etiam nolente voluntate, vt dictum eſt in primo dicto ſuperioris corollarij. Dixi, autem, *ex ea ſola cauſſa, quo velit neſcire*, quia per obliuionem, furorem, vel alias id genus cauſſas amitti poteſt: nos autem hic de amiſsione, quæ ſola fit voluntate, loquimur.

123 Credens autem poteſt non credere ſola voluntate; nam per quaſcumque cauſſas res naſcitur, per eaſdẽ diſſol-

a *De vt iudic.*
b *Capit. 1. de ſcrutin. c. fin. de præſump.*
c *Cap. poſtquam. cap. nouit. c. nihil de electione. & 1. de Corint. 13.*
d *Ioan. 4.*
e *Cap. innocens. 22. q. 4.*
f *Ca. ſi quid vero 26. diſt.*
g *De ſecũd. nup.*
h *In 2. par. ſuorum operum fol. 188. in c. quidam ſcholaru.*
i *In c. 1 libelli. 17. Reſponſum contra miſerum Lutherum alias in par. opuſ. 10. 2. tra. 1.*
k *Cap. ſolet. de ſent. exc. lib. 6.*
l *In c. 1 libelli. 17. Reſponſum contra miſerum Lutherum alias in par. opuſ. 10. 2. tra. 1.*
m *In c. ſ.*
n *Eod. nu. 21.*
o *2. 2. q. 104. art. 1.*
p *Leg. in re mandata. C. de man.*
q *§. ſed hoc tempore. Inſtitut. de hit, qui ſunt ſui, vel alie. iur. & gl. in c. ſicut bi. verb. alienã. 47. diſt.*
r *Leg. ſed & ſi. § conſuluit. ff. de petit. hæredit.*
s *Quodlib. 5. art. 12.*
t *In 3. ſenten. diſt. 9. q. 1. ar. 2. & 9. q. 6. ad ſeptimum.*
u *Cap. firmiter. §. fi. de fi. Trinit. & fide cathe.*
x *In 3. ſenten. diſtinct. 23. q. 10. colum. 4.*
y *In cap. quia veriſimile. de præſum. per capit. aſſerte. eodem titulo.*
z *Capit. ſuper eo. de off. deleg. capit. cum ſuper de re iudic.*
a *De ſecundis nupt.*
b *De ſent. excom.*
c *Cap. ſi Romanorũ, 19. d. t. ſolite, de maiori.*
d *2. de ſimo.*
e *Vt lit. pen.*
f *Cap. paſtoralis. §. quia vero. de off. deleg.*
g *2. 2. q. 67. art. 2. & 64. art. 9.*
h *Super eo. §.*
i *Num. 102.*

quitur,[a] at credulitas ex motiuo probabili & voluntate nostra producitur, vt docetur in prologo Sententiarum, vbi communiter id tenetur. Et post alios per Parisienses clarè determinatur. & [b] concluditur, fidem, vel credulitatẽ, neque à sola voluntate, neque à solo motiuo: sed à voluntate & motiuo, non naturaliter, vt scientia; sed liberè produci.

124 Facit quod tenemur credere, vt ait Apostolus, [c] *Accedentem ad Deum credere oportet*. Et Christus, [d] *Qui non crediderit condemnabitur*. Et Ioannes, [e] *Nolite credere omni spiritui*. Ex quibus apparet credere, vel non credere in nostra esse facultate, ac voluntate positum: quandoquidem non precipimur facere, nisi quæ à nostra voluntate pendent: neq; peccamus in aliis, quam in iisdem. [f] Et ideo eruditissimus Innocentius eruditè aliud de sciente, aliud statuit de credente; hic enim sola voluntate potest nescire.

125 Ad tertium respondeo, concedendo in ca. illo. *inquisitioni*, probari, credulitatem, quæ ex leui caussa manat; & quæ ex graui, differre: non tamen in eo, quòd contra natam ex graui liceat agere: contra natam vero ex leui, minimè: nam hoc penitus contra rationem esset. Quia ex hoc infertur, efficaciorem esse credulitatem ex leui caussa datam, quàm genitam ex graui. Est autem in hoc differẽtia, quod genita ex leui facile ac penitus omitti potest & debet: nata verò ex graui difficilius tollitur: & aliquando non expedit, nec deponi debet in totum; sed solùm quoad illum effectum, quoad quem vel iusta lex, vel iustum superioris præceptum id requirit.

126 Ad quartum respondeo, concedendo secundum responsum illius cap. *inquisitioni*. habere, conscientia leui de impedimento explosa, exigi posse ac reddi debitum; tertium verò habere reddi tantum posse, quando conscientia ex graui caussa vrget: sed nego illum textum per hoc statuere, vt quis non deposita illa credulitate, saltem quoad illum effectum, possit reddere debitum: sed quòd eo casu non debet quidem exui credulitas illa, quo ad effectum exigendi, sed quoad effectum reddendi, vt supra est dictum.

127 Ad quintum, scilicet *c. laudabilem*. eodem modo respondeo, eum, qui accusat matrimonium, si solum credit impedimentum, & nescit, posse quidem reddere debitum, deposita, quoad id, conscientia; non autem exigere: quia, quantùm ad id, matrimonium, quod accusat, non valere credit.

128 Ad sextum respondeo, quòd adeo iuduci non licet contra conscientiam iudicare, vt cuidam non contemnẽdæ auctoritatis viro hæresis videatur id dicere. Neque Thomas, vel aliquis alius id vnquam dixit in sensu, in quo in argumento accipis.

129 Dixerunt quidem multi, licere iudicare aliter propter scientiam, quam habet, vt iudex, quàm iudicasset secundum sciẽtiam, quam habet, vt priuatus: sed nemo vnquam dixit, quod sua cuipiam contrarium dictante conscientia, esset ipsi licitum hunc, vel illum damnare: qui enim iudex scit vt priuatus, tibi soluta decem, Quæ Petro mutuaras, illo non probante solutionem, potest quidem pro te, secundum D. Thomam & frequentius receptam opinionem pronunciare: & ita non contra conscientiam, immo secundum illam iudicat; quia non facit contra id, quod ei conscientia dictat faciendum, immo quod ipsi dictat esse faciendum, quæ tamen altius, licet breuiter in illo §. *quia verò*, tractaui.

130 Vigesimoquarto infero, peccare iudices omnes illos, qui opinionum varietati confisi, pronunciant pro amiciore, volentes ei in dubio gratificari. Constat enim, eos contra dubietatem animi agere, & exponere se periculo tollendi ius suum alteri parti; at consequenter mortaliter peccandi per predicta. facit cap. *graue*. [h] quod in hoc casu intelligi potest, dum ait: *In re dubia certa non detur sententia*: Facit cap. *pastoralis*. [i] quod habet, iudicem nõ debere iudicare secundum Decretalem, de qua merito dubiter, num ea sit iuri consona.

131 Contra tamen hanc illationem facit regula; *Cum sint iura partium obscura, reo potius fauendum est, quam actori*. [k] Faxit textus in l. *In ambiguis pro dote respondere melius est*. [l] Cui similis est in l. *in ambiguis*. [a] facit l. 1. [b] In cuius initio Bartholus ait, instrumentum faciens pro dore præsumi prius factum, quàm instrumentum faciens contra illam: licet vtrumque eodem die constet esse confectum. Facit quòd in omnibus caussis fauorabilibus, in dubio pro illis est pronuntiandum. [c] Facit, quòd tradit Romanus de caussa pia, [d] & quod tradit Baldus de fisco. [e] Facit etiam contra id, quod vulgo dicitur, in dubio pro amico consuli posse, ac iudicari.

132 Ad hæc omnia respondeo, quod & Adrianus sensit, [f] ea intelligenda esse, dummodo illa dubietas ab animo ante sententiam expellatur: & qui iudicaturus est, prius quã iudicet, credat ius esse Ecclesiæ, doti caussæ fauorabili, vel amico suo: vel si hoc non credit, saltem certò credat eò casu pro illis esse iudicandum. Non enim nunc arbitror, oportere iudicem, semper credere ius esse illi, pro quo iudicat: sed satis est credere pro illo esse iudicandum: quoniam, qui scit aliquid vt priuatus, quia vidit, & contrariũ probatur in actis, non credit ius verum esse, quod probatur: & ita esse ius illi, qui falsum illud probat: credit tamen pro illo esse iudicandum, secundum ea, quæ superius in resolutione sexti argumenti dicta fuere illatione proxima.

134 Quamquam vt pro amico iudicetur, non arbitror id sufficere, quia iura non iubent in dubia re iudicari pro amico, quòd iubent fieri pro dote, & pro alia caussa fauorabili. & ideo, qui in dubio pro amico iudicare voluerit, prius, me iudice, certo credere debet illi esse ius, vel saltẽ secundum caussæ acta sic esse credendum ab eo, qui nescìret contrarium, si peccatum vitare voluerit. Quod si credere id nequit, neque profectò iudicare iustè poterit, contra iura nostram illationem confirmantia. quod multos parum animaduertere, & ideo malè de Deo mereri dolẽdum est; cùm facile, quòd faciunt, agere possent de eo bene merentes.

135 Vigesimoquinto infertur illa conclusio Adriani; [g] quæ habet, non solùm, illam circunstantiam esse necessario confitendam, qua ideo peccatum est grauius, quia factum est contra conscientiam: sed etiam, quando peccatum est contra dubietatem animi, exponendo se dubio peccandi. Pro qua conclusione facit, quòd omnis circunstantia, quæ specialem habet repugnantiam cum ratione; siue quæ lege prohibetur speciali; siue quæ sola facit, actum esse malum capitaliter, etiamsi aliunde nõ esset malus, est necessario confitenda, iuxta tradita in illo ca. *consideret*. [h] Sed per superiora patet, quod quemadmodum, quod agitur contra conscientiam, ob id solùm peccatum est, quia contra conscientiã agitur: & ita contra legem illam specialẽ, qua vetamur contra conscientiam quidquam facere. quæ habetur apud Paulum, & in iure, vita & facere contra dubietatem animi, specialem repugnantiam habet cõtra rationem & est contra legem illam specialem, qua, ne quod est dubium, an sit peccatum, faciamus, vetamur. Quæ habetur apud Sapientem & inde. [k] Per quam legem ita id est peccatum, vt si aliunde non esset, ex hac tamen radice sola peccatum esset mortale.

Et quamquam hęc opinio specie veritatis habeat: tamẽ contrarium in vtroque, videlicet circunstantiã conscientiæ offensæ, vel dubietatis animæ exequutæ non esse confitendam, saltem expressim, magnis viribus turati fuimus in ca. *consideret*. [l] non sine piarum animarum consolatione grandi.

136 Vigesimo sexto inferre posset quispiam ex prędictis, eum, qui mercandi se arti addicit, peccare mortaliter. Eũ item, qui se militiæ adscribit armatæ: quoniam illæ artes adeo sunt omnium consensu periculosæ, vt nemo, aut certe rarus sit, qui eas sine peccato exerceat mortali, [m] ergo, qui se ad artibus illis vtendum ornat, periculo probabili, & dubio peccandi mortaliter exponit.

137 Hanc autem conclusionem non probo, primo, quod si eam ob rationem prædictam affirmas, oportebit te cõsequenter affirmare, nos omnes mortaliter peccare, qualecumque munus & qualemcumque artem primum aggredimur, immo & qui iam aggressi non relinquimus.

138 Quãdo dubiũ profectò probabile ac verisimile fuerit, in quo-

a *Capit. 1. de re. iur. lo ab emptione. ff. de pact.*
b *In 3. di. 33. q. 11.*
c *Hebr. 11.*
b *Marc. vlt.*
e *1. Ioan. 4.*
f *15. q. fab. finem. princ.*
g *Vt lit. pen.*
h *11. quæst. 3.*
i *De fide instru.*
k *De regul. iur. lib. 6.*
l *ff. de regul. iur.*
a *ff. de iure dotium.*
b *ff. solut. matrim.*
c *Cap. fin. de re iudic.*
d *In reputt. authen. similiter. C. ad l. Falcid. in 13. §. peculii.*
e *In leg. 1. C. de hared. vel Falci. col. fin. versicul. 1ª in dubio.*
f *In quodlibet. 2.*
g *In 4. de confessione. q. 4. col. 4.*
h *Notab. 1. 1 Ad Roma. 14. & in cap. fi. de præscrip. in cap. omnes. §. illud. 28. quæst. 1.*
k *Ecclesiasti. 3 cap. & in c. ad audientiã. & in cap. significasti. 2. de homicid.*
l *Not. 6. supra disp. 5.*
m *Ca. qualitas. cap. contrarium cap. negotium cũ ibi. annotatis supra disp. 5.*

in quocunque nos munere mortaliter peccaturos, argumento cap. *septies*. [a] & 1. Ioan. 1. cap. & eius, quod dixit Innocentius. [b] Secundo moueor, quòd ars mercandi & militandi licitæ sunt, quod monstrauimus in cap. *qualitas*. & cap. *contrarium*. supra dist. 5.

139 Non obstat fundamentum contrariæ partis: quoniam videtur id tolli posse per ea, quæ supra in illatione 14. scripsimus, nempe tunc dubietatem animi, vel conscientiam erroneam inducere mortale peccatum, cùm illa dubietas, vel conscientia in specie, & operis applicatione occurrit: secus, quando in genere, vt ibi latius dictum est: & in illo cap. *qualitas*. declarauimus.

Gratias tandem ago Domino meo Iesu Opti. Maxim. qui me hunc certi, atque incerti specum, longè, quam putabam, incertiorem & tenebrosiorem locum penitus, quam proposueram, ingressum, errantemque latè suæ lucis radijs adiuuit; in lumenque reuocauit non omnino, ni fallor, spernendum.

CAP. IDCIRCO.

CYPRIANVS EPIST. II. LIB. IIII. AD ANTONIANVM.

IDcirco, frater carissime, pœnitẽtiam non agentes, nec in dolore delictorum suorum toto corde & manifesta lamentationis suæ professione testantes, prohibendos omnino censuimus à spe communionis & pacis, si in infirmitate, atque periculo cœperint deprecari: quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis vrgentis admonitio compellit, nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit esse moriturum.

SVMMARIVM.

1 *Communio & sepultura impœnitenti negatur, etiamsi contritionis aliqua signa ostendat, modo per alia eius verba, vel signa eum non omnino, vel non amore Dei pœnitere appareat.*
2 *Intellectus Cardinalis, cap.* idcirco. *olim probatus, nunc omissus. num. 3.*
4 *Mortis cogitationem vtilem esse plurimis probatur testimonijs.*

CArdinalis hic ait, hoc cap. si bene illud perpendatur, parum seruire proposito. Pro cuius sententia facit; quod conclusio à Gratiano proposita habet, pœnitentiam, etiam in vitæ fine habitam prodesse. Cypriani autem hæc auctoritas habet, non pœnitentibus non esse communionem concedendam. Quæ conclusio neque repugnat priori, neque illi consentit; sed est separata: quandoquidem aliud est non pœnitere, aliud in fine vitæ pœnitere. Ei enim, quem credimus non pœnitere, nec in fine vitæ, nec ante, communionem concedimus corporis Domini, neque etiam sepulturã, [c] vt habet glossa cap. *ex parte*. [d] cum alijs, [e] supra, [f] latius citatis. Quod autem hoc de non pœnitente loquatur patet ex illo verbo: *Pœnitentiam non agentes*. & ex illo. *Nec in dolore delictorum suorum toto corde, &c.*

His tamen non obstantibus contrarium videtur verius, scilicet, hoc cap. deseruire proposito, quoniam ex eo desumitur fortè argumentum contra conclusionem superius positam. Legis enim in illo post verba prædicta, eos, qui pœnitentiam, dum sani erant, non egissent, non esse audiendos, si in infirmitate, & periculo cœperint deprecari. Et rursus legis quod eiusmodi homines non delicti pœnitentia, sed mortis vrgentis admonitio rogare compellit.

Ex quibus verbis colligitur, eum, qui ægrotus sibi dari communionem pacis rogat, non esse audiendum, si sanus pœnitentiam non egit. Colligitur item, eũ, qui antequam ægrotaret; non egit pœnitentiam, in ægritudine positum non præsumi ex animo, & Dei amore pœnitere: sed fictè ac timore tantùm & horrore pœnæ: & tamen supra diximus etiam, eum qui nil verbis rogat; sed tantum pœnitudinis signa demonstrat, ad communionem & sepulturam, esse admittendum, & ita extendendum cap. 1. [a]

2 Et certe quidquid Cardinali visum fuerit, quod etiam antehac ipse probaui: nunc tamen rem ipsam penitus consideranti, vix vllum aliud argumentum neruosius contra conclusionem à Gratiano in principio huius distinctionis propositam, & à nobis, [b] variè confirmatam occurrit, quàm hæc Cypriani auctoritas, quam nulla ex parte violata littera, difficile fuerit diluere. Quod tamen in præsentia verò propius occurrit, dicendum est, Cypriani agere de his, quos constat, neque dum sani erant, fecisse pœnitentiam; neque in ægritudine constitutos ex animo contrito communionem petere. Quos item per ea verba, quæ proferunt, constat non toto corde ad Deum conuerti, vt quia delictorum aliquorum pœnitudinem quidem ostendunt: non tamen omnium, & se ab aliquibus cessaturos promittunt: non tamen ab omnibus, vel etiam suis verbis & nutibus significant pœnarum tantùm timore, non etiam Dei amore ita eos pœnitere.

3 Et in summa Cyprianus de illis loquitur, quos constat non verè, ac ex animo pœnitere: Leo vero Papa & auctor aliorum capp. [c] & Gratiani conclusio, ac nostra de his, quos videmus quidem in vitæ fine pœnitere; contritionis signa ostendere; & scimus id ab eis ex toto animo, & Dei amore agi: vel certè ignoramus eorum animum, & neque scimus esse satis pœnitentia dignum, neque indignum, idcirco etsi non penitus credimus eos saluari; opinamur tamen, & in dubio eorum pœnitentiam in meliorem partem interpretamur; saltem ad effectum eis sacramenta & sepulturam tradendi; iuxta ea quæ fusius, [d] dicta fuerunt exponendo verbum illud: *Non præsumimus*, ibi positum.

4 Nota ex illis verbis: *Nec dignus est in morte suscipere solatium, qui se non cogitauit esse moriturum*, periculosum esse non cogitare se moriturum, & mortis cogitationem vtilem. Pro qua est illud. [e] *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua & in æternum non peccabis*. Illud item Euangelicum. [f] *Vigilate, quia qua hora non putatis filius hominis venit*, Audis ipsummet Saluatorẽ, nostræ salutis viam mortis cogitationem esse significare. Sed * Hieronymus inter alia, quæ in hoc citat in epitaphio Marcellæ epist. fœpe & multum, non tacet illud satyrici. *

Viue memor lethi, fugit hora hoc, quod loquor inde est.

Et ad Heliodorum epistola, *grandes materias*, ait: sententia Platonis, omnium sapientum vitam meditationem esse mortis. Ideoq; debere nos animo premeditari, quid aliquando futuri simus, & quod velimus) (nolimus longè abesse non potest. Audiamus etiam patrem nostrum Augustinum, [g] *Timor, inquit, de morte futura mentẽ necessario concutit, & quasi clauus, carnis omnes motus superbiæ signo crucis affingit*. Sed & Seneca ad Luciliũ, [h] admonebat, incertũ esse, quòd loco mors ipsum expectaret: iraque eum illam omni loco expectare debere: & eum, qui dicit mortem, seruire didicisse. Possidonius in vita Augustini testatus est, Augustinum, quem vtinam aliquando miseri vel in hoc incipiamus imitari, iis maximè dũ viueret fuisse amicum, qui mori ex animo cupiebant. Nam Seneca, [i] quem etiam Archidiaconus hic meminit, de se testabatur, ante senectutem curasse, vt bene viueret, in senectute; vt bene moreretur, bene autem mori esse libenter mori. Quod postremum cõsideranti, videri potest veluti è longinquo, & per tenebras vidisse illud Paulinum. [k] *Cupio dissolui, & esse cum Christo*. Hinc illa saluberrima Ecclesiæ, quæ mater est pia, monitio: *Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris*. Ante quod institutum Ecclesiastes docuit de terra esse facta omnia, & in terram reuersura. [l] * Et alibi: *Terram teris, terram geris, & in terram conuerteris, qui de terra sumeris*. [m] relatum in cap. *in Ecclesiastico*. [n] Meminerimus ergo mortem Christiani, qui cum Hieronymo credimus & confitemur sistendos nos ante tribunal Christi, vbi apparebrit, qua quis mẽte vixerit, versemusque animo elogium hoc Cypriani: *Non est dignus in morte suscipere solatium, qui se non cogitauit esse moriturum*; quo tãdem mortem hanc temporariam cum gloria commutemus æterna. Amen.

* Et alibi terram teris. *In cap. in Ecclesiastico 13. q. 2. post verba, Quid terra terram vendis, memento quia terra es & in terram reuerteris, in codicibus vulgatis, antea legebatur, & alibi de*

a *Supra d. 3*
b *In c. omnis post. princip. de pœnit. & remiss.*
c *Ca. placuit. 23. quæst. 5.*
d *2. de sepulturis.*
e *In cap. 2.*
f *Eadem.*
a *Supra eod.*
b *In capit. 1.*
c *Huius dist.*
d *In capit. 2. num. 15.*
e *Eccle. 6.*
f *Matth. 14.*
* *Hier. cap. 16. ad princi.*
* *Per Sat. 3.*
* *Plato. in Phæd.*
g *Libr. 2. de doctrin. Christiana.*
h *Epist. 25.*
i *Epist. 43.*
k *Ad Phili. 1.*
l *Ecclesiastes 3. & Ecclesiastici 40.*
m *Eccle. 17.*
n *13. q. 2.*

homine dictum est, terram terris, terram geris &c. Quæ verba in Gregoriano decreto sunt expuncta, quia absunt à plerisque vetustis codicibus, & ab originali. Nauarrus tamen secutus antiquum decretum ex Eccle. sed malè hæc retulit.

CAP. VLTIMVM.

AVGVST. CAP. XVII. DE VERA ET FALSA POENITENTIA.

NVllus expectet quando iam peccare non posit, arbitrij enim quærat libertatem, vt delere * posit commissa, non necessitatem. Qui prius itaque à peccatis relinquitur, quàm ipse relinquat, ea non liberè, sed quasi necessitate cõdemnat. Licet enim latro veniam meruisset in fine de omni suo crimine, non tamen dedit baptizatis peccandi, & perseuerandi auctoritatem, tunc enim baptizatus est, qui tũc primum in cruce Christum confessus est: pœnitentia enim si in extremo vitæ hiatu aduenerit, sanat & liberat in absolutione baptismi. ita quod nec purgatorium sentiunt, qui in fine baptizantur. sed ipsi ditati bonis sanctæ matris Ecclesiæ, recepturi sunt multiplex bonum in vera beatitudine. Illi autem qui cum potuerunt, numquam conuerti voluerunt, confitentes cum iam peccare nequeunt, non sic facile acquirunt, quod volunt. Oportet enim, vt pœnitentia fructificet ad hoc, vt vitam mortuo impetret. scriptum est enim, sine caritate neminem saluum esse. non itaque in solo timore viuit homo. Quem ergo sero pœnitet, oportet non solum timere Deum iudicem, sed & iustum diligere: non timeatur pro pœna, sed ametur pro gloria. debet enim dolere de crimine & de omni ei⁹ prędicta varietate.

** Alijs dolere.*

SVMMARIVM.

1 *Libero arbitrio caret quis in mortis articulo: etiam penitus quandoque. num. 3. Sicut semper impeditur valde. num. 4.*
2 *Libero arbitrio carens: nec bene, nec male de Deo meretur. & adeo debile potest esse, vt mortiferè peccare nequeat. num. 3.*
3 *Intellectus huius cap. vno verbo enucleatus.*
6 *Peccata neque relinquere, neque relinqui possunt, nisi per pœnitentiam saltem virtualem & generalem. num. 7.*
8 *Intellectus illius dicti.* Peccata te derelinquunt, nõ tu illa.
9 *Baptizatus in vitæ fine saluari creditur, non ita in vitæ fine pœnitens: quia non est æquæ verisimile. num. 10.*
10 *Intellectus contextui germanus ac verus.*
11 *Caritas, quæ ad salutem necessaria, & in beatitudinem via. nu. 12. Sine illa saltem habituali, neque infantes baptizatos saluari. 14. Nec sine illius infusione peccata remitti. num. 13. Quam tamen etiam paruulis baptismo infundi Ecclesia declarauit Catholica. 15. caritatem autem & gratiam eandem esse, vel neutram sine altera vmquam haberi. num. 16.*
17 *Peccatorum dispicentiam, nisi ex amore Dei natam, non esse contritionem.*
18 *Peccatorem duabus molis molendum, timoris scilicet, & spei: quæ cantho caritatis sunt voluendæ. num. 19.*
20 *Absoluitur quis à peccatis suis, etiãsi certo se absolui nõ credat, modo se ad sacramentũ illud percipiendũ credatidoneũ. n. 21*

ETIAM c. hoc apud Magistrum in 4. dist. 20. reperias.

NOTA primo, ex illis verbis. *Quando peccare non potest,* hominem in vitæ fine peccare non posse. Quod, [a] supra, [b] vbi similis textus, extensum fuit & declaratum.

a *In cap. 2.*
b *Ead. nu. 22*

1 NOTA secundo ex illis verbis: *Arbitrij quærat libertatem, non necessitatem.* eum, qui ad mortem ægrotat, carere arbitrio libero. Facit quòd mors est maximum terribilium, secundum Aristotelem, [a] & multa morte minora tollunt liberum arbitrium; puta ira, quãdo tanta est, vt mentis alienationem inducat, cuius meminerũt Ioannes Andreas & cõmuniter alij. [b] Facit l. *hæc consultissima.* c ibi; *Cum humana fragilitas mortis præcipue cogitatione perturbatur, minus memoria posit.* Faciunt etiam, quæ dicetur in §. *quod quamuis.* infra eadem.

a *Lib. 3. Ethic.*
b *In c. dudũ. de conuers. coniugat.*
c *C. qui testamenta.*

2 Contra tamen hanc conclusionem facit, quòd nemo potest de Deo bene, vel male mereri, nisi liberum arbitrium habuerit & rationis vsum, [d] at in ca. 1. [e] concluſum fuit, hominem vsquequo exhalet esseteque animam, bene ac male de Deo mereri posse, igitur ad mortem vsque libertatem habet arbitrij.

d *Ca. firmissime. c. aliquos. c. inebriauerunt. 15. q. 1.*
e *Supra ead.*

3 Propter hæc & huiusmodi alia, noster textus dupliciter potest intelligi primo, quòd ægrotus libertatem arbitrij penitus perdit, quod est quandoque verum. Secundo quòd non habet expeditam, sed impeditam, quod semper est verum. Nam, vt ait Bonauentura, [f] quando materia sursum rapitur, & impedit discretionem, delirant homines, & extra iudicium ponuntur. Impeditur quando violentia morbi auertit, & retrahit, & hoc semper fit in infirmis. Hæc enim est natura potentiarum animæ, quòd quando vna est in vehementi actu, altera distrahitur ab actione, iuxta illud.

f *In 4. d. 20.*

Pluribus intentus minor est ad singula sensus.

Vt est in cap. *diuersis.* 8 vbi glosla hunc versum scribit, quod facit etiam glosla. [h]

g *De cler. coniug.*
h *Inf. fi. C. de offi. assess.*

4 Cum ergo in infirmis sit vehemens dolor in sensu, impeditur liberum arbitrium à iudicio discretionis peccatorum. Et hoc modo intelligitur, quod hic air auctor illis verbis: *Arbitrij quærat libertatem*; addendum est expeditam, scilicet, & non violentia morbi siue sensibili dolore impeditam.

5 Addo, quod est singulare, nonnumquam neque omnino perdi liberum arbitrium & rationis vsum; neque in eo gradu haberi, vt peccare mortaliter possit; sed solùm venialiter. Quod testatur Adrianus, [i] & memini me legere apud Cancellarium Parisiensem, quãuis locus nunc non occurrat, quod etiam in imperfecta vigilia contingere palã est, nec nõ in ætate infãtili & in valde senili, & etiã valido morbo turbatis fere semper euenire arbitror.

i *Quodlibet. 2. fol. 30. pagina 2.*

NOTA illa verba; *Prius ipsum peccata relinquunt, quam ipse relinquat ea.*

6 Contra quam conclusionem facit, quòd peccata neque peccatorem relinquunt, neque ab eo relinquuntur, nisi per veram pœnitentiam, [k] & secundum Hieronymum. [l] *Secunda post naufragium tabula est culpam simpliciter confiteri.* & habetur in c. *secunda.* [m] Immo nec adulti peccata sine aliqua pœnitentia per baptisma tolluntur, [n] & Lucæ vltimo Dominus ait, oportere prædicari pœnitentiam in remissionem peccatorum. Et à sapiente, [o] scribitur: *Fili mi peccasti, non adiicias iterum. sed pro pristinis deprecare, vt tibi dimittantur.*

k *Ca. omnis. de cõsec. d. 4.*
l *In epist. ad Pammachiũ.*
m *De pœn. d. 1.*
n *Ca firmissime. 15. q. 1.*
o *Eccles. 21.*

7 Nam & qui per dilectionem Dei super omnia sine vllo peccatorum dolore explicito, & per martyrium pro Christi amore assumptum. condonari peccata tenent, hoc ideo aiunt, quia eiusmodi amor, etsi non particulariter & explicitè, certe implicitè, ac generaliter peccatorum displicentiam & dolorem continet. Quod docent Parisienses, [p] Per quæ ac alia confutatur illa miseri Lutheri propositio: *Summa pœnitentia est nou amplius peccare & optima pœnitentia noua vita*; quod Caietanus facit. [q]

p *In 4. d. 14. q. 1. col. 4.*

Ad hanc oppositionem respondeo, concedendo peccata iam admissa non relinquere peccatorem, neque à peccatore relinqui, nisi per pœnitentiam, neque contrarium sentire nostri textus auctorem. Cui consequens est, appellatione peccatorũ in hoc textu non esse intelligẽda quæcumque peccata: sed exteriora tantùm committenda, vel potius peccandi ea potestatem, ita vt sensus sit.

q *Secundo to. c. i. septemdecim responsionum alias 1. tom. tract. vlt. q. 1.*

8 Peccata te dimittunt, & non tu illa; id est, peccata exteriora, quæ nondum sunt admissa, & potestas illa cõmittendi te relinquunt: non autem tu illa, vel illam relinquis. Faciunt pro hac solutione, quæ in cap. 2. [r] diximus, expo-

r *Sup. eadem.*

nendo illud verbum: *Peccare non potes*, vbi est similis textus nostro, & vbi hoc aliud hic explicandum reliquimus.

9 NOTA illa verba: *Illis autem*, &c. Per quæ innuere videtur auctor, eum, qui in fine vitæ baptizatur, certo saluari; non sic, quem in vitæ fine pœniter. Contra quod facit quia si vterque ex solo timore, & non verè pœnitet, neuter saluatur. Etsi vterq; ex amore & verè pœn. saluus erit, per supr. & quæ mox dicẽtur in sequẽti notabili.

10 Ad hoc videtur respondendũ, vera esse omnia, quæ in argumento assumuntur, neque auctorem contra sentire: sed significare velle, quod verisimilius est, eum, qui in vitæ fine conuertitur & baptizatur, cùm antea non esset baptizatus, animo bono conuerti, & pœnitere, quàm qui cum baptizatus esset, & antea potuisset pœnitere, & noluit, in vltimũ vsque suæ vitæ articulum id facere distulit.

a *De præsum. & l. ff. quod met. caus.*

Et quia illud est verisimilius, ita & potest & debet à nobis cæteris paribus certius haberi, argumento c. *quia nõ est verisimile.* [a] quę verisimilitudo ex eo maximè coniici potest, quòd non requiritur tanta contritio ad suscipiendũ legitimè sacramentum baptismi; quanta ad suscipiendum sacramentum pœnitentiæ, quod innuit Concilium Tridentinum, [b] & nos latius & clarius aliis resoluimus in Manu. Confess. [c] & duobus seqq. Est etiam alia differentia inter eum, qui in vitæ fine baptizatur, & eum, quem sub vitæ finem pœnitet: quoniam ille recta in cœlum volat; hic verò in purgatorio purgabitur. quòd infra latius declarat idem auctor. Quam differentiam etsi etiam hic tangat: tamen necessaria est prior; quoniam; nisi & illam demus, & ponamus, non constat sibi textus.

b *Sess 6. c. 6.*
c *Ca. 1. n. 38.*

11 NOta quarto ex illis verbis: *Scriptum est, neminem sine caritate saluum fieri*: quod hæc, de qua textus loquitur, scriptura in cap. 13. primæ ad Cor. inuenitur. Vbi Paulus; *Si linguis hominũ loquar & angelorum, caritatẽ autẽ nõ habeam, factus sum tamquam æs sonans & cymbalum tinniens.* Et rursus; *Et si habuero prophetiam, & fidem ita, ut montes transferam: caritatem autem non habeam, nihil sum.* Subdit & tertio; *Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & tradidero corpus meum ita vt ardeam: caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Huc tendit illud Prosperi, [d] relatum in c. *caritas 2.* [e] *Caritas est salus morum, finis cœlestium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, anima sanctarum mentium, causa meritorum bonorum, præmiũ perfectorũ.* Sine igitur caritate nulla sũt merita, nulmors criminum, nulla morũ salus; ergo neq; vlla saluatio.

d *Cap. 13. lib. 3. de vita cõtemp.*
e *Supra dist. 2.*

12 Facit, quòd paulo inferius idem Prosper ait, *Sicut sine via nullus peruenit, quo tendit: ita sine caritate, quæ dicta est via, non ambulare possunt homines, sed errare.* Huc tendit & illud Apostoli ad Roma. 3. *Iustificati gratis per gratiam ipsius.* per quod Thomas receptus, [f] concludit remissionem peccatorum sine gratiæ infusione minime fieri.

f *1. 2. q. 93.*

13 Neque obstat, si dicantur paruuli baptizati, qui antequam ad iustam peruenianr ætatẽ, moriuntur, saluari. [g] & per locum à contrario. c. *firmissime.* [h]

g *Cap. maiores. de baptismo.*
h *De consecrat. dist. 4.*

14 Non, inquam, hoc obstat, quoniam etsi non actualem: habent tamen habitualem caritatem illi.

15 Nam in baptismo tam paruulis, quàm adultis conferri gratiam informantem, & virtutes declaratũ est in cle. 1. [i]

i *§. fin. de Sũma Trinit.*

16 Et constat, vel caritatem & gratiam eandem rem esse, quod Scotus & multi alij tradũt: vel certe neutrã sine altera cõsistere, vt D. Thomas & eius asseclæ asserunt. Quã opinionũ diuersitatem narrabat glosla in illo. §. fi. [k] & nos latius in explanatione definitionis sacramẽti tradidim⁹. [k]

k *Verb. informans.*

17 NOta quinto ex illis verbis: *Nõ in solo timore viuit homo.* Et rursus, *Non solum oportet timere dominũ iudicẽ: sed & iustũ diligere*: memorię cõmẽdãdã esse hanc, quę iuris optima videtur auctoritatẽ, ad probandũ doloré & displicentiã peccatorum, vt vera dicatur contritio ob amorem Dei esse debere conceptam, & non ob solum timorem.

l *In repet. c. sacrificium de consecrat. dist. 2.*

18 Facit supra, dist. 1. c. *Nemo potest bene agere pœnitentiam, nisi speruerit indulgentiam.* Facit glosla mihi singularis in c. *serpens:* [m] quæ habet, peccatorem molẽdum esse inter duas molas, timoris nempe & spei. vnde dictum est: *Noli pignorare superiorem molam, neque inferiorem.*

m *Supra, d. 1.*

19 Quoniam tamen aliud est spes, aliud caritas per hũc textum, illi glosłæ addi fortè posset, molas item illas duas, quibus peccator molitur, circunducendas esse caritatis cantho siue ferro, quo extremitates vinciuntur, vt fiat farina bona, quæ Deo placeat.

20 Et quamquam caritas & spes, ac consequenter fides in iustificatione peccatoris necessaria sint: non tamen est necesse, vt peccator firmiter credat sibi esse remissa peccata, quando à sacerdote absoluitur: quoniam licet credere debeat ex parte sacramenti, nullum esse defectum: piè tamen dubitare potest, an ex parte sua obex aliquis fuerit, quo sacramenti efficacia impediatur. Quod cõtra Lutherũ pulchre iuxta ac breuiter Thomas à Vio aperit, [a] quod facit etiam ad ea, quæ supra, [b] diximus.

a *In c. 1. septemdecim Responsionũ. alias Tom. 1. tract. vlt. q. 1 in par. oppos.*
b *Ca. 2. n. 114.*

21 Et per ea, quæ ibi dicta fuerunt, addendum videtur, hoc Thomæ à Vio dictum verum esse, modo is, qui se absolui permittit, credat se ad pœnitentiæ sacramentum suscipiendum accedere idoneum. Alioqui enim cum dubietate animi aggrederetur opus, quod sibi posset esse capitale: & ita peccaret mortaliter iuxta illud: [c] *Qui amat periculum*, &c & ea, quæ late ante & post illum, [d] tradidimus.

c *Eccles. fi. 3.*
d *Num. 110. in illo c. 2.*

NOTA sexto illa verba, *Varietate prædicta*, quibus addẽdum, scilicet in c. *considereet.* [e] quoniam enim hæc quinque capp. desumpta sunt ex illo libro Augustini, qui inscribitur de vera & falsa pœnitentia, cuius etiam pars est cap. illud *considereet.* non est mirum, quòd in hoc c. tam separato ab illo dicatur varietas prædicta, eo quòd ibi fuerit de illa dissertum: quando quidem omnia sunt ab eodem auctore in eodem libro conscripta, quem libellũ esse Augustini dictum fuit supra, [f] & mox [g] dicemus.

e *Supra d. 5.*
f *In summa dist. 5.*
g *In §. sequenti.*

§. QVOD QVAMVIS.

QVod quoniam vix licet, de eius salute Augustinus potuit dubitare, credo qui dẽ illi qui dixit: Quacunque hora ingemuerit peccator & conuersus fuerit, vita viuet & non morietur. * Dixit conuersum, non tantũ versũ, vita viuere. Versũ quidẽ puto, qui dolet de crimine: cõuersũ qui dolet de omni eius, quã exposuim⁹, varietate. Vertitur à peccato, qui iam vult dimittere peccatum, conuertitur qui iã totus & omnino vertitur: qui iam non tantùm pœnas non timet, sed ad bonum Domini contendere festinat quæ conuersio, si contigerit alicui, etiam in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam vix, vel raro est tam iusta conuersio, timendum est de pœnitente sero: quem enim morbus vrget, & pœna terret, ad verã vix veniet satisfactionem, maximè, cum filij, quos illicitè dilexit, sint præsentes, vxor & mundus ad se vocent: Multos enim solet serotina pœnitentia decipere. Sed quoniam Deus semper potens est: semper etiã in morte iuuare valet, quibus placet. Cum itaque opus sit non hominis: sed Dei fructifera pœnitentia, inspirare eam potest quandocumque vult sua misericordia, & remunerat ex misericordia, quos potest damnare ex iustitia. sed quoniam multa sunt, quæ impediunt & languentem retrahunt, periculosissimum est & interui vicinum ad mortem protrahere pœnitentiæ remedium: sed magnum est, cui Deus tunc inspirat.

* *Eze. ca. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Intellectus huius §. olim probatus omittitur, & etiam communis: at nouus & clarus annectitur.*
2 *Augustini sunt verba huius §, atque libellus, qui ei tribuitur, de Pœnitentia.*
4 *Conuersum à verso differt, sicut totum à parte: quod non est vsquequaque verum. nu. 4.*
5 *Pœnituit quem non sanum, rarò pœnitebit ægrotum.*
6 *Pœnitentiæ, immo neque vllius virtutis actus est, si libertate caret.*
7 *Tristitia magis, quàm lætamouent: & testamentum, quod metu factum non valet, blanditiis attractum valeret. 8.*
9 *Gaudio cum nimio facta non valere.*
10 *Circũstantias omnes bonas, præsertim finis adesse oportet, quo actus sit bonus, seu virtutis opus.*
11 *Mercium in mare propter vim tempestatis iactus inuoluntarius, quia & voluntas coacta non est simpliciter voluntas. nu. 12.*
13 *Habitus malus non solùm in malum incitat habentem: sed etiã à bono contrario retrahit.*
14 *Suspenduntur qui & ingulantur, non facile saluari, si ad illud vsque tempus malè agere consueuerant.*
15 *Extremo ab vno in alterum difficilis transitus.*
16 *Confessariorum, qui auctoritate publica damnatis adsident, quod munus præcipuum.*
17 *Morituris absentia eorum, quos valde secundum carnem diligunt, vtilis.*

A

1 NOta primo, verba hęc vsque ad vers. *Dixit conuersum*, Gratiani esse, reliqua vero vsque ad finem Augustini secundum vnum intellectum, qui nobis olim placuit, & quem hic Hugutius & Archidiaconus referunt. Pro quo facit, quòd in vers. *Quod quamuis.* allegatur Augustinus. Magis tamen prædictis placere videtur omnia verba in finem vsque distinctionis esse Augustini, & nulla Gratiani. Et prædicto fundamento respondent, Augustinum hic de se in tertia persona loqui, sicut in cap. *quando.*[a] Aptior textus in c. fi.[b] in illis verbis: *Quærat alterum, qui suscipiat, nõ Augustinum.* & in capit. *quamquam.*[c] ibi: *Augustinus tamen Hieronymo minor est.* & vtrobique loquitur ipsemet Augustinus.

a 23. quæst. 4. b 17. q. n. 4.

c 2. quæst. 7.

NOta secũdo ex illis verbis; *Conuertitur, qui totus & omnino vertitur*, differentiam inter versum & conuersum: vertitur enim qui partem peccatorum relinquit: cõuertitur, qui omnia. Facit illa, quæ ferè ab omnibus traditur, differẽtia inter attritũ & contritum. [d] Facit quòd ea propositio, *con*, in compositione coadunationẽ, & multorum coniunctionem significat, & idem quod simul, iuxta illud Ouid. Meramor. 15. *Cõsedere duces.* &c. & illud Apostoli. [e] *Si tamẽ cõpatimur, vt & cõglorificemur.* Facit ca. *maiores*, [f] dum de commistione vini cum aqua in sanguinem illum Christi agit. Aliquando idem, quòd valde. vt concrepo, quæ vtraque significatio pro conclusione nostra est.

d In 4. distin. 14. & etiam 17.

e Ad Ro. 8. f §. quæsti. fi. de celebr. miss.

3 Et quamuis differentia hæc pulchra sit, & arrideat negotio propositio: arbitror tamen & omne conuersum dici posse versum, & econtrario. Nam [g] Ioseph suis fratribus ait, *Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum.* Nonne potuit ibi dici conuertit? Et [h] de vxore Loth habes: *Versa est in statuam salis.* Vbi rectè poni potuisset, conuersa.

g Gen. 50.

h Gen. 18.

4 Et alibi; [i] *Versum est in prouerbium*, &c. Psalmus item 65. habet; *Qui conuertit mare in aridam.* & alibi Scriptura, [k] c. habet, *Mare vertit in siccum.* Et rursus alibi, [l] habes illam Saulis diram vocem: *Cõuertimini & interficite sacerdotes.* Et rursus: *Conuertere & irrue in sacerdotes.* Et rursus, [m] *Verte manum tuam & eiice*, &c. [n] *Fugiemus & terga vertemus.* In his certe locis, vbi ponitur. *Vertere*, potuit poni *Conuertere*, & econtrario.

i 1. Reg. 10. k Exod. 14. l 1. Reg. 22.

m 3. Reg. 22. n Iosue 8.

5 NOta tertio ex illis verbis; *Vix vel raro est tam iusta cõuersio*, quem suorum erratorum non pœnituit, dum sanus esset, rarò in vitę fine benę pœnitere. Facit quod paulo inferius scribitur. *Quẽ morbus vrget, & pœna terret, ad veram vix venies satisfactionẽ.* Et quod subditur, *Multos solet serotina pœnitẽtia decipere.* Et paulo post: *Periculosissimum est ad mortẽ protrahere pœnitentiam.* Et mox: *Magnum est cui Deus tunc illam inspirat.* quod tribus rationibus satis neruosis confirmatur.

6 Prima est quoniam antequam aliqua detestatio siue peccatorum displicentia sit vera, requiritur, vt libere eligatur, immo hoc ad omnem actum virtutis requiritur.[a] sed in extremis illa libertas aut non habetur, aut certè impeditur, vt in principio huius c. est dictũ, & ibi probatur.

a Cap. meri. 10. 15. q. 1.

7 Facit quoque, quòd passiones, quæ à terrentibus, siue molestantibus & contristantibus manant, secundum Augustinum plus mouent, quam passiones, quæ à delectantibus & blandientibus. Bonus textus in l. fi.[b] & l. *non enim.*[c] & l. fin.[d]

b C. si quis alium testari prohib. eff. de inoff. test.

c Leg. 1. & 2. C. eod. si. quis aliq. test. prohib.

d ff. si quis aliquem. test.

8 Quibus probatur, testamentum à prouocato per blãditias factum, etiam in fauorem blandientis valere: cum tamen à prouocato per terrorem non valeret, [e] Tradit Ioannes Lupus, [f] Aretinus, [g] vbi etiam Bartholus. Nam & immanissimè bestiæ retrahuntur timore, vel tristitia ita, vt cessent à prosequutione delectabilem, propter timorẽ terribilium & tristabilium.

e De donatio. fol. 51. col. 1. & fol. 99. col. 2.

f In l. 2. ff. de test. & l. qui à latronibus. eod. tit.

g 12. q. 4.

9 Sed passiones delectabilium frequenter absorbent vsum rationis. textus cum glossa 2. c. *vnusquisque.* [h] & glossa 2. in verbo, *balneum*, coniuncto textu. [i] Per quę aiebat glossa proœmij regulæ Cãcellariæ gratias à Romano Põtifice electionis suæ die intra conclaue factas non valere: quia nimio gaudio iudicium ipsius absorptum quodãmodo videri potest. Facit quod tradit Panormitanus [k] & Felinus: [l] ergo à fortiori plus absorbent passiones prouenientes à contristantibus: at in mortis articulo constituto complura occurrunt maximè tristia, nempe ipsa mors res omniũ terribilissima, morbus, & ex eo dolor prouenies. Non numquam etiam filiorum, vxoris & mundi, quæ illicitè dilexit, præsentium desertio, vt paulo inferius habetur in textu: ergo cũ difficultate potest haberi vera detestatio in extremis, quasi actus liber.

h In §. serui. Instit. de libert.

i In ca. sicut. 2. de iureiur.

k In cap. 1. to. lũ. 4. de probat.

10 Secunda ratio, quare rarus sub vitę finem rectè pœnitens inueniatur est, quia vt peccatorum detestati o sit sufficiens ad veram pœnitentiam, necesse est concurrere in ea omnes bonas circunstantias: quia id in omnibus virtutum actibus requiritur, quòd docet S. Thomas. [m] Facit c. decet, [n] c. negotiaroté. [o] Textus iuris optimus in c. *nõ satis.* cũ glo. [p] præcipue circunstantiã finis. 9 & c. *cũ minister.* [q] Tradit Thomas, [r] sed in extrema necessitate vix habentur illæ, præcipuè circũstantia finis. Nam tunc maximus est dãnationis metus iis, qui malè vixerunt, & grauiter tristantur, sed ex timore: illa verò pœnitentia quę ex timore manat, non est debito fine circũdata. Oporteret enim pœnitere ob amorem Dei super omnia dilecti, vt supradictum est, [s] ergo illam pœnitentiam, vt plurimum, non circunstant ea omnia, quæ oportet.

m 1. 2. qu. 7. art. 2.

n De immu. eccles. lib. 6.

o 88. distin.

p 4. & quatuor. capp. seqq. 80. dist.

q Capit. illo, non satis. r 23. qua. 5. cap. cum voluntate de sentent. excom. s 1. 2. qu. 18. artic. 6.

11 Adde quod illa pœnitentia proprer periculum mortis æstimatæ fit: at quod efficere non potes, libertatem tollere videtur. Nam qui proiicit merces propter tempestatem, quæ non est in potestate eius, non videtur liberè agere, secundum Aristotelem Facit totus titulus ad l. Rhod. [t]

t In princip. huius capitis num. 17.

12 Facit illa noua conclusio Decij, [x] scilicet, voluntatem coactam non esse simpliciter voluntatem sed cum adiunctione coactam; quam pridem in cap. *cum locum.* [y] reuocauimus, cum carta declaratione desumpta ex c. *merito.* [z] ergo à simili, quem in extremis pœniteat, propter periculum, quod non est sibi liberum tollere, non videtur satis liberè pœnitere, quo illi peccatum condonetur. Immo nec mora liter bona videtur illa pœnitentia. Tertia ratio, qua idem probatur, est; quoniam qui continue vixit in peccatis vsq; ad mortem, haber habitum, quo inclinatur ad peccata. [a] Facit. *§. pauonum.* [b] & etiam regula, *semel malus.* [c]

u Deiactu. x In l. eius. ff. de reg. iur. y De sponsal. z 15. quæst. 1.

a Cap. reperiuntur. supr. distinct. 3. in Authent. De monachis. §. 1. collũ. 1.

13 Et non solùm inclinat ad peccandum, sed etiam retrahit à bono: quia omnis habitus inclinans ad malum, etiã retrahit ab oppositio illius mali, ad quod inclinat; & resistit, ne eliciatur actus oppositus. Quoniam quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in oppositio, [d] at talis, qui malè vixit vsque ad mortem, propè illam haber habitum intensum valde, ad peccandũ: ergo haber habitum valde intensum retrahentem à detestatione siue abominatione peccati: ergo, & difficile habere potest detestationem talem satis circunstantiarum habentem.

b Instit. de sect. diui. f. c Lib. 6. d Cap scien. dum. 8. qu. 1. l. etsi contra tabulas ff. de vulgari.

14 Ex quibus infero, nimis facile aliquos, quibus antehac consentiebam pronunciare, omnes fere illos, qui auctoritate publica, vel iugulantur, vel alio mortis genere

occiduntur

occiduntur, saluari: quamuis pœnitentiam protraxerint in illam vsque horam, quia eis sententia damnationis contra eos lata notificatur. Quamquam enim fateor, eis grandem pœnitudinis suorum peccatorum occasionem offerri ea eoquòd se tam vicinos morti vident: quia tamen eorum animus hinc mortis corporalis rerum omnium terribilissimæ timore concutitur: illinc gehennæ perpetuæ metu cruciatur: aliunde amore vitæ huius quam summe dilexit, tenetur, & ad eam amandam & mundum & amicos mundanos valde ab habitibus in eo diutina consuetudine radicatis abstrahitur; difficile profecto fuerit satis libera mente oculos interiores in Dei bonitatẽ attollere ac figere: & tantum in eum amoris concipere, quo propter eum summe delictum, suorum, quæ summè ac diu amauit, peccatorum tamquam summè odibilium pœniteat. Nonne ab extremo in extremum difficilis est transitus secundum Aristotelem? Nonne difficilis vitæ mutatio? [a] Quis ergo non dicat, mutationem solius dextęræ excelsi, qua in temporis momento, dum à lictoribus in crucem trahitur latro hic, vel homicida, qui diu & summè dilexit summos Dei hostes, nunc repente summè Deum diligat, & ob illius amorem summe illos oderit?

a Authen. de monachis. §. 1. collat. 1. cap. caritas. 1. §. fi. de pœn. distin. 2. cum seq.

15 Infertur secundo: eorum, qui talibus adsiſtunt, confessariorum muneris esse præcipui, primo sedare illorum animos, & persuadere tranquillitatem: deinde bonitatem & misericordiam quę immensa est, diuinam proponere; ac paulatim in eorum mentem amorem illius summè summum introducere: Mox ob eum summè dilectum, malam suam vitam, malos mores in vniuersum tamquam summos hostes odiisse. Postremo ad singula errata & odio habenda & confitenda descendere.

16 Tertio infertur, prudenter agere illos, qui à conspectu iamiã morituorum absentes faciunt vxores & filios, quorum desertione tristatur moriturus: prudentius, autẽ, qui concubinam & filios ex ea natos, quorum præsentia non solùm tristitiam producit; sed etiam ad amandũ, quod malè amauit, non parum inclinat.

§. *SI QVIS.*

SI quis est igitur, qui veram tunc quærat pœnitentiam, expectet Dei clementiam, maiorem sentiens Dei bonitatem sua nequitia. sed si etiam sic conuersus euadat, vita viuet & non *morietur, non promittimus tamẽ, quod euadet omnem pœnã. Nam prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud sæculum distulit fructum conuersionis. Hic autem ignis etsi æternus non sit, miro tamen modo grauis est, excellit enim omnem pœnam, quam vmquam aliquis passus est in hac vita. Numquam in carne tanta inuenta est pœna licet mirabilia martyres passi sint tormenta, & multi nequiter iniqui tanta sustinuerunt supplicia. Studeat ergo quilibet sic delicta corrigere, vt post mortem non oporteat talem pœnam tolerare: quædam enim peccata sunt mortalia, quæ in pœnitentia fiunt, vitalia, * non tamen statim sanantur: sæpe enim est, quidam ægri morerentur nisi medicarentur, non tamen statim sanantur: lãguet victurus, qui prius erat moriturus: qui autẽ impœnitens moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciabitur: qui enim in pœnitens finitur, si semper viueret, semper peccaret. At Dei est miserentis, quod operatur finem peccandi, * ob hoc etiam sine fine orquebitur: qui a numquã virtute ditabitur, semper plenus iniquitate, sẽper sine caritate, torquebitur sine fine.

*Ezech. 33. capit.

* Aliàs venialia.

* Aliàs peccantis.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitens etiam verè non omnis recta in cælum volat.*
2 *Peccatorũ cùm primum per contritionem condonatur, pœna æterna pro temporali commutatur: quamuis contritio posteaquam cœpit esse contritio continuata, vel intensa, totam nonnumquam deleat. num. 3.*
4 *Baptizari cupiens. si moriatur sine baptismo ob materiæ, vel ministri defectum recta in cælum volat: & ita baptismus flaminis nonnumquam totam delet pœnam. num. 5.*
6 *Purgatorium peccatorum locum post hanc vitam esse, probatur ratione. n. 7. Sacris litteris vi. 8. Et 10. Et aliis auctoritatibus. n. 9. Vnde qui hoc negat, vel non credit, hæreticus est. nu. 11.*
12 *Bona nulla, quamlibet magna, damnato pœnam æternam differre: mala verò quamlibet parua gloriam.*
13 *Purgatorius locus duplex: alter specialis, alter generalis: ille indeterminatus, hic prope terræ centrum. nu. 14. Superior loco damnatorum, inferior verò puerorum. n. 15.*
16 *Purgatorij pœnam maiorem ea, quam Christus suscepit: quia illa ladit ipsam animam animam, hæc ladebat corpus. n. 18.*
17 *Dolor non est lasio, sed illius sensus.*
19 *Idem ignis purgat & cruciat damnatos, frigore quoque purgari verisimile. num. 20.*
21 *Christus non omne genus passionis est passus in specie; sed in genere sic. 22.*
23 *Christi dolor duplex fuit & vterque maximus omnium huius vitæ non futuræ. num. 24.*
24 *Purgandarum animarum pœna quodammodo voluntaria.*

A

NOta primo ex illis verbis: *Expurgandus est igne purgationis, qui in aliud faculum distulit fructum conuersionis*, non omnem, qui verè pœnitens moritur, recta in cœlũ volare.

2 Quod confirmatur primo, quia conclusio est Catholica peccato mortali per contritionem à Deo condonato, condonari quidem semper illam æternam pœnam, quæ illi mortali peccato ante culpæ condonationem debebatur: non autem omnem pœnam. Non enim illam temporalem; in quam illa æterna commutatur. Quam conclusionem S. Thomas & Richardus tenent, [a] vbi tersè tractat Paludanus, [b] itẽ & Parisienses, [c] & Cardinalis. [d] Secundo facit pulcher textus in c. *nullus potest.* [e] vbi post Cardinalem nos quoque ab hinc biennium latius extraordinaria prælectione diximus, habet enim ille textus hæc verba: *Nullus debita grauioris pœnæ accipit veniam, nisi qualemcumque & si lõge minorem, quam debeat, pœnam soluerit*: quasi diceret, Nullus pœnæ illius æternæ, quæ grauior est, veniam accipiet, nisi cum obligatione aliam, vel in hoc, vel in alio sæculo longe illa minorẽ sustinẽdi. Tertio facit ratio in illo c. scripta Augustini, Scilicet, *quia ita impartitur à Deo largitas misericordiæ, vt non relinquatur iustitia disciplinæ.* At quando duo inæqualiter peccarunt, ita, vt alter viginti annis in grauissimis peccaris sit obuersatus; alter verò solo vno periurio maculatus, si vtrique habita æquali contritione tota pœna remitteretur, & nulla temporalis subeunda restaret; ita fieret locus misericordiæ, vt relinqueretur iustitia disciplinæ. igitur non est dicendum. & ita nuper declarauit Concilium Tridentinum, [f] hæreticum esse illum, qui asseret totam pœnam semper remitti pœnitenti, cui culpa remittitur. quod ipsum antea determinauit. [g]

a In 4. libro sent. dist. 15.

b Quæstio. 7. c Quæst. 1.

d In clemen. 1. quæst. 13. de priuileg.

e Supr. dist. 1.

Contra tamen hanc cõclusionẽm facit, quod tanta potest esse pœnitentis contritio, vt tota penitus pœna deleatur, vt habet glossa. [h]

f Sess. 14. cap. 8. & can. 12.

g Sess. 6. c. 14. & can 30.

h In ca. monsuram. supra distinct.

3 Sed respondeo concedendo illam conclusionem: at ex illa non sequitur, eodem momento, quo aliqua peccati displicentia incipit esse contritio, totam penitus pœnam esse sublatam, sed quod illa displicentia, postea quam facta fuit contritio, continuata vel intensa, totam deleuerit temporalem pœnam, in quam æterna fuit commutata, cùm primùm illa displicentia cœpit esse contritio. quæ consideratio vti Catholica, ita non est omnino crassa.

Ex

Ex quo infertur, inter verum baptiſma & veram pœnitentiam differentia illa, quæ ſupra [a] eſt adnotata, quam etiam adnotauit grauiter Concilij Tridentinj vbi ſupra.

Contra tamen hoc facit c. *debitum*. [b] quod habet, eum qui eſſe in neceſsitate baptizauit, quamuis verè baptizatus non eſſet: tamen recta in cœlum volaturum fuiſſe, ſi tunc mortem obiiſſet. Secundo facit, quia tanta poteſt eſſe in vitæ fine pœnitentis contritio, vt omnis pœna, etiam tẽporalis condonetur, vt habet gloſſa. [c]

Ad horum primus reſpondeo, per illud c. mihi ſingulariter probari, quod à nemine inuenio ponderatum, ſcilicet, eum qui baptizari percupit, & vel ob penuriam materiæ, vel miniſtri, vel alicuius alius rei non baptizatur, & ſine baptiſmo moritur, gratiam ſuſcipere baptiſmalem, qua omnis ei pœna ipſius peccatis debita aboleatur. non quidem propter propoſitum baptizandi tantùm: ſed propter propoſitum cum quo impotentia baptizandi & mors cõcurrunt. Similis mihi textus videtur in c. baptiſmi vicẽ. [d] vbi æquatur baptiſmus ſanguinis & flaminis, quando, vt Auguſtinus ibi ait, ad celebrãdum myſterium baptiſmi in angustijs temporum ſuccurri non poteſt.

Scio Paludanum, [e] dicere, flaminis baptiſmum à fluminis differre: quia ille non figit characterem, vt fluminis, neque omnẽ pœnã peccato actuali mortali debitam remittit, quemadmodum hic fluminis. Et Paludanum ſequitur Diuus Antoninus, [f] Silueſter item & Ioannes Tabienſis, Scio inquam, hos patres hoc tenuiſſe, quos etiam ipſe olim fui ſequutus, cum Salmanticæ prælegerem illud cap. *baptiſmi vicem*. At arbitror, neque illos, neque alium, quem viderim eruditum, hos duos textus in hoc ponderaſſe, quibus certè ipſe reſpõdere in præſentia nequirem, niſi planè, quod dixi cõcludendo & Paludani & prædictorum ſententiam moderando, vt vera ſit in eo, qui baptizatus eſt quidem baptiſmo flaminis per peccatorum ſuorum contritionem, & baptiſmi fluminis ſuſcipiendi propoſitũ. & ita chatechumenus mortuus eſt ſine baptiſmo ob mortem fortè ſubitam, vel aliam ob cauſſam, quę ipſum à ſuſceptione quidem baptiſmi reali excuſaret: non tamen in eo, qui baptizari percupiens, quęrens, petensque illud ob defectum miniſtri, vel materię, ante ſuſceptum baptiſmũ moritur. Quam concluſionem, veluti nouam, ſed illis textibus maximè conſonam Eccleſię, quę vna eſt, Romanę dolabrę ſubiicimus.

Ad poſterius autem reſpondeo, textum noſtrum de illo agere, qui contritionem quidem habet, quę peccatorum culpę delendę ſufficiat: non tamen adeo magnam, quę totã illorum pœnam abolere omnino valeat.

6 Nota ſecundo ex iiſdem verbis, eſſe poſt hanc vitam locum purgationis peccatorum, ſiue purgatorium, in quo anima, quę pro peccatis non ſatisfecerit, pœnam luit; quo tandem in cœlum viſura Deum, eoque fruitura volet.

7 Pro qua concluſione textus eſt hic omnium vtriuſque iuris optimus. Ratio verò & argumentum optimum tactum eſt in confirmatione concluſionis præcedentis, cuius hoc poterat eſſe corollarium. Sacrę verò Scripturę auctoritas optima eſt illa, [g] *Sancta & ſalubris eſt cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur*. Non enim illud intelligi poteſt de Beatis, quia tales nil indigent; nec de dãnatis, quia illis nil prodeſt: intelligitur ergo de his, qui sũt in illo purgatorio peccatorum loco.

9 Facit quia per contritionẽ, deleta culpa, non ex toto ſemper reatus pœnę aboletur, vt in concluſione præcedẽti dictum eſt; nec etiam ſemper venialia, dimiſsis mortalibus, tolluntur. Facit, quod iuſtitia Dei hoc exigit, vt per pœnam debitam ordinetur culpa. [h]

10 Facit quod Eccleſia vniuerſalis pro defunctis vbique Chriſtianorum, orat. [i] Poſtremo facit illud, [k] *Peccatum in Spiritum ſanctũ, neque in hoc ſeculo, neque in futuro remittendũ*. Quibus verbis veritas ipſa innuebat, aliquod eſſe peccatum, quod poſt hanc remittitur vitam. & ita verba illa inducit Gregorius, [l] vbi etiam ait, credendum purgationis ignem, eſſe pro quibuſdam peccatis ante iudicium.

11 Ex quibus infertur primo, eum, qui negat, purgatoriũ locum, vel non credit, cum Eccleſię vniuerſali, quę hoc credit, reſiſtat, hereticum eſſe, ſecundum S. Thomã, [m] quo ſolo nomine Lutherus cum ſuis, hæreticus habendus erat. & ita declarauit Sacroſanctum Concilium Tridentinum. [a]

12 Secundo infertur, nullum, quamlibet magnum in hac vita factũ efficere, quo ei, qui peccato mortali maculatus moritur, miſeria illa in ferorum, ſempiterna differatur: mala verò, quamlibet minima efficere, quo gloria illa æterna in domino morienti debita non illico tribuatur. Neque immerito: quoniam bona omnia eius, qui moritur Deo exoſus, aut mortua fuerunt ſemper, aut mortificata, iuxta ea quæ notantur in gloſſa poſtrema, [b] vbi de his latius diximus: mala verò eius, qui in Domino moritur, viuificari quidem non potuerunt, & ideo illa oportet abradi, ac igne abſumi, quo pura & nitens ingrediatur, vbi nil coinquinatum admittitur.

13 Locus autem ille purgatorius duplex dicitur eſſe: alter ſecundum ſpecialem diſpoſitionem, & hic determinatum locum non habet; ſed eſt vel vbi peccauerunt, vel alibi, vbi apparent in aſſumptis corporibus, ſecundum quòd expedit, vel viuis ad ædificationem, vel ipſis mortuis ad ſuffragiorum petitionem, vt Gregorius refert de multis. [c]

14 Alius locus eſt ſecundum legem communem, & is creditur eſſe in inferno, circa centrum terrę, ſuperior tamẽ inferno damnatorum, & inferior puerorum Limbo.

15 Cum peccato actuali proprio, quo purgandi laborãt, maior debeatur pœna, quàm peccato originali, quo pueri Limbi laborant. Facit, quod in pœnam originalis peccati, ſancti Patres omnino purgati in quadam inferni parte detinebantur. Multo ergo magis purgandi ſunt in inferno detinendi. De hoc purgatorij loco Baptiſta 2. Parthenices Marianæ canebat.

Alter, ſcilicet locus, habet Sanctorum animas: quibus igneus ardor.
Eximit infectum ſcelus & telluris odorem.
Hic niſi ſoletur pax expectata quieſque,
Vix tormenta ferunt, tanto locus æſtuat igne.

NOTA illa verba: *Ignis, & ſi æternus non eſt, miro tamen modo eſt grauis: excedit enim omnem pœnam, quam vnquam aliquis paſſus eſt*. Quæ eadem verba referuntur etiam in cap. *qui in aliud*. [d] Ex quibus colligitur, maiorem eſſe pœnam eorum, qui in purgatorio illo igne cruciãtur, quàm dolor, quem Saluator noſter, cum pro nobis miſeris pateretur, ſentiebat. Pro quo facit id, quod ſequitur in eodem. [e] *Nũquam in carne tantam inuentam eſſe pœnam, licet mirabilia martyres paſſi fuerint tormenta*.

17 Facit & illa ratio Aquinatis, [f] dicentis, quod dolor nõ eſt læſio, ſed ſenſus læſionis, & ideo tanto magis quis dolet de aliqua læſione, quanto magis eſt ſenſitiuus, cum læſiones, quæ fiunt in locis maximè ſenſibilibus, maximum dolorem incutiant. & quia totus ſenſus corporis eſt ab anima, ideo ſi in ipſam animam aliquid læſiuum agat, neceſſe fuerit maximè affligere.

18 Facit quod ignis ille, quo ſecundum communem legem animæ purgantur, idem eſt in ſpecie cum eo, quo dãnati cruciantur, iuxta illud Gregorij, *Sicut in eodem igne aurũ rutilat, palea fumat: ita ſub eodem igne peccator cruciatur, & electus purgatur*.

19 Sed an præter pœnam ignis ibi patiantur aliam, ſicut damnati; de quibus nonnulli putant nonnumquam frigore ſummo puniri, vt per illud [g] dicitur; *Ab aquis niuium tranſiliunt ad calorem nimium*: incertum eſt, tametſi dicatur in Pſalmis, *Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium*. Et quamuis quædam in hoc mundo lege ſpeciali, non ſemper igne, ſed vel glacie, vel aliter, vt Deo placet, purgantur: omnis tamen pœna eorum ignis vocatur, quia eſt afflictiua, & cum hoc purgatiua, ſecundum communẽ. Facit etiam pro hac concluſione, quòd Chriſtus non omnes paſsiones, ſiue omne patiendi genus ſuſtinuit, ſecũdũ illud, [h] *Milites quidẽ primi fregerunt crura & alterius, qui crucifixus eſt cum eo: ad Ieſum autem, cum veniſſent, non fregerunt eius crura*. per quod teſtimonium hoc ait S. Thomas. [i]

22 Contra tamen hanc concluſionem facit illud. [k] *Attendite, & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus*. Secũdo, quod etſi Chriſtus non fuit in ſpecie paſsionis omne genus paſſus, vt in confirmatione concluſionis allegabatur: in genere tamen, omne perpeſſus eſt. Quoniam ab omni

hominum

a *In princip. huius cap. notab. 3.*
b *De baptiſ.*
c *Cap. menſuram. ſupræ diſtin. 1.*
d *De conſecrat. diſtin. 4.*
e *In quarto diſt. 4. q. 3.*
f *3. par. titul. 14. cap. 13. in princip.*
g *Macab. 12.*
h *Capit. nullus ſup. diſt. 1.*
i *Cap. non aſtimemus. ca. pro obeuntibus. c. animæ ſanctorũ, & multis aliis. 13. q. 2. ca. cũ Martha. §. tertio loco. de celebratione Miſſ.*
k *Matth. 12.*
l *In ca. quia. 15 diſt.*
m *In 4. di. 21.*

a *Seſſ. 6. ca. 8. & can. 20 & ſatis ſeſſ. 14. ca. 2. & 13 can. 12. & ſeſſ. 25. in prin.*
b *Cap. quærat. ſupr. diſt. 3.*
c *In 4. Dialogorum.*
d *25. diſt.*
e *§. nempe.*
f *In 4. li. ſent. diſt. 21.*
g *Iob. 24.*
h *Ioan. 19.*
i *3. part. q. 46. art. 5.*
k *Threnorũ 1.*

hominum genere, & in omnibus bonis; hoi is videlicet; corporis, & famæ, & ſecundum omnem ſenſi m.

23 Quod pulchrè demonſtrat ſenior Thomas, [a] & dilatandi latius materiam præbet iunior ibidem. Tertio facit, quia, vt S. Thomas ait; [b] in Chriſto patiente fuit verus dolor & ſenſibilis, qui manat ex corporali nocuo: & dolor interior: qui naſcitur ex apprehenſione alicuius nocumenti, quæ triſtitia dicitur: vtrumque autem fuiſſe maximum dolorem, vir ille doctus piè ac neruoſè probat. Quare to facit, quòd licèt eorum, qui purgantur, pœna ſit inuoluntaria, ſecundũ ſe, id eſt, quia nullũ malũ ſecũdũ ſe, & propter ſe eſt, vt ita dicã, volitũ, ſed nolitũ: at propter aliud ipſa eſt volũtaria. nam primo, ſciunt, eã à Deo inflictam, & illi placere volunt. Vnde non murmurant, ſicut nec boni filij contra flagella patris. Secundo, quia ſciunt, flagella eſſe iuſta. Vnde quia caritas congaudet veritati, [c] & ipſi habent caritatem, volunt etiam ſic iuſtè pati. Tertio quia ſciunt, ſe aliter non poſſe ſaluari: & amore boni ſperati volunt ſic propter illud affligi. at volũtarium multum de pœnæ grauitate minuit, iuxta illud; *Amanti nihil difficile*, quod Bernardus ait in ſermone Mariæ Magdalenæ, & illud Baptiſtæ.

Impatiens maior eſt, maioráque viribus audet.

25 Ad horum primum reſpondetur, illud Threnorum; *Attendite, &c.* intelligendum eſſe de omni alio huius vitæ dolore. Dolor enim animæ ſeparatæ patientis, vt ait D. Thomas, [d] pertinet ad ſtatum futuræ damnationis: quia excedit omne malum huius vitæ, ſicut Sanctorum gloria excedit omne bonum præſentis ſæculi. Vnde, & cum dicimus, Chriſti dolorem eſſe maximum, non comparamus ipſum dolori animæ ſeparatæ. Per hoc ſoluitur ſecundum, & tertium argumentum; quibus ſolùm concluditur Chriſti dolorem inter omnes huius vitæ dolores fuiſſe maximum, quod ore pleno confitemur.

Ad quartum reſponderi poteſt primo, eorum qui purgantur, pœnam non eſſe voluntariam ſimpliciter; ſed ſecundum quid, iuxta ea, quæ diximus in §. *quod quamuis*. [e] & iuxta ea, quæ in ipſo tanguntur argumento. Secundo reſpõdeo, etiam eam, quam Chriſtus patiebatur, pœnam voluntariam fuiſſe, & ſpontaneam. & tanto magis ſpontaneã, quantò tamquam mortis & viæ, pœnæ, ac præmij largitor, facilius potuit illam à ſe propellere, quàm anima purganda, quæ nullatenus valet ſe liberare. Vnde illud argumentum ſolùm probat, grauiorem multo eſſe damnatorum, quam purgandorum pœnam. quod etiam fatemur.

Finis ergo huius ſuper hac ſeptima diſtinctione commenti fuerit, vt quando pœna illa perpetua damnatorum indicibilis eſt, quippe qui *altis fornacibus ardent, ſpe vidui, nullamque audent ſperare ſalutem*. Quorum, vt ille ait, *ſeui ſunt vincula dracones.*

Tartarus eſt carcer, ſunt verbera, ſtrigus & ignis.

Quando item certum eſt, eum, qui vel vnã, quæ mortifera ut, culpam admiſerit, in ignem iturum æternum, flammam æterna cruciandum. Omnis eiuſmodi culpa pro baſiliſco nobis ſit. Fugiamus illam veluti colubrum, quam ſi (quæ miſeria noſtra eſt) admittere contigerit, polleamus pœnitudine, *vt nudis preſſit, qui calcibus anguem; & vt Lugdunenſem rhetor dicturus ad aram*. Præterea quando pœna illa in purgatorio loco ſubeunda adeo cruciat, vt non ſolùm omnem, quem Laurẽtius, quem Catharina, quos alij martyres paſſi fuere, ſuperet dolorem: ſed etiam illum omniũ vitæ huius maximum, quem pro nobis ab hac pœna libertandis ipſe illius Dominus paſſus fuit. Quando item ob quodcumque peccatum quamlibet leue, etiamſi verbi otioſi metas non exceſſerit, illi reddamur obnoxij. ſtudeamus vigili cura ora noſtra & corda cuſtodire; ne vel leuibus, quæ tabo igne ac cruciatu abradenda ſunt erratis maculati moriamur. Studeamus etiam, & quiſque pro vtili ſaragamus, quò pro grauioribus, quæ tot, proh, dolor paſsim admittimus, Deo, dum viuimus, ſatisfaciamus, nũc planctu & fletu; nunc abſtinentia & ieiunio; nunc precatione aſsidua & eleemoſyna dulciter elargita, nunc alijs, qui diuinam placent iuſtitiam, laboribus aſſumptis. Quiq; ſumus presbyteri, frequenter miſſemus, aliique miſsare faciant. Omnes autem condonationes illas iuſta de cauſſa è theſauro Eccleſiæ populo Chriſtiano elargitas pro facultate noſtra quæramus; non tamen eas tam facile, vt vulgus indoctum & credit, & docet, quæri nobis putemus: nedum credimus nos à Purgatorio liberos mori; maximè illi obnoxij moriamur. Amen.

a *In illo ar. 5.*
b *In eadem q. 46. art. 6.*
c *1. ad Corin. 13.*
d *In illo art. 6.*
e *Numer. 12.*

TOMI PRIMI FINIS.

DEO IESV CHRISTO, AETERNI DEI AETERno filio, per quem expiati & liberati ab omni peccato gloriosiſsimæ Trinitatis vultu per fruamur. ſit in perpetuum gloria & honor.